BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
25 I
5

E. I. N.º 6. secondo

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

8. 24. I. 5

Q. HORATIVS FLACCVS,

EX FIDE ATQVE AVCTORITATE COMPLVRIVM LIBRORVM MANV-SCRIPTORVM, OPERA DIONYSII LAMBINI Monſtrolienſis, literarum Græcarum Profeſſoris & Interpretis Regij emendatus, & cum diuerſis exemplaribus antiquis comparatus, & ab eodem ante paulò, quàm è vita decederet, recognitus, atque mendis omnibus perpurgatus, dilucidiúſque, quàm alijs editionibus, commentarijs auctis, atque amplificatis, illuſtratus.

Acceſſerunt poſtremæ huic editioni ADRIANI TVRNEBI *philoſophiæ & Græcarum literarum Regij profeſſoris in eundem Horatium Commentarij.*

Inſuper & THEODORI MARCILII profeſſoris eloquentiæ Regij, Quotidiana, & emendatæ lectiones.

Cum duobus Rerum & Verborum Indicibus ampliſſimis.



S. Blasij. PARISIIS, Montis Citorij.

Apud Bartholomæum Macæum, in monte D. Hilarij ſub ſcuto Britanniæ.

M. D. C. IV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

IO. MALVDANVS

DE DIONYSII LAMBINI MONSTROLIENSIS IN QV. HORATIVM FLACCVM COMMENTARIIS.

Lippus ſcire, ſuos oculos quæ fata manerent
Olim, cùm cuperet, vatem ipſe adiiſſe Sabellam
Fertur anum Flaccus, notam ſibi: (haruſpice ſaluus
Arboris hac caſum, fulménque, lupíque cruentum os,
Funeſtas peſteis euaſerat, atque Philippos:)
Talia reſpondit moti vates anus vrna:

DVRA PARENS GENVIT TE LIPPVM, FLACCE, NOVERCA
DVRIOR, AT VENIENS ÆTAS TIBI LVMEN VTRVMQVE
ERIPIET: TENEBRIS FIES ET TVRPIS OBORTIS.
NEC TEIPSVM AGNOSCES, NEQVE COGNOSCERIS AB VLLO
INTEGER: HAVD TAMEN HAC ÆTERNVM LVCE CAREBIS.
NAM TER QVINGENTAS, SEXAGINTAQVE VBI MESSEIS
PROTVLERIT TITAN: RAPTVM COLYRIA LVMEN
INLITA RESTITVENT. DISCVSSIS ERGO TENEBRIS
NEC LIPPVS, NEC CÆCVS ERIS: TIBI, ET OMNIBV' NOTVS
TVNC ERIS: ET PVLCHRO SPLENDESCES INTEGER ORE.
MVLTOQVE EXSTABIS, QVAM PRIMO ILLVSTRIOR ÆVO.

Verum dixit anus, ſunt hæ colyria chartę.

Digitized by Google

D. LAMBINVS

CAROLO NONO, GALLORVM REGI POTENTISSIMO, ET CHRISTIANISSIMO,

S. P. D.

SI quis vmquam puer excelſo locò natus, Carole Rex Chriſtianiſſime, domeſticis rerum fortiter, iuſte, præclaréque gerendarum exemplis abundauit: eorum profectò tãta tibi copia ſuppetit, vt ſiue Franciſcum I. auum tuum, ſiue Erricum II. patrem ſpectes, fortiſſimos, potentiſſimóſque Reges, ad quaſcumque illorum actiones propè diuinas, atque immortaleis mente, & cogitatione te converteris, maximi, latiſſimíque laudis, & gloriæ campi ſeſe tibi aperire, atque explicare videantur. Nam tot res, & tantas domi, foríſque geſſerunt, tot populis iuſtum bellum intulerunt, tot ſupplicibus præſidio, ſalutíque fuerunt, tot vrbeis expugnarunt, tam longè, latéque regni Gallici fineis protulerunt, leges tam vtileis, támque ſalutareis ſanxerunt, vt ſi tu, cum ætate proceſſeris, eorum veſtigia perſequi, aut etiam cum illis certare volueris, non ſit metuendum, ne non, quanto illi ſuperioribus Regibus præſtiterunt, tanto tu illis facilè antecellas. Atque arteis quidem, ac virtutes eorum bellicas cùm ætas noſtra, patrúmque noſtrorum admirata eſt, tùm omnium gentium, poſterorúmque ſæculorum litteræ celebrabunt. neque verò de ciuilibus, aut vrbanis, quarum hereditas, atque imitatio æquè, atque illarum, ad te pertinet, poſteritas vmquam conticeſcet. ſunt enim magno, excelſóque animo digniſſimæ: ſunt grauitatis, ſapientiæ, pietatis, iuſtitiæ, liberalitatis, amoris in Gallorum ciuitates pleniſſimę. ſed, vt ex his, eas, quæ ad iuris æquabilis deſcriptionem, quæ ad iuſtitiam, quæ ad religiones, ac cæremonias pertinent, prætermittam, vellẽ mihi tanta ſuppeteret orationis facultas, vt ſingularem Franciſci, aui tui (cuius nomẽ vigebit memoria hominum ſempiterna) in viros eruditos beneuolentiam, ac liberalitatem meritis laudibus efferre poſſem. Quantis enim præmiis illos inuitauit? quot, & quantis muneribus cumulauit? Neque verò in Gallos tantùm, hoc eſt in ſuos, ita animatus fuit, verùm etiam exteros, atque adeò multo impenſiùs, omni beneficiorum genere auxit, atque ornauit. Ex quo factum eſt, vt ex omnibus terrarum oris, ac partibus viri Hebraicarum, Græcarum, Latinarum litterarum ſcientia clari, philoſophi, iuriſconſulti, poetæ, rhetores præmiis ampliſsimis excitati in Galliam tuam conuenirent. Muta tum erant ab illis litteris, à liquida & germana philoſophia, à veterum, & probatorum auctorum vocibus, Lutetiæ gymnaſia. vigebant in eis ineptæ verborum captationes, & concertationes: inanes, & ſpinoſæ quæſtiunculę ponebantur: fallaces, & minutæ concluſiunculæ contorquebantur: diſputationibus anilibus, barbaris nominibus, ac vocibus, impolitiſſimorum librorum lectione omnium gymnaſiorum parietes perſonabant. meræ nugæ, meræ ineptię, mera barbaries docebatur. Ignoti erant Homerus, Pindarus, Æſchylus, Sophocles, Euripides: ignoti Plato, Xenophõ, Ariſtoteles, Theophraſtus, Plutarchus: ignoti Herodotus, Thucydides, Polybius, Diodorus, ceteri Græci ſcriptores omnes. linguę Latinæ elegantiam, & munditiem, incorruptum Latini ſermonis vſum nemo nouerat, nemo docebat. Hebraicę, & Grecę

linguę ne elementa quidē erant nota: omni elegantiore, & puriore doctrina, omnibus Gręcorum, & Latinorum melioris notę ſcriptorū monumentis carebamus. Piget, pudétq; referre quanta tum omnium bonarum artium ignoratio Galliā tuā obſeſſam teneret: quantis tenebris populus tuus circumfuſus, ac pene dicam, ſepultus eſſet. Exortus eſt Franciſcus ille, auus tuus, humanarū litterarū omniúmq; ingenuarū artium, ac diſciplinarū veriſſimo cognomēto parēs appellatus: qui rus merum, qui fœdam barbariē, qui graue virus, qui craſſas tenebras è ſcholis, ex vrbibus, è tota Gallia ſuo ſplendore depelleret, fugaret, diſſiparet: ſermonis Hebraici, Gręci, Latini, omnium artium honeſtarum, & reip. vtiliū ſtudia in hominibus ingenio præſtātibus cōmoueret, atq; excitaret. Id autem hac ratione aſſecutus eſt. Lutetiæ duodecim doctores partim Gallos (in quibus erāt illa Galliæ tuæ ornamenta, Fr. Vatablus, P. Daneſius, Iac. Tuſanus, Dion. Coronæus, Orōtius Finçus) partim aduenas (in quibus erāt Bart. Latomus Germanus, Io. Poblatius Hiſpanus, Agathius Guidacerius, Paullus Paradiſus, vterq; item Hiſpanus, Io. Stracelius Flander, Vidus Vidius Florentinus) propoſito, atque attributo eis honeſtiſſimo præmio inſtituit: quorum alij mathematicas arteis, alij Hebraicas litteras, alij Gręcas, alij Latinas, alij philoſophiam ex ipſis fontibus hauſtam, alij artem medendi, & maximè eius partem eam, quæ chirurgice à Gręcis appellatur, publicè docerent. Franciſco ſucceſſit Erricus, digniſſimus patre filius, pater tuus, rerum domi, foríſque geſtarum gloria clariſſimus: qui patrem cùm ceteris rebus omnibus pęnè veſtigiis ipſis perſecutus eſt, tū eximio in litteratos, & eruditos homines amore, ac ſtudio cum illo certauit: atque in eorum, qui vel exceſſerant è vita, vel alioqui ſua ſponte docendi munere defuncti fuerant, locum viros ingenio, doctrináque preſtanteis ſubſtituit, P. Gallandium, Iac. Siluium, Iac. Gopylum, P. Ramum, Adr. Turnebum, Fr. Vicomercatum, Io. Auratum, Paſchaſium Hamelium, Io. Calignū, Nic. Penam, Io. Mercerum, Bertinum Comitem, Rod. Mainum Britannum, Io. Quinquarboreum. Ita vtroque regnante artes, litteræ, diſciplinę omnes in Gallia floruerunt. Nam armorum quidem, rerúmque bellicarum gloria iampridem ceteris nationibus aut pares, aut etiā ſuperiores eramus: litterarum autem, atque artium libero dignarum laudibus antè quā Frāciſcus auus tuus regnum obtineret, certè vincebamur. At nunc iidem Franciſci aui tui, & Errici patris beneficio ita litteras amplexi ſumus, vt non modo iam cum Germania (quæ diſcētium, atq; eruditorum multitudine ſemper abundauit, neq; minus vnquā litterarum, quā armorū cupiditate, ſtudióq; flagrauit:) verùm etiā cū Italia, (quę cùm viros acumine ingeniorū, ſollertiáq; iudicādi preſtanteis gignere exiſtimatur, tùm Latinarū quidē litterarum hereditatē quodā veluti gentilitatis iure ſibi vendicauit: Gręcarum autē poſſeſſionem quaſi vacuam, & caducā euerſa, ac deleta Gręcia celeriter occupauit,) vltro pedē cōferre, atque in certamen deſcēdere audeamus. Hunc igitur ingeniorū cultum, hāc humanitatē, hanc optimarum artium celebritatem, quā ab auo, & patre tuo conſecuti ſumus, tuæ perſonæ decórum eſt, Carole: tuis maioribus dignum: ei ſpei, quam de te habemus, cōſentaneum, te ſtudioſè tueri, diligētérq; conſeruare. Non enim credibile eſt, te ita dicturum, ſatis eſſe, ſi artis militaris, & bellicæ gloriam tibi ab illis relictam retineas: de vrbanis, & ciuilibus artibus non eſſe tibi magnopere laborandum. Nam primùm, quarum artium exercitatio tuis maioribus tantopere fuerit probata, eas te arteis improbare, amplitudinem, ac maieſtatem tuam non decet: deinde ne te quidem præterit, vt pote, à præſtātiſſimis doctoribus, ac magiſtris inſtitutum, optimíſque pręceptis imbutum, &, quod caput eſt, naturę bonitate valentem, ſciētiam inſcientia, ſapientiámque inſipientia longè eſſe potiorem, ac præſtabiliorem:

neque

neque eſſe conſentaneum, cuius Regis populus aureis habeat tereteis, eruditas, & purgatas ingeniumque doctrina expolitum, eum Regem, litterarum, & ſciētiæ ſuauitatē neque auribus ſentire velle, neq; cogitatione cōprehendere, ac percipere curare. Neque porrò exiſtimo, tibi id probatū iri, quod de Alexādro Magno Philippi Macedonum Regis filio ſcriptores locupletes memoriæ prodiderunt, illū ita animo fuiſſe affectum, vt quoties Philippus aut vrbem aliquā nobilem cepiſſe, aut prælium ſecundū feciſſe, aut victoria aliqua deniq; potitus eſſe nūtiaretur, non admodum lætè ferret, ſuiſq; æqualibus diceret, patrem nihil magni, præclaríque, quod gereret, ſibi relicturū, exiſtimans, quanto plureis vrbeis Philippus expugnaſſet, quātóq; plureis victorias peperiſſet, tanto ſe aut pauciores rerū à ſe gerendarū occaſiones habiturū, aut ſibi pauciora, quæ ſubigeret, ac domaret, reliqua futura. Quamuis enim eſſet hoc inſigne, & luculentū eius animi magnitudinis, & glorię cupiditatis argumentū: ſi fortitudinē tamen nō corporis viribus, ſed animi robore metimur: &, ſi altitudinē animi nō in fortunæ temeritate, neq; in militū lacertis, ſed in animo inuicto poſitā eſſe arbitramur: &, ſi ſolidā, verámq; gloriam non in expugnandis vrbibus, neque in propagādis imperij finibus, ſed in cohibēdis, & cōprimēdis animi motibus, rebúſq; ſecundis moderatè, ſapienterq; ferēdis locatam eſſe exiſtimamus: fuiſſet illud profectò multo certius magnæ ad virtutē futuram indolis Alexādri ſignū, primùm ſecūda Philippi patris fortuna victoriiſq; lætari: deinde rationē inire, quēadmodū tot ciuitates, tot populos, tātum regnū ſapiēter, iuſtéq; moderari poſſet, quàm in incerto belli euētu, ſpem gloriæ ſuæ collocare. Nā, cum duæ ſint artes potiſſimum, in quarum ſtudiū reges incumbere, quas perdiſcere, in quibus verſari vel ſoleant, vel debeant, vna militaris, & bellica, per quā hoſtilis, & externa iniuria propulſetur: altera ciuilis, & vrbana, & quodāmodo togata, per quā ciuitates optimis legibus, inſtitutiſq; tēperatę, concordia, otio, opibus, virtute floreat: dubitari nō debet, quin ea, per quā populis vita beata quęritur, & cuius cauſa prior illa eſt cōparata, lōgè illi ſit anteponēda. Bella enim non niſi neceſſario ſuſcipiūtur: neq; quiſquā eſt, niſi immani planè ingenio prędítus, qui nō per diſceptationē, ac rationē, quā per vim, & ferrū ius ſuū obtinere malit. Cū illud nō licet, ad hoc decurritur, vt iniuria ferro repulſa, iure noſtro armis recuperato, victoria bello parta, otio, pacéque potiamur. Quēadmodum autē nauis gubernator ad curſum ſecūdū, medicus ad ęgri ſalutē ſuas omneis curas, & cogitationes refert: ſic bono principi, eorum, quibus præeſt, vita beata propoſita debet eſſe, vt illi fortunę bonis ſint locupletes, & copioſi: viribus corporis valētes, ac robuſti: omnibus animi virtutibus inſtructi, atque ornati: gloria, famáq; præſtantes, & clari: quæ tum deniq; contingere ſolēt cùm Reges ſedulò dāt operā, vt ſint ipſi bellicoſi ſimul, & ſapiētes: cūq; ſapiētię, iuſtitię, pietatis ęquè, atq; artiū bellicarū cupiditate, ſtudióq; ducūtur. Itaq; antiquiſſimi illi poëtę nō aliā (opinor) ob cauſam Palladē armatā finxerunt, quàm, vt ſignificarēt in Regibus, & rerūpub. moderatoribus bellicam virtutem cū ſapiētia coniunctā, & copulatam eſſe oportere. Quam rationem ſecuti priſci illi heroës in diſciplinā hominum eruditorū, longóq; vſu peritorum filios ſuos ſtudioſè tradebant: & Reges ipſi doctos viros, & ſapienteis in comitatum, amicitiāq; ſuam cupidiſſimè recipere ſolebant. Sic fortiſſimū illum Gręcorū Achillē Pelei Theſſalorū Regis filiū à Chirone Centauro puerum eruditū eſſe litteris proditū eſt: & eidem iuueni ad Troiam profecto Phœnix ait apud Homerum ſe comitē, & cuſtodem iccirco à patre eſſe additum, vt illum efficeret oratorem verborum, actorémque rerū. Summus ille Athenienſiū concionator Pericles, qui annos quadraginta doctrina, conſilio, eloquentia dicitur Athenis pręfuiſſe, priuſquam ad rempublicam accederet, ab Anaxagora

Clazomenio fuerat inſtitutus: Timotheũ, Cononis preſtantiſſimi imperatoris filiũ, Iſocrates: Epaminondã Lyſis Pythagoréus: Alexandrũ magnũ Ariſtoteles erudierũt. Ageſilaũ Xenophon: Philolaum Archytas Tarentinus: Dionẽ Plato Athenienſis docuerunt. Sapientum autẽ cõſuetudinem, & amicitiã à Regibus eſſe appetitam, teſtimonio ſunt Solon, & Anacharſis: quorum alterius ſermone, & cõgreſſu magnopere Craſus eſt delectatus, atque adiutus: alterum cùm Darius litteris & promiſſis inuitaſſet, nihil profecit: teſtantur Plato, & Ariſtippus, qui cum Dionyſio vixerunt: & Calliſthenes, qui cum Alexãdro: alij deniq. quàm plurimi. Iam vero in iis, qui ſapiẽtię, doctrinęq. laudibus clarent, nõ poſtremum locum poëtę videntur obtinere. Quin ſi verum quęrimus, vel iidem fuerunt olim poëtę, & philoſophi: quem in numerum referre licet Orpheum, Amphionem, Muſęum, Homerum, Heſiodum, Solonem, Phocylidem, Xenophanẽ, Parmenidem, Epimenidem, Empedoclem, Platonem: vel, ſi qui philoſophi à ſtudio poëtico fuerunt remotiores, quales ſunt poſteriores, ij, niſi poëtarum auctoritate, ac teſtimonio ſua decreta cõfirmarẽt, ac fulcirẽt, à periculo ruinę nõ procul abeſſent: vt omittam, quod pleriq. ex his ad vitã bene, & ſapienter inſtituendã nõ multum adiumenti vidẽtur attuliſſe: At ex poëtis (eos excipio, qui nihil præter voluptatẽ lectoris quærũt) vix vllũ reperias, qui nõ aut à vitio quidem turpitudineq; animos auocet, ad virtutẽ autẽ, & honeſtatẽ excitet, atq; acuat: aut mores corruptos emẽdet, & corrigat: aut res vel temperater, moderatéq; factas, vel magnificè, fortitérque geſtas immortalibus laudibus efferat, atq. ad ſempiternã memoriã conſecret: aut illuſtria virtutũ exempla ex omni antiquitate repetita huius ætatis hominibus ſuppeditet: aut homines calamitoſos, & grauibus fortunæ caſibus afflictos excitet, atque extollat. Quis philoſophus vnquam vel diſtinctius, quid ſit virtus, quid vitium: quid turpe, quid honeſtum, diſputauit: vel planius honeſti pulchritudinem, inhoneſti deformitatem: ſapientiæ vim, & vtilitatem, inſipientiæ imbecillitatem, atque incommoda diſputando demonſtrauit, quàm Homerus diuinis ſuis carminibus ante legentium oculos conſtituit? quis hominum mores, & motus: quis animantium naturas. quis ſola terrarũ: quis æſtus, & fluctus marinos: quis ventorũ flatus: quis nauigãdi pericula, tempeſtatéſque aduerſas: quis temporum varietates: quis prœliorum imaginem: quis vrbiu oppugnationes: quis acies inſtructas: quis imperatorias virtutes: quis rationẽ moderandorum animorum: quis formam bene moratarum ciuitatum: quis denique omniũ rerum, quæ hac vniuerſitate continentur, varietatem illuſtrius vnquam Homero depinxit? Quid ceteros poëtas, Epicos, Lyricos, Tragicos, Comicos perſequar: quorum vel nomina commemorare longum ſit? ſed tamẽ quãtum ex ſingulis generibus fructum, quantáque cum voluptate coniunctũ percipiunt, qui in talium ſcriptorum lectione verſantur? Quid, quod poëtæ principibus, & regibus, atque adeò dijs immortalibus cari fuiſſe dicũtur? vt Caſtori, & Polluci Simonides: Apollini Pindarus: Polycrati Samio Anacreon: Æſchylus, & Simonides Hieroni: Dionyſio Siculo Polyxenus: Euripides Archelao: Scipionibus, & Catoni maiori Ennius: Scipioni Africano minori, & Lęlio Sapiẽti Lucillius: Mẽmio Lucretius: C. Cilnio Mæcenati, M. Vipſanio Agrippæ, Cæſari Auguſto Virgilius, Varius, hic, quẽ tibi nũc donamus, Q. Horatius Flaccus Pittacus Alcæo, à quo fuerat non ſolùm verſibus, & ſtilo violatus, verũ etiã armis, & ferro appetitus, cum ille in poteſtatẽ ſuã veniſſet, iniuriã acceptam remiſit, atq; ignouit: C. Iulius Cæſar eadẽ lenitate, & clemẽtia vſus C. Valerio Catullo, à quo fuerat petulãtiſſimis, & cõtumelioſiſſimis verſibus laceratus, ſecum redeundi in gratiam poteſtatem fecit. Eundẽ Catullũ Manlius Torquatus, Tibullũ Valerius Meſſala ſingulari beneuo-

lentia

Digitized by Google

lentia cõplexi ſunt. Sed quorſum tã multa de litteris, philoſophis, ac poëtis? primũ vt oſtendam, clariſſimorũ, & ſapiẽtiſſimorum principum, regúmque, atque imperatorũ factum, & inſtitutũ, Franciſci I. *aui tui, & Errici* II. *patris, Regum maximorum, iudicio eſſe comprobatum: deinde vt te ſponte tua currẽtem ad parem in litteras, & litteratos volũtatem, ſimiléque ſtudiũ excitem: poſtremò vt, quem poëtã* C. *Cilnius Mæcenas, eques Rom. nobiliſſimus: M. Vipſanius Agrippa, dux exercitus clariſſimus: Cæſar Auguſtus, princeps fortunatiſſimus, plurimi fecerũt, vehementérq; dilexerũt, cuiúſq; conſuetudine, & ingenio, & moribus plurimùm delectati ſunt, eius ſcripta, multorum quidem ſæculorũ auctoritate comprobata, ſed temporum, litteris inimicorũ, culpa, valde deprauata: quæ nunc ad te deferro quàm plurimis locis non ſine meo magno labore, ac ſudore propemodũ ſuæ natiuæ integritati reſtituta, ac mẽdis fœdiſſimis perpurgata, iuſtiſque cõmentariis à me explicata, atque illuſtrata, eo vultu accipias, eóq; animo cõplectare, quo vultu, & quo animo Frãciſcus auus tuus, quo Erricus pater, ſapiẽtiſſimi* Reges, *genus hoc ſcriptorum accipere, atq; amplexari ſolebant. Enimuerò* Carole *non ego ad te poëtam aliquem vnum de multis affero: ſed poëtam omnibus ſuis numeris perfectum, atque abſolutum: ſummum, atq; adeò ſolum, in tota lingua Latina Lyricum: Satyrarum ſcriptorem præſtantiſſimum, atque excellentiſſimum: multiplici, & varia rerum copia refertum: illuſtri verborũ ſplendore illuminatum: ſententiarum pondere grauiſſimum: ſcribendi elegantia politiſſimum, ac puriſſimũ: orationis figuris ornatiſſimum: in cudendis nouis vocabulis ſine inuidia feliciſſimum, ſine vituperatione audaciſſimum: in Græcorum loquendi generibus imitandis & cum prudentia, iudicióque liberrimum, ac ſolutiſſimum: & cum libertate, licentiáque cautiſſimum, ac prudentiſſimum. Nemo vmquam Latinorum iuſtitiam, fidem, continentiam, parſimoniam, religionem, patientiam paupertatis, contemtionem rerum humanarum laudauit ornatiùs: nemo iniuſtitiam, perfidiam, libidinem, auaritiam, luxuriam vituperauit acerbiùs: nemo ad ſubeunda pro patria pericula, atque ad mortem pro libertate oppetendam inflammauit ardentiùs. Nemo neque ad virtutem acriùs excitauit, neque à vitio grauiùs reuocauit: nemo bellorum ciuilium calamitatem miſerabiliùs deplorauit: nemo neq; amores cantauit molliùs ac teneriùs, neque tempeſtiuorum conuiuiorum hilaritatem deſcripſit floridiùs: nemo hominum ſuæ ætatis mores carpſit vrbaniùs. dies me deficiat, ſi huius poëtæ virtutes poëticas non modò perſequi. & cõmemorare ſcribendo, aut diſtinguere partiendo, ſed etiam recordari cogitando, aut notare coner obſeruãdo. Quòd ſi poeta omni laude cumulatus, omnibúſq; ſuis partibus abſolutus, & perfectus ille eſt, qui voluptatẽ, & delectationẽ lectoris cum vtilitate, fructúq; coniunxit: ſine controuerſia ceteris omnibus poëtis Grçcis, ac Latinis* (Homero excepto) *Q. Horatius Flaccus meritò eſt anteponendus: in quo ſic dulcedo cũ vtilitate certat: ita ſuauitas grauitati par eſt, vt, ſi detracta voluptate, ac dulcedine, ſola grauitas, vtilitáſq; ſpectetur, hęc lectorẽ in legẽdo retinere queat: contrà ſi quis demta vtilitate, ſolã verſuũ dulcedinem, ac iucunditatẽ ſequatur, hęc eũ ſua illecebra captũ, vt in ſe continenter affixus inhæreat, pellicere poſſit. Ex his autẽ cõmentariis cum ipſo Flacco coniunctis, cùm duo corpora feciſſem, quorum alterum ad Carminum: alterum ad Sermonum libros pertinet: eam potiſſimum partem tibi dicandam eſſe iudicaui, quę propterea quòd & ordine prior, & argumenti, rerumque amplitudine elatior atq; grauior, & verborũ ſplendore illuſtrior, atq; ornatior, & concinnitate venuſtior, ac floridior, & varietate ipſa gratior, ac iucundior eſt, tuæ ætati ſimul, & maieſtati magis conuenire videbatur. Vale, & regna. Ibid. April. anno* CIↃ. IↃ. LXI. *Lugduni.*

IDEM LECTORI S. D.

QVem tibi poëtam commẽdare non debeo, humaniſſime lector, vel cuius lectione omnes homines eruditi plurimum delectantur, vel qui ſatis ipſius virtutibus, atque ornamentis ſatis commendatur; quamobrem commentarios in eum olim ſcripſerim, nunc in lucem proferam, rationem tibi fortaſſis afferre debeo. Non te morabor pluribus. Ego hunc poëtam partim mea ſpõte, partim doctorũ virorũ iudiciũ ſecutus, adoleſcens in primis amaui, eũdemq; diligentiſſimè legi: neque me ab eius lectione vel iuris ciuilis ſtudia: vel potentiũ [illegible] amicorum conuictus, & conſuetudo: vel longinquæ, ac diuturnæ peregrinationes vnquam abſtrahere potuerunt. Sed, cùm in hoc ſcriptore mihi pleraque partim aliquanto obſcuriora, neque ſatis ab iis, qui eum explanandum ſuſceperant, declarata: partim iniuria temporis deprauata, quæ ſine ope codicum manu ſcriptorum reſtitui non poſſent, eſſe viderentur: nihil mihi tum quidem dabatur aliud, quàm, vt ſperarem me talium librorum copiam aliquando habiturum: interea vero e philoſophis, ac poëtis Græcis, & Latinis: ex antiquitatis Rom. monumentis: ex Athenæo, Pauſania, Suida, Stobæo, cæteris, ea, quæ ad hunc poëtam lucis aliquid afferre poſſe mihi viderentur, ſtudioſè colligere, ac notare no deſinebam, vt iis vnà cum amicis vterer, non vt ea diuulgarem. Profectus ſum tandem in Italiam cũ viro clariſſimo, Franc. Turnonio Cardinali Romæ cum eſſem, quam votis, omnibus que antea expetiueram, veterum librorum copiam nactus eſſem, non putaui mihi oblatam [illegible] bene merendi occaſionem, mea negligentia e manibus amittendam eſſe. Itaque vetera, quotquot potui, exemplaria vndique corrogaui, alia eorum voluntate, quorum erant, in deuerſorium meum [illegible] curaui, alia, quia e ſuis locis auferre nefas erat, ſuis quæque in bibliothecis [illegible] & contuli. In bibliotheca Pontificis Rom. Vaticana, quæ mihi beneficio Gulielmi Sirleti, & Hieronymi eius fratris, & [illegible] Brutij, quoties mihi commodum erat, patebat, quinque libros antiquiſſimos, manuque ſcriptos reperi. Donatus Iannoctius Florentinus vnum, qui fuerat ampliſſimi, atq; [illegible] Cardinalis, eoque mortuo cum aliquot aliis Græcis, ac Latinis ad ipſum [illegible] mihi cõmodauit. A Gabriele Faerno, homine candidiſſimis moribus, vnum item commodato accepi. Acceſſerunt duo, quorum alter erat Rainutij Farneſij clariſſimi Card. typis ille quidem [illegible] cum antiquiſſimis, atque optimis codicibus comparatus, atque ex eorũ [illegible] plurimis locis emẽdatus: alter Lodouico Vaſtio Farneſiorũ contubernali [illegible], ab Annibale Caro donatus fuerat: in quo deſiderabantur [illegible] a domino [illegible] Vaſtium, hominis eruditiſſimi. Poſtremo [illegible] Italia reuerſo, commentariis meis iam abſolutis, liber item calamo ſcriptus, vetuſtiſſimus à Io. Tornæſio, typographo Lugdunenſi, nuper, inſperanti Lugduni oblatus eſt. Cum his igitur ſingulis libris [illegible] atque accuratiſſimè vnũ exemplũ Horatianum typis deſcriptũ [illegible] librorũque diſſenſionem conferendo notaui. [illegible] verbis tibi commemorare, quantũ mihi a vulgatis repetiti ſint diſcrepare [illegible] mel me indicante cognoſces. Hoc tantũ in præſentia [illegible] animaduerſa, ſpe, animoque multo maiore ad commentarios [illegible] tos, quàm primũ abſoluendos me cõtuliſſe, vt, ſi doctorum virorum [illegible] manus hominum peruenirent, vtileq; ſtudioſę iuuentuti futuri viderentur, in [illegible] manus, Q. Horatius Flaccus ſaltem & antiquorum librorũ [illegible] reuiuiſceret, ac renaſceretur. Nunc de cõmentariis meis, qui [illegible] conficiendis ſecutus ſim, pauca dicã. Primũ Horatium ipſius auctoris ſententia [illegible] inueſtigata, & perquiſita, ſimilibuſq; locis inter ſe cõparatis, explicaui, ac declaraui. Deinde, quæcũq; mihi viſus eſt a poëtis, & philoſophis Græcis, qui quidẽ extent, ſumpſiſſe, aut mutuatus eſſe, ea è fontibus petita, tuis oculis optima fide ſubieci: Tũ, quæ ad Græcorũ hiſtorias, fabulaſque pertinent, eiũ ea è Græcis ipſis, & poëtarũ Græcorum ſcholiaſtis excerpta, tibi propoſui, tibiq; produxi: neque ſolũ produxi, verũ etiam Latine [illegible] reddidi. Prętereà Græca omnia loquẽdi genera, in quibus creber, & frequens eſt Horatius, diligẽter obſeruaui, notaui, indicaui: vim, põdus, elegantiã verborũ oſtendi: Horatianam Latinè loquendi rationem cum optimorũ Latini ſermonis auctorũ Plauti, Terẽtij, Lucretij, Catulli, Ciceronis, Cęſaris, Salluſtij, Virgilij, Tibulli, Propertij, T. Liuij loquẽdi conſuetudine cõgruere demõſtraui. Prętereà ſiqua verba lectiora, aut ſiqua loquẽdi genera [illegible], & plurimis locis ab eo eſſe vſurpata animaduerti, ea diligẽter collecta, ſub vno quaſi [illegible] potui loco, vt adoleſcẽtes quęrẽdi labore leuarem, collocaui. Poſtremò [illegible] corũ, & Latinorũ locos quaſi aliud agẽs, occaſione tamẽ oblata & corruptos [illegible] declaraui.

Rectam autẽ vocum ſcribendarum rationem, quam orthographiam [illegible], eã ſũ ſecutus, quæ pleriſque doctiſſimis ætatis noſtrę viris probatur, quæq; in vet[illegible] & [illegible] marmoribus reperitur. exempli cauſa hęc nomina, ſic typis [illegible] curari, [illegible], *Mucius, ſcæuula, Hirtius,* Caſcellius, *Paetus, Calpurnius, Tiberis, Brrutius, [illegible] Arr[illegible]* [illegible] hoc modo *[illegible], hiems, ſæculum, maror, & marco, calu, bedus, rentius, [illegible]*, &c. Tũ

[illegible]

hæc, quæ ab vna veluti fonte manant, cum diphthongo æ, *fætus, fænus, fæcundus, fæmina, fænum*: hæc autem, quæ è Græca voce ποινὴ nata ſunt, cum diphthongo œ. *pœna, pœnitet*. illa autem *pene, penuria, cum diphth. e*, non quod alia eorum ſit origo, ſed quod talem ſcripturam confirment antiqua monumenta, veteréſque membranæ. In his porrò *ſumſi, contemſi, comſi, promſi, demſi. ſumtus, cōtemtus, comtus, promtus, demtus*: & in his *emtus, ademtus, exemtus, interemtus, peremtus*, primùm antiquiſſimi Grammatici auctoritatem: deinde rationem, ac veritatem ipſam ſum ſecutus. Marij igitur Victorini, qui Ælij Donati fuit æqualis, hęc verba ſunt in lib. de orthographia. *Nam hiems, & ſumſit, & inſumſit, & demſit, ſine dubio per m. s. ſcribetis: &, quando in harum vocum mentionem incidimus, nec conſumtum, nec emtum, nec redemtum, nec temptat, nec attemptat, & ſimilia iſtis, per p. t. ſcribetis vitioſè, ſed, vt ego ſcripſi, iuxta m. t. ponetis.* Multum quidem apud nos valere debet tanti Grammatici ſententia, atque auctoritas: ſed, ſi quis huius ſcripturę rationem quoq; flagitabit, ea verò eſt in promtu poſita, minimèque obſcura. Sed priuſquā progrediar longius, etiam atque etiam abs te peto, lector humaniſſime, vt tibi hoc perſuadeas, me & officio adductum, & neceſſitate quadam coactum de his rebus, quæ Grammaticorum ſunt, hoc loco diſputare. Nam, prętérquam quod conſilium meum harum vocum ita ſcribendarum, tibi probatum eſſe valo, quidam amicus meus, vir cum primis doctus, cùm mihi prorſus aſſentiretur, rogauit me, vt tibi huius conſilij, factíque mei rationem exponerem. Non debet igitur ſupinum à ſui pręteriti vel lege, vel natura diſcrepare, neque vllam omnino litteram, quæ in præſenti, aut in pręterito non fuerit, aſſumere, præter eas, quæ ſupinorum ſunt propriæ, quales ſunt s. & t. nam in duplici x poteſtate s ineſt. Cùm igitur hęc verba *emo, redimo, adimo, eximo, interimo, perimo* & in præſentibus, & in pręteritis littera p vacent: ſupina quoque, eadem vacare debent: itaque ſcribenda ſunt, *emtum, redemtum, ademtum, &c.* De his autem, *ſumo, promo, temno, como, demo*, & ſimilibus, dico pręter naturam liquidę m. quę eſt horum verborū littera quodammodo genitalis, id eſt, à qua ceteri modi, ceteráque tempora oriuntur, ac gignuntur, quam Gręci characteriſticam appellant, dico, inquam, pręter illius litteræ naturam, p. in eorum pręteritis, & ſupinis interponi. Nam liquida m. quę fuit in præſenti, vel perit in præterito, vt *premo preſſi*, vel, ſi fortè ſeruatur, nullam preterea aſſumit conſonantem: vt *emo emi. gemo gemui*. Idémque de liquida n ſentiēdum: *vt ſino ſiui, pono poſui, ſperno ſpreui*: in quibus perit: *cano, cecini: gemo, ſeu gigno, genui*: in quibus retinetur. P. autē in præteritis eorum verborum dumtaxat intercedit, quorum in præſenti vel b inerat, vel hoc ipſum p. qualia ſunt *ſorbeo, ſcribo, nubo, ſculpo, carpo, rapio*. Nam b & p litteræ ſunt inter ſe affines, & cognatæ a facileque altera in alterius locum migrat. quod item de m & p dici non poteſt: quæ litterę ita ſunt inter ſe diſſimiles, & diſpares, vt altera cum altera nomquam commutari poſſit. Iam verò, in quorum verborum præteritis p ineſt, vt in his *ſorpſi, ſcripſi, nupſi, ſculpſi, carpſi, rapui*, & ſimil. etiam in eorumdem ſupinis p reperitur, vt *ſorptum, ſcriptum, nuptum, ſculptum, carptum, raptum*, & ſimil. alioqui nullum eius in ſupino veſtigium apparere debet. Neque me mouet alius quidam nobilis grammaticus, qui tradidit m ante t ſine p propter euphoniam, ſcribi non ſolere. Atqui cacophonia eſt potius. multo enim lenior, & facilior, & ſuauior pronuntiatio eſt harum vocum ita ſcriptarum ſine p. *ſumtum, contemtum, promtum, &c.* Eo autem tempore nata eſt hęc vitioſa ſcribendi conſuetudo, quo tempore barbaries, ignorantiaque Latini ſermonis non modò Galliam noſtram, verùm etiam Italiam, ceteraſque orbis terrarum parteis occuparant: & quidem ex eorum inepta opinione nata, qui arbitrabantur, m ante s & t ſine p neque ſcribi debere, neque pronūtiari poſſe. Indidem horum vocabulorum fœdiſſima, & corruptiſſima ſcriptura manauit: quæ etiam in quibuſdam libris manu ſcriptis. atque adeò in nonnullis veterū marmorum fragmentis reperitur, *hiemps, contempno, dampnatus, antempna, ſollempnis, alumpnus, temptare, Pomptina tribus*. quæ nondum me puero è libris, qui tum typis excudebantur, penitus erat ſublata nunc autem ab omnibus viris litteratis repudiata, ab omnibus libris vulgatis funditus deleta eſt. Quòd ſi huiuſmodi ſcripturæ mendum, ac vitium in his vocibus, veritate expugnante, ac peruincēte correctum eſt, cur non item in illis *ſumpſi, prompſi, contempſi*, & ſimil. in his, *emptum, interemptum*, & ſimil. corrigetur, cùm eandem in vtriſque rationem valere videamus? Ego quidem hanc tam peruerſam ſcribēdi conſuetudinem, quæ vſque ad hoc tempus in talibus vocibus hæret, nunc tandem, ignorantiæ tenebris ex Italia, Gallia, Germaniáque fugatis, litterarúmque luce nationibus omnibus reddita, de medio cēſeo tollēdam. Quòd ſi qui à me diſſentiēt, malúntq; inueteratum rudium ſæculorum errorē eſſe pertinaciter defendere, quàm vocē rationis audire: primùm mei me facti conſcientia conſolabor, quòd etiam in re leui, paruique momenti meam ſententiam hominibus ſimpliciter, ſedulóq; aperui: deinde ab illis petam, vt, ſi ſibi licere volunt, cum vulgo ſine metu reprehenſionis errare, mihi liceat cum paucis doctis ſine culpa temeritatis & auctoritatem Victorini, & rationem ſequi. ſed nimis multa de nugis. Nunc igitur Horatianæ lyræ modos, ac numeros audiamus. Vale.

Digitized by Google

IDEM LECTORI HVIVS VLTIMÆ EDITIONIS.

QVID [illegible] hac [illegible] editione ad primam acceſſerit, quantúmque hæc illi præſtet, pauciſ te, bone & erudite lector, admonendum eſſe puto. No enim ij ſumus, quos pudeat fateri, nos multa quotidie audiendo, legēdo, [illegible] denique diſcere, quæ nobis antea fuerint incognita atque ignorata. Nam ſi pleríque homines glorioſum ſibi eſſe ducunt, ſi a patre accepta vel mercatura, vel negotiatione vel parſimonia, vel alia aliqua honeſta ratione amplificarint: ſi Solone ille, vnus ſuæ ciuitatis ſapientiſſimus, & [illegible], nō puduit de ſe [illegible] prædicare, ſe quotidie ſeneſcere multa addiſcentem: quid cauſæ eſt, quare mihi turpe eſſe exiſtimem ingenue fateri, [illegible] hodie eſſe nota atq. aperta, quæ antea fuerint obſcura atque ignota? Hoc igitur admonendus es, lector humaniſſ[illegible] [illegible] expoſita, hāc poſteriorem editionem multis partibus eſſe priore meliorem ac perfectiorem. Cum enim [illegible] eruditiſſ[illegible] & acutiſſimi poe[illegible] Q. Horatiū Flaccū, olim in Italia cū decē libris manuſcriptis contuliſſem, omnéſque ſcripturæ varietates [illegible] diligenter obſeruaſſem, & ad oras vnius exēpli typis impreſſi aſcripſiſſem: atque ex illorum librorum auctoritate emendatum [illegible] in [illegible] corruptos [illegible] manuſſem, ſed multo pluries partim religione quadā deterritus partim receptæ lectionis conſuetudine occupatus, partim vitæ genere vago, & inſtabili, omniúmq. trā [illegible] [illegible] partim cum ma[illegible] [illegible] atq. inueſtigatis eſſe poſſem, in patria aliquando reuerſus, breuíque poſt tempore in collegium pro[illegible] Regiorum beneficio Regis Caroli noni, cui commentarios meos in quatuor carminum libros, & epodos inſcripſeram ac [illegible], & Lutetiæ vitæ genus, [illegible] quod [illegible] ex otium, annóſque fere duos per omnem [illegible] Galliæ [illegible], bonas literas, & honeſtas diſciplinas, omnéſque adeo virtutes pene dua funditus in Gallia oppreſſit atque extinxit, cetera quietum otioſum, ac tranquillum, & meis ſtudiis ac moribus appoſitum & accommodatiō, [illegible] vberius, quam vnquā antea, nihil tamē de docēdi munere mihi a rege impoſito atque aſſignato detrahen[illegible] in omnibus ſcriptoribus Græcis ac Latinis [illegible], tum vero ex Latinis quidē Lucretiū, Ciceronē, Horatium, ex Græcis vero Homerū, Euripide, Platone, Demoſthenem, & Ariſtotelem eligere ac retractare. Itaq. ſecūdo mei muneris, meæq. profeſſionis anno Lucretiū [illegible] locis partim coniectura, partim ex fide mēbranarū antiquarum emendatum, & prope abſolutum, & breuibus commentariis explicatum diuulgaui. Aliquot annis poſt totum M. Tulliū partim a codicibus manuſcriptis Memmianis, Fiṙaltinis, Clericanis, Cuiacianis adiutus partim doctorū virorū, qui ante me [illegible] ſcriptore emēdando elaborarant, vigiliis ſubleuatus, partim mei ipſius viribus, meáque induſtria atque opera [illegible] innumerabilibus correctum, notísque, & ſcholiis breuiſſimis explanatum, edidi. Quo labore perfunctus cum Horatium [illegible] in manus ſumpſiſſem meminiſſem [illegible] & emendando & explicando [illegible] omnibus [illegible] gratum [illegible] fuerint, ſed tamen meminiſſem, [illegible] aliorum [illegible], ab iis, qui meos commentarios legiſſent, querelas eſſe iactatas: alióſq. extitiſſe, qui libros veteres aut non ſatis diligenter a me eſſe inſpectos, & conſultos, aut non ſatis religioſe expreſſos atque imitatos quererentur: alios, qui dicerent non omnes locos Horatij difficiles atque obſcuros a me eſſe explicatos: & declaratos: alios, qui Latinam omnium teſtimoniorum & exemplorum Græcorum interpretationem [illegible] requirerent: alios, qui multo pluribus exemplorum luminibus, teſtimoniorúmque auctoritatibus tum Græcis, tum Latinis meos commentarios ornari potuiſſe præ[illegible]: alios, qui nonnullorum [illegible] explicationem improbarent: [illegible] omnibus hac ſecunda editione ſatiſfacere conatus ſum. Ac primum quidem iis, qui arguebant, me libros veteres vel parum diligenter inſpexiſſe, vel parum religioſe [illegible] eſſe, ita ſatisfeci. Nam præter ſcripturæ varietates ex decem libris veteribus, quibus Romæ [illegible] vſus, & vno, [illegible] Lugduni, exſcriptas atque excerptas, & ad oram vnius libri impreſſi aſcriptas, diligentiſſimè recognitas ac relectas, ſex præterea Lutetiæ item manu ſcriptos nactus ſum, vnum a N. Clerici heredibus, duos ab humaniſſ. viro [illegible] apud [illegible] interprete ac doctore, tres ab Io. Nuotio [illegible] & [illegible] [illegible] apud Lugdunum [illegible]: ad quos acceſſit [illegible], mihi quatuor ab hinc annis ab Io. Colombino Monſpelienſi donatus. Partim igitur vndecim illorum codicum priorum auctoritatibus repetitis ac retractatis, iterum [illegible] iterum conſideratis partim ſex librts poſterioribus diligentiſſime collatis, & attentiſſime perpenſis, quos [illegible] mendoſos imprudens reliqueram, eos hac ſecunda in integrum reſtitui. Iis, qui negabant totum [illegible] a me explicatum, [illegible] occurri, nullo præteriſſo loco, nulla ſententia, nulla denique voce quæ modo lectorem non tardiſſimum remorari poſſet, intacta relicta. Tertijs hoc modo morem geſſi, quod quicquid eſt in commentarijs meis ex Græcis auctoribus [illegible] Latine a nobis redditum eſt, inconditè illud quidem interdum & impolitè, ſed ita tamen, vt ſententia Græcorum verborum homini Græcis litteris non ſatis erudito non obſcura eſſe poſſit: quartis ita obſecutus ſum, quod ſexcentis exemplis ac teſtimonijs oratorum poetarum, philoſophorum, hiſtoricorum, tum Græcorum, tum Latinorum hi commentarij amplificati atque aucti ſunt: Poſtremis ita cumulate ſatisfeci, quod quorundam locorum explicationem, quæ [illegible] & recta, aut certe tolerabilis videbatur, argumentis & rationibus probabilibus confirmaui: in [illegible] ſententiam mutaui. Meum illud inſtitutum hic mordicus retinui. præterea quoque, etiam, vt, ſiquis Horatij locus ab aliquo [illegible] vel ingenioſe emendatus, vel erudite explicatus eſt, ſiquid a quopiam prolatum eſt ad aliquam Horatij ſententiam declarandam, quod quidem ſermone ac mentione dignum iudicarim, id [illegible] auctori bona fide reddiderim, nemini [illegible] laude ſpoliatum: contra [illegible] quod ab aliquo minus apte, minúsve probabiliter excogitatum & litteris mandatū eſt, [illegible] aut diſſimularim, aut ſine acerbiore auctoris reprehenſione coarguerim: neminem, quantumuis longe a recta regione aberrantem, ne [illegible] quidem, nominatim contumelioſius appellarim. Vale.

IN Q. HORATIVM Flaccum, iterum à D. Lambino editum, Germanus Valens Pimpuntius, in Curia Pariſienſi Conſiliarius Regius.

LAmbitus Calabra in ſaltu mala gramina, & vim-
Scabritiem, dumis horrorem: quæ plurima ſyluæ (bras,
Monſtra ferunt, paulò ante noua compeſcuit arte,
Atque Venuſinas ſegetes, & ſentibus arua
Obducta, atque ſitu Dauni ſquallentia rura
Erudiit, raſtris, ferro, inſectatus aratro:
Montibus vt Calabris quondam pater Ennius hortos,
Emeritus: ſic Lambinus ſua præmia palma.
Nec ſatis hoc illi, nec brachia feſſa remiſit,
Expertus, generoſa magis quo ſunt ſola, pluris
Culturæ reuocare vices, impendia, curas.
Aeruus ergo audi incumbens ſuperata labore,
Atque iterata nouo, vicit, domuítque colendo,
Proſcidit, effregit terram, effregitque rebellem:
Reſpondet votis totiéſque exercita tellus.
Saluete Auſonides Nymphæ, ſaluete Camœnæ
Dauniades: multùm tu magna Venuſia ſalue:
Luce noua, tantóque alacres gaudete nitore:
Lambinum circumfuſæ luſtrate choréis,
Sacráque odorata circundate tempora lauro.
Lambinus maneis veſtri acceſſiuis alumni,
Pæonio Elyſia cantu de valle reductos.
Dimidia iam parte ſui tabeſcit adempta,
Conclamátque gregem vmbrarum in communia damna
Pindarus, & fruſtra ſe abeunti opponit amico.
Hinc procul ò, queis nec Nymphæ, nec carmina cordi:
Ecce audita mihi reſerari ianua Ditis,
Cantatæq; domus Hecates ſæua ora dehiſcunt:
Auditúrque inuita ſenis renatare carina.
Proſequitur clamor reuocantûm, & ſonit in auras.
Me tellus tremefacta quatit, ſpecubúſque remugit
Aduentante vmbra, Flaccóque Acheronte remiſſo:
Interpres ſuus arcanis, en era reſoluit,
Viua. Obſcura prius, pandens oracula voce.
Non tamen hanc, Lambine, tibi laudem æquus Apollo
Inuidet, inſignem vel qua te reddidit, artem.
Sic prius Hippolytum ſuperas reuocârat ad auras:
Sic Deus omnipotens, Bacchi matérque, patérque
Bis natis fuerat, proprium mutâras eburno
Sic humerumq; Pelops: Æſónque recoctus aheno
Prodierat magico, duplices compendia magna
Excipiunt ortus, & fortunata ſequuntur
Fata quidem tantis nunquam contraria fatis.

IN EVNDEM IOAN. AVRAtus Lemouix, poëta Regius, Græcus & Latinus.

LInguarum populis cùm lis foret orta duarum:
Hicque ſuos vates diceret, ille ſuos:
Multos Græcia ſe lyricos iactabat habere,
Flaccum vix vnum cùm ſua Roma daret.
Verba notat Nemeſis, Græcóſque redegit ad vnum,
Eſſet vt hinc Flaccus, Pindarus inde ſuper.
Sed tamen & Flaccus longo corruptus ab æuo,
Fœdatúſque ſitu, iam periturus erat:
Non tulit hoc Nemeſis, formam ſuménſque virilem
Lambini, ambroſio ſparſit odore ſenem.
Protinus excuſſa, ſerpentis more, ſenecta
Splendet, in exuuiis luxuriátque ſuis.
Hoc tibi nunc debent Latiæ, Lambine, Camœnæ,
Æmula quod Graiæ ſtant ſua plectra lyræ.

IN EVNDEM IO. PASSEratius, Trecenſis.

OLim Philippos, buſta gentis Martiæ,
Tuo imbuiſſes, docte Horati, ſanguine:
Ni te per hoſtes nuntius celer Deûm
Denſo pauentem ſuſtuliſſet aëre.
Et nunc Camœnæ, parte tui præſtantior.
Caliginoſa nocte premerentur, niſi
Alter diſertus ales, Atlantis nepos,
Lambinus, atro vindicaſſet exitu.

IN EVNDEM ANTON. Valetus Iunianenſis, Lemouix.

QVem nuper terſum ediderat, Lambine, poetam,
Nunc fretus Genio vinidiore, iterum
Pene recens placidas erumpere geſtit in auras,
Lucis & vſura liberiore frui.
Namque manus extremáque inde recuſus,
Et nactus limæ munera cara tuæ,
Nunc totus nitet, & vectus maioribus alis
Euolat à mendis integer & maculis.
Hunc ego, dum cerno tam pulchrâ exire decorum
Cultu, ſic tua me docta Minerua capit:
Vt, niſi ſint Flacci plana omnia, & integra, ſanctè
Iurârim hæc Flaccum præripuiſſe tibi.

Digitized by Google

Extraict du Priuilege du Roy.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre, A noz amez & feaux Conſeillers les gens tenans noz Cours de Parlemens, Preuoſt de Paris, Bailly de Rouen, Seneſchaux de Lyon, Tholoſe, Bordeaux & Poictou & leurs Lieutenans, Et à tous noz autres Iuſticiers & Officiers qu'il appartiendra, Salut: Barthelemy Macé Libraire iuré en noſtre vniuerſité de Paris. Nous a faict remonſtrer qu'il a recouuert vn liure intitulé *Q. Horatius Flaccus, ex fide atq; auctoritate complurium librorum manuſcriptorum, opera Dionyſij Lambini Monſtrolienſis emendatus, & cum diuerſis exemplaribus antiquis cõparatus, & ab eodem ante paulo quam e vita decederet recognitus, atq; mendis omnibus perpurgatus, dilucidiuſq; quam alijs editionibus, commentarijs auctus, atq; amplificatus, illuſtratus. Acceſſerunt huic poſtremæ editioni, Adriani Turnebi Philoſophiæ & græcarum literarum Regij profeſſoris, & interpretis Commentarij. Inſuper & Theodorij Marcilij profeſſoris eloquentiæ Regij in opera eiuſdem Poetæ, Quotidiana & emendatæ lectiones.* Lequel liure il deſireroit volõtiers imprimer & mettre en lumiere: Mais d'autant qu'il luy couſte ja de grands fraiz & couſtera encores, tant pour la coppie que pour l'impreſſion d'iceluy liure: il doute & craint qu'apres auoir expoſé & mis en vente iceluy liure, qu'autres Imprimeurs & Libraires de Paris, Lyon, Rouën, ou autres villes de ceſtuy noſtre Royaume le vouluſſent ſemblablement imprimer, ou ſuſcitaſſent les Imprimeurs de Geneue ou autres eſtrangers à ce faire, & par ce moyen fruſtrer ledit expoſant de ſes fraiz & miſes, & rendre ſes peines, diligence & trauail inutiles, & luy faire receuoir perte & dommage, pour à quoy remedier & à fin que ledit Macé trauaille pour le bien public, ayant fourny à ce qui eſtoit neceſſaire pour aduancer ledit labeur & recouurir ladite copie, ſe reſſente du fruict de ſon labeur. Nous a tres humblement requis luy permettre faire imprimer ledit liure, & interdire à tous Libraires & Imprimeurs d'imprimer ou faire imprimer tant dehors que dedans ceſtuy noſtre Royaume, ny ſuſciter ſemblablemẽt aucuns eſtrangers à ce faire. NOVS à ces cauſes, deſirant la promotion & aduancemẽt de la choſe publique en noſtre Royaume, & ne voulant permettre que ledit ſuppliant ſoit fruſtré de ſes fraiz, peines & trauail, vous mandons & enjoignons par ces preſentes, que vous ayez à permettre cõme nous permettons audit Macé, qu'il puiſſe luy ſeul imprimer ou faire imprimer, vendre ou diſtribuer ledit liure ſelon l'ordre & methode deſdits Lambin, Turnebe & Marcille en telle forme & charactere que bon luy ſemblera, faiſant tres-expreſſes inhibitions & defenſes à tous Imprimeurs, Libraires tant de Paris que de Lyon, Rouën, & eſtrangers de quelque nation qu'ils puiſſent eſtre, trafficans en noſtre Royaume, pays & terre de noſtre obeyſſance & Seigneurie, & autres perſonnes de quelque eſtat & condition qu'ils ſoient de les imprimer, ou faire imprimer, vendre ny debiter, contrefaire ny alterer, ſoient par extraicts ou abregé l'ordre & methode deſdits Lambin, Turnebe, & Marcille ſans le congé & exprés conſentement dudit Macé, ny meſme ſuſciter les Geneuois ou autres eſtrangers à ce faire durant le temps de dix ans, à conter du iour que ledit liure ſera acheué d'imprimer, ſur peine de quatre cens eſcus d'amende, laquelle moitié nous appartiendra, & l'autre moitié audit ſuppliant, & ſur peine auſſi de confiſcation des exemplaires qui ſeront faits ou imprimez par autres, & ſans le conſentement dudit Macé, meſme ſi aucuns Imprimeurs ou Libraires de noſtre Royaume, ou eſtrangers trafficans en icelle, ou autre perſonne de quelque eſtat qu'il ſoit eſt trouué ſaiſi d'aucun exemplaire dudit liure, autre que de ceux qui ſeront imprimez par ledit expoſant. Voulons & nous plaiſt qu'il ſoit procedé contre luy particulierement, & qu'il ſoit condamné en pareille amende que s'il l'auoit imprimé ou fait imprimer. De ce faire vous donnons pouuoir, authorité, Commiſſion & commandement ſpecial, & de proceder à l'encontre de ceux qui contreuiendront par toutes voyes deuës & accouſtumées, & par les peines ſuſdites, non obſtant oppoſitions ou appellations quelconques: pour leſquelles ſans preiudice d'icelles ne voulons eſtre differé. Et pour ce que de ces preſentes ledit expoſant pourroit auoir affaire en pluſieurs & diuers endroicts: NOVS voulons qu'au vidimus d'icelle fait ſous le ſeel Royal, ou par l'vn de noz amez & feaux Conſeillers, Notaires & Secretaire foy ſoit adiouſtée comme au preſent original. Et ſi voulons & mandons, que mettant par bref le contenu du preſent Priuilege au commencement ou à la fin de chacun deſdits Liures, que cela ait forme de ſignification, tout ainſi que ſi l'original eſtoit particulierement ſignifié à chacun, & que cela ſoit de tel effect & vertu, comme ſi leſdictes lettres leur auoient expreſſément & particulierement eſté monſtrées & ſignifiées, car tel eſt noſtre plaiſir: Donné à Paris le 17. iour de Decembre 1603. & de noſtre Regne le quatorzieſme.

De par le Roy en ſon Conſeil, Signé SYMON.
Et ſeellé du grand ſeel de Cire iaulne.

Leſdictes lettres patentes du Roy ont eſté enterinées & verifiées en la Cour de Parlement pour iouyr par le ſuppliant du contenu en icelles, le 17. de Decembre 1603.

Signé VOISIN,

Et auſſi au Chaſtelet de Paris le 9. de Feurier 1604. ſigné MIRON, & le IAY.

Digitized by Google

CARMINVM LIBER I.

AD MÆCENATEM Od. I.

ARGVMENTVM.

Alios aliis rebus duci: ſe lyricorum verſuum ſtudio teneri.

*MÆCENAS atauis edite * regibus,*
O & præſidium, & dulce decus meum:
** Sunt quos curriculo puluerem Olympicum*
*Collegiſſe iuuat, * metáque feruidis*
Euitata rotis, palmáque nobilis
Terrarum dominos euehit ad Deos.
*Hunc ſi mobilium turba * Quiritium*
Certat tergeminis tollere honoribus:
Illum, ſi proprio condidit horreo
Quicquid de Libycis verritur areis.
Gaudentem patrios findere ſarculo
*Agros, * Attalicis condicionibus*
Nunquam dimoueas, vt trabe Cypria
Myrtoum pauidus nauta ſecet mare.
Luctantem Icariis fluctibus Africum
Mercator metuens, otium, & oppidi
Laudat rura ſui: mox reficit rateis
Quaſſas, indocilis pauperiem pati.
Eſt qui nec veteris pocula Maſſici,
*Nec * partem ſolido demere de die*
B *Spernit, nunc viridi membra ſub arbuto*
*Stratus, nunc * ad aquæ lene caput ſacræ.*
Multos caſtra iuuant, & lituo tubæ
Permiſtus ſonitus, belláque matribus
Deteſtata. manet ſub Ioue frigido
** Venator, teneræ coniugis immemor,*
Seu viſa eſt catulis cerua fidelibus,
Seu rupit tereteis Marſus aper plagas.
*Me doctarum * hederę præmia frontium*
A *Dis miſcent ſuperis: me gelidum nemus,*
Nympharúmque leues cũ Satyris chori,
Secernunt populo, ſi neque tibias
Euterpe cohibet, nec Polyhymnia
Lesboüm refugit tendere barbiton.
Quòd ſi me Lyricis vatibus inſeres,
*Sublimi feriam * ſidera vertice.*

MÆCENAS] In omnibus ferè manu ſcriptis codicibus, quibus vſus ſum, nomen *Mæcenas* ſcriptum reperi & in prima & in ſecunda ſyllaba ſine diphthõgo: quam ſcripturam tametſi non probem omni ex parte, ſequor in eo tamen, quòd ſecunda per e, vocalem, nõ vt vulgò, per æ diphthõgum ſcribitur. adiuuat me codex orationum M. Tulij Ciceronis calamo exaratus in Cluentiana: quo loco ſcriptum etiam eſt hoc nomen ſine diphthongo in vtraque ſyllaba. Iam verò quòd ad primam attinet, Græcorum hiſtoricorum auctoritate moueor, apud quos Μαικήνας per αι diphthongum ſcribi ſolet in ea ſyllaba, vt in ſecunda per η, quæ vocalis vertitur in e longum: &

Digitized by Google

item apud Suidam, in iis vocibus, quarum ſyllaba prima eſt μ cum diphthon. αι. Quin Ælianus, qui cùm Romanus eſſet, Græcè ſcripſit, lib. 12. Ποικίλ. ἱστορ. hanc ſcripturam retinet. Præterea apud P. Victorem lib. de regionibus vrbis, & Priſcianum libro de accent. & in exempl. Aldinis ſine vlla varietate perpetuò ita ſcriptum eſt hoc nomen. Vnius præterea marmoris antiqui teſtimonium producam, quod Romæ viſitur in ædibus Fuſconum, è regione ædium Farneſianarum: in quo hæc ſunt inciſa, *LIBERTORVM ET LIBERTARVM C. MÆCENATIS L. F. POMT. POSTERISQVE EORVM ET QVI AD ID TVENDVM CONTVLERVNT, CONTVLERINT.* Fuerunt autem Mæcenates ordinis equeſtris, quemadmodũ declarat M. Tull. in ea oratione, quam modò commemoraui, his verbis, *Tunc C. Flauius Puſio, Cn. Titinius, C. Mæcenas, illa robora pop. Rom. cæterique huiuſcemodi ordinis, non fecerunt idem, quod nunc Cluentius, &c.* Horatius ipſe multis locis hunc Mæcenatem, equitem appellat, vt Od. xx. huius lib. *datus in theatro Cum tibi plauſus, Care Mæcenas eques, &c.* & Od. xvi. lib. 3. *iure perhorrui Latè conſpicuũ tollere verticem, Mæcenas equitum decus.* De eodem ſic C. Velleius Paterculus, *Tunc vrbis cuſtodiis præpoſitus C. Mæcenas, equeſtri, ſed ſplendido genere natus, vir vbi res vigiliam exigeret, ſanè exſomnis, prouidens, atque agendi ſciens: ſimul verò aliquid ex negotio remitti poſſet, otio ac mollitiis pæne vltra fœminam fluens, non minus Agrippa Cæſari carus, ſed minus honoratus: quippe vixit anguſto claui pæne contentus: & maiora conſequi potuit, ſed non concupiuit.*

ATAVIS] atauum ait eſſe dictum Nonius Marcell. quaſi tatam aui, id eſt, patrem. *Pueri enim,* inquit, *paruuli patres tatas, matres mammas appellant.* Varro Bimargo. *Aui & atavi noſtri cum allium ac cepe eorum verba olerent, tamen optimè animati erãt.* REGIBVS] Etruſcis. Od. xxix. lib. 3. *Tyrrhena Regum progenies.* & Saty. 6. lib. 1. *Non, quia, Mæcenas, Lydorum quicquid Etruſcos Incoluit fines, nemo generoſior eſt te, &c.* & Od. xx. huius lib. *vt paterni Fluminis ripæ, &c.* & Propert. lib. 3. *Mæcenas eques Etruſco de ſanguine regum, Inter fortunam quicupis eſſe tuam, &c.*

O ET PRÆSIDIVM] ſic epiſt. 1. lib. 1. *rerum tutela mearum Cum ſis, &c.* Ponitur autem hoc loco præſidij nomen translatè, vt & epiſto. 2. ad Loll. lib. 1. *Tuterisque tuo fidentem præſidio, &c.* & Od. 1. lib. 2. *Inſigne mæſtis præſidium reis.* & Od. 5. huius lib. *Nequicquam Veneris præſidio ferox.* & Od. xxix. lib. 3. *Tunc me biremis præſidio ſcaphæ Tutum per Ægæos tumultus Aura feret.* propriè epiſt. 11. lib. 2. *Præſidium regale loco deiecit.*

DECVS] ornamentum. Nam & M. Tull. ſæpenumero hæc duo coniungit, præſidium, & ornamentum. ſic & Virg. ad Mæc. Georg. 2. *O decus, ô famæ meritò pars maxima noſtræ.* & Propert. lib. 3. *Mæcenas noſtræ pars inuidioſa iuuentæ: Et vitæ & morti gloria iuſta meæ.*

SVNT QVOS CVRRIC.] id eſt, ſunt qui delectantur equorum alendorum & certaminum

A curulium ſtudio ob victorias Olympicas, quæ omnium erant clariſſimæ. curriculi autem nomine, malim hoc loco currum ſignificari, quàm ſpatium, in quo curritur, Feſto auctore fretus, qui curriculum à curru diminutum eſſe ſcribit.

PVLVEREM OLYMP.] equorum curſu puluis excitatur. Itaque ex eo, quod ſubſequitur, id quod antecedit, intelligere debemus. ſic Ἰλ. ψ. in certamine illo equeſtri, quod inſtituit Achilles in funere Patroci, magna vis puluεris attollitur ὑπὸ δὲ στέρνοισι κονίη Ἵστατ' ἀειρομένη. id eſt, ſub pectoribus autem puluis ſublatus ſtabat. & paullò pòſt vtitur Homer. verbo κονίοντες quod idem ferè valet, quòd puluerem colligentes. οἱ δ' ἐπέτοντο κονίοντες πεδίοιο. Sic Virgil. lib. 3. Ge-

B org. *tum ſulua nimbus arena Tollitur.* Quidam hoc referunt ad puluerem corporibus aſperſum, ſeu corpora puluere inquinata, quale eſt illud Od. 1. lib. 2. *Audire magnos iam videor duces Non indecoro puluere ſordidos, &c.* Certamen porrò Olympicum ab Hercule fuiſſe inſtitutum poſt Augeam deuictum, Elida direptam ac vaſtatam, Phyleum reſtitutum, atque in patrio regno collocatum, cùm virorum penuriam, quam belli calamitas effecerat, eorum, qui in acie ceciderant, vxoribus cum reliquis exercitus commiſceri iuſſiſſet, expleuiſſet, ſcribunt Homeri interpretes Ἰλ. λ. Iam Pauſanias in Eliacis tradit xxvi. Olympiade cœptum eſſe Olympiæ equorum adultoru curſu certari, Thebanúmque Pagondam pronuntiatum eſſe victo-

C rem. Paterculus autem Olympicorum certaminũ auctorem Iphitum quendam Eleum fuiſſe tradit. Qui equos hoc animo alebant, vt Olympiæ certarent, dicebantur à Græcis ἱπποτροφεῖν, & πρὸς ἱπποτροφεῖν.

COLLEGISSE] Sic vtitur hoc verbo Saty. 4. lib. 1. *quum per mala præceps Fertur, vti pulvis collectus turbine.* alibi aliter: vt epiſt. 2. lib. 1. *Auriculas cithara collecta ſorde dolentes.* & x. *Imperat, aut ſeruit collecta pecunia cuique.* & xi *nec qui Frigus collegit, furnis & balnea vitat, &c.* & xii. *Fructibus Agrippæ Siculis, quos colligis Icci, &c.* & xv. *collectóſne bibat imbres.* & 2. libri 2. *collecta viatica multis Ærũnis.* ſic Virg. Melib. *Aut ſi, nox pluuiã ne colligat antè, veremur.* & Lucret. lib. 3. *Quòd calor à medio fugiens ibi colligat igneis.*

METÁQVE FERVIDIS EVITATA ROTIS]

D eo ipſo Ἰλιάδ. libro, quem modò teſtem produxi, Neſtor Antilocho filio quadrigarum curriculum agitaturo tùm alia, tùm hæc in primis præcipit, vt equum dexteriorem ſtimulet, eique habenas laxet: det operam, vt ſiniſterior ita metæ appropinquet, vt modiolus rotæ ſummam metam attingere quidem videatur: ſed non tangat tamẽ ne & equos vulneret, & currum effringat. Verſus Homeri aſcribam non ſolùm vt quiuis intelligat, quàm fuerit curſoribus illis metæ tactus periculoſus ac fugiendus, verumetiã vt hic locus aliquantum illuſtretur. Τῷ σὺ μάλ' ἐγχρίμψας ἐλάαν σχεδὸν ἅρμα καὶ ἵππους· Αὐτὸς δὲ κλινθῆναι ἐϋπλέκτῳ ἐνὶ δίφρῳ. Ἦκ' ἐπ' ἀριστερὰ τοῖιν· ἀτὰρ τὸν δεξιὸν ἵππον Κένσαι ὁμοκλήσας, εἶξαί τέ οἱ ἡνία

Digitized by Google

τε οἱ ἡνία χερσίν. Ἐν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω. Ὡς ἄν τοι πλήμνη τε δοάσσεται ἄκρον ἱκέσθαι κύκλου ποιητοῖο, λίθου δ' ἀλέασθαι ἐπαυρεῖν, Μήπως ἵππους τε τρώσῃς, κατά θ' ἅρματα ἄξῃς. id eſt huic metæ valde appropinquans ad eam quàm proximè currum & equos impelle. Tu ipſe autem in curru bene compacto incumbito. paullum in partem ſiniſtram horum: at dexterum equum pungito vociferans, eique manibus laxato habenas. Metæ autem equus ſiniſterior ſic appropinquato, vt tibi rotæ modiolus ſummam quidem metam attigiſſe videatur, ſed lapidis tactum vites tamen: ne quo pacto & equos vulneres, & currum perfringas. Sophocles autẽ in Electra ſic deſcribit certamen equeſtre, ſeu curule, vt pæne oculis cernere videamur. Eo loco Pſeudoreſtes ille cùm laxata læua habena alter ex equis curſum ſuũ inflexiſſet, imprudẽs ad ſummã columnam offendit: quo facto modiolos rotarũ, axémque perfregit, ipſe è curru excuſſus eſt. Equi autem eo collapſo, loriſque diruptis implicato, per medium Circum fugientes diuerſi abierunt, atque ita aurigam ſuum dilacerarunt, vt repreſſo tandem à ceteris aurigis equorum curſu, ſolutus & explicatus ille à nemine ſuorum agnoſceretur. Verſus eos duntaxat aſcribam, qui ad hunc locũ pertinent: Ἔπειτα λύων ἡνίαν ἀριστερὰν Κάμπτοντος ἵππου λανθάνει στήλην ἄκραν Παίσας ἔθραυσε δ' ἄξονος μέσας χνόας, Κἀξ ἀντύγων ὤλισθε, σὺν δ' ἑλίσσεται Τμητοῖς ἱμᾶσι, τοῦ δὲ πίπτοντος πέδῳ Πῶλοι διεσπάρησαν εἰς μέσον δρόμον. eodem pertinent illa Theocriti εἰδ. λα. Ἵππους δ' ἐξελάσασθαι ὑφ' ἅρματι, καὶ περὶ νύσσαν Ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχῶ σύριγγα φυλάξαι Ἀμφιτρύων ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἐδίδασκεν Αὐτός. docuerat (inquit) Amphitryo ipſe filium ſuum ita equos currui iunctos agitare, rotæque modiolum circum metam inflectere, vt eam vitaret. Videtur mihi etiam M. Tullius in orat. pro M. Cœlio, quo loco adoleſcentiæ voluptates, ac libidines extenuat, poſtulátque à iudicibus, ne vicinitas, & familiaritas Clodiæ, mulieris impudicæ, Cœlio fraudi ſit, ad hunc flexum tantopere in certaminibus illis periculoſum, reſpexiſſe, ſic enim ille, *In hoc flexu ætatis (nihil enim occultabo fretus humanitate ac ſapientia veſtra) fama adoleſcentis hæſit ad metas, notitia nouæ mulieris, & infelici vicinitate, & inſolentia voluptatum.* Et item Euripid. in Hippol. coron. Τέλος δὲ κάμψαιμ', ὥσπερ ἠρξάμην, βίον, id eſt, detur mihi vitæ finẽ ita, vt cœpi, flectere. quod valet, contingat mihi mors vitæ conſentanea, metam in epiſt. de art. poët. pro calce ſtadij vſurpauit. *Qui cupit optatam curſu contingere metam, Multa tulit, fecitque puer.*

FERVIDIS] ſic Virgil. Æneid. 2. *Frenáque ferventeiſque rotas.* Idem Georgic. 3. *volat vi feruidus axis.*

HVNC SI MOBILIVM] eo libentiùs *mobilium* lego, non *nobilium*, quòd hanc ſcripturam & Porphyr. agnoſcit, & noſtræ ætatis viri doctiſſimi probant. Mobileis autem, Quirites appellat

A Horatius propter comitiorum inconſtantiam, & varietatem, populique Rom. in ſuffragiis ferendis leuitatem, quam pluribus locis declarat M. Tull. vt in orat. pro Murena his verbis, *Quod enim fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes, & quantos æſtus habet ratio comitiorum? Dies intermiſſus vnus, aut nox interpoſita ſæpe perturbat omnia, & totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris, &c.* & item pro Plancio. *Non enim comitiis iudicat ſemper populus, ſed mouetur plerunque gratia: cedit precibus, facit eos, a quibus eſt maximè ambitus: denique ſi iudicat, non dilectu, aut ſapientia ducitur ad iudicandum, ſed impetu nonnunquã, & quadã etiã temeritate, &c.* quæ fuerãt à M. Anto. Mureto annotata. ſed B quod idem Muretus ſcripturam *nobilium* icircò reiicit, quòd in mandandis honoribus non modò nobiles, ſed etiã humiles & obſcuri, & plebeij ius ſuffragij habebant, ea ratio apud me nõ admodũ valeret. Nam Quiritum nobilitas penditur & ſpectatur non ex ordine, ſed ex vniuerſi populi antiquitate: quæ ſanè à Quirino, id eſt, Romulo Romani generis auctore ducitur. magis me mouet quòd epithetum *nobilium* hoc loco mihi videtur & otioſum, neque ſatis conſonum: otioſum, quia nobilitatem populi Romani hic commemorare ſuperuacaneum eſt: nõ eſt autem conſonum quia abſurdum videtur, cùm turbam dicat, nobilitatẽ aſcribere. Contrà cùm turba & mobilitas aptiſſimè vnà cohæreant: loquatur autem Horatius de C ſuffragiis & comitiis, quibus nihil eſt incertius, nihil mutabilius, & in quibus magni corporum & animorum motus verſantur, vox *mobilium* mihi videtur huic loco valde conuenire. Nam nomen *mobilis* non ad res inanimas tantum pertinet, vt Od. VII. lib. 1. *mobilibus pomaria riuis, &c.* & Od. XXIII. *Nam ſeu mobilibus veris inhorruit Aduentus folijs.* & Saty. VII. lib. 2. *vt neruis alienis mobile lignum.* & epiſt. ad Auguſt. *puncto mobilis horæ*: verùm etiã ad animum, vt Q. Metell. ad Cicer. lib. 5. epiſt. *Te tam mobili in me meóſque eſſe animo non ſperabam.* & Cicero ad Metell. ſecunda eius libri epiſt. *nec in te, vt ſcribis, animo fui mobili, ſed ita ſtabili, vt in mea erga te voluntate, etiam deſertus ab officiis tuis, permanerem.* Idem pro Qu. Roſcio Com. *quem hominem? D leuem? imo grauiſſimum. mobilem? imo conſtantiſſimum.* Cæſar lib. 3. de bello Gall. *Itaque cùm intelligeret, omneis ferè Gallos nouis rebus ſtudere, & ad bellũ mobiliter, celeriterque excitari, &c.* Idem lib. 4. mobileis in conſiliis capiendis appellat. Horat. lib. de arte poët. *Mobilibúſque decor naturis dandus & annis.*

TERGEMINIS TOLLERE HONORIBVS] cogor hîc ab iis diſſentire, qui tergeminos honores accipiunt quæſturam, tribunatum plebis, ædilitatem maiorem, præturã, conſulatu, cenſurã. Nam tergemini non ſex, aut ſenos: ſed treis, aut ternos ſignificant. declarant tergemini Horatij, & tergemini Curiatij. adde Geryonẽ tergeminũ, cui tria corpora fuiſſe confictũ eſt à poët.s: quem iccirco ter amplum idem Horat. appellat Od. XIIII. lib. 2. Lucret. lib. 5. *Quidue tripectora terge-*

Digitized by Google

mini vis Geryonæ? Virgil. lib. 8. *Nam maximus vltor Tergemini nece Geryonis, &c.* Accedat triceps Cerberus de quo ſic Tibullus eleg. IIII. lib. 3. *Nec canis anguinea redimitus terga caterua, Cui tres ſunt linguæ, tergeminúmque caput.* Hoc igitur poſitum ſit, per tergeminos honores vel treis magiſtratus ſignificari, non ſex: vel, quod magis probo ampliſſimos & maximos honores. ſi treis, qui ſint hi, videamus. Honorum gradus ſunt hi, quæſtura, ædilitas maior, (niſi cùm tribunatus interponebatur,) prætura, conſulatus. quod & M. Tullius declarat in Lucullo, *In Aſiam quæſtor profectus ſum, deinde abſens ædilis factus, continuo prætor, poſt in Africam, inde ad conſulatum.* & T. Liuius lib. 32. annalium. *Comitia per M. Fuluium, & M. Curium tribunos plebis impediebantur, quòd T. Quinctium Flaminiũ conſulatum ex quæſtura petere non patiebantur. Iam ædilitatem, præturámque faſtidiri, nec per honorum gradus documentum ſui dantes nobiles tendere ad conſulatum, ſed tranſcendendo media ſumma imis continuare.* De cēſura & dictatura quid attinet dicere, cùm dictatura quidem difficilibus tantùm, & turbulentis reipub. temporibus adhiberi ſolita ſit: cenſoria autem notatio, neque impedimento cuiquam fuerit vnquam, quo minus eius ratio haberetur in petcudis honoribus, & nonnunquam de rep. ſublata ſit: cenſores denique ipſi ſubſcriptione cēſoria ſibi ſtandum eſſe nunquam exiſtimarint, vt oſtendit M. Tull. in Cluentiana? Adde quòd ex cenſura nihil ad dignitatem hominis conſularis accedere poteſt, cùm ſcribat M. Tull. in Planciana honorũ populi finem eſſe conſulatum. His igitur poſitis exiſtimarim ternarium numerum hoc loco, vel ſimpliciter & literatè & propriè accipiendum: vel tranſlatè & prouerbij loco. Si ſimpliciter & propriè placebit accipi, tergeminos honores intelligemus ædilitatem maiorem, præturam, conſulatum. Quòd ſi quis quærat, quamobrem quæſturam è numero trium honorũ tollam, præſertim cùm primus magiſtratus vrbanus nominetur, & M. Tull. Verr. 7. honoris nomine afficiat his verbis, *Ita ſum quæſtor factus, vt mihi hunc honorē non delatum, ſed commiſſum arbitrer*: reſpondebo, magiſtratum quidem fuiſſe, & honorem, ſed non curulem, & minimæ auctoritatis, nullıúſque ferè imperij. Itaque idem M. Tull. lib. 2. accuſat. primum honoris gradum nominat, non honorem. deinde quæſtores dabantur prætoribus & conſulibus tanquam adiutores, & adminiſtri quidam. Præterea quæſtori prætor parentis erat loco, & quæſtor prætori, liberorum, vt ex multis M. Tullij locis intelligere licet. Tum, verò quæſtorem prætor poterat coërcere. quin etiam homini priuato licebat eum in ius vocare. Neque autē vocationem, neque prehenſionē in vrbe habebat: ergo neque lictorē, neq; viatorē, vt ſcribit A. Gell. ex Varrone: quod tamen verum non eſt. nam faſces & lictores habuiſſe perſpicuum eſt ex orat. pro Plancio. Poſtremò fortaſſe dici poteſt, quæſtorem non habuiſſe ſententiæ in ſenatu dicendæ poteſtatem: ſed tantummodo pedibus in aliorum ſentē-

A tiam diſcedere ſolitum eſſe: qua de re tamen nihil affirmo. agere quidem cum populo, & concionem habere ſuo iure non poterat. neque eſt quòd quiſquam mihi dicat, ei qui quæſtor non fuiſſet, non licuiſſe maiores petere magiſtratus: ergo quæſturam ſuum in honoribus locum debere obtinere. ad hoc enim reſpondebo tanto magis eam in enumerandis honoribus nobis prætermittere licere, propterea quòd etiam ſi non numeretur, reliquos magiſtratus tamen anteceſſiſſe intelligatur. De ædilitate maiore autem cùm multa dici poſſint, quamobrem in honorũ numero ſit habēda, tum ea multum valent, quæ ſcribit M. Tull. lib. 5. accuſ. de ſua ædilitate verba faciens: *Ob earum rerum laborem & ſollicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in ſenatu ſententiæ dicendæ locum, togam præ-* **B** *textam, ſellam curulem, ius, imagines ad memoriam, poſteritatemque prodendam.* Nam ex illo loco perſpicuum eſſe poteſt, quantùm dignitatis atque amplitudinis afferat ædilitas. Præterea ædili concionem aduocare, & cum populo agere licebat, quod nō niſi maiori magiſtratui licebat. Quãuis autem præturã & conſulatũ obtinere poterat, qui ædilitatem non geſſiſſet: ſæpe tamen accidebat, vt offenderetur populus, ſi quis ædilitatem non petiuiſſet. Nam in ſuſpicionem illiberalitatis & auaritiæ veniebat; quod declarat locus ille Ciceronis lib. de Offi. ſecundo his verbis, *Vitanda tamen eſt ſuſpicio auaritiæ. Nam Mamerco homini ditiſſimo prætermiſſio ædilitatis conſulatus repulſam attulit.* Ne illud quidem me mouet, quòd multi ædili- **C** tatis repulſam paſſi, prætores & conſules facti ſunt. Id enim comitiorum inconſtantiæ, populique leuitati aſcribendum eſt. Poſtremò M. Tull. oſtendit lib. 3. de legib. ædilitatem, primum aſcenſum fuiſſe ad amplioris honoris gradum. Iam verò de prætura, quin ea ſecundum locum ſuo quodammodo iure ſibi vendicet, nemo, opinor, dubitabit. Prætores enim abſētibus cōſulibus conſulare munus obtinebãt more maiorum, vt ſcribit M. Tull. epiſt. ad Plancũ lib. 10. & T. Liu. lib. 7. tradit prætores dictos & habitos eſſe cōſulum collegas. Sequitur conſulatus, quem honorũ populi finē fuiſſe paullo antè ex M. Tullio diximus. Ex ſuperiorib. igitur colligi poteſt per tergeminos honores ab Horatio ſignificari ædili- **D** tatem, præturã, conſulatũ: vel ſi quis ædilitatem prætermitti potuiſſe impune cōtendet, quæſturã, præturam, conſulatũ. Tribunatus porrò quãuis fuerit magiſtratus ſacroſanctus, & auxilij cauſa ab initio comparatus, non erat tamen neceſſe, eum, qui præturam, aut conſulatum petiturus eſſet, tribunatum geſſiſſe. Præterea tribunatus multis annis poſt vrbem conditam, ex diſſenſione ſenatorũ & plebis natus, & ſæpe intermiſſus eſt, vt ex T. Liuio intelligere licet. Quod item oſtēdit M. Tullius Verr. 2. vel potiùs proœmio accuſ. Verr. his verbis, *Ipſe denique Pompeius cùm primum concionem habuit: vbi (id quod maximè exſpectari videbatur) oſtendit, ſe tribunitiam poteſtatem reſtituturum, factus eſt in eo ſtrepitus & grata concionis admurmuratio.* Deinde

tribunatum nemini, niſi qui è plebeia eſſet familia, capere licebat. deinde tribunatum petebant ferè homines populares, & ab optimatum conſilio & ſecta remoti. Si igitur propriè tergeminos accipiemus, treis eos, quos dixi, honores intelligemus: Sin tranſlatè & μυςηριωδῶς accipiemus: per tergeminos honores, legitimum quendam, & iuſtum, & abſolutum honorum numerum intelligemus, ſeu potiùs, vt ſup. dixi, ſummos & ampliſſimos honores, vt ædilitatem maiorem, præturam, conſulatum, &c. quemadmodum ſæpe apud poëtas Græcos & Latinos τρὶς, & ter, vſurpatum videmus pro multùm, & ſæpè Hom. Οδ. ε. τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις. quod Virgil. expreſſit primo Æneid. & Horat. Od. 13. huius libri *felices ter & amplius, Quos irrupta tenet copula.* & apud Æſchin. in Prometh. χαιρῶν τρισμύρια. ſic Od. XXVIII. eiuſdem, *licebit iniecto ter puluere curras.* & Od. XVII. ſecundi, *Lætum theatris ter crepuit ſonum.* & Od. tertia lib. 3. *Ter ſi reſurgat murus aëneus.* & Od. XVIII. *Gaudet inuiſam pepuliſſe foſſor Ter pede terram.* & Od. 22. *Quæ laborantes vtero puellas Ter vocata audis.* & Od. 17. lib. 2. *Cùm populus frequens Lætũ theatris ter crepuit ſonum.* Atque hoc ex eo natum, quòd numero ternario in ſacris, in rebus diuinis, atque adeò in carminibus & excantationibus vtebantur, tanquam naturę diuinę accomodatiſſimo & gratiſſimo. Theocr. Φαρμακευτρ. Ἐς τρὶς ἀποσπένδω, καὶ τρὶς τάδε πότνια φωνῶ. quale eſt illud Virgilij in ſua pharmac. *Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore Licia circundo, &c.* ſic Tibul. eleg. 2. lib. 1. *Ter cane, ter dictis deſpue carminibus.* Etiã oratores vſurpãt, vt Demoſth. περὶ παραπρεσβ. τρὶς, οὐχ ἅπαξ ἀπολωλέναι δίκαιος. id eſt, dignus, qui ter, non ſemel moriatur. Errant autem vehementer qui per tergeminos honores, maximos & ſæpius iteratos populi plauſus ſignificari putant.

TOLLERE HONORIB.] Vel dixit tollere honoribus, pro eo quod eſt, tollere ad honores, vel ita vt dicimus ferre & tollere laudibus. ſic enim Od. XXI. huius lib. *Vos Tempe totidẽ tollite laudibus.*

SI PROPRIO COND. HORR.] id eſt, ſi quamplurima fructuoſiſſimorum agrorum habet iugera, ſi copioſus & diues eſt arator. ita vtitur eodem verbo epiſt. ad Auguſt. lib. 2. *Condita poſt frumenta leuantes tempore feſto Corpus, & ipſum animum ſpe finis dura ferentem.*

QVICQVID DE LIBYCIS VER. AR.] Libyam ſeu Africam numerant ſcriptores in regionibus frumenti fertiliſſimis: eò reſpiciens, dixit. Sat. 3. lib. 2. *Frumenti quantum metit Africa.* & Martial. lib. 6. *Poßideat Libycas meſſeis Hermúmque Tagúmque, &c.* Seneca Thyeſte. *Non quicquid Libycis terit Feruens area meßibus.* Ennius Satyr. lib. 3. *Lati campi, quos gerit Africa terra politos.*

ATTALICIS CONDICIONIBVS.] id eſt, opulentiſſimis atque ampliſſimis condicionibus, & vel regno Aſiæ propoſito, vel Aſiaticis opibus oblatis, nunquam neque huic ambitioſo præſertim apud populum gratioſo, neque illi aratori, A præſertim abundanti, & copioſo, perſuadeas vt ſuo ſtudio, vitæque inſtituto relicto, nauigationis periculum quæſtus cauſa ſubire velit. Fuit autem Attalus rex Pergami, & totius Aſiæ, qui populum Rom. fecit heredem. de quo plura ad Od. XVIII. lib. 2.

NVMQVAM DIMOVEAS] ſic quidem ſcriptũ reperi in libris omnibus manuſcrip. ſed malim legi *demoueas*, vt hæc ſit ſententia: numquam eum de ſuo inſtituto ſententiáve deducas, aut demoueas. Non dubium eſt autem, quin hoc verbum non apud hunc poëtam ſolùm, verùm etiam apud M. Tull. permultis locis ita ſit emendandum. Vt in orat. contra Rull. *ex ea poſſeßione remp. demouere.* & paradox. *de ſententia demouere* & Philipp. quarta, B *Virtus eſt vna altißimis defixa radicibus, quæ numquam vlla vi labefactari poteſt, numquam demoueri loco.*

TRABE CYPRIA] trabe, id eſt naui, hypallage, ſic Virg. Æne. 3. *Vela damus, vaſtúmque caua trabe currimus æquor.* Sed quamobrem Cypria? quia Cyprus abundat materia opportuna atque vtili ad naueis ædificandas vel à carina vſque ad ſummam mali partem. Quidam tamen nauem intelligunt totam ex trabibus cyprus, id eſt, cypri arboris compactam.

MYRTOVM] mare Myrtoum à Myrtoo OEnomai auriga nominatum eſſe traditum eſt: quem Pelops ab Hippodamia falſò apud ſe accuſatum, quaſi ei ſtuprum inferre conatus eſſet, cùm illa abſente Pelope Myrtoi complexum & con- C cubitum vltro appetiiſſet: in mare proximum è curru præcipitem deiecit. Verùm Pauſan. Arcadicis hæc non probat. vult enim, mare Myrtoum à muliere quadam Myrtone eſſe appellatum. Pauſaniæ verba ſunt hæc, Οὐκ ἂν οὖν τὸ Μυρτῷον ἀπὸ Μυρτίλου τοῦ Ἑρμοῦ φαίνοιτο κεκλημένον, ἀρχόμενόν τε ἀπὸ Εὐβοίας, καὶ παρὰ Ἑλένην ἐρήμην νῆσον καθῆκον εἰς τὸ Αἰγαῖον, ἀλλά μοι δοκοῦσιν Εὐβοέων οἱ τὰ ἀρχαῖα μνημονεύοντες ἐοικότα εἰρηκέναι, λέγοντες ἀπὸ γυναικὸς Μυρτοῦς τῷ πελάγει γεγονέναι τὸ ὄνομα τῷ Μυρτῴῳ. id eſt, nõ igitur mare Myrtoum à Myrtylo Mercurij filio videri debeat appellatum, quod initium capit ab Eubœa, & præter Helenam, inſulam deſertam, vſque ad mare Ægæum pertinet: ſed mihi viden- D tur Eubœorum ij, qui res antiquas memoriæ prodiderunt, veriſimilia quædam & probabilia dixiſſe, in eo quòd tradiderunt mari Myrtoo nomen eſſe impoſitum à muliere quadam Myrtone. eſt autem mare Myrtoum maris Ægæi pars, & ita vndoſum, procelloſum, & naufragus infeſtum.

PAVIDVS NAVTA.] aptum epithetum. ſic Od. XXIII. huius lib. Ceruam pauidam: & Od. 11. epod. leporem pauidum appellat. pauidum autẽ hoc loco nautam dixit propter aduerſas tempeſtates, & naufragij metum. alibi nautas auidos dicit, vt Oda XXVIII. eiuſdem libri, *Exitio eſt auidus mare nautis.*

LVCTANTEM ICARIIS.] participium luctantem cum dandi caſu coniunxit, vt Od. III. huius lib. dixit, decertantem Aquilonibus, & ita

de ſimilibus ſentiendum. lege quæ annotata ſunt ad Od. vi. lib. 2. ibi, *Vndique certat Baca Venafro.* Dædalum & Icarum eius filium poſt Paſiphaæ cum tauro concubitum, Minois iram fugienteis ſeſe è Creta ſubduxiſſe, Icarúmque Solis propinquitate alis colliquefactis, in mare ſubiectum decidiſſe, atque ab eo, mare Icarium eſſe nominatũ, notius eſt, quàm vt inculcare debuerim. infra Od. 11. lib. 4. *Ceratis ope Dædalea Nititur pennis.* Eſt autem etiam mare Icarium, maris Ægæi pars.

A

AFRICVM] ventũ ab occaſu hyberno flantem: de quo Virg. lib. 1. Æn. *Creberque procellis Africus.*

INDOCILIS PAVP. PA.] id eſt, qui neque aduerſa tempeſtate, neque naufragio, neque vllo alio nauigationis incommodo patientiã paupertatis doceri poteſt. Hæc quidem eſt nominis, *indocilis*, propria ſignificatio, ſed vſurpauit M. Tull. pro eo, quod Græci ἀδίδακτον dicunt, in Lucullo, his verbis: *Sed incredibilis quædam ingenij magnitudo non deſiderauit indocilem vſus diſciplinam.* diſciplinam vſus, indocilem dixit, quæ nullis præceptis contineatur, quæ doceri non poſſit.

B

EST QVI NEC VETERIS] aliud hominum genus proponit, qui totam ætatem in compotationibus, in ſomno, in otio, & voluptatibus conſumunt.

MASSICI] vinum Maſſicum poſuit pro quouis vino generoſo. Naſcitur autem in Maſſicis montibus, qui ſunt in Campania, de quibus Plin. lib. 3. cap. 5. *Ab hoc ſinu incipiunt vitiferi colles, & temulentia nobilis ſucco per omnes terras inclyto atque (vt veteres dixere) ſummum Liberi patris cum Cerere certamen. Hinc Setini & Cæcubi obtenduntur agri. His iunguntur Falerni, Caleni. Dein conſurgunt Maſſici, Gaurani, Surrentinique montes.* Oda. xxj. lib. 2. *Quo nomine lectum ſeruas Maßicum, &c.* & Saty. 4. lib. 2. *Maßica ſi cælo ſuppones vina ſereno, &c.* addidit nomen *veteris* quia vetuſtas vinum commendat. qua de re alibi dicemus.

C

NEC PARTEM SOLIDO D.] demere partem de die ſolido, idem valet, quod dicit Ode vii. lib. 2. frangere diem. Et ſolidum diem, ſiue integrum appellare malis, hîc nominat, quo die nihil quis edit, nec bibit: vt od v. lib. 4. *dicimus integro Sicci manè die &c.* Eſt autem frangere diem, opere & labore vſitato, & quaſi legitimo intermiſſo, atque interrupto, corpus cibo, & potione curare ac reficere, Genióque indulgere. Solebant enim magna ex parte Romani illi veteres totum ferè diem in rebus agendis ponere: ſub veſperum autẽ aut certè poſt meridiem corpora curare, vinóque & epulis operam dare. Significat igitur, nõnullos adeò non eſſe vel in rep. adminiſtranda, vel in re familiari tuenda, vel in aliis ſtudiis, & negotiis occupatos, vt multò malint magnã diei partem in conuiuiis, & compotationibus conſumere, quàm ſicci, & ieiuni vſque ad veſperum permanere. Eadem ratione videtur M. Tull. in epiſto. ad Papirium Pætum lib. 9. epiſt: integrã famem appellare eam, quæ ad cœnæ tempus perfertur, neque vel tantillo cibo ſedata, aut leuata eſt.

D

Integram (inquit) *famem ad ouum affero. ita vſque ad aſſum vitulinum opera perducitur.* Quem igitur hîc ſolidum diem nominat. Od. v. lib. 4. integrũ appellat: & dies fractus opponitur integro, vt integer ſit, de quo nihil ſit detractum, quod in curando corpore ponatur: fractus autem, qui totus in negotio nõ ſit poſitus, ſed diuiſus ita, vt eius pars vel multo maxima, vel quantacũque ſit ad vinũ, atque epulas, eiuſmodique delicias, & voluptates ſiue neceſſarias, ſiue non neceſſarias conferatur.

SPERNIT] videtur eſſe μείωσις ſeu ἐλάττωσις, non ſpernit, pro exoptat, concupiſcit, ordo autem hic eſt, nec ſpernit pocula optimi vini veteris, nec ſpernit demere, id eſt, detrahere partem de die, & ad epulas ac voluptates conferre.

NVNC AD AQVÆ LENE CAPVT SAC.] aquam ſacram, fontem intellige: qua de re mox dicemus. fontis caput autẽ, eſt fontis principiũ, & origo, vnde primùm erumpit & manat aqua. Ex quo à capite arceſſere. i. ab ipſo principio petere, ſeu repetere, & caput pro cuiuſque rei principio, & origine. Cic. pro Plancio, *Sed ſi quid ſine capite manabit, aut ſi quid erit eiuſmodi, vt non extet auctor qui audierit, &c.* & ib. caput & fontem coniũgit. *Etenim ad caput, & ad fontem vtriuſque generis veniamus.* & pro Cœlio: *ſin autem vt riuulos arceßitis & ductus ab ipſo capite accuſationis veſtræ, lætabor &c.* & ibid. *horum duorũ criminũ video fontẽ, video auctorẽ, video certũ nomen & caput.* & lib 2. de finibus, *Atque ab iſto capite fluere neceſſe eſt omnem rationem bonorum, & malorum.* Caput fluuij autem eſt, quo in mare influit, quod oſtium appellauit Virg. Geor. 4. *Vtiſque ad extremi ſacrum caput aſtitit amnis.* & Ceſar lib. 4. de bello Gall. loquens de Rheno. *Multiſque capitibus in Oceanum influit.* Nam qui putant caput fluuij eſſe principium & originem fluuij, errant; neque rectè explicant locum illum Virgil. Æneid. li. 8. *Hic mihi magna domus celſis caput vrbibus exit.* Per caput enim Roma ſignificatur. Hoc modo autem Virgilij verſus explicandus eſt. *Hic*, id eſt, non longè ab exitu meo, & oſtio, quo in mare ingredior, *magna domus mihi exit*, id eſt, oriri incipit: *celſis caput vrb.* i. quæ futura eſt aliarum magnarum vrbium caput & princeps. Quòd autem illi ex iis quæ paulo pòſt ſequuntur, ſententiam ſuã confirmari dicunt. *Quo te cumque lacus miſerantem incommoda, &c.* nihil dicunt. nã planè & perſpicuè his verbis fons fluuij ſignificatur: quis neget? ſed cùm ſuprà dicat, *Hic mihi magna domus, &c.* Certum locum indicat Tiberis fluuius, vbi domus ſua futura ſit, & caput vrbium, Æneas autem cum ita loquitur, *Quo te cumque lacus, &c.* incertum ſibi eſſe ſignificat vbi ſit origo Tiberis. Præterea cùm Æneas longiſſimè abeſſet ab origine & fonte Tiberis, non poſſunt illa verba *Hic mihi magna domus*, de fonte fluuij intelligi, vt pote quæ locum propinquum indicant.

MVLTOS CASTRA] multi caſtris, & ſtudio rei militaris delectantur.

ET LITVO TVBÆ PERM. SON.] quem-

Digitized by Google

admodum hîc tubæ ſonitum cum lituo: Od. 1. lib. 2. lituorum ſtrepitum cum cornuum murmure coniungit in deſcribenda pugnæ imagine, his verbis, *Iam nunc minaci murmure cornuum Perſtringis aures, iam litui ſtrepunt.* ſolebant enim Romani nõ ſolùm tubis, verùm etiam lituis acuere militum animos, ex quo apud Tull. tuba belli ciuilis, & lituus profectionis ad Pompeium, pro impulſore poſita ſunt. Verba Ciceronis ſunt hæc in epiſt. ad Appium Balb. lib. 6. epiſt. *qui uluſſent acerbius, verùm tibi dari, quem illi appellant tubam belli ciuilis.* Idẽ lib. 11. epiſt. ad Attic. *Poſteáque, quàm mihi literæ à Balbo Cornelio minore miſſæ eſſent, illum exiſtimare, Quintum fratrem lituum meæ profectionis fuiſſe (ita enim ſcripſit) & c* eódem pertinent illa Virgil. Georg. 3. *Primus equi labor eſt, animos, atque arma videre bellãtum, lituóſque pati.* & Æneid. 6. de Miſeno, *Hectora circum, Et lituo pugnas inſignis obibat, & haſta.* Vide Aul. Gell. lib. 1. cap. xj. Fuit autem & alius lituus inſigne auguratus: de quo ſic M. Tull. lib. 1. de diuinat. *Quid lituus iſte veſter, quod clariſſimum eſt inſigne auguratus? vnde vobis eſt traditus? nempe eo Romulus regiones direxit tum, cùm vrbem condidit; qui quidem Romuli lituus, id eſt, incuruum, & leuiter à ſummo inflexum bacillum, quod ab eius litui, quo canitur, ſimilitudine nomen inuenit: cùm ſitus eſſet in curia Saliorum, quæ eſt in Palatio, eáque deflagraſſet, inuentus eſt integer.*

BELLÁQVE MATRIBVS DETEST.] deteſtata poſuit παθητικῶς, vt notat Priſcian. lib. 8. matribus autem deteſtata bella dixit, propterea quòd in eis matres plerunque filiis orbantur. ſic inf. Od. xvi. lib. epod. *Parentibúsque abominatus Annibal.* eodem pertinet illud Euripid. in Hecuba, πολιόν τ' ἐπὶ κρᾶτα μήτηρ τέκνων θανόντων τίθεται χέρα, δρύπτεται τε παρειὰν δίαιμον ὄνυχα τιθεμένα σπαραγμοῖς. quorum verborum hæc ferè ſententia eſt. canóque capiti mater manum infert liberis in bello mortuis, genáſque lacerat vngue cruento. ſic & Virgil. lib. 11. AEneid. *Hîc matres, miſeræque nurus; hîc cara ſororum Pectora mœrentum, puerique parentibus orbi Dirum exſecrantur bellum.*

MANET SVB IOVE FRIGIDO] ſi dixiſſet, cubat ſub Ioue frigido, verbum Græcum expreſſiſſet αἰθριοκοιτεῖ. Iam quod Iouem pro cælo poſuit, vſitatum eſt omnibus poëtis Græcis & Latinis. Theocr. εἰδ. δ. χ' ὡ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει. *Nunc pluit & claro nunc Iupiter æthere fulget.* Virg. Georg. 1. *Iupiter humidus Auſtris Denſet, erant quæ rara modò, & quæ denſa, relaxat.* Idem ſecund. *Et iam maturis metuendus Iupiter vuis.* Horat. Od. xxii. huius libr. *Quod latus mundi nebulæ, maluſque Iupiter vrget.* & Od. x. lib. 3. *Puro numine Iupiter.* Od. xiii. epod. *Horrida tempeſtas cælum contraxit, & imbreis, Niueſque deducunt Iouem.* Catullus autem pro vento poſuit: *ſiue vtrumque Iupiter Simul ſecundus incidiſſet in pedem.* Iam verò notum eſt ita loqui Latinos, cælum graue, tenue, frigidum, caliginoſum, craſſum, humidum, potiùs quàm aër grauis, tenuis, &c.] Profert autem hunc locum Seruius ad illũ

A Virgil. Æn. 3. *moſſò Iupiter adſit.* & ſub Ioue interpretatur, ὑπὸ διός, ſeu ſub diuo. profert & ad illum locum Æneid. 6. *primiſque in faucibus Orci*: vbi dicit Deum eſſe poſitum pro loco: vt cùm Iouem dicimus, & ætherem ſignificamus.]

VENATOR] ſic Hom. de venatorib. ὀδυσ. ἰῶ τα. οἵ τε καθ' ὕλην Ἄλγεα πάσχουσιν κορυφὰς ὀρέων ἐφέποντες, id eſt, qui in ſylua dolores perferunt, dum in ſummis montibus verſantur. & M. Tull. lib. 2. Tuſcul. *Pernoctant venatores in niue, in montibus vri ſe patiuntur.* Horat. ſatyr. xj. lib. 1. *Leporem venator vt alta In niue ſectatur.*

CATVLIS FIDELIB.] canum fidelitatem, & ſtudium venandi, pluribus verbis declarat. M. Tull. lib. 2. de nat. deorum. *Canum tam fida cuſto-*
B *dia, támque amans dominorum adulatio, tantúmque odium in externos, & tam incredibilis ad inueſtigandum ſagacitas narium, tanta alacritas in venando, quid ſignificat aliud, niſi ad hominum commoditates eſſe generatos?* vigileis appellat Horat. Od. xvj. lib. 3. *& vigilũ canum Triſtes excubiæ.* Vtrumque cõiunxit Lucret. lib. 5. *Et leue ſomna caniũ fido cũ pectore corda.* Theocrit. εἰδ. λβ. hoc animal in primis ad hominum cõuictum aptum ait eſſe, & prouidum, in eóque iudicium duntaxat deſiderat, quo diſcernat eos, in quos ſæuire debeat, ab iis, quibus eum parcere ac blandiri oporteat. ſic Theocr. Ω πόποι· οἷον τοῦτο θεοὶ ποίησαν ἄνακτες Θηρίον ἀνθρώποισι μετέμμεναι, ὡς ἐπιμηθές. Εἰ οἱ χαὶ φρένες ὧδε νοήμονες ἔνδοθεν ἦσαν, Ἤιδει δ' ὧτε χρὴ χαλε-
C παινέμεν, ὧτε καὶ οὐχί, Οὐκ ἄν τίθηρον τις ἐδήρισεν περὶ τιμῆς, &c. quorum verſuum hæc ferè ſententia. O dij immortales! Qualem hanc beſtiã dij finxerunt? quàm aptam ad hominum conuictum? quàm prouidam, & ſagacem? Si ea in eo intelligentia eſſet, vt ſciret cui iraſci oporteat, cui non: nulla cum ea de principatu, & honore certaret.

MARSVS APER.] Marſi Apuliæ populi.

ME DOCTARVM EDERÆ] ederæ præmia doctorum capitum, id eſt, doctorum virorũ nempe poëtarum. nam poëtæ victores coronis ederaceis donabantur. epiſt. ad Iulium Florum. lib. 1. *ſeu condis amabile carmen, Prima feres ederæ victricis præmia.*

D DIIS MISCENT SVPERIS] in Deorum me contubernio quodammodo collocant. Diis me parem efficiunt.

NYMPHARÚMQVE LEVES] Nymphæ aliæ in nemoribus habitant: & hæ à Græcis ἀλσηΐδες, id eſt, nemorales appellãtur: aliæ in aquis, quæ naiades, ſeu naiades, & hydriades communi & generali nomine dicuntur, ſed harum aliæ ſũt κρηνίδες Græcè, Latinè (ſi placet) fontanæ nominentur: aliæ ἐπιποταμίδες, liceat has fluuiatileis appellare. ſunt & aliquæ ἐπιμηλίδες, ſeu ἐπιμηλιάδες (vt Pauſ. in Arcad.) quibus pecora ſunt curæ: nonnullæ etiam ὀρεστιάδες, quæ mõtes incolunt. Nymphas ita definit Theocriti interpres εἰδ. γ. Νύμφαι δ' εἰσὶ αἱ ἐν γυναικείῳ σχήματι ἐν τοῖς ὄρεσι φαινόμεναι δαιμόνια, id eſt,

Nymphæ autem ſunt, quę muliebri figura in mõtibus conſpiciuntur dęmonia, ſeu deorum numina. Ac de Nympbis quidem ſic Hom. ἰλ. υ. Οὔτ' ἄρα Νυμφάων ταί τ' ἄλσια καλὰ νέμονται, Καὶ πηγὰς ποταμῶν, καὶ πίσεα ποιήεντα. Veteres autem cùm omnium aquarum naturam, vt in qua pręcipua vis inſit alendi, atque augendi, diuinam exiſtimabant, tum fluuiorum, & peremnium fontium maximè. Ex quo & Nymphis naiadibus antra conſecrabant, & eas maxima religione venerabantur & colebant. Itaque Vlyſſem experrectũ, & patriam ſuam agnoſcentem Homerus facit Nymphas manibus ad cælum ſublatis ad hunc modum precantem, Αὐτίκα δὲ νύμφαις ἠρήσατο χεῖρας ἀνασχών, Νύμφαι νηϊάδες, κοῦραι Διός, οὔποτ' ἔγωγε Ὄψεσθ' ὔμμ' ἐφάμην, νῦν δ' εὐχωλῇς ἀγανῇσι Χαίρετ', ἀτὰρ καὶ δῶρα διδώσομεν ὡς τὸ πάροσπερ. quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt. ſtatim Nymphas manibus ſublatis veneratus eſt. Nymphæ Naiades Iouis filię, deſperabam me vnquam vos viſurum. At nunc blandis precibus à me veneratæ, ſaluete. Porrò etiam vobis dona largiemur, quemadmodum & anteà. & ὀδυσσ. ρ. Vlyſſe à Melanthio caprario calce percuſſo, Eumæus tametſi eum nondum agnoſceret, tamen tam improba & petulanti in hoſpitem egentem iniuria & contumelia commotus, Nymphas fontium præſides & cuſtodes precatur, vt ſi vnquam eas Vlyſſes piè, religioſéque coluit, ſaluus in patriam reuertatur, vt illius inſolentiam comprimat, iniuriámque hoſpitibus illatam vlciſcatur. ſic igitur Homer. Νύμφαι κρηναῖαι, κοῦραι διός, εἴποτ' ὀδυσσεὺς Ὑμμ' ἐπὶ μηρί' ἔκηε καλύψας πίονι δημῷ. &c. Theocritus autem Nymphas quaſdam facit Caſtalidas, tanquam Muſas. ſed nihil vetat, quo minus & fons Caſtalius ſuas Nymphas habeat. Ne hoc quidem prętẽribo, Nymphas terrorem inijcere interdum, non ſolùm agricolis, ſed & quibuſlibet alijs, cóſque de gradu mẽtis deturbare. Vnde νυμφόληπτοι dicti, quos Latini, Lymphatos appellant qua de re dicemus ad Od. 37. huius lib.

Secernvnt popvlo] à vulgo ſeparant, vt ceteris hominibus præſtantem. Vtitur hoc verbo epiſtol. de arte poëtica. *Publica priuatis ſecernere.* & Ode 111. libr. 3. *Secernit Europen ab Afro.*

Nec Polyhymnia] appâret ex hoc loco Polyhymniæ nomẽ ab hymno dictũ eſſe. ſed Lucianus lib. περὶ ὀρχήσεως vult ἀπὸ τοῦ μεμνῆσθαι his verbis καὶ τὴν θυγατέρα αὐτῆς πολύμνιαν, ἵλεων ἔχειν αὐτῷ προσεύχεται, καὶ μεμνῆσθαι πειρᾶται ἁπάντων, & filiam eius Polymniam propitiam habere ei propoſitum eſt: & omnia memoria tenere conatur. Ex eo quidam cenſuerunt hoc loco legendum eſſe πολυμνία: quod nomẽ quámque lectionem probarem, niſi codices omnes reclamarent. huic alij agriculturam, alij bene dicendi facultatem, alij artem geſtu loquendi aſcribunt: Horat. ἔτυμον nominis ſecutus, lyram & cantum. Iam verò etiam Ouidius Polyhymniã dixit vt annotat Muretus, *Diſſenſere Deæ, quarum*

A *Polyhymnia cœpit Prima.* & Virgi. in Cyri. *Nam verũ fateamur: amat Polyhymnia verum.*

Lesbovm] propter Sapphonem & Alcæum.

Qvòd si me lyricis] quod ſi me ad poëtarum lyricorum numerum aſcribes, &c. Inſeres autem, ſcriptum reperi in tribus lib. Vaticanis. quam ſcripturam magnoperę probo.

Svblimi feriam] non aſſentior iis, qui hoc loco legi volunt, *ſublimis*. Nam & reperi ſcriptum *ſublimi* in omnibus ferè codicibus manu ſcript. & ſublimi vertice ita dictum eſſe puto, vt Od. xxvj. lib. 3. ſublimi flagello. Præterea, quòd Germano Valenti Pimpuntio viro doctiſſ. videtur, fortaſſe loquendi figuram Homericam exprimere voluit, B Ἰλιαδ. δ. Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη: quod tamen Virgilius ſic videtur Latinè reddidiſſe: *caput inter nubila condit.* ſi quis tamen ſublimis malet, non pugnabo. ſic Terent. in Andr. *ſublimem hunc intro rape, quantum poteſt.* id eſt, ita tum ſublatum rape, vt terram non tangat. & Virgil. Æneid. 5. *quem præpes ab Ida Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.* Illud autem, quod eſt Od. xv. huius lib. *ſublimis anhelitu*, tranſlatum eſt. ſignificat enim anhelitum ex alto pectoris receſſu ductum: quod contingit iis, qui longo curſu defatigati, ægrè animam recipiunt.

Adrianvs Tvrnebvs.

C P*Uluerem Olympicum*) Quidam ſtudio alendorũ equorum tenentur ob victorias Olympiacas, quod ἱπποτροφεῖν dicebãt & τεθριπποτροφεῖν. Nam cum quinto quoque anno Olympia committerentur, quod Olympiorum cauſa fiebat, etiam intelligendum eſt. Victoria autem curulis certaminis in ludis Olympicis erat omnium nobiliſſima, vt ex Herodoti plurimis locis, & è Pindaro intelligi poteſt.

Eodem ferè quo Horatius modo Vergilius dixit.

Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ
Paſcit equos.

Euehit) velut in cœlo collocat. *Mobilium*) Sic Acron & Porphyrio, legitur etiam Nobilium, D *Tergeminis*) puto eſſe magnis. vt --*tergeminum mugiat ore ſophos.* vt opinor, à Tergemino partu, qui magnus eſt: vt in Trigeminis Curiatijs, & Horatiis, niſi quis de tribus ordinibus intelligat. Quod non perinde placet -- *hunc ducit hiantem.*

Ambitio, geminatur enim plebiſque patrumque.

Illi robur & æs triplex. *Attalicis conditionibus*) Nulla conditione à propoſito demoueas, nec efficias vt nauta ſit. Sic Cicero, *Velim Syria conditione.* vbi Hyppiæ legitur, cum Syriam prouinciam opulentiſſimam dicat. *De die.*) Qui de die epulabantur, delicati cenſebantur. --*vos conuiuia ſumptuoſiora*

De die facitis mei Sodales.

Quærunt in triuio vocationes. Cum autem totus dies impendi negotijs debeat, qui de die conui-

uatur, diem frangit, & de eo detrahit partem. Infrà,

Cum quo morantem ſæpe diem mero

Fregi. Caput ſacræ) ad fontem. Fontes enim & ſcaturigines capita aquarum vocantur. Ad capita autem fluminum pingebantur dij vrnis fundetes flumen. Et deum quem aquæ pręeſſe putabant, præcipuè eo in loco verſari cēſebant. *Virg. 7. Æn.*

Cælatáque amnem fundens pater Inachus vrna.

Neque tibias) Nam more Romano ad tibiam carmina canebantur, non ſolùm ad lyram: cùm in epulis ad Tibicinem canere ſolere, de clariſſimorum virorum virtutibus, idque Romano magis, quàm Gręco more dixit. *Sidera vertice.*) Alludit ad id quod Gręci hyperbolicè dicunt τῇ κεφαλῇ ὑψηλὸν ἀέροισιν.

Ex Aduerſ. lib. 22. cap. 13.

Primo cantico Horatius, quo ſua exorditur carmina, ſuffragium Mæcenatis eblandiri conatur, ambitque vt inter Lyricos ab eo in bibliotheca dedicetur: ſiue ſuos velit libros Librarię *forulis in Lyricorum colonia reponi, ſiue inter lyricos ſtatuam ſibi poni petat. *Sunt quos curriculo puluerem Olympicum Collegiſſe iuuat:* cum ait, ſignificat aliquos ſtudio equorum alēdorum teneri ob victorias Olympiacas, quod ἱπποτροφεῖν & τεθριπποτροφεῖν dicebatur. Nam cũ quinto quoq; anno Olympia committerētur, quod Olympiorum cauſa fiebat, etiã intelligendum eſt. Victoria autem curulis certaminis in ludis Olympicis erat omnium nobiliſſima, vt ex Herodoti plurimis locis & è Pindaro intelligi poteſt. Eodem ferè C quo Horatius modo Virgilius dixit, 3. *Georg. Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ Paſcit equos.* Attalicas autem conditiones vocat, regnum Aſię opulentiſſimę. Non ſi, inquit, regnum ei opulētis Aſię, cui imperauit ditiſſimus Attalus, dates, de propoſito demoueres. Attalicas autem cōditiones ingentes & opulentiſſimas intelligit, ob Aſię opes, vt *Lib. 2. od. 18. neque Attali ignotus hæres regiam occupaui.* Myrtoi autem pelagi & Icarij vt periculoſorum mentionem facit, quòd cùm Ægæum mare omnium eſſet vndoſiſſimum, vt in periegeſi ſcribit Dionyſius, eius partes erant. Nã Euſtathius ait, Icarium eſſe μέρος τι τοῦ αἰγαίου. de cuius fluctibus Homerus.

κινήθη δ' ἀγορὴ, ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης,
Πόντου Ἰκαρίοιο. De Myrtoo Plinius, *Ægæi pars Myrtoo datur.* Icaris autem fluctibus Africum luctari dicit, qui creber procellis ventus à Marone dicitur, Vulturno tamē & Auſtro potiſſimum agitari pelagus Icarium dicit Homerus,

— τὰ μέν τ' εὖρός τε, νότος τε
Ὤρορ' ἐπαΐξας πατρὸς Διὸς ἐκ νεφελάων.

Ex lib. 3. aduerſ. cap. 20.

Certet Tergeminis tollere honoribus. Initio Carminum ſcribit Flaccus, nec Grammaticorum expoſitio ferè cuiquam eſt ignota, facileque eſt eam è libris cognoſcere. Ego meam iſta de re ſententiã diſſimulare non poſſum. Honores enim tergeminos pro maximis & ampliſſimis interpretor,

A vt cum populus ingentem tollit plauſum aliquẽ honorans. Nam ſæpe in hac notione hoc verbum à poëtis tritum animaduerti. Martialis, *--tergeminum mugiat ore ſophos,* id eſt, maxima voce ſucclamet ſophos. Tibullus, *Illum tergeminæ nancẽ confinia mortis.* i. Ingentis & multiplicis. Hinc adeò id factum ſuſpicor, quòd quę tergemina sũt, eadem ampla & magna ſunt. Hęc, vt opinor, interpretatio haud paulò ad poëtę ſenſum accommodatior eſt, quàm interpretum expoſitio.

Ex lib. 8. cap. 15. Venire video in controuerſiam, quę ſit apud Horatium trabs Cypria, Initio Carminũ hoc verſu, -- *vt trabe Cypria Myrtoum pauidus nauta ſecet mare.* Ego prętermiſſis aliorum ſententijs quid exiſtimem proferre non cunctabor: e-
B quidem poëticè ſic intelligo ſignificari nauim, pręſertim cùm Cyprus omni materia ad nauium ędificationem ſic abundaret, vt ab ima carina, ad ſummum carcheſium, ſine ſubſidijs aliarum regionum totam nauim abſolueret, & omnibus armamentis eam inſtrueret. Quis huic rei teſtis? Marcellinus, cuius hoc teſtimonium eſt: *tanta autem támque multiplici fertilitate abundat rerum omnium eadem Cyprus, vt nullius externi indigens adminiculi viribus, à fundamento ipſo carinæ ad ſupremos vſque carbaſos ædificet onerariam nauem, omnibúſque armamentis inſtructam mari committat.*

AD AVGVSTVM CÆſarem. Od. 2

ARGVMENTVM.

Deos omneis iratos eſſe Romanis, ob Cęſaris cędem: vnam imperij ſpem in Auguſto conſtitutam.

IAM ſatis terris niuis, atque diræ
Grandinis miſit pater, & rubente
*Dextera ſacras * iaculatus arceis,*
Terruit vrbem:
** Terruit genteis, graue ne rediret*
Sæculum Pyrrhæ noua monſtra queſtæ,
D *Omne cùm * Proteus pecus egit altos*
Viſere monteis:
Piſcium & ſumma genus hæſit vlmo,
Nota quæ ſedes fuerat columbis:
Et ſuperiecto pauidæ natarunt
Æquore damæ.
Vidimus flauum Tiberim retortis
*Littore * Hetruſco violenter vndis,*
Ire deiectum monumenta Regis,
Templáque Veſtæ:
** Iliæ dum ſe nimiùm * querenti*

Digitized by Google

Iactat vltorem, vagus & ſiniſtra
Labitur ripa, Ioue non probante v-
Xorius amnis.
Audiet ciueis acuiſſe ferrum,
Quo graues Perſæ melius perirent:*
Audiet pugnas, vitio parentum
Rara iuuentus.
Quem vocet diuûm populus ruentis
Imperi rebus? prece qua fatigent
** Virgines ſanctæ minùs audientem*
Carmina Veſtam?
*Cui dabit * parteis ſcelus expiandi*
Iupiter? tandem venias precamur,
Nube candenteis humeros amictus
Augur Apollo:
*Siue tu mauis Erycina * ridens,*
Quam Iocus circumuolat, & Cupido,
Siue neglectum genus, & nepotes
Reſpicis auctor.
Heu nimis longo ſatiate ludo:
Quem iuuat clamor, galeæque leues,*
Acer & Mauri peditis cruentum
Vultus in hoſtem.
Siue mutata iuuenem figura,*
Ales in terris imitaris, almæ
*Filius Maiæ, * patiens vocari*
Cæſaris vltor:
Serus in cælum redeas, diúque
** Lætus interſis populo Quirini:*
Néve te noſtris vitiis iniquum
Ocyor aura
Tollat: hîc magnos potiùs triumphos,
Hîc ames dici pater, atque princeps:
Neu ſinas Medos equitare inultos*
Te duce Cæſar.

RVBENTE DEXTERA] per rubentem dexteram ſignificat Horatius fulmen, aut certè dextram, qua Iupiter fulmina mittit, vt apud Virg. Georg. 1. *Ipſe pater media nimborum in nocte coruſca Fulmina molitur dextra.* vbi tamen *coruſca* cohærere debet cum voce *fulmina* potiùs, quàm cũ voce *dextra.* ſic Pindar. εἰδ. 1. fulmen Iouis βέλος πυρπάλαμον nominat: id eſt, telum igneum dextra contortum: Et Heſiodus, κέραυνον αἰθαλόεντα id eſt, fulmeņ rubicundum. Non temerè autem

A dixit ſacras arceis fulmine eſſe percuſſas. hoc enim referendum eſt ad treis Iouis manubias: quarum maximæ ſunt eæ, quæ cum igni veniunt. Dicuntur autem eſſe Iouis manubiæ tres, vt docet Feſtus. Vnæ minimæ, quæ monent tantùm, placidæque ſunt: alteræ, quæ maiores, & quæ veniut cum fragore, diſcutiúntque aut diuellunt: tertiæ his ampliores, quæ cum igne veniunt: & quanquam nullum ſine igne fulgur eſt, hæ tamen propriam differentiam habent, quòd aut adurãt, aut fuligine deforment, aut accendant: quæ ſtatũ mutant conſilio deorum ſuperorum.

IACVLATVS ARCEIS] iaculari arceis pro petere, & ferire, cùm Horatianum ſit, tùm minùs eſt apud alios vſitatum. ſic idem Ode xij. lib. 3. *iaculari ceruos.* & Od. xvj. lib. 2. multa iaculari di-
B xit per tralationẽ pro multa petere, multáq; ſibi proponere, quæ quis conſequi velit: quod Græci στοχάζεσθαι dicunt. neque verò dubium eſt, quin Græcos imitatus, qui dicunt βάλλειν τὴν κεφαλὴν, τὸ τεῖχος, τὸ ἧπαρ, τὴν καρδίαν, iaculandi verbum cũm quarto caſu rei, quæ petitur, iunxerit: quod item prior fecerat Lucret. lib. 4. *Siue puer membris muliebribus hunc iaculatur.* At Virgil. aliter Æneid. 1. *iaculata è nubibus ignem* & 11. *Vel Danaûm Phrygios iaculatus puppibus ignes:* & alibi, *iaculari montibus ornos* Idem tamen in Moreto, ſi modò eius auctor Virgilius eſt, hoc verbum ita vſurpauit. *Sæpe viri nares acer iaculatur apertas Spiritus.* Iã arces ſacræ cælo tactæ funeſta & dira portendunt. Sic M. Tullius. *Nam pater altitonans ſtellanti nixus Olympo, Ipſe ſuos quondam tumulos, ac tem-*
C *pla petiuit: Et Capitolinis iniecit ſedibus ignes.* & Horat. Od. xij. lib. 1. *Tu parum caſtis inimica mittes Fulmina lucis.*

TERRVIT GENTEIS] proximè dixerat terruit vrbem, nempe Romam: nunc autem terruit genteis: quod longè illo ſuperiore grauius & maius eſt.

SÆCVLVM PYRRHÆ] Pyrrham Epimethei & Pandoræ filiam, Deucalionisque vxorem fuiſſe: eóſque eluuionis illius tempore Parnaſſum montem omnium altiſſimum, vel (vt alij volut) Lycorim, conſcendiſſe, atque eò confugiſſe, ex interpretibus poëtarum Græcorum, & Ouidio cognoſcere licet. Aiunt autem alij, eluuionem illam eſſe hominibus à Diis inuectam propter Tãtali ſcelus, qui Pelopem filium in minutas parteis
D conciſum, & coctum, eis comedẽdum appoſuit: alij propter Lycaonis filium, cùm vellet Iupiter omnem hominum impietatem è terra funditus delere, atque extinguere: qua de re Pindarus ὀλυμπ. εἰδ. 9. Λέγοντι μὰν χθόνα μὲν κατακλύσαι μέλαιναν ὕδατος σθένος, id eſt, aiut porrò aquarum vi terram eſſe obrutam.

NOVA MONSTRA QVESTÆ] etiam M. Tull. hoc verbum cum accuſandi caſu iunxit, vt pro Flacco, *non enim omnia quæ dolemus, eadem queri poſſumus.* & epiſt. ad App. Pulchrum lib. 3. *Multa nos quidem queſti ſumus.* & hic poëta epiſt. ad Scæuã: *Qui queritur Salebras & acerbum frigus.* & Cæl. lib. 6.

de bel. Gall. *Vnum queſtus.*

OMNE CVM PROTEVS] Protea phocarum Neptuni cuſtodem fuiſſe ex Hom. ὀδυσ. δ. & Georgic. IIII. notum eſt. qua de re nonnulla dicemus ad illum locum, *Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?* epiſtola prima lib. 1. de Phocis autem, & Homerus eo, quem dixi, libro, & Oppianus, lib. 1. φῶκαι δ' ἐντυχίαις μὲν ἀεὶ λείπουσι θάλασσαν: Πολλάκι δ' ἤματι πᾶν πέτρης ἐνὶ καὶ ψαμάθοισιν Εὔκηλοι λιμένεσσι, καὶ ἔξαλον ὕπνον ἔχουσι.

PECVS] poteſt quidem dici, Phocas cùm vituli marini ſint, non admodum nouè, pecus eſſe dictas: veruntamen ſi cui nouum hoc videbitur, quia piſces ſint admonet Nonius, non ſolùm pecudem quadrupes animal, verùm etiam animal omne vocari. Plaut. Rud. *Non vides referre me vuidum rete ſine ſquammoſo pecu?* Næuius Ægiſto. *Tum autem laſciuum Nerei ſimum pecus Ludens ad cantum claſſicum luſtrat.*

EGIT ALTOS VISERE] hoc loquendi genus merum Græcum eſt, id egit vt viſeret: de quo plura dicemus ad Od. XXIII. huius libri. De his igitur monſtris queri potuerat Pyrrha: Phocas, quæ ſolebant in littoribus paſcere, in montiũ culminibus eſſe viſas, propterea quòd aquæ terrarum planitiem operuerant: piſces in ſummis arborum ramis, in quibus aues ſidere, & nidos conſtruere ſolent, conſtitiſſe: damas, quæ vel in ſyluis vagari, vel in luſtris deliteſcere & quieſcere conſueuerunt, in mari ſuper terras effuſo, natare coactas eſſe.

NOTA QVÆ SEDES FVER. COL.] columbas agreſteis intellige, quæ palumbes appellantur.

[ET SVPERIECTO PAVIDÆ N. ÆQV. D.] profert hunc locum Seruius ad illum Virg. Georg. 3. in extr. *timidi damæ, ceruique fugaces.*]

VIDIMVS FLAVVM TIBERIM] vidimus Tiberim reiectis ac repulſis vndis ab Etruſco littore (influit enim in mare Tyrrhenum Tiberis) vel ab Etruriæ finibus ita creuiſſe, vt ſiniſtra rippa effuſus, quà agrum Romanum alluit, vrbémque hodie attingit, Regum priſcorum monumenta & templa Deorum deiicere, atque euertere velle videretur. Vtitur autem hoc eodem epitheto, Od. III. lib. 2. *Villáque flauus, quam Tiberis lauit, Cedes.*

VESTÆ] Veſtam, quã ἑστίαν nominant Græci, Rheæ filiã facit Pindarus Νεμ. ωδ. ια. Hæc dea, foci cuſtos & præſes habetur: ex quo etiam toti domui præſidere exiſtimatur. Vnde Veſta, & focum domus, & totam domum ſignificat. notum prouerbium ἀφ' ἑστίας ἄρχεσθαι, quod eſt vel à propinquis & domeſticis: vel à melioribus & præſtantioribus initium ducere.

QVERENTI] de Iulij Cæſaris nece. Ah Ilia autem Martis aut Tiberis, aut, (vt alij volunt) Anienis, vxore vult Iulium Cæſarem, ſeu gentem Iuliam ortum habuiſſe.

IACTAT] ſic vtitur hoc verbo Od. XIIII. huius libri.
A *Quamuis Pontica pinus Syluæ filia nobilis Iactes & genus & nomen inutile.*

IOVE NON PROBANTE] ſignificat Horatius gratificans Auguſto, & pæne dicam, aſſentans: illum terrorem, illámque eluuionis calamitatem, nullam aliam ob culpam Romanis eſſe illatam, quàm ob Cæſaris cædem: cuius rei argumentum eſt, quòd Iupiter non modò non fuit illius terroris atque eluuionis auctor, ſed ne approbator quidem: ſola Ilia à Tiberi viro ſuo adiuta, iuſto dolore excitata, iuſtóque odio incenſa, tam graueis pœnas à populo Romano expetiuit Ioue pæne inuito.

V-XORIVS AMNIS] qui nimiùm in ea re vxori gratificaretur, nimiúmque indulgeret. Hoc
B nomine appellantur mariti, qui ſe totos ad vxorum arbitrium fingunt & accommodant, qui eis omnibus ferè in rebus obtemperant. Virg. Æn. IIII. *Pulchrámque vxorius vrbem Exſtruis.* Admonédus eſt lector minùs in his literis tritus, primam ſyllabã nominis *vxorius* pertinere ad verſum ſuperiorẽ: hoc modo, *Ioue nõ probante v-Xorius amnis.*

AVDIET, CIVEIS AC.] huius loci hæc ſententia eſt, Poſteri noſtri ex bellorum ciuilium calamitate reliqui, atque ideò rari, audient, ciueis in ciuium corpora exacuiſſe, & ſtrinxiſſe ferrum: quo quidem longè æquius, ac reip. vtilius erat Perſas, cæteróſque populi Rom. hoſteis, interimi. acuere ferrum propriè dictum: illud translatè
C epiſt. III. lib. 1. *Seu linguam cauſis acuis.* & illud lib. de Arte poëtica. *Tyrtæúſque mares animos in Martia bella Verſibus exacuit.*

QVO GRAVES PERSÆ] ſic Od. VII. lib. epod. *Quò quo ſceleſti ruitis? aut cur dexteris Aptantur enſes conditi? Parúmne campis, atque Neptuno ſuper Fuſum eſt Latini ſanguinis? Non vt ſuperbas inuidæ Karthaginis Romanus arces vreret? &c.*

MELIVS] rectiùs, iuſtiùs.

FATIGENT] aſſiduis precibus obſecrent, & tandem exorent. ſic loquitur T. Liuius lib. 23. *inde fatigatus Campanorum precibus ſequenti die cum omni apparatu oppugnandæ vrbis Cumas redit.* aliter hoc verbo vtitur Od. XIIII. lib. 4. *Spectandus, in certamine Martio Deuota morti pectora liberæ, Quantis fa-*
D *tigaret ruinis.*

VIRGINES SANCTÆ] Veſtales, virgines intactæ, & incorruptæ.

PARTEIS] munus. tralatio à partibus hiſtrionum, vt epiſt. de Arte poëtica. *Ne forte ſeniles Mandentur iuueni partes.*

SCELVS EXPIANDI] reſpexit morem veterum, qui ſanguine humano contaminatos cõgreſſu & aditu prohibebant, donec expiati eſſent: & ij ipſi, qui manus habebant cruentas, & ſanguine inquinatas, egebant aliquo maiore, à quo expiarentur: & quoad hoc impetraſſent, manus habebant impuras: lege annota. ad Od. 22. huius lib. ibi, *ſceleriſque purus.* & ad Od. 1. lib. 2. *Nondum expiatis vncta cruoribus.*

NVBE CANDENTEIS HVMEROS] in duobus lib. Vatic. & in Torneſ. ita ſcriptum re-

peri, *Nube candenti humeros amictus.* quam ſcripturam ſi quis probabit, non pugnabo. nam quòd vocis ſequentis initium vocalis eſt aſpirata, non eſt hoc nouum. ſic enim Od. xxviii. huius lib. *Oſſibus, & capiti inhumato, &c.* Nube amictus autem, id eſt, ἀόρατος, & hominibus ſeſe conſpiciendum non præbens. Videtur expreſſiſſe illud Homericum νεφέλῃ εἰλυμένος ὤμους.

Avgvr] augur ab auium garritu dictus eſt. ex quo augurium. Hoc loco augurem, μάντιν intellige, id eſt, rerum futurarum prouidum, qui præſentit ac diuinat futura, eaque interpretatur. Sic Chiron apud Pindarum πυθ. εἰδ. θ. ait, Apollini rerum omnium euentum certum, fixum, notum eſſe: illum rerum progreſſiones & cauſas cernere: illum ſcire, quot frondes ineunte vere terra profundat, quot arenæ in mari, & fluminibus impetu ventorum, & fluctibus agitetur. Verba Pindari ſunt hæc. Κύριον, ὃς πάντων τέλος οἶσθα, καὶ πάσας κελεύθους, ὅσσα τε χθὼν ἠρινὰ φύλλ' ἀναπέμπει χ' ὁπόσαι ἐν θαλάσσῃ καὶ ποταμοῖς ψάμμαθοι κύμασι ῥιπαῖς τ' ἀνέμων κλονέονται. Idem Horat. in Carm. ſæculari pro Imper. Ro. *Augur & fulgente decorus arcu Phœbus.* cantorem appellat in lib. de arte poet. *ne forte pudori, Sit tibi Muſa lyræ ſollers & cantor Apollo.* etiam augurem appellat Virgil. Æn. IIII. *nunc augur Apollo,* &c. Imploratur autē primo loco Apollo, quia Deus habebatur Romanis maximè propitius, & beneuolus: atque ob hanc cauſam religioſiſſimè ab illis colebatur.

Erycina ridens] frequens eſt Veneris epithetum φιλομμειδής apud Homer. quod procul dubiò hic expreſſit Horatius. φιλομμειδὴς autem ſcriptum per μ in tertia ſyllaba, aliud eſt ab illo. vult enim Heſiodus Venerem φιλομμηδέα appellatam, quia μηδέων ἐξεφαάνθη, id eſt, τῶν αἰδοίων. ſecundo loco Venus imploratur quia Æneæ mater: & ita Romani generis parens. Lucret. lib. 1. *Æneadum genetrix hominum, diuûmque voluptas, Alma Venus.*

Qvam iocvs circvmvolat] vel circum quam iocus volat, vel quam circumuolat, vt ſit verbum compoſitum, quemodo quibuſdam placet. qua de re alio loco dicemus.

Avctor] auctor, id eſt, progenitor Romanorum, quia Mars, Romuli parens: Romulus vrbis Romæ conditor.

Lvdo] bellis, quæ ſunt Martis deliciæ, & oblectamenta.

Læves.] expolitæ, non aſperæ. ſic Od. vii. lib. 2. *læuia ciboria.* & Od. vlt. eiuſd. lib. *læues plumæ* & Od. vi. lib. 4. *Læuis Agyieu.* i. imberbis. & Od. xvii. huius lib. *Læuia perſonuere ſaxa.* & Od. xi. lib. 2. *fugit retro Læuis Iuuentas.* & epiſt. de arte poët. *ſectantem Læuia nerui deficiunt.* ibid. *aut læui ſeruanda cupreſſo.*

Acer et mavri peditis] per acrem Mauri peditis vultum, ἀνδρεῖον, id eſt, virilem, & quaſi trucem ſignificat. Taleis autem vultu atque aſpectu Mauros fuiſſe tradit Ælianus his verbis: Εἰσὶ δὲ μακρύτατοι καὶ καλοί, καὶ μεγάλοι, καὶ ἀνδρεῖκὸν ὁρῶσι: que io locum mihi Ioan. Scaliger, iuuenis eruditiſſimus, indicauit.

Sive mvtata] vult Mercurium induta ſpecie humana, Auguſti nomine appellari, & Auguſtum eſſe Mercurium. Et ita Auguſtu aſſentatur.

Patiens vocari cæsaris vltor] Græca planè eſt hæc loquendi figura, ὑπομένει καλεῖσθαι Καίσαρος ἐκδικητής. Demoſt. περὶ τ. παραπρεσβ. καὶ τοσαύτης ἀναιδείας καὶ κακίας ὁμολογεῖτε ὑμεῖς εἶναι μεστοί. Latine enim diceremus: patiens te vocari Cæſaris vltorem. ſic epiſtol. ad Quinctium lib. 1. *Cum pateris ſapiens emendatúſque vocari.* ſic Od. xxvii. lib. 3. *Vxor inuicti Iouis eſſe neſcis?* & epiſt. ad Torquatum lib. 1. *patiárque vel inconſultus haberi.* ſic Catullus: *Ait fuiſſe nauium celerrimus.* & Virgil. lib. 2. Æn. *ſenſit medios delapſus in hoſtes.* & Propert. lib. 1. eleg. 6. *Iurabo & bis ſex integer eſſe dies.*

Servs] ſerus redeas, pro, ſerò redeas: olet hoc quoque Græcum quiddam. quo de genere dicemus ad Od. xvii. epod. precatur autem tacitè, neque tamen obſcurè, vt diu viuat Auguſtus. hoc enim valent illa, ſerò in cælum redire, quaſi Mercurius ſumpta Auguſti ſpecie & figura è cælo in terras deuolarit, ſitque aliquando in cælum reuolaturus.

Popvlo Qvirini] in membrana oon. Iannocti, & vna Vatic. *Quirini* ſcriptum eſt. fortaſſe rectè, & Horatiano more. Nam & in carmine ſæculari ita locutus eſt: *Romulæ genti date rémque, prolemque, Et decus omne.* & Od. xii. lib. 4. *Qui nunc Sulpicius accubat horreis.*

Iniqvvm] offenſum, iratum, infenſum.

Hic ames dici pater, atqve princeps] hæc ad hiſtoriam pertinet. Nam Auguſtus ſenatus conſulto parens patriæ appellatus eſt.

Medos] puto eoſdem hîc Medos dici, quos ſuprà Perſas appellauit, vt Od. 37. Medum acinacen dixit gladium Perſicum. Et fortaſſe eodem nomine Parthos ſignificat. Nam Auguſtus hoc tempore Parthis bellum inferre cogitabat: quod cùm illi ſenſiſſent, Auguſti fama permoti, ſigna, quæ Craſſus & M. Antonius amiſerant, vltrò ad Auguſtum remiſerunt: vt Od. xv. lib. 4. *Et ſigna noſtro reſtituit Ioui Derepta Parthorum ſuperbis Poſtibus, horribilique Medo.* & xviii. lib. 1. *Militiam puer, & Cantabrica bella tuliſti Sub duce, qui templis Parthorum ſigna refixit.*

Eqvitare] vel equitare poſuit tranſlatè pro Romanis inſultare, vel propriè pro ex equo pugnare. Erant enim Parthi, equites. [Od. 19. eiuſd. lib. *Et verſis animoſum equis Parthum dicere, &c.*]

TVRNEBVS.

IAculatus) More Græco dixit qui βάλλειν vſurpare ſolent non ſolùm pro mittere, & iacere

cere verumetiam pro faciendo ferire. *Columbis*) *Palumbes* qui in arboribus ſedent, cùm alia columbarum genera non ſoleant. Sic Virgilius *--gemina ſuper arbore ſidunt*. Multa autem columbarum genera ab Ariſtotele memorantur: In iiſque etiam referuntur turtures. *Veſta*) Quæ focum vrbis complectitur & tuetur, quam pro populo Romano Veſtales precari cenſebantur. *Candentes humeros*) Apollinem & Venerem ad expiandum ſcelus venire optat, quòd ea Numina fauiſſe Troianis viſa ſunt: & ex eo quoque fauere Romanis putabantur. Quòd autem nubem dicit, id Homeri more facit, qui Numina ſemper nube circundat. Lib. 1. de Apolline.

B

-- ὅδ' ἤιε νυκτὶ ἐοικώς. lib. 5. Iliados;

-- ἀλλά τις ἄγχι

-- ἕστηκ' ἀθανάτων νεφέλῃ εἰλυμένος ὤμους.

Ex aduerſ. lib. 6. cap. 8. Mihi videtur Horatius ſecũdo Carmine libri primi commemorare prodigia mortem Cæſaris ſecuta, offenſionem deorum & iram oſtendentia, & augurium deinceps ciuilium bellorum euentúmque portendentia. Cùm autem ſolerent prodigia & portenta procurari & expiari, itaque deorum obſecrationibus & precibus placari, vtrúmque in ea oda reperiemus. Oſtentum autem erat dirum & funeſtum, cùm ſacræ ædes de cœlo tangebantur ex quo ſcripſit,

— & rubente

C

Dextera ſacras iaculatus arces

Terruit vrbem. Sic M. Tullius lib. 1. de diuin.

Nam pater altitonans ſtellantis nixus olympo

Ipſe ſuos quondam tumulos ac templa petiuit,

Et capitolinis iniecit ſedibus ignes. & Horatius, Od. 12. huius lib.

Tu parum caſtis inimica mittes

Fulmina lucis. Iam quod rubentem dextram dixit, id verò, fecit, vt tertiam manubiam ſignificaret, quæ ignea eſt & minax, & ab Ioue de conſilio deorum ſuperiorum mittitur, aduritque & magnam ſignificationem habet, ſtatúmque mutat vt à Verrio ſcribitur. Apud Feſt. lib. 11. Apud Horat. *Iaculatus arces*, eſt quod Græcè dicitur ἔβαλεν. id eſt, feriit. Iliam autem vltricem eſſe necis Cæſaris dicit, quòd Iulia familia ab Iulo eſſet, qui & *Ilus erat, dum res ſtabat Ilia*, vt poëta ſcribit. ab Ilo autem Ilia erat oriunda, vt & reges Albanorum. Eam vxorem Tiberis ait Horatius, cùm aliis fuerit Anienis, quod ex eo fictum eſt, quòd in Anienem ceciderit. Ouidius 3. amor. eleg. 5.

D

Nec te prætereo, qui per caua ſaxa volutus

Tiburis Argæi ſpumifer arua rigas:

Ilia cui placuit. Iterum 3. amo. eleg. 5.

Atque ita ſe in rapidas perdita miſit aquas:

Suppoſuiſſe manus ad pectora lubricus amnis

Dicitur: & ſocij iura dediſſe tori. Silius libro duodecimo.

Ad genitorem Anio labens ſine murmure Tibrim.

Hic vt ſigna ferox dimenſáque caſtra locauit,

A

Et ripas tremefecit equis, perterrita pulſis

Ilia prima vadis ſacro ſe coniugis antro

Condidit. Veruntamen quia mox euehitur in Tiberim Anio, quidni huic nupſiſſe videri eodem modo poſſit, cùm fortaſſe in confluentem ſe abiecerit? Porphyrio narrat Ennium ſcripſiſſe iuſſu Amulij in Tiberim præcipitatam fuiſſe: quod ſi eſt, iuſtiùs vxorem, & veriſimiliùs etiam eam finxit Tiberis. Proteus autem Phocas Neptunij paſcit, vt Enalus eius equos: Sed & columbas cùm dicit, palumbes intelligit, quæ in arboribus ſedent, non item villaticæ. Expiationem prodigiorum & portentorum optat mandari diis Romano amicis populo, vt Apollini, qui Romanis Troianorum progeniei fauet. Nam vt ab Ouidio ſcriptum eſt, de Ponto.

Iuppiter in Troiam, pro Troia ſtabat Apollo.

& alioqui religioſiſſimè Romæ & auguſtiſſimè colebatur, additis ad religionem etiam magnificentiſſimis Apollinaribus ludis.

Lib. 22. cap. 7. Cùm Tiberim conſtet albicantes habere aquas, ex eóque Albulam olim vocatum fuiſſe, non indignum eſſe quæſitu videatur cur eum Flauum Maro appellarit lib. 9. ſic ſcribens.

-- Ille ſuo cum gurgite flauo

Accepit venientem. In quo non tam attendendam vocabuli vim quidam cenſent quàm tranſumptionem exiſtimandam: cùm enim homines flaui pulchri videantur ex eo dicunt factum eſſe, vt flauus pulchrum ſignificet, qua notione hic accipiendum eſſe, vt & apud Catullum, ad Ianuam.

Flauus quàm molli præcurrit flumine Mella.

Sed & Heſychius doctiſſimus nomenclator ξανθὸν flauum, & pulchrum etiam interpretatur. Verius ſit tamen ob arenam ita vocari vt apud Maronem, Æneid. 7. *-- & multa flauus arena.*

Horat. hîc & lib. 2. Od. 3. *Vidimus flauum Tiberim retortis.* Item *Villáque flauus quam Tiberis lauit.*

Ex lib. 6. cap. 8. *Nube candentes humeros amictus.* dixit vt Homerus in Iliad. lib. 5. νεφέλῃ εἰλυμένος ὤμους. & libro 1. ὃδ' ἤιε νυκτὶ ἐοικώς. quòd ſcilicet dij cùm veniunt, tamen à nemine videntur. Venus autem vt Æneę mater, Romani generis erat parens, & Æneadum genitrix à Lucretio lib. 1. vocatur, Mars verò conditoris pater, atque ei etiam vindicata Cæſaris nece, templum cognomento vltori condidit Auguſtus. Auguſto poſtremò aſſentatur, quem ſcelus cædis Cæſarianæ dicit expiaſſe cæſis interfectoribus, Mercurium hominis ſpecie celantem, & Deum inter homines gerentem. Mercurium porrò etiam vltorem & expiatorem cupit, quia Troianis per Maiam cognatus erat. Quod autem ait, Hic ames dici pater atque princeps. Ideo dicit, quia Auguſtus pater patriæ appellatus fuit, atque etiam ante hoc cognomen ſenator erat, & nomine principis Rempub. ſub ditionem accepit ſuam. Tacitus,

Lepidi atque Antonij arma in Auguſtum ceſſere, qui cuncta diſcordiis ciuilibus feſſa nomine principis ſub imperium accepit. Nomen autem iſtud ſumpſit eorum imitatione, qui principes, vt reor, ſenatus legebantur, aut quòd Senatores principes dicerentur.

Ex lib. 11. cap. 26. Solent Græci præſertim Attici, Perſas appellare Medos, quòd à Medis ad Perſas imperium tranſlatum ſit: Sed cum Orientis & Perſarum opes in Parthorum tandem conceſſerint ditionem, Atticorum imitatione Flaccus, vt equidem exiſtimo, Parthos appellauit Medos, cum ait

Neu ſinas Medos equitare multos
Te duce Cæſar, & lib. 3. Od. 3. *Roma ferox dare iura Medis.* B

IN VIRGILIVM ATHENAS PROFICISCENTEM.

Od. 3.

ARGVMENTVM.

Secundam ei nauigationem precatur: deinde occaſionem nactus, hominum audaciam deteſtatur.

SIC te diua potens Cypri;
Sic fratres Helenæ, lucida ſidera,
**Ventorúmque regat pater,*
Obſtrictis aliis, præter Iapyga,
Nauis, quæ tibi creditum
Debes Virgilium: finibus Atticis
Reddas incolumem precor:
Et ſerues animæ dimidium meæ.
**Illi robur, & æs triplex*
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus, nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus,
Nec triſteis Hyadas, nec rabiem Noti:
Quo non arbiter Adriæ*
Maior, tollere, ſeu ponere vult freta.
Quem mortis timuit gradum,
Qui ſiccis oculis monſtra natantia,*
Qui vidit mare turgidum, &c.
Infameis ſcopulos Acroceraunia?*
Nequicquam Deus abſcidit
Prudens Oceano diſſociabili
A *Terras, ſi tamen impiæ*
Non tangenda rates tranſiliunt vada.
Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nefas.
Audax Iapeti genus*
Ignem fraude mala gentibus intulit.
Poſt ignem ætheria domo
Subductum, macies, & noua febrium
Terris incubuit cohors:
Semotíque prius tarda neceſſitas
Leti, corripuit gradum.
Expertus vacuum Dædalus aëra
Pennis non homini datis.
Perrupit Acherunta Herculeus labor.
Nil mortalibus arduum eſt.
**Cælum ipſum petimus ſtultitia: neque*
Per noſtrum patimur ſcelus
Iracunda Iouem ponere fulmina.

Sɪᴄ] cùm aliquid ab altero petimus, id vt facilius impetremus, ea ſolemus illi precari & optare, quæ ſcimus ei eſſe optatiſſima, addita particula *ſic.* Eſtque hoc genus omnibus poëtis, C Græcis & Latinis, perquàm vſicatũ. Ac primùm ſanè ab hoc poëta ordiamur. infrà Od. xxvIII. huius lib. *ſic quodcunque minabitur Eurus Fluctibus Heſperiis Venuſinæ Plectantur ſyluæ.* & Satyr. III. lib. 2. *Stoice, poſt damnum ſic vendas omnia pluris.* & hoc loco, *Sic te diua potens Cypri, &c.* Catullus ad Coloniam: *Sic tibi bonus ex tua Pons libidine fiat.* & de coma Berenîces: *Sic magis ô nupta ſemper concordia veſtras, Semper amor ſedes incolat aſſiduas.* Virgil. in Mœride: *Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos: Sic cytiſo paſtæ diſtentent vbera vaccæ.* & in Gallo: *Sic tibi cum fluctus inter labêre Sicanos, Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.* Tibullus lib. 2. eleg. VI. *Annue, ſic tibi ſint intonſi Phœbe capilli: Sic tua perpetuo ſit tibi caſta ſoror.* Apollon. lib. 2. Argon. D ἱλήκοις· αἰεί τοι ἄναξ ἄτμητοι ἔθειραι· Αἰὲν ἀδῄλητοι. τῶς γὰρ θέμις. vbi omiſſa eſt, vox ὥ-τως. quod valet, *ſic.* Illorum autem verſuum hęc ferè ſententia eſt: propitius ſis, ſic tibi ô Apollo, comæ ſint non præciſæ, id eſt, intonſæ. ſemper illæſæ. ita enim fas & iuſtũ eſt. Lucillius lib. 2. epigram. in quendam edacem. Dionyſium nomine. Οὕτω σοι πέψαι Διονύσιε ταῦτα γένοιτο Πάντα· νόμος δὲ χάριν δός τι καὶ ὧδε φαγεῖν &c. id eſt, ſic tibi Dionyſi hæc omnia, quæ comediſti, concoquere contingat. At legis certè gratia, ſeu quia lex poſtulat, etiam hîc aliquid nos comeſſe ſine: neque omnia ſolus deuora.

Pᴏᴛᴇɴꜱ Cʏᴘʀɪ.] id eſt, domina Cypri: exemplo Græcorum, qui ita loquũtur κρατέουσα κύπρου.

χύτρ8. ſimile eſt illud Od. xxv. lib. 3. *O Naïadum potens, Baccharúmque valentium Proceras manibus vertere fraxinos.* & Ode v. huius libri, *Suſpendiſſe potenti Veſtimenta maris Deo*, & Ode xxix. lib. 3. *ille potens ſui, Lætúsque deget, cui licet, in diem, Dixiſſe, vixi.* quo loco videtur potens idem valere, quòd apud Græcos ἐγκρατὴς, ἢ κύριος. & Ode vi. huius libri, *Imbelliſque Lyræ Muſa potens*, id eſt, muſa quæ res ludicras & amatorias tantùm canere poteſt: bellicas & grauiores non poteſt. & carmine ſæculari, Ode vltima, epod. *Phœbe, ſyluarúmque potens Diana.* & Virgil. Æneid. 1. *Nimborúmque facis, tempeſtatúmque potentem.* & III. *Dij maris & terræ, tempeſtatúmque potentes.* Sed cur nauigaturo Virgilio, ſecundam nauigationem optans, Venerem aduocat? quia Venus ex mari nata eſt. Nota Venus ἀναδυομένη, anadyomene, id eſt, ex mari exiens, ſeu ex alto caput, & reliquum corpus proferens, Apellis opus: de qua Plinius lib. 35. cap. 10. Hinc marina dicta. idem Horat. Od. xxvi. lib. 3. *defunctúmque bello Barbiton hic paries habebit, Læuum marinæ qui Veneris latus Cuſtodit, &c.* & Od. xi. lib. 4. *Qui dies menſem Veneris marinæ Findit Aprilem.*

Fratres helenæ] Caſtor & Pollux, de quibus vide annot. in Od. xii. huius lib.

Ventorúmque regat pater] Æolus, de quo Hom. ὀδυσ. κ. in principio libri Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'· ἔνθα δ' ἔναιεν Αἴολος Ἱπποτάδης φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσι, &c. quo loco appellat eum ταμίην ἀνέμων, id eſt, ventorum promum & condum, vt Plautino verbo vtar. de eodem ſic Virgil. Æn. 1. *Æole namque tibi Diuûm pater, atque hominum rex Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento, &c.*

Obſtrictis aliis præter] ſic & apud Homerum ὀδ. κ. Æolus cæteris ventis in vtre illo, quem Vlyſſi dederat, incluſis & conſtrictis, ſolum Zephyrum, qui eũ in patriam deferat, liberum, ac ſolutum relinquit, his verbis: Ἔνθα δὲ βυκτάων ἀνέμων κατέδησε κέλευθα. Κεῖνον γὰρ ταμίην ἀνέμων ποίησε Κρονίων Ἠμὲν παυέμεναι, ἠδ' ὀρνύμεν, ὅν κ' ἐθέλῃσιν id eſt, hîc mugientium & rudentium ventorum vias vinculis conſtrinxit. Illum enim promum & cõdum ventorum fecit Iupiter, vt eos poſſit modò comprimere, modò excitare quemcunque velit.

Præter iapyga.] ventum Calabriæ, ſeu Apuliæ iis vtilem, & ſecundum, qui ex Italia in Græciam nauigant: hunc album nominat Od. xxvii. lib. 3. *quid albus Peccet Iapyx.* Vergil. lib. xi. Æneid. equum Apulum, *Iapyga* dixit: *& equo venator Iapyge fertur.* & ibidem, Garganum Apuliæ montem, *Iapyga. Ille vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis agris.* Idem lib. 8. per Iapygem, perſpicuè ventum Apulum ſignificat, *Fecerat ignipotens vndis & Iapyge ferri.* Eſt autem Iapygia vel Apulia ipſa, vel eius pars & fortaſſe ea, quam hodie appellãt Itali *terra di Bari.* [Profert hunc locum Seruius ad illum Virgilij locum. ſed medoſè opinor. legitur enim

A *Obſtruſis.* legendum putarim potiùs *obſtructis.*]

Quæ tibi creditum, &c.] tralatio ducta eſt à rebus creditis. quemadmodum igitur, quod mihi creditũ eſt, id debeo ei, qui mihi credidit: ita & Horatius ait nauem Virgilium ſibi commiſſum, Atticæ debere, id eſt, æquum eſſe nauem, quæ Virgilium vehẽdum receperit, finibus Atticis reddere ſaluum & incolumem. de verbo credendi vide annot. ad Od. v. lib. 3.

Reddas incolumem] animaduertas lector quàm ſignificantibus, & ad rem accommodatis verbis vtatur Horatius. antecedit vox *creditum.* ſequitur deinceps *debes.* poſtremò *reddas* neque verò nomen *incolumem*, otioſum eſt. Nam quæ nobis credita ſunt, ea ſalua & integra red-
B dere debemus, &, vt loquuntur Iuriſconſulti, in eadem cauſa: quod Liuius dicit *rectè reddere.* [Seruius ad illum verſum Virg. Æneid. vi. *Redditus his primum terris, &c.* hunc locum profert: vbi neque hæc Horatij, neque Virgilij verba rectè explicat.]

Illi robur et æs triplex.] id eſt, erat ille animo penè ferreo, atque aduerſus omneis terrores pectore maximè communito, qui primus nauigare auſus eſt: vel ſic, erat ille audax, & imperterritus, & impauidus, & ita rigido pectore, vt nullius periculi metu frangeretur, ſeu terreretur: erat immani audacia præditus σιδηρόφρονα vocant Græci virum ferreo pectore qui non commouetur. Æſch. in Prometh. σιδη-
C ρόφρων τε, καὶ πέτρας εἰργασμένος, &c. Primam autem nauem dicunt Argô fuiſſe, qua vecti ſunt Græciæ principes illi Argonautæ vellus aureum petentes. vide Plinium lib. 8. cap. 56. Catull. in carmine illo pulcherrimo de Pelei, & Thetidis nuptiis. *Illa rudem curſu prima imbuit Amphitriten.* cum hoc loco congruunt illa Oppiani, libr. 1. ἁλιευτ. ὢ πόποι, ὃς πρώτιστος ὄχους ἁλὸς εὑρετο νηας, εἴτ' οὖν ἀθανάτων τις ἐπεφράσατ', εἴτε τις ἀνὴρ, Τολμήεις πρώτιστος ἐπεύξατο χεῦμα περῆσαι, &c. quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt. O dij immortales, qui primus maris vehicula reperit, naucis, ſiue quis Deus ille fuerit, ſiue mortalis, primus omnium audaciſſimus gloriatus eſt ſe fluctus traieciſſe, &c.

D [Truci] ſic Catull. *trucem ve ponticum ſinum.*]

Præcipitem Africum] Africus, quem Græci λίβα appellant, ab occaſu hiberno ſpirat, vt ſcribit Ariſtoteles μετεωρ. β. opponitúrque Cæciæ linea recta, ab ortu æſtiuo flanti, Zephyróque ſeu Fauonio proximus eſt. Aquilo autem à Septentrione ſpirat, vt videatur Horatius non admodum accuratè in deſcribenda ventorum pugna & concertatione, ventos per lineam rectam oppoſitos exquiſiuiſſe. Præcipitem autem appellat, ab effectu, quia quicquid impellit, præcepsagit, ſeu præcipitat.

Decertantem aquilonibus] participium decertantem iunxit cum dandi caſu, quo de genere vide annotat. ad Od. vi. lib. 2.

Digitized by Google

etiam ante oculos grauiſſimis pœnis, non deterretur tamen à maleficio: imò quemuis cruciatũ ſubire ac perferre parata eſt, dummodo eò, quo cupiditas vocat, peruenire poſſit. ita eſt audax ad facinoris pœnam ſufferendam, vt ad res nefarias, & lege vetitas concitatiſſimè, & effrenatiſſimè ruat.

Avdax Iapeti genvs] Prometheus. Ex Heſiodo autem & Æſchylo notum eſt, Prometheum, ignem à Ioue occultatum ſubduxiſſe, hominibúſque diſtribuiſſe, atque ob eam cauſam iratum Iouem, viuendi rationem anteà facilem, quietam, laboris ac doloris expertem hominibus abdidiſſe. ſic Heſiod. ἔργ. καὶ ἡμέρ. Κρύψε δὲ πῦρ, τὸ μὲν αὖθις ἐῢς πάϊς Ἰαπετοῖο Ἔκλεψ' ἀνθρώποισι, Διὸς παρὰ μητιόεντος Ἐν κοίλῳ νάρθηκι λαθὼν Δία τερπικέραυνον. Euphorion autem ſcribit hanc cauſam Iouem arripuiſſe, cur Prometheum Caucaſo affigeret, quòd comperiſſet, eum ex furtiuo & violento Eurymedontis cum Iunone concubitu natum eſſe. Atque hanc ille occaſionem nactus, Prometheum quidem in vincula coniecit: Eurymedontem autem ad inferos deturbauit. Sed quod ignis furtum Prometheo aſcribunt, tradit Pauſanias in Corinthiacis, Argiuos eam laudem Prometheo ademtam ad Phoroneum Inachi filium tranſcribere.

Fravde mala] mala, eſt epithetum perpetuum: ne quis fortè ita accipiat quaſi aliqua fraus ſit bona. ſic Satyra vi. libr. 1. dixit *mala luſtra*. quanquam in quibuſdam codicib. manu ſcriptis legitur *mala lucra* (vt dicemus illo loco) & *prauum ſtulticiam*. epiſt. 11. lib. 2. & *malos fures* Satyr. 1. lib. 1. & *malam ambitionem* Saty. vi. lib. 2. & Hom. κακὴν νόσον: κακὸν πόλεμον.

Post ignem æth. domo] profert hunc locum Seruius ad illud Virg. Sileno. *furtúmque Promethei.*]

Terris incvbvit] terras occupauit, obſedit, atque oppreſſit. tale illud Virgil. Georg. 11. *Præſertim ſi tempeſtas à vertice ſiluis Incubuit.* aliter dictum eſt ab eodem, lib. 2. *Condit opes alius, defoſſóque incubat auro.* cui proximo ſimile illud eſt Ciceron. in Cluentiana. *qui illi pecuniæ, quam condiderat, ſpe iam atque animo incubaret.* hac de re ſic Heſiod. Χαίρεις πῦρ κλέψας, καὶ ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσας, Σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα, καὶ ἀνδράσιν ἐσσομένοισιν, id eſt, Prometheu, gaudes, quòd ignem furatus ſis & me deceperis, quod quidem furtum & tibi & poſteris magno malo erit. Idem de Pandora, Ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθου μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα Ἐσκέδασ', ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά, id eſt, At mulier cùm de dolio operculum detraxiſſet, omnia, quæ in eo erant, diſſipauit, hominibus autem triſtia mala molita eſt. Idem paulò poſt: Ἄλλα δὲ μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται, Πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα, &c. Alia autem innumerabilia funeſta mala apud homines tumultuantur, ſeu tumul-

A tus excitant: plena eſt terra malorum, plenum mare.

Semotíqve privs tarda necessitas] hunc locum profert Seruius ad illum locum Virgil. in Sileno, *Caucaſeáſque refert volucres, furtúmque Promethei.*

Tarda] viuebant enim diutiùs homines, tardiúſque moriebantur.

Necessitas lethi] Quam hîc lethi neceſſitatem nominat. Horat. eam Ode 1. lib. 3. neceſſitatem ſimpliciter appellat Ode xxiiii. eiuſd. diram neceſſitatem, id eſt, ἀνάγκην, quam dicunt Græci. Hom. autem ἰλιάδ. π. diem mortis ἀναγκαῖον ἦμαρ appellat: idémque, quã Horat. lethi neceſſitatem dicit, μοῖραν ὀλοὴν
B θανηλεγέος θανάτοιο nominat ὀδυσ. γ. Pindarus verò ὀλυμπ. ᾠδ. β. ſententiam illam, quam ferunt Pluto & Æacus aduerſus improbos, & ſceleratos, ἀνάγκαν ἐχθρὰν vocat, quia iudicium illud nulla ratione infirmari, nulla gratia inflecti, nullo denique pretio corrumpi poſſit. vide annot. ad Od. xxxv. huius lib. & xxiiii. tertij.

Corripvit gradvm] celeriùs aduenit: celerauit gradum, vt Virgil. loquitur, Æneid. 4. *illa gradum ſtudio celerabat anili.*

Expertvs vacvvm Dædalvs] & ſupra de Dædalo diximus nonnulla, &, vt nihil dixiſſemus, notiſſima omnibus eſt fabula: eámque etiam Virg. tangit Æn. vi. *Dædalus, vt*
C *fama eſt, fugiens Minoia regna, Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo.* Traditum eſt autem, Dædalum præſtantem fabrum, atq; architectum fuiſſe, eundémque ædificandarum nauium rationem, primum reperiſſe, atque ex eo natam de eius pennis & volatu fabulam. Itaque Græci poëtæ opera affabrè, & ſummo artificio elaborata, δαίδαλα nominant. Hom. ἰλ. σ αὐτὰρ ἐν αὐτῷ Ποίει δαίδαλα πολλὰ ἰδυίῃσι πραπίδεσσι. & ibidem. Πάντοσε δαιδάλλων. & Apollon. lib. 1. argon. ἐν δὲ ἑκάστῳ Τέρματι δαίδαλα πολλὰ διακριδὸν εὖ ἐπέπαστο. Et Lucr. lib. 4. linguam dædalã verborum appellat, propterea quòd voces articulat, vt ille loquitur, & dædalam Tellurem: & Virgil. Georg. 4. *Et munire fauos & dædala fingere tecta.* Plato in Menone quædam Δαιδάλου ἀγάλ-
D ματα, id eſt, ſimulacra commemorat, quæ ſoluta aufugiunt, fugitiuorúmque in morem dominum relinquunt; vincta autem manent: ad quæ reſpiciens ſcribit illa in Euthyphrone: Θαυμάζεις οὖν ταῦτα λέγων, ἐάν σοι οἱ λόγοι φαίνωνται μὴ μένοντες, ἀλλὰ βαδίζοντες, καὶ ἐμὲ αἰτιάσῃ τὸν Δαίδαλον, βαδίζοντας αὐτοὺς ποιεῖν, αὐτὸς ὢν πολὺ τεχνικώτερος τοῦ Δαιδάλου, καὶ κύκλῳ περιϊόντας ποιῶν, id eſt, miraberiſne igitur tu, qui iſta dicis, ſi verba videantur nõ manentia & ſtabilia, ſed ambulantia, & mobilia, & criminaberis me ea facere ambulatoria, cùm tu ſis multo maior artifex, quàm Dædalus: cúmque ea in orbem circumeuntia facias? Præterea λογοδαιδάλους Græci nominant verborum opifices quoſdam, & variandæ atque ornandæ orationis facul-

tate inſtructos. Xenophon autem ἀπομνημ. β. eo in loco, in quo oſtendit, ſapientiam ſapientibus interdû eſſe inutilem, ac damnoſam, ſcribit Dædalum à Minoë captum eſſe propter ſapientiam, eíque ſeruire coactum: denique vno tempore & patria & libertate eſſe ſpoliatum: cùm aliquando autem aufugere cum filio conatus eſſet: filiû quidem amiſiſſe, ſibi autem ſaluté expedire non potuiſſe: ſed ad Barbaros delatum rurſus illic ſeruitutem, quam fugiebat, pertuliſſe. Pauſanias verò in Achaicis narrat Dædalum, ſororis filio interfecto, ſua voluntate ſe ad Minoëm contuliſſe: deinde aliquanto pòſt in ſuſpicionem, crimênque neſcio quod vocatum, atque ab illo in carcerem vnà cum filio coniectum eſſe: poſtremò è cuſtodia furtim elapſum ad Siculos confugiſſe.

VACVVM] inanem, ἔρημον, ab hominibus infrequentem, vt Od. xxv. lib. 3. *vacuum nemus.*

PERRVPIT ACHERONTA] Herculi duodecim illis notiſſimis laboribus perfuncto, decem & octo menſium ſpatio, Euryſtheus duos ex eis nõ probans: vnum, quem ille in expurgando Augiæ ſtabulo, alterum, quem in hydra conficienda ſuſceperat, ac pertulerat, decimûtertium impoſuit, vt Orci canem Cerberum ab inferis ad ſuperos protraheret. Cùm igitur ad Tænarû veniſſet Hercules, per cuius fauceis ad inferos deſcenſus patet, duce Mercurio deſcendit. Ac de hoc Herculis ad inferos deſcenſu, meminit duobus locis Homerus, ſemel ὀδυσσ. λ. vbi ſic loquitur Hercules, ſeu eius idolum, Καί ποτέ μ' ἐνθάδ' ἔπεμψε κύν' ἄξοντ', οὐ γὰρ ἔτ' ἄλλον φράζετο τοῦδέ τί μοι χαλεπώτερον εἶναι ἄεθλον: iterum ἰλιάδ. θ. vbi Pallas de Ioue queritur, eíque exprobrat toties à ſe adiutum in periculis, & ſeruatum Herculẽ: ait denique ſe, ſi Iouis in Græcos acerbitatem præſciuiſſet, nuoquam fuiſſe paſſurã, vt Hercules ab inferis reuerteretur. ſic Hom. Εἰ γὰρ ἐγὼ τάδε ᾔδε' ἐνὶ φρεσὶ πευκαλίμῃσιν, Εὖτέ μιν εἰς Ἀΐδαο πυλάρταο προὔπεμψεν Ἐξ Ἐρέβευς ἄξοντα κύνα στυγεροῦ Ἀΐδαο, Οὐκ ἂν ὑπεξέφυγε Στυγὸς ὕδατος αἰπὰ ῥέεθρα. Perrupit autem legendum ſine copulatione *que*, & ita cod. Don. Faerni, Vrſini, & vnus Vat. Torneſ.

ACHERVNTA] Pauſanias in Atticis ſcribit, in Theſprotide Acheruſiam paludem eſſe nõ longè à Cichyro, & fluuiû Acheruntem, & Cocytum aquam omniû iniucundiſſimam: ſibique videri Homerum iis fluminibus viſis & cognitis, auſum eſſe demû illa de inferis fabuloſa confingere. Tum verò fluuiis infernis, ab iis, qui ſunt in Theſprotide, mutuatum, nomina impoſuiſſe.

[NIL MORTALIBVS ARDVVM EST] aliquot libri vet. habent, *Nil mortalibus ardui eſt.*]

CÆLVM IPSVM PETIMVS STVLTITIA] vel propter Phaëtontem hoc dicit, de quo dicemus annot. ad Oden xi. lib. 4. vel propter Gigantes: quod credibilius eſt.

NEQVE PER NOSTRVM PATIMVR SCELVS] noſtris maleficiis, & ſceleribus, videmur quodammodo vim Ioui afferre, eúmque

A cogere, vt aſſiduè fulmen habeat in manibus. Nã improbitate & impietate noſtra Deum irritantes, non ſinimus eum erga nos æquum eſſe, aut placabilem: ſed contrà impellimus, vt nos ſuo fulmine exterreat, atque exanimet.

IRACVNDA] quæ Iupiter effectus iracundus hominum impietate, ſæpè ſumit in manus. ſic Od. xiiii. lib. 1. *pauimentum ſuperbum* dixit, pauimentum domini ſuperbi, vt vult Porphyr. & rectè.

PONERE] de manibus. ſic dicimus ponere veſtem, ponere perſonam.

TVRNEBVS.

B *Diua potens.*) Nõ putem eſſe id referendum ad Sidus Veneris: ſed ad deæ numẽ ortæ mari. vnde illud Ouid. epi. Sapp. Phaoni. -- *Venus orta mari mare præſtat euntis. Robur*) Homerus -- οὐ γὰρ ἐκ δρυός ἐστι χάλκεον δέ μοι ἦτορ. *Rabiem Noti*) Auſtro flante quã Aquilone maiores multò concitantur æſtus. Cuius Ariſtoteles rationem in quæſtionibus naturalibus docet. *Timuit gradum*) mortis magnitudinem & acerbitatem. Mors enim ab alia morte, gradu differt.

Ex aduerſ. lib. 11. cap. 27. Quiſpiam locum non putabit fuiſſe inuocandæ Veneri fortaſſe in nauigatione, cùm tamen Horatius ita ſcribat, *Sic te diua potens Cypri:* cû ea potius amorum fœdera, quàm nauigationum pericula curet, Sed vt in verſu eſt. Ouid. epi. Sapp. Phaoni. *Venus orta mari mare præ-* C *ſtat euntis.* & Venus cognomento marina colebatur. Horatius lib. 3. Od. 26. *Laeuum marinæ qui Veneris latus.* & Venus Pontia cognominata apud Pauſaniam legitur. Quòd autem Notum arbitrû Adriæ dicit, id ex eo facit, vt reor, quòd Auſtro flante vt Ariſtoteles ſcribit in naturalibus quæſtionibus, maiores concitantur in mari fluctus. Nam velut ex imo oriatur, attollit vndas quas ex alto ingruẽs premit Aquilo. At verò mortis gradus, eius eſt ingreſſio acceſſus & aduentus, qui interdum formidabilior eſt & truculentior, interdum clementior: ſed qui nauigationi ſe cõmiſit, & mare turgidum tentauit, nullũ mortis quãtumuis immanem impetum videtur reformidare. At verò corripere gradum, eſt gradum raptim facere & carpere. vt 1. Æneid. *Corripuere viam in-* D *terea* & 6. Æneid. Corripiunt ſpatia.

AD L. SEXTIVM CONſularem. Od. 4.

ARGVMENTVM.

Aduentu veris, & communi moriendi conditione propoſita, hortatur ad voluptates.

SOluitur acris hiems grata * vice Veris, & Fauoni:

* Trahúntque ſiccas machinæ carinas:

Ac

Digitized by Google

Ac neque iam ſtabulis gaudet pecus, aut arator igni:
Nec prata canis albicant pruinis:
*Jam Cytheréa choros ducit Venus * imminente Luna:*
Iunctæque Nymphis Gratiæ decentes
Alterno terram quatiunt pede, dum graueis Cyclopum
** Vulcanus ardens vrit officinas.*
*Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire * myrto,*
*Aut flore, terræ quem ferunt * ſolutæ.*
Nunc & in vmbroſis Fauno decet immolare lucis,
Seu poſcat agnam, ſiue malit hædum.
Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,
Regúmque turreis. ô beate Sexti,
Vitæ ſumma breuis ſpem nos vetat inchoare longam.
Jam te premet nox, fabulæq; Manes,
Et domus exilis Plutonia, quò ſimul mearis:
Nec regna vini ſortiere talis,
Nec tenerum Lycidam mirabere, quo calet iuuentus
Nunc omnis, & mox virgines tepebunt.

SOLVITVR ACRIS] deſcriptio veris eſt, quo tempore maximè omne animantium genus hilaritati ac lætitiæ ſeſe dedere ſolet, omni triſtitia, quam affert hiemis deformitas, cælique grauitas, & diei obſcuritas, depulſa. Sed quòd ſolui hiemem dicit veris aduentu, cùm quicquid ſoluitur, aſtrictum, aut vinctum fuiſſe intelligatur: D hiems autem non aſtringatur, neque vinciatur, ſed aſtringat, potiùs & contrahat: perinde illud accipiemus, ac ſi dixiſſet, ſoluitur terra veris aduentu, quæ fuerat vi hiemis, & frigore aſtricta: quo quidem proximo modo infrà locutus eſt eadem Ode *Aut flore, terræ quem ferunt ſolutæ*, id eſt, laxatæ, mollitæ.

VICE] viciſſitudine ſic Ode 7. lib. 4. *Mutat terra vices.*

TRAHÚNTQVE SICCAS MACHINÆ.] ſcribit Vegetius libro quarto de re militari, cap. xxxix. ex die tertio iduum Nouembr. vſque ad diem ſextum id. Mart. maria claudi. Heſiodus item ἔργ. καὶ ἡμέρ. vetat poſt Virgiliarum occaſum nauigare, propterea quòd eo tempore mare tempeſtatibus maximis concitatur. iubet autem A naueis in littus ſubducere, ſaxiſque vndique communire, vt ventorum vim faciliùs perferre poſſint. ſic Heſiod. Εὖτ' ἂν πληϊάδες σθένος ὄβριμον ὠρίωνος Φεύγουσαι πίπτωσιν ἐς ἠεροειδέα πόντον, Δὴ τότε παντοίων ἀνέμων θύουσιν ἀῆται, Καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ, Γῆν δ' ἐργάζεσθαι μεμνημένος ὥς σε κελεύω. Νῆα δ' ἐπ' ἠπείρου ἐρύσαι, πυκάσαι τε λίθοισι Πάντοθεν ὄφρ' ἴσχωσ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων Χείμαρον ἐξερύσας, ἵνα μὴ πύθῃ Διὸς ὄμβρος. Hoc igitur tempore naues in littus ſubductæ, trabibúſque, quibus fulciebantur, impoſitæ, tantiſper ibi continebantur, dum tempus ad nauigationem idoneum adueniret. tunc verò machinis, vt palangis, in mare retrahebantur. B Palángæ, enim, vt docet Nonius, fuſtes ſunt teretes, qui nauibus ſubijciuntur, cùm attrahuntur ad pelagus, aut cùm ad littora ſubducuntur. Ita hæc huius loci ſententia eſt, naues ſiccæ, quæ menſibus hibérnis in littore, lignis ſubiectis, à nauigatione conquieuerunt, nunc veris aduentu machinis in mare trahuntur. atque his ſignificatur veris aduentus. Solebant autem veteres, etiam cùm per anni tempus nauigare licebat, naueis tamen hoc modo lignis ſubiectis in littore collocare, tantiſper ſcilicet dum in bello, aut alia in re occupati nauigatione ſuperſedebant: quod declarat Homerus ἰλιαδ. α. Νῆα μὲν οἵ γε μέλαιναν ἐπ' ἠπείροιο ἔρυσσαν Ὑψοῦ ἐπὶ ψαμάθοις, C ὑπὸ δ' ἕρματα μακρὰ τάνυσσαν. Αὐτοὶ δ' ἐσκίδναντο κτ', &c. Exemplum autem nauium è continente in mare deducendarum, extat in ſecundo libro: cùm Græci Agamemnonis oratione, qua eorum animos tentarat, decepti cupidiſſimè ad naueis concurrunt, atque ad reditum omne ſuum ſtudium conferunt. Τοὶ δ' ἀλλήλοισι κέλευον Ἅπτεσθαι νηῶν, ἠδ' ἑλκέμεν εἰς ἅλα δῖαν, Οὔρους τ' ἐξεκάθαιρον, ἀϋτὴ δ' οὐρανὸν ἷκεν Οἴκαδ' ἱεμένων, ὑπὸ δ' ᾕρεον ἕρματα νηῶν, id eſt. illi autem mutuò hortabantur, vt manus ad naueis admouerent, & in mare traherent: Et naualia purgabant: clamor autem eorum ad cælum ibat, domum redire cupientium. trabes autem nauibus ſubiectas ſubſtrahebant. Adde hoc Attij, quod eſt apud Nonium in voce *anima: Claſſem trahere in ſalum, & vela ventorum anima immittere.*

MACHINÆ] machinam ita definit Vitruuius. Eſt continens ex materia coniunctio, maximas ad onerum motus habens virtutes. Ea mouetur ex arte, circulorum rotundationibus, quem motum Græci κυκλικὴν κίνησιν appellant.

AVT ARATOR IGNI] Virgil. Daphnide, *Ante focum ſi frigus erit.*

ALBICANT] albeſcunt.

IAM CITHEREA CHOROS DVCIT VENVS] Venus, inquit, dux chori, iam cum Nymphis & Gratijs ad lunam ſaltat. *Luna imminente*, id eſt, propinqua: ex quo intellige *lucente*: & ita noctu. Nam *imminere* valet propinquum

A Æoli inſulis. Sed quòd Cyclopum, non Vulcani dicit officinas, id eò pertinet, quòd Vulcanus eorum miniſterio & opera vtitur in fabricando. ſic apud Virgil. Æn. VIII. in armis Æneæ cudendis Cyclopes Vulcano præſtò ſunt, ac ſubſeruiunt. & apud Apollon. argon. α. Iouis fulmen cudunt. Ἐν μὲν ἔσαν κύκλωπες ἐπ' ἀφθιτα ἥμενοι ἔργῳ Ζηνὶ κεραυνὸν ἄνακτι πονεύμενοι, &c. Homerus autem ἰλιαδ. σ. Vulcanum facit in cælo, non in Ætna, ſine Cyclopum opera Thetidis rogatu Achillis arma fabricantem, viginti follibus nunc vehementiorem, nunc remiſſiorem flatum, prout operis vel ratio, vel neceſſitas poſtulat, mittentibus. Graueis officinas Cyclopum ſic dixit, vt Tibull. opus ruſticum graue. ſic autem Tib. *Et graue ſuſpenſo vomere ceſſet opus.*

B VVLCANVS] cuius vxor eſt Venus. Quin etiam vna ex Gratiis, Vulcani eſt amica, ſeu concubina, vt paullò antè oſtendimus. Interea (inquit) dum Vulcanus in officina Cyclopum fabricatur, Venus cum Nymphis & Gratiis ſaltat, & choros ducit. *ardens* autem, vel ad ignis naturam referendum, cuius deus eſt Vulcanus, vel, vt mauult Paſſeratius, ad Vulcani operis intenti ſtudium: vt apud Virg. Æn. lib. I. *Inſtant ardentes Tyrij*. & Georgic. 4. *Feruet opus, redolentque thymo fragrantia mella*. Idem lib. 4. Æneid. *Opere omnis ſemita feruet*. Propert. lib. 4. epiſt. Arethuſæ. *Succinctique calent ad noua lucra popæ*. Horat. epod. Oda XVII. *Cales venenis officina Colchicis*. Vrere autem officinas, ſic dictum eſſe putat idem Paſſerat. vt illud à Propertio. *Colchis Colchiacis vrat aena focis*. [nonnulli libri veteres tamen habent, *viſit officinas*.]

C NVNC DECET AVT] nunc decet aut myrteam coronam capiti imponere, aut ex aliis floribus concinnatam, quos terra laxata & ſoluta verni temporis tepore, extulerit: quo more in conuiuiis veteres vtebantur. attendat autem adoleſcens hoc loquendi genus: caput impedire myrto, pro eo quod eſt, corollas ex myrto capiti imponere, non admodum diſſimilia ſunt illa, Ode VII. *Tempora populea fertur vinxiſſe corona*. Ode XXV. lib. 3. *Cingentem viridi tempora pampino*. Od. I. lib. 4. *Et vincire nouis tempora floribus*. aliter dixit. Sat. VI. lib. I. crus pellibus impedire. *Nam vt quiſque inſanus nigris medium impediit crus Pellibus*.

D NITIDVM] λιπαρὸν, vnguentis delibutum, vt Od. 7. lib. 2. *nitentes Malobathro Syrio capillos*. & M. T. Catil. II. *qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura*. & Plaut. Truculento, *ferunde vt roſa floret, vt oleo nitide lucet*. & Virgil. Æn. V. *Nudatóſque humeros oleo perfuſa nitelcit*.

FAVNO DECET IMMOLARE] Dionyſius Halicarn. ἀρχ. ῥωμ. α. tradit, Faunum Regem Aboriginum fuiſſe, à Marte prognatum, eúmque à Romanis, tanquam aliquem patrium Deum, ſacrificiis & carminibus coli. Dionyſij verba ſunt hæc, Ἐτύγχανε δὲ τότε τὴν βασιλείαν τῶν Ἀβοριγίνων παρειληφὼς Φαῦνος Ἄρεος, ὥς φασιν, ἀπόγονος, ἀνὴρ, μετὰ τοῦ δραστηρίου, καὶ συνετός: καὶ αὐτὸν, ὡς ἐπιχώριόν τινα Ῥωμαῖοι δαιμόνων θυσίαις καὶ ᾠδαῖς γεραίρουσι. Varr. lib. 6. de lingua Latina, Faunos Latinorum Deos appellat. M. Tull. lib. 2. de nat. Deor. ſub perſona Balbi, ait ſæpe Faunorum voces exauditas: ſæpe viſas formas Deorum, quemuis non hebetem, aut impium deos eſſe præſentes confiteri coëgiſſe. Faunum quidam volunt eundem eſſe, atque Pana, qui & Inus dicitur, Græcè Ἐπιάλτης. Fatidicum appellat Virgil. lib. 7. *At rex ſollicitus monſtris oracula Fauni Fatidici genitoris adit*. Fauno autem rem diuinam faciebant, & ouilia luſtrabant Romani vere ineunte. Immolabant tamen eidem etiam nonis Decembris, vt Od. XVIII. lib. III. *Faune nympharum fugientum amator, &c.*

SEV POSCAT AGNAM, &c.] ſic codex Iannoct. & duo Vaticani, non, vt vulgò, agna, hædo. Atque ita locutus eſt Od. XVIII. lib. Epod. *Paratus expiare ſeu popoſceris Centum iuuencis, ſiue mendaci lyra Voles ſonari, &c.* Siue autem hic ſubintelligatur, *ſibi immolari*, ſiue nihil ſubintelligatur, *agnam & hœdum* videntur legendum potiùs, quàm *agna & hœdo*. Quòd ſiquis dicet ſubintelligi *ſibi fieri*, & ita retineri poſſe lectionem vulgatam, vt intelligamus eum ita eſſe locutum, *ſeu poſcat ſibi fieri*, id eſt, ſacrificari, agna, &c. quemadmodum Virgil. Palæm. *Cum faciam vitula pro frugibus, &c.* nimis erit violenta hæc explicatio. [Seruius tamen ad illum Virgilij verſum notat hæc quæ ſequuntur, *figuratè, faciam vitula dixit, vt faciam ture, faciam agna*. Horat. I. carminum, *Seu poſcat agna, ſiue malit hœdo*. vnde videatur nihil hic eſſe mutandum à lectione recepta, ſi Seruio credamus.]

PALLIDA MORS] eadem figura loquendi mors dicitur pallida ab Horatio, qua χλωρὸν δέος ab Homero, & φριξόντες ὄμβροι à Pindaro, Πυθ. εἰδ. α. & ζακρυόεις ἔρως ab Anacr. & μάργος ἔρως ab Apollon. lib. 2. Videtur autem hæc ſententia ex Pindaro expreſſa Νεμ. εἰδ. ζ. ἀφνεός τε, πενιχρός τε θανάτου πρὸς σᾶμα νέονται ſic idem Horat. Od. XVIII. lib. 2. *æqua tellus pauperi recluditur, Regúmque pueris*. vide annot. ad Od. XXVIII. huius lib.

ÆQVO PVLSAT PEDE PAVP. TAB.] id eſt, æquè fortiter, & liberè pulſat diuitum foreis, atque pauperum: æquè audet ingredi in ædeis ſumptuoſas, validas, & munitas regum ac principum, vt humileis & fragileis pauperum caſas. Nam qui domum aliquam ingredi volunt, interdum pedibus & calcibus pulſant, & (vt loquitur ille in Eunucho) inſultant foreis. Sic & ille ſenex Plautinus Moſtell. *Pultando pedibus pæne confregi aſſulas*, inquit: omnes quidem, qui in clauſam domum intrare cupiunt, oſtium pulſant. Sat. I. lib. I. *Sub Galli cantum conſultor vbi oſtia pulſat*.

VITÆ SVMMA BREVIS SPEM NOS VETAT] ſic Od. XI. huius libri, *& ſpatio breui ſpem longam reſeces*. ſummam poſuit pro ſpatio.

Et

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Et animaduerte in vtroque loco eſſe antitheſin. breue enim longo opponitur.

IAM TE PREMET NOX] noctis nomine mortem intellige. ſic Catull. *O mala tenebræ Orci.* & infrà Od. XXVIII. *Omneis vna manet nox.* quanquam illo loco in quibuſdam exemplaribus, ſcriptum eſt *vna manet mors.*

FABVLÆQVE MANES] Integra & emendata huius loci ſcriptura hæc eſt, fabulæque manes. neque ineſt hoc in loco vlla vel difficultas, vel obſcuritas. Iam te (inquit) premet nox, manéſque, & inferi fabuloſi, id eſt, de quibus tam multa & Philoſophi fabulantur, & poëtæ. Plato quidem omnem ferè, quem de inferis, pœníſque inferorum habet, ſermonem, μῦθον, id eſt, fabulam appellat: vt in Phædone extremo. ἀλλὰ μὴν ἔφη ὁ Σιμμίας, ὦ Σώκρατες, ἡμεῖς γε τούτου τοῦ μύθου ἡδέως ἀκούσαιμεν. & primo de repub. Οἵ τε γὰρ λεγόμενοι μῦθοι περὶ τῶν ᾅδου. Et M. Tull. in Cluentiana: *Nam nunc quidem quid illi tandem mali mors attulit? niſi fortè ineptiis, & fabulis ducimur, vt exiſtimemus illum, apud inferos impiorum ſupplicia perferre.* & Tuſcul. 1. tricipitem apud inferos Cerberum, Cocyti fremitum, tranſuectionémque Acherontis, mento ſummam aquam attingentem, ſiti enectum Tantalum, & Siſyphum, poëtarum portenta dicit eſſe. Idem in Catilinaria quarta: *Itaque vt aliqua in vita formido improbis eſſet poſita, apud inferos eiuſmodi quædam illi antiqui ſupplicia impiis conſtituta eſſe voluerunt, quod videlicet intelligebant, his remotis, non eſſe mortem pertimeſcendam.* Ad hunc locum pertinet illud Callimachi, quod extat lib. 3. epig. Græc. Ὦ Χαρίδα, τί τὰ νέρθε; πολὺ σκότος. αἱ δ' ἄνοδοι, τί; ψεῦδος. ὁ δὲ Πλούτων; μῦθος. ἀπωλόμεθα. id eſt, *O Charida, quid ſtyx? nox eſt. quid auerna? tenebræ. Quid vero ad ſuperos tam celebres reditus? Mendaces vatum voces. quid Pluto, vel Orcus? Fabula. nam extincti puluis & vmbra ſumus.* Homerus tamen, & tragici poëtæ, & ceteri ferè tùm Græci tùm Latini inferos, & pœnas poſt mortem in improbos, & impios conſtitutas comprobant. de quibus dubitare nobis Chriſtianis eſt nefas.

ET DOMVS EXILIS PLVTONIA] exilis, id eſt, anguſta & parua, vt epiſt. lib. 1. epiſt. ad Mæce. 2. *Exilis domus eſt, vbi non & multa ſuperſunt, & dominum, &c.* Exilis autem domus Plutonia iccirco dicitur, quia manes, & vmbræ, quæ hanc domum incolunt, exiles & tenues, & aſpectum oculorum fugientes. ſic Virg. domos Ditis vacuas, & inania regna dixit lib. VI. Ænei. ſignificans fortaſſe vmbras & imagines mortuorum, eſſe inaneis.

QVÒ SIMVL MEARIS.] quò ſimul atque permearis, ac perueneris. ſimul, apud hunc poëtam plurimis in locis valet ſimulac, ſeu ſimulatque. itémque apud Catull. M. Tull. Horat. Od. IX. huius libri. *quis ſimul Strauere ventos æquore feruido Deprælianteis, &c.* & XII. *quorum ſimul alba nautis Stella refulſit.* & Od. VIII. lib. 2. *ſimul obligaſti Perfidum votis caput, eniteſcis Pulchrior multo.* & Od. XVI. eiuſdem. *ſimul atra nubes Condidit lunam.* & XII. lib. 3. *Simul vnctos Tiberinis humeros lauit in vndis.* & IIII. eiuſdem, *militia ſimul feſſas cohortes abdidit oppidis.* & XXVII. *Quæ ſimul centum tetigit potentem Oppidis Cretam.* & lib. 4. Od. VII. *Ver proterit æſtas Interitura ſimul Pomifer autumnus fruges effuderit.* lib. 1. epiſt. ad Mæcenatem epiſtola ea quæ proximè antecedit vltimam: *Hæc ſimul edixit, &c.* & lib. 2. epiſt. 2. *Vnde ſimul primum me dimiſere Philippi Deciſis humilem pennis.* & lib. 1. ſerm. Sat. 1. *Quæ ſimul inuerſum contriſtat Aquarius annum.* & lib. 2. Saty. VI. *ſimul domus alta Moloſſis Perſonuit canibus.* Sic Catull. de Pelei & Thetidos nupt. *Quæ ſimul optatæ finito tempore luces Aduenêre.* & ad Iuuentium. *Nam ſimul id factum eſt, multis diluta labella Guttis abſterſiſti omnibus articulis.* ſic M. Tull. academic. II. *Itaque ſimul experrecti ſumus, viſa illa contemnimus,* & epiſtol. ad Attic. lib. 3. *& ſimul à Cæſare ei litteræ, quas expectaret, remiſſæ eſſent, auctorem etiam daturum.*

NEC REGNA VINI SORTIERE] regna vini ea appellat, quæ in conuiuiis conſtituebantur, in quibus is è conuiuis, cui tale regnum ſorte obtigiſſet, leges bibendi ferebat: quibus cæteros omneis parêre neceſſe erat: huiuſmodi Regem, arbitrum bibendi nominat Od. VII. li. 2. *Quem Venus arbitrum Dicet bibendi?* ad hùc morem ſpectans videtur illa dixiſſe M. Tull. li. 5. Accuſ. *Iſte enim prætor ſeuerus ac diligẽs, qui populi Rom. legibus nunquam paruiſſet, illis diligenter legibus, quæ in poculis ponebantur, obtemperabat.* Has autem leges poëta noſter inſanas appellat Saty. 6. lib. 2. *ſolutus Legibus inſanis.* eò pertinet illud Catullianum ad puerum, *Ingere mi calices amariores, Vt lex Poſtumiæ iubet magiſtræ, Ebrioſa acino ebrioſioris.* quo loco Poſtumiam bibendi arbitram, magiſtram nominat. ſic M. Tull. in Catone. *me vero & magiſteria delectant, à maioribus inſtituta, & is ſermo, qui more maiorum à ſummo adhibetur in poculo.* regna igitur vini ab Horatio dicuntur, ea, quæ à M. Tull. magiſteria.

SORTIERE TALIS] Veneris iactus regem vini, ſeu magiſtrum efficiebat, Od. VII. lib. 2. *Quem Venus arbitrum Dicet bibendi?* qua de re plura dicemus ad eum locum. Sed non eſt mihi ſilentio prætereundum, Luiſinum, alioqui virum doctum, minùs rectè hunc locum ita explicaſſe: nec regna talis vini, id eſt, tam ſuauis & generoſi vini, ſortiere, vt talis, ſit patrij caſus à recto tale. cùm ſit ſexti caſus numeri multitudinis à recto talus.

NEC TENERVM LYCIDAM MIRABERE] puerum mollem, & impudicum, cùius nunc iuuenes ardent amore, dum imberbis eſt, & impubes ſed vbi adoleuerit, nucibúſque (vt aiunt) ludere deſierit, quod non longum fiet: tum eius complexu virgines cupient potiri. Peto autem à verecundo lectore, vt, quoties tales loci occurrent, qui ad puerileis illos, & flagitioſos amores pertineant, dent mihi hanc veniam, vt vel ſtrictim attingam, vel omnino tacitos prætermittam.

Et

Et mox virgines tepebvnt.] & quem mox virgines exoptabunt: cuius amore erunt incenſæ. totius igitur huius loci ab illis verbis, *Nunc decet aut viridi, &c.* vſque ad extremum, hæc ſententia eſt: Tantiſper dum tempus anni patitur, & vita ſuppetit, epulandum, & bibendum eſt, atque ex floribus confectæ corollæ capiti imponendæ ſunt. omnibus enim peræquè moriendum eſt: & hæc vita breuiſſima eſt, iamiam tempus aduentat, cùm tibi ſit moriendum. quod quidem cùm euenerit, neque amplius bibere, neque amare erit integrum. ſed hac de re alibi plura. eſt enim ſententia, tum ab hoc poëta, tum ab aliis multis ſæpe decantata. Vide Od. ix. huius libri. Sed fugerat me lectorem admonere, hunc L. Sextium, Bruti amiciſſimum fuiſſe: & nihilominus tamen ab Auguſto, cùm eſſet conſul, & Calpurnium Piſonem collegam haberet, in ſuum locum eſſe ſubſtitutum, anno ab vrbe condita 730.

TVRNEBVS.

F*Auoni*) Menſe Februario cùm flare Fauonius incipit, oritur ver, mareque quod hyeme clauſum fuerat, nauigabile redditur. *Trahunt* autem eſt deducunt naues, quæ tota hyeme in naualia fuerant ſubductæ. *Arator.*) Cùm rura gelu hyems adſtringit, terra non vertitur: arator ineunte vere, & paſtores, qui ſtabulis hyeme continuerunt pecus, paſtum foras agunt: & aratores terram arant.

Fauno) Quæ ſacra Fauno fierent, explicat Sextus Siculus.

Pulſat pede) Ingreditur. Nam pulſare fores ſolemus, quibus apertis ingredimur. *Fab læq; manes*) Loquitur vt Epicurus, qui Manes & inferos fabulas cenſet. Manes igitur te manent, qui fabulæ ſunt. *Lycidam*) Nomina meretricularum & puerorum catamitorum ſumpſit Græca omnia ex antiquis poëtis, vt & Lycidam.

Lib. 9. ca. 27. *Iam Cytherea choros ducit Venus, imminente Luna.* cùm dicit, ad id reſpexit quod Venerem vere reuerti cenſebant. Lucretius, lib. 5.

— it Venus, & Veneris prænuncius ante
Pennatus Zephyrus. *Imminente Luna*, quod eſt ex cœlo illuceſcente. præſultrix Venus choros ducit: quare noctu remotis arbitris terra grata numinibus eſt, cùm cerni nolint: *Cum ſuperis terrena placent*, inquit Papinius.

Ex aduerſ. lib. 30. *cap.* 11. Venus ineunte vere apud Flaccum, ducit choros, remiſſo relaxatóque anni frigore, quod ea anni parte opinio erat aduentare Venerem, eiúſque antecurſorem eſſe Zephyrum, qui Februario ſpirat, vt è Lucretio antè oſtendimus. Venus autem & voluptatis & amœnitatis dea ſe choreis delectat. — *Imminente Luna*. id eſt, veſperi noctúque *Cum*, vt eſt apud Papinium, *ſuperis terrena placent*. Nolunt enim dij ſe hominum oculis cerni. Ita has plagas celebrant & colunt, quo tempore homines in ſua

A ſe recepêre tecta, relictiſque agris domi ſopiti iacent. Et ei Gratias decentes Horatius adiungit. Quod præter argumentum eſſe ab Horatio factum, miror ab homine eruditiſſimo, & omnium propè ſcriptorum acri cenſore, & ſeuero critico iudicatum eſſe, cum eſſe Veneris comites Gratias antiquorum religio crediderit vt ex Seneca conſtat de beneficiis ita ſcribente, *Tres Chryſippus Gratias ait Iouis & Eurynomes filias eſſe: ætate autem minores quàm Horas: ſed meliuſcula facie, & ideo Veneri datas comites.* Hoc ille ſi cogitaſſet, nec veſania reprehendendi præceps actus eſſet, & ab inſtituta calumnia animum cohibuiſſet. Sed cur Flaccus *decentes* appellat? credo quòd venuſtæ formoſæque ſunt: & honeſta liberalique forma,
B bonáque vt dicit Seneca, facie. Lib. 3. Od. 21. eas dicit, *ſegnes nodum ſoluere*, quòd vt reor implexis & conſertis inter ſe manibus eſſent. Neque enim commodior excogitari fortaſſè interpretatio poteſt: præſertim cùm ſubnixa ſit Senecæ auctoritate, cuius fiducia audaciùs loquitur. Seneca autem ita ſcribit, *Quare tres gratiæ & quare ſorores & quare manibus implexu:* Iterum, *Quid ille manibus conſertis in ſe redeuntium chorus?*

Ex aduerſ. lib. 9. cap. 27. Nunc & in vmbroſis Fauno decet immolare lucis. ait ex conſuetudine antiquorum qui Fauno rem diuinam faciebant, & ouilia luſtrabant veris initio, antequam pecus, quod hiberno tempore in ſeptis villę ſtabulatum
C erat, in agros pabulatum educerent. Calphurnius, 5. eclog.

— tu ceſpite viuo
Pone focum Geniúmque loci Faunúmque Laréſque
Salſo farre voca: tepidos tunc hoſtia cultros
Imbuat, atque etiam dum viuit ouilia luſtra.

Iam illud *æquo pulſat pede*, eſt æquè ingreditur. Nam fores pulſare ſolemus, vt aperiantur, & domos ingrediamur, vnde tranſlatio ſumpta. Cur dicitur *domus exilis Plutonia?* nempè quòd inanis & vacua ſit, vt apud Maronem, 6. Æneid. *Pérque domos Ditis vacuas & inania regna.* Sic & Flaccus Lib. 1. epiſt. 6. *Exilis domus eſt cui non & multa ſuperſunt.*

D
AD PYRRHAM.

Od. 5.

ARGVMENTVM.

Miſeros eſſe, qui illius amore teneantur. ſe ex eo, tanquam è naufragio, enataſſe.

QVis multa gracilis te puer in roſa
Perfuſus liquidis vrget odoribus
Grato, Pyrrha, ſub antro?
Cui flauam religas comam
* *Simplex munditiis? heu, quoties fidem,*
Mutatóſque deos flebit, & aſpera

*Nigris * æquora ventis* A
Emirabitur inſolens,
Qui nunc te fruitur credulus aurea:
*Qui ſemper * vacuã, ſemper amabilem*
Sperat, neſcius auræ
Fallacis! miſeri, quibus
** Intentata nites. me tabula ſacer*
*Votiua * paries indicat vuida*
Suſpendiſſe potenti
Veſtimenta maris deo.

B

QVIS MVLTA] quis puer, id eſt, quis adoleſcens, aut iuuenis tener, vnguento delibutus, ac perfuſus te tam molliter, arctéque amplectitur? de verbo vrgendi vide ad Oden XVIII. lib. 2. perfuſus liquidis odoribus propriè dixit, vt Cicer. Verr. III. *aqua denique feruenti Philodamus à Rubrio perfunditur.* Nam per liquidos odores, vnguenta ſignificat. alij autem ſunt aridi, quæ Græci διάπσματα appellant.

CVI FLAVAM RELIGAS COMAM] vel cuius comam religas: vel cui, vt placeas comam religas tuam.

SIMPLEX MVNDITIIS?] ſimpliciter culta atque ornata? non admodum exquiſito, neque ſumptuoſo, ſed tamen corporis cultu adhibito? C

HEV QVOTIES] tale eſt illud Od. XV. epod. *Eheu tranſlatos aliò mærebis amores.*

ET ASPERA NIGRIS ÆQVORA VENTIS] tralatio perpetua eſt, ducta à mari vi ventorum agitato & concitato. Significat, hunc adoleſcentem, qui nunc Pyrrha vtitur, facillima ac liberaliſſima, valde miraturum, cùm illius leuitatem, mobilitatem, ſæuitiam, perfidiam cognouerit. hi enim ſunt venti, hæ tempeſtates, hæc denique naufragia, in quibus aſſiduè miſeri verſantur amatores.

NIGRIS VENTIS] cur nigris ventis? an quia tempeſtates, quæ à ventis excitantur, nigræ ſunt? ideirco tempeſtatibus, & hiemi nigra pecus immolatur. D Virgil. lib. 3. Æneid. *Nigram hiemi pecudem, &c.* & lib. 5. *Treis Eryci vitulos, & tempeſtatibus agnam.* an quia Eurus pluuias excitat: cælum autem imbribus, & nubibus nigreſcit? Itaque infrà Od. 10. epod. Eurum, nigrum appellauit. *Niger rudenteis Eurus inuerſo mari, &c.* an quia nigra omnia, deformia, & iniucũda ſunt, epiſt. ad Piſon. *vt turpiter atrum Deſinat in piſcem? &c.* tempeſtates autem turbulentæ, & minùs ſerenæ, fœdæ, & informes dicuntur. Virg. Geor. 1. *Et fœdam glomerant tempeſtatem imbribus atris.* Horat. Od. X. lib. 2. *informeis hiemes reducit Iupiter.* Sic autem Eurum, nigrum appellat Oda X. epod. *Niger rudenteis Eurus inuerſo mari, Fractóſque remos differat.*

INSOLENS] id eſt, inſuetus, qui tales in Pyrrha mores non ſit expertus. ſic dicimus inſolens belli iniuriæ, &c. Cæſar lib. 2. de bell. ciuil. *Erat in oppido multitudo inſolens belli diuturnitate otij.* M. Tull. lib. 1. de orat. ad Q. Frat. *ea requiruntur à me, quarum ſim inſolens, atque ignarus.* Salluſt. in Proœmio hiſt. Catil. *quæ tametſi animus aſpernabatur, inſolens, malarum artium:* aliter Od. huius lib. XVI. exercitum inſolentem appellat. & Od. IIII. lib. 2. Achillem inſolentem. & Od. XVI. epod. equitem inſolentem.

TE FRVITVR CREDVLVS AVREA:] te experitur admodum paratam, promptam, ac liberalem,: non aſperam, non duram, neque ſæuam, neque ferream. Auream autem vel pulchram accipe & formoſam: vel optatam, caram, amabilem. Quid enim auro carius, aut amabilius eſt? Eadem ferè ratione mediocritatem auream dixit Od. X. lib. 2. ſignificans nihil eſſe mediocritate melius, nihil optabilius, nihil amabilius.

QVI SEMPER VACVAM] id eſt, qui ſperat te vnico ſemper amatore fore contentam, nulliſque alijs gratificaturam.

NESCIVS AVRÆ FALLACIS] neſcius, atque ignarus amoris muliebris, qui quouis vento mobilior, incertior, ac fallacior eſt. permanſit autem in tralatione, vt videatur ἀλληγορία ab illo loco, *Heu quoties fidem Mutatóſque deos, &c.* vſque ad extremum.

MISERI QVIBVS] miſeri ſunt ij, quibus places, & quibus videris amabilis. intentata, id eſt, non ſpectata, inexperta, non perſpecta, neque viſu cognita. vtitur hoc nomine lib. de art. poët. *Nil intentatum noſtri liquere poëtæ.*

ME TABVLA SACER] qui naufragium fecerant, ſolebant naufragij ſui caſum in tabula pingendum curare, eámque tabulam è pariete templi ſuſpenſam, vnà cum veſtimentis, in quibus fuerant ſeruati, Neptuno conſecrare. quod idem & hodie fieri ſolet, prætetquam, quod hic honos vel Diuæ Mariæ, vel alicui alij Diuo habetur. Significat igitur ſe, amores expertum eſſe non admodum lætos, neque dulceis, neque ſecundos: itque in eis naufragium aliquando feciſſe, cùm Pyrrham amaret, ſeſéque ab ea mutuò amari crederet. Nunc autem poſteaquam eius inconſtantiam, leuitatémque perſpexerit, & cognouerit: ſe iterum ad eundem ſcopulum ſuam nauim non appulſurum, id eſt, non amplius in eius amore mutuo ſpem habiturum. M. Tull. ad illum naufragorum morem alludens, ſic ad Attic. ſcribit lib. 4. *hæc enim me vna ex hoc naufragio tabula delectat.*

VVIDA] ſecutus ſum aliquot lib. ſcriptos, qui ita habent, non vt vulgati, *humida.* in his Vatic. vnum Vrſ. Torneſ.

POTENTI VESTIMENTA MARIS DEO.] ordo eſt, Deo potenti maris, id eſt, imperium maris obtinenti, nempe Neptuno.

TVRNE-

TVRNEBVS.

EX aduerſ. lib. 9. cap. 27. *Liquidos odores*, vnguenta vocat ad diapaſmatum diſcrimen, quæ odorata quidem, non tamen liquida ſed ſicca ſunt.

Qui nunc te fruitur credulus aurea, valet qui te fruitur chariſſima ſibi, multúmque amabili & optata, & ſibi inſtar auri cupita, vt longè chariſſimum hominibus aurum eſt, nullúmque pluris eſt metallum. Sic *auream mediocritatem* dixit, quòd ea hominibus chariſſima, optatiſſima & precioſiſſima eſſe debeat, & tanti æſtimanda, quanti eſt aurum, vt & reuera nonnullis eſt expetenda maximè.

Lib. 6. cap. 6. *Potenti veſtimenta maris deo*) potens eſt potiens, vt potenti veſtimenta maris deo; id eſt, Neptuno maris potienti.

Suſpendiſſe potenti.

Lib. 29. cap. 24. *Veſtimenta maris deo*, cùm Horatius dixit, Neptunum intellexit, qui mari potitur, & cuius mare ſors eſt.

AD M. VIPSANIVM Agrippam. Od. 6.

ARGVMENTVM.

Bella ab eo geſta, à Vario cantatum iri: ſe conuiuiis tantùm, & amoribus deſcribendis aptum eſſe.

SCribêris Vario fortis, & hoſtium
*Victor, Mæonij carminis * alite,*
Quam rem cumque ferox nau.bus, aut equis
Miles te duce geſſerit.
Nos Agrippa, neque hæc dicere, nec grauẽ
*Pelidæ * ſtomachum cedere neſcij,*
*Nec curſus * duplicis per mare Vlyſſeï*
Nec ſæuam Pelopis domum
Conamur, tenues grandia: dum pudor,
Imbelliſque lyræ muſa potens vetat
Laudes egregij Cæſaris, & tuas
*Culpa * deterere ingeni.*
Quis Martem tunica tectum adamãtina
Dignè ſcripſerit? aut puluere Troico
Nigrum Merionen? aut ope Palladis
Tydiden ſuperis parem?
Nos conuiuia, nos prælia virginum
Sectis in iuuenes vnguibus acrium
*Cantamus vacui, ſiue * quòd vrimur,*
Non præter ſolitum leues.

A SCRIBERIS VARIO] id eſt, Scribêris à Vario. [atque ita explicat Seruius, hunc locum proferens ad illum Virgilij verſum, Georgic. 3. *Cui non dictus Hylas puer?* profert eundem Æneid. 1. ibi, *neque cernitur vlli*, atque vtrobique eſſe genus loquendi Græcum, vt *scribêris Vario* (inquit) id eſt, *ſcribet te Varius.*] de quo genere alibi dicemus. Varius poëta (inquit Horat.) res abs te fortiſſimè geſtas, tuáſque victorias Heroico carmine perſequetur, & immortalitati commendabit. Commemorat hunc Varium multis locis Horat. vt epiſt. ad Auguſt. lib. 2. *Dilecti tibi Virgilius, Variúſque poetæ.* & Saty. 6. lib. 1. *optimus olim Virgilius, poſt hunc Varius dixere, quid eſſem.* & ix. *non Viſcum pluris amicum, non Varium facies.* & in epi-
B ſtol. ad Piſones de Arte poët. *quid autem Cæcilio, Plautóque dabit Romanus, ademptum Virgilio, Varióque?* Virgil. Varium nuſquam, quod ſciam, commemorat, Varum aliquot locis. falluntur autem, qui in illis locis legendum putant Varium, quamuis nonnulli codices antiqui ita ſcriptum habeant. Iam de Agrippa ſic Paterculus: *M. Agrippa virtute nobiliſſimus, labore, vigilia, periculo inuictus, parendique, ſed vni, ſcientiſſimus: alijs ſanè imperandi cupidus, & per omnia extra dilationes poſitus, conſultíſque facta coniungens*: Vipſanium autem nomen addidimus ex lib. Rainutij, Farneſ. Card.

MÆONII CARMINIS ALITE,] ſic om-
C nes quidem habent libri, ſed Ioann. Paſſeratius legendum exiſtimat *alite*, neque probat vulgatam interpretationem, ſeu explicationem huius loci, *alite Mæonij carminis*, auſpiciis Homerici carminis, ſeu granditate, & maieſtate, ſeu celeritate Heroici & Homerici carminis. ipſe ſic explicat, *Scribêris Vario aliti Mæonij carm. &c.* id eſt, ſcribêris à Vario, aue Mæonij carminis, hoc eſt poëta Heroico, ſeu poëta res geſtas canente Homerico carmine, ſeu cantu prædito planè Mæonio, & Homerico. [Ego de hac interpretatione nihil pronuntiare auſim, niſi qu. d eſt ingenioſa & acuta, & valde probabilis. neque me mouet omnium librorum conſenſus in voce *alite*. facilis enim mutatio fuit vocalis i, in e, facilſ-
D que calami lapſus. Quin poëtæ autem vſitatiſſimè dicantur aues, ſeu alites, nemini dubium erit mediocriter in his litteris verſato. Theocrit. εἰδ. ξ. Καὶ μοισᾶν ὄρνιχες, ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδὸν Ἀντία κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι, id eſt, & muſarum aues omnes, quæ aduerſus Chium cantorem garrientes fruſtra laborant. Quòd ſi quis receptam ſcripturam tueri malet, *alite*. putauerim per Mæonij carminis alitem ſignificari maieſtatem, granditatem, altitudinem, elationem Homerici carminis: vel, ſi quis probet magis, celeritatem, & pedes concitatos, & rapidos Homerici carminis. Gulielm. Canterus autem lib. 5. nouarum lectionum, cap. 12. alitem Mæonij carminis interpretatur pennam & ſtilum Homerici carminis, quemadmodu (inquit ille) Propertius dixit contrà *felicibus pen-*

nis, pro felicibus auibus. Iudicent eruditi. Mihi durum videtur loquendi genus, *ſcribere penna Homerici, aut Virgiliani carminis*. vſitatè enim dicitur, penna Homeri, Virgilij, &c. Placet igitur mihi magis Paſſeratij coniectura.]

Nec gravem Pelidæ stomachvm] nec iram Achillis implacabilem, id eſt, *μῆνιν*, quæ eſt argumentum Iliadis.

Cedere nescii.] nam ne Diis quidem cedit in acie. non longè abieris. Apollini, qui Hectorem ſeruarat, atque è manibus ipſius cruentis eripuerat, minatur ſupplicium, ſi ſibi vlciſcendi poteſtas detur. ſic enim Achilles Apollini, ἰλιάδ. χ. ἦ σ᾽ ἂν τισαίμην, εἴ μοι δύναμίς γε παρείη. Iam Agamemnonem in iurgio interfeciſſet, niſi à Pallade prohibitus, ac repreſſus eſſet ἰλιάδ. α. Homerus denique eum ἄπηκτον nominat quodam loco. Cum idem Aiacem & Vlyſſem, & vnà cum eis Phœnicem legatos ad eum miſiſſet vt eum placarent, redierunt re infecta.

Nec cvrsvs] nec errores Vlyſſis, nauigationes longas, vagas, incertas, & periculoſas, quas Homerus in Odyſſ. perſequitur.

Dvplicis] ſic habent codices Donati, Faerni & vnus Vatic. Eſt autem coniungendum nomen duplicis cum voce Vlyſſei, vt duplicem Vlyſſem intelligamus ſubdolum, verſutum, aliud loquentem, aliud ſentientem, & (vt Græci dicunt) διπλόον. ſic in epigramm. Græcis Μισῶ τὸν ἄνδρα, τὸν διπλόον πεφυκότα, Χρηστὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις. id eſt, Odi hominem duplicem natura, verbis probum, & liberalem: moribus inimicum ac malignum. & Eurip. in Rheſo. φιλῶ λέγειν τ᾽ ἀληθὲς αἰεὶ, κ᾽ οὐ διπλοῦς πέφυκ᾽ ἀνήρ. & ita cum Mureto Catulli locum illum intelligo, ad Manlium. *Nam mihi, quam dederit duplex Amathuntia curam, Scitis, & in quo me torruerit genere*. ſic autem ſecundum verſum Turnebus emendauit, cùm in vulgatis omnibus legatur *corruerit*, ſed vt redeam ad Vlyſſem, epitheta Vlyſſis apud Homerum huic, quod ei aſcribit Horatius, conſentanea ſunt hæc, πολύτροπος, πολύμητις, ἐχέφρων, ποικιλομήτης, δολομήτης, δολοφρονέων. Iam quòd ille ἰλιαδ. ξ. ait ſe æquè atque Orci portas eum odiſſe, qui paupertate coactus homines inſidioſa oratione inducat ac fallat (ſic enim loquitur Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσι Γίνεται, ὃς πενίῃ εἴκων ἀπατήλια βάζει) reſpondeo Vlyſſem in eo ipſo, quod de ſe falſo prædicat, ſui ſimilem eſſe, id eſt, duplicem, fallacem, ac mendacem. Achilles autem ἰλιαδ. ι. verè, ſuóque ingenio conuenienter ait ſe morte acerbius eum odiſſe, qui aliud loquatur, aliud in animo clauſum, & tectum habeat. Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσι, Ὅς χ᾽ ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. Priſcianus tamen lib. 6. vbi hunc verſum producit, legit duplices, niſi exemplaria ſunt mendoſa. Præterea doctiſſimi quidam viri, in his Germanus Valens Pimpontius exiſtimat, lectionem vulgatam ferri poſſe, vt per curſus dupliceis intelligamus nauigationem ad vrbem Troiam, & inde laborioſum, & multis erroribus implicatum in patriam reditum, quem Græci vno verbo δίαυλον nominant. Nam δίαυλος non ſolùm in ſtadio locum habet, verùm etiam ad curſum marinum transfertur: vt Euripid. in Hecuba. πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φορούμενος: id eſt, multis fluctuum anfractibus agitatus. ſic iidem Græci dicunt ἀμφοτερόπλουν, & ἑτερόπλουν, & κατάπλουν καὶ ἀνάπλουν, inquit ille.

Nec sævam Pelopis domvm] Notæ ſunt omnibus Atrei & Thyeſtæ, Pelopidarum tragœdiæ: notum etiam eſt Pelopa à Tantalo patre primùm in fruſta diſſectum, atque in lebetem coniectum eſſe: deinde Diis epulantibus appoſitum. denique notum eſt Atreum & Agamemnonem ab Ægyſto, & Clytemneſtra occiſos eſſe, Clytemneſtram ab Oreſte filio. non immeritò igitur Pelopis domus ab Horatio ſæua nominatur, id eſt, iracunda, aſpera, horribilis, χαλεπή.

Tenves grandia] nos, qui tenues, & humiles ſcriptores ſumus, non conamur illa dicere, quæ ſunt grandia, noſtriſque viribus ſuperiora, ac maiora. eſſet enim noſter omnis inanis & irritus conatus.

Dvm pvdor, Imbelliſqve] dum pudor, & lyra noſtra ad res bellicas ſcribendas inepta, vtpote quæ res imbelleis tantùm, leueiſque & amatorias ſcribere & poſſit, & ſoleat; vetant me tuas, & Cæſaris laudes attingere, ne, cùm eas velim amplificare, ornare, atque illuſtrare, mei ingenij culpa imminuam, extenuem, obſcurem. Oportet enim (vt ait Pindarus) πρόσφορον ἔργῳ κόμπον ἐπιέναι.

Imbelliſqve lyræ mvsa potens] id eſt, Muſa, cuius in poteſtate ſita eſt imbellis lyra. quæ domina eſt Muſæ non bellicoſæ, ſed imbellis, *lyræ potens* dictum, vt ſuprà, *potens Cypri*.

Cvlpa deterere ingeni.] imminuere ingenij mei culpa. tralatio ducta eſt à ferro, vel ære, vel ſimili metallo, quod limando deteritur, atque extenuatur. ſic Od. III. lib. 3. *deſine peruicax Referre ſermones Deorum, & Magna modis tenuare paruis*. Tale argumentum eſt Od. XII. lib. 2. *Nolis longa feræ bella Numantiæ, &c.*

Tvnica tectvm adamantina] id eſt, armis adamante ſolidioribus tectum. χαλκοχίτωνα. expreſſit enim epitheton Homericum.

Avt pvlvere Troïco Nigrvm] id eſt, qui prœlij tempore ſemper inter medios hoſteis verſabatur, neque vulnera extimeſcebat. Extat autem luculentum Idomenei de Merionæ virtute teſtimonium ἰλιαδ. ν. hunc enim ille (vt alia prætermittam) dicit numquam vulnerari in ceruicibus, aut à tergo ſolere: ſed ſemper in

per in aduerſo pectore, aut ventre. & ibidem dicitur ab Homero θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ. Erat autem Meriones Idomenei comes, atque amicus ἰλια. ρ. ἠ ὀπάων Ἰδομενῆος Μηριόνης ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ. & ἰλια. ψ. Μηριόνης θεράπων Ἀγαπήνορος Ἰδομενῆος. de hoc autem loquendi genere, *niger puluere, & puluere ſordidus*, dicemus plura ad Od. xv. huius libri.

Avt ope Palladis] Multis locis apud Homerum Pallas Diomedi præſto eſt, opitulatur, conſulit, ac pæne dicam, inſeruit: exempli cauſa. ἰλιαδ. ε. in principio Ἔνθ' αὖ Τυδείδῃ Διομήδεϊ Παλλὰς Ἀθήνη Δῶκε μένος καὶ θάρσος, ἵν' ἔκδηλος μετὰ πᾶσιν Ἀργείοισι γένοιτο, ἰδὲ κλέος ἐσθλὸν ἄροιτο. Ipſe etiam Pindarus Νεμ. εἰδ. ι. ait Diomedem à Pallade Deum immortalem eſſe factum. Διομήδεα δ' ἄμβροτον ξανθά ποτε Γλαυκῶπις ἔθηκε θεόν.

Svperis parem] Homer. eodem lib. de Diomede Δαίμονι ἶσος. aut igitur expreſſit epitheta Homerica θεοείκελον, θεοῖς ἀτάλαντον, θεοῖς ἐναλίγκιον, aut rem ipſam ſpectauit, propterea quòd Diomedes Venerem, atque adeò Martem ipſum vulnerauit, Pandarum interfecit, equos Æneæ cepit, arma aurea à Glauco accepit, Idæo Troiæ præconi ſolus reclamauit, fulminibus reſtitit, fugit omnium poſtremus, prœlium redintegrauit primus. Hæc Euſtatius lib. x. Iliad.

Nos convivia, nos prœlia] profitetur Horatius ſe has res leuiores ſcribere poſſe, non illas Heroicas, & tragicas. non diſſimile eſt illud Anacreontis. Θέλω λέγειν Ἀτρείδας, Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν. Ἁ βάρβιτος δὲ χορδαῖς. Ἔρωτα μοῦνον ἠχεῖ, &c. id eſt, Volo referre Atridas, Volo referre Cadmum: Sed barbitus mihi vnum Chordis reſonat amorem. ſic & noſter Horat. Od. xv. lib. 4. ait ſe prœlia, & vrbium expugnationes canere conantem ab Apolline eſſe reuocatum. *Phœbus volentem prœlia me loqui, Victas & vrbes, increpuit Lyra, Ne parua Tyrrhenum per æquor, Vela darem.*

Sectis in ivvenes vngvibvs acrivm] iuuenum & puellarum pugna rarò eſt cruenta, cùm nec hæ acutis admodum vnguibus pugnent, immò verò eos ſtudioſè præſecent, ne aduerſarios lædant: nec illi eas ferro petant, ſed iis armis vtantur, quæ puellis non mortiferum, ſed optabile & iucundum vulnus infligunt. Ita igitur acres ſunt virgines in iuuenes, vt tamen vngueis ſuos ſectos habeant.

Cantamvs vacvi, sive] abeſt alterum, ſiue, vt annotauimus ſuprà ad Oden. iii. *Maior tollere, ſeu ponere vult freta*. cantamus igitur prœlia virginum, ſiue quòd otio abundamus, ſiue quòd ipſi amore vrimur noſtro more. nobis enim vſitatum eſt amare. quidam libri ſic habent: *ſiue quid vrimur*. quam ſcripturam ſi quis probabit, eius hæc erit ſententia. ſiue vacui, id eſt, otio abundantes: ſiue quid, id eſt, aliqua ex parte vrimur, noſtro more leues. quid, τι, χαζὰ τι ſed ſuperiorem ſcripturam plures libri confirmant, & ego eam magis probo: vt intelligamus in nomine *vacui*, ſubeſſe cauſam, hoc modo, Cantamus, quia vacui ſumus: ſiue quòd, &c.

TVRNEBVS.

V*Ario*) Qui carmen Heroicum, vt Homerus, optimè ſcribebat Horatius Satyr. 10. lib. 1. *forte epos acer*.

Vt nemo Varius, dictu molle atque facetum, Duplicis) callidum intelligo ex Homero, qui eum πολυμήχανον vocat. Alio loco laborioſum eſſe dicit Horatius: quia πολύτλας ab Homero dicitur: Sic διπλοῦς Græcè dicitur aſtutus, & διπλόη, calliditas.

Cedere neſcij) alio loco, *Heu peruicacis ad pedes Achillei*. *Tunica tectum*) more Homeri, qui Loricatos Græcos vocat χαλκοχίτωνας. *Tytidem*) Legendum Tydidem. Erat enim Tydei filius.

AD MVNATIVM Plancum conſularem. Od. 7.

ARGVMENTVM.

Alias aliis: ſibi Tiburtinam regionem placere. Cohortatio ad voluptates.

Laudabunt alij claram Rhodon,
aut Mytilenen,
Aut Epheſum, bimariſve Corinthi
Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
Inſigneis, aut Theſſala Tempe.
Sunt quibus vnum opus eſt, intactæ Palladis vrbem*
Carmine perpetuo celebrare, &
**Vndique decerptæ frondi præponere oliuam.*
Plurimus in Iunonis honorem
Aptum dicit equis Argos, diteiſque Mycenas.
Me non tam patiens Lacedæmon,*
Nec tam Lariſſæ percuſſit campus opimæ,
Quàm domus Albuneæ reſonantis,
Et præceps Anio, & Tiburni lucus, & vda
Mobilibus pomaria riuis,
Albus vt obſcuro deterget nubila cælo
Sæpe Notus, neque parturit imbreis

Perpetuos: ſic tu ſapiens finire memento
Triſtitiam, vitaque labores
Molli, Plance, mero: ſeu te fulgentia ſignis
Caſtra tenent, ſeu denſa tenebit
Tiburis vmbra tui. Teucer Salamina, patrémque
Cùm fugeret: tamen vda Lyæo
Tempora populea fertur vinxiſſe corona,
Sic triſteis affatus amicos.
*Quò nos cumque feret melior fortuna *parente,*
Ibimus ô ſocij, comitéſque.
Nil deſperandum Teucro duce, & auſpice Teucro.
Certus enim promiſit Apollo,
**Ambiguam tellure noua Salamina futuram.*
O fortes, peioráque paſſi
Mecum ſæpe viri, nũc vino pellite curas:
Cras ingens iterabimus æquor.

CLARAM RHODON] cur claram? an propter inſulæ nobilitatem? vt Catul. ad Faſcium. *Rhodúmve nobilem, horridámve Thraciam:* an propter ea, quæ poëtæ de hac memoriæ prodiderunt? Pindarus enim εἰδ. ζ. ὀλυμπ. ait, quo tempore Iupiter, & ceteri Dij terram inter ſe diuiſerunt, eo tempore Rhodum non fuiſſe in promptu poſitam, ſed in altiſſimo maris fundo reconditam, atque abſtruſam. Sole autem abſente, curſúmque ſuum conficiente, cùm de portione orbis terrarum ei reſeruanda nullus Deorum Iouem admonuiſſet, factum eſſe vt ſua quaſi legitima terræ portione caruerit. Ea re cognita, Iouem nouam de integro ſortitionem, priore improbata, inire voluiſſe: Solem autem id recuſaſſe, Rhodúmque, quam ceteris Diis occultam, & incognitam ipſe cognitam & perſpectam haberet, ſibi adoptaſſe: idque à Ioue & aliis Diis immortalibus ei conceſſum eſſe. ſic Pindarus. φαντὶ δ' ἀνθρώπων παλαιαὶ ῥήσιες, οὔπω ὅτε χθόνα δατέοντο Ζεύς τε καὶ ἀθάνατοι φανερὰν ἐν πελάγει Ῥόδον ἔμμεν ποντίῳ, ἁλμυροῖς δ' ἐν βένθεσι νᾶσον κεκρύφθαι. reliqua ex Pindaro requirat qui volet. Idem in eodem carmine ſuprà dixerat, Rhodum Veneris eſſe filiam, Solis vxorem: mox τρίπολιν νᾶσον nominat, quia ſunt in ea tres vrbes, Lindus, Ialyſus, Camirus. quas commemorat Hom. in Bœot. οἳ Ῥόδον ἀμφενέμοντο διὰ τρίχα κοσμηθέντες Λίνδον, Ἰηλυσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον. Strabo autem lib. 14. cùm de Rhodi laudibus multa ſcribit, tum illud: λι-

A μέσι δὲ καὶ ὁδοῖς καὶ τείχεσι καὶ ἄλλῃ κατασκευῇ τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων πόλεων, ὥστ' οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν ἑτέραν, ἀλλ' οὐδὲ πάρισον, μήτιγε κρείττω ταύτης τῆς πόλεως. id eſt, portibus autem & viis, & muris, & alia ſtructura ita præſtat aliis vrbibus, vt nullam aliam huic vrbi parem commemorare poſſimus, nedum meliorem. Profert ad hunc locum Porphirio illum verſum Lucilij. *Carpathium Rhodos in pelagus inclinat aperta.*

MITYLENEN] M. Tullius Mytilenas vſurpat numero multitudinis contra Rull. *Quid Mytilenæ? quæ certe veſtra Quirites belli lege ac victoriæ iure facta ſunt, vrbs & natura, & deſcriptione ædificiorum, & pulchritudine in primis nobilis.* Horat.
B autem ſemper numero ſingulari, vt & epiſt. ad Bullatium. *Incolumi Rhodos & Mytilene pulchra facit quod Penula ſolſtitio, &c.*

BIMARIS] διθαλάσσου, vel vt quidam malunt, ἀμφιθαλάσσου, ἁλιζώνοιο. id eſt, duabus ex partibus mari cincti.

BIMARISVE CORINTHI MŒNIA] Homerus in Catalogo, ſeu Bœotis Corinthum ἀφνειὸν appellat propter emporium (inquit Strabo) in Iſthmo poſitum: bimarem autem nominat Horat. quia duobus ſinibus cincta eſt: quorum alter Aſiam, alter Italiam ſpectat, quorúmque opportunitate efficitur, vt vtrinque & illorum ad hos, & horum ad illos facilis ſit commea-
C tus, rerúmque omnium inuectio atque exportatio. vide Strabonem li. 8. De Corintho ſic M. Tull. in agraria contra Rull. ad Quir. *Corinthi veſtigium vix relictum eſt. Erat enim poſita in anguſtiis atque in faucibus Græciæ, ſic, vt terra clauſtra locorum teneret, & duo maria maxime nauigationi diuerſa pæne coniungeret, cum pertenui diſcrimine ſepararentur.* eadem ferè dicuntur offic. 1. *Corinthum funditus euertit L. Mummius.* ſcribit idem Paterc. lib. priore, & Florus lib. 52. epit.

VEL BACCHO THEBAS] Bacchi mater Semele, patria Thebæ. Semele enim Thebana fuit. & Pentheus Rex Thebarum ab Agaua, Inone, Antinoa, ceteriſque mulieribus Thebanis Baccho ſacrificantibus diſcerptus fuit, qua de re
D alibi dicemus. Ephippus autem lib. de Alexandri & Epheſtionis ſepultura (vt ſcribit Athen. li. 10.) mortem Alexandri iræ Bacchi aſſignat, iniquo enim animo Bacchus tulerat, Thebas patriam ſuam ab illo eſſe oppugnatas, atque euerſas. Ephippi verba ſunt hæc, ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἐκ τῆς νόσου ἀπέθανε τοῦ Διονύσου μηνίσαντος αὐτῷ, διότι τὴν πατρίδα αὐτοῦ τὰς Θήβας ἐπολιόρκησε.

VEL APOLLINE DELPHOS INSIGNEIS.] Nam & fuit Delphis nobile Apollinis oraculum, & Apollo Delphicus à poëtis nominari ſolet, & Horat. Delphicam laurum dixit Od. xxx. lib. 3. & Delphos ſortilegos lib. de arte poët.

ET THESSALA TEMPE] Tempe communi, & generali appellatione nemora ſignificant: propriè

propriè autem loca ſunt inter Oſſam & Olympum interiecta, amœniſſima, quæ appellantur Theſſalica τέμπη. [de quibus lege Ælianum ποικίλης ἱστορίας lib. 3. princip.] A

Svnt qvibvs vnvm opvs est] ſunt qui in hoc vno ſunt occupati, vt Athenas carminibus ſuis nobilitent.

Palladis vrbem] id eſt, Athenas. quod cur ita ſit, docet interpres Pindari ad εἰδ. ζ. Olymp. his verbis. Iouis capite, qua parte grauidus erat & parturiebat, à Vulcano, ſecto ac diuiſo, Mineruáque ex eo edita, præmonuit Sol Rhodios, vt primi omnium ei ſacra facerent, quòd eſſet neceſſarium, & fatale, illam apud eos habitare, domiciliúmque ſuum collocare à quibus ei primis ſacrificatum eſſet. Cùm igitur B Rhodij in arcem, vt Mineruæ ſacrificarent, aſcendiſſent, fugit eos cum ceteris rebus ad ſacra comparatis, ac neceſſariis ignem capere. Ita ſine igni ſacra fecerunt. Athenienſes autem, qui primi igni adhibito ſacrificaſſent, digni ſunt habiti, in quorum vrbe Minerua habitaret. vide Pindarum εἰδ. ζ. ὀλυμπ. & interpr. Quidam libri veteres habent, *Palladis arces*. Intactæ] virginis. Virgil. Æneid. 5. *Cui pater intactam dederat.*

Et Vndiqve decerptæ frondi præponere] id eſt, & omnibus omnium locorum & terrarum frondibus, oliuam anteponere. Eſt autem oliua Palladis propria. quod cur ita ſit, docet interpres Homeri his verbis. Dicuntur olim Neptunus & Minerua diu inter ſe C de Attica decertaſſe, & contendiſſe. Neptunus tandem (hæc enim controuerſiæ finiendæ ratio ab vtroque probata eſt) in arce Atticæ terra tridente pulſata, fluctum marinum excitauit: Minerua verò è terra oliuam extulit. Cecrops iudex vtrique datus, Atticam Mineruæ adiudicauit, cùm diceret mare multis aliis in locis eſſe, oliuam autem Athenarum eſſe propriam. Hic locus erat ita ſcriptus in omnibus codicibus calamo exaratis: *Vndique decerptam fronti præponere oliuam*: in vulgatis autem ferè omnibus, ſic legitur: *Vndique decerptæ frondi præponere oliuam*: vt, ſi fortè hæc lectio minus probetur hominibus, non poſſim arguí libros veteres corrupiſſe, ſed vulgatos ſecutus eſſe. hoc tantum. ſic igitur habent membra- D næ veteres: *vndique decerptam fronti præponere oliuam*. Atque hanc lectionem tuetur & retinet Turnebus lib. xi. & xix. Aduerſar. & ita explicat: ex omni loco & materia, & argumento veluti colligere oleagineum termitem & ex eo coronam nectere: quod eſt vbique & in omni argumento de Athenis & olea Mineruæ narrare: cuius felici, feſtáque fronde homines coronantur. Sed ego è Turnebo diſſentio. Nam primùm ſententia ipſa hanc lectionem refellit: deinde poëtæ, opinor, non oleaginas, ſed ederaceas coronas ſuis capitibus imponebant: ſup. Ode 1. *Me doctarum ederæ præmia frontium, &c.* & epiſtol. 3. lib. 1. *Prima feres ederæ victricis præmia.* Aut ſi etiam ex oliua coronam ſibi imponebant: vt apud Papin. *Huc gemini vates ſanctam canentis oliuæ Fronde comam, & niueis ornati tempora vittis*: & ſi coronas ederaceas ij ſoli merebantur, qui vicerant, vt ego fateor: nihil tamen oleagina corona frons euincta, atque ornata pertinet ad id, quod ſentit Horatius. Nam non continuò qui coronam ex oliua concinnatam capiti ſuo impoſuerunt, Mineruam, aut vrbem Mineruæ laudant, neque eius ipſius coronæ ornatu Palladis vrbem laudare intelliguntur. quod Horatius velle dicere videtur. Præterea quis mortalium ſic vnquam locutus eſt, *præponere oliuam fronti*, pro eo, quod eſt, frontem olea coronare, ſeu ornare? Poſtremò quod paullo antè ſignificaui, cùm hoc ſentiat Horatius, nonnullos eſſe, qui toti ſunt occupati in laudandis Athenis, vrbe Palladis, nónne aptius cohæret hoc ſtatim ſubiectum, *& in oliua omnibus frondibus anteponenda*, quàm illud, *& in colligendo oleagino termite ex omni argumento & ex eo corona nectenda?* verumtamen ſi quis ſcripturam antiquam pluris faciet & hanc damnabit, non equidem reclamabo.

Plvrimvs in] id eſt, plurimi dum Iunoni gratificari, & honorem habere volunt, Argos dicunt eſſe magnis & latis ſpatiis explicatum, & ita ad equorum curſum, aptum. Nam Græci poëtæ Ἄργος ἵππιον nominant: vt Eurip. in Iphige in Tauris. ὅταν ἐς Ἑλλάδ' ἵππιον τ' Ἄργος μόλῃς. & ἱππόβοτον. Homer. Ἰλιάδ. γ. Ἄργος ἐς ἱππόβοτον, & Theocri. εἰδ. λα. ἐπεὶ μάλα πολλὰ θοῶν ἐξῆρατ' ἀγώνων Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ κειμήλια. Iam Ἰλιάδ. δ. Iuno ait ſibi treis vrbeis eſſe cariſſimas: Argos, Spartam, Mycenas. Ἄργος τε, Σπάρτη τε, καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη. & Pindarus Nεμ. εἰδ. Ἄργος Ἥρας δῶμα θεοπρεπές appellat, id eſt, domum Iunonis decorum, & dea dignam.

Ditésqve Mvcenas.] expreſſit Græcum epithetum πολυχρύσους. quod aſcribit Mycenis Sophocles in Electra φάσκειν Μυκήνας τὰς πολυχρύσους ὁρᾶν.

Me nec tam patiens Lacedæmon] Homeri interpres, vt hoc quaſi prætereiens annotem, ſcribit agrum Lacedæmonium, Lacedæmona appellari: Spartam, vrbem: nonnullos autem eſſe, qui ipſius vrbis partem Lacedæmona, partem Spartam nominent. Iam quòd Horatius patientem vocat, id ad publicam puerorum inſtitutionem referendum eſt, quæ tota erat poſita in patientiæ diſciplina. Plutarch. in Lucullo hac de re ſic ſcribit. γράμματα μὲν ἕνεκα τῆς χρείας ἐμάνθανον. τὴν δ' ἄλλην πᾶσαν παιδείαν πρὸς τὸ ἄρχεσθαι καλῶς ἐγίνετο, καὶ καρτερεῖν πονοῦντα, καὶ νικᾶν μαχόμενον. id eſt, litteras quidem vtilitatis cauſa diſcebant: Alia verò tota inſtitutio eò referebatur benè vt quiſque pareret, & vt laborem perferre fortiter, & pugnans vincere poſſet. Et M. Tull. Tuſcul. 2. *Spartæ vero pueri ad aram ſic verberibus accipiuntur, vt multus e viſceribus ſanguis exeat, nonnunquam etiam, vt cum ibi eſſem audiebam, ad necem: quorum non modo*

nemo exclamauit vmquam, ſed ne ingemuit quidem. quod item narrat Plutarchus loco ſuprà commemorato: τοὺς ἐφήβους πολλοὺς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς ὀρθίας ἑωράκαμεν ἀποθνήσκοντας ταῖς πληγαῖς, id eſt, multos ephebos in ara Dianæ Orthiæ vidimus plagis morienteis. [Licet etiam hoc referre ad inſtitutorum Lacedæmoniorum ſeueritatem, victúſque duritiem, & totius vitæ labores. Ex quo Alcibiades dicere ſolebat non eſſe mirum Lacedæmonios libenter pugnantes mortem oppetere. Ærumnas enim & moleſtias ſibi à legibus impoſitas fugientes vitam laborioſam cum morte commutare & depeciſci. Ælianus lib. 13. Æmilius Probus in Alcibiade eundem apud Lacedæmonios, quorum moribus ſumma virtus in patientia ponebatur, ſic duritiæ ſe dediſſe, vt parſimoniæ victus atque cultus omneis Lacedæmonios vinceret.]

Larissæ] Lariſſam Theſſalicam deſignat, quam condidit Acriſius, à Lariſſa Pelaſgi vrbe nominatam, vt ait Hellanicus. ſunt enim Lariſſæ tres, vt docet interpres Apollonij lib. 1.

Percvssit] ſic legendum, non *perculſit*, vt habent vulgati, & nonnulli ſcripti cod. quod verbum ne Latinum quidem eſt. nam à verbo percello, præteritum vnum eſt, *perculi*. hanc ſcripturam confirmant cod. Iannoct. Faër. Vrſini, duo Vaticani, Torneſ. *percuſsit* autem idem valet, quòd permouit, affecit. Cicer. ad Attic. lib. 4. *Audiui ex Gauio Firmano Romæ eſſe hominem, & fuiſſe aſsiduum. percuſsit animum: dices: tantuláne cauſa?* ſic Terent. Andr. *Percuſsit illico animum.*

Opimæ] Lariſſam opimam nominauit, Homerum ſecutus, qui φθίην ἐριβώλακα vocat, ἰλιαδ. ι. ἤματί κεν τριτάτῳ φθίην ἐρίβωλον ἱκοίμην. Ita idem Horat. infrà eod. lib. Od. xxxi. *Sardiniam opimam.*

Anio] Anienem fluuium ſic deſcribit Dionyſ. Halic. lib. 5. Οὐαλέριος δὲ ἐγγὺς τῶν πολεμίων παρὰ ποταμὸν ἀνίηνα, ὃς ἐκ πόλεως μὲν Τιβούρων καθ' ὑψηλοῦ πολὺ ἐκχεῖται σκοπέλου, φέρεται δὲ διὰ τῆς Σαβίνων τε καὶ Ῥωμαίων πεδιάδος ὁρίζων τὴν ἑκατέρων χώραν. συνάπτει δὲ τὸ ῥεῦμα τῷ Τιβέρει ποταμῷ, καλὸς μὲν ὀφθῆναι, γλυκὺς δὲ πίνεσθαι, id eſt, Valerius autem propè hoſteis ad fluuium Anienem, qui ex vrbe Tibure deorſum de celſo ſcopulo multam aquam effundit, labitur autem per Sabinorum & Romanorum campum, vtrorúmque regionem definiens. Influit autem hic fluuius in Tiberim aſpectu quidem pulcher, potu autem iucundus.

Albvneæ resonantis] de qua Virg. Ænei. 7. *nemorum quæ maxima ſacro Fonte ſonat, &c.* fuit autem Albunea Nympha & Sybilla Italica, & ab ea fons & nemus appellatur.

Tibvrni lvcvs] rectè admonet M. A. Muretus legendum eſſe hoc loco Tiburni, & ita excudendum curauimus: cùm præſertim ſic habeant nonnulli libri manuſcr. & ita legendum quoque eſt Æneid. vii. *Fratris Tiburni dictam cognomine gentem:* non Tiburti. Quòd autem Adrian.

A Turnebus *Tiburti*, legi poſſe putat, fallitur. Nam primùm Tiburis conditor dicebatur Tiburnus: deinde Tiburtinus non à Tiburto, ſed à Tiburte, cuius rectus caſus eſt Tiburs, formatur.

Albvs vt obscvro, &c.] albus Notus Λευκόνοτος, vide Ariſt. μετεωρ. 6. Homerus quidem ἰλιαδ. λ. Notum ἀργεστὴν appellat, quæ vox λευκὸν, id eſt, album valet. quamuis ταχὺν interdum ſignificet. [*Album autem*, id eſt, αἰθρηγενέτης: quod eſt, ſerenitatis affector, clarus. Itaque hîc oppoſuit album obſcuro Horatius, non nomen, ſed rem ſpectans: atque ita interpretatur Seruius *claro* in verſu illo Virg. Georg. 1. *Et claro cernes ſyluas Aquilone moueri. Claro* (inquit) id eſt, *ſerenifico, quia eſt & nubilus, ſicut omnes fere venti:*
B Deinde producit teſtem hunc Horatij verſum, his verbis, vt Horatius, *Albus vt obſcuro deterg. nub. cælo, &c.* Videtur autem Horatius totum hunc locum ex Pindaro expreſſiſſe; non ſeruato tamen ordine, & paucis quibuſdam immutatis. ſic Pindar. Νεμ. ὠδ. 1. Εἰ δὲ νόῳ τις ἔχει θνατῶν ἀλαθείας ὁδὸν, χρὴ πρὸς μακάρων τυγχάνοντα εὖ πασχέμεν· ἄλλοτε δ' ἀλλοῖαι πνοιαὶ ὑψιπετᾶν ἀνέμων, id eſt. ſi quis mortalium veram vitæ rationem ac viam inſtituit, debet ille iis bonis, quæ à diis immortalibus conſecutus eſt, frui. aliàs enim alij flant venti. hęc Pindari, ſi ordinem immutes, videbuntur cum Horatianis ferè congruere. hoc modo Pindarus: Non ſemper iidem ſunt ventorum flatus, & ventis pluuialibus ac
C turbulentis ſuccedunt alij, qui ſerenitatem & tranquillitatem afferunt. Horat. *Albus vt obſcuro, &c.* Pindarus: ſi quis mortalis veram vitæ traducendæ rationem animo comprehenſam habet. Horat. *ſapiens.* Pindarus: oportet eum cum ſinunt Dij immortales, bonis quæſitis frui, & iucundè viuere, ſibi denique bene facere. Hor. *finire memento Triſtitiam, vitæq́ labores.* Atque hæc quidem iccirco ita expoſui, & pæne oculis ſubieci, vt intelligat adoleſcens quemadmodum ſuit nobis imitandi interdum veteres poëtæ, & ceteri ſcriptores.

Detergent] detergit quidem reperi ſcriptum in duobus libris calamo ſcriptis Donat. & Faër. ſed *deterget* tamen, repoſui, ſecutus lib. 2.
D Vaticanos, & Vrſini, & Torneſ. In eadem coniugatione hoc verbo vſus eſt Saty. ii. lib. 2. *Hoc potius, quàm gallina tergêre palatum.* ſic Lucret. libr. 4. *Et quaſi perterget pupillas, atque ita tranſit.* Et paulò pòſt. *Et noſtros oculos perterget longior aura.*

Neqve partvrit imbreis perp.] tralatio à mulieribus grauidis, ad ventum pluuium, ſeu nubeis pluuia grauidas. alia tralatio eſt epiſtola ad Piſonem. *Parturiunt montes: naſcetur ridiculus mus.*

Molli mero] Virgil. Geor. 1. *Tunc agni pingues, tunc ſunt molliſsima vina.* Sic Græci vinum, quod ad potum maturum eſt, quódque gratum & mitem ſaporem ætate collegit, μαλακὸν appellant.

Sev te

Sev te fvlgentia signis] ſiue A militiæ, ſiue domi tuæ eris. de ſignis militaribus dicemus fortaſſe alibi nonnulla.

Tevcer Salamina, patrémqve] Teucer & Aiax Telamonius fratres fuerunt ὁμοπάτριοι, ſed non ex eadem matre. Nam Teucer ex Heſiona Laomedontis filia, Priami ſorore captiua ſuſceptus eſt: Aiax autem ex Peribœa. iam Telamon & Peleus Æaci, & Endeïdos filij Phoco Pſamathi filio interfecto, Ægina profugere coacti ſunt, illéque Salamina, hic in Theſſaliam ſe contulit. Teucer igitur Troia euerſa cùm in patriam reuerſus patri in ſuſpicionem de Aiacis morte veniſſet, à patris conſpectu ſeſe longè remouit, atque in Cyprum profectus eſt, vbi alteram Salamina condidit eiuſdem nominis, atque B illam priorem in Attica ſitam, quod & Iſocrat. narrat. in orat. ad Euagor. his verbis. Τεῦκρος ἐπειδὴ Τροίαν ξυνεξεῖλεν, ἀφικόμενος εἰς Κύπρον, Σαλαμῖνά τε κατῴκησεν ὁμώνυμον ποιήσας τῆς πρότερον αὐτῷ πατρίδος οὔσης, &c. M. Tullius II. de oratore profert aliquot Pacuuij verſus de hac Telamonis falſa in Teucrum ſuſpicione, ſeu ira quòd fratris mortem vltus non eſſet, *Segregare abs te auſus, aut ſine illo Salamina ingredi? Neque paternum aſpectum es veritus? quem ætate exacta indigum Liberûm laceraſti, orbaſti, extinxiſti, neque fratris necis, Neque gnati eius paruis, qui tibi in tutelam eſt traditus, &c.* hac eadem de re C. Velleius Patercuſus lib. 2. quem locum quàuis proferat Muretus, adſcribam tamen. *Teucer non receptus à patre Telamone ob ſegnitiem non vindicatæ fratris iniuriæ Cyprum appulſus cognominem patriæ ſuæ Salamina conſtituit.*

[Cùm fvgeret] Plus eſt quàm ſi dixiſſet, cùm relinqueret: id quod notat Seruius ad illud Virgil. Tityro, *Nos patriam fugimus.*]

Popvléa corona] Hercules deuicto Cerbero, populum arborem ex Acheronte ſecum detulit, frondibúſque populeis coronatus lætitiam, quam ex tot victoriis ceperat, declarauit. Itaque quam λεύκην Græci vulgò nominãt, Homerus ἰλιάδ. ν. ἀχερωΐδα ab Acheronte appellat. Exemplo Herculis omnes in certamine aliquo cum laude & gloria verſati, victoriámque D conſecuti, populi fronde coronabantur. Theocr. εἰδ. β. κρατὶ δ' ἔχων λεύκαν ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος. quo loco interpres ſcribit, populum, ſacram eſſe Herculi, propterea quòd quàm plurimis laboribus perfunctus erat, & quàm plurima certamina obierat, & profligarat. Virg. Æn. 8. *Dixerat: Herculea bicolor cum populus vmbra Velauitque comas, foliiſque innexa pependit.* Pauſanias ſcribit in Eliacis populum apud Aherontem fluuium in Theſprotia ab Hercule eſſe repertam, atque ob eam cauſam ab Homero Acheroïda appellatam. Pauſaniæ verba ſunt hæc altius repetita: τῆς δὲ λεύκης μόνης τοῖς ξύλοις ἐς τὰς θυσίας τοῦ Διὸς καὶ ἀπ' οὐδενὸς δένδρου τῶν ἄλλων οἱ Ἠλεῖοι χρῆσθαι νομίζουσι, κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν προτιμήσαντες, ἐμοὶ δοκεῖν, τὴν λεύκην· ὅτι δὲ Ἡρακλῆς ἐκόμισεν αὐ- A τὴν ἐς Ἑλλάδας ἐκ τῆς Θεσπρωτίδος χώρας. καί μοι καὶ αὐτὸς ὁ Ἡρακλῆς ἐφαίνετο, ἡνίκα τῷ Διὶ ἔθυεν ἐν Ὀλυμπίᾳ, τῶν ἱερείων τὰ μηρία ἐπὶ λευκῆς καῦσαι ξύλων. τὴν δὲ λεύκην ὁ Ἡρακλῆς πεφυκυῖαν περὶ τὸν Ἀχέροντα εὕρετο ἐν Θεσπρωτίᾳ ποταμόν, καὶ τοῦδ' ἕνεκα φασὶν αὐτὴν ἀχερωΐδα ὑπὸ Ὁμήρου καλεῖσθαι. id eſt, Solius autem populi lignis ad ſacrificia Iouis, & nullius alius arboris Elei vti in more poſitum habent, nullam aliam ob cauſam, mea quidem ſententia, populum cęteris arboribus anteponentes, niſi quòd Hercules eam ex Theſprotide regione ad Græcos deportauit. Quinetiam ipſe Hercules cùm Olympiæ Ioui ſacrificabat, victimarum coxas lignis populeis cremaſſe mihi videbatur. Populum autem natam circum Acheronta fluuium reperit in Theſprotia. Atque ob hanc cauſam aiunt eam Acheroidem ab Homero appellari. Iam de hoc loquendi genere, caput ſeu tempora corona vincire, diximus ab Odam III. huius libri. ibi. *nitidum caput impedire myrto.* Quidam exiſtimant idcirco dici hîc ab Horatio Teucrum capiti coronam populeam potiùs, quàm ex alia arbore impoſuiſſe, quòd Bacchi ſacerdotes, & bacchanteis hac fronde vti conſueuerint: ex quo Demoſt. de corona, τοὺς ἐστεφανωμένους τῷ μαράθῳ καὶ τῇ λεύκῃ. vbi grammatici notant ἐστεφανοῦντο οἱ τὰ βακχικὰ τελούμενοι τῇ λεύκῃ διὰ τὸ χθόνιον μὲν εἶναι τὸ φυτόν· χθόνιον δὲ καὶ τὸν τῆς Περ- C σεφόνης Διόνυσον· τὴν δὲ λεύκην πεφυκέναι φασὶ παρὰ τῷ Ἀχέροντι. ὅθεν καὶ ἀχερωΐδα καλεῖσθαι ὑπὸ Ὁμήρου. id eſt, coronabantur populo ij, qui ſacris Bacchi initiabantur, propterea quod & hæc arbor inferna eſt, & Dionyſius Proſerpinæ filius, infernus ac terreſtris. Populum autem natam eſſe dicunt ad fluuium Acherontem: vnde & Acheroidem ab Homero nominari.

Et avspice Tevcro] id eſt, auctore, hortatore. ductum ab auſpiciorum more. nihil enim publicè Romæ gerebatur, niſi auſpicatò. Erat autem magiſtratuum auſpicari, & conſulere auſpicia, eorundémque obnuntiare. ſic locutus eſt epiſt. 3. lib. 1. *fidibúſne Latinis Thebanos aptare modos ſtudet auſpice Muſa?* contrà epiſt. 2. *cui ſi vitioſa libido Fecerit auſpicium.* propriè poſuit Od. XXVII. lib. 3. *ego cui timebo Prouidus auſpex?* & M. Tullius in Cluentiana, nullis auſpicibus, funeſtis omnibus omnium. eodem pertinet locus Od. XIIII. lib. 4. *immaneiſque Rhætos Auſpiciis pepulit ſecundis.* & Od. VI. lib. 3. *Iam bis Monæſis, & Pacori manus Non auſpicatos contudit impetus noſtros.* & epiſt. ad Auguſt. lib. 1. *tuiſque Auſpiciis totum confecta duella per orbem.* Quidam per auſpicem Teucrum Apollinem ſignificari volunt. ſed facilius hoc obtinerent, ſi, *auſpice Teucri*, legeretur: quam ſcripturam reperi in duobus libris manuſcrip. Hac de re tota, iudicet lector. ego interea receptam tueor.

Certvs enim promisit] de hoc Apollinis oraculo ſibi edito ſic loquitur Teucer ipſe apud Eurip. in Helena, ὅπῃ νέος στείλαιμ'

ἂν ὕελον πτερὸν, Εἰς γλῶ ἐναλίαν Κύπρον, ὅ μ' A ἐθέσπισεν Οἰκεῖν Ἀπόλλων ὄνομα ποιωτικὸν Σαλαμῖνα θέμενον τῆς ἐκεῖ χάριν πάτρας certum autem accipe non cuius oracula apertam & ſimplicem ſententiam habeant, (λοξίας enim propter obſcuritatem & ambiguitatem dicebatur) ſed verum, miniméque mentientem. Nam, vt eſt apud Pacuuium in Perib. *Flexa, non falſa, autumare dictio Delphis ſolet.*

AMBIGVAM TELLVRE NOVA] id eſt fore nobis alteram Salamina in Cypro, quæ cum illa priore, quæ eſt in Attica, comparari poſſit.

O FORTES, PEIORÁQVE PASSI] ſumtum ex Homero ὀδυσ. μ. ὦ φίλοι, οὐ γάρ πω τι κακῶν ἀδαήμονές εἰμεν· Οὐ μὲν δὴ τόδε μεῖζον ἔπι κακὸν ἢ ὅτε Κύκλωψ Εἴλει ἐνὶ σπῆϊ γλαφυρῷ κρατερῆφι βίηφι. B quem quidem Homeri locum vberius atque ornatius expreſſit Virgil. Æneid. 1. *O ſocij, neque enim ignari ſumus ante malorum, O paſſi grauiora, &c.*

NVNC VINO PELLITE CVRAS] tale illud eſt Ode xi. lib. 2. *diſſipat Euius Curas edaceis.* & ix. epod. *Curam, metúmque Cæſaris rerum iuuat Dulci Lyæo ſoluere.* ſic Anacreon. Σκεδάσαι θέλω μερίμνας, volo diſſipare curas. idem Ὅταν πίνω τὸν οἶνον, Εὕδουσιν αἱ μέριμναι, Bibente me Falernum, Curæ anxiæ quieſcunt. idem, ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον Ἀποπέμπονται μέριμναι. Latices vbi Lyæos Bibo, curæ abiguntur atræ. & Theognis, Τὸν πίνων ἀπὸ μὲν χαλεπὰς σκεδάσεις μελεδώνας, Θωρηχθεὶς δ' ἔσεαι πολλὸν ἐλαφρότερος. id eſt, C Vina bibens atras pellas è pectore curas: Et madidus Baccho ritè leuabis onus. Iterum Horat. epiſt. ad Vall. lib. 1. *generoſum & lene requiro, Quod curas abigat.*

CRAS INGENS ITERABIMVS ÆQVOR.] vel id mare, quod in patriam redeuntes, permenſi ſumus, iterum peragrabimus, patriam, patrémque fugientes: vel ſimpliciter iterum nauigabimus. ſic Od. xxxiiii. huius lib. *atque iterare curſus Cogor relictos.* i. repetere curſus relictos. aliter hoc verbo vtitur Od. xix. lib. 2. *atque truncis Lapſa cauis iterare mella:* id eſt, iterum atque iterum canere, ſeu dicere. Od. xii. epod. *Muricibus Tyriis iterata vellera lanæ Cui properabantur?* per velleta iterata muricibus δίβαφα ſignificat, purpureas veſteis bis tinctas. Od. iii. lib. 3. D *Troiæ renaſcens alite Lugubri Fortuna triſti clade iterabitur.* id eſt, iterum expugnabitur, ac delebitur. epiſt. ad Loll. lib. 1. *Sic iterat voces, ſic verba cadentia tollit.* Cic. ad Att. lib. 14. ex quodam poëta. *itera dum eadem iſthæc mihi.* & Tuſcul. 2. *Itera dum eadem iſtæc mihi. non enim intelligo.*

TVRNEBVS.

B*imariſve Corinth.*) Quod ἀμφιθάλασσον à Græcis poëtis dicitur, ita vertit Flaccus vocabulo nouato. *Intactæ*) innuptæ virginis. Nam tangere, eſt rem habere. Alio loco -- *matronam nullam ego tango.* *Fronti præponere oliuam*) Oliua Athenis procreata eſt. Qui igitur perpetuò Athenas celebrant & hoc argumentum captant, fronti librorum ſuorum ſemper oliuam præponunt, id eſt, initio ſuorum poëmatum oliuam illic natam celebrant. Ouidius de triſtibus. vel præponere oliuam & laudare oliuam in certamine Mineruæ, equo Neptuni præpoſitam, natam Athenis, quæ decerpta fronti eſt, quia ex ea coronabantur victores Panathenæis. Μορία autem vocabatur. Ergo ſignificat oliuam à Pallade inuentam, ex qua coronarentur victores. -- *doctarum hederæ præmia frontium:* ſimile eſt. *Decerptam* dixit, quòd decerpebatur. *Aptum dixit equis*) Homerus ἄργος ἐς ἱππόβοτον καὶ Ἀχαιΐδα καλλιγύναικα. Vertit aptum equis. *ditéſque Mycenas*) ἄγαθος ἠδὲ πολυχρύσοιο Μυκήνης. Hinc dici poteſt, quomodo reddi Homerica epitheta debeant. *Patiens Lacedæmon*) quod ad aram Dianæ, pueri ſe mutuis verberibus ita cæderent, vt nonnulli morerentur διαμαστίγωσιν vocabant. Id tamen etiam propter ſeueritatem diſciplinæ Laconicæ Legúmque Lycurgi dictum eſt.

Campus opima) patriam Achillis, qui Lariſſeus erat, Homerus, ἐριβώλακα βωτιάνειραν appellat: opimam vertit Flaccus. *Eſt Tyburis lucus*) Veteres libri *& Tyburni lucus.* qua forma Saturnus, Neptunus, Portunus, dicitur, vt illius Dei lucus ſignificetur: nihilque habeo, cur hanc lectionem damnem. interpretes Tiburti legunt. Tiburtinæ autem villæ, de quibus hîc agit, in maxima dignatione erant, vt oſtendit Catulli epigramma, cui dolet ſuam villam potius Sabinam quam Tiburtinam dici.

O funde noſter ſeu Sabine, ſeu Tiburs.
Nam te eſſe Tiburtem autumant, quibus non eſt
Cordi Catullum lædere, at quibus cordi eſt,
Quouis Sabinum pignore eſſe contendunt.

Duce & auſpice) more Romano dixit: ductu & auſpiciis Teucri. Auſpicia tamen dicit, quòd oraculum conſuluiſſet, per καταχρηστικῶς.

Ambiguam) ὁμώνυμον, id eſt, eiuſdem nominis in alia terra Salaminem fore. Salaminem autem cõdidit in Cypro. Ambiguus interdum par, vt apud Vergilium, -- *ambiguúmque relinquat.* id eſt, prætereat parem & pariter currentem. *Iterabimus æquor*) iterum nauigabimus. vt infra,

-- *nunc retrorſum*
Vela dare, atque iterare curſus
Cogor relictos.

Ex aduerſar. lib. 11. cap. 26. *Vndique decerptam f. p. o.*) hic verſus multos ſollicitos habuit, vſq; adeò vt bono deſperato ſenſu creditum ſit eſſe, *decerptæ frondi*, legendum. Itaque hæc iam ſcriptura obtinet, & velut à Prætore contra tabulas in poſſeſſionem miſſa eſt. Vetus tamen ex edicto reſtituetur, ſi bono ſenſu ius ſuum approbarit. Puto igitur dici aliquos eſſe, qui in quocunque argumẽto & materia aliquid loquuntur in laudem Athenarum, eáſque ſemper in ore habent, & commemorant editionem oliuæ à Minerua productæ, vt vrbi nomen imponeret: & in poëmate ita canunt, vt eblandiente loco excurrentes victores

ctores Panathenæorum dicant è pacali, vt ita dicam, Mineruæ oliua, aut ex eis, quæ ab illa propagatæ ſunt & moriæ appellatæ, publicè coronari: vel denique ipſi ſe dicant in cantico libenter oliua redimitum caput habere. Eſt igitur *vndiq; decerp. fronti præp. oli.*) ex omni loco & materia & argumento veluti colligere oleagineum termitem, & ex eo coronam nectere: quod eſt, vbique & in omni argumento de Athenis & olea Mineruæ narrare, cuius fœlici feſtáque fronde coronantur homines. Similis eſt ferè ratio & figura in illo primæ Odæ loco,

-- me gelidum nemus,
Nympharúmque leues cum Satyris chori
Secernunt populo. Significat enim è locis nemoroſis & ſolis, quibus delectantur poëtæ, ſe delectari poëtices ſtudio. Nam vt ad Florum ſcribit,

Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit vrbes
Rite cliens Bacchi ſomno gaudentis & vmbra.

Ex aduerſ. lib. 19. cap. 3. Nos hic iterum de explanatione verſus huius Horatiani, *Vndique decerp. f. p. ol.* diſſeremus, vt is locus nihil caliginis, nihil nebularum habeat, ſi modò id conſequi poterimus. Exiſtimo veteres, cùm verſus ſcribebant, ſolitos eſſe ſe corona redimire. Nam vt vates & Sacerdotes coronati infulatíque erant, vt apud Maronem,

Quin & Marrubia venit de gente Sacerdos
Fronde ſuper galeam, & fœlici comptus oliua.

Et apud Papinium,

Hunc geminus vates ſanctam canentis oliua
Fronde comam, & niueis ornati tempora vittis:

Ita poëtæ verſus conditum, velut auſpicatò ſe fronde coronabant, deos ſibi conciliantes hac tanquam religione. Qui igitur de Athenis & Minerua canere parabat, oliua caput ſuum comebat & ornabat, his etiam illud Horatianum illuſtratur, lib. 2. epi. 1.

Fronde comas vinctis cœnant, & carmina dictant

& Valerianum,

Phœbe caue, ſi Cumea mihi conſcia vatis
Stat caſta cortina domo, ſi laurea digna
Fronte viret.

Ex lib. 21. cap. 10. *Nec me Lariſſa percuſſit campus opima*) Flaccus ob pingues Theſſalorum agros dixit.

Ex aduerſ. lib. 11. cap. 26. *Quam domus Alb. reſ.*) Albunea Nympha fuit, cui ſacer erat fons altiſſimus & nemus pulcherrimum iuxta Tibur: Ea nympha fuit Sibylla Italica. Lactantius de Sibyllis, *Decimam*, inquit, *Tiburtem dicunt, nomine Albuneam, quæ Tiburi colitur vt dea iuxta ripas Anienis, in cuius gurgite ſimulachrum eius inuentum eſſe dicitur, tenens in manu librum, cuius ſacra Senatus in Capitolium tranſtulerit.* Eam videtur Albanam appellare Tibullus,

Quáſque Albana ſacras Tiberis per flumina ſortes
Portarit, ſicco perlueritque ſinu. Librum autem quem portauit, puto ſortes fuiſſe, quas etſi aqua

A perluebat, ſiccas & ſicco pectore geſſerat. Tiburti autem Lucus non minùs emendatè quàm Tiburni legi poſſe ſuſpicor, quòd vrbis illius Tiburtinæ conditor Tiburtus & Tiburnus diceretur.

Ex lib. 5. cap. 3. Tiburnus nomen Dei eſt, qui Tiburi colebatur, & lucum habebat Horatio nominatum. *Tiburni lucus.*

Ex lib. 22. cap. 3. Tiburtus, qui idem & Tiburnus dicebatur, & Tiburi pro numine colebatur, cui etiam lucus erat ibi ſacratus ab Horatio memoratus. In quo & Tiburti lucus & Tiburni reperitur in exemplaribus, vtrúmque rectè, cùm heros ille duobus nominibus vocaretur: oppidum Tibur condiderat vt ait Maro & Solinus refert.
B Horatius lib. 1. Od. 18. tamen videtur exiſtimare Tibur à Catillo conditum fuiſſe, cùm Tibur mœnia Catili vocet: & Catonis ſententia fuit, eam vrbem poſitam à Catillo Arcade præfecto claſſis Euandri fuiſſe.

Ex aduerſ. lib. 11. cap. 26. Seruius, De Græcia tres fratres venerunt in Italiam Catillus, Coras, Tiburtus vel Tiburnus. *Tempora populea f. v. cor.*) cùm Horatius canit, quæritur cur populo Teucer ſe potius coronarit, quàm alia fronde: an quòd ea arbor ſit Herculi ſacra, magnis ærumnis laboribúſque perfuncto? nec id ſanè eſt improbandum: an potiùs quòd ad Bacchantium coronas & genio indulgentium reſpexit? & probabilius eſt, vt lætitiam præ ſe ferret & oſtenderet aliósque bene ſperare iuberet. Demoſthenes pro
C Cteſiphonte, τοὺς ἐστεφανωμένους τῷ μαράθῳ καὶ τῇ λεύκῃ. vbi Grammatici annotant, ἐστέφοντο οἱ τὰ βακχικὰ τελούμενοι τῇ λεύκῃ, διὰ τὸ χθόνιον μὲν εἶναι τὸ φυτόν, χθόνιον δὲ καὶ τὸν τῆς Περσεφόνης Διόνυσον. τὴν δὲ λεύκην πεφυκέναι φασὶ πρὸς τῷ ἀχέροντι, ὅθεν καὶ ἀχερωΐδα καλεῖσθαι αὐτὴν παρ' Ὁμήρῳ.

AD LYDIAM.
Od. 8.

ARGVMENTVM.

Obſcurè iuuenem quendam, quem Sybarin vo-
D cat, vt amore perditum, & voluptatibus colliquefactum, notat.

L*YDIA dic, per omneis*
*Te deos oro: Sybarin cur properes * amando*
Perdere: cur apricum
Oderit campum patiens pulueris, atque ſolis.
Cur neque militaris
*Inter æqualeis equitet: * Gallica nec lupatis*

Temperet ora frenis.
Cur * *timet flauum Tiberim tangere? cur oliuum*
Sanguine viperino
Cautius vitat? neque iam liuida geſtat armis
Brachia, ſæpe diſco,
Sæpe trans finem iaculo * *nobilis expedito?*
Quid latet, vt marinæ
Filium dicunt Thetidis ſub lacrymoſa Troiæ
Funera, ne virilis
Cultus in cædem, & Lycias proriperet cateruas?

AMANDO] dum ab eo amaris. ſic Virg. *vritque videndo Fœmina*: id eſt, dum videtur. vel dum te amat.

CVR APRICVM ODERIT CAMPVM.] cur oderit campum Martium, non quòd puluerem, laborémve ferre non poſſit, neque propter vllam animi, aut corporis mollitiem, cùm ſit horum patientiſſimus: ſed propter tui amorem, quo miserè torquetur.

CVR NEQVE MILITARIS INTER ÆQVALEIS] cur Sybaris neque inter æqualeis equitet militaris, id eſt, militarem in morem, vel vt hominem militarem decet, vel cùm ſit militaris, vel qui militaris eſſet, ſi equitaret. & hoc poſtremo modo ſæpe loquitur Horat. vt Satyr. VI. lib. 2. *ne venerer ſtultus nihil horum*, id eſt, ſi nihil horum à Diis precor. quod ſi facerem, ſtultus eſſem. quo de genere dicemus ad Oden XXVIII. huius libri, & ad oct. tertij. militaris autem eſt militiæ idoneus: in re militari exercitatus. Salluſt. coniur. Catilin. de M. Petreio: *homo militaris, quod amplius triginta annis tribunus, aut præfectus, &c. fuerat, pleróſque ipſos, factáque eorum fortia nouerat:* Tit. Liuius lib. 35. annalium. *Nihil ea res animum militaris viri, & multos expertæ caſus imminuit.*

GALLICA NEC LVPATIS, &c.] nec ora equorum Gallicorum, ſeu equos ipſos Gallicos moderetur, & regat frenis lupinorum dentium in morem aſperis, atque inæqualibus: cur nō flectat equos Gallicanos in campo Martio. Lupati freni, quibus equi ferociores coërcentur: à lupinorum dentium ſimilitudine, ſeu à lupo, inſtrumento ferreo, vnco, & tortuoſo inſtar dentium lupinorum, quod pro lupato freno vſurpatur. Ouid. *Durus accepit ore lupos.* vnde equi præferoces, & ad tractandum difficiles λυκοσπάδες à Græcis nominantur. Extat Plutarchi diſputatio περὶ τί τὰς λυκοσπάδας ἵππους θυμοειδεῖς εἶναι

A λέγεται. lib. 1. [illegible]. Virgil. Georg. lib. 3. *&* *duris parere lupatis.* Græci poetæ lupos à dentium aſperitate καρχαρόδοντας appellant. Oppianus lib. 1. de piscib. καὶ λύκοι καὶ χάροψ ἐρυκος.

TEMPERET] moderetur, coërceat, regat. Od. XII. huius libri. *variisque mundum Temperat horis.* Od. IIII. lib. 3. *Qui terram inertem, qui mare temperat*, id eſt, regit, moderatur. ſic Satyr. V. lib. 2. *mulier ſi forte doloſa, Libertusve ſenem delirum temperet*. epiſt. II. lib. 2. *Scit Genius, natale comes qui temperat aſtrum.* Od. XVI. epod. *Vtrumque rege temperante cælitum.* & fortaſſe Od. III. lib. 4. *O teſtudinis aureæ, Dulcem quæ ſtrepitum Pieri temperas.* aliàs pro verbo abſtinendi. vt Od. XXIIII. lib. 3. *Illic*

B *matre carentibus Priuignis mulier temperat innocens.* quemadmodũ & Virgil. Georgic. 1. *Iam ſibi tum curuis male temperat vnda carinis.* aliàs pro eo, quod eſt ad mediocritatem quandam redigere. vt Od. XIX. lib. 3 *quis aquam temperet ignibus?* & epiſto. ad Mæcenat. tertia lib. 1. *Temperat Archilochi Muſam pede maſcula Sappho.* aliter Od. XX. huius lib. *mea nec Falernæ Temperant vites, neque Formiani Pocula colles.* & Od. VII. epod. *Deſinetque temperare poculum.*

CVR TIMET FLAVVM TIBERIM TANGERE?] cur à natando, & à decurſione ſeu denatatione Tiberina abhorret? ſic Oda 7. lib. 3. vtrumque coniunxit, equitationem in campo Martio, & decurſionem Tiberinam. *Quamuis non*

C *alius flectere equum ſciens Æque conſpicitur gramine Martio: Nec quiſquam citus æquè Tuſco denatat alueo.* CVR OLIVVM, &c.] cur luctari deſiit? cur luctam horret? cur palæſtram fugit mortis inſtar? Luctaturi oleo vngebantur: iccircò palæſtras Græci λιπαρὰς nominant, id eſt, pingueis, & veluti oleo nitenteis. Et Battus ille apud Theocritum cùm dixiſſet ei Corydon Ægonem vnà cum Milone ad Alphéum, id eſt, ad certamina Olympica eſſe profectum: quærit ex eo deridens, quando ille oleum oculis viderit, ſignificās illum nunquam luctatum eſſe, quippe qui nunquam oleo vnctus ſit. ſic Theoc. εἰδ. δ. καὶ ποκα τῆνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπει; Marcus Tullius autem libro accuſat. IV. ſcribit, cùm à ſenatu arceſſitus in curiam Syracuſanam iccircò ſe antea

D non veniſſe dixiſſet, quòd Syracuſanos amicos eſſe Verri ſuſpicaretur, neque ſe auſum eſſe poſtulare, vt quicquam contra Verrem decerneretur in ea curia, in qua inauratam C. Verris ſtatuam videret (fuerat autem hæc ſtatua ex Heraclij bonis poſita, quorum bonorum poſſeſſionē palæſtræ Syracuſanorum Verres contra omnia iura tradiderat) maximo gemitu facto, aſpectu & commemoratione ſtatuæ, ſibi reſponſum eſſe, ex Heraclij hęreditate, quàm palæſtritis conceſſiſſet, multo maximam partem. Verrem abſtuliſſe, neque poſtulandum fuiſſe, vt ille palæſtritas diligeret, qui etiam inuentorem olei ſuſtuliſſet. Catull. de Berecinthia & Atide. *Ego gymnaſi fui flos, ego eram decus olei.*

SÆPE DISCO] Satyr. II. lib. 2. *Seu te diſcus agit,*

agit, pete cedentem aëra diſco. Propert. lib. 3. *Miſſile nunc diſci pondus in orbe rotat.* Home. ὀδυσσ. θ. Δίσκῳ δ' αὖ πάντων προφερέστατος ἦεν Ἐλατρεύς. Diſco autem omnium præſtantiſſimus erat Elatreus. Idem ὀδυσσ. ρ. Μνηστῆρες δὲ πάροιθεν ὀδυσσῆος μεγάροιο Δίσκοισιν τέρποντο, καὶ αἰγανέῃσιν ἱέντες Ἐν τυκτῷ δαπέδῳ. id eſt, Proci autem ante Vlyſſis ædeis diſcis delectabantur, & iaculis mittendis, in area ad eam rem facta erat aut diſcus æneus, aut ferreus, aut etiam lapideus; qui cùm medius eſſet loro, ſeu amento circumnexus, non modò viribus & lacertis, verùm etiā arte quadam adhibita ita in ſublime iaciebatur, vt intra certos fineis decideret. ſic enim deſcribit Euſtr. Δίσκος ἐκ σιδήρου ἐγίνετο, ἢ ἐκ ξύλου, ἢ ἐκ χαλκοῦ: ἐκ λίθου δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ἱμάντι περὶ τὸ μέσον ἐνειρμένῳ στρεφόμενος, καὶ ἀφιέμενος. id eſt, diſcus ex ferro fiebat, vel è ligno, vel ex ære: ſed plerúmque è lapide, qui loro circumnexus medius contorquebatur, ac iaciebatur. Dictus eſt autem à verbo δικεῖν, quod eſt βάλλειν, hoc eſt iacere. Iraque ludus erat planè Græcus, & à Græcis ad Romanos manarat.

SÆPE TRANS FINEM IACVLO, &c.] ſæpe contorto & miſſo vltra finem conſtitutum, iaculo nobilitatus.

EXPEDITO] id eſt, expeditè, & validis lacertis emiſſo. de verbo *expediendi* vide annot. ad Oden XXII. huius libri.

FILIVM THETIDIS] Achillem. marinæ autem, quia nymphæ marinæ. Itaque apud Home. lib. α. ἰλιάδ. ab Achille vocata, & implorata exit è mari, vt craſſus quidam & caliginoſus halitus. ſic autem Homerus, καρπαλίμως δ' ἀνέδυ πολιῆς ἁλὸς ἠΰτ' ὀμίχλη.

SVB LACRYMOSA TROIÆ FVNERA] paulò ante euerſionem Troiæ. hanc fabulam ſic narrat interpres Home. ἰλιάδ. ι. & τ. Thetis ſciens Achillem ſi in Theſſalia remaneret, neque cum ceteris Græciæ principibus ad Troiam oppugnandā nauigaret, ſine gloria illum quidem, ſed diu tamen victurum: ſin vná cum illis proficiſceretur, vitam eius breuem, gloriam immortalem futuram; eum in thalamo quodam cum puellis, & mulieribus apud Lycomedē collocarat in Scyro, vna ex Cycladibus. oraculo autem edito, Troiam ſine Achille capi nō poſſe: miſſi ſunt à Græcis Neſtor, Phœnix, Vlyſſes ad Peleum Achillis patrem, rogatum, vt Achillem dimitteret. Peleo autem Achillem domi eſſe negante, id quod erat, Scyrum profecti ſunt. Ac ſuſpicati & ſubodorati cum virginibus Achillem educari, de Vlyſſis ſentētia hinc arma, illinc quaſillos, & fuſos, & cetera huius generis, ante oſtiū cubiculi, in quo erant puellæ, & Achilles, expoſuerunt. ita puellæ quidem in calathos continuò impetum fecerūt. Achilles verò arma corripuit. quo facto eſt cognitus. hæc interpres Homeri, vt dixi: & Euſtathius ἰλιάδ. τ. de præpoſitione *ſub*, hoc modo accepta dicemus ad Od. prox.

NE VIRILIS CVLTVS IN CÆDEM, &c.] ne veſtitus virilis eum protraheret ad bellum Troianum, id eſt, ne virili veſtitu agnoſceretur, & ita ad bellum Troianum proficiſci cogeretur. *Virilis cultus*, ſunt recti caſus, numeri ſingul. & ita ſubintelligendum, *eum*.

TVRNEBVS.

ODERIT *campum*) Martium, in quo Romana iuuentus ſe exercebat. *Pulueriſque atq; ſolis*) Cicero, Mirabiliter doctrinam ex vmbraculis eruditorum, otióque non modò in ſolem, atque puluerem: ſed in ipſum diſcrimen aciémque produxit. *Lupatis*) Duriora fræna ſunt lupum habentia. vt currus falcati, falces habentes: herba ſecuriclata, habens ſecuriculas: herba ſcādulata, habens ſcandulas. Falx lunata, lunam habens: Securis dolabrata, quæ ſimplex non eſt, ſed dolabram etiam habet. Eſt autem lupus, ferreum inſtrumentum vncum inſtar lupinorum dentium. Liuius, *In alios lupi superne ferrei iniecti, vt in periculo eſſent, ne ſuſpenſi in murum extraherentur*, λύκος eodem modo Græcè dicitur ferrum quoddam fræni. vnde λυκοσπάδας equos nonnulli interpretantur. Ouidius ex parte totum frænum ſignificauit, cùm dixit --- *duros accipit ore lupos.* Eſt & lupus, ferrula manubriata apud Palladium. *Diſco*) Diſcus lapis erat pertuſus, qui longè iaciebatur: ſolus autem maſſa ſolida ærea.

Ex aduerſ. lib. 11. cap. 28. Et iuuat & melli eſt Horatij quoſdam locos excutere, quod iam ſæpè fecimus, & ſæpè etiam poſthac libris ſequentibus fortaſsè faciemus. In lib. 1. Carminum ſcribit,

-- Gallica ne lupatis,

Temperet ora frenis. Hic Gallica ora pro equis dicit Gallicis, vt nominat Plautus equos canterios.

Faxim, inquit, muli precio qui ſuperant equos

Sint viliores Gallicis canteriis. Frena autem Lupata, quæ & Lupata etiam ſine additamento dicuntur, fræna ſunt lupos habentia & duriora aſperioráque: vt currus falcati dicuntur, qui falces habent, ſecures dolabratæ, quæ habent dolabrā: falces verriculatæ, quæ verriculum. Eſt autem lupus ferreum inſtrumentum vncum, ſimile dētium lupinorum. Liuius.

In alios lupi ſupernè ferrei iniecti, vt in periculo eſſent, ne ſuſpenſi in murum extraherentur. λύκος eodem modo Græcè dicitur ferrum quoddam fræni, vnde lupatum: atque hinc λυκοσπάδες equi à nonnullis explicantur. Ouidius ex parte totum frænum ſignificauit cum dixit. *- duros accipit ore lupos.* Eſt & lupus ferrula manubriata apud Palladium. Fræni autem lupati ad os equi quantumuis ferocis temperandum domandúmque aptiſſimi ſunt.

AD THALIARCHVM. Od. 9.

ARGVMENTVM.

Hieme indulgendum voluptati.

VIDES, *vt alta ſtet niue candidum*
** Soracte: nec iam ſuſtineant onus*
Siluæ laborantes: gelúque
Flumina conſtiterint acuto.
Diſſolue frigus, ligna ſuper foco
*Largè reponens: atque * benigniùs*
** Deprome quadrimum Sabina*
O Thaliarche merum diota.
Permitte diuis cetera: qui ſimul
Strauere ventos æquore feruido
Deprœlianteis, nec cupreſſi,
Nec veteres agitantur orni.
Quid ſit futurum cras, fuge quærere: &
Quem fors dierum cúmq; dabit, lucro
Appone: nec dulceis amores
Sperne puer, neque tu choréas,
Donec virenti canities abeſt
*Moroſa. nunc & * campus, & areæ,*
Lenéſque ſub noctem ſuſurri
Compoſita repetantur hora:
Nunc & latentis proditor intimo
Gratus puellæ riſus ab angulo:
** Pignúſque dereptum lacertis,*
Aut digito malè pertinaci.

VIDES, VT ALTA] expreſſit illos Alcæi verſus, qui apud Athen. leguntur lib. 10. ὕει μὲν ὁ Ζεὺς, ἐκ δ' ὀρανῶ μέγας Χειμὼν, πεπάγασιν δ' ὑδάτων ῥοαί, Κάββαλλε τὸν χειμῶν' ἐπὶ μὲν τιθεὶς Πῦρ, ἐν δὲ κιρνὰς οἶνον ἀφειδέως, id eſt, Pluit quidem Iupiter, in cælo autem magna eſt hiems ſeu tempeſtas: aquarum autem fluxiones concretæ ſunt. hiemem depelle igne iniecto, vinóque largè infuſo.

NIVE CANDIDVM] ſic lib. 3. Od. xxv. *Hebrum proſpiciens, & niue candidam Thracen.* Quidam putant hæc ita eſſe coniungenda, *ſtet niue*, pro eo quod eſt, horreat, vel plenum ſit niue: quale eſt illud Virgil. lib. 12. Æneid. *Iam puluere cælũ ſtare videt.* ſic & Cæcil. Siracuſ. *hic amet: familia fame pereant: ager autem ſtet ſentibus.* & Siſenna, *Cælum caligine ſtat.*

SORACTE] mons eſt in Sabinis, vel, vt alij

A volunt, Faliſcis, quod nomen ferè hodie retinet. quanquam & à nonnullis mons Diui Siluestri nominatur: monte ſan Treſto. Virg. Æneid. xi. *Summe deûm ſancti cuſtos Soractis Apollo.*

SVSTINEANT ONVS] propriè dixit ſuſtinere onus.

GELÚQVE FLVMINA CONSTITERINT ACVTO] flumina niſi vehementi frigore conglaciarint, liberè fluunt: vi frigoris autem quodam modo impedita, & conſtricta inſiſtunt. gelu autem acutum appellat, vt Pindarus χιόνα ὀξεῖαν: & Virg. *penetrabile frigus*, quia & qui niuem tractant, & qui à frigore offenduntur, ac læduntur, ſimili quodam modo afficiuntur, atque ij, quos ferri acies pupugerit.

B DISSOLVE FRIGVS] Alcæus κάββαλλε τὸν χειμῶνα.

LIGNA SVPER FOCO, &c.] hæc reſpondent illis Alcæi ἐπὶ μὲν τιθεὶς Πῦρ. ſic infrà Od. 17. lib. 3. *dum potes, aridum Compone lignum.*

LARGE] Alcæus ἀφειδέως.

BENIGNIVS] liberaliùs, prolixiùs, largiùs. de nomine *benignus*, vide, quæ ſunt annotata ad Od. 17. huius libri, ad illum locum, *benignœ ornu*. vbi complura ex hoc poëta, & alijs bonis ſcriptoribus collegimus exempla.

DEPROME] *deprome diota*, pro, prome de diota, Horatio vſitatiſſ. vt *deduxit corpore* epiſt. ad Loll. & Od. 1. lib. 3. *Decedit arata trirema*, & ſimilia de quibus alibi.

C QVADRIMVM] vinum commendat vetuſtas: non item cantilenas. Nam quo quæque vetuſtior eſt, eo placet magis, inquit Pindarus. Hor. epiſt. ad Aug. lib. 2. *Si meliora dies, vt vina poëmata reddit, &c.* Alcæus ἔγχεε, κύρνα παλαιὸν, id eſt, infunde, miſce vinum vetus.

DIOTA] amphora duarum aurium, id eſt, duarum anſarum. aureis enim ὦτα nominant Græci. Eſt autem & amphora nomen Græcum, ἀμφορεὺς enim: & ἀμφιφορεὺς appellatur, & ita à Græcis Grammaticis explicatur, ac deſcribitur, ἀγγεῖον κεραμεοῦν ἀμφοτέρωθεν φερόμενον, ὃ ἐστὶ διώτες, id eſt, vas fictile, quod vtrinque portatur, id eſt, duas anſas habens. Latini hoc vas quadrantal appellant. quod octo & quadraginta ſextarios capit. vt docet Feſtus.

D PERMITTE DIVIS] videtur hoc loco Deorum prouidentiam, & procurationem rerũ humanarum probare: non item Satyr. v. lib. 1. *credat Iudæus Apella, Non ego. namque Deos didici ſecurum agere æuum.* quem verſum à Lucretio mutuatus eſt lib. 5. 6. vt oſtendemus ſuo loco. Vult igitur hoc loco Horatius, dierum acceſſionem ad vitam ſuperiorem, id eſt, vitæ longitudinem hominibus à fortuna donari.

SIMVL] id eſt, ſimulatque, vt annotauimus ad Od. IV.

STRAVERE VENTOS ÆQVORE FERVIDO DEPRŒLIANTEIS] id eſt, poſteaquã ventos inter ſe decertanteis in mari ſedauerunt, domuerunt, compreſſerunt, ἐστόρεσαν, ἐκοίμισαν.

QVID

QVID SIT FVTVRVM CRAS, FVGE] nam vt ait Od. 7. lib. 4. *Quis ſcit, an adiiciant hodiernæ tempora vitæ Craſtina Dij ſuperi?* Cùm igitur dies craſtinus nihil ad nos pertineat, neque in noſtra poteſtate ſitus ſit, ſtultum eſt, quid eo die ſit futurum, ſcire velle. ſed hac de re vide quæ annotauimus ad Oden illam ſeptimam. Iam Ode huius libri XI. tota in hoc argumento occupata eſt.

QVEM FORS DIERVM] id eſt, quemcumque: tmeſis, vt Ode XVI. *Quem criminoſis cûmque voles modum Pones iambis*, & XXVII. *Quæ te cumque domat Venus, Non erubeſcendis adurit Ignibus.* & epiſt. 1. lib. 1. *Quo me cumque rapit tempeſtas, &c.* & ſuprà Od. 7. *Quo nos cumque feret melior fortuna parente.* & Satyr. V. lib. 2. *Quis teſtamentū tradet tibi cumque legendum.* Secutus ſum autem hoc loco meliores codices: in his duos Vatic. Faern. Torneſ. in quibus ſcriptum eſt fors, non ſors. Iam verò fors idem, quod fortuna, quàm Græci interdum δαίμονα appellant. vide annot. ad Satyr. 1. lib. 1.

LVCRO APPONE] quiſquis dies tibi ad vitam acceſſerit, eum tibi deputato eſſe in lucro vt loquitur Ter. ſic M. Tullius epiſt. lib. 9. ad Pætū: *qui de lucro prope iam quadriennium viuimus.*

SPERNE] aſpernare, reiice.

DONEC VIRENTI CANITIES AB.] ſic Od. III. lib. 2. Q. Dellio ſuadet, vt hilariter viuat, animo obſequatur, & voluptati operam det, *Dum res & ætas, & ſororum Fila trium patiuntur atra.* & Od. XIII. epod. *dúmque virent genua, Et decet, obducta ſoluatur fronte ſenectus.* & Od. XI. lib. 2. *Cur nō ſub alta vel platano, vel hac Pinu iacentes ſic temerè, & roſa Canos odorati capillos, Dum licet, Aſſyriáque nardo Potamus vncti?* & Theogn. Ἥβῃ τερπόμενος παίζω· δηρὸν γὰρ ἔνερθεν Γῆς ὀλέσας ψυχὴν κείσομαι· ὥστε λίθος, Ἄφθογγος· λείψω δ' ἐρατὸν φάος ἠελίοιο. id eſt, *Pubertate fruens ludo. nam multa iacebo Sæcula ſub terra, mortuus, exanimis, Voce carens inſtar ſaxi. tum tela dies Aſpicero, & ſolis lumina deſiero.* Idē præcipiens omnibus mortalibus, vt, dum ætas integra eſt, iucundè viuant, ſuiſque bonis vtantur, fruantur: hanc rationem ſubiungit, quia neque iterum pubeſcere, neque reuiuiſcere Dij immortales quemquam mortalem ſinunt. Verba autē illius hæc ſunt: Ξυνὸν δ' ἀνθρώποις ὑποθήσομαι, ὄφρα τις ἥβης Ἀγλαὸν ἄνθος ἔχων, καὶ φρεσὶν ἐσθλὰ νοῇ, Τῶν αὐτοῦ κτεάνων εὖ πασχέμεν. οὐ γὰρ ἀνηβᾶν Δὶς πέλεται πρὸς θεῶν, οὐδ' λύσις θανάτου θνητοῖς ἀνθρώποισι. Simile eſt hoc Tibulli: *Interea dum fata ſinunt, iungamus amores. Iam veniet tenebris mors adoperta caput. Iam ſubrepet iners ætas, nec amare licebit, Dicere nec cano delicias capite.* ſic Plautus Bacchid. *Non tibi venit in mentem, amabo, ſi dum viuas, tibi bene facias: Iam pol id quidē eſſe haud perlonginquum? neque ſi hoc hodie amiſeris, Poſt in morte id euenturum eſſe vnquam?* ſic Lucret. lib. 3. *Hoc etiam faciunt, vbi diſcubuere, tenéntque Pocula ſæpè homines, & inumbrant ora coronis: Ex animo vt dicant: breuis eſt hic fructus homullis: Iam fuerit, neque poſt vnquam reuocare licebit.* ſic inſtà Od. XII. lib. 4. *Nigrorúmque memor, dum licet, ignium, &c.* & Saty. VI. lib. 2. *Dum licet, in rebus iucundis viue beatus.*

CANITIES MOROSA] difficilis, & moroſa ſenectus.

CAMPVS] Martius, vt ſup. *cur apricum Oderint campum.*

SVB NOCTEM] vel paulò ante noctem, vel paulò pòſt. Vtrúmque enim ſignificat apud probatos auctores: ſed illud frequentius. vt ſup. od. proxima, *ſub lacrymoſa Troiæ funera.* & Od. XVIII. lib. 2. *Tu ſecanda marmora Locas ſub ipſum funus.* & Od. II. epod. *Laſſi ſub aduentum viri.* & Satyr. 1. libri 1. *Sub galli cantum conſultor vbi oſtia pulſat.* & epiſt. ad Quinctium lib. 1. *occultam febrem ſub tempus edendi Diſſimules.* & Satyr. VII. lib. 2. *iuſſerit ad ſe Mæcenas ſerum ſub lumina prima venire.* & epiſt. II. lib. 2. *Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum.* & Satyr. VIII. lib. 2. *an hic peccat, ſub noctem qui per vnā Furtiua mutat ſtrigili?* & Virgilius Georgic. lib. 1. *Aut vbi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe Diuerſi rumpent radij.* ibid. *ſub ipſum Arcturum tenui ſat erit ſuſpendere ſulco.* iterum Horatius Satyr. 1. lib. 2. *Irriguúmque mero ſub noctem corpus habento.* Catull. de nuptiis Pelei & Thetidis: *Aurora exoriente vagi ſub lumina ſolis.* apud M. Tull. valet paulò pòſt, lib. 10. epiſt. ad Plancum. *ſub litteras Lepidi ſtatim recitatæ ſunt tuæ.*

LENES SVSVRRI] quales edi ſolent ab amantibus, dum ſummiſſa voce vnà colloquuntur, ne ab aliis exaudiantur. nonnulli ad ſuſurros rei venereæ referunt. ſic Theocr. εἰδ. λϛ. Ὣς οἱ μὲν χλοεροῖσιν ἰαινόμενοι μελέεσσιν Ἀλλήλοις ψιθύριζον, id eſt, ſic illi viridibus membris ſe oblectantes inter ſe ſuſurrabant.

COMPOSITA REPETANTVR HORA.] tempore conſtituto iterum atque iterum vſurpentur. T. Liuius dixit, ad compoſitam horam lib. 22. annalium: *Ad compoſitam cum iis horam excitatis puerorum cuſtodibus profectus, &c.*

NVNC ET LATENTIS PRODITOR] ſolet nonnumquam puella ſeſe in angulum aliquem abdere, non quòd amantem aſpernetur, ſed vt partim eius amorem exerceat, atque exacuat: partim maiorem & ſibi, & illi voluptatem pariat reperta. nam non ita diu quæſita, ſtatim ſe ipſa riſu prodit. iccircò hunc riſum proditorem appellat, id eſt, indicem puellæ deliteſcentis. repetatur igitur, id eſt, iterum atque iterum vſurpetur talis riſus, repetatur etiam pignus è puellæ lacertis dereptum, nempe armillæ, vel è digito, nempe annulus, è digito (inquam) non admodum pertinaci: quia ſibi facilè patitur puella ab amante pignus eripi, neque ſeſe præbet in eum nimis pugnacem, neque peruicacem. Profert hunc locum Seruius ad illud Virg. Palæm. *& ſe cupit antè videri.*]

DEREPTVM] ſic legendum, non vt anteà, direptum. Eſt autem deripere de quouis loco rapere, ſed maximè de ſuperiore. Plautus in Menæchmis. *ſed quis hic eſt, qui capillo me hinc de curru deripit?* & apud hunc poet. Od. XXVIII. lib. 3. *Parcis*

deripere horreo Ceſſantem Bibuli conſulis amphoram. & A apud Virgil. lib. 1. Æneid. *Tergora deripiunt coſtis.* & lib. 3. *tum littore funem Deripere, excuſſóſque iubet laxare rudentes.* & apud eundem lib. 11. *Dereptúmque ab equo dextra complectitur hoſtem.* & M. Tul. in ora. pro Sylla in princip. *Sed vt ille, iudices, quantũ de mea auctoritate deripuiſſet, tantum ſe de huius præſidiis demmuturum ſperauit, &c.* vbi in codicibus vulgatis corruptè legitur diripuiſſet, cùm diripere ſit dilacerare, ac diſcerpere: deripere autem, de aliquo loco per vim mouere, & rapere, vt diximus. Idem lib. accuſ. 4. *Enna tu de manu Cereris victoriam deripere, & deam deæ detrahere conatus es?* vbi vulgati codices habent *diripere.*

Malè pertinaci] parum pertinaciter retinenti: malè aliás pro valde, vt annotatum eſt B ad illum locum, *& male laxus in pede calceus hæret,* Satyr. III. lib. 1. quo loco tamen aduerbium malè, cohærere debet cum verbo *hæret*, vt dicemus ſuo loco.

TVRNEBVS.

A*Cuto*) Propterea quòd cruſtę eius ſunt acutæ vt in Epigrammate.

Diſſolue frigus) Ex Alcæo, cuius eſt ſtudioſus imitator Horatius, vt Lydiam, Thaliarchum nomina ex eo ſumpta eſſe putem: quæ ad argumentum ſui temporis accommodauit, perſonis parcens. πεπάγαισιν δ᾽ ὑδάτων ῥοαὶ, κάββαλλε τ̃ χειμῶν᾽ ἐπὶ μὲν τιθεὶς πῦρ. vt idem ſit apud C Alcæum genus carminis.

Depræliantes) Ea forma dictum, qua depugnare: & nouatum.

Virentis) ab arboribus virentibus ductum. Sic Dúmque virent genua quod χλωρὸν γόνυ dixerat Homerus. *Malè pertinaci*) non pertinaci vt *Græcis facundum ſed malè forte genus*, id eſt, non forte.

Ex aduerſ. lib. 11. cap. 26. Cur obſecro Horatius gelu acutum vocauit in nono Carmine?

-- gelúque

Flumina conſtiterint acuto. Equidem acutum dici reor Græco more pro acri & vehementi. Grammatici enim Græci obſeruant ὀξὺ ſignificare plerúmque magnum & vehemens: eodem modo D dixit Horatius, *Expediunt peracuta bella*, vt Græci ὀξὺν ἄρηα dicunt. lib. 4. Od. 4.

Ex lib. 11. cap. 28. Thaliarchum in Horatio aſpiratè & anhelatè prima ſyllaba ſcribendum cenſeo, vt nomen proprium ſit, in quo inſit ſignificatio magiſtri & domini conuiuij, qui & Sympoſiarchus vocabatur. Nam Thalia conuiuium etiam Græcis ſignificat. At verò Diota (Scribi enim debet iota non ypſilo) eſt amphora, ex eo nominata, quòd vtrinque ferri poſſet, cùm vtrinque ſit anſata: vnde ἀμφορεὺς & ἀμφιφορεὺς à Græcis appellatur, & explicatur, ἀγγεῖον κεραμεοῦν ἀμφοτέρωθεν φερόμενον, ὃ δὴ δίωτον.

IN MERCVRIVM

Od. 10.

*Mercuri facũde nepos *Atlantis,*
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formaſticatus, & decoræ
More palæſtræ:
**Te canam magni Iouis, & deorum*
Nuntium, curuæq; lyræ parentem,
Callidum, quicquid placuit, iocoſo
Condere furto.
Te, boues olim niſi reddidiſſes
Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra
Riſit Apollo.
Quin & Atridas duce te ſuperbos
Ilio diues Priamus relicto,
Theſſalóſque igneis, & iniqua Troiæ
Caſtra fefellit.
Tu pias lætis animas reponis
*Sedibus: * virgáque leuem coërces*
Aurea turbam, ſuperis deorum
Gratus, & imis.

[Mercuri facunde] meritò *facunde.* Eſt enim orationis Deus, & hermes dicitur à Græcis ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, id eſt, ab elocutione, qua animi ſenſa, & cogitata eloquimur, atque interpretamur. Profert hunc locum Seruius ad illum locum Virgil. lib. 4. Æn. *Omnia Mercurio ſimilis, vocémque, &c.*

Nepos Atlantis] Maia Atlantis filia, Mercurij mater ex Ioue. vulgatiſſimũ illud præ- D tereo de Atlante cælum, totámque hanc mundi fabricam humeris ſuſtinente. qua de re Homer. ὀδυσσ. α. Ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος, ὅς τε θαλάσσης πάσης βένθεα οἶδεν, ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς Μακράς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσι. Plato in Phædone extremo eos reprehendit, qui alium Atlantem mente diuina robuſtiorem ac valeotiorem, magiſque immortalem ſe reperturos exiſtimant. hæc Plato: ἀλλ᾽ ἡγοῦνται τούτου ἄν ποτε Ἄτλαντα ἰσχυρότερον, καὶ ἀθανατώτερον, καὶ μᾶλλον ἅπαντα συνέχοντα ἐξευρεῖν. M. Tullius poëtarum fabulas, & famam ſecutus in oratione pro Sextio, Piſonem falsè inſectans, dicit in eius oculo tantam ineſſe grauitatem, tantam frontis contractionem, vt illo ſupercilio reſp. ſeu annus ille, quo conſulatũ gerebat, tanquam

tanquam Atlante cælum, niti videatur. Dionyſ. Halicarnaſſ. Ῥωμαϊκ. ἀρχαιολ. α. Atlantè primum Arcadiæ Regem fuiſſe ſcribit. ᾤκει δὲ (inquit) περὶ τὸ λεγόμενον καυκάσιον ὄρος. Iterū M. Tullius Tuſcul. 5. ait Atlantem cælum ſuſtinere ideò traditum eſſe, quòd rerum cæleſtium diuina cognitio nomen eius ad errorem fabulæ traduxiſſet. Ad hunc locum pertinent hi Virgilij verſus lib. 8. Æn. de Euandro, quos mihi indicauit vir doctiſſ. Germ. Valens. *Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia Cyllene gelido Conceptū vertice fudit: Et Maiam (auditis ſi quicquam credimus) Atlas, Idem Atlas generat, cæli qui ſidera torquet.*

Qvi feros cvltvs] M. Tullius lib. 1. de inuentione, & 1. de oratore ad Quinct. fratrem, ſcribit, nullā aliam vim, quā ſermonem, & eloquentiam, aut diſperſos homines vnum in locum congregare, atque à fera, agreſtique vita ad hunc humanum cultum, ciuilémque viuendi morem deducere: aut iam conſtitutis ciuitatibus leges, iudicia, iura deſcribere potuiſſe. Idē tamen in Sextiana, hominum à feritate ad iuſtitiam atq; manſuetudinem, traductionem, prudentię, conſilióque paucorum aſſignat. Verùm cùm prudētia ſine oratione in ſe ipſa vertatur, vt idem ſcribit alibi, neque ad alios vim ſuā explicare poſſit: intelligēdum eſt, primorum illorum hominū conſilium, cum ſermone & facundia coniunctu perfeciſſe, vt feritas illa è vita hominum tolleretur. Cùm igitur oratione & eloquētia plurimùm exculta ſit hominum vita, iisq; rebus maximè homines à feris differant, non immeritò Mercurio, qui propterea quòd in eo præcipua vis eloquētiæ fuerit, Deorum interpres eſſe fingitur, hunc mānſuetiorem, & ciuiliorem vitæ cultum vult Horatius acceptum referri in epiſtola autem ad Piſon. de arte poët. à poëtis & muſicis hæc tanta beneficia ad homines vult eſſe profecta. Non abſurdū fortaſſe fuerit huc aſcribere quod mihi indicauit Germ. Valens, ſeniores Mercurios ita fingi à veteribus eſſe ſolitos, ſine manibus & pedibus mēbris virilibus arrectis, cùm ſignificarent, ſenes à ceteris muneribus, quæ corpore obeuntur, immuneis, eloquentia & prudentia, & cōſilio reip. prodeſſe, & ciuitatis commoda amplificare debere. Refert Plutarch. lib. εἰ δεῖ πρεσβύτην πολιτεύεσθαι. Verba Plutarchi ſunt hæc in extr. ſi quis fortè deſideret: Διὸ καὶ τῶν ἑρμῶν τοὺς πρεσβυτέρους, ἄχειρας μὲν καὶ ἄποδας, ἐντεταμένους δὲ τοῖς μορίοις δημιουργοῦσιν, αἰνιττόμενοι τῶν γερόντων ἐλάχιστα δεῖσθαι διὰ τοῦ σώματος ἐνεργουμένων, ἐὰν τὸν λόγον ἐνεργὸν ὡς προσήκει καὶ γόνιμον ἔχωσι.

Feros cvltvs] viuendi morem ferum, immanem, nulláque humanitate politum.

Voce formasti] oratione & eloquentia, vnde λόγιος dictus: ſeu (ſi quis malit) muſica conformauiſti, atque expoliuiſti. ſic vtitur hoc verbo lib. 3. Ode xxii. *& teneræ nimis Mentes aſperioribus Formandæ ſtudiis.* & in epiſt. ad Piſon. *Format enim natura prius nos intus ad omnem Fortunarum*

A *habitum, iuuat, aut impellit ad iram, &c.* & ibidem, *Vnde parentur opes, quid alat, formétque poetā.* & epi. ad Auguſt. *Mox etiam pectus præceptis format amicis.* Satyr. iiii. lib. 1. *ſic me Formabat puerum dictis.* pro eodem vſurpatur verbum fingere: vt Od. 6. lib. 3. *& fingitur artibus iam nunc, & inceſtos amores De tenero meditatur vngui.*

Catvs] id eſt, ſollers, callidus, cōſideratus, acutus. quo nomine Ælius Sextus appellatus eſt, vt declarat verſus Ennij, qui extat apud M. Tull. lib. 1. Tuſcul. *Egregie cordatus homo Catus Ælius Sextus.* Idem de legib. 1. *Quis igitur prudentem, & (vt ita dicam) catum non ex ipſius habitu, ſed ex aliqua vi externa iudicet?* Vtitur & noſter Horat. Od. xii.
B lib. 3. *Catus idem per apertum fugientes Agitato grege ceruos iaculari.* & lib. 2. epiſt. ad Iul. Florum. *Poſt hac ille catus, quantumuis ruſticus, ibit, &c.* Plaut. Moſtell. *Hercle mihi cauendum eſt: nimis vrator cluet catus* idem in Menæchmis, *ſic decet dari facetè verba cuſtodi cate.* Terent. Andria, *Neſcio quis ſenex modo venit: ellum: confidēs, catus.* Ennius: *Iam cata ſigna feræ ſonitum dare voce parabant.* quem verſum producit Varro lib. 6. de lingua Latina, & interpretatur *cata*, acuta, aitque verbum eſſe Sabinum: eò Catum Ælium Sextum eſſe nominatum: non (vt aiunt) ſapientem, ſed acutum: & cata dicta, accipienda pro acutis.

Et decore More palæstræ.] feram, & agreſtem hominum vitam expoliuiſti non voce ſolùm, & oratione: verùm etiam palæ-
C ſtra, eáque decora, venuſta, & artificioſa. itaque ἐναγώνιος etiam dicitur.

Deorvm nvntivm] expreſſit Homericum epithetum διάκτορον, ſeu ἀγγελιοφόρον, & κήρυκα. nuntius autem hoc loco ſignificat eum, qui nuntiat. ſic Od. 7. lib. 3. *Atqui ſollicitæ nuntius hoſpitæ Suſpirare Cloën, &c.* & Od. 3. lib. 4. *Karthagini iam non ego nuntios Mittam ſuperbos.* quanquā poteſt dici illo loco pro rebus, quæ nuntiantur, poni. Cicero in orat. pro Murena, *repentè eo accedat ipſe nuntius ſuæ calamitatis.* Idem in Vatinium. *adeo ne tibi miſera & proſtrata reſp. viſa eſt, vt non nuntios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, non bellici conſilij auctores, non miniſtros muneris prouincialis ſenatus more maiorum deligere poſſet?* Lucret. lib. 4. *Refrigeſcit enim cunctando plaga per auras, Nec calida ad ſenſus de-*
D *currit nuntia rerum.* ſic enim legendum, non decurrunt. nuntia autem nomen eſt tanquā adiectiuū, vt grammatici appellāt, quemadmodum in duobus ſubſequentibus exemplis ex eod. auctore, eod. lib. *Conueniunt ſimulacra foris e corpore quoque, Nuntia præclari vultus, pulchríque coloris: Quis ciet irritans loca turgida ſemine multo. Nuntia præclari vultus*, id eſt, quæ nuntiant & perferunt vultum præclarum. Idem lib. 6. *Nec de corpore quæ ſancto ſimulacra feruntur, In menteis hominum diuinæ nuntia formæ, Suſcipere hæc animi tranquilla pace valebis.* falluntur igitur, qui ex his locis, & ex Tibulli verſibus, quos mox proferam, oſtendere conantur, nuntium in neutro genere vſitatum eſſe pro re, quæ nuntiatur. ſic Tibull. eleg. 1. lib. 2. *Euentura precor:*

viden vt felicibus extis Significet placidos nuntia fibra Deos? Idem eleg. IIII. lib. 3. *Dum vera monent ventura nuntia ſortis: Vera monent Tuſcis exta probata viris.* quorum verborum ordo eſt, exta nuntia ſortis futuræ vera monent. ſic Virgil. lib. 4. Æn. de fama. *Tam ficti, praviquè tenax, quàm nuntia veri.* Idē 6. *Infelix Dido: verus mihi nuntius ergo Venerat extinctam.* quamquam in hoc poſtremo exemplo nuntius accipi poteſt pro re nuntiata. Propert. eleg. IIII. lib. 3. *Omnis enim debet ſine vano nuntius eſſe, Maioréḿque metu debet habere fidem.* Vſurpatur præterea pro re nuntiata in eodem genere, non in neutro: cuius rei extant exempla ſimiliter apud probatos linguæ Latinæ auctores. Virgil. Æn. IX. *Turbantique viros perfertur nuntius, hoſtem Feruere cæde noua.* Cæſar lib. 1. de bello ciuili: *Multi ex Italia ad Cn. Pompeium proficiſcebantur, alij vt principes talem nuntium attuliſſe, alij ne euentum belli exſpectaſſe, aut ex omnibus nouiſſimi veniſſe viderentur.* M. Tull. pro Corn. Balbo. *nolite per deos immortales, iudices, hunc illi acerbum nuntium velle deferri.* Idem ad Att. lib. 3. *Me & tuæ litteræ, & quidam boni nuntij, non optimis tamen auctoribus, & exſpectatio veſtrarum litterarum, & quòd tibi ita placuerat, adhuc Theſſalonicæ tenebant.* ibid. de Q. Fratre: *nuntij nobis triſtes, nec varij venerant.* & Catull. ad Verann. *Veniſti? ò mihi nuntij beati.* Idem de Arrio. *cum ſubitò affertur nuntius horribilis.*

CALLIDVM, QVICQVID PLACVIT, IOCOSO CONDERE] callidum condere, genus eſt loquendi à Græcis ſumtum: de quo dicemus ad Oden oct. lib. 4. de huiuſmodi autem Mercurij ingenio hæc tradunt Græci. Iupiter Maiæ vnius Atlantidum amore captus Iunone inſciente cum illa concubuit. ea hoc concubitu grauida facta, Mercurium in Cyllene Arcadiæ monte peperit, incredibili furandi ſtudio deditum, non aliam (vt aiunt illi) ob cauſam, quàm quòd Iupiter concubitum illum vxori ſuæ furatus ſit: quaſi verò omnes Iouis amores, & concubitus non ſint furtiui, & clandeſtini. Verùm, vt redeam ad Græcorum fabulas, eo ingenio natus Mercurius, & (quod hic ei laudi aſcribit Horatius) boues Apollinis furto auertit, eidémq; malum minanti etiam arcum ſubduxit, & cùm Maia mater cum ſororibus ſuis lauaret, omniū veſteis clàm ſuſtulit, ita vt illæ nudæ relictæ, quò ſe verterent, non haberent. ſed Homeri & Pindari interpretes tradunt, Mercurium pro bobus Apollini ſubreptis lyram ei repoſuiſſe. Itaque χέλυν chelin, dictam eſſe λύραν, quaſi λύτραν, quòd ea ſe redemerit. Idcirco Horatius Od. XXI. huius libri Apollinis humerum fraterna lyra inſignem dicit. Mercurius enim & Apollo fratres ſunt ὁμοπάτριοι.

VIDVVS PHARETRA RISIT APOLLO] id eſt, dum te voce territat, tibique malum minatur Apollo, niſi boues redderes: ſentit continuò te ſibi pharetram quoque furtim ademiſſe. Quibus rebus cognitis, ridendum ſibi, non te grauiore aliqua pœna dignum eſſe exiſtimauit.

[Hanc fabulam ſic depingit Philoſtratus εἰκόνων lib. 1. Ἔτ' αὐτῶν ἀντιλεγόντων ἀλλήλοις, ὁ Ἑρμῆς ἵσταται κατόπιν τοῦ Ἀπόλλωνος· καὶ κούφως ἐπιπηδήσας τοῖς μεταφρένοις, ἀψοφητὶ λύει τὰ τόξα, καὶ συλῶν μὲν διέλαθεν· οὐ μὴν ἠγνόησε σεσυληκώς. Ἐνταῦθα ἡ σοφία τοῦ ζωγράφου. διαχεῖ γὰρ τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ ποιεῖ χαίροντα. μεμέτρηται δὲ ὁ γέλως, οἷος ἐφιζάνειν τῷ προσώπῳ θυμὸν ἐκνικώσης ἡδονῆς. id eſt, Cùm adhuc inter ſe verbis concertarent Maia & Apollo, qui apud eam queſtus erat, Mercurium boues eas, quibus maximè delectabatur, ſibi per dolum amouiſſe, atque abegiſſe, & in ſpeluncam quandam deieciſſe: Mercurius ſtans à tergo Apollinis, cùm admodum leuiter in eius humeros inſiluiſſet, ſine vllo ſtrepitu arcum & pharetram ſolutam ei ita ademit, vt ille non animaduerteret, neque ſentiret: neque tamen poſtea dubitauit Apollo, quin ille arcum ſibi & pharetram ſuſtuliſſet. Atq; hîc elucet pictoris artificium. Riſu enim diffundit Apollinem, eúmque efficit gaudentem. moderatus autem riſus eſt, & eiuſmodi duntaxat, vt eius veſtigia in vultu inſideant, iracundiam voluptate ſuperante.]

VIDVVS PHARETRA] ſpoliatus pharetra hoc nomine vtitur M. Tullius in iis, quæ de Æſchylo vertit. II. Tuſcul. *ſic meipſe viduus peſtem excipio anxiam.* Virg. in Ciri. *Cogor adire lacus viduos à lumine Phœbi.* Immeritò autem reprehendit hîc Horatium Seruius, quaſi minus propriè locutū, ad illum Virgil. verſum. 8. Æn. *multis viduaſſet ciuibus vrbem*, his verbis: Propriè *viduaſſet* quia vrbs eſt generis fœminei. Horatius autem abuſiuè, & ſatis incongruè in maſculino poſuit, cùm dixit, *viduus pharetra.* Sed reſponderim Seruio, nō eſſe verum viduare locum habere tātùm in fœminis. Nam viduare, eſt priuare, ſpoliare, aut ſeparare, & diſiungere. Itaque idem Horatius iterum dixit Ode 9. lib. 2. *Et ſolus viduantur Orni.*

QVIN ET ATRIDAS] hæc ſunt petita ex Ἰλιάδ. ω. vbi Homerus Mercurium inducit adoleſcentis nunc primùm pubeſcentis induta perſona, Priamo ſeſe ducem præbentem, ad Achillis naueis per media Græcorum caſtra eunti. & Hectoris corpus ſepeliendi cauſa ab Achille redimere cogitanti.

THESSALÓSQVE IGNEIS.] vigilias Theſſalicas, quæ agebantur in caſtris, & nauibus Achillis.

INIQVA] inimica, infeſta. Quod autem quidam libri manuſcr. habent *inimica*, id natum eſt ex gloſſa.

FEFELLIT] ἔλαθε, id eſt, latuit: quod perinde eſt, ac ſi diceret, ita per media Græcorū caſtra ad Achillis naueis peruēnit, vt à nemine cognitus, ac ne viſus quidē fuerit. atque eo ipſo verbo vtitur Homerus: apud quem ſic Achilles, Καὶ δὲ σε γιγνώσκω Πρίαμε φρεσὶν, οὐδέ με λήθεις, Ὅττι θεῶν τίς σ' ἦγε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν. οὐ γάρ κε τλαίη βροτὸς ἐλθέμεν, οὐδὲ μάλ' ἡβῶν Ἐς στρατόν· οὐδὲ γὰρ ἂν φυλάκους λάθοι, οὐδέ κ' ὀχῆας Ῥεῖα μετοχλίσσειε

πολχίοισι θυμοῦ ὀιόμαι περιγίω, id eſt, Et te animo cognoſco, Priame, neque me fallis, te à deorum aliquo ad celereis Græcorum naueis deductum eſſe. Non enim auſit quiſquam mortalis venire, ne valde iuuenis quidem, in exercitum Græcorum. neque enim cuſtodes latère poſſit, neque repagula & feras forium noſtrarum facilè conuellere, aut tranſmouere queat. Sed verbum fallere. apud Horatium pro Græco λανθάνειν, quod eſt latere, vſurpari, id exemplis oſtendere libet. Od. xi. lib. 3. *& ſceleſtas Falle ſorores.* & Od. xiiii. eiuſd. *Spartacum ſi qua potuit vagantem Fallere teſta.* & Od. xvi. *& ſegetis certa fides meæ Fulgentem imperio fertilis Africæ Fallit ſorte beatior.* quem locum ſuo loco explicabo. & Od. iii. lib. 4. *quos opimus* B *Fallere & effugere eſt triumphus.* epiſt. ad Loll. lib. 1. *An ſecretum iter, & fallentis ſemita vitæ.* & epiſt. ad Quinctium, *Sit ſpes fallendi, miſcebis ſacra profanis.* ibid. *Da mihi fallere, da iuſtum, ſanctùmque videri.* & epiſt. ad Scæuam. *Nec vixit male, qui natus, moriénsque fefellit.* Idem epiſt. ad Iulium Florum lib. 2. *Dum mea delectent mala me, vel denique fallat.* epiſt. ad Piſon. de arte poëtica. *Numquam te fallant animi ſub vulpe latentes.* & Od. xv. epod. *Nec te Pythagoræ fallant arcana renati.* & Od. iii. eiuſd. lib. *Num viperinus his cruor Incoctus herbis me fefellit?* Vſurpant pro eodem & alij ſcriptores, vt Lucret. libr. 4. *Nec Veneres noſtras hoc fallit.* Idem lib. 5. *Et ſi fallit enim Diuûm genus, humanûmque. Perpetuo tamen id forte clàm diffidere debet.* Et Virgil. lib. 4. Æneid. *Nec* C *me adeo fallit veritam te mœnia noſtra Suſpectas habuiſſe domos Karthaginis altæ.* Terent. Heautont. *num me fefellit hoſce id ſtruere?* Cicer. pro Flacco: *multa nos fefellerunt.* Idem lib. 9. epiſt. ad Attic. *etiam illum ipſum, quem ſequimur, multa fefellerunt.* Tit. Liuius lib. 3. *non fefellit Æthæos, quo ſpectaſſet tam benigna pollicitatio.* piget ex alijs exempla colligere.

Tv pias lætis animas] iccircò πομπαῖος, & ψυχοπομπὸς dicitur à Græcis.

Virgáqve levem] videtur exprimere voluiſſe Græcam vocem χρυσόῤῥαπις. ſic enim dictus eſt à Græcis Mercurius, ab aureâ virga, quam tenet, vt diximus ad Odam xxi. huius libri. de hac virga ſic Homer. ἰλιάδ. ω. Εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει, ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. quem Virgil. D imitatus eſt libr. 4. Æneid. *Tum virgam capit, hac animas ille euocat Orco, &c.* ὀδυσσ. ω. autem hac eadem virga animas deducit ad inferos. Τῇ ῥ' ἄγε κινήσας, αἱ δὲ τρίζουσαι ἕποντο. & ibid. Ἀγγέλλων δὲ σφ' ἦλθε διάκτορος Ἀργειφόντης Ψυχὰς μνηστήρων καλέων Ὀδυσσῆος διάκτορων. vnde ψυχοπομπὸς à Græcis appellatus eſt: vt paulò antè dixi. huc pertinet illud Od. 24. eiuſd. lib. *Non vanæ redeat ſanguis imagini, Quam virga ſemel horrida Nigro compulerit Mercurius gregi.* hanc Virgam κηρυκεῖον appellant Græci: Latini caduceum, ſeu caruceum potiùs, vt docti quidam malunt.

Sveris deorvm gratvs et imis] id eſt, Diis & ſuperis & inferis gratus. notum prouerbium κοινὸς Ἑρμῆς. i. communis Mercu- A rius: quamquam huius prouerbij vſus etiam ad aliud pertinet. ſciendum autem, hoc genus loquendi olere helleniſmum: vocántque grammatici partium caſum diuiſionis. Deorum alij ſuperi, alij inferi. Iſocrat. τὰ χαλὰ τῶν ζώων. ſic Plin. *nigra ouium.*

TVRNEBVS.

V*oce formaſti,*) præeſt enim Mercurius eloquentiæ & gymnaſiis, colebatúrque cognomento λόγιος ab eloquentia, & à palæſtra & certaminibus ἀγώνιος. *Nuncium*) quem κήρυκα poëtæ Greci vocant. Dicitur etiam eodem modo B Deorum interpres: Virgilius. *Nunc etiam interpres diuum Ioue miſſus ab alto. Curuæq; lyræ*) Ex teſtudine mortua lyrã fecit Mercurius. Homerus in hymnis auctor. *Te boues olim*) Homerus in Hymno Mercurij. *Quin & atridas*) locus eſt apud Homerum vltimo libro Iliad. *Aurea virga*) ideo χρυσόῤῥαπις vocatur ab aurea virga. Eſt autem caduceum quod κηρύκειον dicunt Græci.

Ex aduerſ. lib. 11. cap. 28. Ait Horatius.

Voce formaſti catus, & decoræ

More Palæſtræ. de Mercurio, ad eius officia id referens, vnde & cognomina apud Græcos inuenit, vnum, vt λόγιος ab eloquentia dicatur, quia orationi præeſt: alterum ἀγώνιος à certaminibus, quòd palæſtræ præſit & gymnaſiis. Idem erat & C nuncius deorum: vnde κήρυξ & διάκτωρ vocatur: Etiam ab aurea virga χρυσόῤῥαπις, quæ quidem prætermittere nolui.

AD LEVCONOEN.

Od. II.

ARGVMENTVM.

Indulgendum voluptati, omiſſa futurorum cura.

T*Vne quæſieris ſcire, (nefas) quem mihi, quem tibi*
*Finem Dij dederint, Leuconoë: nec * Babylonios*
*Tentaris numeros, * vt melius, quicquid erit, pati:*
Seu plureis hiemes, ſeu tribuit Iupiter vltimam:
Quæ nunc oppoſitis debilitat pumicibus mare
*Tyrrhenum. ſapias: * vina liques: & ſpatio breui*

Spem longam reſeces. dum loquimur, fu-
gerit inuida
Ætas. carpe diem, quàm minimùm cre-
dula poſtero.

TV NE QVÆSIERIS SCIRE, (NEFAS.)] omnes, qui in hunc poëtam ſcripſerunt commentarios, coniunctè legunt, ſcire nefas: vt Ode xvi. lib. epod. *nefas videre*: & ita, nefas erit hoc loco idem, quod Græci dicunt ἀδύνατον. vt Ode xxiiii. *Durum, ſed leuius fit patientia, Quicquid corrigere eſt nefas.* quo modo etiam à M. Tull. vſurpatur in Timæo. *Atque illum quidem quaſi parentem huius vniuerſitatis inuenire difficile, & cum iam inueneris, indicare in vulgus, nefas.* Platonis verba, quæ interpretatur eo loco M. Tullius, ſunt hæc: τὸν μὲν οὖν ποιητὴν, καὶ πατέρα τοῦδε παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. eadem ratione videtur Od. iiii. lib. 4. fas pro eo, quod δυνατὸν dicunt illi, poſuiſſe. *Nec ſcire fas eſt omnia.* quamuis ſciam aliter accipi poſſe, vt dicemus ſuo loco. ſic ergo hic locus explicandus eſt, ſi hoc modo diſtinguamus, ſcire nefas. ſed quid vetat, quo minus ita legamus? *Tu ne quæſieris ſcire (nefas) quem mihi, &c.* vt hoc, ſcire, cum verbo *quæſieris* coniungatur, & *nefas*, ſeparatim legatur. Nam nemo, opinor, negabit, æquè Latinè dici poſſe, quæro ſcire, vt quæro doceri: quo vſus eſt Virgil. lib. 6. Æneid. *ne quære doceri, Quam pœnam, aut quæ forma viros, fortunáve merſit.* & M. Tull. lib. 3. de finib. *Egóne, quæris (inquit) ſcire, quid ſentiam?* & hic idem Horat. Ode xxvii. lib. 3. *ſpecioſa quæro Paſcere tigres.* & epiſtola prima ad Mæcen. lib. 1. *quæris Mæcenas iterum antiquo me includere ludo.* & Ode i. lib. 4. *Si torrere iecur quæris idoneum* & Ode xxiiii. lib. 3. *Si quæret pater vrbium Subſcribi ſtatuis.* & Ode xvi. huius libri. *nunc ego mitibus Mutare quæro triſtia* Iam quòd ad genus carminis attinet, tale eſt illud Alcæi, apud Athen. lib. 10. Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται. & Catull. *Alphene immemor, atque vnanimis falſe ſodalibus.* Extat autem ſimilis ſententia Od. xxix. lib. 3. *Prudens futuri temporis exitũ Caliginoſa nocte premit Deus, &c.*

NEC BABYLONIOS TENT. NVM.] M. Tullius de Babyloniis lib. de diuin. 1. quædam ſcribit, quæ videntur ad hunc locum pertinere, his verbis: *Nam quòd aiunt quadraginta, & ſeptuaginta millia annorum in periclitandis, experiendíſque pueris, quicunque eſſent nati, Babylonios poſuiſſe, fallunt, &c.* eadémque reperiuntur libr. 1. *Contemnamus etiam (inquit) Babylonios, qui ex Caucaſo cœli ſigna ſeruantes, numeris, & motibus ſtellarum curſus perſequũtur, &c.* huc pertinent hi Lucretij verſus ex lib. v. *Vt Babylonica Chaldæam doctrina refutans, Aſtrologorum artem contrà conuincere tendit.*

VT MELIVS QVICQVID ERIT] merus eſt helleniſmus ὥστε, vel ὡς πᾶν τὸ συμβησόμενον βέλτιον φέρειν, id eſt, vt fortius, aut facilius quicquid accidet, feras. neque verò quicquam ſubaudiendum eſt. ſic enim loquuntur Græci, ὡς φέρειν, id eſt, vt pati. & ita Linacer & Eraſmus. At Muretus legit cum interrogatione. Vt melius quicquid erit pati? id eſt, quàm melius eſt pati, quicquid euenerit? quàm explicationem non improbo: puto tamen ſic potiùs poſſe explicari, nec Babylonios tentaris numeros ὡς βέλτιον ὄν, id eſt, tanquam melius quiddam ſit, pati quicquid acciderit, quàm futura præſcire velle. ſolet enim ita loqui Horat. vt Satyr. vii. lib. 2. *Et leporum auulſos vt multo ſuauius, armos.* Atque hanc explicationem cùm hîc legiſſet Adrian. Turnebus, probatam in Aduerſaria ſua retulit.

B SEV PLVREIS HIEMES] videtur *hiemis* nomen hoc loco non ſimpliciter, nec vno modo poni, ſed duobus. Nam hiemem, niſi fallor, hîc intelligere debemus anni tempus, id eſt, brumã: vt pars anni totum annum ſignificet: & plureis hiemes, plureis annos: vt Ode xv. huius lib. *Poſt certas hiemes vret Achaicus Ignis Iliacas domos.* ſic Virgil. in Tityr. *Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas.* ſed quæ ſequuntur deinceps, ſeruata eadem ſignificatione conſtare non poſſunt. Nam hæc verba, *Quæ nunc oppoſitis debilitat pumicibus mare*, procul dubio ita intelligi non poſſunt, vt dicamus annum, qui nunc debilitat, &c. ſed hiemẽ, id eſt, χειμῶνα vndam, fluctum, tempeſtatem, quibus mare debilitatur, ac frangitur ſaxis op- C poſitis. vt apud Pindar. Iſthm. eid. ext. Ἀλλὰ νῦν μοι γαιάοχος εὐδίαν ὄπασσεν ἐκ χειμῶνος: id eſt, Sed nunc mihi Neptunus tranquillitatem obtulit ex tempeſtate, & hieme. Ad hunc locum pertinent illa Ciceronis, quæ ſunt in epiſtol. ad Pætum lib. 9. *Quam exiſtimo leuem & imbecillam, ab animo firmo & graui, tanquam fluctum a ſaxo frangi oportere.* Sic Lucretius littus fluctifragum dixit lib. 1. propterea quòd fluctus ad littus illiſi, ab eo franguntur, & debilitantur.

SAPIAS, VINA LIQVES] id eſt, fac ſapias, fac vina liques. vult ſapientis eſſe in rebus ſeriis, ac ſeueris nõ multùm temporis ponere: in vino, epulis, & voluptatibus maximam vitæ partem conſumere, vt ſup. *ſic tu ſapiens finire memento, Triſtitiam, vitæq́ labores.* Priſcianus lib. 18. hunc D locum producit, & *ſapias* vult eſſe poſitum pro, *ſi ſapias.* poteſt tamen ita explicari, vt ego paulò antè oſtendi. *vina liquare* autem poſitum pro, vina promere, & fundere, potare: vel referendum ad veterum delicias, qui ſacculis, & colis vinariis vina percolabant, & liquabant, vt eſſent liquidiora. quam explicationem probat Muretus.

ET SPATIO BREVI, &c.] quantò breuius eſt noſtræ vitæ ſpatium, tantò minùs longæ noſtræ ſpes eſſe debent. Sunt autẽ eius ſpes longæ, exempli cauſa, qui iucundè viuendi cõſilium in annum decimum differat, cùm ſit fortaſſe poſtridiè, imò verò eo ipſo die moriturus. quod vetat epiſt. ad Bullatium lib. 1. *Tu quamcunque Deus tibi fortunauerit horam, Grata ſume manu, nec dulcia*

differ

A

differ in annum. ſimile eſt huic loco is, qui eſt ſup. Od. IIII. *O beate Sexti, Vita ſumma breuis ſpem nos vetat inchoare longam.*

DVM LOQVIMVR, FVGERIT] Suadet item Theognis, vt animum conuiuiis & epulis oblectemus, quia pubertas celeriter, & cogitationis in motem, prætereat, equorum curſum, ac celeritatem ſuperans. Ἡμεῖς δ᾽ ἐν θαλίῃσι φίλον καταθώμεθα θυμὸν, Ὄφρ᾽ ἔτι τερπωλῆς ἔργ᾽ ἐρατεινὰ φέρῃ. Αἶψα γὰρ, ὥστε νόημα, παρέρχεται ἀγλαὸς ἥβη, Οὐδ᾽ ἵππων ὁρμὴ γίνεται ὠκυτέρη.

CARPE DIEM] tralatio aptiſſima vel à fructibus, & floribus carpēdis, vel à lanificio. Quemadmodum igitur ij, qui vel flores, vel lanam carpunt, paulatim carpunt: ſic debent homines ho-

B

diernæ vitæ munere ac beneficio vti frui, non ſpe & cogitatione quidem multos annos præcipere, occaſionem autem, & facultatem iucundè viuendi oblatam negligere ac prætermittere, aut in longum tempus differre. libet autem mihi huius verbi vſum aliquot maximè huius poëtæ, ſecundo loco aliorum exemplis oſtendere. Od. XXVII. lib. 3. *meliúſne fluctus ire per longos fuit, an recentes Carpere flores?* & ibid. *niſi herile mauis Carpere penſum.* Od. IX. lib. 4. *Totve tuos patiar labores Impune Lolli carpere lividas Obliuiones?* Satyr. VI. lib. 2. *Carpe viam (mihi crede) comes.* Satyr. V. libr. 1. *Inde Rubos feſſi peruenimus, vt pote longum Carpentes iter.* Od. II. libr. 4. *ego apis Matinæ More, modóque Grata carpentis thyma, &c.* Plautus in Menæchm. *Inter ancillas ſedere iubeas, lanam carpere.* Catull. ad

C

Manl. *Illa mihi ſedes, illic mihi carpitur ætas*; id eſt, ſenſim ſeneſco. Virgil. Georgic. IIII. *tenuémq; ſe magis, magis aëra carpunt*, id eſt, paulatim hauriut. Idem IIII. Æneid. *Soláne perpetua mærens carpére iuuenta?* id eſt paulatim ſeneſces, minuēris, tabeſces, liqueſces? Georg. III. *Iniuſto ſub faſce viam cum carpit.* Idem ibidem *& acri Carpere prata fuga, Fluuióſque innare recentes.* M. Tullius pro Cluentio: *Vt non animaduertas in omneis, ſed carpas, vt velis, & paucos ex multis ad ignominiam ſortiare?* carpere agmen apud Iulium Cæſ. lib. lib. 1. de bello ciuili. *Relinquebatur Cæſari nihil, niſi vti agmen aduerſariorum male haberet, & carperet.* & ita Liuius

D

multis locis.

QVAM MINIMVM CRED. POST.] quàm maximè diffidens dici, ſeu tempori futuro.

TVRNEBVS.

S*Cire nefas*) id eſt, quod ſciri non poteſt. vt *Quicquid corrigere eſt nefas.* pro quicquid corrigi non poteſt. *Vt melius quicquid*) Oratio Græca eſt. ὡς κρεῖττον ὂν τὸ συμβησόμενον φέρειν. Ergo *vt melius*, abſolutè dicitur, pro, vt exiſtente, vt ita dicam, meliore. *Vina liques*) Vina ſacco colata liquidiora reddebantur veteribus, & minùs nocentia, id eſt, quod liquare dicit. Videri tamen poteſt dixiſſe iocosè, pro potare, quod collo noſtro colari videantur. vt colare cibos dixit Seneca.

Ex aduerſ. lib. 11. cap. 28. Leuconoes nomen Græcum eſt à mentis candore: quamquam candidam mentem Græci pro mala interdum dicunt. Nam Heſychius λευκῶν πραπίδων explicat, κακῶν φρενῶν. niſi ſit ſit potius καλῶν φρενῶν legendum, vt reor. Illud autem -- *vt melius, quicquid erit, pati*, eſt. ὡς κρεῖττον ὂν πᾶν τὸ ἐσόμενον φέρειν. Illud enim participium ὂν nequeunt exprimere Latini, & plerumque in eorum oratione deſideratur: vt -- *& ſpatio breui Spem longam reſeces*, id eſt, cùm vitæ ſpatium ſit breue βραχέος ὄντος τοῦ δρόμου τοῦ διαστήματος. id eſt, cùm breue ſit curriculum vitæ. Eſt igitur *vt melius* abſolutè dictum, pro vt meliore, vt ita dicam, exiſtente.

Ex aduerſ. lib. 6. cap. 14. Fluctifragum littus dicitur, propterea quòd littora fluctum ſibi illiſum frangunt: vt apud Horatium, *Quæ nunc oppoſitis debilitat pumicibus mare*, ἀκτὴ quoque Græcis à frangendo dicitur littus.

Ex lib. 11. cap. 28. *Vina*, inquit, *liques*, id ex antecedente conſequens ſignificat, id eſt, vinum bibas & tibi indulgeas: Ex antiquorum conſuetudine, qui vinum vt defecarent & liquidius redderent, minúſque nocens fractis velut viribus antequam biberent colo tranſmittebant. Tertullianus, *Con iuncto altilium enormem ſaginam, defecato ſenectutem vini.*

AD AVGVSTVM
Od. 12.

ARGVMENTVM.

Diis, heroibus, viríſque aliquot claris laudatis, poſtremò commendat Auguſtum.

QVem virum, aut heroa lyra, vel acri
Tibia, ſumes celebrare Clio?*
Quem deum? cuius recinet iocoſa No-
*men * imago,*
Aut in vmbroſis Heliconis oris,
Aut ſuper Pindo, gelidóve in Hæmo?
Vnde vocalem temerè inſecutæ
Orphea ſiluæ,
Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapſus, celereíſque ventos,
** Blandum & auritas fidibus canoris*
Ducere quercus.
Quid prius dicam ſolitis parentis
Laudibus: qui res hominum, ac deorum:

Qui mare, & terras, variíſque mundum A
*Temperat * horis?*
Vnde nil maius generatur ipſo:
Nec viget quicquã ſimile, aut ſecũdum:
** Proximos illi tamen occupauit*
Pallas honores.
Prælijs audax neque te ſilebo
*Liber & ſæuis inimica * virgo*
Belluis: nec te metuende certa
Phœbe ſagitta.
*Dicam & Alciden, * puerósque Ledæ* B
Hunc equis, illum ſuperare pugnis
Nobilem: quorum ſimul alba nautis
Stella refulſit:
** Defluit ſaxis agitatus humor:*
Concidunt venti, fugiúntque nubes:
Et minax (quòd ſic voluere) ponto
Vnda recumbit.
Romulum poſt hos priùs: an quietum
*Pompili regnum memorem, an * ſuperbos*
Tarquini faſceis, dubito, an Catonis C
Nobile lethum.
Regulum, & Scauros, animæque magnæ
Prodigum Paullum, ſuperante Pœno,
Gratus inſigni referam camœna,
Fabriciúmque:
Hunc, & incomtis Curium capillis
Vtilem bello tulit, & Camillum
*Sæua paupertas, & auitus * apto*
Cum Lare fundus.
Creſcit, occulto velut arbor æuo,
Fama Marcelli: micat inter omneis D
Julium ſidus, velut inter igneis
Luna minores.
Gentis humanæ pater, atque cuſtos
Orte Saturno, tibi cura magni
*Cæſaris fatis data: tu * ſecundo*
Cæſare regnes.
Ille, ſeu Parthos Latio imminenteis
Egerit iuſto domitos triumpho:
Siue ſubiectos Orientis oræ
Seras, & Indos:
** Te minor latum reget æquus orbem:*
Tu graui curru quaties Olympum
Tu parùm caſtis inimica mittes
Fulmina lucis.

QVEM VIRVM, AVT HEROA] videntur hæc ex Pindaro expreſſa εἰδ. β. ὀλυμπ. Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι, τίνα θεὸν, τίν' ἥρωα, τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν; quod quidem & Muretus nuper, & alij iam pridem annotarunt. Iam quod vel lyra, vel tibia vult homines, aut heroas laudari poſſe, Pind. item vtramque complectitur εἰδ. δ. ἰσθμ. Κλέονται δ' ἔν τε φορμίγγεσιν, ἐν αὐλῶν τε παμφώνοις ὁμοκλαῖς μυρίον χρόνον.

B ACRI] ſonora, acriorem ſonitum edente, quàm lyra.

SVMES CELEBRARE] id eſt, ſuſcipies celebrandum, vel vt celebres: quo de genere dicemus ad Od. XXIII. huius lib. *ſumes* autem multo plures habent libri veteres, quàm *ſumis*.

CVIVS RECINET IOCOSA, &c.] imago vocis & cantionis tuæ. *ſumes*, & *recinet* excudendum curaui, ſecutus cod. Vrſ. & Torneſ. Eſt autem ἠχὼ (vt Ariſt. ſcribit in problem. τμημ. ιβ) ἀφὴ φωνῆς τῆς ὑστάτης ἀποληγούσης. id eſt, echo tactio eſt nouiſſimæ, ſeu poſtremæ vocis deſinentis. Virgil. Georg. 4. *Aut vbi concaua pulſu Saxa ſonant, vociſque offenſa reſultat imago.* poëta noſter Od. X. huius lib. *vt iocoſa Redderet laudes tibi Vaticani Montis ima-*
C *go.* De ratione Echus ſeu Echonis lege pulcherrimos Lucretij verſus libr. 4. &, ſi vacas, quæ in eos annotauimus.

AVT IN VMBROSIS HELICÔNIS] de Helicône ſic Strabo lib. 9. ὁ δ' Ἑλικὼν συνεχὴς ἐστὶ τῇ Φωκίδι ἐκ τῶν πρὸς Ἄρκτον αὐτῆς μερῶν, id eſt, Helicon Phocidi eſt continens, ſeu continuus, quibus ex partibus Septentrionem ſpectat. commemorat Horat. & in epiſtol. ad Piſon. *Excludit ſanos Helicone poëtas Democritus.* & in epiſtol. ad Auguſtum libr. 2. *Vt ſtudio maiore petant Helicona virentem.*

PINDO] Pindus, mons Arcadiæ, & fluuius. Alij autem volunt, Perrhebœæ montem eſſe mari propinquum: Interpres Theocriti Theſſaliæ
D fluuium. ſed hoc loco montis nomen eſt.

HÆMO] Hæmus & Rhodope montes ſunt Thraciæ, ſacris Liberi patris & Mænadum cœtu, Orpheo primùm initiante, celebrati, ac nobilitati.

VNDE VOCAL. TEMERÈ INSEC.] quid illa de Orpheo fabula notius, eum cithara canentem etiam arbores ſecutas eſſe? quam quidem ſic interpretatur hic poëta in epiſtola ad Piſones: *Silueſtres homines ſacer, interpreſque Deorum Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus, Dictus ob hoc lenire tigres, &c.* Apollon. lib. 1. Argonaut. Αὐτὰρ τόν γ' ἐνέπουσιν ἀτειρέας οὔρεσι πέτρας Θέλξαι ἀοιδάων ἐνοπῇ, ποταμῶν τε ῥέεθρα· Φηγοὶ δ' ἀγριάδες κείνης ἔτι σήματα μολπῆς Ἀκτῆς Θρηϊκίης Ζώνης ἔπι τηλεθόωσαι Ἑξείης στιχόωσιν ἐπήτριμοι. Apud Euripidem Iphigenia negat ſibi Orphei

Orphei eloquentiam datam eſſe, qua perſuadere poſſit ſaxis, vt ſe ſequantur: itaque lacrymas in ſuoſidium adhibituram. Εἰ μὲν τὸν Ὀρφέως εἶχον, ὦ πάτερ, λόγον Πειθοῦς ἐπᾴδουσα, ὥστ' ὁμαρτεῖν μοι πέτρας, Κηλεῖν τε τοῖς λόγοισιν οὓς ἐβουλόμην, Ἐνταῦθ' ἂν ἦλθον· νῦν δὲ τἀπ' ἐμοῦ σοφὰ Δάκρυα παρέξω. Philoſtratus iunior in imaginib. hæc de Orpheo: κινδυνεύεται δέ τι καὶ μεῖζον ὁ ζωγράφος. δένδρα γὰρ ἀνασπάσας τῶν ῥιζῶν, ἀκροατὰς ἄγει ταῦτα τῷ Ὀρφεῖ· καὶ περιίστησιν αὐτῷ. πεύκη τε οὖν, καὶ κυπάριττος, καὶ κλῆθρος, καὶ αἴγειρος αὐτή, καὶ ὅσα ἄλλα δένδρα συμβαλόντα τοὺς πτόρθους, οἷον χεῖρας, περὶ τὸν Ὀρφέα ἕστηκε, id eſt, audet autem etiam quiddam maius pictor. Nam radicitus euulſis arboribus eas ipſas ad Orpheum ducit auditrices, & circum eum conſtituit, vt coronæ ſpeciem præbeant. Pinus igitur & cupreſſus, & alnus, & nigra populus, & omnes aliæ arbores, quotquot ſunt, ramos conferentes, veluti manus, Orpheum circumſiſtunt. Pauſanias Ἠλιακῶν β. narrat Ægyptium quendam ſibi dixiſſe, Amphionem & Orphea magos fuiſſe, atque idcirco hunc feras & arbores: illum ſaxa quibuſdam vocibus, & carminibus, id eſt, ἐπῳδαῖς quoquò voluerint, ducere dictos eſſe. Virgil. Georg. 4. *Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus*. Propert. lib. 3. *Orphea te tenuiſſe feras, & concita dicunt Flumina Threicia detinuiſſe lyra.* De eodem plura lib. 3. epigrammat. Græc. quæ huc aſcribere ſuperuacaneum videtur.

TEMERE] ἀσυλλόγως, αὐτομάτως, ſine ratione, ſua ſponte, & ita mirabiliter: alij paſſim, vulgò.

INSECVTÆ] ſunt, ſubaud.

FLVMINVM LAPSVS] bene, fluminum lapſus. nam labi dicuntur flumina. epiſt. 2. lib. 1. *at ille Labitur & Labetur in omne volubilis æuum.*

BLANDVM ET AVRITAS] blandum ducere, dictum ab Horatio, vt alibi *ſollers ponere*, & *carm. ſæculari.* quo de genere dicemus ad Od. VIII. lib. 4.

AVRITAS] tralatio eſt ab animatis. auritus (inquit Feſtus) vel à magnis auribus dicitur, vel ab audiendi facultate. [Seruius ad illum Virgilij locum Georg. 1. *Auritóſque ſequi lepores:* Profert hunc locum, hæc annotans, auritos, id eſt, maiores aureis habentes. aliter ait Horatius, *Doctum & auritas fidibus canoris Ducere quercus, ſenſum audiendi habenteis.*

QVID PRIVS DICAM] Cùm M. Ant. Muretus hunc locum corruptum eſſe iudicaſſet, cum ita putauit emendandum: *Quid prius dicam? ſolitis parentem Laudibus, qui res hominum, &c.* vt Iouem ipſum parentem nominari intelligamus. quam quidem hominis eruditiſs. coniecturam magnopere probo, eique vt ignoſcatur, vehementer ab omnibus harum litterarum ſtudioſis peto, qui locum perſpicuè corruptum, à libris veteribus deſtitutus ita reſtituit, vt eius diuinatio, niſi nobis libri calamo exarati ſubueniſſent, pro vera ſcriptura haberi poſſit. Ego autẽ antè quàm

A veram ſcripturam in vno codice Vaticano reperiſſem, vulgatam ſic explicari poſſe putabam, *Quid prius dicam ſolitis parẽtum laudibus?* id eſt, quàm ſolitas parentum noſtrorum laudes? laudes porrò parentum intelligebam, non eas, quibus afficiendi ſunt parentes noſtri: ſed quibus illi Iouem afficere ſolebant, & quarum argumentum erat Iupiter, & eis laudes. Itaque Iouem parentum laudes eò appellari arbitrabar, quòd veterum carmina magna ex parte è Iouis laudibus conſtabant: proinde quaſi ita diceret Horat. *Quid prius dicam Ioue,* quem primo loco patres noſtri canere, & laudare ſolebant? vel hoc modo, *Quid prius dicam?* ſcripta hîc interrogationis nota: *ſolitis parentum laudibus*, id eſt, quemadmodum parentes no-

B ſtri Iouem laudare conſueuerunt. dicam, ſubaudi eum, *Qui res hominum ac Deorum, &c.* Quæ idcir eò aſcripſi, vt ſi quis fortè pertinaciùs contendet hunc locum non eſſe corruptum, ei quoque ſatisfactum ſit. Nam ego quidem lectionem ex optimo cod. Vat. erutam ſequor: cuius mihi teſtes ſunt ipſe Muretus, & Federicus Brutius bibliothecæ Vaticanæ cuſtos. Eius autem ſententia perſpicua eſt: *Quid prius dicam ſolitis parentis Laudibus?* id eſt, Quid prius dicam, quàm ſolitas, & vſitatas parentis, nempe Iouis laudes? *Qui res hominum, ac. &c.* In nonnullis libris legitur, *Qui rex hominum, ac deorum*. quam ſcripturam equidem non damno: ſed alteram ſequor, præſertim ab optimis cod. Fulv. Vrſ. vno Vatican. Torneſ.

C confirmatam.

QVI MARE, ET TERRAS] huic loco ſimillimus, ac planè geminus eſt ille ex lib. 3. Od. IIII. *Qui terram inertem, qui mare temperat Ventoſum, & vrbes, regnáque triſtia, &c.* Quidam libri habent *& terram.*

TEMPERAT] moderatur, vel temperatum efficit. vide annotat. ad Od. VIII. ſuprà de hoc verbo.

HORIS] horas hoc loco quatuor anni parteis diſſimileis intellige.

PROXIMOS ILLI TAMEN] nihil eſt Ioui ſecundum: eſt tamen ei Pallas proxima, ſed longo proxima interuallo, ſecundum enim intelligitur, quod ſtatim ſequitur, & adhæret: pro-

D ximum verò, etiam quod longè remotum eſt, dummodo inter duo diſcreta nihil medium interiectum ſit, vt docet Nonius: & annotarat Muret. ſic Virg. lib. 4. Æneid. *Proximus huic, longo ſed proximus interuallo.* & M. Tull. in Bruto: *L. Philippus Antonio proximus accedebat, ſed longo interuallo tamen proximus.* Ita autem proximos Phœbi carminibus eſſe veriſimile eſt, quantumuis magni poëtæ mortalis verſus, cùm Phœbi carminibus comparatos. Sic igitur Virgilianus ille Corydon in Melib. de Codro. *Nam proxima Phœbi Verſibus ille facit.*

PRŒLIIS AVDAX] nota eſt omnibus illa Deorum & gigantum pugna, in qua Bacchus interfuiſſe, cuiúſque magna pars fuiſſe dicitur, vt eſt in Oda XIX. lib. 2. quo loco plura hac de re di-

cemus. Notæ ſunt prætereà Bacchi de Indis victoriæ, ac triumphi. de quibus Diodorus Siculus libr. 5. & Lucianus in eo libr. qui inſcribitur προλαλιά. ἢ Διόνυσος.

Et sævis inimica virgo] Diana venatrix: vt Od. vi. lib. 4. *Deliæ tutela Deæ fugaces Lyncas, & ceruos cohibentis arcu.* Homerus ἰλιάδ. ε. Ἄρτεμις ἰοχέαιρα. quo epithero vritur & Pindarus.

Certa] quæ ſemper id ferit, quod petit. ſic Catull. ad Manlium: *Tempore, quo certa Stymphalia monſtra ſagitta Perculit.*

Pverosqve Ledæ] pueros Græcorum more dixit. nam παῖς ſignificat filium & puerum. ſic Od. xix. *Semeles puer.* & xii. lib. 3. *Cithereæ puer ales.* & de arte poët. *Nec pueros coram populo Medéa trucidet.* ſignificat autem per Ledæ pueros Castorem & Pollucem. Amborum enim vnam eſſe matrem Ledam inter poëtas conuenit: Sed iidem Caſtoris Tyndareum, ſeu Tyndarum, Pollucis Iouem patrem eſſe volunt: vt Pindarus Νεμ. εἰδ. ι. apud quem ſic Iupiter Polluci, Ἐσσί μοι υἱός, τόνδε δ' ἔπειτα, πόσις σπέρμα θνατὸν ματρὶ τεᾷ πελάσαις ἔσταξ' ἥρως, id eſt, Tu mihi filius es: iſtum autem vir heros ſemen mortale cum matri tuæ admouiſſet, conſtituit. Iccircò illum mortalem, hunc immortalem eſſe natum, vt Iouis filiū. Caſtore autem ab Ida (vt ſcribit Pauſanias Meſſenicis, cum quo conſentit Theocrit. Διοσκούροις) vel, vt alij malunt, à Meleagro, vel, vt nonnulli, à Polynice, interfecto, Pollux, cùm ei liceret eſſe immortali, maluit cum fratre Caſtore immortalitatem ſuam communicare, partémque viciſſim mortalis conditionis, quæ illius erat propria, ferre ac ſubire, quàm ſolus immortalitate potiri. quod declarat Pindarus in eo carmine, quod ſuprà proximè commemoraui. μεταμειβόμενοι δ' ἐναλλὰξ ἁμέραν τὰν μὲν παρὰ πατρὶ φίλῳ Διὶ νέμονται· τὰν δ' ὑπὸ κεύθεσι γαίας ἐν γυάλοισι Θεράπνας πότμον ἀμπιπλάντες ὁμοῖον. ἐπεὶ τοῦτον ἢ πάμπαν θεὸς ἔμμεναι, οἰκεῖν τ' οὐρανῷ εἵλετ' αἰῶνα φθιμένου Πολυδεύκης Κάστορος ἐν πολέμῳ. id eſt, Permutantes autem inter ſe alternis diem alium quidem apud carum patrem traducunt, alium ſub terræ latebris in Therapnæ cauitatibus ſortem ſimilem ſubeuntes. Nam hanc vitam maluit Pollux, fratre Caſtore in bello mortuo, quàm prorſus deus eſſe, & in cœlo habitare. ſic & Homer. ὀδυσσ. λ. Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα· Τοὺς ἄμφω ζωοὺς κατέχει φυσίζοος αἶα· Οἳ καὶ νέρθεν γῆς τιμὴν πρὸς Ζηνὸς ἔχοντες Ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε Τεθνᾶσι, τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσι. Dicuntur autem ambo nihilominus Διόσκουροι. & in carmine illo Homerico in Διοσκούρους, perſpicuè vterque dicitur eſſe à Ioue procreatus: Τοὺς ὑπὸ Ταϋγέτου κορυφῇ ὄρεος μεγάλοιο Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι κελαινεφεῖ Κρονίωνι Σωτῆρας τέκε παῖδας ἐπιχθονίων ἀνθρώπων. à quo nihil diſcrepat Theocritus Διοσκούροις.

Hvnc eqvis, illvm] hunc equitem nobilem & victorem, videlicet Caſtorem: illum pugilem præſtantiſſimum, nempe Pollucem. ſic Satyr. 1. lib. 2. *Caſtor gaudet equis, ouo prognatus eodem Pugnis.* & Hom. vt ſup. diximus. Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα.

Qvorvm simvl alba navtis] id eſt, ſimulátque Caſtoris & Pollucis ſidus nautis apparuit, &c. quod amicum appellat Od. x. epod. *Nec ſidus atra nocte amicum appareat*, proptereà quòd ſit nautis ſalutare, periculúmque abeſſe ſignificet. & ſup. Od. 3. lucida ſidera nominat. *Sic te diua potens Cypri, Sic fratres Helenæ lucida ſidera, Ventorúmque regat pater, &c.*

Defl. sax. agitatvs hvm. &c.] tale eſt illud Od. viii. lib. 4. *Clarum Tindaridæ ſidus ab infimis Quaſſas eripiunt æquoribus rateis.* ſic & Hom. vel aliquis alius in carmine illo εἰς Διοσκούρους· Αὐτίκα δ' ἀργαλέων ἀνέμων κατέπαυσαν ἀέλλας, Κύματα δ' ἐστόρεσαν λευκῆς ἁλὸς ἐν πελάγεσσι, Ναύταις σήματα καλὰ πόνου σφίσιν· οἱ δὲ ἰδόντες Γήθησαν, παύσαντο δ' ὀϊζυροῖο πόνοιο. quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt: Statim autem ſæuorum ventorum procellas compreſſerunt. fluctus maris ſtrauerunt, nautis ſigna læta laboris: illi autem vt viderunt, lætati ſunt & finem metuendi ac laborandi fecerunt. & Pindarus Πυθ. εἰδ. ε. εὐδίαν ὃς μετὰ χειμέριον ὄμβρον τεὰν καταιθύσσει μάκαιραν ἑστίαν. Et Theocr. multo apertius, Διοσκούροις: Ἀλλ' ἔμπης ὑμεῖς γε καὶ ἐκ βυθοῦ ἕλκετε νῆας Αὐτοῖσιν ναύταισιν ὀϊομένοις θανέεσθαι· Αἶψα δ' ἀπολήγοντ' ἄνεμοι, λιπαρὰ δὲ γαλήνα Ἀμπέλαγος, νεφέλαι δὲ διέδραμον ἄλλυδις ἄλλαι. Ἐκ δ' ἄρκτοι τ' ἐφάνησαν, ὄνων τ' ἀνὰ μέσσον ἀμαυρὴ Φάτνη, σημαίνοισα τὰ πρὸς πλόον εὔδια πάντα. quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt. Attamen vos ex imo maris fundo naueis trahitis vnà cum ipſis nautis iamjam ſeſe interituros putantibus. Statim autem quieſcũt venti, optata autem & nitida tranquillitas per totum mare permanat, nubes aliæ aliò diſſipantur. vrſæ ſeſe aperiunt, ac patefaciunt, & aſinorum præſepe obſcurum, ſignificat omnia ad nauigationem eſſe parata, atque expedita. *Defluit ſaxis*, pro, *fluit de ſaxis*, Horatianum: de quo alibi.

Concidvnt venti] tale illud Virgilianum putat eſſe Germanus Valens, *Sic cunctus pelagi cecidit fragor.* Æneid. 1.

Et minax (qvòd sic volvere)] ſic reperi ſcriptum in cod. Faërni, Vrſin. & duob. Vatic. Donati autem liber habet, quia ſic. Torn. nam ſic: quæ idem valent.

Recvmbit] ſternitur, exæquatur, ſedatur, quieſcit, εὐνάζεται, στορέννυται.

Romvlvm post hos privs] qui pluta de Romulo & Numa Pompilio ſcire volet, legat Liuium lib. 1. & Plutarch. in Rom. Verumtamen hæc pauca ex Liuio huc aſcribam: *Ita duo deinceps reges alius alia via, ille bello, hic pace, ciuitatem auxerunt: Romulus ſeptem & triginta regnauit*

uit annos: Numa treis & quadraginta. Tum valida, tum A *temperata & belli & pacis artibus erat ciuitas.*

An ſvperbos Tarqvini faſceis] id eſt, an ſuperbum Sext. Tarquinij Imperium. Alij exiſtimant ſignificari Iunium Brutum, quia (inquiunt) Tarquinio exacto, cùm ſtatim L. Tarquinius ſe conſulatu abdicaſſet, faſces penes vnum Brutum remanſerunt. alij, vt Porph. & Acron, Tarquinium Priſcum: & ſuperbos faſceis interpretantur magnificos, glorioſos, & præſtanteis. ſic ſup. Od. xi. *Atridas ſuperbos* dixit & infr. Od. xxxv. *ſuperbos triumphos*. & Od. 4. lib. 2. *pauimentum ſuperbum*. & Virgil. Æneid. 6. *animámque ſuperbam Vltoris Bruti.*

An Catonis nobile lethvm] M. Tull. epiſt. ad Pap. Pætum, *Ceteri quidem, Pompeius, Lentulus tuus, Scipio, Afranius fœdè perierunt: at Cato præclarè.* B Plutarch. ſcribit, Catonem, cùm audiſſet, Scipionem, Afranium, Iubam à C. Cæſare deuictos eſſe, ſeſe Vticæ gladio percuſſiſſe, & cùm filij interuentu prohibitus eſſet, vulnúſque curari cœptum eſſet, intereà dum curaretur, vulnus obligatum reſcidiſſe, atque ita animam efflaſſe. Laudat etiam offic. 1. genus hoc mortis M. Tull. & Hor. Od. 1. lib. 2. *Et cuncta terrarum ſubacta, Præter atrocem animum Catonis.*

Regvlvm] de Regulo lege Oden v. lib. 3. & offic. lib. 1. & 3. & orat. in Piſonem. quo loco ita de Regulo: *Nec mihi ille M. Regulus, quem Karthaginienſes reſectis palpebris illigatum in machina* C *vigilando necauerunt, ſupplicio videtur affectus, &c.* & pro Sextio: *Tu mihi etiam M. Atilium Regulum commemoras, qui redire ipſe Karthaginem ſua voluntate ad ſupplicium, quàm ſine ijs captiuis, à quibus ad ſenatum miſſus erat, Romæ manere maluerit.*

Scavros] cùm Scaurorum in primis nobilis & clara virtus in rep. adminiſtranda extiterit, tùm ſingularis fuit M. Scauri grauitas & conſtantia, qui cùm accuſaretur à Q. Vario Hiſpano, quòd ſocios ad arma concitaſſet, ita cauſam egit ſuam. *Q. Varius Hiſpanus M. Scaurum principem ſenatus arguit ſocios ad arma concitaſſe: M. Scaurus princeps ſenatus negat: teſtis nemo: utri vos Quirites credere debetis?* quibus auditis abſolutus eſt. hunc commemorat M. Tul. epiſt. lib. 1. ad App. cuius prin- D cipium eſt *Periucunda:* & lib. 1. de orat. & in Bruto, & orat. pro Fonteio.

Animæqve magnæ prodigvm Pavllvm] qui animam, id eſt, vitam pro rep. profudit. Paullum igitur Æmilium ſignificat, Terentii Varronis collegam: quibus conſulibus, ac ducibus maximam cladem ad Cannas accepit ab Annibale populus Rom. eo enim prœlio cæſa ſunt xlv. Romanorum millia cum Paullo Conſule, & lxxx. ſenatoribus: xxx. partim conſularibus, partim prætoriis, partim ædilitiis. vide Liuium lib. 22. Quòd autem ad *magnam animam* attinet, magnorum virorum magnas animas eſſe credibile eſt. Itaque per magnas animas, magnarum animarum, ſeu magnorum animorum viros intelligere debemus.

Fabriciúmqve] M. Tull. offic. 3. tradit, perfugam quendam, qui à Pyrrho in caſtra Fabricij venerat, eique pollicitus erat, ſi præmium ſibi propoſuiſſet, ſe vt clàm veniſſet, ſic clàm in Pyrrhi caſtra rediturum, & eum veneno necaturum, à Fabricio cum cuſtodia ad Pyrrhum eſſe remiſſum. Plutarchus autem in Pyrrho ſcribit, epiſtolam à medico ad Fabricium eſſe miſſam, in qua promitteret ſe veneno regem necaturum, ſi ſibi Romani ſui facinoris præmium pollicerentur. Fabricium autem offenſum hominis iniuſtitia, collega in eandem ſententiam adducto; ad Pyrrhum litteras miſiſſe, quibus eum moneret, vt ſibi caueret. Plutarchi verba ſunt hæc: Ἧκεν ἀνὴρ εἰς τὸ στρατόπεδον πρὸς Φαβρίκιον ἐπιστολὴν κομίζων, ἣν ἔγραψεν ὁ τοῦ βασιλέως ἰατρὸς ἐπαγγελλόμενος ἀναιρήσειν τὸν Πύρρον, εἰ χάρις αὐτῷ παρ' ἐκείνων ὁμολογηθείη λύσαντι τὸν πόλεμον ἀκινδύνως. Ὁ δὲ Φαβρίκιος δυσχεράνας πρὸς τὴν ἀδικίαν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὸν συνάρχοντα διαθεὶς ὁμοίως, ἔπεμψε γράμματα πρὸς τὸν Πύρρον κατὰ τάχος φυλάττεσθαι τὸν κίνδυνον κελεύων. hunc eundem Fabricium ſcribit ibidem Plutarchus, aurum à Pyrrho oblatum accipere noluiſſe, & cùm die poſtero Pyrrhus iuſſiſſet elephantum (quod animalis genus numquam ille anteà viderat) à Fabricij tergo aulæo interiecto collocari, deinde aulæo ſublato, elephantus ille ſupra Fabricij caput, immanem, atq; horribilem vocem miſiſſet, dixiſſe neque heri ſe ab auro eſſe corruptum, neque hodie à fera exterritum.

Hvnc] Fabricium.

Et incomtis Cvrivm] M. Tullius ſcribit in Catone maiore, Curio ad focum ſedenti magnum auri pondus cùm Samnites attuliſſent, ab eo repudiatos eſſe. non enim aurum habere præclarum ſibi videri dixit, ſed eis, qui haberent aurum, imperare. [Incomtis autem laudis cauſa poſuit, quemadmodum contrà turpe habebatur calamiſtratam comam habere: vt notat Seruius ad illud Virg. Æn. xii. *crines Vibratos calido ferro:* & profert hunc locum.]

Camillvm] L. Furius Camillus, cùm ei dies à L. Apuleio tribuno pl. dicta eſſet, in exſilium ſua voluntate abiit: idem Roma à Gallis capta, abſens & exſul conſul creatus, Gallis in auro appendendo iam occupatis, cum exercitu interuenit, eóſque ſexto poſt Romam captam menſe, ex Italia expulit.

Sæva pavpertas] χαλεπή, ἀργαλέη: aſpera, & perpeſſu difficilis. ſic χαλεπότητα ſæuitiam Latinè reddidimus apud Ariſt. in libr. de moribus, quos annis ſuperioribus in lucem edidimus. Heſiodus paupertatem, χαλεπὴν appellat ἔργ. καὶ ἡμ. Ἀλλὰ χαλεπὴν πενίην. idem ibidem. οὐλομένην θυμοφθόρον, ſine coniunctione: id eſt, perditam, ſeu peſtiferam, & animi corruptricem. & Item Theognis: θυμοφθόρον ſimpliciter. Horat. epiſt. 2. lib. 2. audacem *paupertas impulit audax, Vt verſus facerem.* Plutarchus lib. περὶ φιλοπλουτ. quanta ſit paupertatis ſæuitia declarat his verbis:

Οἱ μὲν γὰρ πένητες οὐ τρέφουσι τέκνα, φοβούμενοι μὴ χεῖρον, ἢ προσήκει, τραφέντα δουλοπρεπῆ καὶ ἀπαίδευτα, καὶ τῶν καλῶν πάντων ἐνδεᾶ γένηται. τὴν γὰρ πενίαν ἔσχατον ἡγούμενοι κακὸν οὐχ ὑπομένουσι μεταδοῦναι τέκνοις, ὥσπερ τινὸς χαλεποῦ καὶ μεγάλου νοσήματος, id eſt, Nam pauperes, liberos à ſe procreatos oon alunt, metuentes ne deterius quàm conuenit, educati, ſeruilem in modum humiles atque abiecti, & indocti, & rerum omnium honeſtarum expertes euadant. Paupertatem enim malorum omoium extremum arbitrantes, à ſe impetrare non poſſunt, vt eam filiis ſuis impertiantur, tanquam morbum quendam ſæuum, grauem, ac difficilem. Hunc locum mihi indicauit Germ. Valens. A B

TVLIT] protulit, extulit.

ET AVITVS APTO CVM LARE FVNDVS.] fundus non emptus, ſed à maioribus acceptus, cum domo non ſumptuoſius, nec magnificentius, quàm fundi fructus ferrent, aut quàm fundum deceret, exſtructa.

CRESCIT OCCVLTO VELVT, &c.] Hæc videntut eſſe ex Pindaro ſumpta, & imitata, vt iodicauit mihi Scaliger, Nem. ᾠδ. η. Αὔξεται δ' ἀρετὰ, χλωραῖς ἐέρσαις ὡς ὅτε δένδρον ἀΐσσει, &c. id eſt, Creſcit autem virtus, vt cùm atbor recentibus & virideis herbas elicientibus toribus, ſurgit, &c.

FAMA MARCELLI] M. Claudium Marcellum ſignificari vulgò exiſtimant, qui Gallos Inſubres Viridomaro eorum duce ſuperauit: qui Syracuſas expugnauit: qui quinquies conſul fuit: poſtremò qui cum collega ſpeculandi cauſa è caſtris egreſſus ab equitatu Annibalis circumuentus, & occiſus eſt. Quem cùm interfectum eſſe audiſſet Annibal (vt ſcribit Plutarc. in eius vita) ipſe ad locum, in quo exanimis iacebat, accurrit, mortuo diu aſtitit: ſtaturam, & formam corporis diligenter & attentè conſiderauit, neque hoſte tam infeſto ac moleſto ſublato, aut vocem arrogantiorem miſit, aut lætitiam immoderatam vultu ſignificauit: ſed mortis caſum inopinatum miratus, annulum quidem ei de digito detraxit, corpus autem honorifieo & inſigni veſtitu ornatum, comburendum curauit, cineréſque in vrna argentea conditos, impoſita etiam aurea corona, ad eius filium miſit. De eodem M. Tull. lib. 4. accuſat. cùm alia multa, tum hæc quoque valde hooorifica commemorat. *Nemo ferè veſtrûm eſt, quin quemadmodum capta ſint à M. Marcello Syracuſæ, ſæpe audierit, nonnunquam etiam in annalibus legerit. Conferte hanc pacem cum illo bello, huius prætoris aduentum cum illius imperatoris victoria, huius cohortem impuram cum illius exercitu inuicto, huius libidines cum illius continentia: ab illo qui cepit, conditas: ab hoc, qui conſtitutas accepit, captas dicetis Syracuſas.* Ego M. Marcellum Octauiæ filium ſignificari puto: & ita Porphir. de quo & Virgilius libr. III. *Tu Marcellus eris.* & Paterculus poſteriote volumine. C D

IVLIVM SIDVS] Iulium Cæſatem in Deorum numerum relatum accipe. Creditum eſt enim ſtellam illam comatam, quę noċteis ſeptem fulſit, Cæſaris animum fuiſſe in cælum ſubuolantem, de qua ſic Plutarch. Ἐφάνη γὰρ ὅτι νύκτας ἑπτὰ μετὰ τὴν Καίσαρος σφαγὴν διαπρεπὴς μέγας κομήτης. id eſt viſus eſt enim noċteis ſeptem poſt Iulij Cæſaris cædem ſtella comata, illuſtris & magna. Virgil. Mœr. *Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum.*

TV SECVNDO CÆSARE REGNES.] ita diuiſum ſit inter te, & Cæſarem Auguſtum mundi totius Imperium, vt tu in cælo regnes: Cæſar orbem terrarum & res humanas moderetur, & procuret.

ILLE, SEV PARTHOS] Parthos Auguſtus non domuit, ſed pacem cum eis fecit. Illi enim ſigna militaria tùm ea, quæ Craſſus, tùm ea, quæ Antonius amiſerat, Auguſto repoſcenti reddiderunt. vide annot. ad Od. xv. lib. 4.

LATIO IMMINENTEIS] Italiæ inſidianteis, & malè cogitanteis. Virgil. lib. 10. Æn. *muris iterum imminet hoſtis Naſcentis Troiæ.*

ORIENTIS ORÆ] ſic habent cod. Iann. Faër. Vrſini, duo Vat. Torn. & Ruſſard. Nicot. Cleric.

EGERIT] duxerit. neque quicquam refert vtrùm Auguſtus ipſe de Parthis triumpharit, an eo vel imperante, & principatum obtinente, vel conſule, vel auſpice, alij Parthos in triumphum duxerint.

TE MINOR, &c.] quantumuis magnas res geſſerit, æquo animo tamen, te inferior terrarum Imperium obtinebit: tu autem in cælo regnabis.

LATVM REGET] nonnulli veteres codices, & quidem non pauci, habent *latum.*

ÆQVVS] æquo animo, vt Od. xxix. lib. 3. *quod adeſt, memento Componere æquus.*

TV GRAVI CVRRV QVATIES] tale illud eſt Ode xxxiiii. huius libri. *namque Dieſpiter Igni coruſco nubila diuidens Plerumque per purum tonanteis Egit equos, volucrémque currum.*

TVRNÊBVS.

Q*Vem virum aut heroa*) Ex Pindaro *temerè inſecutæ*) vulgo & paſſim ſequutæ ex illis montibus ſiluoſis Zonem vſque. Vbi in orbem ſitæ arbores viſebantur, quæ audierant Orpheum canentem. Infrà,

Cur non ſub alta vel Platano, vel hac
Pinu iacentes ſic temerè. Nonnunquam temerè eſt ſine arte. Liuius, *Itaque ingens vis coacta nauium eſt, Lintriúmque temerè ad vicinalem vſum paratarum. Qui res hominum, ac deorum*) Romani ab Ioue preces auſpicari ſolebant, ac in tutela trium ouminum præcipuè Roma erat Iouis, Iunonis, Palladis. quæ, quicunque tandem eſt auctor orationis illius, quæ inſcribitur antequam Cicero in exilium abiret, nominat. Hic Iuno tacetur, Pallas

Pallas mox Ioui ſubijcitur. *Metuende certa*) Non ſolùm quòd Niobes liberos interfecerit, verùm etiam quòd eius iaculis figi homines in peſte Hometus ſcribit libro primo Iliad. *Apto cum lare*) modico, tenui, adſtricto. Sic aptum verbis dicit Thucydidem Cicero: Sic Catullus aptas ſacinulás & expeditas. *Graui curru quatiens*) Erant in faſtigio Capitolini templi quadrigæ fictiles candidæ, quibus inſidebat Iuppiter, currúque eum per aërem ferri cenſebant ingenti pernicitate: Hinc prouerbium, *Nunquam pol indipiſces quadrigis albis poſtea*, id eſt, non ſi tibi Iouis currus contingat. Quòd aliter tamen ab Eraſmo exponitur. Ex eadem opinione, curru per aërem inuehi Iouem putabant fulgentem & tonantem. Infrà,

– námque Dieſpiter
Igni coruſco nubila diuidens
Plerumque per purum tonantes
Egit equos, volucrémque currum.

Tu parum caſtis.) ad ſanciendam legem Iuliam de adulteris, *lucos parum caſtos fulmine cur tanges?* In lucis autem, quo tempore in iis ſacra fiebant, etiam quidam ſcortari ſolebant.

Ex Aduerſ. lib. 11. cap. 28. Cur acrem tibiam dixit Horatius? nempè quòd cùm lyræ ſonus dulciſſimus ſit, tibiæ vehementior eſt & acutior & vlulantior magiſque tinnulus. Idcircò acris tibia dicta eſt, cuius epitheti proprietatem & Fabius in Flacco obſeruauit,

Vnde vocalem temere inſecutæ
Orphea ſiluæ. Temerè, valet vulgo paſſim: alio loco, fortuitò, negligenter.

Cur non ſub alta vel platano, vel hac
Pinu iacentes ſic temerè. Temerè eſt ſine arte. Liuius, *Itaque ingens vis coacta nauium eſt, lintriúmque temerè ad vicinalem vſum paratarum.* E montibus autem illis ſiluoſis arbores Zonem vſque Orpheum erant ſecutæ: Illic autem in amphitheatri orbem Orpheum canentem audientes cinxerant, vnde & loco nomen.

Ex aduerſ. lib. 19. cap. 29. Cùm eſſet propoſitum Horatio vno carmine Laudem hominum, heroum, deorúmque concinere, itáque ſe facturum pollicitus eſſet non vt propoſuerat, ab hominibus profectus eſt, ſed à diis exorſus & ad horas progreſſus, ad homines tandem, eóſque Romanos gradatim deſcendit. More autem maiorum ab Ioue Opti. Max. cœpit, à quo ſolemnis incipiebatur precatio è ritu. Quod ad Oratores quoque peruenerat vetuſtos, qui Iouem Opti. Maxi. ſuarum orationum exordiis appellare præfarique ſolebant. ait igitur Horatius,

Quid prius dicam ſolitis parentum
Laudibus? vt veteres Grammatici legunt: vel vt Lambinus *parentis*. Vt igitur Maiores ab Ioue, ſic ipſe auſpicatur. in trium autem numinum tutela erat Roma Iouis, Iunonis, Mineruæ: Iouis primum, & Mineruæ mox meminit: Iunonis mentionem non facit. Obſeruan-

A dum autem eſt, eos ab illo deos cantari, qui Iouis liberi ſunt & progenies, vt Minerua, Liber pater, Diana & Apollo, Hercules, Caſtor & Pollux. Sed hi tres iam heroes nominandi ſunt. *Alba* autem *ſtella* non alia profecto fuerat, quàm candida, fœlix & proſpera. Sunt enim Caſtores propitij & ſalutares nauigantibus, vt deluſa credidit antiquitas. Vt atrum contrà noxium inauſpicatum, infœlix, malum; vt lib. 3. Od. 1.

Poſt equitem ſedet atra cura. niſi ſi quis albam ſtellam ſimpliciter ad colorem candorémque referendum putet.

– tibi cura magni
Cæſaris fatis data, cùm ait, id ex antiquorum
B opinione poſuit, qui cenſebant Imperatores & reges in tutela & procuratione Iouis eſſe. Callimachus de Ioue,

–σὺ δ' ἐξέλεο πτολιάρχους
αὐτούς. Iterum.
Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες, ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτος
Θειότερον. Vt enim homines militares in Martis eſſe ditione & poteſtate dicuntur: opifices, Mineruæ: ferrarij, Vulcani: Sic in ditione & pietate Iouis ſunt vrbium & imperiorum præſides regéſque.

Tu graui curru quaties olympum. id eſt, tu tonabis. Nam cùm tonabat, Iouem putabant graui curru cœlo inequitare. Hinc illud, libr. 1.
C Od. 34.

– námque Dieſpiter
Igni coruſco, nubila diuidens
Plerumque per purum tonantes
Egit equos, volucrémque currum.

Ex lib. 9. cap. 9. Veterum opiniò erat Iouem, cùm tonabat & fulminabat, in nubem eam vnde fragor ille tumultuabatur, miſcebatur & fremebat, & iactus fulminum cadebat, currum agitantem deſcendiſſe, vt inde velut ictum deſtinaret, & agitatione currus ſonitum excitaret. Hinc illud Horatianum,

Tu graui curru quaties olympum. & alio loco

– namque Dieſpiter
D *Igni coruſco, n. d.*
p. p. p. tonantes,
Egit equos volucrémque currum.

Ex aduerſ. lib. 24. cap. 31. Scripſit Horatius, *Tu graui curru quat. Olym.* & curru per altum inuehi Iouem credebant cùm tonabat aut fulgebat Horatius,

– námque Dieſpiter
Igni c. n. d.
p. p. p. t.
Egit equos volucrémque currum.

Ex libro 29. capite 29. *Tu parum caſtis inimica mittes.*

Fulmina lucis, id eſt, tu fulminabis: nam tonare & fulminare Iouem credebant. cumque fulmina mitteret in periuros & implos,

tum verò non rarò iratum credebant lucis pollutis & profanatis ea iaculari. vt cum fulmina caderent, argumentum eſſe violati & contaminati loci ſacri. & irati eo nomine dei. quamquam interdum faciles dij erant, nec lucos ſacros violantes vindicabant. Maro,

Nouimus & qui te tranſuerſa tuentibus hircis,
Et quo, ſed faciles nymphæ riſêre ſacello. Quod de violato luco Donatus rectè interpretatur. Senſus igitur, Si parum caſti ſunt luci, tu eorum religionem ſancies iactis fulminibus. Quo ſanè modo *Lucu caſtu* abſolutè accipimus: vel dicendum, in ipſos pollutos mittes lucos: atque eorum de cœlo tractu indicabis te iraſci & parum caſtè lucos coli. Quem ſenſum ſequitur Acro, qui ſcribit, & pontificum & Aruſpicum libris nunquam fieri fulmina, niſi in lucis pollutione aliqua alienis.

Ex 25. lib. Aduerſ. cap. 14. In lucos parum caſtos fulmina mittere cenſebatur Iupiter, qua ex opinione Flaccus ſcripſit,

Tu parum caſtu s. m.
Ful. lucos.

AD LYDIAM.

Ode 13.

ARGVMENTVM.

Dolet ſibi Telephum anteponi.

CVm tu Lydia Telephi
Ceruicem roſeam, cerea Telephi
Laudas brachia: væ, meum
Feruens difficili bile tumet iecur.
Tunc nec mens mihi, nec color
Certa ſede manent. humor & in genas
Furtim labitur, arguens,
Quàm lentis penitus * *macerer ignibus.*
Vror, ſeu tibi candidos
Turparunt humeros immodicæ * *mero*
Rixæ: ſiue puer furens
Impreſſit memorem dẽte labris notam:
Non, ſi me ſatis audias,
Speres * *perpetuum, dulcia barbarè*
Lædentem oſcula, quæ Venus
Quinta parte ſui nectaris imbuit.
Felices ter, & amplius,
Quos irrupta tenet copula: nec malis
Diuulſus querimoniis,
Suprema citius ſoluet amor die.

A CVM TV LYDIA] Hoc vnum eſt ex iis, quæ valdè mordent, & vrunt amantem, ſi amica vel illo audiente, riualem laudet, vel eo excluſo, hunc intromittat, vel denique aliquam rem huic gratificetur, quam illi deneget, cuius rei elegans exemplum eſt id, quod in Eunucho paraſitus ſuadet militi: *Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam Continuò: ſi quando illa dicet, Phædriam Intromittamus comiſſatum. tu Pamphilam Cantatum prouocemus, &c.*

CERVICEM ROSEAM] ſic Virgil. lib. 1. Æneid. *Dixit: & auertens roſea ceruice refulſit.*

CEREA] vel ſolida, vel polita & ſine rugis, vel flexibilia, vel candida, vel tenera, & ita pulchra. ductum fortaſſe à cereis imaginibus, quas habebant Romani veteres in atriis. [Seruius ad
B illud Virg. Alex. *Addam cerea pruna*: notat hæc, *aut cerei coloris, aut mollia.* Horat. *cerea Telephi laudas brachia, &c.*]

BILE TVMET IECVR] iecur, ſedes eſt libidinis, non iræ. Idque ita eſſe volunt ij, qui animi parteis ſua quaſque in ſede collocatas eſſe dicunt, vt Plato. quam ſententiam ſequitur & Horat. alio loco, vt Ode 1. lib. 4. *Si torrere iecur quæris idoneum*: ad quem locum plura dicemus. cur igitur hoc loco diſſidet à ſeipſo, neque ſibi conſtat? Poëtæ ſunt liberiores, quàm Philoſophi, & maiore ex parte ſequuntur ſenſum vulgi, & opinionem popularem. Et fortaſſe hac in re Archilochum imitatus eſt, vt aliis in rebus. cuius extat hic verſiculus apud Athen. lib. 3. χολὴν γὰρ οὐκ
C ἔχεις ἐν ἥπατι. Satyr. IX. lib. 1. *meum iecur vrere bilis*. Germanus Valens putabat hoc etiam dici poſſe, ad κύστιν χοληδόχον, id eſt, fellis receptaculum, ſeu lienem, Horatium ſpectaſſe: qui ſine dubio hepati adiunctus eſt: & pro humoris copia, aut paucitate, intumeſcit, aut extenuatur, ac minuitur. Atque iccirco tumere bile iecur dixit Horatius: quemadmodum Homerus ἰλιάδ. ι. mentem etiam prudentium ira intumeſcere dicit, his verſibus, Ἀλλ' ὅτε δὴ Μελέαγρον ἔδυ χόλος, ὅς τε καὶ ἄλλων Οἰδάνει ἐν στήθεσσι νόον, πύκα περ φρονεόντων: non quòd mens tumeat ira, ſed quod fel, quod iecori proximum locatum eſt, vt ſanguinem impurum, & bilioſum exciperet, immoderata bilis copia dilatetur, ac turgeſcat. Virg.
D quidem Æn. 8. perſpicuè iram in felle poſuit, ibi. *Alcidæ furiis exarſerat atro Felle dolor*: ſimúlque qualis bilis ſit natura oſtendit, verbo, *exarſerat*. At Homerus eodem lib. ſub perſona Achillis, cor, ſedem eſſe iracundiæ videtur ſentire. Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, &c. id eſt, vt M. Tull. vertit. Tuſcul. quæſt. lib. 3. *Corque meum penitus turgeſcit triſtibus iris.* ſic & Virg. lib. 6. Æn. *tumida ex ira tum corda reſidunt.*

TVNC NEC MENS MIHI] hæc ſunt amoris indicia. quibus alia quædam adijcit Od. 1. lib. 4. *Sed cur, heu, Ligurine cur Manat rara meas lacryma per genas? Cur facunda parum decoro Inter verba cadit lingua ſilentio?* Od. XI. epod. *conuiuiorum & pœnitet, In queis amantem, & languor, & ſilentium Arguit, & latere petitus imo ſpiritus.* ſed longè plura eaque

ta eáque certiora eruditiſſima fœmina Sappho poſuit in molliſſimo illo, & politiſſimo carmine, quod Franciſcus Portus Græcorum hominum, qui hodie viuunt, mea quidem ſententia, longe doctiſſimus, emendauit. Ὡς ἴδον γὰρ σε, βραχέως μοι αὐδᾶς Οὐδὲν ἔτ' ἥκει· Ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσ' ἔαγ', ἂν δὲ λεπτὸν Αὐτίκα χρῷ πῦρ Ὑποδεδρόμακεν. Ὀμμάτεσσιν δ' οὐδὲν ὄρημι, βομβεῦ-Σιν δ' ἀκοαί μοι· Κὰδ δ' ἱδρὼς ψυχρὸς χέεται, τρόμος δὲ Πᾶσαν αἱρεῖ, χλωροτέρη δὲ ποίας Ἔμμι, τεθνάκη δ' ὀλίγω δεύσα φαίνομαι ἄπνους. Quod totum expreſſit Catull. ad Leſbiam: *nam ſimul te, Leſbia, aſpexi, nihil eſt ſuper mi, * Lingua ſed torpet, tenuis ſub artus Flamma dimanat, ſonitu ſuopte Tinniunt aures, gemina teguntur Lumina nocte.* Plutarchus autem in Demetrio narrat, Eraſiſtratum medicum ex his amoris affectibus, & indiciis non ſolùm collegiſſe, ac deprehendiſſe Antiochi morbum, qui ex amore natus erat: ſed etiam, cuius amore captus eſſet, cognouiſſe. Plutarchi verba ſunt hæc: τῆς δὲ Στρατονίκης καὶ καθ' ἑαυτὴν καὶ μετὰ τοῦ Σελεύκου φοιτώσης πολλάκις, ἐγίνετο τὰ τῆς Σαπφοῦς ἐκεῖνα περὶ αὐτὸν πάντα· φωνῆς ἐπίσχεσις, ἐρύθημα πυρῶδες, ὄψεως ὑπόπηξις, ἱδρῶτες ὀξεῖς, ἀταξία καὶ θόρυβος ἐν τοῖς σφυγμοῖς, τέλος τῆς ψυχῆς κατὰ κράτος ἡττωμένης ἀπορία καὶ θάμβος, καὶ ὠχρίασις: id eſt, Stratonica autem (hæc erat Antiochi nouerca, quam ille amabat) & ſola, & cum Seleuco ſæpe ad Antiochum eunte, exſiſtebant in eo omnia illa, quæ Sappho ponit, amoris indicia? vocis compreſſio, & hæſitantia linguæ: rubor igneus: oculi in terram defixi, ſodores acres & celeres, inæqualitas, & perturbatio in pulſibus, ad extremum animo oppreſſo, & ſuccumbente, conſilij inopia, & ſtupor, & pallor. [Sed non eſt ſilentio prætereundum, in verbis Plutarchi Guliel. Caorerum lib. nouarum lect. 5. cap. 28. pro ὑπόπηξις, quod feci ex corrupto ὑπόδειξις, conſtanter aſſeuerate (eius enim ſunt verba) ſcribendum ὑπολείψεις, id eſt, quaſi defectiones. At ego ὑπόπηξις legendum arbitrabar, id eſt, ſtupor, ſeu torpor, vel ὑπότηξις, id eſt, liquefactio ſeu tabes. Quòd ſi neutrum horum placeat, malim ſcribi ἐπιλήψεις, ſeu ἐπιλείψεις, numero multitudinis. Verumtamen iudicent eruditi. Nam quod ad me attinet, Canteri coniecturam, vt probabilem, & ingenioſam, valdè laudo.] Simile illud eſt Simæthæ apud Theocritum Daphnidis amore captæ, eiúſque aſpectu perturbatæ, & perculſæ: πᾶσα μὲν ἐψύχθην χιόνος πλέον, ἐκ δὲ μετώπω Ἱδρώς μευ κοχύεσκεν ἴσον νοτίαισιν ἐέρσαις. Οὐδέ τι φωνᾶσαι δυνάμαν, οὐδ' ὅσσον ἐν ὕπνῳ Κνυζεῦνται φωνεῦντα φίλαν ποτὶ ματέρα τέκνα. Ἀλλ' ἐπάγην δαγῦδι καλὸν χρόα πάντοθεν ἴσα. quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt: tota quidem niue frigidior effecta ſum: ex fronte autem ſudor multus manabat roſtris auſtralis inſtar. Neque quicquam eloqui, immò ne vocem quidem mittere poteram, ne tantam quidem, quantam pueri dormientes ad matrem optatam, quaſi gannientes, edere ſolent: ſed obrigui toto corpore, & congelaui, vt glacies. Lucianus quoqoe in eo dialogo, qui Ζεὺς τραγῳδὸς inſcribitur, ſimilia quædam profert: τὰ σημεῖα γὰρ ταῦτα, οἱ στεναγμοί, καὶ τὰ δάκρυα, καὶ τὸ ὠχρὸν εἶναι, οὐκ ἄλλου τινὸς, ἢ ἐρωτός ἐστι. & Apollonius lib. 3. argonaut. de Medea: Ἐκ δ' ἄρα οἱ κραδίη στηθέων πέσεν, ὄμματα δ' αὔτως Ἤχλυσαν, θερμὸν δὲ παρηίδας εἷλεν ἔρευθος, Γούνατα δ' οὔτ' ὀπίσω, οὔτε προπάροιθεν ἀεῖραι Ἔσθενεν, ἀλλ' ὑπένερθε πάγη πόδας. quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt. Cor igitur ei ex præcordiis excidit, oculi caligarunt, rubor genas occupanit, genua neque in anticam, neque in poſticam partem attollere poterat, ſed protiùs ei pedes obriguerunt. Ne Valerij Æditui quidem poetæ veteris verſus, quos profert Aul. Gell. lib. 19. cap. 9. ab hoc loco, & hac ſententia alieni ſunt. *Dicere cum conor curam tibi Pamphila cordis, Quid mi abs te quæram: verba labris abeunt: Per pectus miſerum manat ſubitò mihi ſudor: Si tacitus ſubidus, duplo ideò pereo.*

Certa sede manent] ſic cod. Don. Faër. duo Vatic. Torneſ.

Argvens] indicans. Virg. Æneid. 4. *Degeneres animos timor arguit.* & Horat. epiſto. ad Mæcenat. 3. lib. 1. *Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus.* id eſt, eo, ipſo, quòd Homerus multus eſt in vino laudando, indicat ſe vinoſum fuiſſe.

Qvam lentis penitvs macerer] quanto ſunt amoris flammæ languidiores, tanto & grauior morbus eſt, & longior. nam neque amans ita affectus conualeſcere poteſt, niſi re adamata potiatur: neque vel metu, vel pudore deterritus, potiendi viam ſibi expedire, neque languens interire.

Macerer] tabeſcam, liqueſcam, cōſumar: vt Od. xiiii. epod. *me libertina nec vno Contenta Phryne macerat.* Lucret. lib. 3. Prœm. *Macerat inuidia ante oculos illum eſſe potentem, &c.*

Immodicæ mero Rixæ] rixæ ob vinum vltra modum progredientes.

Pver fvrens] ardens libidine, & ἐν τῇ συνουσίᾳ.

Impressit memorem dente labris] labra tibi momordit: quale eſt illud Catulli. *Quem baſiabis? cui labella mordebis?* ſolent enim amantes inter baſia & amplexus mutuò labella mordere ita acriter interdum, vt morſiuncularum notæ impreſſæ maneant. quod declarat & M. Tullius Verr. vi. *hic ſcilicet eſt metuendum ne excitetur Verres, ne denudetur à pectore, ne cicatrices populus Rom. aſpiciat ex mulierum morſu veſtigia libidinis, atque nequitiæ.* Et Plautus in Pſeud. *Teneris labellis molles morſiuncula papillarum horridularum.* & Lucret. lib. 4. *Quod petiere premunt arctè, faciúntque dolorem Corporis, & denteis illidunt ſæpe labellis.* & ibid. *Affigunt auidè corpus, iungúntque ſaliuas oris, & inſpirant preſſantes dentibus ora Nequicquam, quoniam nil inde abradere poſſunt.* & Tibull. lib. 1. eleg. vi. *Tunc ſuccos, herbáſque dedi, quis*

Digitized by Google

liuor abiret, Quem facit impreſſo mutua dente Venus. A idem VIII, *Et dare. anhelanti pugnantibus humida linguis Oſcula, & in collo figere dente notas.* eodem pertinet id, quod narrat Plutarchus in Pomp. Floram meretricem commemorare ſolitam ſe è Pompeij complexu morſus expertem nunquam diſceſſiſſe ὡς οὐκ ἦν ἀδήκτῳ ἀπελθεῖν ἐκείνῳ συναναπαυσαμένην.

NON, SI ME SATIS AVDIAS] hæc pertinent ad alienandam à riuali Lydiam, cùm dicit credibile non eſſe eum conſtantem in amore fore, qui barbarum in morem acriore morſu lædat oſcula.

SPERES PERPETVVM] ſume negationis particulam, non, è ſuperiore verſu, hoc modo. *Non ſperes perpetuum, &c.* id eſt, non debes ſperare eum fore tibi amatorē perpetuum, qui, &c. B

OSCVLA, QVÆ VENVS] id eſt, oſcula, quæ rei Venereæ fructu cumulantur. quinque enim ſunt amoris partes, ſeu gradus, ſeu lineæ: aſpectus, collocutio, tactus, oſculum, concubitus. Terent. Eunuch. *certè extrema linea amare haud nihil eſt.*

FELICES TER, ET AMPLIVS] τρὶς μάκαρες. Homer. ὀδυσσ. ε. vel τρισόλβιοι.

QVOS IRRVPTA TENET] quorum coniunctio & concordia nullis diſſidiis dirimi poſſit. irruptam copulam autem dixit, imitatus, vt mihi indicauit Germ. Valens, Homericum illud, δεσμὸν ἄρρηκτον, id eſt, vinculum irruptum, ſic Homerus ἰλιάδ. ο. περὶ χερσὶ δὲ δεσμὸν ἴηλε C Χρύσεον ἄρρηκτον.

SVPREMA] vltima. vt epiſt. ad Torq. lib. 1. *Supremo te ſole domi Torquate manebo.* & Od. XVII. lib. 2. *ibimus, ibimus, Vtcumque præcedes, ſupremum Carpere iter comites parati.* Catullus in carmine de Thetidis & Pelei nupt. *& potius germanum amittere creui, Quàm tibi fallaci ſupremo in tempore deeſſe.* Varr. ex XII. tabul. *ſolis occaſus diei ſuprema tempeſtas eſto.*

TVRNEBVS.

C*Erea Telephi*) pulchra, formoſa. Eſſe ductum ab eo puto, quod ex cera imagines pulcherrimas conficere ſolebant, vt quas in atrio habe- D bant. Et ex cera, pulchra opera conficere fictores ſolebant. *Lentis*) hærentibus, ſequacibus. vt Lentis adhærens brachiis.

Ex lib. Aduerſ. 29. cap. 29. Quæ ſunt, amabo, cerea brachia? At quidam mollia: alij ceræ ſimilia: alij ſolida: alij flexibilia, alij candida interpretantur, ne quis putet ab illis omnes eſſe occupatas in hunc locum interpretationes, accedet & noſtra. Ego enim hîc cerea interpretor pulchra & formoſa. quod à pulchritudine ſumptum eſt imaginum cerearum quas in atriis nobiles habebant pulcherrimas: & opera aliorum, quæ è cera fingebantur elegantiſſima.

Ex libr. 17. cap. 24. Non Marcell. in Putus. Cerea pro tenera & pulchra dixit, propter cereas imagines, quæ in atriis habebant, aliáque opera quæ ſequaci & flexibili ceræ natura pulcherrima faciebant & mollia erant. vnde & cerea non abs re mollia explicant. qua tranſlatione cerea Telephi brachia dixit Flaccus.

IN BRVTVM BELLVM ciuile reparantem.

Od. 14.

O Nauis, referent in mare te noui
Fluctus. ô quid agis? fortiter occupa
Portum. nónne vides, vt
**Nudum remigio latus,*
Et malus celeri ſaucius Africo,
Antennæq; gemant, ac ſine funibus
*Vix * durare carinæ*
Poſſint imperioſius
Æquor? non tibi ſunt integra lintea:
Non Dij, quos iterum preſſa voces malo:
**Quamuis Pontica pinus,*
Siluæ filia nobilis
Iactes & genus, & nomen inutile:
Nil pictis timidus nauita puppibus
*Fidit. tu, * niſi ventis*
Debes ludibrium, caue.
Nuper ſollicitum quæ mihi tædium,
Nunc deſiderium, curáque non leuis,
Interfuſa nitenteis
Vites æquora Cycladas.

O NAVIS, REFERENT IN MARE] Quintilianus ſcribit perpetuam in hac Ode eſſe allegoriam, & hoc rectè: tum nauis nomine rempub. ſignificari: quod proximum non probant eruditiſſimi viri, multáque hîc eſſe dicunt, quæ ad rempub. accommodari non poſſint. ſed videamus vtrùm, quod Quintilianus ſcripſit, defendi poſſit, an ſine controuerſia ſit damnandum. Primùm igitur Cn. Pompeium Magnum aduerſus Iul. Cæſarem: deinde Brutum & Caſſium aduerſus M. Antonium, & Octauianum: poſtremò Sex. Pompeium Magni filium aduerſus Octauianum pro ſenatu populóque Romano id eſt, pro libertate ferro decertaſſe omnibus notum eſt. fuerunt igitur Pompeius Magnus,

Brutus

Brutus, Caſſius, Sext. Pompeius, & ceteri earundem partium, reipub. ſcilicet & libertatis propugnatores, ac defenſores: atque, vt illis pugnantibus, de ſua libertate dimicauit populus Roman. ita deuictis ac ſuperatis, reſpub. profligata, & ad vnius principatum, dominatúmque redacta eſt. Cùm autem victa eſſet reipub. cauſa Pompeio duce, & penes vnum Iulium Cæſarem omnis poteſtas eſſet: eo idibus Martiis à Bruto & Caſſio, ceteriſque coniuratis interfecto, viſa eſt reſpub. reſpirare. Nihil enim aliud agebant Brutus & Caſſius, quàm vt populus Rom. non ſolùm tyranno, verùm etiam tyrannide ſublata, liber eſſet. Verùm ne his quidem ducibus ſuum ius recuperauit: ſed illi duobus prœliis, in quibus interfuit Horatius, victi mortem ſibi conſciuerunt: & ita reſpub. primùm in trium, deinde in duorum, poſtremò in vnius poteſtatem venit. Succeſſit his Sextus Pompeius. conatus eſt rempub. toties iugulatam ac perditam, præſidiiſque, atque ornamentis ſuis omnibus ſpoliatam reſtituere, atque in libertatem priſtinam vindicare. Verùm de Sexto Pompeio fortaſſe nihil hîc dicere attinet. M. Brutus igitur victo, & mortuo Caſſio, de libertate altero prœlio decernere cogitat. diſſuadet Horatius. Quid agis M. Brute, ſeu tu popule Romane, cuius ſe vindicem ac propugnatorem M. Brutus profitetur? nónne vides Caſſio ſoperato, & extincto, tótque ampliſſimis, & clariſſimis viris eadem belli calamitate conſumptis tuas vireis infirmas, & imbecillas eſſe? non vides te cùm exercitum habeas mutilatum, paruáque belli ſubſidia: cùm ciuitates olim populi Rom. amiciſſimæ vel abs te ſint alienatæ, vel ab aduerſariis tuis occupatæ, atque oppreſſæ, vel denique metu perculſæ, belli fortunam non ſatis tutò de integro tentare, neque poſſe aduerſariorum tuorum vireis, potentiámque ſuſtinere? Nullæ tibi res integræ ſunt, nulla propugnacula, non alia ſubſidia, non noua auxilia, non aliæ belli gerendi facultates ſuppetunt: ne Deos quidem vllos habes tibi propitios, quos accepta clade iterum implorare poſſis. Neque verò eſt, quòd vel ſenatus, populique Rom. nobilitatem, vel tui generis antiquitatem, vel eorum, qui pro te propugnant, amplitudinem ac virtutem iactes, vel armorum pulchritudine, auróq; glorieris. Quemadmodum enim nautis nihil proſunt ad tutius nauigandum nauis fractæ, & conquaſſatæ pigmenta, apluſtra, ceteráque ornamenta: ſic neque debes tuæ nobilitati nimium confidere. Quare niſi te mauis bellorum ciuilium calamitate funditus deleri, atque extingui: ne te toties prœliorum periculo committito. Siue illa ſuperiora, quæ hactenus hac de re expoſuimus, ad populum Romanum accommodentur, ſiue ad Brutum: non videntur omninò abſurda, aut inepta futura. Bruto tamen magis, quàm populo Rom. videntur conuenire. Quòd autem nonnulli malunt, hanc oden ad Sext. Pompeium

A pertinere, libertatis, Caſſio & Bruto mortuis, defenſorem: planè ab iis diſſentio. Ad hunc locum pertinent, quæ ſcribit Plutarch. in Bruto his verbis, Ἀλλ' ὥσπερ ἐν πλοίῳ πηδαλίου συντριβέντος ἕτερα ξύλα προσηλοῦν, καὶ προσαρμόττειν ἐπιχειροῦσιν, οὐκ εὖ μὲν, ἀναγκαῖα δὲ μαχόμενοι πρὸς τὴν χρείαν οὕτω Βροῦτος ἐν δυνάμει τοσαύτῃ, καὶ μετεώροις πράγμασιν, οὐκ ἔχων ἰσοῤῥοποῦντα στρατηγὸν, ἠναγκάζετο χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν, &c. Id eſt, quemadmodum in nauigio, clauo comminuto nautæ alia ligna affigere, atque adiungere conátur, non rectè illi quidem, ſed neceſſitate coacti, & vtilitati ſeruientes: ſic Brutus in tanto exercitu, & in rebus arduis, incertis, ac perturbatis, cùm ducem parem non B haberet, cogebatur eo vti, quod fors obtulerat. Omnino ad Bruti potius, quàm ad Sext. Pompeij tempora videtur hæc Ode pertinere. Si quis autem nauis nomine remp. aut populum Roman. ſignificari exiſtimet, quod fecit Quintilianus, verba totius Odæ fortaſſe non inuita ſequentur. nam ſic & M. Tull. nauis nomine rempub. aut certè reip. partem ſignificat epiſt. ad Q. Cornif. lib. 12. *Quamobrem, mi Quincte, conſcende nobiſcum, & quidem ad puppim. Vna nauis eſt iam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam vt rectam teneamus: vtinam proſpero curſu: Sed quicunque venti erunt, ars noſtra certè non deerit.* Sin Brutum malit: omnia magis quadrare videbuntur, vt multi exiſtimant, C ſed Turnebus non item.

NÓNNE VIDES, VT] nónne vides Caſſium interiiſſe? exercitum tuum accepta clade in Philippis imminutum & fractum eſſe? animos reliquorum militum metu perculſos concidiſſe?

NVDVM REMIGIO] ſic dixit Saty. 3. lib. 2. *Nudus agris, nudus nummis.*

ET MALVS CELERI SAVCIVS] malus Africo ſaucius, id eſt, ab Africo perfractus. tranſlatio eſt. ſic Propertius de Ianua: *Nunc ego nocturnis potorum ſaucia rixis, Pulſata indignis ſæpe queror manibus.* quem locum mihi indicauit Paſſeratius: & præterea illum ex Liuij annal. lib. 37. *contemplatus Eudamus hosteis, claudas, mutilatáſque* D *naueis remulco trahenteis.* idem paullò poſt: *Ipſius Eudami multis ictibus vulnerata nauis erat.*

DVRARE] perferre, ὑπομένειν καρτερεῖν, hoc loco enim ſignificat actionem, ſed de hoc verbo alibi.

IMPERIOSIVS ÆQVOR] tempeſtatem, & fluctus belli ciuilis: vim & potentiam aduerſariorum. Tranſlatè autem dixit, imperioſum æquor. propriè Saty. 5. lib. 2. *ſed me imperioſa trahit Proſerpina.*

NON DII, QVOS ITERVM PR. V. M.] Veteres habebant in puppi nauis quoddam veluti lararium, in quo erant locati dij nauis præſides, cuſtodes, & quaſi tutelares, ſiue Apollo, ſiue Caſtor & Pollux, ſiue Minerua, ſeu quis alius Deus. Heſych. πάταικοι θεοὶ φοίνικες, οὓς ἱστᾶσι κατὰ τὰς πρύμνας τῆς νεὼς, id eſt, Patæci

dij Phœnices, quos ponunt in puppibus nauium. huc pertinet illud Perſij, *iacet ipſe in littore, & vna ingentes de puppe Dei*. appellabantur dij illi, tutela, & παράσημον τοῦ πλοίου, id eſt, inſigne nauis.

QVAMVIS PONTICA PINVS] quamuis generis nobilitate, & antiquitate glorieris, milites tamen ſpecioſis iſtis imaginibus nihilo fiunt ad pugnandum alacriores, nihilòve pugnaciores. referri poſſunt hæc vel ad populi Rom. vel ad Bruti nobilitatem. ſed hoc magis verbis conuenit, quàm illud, vt ſæpe iam diximus. quanquam Turnebo aliter videtur. Ponticam pinum autem dixit, quia in Ponto magna copia materiæ eſt, vnde naues fiant. Catul. *Vbi iſte poſt faſelus, antea fuit Comata ſilua. nam Cytorio in iugo, Loquente ſæpe ſibilum edidit coma.*

NIL PICTIS TIMIDVS] naueis picturata illuſtrare ſolebant antiqui. Virg. Georg. 4. *Et circum pictis vehitur ſua rura faſelis*. ποικίλας νῆας dicunt Græci: quem morem etiam nunc tenemus.

TV NISI VENTIS DEBES LVDIBRIVM] id eſt, tu niſi vis tuarum fortunarum, libertatis, vitæ naufragium facere, noli ampliùs tentare belli fortunam. Virgil. lib. 6. Æneid. *Ne turbata volent rapidis ludibria ventis*. Genus autem hoc loquendi, *debes ludibrium ventis*, pro eo, quod eſt, ludibrio ventis futura es, planè Græcum eſt. ſic enim loquuntur illi, ὀφλισκάνειν γέλωτα, id eſt, debere riſum, quod Latini dicunt, ludibrio eſſe. & ὀφλισκάνειν δίκην, condemnari. Plato in apolog. Socr. Νῦν δὴ ἐγὼ μὲν ἄπειμι ἀφ' ὑμῶν θανάτου δίκην ὄφλων· οὗτοι δὲ ὑπὸ τῆς ἀληθείας ὠφληκότες μοχθηρίαν, καὶ ἀδικίαν. Idem in Sympol. ἵνα μὴ γέλωτα ὄφλω. Euripid. in Medea. Καί τοι τί πάσχω; βούλομαι γέλωτ' ὀφλεῖν Ἐχθροὺς μεθεῖσα τοὺς ἐμοὺς ἀζημίους; Idem Iphig. in Tauris, μωρίαν τ' ὀφλισκάνει. Demoſth. Philippica. 1. ἐξ ὧν αἰσχύνην, καὶ ἀνανδρίαν, καὶ πάντα τὰ αἴσχιστα ὠφληκότες ἂν ἦμεν δημοσίᾳ, iiſdem ferè verbis vtitur Olynth. ſecunda. Et Plutarch. in Bruto. ὀφλισκάνειν οὖν τὰς δίκας ἐρήμας. Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 3. ῥωμαῖοι ἀρχαῖοι. πολλὴν ὀφείλοντες αἰσχύνην ἀπῆλθον.

NVPER SOLLICITVM] Tu reſpublica, quæ cùm te tribunus militum Bruto duce defendebam, mihi tædio fuiſti: nunc autem me abſentem deſiderio afficis, ac maceras, curâque recuperandæ libertatis torques, vita ſcopulos, & anguſtias belli ciuilis: vel quod magis probant alij, tu Brute, qui mihi te duce rempublicam defendenti magno tædio fuiſti: nunc autem, &c. vt ſuprà Turnebus autem ſic hunc locum explicat, Me nuper iſtius reip. tædebat, & pigebat, & iniquo animo victores iſtos ferebam: nunc autem, poſtquam periculum iteratur, ac renouatur: quod erat mihi tædio, nunc deſiderio eſſe incipit: vt magnopere metuam, ne ſtatus reipub. mutetur facto naufragio.

A INTERFVSA NITENTEIS VITES] Vites æquora effuſa inter Cycladas: vites freta, & maris anguſtias naufragiis infeſtas, vnde te explicare non facilè poſſis. Cyclades inſulæ ſunt in mare Ægeo, quas Virgilius ſparſas appellat lib. 3. Æneid. *ſparſáſque per æquor Cycladas, & crebris legimus freta concita terris*. ad quem locum notat Seruius, ſparſas dici, quia nullo certo ordine conſtant: Cycladas autem appellari non à rotunditate, ſed quòd longo ordine, longóque flexu eas circumire neceſſe ſit, vel propter promuntoria, vel quia natura fert, vt concitatiora ſint maria terris vicina. Dionyſ. περιηγ. Οὐ γάρ τις κείνῳ ἐναλίγκια κύματ' ὀφέλλει: id eſt, nullum mare fluctus attollit mari Ægæo ſimileis, B aut æqualeis. Epigramm. Græc. lib. 4. πᾶσα θάλασσα, θάλασσα· τί Κυκλάδας; &c. *interfuſa nitentes* poſitum pro fuſa inter nitenteis, vt dicemus ad Oden VII. lib. 2. [Videtur autem Horatius magnam huius odæ partem ex illis Alcaicis expreſſiſſe (vt indicauit Erricus Stephan. quæ exſtant apud Heraclidem Ponticum, τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται, Τὸ δ' ἔνθεν· ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσον ναῒ φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ *** Χειμῶνι μοχθεῦντες μεγάλῳ· κάλα. Πὰρ μὲν γὰρ ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει. Λαῖφος δὲ πᾶν ζάδηλον ἤδη, Καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' αὐτό, χαλᾶσι δ' ἄγκυραι.* id eſt, Alius enim fluctus, alius illinc voluitur: nos autem in medio iactamur cum atra naue, Tempeſtate C conflictati magna. Nam aqua marina ipſam mali partem infimam poſſidet: vela autem iam tota lacerata, & abſumpta ſunt, multáque in eo peniculamenta trita & lacera ſunt: anchoræ autem laxantur.]

TVRNEBVS.

O *Nauis*) Allegoria hæc Remp. ſignificat interprete Fabio: Ad Brutum autē ſcribitur, qui bellum ciuile parabat, in quo ipſe Horatius militauit. *Nudum remigio*) ductum eſt à triremibus, quibus deterſi ſunt remi aut tempeſtate excuſſi. *Non Dij*) in puppi Dij erant quos D Tutelam vocabant: vt apud Diuum Lucam in actis ἀνήχθημεν ἐν πλοίῳ παρακεχειμακότι ἐν τῇ νήσῳ Ἀλεξανδρίνῳ παρασήμῳ Διοσκούροις. *Quamuis Pontica pinus*) In Ponto optima & idonea erat ædificandis nauibus materia. Catullus,

Vbi iſte poſt phaſellus antea fuit
Comata ſilua. Nam Cytorio in iugo,
Loquente ſæpè ſibilum edidit coma.

Debes ludibrium) Græcè locutus eſt ὀφλισκάνεις γέλωτα. id eſt, niſi ventis ludibrio eſſe vis. *Nuper Sollicitum*) mihi tædio fuiſti partes Bruti ſequenti: nunc abſens es mihi deſiderio & curæ. Vita periculum belli, nec committe vt in fretis & ſcopulis, cuiuſmodi inter amœnas Cycladas ſunt, naufragium facias.

Ex lib.

Ex lib. 19. aduerſ. cap. 2. In illa Horatij allegorica naui, quæ auctore Fabio Remp. ſignificat A bellis Philippenſibus naufragam, aliud ciuile tẽtantem periculorum mare. Nam de Bruto reparante bellum ciuile poſt Caſſij mortem qui intelligunt, imperitè faciunt. quo enim pacto vnius noctis interuentu belli reparatio intelligi poteſt? nam poſtridiè Brutus necem ſibi conſciuit: Sed tamen in illa naui vt dicere inſtitueram quædam obſeruanda ſunt, vt illud.

Non dij quos iterum preſſa voces malo. Nã qui ſunt illi dij quos ei dicit deeſſe? Ego exiſtimo ex conſuetudine veterum id ſcriptum eſſe, qui in puppi ſacrarium quoddam habebant veluti Lararium. Perſius, *—iacet ipſe in littore, & vna*

Ingentes de puppe dij. Heſychius, πάταικοι θεοὶ B. φοίνικες οὓς ἱστῶσι κατὰ τὰς πρύμνας τῶν νεῶν. Hæc tutela nauis erat & inſigne. D. Lucas in actis, ἀνήχθημεν ἐν πλοίῳ παρακεχειμακότι ἐν τῇ νήσῳ Ἀλεξανδρίνῳ παρασήμῳ Διοσκούροις. Valerius Flacc. *Viſa coronatæ fulgens tutela carinæ.* Nihilo ſecius & illud explicationis videtur indigere.

Quamuis pontica pinus,
Silua filia nobilis

Iactes & genus & nomen inutile. Sed ita habendum, fuiſſe in Ponto optimam materiam naualem, vel Catullo teſte,

Ubi iſte poſt phaſellus antea fuit
Comata ſilua. nam Cytorio in iugo, C
Loquente ſæpe ſibilum edidit coma,

Illud autem,

Nuper ſollicitum quæ mihi tædium,
Nunc deſiderium, non crediderim accipiendum de tempore ipſius ſub Bruto militiæ, ſed in hanc potiùs ſententiam: me nuper iſtius Reip. ſtatus tædebat & pigebat, & iniquo animo victores iſtos ferebam: nunc tamen, poſtquam periculum iteratur atque renouatur, quòd erat antè mihi tædio, nunc incipit eſſe deſiderio: vt magnopere metuam, ne ſtatus Reip. mutetur facto naufragio. Sic iſta mihi videntur congruenter Fabij ſententiæ explicari poſſe, quam quidem cur veriorẽ putem. quàm eam, quam de Bruto alij comminiſcuntur, adferre ſi vacaret, poſſum: ſed nos D properamus nec diſputationes longas oratione explicamus, Sequitur non longo interuallo,

Interfuſa nitentes
Vites æquora Cycladas. Id eſſe arbitror, vide ne loca naufragiis infeſta tenentes, vbi freto concitato feruet mare, & nauigia ſubuertit, aut vadis illidit & breuibus. Tale mare eſt Ægeum auctore Dionyſio, qui de eo ſcribit, οὐ γάρ τις κείνῳ ἐναλίγκια κύματ᾽ ὀφέλλει: ſed vel maximè qua Cyclades ſunt. Maro. lib. 3.

ſparſáſque per æquor
Cycladas, & crebris legimus freta concita terris. & libro 4. Epigrammaton.

πᾶσα θάλασσα, θάλασσα· τί Κυκλάδας, ἢ στενὸν Ἕλλης
κῦμα, καὶ ὀξείας ἤλιθα μεμφόμεθα

A Ex lib. 26. cap. 7. Deſiderium, verbum eſt interdum amatorium, quo voluptas & delitiæ & amores ſignificantur, vt apud Petronium, *Tu deſiderium, tu voluptas mea.* Apud Horatium quoque ex amoris erga Mecœnatem abundãtia ſcriptum eſſe arbitror.

O deſiderium & dulce decus meum, & alio loco
Nuper ſollicitum quæ mihi tædium
Nunc deſiderium, Et deſiderij poculum, eſt poculum amatorium, vt *Deſideríque temperare poculum.* dixit Idem Poeta.

NEREI VATICINIVM de ruina Troiæ.

Od. 15.

PASTOR *cùm traheret per freta nauibus*
Idæis Helenam perfidus hoſpitam:
Ingrato celereis obruit otio*
Ventos, vt caneret fera
Nereus fata. MALA DVCIS AVI domum,
C *Quam multo repetet Græcia milite,*
Coniurata tuas rumpere nuptias,
Et regnum Priami vetus.
Eheu, quantus equis, quantus adeſt viris
Sudor! quanta moues funera Dardanæ
Genti! iam galeam Pallas, & Ægida,
Currúſque, & rabiem parat.
Nequicquam Veneris præſidio ferox,
Pectes cæſariem: gratáque fœminis
Imbelli cithara carmina diuides:*
D *Nequicquam thalamo graueis*
Haſtas, & calami ſpicula Cnoſſij*
Vitabis, ſtrepitúmque, & celerẽ ſequi
Aiacem. tamen, heu ſerus adulteros*
Crineis puluere collines.
Non Laërtiaden, exitium tuæ
Gentis, non Pylium Neſtora reſpicis?
Vrgent impauidi te Salaminius
Teucer, te Sthenelus ſciens
Pugnæ, ſiue opus eſt imperitare equis,
Non auriga piger. Merionen quoque

Noſces. ecce furit te reperire atrox*
Tydides melior patre:*
Quem tu, ceruus vti vallis in altera
Viſum parte lupum graminis immemor,
Sublimi fugies mollis anhelitu,
Non hoc pollicitus tuæ.*
Iracunda diem proferet Ilio,
Matronísq; Phrygũ claſſis Achilleï.
Poſt certas hyemes vret Achaïcus
Ignis Iliacas domos.

PASTOR] Paris. fuerat enim in monte Ida expoſitus propter Hecubæ ſomnium, & à paſtore quodam educatus.

HELENAM] ſic habent cod. Iann. Torneſ. & vnus Vatic. non vt vulg. *Helenen.*

HOSPITAM] Paridem duce Venere Lacedæmonem profectum eſſe, & à Menelao hoſpitio perhonorifico acceptum, eius vxori Helenæ incontinentius, quàm hoſpitem decebat, oculos adiecisſe, eámque raptam in vrbem Phœniciæ Sidonẽ primùm, deinde Troiam aduexiſſe, cùm alij complures tradunt, tùm Homer. interpres ſcribit Iliad. λ. apud Homerum autem ſic loquitur Paris eo, quem dixi, Iliad. libro γ. οὐ γάρ πώποτέ μ' ὧδέ γ' ἔρως φρένας ἀμφεκάλυψεν, Οὐδ' ὅτε σε πρῶτον Λακεδαίμονος ἐξ ἐρατεινῆς Ἔπλεον ἁρπάξας ἐν ποντοπόροισι νέεσσι. quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt: Nunquam enim antea mihi amor ita mentem occupauit, ne tum quidem cùm te primùm è Lacedæmone raptam nauibus Troiam aduexi.

C

INGRATO] non grato, moleſto cùm ventorum naturæ nihil ſit accommodatius, atque optatius, quàm flare, ſeu ſpirare, vtpote qui ſint ſpiritus, otium illis eſſe moleſtiſſimum probabile eſt. *Ventos autem obruit otio*, id eſt, compreſſit, ne ſpirarent.

NEREVS] Nereus Ponti filius, à mendacio alienus, & verax, vt vult Heſiod. in Theog. Νηρέα δ' ἀψευδέα, καὶ ἀληθέα γείνατο Πόντος. D Idem Thetidis pater: & Deus marinus propter has cauſas hîc Nereus, nempè quia & Deus marinus eſt, & minimè mendax, fata Troiana canit. Nam quamuis etiam alij dij & futura præſciant, & vera loquantur, tamen magis erat conſentaneum & conſonum, Deum marinum nauiganti Paridi vaticinari, quàm quemuis alium.

MALA AVI] ἀπαισίῳ ὄρνιθι· malis auſpiciis. vt Od. III. lib. 3. *Troiæ renaſcens alite lugubri Fortuna triſti clade iterabitur.* & Od. x. epod. *Mala ſoluta nauis exit alite.* contrà Od. VI. lib. 4. *potiore ductos Alite muros.* & Od. XVI. epod. *ſecunda Ratem occupare quid moramur alite?* ſic Catull. in nuptias Iuliæ: *bona cum bona Nubit alite virgo.* & Tibull.

A *Fulſerit hic niueis Delius alitibus.* & Sophoc. in Oedip. Tyranno ὄρνιθι αἰσίῳ. contrà ἀπαίσιοι ὄρνιθες.

FERA FATA] tranſlatio eſt à feris animantibus.

CONIVRATA TVAS RVMPERE] Euſtathius in illum locum Homeri ἰλιά. β. Πῆ δὴ συνθεσίαι τε καὶ ὅρκια βήσεται ἡμῖν, hæc tradit ex Steſichoro. Cùm Græcorum fortiſſimus, & præſtantiſſimus quiſque Helenam ſibi vxorem expeteret, tùm propter generis ſplendorem, tum propter eximiam formam: pater Tyndareus, ſeu Tyndarus veritus ne vno delecto, & ceteris antepoſito, alios ſibi inimicos atque infenB ſos redderet: eos omneis ad iuſiurandum adegit, ei, cui filiam ſuam in matrimonium collocaret, ceteros opitulaturos, ſi qua in illum propter Helenam à quoquam inferretur iniuria. Quo iureiurãdo ab omnibus dato, & accepto, Helenam Menelao deſpondit: ita non multo pòſt tempore rapta Helena, principes Græcorum in ſocietatem belli venerunt iuriſiurandi religione obſtricti. Pauſanias Laconic. tradit, poſt iuſiurandum illud vltrò, citróque datum, & acceptum, Tyndarum, equum, quem eo ipſo tempore mactauerat, in eundem locum defodiſſe. errant autem qui hoc, *coniurata*, ad ſacramentum militiæ referunt.

RVMPERE NVPTIAS] dirimere, diſſoluere. Idem verbum etiam pertinet ad verſum, C qui ſequitur, *Et regnum Priami Vetus.* valebit autẽ ibi, euertere, diruere.

EHEV, QVANTVS EQVIS] ſic Homer. ἰλιάδ. β. Ἱδρώσει μέν τευ τελαμὼν ἀμφὶ στήθεσφι Ἀσπίδος ἀμφιβρότης, περὶ δ' ἔγχεϊ χεῖρα καμεῖται· Ἱδρώσει δέ τευ ἵππος ἐΰξοον ἅρμα τιταίνων. in vtroque enim loco eſt ὑποτύπωσις prœliorum, & cladis futuræ.

QVANTA MOVES FVNERA) quantam cladem, quantas ſtrages Troianis excitare paras?

IAM GALEAM PALLAS] Pauſanias Elia. I. in ornamentis, & donis Olympiacis numerat Palladis ſtatuam galea, & Ægide armatam. his verbis, Ἀθηνᾶ (inquit) ἔστηκε κράνος ἐπικειμένη καὶ αἰγίδα ἐνδεδυκυῖα. Hom. ſic de Pallade ἰλιάδ. ε. Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετ' αἰγίδα D θυσσανόεσσαν Δεινήν, ἣν περὶ μὲν πάντῃ φόβος ἐστεφάνωται Ἐν δ' ἔρις, ἐν δ' ἀλκή, ἐν δὲ κρυόεσσα ἰωκή. id eſt, Humeris autẽ Ægida fimbriatam impoſuit, horribilem aſpectu, & vndique terrore coronatam: In ea erat contentio, in ea vires, in ea perſecutio, ſeu clamor bellicus. & ἰλιάδ. β. μετὰ δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη Αἰγίδ' ἔχουσ' ἐρίτιμον, ἀγήρων, ἀθανάτην. id eſt, poſtea autem Pallas vultu horribili Ægida tenens valde honoratam, ſenij expertem, & immortalem. Non temerè autem Horatius in deſcribenda prœlij imagine Palladem appellat. Ei enim Deæ, vt & Marti, rei militaris, & belli gerendi partes datæ ſunt. Itaque Iupiter apud Hom. ἰλιάδ. ε. Venerem ab omni ſtudio, & munere rerum bellicarum remouens

mouens, eas res Marti & Palladi curæ fore dicit. Οὐ τοι τέκνον ἐμὸν δέδοται πολεμήϊα ἔργα. Ἀλλὰ σύγ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο. Ταῦτα δ' Ἄρηϊ θοῷ, καὶ Ἀθήνῃ πάντα μελήσει. Non tibi filia mea res bellicæ datæ ſunt. At tu tracta & perſequere res nuptialeis, optabileis & amoris plenas. Hæc autem omnia Marti celeri, & Mineruæ curæ erunt. Pindarus item Pallada κόραν ἐγχειβρόμον vocat εἰδ'. ζ. ὀλυμπ. id eſt, haſta frementem, ſeu, ſi dicere licet, haſti fremam.

Neqvicqvam Veneris] hoc ex Homeri ἰλιάδ. γ. Οὐκ ἄν τοι χραίσμῃ κίθαρις, τά τε δῶρ' Ἀφροδίτης. Ἥ τε κόμη, τό τε εἶδος, ὅτ' ἐν κονίῃσι μιγείης id eſt, non tibi profuerit, aut præſidio fuerit cithara, & Veneris munera, coma, forma, cùm in terram deiectus fueris. & eodem libro Venus Paridem cum Menelao ſingulari certamine decertantem, iamiámque pænè victum, è campo ſubducit, ac liberat, & in thalamo odorato collocat. τὸν δ' ἐξήρπαξ' Ἀφροδίτη Ῥεῖα μάλ', ὥστε θεός, ἐκάλυψε δ' ἄρ' ἠέρι πολλῇ· Κὰδ δ' εἷσ' ἐν θαλάμῳ εὐώδεϊ, κηώεντι. aduerbium autem *nequicquam* vel cum nomine *ferox* coniungi poteſt hoc modo: nequicquam præſidio Veneris ferox, id eſt, fretus, confiſus, pectes Cæſariem, vel (quod minus probo) cum verbo pectes: alterum, *nequicquam* autem, quod ſequitur, cum verbo, *vitabis*, cohærere omnino debet. non admodum huic diſſimile eſt illud Virgil. Æn. xii. de Ænea. *Longè illi Dea mater erit, quæ nube fugacem Fæminea tegat.* Iam ferox, idem ferè valet, quòd animoſus, elatus, ſuperbus: non vt vulgus putat, crudelis, aut inhumanus, aut ferus. idque exempla ex bonis auctoribus linguæ Latinæ declarabunt. Atque ab Horatio ordiamur. Od. xxxii. huius lib. de Alcæo: *Qui ferox bello, tamen inter arma, &c.* Od. xxxv. eiuſd. *Vrbéſque, gentéſque, & Latium ferox.* & Od. xxxvii. eiuſd. *Deliberata morte ferocior.* cuius loci explicationem ſuo loco legito: & Od. v. lib. 2. *currit enim ferox Ætas.* Od. ii. lib. 3. *& Parthos feroceis Vexet eques metuendus haſta.* & iii. *Roma ferox.* Od. ii. libr. 4. *quandoque trahet feroceis Per ſacrum cliuum merita decorus Fronde Sicambros.* & Od. iiii. eiuſd. *nec imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam.* & ix. eiuſd. *nō ferox Hector, vel acer Deiphobus grauis Excepit ictus pro pudicis Coniugibus, puerìſque primus.* & de arte poët. *Sit Medea ferox, inuictáque.* M. Tull. Philipp. ii. *Appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro ſectione debebas. Primò reſpondiſti plane ferociter, &, ne omnia videar contra te dicere, propemodum æqua, & iuſta dicebas.* Idem Philipp. xii. *ſunt autem fortes illi quidem: ſed propter memoriam rerum, quas geſſerunt, pro populi Rom. libertate, & ſalute reip. nimis feroces, & ad ſuam vim omnia noſtra conſilia reuocantes.* Idem ad Attic. lib. 10. epiſt. *indulſit illi quidem ſuus pater ſemper: ſed non facit indulgentia mendacem, aut auarum, aut non amantem ſuorum: ferocem fortaſſe, & arrogantem, & infeſtum facit.* Idem epiſt. ad M. Marcell. lib. 4. *ſed miſerius nihil, quàm ipſa victoria: quæ etiam ſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores*

A *impotentioréſque reddit.* Virgil. Æn. 1. *Bellum ingens geret Italia, populóſque feroceis Contundet.* Idem lib. 4. *Stat ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit.* Catull. de nupt. Thet. & Pel. *Morte ferox Theſeus*, id eſt, morte Minotauri elatus. T. Liuius lib. 24. *legatiſque Syracuſanorum de cæde ſtationis Rom. quærentibus, ferociter reſponſum eſt.* Idem lib. 1. *paſtor accola eius loci nomine Cacus, ferox viribus, &c.* ibid. *In eum hæc gloriantem cum globo ferociſſimorum iuuenum Romulus impetum facit.* apud eundem: *ferox reſponſum, & ferociter reſpondere* crebrò leguntur. Saluſt. de bello Iugurth. *Sed Hiempſal, qui minimus ex illis erat natura ferox: & iam antea ignobilitatem Iugurthæ deſpiciens, &c.* Idem ibid. *vt ille, qui nunc ſceleribus ſuis ferox, atque præclarus eſt, &c.*

B Imbelli cith. carm. divides] nō, diſtribues fæminis, vt nonnulli explicant: ſed grata fæminis carmina diſtinctè, aptè, accommodatè, diſpoſitè lyra canes: carmina aliis atque aliis neruis carptis ac percuſſis modulaberis. vt Prop. *Hæc ederas legit in thyrſos, hæc carmina neruis Aptat.*

Imbelli cithara] minimè ad bellum apta otioſis, & pacem colentibus conuenienti. Itaque qui ad Achillem iratum miſſi ſunt Aiax & Achilles, vt eum plàcent, & molliant, reperiūt eum cithara canentem. Hom. ἰλ. ι. τὸν δ' εὗρον φρένα τερπόμενον φόρμιγγι λιγείῃ, &c. Hor. epiſt. 7. lib. 1. *Sed vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.*

C Cnossii] Cretenſis. Cnoſſa vrbs Cretæ, de qua Hom. ὀδυσ. τ. Cretenſem calamum autem poſuit propter Idomeneum Cretenſium ducem.

Strepitúmqve] pugnantium: vt Tit. Liuius lib. 44. annalium. *& ab xii. millibus propè clamorem, & ſtrepitum pugnantium audiret.*

Celerem seqvi] genus loquendi à Græcis ſumtum, Horatio vſitatum, vt aliàs pluribus verbis oſtendemus.

Servs] ſerò, vt Od. xvi. epod. *Nec veſpertinus circum gemit vrſus ouile.* & epiſt. ad Auguſt. *Serus enim Græcis admouit acumina chartis.*

Crineis pvlvere collines.] occumbes, cades, mortuus trahêris. ſic ferè Od. 6. lib. 4. *Poſuitque collum in Puluere Teucro.* de quo genere dicemus ad Oden vii. lib. 2. quamquam qui

D puluere obliti ſunt, ac ſordidi, non ſemper victi, aut cæſi intelliguntur. Sunt enim nonnulli, *Non indecoro puluere ſordidi*, vt Od. 1. lib. 2. & Od. vi. lib. 1. *puluere Troico Nigrum Merionen.* niſi fortè intelligas, mortuos quidem eſſe illos, ſed eam mortem eſſe laudabilem, & glorioſam. Pindarus ſanè perſpicuè hoc genere loquendi vtitur ad ſignificandum animum in ipſa acie fortem & inuictū, corpúſque ad omnia belli pericula, & vulnera excipienda promtum, ac paratum. ſic enim Tireſias apud eum multò antè prædicit, crineis Herculis in illa Deorum & Gigantum pugna luto & puluere inquinatum iri. καὶ γὰρ ὅταν θεοὶ ἐν πεδίῳ Φλέγρας γιγάντεσσι μάχαν ἀντιάζωσι, μελίαν ὑπὸ ῥιπαῖσι κείνου φαιδίμαν γαίᾳ πεφύρ-

σιαδϑεῖ κόμαν. ſed non mihi videtur tacendum, in cod. Torneſ. ita legi: *tamen, heu, ſerus adulteros Cultus puluere collines.* quam ſcripturam tametſi nuſquam alibi repererim, damnare tamen non auſim. Verùm de ea iudicet lector emunctæ naris.

Exitivm t. g.] Quidam libri veteres habent *exitium tuæ Gentis.* ſic autem locutus eſt apud M. Tull. lib. 1. de diuinat. neſcio quis poëta vetus, fortaſſe Pacuuius. hunc ſi tolleret, Eum eſſe exitium Troiæ, peſtem Pergamo.

Vrgent] inſequuntur.

Te salaminivs Tevcer, te Stnenelvs] diſcrepant hîc libri manu ſcripti & à vulgatis, & inter ſe. Nã cùm vulgati omnes, quos quidem viderim, ſic habeant, *Teucérque & Sthenelus*, ego copulationem *que* in nullo manu ſcripto reperi. habent autem ſcripti alij hoc modo, *Teucer, te Sthenelus ſciens*: in his duo Vatic. Iann. Faët. Ruſſard. Nicotiani. alij, *Teucer, & Sthenelus*: in his Vatic. vnus, & Torneſ. neque eſt quòd quẽquam moueat ſyllaba poſterior in nomine *Teucer*, breuis. ſic enim ſæpe alibi, vt, *Perrumpit Acherunta, &c.* & Od. 1. & *Cara timet aliunde fata.* & Od. xiii. lib. 2. & vltimo verſu huius Od. *Ignis Iliacas domos.* ego hanc ſcripturam, vt ſimpliciorem, & veriorem olim ſecutus eram. Nunc alteram malo. vulgatam autem planè nõ probo.

Sciens pvgnæ] hoc epitheto ſæpè vtitur Homerus, vt ἰλ. ε. Ἐνϑ' Ἕκτωρ δύο φῶτε κατέκτανε, εὖ εἰδότε χάρμης. & eod. lib. Κρήτων Ὀρσίλοχόν τε, μάχης εὖ εἰδότε πάσης. & δ. πολέμων εὖ εἰδὼς & ibidem: Ὅς τις ὀϊστεύσας ἔβαλε τόξων εὖ εἰδώς. ſic infrà Od. ix. lib. 3. *Dulceis docta modos, & cithara ſciens.*

Sive opvs est imperitare] omiſſum alterum, ſiue. eſſet autem integra loquendi ratio hoc modo: & Sthenelus, ſiue pugnandum ſit, pugnandi ſcientia inſtructus, & bonus παραιβάτης, ſeu παραιβάτης. i. aurigæ ſocius ad pugnandum expeditus. ſiue equi moderandi, promtiſſimus auriga. erat autem Sthenelus Diomedis comes. Hom. ἰλιάδ. δ. & ε.

Merionem qvoqve] Meriones Idomenei comes. Homer. ἰλιάδ. θ. καὶ ὀπάων Ἰδομενῆος Μηριόνης, ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ. & ἰλιάδ. γ.

Ecce fvrit te reperire atrox] Vel furit te reperire atrox: id eſt, furenter perſequitur, vt te reperiat: vel atrox te reperire, id eſt, atrox in te reperiendo. nam vtrumque loquendi genus & à Græcis ductum, & Horatianum eſt. Prætereà illud *furit*, videtur Horatius ex Homero expreſſiſſe ἰλιάδ. ζ. ἀλλ' ὅδε λίην μαίνεται, οὐδέ τίς οἱ δύναται μένος ἰσοφαρίζειν. id eſt, At hic valde furit, neque ei quiſquam par eſſe poteſt.

Tytides melior patre] cùm Agamemnon ἰλιάδ. δ. Græciæ principes ad fortiter pugnandum cohortans, & alios, vt ignauos, obiurgans: alios laudans, vt ſtrenuos, & acreis, & forteis, Diomedem ignauiæ argueret, dicens, patrem eius quidem Tydeum, fortiſſimum & pugnaciſſimum fuiſſe: ſed ex eo filium natum eſſe, oratione & lingua promtiorem, in pugna vero tardiorem, ac deteriorem: Diomedes pudore deterritus, regisque maieſtatem reueritus, nihil reſpondet: Sthenelus autem, eius comes & familiaris, pro ſe, & pro illo refert, ſe & Diomedem patribus eſſe meliores. Verba Hom. ſunt hæc. Τοῖος ἔην Τυδεὺς Αἰτώλιος, ἀλλὰ τὸν υἱὸν Γείνατο εἷο χέρεια μάχῃ, ἀγορῇ δέ τ' ἀμείνω. &c. reſponſum autem Stheneli: ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεϑ' εἶναι. Idem Homerus ὀδυσ. β. ait paucos admodum filios patribus virtute pares eſſe, plureis deteriores, raros meliores. ſic Hom. Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται. Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀμείνους.

Melior] fortior, valentior, ἀμείνων, κρείσσων, κάῤῥων, vt Od. vi. lib. 3. *ille Miſſilibus melior ſagittis.* & epiſt. x. lib. 1. *Ceruus equum pugna melior cõmunibus herbis Pellebat.* ſic Virgil. lib. 3. Georgic. *Deterior qui viſus, eum ne prodigus obſit, Dede neci, melior vacua ſine regnet in aula.* ſic & Græci, vt declarant ſuperiora exempla ex Hom. & hoc ex Eurip. in Phœn. Ἐπεὶ δὲ κρεῖσσον τὸ κακὸν ἐστὶ τ' ἀγαϑοῦ. Non me pigebit occaſione oblata Plutarchi locum in Pyrrho corruptum in omnibus exemplaribus etiam manuſcript. emendare, & explicare. Verba Plutarchi ſunt hæc: εἷς δὲ τῶν παρόντων ὄνομα Μανδρικίδας εἶπε τῇ φωνῇ λακωνίζων, αἰ μὲν ἐσσὶ τύγε ϑεὸς, οὐδὲν μὴ πάϑωμεν· οὐ γὰρ ἀδικεῦμεν· αἰ δ' ἄνϑρωπος, ἔσσεται καὶ τεῦ κάρρων ἄλλος. Legendum ἔσσεται καί σευ κάῤῥων ἄλλος, id eſt, quidam ex iis, qui aderant, Mandricida nomine, dixit Laconico ſermone: ſi tu quidem Deus es, non metuimus, ne quid abs te incommodi nobis accidat: non enim te iniuria afficimus: ſin homo es, exſiſtet etiam aliquis alius te melior. quam quidẽ emendationem cùm ego olim Amiotto viro doctiſſ. qui nuper Plutarchi vitas in ſermonem Gallicum vertit, expoſuiſſem, ita probauit, vt eam ſecutus ſit.

Qvem tv, cervvs vti] quem tu non aliter fugies, quàm lupum ceruus. εἰκών. Ariſtoteles ceruum in timidis animantibus numerat. Tùm Homerus timidos homines, & fugaceis, cum ceruis comparare ſolet. ἰλ. χ. Ὣς οἱ μὲν κατὰ ἄστυ πεφυζότες ἠΰτε νεβροὶ, &c. & Achilles Agamemnonem in iurgio dicit cerui cor habere. notus eſt verſus ille Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο. infrà Od. 4. lib. 4. *Cerui luporum præda rapacium Sectamur vltro, quos opimus Fallere, & effugere eſt triumphus.*

Svblimi fvgies mollis anhelitv] ſublimem anhelitum accipio, eum, qui multo extrinſecus hauſto aëre, & ita dilatatis, & diductis pulmonibus exſpiratur, & qui ex alto, imóque pectore ducitur: quod accidere ſolet in magno corporis labore, & longo curſu, vel grauiore aliqua animi cura. Virgil. Georg. 3. *Tum*

vero

Digitized by Google

vero ardentes oculi, atque attractus ab alto Spiritus.

Non hoc pollicitvs tvæ.] Helenæ. multa enim de te magnificè prædicaras. quod quidem ei exprobrat Helena ἰλιάδ. γ. his verbis, ἦ μὲν δὴ πρίν γ' εὔχεο, &c. vel dic pollicitus κατὰ τὸ σιωπώμενον. tuæ dixit, vt Od. xxv. *Me tuo longas pereunte noctes, &c.*

Iracvnda diem proferet] diuturna illa & pænè implacabilis Achillis ira bellum Troianum producet, Troiæque expugnationẽ, & euerſionem morabitur, ac retardabit. Homer. principio Ilia. Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.

Post certas hiemes.] poſt annos nouem: anno decimo. quod item Chalcas auguratus fuerat ex paſſerum numero. B

TVRNEBVS.

D*ucis aui*) pro aue, vt illud. *Iuſſ. aui ſiniſtra dictus populi magiſter eſto. curriuque*) apud Homerum ex equo non pugnatur, ſed ex curru.

Imbelli cithara) locum Homeri imitatur.

Οὐκ ἄν τοι χραίσμῃ κίθαρις, τά τε δῶρ' ἀφροδίτης,
ἥ τε κόμη τό τε εἶδος, ὅτ' ἐν κονίῃσι μιγείης.

Citharam Alexandri oſtendebant Ilienſes, quã Alexander videre noluit. *Carmina diuides*) Diuidere carmina eſt, ea partiri & tribuere. Infrà *Nulli plura tamen diuidet oſcula celerem ſequi*) Aiacem Oïleum. Homerus, ὀϊλῆος ταχὺς αἴας. *Sthenelus*) Legendum ex Homero Sthenelus τῆς δὲ ἴδε Σθένελος καπανήϊος ἀγλαὸς υἱός. Hic apud Homerum auriga eſt Diomedis. *Tydides melior patre*) id quod Diomedes ipſe apud Homerum dicit πολλόι τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι. *Achilles*) à nominatiuo Achilleus. Sic illud Epod. Laborioſi remiges Vlyſſei, à nominatiuo Vlyſſeus. C

Ex lib.19. aduerſ. cap. 3. Quæſitum eſſe memini à duobus eruditis viris, quid eſſet cauſæ cur Horatius fata vaticinantem induxerit Paridi Helenam nauibus in Aſiam aſportanti Nereum potius, quàm alium aliquem Deum: atque vni ea cauſa videbatur eſſe, quòd cùm dij futura ſciant, probabilius fuit ea à Deo marino cani, quàm alio: Alter hîc addendum putabat, cum diuinitùs ſciant, vt dij omnes alij, ſic marini, tum inter eius elementi deos veri cognitionem potiſſimùm tribui Nereo, vel Heſiodo teſte, qui in Theogonia ſcribit, Νηρέα τ' ἀψευδέα καὶ ἀληθέα γείνατο πόντος. Quam etiam in ſententiam propenſior ſum, atque eam veriorem arbitror. Inquit idem Horatius. D

Imbelli cithara carmina diuides. In quo quæritur quid ſit diuidere carmina cithara. Id verò eſſe videtur carmina per citharæ neruos partiri, quod citharæ faciunt, cum modulantur. nunc enim hanc, nunc illam chordam carpunt, & de cantilena huic & illi chordæ aliquid impertiunt. Sic enim per citharam carmina diuiduntur: vel potius cithara carmina canuntur, audientibúsque

A diuiduntur. Simile eſt quodammodo illud eiuſdem. *Nulli plura tamen diuidet oſcula.* quod eſt, impertit, tribuit.

Ex eod. lib.19. cap. 30. *Imbelli cithara carmina diuides.* Muſico hic dictum non eſt vocabulo diuidere, vt reor ſed tranſlato, quia qui canunt percurrendo chordas & pſallendo, etſi velut per eas partiuntur carmen, tamen id potius audientibus diuidunt, vt antè diximus; at verò muſico, vt credo, verbo in Achilleide, infringere digitos lyræ dixit Papinius, pro digitos flexibiles & faciles docileſque modorum lyræ reddere.

PALINODIA.

Od. 16.

ARGVMENTVM.

Veniam petit à puella, quam iam bis læſerat.

O Matre pulchra filia pulchrior,
Quem crimonoſis cúmque voles, modum
*Pones iambis, ſiue * flamma,*
Siue mari libet Adriano. C
*Non * Dindymene, non adytis quatit*
Mentem ſacerdotum incola Pythius.
Non Liber æquè: non acuta
Sic geminant Corybantes æra,
Triſtes vt iræ: quas neque Noricus
Deterret enſis, nec mare naufragum,
Nec ſæuus ignis, nec tremendo
*Iupiter ipſe ruens * tumultu.*
*Fertur Prometheus addere * principi*
Limo coactus particulam vndique
D *Deſectam, & inſani leonis*
Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro.
Iræ Thyeſten exitio graui
Strauere: & altis vrbibus vltimæ
Stetere cauſæ, cur perirent
Funditus, imprimerétque muris
Hoſtile aratrum exercitus inſolens.
Compeſce mentem: me quoque pectoris
Tentauit in dulci iuuenta
Feruor, & in celeres iambos
Miſit furentem. nunc ego mitibus

Mutare quæro triſtia, dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobriis, * *animúmque reddas.*

QVEM CRIMINOSIS CVMQVE] quemcumque. ſic epiſt. 1. ad Mæcenat. *Quo me cumque rapit tempeſtas, &c.* & ſup. Od. IX. *Quem fors dierũ cumque dabit.*

PONES IAMBIS] ſic loquitur Od. xv. lib. 3. *Vxor pauperis Ibici Tandem nequitiæ pone modum tuæ.* ſic enim legitur in nonnullis membranis manuſcr. vbi libri vulg. habent, *fige modum.*

IAMBIS] quos in te ſcripſi, & edidi.

NON DINDYMENE] Cùm ſtudeat Horatius puellam offenſam verſibus maledicis, ſibi placare: primùm permittit ei, vt verſus de medio tollat, ſiue exurere velit, ſiue in mare deiicere: Deinde quia vult videri iratus ſcripſiſſe, oſtẽdit quanta ſit iræ vis, quippe quæ vehementius commoueat hominum animos, quàm Cybele, Apollo, Liber mentem ſacerdotum: inter fratres implacabileis inimicitias concitet, vrbeis funditus euertat. Poſtremò fatetur ſe ira impulsũ verſus olim iambicos ſcripſiſſe, cùm iuuenis eſſet: ſed nunc ætatis maturitate mitigatum eſſe.

DINDYMENE] Cybele, Rhea. Dindymene autem à Dindymis, monte Phrygiæ: vt Berecynthia à Berecyntho, Peſſinuntia à Peſſinunte. Bonam Deam Romani appellabant, cuius ſacra oculis viri ne imprudentis quidem aſpici fas erat. vide Catulli Galliambum.

ADYTIS] remotis & occultis templi, vt interpretatur Cæſ. lib. 3. de bello ciuili, his verbis. *Pergamique in occultis ac remotis templi, quò præter ſacerdotes adire fas non eſt, quæ Græci* ἄδυτα *appellant, tympana ſonuerunt.* Sic autem reſtitui hunc locum apud Cæſarem, vbi libri vulgati habent *ac remotis templis.* ἄδυτον (inquit Heſych.) σπήλαιον, ἢ τὸ ἀπόκρυφον μέρος τοῦ ἱεροῦ. id eſt, adytum, eſt ſpelunca, aut intima, & abſtruſa pars templi.

MENTEM SACERDOTVM] ſic Virgil. Æn. VI. mentem Sibyllæ ab Apolline concitatam deſcribit. *Non comtæ manſere comæ, ſed pectus anhelum, Et rabie fera corda tument, &c.* M. Tull. hanc concitationem mentis à quadam vi & poteſtate terræ effici ſolitã eſſe putat. ſic enim ſcribit de diuinat. lib. 1. *Poteſt autem vis illa terræ, quæ mentem Pythiæ diuino afflatu concitabat, euanuiſſe vetuſtate.*

INCOLA PYTHIVS] interpres Pindari, Pythia ſcribit à loco eſſe appellata: loco autem nomen fuiſſe Pythô. Iam Pythô tradit interpres Homeri fuiſſe vrbem Phocidis. Hom. ὀδυσ. θ. Πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ, ὅθ' ὑπέρβη λάϊνον οὐδὸν Χρησόμενος. Idẽ ἰλιά. ι. Οὐδ' ὅσα λάϊνος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει Φοίβου Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἔνι πετρηέσσῃ: id eſt, neque quàm multa ſaxeum limen, ſeu ſolum Phœbi oracula reddentis continet in vrbe Pythone lapidoſa. Incola igitur Pythius intelligitur Apollo, quod Pythô, vel Pythôna incolit, vrbem ſibi ſacram. Eſt autem dicta vel ἀπὸ τοῦ πυθάνεσθαι, quod eſt ſciſcitari, quærere: vel ab eo, quòd oraculi cuſtos draco ab Apolline ſagittis cõfixus ibidem computruerit, quod Græci dicunt πύθεσθαι. lege quæ ſcripſimus ad illum locum, *qui Pythia cantat,* in epiſtola de arte Poët. ad Piſones.

NON LIBER ÆQVE] Iram Bacchi ſenſerunt Pentheus & Lycurgus: ſentiunt eius ſacerdotes mænades: experti ſunt denique & Centauri. Virgil. Georg. 2. *Bacchus & ad culpam cauſas dedit, ille furentes Centauros letho domuit, Rhœtúmque Pholúmque, Et magno Hylæum Lapythis cratere minantem.*

CORYBANTES] Corybantes, Rheæ ſacerdotes ἀπὸ τοῦ κρύπτειν dicti, propterea, quòd cùm Rhea partum, partúsque dolores Saturnum filios ſuos deuorare ſolitum celare vellet, eos ad eam rem adminiſtros, & adiutores adhibebat: illi autem tympanorum pulſu, cymbalorum ſonitu, cornuum, & tibiarum cantu partim Saturnum terrebant, partim Iouis vagientis, & Rheæ parturientis vocem auertebant. quod declarat & Callim. hymno in Iouem. Οὖλα δὲ Κούρητές σε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο Τεύχεα πεπλήγοντες, ἵνα Κρόνος οὔασιν ἠχὴν Ἀσπίδος εἰσαΐοι, καὶ μή σευ κουρίζοντος. Et Lucretius lib. 2. *Hic armata manus (Curetas nomine Graij Quos memorant Phrygios) inter ſe fortè catenas Ludunt, in numerúmque exſultant ſanguine lecti, Terrificas capitum quatientes numine criſtas, Dictæos referunt Curetas: qui Iouis illum Vagitum in Creta quondam occultaſſe feruntur, Cùm pueri circum puerum pernice chorea Armati in numerum ſtarent: pernice chorea Armati in numerum pulſarent æribus æra, Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus, Æternúmque daret matri ſub pectore vulnus.* Lege & Strab. lib. 10. vbi multa de Curetibus, quos eoſdem eſſe, atque Corybantas, ait. Idem Strabo eodem libro principium cuiuſdam dithyrambi Pindarici profert, in quo Pindarus ritus ſacrorum Bacchi apud Græcos, & cæremonias ſacrorum matris Deorum, quæ fiũt apud Phryges, communione quadam omnium rerum & ſimilitudine inter ſe coniungere videtur: quod item facit Horat. Od. XVIII. huius lib. *Sæua tene cum Berecynthio Cornu tympana.* ſic Virg. Æneid. 3. *Hinc mater cultrix Cybeli, Corybantiáque æra.* à Corybantibus manauit apud Græcos verbũ κορυβαντιᾶν, quod valet Corybantum more inſanire ac furere, diuino quodam ſpiritu afflari. Plato in Sympoſio Ἐγὼ γ' οὖν ὦ ἄνδρες εἰ μὴ ἔμελλον κομιδῆ δόξειν μεθύειν, εἶπον ὀμόσας ἂν ὑμῖν οἷα δὴ πέπονθα αὐτὸς ὑπὸ τῶν τούτου λόγων, καὶ πάσχω ἔτι καὶ νῦν. ὅταν γὰρ ἀκούω, πολύ μοι μᾶλλον ἢ τῶν κορυβαντιώντων, ἥ τε καρδία πηδᾷ, καὶ δάκρυα ἐκχεῖται ὑπὸ τῶν λόγων τῶν τούτου. id eſt, Ego igitur, viri, niſi vererer ne valdè ebrius viderer, dixiſſem vobis iuratus quomodo ab iſtius verbis affectus ſim, atque etiã nunc afficiar. Cùm enim audio, mihi multo magis, quàm Corybantum in morem inſanientibus, & diuino quodam

Digitized by Google

quodam furore concitatis & cor ſalit, & lacrymæ excutiuntur vi verborum. & in Iône: καὶ οἱ μελοποιοὶ οἱ ἀγαθοὶ ὡσαύτως, ὥσπερ οἱ Κορυβαντιῶντες, οὐκ ἔμφρονες ὄντες ὀρχοῦνται. id eſt, & boni poëtæ, qui mele faciunt, ſimiliter, vt diuino furore afflati, cùm ſana mente non ſint, ſaltant. & ibid. γὰρ τέχνῃ, οὐδ' ἐπιστήμῃ περὶ Ὁμήρου λέγεις, ἃ λέγεις, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ, καὶ κατοκωχῇ· ὥσπερ οἱ Κορυβαντιῶντες ἐκείνου μόνου αἰσθάνονται τοῦ μέλους ὀξέως, ὃ ἂν ᾖ τοῦ θεοῦ, ἐξ ὅτου ἂν κατέχωνται. id eſt, non enim arte, neque ſcientia de Homero loqueris, ſed diuino quodam numine atque afflatu, quemadmodum qui diuino quodam furore ſunt concitati, illud ſolum melos ſtatim intelligunt, atque arripiunt, quod ſit eius Dei, cuius ſpiritu afflati ſint.

QVAS NEQVE NORICVS DETERRET ENSIS] ſignificat, eum, qui iratus eſt, neque enſeis, neque vllum denique periculum, aut cruciatum extimeſcere. Itaque rectè Ennius iră principium inſaniæ eſſe dixit: & Pindarus ὀλυμπ. εἰδ. ταὶ δὲ φρενῶν ταραχαὶ παρέπλαγξαν καὶ σοφόν. id eſt, mentis perturbationes, etiam ſapientem à recta via deduxerunt. Et Euripid. in Med. Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων· Ὅσπερ μεγίστων αἴτιος βροτοῖς κακῶν. id eſt, ira autem meis conſiliis potentior eſt: Quæ quidem hominibus magnorum malorum cauſas afferre ſolet. Noricus enſis à Noricis appellatus. ſic Od. XVII. epod. *Modo enſe pectus Norico recludere.*

FERTVR PROMETHEVS Hæc de particulis vndique decerptis, & deſectis, hominique illi primo adiunctis, aptiſſimè & elegantiſſimè ab Horatio ſunt excogitata, nullus enim alius horum auctor extat, quòd ſciam: niſi quis hæc ad fabulam illam Platonicam referat, quæ eſt in Protagora: vbi ſcribit, cùm Epimetheus in fingendis animantibus rationis expertibus omneis naturæ facultates conſumſiſſet, & ita cùm genus humanũ fingedum eſſet, nihil, vnde inſtrueretur, atque ornaretur, ſuperaret: Prometheũ coactum eſſe ſapientiam artificialem à Minerua, ignem à Vulcano ſuffurari: Mercurium poſteà Iouis mandatu iuſtitiam & pudorem hominibus impertiſſe, vt ciuilem inter ſe ſocietatem colere poſſent. huic igitur fabulæ hæc addit de ſuo Horat. Ac fuit Prometheus Iapeti & Clymenę filius, vt ſcribit Heſiodus in Theogon. vide ſuprà Od. III. Faciũt autem Prometheum poëtæ prouidum, ſagacem, ac ſapientem, idque à Theophraſto ſcriptũ eſſe refert interpres Apollon. lib. 2 argonau. itaque & nomen ἀπὸ τοῦ προμαθεῖν, vel ἀπὸ τοῦ προμηθεῖσθαι cõſecutus eſt: contrà Epimetheũ eius fratrem, imprudentem, atque inſipientem, & malo demum accepto, atque ex rerum euentu, quid expediret, quid non, intelligentem.

PRINCIPI] primo. ſic Od. vlt. lib. 3. *Princeps Æolium carmen ad Italos Deduxiſſe modos.* & Oda XVII. eiuſdem, *Qui Formiarum mœnia dicitur Princeps, &c.* ſic Cæſar lib. 1. de bello Gall. *cuius legationis Nummius, & Vero doctius principem locum obtinebant.* idem ibid. *ea pars princeps pœnas perſoluit.* M. Tull. Accuſ. lib. 2. *Primum quod omnium nationum princeps Sicilia ſe ad amicitiã & fidem populi Rom. applicuit: prima omnium, id quod ornamentum imperij eſt, prouincia eſt appellata.* & lib. 2. epiſt. ad Attic: *ego princeps in adiutoribus, ego ſecundus.*

LIMO] πηλῷ. quomodo nati ſint primi homines ex eorum ſententia, quos hîc ſequitur Horatius, lege Diodorum Siculum lib. 1. & Lucret. lib. 5. & Heſiod. interpretes non longè à principio. huc pertinet illud Varronis, Eumenid. *Empedocles natos homines ex terra ait, vt blitum.*

INSANI LEONIS] iracundi, rabidi. tralatio eſt à ratione præditis. Lucretius lib. 3. de leonibus: *Sed calidi plus eſt illis, quibus acria corda, Iracundáque mens facilè efferueſcit in ira: Quo genere in primis vis eſt violenta leonum, Pectora qui fremitu rumpunt plerúmque gementes, Nec capere irarum fluctus in pectore poſſunt.*

STOMACHO] hinc ſtomachum facere, & ſtomachari dicunt Latini, pro eo, quod eſt, iram commouere, & iraſci.

IRÆ THYESTEN] quamuis hæc ſint omnibus nota ex tragicis poetis: tamen M. Tullium ad hunc locum explicandum adhibeamus. ſic igitur ille Tuſcula. 4. *Ira verò quamdiu perturbat animum, dubitationem inſaniæ non habet: cuius impulſu exſiſtit etiam inter fratres tale iurgium. Quis te homo ſuperauit vnquam gentium impudentia? Quis autem malitia te? noſti quæ ſequuntur. alternis enim verſibus intorquentur inter fratres grauiſſimæ contumeliæ, vt facilè appareat, Atrei filios eſſe, eius, qui meditatur pœnam in fratrem nouam. Maior mihi moles, maius miſcendum malum, Qui illius acerbum cor contundam, & comprimam. Quæ igitur hæc erunt moles? Audi Thyeſtem ipſum. impius Hortatur frater, vt meos malis miſer Mandem natos: eorum apponit viſcera. Quid eſt enim quò non progrediatur ira? eodem, quò furor, &c.* vbi vulgò mendosè legitur *manderem.* eadem ferè reperiuntur in tertio libro de orat. ad Q. fratrem.

VLTIMÆ STETERE CAVSÆ] vltimæ cauſæ ſunt, quibus nullæ aliæ ſunt propinquiores. verbum ſtetêre autem ſignificat eas eſſe certas, fixas, & pœnè neceſſarias: vel vltimas cauſas eadem ratione dixit, qua ſupplicium vltimum, ſeu extremum dicimus, vt vltimas intelligamus cauſas, quæ exitum habeant, quæ non ſint inanes. ſic Liuius lib. 7. *ea vltima fuit cauſa, cùm multa antè querimonia vltro citróque iactata eſſent, cur per fetiales rebus repetitis bellum Tiburti populo indiceretur.*

IMPRIMERÉTQVE MVRIS] Caius iuriſconſultus in Pandectis iuris ciuilis tit. de vſufructu, ait Karthagini euerſæ aratrum impreſſum eſſe, ex eóque probare, & colligere ſolent iuriſconſulti dum demum vrbem aliquam eſſe deſiiſſe, atque interiiſſe, cùm in ea aratrum circunductum ſit. Ad hanc rem pertinet locus ille M. Tullij Philipp. 2. *vt vexillum tolleres, vt aratrum circũ-*

duceres: cuius quidem vomere portam Capuæ pené perſtrinxiſti, vt florentis Coloniæ territorium minueretur. A

Insolens.] victoria elatus. vt Od. 16. epod. *oſſa Quirini (Nefas videre) diſſipat inſolens.* M. Tull. pro Marcell. *victoria natura eſt inſolens & ſuperba.*

Compesce mentem] Comprime animum. vt epiſt. ad Loll. lib. 1. *animum rege, qui niſi paret, Imperat: hunc frenis, hunc tu compeſce catena.* Od. 14. lib. 2. *Tityónque triſti Compeſcit vnda.*

Me qvoqve pectoris] vtitur excuſatione ætatis, & perturbationis animi, quòd in eam olim ſcripſerit iambos.

Nvnc ego mitibvs mvtare] ſtudeò triſtem atque acerbam naturam meam lenire ac mitigare: ſtudeo triſtia relinquere, mitia autem perſequi, atque amplecti hæc enim verbi B *mutare*, vis eſt interdum: vt Od. 19. huius libri. *Socraticam & domum Mutare loricis Iberis Pollicitus meliora tendis.* & epiſt. ad Mæcen. 2. lib. 1. *nec Otia diuitiis Arabum liberrima muto.* ſic Salluſt. *Nemo niſi victor pace bellum mutauit.* & Propertius lib. 3. *Durus, qui potuit lucro mutare puellam.* ſic & verbum ἀλλάττειν apud Græcos nonnumquam. Eurip. in Hecu. λιποῦσ' Ἀσίας Εὐρώπης θεράπαιναν, ἀλλάξασ' Ἅιδα θαλάμους. contrà Od. 34. huius lib. *vales ima ſummis Mutare.* & Od. 2. epod. *Pecúsve Calabris ante ſidus feruidum Lucana mutet paſcuis.* ſic Od. 12. lib. 2. *Num tu, quæ tenuit diues Achæmenes, Permutare velis crine Lycymniæ?* & Od. 1. lib. 3. *Cur valle permutem Sabina Diuitias operoſiores?* & C Od. 9. epod. *Punico Lugubre mutauit ſagum.* & Ode prox. *Velox amœnum ſæpe Lucretilem Mutat Lycæo Faunus.* ſciendum eſt autem, veteres *mutandi* verbo vſos eſſe pro eo, quod eſt, emere aut vendere. vt Satyr. 4. lib. 1. *Hic mutat merces ſurgẽte à ſole ad eum, quo Veſpertina tepet regio.* cui ſimile eſt illud Virgil. Pollione: *nec nautica pinus Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.* & Georg. 3. *quãuis Mileſia magno Vellera mutentur Tyrios incocta rubores.* & Horat. Sermo. lib. 2. Satyr. 7. *an hic peccat, ſub noctem qui puer vuam Furtiua mutat ſtrigili:* id eſt, emit. ſed illud, quod eſt in principio primi libri Georg. *veſtro ſi munere tellus Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta:* ſimile eſt huic loco Horatiano. Catullus quoque *mutari*, videtur dixiſſe pro *emi*, in Aſinium: *crede Pollioni Fratri, qui tua* D *furta vel talento Mutari velit.* Neque verò fit hoc temerè. veteres enim venditione & emtione non vtebantur, ſed permutatione: in qua res pro re, non pretium dabatur. qua de re lege Ariſtotel. lib. 5. de morib. & Pandectas iuris ciuilis tit. de rerum permutatione. M. Tullius quoque (vt redeam ad id, quod initio dicebam) commutandi verbum in vtramque partem vſurpauit: vt pro Sextio, *vt cum patriæ caritate conſtantiæ gloriã commutaret:* id eſt, vt patriæ caritati conſtantiæ gloriam antéponeret. & in Cluentiana, *Qui fidem ſuam ad perniciem innocentis pecunia commutarunt:* id eſt, qui fidem ſuam pecunia vendiderunt. quod Græci dicunt ἀντικατηλλάξαντο, vel κατηλλάξαντο. Ex his, quid ſit apud M. Tullium *permu-* A *tare pecuniam, & pecuniæ permutatio*, intelligere licet. qua de re tamen dicemus alio loco.

Dvm mihi fias recantatis amica] id eſt, vſque eò dum & ego ſtilo verſo, iiſque maledictis, quæ in te conieci, oblitteratis, ac tuis laudibus ſcriptis, tecum in gratiam redeã, & tu placata me tua à me alienatione exanimatũ, recrees, & in ſpem erigas meliorem.

Animúmqve reddas.] ſic loquitur Terent. Andr. *reddidiſti animum.*

TVRNEBVS.

I*Mprimeret*) exararet euerſas. *Nunc ſeges eſt vbi Troia fuit.* B

AD TYNDARIDEM.

Od. 17.

ARGVMENTVM.

Inuitat eam in Lucretilem.

V*Elox amœnum ſæpe* * *Lucretilẽ*
Mutat Lycæo Faunus: & igneã
* *Defendit æſtatem capellis*
Vſque meis, pluuióſque ventos. C
Impune tutum per nemus arbutos
Quærunt latenteis, & thyma deuiæ
Olentis * *vxores mariti:*
Nec virideis metuunt colubras,
Nec Martialeis * *hædilia lupos,*
* *Vtcumque dulci Tyndari fiſtula*
Valles, & * *Vſticæ cubantis*
Leuia perſonuere ſaxa.
Dij me tuentur: Dis pietas mea,
Et Muſa cordi eſt. hinc tibi copia
Manabit ad plenum benigno D
Ruris honorum opulenta cornu.
Hîc in reducta valle, Caniculæ
Vitabis æſtus: & fide Teïa
Dices * *laboranteis in vno*
Penelopen, vitreámque Circen.
Hîc * *innocentis pocula Lesbij*
Duces ſub vmbra: nec Semeleïus
Cum Marte confundet Thyoneus
Prœlia: nec metues proteruum
Suſpecta Cyrum, ne malè diſpari

Incon-

Incontinenteis iniiciat manus,
Et ſcindat hærentem coronam
Crinibus, immeritámque veſtem.

VELOX AMŒNVM] id eſt, Faunus ſæpè ex monte Lycæo in Lucretilem (qui mons eſt in Sabinis) demigrat. vide quæ annotauimus de verbo *mutandi*, ad Oden ſuperiorem. Sed non eſt omittendum, Priſcianum lib. 18. hunc locum ita explicare, Lucretilem mutat Lycæo, id eſt, Lycæum mutat Lucretili. de Fauno autem, vide quæ ſuprà ad Oden 4. annotaui.

DEFENDIT ÆSTATEM] id eſt, propulſat æſtatem à capellis. ſic Virg. Melibœo, B *ſolſtitium pecori defendite*. Plautus Rudente: *vt illas ſerues, vim defendas, dum ego herum adduco meum*. M. Tull. in Catone maiore: *& nimios ſolis defendit ardores*. Idem pro Roſcio Amer. *iniuriam nouo ſcelere conflatam putant oportere defendi*. Idem offic. 3. *etenim ſi is, qui non defendit iniuriam, neque propulſat à ſuis cùm poteſt, iniuſtè facit, &c.* Cæſar. lib. 1. de bello Gall. *& quod non bellum intulerit, ſed defenderit*. & Horat. Sat. 3. lib. 1. *& toga, quæ defendere frigus, Quamuis craſſa queat*. [Sic Græci dicunt ἀμύνειν, pro, opem ferre & arcere.

PLVVIÓSQVE VENTOS] ventos, qui pluuiam pariunt. epiſt. de arte poët. *aut pluuius deſcribitur arcus*.

IMPVNE TVTVM, &c.] quidam libri veteres habent, *Impune totum per nemus, &c.*

DEVIÆ] quæ ſæpè à recta via, ſeu regione deerrant. pauló aliter dixit *deuium ſcortum*. Od. xi. lib. 2.

OLENTIS VXORES] hirci vxores, videlicet capellæ. ἄχυρον, vt Satyr. 5. lib. 2. *Bellua cognatos eliſerit*. & Virgil. Melib. *Vir gregis ipſe caper*. & Georg. 3. *Quem legêre ducem, & pecori dixêre maritum*.

COLVBRAS] ſic habent cod. 2. Vatican. & Faër. neque verò refert vtrùm legamus, *colubros*, an *colubras*. vtrumque enim vſu receptum eſt. Nonius.

NEC MARTIALEIS HÆDILIA LVPOS] nec hædorum ſepta, id eſt, greges metuunt lupos. hædilia autem pes eſt Ionicus pro choriambo. qui pedes tempore ſunt inter ſe pares. ſic Hom. D ὀδυσσ. δ. Εως ἐγὼ περὶ κεῖνα πολὺν βίοτον συναγείρων Ηλώμην. & Cat. ad Cinnam: *Conſule Pompeio primum duo Cinna ſedebant Mœchilia: facto conſule nunc iterum, &c.* vbi anapæſtus pro ſpondæo poſitus eſt. ductum eſt autē mœchile à mœcho, vt hædile ab hædo. Et puto, ὁδοῦ πάρεργον, duobus mœchilibus ſignificari à Catullo domū Luculli, cuius vxorem Clodiam, Clodij ſororem, Clodius ipſe adulteraſſe dictus eſt, vt ſcribit Plut. in Cæſare, & domum Lepidi, quem dolore periſſe, vxoris adulterio ex quadam epiſt. cognito, Pompeio primùm conſule, ſcribit Plutarchus in Pompeio. ſed Auratus & apud Catullum, non *mœchilia*, ſed *mœchidia* legendum putat: & hîc A *hædulea*. hæduleos autem idem vult valere quod hædulos. ego *hædulea*, malim legi, vt per hæduleas intelligamus hædilia. Et verò liquidò confirmare poſſum, in libris veteribus ferè omnibus ſcriptum eſſe *hædilia*.

VTCVMQVE] id eſt, quandocumque, ſeu vbicumque. Nam *vt*, quidem apud bonos ſcriptores valet interdum, vbi, qua parte, quo tempore, cùm, ſimulátque. Catull. ad Fur. & Aurel. *Litus vt longe reſonante Eoa Tunditur vnda*. Idem ad Coloniā: *Verùm totius vt lacus, putidæq́ paludis, Liuidiſſima, maximéque eſt profunda vorago*. id eſt, vbi. & ad Licinium: *Vt conuenerat eſſe*. id eſt, ſimul vt, vel vbi. & Virgil. Æneid. 5. *caſis vt forte iuuencis* B *Fuſus humum, viridieiſque ſuper madefecerat herbas*: id eſt, vbi, ſeu quo loco. ſic Terent. *mater conſequitur: iam vt limen exirem, ad genua accidit*. id eſt, cùm limen exirem. Horat. Od. 3. epod. *Vt Argonautas præter omneis candidum Medea mirata eſt ducem, Perunxit hoc Iaſonem*. & Satyr. 9. *vt illi Nil reſpondebam, miſerè cupis (inquit) abire*. M. Tull. offic. 3. *at ille, vt ingreſſus eſt, confeſtim gladium deſtrinxit*. addatur igitur particula, *cúmque*, tantumdem valebit, aut etiam amplius. ſic Ode 35. huius libri: *vtcúmque mutata potenteis Veſte domos inimica linquis*. & Ode 4. libri 4. *Vtcumque defecere mores, Dedecorant bene nata culpæ*. & Ode 17. lib. 2. *ibimus, ibimus, Vtcumque præcedes, ſupremum Carpere iter comites parati*. & Od. 17. epod. *Vtcumque fortis exſilit puerpera*. & Ode 3. lib. 3. *Vtcumque mecum vos eritis, libens Inſanientem nauita Boſporū Tentabo*. C ſic Terent. in Heauton. *ſed noſtrum eſt intelligere vtcumque, atque vbicumque opus ſit, obſequi*, id eſt, quandocumque, & quocumque loco: & Plaut. in Epidico. *Vtcúmque in alto ventus eſt, Epidice, ex imo velum vertitur*.

DVLCI FISTVLA] fiſtula Panos ſcilicet, aut Fauni. Pan enim fiſtulæ inuentor. Virg. Alexi. *Pan primus calamos cera coniungere plureis Inſtituit: Pan curat oueis, ouiúmque magiſtros*. Idem pharmaceut. *ſemper paſtorum ille audit amores, Panáque, qui primus calamos non paſſus inerteis*. Pan Deus paſtorum eſt: atque iccircò monteis, ſiluas, valleis, & ſolitudines colit. Idem Virgil. ibidem. *Mecum etiam in ſiluis imitabere Pana canendo*. idem Georg. 2. *Fortunatus & ille, deos qui nouit agreſteis, Panáque, ſiluanúmque ſenem, Nympháſque ſorores*. Et Lucret. lib. D 4. *Sex etiam aut ſeptem loca vidi reddere voces, Vnam cùm iaceres: ita colles collibus ipſis Verba repulſantes iterabant dicta referre. Hæc loca capripedes ſatyros, Nympháſque tenere Finitimi fingunt, & Faunos eſſe loquuntur: Quorum noctiuago ſtrepitu, ludóque iocanti Affirmant vulgò taciturna ſilentia rumpi: Chordarúmque ſonos fieri, dulceiſque querelas, Tibia quas fundit digitis pulſata canentum: Et genus agricolûm latè ſentiſcere cùm Pan Pinea ſemiferi capitis velamina quaſſans, Vnco ſæpè labro calamos percurrit hianteis, Fiſtula ſiluestrem ne ceſſet fundere muſam*.

VSTICÆ CVBANTIS] montis in Sabinis: *cubantis*, leuiter decliuis, vt cubantis hominis ſpeciem præ ſe ferre videatur.

LÆVIA] læuia ſaxa, aſſiduo aquarum curſu

attrita, & expolita. Virg. Geotg. 2. *Nec tiliæ leuer.* & ibid. *Tum leuis calamos, &c.* vide ſup. quæ annotauimus ad Oden 2.

Personvere] propriè, & vſitatè, id eſt, ſonitum acceptum reddidere: vel ſonitu completæ fuerunt. ſic Satyr. 6. lib. 2. *ſimul domus alta Moloſſis Perſonuit canibus.* & M. Tull. ad Lept. lib. 6. *& ſi abeſt maturitas ætatis, iam tamen perſonare aureis eius huiuſmodi vocibus non eſt inutile.* & pro Roſcio Amerino. *animi & aurium cauſa tot homines habet, vt quotidiano cantu vocum, & neruorum tota vicinitas perſonet.* alia huius verbi vis eſt, epiſt. 1. lib. 1. *Eſt mihi, purgatam crebro qui perſonet aurem.* ſic Virgil. Æn. 6. *Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Perſonat.* & ibid. *Sed tum fortè caua dum perſonat æquora concha.*

Hinc] ex meo fundo.

Ad plenvm] ita loquitur Virg. Georg. 2. *Hic ager ille malus, ducesque a fontibus vndæ Ad plenum calcentur.*

Benigno cornv.] pleno & largo cornu, vt in carmine ſæculari ad Deos: *apparétque beata pleno Copia cornu.* & epiſt. ad Iccium: *aurea fruges Italia pleno defudit copia cornu.* ordo eſt; hinc, id eſt, ex agro meo opulenta ruris honorum copia tibi manabit ad plenum, benigno cornu. ruris honores appellat ea omnia, quæ ruri naſcuntur: *benignus* autem valet idem, quòd largus, liberalis, munificus: propriè, qui bonis & dignis largitur, interdum etiam qui indignis, tùm apud M. Tull. tùm apud hunc poëtam, & ceteros bonos latinitatis auctores: ex quo benignitas, quæ idē valet, quòd beneficentia & liberalitas. M. Tull. frumentaria. *qui benignitate adducti per beneficium & gratiam ciuitatibus conceſſerunt, vt nummos pro frumento darent.* & Offic. 1. *videndum eſt, ne obſit benignitas & iis ipſis, quibus benignè videbitur fieri, & ceteris.* Idem pro Deiotaro, *Deiotarus dicere eſt ſolitus benignè ſibi a populo Rom. eſſe factum, &c.* iterum Frumentaria, *vt ambitioſi homines, & benigni, cùm pluris ſenatus æſtimaſſet, quàm quanti eſſet annona, ex ſenatus æſtimatione, non ex annonæ ratione. ſoluiſſes* ibid. *benignè ac liberaliter.* orat. contra Rullum ad pop. *Gracchorum benignitas.* de orat. lib. 2. *raro datur, vt poſſis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu, atque largitione ſeiungere.* Terent. in Hecyra. *nihil tibi apud me deſieri patiar, quin, quod opus ſit, benignè præbeatur.* Plaut. Menæchm. *Tanta ad narrandum argumentum eſt benignitas.* T. Liuius lib. 9. *prædæ erat largitor: & benignitatem per ſe gratam comitate adiuuabat.* Horat. Od. 29. lib. 3. de fortuna. *Nunc mihi, nunc alij benigna.* & Od. 18. lib. 2. *At fides, & ingeni Benigna vena eſt.* & Od. 1. epod. *Satis, ſuperque me benignitas tua Ditauit.* & Satyr. 2. lib. 1. *Quippe benignus erat: contrà hic ne prodigus eſſe Dicatur, metuens, inopi dare nolit amico, Frigus quo, durámque famem depellere poſſit.* ibid. *at hic ſi, Quà re, quà ratio ſuaderet, quàque modeſtè Munifico eſſe licet, vellet bonus atque benignus Eſſe, daret quantum ſatis eſſet.* & Satyr. 3. lib. 2. *vini, ſomnique benignus.* & Od. 2. lib. 4. *dabimúſque Diuis Tura benignus.* & Od. 17. epod. *Egens benigna Tantalus ſemper*

A *dapis.* & epiſt. ad Scæuam lib. 1. *Si prodeſſe tuis, pauloque benignus in ipſum Te tractare voles.* & epiſt. ad Mæcenat. 2. lib. 1. *benignè, Reſpondet.* Feſtus vult eſſe compoſitum ex bono & gignendo notiſſimū eſt prouerbium Ἀμαλθείας κέρας, id eſt, capræ Amaltheæ cornu: quo ſignificatur omnium rerum vbertas & copia.

Hìc in redvcta valle] vallem reductam appellat (opinor) quæ ſinus quoſdam flexuoſos, & receſſus habeat: in quibus quis à ventis, & iniuria cæli tutus eſſe queat. ſic Virg. Georg. 4. *inque ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos.* eadémque repetita ſunt Æneid. 1. & Æneid. 6. *Interea videt Æneas in valle reducta Seclusum nemus.* & B Horat. Od. 2. epod. *Aut in reducta valle mugientiū Proſpectat errantes greges.*

Canicvlæ vitabis æstvs] Caniculæ nimios ardores vitabis. ſed de Canicula dicemus nonnulla ad Od. 13. lib. 3. ibi, *Te flagrantis atrox hora Caniculæ Neſcit tangere.*

Et fide Teïa] Lyra Anacreontis Teij, id eſt, modis & cantibus, qui Anacreontis verſibus ſint pares, & ſimiles. *Anacreontis* (vt ſcribit M. Tull. Tuſcul. quæſt. lib. 4.) *tota poeſis eſt amatoria.* de eodem ſic Pauſanias Atticis. Anacreontis Teij, qui maiore ex parte res amatorias ſcripſit, ſtatua in arce Athenienſium prima poſt Sapphonem locata eſt, eo habitu, & ſtatu corporis, cuiuſmodi credibile eſt eſſe hominis ebrij canentis. C ſed de Anacreonte plura dicemus ad Od. 14. lib. epod.

Dices laboranteis in vno Penelopen] canes Penelopen, & Circen vtrámque vnius Vlyſſis amore ardentem. Vlyſſem autem ex Penelope Telemachum, ex Circe Telegonum patricidam ſuſcepiſſe traditum eſt.

Vitream] vel ſplendidam inſtar vitri, & ita formoſam: vel pellucidam, quales ab Epicuro Deos inductos eſſe ſcribit M. Tull. de diuin. 2. his verbis: *Deos enim ipſos iocandi cauſa induxit Epicurus pellucidos, & perflabiles, &c.* quos alibi μονογράμμους appellat: vel marinam, quod magis probo. aqua enim, corpus eſt διαφανὲς, vt vitru. Atq; iccirco aqua, vitrea dicitur: & color aquæ, vitreus, quaſi pellucidus ac cæruleus. Itaque D Nymphæ marinæ apud Virgil. 4. Georg. vellera carpunt vitreo colore fucata. ſic Virg. *eam circum Mileſia vellera Nymphæ Carpebant hyali ſaturo fucata colore.* & Horat. pontum, vitreum appellat. lib. 4. Od. 2. *vitreo daturus Nomina ponto.* Iam cæruleus, ſeu glaucus color diis & deabus marinis, & fluuiis tribuitur. idem Od. 13. epod. de Thetyde: *nec mater domum Cærulea te reuehet.* Virg. lib. 8. Æneid. de Tiberi, *eum tenuis glauco velabat amictu, Carbaſus & crines vmbroſa tegebat arundo.* Idem 12. *& quæ cæruleo ſunt numina ponto.* Idem 5. de Neptuno, *Cæruleo per ſumma leuis volat æquora curru.* Idē 8. extr. de Nilo: *& tota veſte vocantem Cæruleum in gremium.* alia ratione dixit famam vitream, Satyr. 3. lib. 2. *quem cepit vitrea fama.* per *vitream* enim, fragilem ſignificari voluit, vt famam popularem. Apud Varronem

Varronem vitreum, pellucidum ſignificat. *Quorundam vitrea toga oſtentant tunicæ clauos.* Nonius in nomine *vitreum.*

Hîc innocentis pocvla] vinum Leſbium innocens appellat, id eſt, innoxium, quòd, qui eo vtatur, nihil intemperanter, nihil iracundè, nihil furioſè agat: vel refer ad moderatum, ac temperatum eius vſum. quod idem tamen de ceteris vinis dici poteſt.

Dvces] bibes, haurics. ſic Plautus Amphit. *eam ego, vt matre fuerat natum, vini eduxi meri:* id eſt, ebibi. ſic Horat. Od. 12. lib. 4. *Sed preſſum Calibus ducere Liberum Si geſtis.* & Od. 3. lib. 3. *lucidas Inire ſedes, ducere nectaris Succos.* non diſſimile eſt illud Od. 1. lib. 4. *Illic plurima naribus Duces thura.* & verbum compoſitum obducere. Cicer. Tuſcul. 1. de Theramene, *qui cum coniectus in carcerem triginta iuſſu tyrannorum venenum, vt ſitiens, obduxiſſet, reliquum ſic è poculo eiecit, vt id reſonaret.* & ita quidam intelligendum putant locum illum 1. epiſt. libr. 1. ad Attic. *qui ſic inopes & ab amicis, & ab exiſtimatione ſunt, vt mihi videatur non eſſe ἀδύνατον Curium obducere.* id eſt, non videatur eſſe ἀδύνατον æquo animo ferre etiam Curium competitorem. ſic P. Victorius Florentinus explicat. tralatio ducta eſt à medicamentis liquidis, quæ ægri exſorbere ſolent, vt conualeſcant. vnde nata ſunt illa genera loquendi, exſorbere & deuorare moleſtiam.

Nec Semeleivs Cvm Marte] tum confundit Bacchus cum Marte prœlia, tùm à vino & poculis, ad ferrum & arma venitur: vel cùm vino ſimul, & ferro certatur, quale fuit Lapitharum, & Centaurorum conuiuium. [Profert hunc locum Seruius ad illum Virg. Georg. 2. *ille furentes Centauros, &c.*]

Thyonevs] ſic dictus eſt Bacchus ἀπὸ τῆς θυώνης τῆς Σεμέλης. Nam Semelen Pindarus Thyonen appellat Πυθ᾽ ὠδ. γ. ζῶει μὲν λευκώλενος ζεὺς πατὴρ ἤλυθεν ἐς λέχος· ἱμεροντος Θυώνας. Verùm Thyonen rurſus dici volunt ἀπὸ τοῦ θύειν, quia Bacchus in choris concitatus feratur, & furat. Interpret. Apollon. argon. 1. τὴν Σεμέλην θυώνην καλοῦσιν, ἐπειδὴ Αἰσχύλος ἔγκυον αὐτὴν παρεισήγαγεν θύουσαν, καὶ ἐνθεαζομένην, id eſt, Semelen, Thyonen nominat, quoniam Æſchylus prægnantem, ſeu grauidam eam induxit, & diuino numine afflatam.

Svspecta] tu ſuſpecta Cyro, videlicet ſuſpicanti alium abs te amari.

Ne malè dispari] ne tibi tuo malo, diſpari, vel miſerè & valdè diſpari viribus, id eſt inferiori, imbecilliori; &c. Alij ſic: non reſpondenti in amore. vel coniunge *male*, cum verbo *iniciat*, vt paulò pòſt dicemus.

Iniciat manvs] iniicere manus non eſt inferre. hoc enim ſemper cum vi intelligitur: illud autem etiam ſine vi eſſe, & intelligi poteſt. vt M. Tull. pro Q. Roſcio com. *hic mihi veritas manum iniecit, & paulisper conſiſtere, & commorari coëgit.* Et dominus apud Iuriſconſultos, rei ſuæ manus iniicere dicitur, cùm eam apud aliū poſſeſſorem repertam, apprehendit, & vendicat. ex quo manus iniectio apud eoſdē. Paterculus lib. poſteriore. *ſecutus deinde eſt conſulatus C. Cæſaris, qui ſcribenti manum iniicit, & quamlibet feſtinantem in ſe morari cogit.* hoc loco autem nomen, *incontinentes*, adiectum, videtur augere vim verbi. Quin mihi magis placet, quod Paſſeratius nuper mihi dixit in ſermone, videri *male* coniunctim eſſe intelligendum cum verbo *iniciat*: vt malè iniciat intelligamus, immaniter, & ſceleratè iniciat. quam ſententiam adiuuant hi Tibulli verſus. *Non ego te pulſare velim: ſed venerit iſte Si furor, optarim non habuiſſe manus.* Idem, *Ah, lapis eſt, ferrúmque, ſuam quicumque puellam Verberat: è cælo deripit ille deos.* ſic alibi malum pro ſcelerato & impio vſurpatur. Horat. Od. 12. lib. 4. *quod malè barbaras Regum eſt vlta libidines.*

Coronam] corollam è floribus. ſolebant enim vti coronis in conuiuiis antiqui. qua de re & ſuprà diximus, & dicemus plura ad Od. 11. lib. 4. verumtamen etiam ex Lucretio, hoc intelligere licet lib. 3. *Hoc etiam faciunt, vbi diſcubuere, tenéntque Pocula ſæpe homines, & inumbrant ora coronis.* quod item declarat verſus ille, quem citat Athen. lib. 3. ex Archeſtrato. Ἀεὶ δὲ στεφάνοισι κάρα πύκαζε [illegible]

Immeritámqve vestem] quæ nihil commeruit, quamobrem ab amante Cyro irato ſcindatur. Satyr. 3. lib. 2. *Culpantur fruſtra calami, immeritúſque laborat Iratis natus paries dis atque poetis.* Virgil. moreto. *Immeritóque furens dicit conuicia fumo.* Terent. Adelph. *Diſcidit veſtem? reſarcietur.*

TVRNEBVS.

D*Vlci fiſtula*) Fauni fiſtula. Ex priſcorum opinione, id dictum eſt, qui loca voces referētia à Faunis & Satyris incoli cenſebant, vt cōuallem ſuæ villæ Horatius ait. Sed & eos non tibia modò, ſed fiſtula canere credebant. Lucretius,

Hæc loca capripedes Satyros, Nympháſque tenere
Finitimi fingunt; & Faunos eſſe loquuntur:
Quorum noctiuago ſtrepitu, ludóque iocanti
Adfirmant vulgo taciturna ſilentia rumpi,
Chordarúmque ſonos fieri, dulcéſque querelas,
Tibia quas fundit digitis agitata canentum
Et genus agricolûm latè ſentiſcere, cùm Pan
Pinea ſemiferi capitis velamina quaſſans,
Vnco ſæpe labro calamos percurrit hiantes,
Fiſtula ſilueſtrem ne ceſſet fundere Muſam.

Siluani autem etiam Martes dicebantur. Cato, *Marti Siluano in ſilua interdius, In capita ſingula boū. &c.* Ac Martis nomen omnibus propè Diis tribuebatur, vt Ioui & Iano. Cato, *Ianum Iouémque vino præfamino, ſic dicito. Mars pater te precor quæſoque &c.* Et, vt opinor, Picus Martius ideò dicebatur, cùm ex pico vt in fabulis eſt, filio Martis Siluani in auem eſt mutatus. *Vtcunque*) vbicunque toto hoc tractu ſaxa perſonuêre Fauni

ſiſtula, Nam quemadmodum vt eſt interdum A vbi; ita vtcumque interdum vbicumque. Catullus,

Verum totius vt lacus putidaq́ paludis

Liuidiſſima, maximéque eſt profunda vorago. id eſt, verùm vbi profundiſſima vorago eſt. *Vitreámque Circen*) puto quòd inſulam incoleret, & aquas accoleret, quarum color eſt vitreus. Itaque Nymphæ apud Maronem huius coloris lanificium exercent,

— mileſia vellera Nymphæ

Carpebant, hyali ſaturo fucata colore. Vitreã Circen ergo maritimam intellige. *Diſpari*) non redamãti. alio loco. Et quæret iratus parem. id eſt, redamantem.

Ex aduerſ. lib. 9. cap. 3. Quod ait Faunum a- B mœnum mutare Lycæo Lucretilem. Per Faunũ intelligit Pana, qui in Arcadia colebatur, vt Faunus in Latio. Credebatur autem Faunus vt & Pan fiſtula delectari, & ea plerumque canere, eiùſque modos audiri fides erat, quod & hic Horatius ſignificat, cùm ſcribit,

Vtrúmque dulci Tyndari fiſtula,

Valles, & Vſticæ cubantis

Leuis perſonuêre ſaxa. Hoc enim de Fauni non de Paſtorum fiſtula augurot intelligendum eſſe. Delectari autem eum fiſtula antiquitatem crediⁿdiſſe ſic ex Prudentio intelligimus. Hymno 10. *περὶ στεφάνων Faunos, Priapos, fiſtularum præſides.* Dij eiuſdem generis erant Siluani, quibus, vt ex qui- C buſdam aliis diis, nomen Martis tribuebatur. M. Cato, *Marti ſiluano in ſilua interdiu.* & vt opinor autem Picus Martius ideò dicebatur, quòd ex Pico, vt in fabulis eſt, Martis ſiluani filio, in auem eſſet mutatus. Siluanus à Græcis exponitur, πᾶς ὑλαῖος θεός, ſed & πᾶς σιλβανός.

Ex lib. 8. aduerſ. cap. 15. Cũ Horatius ſcribit,

Vtrumque d. T. f,

V. & v. c.

L. p. ſ. Fauni fiſtulam interpretor ex priſcorum opinione, qui loca vocis imaginem referentia, à Faunis & Satyris incoli credebant, vt conuallem ſuæ villæ Horatius; Sed & eos modò tibia, modò fiſtula canere credebant, vt ex Lucretio cognoſci poteſt,

D

Hæc loca capripedes Satyros Nymphásque tenere
Finitimi fingunt, & Faunos eſſe loquuntur,
Quorum noctiuago ſtrepitu ludóque iocanti
Affirmant vulgo taciturna ſilentia rumpi,
Chordarúmque ſonos fieri, dulcéſque querelas,
Tibia quas fundit digitis agitata canentum:
Et genus Agricolum late ſentiſcere, cùm Pan
Pinea ſemiferi capitis velamina quaſſans,
Vnco ſæpe labro calamos percurrat hiantes,
Fiſtula ſiluestrem ne ceſſet fundere muſam.

Vtcunque autem pro vbicunque Horatius vſurpauit. Nam & vt, pro vbi dicitur. Catullus,

Verum totius vt lacus [illegible] paludis

Liuidiſſima maximeque eſt profunda vorago, [illegible]

id eſt, vbi profundiſſima vorago eſt. Eodem modo in Arato Cicero, *vt prius aita chelæ,* pro. vbi

A nam Græcè eſt, ἠχέτα ἄχεται χηλαί. Sed quia ad antiquorum de Faunis & Satyris opinionem Melæ verba pertinent, ea adiiciam. *Inde viſuntur patentes magis campi, quàm vt proſpici poſſint. Panum Satyrorúmque opinio hinc cauſa fidem cœpit, quod cùm in his nihil culti ſit, nullæ habitantium ſedes, nulla veſtigia, ſolitudo in diem vaſta, & ſilentium vaſtius, nocte crebri ignes micant, & veluti caſtra latè iacentia oſtenduntur: crepant cymbala & tympana, tibiæque audiuntur ſonantes maius humanis.* Multi etiam ambigunt cur vitream Circen appellarit his verſibus,

Dices laborantes in vno

Penelopen, vitreámque Circen. Ego pro aquarum accola & maritima accipio, & tanquam aqua- B rum nympha, cùm aquarum color vitreus ſit, & Nymphæ apud Maronem lanificium huius coloris exerceant: verſus eius eſt,

Carpebant hyali ſaturo fucato colore. i. vitri.

Ex lib. 19. cap. 3. Quòd quærunt cur vitrea Circe ab Horatio dicatur? Id verò ſine controuerſia eſt. Sic enim appellatur, vt maritima dea aut maris accola. Is enim marinis diſcolor, vt & cœruleus & glaucus, tribuitur. Maro de Neredibus.

— mileſia vellera Nymphæ.

Carpebant, hyali ſaturo fucata colore. Iterum,

— vitreiſque ſedilibus omnes

Obſtupuere.

C

AD QVINCTILIVM Varum. Od. 18.

ARGVMENTVM.

Vini potu moderato hilarari animum: immoderato, rixas excitari.

NVLLAM, *Vare, ſacra vite prius ſeueris arborem*
Circa mite ſolum Tiburis, & mœnia Catili.
Siccis omnia nam dura Deus propoſuit: neque
Mordaces aliter diffugiunt ſollicitudines.
Quis poſt vina grauem militiam, aut pauperiem crepat?
Quis non te potiùs Bacche pater, téque decens Venus?
At, ne quis modici tranſiliat munera Liberi,

Centau-

Centaurêa monet cum Lapithis rixa ſuper mero
*Debellata: monet * Sithoniis non leuis Euius:*
Cùm fas atque nefas: exiguo fine libidinum
*Diſcernunt * auidi. non ego te candide Baſſareu*
*Inuitum quatiam: nec variis * obſita frondibus*
*Sub diuum rapiam. ſæua * tene cum Berecinthio*
Cornu tympana; quæ ſubſequitur cæcus amor ſui,
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem,
*Arcanique fides prodiga, * perlucidior vitro.*

Nvllam Vare sacra] hic verſus ex Alcæo expreſſus eſt. Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω.

Mite solvm] mite, quia vuæ in eo natæ mites ſunt, ſeu quia miteis vuas effert. Virgil. Georgic. 1. *Heu male tum miteis defendet Pampinus vuas.* ab eodem mitis vindemia dicta, lib. 2. extr. *Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis.*

Catili] Virgilius geminat literam l. *Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt, Fratris Tiburni dictam cognomine gentem, Catillúſque, acérque Coras.* ſic Horat. inf. Od. 22. lib. 3. in nomine Apulliæ geminat l.

Siccis] ſobriis, vino nequaquam madidis. vt Od. 5. lib. 4. *dicimus integro Sicci manè die.* & epiſtol. ad Mæcenat. 5. lib. 1. *forum, putealque Libonis Mandabo ſiccis, adimam cantare ſeueris.* & M. Tull. contra Rullum in Senatu, *Verum eſſe vobis conſilia ſiccorum, an vinolentorum ſomnia videntur?* & Academ. quæſt. lib. 4. *dormientium, & vinolentorum, & furioſorum viſa imbecilliora eſſe dicebat, quàm vigilantium, ſiccorum, ſanorum.* & Plaut. in Perſa, *Familiæ factum eſt, cùm bibimus: nimis ſicci ſuimus.*

Mordaces] ſic curas edaceis appellat Ode 11. lib. 2. *diſſipat Euius Curas edaces.* Græci γυιοβόρους, & θυμοδακεῖς μελεδῶνας nominant, quaſi membra rodenteis, & animum mordenteis: & θυμαλγεῖς, & θυμοβόρους.

Gravem milit. avt pauper. crepat?] id eſt, quis potus militiæ, aut paupertatis incommoda queritur? quis de militia & paupertate loquitur, vt oneribus grauibus, & non ferendis? duobus codicib. calamo ſcriptis reclamantibus, qui habent, *increpat*, *crepat* excudendum

A curaui, vnũ Vaticanum ſecutus, in quo ſcriptum eſt, increpat, alia manu, vt facilè appareat initio, *crepat*, ſcriptum fuiſſe. Præterea Nonius Marcellus docet, *crepare* hoc loco valere, queri, & dolere, citátque & hunc verſum Horatij, & alterum Lucret. lib. 2. *Et crepat, antiquum genus, vt pietate repletum Perfacile anguſtis tolerarit finibus æuum.* ſed ſimpliciter dici poteſt, crepare, per tranſlationem quandam ſermonis, eſſe aſſiduè aliqua de re loqui, ſempérque eam in ore habere. quemadmodum in epiſt. ad Mæcen. 2. lib. 1. *Sulcos & vineta crepat mera*, & in epiſt. ad Piſones de arte. *Aut immunda crepent, ignominioſáque verba.* & Satyr. 3. lib. 2. *Si quid Stertinius veri crepat.* & ita verſus, qui deinceps ſequitur, *Quis non te potius, &c.* facillimè B poterit explicari, hoc modo, Quis poſt vina militiam, aut paupertatem habet in ore? quis non potiùs Bacchum, & Venerem crebris vſurpat vocibus, ac ſermonibus? Tale eſt illud Theognidis: Εἰ πίομαι, πενίης θυμοφθόρου οὐ μελεδαίνω, Οὐδ' ἀνδρῶν ἐχθρῶν, οἵ με λέγουσι κακῶς, id eſt, ſi bibero, paupertatem animorum peſtem non curo: neque inimicos & maleuolos homines, qui mihi maledicunt.

At ne qvis modici] At, ne quis ſupra modum bibat, monet Centaurorum, & Lapitharum pugna in poculis orta, & commiſſa, &c. ſic Theognis, Ὃς δ' ἂν ὑπερβάλλῃ πόσιος μέτρον, οὐκέτι κεῖνος Τῆς αὐτοῦ γλώσσης καρτερὸς, οὐδὲ νόου. quorum C verſuum hæc ferè ſententia eſt, Qui autem bibendi modum ſuperarit, neque ille iam linguæ ſuæ, neque mentis compos eſt. idem, Ἄφρονος ἀνδρὸς ὁμῶς, καὶ σώφρονος οἶνος ὅταν δὴ Πίνῃ ὑπὲρ τὸ μέτρον, κοῦφον ἔθηκε νόον, id eſt, Cùm vinum ſupra modum hauſtum fuerit, ſtulti pariter & intelligentis mentem leuem ac mobilem reddidit. citantur & hi verſus ab Athen. lib. 2. Πλείονα δ' οὐκ κραδίας ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει Πινόμενος κατὰ μέτρον, ὑπὲρ μέτρον δὲ χερείων; id eſt, Vinum modicè potum omneis ex animo moleſtias abigit, ac diſſipat: ſin immodicè hauriatur, malum eſt. huc pertinent & verſus Anacreontis, qui citantur item ab Athen. libr. 14. Οὐ φίλος, ὃς κρητῆρι D παρὰ πλέῳ οἰνοποτάζων Νείκεα καὶ πόλεμον δακρυόεντα λέγει· Ἀλλ' ὅστις Μουσέων τε, καὶ ἀγλαὰ δῶρ' Ἀφροδίτης Συμμίσγων, ἐρατῆς μνήσκεται εὐφροσύνης, id eſt, non eſt mihi gratus, qui ex pleno cratere vinum immoderatè hauriens contentiones & bellum lacrymoſum narrat: ſed qui muſarum & Veneris munera temperans, & commiſcens, nihil præter lætitiam, & hilaritatem in ore habet.

Centavrêa monet cvm Lapithis] Pirithous Ixionis, & Diæ filius, epulum nuptiale Centauris, vt ſibi neceſſitudine coniunctis, præbuit. Cùm fugiſſet autem eum Marti ſacrificare, Deum illum irritauit, ſibique infenſum, atque inimicum reddidit. Ita Centauri plus nimio poti ſibi ipſi temperare non potuerunt, quin ingenio ſuo indulgentes Lapitharum vxo-

ſibus vim inferre conarentur. Lapithæ autem hanc tam atrocem iniuriam, & contumeliam iniquo animo ferentes, atque vlciſci volentes, magnas Centaurorum ſtrages ediderunt. Antinous apud Homer. ἰλιάδ, φ. malus auctor quidem ille, ſed tamen hac parte verus, deterrere Vlyſſem volens, ne arcum illum difficillimum ad inflectendum, intendere conaretur: hanc Lapitharum & Centaurorum hiſtoriam profert, dicens, Vlyſſem immodico vini potu impulſum, & mente captum, vt illos, rem ſuis viribus imparem ſuſcipere, ac tentare. Οἶνός σε τρώει μελιηδὴς, ὅς τε καὶ ἄλλους βλάπτει, ὃς ἄν μιν χανδὸν ἕλῃ, μηδ' αἴσιμα πίνῃ. Οἶνος καὶ Κένταυρον ἀγακλυτὸν Εὐρυτίωνα ἄασ' ἐν μεγάροις μεγαθύμου Πειριθόοιο Εἰς Λαπίθας ἐλθόνθ', ὁ δ' ἐπεὶ φρένας ἄασεν οἴνῳ. &c. M. Tullius oratione in Piſonem, conſulum per potationem cum Lapitharum & Centaurorum conuiuio comparat. ſic ille, *quod quidem iſtius in illis reipub. luctibus ſympoſium, quaſi aliquod Lapitharum aut Centaurorum conuiuium ferebatur.* Centaurum Pindarus ex Ixione & nube Iunonis ſimilitudinem gerente natum facit: eóque loco hanc Centaurorum & Lapitharum pugnam multis verbis perſequitur interpres: quam in templo Theſei depictam fuiſſe ſcribit Plutarchus in Theſeo. lege & de eadem Heſiodi Aſpidem.

RIXA SVPER MERO DEBELLATA] rixa in conuiuio armis & ferro dijudicata. Verbo *debellandi* crebrò vtitur T. Liuius, ſed imperſonaliter, vt loquuntur Grammatici: & interdum abſolutè.

MONET SITHONIIS NON LEVIS EVIVS.] monet & Bacchus, qui à Thracibus ſumma religione colitur: quem non contemnunt Thraces Lycurgi exitio docti, vel, quem ſæpe ſibi habent iratum, cùm plus æquo poti, quicquid ſibi libet, etiam licere putant.

SITHONIIS] id eſt, Thracibus. Ode 26. lib. 3. *Memphim carentem Sithonia niue* Euium autem Bacchum eſſe appellatum à voce bacchantium εὐοῖ, cùm ſit notum, de ea re non dicam plura.

CVM FAS, ATQVE NEFAS.] cùm fas, & nefas non iure, nec ratione, nec honeſtate, ſed ſua libidine diſcernere, ac metiri volunt: quod cùm fit, res inter ſe maximè diſſimiles, ac contrariæ facilè miſcentur, & confunduntur. Libido enim omnium rerum diſcrimen, ac delectum tollit, réſque maximè inter ſe diſiunctas, ac diuerſas coniungit, & exæquat, nedum tanquam finis, ac terminus fas, & nefas diſcernere, aut diſtinguere queat.

AVIDI] libidine inflammati. aliter *auidos nautas* dixit Od. 28. huius lib. & ſaty. 3. lib. 2. *auidum hæredem: & conuiuas auidos.* ſaty. 5. lib. 1.

NON EGO TE CANDIDE.] candide, liber, ſimplex, aperte, verax, ſyncere, Od. 11. epod. *candidum Pauperis ingenium.* & ſaty. 5. lib. 1. *animæ, quales, neque candidiores Terra tulit.* & Ode 14. epod. *candide Mæcenas.* & epiſt. 6. lib. 1. epiſt. *ſi quid nouiſti rectius iſtis, Candidus imperti: ſi non, his vtere mecum.*

INVITVM QVATIAM] ſacra Bacchi maxima, occultiſſimáque religione contineri, reconditiſſimáque in eis myſteria ſubeſſe ſcribunt boni auctores. huius igitur loci hæc ſententia eſt, te inuitum non commouebo, non te exagitabo, (nemo enim te laceſſit impune) neque tua ſacra pampinis inuoluta proferam in lucem, aut diuulgabo: neque res vllas arcanas, & recõditas enuntiabo. quod valet, non progrediar bibendo vſque ad ebrietatem. nam qui immoderatè bibunt, & nimio vini potu fiunt ebrij, res arcanas & reconditas ac tacendas enuntiare ac vulgare ſolent. *inuitum* autem dixit, quia quamuis Bacchus non inuitus munera ſua largiatur hominibus, inuitus tamen eos vino obrui, & ebrios fieri videt. [Licet etiam hæc ad ſacrorum Bacchi conſuetudinem referre, quam exponit Seruius ad illum locum Virg. Æneid. lib. 4. *qualis commotis excita ſacris Thyas, &c.* his verbis. *Commotis ſacris id eo dixit, quia in ſacrorum renouatione commouebantur ſimulacra.* vnde Horatius, *non ego te candide Baſſareu, inuitum quatiam.* Baſſareum autem Bacchum dictum volunt à Baſſaris: de quibus magna quæſtio eſt. Alij enim eas Bacchi nutrices fuiſſe dicunt, dictas ἀπὸ τῶν βάζειν καὶ ἀρᾶν, propter inſaniam ſcilicet, eaſdémque Lydas, Macetas, & Mimallonas eſſe nominatas: alij baſſaras, calceos fuiſſe volunt, alij veſtimenti genus, vt dicemus ad Od. 25. lib. 3.]

NEC VARIIS OBSITA.] id eſt, obducta, operta. obſerere enim hoc ſignificat per tralationem. Plautus in Trinummo. *hem iſtic oportet obſeri mores malos, ſi in obſerendo poſſint interficier.* Orgia autem ſignificat.

SVB DIVVM RAPIAM] diuulgabo, aperiam. ordo, nec ſub diuum rapiam tua ſacra variis frondibus obducta.

SÆVA TENE CVM BERECINTHIO] diximus ſuprà ad Od. 16. tympana, cymbala, cornua in ſacris Cybeles, & Bacchi adhiberi ſolita, eadémque ferè religione, & eodem ritu vtraque culta eſſe. qua de re, qui plura ſcire volet, legat Clementis Alexandrini ςρώματα. Tu igitur Bacche, tympana, & cornua tua, quæ impios ad inſaniam adigunt, contine, & comprime: ne patere, me ad inſaniam immoderato vini potu adigi, quemadmodum tuæ Bacchæ audito tuo tympano, & Berecinthio cornu, furore præcipites aguntur.

QVÆ SVBSEQVITVR CÆCVS AMOR.] hi ſunt vini intemperantiùs poti comites: cæcus amor ſui, quem Græci φιλαυτίαν nominant: arrogantia, atque inſolentia caput altius, quàm par eſt, attollens: linguæ incontinentia, ſeu lingua ſoluta, atque expedita ad res arcanas, fideíque commiſſas, enuntiandas ac diuulgandas.

[ET TOLLENS VACVVM] profert hunc locum Seruius ad illum Virg. Æneid. 9. *Pérque caput*

put Romuli venit, &c. vbi tamen legitur *Attollens* mendoſè; opinor.]

ARCANIQVE FIDES PRODIGA.] fides parùm certa, & conſtans in tacendis conſiliis occultis, atque arcanis: fides effuſa in efferendis, & prodendis rebus tacendis. ſic locutus eſt ſuprà Od. 12. *animaeq; magnae Prodigum Paullum*. & epiſtola 2. ad Mæcenatem libr. 1. *neque multæ prodigus herbæ.*

PERLVCIDIOR VITRO.] idem dicit, quod iam ſatis ſignificarat: *fides perlucidior vitro*: id eſt, fides non continens clauſa conſilia ſibi commiſſa, ſed ea omnibus aperiens, & indicans. aptiſſima autem vitri ſimilitudine vſus eſt ad ſignificandam eorum leuitatem, ac perfidiam, qui conſilium aliquod occultum ſibi commiſſum continere, & tegere non poſſunt. Quemadmodum enim vitri natura, quæ perlucida eſt, nihil earum rerum, quibus imponitur, occultare, aut tegere ſolet: immò eas perſpicuas, & aſpectabileis, omniúmque oculis expoſitas relinquit: ſic ingenia vana, & futilia, nihil rerum occultarum clauſum habere poſſunt, ſed eas non ſolùm lingua, verùm etiam fronte & vultu aperiunt ac declarant. Ad hunc locum pertinet illud Od. 11. epod. *Simul calentis inuerecundus Deus Arcana promerat loco.* & ſat. 4. lib. 1. *Condita cùm verax aperit præcordia Liber.*

TVRNEBVS.

N*Ullam vare*) Ex Alcæo cuius non ſolùm ſententiam, ſed & genus carminis eſt imitatus in eadem re μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω. *Non ego te*) Adluſum eſt ad myſteria in quibus colebatur Liber cum Cerere & Libera. Adluſum etiam ad Bacchanalia. Significat autem ſe nolle bacchari in vino. Bacchæ autem cum furioſæ eſſent, ait in potu ſe nolle eius commouere ſacra, id eſt, ſe nolle ad ebrietatem progredi.

- qualis commotis excita ſacris
Thyas vbi audito ſtimulant Trieterica Baccho.

Plautus, *Scis vbi mea commoui ſacra, quas turbellas ſoleam dare? Variis obſita frondibus.*) Adluſum eſt ad Thyrſos baccarum, qui frondoſi ſpiculum occultabant, cùm etiam hedera bacchantes ſe veſtirent. Allegoricè autem iſta ad ebrietatem rixoſam transfert, quàm Bacchanal quoddam & ſacrum Bacchi, eſſe ſignificat Euripides in Bacchis. Vide Lucianum in Dionyſio. *Cornu tympana*) Retine furorem, ne eum nobis immittas. Nam ad modos Phrygios, Enthei & Phanatici reddebantur. In Cybeles autem ſacris cymbala, tympana & cornua adhibebantur. Lucretius,

Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum
Concaua, raucíſonóque minantur cornua cantu,
Et phrygio ſtimulat numero caua tibia mentes.

Cacus amor ſui) per ebrietatem arcanum prodimus, nos nimium amamus, glorioſè de nobis prædicamus.

A Ex lib. 22. cap. 23. Horatius videtur exiſtimare Tibur à Catilo conditum fuiſſe, cùm Tibur mœnia Catili vocet: & Catonis ſententia fuit, eam vrbem poſitam à Catilo Arcade præfecto claſſis Euandri fuiſſe.

Ex lib. Aduerſ. 21. cap. 21. Niſi erro totó cælo, Horatianus ille locus allegoria totus eſt figuratus & mutatus.

- non ego te candide Baſſareu
Inuitum quatiam: nec variis obſita frondibus
Sub diuum rapiam: ſæua tene cum Berecynthio
Cornu tympana.

Nam de ebrietate hîc loquitur ſub integumento bacchanalium; cùm ebrietas etiam bacchanal quoddam videri poſſit: ſe autem dicit ad ebrietatem vſque nolle compota-

B re. Nam qui eò vſque progreditur, is Bacchum inuitum quatit: ille enim nobis non inuitus ſua indulget munera temperatè vtentibus: non æquo animo vino nos obrui patitur. Quod autem quatere dixit, ad ſacra Bacchi alluſit, quæ recondita in ciſtis è templis vrbanis in montes ſolitudinéſque ad Orgia celebranda à Bacchis portabantur. vnde Maro, *Bacchatámque iugis Naxum* dixit, & libro 4.

-- qualis commotis excita ſacris
Thyas, vbi audito ſtimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnúſque vocat clamore Cytheron.

Et quia ſacra illa furioſo tumultu & perturbato impetu commouebãt, idcircò dixit Plautus, *Scis, vbi mea commoui ſacra quas turbellas ſoleam dare.* Non

C igitur, inquit, te commouebo, nec obſita frondibus ſacra tua ſub diuum rapiam, id eſt, ebrius non bacchabor, nec inſaniam, vt qui ſacra tua ſolent Bacche pater è templis rapere ſub diuum in ſaltus & montes. Tegebantur autem Orgiorum ciſtæ hedera & Pampinis.

Sæua, inquit, *tene cum Berecynthio*
Cornu tympana. id eſt, noli me adflare ebrietatis furore, vt tympano ſacrorum tuorum, & cornu audito, ad amentiam adiguntur Bacchæ, & myſtæ tui fanatici & enthei redduntur. vnde & Lucretius ſcripſit,

Et Phrygio ſtimulat numero caua tibia mentes.

Amentiam autem illam ebrietatis, quæ vitia conſequantur continuò enumerat, quæ procul

D dubio fidem faciunt figurato eſſe iſta inuolucra obducta, quod in eam ſententiam, quam expoſui, arbitror euoluendum.

DE GLYCERA.

Ode 19.

ARGVMENTVM.

Se illius amore vri.

M*Ater ſæua Cupidinum,*
Thebanæque iubet me Semelæ puer,

Et laſciua licentia
Finitis animum reddere amoribus.
Vrit me Glyceræ nitor
Splendentis Pario marmore puriùs:
Vrit grata proteruitas,
*Et vultus nimiùm * lubricus aſpici.*
In me tota ruens Venus
Cyprũ deſeruit: nec patitur Scythas,
Et verſis animoſum equis
*Parthum dicere: nec quæ * nil attinet.*
*Hîc viuum mihi * ceſpitem, hîc*
Verbenas pueri ponite, turáque
Bimi cum patera meri.
Mactata veniet lenior hoſtia.

MATER SÆVA CVPIDINVM] multos eſſe vnius Veneris Cupidines à nemine (quod ſciam) traditum eſt. Philoſtratus autem multitudinem illam Cupidinum mala carpentium (ne quis fortè miretur) Nympharum ſubolem eſſe dicit his verbis: εἰ δὲ πλῆθος αὐτῶν (inquit) μὴ θαυμάσῃς. Νυμφῶν γὰρ δὴ παῖδές εἰσι. Quamobrem autem Lucianus dialogum quendam inſcripſerit, Ἔρωτες, ex eius dialogi lectione
C intelligi, quàm à me doceri, malo hîc verſus iteratur Od. 1. lib. 4.

THEBANÆQVE IVBET] Cadmus Rex Thebarum: eius filia Semele. Heſiod. in Theog. Καδμείη δ' ἄρα οἱ Σεμέλη τέκε φαίδιμον υἱὸν Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι Διώνυσον πολυγηθέα. id eſt, Cadméa autem peperit clarum filium Dionyſum valde hilarum congreſſa cum Ioue. Iam Semelen complexu Iouis grauidam, & ad pariendum vicinam, dolis Iunonis circumuentam, atque indoctam petiiſſe à Ioue, vt ea ad ſe ſpecie, eóque habitu ventitaret, quo fuerat tùm, cùm primùm Iunonis nuptias experiuerat: Iouem autem, qui ei pollicitus erat, ſe, quicquid illa pete-
D ret, conceſſurum, in curru ad eam veniſſe cum fulgure, & fulmine, illámque metu exanimatam eſſe, vel (vt alij volunt) fulmine conflagraſſe: Bacchum verò è flamma ereptum, in Iouis femur coniectum, & inſitum eſſe, docet Euripides in Bacchis. aliquot libri veteres habent *iubens*. paullò pòſt omnes ferè *Semela*, non vt vulg. *Semeles*.

FINITIS ANIMVM REDDERE AMORIBVS] id eſt, referre animum ad amores, quibus finem conſtitueram. aliter dictum eſt illud ſuprà, *animúmque reddas*, Od. 16.

SPLENDENTIS PARIO MARMORE] de Pario marmore ſic Strabo lib. 10. ἐν δὲ τῇ Πάρῳ ἡ Παρία λίθος λεγομένη ἀρίστη πρὸς τὴν μαρμαρογλυφίαν. In Paro eſt Parius lapis, qui dicitur eſſe optimus ad marmoris cælaturam.

A GRATA PROTERVITAS] qui ſunt exercitati in rebus amatoriis, dicunt ingenij ferocitatem, feruorem, & proteruitatem in puella, modeſtia, & pudore, & taciturnitate gratiorem eſſe. ſic Od. 5. lib. 2. *Iam proterua fronte petet Lalage maritum.* Od. 25. huius libri, *iuuenes proterui*. per tranſlationem autem Od. 26. huius lib. *ventos proteruos* nominat. & Od. 16. epod. *proteruum Africum.* [Seruius ad illum Virgil. locum Alex. *triſtes Amaryllidis iras*. hunc locum profert, & videtur proteruitatem, interpretari iram non veram: quæ aliquid gratiæ (inquit) habere conſueuit.]

LVBRICVS ASPICI] lubricus ad aſpi-
B ciendum. quem difficile ſit ita conſtanter, & continenter aſpicere, vt Glyceræ complexum non expetas. qui aſpicientem percellere ſolet. & tralatio ducta eſt à via lubrica, in qua inſiſtere, aut ingredi ſine caſu aliquo, vel prolapſione egrè quiſquam poteſt. nonnulli ſic: cuius ſplendorem oculi ferre non poſſunt. quod non diſplicet: alij vultum aſpici lubricum, politiſſimum, nitidiſſimum, & pulcherrimum interpretantur. nihil præterea. animaduertendum autem hoc loquendi genus *lubricus aſpici*, à Græcorum conſuetudine ductum. de quo ad Od. 8. lib. 4. dicemus.

CYPRVM DESERVIT.] Cyprum, vbi religioſiſſimè colitur, & cuius eſt præſes, cuſtos &
C domina, vt ſuprà Od. 3. hoc loco autem ſtudioſum adoleſcentem admonere volo de eo, quod tradit interpres Homeri ἰλιάδ. ε. cur Venus Cypris dicatur, recentioribus hominibus non eſſe notum. Ait enim ille Cyprin dictam ab Homero, quaſi κυεπορεῖν, propterea quòd ſine Venere, id eſt, ſine concubitu, & complexu venereo mulieres grauidæ non fiant. Induxit autem (inquit ille) & decepit Heſiodum, ceteróſque poëtas Homero poſteriores, id quod ait Homerus, ἰλιάδ. θ. ἡ δ' ἄρα Κύπρονδ' ἵκανε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη. ex illis verbis enim exiſtimarunt Venerem in Cypro eſſe natam, ſed eò (inquit) profecta eſt, quia ibi colitur. non continuò autem ſi quis Deus aliquo in loco colitur, in eo quoque natus
D eſt. Ita nunquam ab Homero Apollinem Delium, aut Pythium eſſe appellatum, quamuis ſciat Homerus vtroque in loco eum ſanctiſſimè coli, templáque ei religioſiſſima eſſe conſecrata. Omnia autem ferè deorum epitheta apud Homerum, vel ab animi affectibus, vel ab actionibus, vel ab iis, quæ ad corpus pertinent, deducta ſunt: vt Ἀπόλλων ἑκατηβελέτης, & ἑκηβόλος & ἑκάεργος. γλαυκῶπις Ἀθήνη. λευκώλενος ἥρη. ῥοδοδάκτυλος ἠώς. λευκόσφυρος ἥβη. νεφεληγερέτα Ζεύς. Ἄρης βροτολοιγὸς Ποσειδῶν ἐννοσίγαιος & κυανοχαίτης, id eſt, Apollo iaculator, & longè iaciens, & procul à ſe arcens: Pallas glaucis oculis, ſeu horribili aſpectu: Iuno candidis vlnis: Aurora roſeis digitis: Hebe candidis talis, ſeu calcaneis: Iupiter nubium congregator. Mars mortalium peſtis ac pernicies,

pernicies. Neptunus terræ concuſſor, & glauca cæſarie.

Et versis animosvm eqvis Parthvm] Parthos fugienteis ex equis pugnare traditum eſt: ſic Ode 13. lib. 2. *Miles ſagittas, & celerem fugam Parthi: catenas Parthus, & Italum Robur*, repetendum verbum, perhorteſcit ἀπὸ κοινοῦ. & epiſtola ad Auguſt. lib. 2. *Ipſe ego, qui nullos me affirmo ſcribere verſus, Inuenior Parthis mendacior*. de quo loco, ſuo loco. Virg. Georg. 3. *Fidentémque fuga Parthum, verſiſque ſagittis.* Cicero ad Papir. Pætum iocans, *Itaque obtemperare cogito præceptis tuis. hoc amplius, nauicularum habere aliquid in ora maritima. contra equitem Parthum negant vllam armaturam meliorem inueniri poſſe.* Quidam legunt hoc loco, *Nec verſis.* quam ſcripturam quamuis nuſquam repererim, non improbo tamen. Sed receptam ſequor. nam copulatio, *Et*, pertinet ad nomen *Scythas*, non ad verbum *patitur*. ſic Ode 12. lib. 2. *Nec ſæuos Lapithas, & nimium mero Hylæum.*

Nec, qvæ nihil attinent] Venus non patitur me bella ſcribere, nec Scythas, nec alia id genus, quæ nihil ad amorem attinent.

Hîc vivvm mihi cæspitem] aggreditur ad Venerem ſacrificio placandam, vt facilius eius puellæ, cuius amore vritur, complexu potiatur. viuus cæſpes autem interdum aræ locum obtinet, maximè in rebus ſubitis, & longiorem moram non ferentibus, vt Od. 8. lib. 3. *poſituſque carbo in Cæſpite viuo*. Verbenarum quoque in ſacrificiis vſus erat, & ad aras adhibebant Terent. in Andria. *ex ara ſume verbenas.* & Od. 11. lib. 4. *ara caſtis Vincta verbenis. Sagmina* (inquit Feſtus) *vocantur verbenæ, id eſt, herba pura, quia ex loco ſancto arceſſebantur à conſule, prætoréve, legatis proficiſcentibus ad fœdus faciendum*. Quin etiam frondeis feliceis, vt laurum, myrtum, oliuam; verbenas appellabant veteres, & his aras coronabant. Præterea tus adolebant, & vinum è patera libabant: quæ omnia hîc enumerantur. Viuum autem cæſpitem intellige virentem: ſeu cuius herba adhuc viridis eſt, & terræ humore alitur. Contrà Homerus ἰλ. ι. Flammam areſactam ſeu marceſactam eſſe dicit, quæ extincta eſt, Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ πῦρ ἐκάη καὶ πῦρ ἐμαράνθη.

Mactata hostia] id eſt, poſtea quàm mactata fuerit hoſtia. Scio aliter explicare Eraſmum, & referre hoc in prouerbiorum numerum, *lenior mactata hoſtia*, pro homine facili & manſueto. ſed errat. Veniet] Glycera.

TVRNEBVS.

Glyceræ nitor) meretricula fuit Athenienſis Menandri amica & ex eo celebrata. Hinc enim amicæ ſuæ nunc fingit nomen.

Lubricum aſpici) aſpectu periculoſus vt vix à lapſu te continere queas. Ductum à locis lubricis. *Viuum ceſpitem*) Ceſpititiam excitat aram, cui addit verbenas ſacram herbam, quærit thura, quæ A adoleat, vinum, quo hoſtiam perfundat ante ſacrificium & mactet quam poſtremò iugulat.

Ex lib. aduerſ. 21. cap. 21. Vt ſuperiori carmine ſenſus quadam nebula immutationis tenebricoſus eſt: ſic in hoc cantico vnius verbi quadam velut caligine circunfuſus minùs apparet, cùm ſcribitur, *Et vultus nimium lubricus aſpici*. Non ſum ſolitus ingenij famam aucupari reprehendendis aliorum explanationibus, quod nec nunc faciam: tantùm quid mihi videatur aperiam. Vultus igitur lubricus aſpici, vultus eſt politiſſimus, nitidiſſimus & pulcherrimus aſpectu. Nam quæ ad leuorem perpolita ſunt, & æquato nitore nihil habent in ſummo aſperitatis & inæqualitaB tis, lubrica etiam protinus efficiuntur. Sic in illo Horat. lib. 2. ſatyr. 4.

Lubrica naſcentes implent conchylia Lunæ.

Introrſum lympida interpretantur veteres. Sunt tamen conchylia foris teſtæ ferè læuis, quam oſtrea plerunque habent aſperam.

Hic viuum mihi ceſpitem, hic
Verbenas pueri ponite, thuráque
Bimi cum patera meri.

Veteres interdum ceſpititias extruebant aras, cùm altare deerat, aut ceſpitem in terra aggeratum ponebant, vbi & ex tempore ſacrificabant. Quin & ceſpes pro ara erat, & aræ imponebatur, reique diuinæ neceſſarius habebatur. Prudentius, Hymno 5. περὶ στεC φάνων

Hoc namque decretum cape,
Aut thure & ara & ceſpite,
Precanda nunc eſt iam tibi.

Ex eodem lib. 21. cap. 3. Vt in caſtris ceſpititium tribunal excitabant duci, vnde ad milites verba faceret, cuius rei exempla paſſim occurrunt: ita ceſpititiam aram ruſtici excitabant & focum, ceſpéſque loco foci aræque erat Horatio teſte, lib. 3. Od. 8.

Poſituſque carbo in ceſpite viuo. Rurſum. *Hic viuum mihi ceſpitem*. & Calphurnio,

Tu ceſpite viuo,
Pone focum. nam ceſpes in ara ponebatur, iſque viuus recénſque è terra exciſus, vt ad purifiD cationem viua vtebantur aqua.

Ex lib. 11. Aduerſ. cap. 1. Aras gramineas Moro intelligit lib. 12. ceſpititias. quales in caſtris excitabantur, vt & tribunalia: quanquam & è ceſpite ſubitas etiam ſibi alias aggerabant aras, & ceſpitem pro ara habebant. Horatius,

Poſitus carbo in ceſpite viuo. Iterum.,
Hic viuum mihi ceſpitem, &
Verbenas pueri ponite.

Sed & ceſpitem interdum Romano ritu aræ imponebant, vt Seruius notat. Prudentius,

Aut ara, thure & ceſpite
Precanda nunc eſt iam tibi.

AD MÆCENATEM.

Od. 20.

Inuitat eum ad conuiuium minimè ſumptuoſum.

VIle potabis modicis Sabinum
Cantharis, Græca quod ego ipſe
teſta
Cónditum leui, datus in theatro*
Cùm tibi plauſus,
*Care Mæcenas, eques: * vt paterni*
Fluminis ripæ, ſimul & iocoſa
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.
Cæcubum, & prælo domitam Caleno
*Tu bibes vuam. * mea nec Falernæ*
Temperant vites, neque Formiani
Pocula colles.

VILE SABINVM] vinum Sabinum, id eſt, non admodum magni pretij. epiſt. 12. libr. 1. Vilem amicorum annonam eſſe dicit, vbi quid deeſt viris bonis. epiſt. 15. *omaſum vile.* & 1. *Vilius argentum eſt auro.* Satyr. 1. *vilem aſſem.* Satyr. 11. lib. 2. *vilibus ouis.*

GRÆCA TESTA] condebant vinum in teſtis, id eſt, amphoris, ſeu cadis fictilibus antiquitus: quarum optimæ erant, quæ fingebantur in Græcia. propterea Græcam teſtam dixit. Græcam autem vel Cumanam, vel Samiam intellige. huc pertinet illud Od. 14. lib. 3. *Spartacum ſi qua potuit vagantem Fallere teſta.* & Od. 21. eiuſdem. *O nata mecum conſule Manlio, &c.* Falluntur autem qui teſtam, dolium interpretantur, quamuis dolia, fictilia fuiſſe, non negem.

LEVI] leui à verbo lino, id eſt, picaui, vel gypſo obduxi. hinc relino. Ter. in Heaut. *releui dolia omnia, omneis ſerias.*

DATVS IN THEATRO CÙM, &c.] tempus notat. notum eſt autem, claros, & gratioſos, & bene de rep. meritos viros, niſi fortè aliqua inuidia laborarent, à populo ludos ſpectante ſolitos eſſe plauſu excipi: factioſos contrà, & inuidioſos, ſibilis. M. Tull. pro Sextio. *In hunc conſeſſum P. Sextius tribunus pl. cum ageret nihil aliud in eo magiſtratu, niſi meam cauſam, venit, ac ſe populo dedit, non plauſus cupiditate: ſed vt ipſi inimici noſtri voluntatem vniuerſi populi viderent. Venit (vt ſcitis) ad columnam Meniam. tantus eſt ex omnibus ſpectaculis vſque à Capitolio, tantus ex fori cancellis plauſus excitatus, vt numquam maior conſenſio, aut apertior populi Romani vniuerſi fuiſſe vlla in cauſa diceretur.* ad quem morem referendum eſt illud Satyr. 1. lib. 1. *popu-*

A *lus me ſibilat: at mihi plaudo Ipſe domi, ſimulac nummos contemplor in arca.*

VT PATERNI FLVMINIS] Etruſci fluminis, id eſt, Tiberis: Mæcenas enim Etruſcus, erat origine, & à regibus Etruſcis prognatus, vt diximus ſuprà ad Oden primam, *Mæcenas atauis edite Regibus*: quod & Prop. docet. lib. 3. *Mæcenas eques Etruſco de ſanguine Regum.* Tiberis autem ab Etruria fluit.

IOCOSA IMAGO] echo, vt ſup. Od. 12.

CÆCVBVM] vinum ſubintell. vinum Cæcubum etiam ab Athenæo commendatur lib. 1. his verbis: εὐγενὴς δὲ καὶ ὁ Καίκουβος, πληκτικὸς, εὔτονος· παλαιοῦται δὲ μετὰ ἱκανὰ ἔτη. i. generoſum autem etiam eſt Cæcubum, ſenſum pun-
B gens, ac feriens, vehemens. colligit autem vetuſtatem poſt aliquammultos annos. ſcriptum eſt etiam in nonnullis codicibus Cæcubam, vt pertineat ad nomen, vuam.

ET PRÆLO DOMITAM CALENO] de vino Caleno idem Athen. eod. lib. ὁ Καληνὸς, κοῦφος, τοῦ Φαλερίνου εὐστομαχώτερος, id eſt, vinum Calenum, ventriculo vtilius, quàm Falernum. Od. 31. huius lib. *Premant Calena falce, quibus dedit Fortuna vitem.* Calenum autem à Calibus dictum, quò deducta eſt Colonia à Romanis, vt ſcribit Paterculus lib. 1. [Vuam pro vino poſuit, vt docet Seruius, ad illum Virgilij verſum, Georgic. 2. *Et turpes auibus prædam fert vua racemos.*

MEA NEC FALERNÆ TEMPERANT]
C nec Falernæ vites, nec Formiani colles mea pocula temperant: id eſt, pocula mea non ſunt temperata vino Falerno, neque Formiano. lege quæ annot. ad Od. 8. ſup.

TVRNEBVS.

SAbinum) vinum Sabinum non in ea commendatione erat in qua Calenum, Falernum, Formianum, Sabinum dat Horatius ex ſua villa Sabina.

Cantharis) poculum eſt Baccho ſacrum, quo Marius etiam bibit non ſine inuidia. Hic putem pro poculo ſimpliciter poſitum eſſe. Plau-
D tus Aſinaria. *Græca teſta*) dolio Græco, id eſt, Cumano. Cumis, quod oppidum erat in Italia Græcorum doliorum & fictilium figlinæ erant.

Leui) cùm eſſent dolia fictilia, vino condito operculabantur, gypſóque linebantur, deinde, cùm aperiebantur, relinebantur.

In theatro) clariſſimi viri ludis excipi plauſu populi ſolebant in theatro. Cic. pro Sextio.

Temperant) non miſcent apud me pocula. Temperare autem dixit, quia admiſcebatur aqua. *Temperet annoſum Martia lympha merum.*

Ex lib. 2. Aduerſ. cap. 6. Non eſt publici guſtus nec palati ſentire quæ ſit huius loci ſuauitas, & quàm dulcis ſapor de gloria: *Et virtuti reſonat, vt imago gloriæ.* itáque vltimo nomine multi vt acido & inuiſo offenſi, *voci* ſcripſerunt: qui

qui mihi videntur nimium iuris ſibi ſumere, ſi ius dici debet licentia. Ego gloriæ nomen in ſuo domicilio ſuiſque penatibus retinendum eſſe exiſtimo, & locum ſic interpretor. gloriam virtuti ſic ſolere reſonare, vt imago ſoler gloriæ: i. vt plauſui & ſignificationibus & gratulationibus quibus populus voce læta & mirabunda & hilari aliquem celebrat, reſpondet Echo, quæ Latinè dicitur imago. Huius gloriæ hoc exemplum apud Flaccum extat.

- datus in theatro
Cum tibi plauſus,
Chare Mæcenas eques: vt paterni
Fluminis ripa, ſimul & iocoſa
Redderet laudes tibi vaticani
Montis imago.

Ex lib. 17. cap. 5. *- Græca quod ego ipſe teſta.* Hic ego Teſtam dolium interpretor. Nam dolia veterum fictilia erant: vnde prouerbium Figlinam à dolio incipere. Græcum dolium dicit Cumanum. Nam & Cumanam patellam in Lemmatis memorat Martialis, lib. 14.

Hanc tibi Cumano rubicundam puluere teſtam,
Municipem miſit caſti Sibyll & ſuam. Et Varro calices cumanos. Nam ait, *dolia atque apothecas triclinaria, melicas, calenas obbas & cumanos calices.* Cumas autem oppidum Græcum fuiſſe à Chalcidenſibus conditum è Marone ſcimus. Lib. 6. Æneid. aut dolia Græca dicit, quæ facta erant in regione Italiæ illa, quæ Græcia magna dicebatur. Sed & in illo tractu erat inſula Pithecuſa, quæ ſi credimus Plinio, à figlinis doliorum nomen inuenit. Ita enim ſcribit Ænaria ipſa à ſtatione nauium. Æneæ Homero in carmine dicta: & Græcis Pithecuſa: non à Simiarum multitudine (vt aliqui exiſtimauêre) ſed à figlinis doliariorum.

IN DIANAM, ET Apollinem. Od. 21.

Sæculare Carmen.

Dianam teneræ dicite virgines:
Intonſum, pueri, dicite Cynthium,
Latonámque ſupremo
Dilectam penitus Ioui.
Vos lætam fluuiis, & nemorum coma,
*Quæcunque aut gelido prominet * Algido,*
Nigris aut Erymanthi
*Siluis, aut viridis * Cragi:*
Vos Tempe totidem tollite laudibus,
Natalémque, mares, Delon Apollinis,
Inſignémque pharetra,
Fraternáque humerum lyra.
Hic bellum lacrymoſum, hic miſeram famem,
Peſtémque à populo, & principe Cæſare in
Perſas, atque Britannos
Veſtra motus aget prece.

Dianam] carmen eſt ſæculare ἀποτρόπαιον, id eſt, comparatum ad mala impendentia, ſeu alioqui timenda, auertenda: ad Apollinem & Dianam. Hi autem dij offenſi & irati, horribiles & formidoloſi ſunt. exanimant enim & interimunt: Exemplo eſt Niobe, cuius liberos mares quidem Apollo, fœminas autem interfecit Diana, Hom. ὀδυσ. ὁ Ελθὼν ἀργυρότοξος Απόλλων Αρτέμιδι ξὺν Οἷς ἀγανοῖς βελέεσσι κατέκτανε. Prætereà Apollo, qui idem Phœbus eſt, & ſol, annum metitur: Diana, quæ eadem eſt luna, menſtruum ſpatium conficit. & ita hi dij temporum omnium æternitatem regunt & continent. Hoc igitur carmine puellæ Dianam, pueri mares Apollinem placare ab Horatio iubentur, vt bello compoſito, & ſedato, pacem atque otium: fame diſcuſſa, & profligata, frugum vbertatem & rerum omnium copiam: peſte depulſa, cæli ſalubritatem, & corporum valetudinem populo Rom. impetrent. Denique ſi cui huius carminis ſententia videbitur obſcurior, legat aliud carmen ſæculare, quod eſt poſt epod. Confirmo, illius carminis lectionem multum ad hoc, lucis allaturam. Verùm non eſt omittendum, Apollinem apud Homerum ſemper fauere Troianis. Itaque Paridis ſagittam in Achillis eam corporis partem, quæ vulnerabilis eſſet, direxit. Virgil. lib. Æneid. 6. *Phœbe graueis Troiæ ſemper miſerate labores, Dardana qui Paridis direxiſti tela, manúſque Corpus in Æacidæ.* Meritò igitur orant eum Romani, qui ab Ænea orti ſunt.

Intonsvm] ἀκερσεκόμαν. Od. 15. epod. *Intonſóſque agitaret Apollinis aura capillos.* Tibull. lib. 3. *Annue: ſic tibi ſint intonſi Phœbe capilli.*

Latonámqve svpremo] Heſiodus Latonam quartam numerat Deam cum qua Iupiter Titanibus deuictis, regnóque pacato, concubuerit. Λητὼ δ' Απόλλωνα, καὶ Αρτέμιν ἰοχέαιραν Ιμερόεντα γόνον περὶ πάντων οὐρανιώνων Γείνατ' ἄρ Αἰγιόχοιο Διὸς φιλότητι μιγεῖσα.

Vos lætam flvviis, et nemorvm] id eſt, vos virgines dicite Dianam *lætam fluuiis, &c.* id eſt, quæ fluuiis delectatur, & arborum frondibus. *coma* autem lego, non *comam*, veterum codicum auctoritatem ſecurus, duorum Vatic. Iannoct. Vrſini, Faër. Torneſ. Nicotian.

Nemorvm coma] arborum frondibus, vt Od. 3. lib. 4. *Et ſpiſſæ nemorum comæ.* & Od. 7. *redeunt iam gramina campis, Arboribuſque comæ.* & Catull. de faſelo: *nam Cytorio in iugo Loquente ſæpe ſibilum edidit coma.*

Algido] Algidum (inquit Strabo) πολίχνιον, id eſt, vrbs parua eſt inter Tuſculum, & montem Albanum: & mons eiuſdem nominis. vide Od. 4. lib. 4. & 23. lib. 3.

Erimanthi] Erimanthus Arcadiæ fluuius, vt ſcribit Mela, & mons eiuſdem nominis.

Cragi] ſeu Gragi: nihil refert. eſt autem Cragus (inquit Strabo 14. lib.) mons, & oppidum in Lycia.

Vos] mares, quod ſequitur verſu proximo.

Tempe] Tempe Theſſalica. de quibus ſup. Od. 1. & inf. 1. lib. 3. *Non Zephyris agitata Tempe.*

Tollite laud.] ferte laudibus, laudate.

Natalémque Delon] in qua nati ſudt Apollo & Diana: qua de re ſic M. Tullius libr. Accuſat. 3. *ne poſteà quidem potuiſti accipere id, quod eſt proditum memoriæ, ac litteris? Latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad pariendum vicinam, temporibus exactis fugiſſe Delum, atque ibi Apollinem, Dianámque peperiſſe, &c.*

Fraternáque] & tollite laudibus Apollinis humerum inſignem lyra fraterna, id eſt quam à Mercurio fratre accepit, vt ſuprà diximus ad Oden 10. Mercurius enim fratri Apollini pro bobus ab eo furtim ablatis lyram repoſuit: ex quo χρυσάωρ Apollo dictus ἀπὸ τῦ τῆς κιθάρας ἀορτῆρος. ſed rurſus Apollo Mercurio virgam dedit ad vaticinandum magnam vim habentem. Vnde χρυσόρραπις eſt nominatus. [Profert hunc locum Seruius ad illum Virg. Æn. 4. *Tum virgam capit.*]

Bellvm lacrymosvm] πόλεμον δακρυόεντα, vel πολύδακρυν. Homer. ἰλιάδ. γ. πολύδακρυν Ἄρηα. lacrymoſum Martem, id eſt bellum. hîc enumerantur tria horribilia mala, bellum, fames, peſtis, quæ placatum & propitium Apollinem confirmat Horatius à populo Rom. depulſurum. neque verò hoc incredibile aut abſurdum eſt. Appellatur enim etiam hic deus ἀλεξίκακος: id eſt, malorum depulſor.

Et miseram famem.] rectè miſeram. Nam fame nihil miſerius. M. Tull. ad Att. lib. 5. *iter igitur ita per Aſiam feci, vt etiam fames, qua nihil miſerius eſt, quæ tum erat in hac mea Aſia (meſſis enim nulla fuerat) mihi optanda fuerit.* Hom. ὀδυσσ. μ. ait morteis omneis eſſe hominibus triſteis, atque acerbas: ſed omnium miſerrimum eſſe fame mori. verba Homeri ſunt hæc: Πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι· Λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν, καὶ πότμον ἐπισπεῖν.

Pestémqve] peſtem immittit, & calamitatem importat Apollo iratus, vt lib. α. ἰλιάδ. Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν. Eſt ergo eiuſdem etiam depellere.

Aget] à populo Rom. in hoſteis eius transferet: cùm præſertim ſua ſponte Romanis amicus ſit ac propitius, vt Troianorum nepotibus. depellet (inquit) à pop. Rom. mala veſtris precibus adductus, nempe bellum, & famem, & peſtem.

TVRNEBVS.

D*ianam teneræ*) carmen eſt ſæculare, quale à virginibus, pueris, patrimiſque matrimiſque cani ſolebat ludis Secularibus. ſeculares autem ludos fecit Auguſtus, quibus carmen, quod cantatum eſt, ab Horatio ſcriptum eſt. Extátque in Epodon libro. Dianam autem & Apollinem tum canebant, quòd annum regant, ſalobritatémque & intemperiem, peſtem & eius liberationem, famem, bellum afferant. Poſtremò ſuis telis homines confodiant. Homerus

ἐλθὼν ἀργυρότοξος Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξὺν

Οἷς ἀγανοῖς βελέεσσι κατέκταν. *Intonſum*) ἀκερσεκόμην intonſum vertit. *Promunet Algido*) Loca memorat, quibus Diana delectabatur, Algidum Erymanthum, Gragum: cùm in propinquo etiam coleretur vt pergæ non longè à Grago.

Ex lib. 17. aduerſ. cap. 5. Sæculare carmen, exacto ſæculo in honorem Apollinis & Dianæ cani ſolebat à pueris & puellis patrimis & matrimis, illis Apollinem, his Dianam laudantibus alternis, quòd tempora ducere videantur, cùm Apollo annos metiatur, Diana menſes luſtret: quòd ſalubritatem & intemperiem, morbos & ſecundam valetudinem, vbertatem & famem, peſtem & eius liberationem adferre putarentur: ac qui morbis interibant, eos veteres ab Apolline & Diana interfici credebant, viros ab Apolline, mulieres à Diana Homerus,

Ἐλθὼν ἀργυρότοξος Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξὺν,

Οἷς ἀγανοῖς βελέεσσι κατέκταν. Sic periêre Amphionis liberi horum deorum ſagittis confixi.

Ex lib. 6. cap. 24. Apollo ſagittis confodere credebatur, idemque malorum depulſor habebatur, & eo cognomine indigitatus colebatur cùm ἀλεξίκακος diceretur: hinc illud Horatianum, Lib. 1. ſaty. 9.

– *ſic me ſeruauit Apollo.* Nam qui mala depellit, ſeruat: & idem Horatius de Apolline,

Hic bellum lacrymoſum, hic miſeram famem
Peſtémque à populo, & Principe Cæſare, in
Perſas, atque Britannos

Veſtra motus aget prece. Scio illud Horatianum de ſeruatore Apolline longè repetita iam inde vſque ab Iliacis temporibus auctoritate explicari, cùm conſtet Apollinis ope Æneam hoſtibus ereptum fuiſſe: ſed ad religionis opinionem libentiùs retulerim, officiúmque dei illius, exiſtimari malis auerruncandis depellendiſque mortales iuuare.

Ad Ari-

AD ARISTIVM.
Ode 22.

ARGVMENTVM.

Vitæ integritatem, & innocentiam* vbique eſſe tutam.

INteger vitæ, ſceleriſque purus,
*Non eget * Mauris iaculis, neq; arcu:*
Nec venenatis grauida ſagittis,
Fuſce, pharetra,
*Siue per * Syrteis iter æſtuoſas,*
Siue facturus per inhoſpitalem
Caucaſum, vel, quæ loca fabuloſus
*Lambit * Hydaſpes.*
Namque me ſilua lupus in Sabina,
Dum meam canto Lalagen, & vltra
*Terminum curis vagor * expeditis,*
Fugit inermem:
Quale portentum neque militaris
Daunia in latis alit æſculetis:
*Nec * Iubæ tellus generat, leonum*
Arida nutrix.
Pone me pigris vbi nulla campis
Arbor æſtiua recreantur aura:
*Quod latus mundi nebulæ, * malúſque*
Iupiter vrget:
Pone ſub curru nimiùm propinqui
Solis, in terra domibus negata:
Dulce ridentem Lalagen amabo,
Dulce loquentem.

INTEGER VITÆ] ſic dictum *integer vitæ* vt illud Satyr. 3. lib. 2. *Integer animi. Quod ſi quis natam pro cara deuouet agna, Integer eſt animi?* & ibidem *Integer eſt mentis Damaſippi creditor?* & Saty. 9. lib. 1. *ò te Bolane cerebri Felicem*. ſimile illud Virgilij Æneid. 2. *vos, ò quibus integer æui Sanguis, &c.* & lib. 9. *atque integer æui Aſcanius.* ibid. *Hic annis grauis, atque animi maturus Alethes.* & lib. 12. *O præſtans animi iuuenis.* & lib. 5. *Hoc Helymus facit, hoc æui maturus Aceſtes.* & lib. 4. *Iſque amens animi.* & lib. 11. *fortunatiúſque laborum, Egregiúſque animi iuuenis.* & Catull. in Galliambo, *Vagus animi.* & Plautus Trinummo. *ſatin tu ſanus mentis, aut animi tui, qui conditionem hanc repudies?*

SCELERISQVE PVRVS] ſceleris purum accipio eum, qui caſtas, & puras à ſanguine manus habet: qualeis Hippolyti dicit eſſe Phedræ

A nutrix apud Euripid. Ἁγνὰς μὲν ὦ παῖ χεῖρας αἵματος φορεῖς. contrà Adraſtus ille apud Herodot. Clione: is, qui fratre ſuo interfecto ſeſe ad Crœſum contulerat, non habebat puras manus. ſic Herodot. ἀπικνέεται εἰς τὰς Σάρδις ἀνὴρ συμφορῇ ἐχόμενος, καὶ οὐ καθαρὸς χεῖρας ἐών &c. ſic Horat. Satyr. 1. lib. 2. filij dexteram, quæ à matris cæde temperet, ridiculè, & diſſimulanter *piam* vocat, quamuis ille matrem veneno ſit necaturus. Od. 17. epod. *Tibi hoſpitale pectus, & pura manus.* & Satyr. lib. 1. *at bene ſi quis, Et viuat purus manibus.* M. Tull. purus à ſanguine ciuili Liuius lib. 45. *cum omnis præfatio ſacrorum eos, quibus non ſint puræ manus, ſacris arceat, vos penetralia veſtra contaminari cruento latronis corpore ſinetis?* Sic

B loquuntur & Græci Plato lib. ſex. de Repub. καθαρὸς ἀδικίας, καὶ ἀνοσίων ἔργων, id eſt, purus iniuſtitiæ, & impiorum facinorum. & vſquequaque apud eoſdem ἁγνὸς φόνου, id eſt, purus à cæde. hoc idem nomen iunxit, cum auferendi caſu Satyr. 3. lib. 2. *Stas animo, & purum eſt vitio tibi, cum tumidum eſt cor?* eadem ſatyra cruentum ſanguine paterno dixit, qui manus habet impuras ſanguine paterno, id eſt, qui parentem interfecit.

NON EGET MAVRIS IACVLIS] hanc eſſe germanam ſcripturam teſtantur aliquot antiqui codices. atque huic generi geminum eſt illud Od. 6. lib. 2. *vbi Maura ſemper Æſtuat vnda.* & Od. 5. lib. 3. *Nec M[a]uris animum mitior an-*

C *guibus.* in cod. Torn. deletum erat s. ab aliquo imperito, & arrogante lectore. Maura autem iacula dixit, quia Mauri optimi erant iaculatores.

SIVE PER SYRTEIS ITER] ſiue iter facturus per Syrteis, ſiue per Caucaſum. Duæ Syrtes in mari Libyco à ſcriptoribus commemorantur, magna & praua. de quibus cùm alia multa ad hunc locum accommodata Strabo libr. 17. tùm hæc in primis: ἡ χαλεπότης δὲ ταύτης τῆς Σύρτεως, καὶ τῆς μικρᾶς, ὅτι πολλαχοῦ τεναγώδης ἐστὶν ὁ βυθὸς κατὰ τὰς ἀμπώτεις, καὶ τὰς πλημμυρίδας, συμβαίνει δή ποτε συμπίπτειν εἰς τὰ βράχεα, καὶ καθίζειν· σπάνιον δ᾽ εἶναι τὸ σωζόμενον σκάφος. διόπερ τὸν παράπλουν ποιοῦνται φυλαττόμενοι μὴ ἐμπέσοιεν εἰς τοὺς κόλπους ὑπ᾽

D ἀνέμων ἀφύλακτοι ληφθέντες, &c. id eſt, huius autem Syrtis, & alterius, quæ minor appellatur, difficultas eſt, quòd multis locis fundus, paludoſus ac limoſus eſt ſub æſtus maritimos recedenteis, & accedenteis. Euenit igitur nonnullis, vt in breuia incidant, & conſidant: raráque ſit ea nauis, quæ ſeruatur. Quocirca longè ab his nauigationis ſuæ curſum remouent, cauentes, ne, cùm in ſinus inciderint, à ventis occupentur imparati. Quibus conſentanea ſunt, quæ de iis ſcribit Apollon. lib. 4. argon. πάντῃ γὰρ τέναγος, πάντῃ μνιόεντα βυθοῖο Τάρφεα· κωφὴ δέ σφιν ἐπιβλύει ὕδατος ἄχνη, Ἠερίη δ᾽ ἄμαθος παρακέκλιται, id eſt, vſquequaque enim lacunæ limoſæ, vſquequaque foſſæ in fundo alga refertæ ſurda in eis ſcatet aquæ ſpuma. Ob-

ſcura autem & denſa arena adiacet. Dicta autem Syrtis eſt παρὰ τὸ σύρεσθαι ἐπὶ τῷ χαράκας τινὰς πολὺ ὕδωρ σκοπεῖται. De his Syrtibus ita ſcribit Dionyſius Alexand. Ἑξείης δ' ἐπὶ Σύρτις ἀγάῤῥοον εἴσω ἐλίσσει Βαιοτέρη, μετὰ τὴν δὲ πρὸς αὐτὰς ἔρχεται ἄλλη. Et Salluſtius de iiſdem ſic bello Iugurt. *Nam duo ſunt ſinus propè in extrema Africa, impares magnitudine, pari natura quorum proxima terræ præalta ſunt: cetera vti fors tulit, aliàs alta ſunt, aliàs in tempeſtate vadoſa. Nam vbi mare magnum eſſe, & ſæuire cœpit ventis, limum, arenámque, & ſaxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis ſimul mutatur: Syrtes ab tractu nominatæ.* Horatius Od. lib. 2. Syrteis barbaras appellat: *vbi Maura ſemper Æſtuat vnda.* Sed cùm Horat. hîc loquatur non de eo, qui nauigat, ſed de eo, qui pedibus iter facit, & qui per loca belluis immanibus infeſta ambulans iaculis & ſagittis eget: non ſunt hîc intelligendæ ſyrtes illæ in mari Libyco, ſed potiùs Libyę ſolitudines mediterraneæ arenoſæ, puluerulentæ, & ſiticuloſæ: ſeu, ſi quis malit, littora talibus marinis ſyrtibus propinqua. tales ſunt ſyrtes illæ Getulæ, quas ait ſe aditurum auem canoram factum, Ode vlt. lib. 2. *Viſum gementis littora Boſpori, Syrteiſque Getulas canorus Ales, Hyperboreóſque campos.*

ÆSTVOSAS.] æſtuoſas vocat non propter æſtus maris accedenteis, & recedenteis: vt Od. 7. lib. 2. *Te rurſus in bellum reſorbens Vnda fretis tulit æſtuoſis*, cùm hæ Syrtes ſint Mediterraneæ: ſed propter cæli, aut arenarum calorem: quemadmodum Ode 31. Calabriam æſtuoſam dicit.

INHOSPITALEM] ἄξενον, ἀπάνθρωπον appellat Æſchylus: quod annotauit Muretus. Idem Æſch. ἄβατον ἐρημίαν.

VEL, QVÆ LOCA FABVLOSVS] vel per ea loca, quæ Hydaſpes Indiæ fluuius præterlabitur, & alluit: de quo multa fabuloſa ſcribuntur ab hiſtoricis.

CVRIS VAGOR EXPEDITIS] ſecutus ſum omnium veterum librorum fidem, atque auctoritatem: in quibus ſine vlla varietate, excepto Faërni codice, reperi ſcriptum *curis expeditus*, non *expeditis*. quam quidem ſcripturam agnoſcit Porphyr. Quamuis autem ſciam, Latinè dici poſſe, *curis expeditum*: tamen neſcio quomodo hoc alterum eſt venuſtius, & magis Horatianum. ſic dixit Catullus *curis ſolutis*, ad Sirmionem peninſulam: *O quid ſolutis eſt beatius curis?* quemadmodum enim vſitatè dicunt Latini, ſoluere animum cura, metu, & ſimilibus: & item ſoluere curam, & metum, Horat. Od. 9. epod. *metúmque Cæſaris rerum iuuat Dulci Lyæo ſoluere.* Virgil. Æn. 1. *Soluite corde metum Teucri.* Lucret. lib. 4. *atque animi curas è pectore ſoluat.* & Græci vt Euripid. in Oreſte, σὺ νῦν χάλαν μοι τὸν φόβον λύσασα δός: ſic expedire animum curis, & expedire curas. Prioris generis exempla ex Horatio petere licet. Od. 23. lib. 3. *non animum metu, Non mortis laqueis expedies caput.* Od. 27. huius libri, *vix illigatum te triformi Pegaſus expediet Chymæra*, quamquam ſcio

A nonnullis in libris legi *Chimera*: quæ ſcriptura ſi placet, ſubaudiendum, amore, aut ſeruitute, aut Chimæra ipſa, aut quippiam aliud ſimile. & Od. 11. epod. *Amor Lycisci me tenet, Vnde expedire non amicorum queant Libera conſilia, Nec contumeliæ graues.* Iam apud M. Tull. crebra ſunt hæc loquendi genera: *expedire ſe ab occupationibus, expedire ſe ex laqueis, expedire ſalutem.* pro Rabir. Poſt. *Si quidem tam non ſemper ſtulti, quam ſerò ſapiētis eſt, cùm ſtultitia ſua impeditus ſit, quoquo modo poſſit, ſe expedire.* Idem ad Attic. *nos expedies omni moleſtia.* Terent. Hecyra. *At ſic citius, qui te expedias his ærumnis, reperies.* alterius exempla ſunt, expedire negotia, expedire exitum, expedire nodum. & Horat. Od. 3. huius libri, *iaculo nobilis expedito.* ſic Terent. Hecyra: *Rem*

B *cognoſces: irā expedies.* Virg. Æn. 4. *Non arma expedient?*

FVGIT INERMEM] vox, *inermem*, non eſt otioſa. videtur enim lupus ille tam ferus, & immanis Horatium inermem diuinitùs fugiſſe. quòd ſi iaculis inſtructum, atque armatum fugiſſet: neque ita mirum eſſet, neque integritati & innocentiæ vitæ aſſignandum videretur.

MILITARIS DAVNIA] ad militiam apta. ſuprà Od. 8. *cur neque militaris inter æquales equitet.* vel militaris, quæ milites effert ſtrenuos, ac forteis. Apulos Strabo lib. quinto tradit Daunos à Græcis appellatos eſſe.

ESCVLETIS] ab eſculo eſculetum, vt à frutice frutiectum, à ſalice ſalicetum, à dumo du-

C metum.

NEC IVBE TELLVS] Mauritania, ſeu Numidia potiùs: cuius rex Iuba. ab hoc C. Curio legatus, Cæſaris in Africa cùm exercitu cæſus eſt. qua de re Iulius Florus lib. 110. & C. Cæſar, lib. 2. de bello ciuili.

PIGR. VBI NVLLA CAMP.] pone me in campis incultis, & ſterilibus, & horridis propter immoderatum frigus, in quibus denique (vt ait ille) *nullæ arbores frondeſcunt, nullæ vites pampinis pubeſcunt, nulli rami bacarum vbertate incurueſcunt, &c.* Hæ ſunt igitur oræ duæ inhabitabiles, quæ obriguerunt pruina. tertia eſt, quæ maximo ſolis ardore torretur, vt ait M. Tull. libr. ſexto de rep. quam Horatius his verbis deſcribit infrà

D deinceps. *Pone ſub curru nimium propinqui Solis.* Atqui hanc eſſe temperatam, & habitabilem, qui noſtra & auorum noſtrorum ætate nauigarunt, comperterunt. huc pertinet ille locus lib. 3. Od. 3. *Qua parte debacchentur ignes, Qua nebulæ, pluuiique rores.* Ode 24. eiuſdem libri, *ſi neque feruidis Pars incluſa caloribus Mundi, nec Boreæ finitimum latus, Durataq́; ſolo niues Mercatorem abigunt.* has eaſdem oras ſignificat & deſcribit Virg. Georgic. 1. *Quinque tenent cælum Zonæ, quarum vna coruſco Semper ſole rubens, &c.* notiſſimi enim ſunt verſus: & M. Tull. lib. 6. de rep. vt paullò antè diximus. & lib. 1. Tuſcul. *ceteras parteis incultas, quòd aut frigore rigeant, aut vrantur calore.* & Lucretius lib. 5. ſed paullò aliter. *Inde duas porrò propè parteis feruidus ardor, Aſſiduuſque geli caſus mortalibus aufert.* & Tib. libr. 4. ad Meſſallam pluribus verſibus nomine autem

Latino,

Latino, *pigris*, videtur Græcum nomen ἀργοῖς A exprimere voluiſſe.

Malúſqve Ivpiter] graue, caliginoſum, inſalubre cælum. vide ſuprà ad Oden 1. *manet ſub Ioue frigido.*

Vrget] premit, occupat, perpetuò tegit.

Svb cvrrv nim. prop. Solis] hanc orbis terrarum partem exiſtimabant veteres Solis ardore torreri quæ tamen eſt temperata, vt dixi, eiúſque temperationis rationem iam anteà docuerat Albertus Magnus.

Dvlce ridentem] ſic Catullus ad Leſb. *identidem te ſpectat, & audit Dulce ridentem, miſero quod omnes Eripit ſenſus mihi.* Quod quidem Sappho Græcè dixerat (nam ab ea tranſtulit in vſum ſuum Catullus) γελώσας ἱμερόεν. Idem Catull. *illa, quam videtis Turpe incedere.* Homer. ὀδ. ξ. καὶ θ' ἁπαλὸν γελάσαι. & Pindar. in Pyth. carm. 9. γλυκερὸν γελάσαις. & Apollon. 3. Argon. Νεκτάρεον μειδῶσα. ſimilia ſunt hæc Horatiana. Od. 12. lib. 2. *me voluit dicere lucidum Fulgenteis oculos.* & Od. 19. lib. eod. *turbidum Lætatur.* & epiſtol. ad Iul. Flor. lib. 2. *canet indoctum, ſed dulce bibenti.* & Ode 27. libr. 3. *Perfidum ridens Venus.* Quanquam illud *canet indoctum, ſed dulce bibenti,* poteſt dici eſſe diſſimile, proptereà, quòd verbum canere cùm quarto caſu coniungi ſolet, & vocis agentis eſt.

TVRNEBVS. G

Æstuoſas) æſtu reciproco nauigia mergentes. Barbaras Syrtes vbi Maura ſemper æſtuat vnda. Non egere Mauri iaculis integrum vitæ ait, quia Mauri, metu Leonum & belluarum, non exeunt ſine iaculo.

Expeditus) Expeditis Porphyrio legit, & libri nonnulli veteres habent.

Daunia) Apulia ſaltibus & ſiluis abundabat quæ luporum ſtabula ſunt infrà. *Sed prius Apulis iungentur capreæ lupis. Pone me*) in locis ſolis & vaſtitate incultis plagarum frigore & ardore inhabitabilium, belluæ feruntur eſſe. ad Septentrionem, gryphes: ad Meridiem, Leones, Tygres. Se tamen in illis locis ſine metu ſuos amores cantaturum ait, innocentia fretum. D

Ex lib. 17. cap. 5. Aduerſ. Rectè, inquit, Lactantius, Flaccus tantam eſſe dixit innocentiæ vim, vt ad tutelam ſui non egeat nec armis, nec viribus, quacunque iter fecerit,

Integer vitæ, ſceleriſque purus
Non eget Mauris iaculis nec arcu.

Maura autem iacula dicit; quia Mauri optimi iaculatores erãt, & his armis vtebantur. Herodianus, συνήθως δὲ παιδεύοντες αὐτὸν παρθυαίων ὀιστοῖς ἐκεῖν ἀκεκοντιζειν... καὶ μαυρουσίων δι ἀκοντίζειν ἄρισοι. Mauris autem etiam domo proficiſcentibus iaculis opus erat, ob leones & feras, quas Mauritania fert. Cæterum cùm ait Flaccus,

Siue per Syrtes iter æſtuoſas,
Siue facturus per inhoſpitalem

Caucaſum. Syrtes intelligere non poſſum arenoſos illos in Africo pelago maris tractus vadis breuibúſque infeſtos nauigantibus: neque enim qui nauigat, vel timet feras, vel arcu in eas aut iaculis indiget, & de itinere Flaccus loquitur, non nauigatione. Sed tractum terræ illis finibus vicinum intelligo, qui etiam Syrtis nomine vocabatur. Lucanus, lib. 9.

- nam littore ſicco
Quam pelago Syrtis violentius accipit Auſtrum,
Et terræ magis iſte nocens.

Æſtuoſas igitur interpretor, non reciprocis & efferueſcentibus vndis agitatas, ſed feruidas & valde calidas. Nam ille Africæ tractus feruet & æſtuat. Quin etiam arenoſa illa lybiæ ſpátia mediterranea Syrtes appellantur, non tantùm littoralis ora. Prudentius, in Apotheoſi, *Nec reſponſa refert Libycis in Syrtibus Ammon.* Mox ait ſe ſine metu belluarum amores ſuos innocentia fretum cantaturum eſſe in locis & vaſtitatibus incultis plagarum frigore & ardore inhabitabilium, ſi in his collocatus ſit, quæ belluis abundant. Nam ad Septentrionem gryphes, alcæ, biſontes, bonaſi feruntur eſſe: ad Meridiem tigres, leones, Pantheræ.

AD CHLOEN.

Od. 23.

ARGVMENTVM.

Non eſſe iam quòd virileis complexus extimeſcat, viro matura.

Vitas inuleo me ſimilis, Chloë,
Quærenti pauidam montibus auiis
Matrem, non ſine vano
Aurarum & ſiluæ metu.
*Nam ſeu mobilibus veris * inhorruit*
Aduentus foliis: ſeu virides rubum
Dimouere lacertæ:
Et corde, & genibus tremit.
Atqui non ego te, tigris vt aſpera,
*Getulúſve leo frangere * perſequor:*
Tandem deſine matrem.
Tempeſtiua ſequi viro.

Vitas invl. me simil.] Videtur Horatius hæc ex Anacreonte expreſſiſſe, vt iam pridem indicauit Henricus Stephanus vir doctiſs. verſus autem Anacr. aliquantùm deprauatos, ſic emendaui: Ἀπαλὸν νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνὸν, Ὅς ἐν ὕλῃ κεροέσσης ἀπολειφθεὶς ἀπὸ μητρὸς ἐπτοήθη. Iam verò, *inuleo* habent libri veteres complures ſine aſpirationis nota, quos ſecutus ſum.

A ET SILŪÆ] διαίρεσις eſt, vt Ode 13. epod. *Niuéſque deducunt Iouem, Nunc mare nunc ſilūa Threïcio Aquilone ſonant.* Sic Catullus de coma Berenices, *Priſtina vota nouo munere diſſoluo.* ibid. *Condita quin vere pectoris euoluam.* & de poëmate Smyrna, *Smyrnam incana diu ſæcula peruoluent.* Et Lucretius lib. 1. *Materies igitur, ſolido quæ corpore conſtat, Eſſe æterna poteſt, cùm cetera diſſoluantur.* & eod. lib. *Atque ineas rurſum res omnia diſſoluuntur.* & lib. 3. *Quò quæ res poſſint diſcedere, diſſoluique*: niſi quis contendat verſus eſſe ſpondiacos. & Tibull. eleg. 7. lib. 1. *Hunc cecinere diem Parcæ fatalia nentes Stamina non vlli diſſoluenda Deo.* & 10. *Sit ſatis ornatas diſſoluiſſe comas.*

NON SINE VANO, &c.] Virg. Georg. 3. *Nec vanos horret ſtrepitus.* B

NAM SEV MOB. VERIS INH.] cùm hæc ſcriptura optimorum codicum manu ſcriptorum auctoritate nitatur, ex eáque optima ſententia ducatur, non video, cur debeat mutari, eáque probari, quam quidam viri docti dicunt in antiquis nonnullis libris reperiri, *Nam ſeu mobilibus vitis inhorruit Ad ventum folijs.* per veris aduentum autem Fauonium ſignificari puto, veris comitem.

ET CORDE ET GENIB. TREM.] Virg. lib. 2. Æn. *Nunc omnes terrent auræ, ſonus excitat omnis Suſpenſum, &c.*

TIGRIS VT ASP.] epiſtol. ad Piſ. *Serpentes auibus geminentur, tigribus agni.* Virg. Æn. 4. *Hyrcanaq; admorunt vbera tigres.* C

GETVLIÚSVE LEO] Virg. Æn. 5. *tergum Getuli immane leonis.*

FRANGERE PERS.] perſequor vt frangam, & dilacerem. placet hoc loco colligere aliquot huiuſmodi loquendi genera Horatiana à Græcis ſumta. ſup. Od. 12. *ſumis celebrare Clio.* Od. 18. lib. 2. *hic leuare functum Pauperem laboribus Vocatus, atque non vocatus audit.* ſuprà Od. 15. *ecce furit te reperire.* infrà. Od. 26. *Muſis amicus triſtitiam, & metus Tradam proteruis in mare Creticum Portare ventis.* & Od. 37. *Sæuis Liburnis ſcilicet inuidens Priuata deduci ſuperbo Non humilis mulier triumpho.* & Od. 3. libr. 2. *quà obliquo laborat Lympha fugax trepidare riuo.*

TEMPEST. VIRO.] Virg. lib. 7. *Iam matura viro, plenis & nubilis annis.* Eſt autem fæmina D viro tempeſtiua, ſententia iuriſconſultorum, anno duodecimo: Xenophontis in œconom. xv. Plato ſcribit, ἀκμῆς χρόνον, id eſt, tempus floris in fæmina eſſe annum xx. Heſiodus autem vult annos quattuor virginem pubeſcere: anno à pubertate quinto nubere. ſic enim intelligendus verſus ille Heſiodi eſt, ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἡβώη, πέμπτῳ δὲ γαμοῖτο: id eſt, fæmina quattuor annos pubeſcat, quinto nubat. Itaque ſi pubertas, vt iuriſconſulti cenſent, anno duodecimo incipit, anno xvii. erit nubilis: ſi anno xiiii. (vt mauult Proculus) xix. erit viro tempeſtiua.

TVRNEBVS.

S*imilis Cloë*) Scribi debet Chloë. ita enim impoſuit nomen amicæ à viriditate herbida; quæ χλόη dicitur.

Ex aduerſ. lib. 26. cap. 36. Apud Horatium hinnuleus per diminutionem effictum eſſe videtur, vt leguleus expreſſum eſt. Veris autem aduentus apud eundem eſſe videtur, cùm Fauonius incipit flare exacta hyeme: quo tempore dicebatur & aduentus Veneris. Lucretius lib. 1.

Et reſerata viget genitabilis aura Fauoni:
Aëriæ primum volucres te Diua, tuúmque
Significant initum percuſſa corda tua vi. id eſt, ſignificant aduentum tuum.

AD VIRGILIVM.

Ode 24.

ARGVMENTVM.

Deflet Quinctilij Vari mortem.

*Q*Vis deſiderio ſit pudor, aut modus*
Tam cari capitis? præcipe lugubreis
Cantus Melpomene: cui liquidam pater
Vocem cum cithara dedit.
Ergo Quinctilium perpetuus ſopor
Vrget? cui pudor, & Iuſtitiæ ſoror
Incorrupta fides, nudáque veritas,
Quando vllum inuenient parem?
Multis ille bonis flebilis occidit:
Nulli flebilior, quàm tibi, Virgili.
*Tu fruſtra pius, heu, * non ita creditum,*
Poſcis Quinctilium deos.
** Quid ſi Threïcio blandius Orpheo*
Auditam moderere arboribus fidem?
Num vanæ redeat ſanguis imagini:
Quam virga ſemel horrida
Non lenis precibus fata recludere,
Nigro compulerit Mercurius gregi?
** Durum, ſed leuius fit patientia,*
*Quicquid * corrigere eſt nefas.*

QVIS DESIDERIO, &c.] id eſt, quid eſt, cur quenquam pudeat deſiderio tam cari hominis affici? aut quid eſt, cur quiſquam eius deſiderij finem facere debeat?

CARI

Cari capitis.] ſic loquuntur Græci φίλη κεφαλή, μακρὰ κεφαλή. vnde hæc Latinis vſitatiſſima: *feſtiuum caput, lepidum caput, ridiculum caput.* ex nobiliſſima corporis ſcilicet parte, totũ intelligimus.

Præcipe lugubr. Cant.] Hortatur, & orat Muſam, vt ſibi ſuggerat, & ſubminiſtret cantus lugubreis, & funebreis, & ad deplorandam Quinctilij mortem accommodatos. nõ eſt autem *præcipere* idem, quod iubere, aut imperare, vt vulgus putat: ſed præmonſtrare potius, & docere. vt Satyr. 2. lib. 2. *Nec meus hic ſermo eſt, ſed quem præcepit Ofellus.* & in epiſt. de art. Poet. *Quicquid præcipies, eſto breuis.* vnde præcepta, quæ Græci vocant ὑποθήκας epiſt. ad Auguſt. *Mox etiam pectus præceptis formas amicis.* M. Tull. Catilinariã 3. *orare, vt item illi facerent, quæ ſibi legati eorum præcepiſſent.* Idem pro Murena. *Quod ſi è portu ſoluentibus ij, qui iam in portum ex alto inuehuntur, præcipere ſummo ſtudio ſolent & tempeſtatum rationem, & prædonum, & locorum, &c.* Idem Catil. 2. ad Quirit. *quibus hoc præcipiendum videtur, vnum ſcilicet, & idem, quod ceteris omnibus, vt deſperent, ſe id, quod conantur, conſequi poſſe.* Terent. Adelphi. *Docui, monui. benè præcepi ſemper, quæ potui, omnia.* ibid. *& quod queo, Conſeruis ad eundem iſtuc præcipio modum. Hoc ſalſum eſt, hoc aduſtum eſt, hoc lautum eſt parum.*

Ergo Quinctilium.] hi ſunt cantus lugubres, quos fingit Horatius à Muſa ſibi eſſe præmonſtratos, præceptos, & traditos. Non ſine artificio autem Horatius Virgilium magno animi dolore ex Quinctilij Vari morte affectum cõſolaturus, ſenſim & cautè ægro, ſaucioque animo medicinam adhibet, ne ad vulnus recens illidat manus, vt ait ille apud Æſchylum. Videtur enim primùm aſſentiri, atque indulgere lugenti, eiúſque fletum & lacrymas approbare, qui talis amici iacturam fecerit: Itaque cum Dijs immortalibus de hac Quinctilij morte quodammodo expoſtulat: Deinde poſteaquam ſeſe Virgilio lacrymarum & luctus quodammodo ſocium adiunxit, aggreditur paulò maiore fiducia ad eius ægritudinem minuendam, ac leuandam commemorationem condicionis humanæ: quæ eſt, vt ſemel omnibus moriendum ſit. Poſtremò oſtendit nihil eum lugendo aſſecuturum, neque vlla vnquam ratione effecturum, vt Quinctilius reuiuiſcat.

Perpetvvs sopor.] mors. Longum ſomnum appellat. Od. 11. lib. 3. *ne longus tibi ſomnus, vnde Non times, detur.* Græci χάλκεον ὕπνον, νήγρετον, νήδυμον vocant. ferreum ſomnum: ſomnum, vnde nemo expergiſcitur: ſomnum, quem numquam quiſquam exuere poteſt, vel à quo nemo (vt ita dicam) egredi, aut exire poteſt: quãquam νήδυμος ὕπνος interdum vſurpatur pro dulci, aut alto ſomno: Virgil. ferreum ſomnum, & duram quietem. Somnum autem mortis fratrem dici à poëtis vel pueri norunt. Homerus ἰλιάδ. ξ. Ενθ' ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ θανάτοιο. Heſiod. Theog. ſomnum & mortem no-

A ctis eſſe filios tradit. Ἔνθα δὲ νυκτὸς παῖδες ἐρεμνῆς οἰκί' ἔχουσιν Ὕπνος καὶ θάνατος, δεινοὶ θεοί, οὐδέ ποτ' αὐτοὺς Ηελιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν, Οὐρανὸν εἰσανιών. Pauſanias Eliacor. 1. narrat ſe inter ceteras ſtatuas, quæ erant Olympiæ, Noctem vidiſſe in muliebrem figuram, habitúmque formatam, quæ manu dextera puerum album dormientem teneret: læua nigrum dormienti ſimilem: vtrúmque diſtortis pedibus: eſſe autem θάνατον, alterum: alterum, ſomnum, & vtriuſque Noctem eſſe nutricem. De ſomno & morte & eorum cauſis poſt Ariſtot. lege Plutarchum περὶ τῶν τοῖς φιλοσόφ. ἀρεσκ.

Vrget?] occupat, opprimit, conſtrictum
B tenet?

Ivstitiæ soror, &c.] fidem appellatam eſſe ab eo, quòd fiat, quod dictum eſt, ſcribit M. Tull. offi. 1. & in epiſt. quadam ad Tiron. & epiſt. ad Att. lib. 12. quæ res maximè eſt iuſtitiæ conſentanea. Nam vt qui fidem fallit, iuſtus nullo modo dicendus eſt: ita qui iuſtus eſt, is maximè fidem præſtat. verba autem Ciceronis in epi. ad Attic. ſunt hæc. *Cocceiũ velim appelles. quod enim dixerat, non facit.* id eſt, non præſtat fidem.

Incorrvpta.] quæ neque pretio, neque gratia violatur. ἀδωροδόκητος, vel ἀδέκαστος, vel ἄφθαρτος, vt virgo. Raram appellat Od. 35. eiuſd. lib.

Nvdáqve veritas.] cur nuda? an quòd
C qui eam colunt, aperti ſunt, ac ſimplices, minimè omnium tecti, aut inſidioſi, aut fraudulenti? an quòd veritatis oratio ſimplex eſſe debet, neque vllum verborum ornamẽtum, neque artificium, neque fucum, aliúmve cultũ deſiderat? an quod vult in luce, & in omnium oculis collocari: fugit latebras ac tenebras? non ſemper tamen nuda debet eſſe veritas, vt ait Pindarus: qua de re vide Oden 2. lib. 3.

Mvltis ille bonis.] ſic habent libri manuſcrip. 7. Vatic. Don. Faer. Vrſin. Torneſ. Nicotian. Ruſſard. Sententia aperta eſt. Subintelligendum enim, *viris.*

Flebilis.] deflendus, deplorandus. non idẽ valet hoc nomen Od. 2. lib. 4. *Flebili ſponſæ iuuenemve raptum Plorat*: neque Od. 9. lib. 2. *Tu ſemper*
D *vrges flebilibus modis Myſten ademtum.*

Non ita creditvm] non enim ita tibi creditus eſt Quinctilius à Dijs immortalibus, vt ſibi eum nunquam abs te repetere liceret: imò verò ea lege in lucem editus fuit, vt aliquando, & cùm ita eis videretur, moreretur. iniquus es igitur, qui quaſi eo repetito, aut erepto tibi facta ſit iniuria, ita eum illis expoſtules, petáſque vt eum tibi ab inferis excitatum reſtituant, quod numquam obtinebis, etiam ſi blandius Orpheo cithara canas.

Qvid si Threïcio.] de Orpheo ſuprà diximus Ode 12. Threïcio autem dictum more Græcorum Θρηϊκίῳ. ſic Od. 13. epod. *nunc mare, nunc ſiluæ Threïcio Aquilone ſonant.* ſecutus ſum hoc loco ſcripturam cod. duorũ Vatic. Faern. Vrſin.

A cum quibus in eo conſentit eod. Iannoct. quòd habet, *Num*: diſſentit in eo, quòd habet, *Quod ſi.* Torneſianus contrà congruit, quòd babet. *Quid ſi.* diſcrepat, quòd habet, *Non*, vulgati autem codices ſic habent, *Quòd ſi Threicio bland. Orph. &c. Non vana redeat ſanguis imagini.*

AVD. MODER. ARB.] ſup. Od. 12. *Blandũ & auritas fidibus canoris Ducere quercus.*

VANÆ IMAGINI.] τῷ εἰδώλῳ ſic Virgil. Æneid. 4. *Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.* ſic Vlyſſ. ὀδ' λ. εἰδώλῳ quidem Herculis apud inferos eſſe narrat: ipſum autem in cælo cum ceteris Diis immortalibus oblectari. qua de re extat apud Lucianum facetiſſimus, & argutiſſimus dialogus.

B VIRGA HORRIDA.] de hac virga diximus ſup. Od. 10.

NON LEN. PREC. FATA RECL.] qui non eſt ea lenitate, vt precibus fati nexus, & neceſſitatem reſoluat ac reſcindat. *lenis recludere* genus loquendi Græcum, de quo aliàs.

NIGRO COMPVLERIT] compulerit in animarum, ſeu vmbrarum gregem.

QVICQ. CORR. EST NEF.] ἀδύνατον, non pote, vt ſuprà Od. 11. ad hanc ſententiam pertinet illud Euripid. Med. Κούφως φέρειν χρὴ θνητὸν ὄντα συμφοράς. id eſt, Oportet eum, qui mortalis ſit, calamitates leuiter ferre. Idem in Hippoly. coron. Ῥᾷον δὲ νόσον μεθ' ἡσυχίας, Καὶ γενναίου λήματος οἴσεις: id eſt, quieſcendo, ſeu

C patiendo, & animo generoſo facilius morbum feres.

TVRNEBVS.

QVis deſiderio) non mihi placet quod adferũt interpretes, qui ſic locum conſtruunt. Præcipe Melpomene lugubres modos, quis pudor ſit. Ego enim puto poſt, tam chari capitis, interrogandum eſſe, hoc ſenſu. Ecquem pudere debeat? Ecquis modum facere deſiderandi & lugendi tam charum caput Quintilij? Mox cõuertitur oratio ad Melpomenen vt næniam lugubrẽ dictet, quæ voce ad citharam canatur.

Nudáque veritas) aperta & ſimplex, nullis inuolucris obducta.

D *Non ita creditum*) qui tibi non erat hac conditione creditus, vt tam citò repeteretur. *Imaginis*) Quod Homerus εἴδωλον dicit. Cuius imitatione poëtæ Latini imaginem dixere εἴδωλα καμόντων. Sic eius exemplo vmbras dicunt τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι. Eius imagini à vmbræ corpore egreſſæ ſanguis & vita non redierit.

Corrigere eſt nefas) Corrigere non licet. Corrigi non poteſt.

Ex lib. 26. cap. 36. Liquidam vocem appellat per tranſlationem canoram, claram, ſuauem, nõ raucam. Tranſlatio autem eſt à liquore defecato & colato, Nam & vox limpida & ſuauis ipſa quoque per fauces quodammodo percolata videtur. Vnde & liquata etiam dicitur per guttur tranſmiſſa. Hoſtius apud Macrobium, lib. 6. Saturn. cap. 3.

-- totidem vocéſque liquata.

Ex lib. 9. aduerſ. cap. 13. Nudam veritatem vocat, quòd perlucente veſte, tanquam nuda ſit.

AD LYDIAM.
Od. 25.

ARGVMENTVM.

Inſultat ei, quòd iam vetula, viciſſim à iuuenibus contemnatur.

PArcius iunctas quatiunt feneſtras
Ictibus crebris iuuenes proterui:
Nec tibi ſomnos adimunt, amátque
Ianua limen:
Quæ prius multùm facileis mouebat
Cardines. audis minus, & minus iam,
Me tuo longas pereunte nocteis
Lydia dormis?
Inuicem mœchos anus arroganteis
*Flebis in *ſolo leuis angiportu,*
Thracio bacchante magis ſub inter-
Lunia vento,
Cùm tibi flagrans amor, & libido,
*Quæ ſolet matres *furiare equorum,*
Sæuiet circa iecur vlceroſum,
*Non *ſine queſtu.*
Læta quòd pubes edera virenti
Gaudeat, pulla magis atque myrto:
Aridas frondeis hiemis ſodali
Dedicet Hebro.

PARCIVS IVNCTAS] dicit Horatius, Lydiæ feneſtras ab adoleſcentibus rarius, quàm anteà, lapidum iactu verberari, neque iam eam nocturno amatorum aduẽtu è ſomno excitari: quibus verbis ſignificat, priſtinam eius formam, qua incendebantur amantes, tempore defloruiſſe. codices Donati & Faërni & quidam alij, diſcordãt hîc à vulgatis. *iactibus* enim in eis legitur, non, *ictibus*: cum quibus conſentit Torneſ. atque hæc lectio fortaſſe eſt verior. Præterea in quibuſdam libris veteribus ſcriptum reperi, *vinctas*: quos non ſequor.

AMÁTQVE IAN. LIM.] ianua tua, quæ crebrò aperiebatur propter multitudinem eorũ, qui tuum complexum expetebant, nunc perpetuò clauſa & obſerata eſt.

MVLTVM

Mvltvm facileis] multùm faciles erant cardines, quia ianua crebrò aperiebatur. quidam legunt *facilis*, vt ſit recti caſus, numeri ſingularis.

Avdis min. et min. iam.] minùs ſæpè audiuntur à te illæ miſerabiles amatorum voces, quos tu ætatis flore, & oris pulchritudine ferox excludebas. ſic loquitur Satyr. 5. lib. 2. *quartæ ſit partis Vlyſſes, Audieris, heres.* & Satyr. 6. lib. 1. *Audit continuo, quis homo hic eſt? quo patre natus?* & Homer. ἰλιάδ. φ. ὣς ἄρα μιν Πριάμοιο προσηύδα φαίδιμος υἱὸς Λισσόμενος ἐπέεσσιν· ἀμείλικτον δ' ὄπ' ἄκουσε. Νήπιε, μή μοι ἄποινα πιφαύσκεο, μηδ' ἀγόρευε. id eſt, ſic enim affatus eſt Priami filius ſuppliciter orans. At hic vocem duram, & immitem audiuit, Stulte, ne mihi munera fare, neque narra. & M. Tull. Tuſcul. 3. *Afflictiſne, & lamentabili voce plorans audies, O virum fortem?* idem fragmen. Academ. ad Varr. *Et quære quem magis amet: Zenonem, à quo beſtia nominatur, an Arceſilam, à quo audit, Tu fortaſſe verum dicis: ſed requiram diligentius.*

Me tvo long. pere. noct.] hæc erat amoris excluſi vox. pòſt verbum dormis, in codice Faërni ſcripta eſt interrogationis nota: quem ſecutus ſum.

Longas nocteis] èpiſt. 1. lib. 1. *Vt nox longa quibus mentitur amica, &c.*

Invicem mœchos] tu nunc viciſſim anus facta tuæ præteritæ arrogantiæ, atque intolerantiæ pœnas dabis, complexúmque iuuenum exoptans, illorum faſtidium, ferociam, & ſuperbiam experieris. Mœchos autem appellat, corruptores, & amatores, vt infrà Od. 33. *Quàm turpi Pholoë peccet adultero,* & 36. *Nec Damalis nouo Diuelletur adultero.* & Od. 16. lib. 3. *Nocturnis ab adulteris.*

In solo angip.] deſerto, vt Catull. de nupt. Pel. *ſola ſub rupe.* Et Lucret. lib. 4. *quo pacto per loca ſola, Saxa pareis formas verborum ex ordine reddant.* & Virg. lib. 11. *Paſtorum & ſolis exegit montibus æuum.* angiportus, & angiportum, vtrúmque eſt in vſu. Catull. *Nunc in quadriuiis, & angiportis Glubit magnanimos Remi nepotes.* Terent. Adelph. *id quidem angiportum non eſt peruium.* Eſt autem angiportus iter compendiarium in oppido, inde dictus, quòd ſit anguſtus in portum aditus. Feſtus. [In angiportis proſtabant vulgata ſcorta, vt etiam ex verſibus Catulli quos modo protuli, intelligere licet.]

Levis.] amans, præſertim anus. nam ſi amare leue eſt etiam in iuuenibus, & puellis: quanto magis in ſenibus, & vetulis? vel leuis, id eſt, vilis & contemta, & nullius pretij.

Thracio.] Thracio vento, Aquilone de quo ſic Heſiodus. Ὅς τε διὰ Θρήκης ἱπποτρόφου εὐρέϊ πόντῳ Ἐμπνεύσας ὤρινε. Idem, Πυκινὰ δ' ὀρινῆς Βορέου νέφεα κλονέοντος. Theocrit. εἰδ. λϛ. Ἤ Νότοιο βίην ἠὲ Θρηκὸς Βορέαο. Aratus de Andromeda Ἡ μὲν γὰρ Θρηΐκος ὑπὸ πνοιῇ Βορέαο, &c. Homer. autem ἰλ. ι. Boream & Ze-
A phyrum facit è Thracia ſpiranteis. Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρήκηθεν ἄητον. Horat. infrà Od. 13. epod. *Nunc mare, nunc ſiluæ Threicio Aquilone ſonant.* Appellata autem eſt à nonnullis Thracia ἀνέμων ἐργαστήριον, ἢ οἰκητήριον: id eſt, ventorũ officina, ſeu domicilium, propterea quòd eſt frigidiſſima. Itaque Eurip. in Hecuba: Θρῄκην χιονώδη appellat, & item Appollon. lib. 1. argonaut. id eſt, Thraciam niuoſam. vide annotat. ad Od. 12. lib. 4.

Bacchante] vehementer, & pænè dicã, furenter flante. ducta tralatio eſt à ſacerdotibus Bacchi bacchantibus.

Svb interlvn.] amplificatio eſt. Eſt enim grauiſſimum, noctu, flante Aquilone, &
B interlunij tempore, ſub dio pernoctare. & attende, verſum non eſſe nomine integro clauſum, quod vitioſum eſſe docet Hephæſtion in enchiridio, profertque verſus hos Simonidis, ἦ μέγ' Ἀθηναίοισι φόως γένεθ', ἡνίκ' Ἀριστο-Γείτων Ἵππαρχον κτεῖνε, καὶ Ἁρμόδιος. ſed fortaſſe in Lyrico, & maximè Sapphico carmine licentia maior eſt. itaque vtitur ea interdum Sappho: exempli cauſa: Ὀμμάτεσσι δ' οὐδὲν ὄρημι: βομβεῦσιν δ' ἀκοαί μοι. Et Horat. item Od. 16. lib. 2. *non gemmis, neque purpurá ve-Nale, nec auro.* Idem tamen crebro diuidit nomina compoſita in hexametris. vt Satyr. 9. lib. 1. *eſt locus vni-Cuique ſuus.* Satyr. 3. lib. 2. *age, ſi ſtramentis incubet vnde-Octoginta annos natus.* ibidem, *Præterea ne
C vos titillet gloria, iure-Iurando obſtringam ambo.* epiſt. ad Iulium Florum lib. 2. *Quanto cum faſtu, quanto molimine circum-Spectemus vacuam Romanis vatibus ædem.* epiſt. ad Piſon. de Arte poët. *ſi non offenderet vnum-Quemque poëtarum limæ labor.* Eſt autem *interlunium*, tempus illud, quo Sol cum Luna coniungitur, quo tempore maximæ ſunt noctis tenebræ: Varro vocat *intermenſtruum*: Plinius lunam ſilentem, aut ſilentium lunæ. vide infrà ad Od. 8. lib. 2.

Svb] paulo antè, vel circiter. vt ſup. Od. x.

Qvæ solet matr. &c.] quæ ſolet equas concitare, & ad furorem adigere. Virgilius Georgic. 3. *Scilicet antè omneis furor eſt inſignis equarum: Illas ducit amor trans Gargara, tránſque ſonan-
D tem Aſcanium, ſuperant monteis, & flumina tranant.* vnde dicuntur ἱππομανεῖν, id eſt equire, quod valet libidine maris ardere, ὀργᾶν εἰς ὀχείαν. Et mulieres libidinoſæ, & libidine ardentes dicuntur ἱππομανεῖς, & ἱππομανεῖν: quamuis aliàs ἱππομανὴς ſignificet eũ, qui immoderato equorum ſtudio teneatur: & ἱππομανία immoderatum equorum ſtudium. Hæc à Germ. Valente. lege Plin. de equarum libidine.

Fvriare] Virgil. Æn. 2. *furiata mente Chorœbus.*

Circa iecvr.] iecur ſedes eſt libidinis, vt oſtendemus lib. 4. ad Od. 1. Plato quidem cupiditatem in iecore locat.

Vlcerosvm] vlceribus madens propter ardorem libidinis: Itaque Virgil. & ante eum ce-

Digitized by Google

terì, Tityri iecur fingunt à vulture depaſtum, perpetuò renaſci. ſic Virgil. lib. 6. *roſtroque immanis vultur adunco Immortale iecur tondens, fœcundáque pœnis Viſcera, rimatúrque epulis, habitátque ſub alto Pectore, nec requies fibris datur vlla renatis.* & Homerus ὀδ. λ. γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον, &c. id eſt vultures autem duo ei vtrinque aſſidentes iecur tondebant.

NON SINE QV.] querêris, quòd iuuentus hilara magis delectetur edera virenti, & myrto, quàm frondibus aridis, id eſt, quòd puellas vetulis anteponat. ederam Feſtus ait eſſe dictam vel quòd hæreat, vel quòd edita petat, vel quòd id, cui adhæſerit, edat. reliqua lege apud Feſt.

PVLLA MAG. ATQVE MYRTO] magíſque gaudeat pulla, id eſt, ſubuiridi myrto, ſubaud. quàm frondibus aridis. falluntur autem, qui *atque* poſitum putant hoc loco pro, *quàm*. Nam & ſuprà myrtum viridem nominauit Od. 4. & fiebant ex myrto corollæ, vt intelligere licet ex eadem Ode, & ex 7. lib. 2. *quis vdo Deproperare apio coronas, Curáve myrto?* & Ode 15. eiuſdem libri, myrtum numerat in iis floribus, ſeu frondibus, è quibus ſuaues odores efflantur. *tum violaria, & Myrtus, & omnis copia narium Spargent oliuetis odorem Fertilibus domino priori.* & Od. vltima huius lib. ſolam myrtum in conuiuij apparatu vult adhiberi. *Simplici myrto nihil allabores.* & Catull. in carm. in nupt. Iuliæ & Manlij. virginem Iuliam cum myrto comparat his verbis: *Floridis velut enitens Myrtus Aſia ramulis.* Eſt autem myrtus ſacra Veneri, eadémque gratiſſima, vt Oliua Palladi, Populus Herculi, Laurus Apollini. Virgil. in Melibœo, *Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho: Formoſa myrtus Veneri, ſua laurea Phœbo.* & Georg. 1. de Cæſare Aug. loquens. *cingens materna tempora myrto.* Itaque nonnulli Venerem Murtiam à myrto dicunt eſſe nominatam, vt ſcribit Varro libr. 4. de ling. Latina. Præterea myrtus memoratur in frondibus felicibus, vt laurus, oliua, &c.

HIEMIS SODALI.] ſic Od. 18. lib. 3. *crateram Veneris ſodalem* appellat. & Home. ἰλιάδ. ι. φύζαν φόβου κρυόεντος ἑταίρην. Id eſt, fugam timoris horribilis ſodalem.

HEBRO.] Thraciæ fluuio. Eſt autem Thracia orbis terrarum pars frigidiſſima, ſententia veterum, vt paulò antè diximus.

TVRNEBVS.

I*Anua limen*) quòd antè oderat. Eam enim tædebat liminis cùm toties aperiretur, aliudque limen, in quo magis quieuiſſet, deſiderabat. *In ſolo angiportu*) vilis & nullius ponderis, in tuo vico flebis, qui antè à tuis amatoribus celebrabatur, cùm ſolitudo nunc ſit.

Thracio) interpres Apollonij ait exiſtimatum eſſe Thraciam ventorum domicilium. Id quod ait Horatius à Græcis natum, quibus Septentrionalis eſt Thracia, vt ex ea Aquilonem ſpirare dicant.

A *Sub interlunia*) Docet Theophraſtus in libello de ventis coïtum Lunæ tempeſtates adferre. interlunium vocat Horatius. Verba Theophraſti ſunt, αἱ σύνοδοι τῶν μηνῶν χειμεριώτεραι. Per ventum & tempeſtatem iucundius eſt libidinoſis amicam fouere, & meretriculis, amatores, Tibullus,

Quàm iuuat immites ventos audire cubantem,

Et dominam tenero continuiſſe ſinu, Amor & libido) illius iecur vlceroſum & ſaucium tanto amore fore dicit, cùm ab omnibus ſpernetur, quantum ferunt equarum eſſe, quæ libidine in rabiem aguntur. Eámque ait conqueſturam, quòd iuuenes puellas ſectentur, anus contemnant. *Aridas*

B *frondes*) id eſt, anus. ſolent autem aridæ frondes hyeme in fluuios propter adſitas arbores plerúmque cadere.

Ex aduerſ. lib. 26. cap. 36. Ventum dicit Horatius magis per interlunia bacchari, id eſt, per intermenſtruum, cùm Luna eſt in coitu. Quod & docet Theophraſtus in libello de ventis. his verbis, αἱ σύνοδοι τῶν μηνῶν χειμεριώτεραι. Solent autem homines libidinoſi & voluptuarij per vẽtum & tempeſtatem iucũdius amicam fouere in ſinu & amoribus perfrui: Sic & meretriculæ laſciuæ petulantéſque libentiùs tum ſunt cum amatoribus. Tibullus, lib. eleg. 1.

Quàm iuuat immites ventos audire cubantem,

Et dominam tenero continuiſſe ſinu. Tum autem illa horrorem ſentiet Aquilonis perflantis, quem

C Thracium ventum dixit: quia in Thracia regnaſſe Aquilo dicitur, & in Græciam è Thracia vẽtus ille mittitur. Vnde Horatius epod. od. 13. *Threicio Aquilone ſonant*: Vates autem Græciæ, qui è Thracia Aquilonem ferri ſcripſerunt in Græciã, & Threïcium Aquilonem appellarunt, imitatores æmulatoréſque Latinos habuerunt: etſi in Latium aliunde Aquilo venit.

Libidinem autem, quæ ſolet matres furiare equorum ſæuituram circa iecũr vlceroſum, cùm dicit, non ſine queſtu, dicit: cùm ab omnibus ſpernetur illius iecur ſaucium tanto amore fore, quantum ferunt equarum eſſe, quæ libidine in rabiem & furorem aguntur, ac tamen eam ſuas queſturam fortunas, quod iuuenes puellas non anus ſectentur. Iucundum eſt autem quod ait,

D *Aridas frondes hyemis ſodali*

Dedicet Hebro. quo figuratè ſignificat anus à iuuenibus non amari, nec aridas ab illis colligi frondes, ſed negligi & amnibus donari. Solent enim arida arborum folia fluminibus aſſitarum in aquam cadere, niſi legantur aut ſtringantur, quo alluſum eſt cùm Hebrus hic loco cuiuſcunque fluminis ponatur.

Ex lib. aduerſ. 19. cap. 29. Horatius Græcorum imitatione dixit de laſciua & amante, iecur vlceroſum: quòd eam partem Cupido ferire cenſeatur: vnde Theocritus -- χαλεπὸς γάρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἔμυσσεν. Sed & Seruius è Varrone ita ſcribit, in 1. Georg. *Nam propè rubigo eſt, vitium obſcœnæ libidinis, quod vlcus vocatur.* Egregiè autem vt nihil

ſuprà,

Digitized by Google

ſuprà, de libidine effrænata & immoderata ſcripſit,

— & libido

Quæ ſolet matres furiare equorum. Nam libidinem equinam, furioſam & immenſam & incitatiſſimam vocare ſolebant. Prudentius, Lib. 1. contra Symmach.

Aduena quos profugus gignens, & equina libido,
Intulit Italiæ: Thuſcis namque ille puellis
Primus adhinniuit ſimulato numine mœchus.

Hinc elegans illa in Piſonem tranſlatio,

Sic ad illius hanc orationem adhinniuit.

DE ÆLIO LAMIA.

Od. 26.

ARGVMENTVM.

Se, ſoluto animo, velle Lamiam laudare.

MVſis amicus, triſtitiam, & metus
*Tradam * proteruis in mare Creticum*
Portare ventis, quis ſub arcto
Rex gelidæ metuatur oræ,
*Quid * Tiridatem terreat, vnicè*
Securus. ô, quæ fontibus integris
Gaudes, apricos necte flores:
Necte meo Lamiæ coronam,
** Pimplēa dulcis. nil ſine te mei*
Proſunt honores. hunc fidibus nouis,
*Hunc Lesbio * ſacrare plectro,*
Téque, tuáſque decet ſorores.

MVSIS AMICVS] ſignificat, eũ, qui Muſas colat, non facilè à cura, metu, moleſtia, ægritudine, & ceteris animi peſtibus inuadi ſolere. Heſiodus quoque ait in Theogonia, ſi quis mœrore affectus, poëtam, aut cantorem aliquem audierit vel Deorum, vel ſuperioris ætatis hominũ laudes canentem, ſtatim omnem ex animo moleſtiam, luctúmque deponere, his verbis: Εἰ γάρ τις καὶ πένθος ἔχων νεοκηδέϊ θυμῷ Ἄζηται κραδίην ἀκαχήμενος, αὐτὰρ ἀοιδὸς Μουσάων θεράπων κλεῖα προτέρων ἀνθρώπων Ὑμνήσῃ, μάκαράς τε θεοὺς, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν, Αἶψ' ὅγε δυσφροσυνέων ἐπιλήθεται, οὐδέ τι κηδέων Μέμνηται. Theocritus autem Muſas dicit optimum eſſe ad amoris vulnus ſanandum, remedium ac medicamentum, in Cyclôpe. Οὐδὲν πρὸς τὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο, Νικία, οὔτ' ἔγχριστον, ἐμὶν δοκεῖ, οὔτ' ἐπίπαστον, Ἢ ταὶ Πιερίδες.

A TRISTITIAM ET MET. TRAD. PROT.] id eſt, triſtitiam, & metum ex animo eiiciam: ægritudines, & curas omneis pellam. ſic loquuntur poëtæ, cùm ſignificare volunt aliquid ſe obliuiſci, aut negligere, aut deponere, ac delere ex animo velle. Homer. ὀδυσ. θ. ἔπος δ' εἴπερ τι βέβακται Δεινὸν, ἄφαρ τὸ φέροιεν ἀναρπάξασαι θύελλαι. id eſt, ſi quid autem graue ac moleſtum dictum eſt, id ablatum diripiant & diſſipent venti, ſeu procellæ. Anacreon. Ἀποῤῥίπτονται μέριμναι, Πολυφρόντιδές τε βουλαὶ Ἐς ἁλικτύπους ἀήτας. id eſt, abiiciuntur ac diſſipantur curæ, & ſollicitæ cogitationes in ventos mare verberanteis, ſeu maris murmur excitanteis. Idē. Ε μῦθ.

B φρενὸς μὲν αὔραις φέρειν ἔδωκα λύπας. id eſt, animi mei ægritudines auris dedi differendas. Theocr. Διοσκύρ. Ἶχον τοιάδε πολλά: τὰ δ' εἰς ὑγρὸν ᾤχετο κῦμα Πνοιὴ ἔχοισ' ἀνέμοιο. habebam talia multa: ſed hæc in fluctum maris abſtulit venti flatus. Apollon. lib. arg. ἀλλ' ἄν μοι σὺ Δέχου μὲν ἀμπλακίην, ὡς καὶ πάρος εὐμενέοντες. id eſt, at peccatum præteritum ventis tradamus, &, vt antea, beneuolentiam inter nos colamus. Catull. ad Ortalum. *Ne tua dicta vagis nequicquam credita ventis Effluxiſſe meo forte putes animo.* Idem de nuptiis Pelei. *Irrita ventoſæ linquens promiſſa procellæ.* Idem ad Alphenum. *Idem nunc retrahis te, ac tua dicta omnia, factáque Ventos irrita ferre ad nebulas aëreas ſinis.* Tibull. eleg. 5. lib. 1. *Hæc mihi*

C *fingebam, quæ nunc Eurúsque, Notúsque Iactat odoratos vota per Armenios.* & Hor. Ode 11. epod. *Vt hæc ingrata ventis diuidat Fomenta.* Lucret. lib. 4. *tu fac ne ventis verba profundam.* Virgil. Æneid. 9. *ſed auræ Omnia diſcerpunt, & nubibus irrita donant.* [idem *Non dedit, inque notos vocem vertêre procellæ.*]

PROTERVIS] ſic Lucretius petulanteis Euros, ſeu, vt habent alij libri, auras, dixit lib. 6. *Interdum perſciſſa furit petulantibus Euris.*

* SVB ARCTO.] duæ vrſæ in regione Aquilonari elucent, altera maior, quæ & Ἑλίκη, & ἅμαξα, id eſt, currus, quia currus ſimilitudinem gerat, appellatur: altera ei propinqua, minor, quæ Cynoſura, ſic dicta, quòd canis caudæ inflexæ ſimilis ſit. Calliſtonem autem Lycaonis filiam à Ioue amatam, & compreſſam eſſe: deinde à Iuno-

D ne re cognita in vrſam conuerſam, & Dianæ, inſtar feræ, ſagittis configendam eſſe traditam: poſtremò à Ioue in cælo collocatam, poëtæ fabulantur. Aratus paulò aliter hanc fabulam narrat, aitque ab his duabus vrſis Iouem, cùm puer eſſet, & cùm à Corybantibus cuſtoditetur, educatum eſſe.

GELIDÆ MET. ORÆ] vel ab ora gelida metuatur: vel dic, à quibus Rex oræ gelidæ metuatur.

QVID TIRID. TERR.] non admodum ſollicitus, quid Tyridates extimeſcat, aut quis ei bellum inferre cogitet. ſic Od. 11. lib. 2. *Quid bellicoſus Cantaber & Scythes Hirpine Quincti cogitet, &c.* quidam libri ſcripti habent, *Mithridatem*, ſed cum litura.

Fontibvs integ.] puris, ſinceris, ἀλιχρὶτοσι. ſic Lucr. lib. 4. *iuuat integros accedere fonteis, Atque haurire, iuuátque nouos decerpere flores.* A

Pimplea dvlcis.] Muſa Pimplea à Pimpléo monte & fonte ſic appellata: de quo Strabo lib. 9. Θρᾷκες τὴν Πιερίαν, καὶ τὸ Λείβηθρον, καὶ τὸ Πίμπλειον ὄρος ταῖς Μούσαις ἀνέδειξαν. Ἐκλιπόντων δ' ἐκείνων, Μακεδόνες νῦν ἔχουσι τὰ χωρία ταῦτα. Catull. *Mentula conatur Pimpleum ſcandere montem: Muſæ furcillis præcipitem eiiciunt.* Callimach. in hymno ad Delum. Ὡς μοῦσαι τὸν ἀοιδὸν, ὃ μὴ πίμπλειαν ἀείσει, Ἔχθουσι.

Nil sine te mei Pros.] codex Donati & nonnulli alij habent, *Nil ſine te mei Poſſunt honores:* quæ lectio non eſt reiicienda, imò verò fortaſſe vulgatæ anteponenda. B

Hvnc] Lamiam.

Lesbio sacrare] decet te & tuas ſorores hunc immortalitati conſecrare fidibus Latinis, & carmine Sapphico, vel Alcaïco.

TVRNEBVS.

Triſtitiam & metus) Duæ ſunt teterrimæ perturbationes, metus & triſtitia, quarum meminit. Nam ſpes & lætitia iucundiſſimæ ſunt.

Quis ſub arcto) Quis ad ſeptentrionem rex metuatur & formidoloſus ſit, etiam imperio Romano, vt Marabodius.

Quid Tyridatem) Quid Mithridatem habent libri veteres. Nam Mithridates in Armenia regnauit, quem captum vinctúmque Auguſtus Romam duxit. Tyridates imperante Nerone Armenia potitus eſt, Romámque venit, quem publico ſpectaculo ad genua admiſit Nero. Ergo ſi Tyridatem legas, alium eſſe oportebit, qui illic, imperio Auguſti regnarit. C

Integris intactis & illibatis, non contaminatis. Lucretius,

-- iuuat integros accedere fontes
Atque haurire.

Ex aduerſ. lib. 26. cap. 36. *Quid*, inquit Flaccus, *Tyridatem terreat, vnicè.*

Securus. Hic Tyridates eſt, qui eiecto in exiliũ Phraate rege Parthorum, rex conſtitutus eſt nobilitatis conſenſu: Sed cùm audiret Phraatem magnam Scytharum colligere manum, ſic territus eſt, vt è regno profugerit ad Auguſtum. Librum vidi indubitatæ fidei, in qoo Mithridatem legebatur, ſine vllius lituræ ſuſpicione, quã ſcripturam ſe reperiſſe fatur Lambinus: & agnoſcere videntur interpretes, cùm regem Armeniæ ab Horatio dicant intelligi. Itáque ſi quis eſt, qui eã recipiendam putet: is ſic habeat, Mithridatem eo tempore regem Armeniæ fuiſſe: quem captũ vinctúmque Auguſtus Romam duxerit, ve ne huic quidem ſcripturæ deſit teſtimonium hiſtoriæ. Quod autem dicit, *Hunc Lesbio ſacrare plectro.* Id valet, hac cantilena, quæ ſcripta Alcaïco carmine, hominum memoriæ conſecrare. Nam libentiſſimè Alcæum imitatur, qui Lesbius erat, & Alcaicis verſibus delectabatur.

AD SODALES.

Od. 27.

ARGVMENTVM.

Ad ſodaleis inter pocula rixanteis, & poculis ipſis pugnanteis: hoc eſſe barbarorum, inuitatus vt bibat, id ſe ea lege facturum, ſi frater Megillæ nomen amicæ ſuæ proferat, vel ſibi in aurem dicat.

* Natis in vſum lætitiæ ſcyphis
Pugnare, Thracum eſt. tollite barbarum
Morem: verecundúmque Bacchum
Sanguineis prohibete rixis.
Vino, & lucernis Medus acinaces*
Immane quantum diſcrepat. impium
Lenite clamorem ſodales:
*Et * cubito remanete preſſo.*
Vultis ſeueri me quoque ſumere
Partem Falerni? dicat Opuntiæ
Frater Megillæ, quo beatus
Vulnere, qua pereat ſagitta.
Ceſſat voluntas? non alia bibam
Mercede quæ te cumq; domat Venus,
Non erubeſcendis adurit
Ignibus: ingenuóque ſemper
Amore peccas. quicquid habes, age,
Depone tutis auribus. ah miſer,
Quanta laboras in Charybdi!
Digne puer meliore flamma.
D *Quæ ſaga, quis te ſoluere Theſſalis*
Magus venenis, quis poterit Deus?
Vix illigatum te triformi
Pegaſus expediet Chimera.

Natis in vsvm] Natis, id eſt, natura factis, πεφυκόσι. alioqui ſcyphi fiunt ab artifice, non naſcuntur. ſic Lucilius, *Iudicio Hortenſi, eſt ad eam rem nata palæſtra:* profert Porphyr. hoc igitur dicit: Ad compotationem, & hilaritatem ſcyphi comparati ſunt natura: iis abuti ad pugnas, & prœlia, & Thracom eſt, & ſimilium barbarorum, non humanitate politorum, & excultorum hominum. Thracũ, & Scytharum ebrietatem notat Plato lib. 1. de legibus, his verbis:

Σκύθαι

Σκύθαι δὲ, καὶ Θρᾷκες ἀκράτῳ παντάπασι χρώμενοι γυναῖκές τε καὶ αὐτοὶ, καὶ κατὰ τῶν ἱματίων καταχεόμενοι, καλὸν καὶ εὔδαιμον ἐπιτήδευμα νενομίκασι id eſt, Scythæ autē, & Thraces vino mero prorſus vtentes, & ipſi & mulieres, perfuſaſque ac madefactas vino veſtcis habentes, præclarum, & beatum ſtudium eſſe exiſtimant, idque ab illis more & conſuetudine receptum eſt. Concinit his Horatianis illud Anacreontis: ἄγε, δηῦτε, μηκέτ' οὕτω πατάγῳ τε κἀλαλητῷ Σκυθικὴν πόσιν παρ' οἴνῳ μελετῶμεν, ἀλλὰ καλοῖς ὑποπίνοντες ἐν ὕμνοις. quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt: (Nam mihi propetanti, & aliud, quod magis ad rem attinet, agenti, nu meros verſuum reddere nō licet)
B Age, date, vt bibam, neque ita ſtrepitu, & clamore omnia miſcentes in vino Scythicam compotationem meditemur: ſed carminibus potiùs concinnis ac iucundis pocula temperemus. [Æmylius Probus in Alcib. apud Thraces homines vinolentos.]

Verecvndvm] id eſt, verecundè tractādum, eundem inuerecundum nominat. Od. 11. epod *Simul calentis inuerecundus Deus Feruidiore mero arcana promorat loco.* alia ſcilicet ratione, nempe quia qui vinum intemperantius biberunt, inuerecundi ſint, nihilque neque vereantur, neque extimeſcant.

Sang. proh. rixis.] vel prohibere rixas à Baccho, vt ſit hypallage: vel propriè, & vſitato more locutus eſt. ſic enim M. Tull. pro lege Manil. *Erit igitur humanitatis veſtræ tantum ciuium Ro. numerum calamitate prohibere.* Idē Horat. de arte poët. *Concubitu prohibere vago.* vſitatiora ſunt illa, *prohibere itinere, prohibere domo.* Cæſ. & Terent.

Vino et lvcern. Med. acin. Imm. &c.] id eſt, longiſſimè diſtat, ac magnopere diſcrepat ferrum à vino & conuiuiis. lucernas autem cum vino coniungit, quia olim noctu potiſſimùm conuiuia agitabantur. Od. 8. lib. 3. *& vigiles lucernas Perfer in lucem.* ad quem locum plura.

Medvs acinaces] acinaces nomen eſt peregrinum. quod genus γλώττας appellat
D Ariſtot. lib. περὶ ποιητικῆς. Eſt autē gladius Perſicus. Plato lib. 8. de Rep. eo loco, vbi oſtendit; quemadmodum rerum publ. ſtatus, hominéſq;, qui in eis verſantur, commutentur, Perſarum regis gladium, acinacen oſtendit appellari his verbis. τὸ φιλοχρήματον, μέγαν βασιλέα ποιεῖ ἐν ἑαυτῷ, τιάρας τε καὶ στρεπτοὺς, καὶ ἀκινάκας παραζωννύντα. & Dion. lib. 50. de Antonio. καὶ ἀκινάκην ἔστιν ὅτε παρεζώννυτο· ἐσθῆτί τε ἔξω τῶν πατρίων ἐχρῆτο, id eſt, & acinacen interdum accingebat: & veſtitu alieno à patriis inſtitutis vtebatur. Medum autem appellat, quia Medorum imperium ad Perſas tranſlatum fuit, Medique, & Perſæ vni Cyro paruerunt. ſic ſupr. Ode 2. *Medos pro Perſis poſuit*, vt annotauimus. & Catull. de coma Berenices. *Cum Medi irrupere nouum mare.*

A Atque hæc à M. Ant. Mureto fuerant iam pluribus verbis explicata.

Immane qvant. discr.] ſummopere diſcrepat. Eſt autem hoc genus loquendi Græcorum proprium. ſic enim loquuntur illi θαυμαστὸν ὅσον, mirabile quantum, id eſt, mirificè, & mirum in modum. ἀμήχανον ὅσον, ἀμύθητον ὅσον. Ariſt. πολιτ. β. ἔτι δὲ καὶ πρὸς ἡδονὴν ἀμύθητον ὅσον διαφέρει τὸ νομίζειν ἴδιόν τι, id eſt, præterea dici non poteſt, quantùm referat ad voluptatē, exiſtimare aliquid ſuum eſſe & proprium. Demoſth. περὶ τῆς παραπρεσβ. ὡς θαυμάσια ἡλίκα πεισόμενοι διὰ τούτους ἀγαθὰ, id eſt, tamquam mirabilibus quantis per hos bonis abundaturi. Plato Politic. α. ἱδρῶτες θαυμαστοῦ ὅσου. Idem
B δικαίῳ. εἰ τοσοῦτον ἡδονῇ νικᾷ ὁ ἀγαθός τε καὶ δίκαιος τὸν κακόν τε καὶ ἄδικον, ἀμηχάνῳ δὴ ὅσῳ νικήσει εὐσχημοσύνῃ τε βίου, καὶ κάλλει, καὶ ἀρετῇ. Si igitur vir bonus & iuſtus tanto improbum & iniuſtum hominem voluptate & iucunditate vitæ ſuperat, inexplicabili quanto ſuperabit vitæ elegantia, decôre, & pulchritudine. Idem in Alcibiade. θαυμαστὴν ὅσην περὶ σὲ προθυμίαν ἔχει. Tale illud Ariſtoph. in Ranis. εὐθὺς γὰρ ἡμάρτηκεν οὐρανὸν ὅσον. id eſt ſtatim enim aberrauit cæleſte quantum: id eſt, ſpatium ingens, quantum ſcilicet cælum à terris diſtat. Atque ad eundem modum M. Tullius loquitur lib. de finib. 4. *ſed differre inter honeſtum, & turpe, nimium*
C *quantum, neſcio quid immenſum.* idem orat. perf. *huic generi orationis aſpergentur etiam ſales, qui in dicendo mirum quantum valent*, id eſt, θαυμαστὸν ὅσον. non diſſimile exemplum eſt, quod è ſecundo hiſtoriarum Salluſtij libro producit Nonius Marcellus. *immane quantum animi exarſere.* nam immanis ponitur interdum pro magno, vt docet Feſtus. ſic & Cornel. Tacitus lib. 19. *Et Flauianus exercitus immane quantum animo, exitium Valentis, vt finem belli, accepit.*

Lenite clam. sod.] ſic Od. 8. lib. 3. *procul omnis eſto Clamor & ira*, notum eſt illud Pindari ἡσυχία φιλεῖ τὸ συμπόσιον, id eſt, ſilentium conuiuio carum eſt: hortatur autem ſiue Hora-
D tius, ſiue quis alius ſodaleis ſuos, vt vociferari & contendere inter ſe deſinant, ſeſeque in lectis eo corporis ſitu contineant, quo eſſe & bibere, non autem pugnare poſſint.

Et cvbito rem. pr.] hoc corporis habitu ac ſitu cenabant Græci ferè omnes, & Romani illi veteres, accumbentes ſcilicet, & cubito innitentes, non ſedentes: cuius rei complura in ruinis & parietinis Italiæ, veſtigia ac monumenta vidi. ad hunc locum per[illegible] ille, qui eſt Sat. 4. lib. 2. *Nec ſatis eſt cara piſces auerrere menſa Ignarum, quibus eſt ius aptius, & quibus aſſis Languidus in cubitum ſeſe conuiua reponat.* quos verſus ſuo loco explicabimus: hoc tantùm dicemus in præſentia, ex his duobus locis perſpicuum eſſe ita compoſito corpore cenaſſe veteres, vt modicè inflexa, & incuruata ſuperiore corporis parte, reliquâ iacêrent: quod eſt accubare. Nam

Digitized by Google

ridiculum eſt, quod ſcribit Aeton, deorum eſſe accumbere, virorum diſcumbere, ferarum recũbere, cùm ita loquatur M. Tull. orat. de ſupplicijs: *vt muliebria quotidie conuiuia eſſent, vir accumberet nemo, præter ipſum & prætextatum filium.* Idem epiſt. ad Pap. Pætũ, lib. 9. *Accubueram hora nona cum ad te harum exemplum in codicillis exaraui.* & pro Deiot. *huc te e balneo, prius quam accumberes, ducere volebat.* & in Catil. 2. ad Quirit. *qui mihi accubantes in conuiuiis complexi mulieres impudicas, vino languidi, conferti cibo, &c.* Et Terent. Eunucho. *At dum accubabam, quàm videbar mihi eſſe pulchre ſobrius?* Itaque hoc tantum intereſſe puto inter illa duo priora, accumbere & diſcumbere, quòd diſcumbere ſemper de pluribus dicitur: vt M. Tull. ad Att. lib. 5. epiſt. 1. *diſcubuimus omnes præter illam:* accũbere autẽ, & de vno, & de pluribus ſiue hominibus, ſiue diis. Qui autem recubare putat ad feras duntaxar pertinere, legat primũ verſum Virg. in Tityro: & illum locum M. Tull. pro Deiot. *Cum in lectulo recubuiſſes.* & 2. de orat. *cum ceteris in campo ſe exercentibus, in herba ipſe recubuiſſet.* & de diuinat. 2. *deinde cum ſe collegiſſet, iſque viſum pro nihilo habendum eſſe duxiſſet, recubuiſſe.* Nam ex illis locis intelligere licet, recubare, ſeu recumbere, non eſſe ferarum proprium. Eſt autem *recumbere* toto corpore iacẽte. ita ſcilicet compoſito, vt facilè ſomnum capere poſſis. interdum tamen pro accumbendi verbo vſurpatur: vt epiſt. ad Torquat. lib. 1. *Si potes archaïcis conuiuis recumbere lectis* Herôas porrò, & primos illos homines ſediſſe inter cenandum, non accubuiſſe, ex Homero perſpici poteſt. vno aut altero exẽplo contenti erimus. ἰλιάδ. λ. αὐτὰρ ἔπειτα Ἐς κλισίην ἐλθόντες ἐπὶ κλισμοῖσι κάθιζον, &c. id eſt, Poſtea porrò cum in tabernaculum veniſſent, in ſedibus ſedebant. & ὀδυσ. υ. Δαιτύμονες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζονται ἀοιδοῦ Ἥμενοι ἑξείης. Conuiuæ autem in ædibus audiant cantorem ordine ſedentes. quod item ſcribit Athen. lib. 7. his verbis: ὑπολαμβάνοντες οὖν τοὺς θεοὺς πλησίον αὐτῶν εἶναι, τὰς ἑορτὰς κοσμίως καὶ σωφρόνως διῆγον. ὅθεν οὔτε κατακλίνεσθαι παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἔθος ἦν, ἀλλὰ δαίνυνθ' ἑζόμενοι: id eſt, moderatè, & temperanter dies feſtos agitabant antiqui. Itaque neque ſolebant accumbere, ſed epulabantur ſedentes. Iterum Hom. ὀδυσ. η. Δαίνυνται τε παρ' ἄμμι καθήμενοι, ἔνθα περ ἡμεῖς. idem alibi: Ἑξείης δ' ἕζοντο κατὰ κλισμούς τε, θρόνους τε. Catullus etiam Deos ſedenteis, non accumbenteis facit in carmine de Pelei & Thet. nuptiis: *Qui poſtquàm niueis flexerunt ſedibus artus, &c.* Et Appollon. argon. lib. 2. Αὐτὰρ ἐπεὶ μέγα δόρπον ἐνὶ μεγάροισιν ἔθεντο, Δαίνυνθ' ἑζόμενοι. id eſt, Poſteaquam autem magnam & copioſam cenam in amplis ædibus appoſuerunt, Tum epulari cœperunt ſedentes. Quod autem Germanus Valens indicauit mihi Seruium notare ad illum locum Virgil. lib. 7. Æneid. *hic ariete caſo Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis: maiores enim noſtri ſedentes epulabantur. quem morem habuerunt à*

A *Laconibus & Cretenſibus, vt Varro docet lib. de populo Rom.* nihil hoc valet ad refellendum quod dicebamus initio, Romanos illos veteres, cubanteis cenaſſe. Nam hæc verba Seruij, quæ ſumta ſunt ex Varrone, & Virgilij, referenda ſunt ad primos illos & antiquiſſimos Romanos, qui ſeueriores, & duriores, & continentiores erant. poſteriores enim mollius & remiſſius vixerunt antiquis, quemadmodum oſtendimus ex Athenæo & Homero Heroas ſedenteis corpora cibo curaſſe, nõ accumbentes. Quin ſi res eget pluribus argumentis, aut ampliore auctoritate, Plutarch. accedat, qui lib. συμποσ. πότερον αὐτὸν δεῖ κατακλίνειν τοὺς ἐπικεκλημένους τὸν ὑποδεχόμενον. vſquequaque his vocibus vtitur κατακλίνειν, κατάκλισις, κατακεῖσθαι, κατακλίνεσθαι. & B Plato lib. 2. de rep. de epulis loquens: ἐπὶ κλινῶν κατακεῖσθαι, id eſt, in lectis cubare, ibid. κατακλινέντες ἐπὶ στιβάδων ἐστρωμένων μίλακι καὶ μυρρίναις: id eſt, diſcumbentes in lectis gramineis edera & myrto ſtratis. Ariſtoph. Pluto, κοσμίως κατεκείμεθα, id eſt, modeſtè diſcumbebamus. idem Veſp. κατακλινόμενοι τε ἐπὶ ταῖς κοίταις id eſt, & accumbentes in lectis, quæ poſtrema exẽpla ſuppeditauit mihi Germanus Valens. De tricliniis verò, in quibus diſcumbere ſolebant, dicemus ad illum locum Sat. 4. lib. 1. *Sæpe tribus lectis videas cenare quaternos.*

VVLTIS SEVERI] inuitatus ad combibendum, id ſe alia condicione facturum negat, C quàm ſi frater Megillæ vnus è conuiuiis, amicæ ſuæ nomen edat, & pronuntiet, ſiue ſibi in aurem dicat.

SEVERI FALERNI] auſteri fortè appellat Satyr. 4. lib. 2. *Aufidius forti miſcebat mella Falerno, Mendoſe.* Athen. lib. 1. ſcribit, vinum Falernum aliud auſterum eſſe, aliud dulce: dulce autem fieri, cùm ſub vindemiæ tempus Noti flauerint &c. verba Athen. ſunt hæc, εἴδη δύο τοῦ Φαλέρνου. ὁ αὐστηρὸς, καὶ ὁ γλυκάζων. οὗτος δὲ τοιοῦτος γίνεται, ὅταν νότοι πνεύσωσι ὑπὸ τὸν τρυγητὸν.

OPVNTIÆ] à nomine Opus fit Opuntius. Eſt autem Opus vrbs Locridis.

QVO BEATVS VVLNERE, QVA PEREAT] id eſt, cuius puellæ amore ſaucius D ſit. ſed quomodo quiſquã vno tempore, & beatus, & ſaucius eſſe, atq; adeò perire poteſt? amor eſt variũ quiddam & multiplex. noti ſunt δυσέρωτες: notum illud γλυκύπικρον: notum illud Terent. Eun. *in amore hæc omnia inſunt vitia, iniuriæ, ſuſpiciones, &c.* Poſtremò notum illud Anacreontis, χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι, Χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι, Χαλεπώτερον δὲ πάντων Ἀποτυγχάνειν φιλοῦντα. id eſt, Et non amare durum, Et verò amare durum, Duriſſima omnium res Amare, nec potiri. quibus conſentaneum eſt hoc Tibull. lib. 2. *Ah miſeri, quos hic grauiter Deus vrget, at ille Felix, cui placidus leniter afflat amor.* in ſũma, amans eo, quòd potiatur, beatus dici poteſt: quòd ſeruiat autem, & quòd ſemper ſollicitus ſit, perit, & miſer eſt. [His conſentaneum eſt illud

illud Catull. de Venere, *Quæ dulcem curis miſcet amaritiem.* & illud Plaut. in Ciſtell. *Námque ecaſtor amor & melle & felle eſt fœcundiſſimus, Guſtu dat dulce, amarum vſque ad ſatietatem aggerat.*]

Sagitta] noti ſunt Cupidinis arcus, notę ſagittæ. nihil tritius eſt apud poëtas tū Græcos, tùm Latinos. Vnus Propertius nobis erit nunc inſtar omnium lib. 2. *Et merito hamatis manus eſt armata ſagittis: Et pharetra ex humero Cnoſia vtroque iacet.* Lege & Philoſtratum in imaginib. & infrà Ode 8. lib. 2. *Semper ardentes acuens ſagittas Cote cruenta.* Xenophon autem ἀπομνημ. α. ait iccircò Cupidines ſagittarios fingi, quòd formoſi & formoſæ etiam è longinquo loco vulnerant. verba illius hæc ſunt. ἴσως δὲ καὶ οἱ ἔρωτες τοξόται διὰ τοῦτο καλοῦνται, ὅτι καὶ πόρρωθεν οἱ καλοὶ τιτρώσκουσι.

Cessat volvntas non alia bib. &c.] id eſt, negas te mihi eius puellæ, quā amas, nomen editurum, aut in aurem dicturum: at nihil aliud mereri velim, vt bibam: nulla alia mercede, nullóve alio pretio adducar ad bibendum. *voluptas* habent cod. Iann. Vrſin. Vatic. Torn. Ruſſard. & nonnulli alij, non, *voluntas*: quā ſcripturam non ſum ſecutus tamen.

Qvæ te cvmq. dom. Ven.] blanditur ei nunc, vt nomen amicæ ab eo eliciat, atq; exprimat hoc modo: quācumque puellam amas, quocumque amorem tuum contuliſti, eam tibi amicam quæſiſti, & comparaſti, cuius te neque pudere, neque pœnitere debeat. amas aliquam honeſto loco natam, & forma præſtantem puellam amorem tuū honeſto aliquo, & gloriatione potiùs, quàm pudore digno loco collocaſti. *Quæ te cúmque*, pro *Quęcúmque te.*

Ingenvóqve semp. Am. pecc.] non aliquam ignobilem, & generis ſeruilis, ſed liberam, & ingenuam amas.

Qvicqvid hab. age, Dep.] quæcumque ea ſit, age, committe mihi tacituro: dic mihi in aurem non vulgaturo.

Tvtis Avribvs] non perfluentibus, neque rimoſis: ſed vndique ſeptis & clauſis ad continendam rem arcanam creditam.

Ah miser] audito tandem puellæ illius nomine, immitis fortaſſe, & illiberalis, & ſæuo ingenio præditæ, ita exclamat.

Qvanta Lab. in Char.] quàm ſæuam, difficilem, improbam, rapacem, auaram puellam nactus es? Proculdubiò tibi res eſt cum illiberali, & immiti puella, quæ te ſit excruciatura: qua nunquam ſis potiturus. Non diſſimulabo, in tribus libris manuſcriptis ſcriptum eſſe, *Quanta laborabas Charybdi.*]

Charybdi] Charybdin aquarum dicunt eſſe voraginem inter Adriaticum, & Tyrrhenum mare, quæ vim quandā abſorbendi habeat, Scyllæ maximè geminam, quam Scyllam credibilius eſt ſcopulum aliquem fuiſſe, idque ex Homero ipſo colligere licet, cuius hi ſunt verſus. ὀδυσσ. μ. Τῷ δ' ἐν ἐρινεός ἐστι μέγας φύλλοισι τεθαλώς. Τῷ δ' ὑπὸ δῖα χάρυβδις ἀναρροιβδεῖ μέλαν ὕδωρ. Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ δεινόν, μὴ σύγε κεῖθι τύχοις, ὅτε ῥοιβδήσειεν. eodem libro Ἔνθεν μὲν γὰρ Σκύλλ', ἑτέρωθι δὲ δῖα χάρυβδις Δεινὸν ἀνερροίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ. Idem videtur ſenſiſſe Virgil. Æneid. 3. *Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charybdis Obſidet, atque imo barathri ter gurgite vaſtos Sorbet in abruptum fluctus, rurſúsque ſub auras Erigit alternos & ſidera verberat vnda.* M. Tull. orat. de haruſp. reſponſis: *quam denique tam immanem Charybdin poetæ fingendo exprimere potuerunt, quæ tantos exhaurire gurgites poſſet, quantas iſte Byzantiorum, Brogitarorúmque prædas exſorbuit?* Idem de orat. 3. *Charybdin bonorum, voraginem potius dixerim. faciliùs enim ad ea, quæ viſa, quàm ad illa, quæ audita ſunt, mentis oculi feruntur.* Idem Phil. 2. *Quæ Charybdis tam vorax: Charybdin dico? quæ ſi fuit, fuit animal vnum. Oceanus medius fidius vix videtur tot res, tam diſſipatas, tam diſtantibus in locis poſitas, tam citò abſorbere potuiſſe.* Tibull. ad Meſſ. lib. 4. *Nec violenta ſuo conſumſit more Charybdis. Vel ſi ſublimis fluctu conſurgeret imò, Vel ſi interrupto nudaret gurgite pontum.* iam admonui, me in tribus exemplaribus antiquis ſcriptū reperiſſe, *Quanta laborabas Charybdi.* quam ſcripturam tamen non ſum ſecutus. ſic enim loquitur Oda 17. ſup. *& fide Teia Dices laborantes in vno Penelopen, vitreámque Circen.*

Flamma] Virg. Æneid. 4. *eſt mollis flamma medullas.*

Qvæ saga] quæ te ſaga cantionibus, & carminibus amore poterit liberare? *Sagire* (inquit M. Tull. de diuinat. lib. 1.) *ſentire acutè eſt. ex quo ſagæ anus, quia multa ſcire volunt.*

Thessalis.] Theſſali potionibus & venenis, id eſt, medicamentis, & poculis quibuſdā partim bonam mentem hominibus adimebant, partim contrariis reſtituebant. Plaut. Amphit. *Ego pol illum vlciſcar hodie Theſſalum veneficium, qui peruersè adeò perturbauit familiæ mentem meæ.* Tibul. lib. 2. eleg. 4. *Quicquid habet Circe, quicquid Medea venenis: Quicquid & herbarū Theſſala terra gerit.* gradatio eſt. *ſaga, magus, Deus.*

Vix illig. te trif.] puellā illam cum Charybdi paulò antè comparauit: nunc cū Chimæra: quam triformē fuiſſe ex vulgatiſſimo Homeri verſu notū eſt, πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. atque idem verſus apud Heſiodum quoque reperitur in Theogn. vt neceſſe ſit vel Heſiodum ab Homero mutuatum eſſe, vel vtrúmque ab aliquo ſuperioris ætatis poëta, ſi quis Homero antiquior poëta fuit. Iam Chimæra ex Thiphône & Echidna nata eſt. ſoror eius fuit Hydra, fratres Orthus & Cerberus, vt ſcribit Heſiod. in Theog. Chimæram interfecit Bellerophon equo Pegaſo vectus. qua de re ſic Heſiod. τὴν μὲν πήγασος εἷλε καὶ ἐσθλὸς Βελλεροφόντης.

Pegasvs] equum Pegaſum Meduſæ filium nominat Pindarus, quia ex Gorgonis capi-

te, quod ei abſcidit Perſeus, exſilierit, vt ſcribit A Heſiodus in Theogn. τῆς ὅτε δὴ περσεὺς κεφαλὴν ἀπεδειροτόμησεν, ἐξέθορε χρυσάωρ τε μέγας, καὶ πήγασος ἵππος Quantas autem, & quàm multas ad res fortiter & præclarè gerendas hic equus Bellerophonti fuerit vtilis atque opportunus, & quemadmodum eidem Bellerophonti Pallas in ſomnis frenum dederit, quo equum anteà ferum, indomitum, indocilem tegeret, ac moderaretur, & quemadmodum eius opportunitate fretus Amazonas, Chimæramq; flammas ex ore euomentem, & Solymos deuicerit, copioſè narrat Pindarus Olymp. ᾠδ. ιγ. σὺν δὲ κείνῳ (Pegaſo) καί ποτ᾽ Ἀμαζονίδων αἰθέρος ψυχρᾶς ἀπὸ κόλπων ἐρήμου τοξόταν B βάλλων γυναικεῖον στρατὸν, καὶ χίμαιραν πῦρ πνέοισαν, καὶ Σολύμους ἔπεφνε, &c. Homerus autem hāc de Pegaſo & Bellerophonte fabulam omnium pleniſſimè narrat, ἰλιάδ. ζ. Aratus quoque de Pegaſo ſcribit nonnulla. ex eis petat, qui volet.

Expediet] illigatum, & impeditum expediet, id eſt, ſoluet. Chimæræ, quidem habent libri vulgati, & nonnulli ſcripti: Chimæra autem Donati, Faerni, Vrſini, vnus Vatic. Tornæſ. vt *triformis Chimæra*, cohæreat cum verbo *expediet*.

TVRNEBVS.

N*Atis in vſum*) Poculis inter ſe cõuiuas pu- C gnare Barbarum.

Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.

Verecundum conuiuium, quòd verecundum eſſe decet, compotationem quam eſſe oportet verecundam. *Immane quantum*) Græcè locutus eſt ἀλίαστον ὅσον, & θαυμαστὸν ὅσον, vt mirum quantum. *Remanete preſſo*) homines in lectis epulantes cubitis innituntur. Infrà, *Languidus in cubitum ſeſe conuiua reponat.* Laſſi demum recubabant & ſaturi. *Vulnus ſeueri*) auſteri non lenis, tale vinum falernum erat,

At ſi uino forti miſcebat mella falerno
Mendoſè quoniam vacuis committere venis
Nil niſi lene decet. Se compotationi interponit Horatius, certa mercede, & conditione, vt propoſita quæſtione, amatoria rixa ſedetur, aliò ani- D mis auerſis. *Triformis*) quæ capra, leo, draco erat. Lucretius ex Homero. Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimera. Homerus, πρόσθε λέων ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

AD ARCHYTAM.
Od. 28.

ARGVMENTVM.

Inducitur Archytas nautæ cuidam reſpondens, omnibus eſſe moriendum, oràtque, ne ſe inſepultum iacere patiatur: ſed corpori ſuo terram, aut arenam iniiciat.

A *TE maris, & terræ, numeróque carentis arenæ*
** Menſorem cohibent, Archyta,*
*Pulueris exigui propè littus parua * Matinum*
*Munera: * nec quicquam tibi prodeſt*
Aërias tētaſſe domos, animóque rotundū
Percurriſſe polum morituro.
*Occidit & Pelopis * genitor, cõuiua deorū:*
Tithonúſque remotus in auras:
B *Et Iouis arcanis Minos admiſſus: habéntque*
*Tartara * Panthoiden iterum Orco*
*Demiſſum: quãuis clypeo Troiana * refixo*
Tempora teſtatus, nihil vltra
Neruos, atq; cutē morti cõceſſerat atræ,
*Iudice te, non * ſordidus auctor*
*Naturæ, veríque. Sed omnes vna manet * nox:*
Et calcanda ſemel via leti
C *Dāt alios Furiæ toruo ſpectacula Marti:*
Exitio eſt auidus mare nautis.
Miſta ſenum, ac iuuenum denſentur funera. nullum
Sæua caput Proſerpinà fugit.
*Me quoq; * deuexi rapidus comes Orionis*
Illiricis Notus obruit vndis.
At tu nauta vagæ ne parce malignus, arenæ
Oſsibus, & capiti inhumato
*Particulam dare. * ſic, quodcumque minabitur Eurus* D
Fluctibus Heſperiis, Venuſinæ
Plectantur ſiluæ te ſoſpite: multáque merces
Vnde poteſt, tibi defluat æquo
Ab Ioue, Neptunóq; ſacri cuſtode Tarēti.
** Negligis immeritis nocituram*
Poſtmodò te natis fraudē cõmittere forſā.
Debita iura, vicéſque ſuperbæ
Te maneant ipſum precibus non linquar inultis:

Téque

Téque piacula nulla reſoluent.
Quamquam feſtinas, non eſt mora longa: licebit
Iniecto ter puluere curras.

Te maris, et terræ] Archytas Tarentinus ita fuit philoſophus, & geometra, vt à reip. adminiſtratione tamē non abſtinuerit, quēadmodum declarat pulcherrima illa Platonis ad eum epiſtola.

Cohibent] continent & coërcent te, qui viuus maria & terras diměſus es, cælúmque adeò ipſum mente & animo percurriſti.

Pvlveris exigvi parva mvnera] paulum pulueris: non tantùm terræ, quantum ſatis ſit ad totum corpus tuum contegendum.

Prope littvs Mat.] in Apulia. Ode 2. lib. 4. *ego apis Matinæ More, modóque, &c. Carmina fingo.*

Nec qvicq. tibi prod. &c.] nec quicquam tibi adiumenti attulit ad mortem effugiendam, quòd in rerum cæleſtium cognitionem plurimùm ſtudij, operæque contuliſti, cælique magnitudinem mente peragraſti, cùm eſſes omnino moriturus. Phauorinus apud Aulum Gellium lib. 10. hæc de Archyta, Ἀρχύτας Ταραντῖνος φιλόσοφος ἅμα καὶ μηχανικὸς ὢν ἐποίησε περιστερὰν ξυλίνην πετομένην, ἥτις εἴποτε καθίσειεν, οὐκ ἔτι ἀνίστατο. μέχρι γὰρ τούτου* cætera deſunt apud Aulum Gell. id eſt, Archytas Tarentinus cùm philoſophus ſimul & machinarum opifex eſſet, columbam ligneam effecit volantem: quæ ſi quando conſideret, non amplius ſurgebat.

Occidit et Pelopis] reſponſio eſt Archytæ Pelopis genitor eſt Tantalus. de quo plura lib. 1. Satyr. 1. Quid mirum eſt (inquit Architas) me mathematicum, & philoſophum, mortuum eſſe? mortuus eſt & Tantalus conuiua Deorum: Tithonus quoque Auroræ coniux ex hominum numero ſublatus eſt, aliique præſtantiſſimi viri mortem obierunt. Plutarchus ἐν τῷ παραμυθητ. πρὸς Ἀπολλών. ſcribit, Antimachum poëtam mortua ſibi vxore Lyda, quam vehementer amabat, ſcripſiſſe elegiam quandam ad conſolandum & leniendum mærorem ſuum: in qua calamitates Heroïcas colligebat, malis alienis ſuum caſum, ac dolorem leuare ac minuere ſtudens. Eſt autem vnum hoc quoque ex iis, quæ in conſolationibus adhibere & vſurpare ſolemus, ſi quem magnum & præſtantem virum, cui ſimilis calamitas, atque ei, quem conſolari volumus, acciderit, proferre poſſimus. Eo argumento vſus eſt Seruius Solpicius ad conſolandum M. Tullium Cicer. de obitu filiæ. Primùm enim oſtendit, vrbeis antiquiſſimas & florentiſſ. funditus eſſe deletas, deinde viros clariſſimos interiiſſe. ſic Seruius.

A *Quæ res mihi non mediocrem conſolationem attulit, volo tibi commemorare, ſi fortè eadem res tibi minuere dolorem poſſit. Ex Aſia rediens cum ab Ægina Megaram verſus nauigarem, cœpi regiones circumcircà proſpicere. poſt me erat Ægina, ante Megara, dextra Piræeus, ſiniſtra Corinthus: quæ oppida quodam tempore florentiſſima fuerunt, nunc proſtrata, & diruta ante oculos iacent. Cœpi egomet mecum ſic cogitare: Hem, nos homunculi indignamur, ſi quis noſtrûm interiit, aut occiſus eſt, quorum vita breuior eſſe debet, cùm vno loco tot oppidorum cadauera proiecta iaceant? &c.* & M. Tull. ad Torquatum lib. 7. *Poſtremò ii viri, vel etiā ij viri hoc bello occiderunt, vt impudentis videatur eandem fortunam, ſi res cogat, recuſare.* ſic & Achill. ἰλιάδ. φ. Lycaonem vnum è filiis Priami mortē B deprecantem, pretiúmque ſalutis & vitæ promittentem, hortatur, vt æquo animo mortē ferat: cæſum eſſe Patroclum illo multo meliorem: ſe quoque eximia corporis ſtatura, & pulchritudine præditum, Æaci & Thetidis filium, vel manè, vel meridie, vel veſperi moriturum. ſic ille. Ἀλλὰ φίλος θάνε καὶ σύ, τί ἦ ὀλοφύρεαι αὔτως; Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων. Οὐχ ὁράας οἷος καὶ ἐγὼ καλός τε μέγας τε, Πατρὸς δ' εἰμ' ἀγαθοῖο, θεὰ δέ μ' ἐγείνατο μήτηρ. Ἀλλ' ἔπι τοι καὶ ἐμοὶ θάνατος καὶ μοῖρα κραταιὴ Ἔσσεται, ἢ ἠὼς ἢ δείλη, ἢ μέσον ἦμαρ. &c. [Idem ἰλιάδ. σ. accepto de Patrocli hominis ſibi cariſſimi obitu nuntio, ægrè ferens C ſe non interfuiſſe in prœlio, neque ei ſaluti fuiſſe, poſteaquam in animum duxit, amici mortem vlciſci, etiam ſi mors ſibi ſit oppetenda: ita ſe ſolatur, ne Herculem quidem mortem effugiſſe, quamuis Ioui cariſſimus eſſet, ſed eum quoque à Iouis & Iunonis ira perculſum ac ſubiectum eſſe. ſic Achilles. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ βίη Ἡρακλῆος φύγε κῆρα, ὅπερ φίλτατος ἔσκε Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι, Ἀλλά ἑ μοῖρα δάμασσε καὶ ἀργαλέος καὶ χόλος Ἥρης. Atque hoc eodem mortis ſolatio nos vti iubet Lucret. lib. 3. oſtendens, Ænéam, Xerxem, Scipiones, Homerum, & innumerabileis alios clariſſimos viros de vita deceſſiſſe. *Hoc etiam tibi tute interdum dicere poſſis, Lumina ſis oculis etiam bonus Ancu' reliquit: Qui melior, quàm tu, multis fuit improbe rebus: Inde alij multi reges,* D *rerúmque potentes, Occiderunt, magnis qui gentibus imperitarunt.* & apud Virgil. lib. 10. Æneid. Iupiter Herculem ob imminētem, & propinquum Pallantis interitum, ingemiſcentem, his verbis ſolatur. *Stat ſua cuique dies: breue, & irreparabile tempus Omnibus eſt vitæ: ſed famam extendere factis, Hoc virtutis opus. Troiæ ſub mœnibus altis Tot nati cecidere Deum: quin occidit vnà Sarpedon, mea progenies, etiā ſua Turnum Fata vocant, metáſque dati peruēnit ad æui.* Poſtremò Horatius duobus locis pro eo, quod eſt, mori, poſuit, ire, aut decidere, quò Æneas, quò Numa, quò Ancus, & cæteri, Ode 7. lib. 4. *Nos, vbi decidimus Quò pius Æneas, quò Tullus diues, & Ancus, &c.* & epiſt. ad Numicium lib. 1. *cùm bene notum Porticus Agrippæ, & via te conſpexerit Appi: Ire tamen reſtat, Numa quò deuēnit, & Ancus.*

TITHONVSQVE REMOTVS] Ode 16. lib. 2. *Longa Tithonum minuit ſenectus.*

ET IOVIS ARCANIS MINOS] Hom. ὀδ. τ. de Minoë. Τοῖσι δ' ἐνὶ Κνωσὸς μεγάλη πόλις, ἔνθά τε Μίνως Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής. id eſt, In his autem Cnoſſus, vrbs magna, in qua Minos regnauit, qui cum magno Ioue ſermones habere ſolebat. & Plato in Min. cùm multa alia de hoc tradat, qualia ſunt, Minoem fuiſſe à Ioue eruditum atque inſtitutum, & nono quoque anno cum eo verſari & ſermones conferre ſolitum: tùm illos Homeri verſus profert, eorúmque ſententiam explicat.

B PANTHOÏDEN.] Pythagoram ſignificat, qui παλιγγενεσίας illam, & μετεμψύχωσιν in ſeipſo confirmans, dicebat ſe Euphorbum fuiſſe Panthoi filium: de quo Home. ἰλιάδ. π. Πανθοΐδης Εὔφορβος, ὃς ἡλικίην ἐκέκαστο Ἔγχεΐ θ' ἱπποσύνῃ τε, πόδεσσί τε καρπαλίμοισι. Nam Pythagoras quidem (vt ſcribit Pauſan. Corinth.) Mneſarchi fuit filius, Euphronis nepos, Hippaſi pronepos.

QVAMVIS CLYPEO TROIANA, &c.] id eſt, quamuis detracto è poſte templi Euphorbi clypeo teſtatus ſe Troianis temporibus Euphorbum fuiſſe, nihil præter corpus interire ſibi perſuaſerat. Diogenes Laërtius hos verſus ait ſe in hanc de Pythagora fabulam luſiſſe.

Τὰς φρένας ἢν ἐθέλῃς τὰς Πυθαγόρεω κατιδέσθαι
Ἀσπίδος Εὐφόρβου βλέψον ἐς ὀμφαλόεν.
C Φησὶ γὰρ, οὗτος ἐγὼν ἤμην πρόσθε βροτός· ὃς δὲ
Ὅτ' οὐκ ἦν, φάσκων· ὅστις ἔην, ὅτ' ἔην, id eſt,

Pythagoræ penitus ſi vis cognoſcere mentem,
Euphorbi ſcutum conſpice Panthoidæ.
Quondam, inquit, fui homo hic. qui cùm haud erat, ipſe fuiſſe
Se dicit: viuus, dic mihi, qualis erat?

Interpres autem Sophoclis de Pythagora mihi videtur quædam ſcripſiſſe digna, quæ huc aſcribantur. Πυθαγόρας καθείρξας ἑαυτὸν ἐν ὑπογείῳ, λόγον ποιεῖν ἐκέλευσε τὴν μητέρα, ὡς τεθνηκὼς εἴη, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιφανεὶς περὶ παλιγγενεσίας, καὶ τῶν καθ' ᾅδου τινὰ ἐτερατεύετο, διηγούμενος πρὸς τοὺς ζῶντας περὶ τῶν οἰκείων οἷς ἐν ᾅδου συντετυχηκέναι ἔλεγεν. ἐξ ὧν τοιαύτην ἑαυτῷ δόξαν περιέθηκεν, ὡς πρὸ μὲν τῶν Τρωϊκῶν Αἰθαλίδης ἦν ὁ Ἑρμοῦ, εἶτα Εὔφορβος, εἶτα Ἑρμότιμος, εἶτα Πύθιος ὁ Δήλιος, εἶτ' ἐπὶ πᾶσι Πυθαγόρας. id eſt, Pythagoras cùm ſe in loco quodam ſubterraneo concluſiſſet, iuſſit matrem hunc de ſe ſermonem vulgare, ſe mortuum eſſe: Poſteà autem cùm ſeſe in conſpectum hominum retuliſſet, quædam de palingeneſia, id eſt, iterata quadam origine, & de iis rebus, quæ ſunt apud inferos monſtri ſimilia, prædicabat: verba faciens apud eos, qui viuebant de eorum propinquis: quibuſcum ſe apud inferos locutum & congreſſum eſſe dicebat. ex quibus hanc ſibi hominum de ſeipſo opinionē cōparauit, ſe fuiſſe ante Troiana tempora Æthalidem Mercurij filium, A deinde Euphorbum, deinde Hermotinū, deinceps Pythium Delium, poſtremò Pythagoram. ſimilia quædam ſcribit interpres Apollon. in argonaut. lib. 1. Πυθαγόρας δὲ ἐν τῷ μεταλλοῦσθαι τὰς ψυχὰς, καὶ παρεισδύνειν εἰς ἕτερα σώματα φησὶν ὅτι γένοιτο Ἑρμοῦ υἱὸς, καὶ Σαμίας ἑταίρας, καὶ Πυθαγόρας. id eſt, Pythagoras in eo quod animæ immutantur, & migrant in alia corpora, dicit ſe fuiſſe Mercurij & meretricis cuiuſdam Samiæ filium, & Pythagoram.

REFIXO] id eſt, detracto. vt epiſt. ad Loll. 2. lib. 1. *Sub duce, qui templis Parthorum ſigna refixit.* & Od. 17. epod. *Refixa cælo deuocare ſidera.*

B NON SORDIDVS AVCTOR NATVRÆ, &c.] id eſt, qui rerum omnium occultarū naturas, & cauſas ſtudioſiſſimè exquiſierat, quíque in vero inueniendo plurimum ſtudij poſuerat, ex iiſque rebus magnam ſibi auctoritatem comparat. ſcripſerat autem lib. de natura, vt vt tradit Laërt. ſic infrà Od. 15. epod. *Nec te Pythagoræ fallant arcana renati.*

SEV OMNEIS VNA MANET NOX.] vt ſententia hæc veriſſima eſt, ita à ſcriptoribus admodum frequentata. Horat. ſuprà Od. 4. *Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas, Regúmque turreis.* & Od. 14. lib. 2. *Eheu fugaces Poſtume, Poſtume, Labuntur anni, nec pietas moram, &c.* quæ ſequuntur. & Od. 3. eiuſdem: *Omneis eodem cogimur: omnium Verſatur vrna.* & Od. 18. eiuſdem: *æqua tellus Pauperi recluditur, Regúmque pueris.* & C Od. 3. lib. 2. *Diuéſne priſco natus ab Inacho, Nil intereſt, an pauper & infima De gente ſub dio moreris Victima nil miſerantis Orci.* & Ode 1. lib. 3. *æqua lege neceſſitas Sortitur inſigneis & imos.* & Homerus ἰλιάδ. ζ. Μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν Οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται. Parcam autem neminē effugere poſſe dico, neque malum, neque bonū, poſtquam ſemel natus ſit & Pindar. ἰσθμ. εἰδ. ἕκτῳ: θνάσκομεν γὰρ ὁμῶς ἅπαντες, Δαίμων δ' ἄϊσος. id eſt, Omnes enim ſimiliter morimur. Parca autem non cernitur. & Lyſias ἐν ἐπιταφίῳ τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς. ὥστε τί δεῖ, ἃ πάλαι προσδοκῶμεν πείσεσθαι, ὑπὲρ τούτων νῦν ἄχθεσθαι, ἢ λίαν οὕτω βαρέως φέρειν, ἐπὶ ταῖς τῆς φύσεως συμφοραῖς, ἐπισταμένους ὅτι ὁ θάνατος κοινὸς, καὶ τοῖς χειρίστοις, καὶ τοῖς βελτίστοις; D οὔτε γὰρ τοὺς πονηροὺς ὑπερορᾷ, οὔτε τοὺς ἀγαθοὺς θαυμάζει ἀλλ' ἴσον ἑαυτὸν παρέχει πᾶσι. id eſt, Quare quid oportet quæ nos olim mala exſpectabamus, vt nobis euentura, iis nunc angi, aut ita grauiter ferre naturæ caſus aduerſos, cùm ſciamus, mortem eſſe deterrimis, & præſtantiſſ. communem? Nam neque improbos deſpicit, neque bonos admiratur: ſed ſeſe omnibus æqualem præbet. Iterum Horat. Sat. 6. lib. 2. *neque vlla eſt, Aut magno, aut paruo lethi fuga.* & Propert. lib. 3. eleg. 16. *Sed tamen huc omnes, huc primus, & vltimus ordo. Eſt mala, ſed cunctis iſta tenenda via eſt.*

NOX] id eſt, mors. ſic Catull. *Nobis cum ſemel occidit breuis lux, Nox eſt perpetua vna dormienda.*

Nam

Digitized by Google

Nam vt lux pro vita à ſcriptoribus vſurpatur (M. Tull. pro Roſc. Amer. *propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexeris, eos indigniſſimè luce priuare?* & lib. 4. accuſ. de ſignis, *cur piratis lucis vſuram tam diuturnam dediſti?*) ita nox, & tenebræ pro morte. iterum Catull. *At vobis malè ſit malæ tenebræ Orci, quæ omnia bella deuoratis.* & ſupr. Horat. Od. 4. *Iam te premet nox, fabulæq́; manes.* tribus lib. antiq. reperi ſcriptum, *ſed omneis vna manet mors.*

Manet] id eſt, vna omnibus nox imminet, vna mortis neceſſitas omneis exſpectat, omneis exceptura eſt.

Dant alios fvriæ] ſignificat à Furiis bella conflari, & furioſorum eſſe armis decertare. Itaque apud Virgil. lib. 7. Æn. Iuno bellum conflare iret Latinos & Troianos cogitans, Alecto ab inferis euocat, vt hoc negotium conficiat. ſic Virg. *Hæc vbi dicta dedit, terras horrenda petiuit: Luctificam Alecto dirarum ab ſede ſororum, Infernisque ciet tenebris: cui triſtia bella, Iræque, inſidiæque, & crimina noxia cordi.* hoc igitur dicit non obſcurè, alij in acie óccidūt, alij naufragio pereunt. cod. Torneſ. habet, *Exitio eſt auidum mare nautis.* fortaſſe non malè. vt Od. 29. lib. 3. *Addant auaro diuitias mari.* ego tamen ſequor alteram ſcripturam, & vulgatam.

Densentvr] ſic in cod. Torneſ. & tribus aliis ſcriptum eſt, *denſentur*, inquam, non vt in vulgatis *denſantur*. quo verbo vſus eſt Lucret. non ſemel. *denſentur* autem, id eſt, cumulentur, exaggerantur. ἐπαυξάνονται χεῖμαι οἱ γέροντες καὶ οἱ νέοι.

Nvllvm Sæva capvt Proserpina] Proſerpina mortis & vitæ arbitra eſt. Martial. ad Lucinum quendam: *Non omneis fallit ſcit te Proſerpina canum: Perſonam capiti detrahet illa tuo.* Et apud Virgil. lib. 4. Æneid. extr. Cùm Dido magno cum cruciatu, & longo tractu temporis moreretur, quia ei, vtpote ante diem morienti, Proſerpina nondum *flauum vertice crinem Abſtulerat, Stygióque caput damnauerat Orco,* deuolat Iris è cælo, quæ eam corpore exſoluat. & Sat. 5. lib. 2. Tireſias cùm Vlyſſ. pauca locutus à Proſerpina retrahitur, *ſed me* (inquit ille) *Imperioſa trahit Proſerpina, viue, valéque.* fugit autem hoc loco, cùm priorem ſyllabam habeat productam, temporis præteriti eſt.

Rapidvs] liber Faërni, habet *rabidus*. non probo.

Orionis] Hyrieus Neptuni & Alcyonæ filius Tanagræ, quæ vrbs eſt Bœotiæ, habitabat: hic cùm eſſet hoſpitaliſſimus, Deóſque aliquando liberaliter hoſpitio accepiſſet, Iupiter, Neptunus, Mercurius ob eam hoſpitalitatem, gratiam ei referre volentes, iuſſerunt, vt, quod ei commodum eſſet, abs ſe peteret. Ille autem cùm liberis careret, neque vxorem ducere vellet, tamen filium petiuit. Tum Dij pellem bouis ſibi ab illo immolati comminxerunt, & ſemine conſperſerunt. quo facto, monuerunt, vt eam pellem in terra conderet, ac defoderet, & decem pòſt men-

A ſibus effoderet. Intereà natus eſt Orion, ducto nomine ἀπὸ τοῦ οὐρεῖν, id eſt, à meiendo. qui paullùm immutatis litteris ὠρίων. Orion ſpecioſioris & honeſtioris appellationis gratia poſteà dictus eſt. is Dianæ, cum qua venabatur, ſtuprum inferre conatus eſt. qua de re dea irritata ſcorpium è terra extulit, à quo Orion in talo ictus interiit. Iupiter autem, eum miſeratus, in aſtra retulit. eò fit, vt Oriente Scorpio óccidat Orion. Verùm Homerus ὀδυσσ. ε. dicit eum à Diana ſagittis eſſe confixum. Εὥς μιν ἐν Ὀρτυγίῃ χρυσόθρονος ἄρτεμις ἁγνὴ Οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχομένη κατέπεφνε. Lege Aratum de Orione & Diana. Horatius lib. 3. Od. 4. *Tentator Orion Dianæ.* & 13. lib. 2. *Nec curat Orion leones,*
B *Aut timidos agitare lyncas.* deuexum autem intellige, vel qui ad occaſum vergit, vel qui in decliui cæli parte ſitus eſt. Siue autem oriatur, ſiue óccidat, tempeſtates excitat. icirco Virgilius nimboſum vocat.

At tv navta vagæ.] At tu nauta ne parce malignus particulam arenæ dare oſſibus, & capiti inhumato. terram oſſibus & capiti inhumato benignè inijce.

Malignvs.] malignus eſſes ſi parceres: vel ne te in eo malignum præbe, vt parcas. ſic loquitur Satyr. 6. lib. 2. *Si veneror ſtultus nihil horum,* id eſt, ſi non ſum ita ſtultus, vt aliquid horum venerer, ſeu precer, & optem. vide annot. ad Od.
C 13. lib. 3. iam illud *parce dare* huic poetæ vſitatum eſt: exempli cauſa, Od. 28. lib. 3. *Parcis deripere horreo Ceſſantem, &c.* & Satyr. 2. lib. 2. *At ſi mutatum parcit diffundere vinum:* id eſt, non vult. ſic Catullus de nuptiis Pelei. *Nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt*, id eſt, nihil eſt, quod promittere non audeant. & Titus Liuius libr. 34. *Fronde parce ſit fidem ac iura ſocietatis iactare.* iterum Horat. Od. 8. *Parce priuatus nimium cauere.* Malignus idem ferè valet, quod anguſtus: opponitúrque benigno, vt annotatum eſt ad illum locum epiſt. ad Auguſt. lib. 2. *laudare malignè.*

Sic] lege, quæ ſuprà diximus de hac particula, Od. 3.

· Qvodcvmqve minab.] verbum mi-
D nandi iunxit caſui accuſandi, vt epiſtol. ad Celſum. *dic pulchra & multa minantem, Viuere nec rectè, nec ſuauiter.* & Od. 19. epod. *Minatus vrbi vincla.* ſic ſæpe M. Tull. vt Tuſcul. 1, *Theodoro cum Lyſimachus Rex crucem minaretur, iſtis quæſo* (inquit) *iſta horribilia minitare purpuratis tuis.*

Venvsi Plec. silvæ] in Venuſinas ſiluas recidat: ſiluæ Venuſinæ luant, &c. ſic loquitur epiſt. 2. lib. 1. *Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui.*

Te sospite.] te ſaluo: te incolumi.

Æqvo ab Iove.] æquo, id eſt, tibi placato, ſeu fauente, ſeu non irato. ſic epiſt. ad Auguſt. lib. 2. *& mecum facit, & Ioue iudicat æquo.*

Negl. immer. noc. post m. &c.] hunc locum in omnibus libris corruptum non leui coniectura ductus emendaui. Nam cùm in

vno codice Vaticano, & in Iannoct. & in Cleric. Ruſſard. Nicot. *forſan* pro *fors &*, in nonnullis alijs *forſet*, reperiſſem: facilè mihi perſuaſi, illud *forſan*, principio fuiſſe aſcriptum ad explicandam vocem obſcuriorem *forſit*, ſeu *forſet*, quod idem valet: deinde deleto *forſit*, quo & alibi vtitur Horat. in eius locum fuiſſe ſubſtitutum *fors*, *&* veruntamen ne quis religioſior me paullo audaciorem eſſe diceret, *forſan* quod reperitur in quinque lib. antiq. pro meo iure arripui, ita tamen vt *forſit* multo malim. ſententia autem huius loci ſic reſtituti non eſt obſcura *forſit*, ſeu forſan non dubitas, aut non vereris religioni culpam admittere, quæ ſit etiam tuis liberis immerentibus nocitura. ſi ita eſt, debita iura, id eſt, Iuſtitia, quæ aliqua ex parte in reciproca perpeſſione conſiſtit, & viciſſitudo mali, te maneant, id eſt, tibi impendeant & inſtent, te excipiant, pœnas denique abs te repetant: vel ſic, Hoc idem malum, nempe inſepultum eſſe, tibi eueniat.

[Immeritis] quia pœna non debet alium quemquam attingere, quàm eum, qui culpam commiſit. Veruntamen ſæpe aliter fit: vt Georg. 1. *Laomedonteæ luimus periuria Troiæ*: ad quem Virgilij locum, hunc Horatij profert Seruius. Tale & illud Oda 6. lib. 3. *Delicta maiorum immeritus lues Romane.* & illud epiſt. 2. lib. 1. *Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui.*]

Postmodo] paullò pòſt.

Te natis] ex te natis.

Fraudem] culpam, noxam.

Debita iura, vic. sup.] nunc his, quæ ſequuntur, ei malè precatur, ſi ſe inſepultum relinquat.

Vicésque superbæ] pœnæ reciprocæ, graues, & acerbæ, ἀμοιβαὶ, τὸ ἀντιπεπονθὸς, talio, pœnæ vltrices: vel pœnæ ſuperbis factis dignæ. Sed Paſſeratius mauult legi *ſuperbe*, in vocandi caſu. adiuuat eum codex vnus manuſcr. quem domi habeo, in cuius ora aſcriptum eſt ad hunc locum, *ſuperbe* quia me inhumatum eſſe ſiniſti.

Te maneant ipsum] tibi ſint paratæ, te exſpectent. M. Tull. cum dandi caſu coniunxit Philipp. 2. *cuius quidem tibi fatum, ſicut C. Curioni manet*. ſic enim ſcriptum eſt in antiq. codice & Catullus. *Sceleſta, væ te! quæ tibi manet vita?* cum accuſ. Plaut. Moſtell. *Meum bonum me, te tuum maneat malum*, & Hor. Od. 13. epod. *Te manet Aſſaraci tellus*, id eſt, tibi parata, & reſeruata eſt, te exſpectat & Od. 16. epod. *Nos manet Oceanus circumuagus*. & Od. 17. *Si tardiora fata te votis manent?* & epiſtol. ad Torquat. lib. 1. *Supremo te ſole domi Torquate manebo*. & epiſt. ad librum ſuum lib. 1. *Hoc quoque te manet, vt pueros elementa docentem Occupet extremis in vicis balba ſenectus*. id eſt, hoc tibi impendet, hoc tibi euenturum eſt. & hac Ode paullò antè, *ſed omnes vna manet nox*. & Od. 18. lib. 2. *Nulla certior tamen Rapacis Orci fine deſtinata Aula diuitem manet Herum*. Terent. Phorm. *Simul autem non manebat ætas virginis Meam negligentiam*. & ita lo-

A quuntur Græci: vt Pindarus ἰσθμ. εἰδ. ς. τὸ γὰρ πὰρ δίκαν γλυκὺ πικροτάτα μένει τελευτά. conuerſa ratione dixit Horat. Od. 11. lib. 3. *Quæ manent culpas etiam ſub Orco* id eſt, quæ etiam apud inferos, vbi pœnas ſuarum culparum ſufferunt, nondum tamen culpis liberantur: vel ita luunt pœnas, vt culpæ inexpiabiles maneant.

Precibus non linquar] preces appellat, exſecrationes, ἀρὰς. vt Od. 5. epod. vel ſimpliciter accipito. ſignificat autem Deos ſuis precibus adductos pœnas inhumanitatis ab hoc nauta repetituros, proinde ac ſi diceret, euentura precatus ſum.

Precibus non linquar inultis] Paſſeratius putabat *inultus* eſſe reponen-
B dum, vt ſit hæc ſententia: non linquar inultus, ob eas preces, quibus te deuoui.

Téque piac. nulla res] nullæ victimæ, nulla ſacrificia, nullæ denique placationes te culpa exſoluent, nec liberabunt, niſi meis oſſibus terram inieceris. ſignificat, ſcelus admiſſurum nefarium, atque inexpiabile, niſi cadauer ſuum inſepultum repertum, terra iniecta tegat: quod ſepulturæ genus erat omnium poſtremum. Verumtamen qui corpus inſepultum reliquerat, neque ſaltem iniecta gleba ſepelierat, hoc nefas à ſe admiſſum, porca præcidanea immolata expiare ac luere poterat, vt docet Feſtus in voce *præcidanea, ſeu præcidaria agna & porca.*

Quamquam fest.] iterum ſtudet ei
C blandiendo perſuadere, vt humo iniecta corpus ſuum contegat.

Iniecto ter pulv. cur.] tradit M. Tull. lib. 2. de legibus, *humatos propriè dictos eſſe eos, quos humus iniecta contegeret*, cúmque morem à iure pontificali confirmari, quòd priuſquam in os iniecta gleba ſit, locus ille, vbi crematum corpus eſt, nihil habeat religionis. Et Varr. lib. 4. de lingua Latina ſcribit, quoad quis inhumatus ſit, qui Romæ combuſtus non eſt, aut cuius in ſepulchrum iniecta gleba non eſt, eius familiam funeſtam manere. Et Seruius ad hunc locum Virgil. lib. 6. Æneid. vbi Miſenus ſepelitur, *Præcipue pius Æneas, &c.* hæc aſcribit. Qui de pietatis generibus ſcripſerunt, primum locum in ſepultura eſſe
D voluerunt: Vnde cùm pontificibus nefas eſſet cadauer videre, magis tamen nefas fuerat, ſi viſum inſepultum relinquerent. Genus autem ſepulturę fuerat, iniectio pulueris: vnde eſt, *aut tu mihi terram Inijce*: & Horat. *non eſt mora longa: licebit iniecto ter puluere curras.* Idem Seruius ad illum locum eiuſd. eod. lib. inops, inhumatáque turba, inopem (inquit) intelligit ſine pulueris iactu. Nam Ops terra eſt. Iniectio autem fieri poterat etiam ſine cadauere, nempe quibuſdam ſacris ſollennibus ex ritu Pontificali. & ſepultura inanis tantundem valebat, quantum plena, vt intelligere licet ex ea, qua Deiphobus affectus eſt. Nam nihilo minùs eius vmbra traue cta eſt, quamuis ei Æneas cenotaphium dumtaxat fecerit, id eſt, tumulum inanem, vt lib. 5. Æneid. *Tunc egomet tumulum Rhœteo in littore*

Digitized by Google

in littore inanem Conſtitui, & magna manes ter voce vocaui, &c. Horribile autem & formidoloſum fuiſſe veteribus illis iacere inhumatos, cùm alij ſcriptores, tùm maximè poëtæ declarant. Hector quidem apud Homer. ἰλ. χ. iamiam moriturus in magni beneficij loco ab Achille petit, ne ſe canibus dilacerandum relinquat: ſed patri Priamo potiùs, matrique Hecubæ ſepeliendum, atque humandum reddat. Apud eundem Patroclus Achilli in ſomnis obiectus eum orat, vt ſe quàm primùm ſepultura afficiat ne ab introitu, & oſtio inferorum excludatur: vmbras enim & manes ſibi obſtare, quominus fluuium traijcere poſſit, ideóque ſe vagari, & errare per vaſtas Orci ſolitudines. verba Patrocli ſunt hæc ἰλ. ψ. Θάπτε με ὅττι τάχιστα· πύλας Ἀΐδαο περήσω. Τῆλέ με εἴργουσι ψυχαὶ εἴδωλα καμόντων, Οὐδέ μέ πως μίσγεσθαι ὑπὲρ ποταμοῖο ἐῶσιν, Ἀλλ' αὔτως ἀλάλημαι ἀν' εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ. Ariadna quoque apud Catullum queritur, ſe pro tot in Theſea officiis, ac beneficiis, dilacerandam feris relictum iri, neque iniecta terra tumulatum iri. ſic illa: *Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibúſque Præda, nec iniecta tumulabor mortua terra.* & apud Virgil. Palinurus Æneam orat, vt aut ſibi terram inijciat, aut corpus ſuum ſecum tollat per vndas: *Sedibus vt ſaltem placidis in morte quieſcam* (inquit ille.) Denique totum Antigonæ Sophoclis argumentum in eo vertitur, quòd Creon Polynicen vetuit ſepeliri: ſoror Antigona eum clàm humo contexit: quo in facto deprehenſa, ſuóque ipſius iudicio prodita, viua in terram defoſſa eſt. & ὀδ. γ. Telemacho de Agamemnonis nece quærenti cùm alia multa, tùm hoc reſpondet Neſtor, ſi Menelaus Troia reuerſus Ægiſthum Agamemnonis percuſſorem domi viuum offendiſſet, neminem illi fuiſſe mortuo terram iniecturum: ſed eum canes & volucreis fuiſſe diſcerpturos, ac dilaceraturos, neque vllam è Græciæ mulieribus mortem eius fuiſſe defleturam. ſic Homer. Εἰ ζώοντ' Αἴγισθον ἐνὶ μεγάροισιν ἔτετμεν Ἀτρεΐδης Τροίηθεν ἰὼν ξανθὸς Μενέλαος. Τῷ κέ οἱ οὐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν. Ἀλλ' ἄρα τόν γε κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατέδαψαν Κείμενον ἐν πεδίῳ ἑκὰς Ἄργεος, οὐδέ κέ τίς μιν. qua de re plura dicemus ad Od. 5. epod.

T E R] frequentius non ſolùm perfectionem quandam ſignificat, ſed etiam μυστηριῶδές τί ἐστι, vt diximus ſuprà ad Oden primam.

C V R R A S] nauiges. ex quo curſum etiam in nauigatione vſurpant Latini per tranſlationem. M. Tull. offic. 3. *ſi idem ſciat complureis mercatores ab Alexandria ſolueſſe, nauiſque in curſu frumento onuſtas petentes Rhodum viderit.* Idem de nat. deorum lib. 3. *Dionyſius cùm fanum Proſerpinæ Locris expilaſſet, nauigabat Syracuſas: iſque cum ſecundiſſimè curſum teneret, Videtiſne (inquit) amici, quàm bona à Dijs immortalibus nauigatio ſacrilegis detur.* Idem ad Brutum epiſt. cuius initium eſt, *Meſſalam habes. Itaque in medio Achaico curſu, cùm Eteſiarum diebus Auſter me in Italiam, quaſi diſſuaſor mei conſilij retuliſſet, te vidi Velia.* Hor. Od. 34. huius lib. *nunc retrorſum vela dare, atque iterare curſus Cogor relictos.* Catull. de nupt. Pell. & Thet. *Illa rudem curſu prima imbuit Amphitriten.* & crebrò Virgil.

T V R N E B V S.

T*E maris & terra, numeróque c. a.*) Oraculum Apollinis eſt, Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης. quo adducti ſunt Geometræ vt aliquid audaciùs quàm Apollo ſuſciperent; pronunciarent quantus eſſet numerus arenæ ſi ea refertus eſſet mundus. Quod Archimedes in libello, qui ψαμμίτης inſcribitur, ratiocinatur. Eò igitur mihi videtur alluſum eſſe. Ambitum autem maris & terræ; nam pro vno globo vtrúmque elementum habent, Geometræ metiuntur. Geometram & Arithmeticum fuiſſe dicit. *Iouis arcanus*) Iouis diſcipulus. ad illud Homericum adluſum eſt, cuius meminit Plato lib. 1. de legibus.

Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής. *Panthoiden*) Pythagoras cùm in ſubterraneo loco deliteſceret, à matre diſſipari famam iuſſit ſe mortuum eſſe, qua recepta multò poſt in medium prodijt, multa de inferis diſſerens, & originis iteratione: quam παλιγγενεσίαν vocabant & commutationem corporum. ſeque ante Troianum bellum Æthalem Mercurij filium fuiſſe prædicabat. mox Euphorbum. deinde Hermotimum, deinde Pythium Delium. Poſtremò Pythagoram. Atque etiam in Apollinis fano clypeum ſuum à Menelao conſecratum agnouerat; vel, vt Ouidius ait, in templo Iunonis Argiuæ. *Naturæ veriqne*) Architas pythagoreus erat. Naturalis Philoſophiæ & Dialecticæ peritum fuiſſe Pythagoram dicere videtur.

Me quoque deuexi) varias hominum mortes nauta narrabat, cuius ſermonem ex abrupto excipit Architas, ſuúmque memorat naufragium. *Deuexi*. eſt cadentis, quod cum ſit in deuexo cœli. vt *conuexi polus dum ſidera paſcet*. id eſt in conuexo cœlo ſita. *Arenæ*) Terram mihi iniice. Catull. *Nec iniecta tumulabor mortua terra*. Id qui neglexerat, fraudem committebat impiam. ac Buziges Athenis eius erat caput execratus, qui id non feciſſet. Hinc illud Sophoclis, λευκὰ δ' ἄγος φεύγοντος ὡς ἐπῆν κόνις. Quod idem apud Romanos iure pontificio erat cautum.

Negligis) nihili pendis committere. *Piacula*) Quædam ſcelera non poſſe expiari cenſebant. Hinc illa lex, Sacrum commiſſum, quod nec expiari poterit, impiè commiſſum eſt.

Exaduerſ. lib. 26. cap. 1. Plus in poëtis latet eruditionis, quàm plerique ſupercilioſi viri, eorum contemptores cenſent, qui præter puerilem oblectationem, nihil in illis ineſſe credunt. Id adeò venit in mentem mihi ex illo Horatiano carmine.

Te maris & terra, numeróque carentis arena,
Menſorem. In quo & ad oraculum reſpexit

Apollinis οἶδα ἐγὼ ψάμμυτ' ἀριθμὸν καὶ μέτρα θαλάσσης. In quo magnificè gloriatur arenæ numerum Apollo ſibi notum eſſe. quo adducti ſunt Geometræ, vt aliquid audacius ſuſciperent, quàm Apollo: pronunciaréntque quantus arenæ numerus futurus eſſet,, ſi ea referrus eſſet mundus. Quod Archimedes in libro, qui ψαμμίτης inſcribitur ratiocinatur. Ad oraculum autem, illud etiam Apollinis reſpexit Lucanus ſcribens, lib. 1. *Non modus Oceani numerus non deerat arenæ.* Cæterum Horatius è globo maris & terræ Geometram ſignificat: ex arenæ numero, Arithmeticum quas duas artes nomine Geometriæ plerumque veteres complectebantur. vt Fabius lib. 1. & Cic. in Tuſcul. Sed & Euclides in Geometria numeros complectitur. Quod autem ait, A B

-ne parce malignus arenæ
Oſſibus & capiti inhumato

Particulam dare, id eſt, terram inijcere. Vnde Catullus in Argonaut.

-nec iniecta tumulabor mortua terra. Quod qui facere negligebat, cùm in naufragum aut inſepultum inciderat, fraudem committere impiam cenſebatur: ac Buziges Athenis eius erat caput execratus, qui non id feciſſet. Hinc illud Sophoclis. λεπτὴ δ' ἄγος φεύγοντος ὥς, ἐπῆν κόνις. Quod item apud Romanos iure pontificio erat cautum. Sequitur Od. 5.

-precibus non linquar inultis

Téque piacula nulla reſoluent. quod ſuſpicor ex ea veterum opinione dictum, qua malas preces & execrationes inexpiabiles credebant. quocirca ſcripſit in Epod. C

Diris agam vos: dira deteſtatio

Nulla expiatur victima, ac niſi intelligamus veterum animis inceſſiſſe eam opinionem, à ſententia plurimùm aberremus, neceſſe eſt.

Ex lib. 7. cap. 20. Numerorum arenarius vocatur, qui in ſchola tanquam in arena numeros exercet & docet, à circenſi arena & amphitheatrali tranſlatione profecta: niſi quis potius putet ratiocinatorem & numerarium ita vocari quadam veri ſuperlatione quaſi arenam numerare poſſit: vt apud Flaccum ſcribitur,

Te maris & t. nq. car. ar. D
Menſorem.

Ex lib. 16. cap. 22. Præcidaneam porcam dicit eſſe Feſtus, quæ immolabatur ab eo, qui mortuo iuſta non feciſſet, id eſt, glebam non obieciſſet: hoc intelligo de genere ſepulturæ, quod per iniectionem glebæ fiebat: quòd genus ſepulturæ omnium infimum erat vſurpabatúrque cùm quis in cadauer inſepultum inciderat. Nam inſepultum relinquere nefas habebatur, quod porca expiandum eſſet, i. piacularibus ſacris ſoluendum. Horat.

- licebit

Iniecto ter puluere curras. Inexpiabilem penè fraudem fuiſſe id non facere oſtendit,

Negligis, immeritis nocituram
Poſt modo t. n. f. com. f.
D. i. vg. ſ.
T. m. i. p. n. l. i.

T. q. p. n. r. Atque eadem erat Græcis opinio, & pulueris inijciendi religio. Sophocles, λεπτὴ δ' ἄγος φεύγοντος ὥς, ἐπῆν κόνις. Hanc ſaltem ſepulturam poſtulat ab Ænea, naufragus Palinurus, cùm ait apud Maronem, lib. 6. Æneid.

- aut tu mihi terram,

Inijce. Sic etiam apud Halicarnaſſeum metu piaculi à populo ſepelitur Horatia. ἀλλὰ οἱ παριόντες αὐτὸ ἐρριμμένον ἐν ᾧ διεχειρίσθη χωρίῳ, λίθους ἐπιφοροῦντες καὶ γῆν, ἐχώννυσαν ὡς πλοῦτα ἔσημον χωσθεῖσαν.

Ex lib. 25. cap. 6. *- aut tu mihi terram*

Inijce. cùm Maro dixit, genus ſepulturæ per iniectionem glebæ intellexit: cuius mentio & veſtigium eſt lib. 2. de leg. Nonnunquam tamen tamen inijciebatur terra, cùm erant cadauera inſepulta inuenta: metu enim ſceleris & impietatis, ita ſolebant terram inijcere: quod ni feciſſent, piaculares fuiſſent. Huius meminit Horatius,

-licebit

Iniecto ter puluere curras. & paullò antè,

Negligis, immeritis nocituram
Poſtmodo te natis fraudem committere: f.
D. i. v. l. ſ.

T. m. i. &c. Phocylides. Γαῖαν ἐπιμοιρῆσθαι ἀκτερχύτοις νεκύεσσι.

AD ICCIVM.

Od. 29.

ARGVMENTVM.

Mirum quiddam, & monſtri ſimile dicit eſſe, eum à philoſophiæ ſtudio ad militiam tranſiiſſe.

ICci, * *beatis nunc Arabum inuides*
Gazis: & acrem militiam paras
Non antè deuictis Sabéæ
Regibus, horribilique Medo
* *Nectis catenas. quæ tibi virginum*
Sponſo necato barbara ſeruiet?
Puer quis ex aula capillis
*Ad cyathum ſtatuetur * vnctis,*
Doctus ſagittas tendere Sericas
Arcu paterno? quis neget arduis
Pronos relabi poſſe riuos
Montibus, & Tiberim reuerti:
Cùm tu coëmtos vndique nobileis
Libros Panæti, Socraticam & domum

Mutare

Mutare loricis Iberis,
Pollicitus meliora, tendis?

Beatis] opulentis.

Nvnc arab. invid.] Arabia εὐδαίμων, cinnamomi, thuriſque feraciſſima. infrà Ode 34. lib. 3. *Intactis opulentior Theſauris Arabum, &c.* & epiſt. 2. ad Mæcen. lib. 1. *nec Otia diuitiis Arabum liberrima muto.* Conſtat autem Auguſtum hoc tempore Parthis & Arabibus bellum inferre cogitaſſe. eóque referendum eſt id, quod eſt infrà Od. 35. huius lib. *& iuuenum recens Examen Eois timendum Partibus, Oceanóque rubro.*

Gazis] Γάζα (inquit Heſychius) πόλις· παρὰ δὲ Πέρσαις βασιλικὸν, ἢ οἱ ἐκ τῶν πολλῶν φερόμενοι φόροι, ἢ τὰ τίμια. M. Tull. *qui ab auro, Gazáque regia manus abſtinuiſſet.* & Offic. 2. *omnis Macedonum Gaza, quæ fuit maxima potitus eſt Paullus.* orat. infrà Od. 16. lib. 2. *Non enim Gazæ, neque conſularis, Summouet lictor miſeros tumultus Mentis.* Pompon. Mela. *Ceterum in Palæſtina eſt ingens & munita admodum Gaza (ſic Perſæ ærarium vocant) & inde nomen eſt, quod cum Cambyſes armis Ægyptum peteret, huc belli opes, & pecuniam intulerat.*

Horribilíqve medo] Medis & Perſis, & Parthis. vt ſup. Od. 2. *Neu ſinas Medos equitare inultos Te duce Cæſar.* quibuſcum bellum gerere populus Rom. nomine cogitabat.

Nectis catenas] ſeruitutem meditaris, & comparas. nam bello capti, eorum, qui vicerunt, ſerui fiunt, iure gentium.

Ex avla] vel puer aliquis, qui regi ſeruierit, vel puer nobili genere natus à re bello captus. T. Liuius lib. 45. annal. *Pueri Regij apud Macedones vocabantur principum liberi ad miniſterium regis electi.*

Capillis vnctis] vnguento deliburis.

Ad cyathvm statvetvr] pocula tibi miniſtrabit in conuiuio.

Sagittas tendere, &c.] Od. x. lib. 2. *arcum tendere* dixit magis propriè. Verum tamen etiam Virgil. ita locutus eſt libr. 9. Æneid. *& ſpicula tendere cornu.*

Qvis neget ardvis] quis neget, D
fluuios ſurſum relabi & refluere poſſe, cùm tu libros Platonis, Panætij, Xenoph. Ariſtot. quos tu legendi cauſa coëmetas, armis commutes: philoſophiæque ſtudio relicto, te ad rem militarem conferas? Sunt autem hæc ex Euripidis Medea ſumta, vbi ſic chorus: ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί· καὶ δίκα, καὶ πάντα πάλιν στρέφεται, id eſt, ſurſum fluuiorum ſacrorum eunt fontes: & iuſtitia, & omnia retrò vertuntur. & prouerbij ſpeciem quandam obtinent. vtitur M. Tull. ad Atticum lib. 15. *de Lenio rem laudo: ſi vero etiam Carſulenus,* ἄνω ποταμῶν. Vſurpauit & Demoſth. in orat. περὶ παραπρεσβείας ἀλλὰ δῆτα ἄνω ποταμῶν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ πάντες, ὅσοι οἱ περὶ πορνείας, ἐῤῥύησαν λόγοι, id eſt, ſed planè ſcilicet fluuiorum inſtar ſurſum relabentium illo die

A omnia, quæ de impudicitia facta ſunt, verba fluxerunt. non diſſimile eſt illud eiuſdem Eurip. ἱκετίδ. ἄνω γὰρ ῥέοι τὰ πράγματ' οὕτως, εἰ πιεζόμεσθα δή, id eſt, ſurſum enim fluere res videbuntur, ſi nobis alterius imperio parendum.

Relabi] id eſt, lapſos è montibus in monteis reuerti.

Panæti] Panætij, philoſophi Stoici, quem ſæpe commemorat M. Tullius, quémque imitatus eſt in libris de officiis.

Socraticam et domvm] id eſt, Socraticam familiam, Platonem, Æſchinem Socraticum, Xenophontem, denique Academicos veteres. vide annot. ad illum locum epiſt. 1. lib. 1.
B *quo me duce, quo lare tuter.*

Mvtare loricis Iberis, &c.] id loricas Iberas Philoſophiæ anteponere, vel Philoſophiæ ſtudio omiſſo, militiam perſequi, & arma capere. de verbi *mutare* ſtructura lege quæ annotata ſunt ad Od. 10. huius lib.

Tendis] in quibuſdam libris ſcriptum eſt *temnis*, quam ſcripturam ſi probamus, idem ferè valet, quod, non dubitas, non vertis religioni, audes. vt ſup. Od. prox. *negligis fraudem committere forſit.* ſed plures. iique manuſcripti: in his codic. Don. Farneſ. Torn. tres Vaticani, habent *tendis*. quam ſcripturam ſecutus ſum. *tendis* autem poſitum eſſe intelligemus pro, contendis, ſeu cogi-
C tas, & in animo habes.

Pollicitvs mel.] quàm rei militari operam dare. longè enim præſtat philoſophari, quàm militare.

TVRNEBVS.

Icci beatis) Militatum ire parabat Iccius, quo tempore expeditionem ſuſcepit Auguſtus in Parthos. de qua Maro - *Cæſar dum magnus ad altum Fulminat Euphratem*, & infrà Od. 35. *Et iuuenum recens. Examen Eois timendum Partibus.*

Ex libr. aduerſ. 9. cap. 13. Quod ſcribit Horatius,

Icci beatis nunc Arabum inuides

Gazis. ex hiſtoria petitum eſt: conſtat enim ea tempeſtate Auguſtum in animo habuiſſe Arabiæ & Parthis bellum inferre, eiúſque belli cauſa delectum habuiſſe. vnde Horatius ſcribit, infrà, Od. 35.

- & iuuenum recens
Examen Eois timendum
Partibus, Oceanóque rubro. & Maro, 7. Æn.
Siue Getis inferre manu lacrymabile bellum,
Hircaniſue Arabiſue parant, ſeu tendere ad Indos,
Auroràmque ſequi, Parthóſque repoſcere ſigna.

Et Propertius, lib. 2. eleg. 11.

Iam negat Euphrates equitem poſt terga tueri
Parthorum & Craſſos ſe, tenuiſſe dolet,
Iudæaquin Auguſte tuo dat colla triumpho.
Et domus intacta te tremit Arabia.

Digitized by Google

AD VENEREM.
Od. 30.

ARGVMENTVM.

Vt in ædeis Glyceræ veniat.

O Venus regina Cnidi, Paphíque,
Sperne dilectam Cypron, & vocantis
Thure te multo Glyceræ decoram
*Transfer in * ædem.*
*Feruidus tecum * puer, & ſolutis*
Gratiæ zonis, properéntque Nymphæ,
*Et parùm comis ſine te * Iuuentas,*
Mercuriúſque.

REGINA CNIDI] Venerem Cnidi ſanctiſſimè coli tradunt boni auctores in his Pauſa. Attic. Κνίδιοι (inquit) τιμῶσιν Ἀφροδίτην μάλιστα καὶ σφίσιν ἐστὶν ἱερὰ τῆς θεοῦ, &c. de Cypro ſuprà diximus Od. 19.

ET VOC. THVRE TE MVLTO] tibi ſacrificantis.

C ÆDEM] cur non dixit ad ædeis decoras? cùm *ædes* numero ſingulari ſignificet templum, & locum, in quo Deus aliquis colitur? dicendum, per ædem Glyceræ ſignificari ſacellum à Glycera Veneri conſecratum. colebat enim domi ſuos quiſque Deos, qui dicebantur lares familiares, & penates.

FERVIDVS PVER] Cupido.

ET SOLVT. GRAT. ZON.] cur Gratiarum zonæ ſolutæ ſunt? an quòd munifici & liberales homines, qui ſunt omnibus gratiſſimi, omnia habent aperta ac ſoluta? & ob eandem cauſam nudæ dicuntur ab eodem Od. 7. lib. 4. *Gratia cum Nymphis, geminíſque ſororibus audet Ducere nuda choros.* & 9. lib. 3. *Gratia Nudis iuncta ſororibus.* D an quòd Gratiæ, quæ Veneris ſunt comites, τὴν ζώνην λύουσιν, id eſt, zonam ſoluunt (ſi quis autem neſcit, quid ſit zonam ſoluere, diſcat ex Homer.) ὀδυσσ. λ. λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην, κατὰ δ' ὕπνον ἔχευε, & Theocr. εἰδ. κ. λῦσε δέ οἱ μίτρην, καὶ οἱ λέχος ἔντυνον ὧραι. & Catull. ad Ian. *Ne quærendum aliunde foret neruoſius illud, Quod poſſet zonam ſoluere virgineam.* an quòd etiam pauperes, & qui nullis diuitiis, aut facultatibus inſtructi ſunt, poſſunt ab altero gratiam inire, & in eum beneficium aliquod conferre, puta opera, & arte, & virtute? an quòd inter amicos omnia ſunt nuda, ſoluta, & aperta? quod poſtremum eſt Porphyr. Ita autem pingi ſolebant Gratiæ tres, vt teſtatur Seneca, manibus implexis, ridentes, iuuenes, virgines, ſolutis ac perlucidis veſtibus.

A Adde huic Seruium, qui hæc notat ad illum Virgil. locum Æneid. 1. *Matris Acidaliæ:* In monte Acidalio lauant ſe Gratiæ, quas Veneri conſtat eſſe ſacratas. Ipſius enim & Liberi filiæ ſunt. nec immeritò. Gratiæ enim per horum ferè numinum munera conciliantur. Ideò autem nudæ ſunt, quòd Gratiæ ſine fuco eſſe debent: ideò connexæ, quia eas inſolubileis eſſe decet. Horat. *Segnéſque nodum ſoluere Gratiæ.* (hæc ſunt ex Od. 21. lib. 3.) Quòd verò vna auerſa pingitur, duæ nos aſpicientes, hæc ratio eſt, quia profecta à nobis gratia, duplex ſolet reuerti. alij ſic, in quibus Michaël Epheſius in lib. 5. de moribus ad Nicom. διὰ τοῦτο καὶ τριῶν οὐσῶν ἐν τῷ ναῷ χαρίτων ἡ μέση οὖσα τὴν ἄκραν, ἔμπαλιν ἐστράπται B πρὸς τὸν χαρισάμενον, καὶ δεξιοῦται· καὶ τὸ μὲν ἐπιστράφθαι πρὸς τὸν εὖ πεποιηκότα, ἐστὶ σύμβολον ὑπηρεσίας· τὸ δὲ δεξιοῦσθαι, τοῦ πάλιν ἀρχὴν αὐτὴν ποιεῖσθαι τῆς ἀντευεργεσίας, id eſt, iccircò media trium Gratiarum, quæ in templo ſunt poſitæ, retrò verſa eſt in eum, qui beneficium contulit, & dextram ei porrigit, benignéque eum accipit. Ac quòd in eum, qui bene meritus eſt, ſit conuerſa, ſignum eſt officij, atque obſequij: quòd autem manu porrecta eum accipiat, ſignificat, eam non ſatis habere gratiam referre, ſed etiam nouum beneficij conferendi initium facere.

ET PARVM COM. SINE TE IVV.] ſignificat, iuuenes ſine rebus Venereis, & amato- C riis ſeueriores ac triſtiores eſſe, quàm ætatem deceat. eſt autem Iuuentas, iuuentæ Dea, Iouis & Iunonis filia, quam læuem, id eſt, imberbem appellat Od. 11. lib. 2. *fugit retrò Læuis Iuuentas.* De ea. M. Tullius libr. 1. de natura deorum ſic ſcribit: *At poëtæ quidem nectar, ambroſiam, epulas comparant, & aut Iuuentatem, aut Ganymedem pocula miniſtrantem.* & Tuſcul. lib. 1. *non enim ambroſia Deos, aut nectare, aut Iuuentate pocula miniſtrante lætari arbitror.* Appellatur autem hæc à Græcis Hebe, id eſt, pubertas: quam Homerus Herculis vxorem facit.

TVRNEBVS.

Solutis Gratiæ) Seneca. Quare tres Gratiæ, quare D ſorores ſunt, & quare manibus implexis; quare ridentes, quare iuuenes, & quare virgines, ſolutáque ac perlucida veſte. Ideò ſuprà nudam vt exiſtimo vocauit, quòd in pellucida veſte, tanquam nuda eſſet. vt illud, Commune tibi puer videre eſt, vt nudam.

Iuuentas) ἥβη à Græcis dicitur, & cum Venere iungitur ab Hom. ἥβη διὸς θυγάτηρ ἀφροδίτῃ.

Ex Æn. libr. 9. cap. 13. Solutis Gratias Zonis Horatius dicit, quòd ita fingi pingique ſolerent. Seneca lib. 1. de benef. cap. 3. *Quare tres Gratiæ, & quare ſorores ſunt, & quare manibus implexis, quare ridentes, quare iuuenes & quare virgines, ſolutáque ac perlucida veſte.* Ideò etiam fortaſsè ſupra nudam gratiam vocauerat, quòd perlucente veſte, tanquam nuda eſſet, vt Od. 24. lib. 1. Satyr. 2.

- Coſs tibi pene videre eſt.
Vt nudam.

Ar verò iuuentas, dea iuuentutis eſt, quæ Græcè dicitur ἥβη, & cum Venere ab Homero iungitur, vt hic ab Horatio,
- ἥβη τε Διὸς θυγάτηρ τ' ἀφροδίτη.

Od. 31.

ARGVMENTVM.

Se non diuitias: ſed tranquillam, hilarámque vitam ab Apolline poſcere.

QVid dedicatum poſcit Apollinem*
Vates? quid orat, de patera nouum B
** Fundens liquorem? non opimæ*
Sardiniæ ſegetes feraceis:
Non æſtuoſæ grata Calabriæ
Armenta: non aurum, aut ebur Indi-
cum;
Non rura, quæ Liris quieta
** Mordet aqua, taciturnus amnis.*
** Premant Calena falce, quibus dedit*
Fortuna vitem: diues & aureïs
*Mercator * exſiccet culullis*
Vina Syra reparata merce,
Diis carus ipſis: quippe ter, & quater
Anno reuiſens æquor Atlanticum
Impune. me paſcunt oliuæ:
Me cichorēa, leuéſque maluæ.
*Frui * paratis & valido mihi*
*Latoë dones, &, precor, * integra*
Cum mente: nec turpem ſenectam
Degere, nec cithara carentem.

QVID DEDIC. POSC. APOLL.] Apol- D linem, cui templum excitauit, dedicauitque Cæſar Auguſtus in palatio, vt ſcribit Sueton. eodémque loco bibliothecam libris omnibus instructam. Horat. epiſt. ad Iul. Flor. lib. 1. *& tangere vitet Scripta, palatinus quæcumque recepit Apollo.* & lib. 2. ad Auguſt. *ſi munus Apolline dignum Vis complere libris.*

DE PATERA NOV. FVNO. LIQV.] vini primitias libans & offerens Diis immortalibus. ſic Od. 5. libr. 4. *te proſequitur mero Defuſo pateris.*

NON OP. SARDINIÆ SEGETES FERACEIS:] ſic habent libri veteres Donati, Faërni, Vrſ. Torneſ. duo Vatic. non admodum diſſimile eſt illud, quod optat Pindarus ὠδ. η. Nem. Alij (inquit) aurum optant, alij poſſeſſiones, fun-

A dos, & prædia: mihi autem detur, poſteaquàm meis ciuibus placuerim, res laudabileis laudibus affecerim, iniuſtas & improbas vituperarim, oſſa terræ mandare. Verba Græca petat ex Pindaro, qui volet. nos locum indicauimus.

OPIMÆ] pinguis & vberis, ſed tamen inſalubris, & peſtilentis. M. Tull. epiſt. lib. 7. ad Fab. Gallum, *Id ego in lucris pono non ferre, hominem peſtilentiorem patria ſua.* Idem ad Q. Frat. lib. 2. *Cura mi frater, vt valeas, & quamquam eſt hiems, tamen Sardiniam eſſe cogites.* Opimum Varro, & Feſtus ab Ope deducunt Saturni vxore, quòd ipſe agrorum cultor habetur, à ſatu nominatus, tenéntque falcem effingitur: quod eſt inſigne agricolæ. Vnde ſpolia quoque, quæ dux populi Rom. duci hoſtium detraxit, opima dicuntur. Hæc Feſtus. ſic ſuprà idem Horat. *Lariſſam opimam* dixit.

SEGETES FERACEIS] agros fertileis. ſeges ea pars agri, quæ arata & conſita eſt. Feſtus. Horatius tranſlatè poſuit epiſt. 7. lib. 1. *Hæc ſeges ingratos tulit & feret omnibus annis.*

ÆSTVOSÆ] ſolis ardore torridæ. ſic ſuprà Od. 22. *Syrteis æſtuoſas appellat.*

EBVR INDICVM] Virgil. Georgic. lib. 1. *India mittit ebur.* ſed cui ſunt inauditi elephanti Indici?

LIRIS] Campaniæ fluuius. mendosè autem ſcribitur per y in quib. cod. de quo plura ad illum locum, & innantem Maricæ littoribus ten. Li-
C rim. Od. 17. lib. 3.

MORDET] alluit. tralatio eſt. *Lambit.* ſuprà Od. 22. alia tralatione. ſic Lucret. lib. 5. *& ripas radentia flumina rodunt.* & Virgil. lib. 8. Æneid. *ego ſum, pleno quem flumine cernis Stringentem ripas & pinguia culta ſecantem.*

PREMANT] amputent preſſo pollice, vel vuas cultello abſciſſas in torculari calcent, & premant. ſic ferè Virg. 1. Georgic. dixit, falce vmbras premere. *& ruris opaci Falce premes vmbras.*

CALENA FALCE] cultello falcis inſtar incurno. Calena autem à Calibus, vt ſup. Od. 20. *Vinum Calenum.* falce autem Calene, qua vitem premant domini, vinum Calenum vult ſignificari vt Od. 20. per vuam prælo domitam Caleno vi-
num Galenum. ſic Propert. *Vndique fundantur prælis eliſa Falernis.* Idem Horat. per amphoram Læſtrygoniam vinum Formianum vult intelligi Od. 16. libr. 3. *Nec Læſtrygonia Bacchus in amphora Langueſcit mihi.* quæ ſunt obſeruata à Paſſeratio.

EXSICCET] exhauriat, ebibat: hypallage. dicimus enim exſiccare culullos, & pocula. vt ſatyr. 6. libr. 2. *Siccat inæquales calices conuiua ſolutus.* Q. Cicero ad Tiron. lib. 16. epiſt. *lagenas etiam inanes obſignabat, ne dicerentur inanes aliqua fuiſſe, quæ furtim eſſent exſiccata.* Priſcianus lib. 2. ſcribit, ex, ante C. P. Q. S. manere integrum: veruntamen, ne offendantur aures, S, elidi. quod ſi verum eſt, ſcribendum *exiccet*, ego tamen *exſiccet* ſcribendum cenſeo: & cur cenſeam, cauſam afferre poſſum.

CVLVLLIS] poculis, calicibus. epiſt. ad Piſ. *Reges dicuntur multis vrgere culullis, Et torquere mero.*

Digitized by Google

&c. ſed cululli etant initiò fictiles, & [in ſacris pontificum ac virginum veſtalium. Iunius aduerſ. lib. 2. cap. x.] tantùm vtiles, vt vult Acron. Alij volunt culullos à culleis dictos pet diminutionem: neque tamen pocula, quibus in conuiuiis vterentur, fuiſſe negant.

VINA SYRA REPARATA] Franc. Duarenus, iuriſconſultus clariſſimus, qui nuper motte immatura nobis eteptus eſt, lib. 1. anniuerſ. diſputation. hunc locum ſic explicat: *vina, quæ ſint emta nummis ex venditione Syræ merces refectis*: idque confirmat teſtimonio vetetum iuriſconſultorum: apud quos *parare* pto *emendi* verbo in vſu eſt. ſic & M. Tull. vſurpat cùm alibi, tùm in otat. pro Flacco. *Si tam te Craſſi agri delectabant, hic alicubi in Cruſtumio, aut in Capenati parauiſſes.* & Horat. ſatyr. 3. lib. 2. *ſermóſque tuos, quos ære pararis.* quemadmodum autem redimete pto eo, quod eſt emere, ponete ſolemus: ita & reparate, pro parandi vetbo ab Horatio vſurpatum eſt: vel teparata dictum eſt, pto, permutata: quod idem valet, vt ſuprà docuimus. alitet vſurpauit Ode 37. huius lib. ibi, *nec latentes Claſſe ita reparauit oras*, vt ſuo loco dicemus.

DIIS CARVS IPSIS] argumentum eſt à conſequentibus. ter, & quatet in anno mate Atlanticum ſaluus nauigat: ergo Diis carus eſt. fieri enim non poteſt, vt quiſquam tam ſecunda nauigatione vtatur ſine Deorum immortalium beneficio ac benignitate: quemadmodum neque cuiquam tes aduerſæ ſine eorumdem ira, aut certè voluntate accidunt. quod ita eſſe Theognis oſtendit. Οὐδεὶς ἀνθρώπων οὔτ' ὄλβιος, οὔτε πενιχρὸς, Οὔτε κακὸς νόσφιν δαίμονος, οὔτ' ἀγαθός. id eſt, Nullus mortalis neque diues, neque paupet: neque malus, neque bonus ſine deo eſt.

IMPVNE] ſine vlla iactûra, ſine naufragio ſup. Od. 17. *Impune tutum per nemus arbuto Quærunt latentes, &c.*

ME PASC. OLIVÆ] ſic Ode xi. epod. *Non attagen Ionicus iucundior, Quam lecta de pinguiſſimis Oliua ramis arborum.*

CICHOREA] cichotéa eſt numeri multitudinis κιχόρεια à ſingulari κιχόρειον. e, autem ex diphth. ει longum eſt. vide Priſc. lib. 2.

LEVES] quæ venttem gtauem leuant: non vt quidam, inemtæ, aut contemtæ: quamquam iudicet lectot.

MALVÆ] ſic Od. 2. epod. *aut graui Maluæ ſalubres corpori.*

FRVI PARATIS] ſempet Horat. vſum bonorum partorum commendat: quod pluribus verbis alibi oſtendemus.

VALIDO] omnium enim rerum humanarum optimum eſt valere. proximum pulchritudo, tertium vires corpotis, quattum diuitiæ. Vulgatiſſimus eſt apud Græcos hic ſenarius οὐκ ἔσθ' ὑγιείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῳ, id eſt, Bona valetudine nihil eſt in vita melius.

LATOE] ô Apollo, da mihi, vt poſſim firmus & validus bonis quæſitis & partis frui. Latoum dixit à Græco Λητῷος.

INTEGRA CVM MENTE] humanitatem ex homine exuit, homóque eſſe deſiit, tametſi hominis figuram, & ſpeciem gerat, qui ſanæ mentis non eſt. Nam neque homo quicquam in ſeipſo mente melius habet, & vnuſquiſque noſtrûm mens eſt, vt docet Ariſtoteles in libris de moribus ad Nicomachum. Theognis autem nihil in nobis eſſe mente melius, nihil cõtrà amentia grauius, aut moleſtius, ita declarat. Γνώμης δ' οὐδὲν ἄμεινον ἀνὴρ ἔχει ἐν γε ἑαυτῷ, Οὐδ' ἀγνωμοσύνης Κύρν' ἀνιηρότερον. legendum autem *& precor integra*, non, *at precor*.

TVRPEM] inertem, vel inhonoratam, atque ingloriam.

TVRNEBVS.

N*On æſtuoſæ grata*) Magnæ erant in Apulia & Calabria pecuatiæ illicque ferè greges hybernabant, vt in Lucania, quæ minùs calida erat, æſtiuabant. Od. 1. Epod.

Pecuſue Calabris ante ſydus feruidum
Lucana mutuet paſcua. Hotum æſtiuorum & hybernorum meminit Varro. *Lyris*) villæ campanæ in maximo precio etant.

Culullis) Diminutiuum eſt à culleo culleollus. Culullus vas erat ad ſimilitudinem paruuli culleoli. Potphyrion & Acron Capedunculam explicare videntur, cuius erat in ſacris vſus. *Syra*) Omne genus aromatis ex Arabia camelis in Syriam adpottabatur. *Tolle piper primus*, è ſitiente camelo. vinum bibat mercator paratum Syra merce, Diuitias mercaturis faciendis alius paret, eiſque fruatur.

Ex lib. aduerſ. 9. cap. 13. Exiccet culullis, eſt exiccet & epotet poculis. Cululli enim pocula erant per diminutionem elata, à culleo deducta: etſi enim culleus primam producit, tamen vt adſolet, in diminutione corripit, vt mamma mamilla. Acron autem, quod putat fuiſſe fictiles pontificum calices culullos, quibus & veſtales virgines vterentur, vereor ne culullos pro capedunculis acceperit.

Od. 32.

ARGVMENTVM.

Barbiton, ſiue teſtudinem ſuam commendat.

*POſcimus, ſi quid * vacui ſub vmbra*
Luſimus tecum, quod & hunc in
annum
Viuat, & plureis: age, dic Latinum
Barbite carmen,
*Lesbio primùm * modulate ciui:*
*Qui ferox bello, tamen * inter arma,*

Siue

Siue iactatam religarat vdo
Littore nauim:
Liberum, & muſas, Venerémque, & illi
Semper hærentem puerum canebat:
Et Lycum nigris oculis, nigróque
Crine decorum.
O decus Phœbi, & dapibus ſupremi
Grata teſtudo Iouis, ô laborum
*Dulce lenimen, mihi * cumque ſalue **
Rite vocanti.

[POSCIMVS] non eſt diſſimulandum, in omnibus ferè libris manu ſcriptis, eſſe, *Poſcimur.*

* VACVI] otioſi, feriati, σχολάζοντες.

LVSIMVS] cecinimus, vel (vt Seruius ad illum Virgi. verſum Tityro, *Ludere quæ vellem, &c.*) ſcripſimus: quod minùs placet.]

LATINVM] cuius ego ſum auctor, & princeps.

LESBIO PRIMVM MODVLATE] id eſt, qui primùm modulatis, & diſtinctis ſonis temperatus es ab Alcæo. vel quo primùm Alcæus vſus eſt. ſup. Od. 26. *Hunc Lesbio ſacrare plectro Téque tuáſque decet ſorores.* & Ode 6. lib. 4. *Lesbium ſeruate pedem, meique Pollicis ictum.* vocem *modulate* ita accipio, vt ſit participium παθητικόν. cuius contrar. immodulatus. de arte poëtic. *Non quiuis videt immodulata poëmata iudex.* vel ſic, *modulate*, id eſt, qui Alcæo obſecutus, & gratificatus, cantus modulatos edidiſti: qui ab Alcæo ſumtus, vſurpatus, adhibitus es ad modulandos & canendos verſus lyricos.

TAMEN INTER ARMA] omiſit alterum, ſiue vt ſup. Od. 3. *tollere, ſeu ponere vult freta.* hoc modo. ſiue inter arma, id eſt, ſiue eſſet in caſtris, ſiue in aliquo portu conſtiterat à longa, & difficili nauigatione conquieſcens. Conſtat autem Alcæum. virum militarem, & bellicoſum fuiſſe. Geſſit enim bellum cum Athenienſibus, & maximè cum tyrannis. nam Pittacum tyrannum Mitylenis expulit. Od. 12. lib. 2. *Vtrúmque ſacro digna ſilentio Mirantur vmbræ dicere, ſed magis Pugnas, & exactos tyrannos, &c.*

RELIGARAT] apto & vſitato verbo vſus eſt. ſic Satyr. libr. 1. *ac miſſæ paſtum retinacula mulæ Nauta piger ſaxo religat.* & Catull. in nupt. Pelei, & Thet. *Perfidus in Cretam religaſſet nauita funem.* diſſimile eſt illud ſup. Od. 5. *Cui flauam religas comam.* Iam quòd ait Horatius hoc loco Alcæum virum militarem interdum res amatorias eeciniſſe, id teſtatur Cicero libr. 4. Tuſcul. his verbis, *Fortis vir in ſua rep. cognitus, quæ de iuuenum amore ſcripſit Alcæus?*

ET ILLI SEMP. HÆR.] Cupidinem. Neque ab hoc loco aliena, neque fortaſſe omnibus nota illa eſt fabula apud Platonem in Sympo-

A ſio, qua nouam rationem affert, cur Veneri ſemper adhæreat Cupido. Scribit igitur Plato, nata Venere Iouem natalitia Diis præbuiſſe, atque in eo conuiuio cùm ceteros Deos, tùm Porum Metidis filium interfuiſſe: Illum autem largius æquo potum, nectaréque ebrium, in Iouis hortos introiuiſſe, ibique obdormiuiſſe: Peniam verò (paupertatem Latini dicunt) quæ ad illud conuiuium mendicandi gratia venerat, inſidias Poro egeſtate coactam ſtruxiſſe, & propter illum cubuiſſe, vt ab eo (ſi modò id conſequi poſſet) grauida facta filium pareret; illam igitur à Poro compreſſam eſſe, atq; ex eo concubitu grauidam factam, Cupidinem peperiſſe: Inde eueniſſe, vt Cupido Venerem potiùs, quàm matrem, ſequa-
B tur, illique miniſtret. Iam cùm omnes ferè Cupidinem Veneris filium faciant, Sappho ab aliis diſſidens è cælo & terra natum fingit, vt ſcribit Interpr. Apollon. in lib. 3. Argon.

ET LYC. NIGR. AC. NIGRÓQVE] nigros oculos laudabant veteres illi in pueris, & puellis. Catull. in Acmen. *Salue nec minimo puella naſo, Nec bello pede, nec nigris ocellis.* & Horatius epiſtol. ad Piſones, *Spectandum nigris oculis, nigróque capillo.* Anacreon taleis ſuo Bathyllo oculos, & capillos depingi iubet. Λιπαρὰς κόμας ποίησον Τὰ μὲν ἔνδοθεν μελαίνας, Τὰ δ' ἐς ἄκρον ἡλιώσας. deinde paucis verſibus interpoſitis, Μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔστω Κεκερασμένον γαλήνῃ. talem & ſuæ puellæ comam eſſe vult. Γράφε τὴν ἐμὴν
C ἑταίραν, Γράφε μοι τρίχας τὸ πρῶτον Ἁπαλάς τε καὶ μελαίνας, id eſt, *Mihi pinge meam puellam Primùm comas tenellas, Nigráſque pinge pictor.* Itaque quibus natura nigri non erant oculi, ſiue fæminis, ſiue maribus, fæminarum ſimilibus, ij fuligine ſupercilia denigrabant. Arnob. lib. 2. aduerſ. Genteis.: *Laminas pertunderent aurium, imminuerent frontem limbis, fuligine oculos obumbrarent, nec informis erubeſcerent maſculorum calamiſtris vibrare cæſariem.* Homer. ἑλίκωπας Græcos appellat, id eſt, μελανοφθάλμους, ſeu nigris oculis, quamuis ſciam etiam aliter accipi.

ET DAPIBVS SVPR. GR. TEST.] Itaque apud Hom. ἰλ. α. Apollo cithara canit, cui Muſæ voce reſpondent. Δαίνυντ', οὐδέ τι θυ-
D μὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης, Οὐ μὲν φόρμιγγος περικαλλέος, ἣν ἔχ' Ἀπόλλων, Μουσάων θ' αἳ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ, id eſt, Epulabantur; neque quicquam eis deerat, quod comeſſe vellent: neque cithara, quam tenebat Apollo: neque Muſæ, quæ ei viciſſim voce reſpondebant.

DVLCE LEN. MIHI CVMQ.] cumque, & quandoque idem valent. quandoque autem apud hunc poëtam ſæpe pro quandocumque ponitur; vt alibi dicemus. vno nunc exemplo contentus ero. Od. 1. lib. 4. *Et quandoque potentior Largis muneribus riſerit æmuli: Albanos prope, te, lacus, Ponet Marmoream.* ſic igitur hunc locum explicat Porph. ô barbite, mearum curarum, ac moleſtiarum lenimen mihi ſuaue, ac iucundum, quotieſcumque te euoco, ſalue. alij ſalue mihi, &c. ego,

cumque, puto accipiendum pro qoouis tempo- A
re, hoc modo: ſalue dulce lenimeo mihi quouis tempore te vocanti.

TVRNEBVS.

L*Esbio primum, &c.*) Sapphiei carminis inuentorem Alcæum fuiſſe ſignificat quod Sapphoë attribuitur & ex nomine vocatur. Incertum quoqoe ſcribit eſſe Hephæſtion inuentúſne fuerit ab Alcæo ἔςι δὲ καὶ παρ Ἀλκαίῳ, καὶ ἄδηλον ὁποτέρου ἐςὶν εὕρημα, εἰ καὶ σαπφικὸν καλεῖται.

Siue iactatam) Bellum geſſit cum Athenienſibus & cum Tyrannis, expulitque Pittacum Mitylenis. Geſſit autem & terra & mari bella. Infrà, B
Grata teſtudo (Nam Apollo in epulis Iouis citharæ canit αὐτὰρ ὁ φοῖβος Ἀπόλλων ἐγκιθαρίζει. Quòd Lyram ex teſtudine primum fabricarit Mercurius: Ideò obtinuit vt teſtudo à poetis dicatur, vel à ſimilitudine. *Cumque ſalue*) Partieula cúmque productio verborum eſt, quandamque eis infinitatem vix per ſe viurpat. Citatur illod ex Cicerone, Equitem eumque qui regat, habeto. Hie cumque partim vbicunqoe, partim quandocunque explicari video. Quod fortaſsè verum noo eſt. Quid ſi cùm ritè eoniungatur, teteota infinitionis ſignificatione hoc modo: O Salue dulce lenimen laborum mihi ritè cunq; vocânti.

Ex lib. 9. cap. 13. *Lesbio primum modulate ciuis.* C
cùm ait, ſignificat primum Alcæum barbito vſum, quod citharæ genus eſt grauius aliquanto ſonantis: quaſi enim βαρύμιτος dicitur. Ab Alcæo etiam Sapphicum carmen inuentum fuiſſe, non deſunt qui ſcribant. Hephæſtion in Enchirid. ἔςι δὲ καὶ παρὰ Ἀλκαίῳ, καὶ ἄδηλον ὁποτέρου ἐςὶν εὕρημα, εἰ καὶ σαπφικὸν καλεῖται. Alcæus portò cum Athenienſibus bellum geſſit, & cum tyrannis, expulitque Pittacum Mitylenis. Gratam autem dicit epolis teſtudinem, in quibus Apollo cithara canit. vnde illud, αὐτὰρ ὁ φοῖβος Ἀπόλλων ἐγκιθαρίζει.

AD ALBIVM TIbullum. Od. 33.

ARGVMENTVM.

Ne dolcat ſibi riualem ioniorem à Glycera anteponi.

A*Lbi * ne doleas plus nimio memor*
Immitis Glyceræ, neu miſerabileis
Decantes elegos, cur tibi iunior
Læſa præniteat fide:
Inſignem tenui fronte Lycorida
Cyri torret amor: Cyrus in aſperam
Declinat Pholoën: ſed prius Appulis
Iungentur capreæ lupis,
Quàm turpi Pholoë peccet adultero.
Sic viſum Veneri: cui placet impares
Formas, atque animos ſub iuga aënea
Sæuo mittere cum ioco.
*Ipſum me melior cùm peteret * Venus:*
Grata detinuit compede Myrtale
Libertina, fretis acrior Adriæ
Curuantis Calabros ſinus.

Albi ne doleas] Albi ne fortè doleas, &e. hoe te ſcire volo, *Inſignem tenui, &c.* hæc aſcripſi, ne qois putet, *ne* hîe eſſe prohibentis particulam. nam hîc valet, ne fortè, vel vt ne: vt Od. 4. lib. 4. *Ne forte credas, &c.*

Plvs nimio mamor imm.] plos nimio, id eſt, plus multo. idem epiſt. 10. lib. 1. *Quem res plus nimio delectauere ſecundæ, &c.* ſie Luer. lib. 5. *Nec nimio ſolis maior rota, nec minor ardor.* Idem ibid. *Nec nimio tum plus, quàm nunc, mortalia ſæcla Dulcia linquebant labentis lumina vitæ.* Anton. ad Cie. lib. 10. epiſt. ad Attic. *Sed quia te nimio plus diligo, non poſſum diſſimulare, &c.* Plaut. Bacch. *Vixiſſe nimio ſatius eſt, quàm viuere.* Idem ibid. *Nimio es tu ad iſtas res diſcipulus docilior, Quàm ad illa, quæ te docui, vbi operam perdidi.*

Cvr tibi] oe ſupra modum doleas, quòd tibi riualis iunior anteponatur (hæc enim verbi *præniteat*, vis eſt) ſeu, quòd pluris fiat à Glycera quàm tu: id eſt, quòd ei carior ſit, & gratiot: Ingnem tenui fronte, &c. ſie ſoprà verbo ſimplici vſus eſt, Od. 5. *miſeri, quibus intentata nites*: id eſt, grata es, places. cur, aotem eleganter poſitum pto, eò quòd, vt epiſt. ad Celſum Albinoua. lib. 1. *Fidis offendar medicis, iraſcar amicis, Cur me funeſto properent arcere veterno?* & ita ferè ſemper loquitur Horat. paullò aliter M. Tull. vt Vert. de iure dicundo. *tamen digna cauſa eſſet, cur inimicitias hominis* D
improbiſſimi ſuſciperem. euius rei plura exempla legito ad illum locum, *Cur me funeſto, &c.*

Insignam tanvi fronta Lycorida] oſtendit, quàm miſera ſit amantium eonditio, qui taro admodum pari voluntate, mutuóque amore inter ſe reſpondent. Lycoris (inquit) Cyri amore ineenditur: Cyrus à Lyeoride abhortet, in Pholoën, è ſe alienam, propenſiot. quæ eò tibi dieo, ne fortè doleas, &e. Nam hæc pendent & apta ſunt ex ſuperioribus vt diximus. hanc animorum & voluntatum in amantibus diſſenſionem ac diſcordiam pulcherrimè deſcribit Lodoicus Arioſtus, poëta Italus, verſib. Italico ſermone ſcriptis: quos, quia in his commentariis alium ſermonem, quàm quo olim Latini vtebantur, inculcare, indecorum eſſe puto, verti hoc modo: *Improbe amor, puer iniuſtiſſime:*
cur ita

Digitized by Google

cur itararò Noſtra à te efficitur voti ſententia compos? Cur A *ita delectat te, perfide, corda duorum Cernere diſsidiis inter ſe infeſta ſuperbis? Arces me à liquidiſque vadis, & gurgite tuto: Pertrahis in rapidóſque amneis, cæcáſque lacunas. Quæ me vltrò petit, hinc reuocas, alióque retorques: Quæ fugit, huius me tabeſcere cogis amore.* Ad eandem ſententiam pertinent hi Moſchi verſus, Ἤρα Πὰν Ἀχῶς τᾶς γείτονος, ἤρατο δ' Ἀχὼ Σκιρτητᾶ σατύρω· σάτυρος δ' ἐπεμαίνετο Λύδᾳ. Ὡς Ἀχὼ τὸν Πᾶνα, τόσον σάτυρος φλέγεν Ἀχώ, Καὶ Λύδα σατυρίσκον· ἔρως δ' ἐσμύχετ' ἀμοιβᾷ. Id eſt, *Echonem ardebat vicinam Pan, ſatyrum Echo Laſciuum, ſatyrus Lydæ flagrabat amore. Quantum Echo Panem, Pan tantum Echona coquebat: Tam Lyde ſatyrum perdebat talis amorem* Ταῦτα δ' ἔπη B ἐπόιησεν ἐμοὶ Φυλλῖος ὁ Οὐρσῖνος, ἀνὴρ πάνυ πεπαιδευμένος.

TENVI FRONTE] ſic epiſt. 2. ad Mæcen. lib. *reddes Forte latus, nigros anguſta fronte capillos.*

SED PRIVS APPVLIS] ſic Ode 16. Epod. *Nouáque monſtra iunxerit libidine Mirus amor, iuuet vt tigres ſubſidere ceruis. Adulteretur & columba miluo.* ſignificat autem, Cyrum numquam Pholoa potiturum.

QVAM TVRPI] quàm Cyro amatori Pholoë gratificetur, & morem gerat. ſic infrà amatorem, adulterum appellat, Ode 36. *nec Damalis nouo Diuelletur adultero.* ſic Catull. ad Furium & Aurel. *Cum ſuis viuat, valeáſque mœchus.* & Plaut. in Mil. glor. *herus meus ita magnus mœchus eſt mulie-* C *rum, vt neminem fuiſſe, neque futurum credo. turpem* autem accipe, non quod reuera ſit turpis, ſed quòd ei talis videatur: vel refer ad animi turpitudinem.

SIC VISVM VENERI] ſic loquebantur veteres in rebus parùm ſecundis, & caſibus aduerſis. Virgil. lib. 3. *Poſtquam res Aſiæ, Priamique euertere gentem Immeritam viſum ſuperis.* Idem 2. *Dis aliter viſum.* idem ibidem, *Si nihil ex tanta ſuperis placet vrbe relinqui.* Homer. ἰλ. ϐ. οὕτω που Διὶ μέλλει ὑπερμενέϊ φίλον εἶναι. qui verſus iteratur & ἰλ. ιδ. & alibi. [Idem ἰλ. ν. ἀλλά που οὕτω Μέλλει δὴ φίλον εἶναι ὑπερμενέϊ Κρονίωνι. Et Plaut. Amphit. *Ita dis eſt placitum, voluptati vt mœror comes conſequatur.*] D

CVI PLACET IMP. FORMAS, ATQVE] ſine dubio ex formarum, aut animarum diſſimilitudine naſcitur amoris inæqualitas, atque adeo alienatio ac diſſenſio: cùm vel deformis formoſam, vel ſenex puellam, vel quis alius ingenio & moribus diſparem amat. Quoniam autem non ſæpe contingit, vt pares ætates, formæ, naturæ, mores, ingenia copulentur inter ſe, & ad amandum ſeſe applicent: icirco quamplurimi exſiſtunt in amore naufragi, & calamitoſi, & vt Græci appellant, δυσέρωτες: pauci admodum, quibus omnia ex animi ſententia procedant.

SVB IVGA AËNEA] ſub coniunctionem inæqualem, ac diſparem, durámque ſeruitutem. Eſt enim duriſſimum ſeruitutis genus eam amare, quæ aſpernetur amantem. *aënea* autem ſcriptum reperi in cod. Donati & Faërni ſine aſpirationis nota in ſecunda ſyllaba: quam ſcripturam ſecutus ſum. nam & Aulus Gell. lib. 2. cap. 4. teſtatur nomen *aena* in libro mirandæ vetuſtatis 2. Æneid. ſcriptum fuiſſe ſine aſpiratione. Idem tamen aſcribit aſpirationis notam poſteà eſſe appoſitam.

SÆVO] χαλεπῷ, difficili, immiti, vt ſuprà Ode 19. *Mater ſæua Cupidinum.* hæc enim vis eſt nominis, ſæuus. ſic & Ode 29. lib. 3. *Fortuna ſæuo læta negotio.* & epiſt. ad Iul. Florum lib. 1. *ne mea ſæuus Iurgares, ad te quod epiſtola nulla veniret.* & Saty. 2. libr. 2. *hic neque ſeruus Albuci ſenis exemplo, dum munia didit, Sæuus erit.* ſup. Od. 12. *Sæua pauper-* B *tas.* infrà Ode 35. *ſæua neceſsitas.* epiſt. ad Lollium lib. 1. *Vt puerum credas ſæuo dictata magiſtro Reddere.* Lucretius lib. 3. *ſæuas tolerare procellas.* Terentius Phorm. *Concluſam hîc habeo vxorem ſæuam.* Ex quo ſæuitia, aſperitas quædam, & iracundia, χαλεπότης. Ode 12. libr. 2. *dum fragrantia detorquet ad oſcula Ceruicem, aut facili ſæuitia negat.* Virgil. Æn. 1. *ſæuúmque ambobus Achillem.* & 2. *hic ſæuus tendebat Achilles.* & verbum ſæuire χαλεπαίνειν. Satyr. 2. lib. 2. *Sæuiat, atque nouos moueat fortuna tumultus, &c.* & Ode 3. lib. 3. *Dum longus inter ſæuiat Ilium, Romámque pontus.* Plautus Epidico: *ſed memento, ſi quid ſæuiunt ſenes, ſuppetias mihi cum ſorore ferre.* Virgil. Æneid. 6. *ne ſæui magna ſacerdos.*

C IOCO] Iocum, Deum hoc loco accipio. vt ſuprà Ode 2. *Quam Iocus circumuolat, & Cupido:* vt ſit, cui Veneri, vnà cùm ſæuo Cupidine, placet impares & diſcordeis formas inter ſe iungere. Sed Paſſeratius mauult iocum hîc poni pro re ludicra & oblectamento Veneris. vt Od. 2. huius libri, bellum Martis ludum appellauit: *Heu nimis longo ſatiate ludo.* ſimilia ſunt illa: Od. 29. lib. 3. *Fortuna ſæuo læta negotio, Ludum inſolentem ludere pertinax.* & Ode 1. lib. 2. *Ludúmque fortunæ, &c.* & Od. 2. huius lib. *Dant alios furiæ ſæuo ſpectacula Marti.*

IPSVM ME MELIOR] cùm ego ipſe ab elegantiore & commodiore puella vltro expeteter, Myrtale tamen difficili, ſæuæ, iracundæ, à D me alienæ ſeruiebam: quæ mihi ſeruitus erat iucunda.

GRATA DETINVIT COMP. MYRT.] id eſt, grata ſeruitute duo inter ſe coniunxit propemodum repugnantia. nam vix credibile eſt cuiquam ſeruitutem & compedes eſſe gratas. Et tamen hoc in amore euenit, quale eſt illud γλυκύπικρον. Ita autem gratæ ſunt amantibus compedes, vt ſeruis dulcis eſt ſeruitus ſub eo domino, vnde aliquid emolumenti ſperant. Nam vt hi emolumenti ſpe capti dominorum ſæuitiam perferunt: ſic illi dominarum ſuarum amore irretiti, vnde ſibi incredibileis voluptates promittunt, earum aſperitatem æquo animo ferunt. hîc igitur nomen *compedis* ſeruitutem ſignificat: epithetum autem *grata* ei adiunctum declarat, amanteis libenter, & iucundè puellis iis, quarum

amore deuincti ſunt, ſeruire, quantumuis difficiles ſint, atque illiberales. ſic Oda 11. lib. 4. *teneteque grata Compede vinctum.* Verbis propriis amantium ſeruitutem, & puellarum dominationem demonſtrauit Oda 8. lib. 2. *Adde quod pubes tibi creſcit omnis: Seruitus creſcit noua, nec priores Impiæ tectum dominæ relinquunt Sæpe minati.* alia tranſlatione dixit epiſt. ad Iul. Flor. lib. 1. *Thracane vos, Ebrúſque niuali Compede vinctus, &c.*

ACRIOR] iracundior, vt Ode 9. lib. 3. *& improbo iracundior Adria.* ἐπιβολή.

CVRVANTIS CALAB. SINVS] id eſt, ſeſe in Calabriam inſinuantis.

TVRNEBVS.

B *IMmitis Glyceræ*) Nomen fictitium. nam Nemeſim & Deliam amauit Tibullus. Sed nominibus priſcis mulieres ætatis ſuæ, quas partim metu legis Iuliæ, partim verecundia nominare non audebant, adumbrant. Apuleius in Apologia. *Læſa pœniteat*) Cur poſtquam tibi peierauit, iunior & pulchrior videtur. Infrà,

– Sed tu ſimul obligaſti
Perfidum votis caput, eniteſcis
Pulchrior multo, iuuenúmque prodis
Publica cura.

Fronte Lycoridis) Cytheris, cuius Cicero meminit, Lycoris à Virgilio in Bucolicis vocatur, quam Gallus deperijt, amauit Antonius. eandem fortè ſignificat Flaccus. Auguſta C frons à veteribus laudabatur *– redde nigros auguſta fronte capillos.*

Impares) animos non redamantes. Epod. Od. 15. *Et quæret iratus parem.* formas diſſimiles vt duplex ſit ſignificatio. *Libertina*) ferè meretrices libertinæ erant. Aitque cùm ſibi melior multò Venus obtigiſſet, tamen ſe libertinam acerrimam prætuliſſe. *ſuas pellices eſſe aiunt, eunt depreſſum, quia ſumus libertinæ.* Plaut. Ciſtellaria ſcilicet. Tum ante hac. & ſecunda Satyr. lib. 1.

Ex lib. 6. ad cap. 21. Cùm ſuos caſus non ſibi adſcribebant, ſed dijs, dicere ſolebant. Sic viſum ſuperis, vt Horatius.

Sic viſum Veneri, cui placet impares
Formas atque animos ſub iuga ahenea
Sæuo mittere cum ioco.

D Sic Virgilius 2. Æneid. *Dis aliter viſum.* & 3.

Poſtquam res Aſiæ Priamique euertere gentem
Immeritam viſum ſuperis.

Ex lib. 4. cap. 20. Impares in amore appellantur, cùm mutuò non amatur, ſed alteri amanti alter vicem non reddit, neque animum mutuum: contrà cùm mutuò inter ſe pariter amant, pares dicuntur. Horatius,

Et quæret iratus parem. & hic

– cui placet impares
Formas atque animos ſub iuga ahenea
Sæuo mittere cum ioco.

Atque hic locus planè & apertè oſtendit, vnde pares & impares dicuntur. Nam cùm ad aratrum iungi parium virium pariſque magnitudinis iumenta armentáque

A debeant ſolùm vertenti, euenit vt cùm ſub iugum imparia mittuntur animalia, ſulcus rectus non ducatur & ab altero iumento alterum opprimatur, aratióque inæqualis ſit.

Od. 34.

ARGVMENTVM.

Pœnitere ſe, quòd dum Epicuréam diſciplinam ſectaretur, parum ſtudioſè Deos coluerit.

PArcus Deorum cultor, & infrequens,
**Inſanientis dum ſapientiæ*
*Conſultus erro, nunc *retrorſum*
Vela dare, atque iterare curſus
*Cogor relictos. namque *Dieſpiter*
**Igni coruſco nubila diuidens,*
*Plerumque *per purum tonanteis*
Egit equos, volucrémque currum:
*Quo *bruta tellus, & vaga flumina,*
*Quo Styx, & inuiſi horrida *Tænari*
Sedes, Atlanteúſque finis
Concutitur. valet ima ſummis
C Mutare, & inſignem attenuat Deus,
*Obſcura promẽs. hinc *apicem rapax*
Fortuna cum ſtridore acuto
Suſtulit: hic poſuiſſe gaudet.

PARCVS DEORVM] Dicit ſe, qui anteà non ſatis piè, neque religioſè deos immortaleis coluerit, Cyrenaicæ & Epicureæ ſectæ præceptis ac decretis imbutus, ſententiam, conſiliúmque nunc neceſſariò mutare, Deorum metu non inani perterritum.

INSAN. DVM SAP.] *conſultus ſapientiæ* ſic dictum, vt dicimus, iuriſconſultus. *Sapientiam* au-D tem *inſanientem* intelligit Epicuréam, aut Cyrenaicam, quæ præter cætera, docet contemnere omneis religiones. venuſtè autem *inſanientem ſapientiam* dixit Græcorum exemplo: apud quos crebrum eſt hoc genus loquendi. Eurip. in Hecuba. νύμφην ἄνυμφον, παρθένον τ' ἀπάρθενον. Sophoc. in Aiace: ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα. Oppianus ἁλιευτ. δῶρα δύσδωρα. Iterum Sophocl. γάμοι ἄγαμοι. Idem in Electra: μήτηρ ἀμήτωρ. Ariſtoph. βίος ἀβίωτος. & Homer. ὀδυσσ. σ. Ἶρος ἄϊρος ἐπίσπαστον κακὸν ἕξει. & ὀδυσσ. ψ. μῆτερ δύσμητερ. & illud: ἁ χάρις ἀβραδύτως ἄχαρις χάρις. quæ cùm alij Latini ſcriptores, tum Horatius noſter multis locis eſt imitatus. M. Tullius Philippica. 1. *iidémque buſtum in foro facerent, qua illam inſepultam ſepulturam effecerant.* & vetus quidam

poëta

poëta apud M. Tull. lib. 3. de orat. *Qua tempeſtate Paris Helenam innuptis iunxit nuptiis*. Catul. de nuptiis Pelei, *funera nec funera*. (quo loco admonitū lectorem velim, *nec funera*, vnum nome eſſe: qualia ſunt illa necopinatò, & apud Iuriſconſul. res nec mancipi, furtum nec manifeſtum.] Idem in Lucullo *vſus diſciplina indocilis*. Ennius *artem inertem*. Horat. Ode 12. lib. 2. *facilis ſæuitia*. (nam ſuprà oſtendimus, ſæuum idem valere, quod χαλεπὸν, id eſt, difficile.) his ferè ſimilia ſunt illa, epiſt. ad Bullat. *Strenua nos exercet inertia*. & epiſt. ad Iccium *concors diſcors*.

NVNC RETRORSVM VELA DARE] ſic Virg. lib. 3. *Certum eſt dare lintea retro, &c.*

ATQVE ITERARE CVRS. COG. REL.] Græcum verbum expreſſit παλινδρομεῖν, id eſt, recurrere. De verbo *iterare* diximus ad Od. 7. eſt autem ἀλληγορία, cum ſignificet ſe cogi mutare conſilium. Curſum perſpicuè hîc poſuit pro nauigatione, vt ſuprà annor. ad Od. 28.

DIESPITER] Iupiter, Varro lib. 4. de lingua Lat. *Dieſpiter, id eſt, Dies pater*. Dies pater, id eſt, diei & lucis pater. Diouem etiam διὰ κεραύνιον, id eſt Iouem fulmineum eſſe dicunt: quæ notio huic loco valde quadrat.

IGNI CORVSCO] fulmine. ſic M. Tull. Tuſc. 2. *Iace, obſecro in me vim coruſcam fulminis*. at Virg. Æn. 2. *enſem coruſcum* appellat.

PLERVMQVE PER PVRVM] hoc negat Lucret. lib. 6. fieri poſſe, his verbis, *Fulmina gignier e craſſis, altéque putandum eſt Nubibus extructis. nam cælo nulla ſereno, Nec leuiter denſis mittuntur nubibus vnquam*. idem paulò pòſt, *Denique cur nunquam cælo iacit vndique puro Iupiter in terras fulmen, ſonitúsque profundit?* Sallust. tamen hiſt. de bell. Catilinar. narrat M. Herennium die ſereno fulmine ictum eſſe. Sed in his intelligendum eſt tonitrua & fulmina naturalia, cælo nubilo, & nubibus altè extructis fieri: prodigioſa autem & diuina puro, & ſereno. Itaq; videtur hîc Horatius (vt rectè indicabat Germanus Valens) ſignificare, talia fulmina, qualia hîc deſcribit, malum ſibi minari, niſi reſipiſcat: eadémque valere, ad ſe & ceteros homines ab impietate deterrēdos. Nam tonitrua & fulmina diuina, qualia ſunt ea, quæ cælo puro fiunt, triſtia, & mala portendunt hominibus. Ex ea opinione ſunt illa Virg. Georg. 1. *Non aliàs cælo ceciderunt plura ſereno Fulgura, nec diri toties arſere cometæ*. Idem lib. 8. Æneid. *Iterum atque iterum fragor intonat ingens, Arma inter nubem cæli regione ſerena Per ſudum rutilare vident, & pulſa tonare*. Idem lib. 9. Æneid. *Audiit & cæli genitor de parte ſerena Intonuit læuum*. Homer. ὀδυσ. υ. Ζεῦ πάτερ, ἦ μεγάλ' ἐβρόντησας ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος Οὐδέ ποθι νέφος ἐστὶ, τέρας νύ τεῳ τόδε φαίνεις. id eſt, ô Iupiter, profectò grauiter è cælo tonuiſti: neque tamen vſquam nubes eſt: oſtentum igitur aliquod tuum nobis præbes. M. Tull. *Aut cum terribili percuſſus fulmine ciuis Luce ſerenanti vitaï lumina liquit*.

PER PVRVM] cælo ſereno. ſic Virgilius

A Georgic. 2. *& dum ſe lætus ad auras Palmes agit laxis per purum immiſſus habenis*. δι' αἰθρίας dicunt Græci.

TON. EGIT EQ. VOLVCR.] tonuit. ſed poëtarum more locutus eſt, vt ſuprà Ode 12. *Tu grauis curru quaties Olympum*.

QVO BRVTA TELLVS] ſic infrà Ode 4. lib. 3. tellurem inertem appellat: vtrúmque, quia hoc elementum omnium grauiſſimum, atque (vt ita dicam) immobiliſſimum eſt. *Nam brutum* (inquit Feſtus) *antiqui grauem appellabant*. Nonius autem, *Brutum dicitur hebes, atque obtuſum*.

[Seruius tamē *brutam* videtur interpretari immobilem. Ille enim ad illum Virgilij locum 10.

B Æneid. *Et tremefacta ſolo Tellus, &c.* notat hæc, quæ ſequuntur, *loquente Ioue ſtupor elementorū oſtenditur per naturæ mutationem. Nam quicquid in æterno motu eſt, quieuit: & contrà terra mota eſt, quæ ſemper immobilis eſt. Vnde Horat. Quo bruta tellus, &c.* Arnobius libr. 6. hæc duo coniunctum poſuit, *iners & brutum*. Sic ille, *Stupiditas quæ tanta eſt, (detrecto enim dicere cæcitatem) verum exiſtimare natura, formarum qualitate mutari, & accipere numen ex habitu quòd in primigenio corpore iners fuerit & brutum, & ſenſus mobilitate priuatum*.]

STYX] cùm multa ſcribat Pauſanias in Arcadicis de Styge, tùm hæc quoque tradit, Homerum Stygis nomen in ſuam poeſin conieciſſe reſpicientem ad eam aquam, quæ è Styge, fluuio

C Arcadico manat. Nam in iureiurando Iunonis (inquit) fecit eam ita loquentem, Ἴστω νῦν τόδε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε, Καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸς ὕδωρ. Paulò pòſt idem Pauſanias, Τὸ δὲ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ τοῦ παρὰ τὴν Νώνακριν στάζον ἐμπίπτει μὲν πρῶτον ἐς πέτραν ὑψηλὴν, διεξελθὸν δὲ διὰ τῆς πέτρας ἐς τὸν Κρᾶθιν ποταμὸν κάτεισι. θάνατον δὲ τὸ ὕδωρ φέρει τοῦτο καὶ ἀνθρώποις καὶ ἄλλῳ ζώῳ παντί. Λέγεται δὲ ὅτι γένοιτό ποτε ὄλεθρος ἀπ' αὐτοῦ καὶ αἰξὶν, αἳ τοῦ ὕδατος ἔπιον πρῶτον, id eſt, aqua autem, quæ è ſaxo prærupto ad Nonacrin manat, incidit primùm quidem in rupem excelſam: deinde poſteaquam per rupem illam dimanauit & inde exiit, in Crathin fluuium delabitur. Mortem hæc aqua & homini, & alij cuiuis animanti

D affert. Atque etiam aiunt, capras quondam omneis, quæ ex hac aqua bibiſſent, interiiſſe. Sequitur deinceps apud Pauſaniam, Fueritne hoc veneni genere enectus Alexander Magnus, pro cōperto non habeo. memoriæ certè proditum eſſe ſcio. Hæc Pauſan. Plutarchus autem in Alexandro videtur non dubitare, quin Alexander huius aquæ potu extinctus ſit. Iam quamobrem Dij per Stygiam paludem iurent, conſule Euſtath. & Seruium, & Arnobium.

TÆNARI] (Ταίναρος inquit interpres Pindari) πόλις Λακωνική· ἐν ᾗ ἐστι πύλη εἰς ᾅδου. id eſt, Tænarus vrbs eſt Laconica, in qua eſt ad inferos ianua. alij dicunt eſſe promūtorium in Peloponneſo, vbi ſpecus eſt, Acheruſiæ ei, quæ in Ponto eſt, ſimilis.

Valet ima ſumm. Mvt.] id eſt, poteſt ea, quæ ſunt humilia, & infima, ſumma efficere, & contrà. Atque hanc ſententiam mutuatus eſſe videtur ab Heſiodo ἔργ. καὶ ἡμερ. vt rectè annotat M. Anton. Muretus: Ρεα μὲν γὰρ βριάει, ῥεῖα δὲ βριάοντα χαλέπτει. [i. facilè humilem attollit, ſeu potentem efficit: ſublatum autem & potentem extenuat, ac deprimit. Huc pertinet illud Æſopi reſponſum, qui interrogatus, quid Iupiter faceret, τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῖ (inquit) τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ: id eſt, alta quidē humilia reddit: humilia autem attollit] Pind. autem εἰδ. η. Πυθ. docet, bona quæ appellantur, prætertim ea, quæ non ſunt labore parta, nō eſſe cuiuſquam ſapientiæ, aut conſilio aſſignanda: ſed Deo, ſeu fortunæ. non enim eſſe in hominibus ſitum, vt ſint opulenti ac beati: ſed à fortuna facultates rei familiaris & copias ſuppeditari, ac præberi, quæ modò hūc attollat, ceteriſque omnibus ſuperiorem efficiat: modò illum deprimat, & in aliorum poteſtatem redigat. Sic Pindar. Τὰ δ' οὐκ ἐπ' ἀνδράσι κεῖται· δαίμων δὲ παρίσχει, ἄλλοτε δ' ἄλλον ὕπερθε βάλλων μὲν, ἄλλον δ' ὑπὸ χειρῶν μέτρῳ καταβαίνει. Eandem rem ſic Xenophon libro 6. ἑλληνικῶν. Καὶ ὁ θεὸς δὲ, ὡς ἔοικε, πολλάκις χαίρει τοὺς μετὰ μικροὺς, μεγάλους ποιῶν, τοὺς δὲ μεγάλους μικρούς. id eſt, Deus autem, vt apparet, ſæpenumerò amat & paruos atque humileis magnos facere, atque attollere: & magnos atque excelſos, minuere, ac deprimere. & Saluſt. coniur. Catil. *ſed profectò Fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex libidine magis, quàm ex vero celebrat, obſcurátque.*

Insignem attenvat] obſcurat, ita tenuem reddit, vt fugiat aſpectum. τὸν ἀριπρεπῆ ἀμαυροῖ, ἐπιφανῆ ἀφανίζει, ἢ ἀφανῆ ποιεῖ.

Obscvra promens] id eſt, ea, quæ non apparent, retegens, aperiens, in promptu, atque in oculis omnium ponens.

Hinc ap. rapax, &c. Hæc cohærent cum ſuperioribus, vnóque ſpiritu (vt ita dicam) continentur. Ab hoc (inquit) fortuna ſummas opes, & ampliſſimos honores aufert, in illum trāſfert. ita videtur Deum & Fortunam pro eodem ponere.

Cvm strid. ac.] His verbis puto ſignificari ſubitam fortunæ commutationem (quę vix intelligi poteſt ſine magno ſonitu ac fragore) potius, quam eorum, qui de ſuperiore gradu in inferiorem deturbantur, clamores & lamentationes. ſtridor enim ſonitum ac ſtrepitum ſignificat, non clamorem. quamquam, ſi quis hoc malit, pugnare nolo, cùm præſertim ſic explicet Porphyrio.

TVRNEBVS.

D*ieſpiter*) Iuppiter. Sic vt diei pater vocatur. *Per purum*) Negant Epicurei Iouem tonare: ſed id euenire cauſis naturalibus. Argumentum adferunt quòd nunquam ſine nubibus to-

A net: Eóque argumento etiam contra pietatem & religionem vtuntur. Lucretius,

Nec fit enim ſonitus cæli de parte ſerena. & alio loco

— Luce tamen ſerena quædam de cælo tacti ſunt.

Plinius, in Catilinianis prodigiis, Pompeiano ex municipio. M. Herennius. Decurio ſereno die fulmine ictus eſt. Cicero,

Aut cum terribili percuſſus fulmine ciuis
Luce ſerenanti vitalia lumina liquit.

Cum ſtridore acuto) vt celerem eius mutabilitatem ſignificet, acutum ſtridorem dixit, quia pernicem ſequitur conuerſionem ſonitus acutus, vt Cic. docet lib. 6. de Rep. Diſſimile eſt illud, nullóque ſono conuertitur annus. Cic. Minore ſo-

B nitu quàm putabam orbis hic Reipubl. conuerſus eſt.

Ex aduerſ. lib. 9. cap. 9. *— námque Dieſpiter &c.* vide ſuprà od. 12. His enim verſibus Horatius ſignificat curru Iouis fremitum tonitrus excitatum eſſe. Ea autem maximè diuina tamen tonitrua & fulmina putabant, quæ ſereno cœlo mittebantur, vt ex hoc Horatij loco patet & ex eo Ciceronis, de diuin. lib. 1. quem proferam,

Aut cum terribili percuſſus fulmine ciuis
Luce ſerenanti vitalia lumina liquit. & libro ſeptimo Hellenicon apud Xenophontem ſcribitur ἐξ αἰθρίας ἀστραπὰς καὶ βροντὰς λέγουσιν αἰσίους αὐτῷ φανῆναι. *Per purum* igitur Horatius dixit, velut ἐξ αἰθρίας.

Ex lib. 9. cap. 13. Illud, *Plerúmque per purum to-*

C *nantes*

Egit equos. cùm ſcribit, intelligit verum eſſe Iouem tonare: vnde & eius cognomen, quod Epicurei negant. Nam ſi puro ſerenóque cœlo tonat, falſa eſt & inſana Epicureorum ſapientia, qui id ſemper fieri denſis nubibus obducto cœlo prædicant, & vt eſt apud Manilium, lib. 1.

Eripuitque Ioui fulmen viréſque tonanti. Tonitru autem puro cœlo & ſereno fremens, certiſſimum numinis argumentum eſſe, & aliquid certiſſimū portendere cenſebant, vt antè ex Xenophontis exemplo docuimus.

Ex lib. 22. cap. 20. Vt antiqui maxima & certiſſima putabant diuinitatis argumenta habere tonitrua quæ puro & innubilo cœlo fremebant: vnde & Horatius ſcripſit

D *— námque Dieſpiter*
Plerúmque per purum tonantes,
Egit equos celerémque currum. Sic & fulmina, quæ nitido claróque cœlo mittebantur, magnam opinionem diuinitatis oſtendere, & certam præſagij fidem adfirmabant. vt apud Ciceronem, 1. de Diuin.

Aut cum terribili percuſſus fulmine ciuis
Luce ſerenanti vitalia lumina liquit, Eodem modo & Lucanus in prodigiis ciuilibus hoc poſuit

Emicuit cælo tacitum ſine nubibus vllis.
Fulmen.

Ex lib. 29. cap. 29. *Tu grauis curru quaties olympum.* id eſt, tu tonabis ſuprà od. 12. Nam cum tonabat,

nabat, Iouem putabant graui curru cœlo inequitare, Hinc illud, A

námque Dieſpiter
Igni coruſco, nubila diuidens,
Plerúmque per purum tonantes,
Egit equos volucrémque currum.

Od. 35.

ARGVMENTVM.

Ad Fortunam orans, vt ſeruet Cæſarem in Britannos ire meditantem.

O DIVA, *gratũ quæ regis Antium,*
* *Præſens vel imo tollere de gradu*
Mortale corpus, vel ſuperbos
* *Vertere funeribus triumphos:*
Te pauper ambit ſollicita prece
Ruris colonus: te dominam æquoris,
Quicunque Bithyna laceſſit
Carpathium pelagus carina.
Te Dacus aſper, te profugi Scythæ
Vrbéſque, gentéſque, & latium ferox,
Regúmque matres barbarorum, &
Purpurei metuunt tyranni,
Iniurioſo ne pede proruas
*Stantem * columnam: neu populus*
frequens
Ad arma ceſſanteis, ad arma
Concitet, imperiúmque frangat.
Te ſemper anteit ſæua neceſſitas,
* *Clauos trabaleis, & cuneos manu*
Geſtans aëna: nec ſeuerus
Vncus abeſt, liquidúmque plumbum.
Te ſpes, & albo rara fides colit
Velata panno, nec comitem abnegat,
* *Vtcumque mutata potenteis*
Veſte domos inimica linquis.
At vulgus infidum, & meretrix retro
Periura cedit. diffugiunt cadis
Cum fæce ſiccatis amici,
*Ferre iugum pariter * doloſi.*
Serues iturum Cæſarem in vltimos
Orbis Britannos, & iuuenum recens
* *Examen Eois timendum*
Partibus, Oceanóque rubro;
Eheu: cicatricum, & ſceleris pudet,
Fratrúmq;. quid nos dura refugimus
Ætas? quid intactum nefaſti
Liquimus? vnde manus iuuentus
Metu Deorum continuit? quibus
Pepercit aris? ô vtinam noua
*Incude * defigas recuſum in*
Maſſagetas, Arabáſque ferrum.

O DIVA] M. Tull. lib. de natura Deor. 3. B ſub perſona Cottæ ea, quæ à Balbo de diis fuerat diſputata, refellens, & contrà diſſerens, iis Diis reiectis, qui à vetere Græcia confictí ſunt, diique habiti, ea quoque, quæ rerum vim habent, non Deorum è numero, &, pæne dicam, è concilio Deorum tollit, qualia ſunt, mens, fides, ſpes, victoria, ſalus, concordia.: *Aut enim illa* (inquit) *in nobiſmet inſunt ipſis, vt mens, vt ſpes, vt virtus, vt cõcordia: aut optanda nobis ſunt, vt honos, vt ſalus, vt victoria: quarum rerum vtilitatem video: etiam conſecrata ſimulacra: Quare autem in his vis deorum inſit, tum intelligam, cùm cognouero: quo in genere maximè eſt fortuna numeranda, quàm nemo ab inconſtantia & temeritate ſeiunget: quæ digna certè non ſunt Deo* Pindarus autem Fortunam Iouis liberatoris filiam, & ſer- C uatricem vrbium appellans, eius opera naueis in mari, in terra bellum, hominúmque conuentus, & conciones gubernari dicit, atque ita duodecimum carmen Olymp. orditur. Λίσσομαι παῖ Ζηνὸς ἐλευθερίου Ἱμέρ' εὐρυσθεν' ἀμφὶ πόλει σώτειρα τύχα· τὶν γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται θοαὶ νᾶες, ἐν χέρσῳ τε λαιψηροὶ πόλεμοι, κἀγοραὶ βουληφόροι. Non eſt porrò dubium, quin fortunam in Deorum cœtu homines collocarint, ea, quorum cauſas ignorant, fortuitò fieri, magnámque partem rerum humanarum nutu, & arbitrio fortunę gubernari exiſtimantes. Pauſanias ſcribit in Meſſenicis, Bupalum quendam præſtantem templorum ædificandorum, fingendorúmque animalium artificem, primùm Smyrneis Fortunæ D ſtatuam feciſſe, polum in capite ſuſtinentem, & altera manu Amaltheæ cornu tenentem. Idem Achaicis admonet, Pindarum Fortunam vnam è Parcis facere, eámque omnium ſororum potentiſſimam: qua in re ſe illi aſſentiri dicit. Pauſan. verba ſunt. Ἐγὼ μὲν οὖν Πινδάρου τά τ' ἄλλα πείθομαι τῇ ᾠδῇ, καὶ μοιρῶν τε εἶναι μίαν τὴν τύχην, καὶ ὑπὲρ τὰς ἀδελφάς τι ἰσχύειν.

QVÆ REGIS ANTIVM] quemadmodũ ſuprà Od. 18. Nuptunum Tarenti cuſtodem dixit non aliam ob cauſam, quàm quòd illi ea in vrbe templum erat conſecratum: ſic & hoc loco Antium, ait à fortuna regi: proinde ac ſi diceret, fortunam Antio præeſſe, ac præſidere: hoc eſt, Antij coli, ſacrificiiſque ſollennibus placari, vt vrbis cuſtodem. & ita ſæpe M. Tull. loquitur. non

longè abiero. pro lege Man. *teſtórque omneis Deos & eos maximè, qui huic loco, templóque præſident.* appellant autem Græci Deum, qui aliquo in loco præcipuè colitur, & in quo maximè toti ciuitati præſidium eſt conſtitutum, πολιοῦχον.

Præsens vel imo, &c.] id eſt, quæ potes etiam ex infimo gradu, & loco hominè ad ſummum extollere, & contrà è faſtigio rerũ humanarum, & maxima gloria, ad interitum, præcipitem agere. iam hoc genus, *præſens tollere*, tale eſt, qualia ſunt illa, *pertinax ludere*, *durus componere verſus*, *nobilis ſuperare*, & cetera: de quibus dicemus Od. 18. lib. 4. icircò autem præſens pro potente poſitum eſt, vel quòd is, qui præſtò eſt, maiorem vim habet, quàm qui abeſt: vel quòd vſitato loquẽdi more Deos præſenteis appellamus, qui in noſtris dubiis, ac difficilibus temporibus ſtatim nobis auxilium ferunt, aut, qui à nobis coluntur, & oculis cernuntur, vt Sol, & Luna. M. Tull. Tuſcul. 1. *& vſque ad Oceanum Hercules, tantus, & tam præſens habetur Deus.* Terent. in Phorm. *non tu hunc habeas planè præſentem Deum?* Virgil. in Tityro: *Nec tam præſenteis alibi cognoſcere Diuos.* & iterum M. Tull. Catil. 3. de Diis: *tum verò ita præſens his temporibus opem & auxilium nobis tulerunt, vt eos pæne oculis videre poſſemus.* ex eodem fonte manarunt illa, *præſens animus*, *præſens venenum*, *præſens auxilium*, *præſens peſtis*. & fortaſſe aſſentans Auguſto Horatius ambiguè dixit illud epiſt. 1. lib. 2. *Præſenti tibi maturos largimur honores*, vt dicemus ſuo loco. idem Od. 5. lib. 3. *præſens Diuus habebitur Auguſtus*. & Satyr. 3. lib. 2. *Rerecta præda, quam præſens Mercurius fert.*

Vertere funeribus] vertere in funera. ſimilia ſunt his illa, quæ ſunt in Od. ſuperiore de Deo & fortuna: *Valet ima ſummis Mutare, &c.* & quæ Ode 29. lib. 3. *Fortuna ſæuo læta negotio, &c.*

Te pauper. amb. soll. p. rur. colonus] Od. 14. lib. 2. *Siue inopes erimus coloni.* lacessit Carp. pel.] remis impellit, in Carpathio mari nauigat è Bithynia profectus: vel, quod magis probo, ſpeciem pro genere poſitam intelligito.

Profugi Scythæ] eadem ratione hîc profugo Scythas appellat, qua Od. 24. lib. 3. *campeſtres. Campeſtres* (inquit) *melius Scythæ, Quorũ plauſtra vagas rite trahunt domos.*

Purpurei] id eſt, purpurati: purpura collucentes. itaque plus dixit, quàm ſi purpuratos dixiſſet.

Proruas] percellas, euertas. Vtitur hoc verbo & Od. 4. lib. 4. *multa proruet integrum Cum laude victorem.*

Stantem columm.] ſtatum, & incolumitatem imperij: Donat. in Phor. *columnam* hîc poſitum dicit eſſe pro columine imperij.

Neu pop. freq.] néve populus congregatus ſeditionem cõcitet, & quietos ad arma capienda in tyrannum hortetur. hæc autem repetitio *ad arma, ad arma* populi concitati impetum, A & furorem declarat, & pæne dicam, oculis ſubiicit. ἐπαναδίπλωσιν vocant Græci.

Te semper anteit sæva] primùm mendosè legitur in quibuſdam libris, *ſerua neceſſitas*, cùm *ſæua* legendum ſit, vt habent libri manuſcr. Deinde Ariſtoteles lib. 3. de morib. ad Nicomach. quatuor rerum cauſas enumerat φύσιν, ἀνάγκην, τύχην, νοῦν: id eſt, naturam, neceſſitatem, fortunam, mentem. Earum igitur rerum dominam eſſe fortunam, eáſque res eſſe fortuitas arbitramur, quæ neque ſemper, neque plerúmque, neque alicuius rei gratia fiunt, & quarũ cauſæ non ſunt terminatæ, vel quarum cauſas ignoramus, cum eæ cauſæ non ſint neceſſariæ, & cum earum effecta poſſint eſſe, vel non eſſe. quarum B autem rerum cauſæ ſunt nobis quidem incognitæ, & occultæ, ſed neceſſariæ: earum cauſas neceſſitati aſcribimus. Propterea autem, quòd quæ neceſſariò fiunt exploratiora, certiora, ſtabiliora denique ſunt, quàm quæ fortuitò, icircò fortunam anteit neceſſitas. neceſſitatis autem firmitatem, ac ſtabilitatem, declarant claui trabales, cunei, vncus, plumbum. hæc enim omnia ad colligandum, firmitérque continendum valent. Appellant porrò Græci neceſſitatem ἀνάγκην, eámque nonnulli eandem eſſe volunt, atque εἱμαρμένην, id eſt, fatum. Itaque & ſuprà Hor. *lethi neceſſitatem* nominat, mortem, ſeu Parcã, & multis aliis locis vt ad Oden 3. annotauimus. alij neceſſitatem Parcarum matrem faciunt. Plato qui- C dem libro vltimo de Rep. neceſſitati, vt Parcæ, fuſum attribuit, colum, vncum, verticillum. Idẽ in Timæo mundi principium, & originem à neceſſitatis & mentis conſpiratione ducit, mentémque neceſſitati imperãtem dicit plurima eorum, quæ fiunt, modificare, & in quàm optimum habitum fingere, & conformare. Intelligendum eſt autem hæc fuiſſe Antij in tabula, depicta: quæ nunc Horatius nobis pulcherrimis verſibus expreſſa proponit.

Clavos trabaleis] claui trabales, vncus, & cetera, quæ neceſſitati tribuuntur, pertinent vel ad exprimendam neceſſitatis vim ac potentiam, vel potiùs ad ſignificandam firmitatem ac ſtabilitatem. Quemadmodum enim hæc D omnia vel vim afferunt, & adhibentur ad torquendum, & cruciandum: vel valent ad continendum, vinciendum, ac firmandum: ſic neceſſitas primùm quouis impellit inuitos, neq; quiſquã eam effugere, neque domare, neque flectere poteſt: deinde ad perpetuitatem fixa & ſtabilis eſt, adeò vt neque labefactari, neque moueri, neque refigi poſſit. Sunt autem claui trabales, quibus trabes configuntur: quos neceſſe eſt magnitudine præſtare. vnde prouerbium, *clauo trabali figere*. M. Tull. Verrina de ſuppliciis. *Vt hoc beneficium (quemadmodum dicitur) clauo trabali figeret*, id eſt, confirmaret, & conſtabiliret. [Arnobius lib. 2. aduerſ. Genteis, *metus ille vos habet, ne veluti trabalibus clauis affixi, corporibus hæreatis.*] clauos adamantinos attribuit neceſſitati Od. 24. lib. 3. noſter

ſter Horat. *Si figit adamantinos Summis verticibus dira neceſſitas Clauos : non animum metu, Non mortis laqueis expedies caput.* neceſſitate autem nihil eſſe potentius cùm alij multi, tum Euripides ait in Helena his verbis. λόγος γὰρ ἐστὶν οὐκ ἐμός, σοφῶν δ' ἔπος, Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον.

ET CVNEOS MANV GEST.] cuneis inſertis non ſolùm res perrumpuntur, & ſinduntur, vt lib. 1. Georgic. *Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum* : & Tuſcul. 2. *Hos ille cuneos fabrica crudelis inferens, Perrupit artus* : ſed etiam continentur, vt intelligere licet ex Vitruuij lib. 10. cap. 10.

VNCVS] vnco vtebantur antiqui ad cruciatus, & maleficiorum pœnas. M. Tull. Philipp. 1. *vncus impactus eſt fugitiuo illi.* Sueto. in Tiber. *Putant Neronem ad voluntariam mortem coactum; cùm ei carnifex, quaſi ex Senatus auctoritate miſſus, laqueos, & vncos oſtentaret.* Iterum M. Tull. in orat. pro C. Rabirio. *nos à verberibus, ab vnco, à cruce denique terrore neque res geſtæ, neque acta ætas, neque noſtri honores vindicabunt?* [Arnobius lib. 1. aduerſus genteis *carnifices, vnci,* aliique innumeri cruciatus.] vtebantur olim vncis etiam ad aſtringendum & continendum plumbo liquido addito, itémque nos hodie vtimur. ſunt autem tales vnci, hami quidam ferrei, quibus ſaxa & cementa firmiſſimè inter ſe deuinciuntur & continentur, præſertim plumbo adiecto. Vitruuius anſas appellat lib. 2. cap. 8. *Quòd ſi quis noluerit in id vitium incidere, medio cauo ſeruato ſecundum orthoſtratas intrinſecus ex rubro ſaxo quadrato, aut ex teſta, aut ſilicibus ordinariis ſtruat bipedaleis parietes, & cum anſis ferreis & plumbo frontes vinctæ ſint.* Arnobius lib. VI. *Quid miſerius his eſſe, aut quid infelicius poterit, quàm ſi eos in baſibus ita vnci retinent, & plumbeæ vinctiones.* [Idē eodem libro ſuprà, non longè à ruinorum caſibus & diſſolutionis metu ſubicudib. & catenis, vncis, atque anſulis retentari.] liquidum autem plumbum ad tenacitatem, & vinctionem plurimum valere declarat etiam Eurip. his verſibus. Κάθησ' ἑδραία, καὶ γὰρ εἰ πέριξ σ' ἔχει Τηκτὸς μόλυβδος, ἐξαναστήσω σ' ἐγώ : id eſt, ſedeto ſtabilis & firma. Nam etiam ſi te circum deuinctam continebit liquidum plumbum, ego te è loco excitabo, & emouebo.

TE SPES] Nota eſt illa Heſiodi de Pandóra, eiúſque dolio fabula : quam cùm Epimetheus domum recepiſſet, doliique operculum remouiſſet, innumerabilis illa malorum colluuio, quę in dolio incluſa continebatur, erupit, & ab eo vſque tempore in omneis terrarum parteis diſperſa, ac diſſipata, homines aſſiduè exagitat, vexat, excruciat ſpes ſola dolio, priuſquam & ipſa cum aliis euolaret, obturato, remanſit, vt hæc eſſet humanarum miſeriarum ſolatium, & leuamen. Itaque non temerè cum Fortuna in illa tabula, pingebatur. ſignificabat enim pictura, hominesque in aduerſa fortuna, ſpe ſola ſuſtentari, tanquam maximo, & vnico incommodorum, & dolorum ſuorum alleuamento. Verſus Heſiodi ſunt hi : Μούνη δ' αὐτόθι ἐλπὶς ἐν ἀρρήκ-

A τοισι δόμοισιν Ἔνδον ἔμιμνε, πίθου ὑπὸ χείλεσιν, οὐδὲ θύραζε Ἐξέπτη· πρόσθεν γὰρ ἐπέμβαλε πῶμα πίθοιο, &c. Atque ad hanc, opinor, fabulam reſpiciens Theognis, ſpem ſolam in terris cum hominibus remanſiſſe deam præſentem, & propitiam : ceteros Deos, ac Deas in cœlum abiiſſe dicit, Ἐλπὶς ἐν ἀνθρώποισι μόνη θεὸς ἐσθλὴ ἔνεστιν, Ἄλλοι δ' Οὔλυμπόνδ' ἐκπρολιπόντες ἔβαν. hoc igitur ſignificat Horat. ſpem & fidem aſſiduas aduerſæ fortunæ comites, ac ſocias eſſe : ſpem, quia fortis, & animoſi eſt in rebus afflictis ſperare : nam (vt ait Theocritus) viuorum eſt ſperare, mortuis autem nihil reliquum eſt, quod ſperent : ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι

B δὲ θανόντες : fidem, quia veri, & fideles amici nūquam, ne fortuna quidem aduerſante, ac reflante, deſerunt : ſed vel amicis opitulantur, vel eorum miſeriam, propè æquè dolendo, faciunt leuiorem : aſſentatores autem, paraſiti, ſcurræ, lenones, meretrices ſtatim, vt aliquid aduerſi incidit, diffugiunt, neque à ſe impetrare poſſunt, vt rerum aduerſarum onus pro ſua parte ferant.

ET ALBO RARA FIDES, &c.] Seruius in illum Virgil. verſ. Æneid. 1. *Cana fides & Veſta Remo cum fr. Quir.* hæc annotat : *Cana fides vel quòd in canis hominibus inuenitur, vel quod ei albo panno inuoluta manu ſacrificatur : per quod ſignificatur, fidem oportere eſſe arcanam, tectam & velatam.* Vnde Horat. *Te ſpes & albo rara fides, &c.* Idem ferè no-

C tat ad illum locum, *raptas ſine iure Sabinas Conſeſſu caueæ magnis circenſibus actis, &c.*

NEC COM. ABN. VTCVMQVE, &c.] id eſt, nec te comitem aſpernatur, vel nec ipſa tibi comes eſſe recuſat, quandocumque tu fugis, & deſeris eos, quos anteà coluiſti, ac beaſti, id eſt cū tu commutaris, & ex amica, & ſecunda, fis inimica, & aduerſa. ſignificat, viros bonos, & fideleis amicos non deſerere amicum olim florentem, nunc miſerum fortuna commutata, & rebus cōuerſis. per *fortunam abeuntem*, & aufugientem, ſignificatur aduerſa : per *manentem*, ſecunda, vt Od. 29. lib. 3. *Laudo manentem : ſi celereis quatit Pennas, reſigno quæ dedit* : ad quem locum plura exempla afferemus.

AT VVLG. INF. ET MERETR.] At vul-

D gus, & infideles amici diffugiunt, te mutata. Bōfinis autem omnium, qui vnquam fuerunt, corrector, & ineptiſſ. & audaciſſ. malè hîc, *&* pro, *at*, reponit.

DIFFVG. CADIS CVM FÆCE] ἀλληγορία eſt. ſignificat autem Horat. infideleis amicos, & eos, qui emolumentum ſequuntur in amicitia, rebus amicorum accisis, & afflictis, diuitiisque vel conſumtis, atque exhauſtis, vel caſu aliquo amiſſis, atque ereptis, diffugere. Huc pertinet Græcorum prouerbium ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία, id eſt, feruet olla, viuit amicitia. eodem Petronij Arbitri verſus : *Si fortuna manet, vultum ſeruatis amici : Cum cecidit, turpi vertitis ora fuga. Grex agit in ſcena mimum : pater ille vocatur : Filius hic, nomen diuitis ille gerit. Mox vbi ridendas incluſit pagina*

parteis, Vera redit facies, diſsimulata perit. [Porrb autem Xenophon lib. 4. de rebus Græcorum, Non eſt mirum (inquit) in rebus ſecundis aliquos fideleis reperiri: at vbi aliqui in eorum rebus aduerſis conſtantes & firmi reperti fuerint, qui antea fuerint amici, hoc in perpetuum hominum ſermone celebratur, & memoriæ hominum ſempiternæ mandatur. ſic Xenophon. καὶ γὰρ τὸ μὲν ἐν ταῖς εὐπραξίαις πιστοὺς φαίνεσθαι, οὐδὲν θαυμαστόν· ὅταν δὲ τινὲς ἐν συμφοραῖς γενομένων φίλων βέβαιοι φανῶσι, τοῦτ' εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον μνημονεύεται.].

Ferre ivg. pariter dol.] *doloſi ferre* iugum, vnum eſt ex iis loquendi generibus, quę à Græcis mutuatus eſt Horatius: de quibus alibi. doloſi igitur ferre, id eſt, doloſi in ferendo pariter cum amicis calamitate affectis, iugo. quod ſimile eſt, ac ſi diceret: in ſecunda amicorum fortuna ſuperiora omnia habere, aut omnium commodorum participes eſſe volunt: in aduerſa autem, calamitatis partem ſubire nolũt. tranſlatio eſt à bobus iunctis. non vacat autem dolo is, qui in ſocietate, lucri partem æqualem, aut etiam maiorem ſibi depoſcit: damni verò ſi quid incidat, id ne minima quidem ex parte ad ſe pertinere velit. Sed verùm eſt, quod & hîc ait Horatius, & Nem. εἰδ. ἰῶτ. Pindar. paucos reperiri in laboribus, & periculis fideleis. verba Pindari ſunt hæc, quibus conſentanea ſunt hæc Horatiana: Παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν καμάτων μεταλαμβάνειν. Nam quale eſt hoc, quod dixit Horat. *doloſi ferre*, tale eſt illud Pindaricum, παῦροι πιστοὶ μεταλαμβάνειν. Horat. *iugum*, Pindar. καμάτων. Theognis hanc eandem ſentẽtiam ſæpe iterat. Vno & altero exemplo erimus contenti. Εὖ μὲν ἔχοντος ἐμοῦ πολλοὶ φίλοι· ἢν δέ τι δεινὸν Εγκύρσῃ, παῦροι πιστὸν ἔχουσι νόον, & alibi, Παύρους εὑρήσεις Πολυπαΐδη ἄνδρας ἑταίρους Πιστοὺς ἐν χαλεποῖς πρήγμασι γιγνομένους, Οἵ τινες ἂν τολμῷεν ὁμόφρονα θυμὸν ἔχοντες Ἴσον τῶν ἀγαθῶν, τῶν τε κακῶν μετέχειν. Πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιος εἰσὶν ἑταῖροι, Ἐν δὲ σπουδαίῳ πράγματι παυρότεροι.

In vltimos Orbis Brit.] Virg. Tit. *Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.*

Et ivvenvm recens Examen] exercitum ex iuuenibus conflatum. Examen de apibus propriè dicitur. transfertur autem ad alia, vt hîc, & Ode 2. epod. *Poſitóſque vernas ditis examen domus.*

Eoïs timenn. Partib. Oceanóqve] ſerua (inquit) exercitum populi Rom. formidoloſum partibus ſolis orientis, eique mari, quod ad orientem ſpectat. nonnulli Oceanum rubrum poſitum eſſe volunt, ad ſignificandam eam mundi partem, quæ ſita eſt ad ſolem occidẽtem: à quibus diſſentio. hoc enim ſignificat Horatius, ſe precari, vt, quemadmodum hic exercitus metuendus eſt partibus & mari ſolis orientis: puta Perſis, Medis, Parthis, Arabibus: ita ſit hor-

A ribilis Britannis, qui oram mundi ſoli occidenti propinquam incolunt: aduerſus quos hunc exercitum ductutus ſit Auguſtus.

Ehev cicatricvm, &c.] cur pudet? quia turpia ſunt vulnera in bello ciuili accepta. Qui hîc tuentur neſcio quam ſcripturam antiquam, *Heu, Heu, cicatr. & ſcel. p.* nihil de eis grauius dicam, quàm quòd in ſole caligantcis oculos habent.

Et sceleris] ſcelus eſt enim ciuem interficere, & bellis ciuilibus intereſſe.

Fratrúmqve ciuium. vel dic propriè, conſanguineorum, & germanorum. eueniebat enim interdum, vt duo fratres contrariarum eſ-

B ſent partium.

Qvid nos dvra refvg. Ætas?] ætas annorum triginta ſpatium continet, vt infrà dicemus. Bella autem ciuilia à Sylla, Mario, Octauio, Cinna, iterum Sylla & Mario, Carbone, Pompeio, Cæſare geſta in triginta annorum ſpatio vertuntur. Conſecuta ſunt Octauiani, M. Antonij, Bruti & Caſſij tempora. Itaque bella ciuilia ad alteram ætatem peruenerunt ac permanarunt, vt idem ait Ode 16. epod. *Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas.* hoc igitur dicit Horatius. A quo maleficio aut ſcelere refugerunt huius ætatis homines? quid eſt tam nefarium, quod non admiſerint? quas aras non violarunt?

Metv deorvm] metum deorum hîc pro cultu deorum, ſeu pietate, & religione ad-

C uerſus deos, quam εὐσέβειαν Græci appellant, poſuiſſe videtur. nam propriè metus deorum in vitio locum babet, & vituperatur. Eſt enim ſuperſtitio, & vitioſa religio, quam δεισιδαιμονίαν appellant Græci, id eſt, metum ſeu timorem deorum vt Satyr. 3. lib. 2. *Quóne malo mentem concuſſas? timore deorum.*

O vtinam nova Incvde defsigas recvsvm] ego hunc locum in omnibus libris & impreſſis & manuſcriptis corruptũ, litteris leuiter immutatis, olim ſic reſtituendum putaueram, *O vtinam noua Incude deſtringas recuſum In Maſſ. &c.* Vulgata enim lectio *diſſingas*, planè corrupta erat. nam diſſingere eſt diſſoluere, & demoliri, vt Od. 29. lib. 3. *neque Diffinget, infectúmque reddet, Quod fugiens ſemel hora vexit.*

D quod huic loco non conuenit. diſtringere autem ferrum cùm aliis optimis linguæ Latinæ auctoribus valdè vſitatum eſt, tùm Horatio. M. Tull. offic. 3. *At ille, vt ingreſſus eſt, confeſtim gladium deſtrinxit.* Idem in Catil. 3. *idémque gladios in remp. deſtrictos retudimus.* Horat. Ode 1. lib. 3. *Deſtrictus enſis cui ſuper impia Ceruice pẽdet, &c.* & Sat. 1. lib. 2. *quem* (enſem) *cur deſtringere coner? &c.* prætereà illud alterum verbum, *retuſum*, quod erat etiam corrptum, emendauimus, & *recuſum*, ſubſtituimus. Erat igitur huiuſmodi horum verborũ ſententia. O vtinam deſtringas ferrum in Maſſagetas & Arabas, & ceteros hoſteis populi Romani noua incude recuſum, id eſt, poſteaquam noua incude fuerit recuſum. eſt enim bellis ciuilibus, & cor-

& corporibus ciuium Rom. retuſum. Sed nunc poſteaquàm aduerſaria mea relegi, in quibus nntatom mea manu reperi, in cndice Ful. Vrſini ſcriptum fuiſſe *defigas*, eodèmque modò Caoterium in alio codice item manu ſcripto, legiſſe audiui: ſcripturam veterem coniecturæ meæ antepono, & ſic io omoibus exemplis repnoendũ cenſeo. quod ad vocem *recuſum* attinet ſententiam non mutn. Nam *retuſum* nullo modo ferri poteſt. Iam quòd Adr. Turneb. vulgatam lectioo em *diffingas* tueri conatur, & *diffingas* ita explicar, aliter fingas, nnn pnbn. Nihilominus quòd Pſeudoporphyrio, *diffingas* interptetatur, *redacuas*. Nam neque Porphyrioi hoc venit vnquam in mentem, neque à qunqun emunctæ naris homine ferri poteſt: cùm, *diffingere*, vt dixi, ſit, id, quod cuſom, ictum, & fabricatum eſt, deformare, corrumpere, atque interimere: qui deintegro autem enſem acuar, noo perimat, ſed reparet, ac reſtitoat. Præterea ſi daremus (quod tamen oon poſſumus) diffingere, eſſe reparare reficere, atque vt ita dicam, refabricari, nónne ioeptiſſimus eſſet hic ſermo: ô vtinam reficias enſem, ſeu redacuas ferrum, quod cæde ciuium retuſum eſt, in Maſſagetas & Arabas? nnnne elegantia Horatiana indigniſſimus? Pnſtremo quid ſibi vult illud reacuere, ſeu redacuere ferrum noua iocude? noua cote diceret pntius. Omnino nihil hac explicatiooe pinguius fingi poteſt.

A

B

C

TVRNEBVS.

Gratum) vel charum fortunæ: vel iucundum Romanis propter amœnitatem. Itáq; principes Romani eò libenter ſedebant: & eò imperij ſedem transferre Nero cogitauit, Priorem ſententiam magis pnbo.

Bithyna) quòd ab illa regione magna mercatorum commercia erant. alin loco, *Thyna merce beatum. Profugi Scythæ*) quidam fugiendo præliantes interpretaotur, *Alij ab orbe tanquam ſepoſitos & remotos*: Ego pntius putem eſſe profugos, qui ſtatam ſedem nnn habeant. vt alio loco,

Campeſtres melius Scythæ
Quorum plauſtra vagas ritè trahunt domos. D

Clauos trabales) grandes. quomodo, trabale telum dicimus. Neceſſitati clauns tribuit quibus omnia figit & firmat. Infrà, Od. 24. lib. 3.

Si figit Adamantinos
Summis verticibus dira neceſſitas

Clauos: Et cuneos manu Solent enim iis, quæ nectuntur, vinciuntur, ligantur, vt adſtringantur arctius inſeri cunei. Cicero. 2. Tuſcul. *Hos ille cuneos fabrica fidelis inſerens, Perrupit arcus*. Platn in Timæo, οὐ τοῖς ἀλύτοις, οἷς αὐτοὶ συνείχοντο δεσμοῖς, ἀλλὰ διὰ σμικρότητα ἀοράτοις πυκνοῖς γόμφοις συντήκοντες. Quod Cicero vertit crebris tanquam cuneolis illiquefactis & in Phædone, ὅτι ἑκάστη ἡδονὴ καὶ λύπη, ὥσπερ ἧλον ἔχουσα προσπερονᾷ καὶ προσηλοῖ αὐτὴν πρὸς τὸ σῶμα.

Vncus abeſt) quo trahebantur nocentes; hic quo neceſſitas nos trahit inuitos.

Liquidumque plumbum) quia ſæpè ad nexus firmitatem vncos ferreos & anſas illiquefacto plũbo annectimus. Vitruuius.

Velata panno) quòd ex inſtitutione, vt opinor Numæ velati albo amictu flamines fidei rem diuinam facerent, mano etiam ad digitos inuoluta. Semper autem in ſacrificijs albati erant.

At vulgus infidum) non quemadmodum fides te ſequitur ſemper: ita ſemper vulgus amicos ſequitur, quos mutata fortuna deſerit.

Diffingas) aliter fingas aliter fabrices, aliter cudas. Alio loco. *Nihil hic diffingere poſſum*, id eſt, mutare, aliter fingere. Quanquam vtroque in locn etiam Diffindere reperitur.

Ex lib. 9. Aduerſ. cap. 14. Horatius anteambulatricem fortunæ dicit eſſe neceſſitatem, fnrtunæ dominatum & potentiam cnnſtituens, quòd quicquid ei collibuerit, nulla vis taota ſit, vt impedire pnſſit. Clauns autem trabales pereleganti fictione & conceptione tribuit neceſſitati, quibus omnia figat firmétq; & retineat. Suot autem grandes claui, quibus trabes coofiguntur, At trabale telum in Marone, lib. 2. æneid. inſtar trabis magnum eſt. Noo exiſtimn autem de tormentis & cruciatibus iſta explicanda eſſe, quod videtur interpretibus. Cuoeis quoq; ioſertis ad arctius aliquid adſtringendum vtebantur. Cic. 1. Tuſc. *Hos ille cuneos fabrica fidelis inſerens, perrupit artus*. Platn in Timæo, οὐ τοῖς ἀλύτοις, οἷς αὐτοὶ συνείχοντο δεσμοῖς, ἀλλὰ διὰ σμικρότητα ἀοράτοις πυκνοῖς γόμφοις συντήκοντες. quod Cicero de vniuerſit. vertit, *crebris tanquam cuneolis illiquefactis*. & in Phædone. ὅτι ἑκάστη ἡδονὴ καὶ λύπη, ὥσπερ ἧλον ἔχουσα προσπερονᾷ καὶ προσηλοῖ αὐτὴν πρὸς τὸ σῶμα. At verò, vncus ſeuerus, hamus eſt & anſa ferrea coagmenta rerum tenaciter & aſperè retinens liquido plumbo addito. Vitruuius, lib. 8. cap. 2. *anſis ferreis & plumbo frontes vinctæ ſint*. Nam ad nexus firmitatẽ ſæpenumerò ferreos vncos plumbo illiquefacto ad perpetuitatem hæſuros tenaciter operibus & fabricis adijciunt. De illo plumbo ſcripſit Euripides,

κάθησ᾽ ἑδραία· καὶ γὰρ εἰ πέριξ σ᾽ ἔχει
τηκτὸς μόλυβδος, ἐξαναστήσω σ᾽ ἐγώ.

Inquit Horatius,

Te ſpes & albo rara fide colit

Velata panno. Quod ita accipio, fortunam antecedit neceſſitas, ſequitur & cnmitatur ſpes & fides, nec eam vſquam deſerunt, quocumque ſe conferat, quamuis veſte mutata ſeſe diſſimulet: non tamen vt fides & ſpes aſſectatrices tuæ perpetuò ſuot, item vulgus amicos perpetuò ſequitur, quos mutata ſemper fnrtuna deſerit. Cæterum quidam putant conſtruendum quod ſequitur huoc io modum. Amici pariter doloſi diffugiunt iugum ferre, vel pariter iugum ferre, id eſt, nnluot eſſe conſortes aduerſæ fortuoæ, vt ſecũdæ: Ego putẽ dici dnloſos pariter iugũ ferrẽ

quì non ſincerè ſe conſortes prębent, neque bona fide, ideóque in rebus aduerſis deſerunt: Eſtque tranſlatio à iumētis. Porrò in carminis clauſula quod accinitur. *deſſingas retuſum*, valet, aliter fingas.

Ex lib. 23. Aduerſ. cap. 28. Quod in Horatio explicaui ſeuerum, vncum, & liquidum plumbum de pœnis intelligendum non eſſe, ſed de rerum coagmentis & vinculis, confirmatur auctoritate Arnobij verba ipſa Horatij vſurpantis & eius ſententiam explicantis. Li. 6. aduer. Gentes. *Quid miſerius his eſſe aut quid infelicius poterit, quàm ſi eos in baſibus ita vincire tinent & plumbea vinctiones.*

IN HONOREM Pomponij Numidæ.

Od. 36.

ARGVMENTVM.

Ob Numidæ reditum gaudio exſultat.

ET thure, & fidibus iuuat
Placare, & vituli ſanguine debito
Cuſtodes Numidæ deos:
Qui nunc Heſperia ſoſpes ab vltima
Caris multa ſodalibus,
Nulli plura tamen diuidit oſcula,
Quàm dulci Lamiæ, memor
Actæ non alio rege puertiæ,
Mutatæque ſimul togæ
Creſſa ne careat pulchra dies nota:
Neu promtæ modus amphoræ,
Neu morē in Salium ſit requies pedū:
Neu multi Damalis meri
Baſſum Threïcia vincat amyſtide:
Neu deſint epulis roſæ:
Neu viuax apium, neu breue lilium.
Omnes in Damalin putreis
Deponent oculos: nec Damalis nouo
Diuelletur adultero,
Laſciuis ederis ambitioſior.

ET THVRE] thus ſemper adhibetur in ſacrificiis, vt ſuprà, Od. 19. *Verbenas pueri ponite, thuráque, &c.* & 30. *& vocantis Thure te multo Glyceræ decoram Transfer in ædem.*

PLACARE] placare deos, iratos futuros, niſi eis ſacrificia promiſſa perſoluantur. de arte poët. *vinóq; diurno Placari Genius feſtis impune diebus.*

A SANGVINE DEBITO] debito vel voti, vel officij cauſa. vt Od. 6. lib. 2. *ibi tu calentem Debita ſparges lacryma fauillam Vatis amici.*

HESPERIA VLTIMA] epithetum, vltima, diſtinguit eam Heſperiam, quæ pro Italia ponitur, ab Heſperia, quæ eſt ad Occidentem verſa. Nam aliàs per Heſperiam etiā apud hunc poëtam, Italia ſignificatur, vt Od. 6. li. 3. *Dij multa neglecti dederunt Heſperiæ mala luctuoſa.* & Od. 5. li. 4. *Longas ô vtinam dux bone ferias Praſtes Heſperiæ.*

SOSPES] ſaluus, & incolumis.

NVLLI PLVRA TAMEN, &c.] Nulli tamen plura tribuit, aut impertit oſcula, quàm Lamiæ.

ACTÆ NON ALIO REGE.] memor pue-
B ritiæ eodem rege traductæ. id eſt, eodem magiſtro, ac doctore, ſeu eodem & communi amico potentiore: vt epiſt. ad Mæcen. 2. lib. 1. *réxque patérque Audiſti coram.* & ad Scæuam: *Coram rege ſuo de paupertate tacentes Plus poſcente ferent.* idem valet potens amicus, vt epiſt. ad Lol. li. 1. *tu cede potentis amici Lenibus imperiis.* & Ode 18. *nec potentem amicum Largiora flagito.* ſic paraſitus apud Plautum in Aſinaria regem eum appellat, à quo alitur. *Nam ni impetro, regem perdidi. ex amore tantum eſt homini incendium.* itémque in Menæchmis. Ego igitur hæc verba, *non alio*, ſic accipio, vt ſignificent, Pompeium Numidam & Lamiam eodem & communi rege, id eſt, potenti, ſeu magno amico, qui hîc non nominatur, vſos eſſe, ſeu eodem magiſtro ac
C doctore; quod probabilius eſt, atq; ita Turnebo videtur: alij, vt dicat Horat. Lamiam Numidæ regem fuiſſe: à quibus diſſentio.

MVTATÆQVE SIMVL TOGÆ.] cùm eſſent æquales, eodem tempore togam virilem ſumſerunt.

CRESSA NE CAREAT] Creſſa nota, id eſt, alba, à Creta inſula ex quo nomine, Creſſus, Cretenſis, Creticus. Neque verò referendum eſt hoc ad Cretenſium morem, quo Acro & Porphyrio eos ſolitos ait dies lætos albis lapillis notare, & contrà, &c. Thracum enim fuit hæc cōſuetudo, qui (vt ſcribit Plinius lib. 7.) eos dies, quibus ſecunda fortuna eſſent vſi, iucundéque & beatè vixiſſent, albo lapillo notabant, nigro
D contrarios; ſed Creſſa idem valet, quod alba, ſeu candida, vt dixi: & Creta non ſolùm inſulæ nomen eſt: ſed etiam lutum illud album ſignificat, quo vtebantur ceræ loco Græci Aſiatici ad obſignandas litteras & priuatas, & publicas, propterea quòd in Creta magna eſt talis luti copia. Cic. pro Flacco: *Hæc quæ eſt à nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa Aſiatica, qua vtuntur omnes in publicis, & priuatis litteris.* Hoc igitur dicit Horat. notetur hic dies candida nota, vt verè felix & fauſtus. ſic Catull. ad Leſbiam. *O lucem dignam candidiore nota.* & fortaſſe idem Catull. *ſoles candidos* appellat dies candida nota notandos, vt Horat. contrà ſat. 9. lib. 1. *nigrum ſolem*. niſi fortè alia ratione dictum eſt *nigrum ſolem*, vt videbimus ſuo loco.

NEV

A NEV PROMTÆ MOOVS,] &c. néve modus adhibeatur in bibendo, promere & depromere vinum, & vini amphoras, Latinis ſcriptoribus vſitatum eſt loquendi genus. Ode 21. lib. 3. *Deſcende Coruino iubente Promere Languidiora vina.* & 28. eiuſd. lib. *promere reconditum Lyde ſtrenua Cæcubum.* & infr. Ode prox. *Antehac nefas depromere Cæcubum.* & Plaut. in milit. glor. *Promſiſti tu illi vinum? L V C. non promſi.* Quidam libri habent vbique *Nec*, pro *Neu*.

NEV MOREM IN SALIVM] neu ceſſemus Saliorum more ſalire, ſeu potius ſaltare. Ode 1. lib. 4. *In morem Salium ter quatient humum.* Virgil. li. 8. *Hinc exſultanteis Salios, nudóſque lupercos.* Erant autem Salij, Martis Gradiui ſacerdotes à B Numa Pompilio inſtituti, qui certis anni temporibus carmina cantabant cum tripudiis & ſaltibus ſollennibus: de quibus qui plura ſcire volet, legat Dionyſ. Halicar. lib. 2. Salium autem quarti caſus eſſe numeri ſingularis, non patrij in numero multitudinis eſſe puto, ab adiectiuo (vt grammatici vocant) Salius, a, um: vt à Sulpicio ſubſt. adiectiuum facit Od. 12. li. 4. *Qui nunc Sulpicius accubat horreis.*

NEV MVLTI DAM. MERI] id eſt, néve Damalis puella bibaciſſima, certantibus inter ſe vino conuiuis, Baſſum vincere contendat bibendo aut magnitudine poculorum, ſed cum Numida certet potiùs. ſic dictum eſt autem ab Horat. *Damalis multi meri*, vt à M. Tull. *homo non multi cibi, ſed multi ioci.* in epiſt. vltima lib. 9. ad Pa- C pirium Pætum. De huiuſmodi certamine ſacetè in quendam Falcidium Cicero pro Flacco: *Magnum erat ei certamen propoſitum, magna cum Græcis contentio: qui tamen (vt opinor) iacent victi. Nam iſte vnus totam Aſiam magnitudine poculorum, bibendoque ſuperauit.*

BASSVM THREÏCIA VINCAT AMYSTIDE.] Amyſtidem poculi genus fuiſſe quidem dicunt ἀπὸ τοῦ ἀμυστὶ πίνειν, id eſt, ab eo, quod eſt, hauſtim, & labris non clauſis bibere. μύζω enim eſt muſſare, ſugere, os & labra claudere quòd ſi quis ἀμυστίδα, ſeu ἄμυστιν talem compotationem intemperatam, & barbaram intelligi malit, ei libentius aſſentiar. vtitur D hoc nomine Anacr. ἄγε δὴ φέρ' ἡμῖν ὦ παῖ Κελέβην, ὅπως ἄμυστιν Προπίω & Euripid. ſeu Artit. in Cyclope: ἐδέξατ', ἐξέσπασεν ἄμυστιν ἑλκύσας. [id eſt, accepit, hauſit poculū illud Thraciū, & ebibit. & Callimachus apud Macrob. li. 3. c. 21. καὶ γὰρ ὁ Θρηΐκιην ἀπανήνατο χανδὸν ἄμυστιν ζωροποτεῖν, ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ. Id eſt, Ille enim Thracium poculum patente ore ebibere recuſauit, paruo autem poculo delectabatur.] Ex quo fit ἀμυστίζειν, quod valet, ſine reſpiratione, & vno quaſi ſpiritu bibere. Plutarc. συμποσ. li. γ. κεφ. ε. Τοὺς γὰρ ἀθρόως καὶ ἀπνευστὶ πίνοντας, ὅπερ ἀμυστίζειν ὀνομάζουσι, παλαιοὶ ἥκιστα φασὶ περιπίπτειν μέθαις. id eſt, eos enim qui vno hauſtu & ſine reſpiratione bibunt, quod ἀμυστίζειν nominatur, veteres aiunt minimè eſſe ebrietati opportunum. [Threicia antem, qua vtebantur Thraces homines vinoſi & vinolenti, ſuprà Od. 27.]

NEV DESINT EP. ROSÆ, NEV VIVAX AP.] ſic & Od. 3. lib. 2. roſæ. & vnguenta in conuiuio adhibentur. *Huc vina & vnguenta, & nimium breueis Flores amœnæ ferre iube roſæ.*

VIVAX] quod diu viret. Theocr. ὕλα καὶ θάλλοντα σέλινα. verborum gratiam viuacem dixit epiſt. ad Piſones: *Nedum ſermonum ſtet honos, & gratia viuax.* contrà *breue lilium* idem Horat.

PVTREIS DEP. OC.] id eſt, omnes alij præter Numidā, putreis in Damalin oculos declinabunt, & claudent ſomno occupati, & obdormiſcent, neque quantumuis eius amplexum B concupiſcant, ea potientur, ſed eos Veneri intentos ſomnus auferet. *deponent oculos*, id eſt, demittent & declinabūt palpebras ſomno oppreſſi: *putreis in Damalim* autem, id eſt, vel amore & cupiditate Damalis fractos, vel ebrios. licet etiā coniungere verbum *deponent* cum hoc, *in Damalin*: vt ſit *deponent oculos in Damalin* tanquam onus, putreis autem, id eſt, libidine fractos, libidine natanteis, ſeu colliquefactos, vt apud Theocr. εἰδ. α. Τάκεαι ὀφθαλμώς, ὅτι τὰς μετὰ κόρας χορεύεις. i. colliqueſiunt tibi oculi, quia cū eis non ſaltas. Sic Plaut. Curgul. *Propino magnum poculum. ille ebibit, caput deponit: condormiſcit.* Idem Moſtell. *Ecce autem hic depoſiuit caput, & dormit: ſuſcita.* Iam iis, C quibus ſomnus obrepit, *Brachia palpebræque cadunt poplitéſque procumbunt*, vt ait Lucretius lib. 4. Licet etiam interpretari *deponent*, condent, & quaſi ſepelient. Nam depoſiti dicuntur, deplorati, & quaſi deſperati. Cæcilius, *Depoſitus modo ſum animo, vita ſepultus ſum.* Virgil. li. 12. *Ille vt depoſiti proferret fata parentis.* ſic depoſitam rempub. dixit M. Tull. actione 1. notauit Aſconius, & Nonius. Sic & Arnobius vſurpat depoſitum corpus lib. 1. aduerſ. genteis. *Vnus fuit è nobis, qui depoſito corpore innumeris ſe hominum pro vita in luce detexit?*

ADVLTERO] amatore, vt ſuprà diximus Od. 33. nouo autem, videlicet Pomponio Numida.

LASCIVIS EOER. AMB.] ambitioſam D hoc loco accipe, bracchia collo implicātem, cūplectentem. ſic Ode 15. Epod. *Arctius, atque ederà procera aſtringitur ilex Lentis adhærens brachiis*, & Catull. de Iuliæ & Manl. nuptiis. *tenax edera hac & hac arborem implicat errans.* Sic contrà ambitioſi homines dicuntur nimis amplecti plebem, qui plebem largitionibus corrumpunt, & qui regnū appetunt. M. Tull. in orat. pro Milone de Sp. Melio.

TVRNEBVS.

ACTÆ *non alio*) Eundem magiſtrū habuerat. Et æqualis eodē tēpore veſtē virilē ſūpſerat: Regē enim magiſtrum appellare videtur.

Creſſa) creta non carbone notanda, quam creſſam vocat, quia hoc genus terræ nomen à Creta inſula habet. Id autem factum à Thracibus fuiſſe Plinius ſcribit: quo nonnulli ſunt adducti, vt hic

Threſſa legerent.

Neu multi Dam. meri) Multi meri dixit, vt multi cibi fuiſſe quendam imperatorem ſcripſit Suetonius, ἄμυστις autem genus potãdi eſt, cùm ſe magnis poculis mutuò inuitant. Quod dicebant ἀμυστίζειν. Quod cùm facere ſolerẽt Thraces, Idcircò προπόσιν θρακίαν dicebant. Sed & ex Scytharum moribus σκυθικὴν πόσιν. Ne baſſum ad potandum prouocet: ne Numidam ad Zelotypiam ſtimulet.

Viuax apium) Apio vtebantur in coronis non ſolùm ſacrorum certaminum Græci: verùm etiã conuiuiorum Romani. Infrà,

In Damalim putres) Omnes in eius amorem ſoluti erunt, nemo tamen alius quàm Numida ea potietur. putris, ſolutus. quod in terra potiſſimum dicebatur. Virgilius,

--- *& Zephyro putris ſe gleba reſoluit.* id eſt, laxata & ſoluta. Alio loco, *Et cui putre ſolum, namque hoc imitatur arando.* id eſt, optima terra eſt ſoluta. Nã cùm aramus, ſolutam reddere conamur. Perſius eodem, quo Horatius modo locutus eſt: ille in Venerem eſt putris. *Deponent oculos*) Qui Damalim deperibunt, obdormiſcent. Plautus, vt me deponat vino, eam affectat viam. Alio loco, Ille ebibit, caput deponit *Ambitioſior*) magis ſuis ambitios brachiis & amplectens, quàm laſciua & ſequax hedera, arbores.

Ex aduerſ. li. 19. c. 3. Vide ſupra od. 15. quæ ad ſcripta ſunt ex eod. lib. 19. cap. 3.

Ex lib. 9. cap. 14. *Acta non alio rege pueritia.*

Mutataq́; ſimul toga. cùm ſcribit, eos æquales eſſe dicit: qui in pueritia eundem habuerint magiſtrum, ad eundémq; ludum iuerint, ſimúlque togam virilem ſumpſerint. Magiſtrum autem regem appellat tralatitio nomine, recedebant autem ab imperio magiſtrorum & pædagogorum, ſumpta virili toga.

Ex lib. 18. ca. 27. Sed alterum attingamos Horatij locum, cuius perſpicuus & dilucidus non admodum ſenſus eſt,

Omnes in Damalim putres
Deponent oculos.

Non enim placet, quod interpretibus credi video, ſignificari oculos vino marcentes & languidos: cùm dicat oculus putres in Damalim, in Damalis amorem ſolutos. Nam etti omnes in eius amorem ſoluti erunt, nemo tamen alius quàm Numida ea potietur, quia qui Damalim deperibunt, obdormiſcent. Id enim, eum deponere oculos dicit, intelligit. Plautus. Aulularia ſc. Nimium lubent.

Vt me deponat vino, eam affectat viam. alio loco.

Curculione ſc. Dire viam. *Ille ebibit, caput deponit.* Tranſlatio autem eſt ab oneribus, quæ deponi dicuntur: vt nobis dormitantibus caput & oculi onerati ſunt. Itaque neque caput neque oculos ſuſtinere tum poſſumus. Vt autem dixit Horatius oculos in Damalim putres: ſic Perſius, Satyr. 5.

--- *ille*

A *In venerem putris.* id eſt, ſolutus & profuſus, dixit. Putre in terra ſæpe dicebatur. Virg. 1. Geor. --- *& Zephyro putris ſe gleba reſoluit.* id eſt, ſe laxat & ſoluit, & ſoluta & laxa eſt. Alio loco, 2. Georg.

Et cui putre ſolum: namq́; hoc imitamur arando, quo ſignificatur optimum ſolum eſſe locutum. Nam cùm aramus hoc agimus, vt terram ſolutam reddamus. Cæterum in eo carmine Damalim *multi meri* dixit, vt multi cibi aliquos fuiſſe legimus quo edaces intelligimus: vt eam bibacem & merobibam fuiſſe exiſtimamus. ἄμυστις porrò genus erat potandi, quo ſe magnis & meracis poculis mutuò inuitabant, quod dicebant ἀμυστίζειν, quod cùm facere ſolerent Thraces, idcircò
B προπόσιν θρακίαν appellabant. Sed & ex Scytharum moribus σκυθικὴν πόσιν.

AD SODALES Od. 37.

ARGVMENTVM.

Ob victoriam Actiacam, Genio indulgendum eſſe.

Nunc eſt bibendum: nunc pede libero
Pulſanda tellus: nũc Saliaribus
Ornare puluinar deorum
Tempus erat dapibus, ſodales.
C *Antehac nefas depromere Cæcubum*
Cellis auitis, dum Capitolio
Regina dementes ruinas,
Funus & imperio parabat,
Contaminato cum grege turpium
Morbo virorum quidlibet impotens
Sperare, fortunáque dulci
Ebria. ſed minuit furorem
Vix vna ſoſpes nauis ab ignibus:
Mentémque lymphatam Mareotico
D *Redegit in veros timores*
Cæſar, ab Italia volantem
Remis adurgens, accipiter velut
Molles columbas, aut léporem citus
Venator in campis niualis
Æmoniæ, daret vt catenis
Fatale monſtrum: quæ generoſius
Perire quærens, nec muliebriter
Expauit enſem, nec latenteis
Claſſe cita reparauit oras.
Auſa & iacentem viſere regiam
Vultu ſereno fortis, & aſperas

Tractar

Tractare ſerpenteis, vt atrum
Corpore combiberet venenum,
Deliberata morte ferocior:
Sæuis Liburnis ſcilicet inuidens
Priuata deduci ſuperbo
Non humilis mulier triumpho.

NVNC EST BIBENDVM] videtur hæc ab Alcæo eſſe mutuatus: cuius hi verſus reperiũtur apud Athen. lib. 10. Νῦν χρὴ μεθύσκειν, καί τινα πρὸς βίαν Πίνειν.

SALIARIBVS] opiparis, & ſumtuoſis. M. Tull. *Saliarem in modum*. Salios eoſdem fuiſſe apud Romanos atque Curetas apud Græcos narrat Dionyſ. Halicarn. lib. 2. antiq. Ro. de quibus ille multa ſub extrem. lib. ab illo loco Ἐχόντι δὲ μοῖρα τῆς περὶ τὰ θεῖα νομοθεσίας τῷ ἡ περὶ τὰ νεμηθεῖσα τοῖς καλουμένοις ὑπὸ Ῥωμαίων σαλίοις, &c.

ORNARE PVLV. DEOR.] ſolebant Rom. vel deuictis hoſtibus, vel quouis alio modo Republ. bene geſta, & periculo cõmuni propulſato, ad omia puluinaria Deorum ſupplicationem decernere, atque aliquot dies feſtos lætitia publica celebrãdos indicere. Sic Cic. Cat. 3. *Quamobrem Quirites quoniam ad omnia puluinaria ſupplicatio decreta eſt, celebratote illos dies cum coniugibus & liberis veſtris*. Habebant autẽ ſinguli dij ſuos lectos & puluinos, quibus imponebantur: quam ſuperſtitionem Romanorum inſectatur & irridet Arnob. lib. 7. aduerſus genteis, his verbis. *Lectiſternium Cereris erit idibus proximis: habent enim dij lectos: atque, vt ſtratis poſſint Mollioribus incubare, puluinorum tollitur, atque excitatur impreſſio*. Hac oda autem Horat. ſodaleis ſuos ad lætitiam exhortatur ob victoriam Actiacam.

TEMPVS ERAT] ſic ſcriptum reperi in lib. Donati, Faërni, Torneſ. Vaticanis duobus: alij corrompentes, *erit* reponunt: alij *erat* poſitũ volunt pro *eſt*. Ego puto propriè locutum eſſe Horatium, longéque adeò ſignificantius, quàm ſi verbo præſentis temporis vſus eſſet: hoc modo non erat fas antehac è cellis auitis vinum depromere, conuiuiáque agitare: Sed nũc deuicto M. Antonio cum Cleopatra, hoc erat illud tempus, in quo decebat epulari, & conuiuari. ſic loquitur Ælian. vari. hiſtor. lib. 1. Σοφὸν τὸ ἄρα χρῆμα τὸ γένος βατράχων Αἰγυπτίων. & Oppia lib. 3. ἁλιευτ. Ἰχθύσι δ' οὐκ ἄρα μοῦνον ἐπ' ἀλλήλοισι νίκημα Πουλὺ ἔην, καὶ μῆτις ἐπίκλοπος &c. & Heſiod. ἔργ. καὶ ἡμερ. Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν Εἰσὶ δύω. Theocr. εἰδ. ι. ὦ παῖδες ἡ φωλίδος ἦσθα Κομάτα, & ita loquitur epiſt. ad Sextuam lib. 1. *atqui rerum caput hoc erat, hic fons*. & Saty. 10. lib. 1. *Hoc erat excepto fruſtra Varrone Atacino, Atque quibuſdam aliis, melius quod ſcribere poſſem*.

DVM CAPITOLIO] interea dum Cleopatra, & M. Antonius ea moliebantur, quibus Capitolium, imperiúmque populi Ro. euerterent.

DEMENTEIS RVINAS] à demente Cleopatra cogitatas, & comparatas. Fortaſſe hic locus verſuum Enniao. qui ſunt in Catone Ciceroni cõtrũpendorum occaſionem dedit. Sic enim vulgò leguntur. *Quò vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant Ante hac dementes ſeſe flexere ruinas* cũm ita ſint legendi. *Quò vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant, Antehac, dementes ſeſe flexere viai?*

CONTAMINATO CVM GREGE TVRPIVM.] cum euouchis turpi morbo laborantibus, viris effæminatis, & impudicis. Euouchos igitur viros appellat non ſimpliciter, ſed viros morbo corporis, & animi turpeis, & fœdos; propter quem ad patiendum, quàm ad agendũ B ſunt aptiores, ac propenſiores. vide annot. ad illũ locũ Saty. 6. li. 1. *Vt ſi quis ægrotet, quo morbo Barrus*, Gregor. Nazian. ἐπιταφ. Baſilij magni, ſic de Eunuchis: τοὺς ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος, τοὺς ἐν γυναιξὶν ἄνδρας, ἐν ἀνδράσι γυναῖκας, τοὺς τῷ μόνῳ ἀνδρικοὺς τὴν ἀσέβειαν τὸ φυσικῶς ἀσελγαίνειν οὐκ ἔχοντες, ὃ δύνανται μόνῃ τῇ γλώττῃ πορνεύοντες, id eſt, Viros ex mulierũ cubiculo egreſſos, atque ad eas cuſtodiendas & oblectandas accommodatos: inter mulieres viros, inter viros mulieres; atq; ad omnia obſcæna patienda promtos ac paratos, vna re dumtaxat virileis & forteis, quòd impij ac ſcelerati ſint: qui quoniam iis membris, quæ ad procreandum à C natura viris data ſunt, libidini obſequi nequeũt, lingua impura atque impudica, qua poſſunt tantùm ſcortantur. Hæc Nazianzenus. Traditum eſt præterea ab iis, qui ex figuræ inſpectione de ingenio faciunt coniecturam, eos magnam partem immiti eſſe ingenio, fraudulentos, facinoroſos, audaceis, maleficos, ac ſceleratos.

QVIDLIB. IMP. SPER.] impotens ſperare, id eſt, in eo impotẽs, quòd quidlibet ſperare auderet. impotens ſperare autẽ à Græcis ſumtum, de quo genere vide ad Od. 8. lib. 4. Iam impotens vàlet apud bonos ſcriptores idem ferè, quod apud Græcos ἀκρατής, incontinens, effrenatus, non rationi obediens, ſed affectibus, & perturbationibus animi ſeruiẽs M. Tull. epiſt. ad D M. Marcell. *Victoria etiam ſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores, impotentioréſque reddit*. Idem de haruſp. reſpon. *nihil feci iratus, nihil impotenti animo*. Idem Philipp. 5. Antonium impotentem, iracundum, contumelioſum, ſuperbum, &c. nominat. ſic Catull. de faſelo *freta impotentia*, id eſt, impotentium hominum more æſtuantia, & ſæuiẽtia. idem ad papyriũ, vt Cæcilium arceſſat. *illũ deperit impotente amore*, id eſt, immodico, & immoderato. & Horat. Ode 1. lib. 2. *luno impotens*, id eſt, ira & odio elata, ira inflammata, ab ira victa, quæ iram continere non poterat, & Od. vl. li. 3. *Aquilo impotens*, ſupra modum ſæuiens, vehement, vt ſit tralatio à rebus animatis, vt *freta impotentia*. impotens igitur ſperare, id eſt, quæ ſeſe continere non poterat, quin quidlibet ſperaret.

FORTVNÂQVE DVLCI EBRIA] rebus ſecundis elata, & impos mentis, ſic Demoſthenes Philipp. prima, Philippum dicit magnitudine rerum geſtarnm ebrium eſſe. Ἐγὼ δ' οἴμαι μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νὴ τοὺς θεοὺς, ἐκεῖνον μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων, &c. & Anacreon: ἔρωτι μεθύοντα, id eſt, amore ebrium diait, & Theocr. in Dioſcuris πληγαῖς μεθύων, id eſt, plagis ebrius idem apud Hæphæſtionem. Ἀρθεὶς δ' αὖτ' ἀπὸ λευκάδος πέτρης Ἐς πολιὸν κῦμα κολυμβῶ μεθύων ἔρωτι.

SED MINVIT FVR.] ſed eius dementiam, inſolentiam, atque impotentiam compreſſit tanta, in pugna Actiaca, clades accepta, vt vix vna nauis ſalua ei reſtiterit. Itaque eius animum rebus proſperis ferocem, impotentem, inſolentem, res aduerſæ ἐσωφρόνισαν, id eſt, caſtigarunt & ad ſanitatem mentis reuocarunt.

MENTÉMQVE LYMPH.] Lymphatos appellant Latini, quos Græci νυμφολήπτους, vt ſuprà diximus quam vocem videtur vſurpaſſe Plato in Phædro pro furioſo, & mente concitato. ὥστε ἐὰν ἄρα πολλάκις νυμφόληπτος προϊόντος τοῦ λόγου γένωμαι, μὴ θαυμάσῃς. Sextus Pompeius Feſtus ſcribit lymphas dictas eſſe à Nymphis, vulgóque memoriæ proditũ eſſe, quicumque ſpeciem è fonte, id eſt, effigiem Nymphæ viderint, furendi finẽ non facere: quos Græci νυμφολήπτους, Latini Lymphatos appellant. Alij Lymphatos dici exiſtimant eos, qui metu & horrore quodam aquæ afficiuntur, adeò vt ſe ſæpe in aquas præcipites agant: quos Græci ὑδροφόβους appellant, morbo à canis rabioſi morſu contracto, quẽ ὑδροφοβικὸν πάθος vocat Dioſcorides, & ὑδροφοβίαν, quo morbo tentati aquam horrent ceu canes ipſi, & aquæ metu ſimul & deſiderio, ſitíque excruciantur, dicuntur autem νυμφόληπτοι eadem ratione qua μουσόληπτοι, vt ſi Latinè dicantur illi à nymphis: hi à muſis capti.

MAREOTICO] vino, quod ad Mareotidem Ægypti paludem naſcitur. Virgil. Georg. 2. *Sunt & Mareotides albæ.* Athen. lib. 1. Δειπνοσοφ. ſcribit vinum Mareoticum eſſe Alexandrinum, à Marea fonte, qui in Alexandria eſt, & ab vrbe ei fonti vicina eiuſdem nominis, appellatum: eámque vrbem fuiſſe olim maximam, nunc eſſe vicum: paucis verbis pòſt, à Marone quodam vno ex iis, qui cum Baccho militarunt, eſſe nominatam. Multas autem huius Mareotici vini laudes commemorat ibidem Athen. Florem Libycum appellat Plautus Caſina. *Niſi hæc meraclo ſe vſpiam percuſſit flore Libyco.*

REDEGIT IN VER. TIM.] qui rebus ſecundis inſolentes fiunt, & quibus vinum bonam mentem ademit, aut corrupit, ij periculi, in quo fortè verſantur, magnitudinẽ neque attendunt, neque ſentiunt, quamdiu ita ſunt affecti: poſteà autem, quàm ad ſe redierũt, tum demùm timere incipiunt, tum demùm periculo ſcilicet edocti ad ſe redeunt, & ſe colligunt videtur igi-

A tur Horatius ſignificare, Cleopatram, quamuis ob res ſecundas furore, amentiáque præcipitem, & temulentam, veris tamen timoribus tum affectam fuiſſe, cùm eam Cæſar victor inſequebatur diait autem *veros timores*, quia ſunt & alij vani timores, maximè in bello. notum illud πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου.

VEROS TIMORES] ſic epiſt. 17. lib. 1. vti mox *Nulla fides damnis, veriſque doloribus adſit.*

VOLANTAM] quàm celerrimè poterat fugientem. MOLLEIS COLVMBAS] imbelleis appellat Od. 4. lib. 4. *nec imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam.*

ADVRGENS] perſequens, proximè inſequens.

B DARET VT CATENIS, &c.] vt viuam caperet. Quod Auguſtum duas ob cauſas vehementer exoptaſſe, primum quòd verebatur, ne illa pecuniam, quam penes ſe habebat, corrumperet ac diſſiparet: deinde quòd eam exiſtimaret magnum momentum ad triomphi decus & gloriam allaturam, ſi viua Romam deportaretur, ſcribit Plutarch. in Antonio, his verbis: Ἐκ δὲ τούτου τὸν Προκλήϊον ἔπεμψε κελεύσας ἐὰν δύνηται, μάλιστα τῆς Κλεοπάτρας ζώσης κρατῆσαι· καὶ γὰρ ἐφοβεῖτο περὶ τῶν χρημάτων, καὶ μέγα πρὸς δόξαν ἡγεῖτο τοῦ θριάμβου, καταγαγεῖν ἐκείνην.

NEC MVLIEBR. EXP. ENS.] quemadmodum verè dicere licet eam non extimuiſſe C ferrum: ita conſtat enſe non periſſe: ſed duntaxat conatam eſſe ſibi manus afferre: à Proculeio autẽ eſſe prohibitã. expauit autẽ, id eſt, extimuit.

MVLIEBRITER] Od. 6. epod. *Vt, quibus eſt virtus, muliebrem tollite luctum.*

NEC LAT. CLASSE CITA, &c.] id eſt nec ſeſe cõtulit in abditas & abſtruſas Ægypti latebras, in quibus vel deliteſceret, vel nouum exercitum aduerſus Cæſarem compararet. Ad hunc locum pertinent hi Virgil. lib. 8. Æn. *Contrà autem magno mærentem corpore Nilum, Pandentémque ſinus, & tota veſte vocantem, Cæruleum in gremiũ, latebroſáque flumina victos:* ad quos notat Seruius; Cleopatram præſagio mortis futuræ, & metu D perturbatam, tuti receſſus immemorem fuiſſe, vbi facilè poterat bellum reparare: de qua re ſe moriens dicitur accuſaſſe: ex quibus & Seruij verbis, & Virgilij verſibus poſſum rectè videri hunc locum Horat. explicaſſe, cùm ita dixi, *Nec Cleopatra ſeſe contulit in abditas Ægypti latebras, in quibus vel latitaret, vel nouum exercitum compararet, ſeſeque aduerſus Cæſarem nouo belli apparatu inſtrueret.* Alij tamen ſic malunt, nec ſe in Ægyptum contulit, vbi latitaret: cum quibus pugnare nolo.

FORTIS ET ASPERAS TRACT. SERP.] Plutarch. ſcribit in Antonio, de genere mortis Cleopatræ nihil vmquam certi ſciri potuiſſe: nullum veneni veſtigium in eius corpore apparuiſſe: duas tantùm cicatrices eſſe repertas, exileis & obſcuras, quibus adductum Cæſarem, fictam eius imaginem in triomphum deportaſſe, cui aſ-

pis affixa adhæreret. Proper. lib. 3. Fœminas imperare amantibus. *Brachia ſpectaui ſacris admorſa colubris, & trahere occultum membra ſoporis iter.* A

Corpore combib.] conciperet, admitteret. & ita M. Tull. lib. 3. de finibus: *ſed infixa tamen iam debet in artibus, quas ſi, dum tener eſt, combiberit: ad maiora veniet paratior.* Idem in Hortenſ. *Vt qui combibi purpuram volunt, ſufficiunt prius lanam medicamentis quibuſdam.*

Delibarata morte, &c.] Per. Victorius vir optimè de litteris ac litteratis meritus, lib. 10. var. lect. hunc locum ſic eſſe diſtinguendum docet, *Deliberata morte ferocior, Sæuis Liburnis ſcilicet inuidens, &c.* Et ſæuis Liburnis naueis ſignificari, non Liburnos populos cui ptorſus aſſentior, præſertim cum faciat eum eo Plutarchus in Anton. his verbis, ἐν τούτῳ Λιβυρνίδες ὤφθησαν διώκουσαι παρὰ Καίσαρος. Præterea Vegetius libro 4. de re militari, ſcribit Actiaco prœlio Liburnorum auxiliis præcipuè victum eſſe Antonium, atque iccircò experimento tanti certaminis paruiſſe, Liburnorum naueis ceteris aptiores eſſe. Erit igitur hæc ſententia, Cleopatra deliberata morte, id eſt, cùm moriendi cōſilium cepiſſet, ſeu cùm mori decreuiſſet, ferocior, id eſt, animoſior, quàm anteà, auſa eſt venenum bibere, & ſerpenteis tractare, quarum contactu & morſu venenum toto corpore conciperet, ſcilicet Auguſto eam laudem, gloriámque inuidens, vt capta per triumphum duceretur. Præterea Lucianus, bonus auctor, Liburnos & Liburnorum naueis commemorat in eo dialogo, qui inſcribitur ἔρωτες. ἐπὶ ἰταλίαν μοι πλεῖν διεγνωκότι, ταχυναυτοῦν σκάφος εὐτρέπιστο, τοῦτο τῶν δικρότων, οἷς μάλιστα χρῆσθαι Λιβυρνοὶ δοκοῦσιν, ἔθνος Ἰονίῳ κόλπῳ παρῳκισμένον. id. in Italiam nauigare cogitāti ſcapha mihi parata fuerat, ex iis, quæ duobus remis impelluntur. Quòd ſi quis volet ſeruata eadem, quam P. Victorio auctore, adhibeo, diſtinctione, nomine *Liburnis* populos, non eorum naueis intelligere, non admodum improbabo, vt ſic explicetur hic locus: Cleopatra deliberata morte, ferocior effecta, quàm prius fuerat, ſcilicet inuidēs ſæuis Liburnis populis illis, quorum nauibus D magna ex parte parta fuerat Auguſto victoria, &c. vt ſup. ego tamē explicationē priorē malo.

Inviioans deovci] tale eſt hoc, qualia ſunt illa, quæ collegimus ad Od. 23. Iam, quòd ad verbum *inuidendi* attinet, ita Homer. loquitur ὀδ. λ. vbi Vlyſſes ab Alcinoo oratus, vt reliqua de ſuis erroribus, laboribus incommodis perſequatur, ſic reſpondet: Εἰ δ' ἔτ' ἀκουέμεναί γε λιλαίεαι, οὐκ ἂν ἔγωγε Τούτων σοι φθονέοιμι, καὶ οἰκτρότερ' ἄλλ' ἀγορεῦσαι. id eſt, non inuidebo tibi his & alia miſerabiliora narrare, &c.

Privata] non iam regina, vt ſaty. 3. lib. 1. *Priuatúſque magis viuam te rege beatus.* alij ineptè ſubintelligunt, regno.

Svperbo] ſuprà Od. 35. *ſuperbos Vertere funeribus triumphos.*

Non hvm. mvl.] non abiecta, non cōtemta. immo ſummo loco nata ac generoſiſſima M. Tull. in Lælio: *humilem ſanè & minimè generoſum (vt ita dicam) relinquunt ortum amicitiæ*: vel nō fracto, & paruo, ſed excelſo & magno animo.

TVRNEBVS.

N*Vnc eſt bibendum*) Et carmen & ſententiam Alcæi eſt imitatus. νῦν χρὴ μεθύσκειν, καί τινα πρὸς βίαν πίνειν, ἐπειδὴ κάτθανε Μυρσίλος. Delectatur, vt opinor, morte Myrſili, qui Giges erat, eius potentiam inſulanis formidoloſam veritus. Flaccus.

Puluinar deorum.) Saliares cœnæ fiebant in templis, quæ per catachreſin puluinaria, vt Grammatici annotant, appellari ſolent. Exiſtimo tamē potius eum dicere, fieri debere ſupplicationem ad omnia puluinaria, collocatis diis in puluinaribus & lecticis, appoſitiſque eis epulis. *Contaminato*) Porphyrion ſignificare videtur effœminatos ferè eſſe ſpadones, in quo turpitudo latet, muliebria patientium, quod magis probabile eſt. Catullus, *Morboſi pariter gemelli vtrique.* Alij tamē de caſtratione intelligunt. Huius rei ſic meminit in Epodis.

Romanus (heu poſteri negabitis)
Emancipatus fœmina
Fert vallum, & arma miles, & ſpadonibus
Seruire rugoſis poteſt.

Reparauit) recuperauit; repetiuit. vt parare, quærere eſt, vt frui paratis. Sic reparare, recuperare interdum. Cicero. Id quod alio prætore reparare poſſit. *Sæuis liburnis*) vel quod Liburni ad mortem promptiſſimi ſunt: vel quod claſſe illa, à qua victa fuerat, reduci Romam nollet. Liburnicis victa fuerat. Hinc illud, Epod. Od. 1.

Ibis Liburnis inter alta nauium
Amice propugnacula.

Ex aduerſ. lib. 7. cap. 17. Puluinaria deorum cùm dixit Cic. 4. Tuſc. epulum ſignificat vel interprete Flacco, qui ſcribit,

---nunc Saliaribus
Ornare puluinar deorum
Tempus erat dapibus ſodales. Vt autem rei diuinæ tibias, ſic dapibus deorum & puluinaribus adhibebant fides, imitati, vt opinor, veterem poëtam apud quem Ioui epulanti Apollo fidibus canit.

Ex lib. 9. cap. 14. At illud, Ep. 53.

Contaminato grege turpium
Morbo virorum. cùm dicit, morbum impudicitiam intelligit, vt & Catullus, *Morboſi pariter, gemelli vtrique.* Spadones autem hoc genere morbi erant infames, quos habebat plurimos Cleopatra, vnde in Epodis ſcribitur.

Romanus, eheu poſteri negabitis,
Emancipatus fœmina
Fert vallum & arma miles, & ſpadonibus
Seruire rugoſis poteſt:

Claſſe autem *cita reparauit oras.* eſt repetiuit, requiſiuit, recuperauit. Vt enim parare eſt quærere: ſic reparare, requirere, recuperare.

Digitized by Google

AD PVERVM. Od.38.

ARGVMENTVM.

Se tenui apparatu gaudere.

PErſicos odi, puer, apparatus:
Diſplicent nexæ philyra coronæ:
Mitte ſectari, roſa quo locorum
Sera moretur.
Simplici myrtho nihil allabores
Sedulus curo: neque te miniſtrum
Dedecet myrtus, neque me ſub arcta
Vite bibentem.

PERSICOS ODI, PVER,] id eſt, O puer, nolo in conuiuio adhiberi vnguēta, odores, coronas operoſas, & ſimileis delicias, quibus Medi & Perſæ vti ſolebant. Perſarum ſumtuoſum, & luxurioſum apparatum paucis verbis declarat Herodot. Καλλιόπῃ, quo loco Pauſan. victoria potitus cōtra Perſas, & ſupellectile Mardonij Perſarū ducis viſa, multo auro, atq; argēto, & peripetaſmatis variè depictis, iubet piſtores, & coquos Mardonij eodē modo, eodēmq; ornatu cenā ſibi apparare, quo modo Mardonio ſolebant. Quod cùm illi feciſſent, hîc Pauſanias cū aſpexiſſet lectos aureos & argenteos, & magnificum illū cenæ apparatū, obſtupefactus epularum appoſitarū, & ceterarū rerum expoſitarū copia, iuſſit ridēs ſuos miniſtros ſibi cenam Laconicam parare: quo facto cùm magnū inter hos duos apparatus interuallū eſſet interiectū, tū ridens Græcorū duces euocari iuſſit, &c. Intelligendū eſt autē, luxuriē, & ſumtuoſum apparatū apud Perſas increbruiſſe poſteaquā rerum potiti ſunt, Medorúmq; Imperiū ſubegerunt. Nā antea tenuiſſimū eorū victū fuiſſe tradit Xenoph. Κύρου παιδ. princip. his verbis, φέρονται δὲ οἴκοθεν σῖτα μὲν ἄρτους, ὄψον δὲ κάρδαμον, πιεῖν δὲ ἤν τις διψῇ, κώθωνα, ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρύσασθαι, id eſt, nam domo afferunt, in cibum quidem, panes: in obſonium autem naſturtium in potum autem, ſi quis ſitiat, poculum fictile, vt aquam de quouis flumine hauriant. Quē Xenophontis locum ſpectans M. Tull. lib. 5. quæſt. Tuſcul. *Perſarū victus* (inquit) *à Xenophonte exponitur: quos negat ad panē adhibere quicquā præter naſturtiū.*

NEXÆ PHIL. COR.] De coronis in cōuiuio adhiberi ſolitis cùm aliquid ſuprà dixerimus ad Od. 17. tum plura dicemus ad Od 11. lib. 4. Hîc autē libet aſcribere quæ tradita ſunt ab Athenæo lib. vlti. δειπνοσοφισ. vbi loquitur de coronis & vnguentis: qui locus nō reperitur in libris vulgatis. Docet igitur ille, multorum antiquorum poëtarum, philoſophorū, aliorúmque ſcriptorum teſtimoniis collectis, initiò reperta eſſe, vincula forte fortuna oblata, quibus in conuiuiis & poculis capita religarent, propter dolorum capitis ex vino liberalius poto grauitatem &

A intentionem, cum capitis & temporum vinctionem ad illos dolores ſedandos valere exiſtimarent: poſterius verò ornatū etiam ad hæc vincula acceſſiſſe, à conuiuiis non alienum, coronis floreis concinnatis, & conexis. Capiti autem coronas imponi ſolitas ad arcēdos (vt diximus) capitis dolores ex immoderato vini potu cōflatos, quia in capite ſenſus omnes ineſſe videantur, & quia vtile ſit, in potu caput eſſe tectū, & tempora reuincta: quamquā etiam pectus coronare ſolerēt, vt cordis & vitæ ſedem. Vincula autem capitis paratiſſima, & viſitatiſſima fuiſſe, hederacea, quia hedera & vbiuis locorū, vulgóq; naſcatur, & aſpectum præbeat nō iniucundum ob viriditatē innatā, & latitudine frondiū, ac magni-
B tudine corymborum facillimè fronte opacare poſſit, & contentionem in conſtringendo ac vinciēdo ſine periculo ferre queat, & refrigerādi vim habeat ſine odoris grauitate. Cùm igitur coronæ primùm ad prohibendum immoderati potus incommodum, & valetudinis cauſa eſſent excogitatæ, deinde etiā voluptatis ratio eſſet habita: ita cōnecti cœptæ ſunt ex roſa, viola, lauro, amaraco, lilio, narciſſo, myrto, & ſimilibus floribus: de quorum florum ſingulorum natura & virtute multa ibidem Athenæus. philyra autem, tenuiſſima & ſubtiliſſima eſt tiliæ mēbrana, qua accuratius, & operoſius coronæ nectebātur. Pli. li. 16. ca. 14. *Inter corticē & lignū tenues tunicas multiplici mēbrana, è quibus vincula tiliæ vocātur: tenuiſſimæ*
C *earū philyræ coronariū Lēniſcis celebres, antiquorūq; honore.*

SERA] quæ in longinquis terrarum oris tardius naſcitur.

SIMPLICI MYRTO, &c.] nihil te adhibere volo ad conuiuij apparatum præter myrtū, cuius odor & gratiſſimus eſt, & minimè ſumtuoſus. Myrtum myrrhinam appellant Græci: de qua multa Athen. lib. illo vlt. Frons eſt & Veneri gratiſſima, & ad diſcutiendū vini vaporē vtiliſſima. de ea diximus nonnulla ſup. ad Od. 25.

NIHIL ALLABORES] nihil addas, ſed allaborare eſt ἐμφατικώτερον. Valet enim, laborioſè aliquid alteri addere. vtitur eod. verbo Ode 8. lib. epod. *Ore allaborandum eſt tibi.*

D SEDVLVS CVRO] Ordo eſt ſedulò curo, ne quid addas myrto. Ex myrto autem fiebant etiam coronæ, quibus in vino, & epulis vtebantur, vt Od 7. lib. 2. *Quis vdo Deproperare apio coronas, Curátve myrto?*

SVB ARCTA VITE] ſub anguſto pergula, ex vite ad vmbram comparata.

TVRNEBVS.

EX lib. 18. aduerſ. ca. 29. Plectilem coronam intelligit Horatius cùm ſcribit,

Simplici myrto nihil adlabores *Amplius.*

Sibi enim vult coronam plecti è ſimplici myrteo ramo. Nam Lemniſcos nihil moratur, nec deſiderat: quos reijcit, cùm ait,

Diſplicent nexæ philyra coronæ.

Plectilis è ſurculis vel ramulis plectitur & innectitur, vt è ramo lauri aut myrti.

CARMINVM LIBER SECVNDVS.

AD C. ASINIVM POLLIONEM.

Od. I.

ARGVMENTVM.

Commendat ſcripta illius, quibus bella ciuilia complectebatur.

MOTVM ex Metello conſule ciuicum,
Belliqúe cauſas, & vitia, & modos,
Ludúmque Fortunæ, grauiſque
Principum amicitias, & arma
Nondum expiatis vncta cruoribus,
Periculoſæ plenum opus aleæ
Tractas, & incedis per igneis
Suppoſitos cineri doloſo.
Paullum ſeueræ Muſa tragœdiæ
Deſit theatris: mox, vbi publicas
Res ordinaris, grande munus
Cecropio repetes cothurno,
Inſigne mæſtis præſidium reis,
Et conſulenti, Pollio, curiæ:
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.
Iam nunc minaci murmure cornuum
Perſtringis aureis: iam litui ſtrepunt:
Iam fulgor armorum fugaceis
Terret equos, equitúmque vultus.
Audire magnos iam videor duces
Non indecoro puluere ſordidos,
Et cuncta terrarum ſubacta,
Præter atrocem animum Catonis.
Iuno, & deorum quiſquis amicior

A Afris, inulta ceſſerat impotens
Tellure, victorum nepotes
Rettulit inferias Iugurthæ.
Quis non Latino ſanguine pinguior
Campus ſepulchris impia prœlia
Teſtatur, auditúmque Medis
Heſperiæ ſonitum ruinæ?
Qui gurges, aut quæ flumina lugubris
B Ignara belli? quod mare Dauniæ
Non decolorauere cædes?
Quæ caret ora cruore noſtro?
Sed ne, relictis Muſa procax iocis,
Cęæ retractes munera næniæ,
Mecum Dionæo ſub antro
Quære modos leuiore plectro.

MOTVM CIVICVM] bellum ciuile ſed

aptius eſt nomen motus,& ſignificantius. Pollioné, qui tragœdias, ſeu prætextras potius, ſcribebat de bellis ciuilibus, monet Horat. vt hanc ſcripturam tantiſper intermittat, dum reſtituatur in ordinem, atque in ſuum ſtatum Reſpu. vel, vt alij malunt, dum hiſtoriam de eodē bello ciuili, ordine perſcripſerit. Erat enim Pollio & tragœdiarum, & hiſtoriarum ſcriptor. Pollioné autem tragœdiarum, ſeu prætextatum fuiſſe ſcriptorem declarant illa Horatiana ſat. x. lib. 2. *Pollio Regum Facta canit pede ter percuſſo.* idem infrà hac eadem Oda, *Paullum ſeuera muſa tragœdia Deſit theatris, &c.* Quòd autem quidam alioqui docti, exiſtimant, principium huius Od. *Motum ex Metell. &c.* intelligendum eſſe de ſcriptione hiſtoriæ: mihi vehementer errare videntur: & B miror, hoc eis vnquam in mentem venire potuiſſe. Nam & verborum ſtructura, & orationis ſeries, & ſententia ipſa perſpicuè declarant, hoc totum ad tragœdiæ ſcriptorem pertinere. Sic enim Horatius. Tu pollio tractas motum ciuilem à Metello conſule, bellíque cauſas, &c. periculoſæ plenum opus aleæ, &c. Intermitte (inquit Horatius) iſtam ſcriptionem, & ſine muſam tragicam paulíſper deſiderari à theatris: mox vbi cum alijs ſenatoribus rempublicam in ſuum ſtatum reſtitueris, ſeu in ordinem redegeris, atque ordinaris, grande munus ſcriptionis tragicæ repetes. hæc mihi videtur eſſe huius loci ſententia, quam maleuoli quidam homines, & inuidia obcæcati non viderunt, [Seruius profert hunc C locum ad illum Virgil. lib. 6. Æneid. *Ciuili tempora quercu.*

Ex metello consule] L. Afranij collega, de quo ſic M. Tull. epiſt. ad Attic. lib. 1. *Metellus tuus eſt egregius conſul. vnum reprehendo, quod otium è Gallia non magnopere nuntiari gaudet.*

Belliqve cavsas] belli cauſæ, verbo erant (vt ipſe Cæſar dicebat) quòd interceſſio ſublata, ius tribunitium ſublatum, circumſcriptus eſſet Antonius, re uera dominandi cupiditas, & πλεονεξία.

Lvdúmqve fortvnæ] ſic ſup. Od. 2. lib. 1. bellum, ludum Martis appellauit. Iam quis neſcit fortunam in bello plurimum poſſe? D Ex quo dicunt Latini, belli fortunam experiri, ſeu tentari, & apud Ennium: *Quorum virtutis belli fortuna peperit, &c.*

Graveisqve Principvm amic.] primùm L. Craſſi, Cn. Pompeij, C. Cæſaris: deinde Octauiani, M. Lepidi, M. Antonij.

Nondvm exp. vncta] arma ſanguine ciuili, cuius nondum pœnas meritas luimus, óblita: arma adhuc cruenta ſanguine ciuili, neque dum aliqua expiatione, pura effecta, videtur ſpectare ad morem veterum Græcorum, qui ſi cædem aliquam extra bellum admiſiſſent, tamdiu manus habebant cruentas atque impuras, donec ab aliquo rege expiati atque abluti eſſent, annot. ſup. Od. 2. lib. 1. *Cui dabit partes ſcelus expiandi Iupiter?*

A Pericvlosæ plen. op. al.] propter incertum belli euentum. nam cùm ſit neceſſe in ſcribendis his prætextis, multorum vitia notare, multorúmque voluntates offendere, veriſimile eſt, eos, quos ſcriptis offenderis, ſi vicerint, grauiter laturos. [Licet etiam hoc referre ad hiſtoriarum ſcriptionem, ex ſententia Seruij. Sic enim ille annotat ad illum Virgilij verſum Palæm. *Pollio enim amat noſtram, &c.* Blanditur iā Pollioni patrono: quem tragœdiarum, & hiſtoriarum ſcriptorem Horatius fuiſſe teſtatur. Nam in ſecundo Carminum dicit de hiſtoriis, *Periculoſæ plenum opus aleæ Tractas, &c.* Idem paullo póſt, *Paullum ſeuera muſa tragœdiæ, &c.*

B Et incedis per ignes] allegoria eſt, qua obſcurè ſignificat idem, quod proximè dixerat, periculoſam eſſe illorum tēporum tragœdiam ſcribere, ſeu tragœdiæ ſcribendæ ex bellis ciuilibus argumentum ſumere. [Videtur autem ad illud prouerbium Græcum alludere, quod commemorat Suidas, alludere, ἐν πυρὶ βέοντας.]

Cineri doloso] cineri, qui celat, & tegit igneis ſubiectos, ſic infrà Od. 27. li. 3. *Taurum doloſum* appellat, qui Deum celat.

Pavllvm severæ] ſine, vt theatra tantiſper tuis tragœdiis careant, dum hi motus ciuiles conquieſcunt, perinde ac ſi diceret, intermitte vſque eò ſcriptioné tragicam, quoad remp. diſſipatam ac diſiectam ordinaris: vel intermitte C tragœdiæ ſcribendæ ſtudium: néve tragœdias tuas, quæ tali argumento conſtant, ſcenæ committe hoc tempore, rebus videlicet nondū compoſitis, neque ordinatis.

Mox, vbi pvblicas r. o.] id eſt, vbi ea, quæ ſunt in rep. turbata, diſſipata, diſiecta digeſſeris, diſpoſueris, in ſuum ordinem reſtitueris: munus ſcribendi abs te ſuſceptum repetes: vel vbi hiſtoriam belli ciuilis oratione ſoluta conſcripſeris: vt alij volunt.

Cecropio] Attico, ſeu Athenienſi. Theſpis enim, Æſchylus, Sophocles, Euripides tragœdiarum ſcriptores, Athenienſes fuerunt, ſuáſque tragœdias Athenis docuerunt. Fuit autem D Cecrops Actæi gener, eius, quem primum in Attica regnaſſe ſcribit Pauſanias Atticis, his verbis: Ἀκταῖον λέγουσιν ἐν τῇ Ἀττικῇ βασιλεῦσαι πρῶτον. ἀποθανόντος δὲ Ἀκταίου Κέκροψ ἐκδέχεται τὴν ἀρχὴν θυγατρὶ συνοικῶν Ἀκταίου.

Insigne mæst. præs. reis, et consvlenti] id eſt, qui & cauſis agendis, reiſque defendendis, & conſilio dando, ſententiáque dicenda, cùm in ſenatu magnis de rebus conſulitur, multum vales.

Cvi lavrvs] ſignificat eum de Dalmatis triumphum egiſſe. [Vicerat autem Salonam Dalmatiæ ciuitatem, vt notat Seruius ad illum Virgil. locum, Palæm. *quo te quoque gaudet*, vbi hos verſus Horatij profert.]

Iam nvnc minaci] oſtendit pollioné ita ſubiicere oculis præliorum imaginem, vt ij, qui

qui legãt, ſpectare, atque iis, quæ narrantur, intereſſe ſibi videantur. & eſt elegans ὑποτύπωσις. In prœliis autem ad exacuendos & excitandos militum animos, cornua, litui, tubæ adhibebantur, vt ex hoc loco, & Ode 1. lib. 1. colligitur. & *lituo tubæ Permiſtus ſonitus*. Erat autem lituus genus buccinæ incuruæ. Ennius: *Inde loci lituus ſonitus effudit acutos*. Feſtus.

NON INOEC. PVL. SORO.] qui pro patriæ libertate fortiter pugnantes occubuerunt. vide ſup. Od. 15. lib. 1. *puluere Troico Nigrum Merionen.*

ET CVNCTA TERR.] Et omneis terrarum parteis. Similia ſunt illa, quæ alibi annotabimus, *anguſta viarum, extrema finium, amara curarum, &c.*

PRÆTER ATR. AN. CAT.] ſup. Od 12. *& Catonis Nobile lethum.* Plutarchus in Catone, ſcribit populum Vticenſem ſtatim audita Catonis morte, ad eius fores cõcurriſſe, atque vna voce conclamantem, illum ſolum ſeruatorem, ac beneficum, ſolum liberum, ſolum inuictum appellaſſe, his verbis: καὶ μικρὸν ὕστερον ὁ δῆμος τῶν ὑπηκόων μιᾷ φωνῇ τὸν εὐεργέτην, καὶ σωτῆρα, καὶ μόνον ἐλεύθερον, καὶ μόνον ἀήττητον καλοῦντων. Ipſe Cæſar verò accepto de eiuſdem morte nuntio dixiſſe fertur: Cato inuideo tibi mortẽ, tu enim mihi tuam ſalutem inuidiſti. atrocem igitur animum intellige, conſtantem, imperterritum, ἄφοβον. nam aſſentior iis, qui hoc nomen à verbo Græco deductum volunt, τρέω, quod valet tremere, vt ſit atrox is, qui non timeat: quamquam ſcio atrocem interdum aliud ſignificare.

IVNO, ET DEORVM] Iuno, & alij dij, qui Numidis fauerant in bello Iugurthino, Numidarum, & Afrorum calamitate, necéque Iugurthæ (fuit enim ille Romæ in carcere necatus) offenſi, victores ipſos, népe Romanos, eorúmq; poſteros Iugurthæ mânibus, tanquam victimas mactarunt, ac parentarunt.

INVLTA TELLVRE.] Africa.

IMPOTENS] vel ἀκρατὴς τῆς ὀργῆς, vt ſuprà Od. 37. id eſt, irata, vel non potens, id eſt, quæ non potuerat odium ſuum explere.

VICTORVM NEPOTES] poſteros Romanorum, qui fuerant victoria potiti.

INFERIAS] victimas, quæ mânibus immolãtur, ſeu mactãtur. de Iugurtha autẽ lege Salluſt.

IMPIA] ſcelerata, patriæ pernicioſa, in quibus ciuis ciuem trucidat.

HESPERIÆ] Italicæ, vt Ode 36. lib. 1. Dionyſ. Halicar. ἀρχαιολ. Ῥωμ. Ἕλληνες ἑσπερίαν καὶ αὐσονίαν ἐκάλουν τὴν Ἰταλίαν. οἱ δ' ἐπιχώριοι σατορνίαν. id eſt, Græci, Italiã, Heſperiã & Auſoniã appellabant: Incolæ autem Saturniam.

DAMNIÆ CÆOES] Appullorum, & Italorum cædes.

SEO NE RELICTIS MVSA] ſic Muſam reprimit Od. 3. lib. 3. *Quò Muſa tendis? deſine peruicax Referre ſermones Deorum.* ſic Pindarus, in medio carmine, ſeipſum, ab eo, quod inſtituerat

A abertantẽ, aut ad ea, quæ ad rem ſuſceptam minus pertinebant, digredientem reprimit, & reuocat. εἰδ. γ. Νεμ. θυμὲ τίνα πρὸς ἀλλοδαπὰν ἄκραν ἐμὸν πλόον παραμείβῃ, & Olymp. εἰδ. θ. cùm Herculem tribus diis, quos eo loco nominat, præſtantiorem eſſe oſtendiſſet, ſeipſum reprimens, talémque orationem abominans, odioſam atque inuiſam ſapientiam eſſe dicit diis maledicere. ἀπό μοι λόγον τοῦτον στόμα ῥῖψον· ἐπεὶ τό γε λοιδορῆσαι θεοὺς ἐχθρὰ σοφία. & paullo pòſt, μὴ νῦν λαλάγει τὰ, &c.

CÉÆ NÆNIÆ] Simonidei carminis. fuit enim Simonidis (vt ſcribit Quinctilianus) virtus mirifica in commiſeratione commouenda, & in tractandis rerum triſtium argumentis. Ideóque

B Catull. *Paullum quidlibet allocutionis Mæſtius lacrymis Simonidéis.* Céæ ſine diphthongo in priore ſyllaba ſcriptum eſt in omnib. lib. veterib. Theocrit. εἰδ. ζ. Εἰ μὴ δεινὸς ἀοιδὸς ὁ κήϊος ἄεθλα φωνέων, &c. aptiſſimo autem vocabulo vſus eſt, *nænia*, quod eſt carmen funebre, & lugubre. vt Ode vltima huius libri. *Abſint inani funere næniæ.* quamuis pro quouis carmine ab eodem vſurpetur: vt Od. 28. lib. 3. *Dicetur merita nox quoque nænia.* & epiſto. 1. lib. 1. *an puerorum Nænia, quæ rectè facientibus offert.*

RETRACTES] iterum tractes. ſic Virg. li. 7. Æneí. *Agmina in arma vocat ſubitò, ferrũq; retractat.*

DIONÆO SVB ANTRO] Dionen Veneris

C matrem eſſe etiam Homerus teſtatur ἰλ. ε. quo in loco ait Venerem à Diomede vulneratam, atque in cælum reuerſam ſtatim in ſinum, & complexum matris Dionæ concidiſſe. Ἡ δ' ἐν γούνασι πῖπτε Διώνης δῖ' Ἀφροδίτη Μητρὸς ἑῆς· ἡ δ' ἀγκὰς ἐλάζετο θυγατέρα ἥν. & Eurip. Hel. Κύπρι Διώνης Κύπρι, μή μ' ἐξεργάσῃ. Theocr. autem εἰδ. ιε. Venerem Dionæã appellat: Κύπρι Διωναία, & Virgil. in Mœride, Auguſtum Cæſarem tãquam ab Iulo & Venere prognatum, Dionæum vocat. *Ecce Dionæi proceſsit Cæſaris aſtrum.* Hoc igitur loco antrum Dionęum Venereum intelligemus, in quo ſint canendæ res leues, & amatoriæ, & Venereæ.

PROCAX] Sat. 6. lib. 2. *vernáſque procaceis Paſco libatis dapibus.*

D QVÆRE MOOOS] verſus, cantus. vt Od. 3. lib. 3. *Magna modis tenuare paruis.* & huius lib. Od. 12. *nec Siculum mare Pœno purpureum ſanguine mollibus Aptari citharæ modis.* & 9. lib. 3. *Dulceis docta modos.* & de arte poët. *Acceſsit numeriſq; modiſq; licentia maior.*

TVRNEBVS.

Ex lib. 10. cap. 21.

ASINIVS Pollio hiſtorias de bello ciuili ſcripſit vt ex Horatio facilè coniectu eſt ſcribente, *Motum ex Metello conſule ciuicum:* & rurſum.

—mox vt publicas

Res ordinaris, id eſt, vbi bellorum ciuilium hiſtoriam pertexueris. Et è Tranquillo, qui ita ſcri-

bit, *Quod probabilius facit Aſinius Pollio, Pharſalica acie caſos profligatoſque aduerſarios proſpicientem hæc eum ad verbum dixiſſe referens.* Idem Pollio poëta erat. Maro, *Pollio & ipſe facit noua carmina.* & Tragœdias ſcribebat, Flaccus,

Paulum ſeuera Muſa Tragœdia.

Deſit theatris. Vult enim aliquandiu ab eo Tragœdiarum confectionem omitti, & bella fideliter referri ciuilia. Iterum Flaccus, Li. 1. ſaty. 10.

Pollio regum

Facta canit pede ter percuſſo. quòd Iambicis ſenariis tres habentibus menſiones, regum calamitates tragicè caneret. Hæc eò ſcribo, quò totus ille locus lib. 2. Horatij illuſtretur. Illud autem, *Nondum expiatis vncta cruoribus*: è priſca conſuetudine ductum, qua qui cædem perpetrarant, non antè eius cruorem eluebant quàm ab aliquo expiati eſſent Itaque & manibus non puris inde dicebantur. Herodotus, ἀπικνέεται εἰς τὰς σάρδις ἀνὴρ συμφορῇ ἐχόμενος, καὶ οὐ καθαρὸς χεῖρας ἐών. Et Oreſtes apud Æſchylum manibus ſanguine manantibus Pythiam territat.

Ex lib. ar. ca. 27. Simonidem Poëtam θρήνους ſcripſiſſe refert Suidas & eum in rerum triſtium tractatione excelluiſſe refert Fabius, & ſcripſit eum ſignificans Horatius.

Sed ne relictis Muſa procax iocis,
Cææ retractes munera næniæ.

AD C. SALLVSTIVM Criſpum. Ode. 2.

ARGVMENTVM.

Primùm Proculeium laudat ob liberalitatem in fratres: Deinde oſtendit, eum, qui ſuas cupiditates reprimere, pecuniámq; contemnere poſſit, ſolum regem, ſolum beatum eſſe.

* NVllus argento color eſt, auaris
* Abditæ terris * inimice lamnæ
Criſpe Salluſti, niſi temperato
Splendeat vſu.
Viuet extento Proculeius æuo,
Notus in fratres animi paterni.
Illum aget penna * metuente ſolui
Fama ſuperſtes.
Latius regnes * auidum domando
Spiritum, quàm ſi Libyam remotis
Gadibus iungas, & vterque Pœnus
Seruiat vni.
* Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops:
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit venis, & aquoſus albo.
Corpore languor.
Redditum Cyri ſolio Phraaten
A * Diſſidens plebi, numero beato-
Rum eximit virtus: populúmque falſis
Dedocet vti
Vocibus, regnum, & diadema tutum
Deferens vni, * propriámque laurum,
Quiſquis ingenteis oculo irretorto
Spectat aceruos.

NVLLVS ARGENTO COLOR EST &c.] Horum verborum hæc ſententia eſt, Nihil habet nitoris argentum, nihil ſplendoris, nihil pulchritudinis, niſi vſu modico ac moderato, id eſt, neque nimiùm profuſo, neque nimium parco ſplendorem, & nitorem acquirat. B

ABDITÆ TERRIS INIMICE LAMNÆ] O Criſpe Salluſti inimice laminis, id eſt, cruſtis tenuibus aureis, ſeu argenteis in terram defoſſis: qui odiſti nimiam pecuniæ cuſtodiam: liberalitatem autem & munificentiam diligis. *lãnæ* poſitum pro laminæ. vt epiſt. ad Vall. *ventres lamna candente nepotum Diceret vrendos.* falluntur autem, qui pertinaciter contendunt hîc eſſe legẽdum *Abditi*. Nam planè hic eſt ordo verborum, O Criſpe Salluſti, inimice lamnæ, ſeu laminæ terris abditæ, id eſt, in terras defoſſæ, Nullus eſt color argento, &c. Quòd ſi ita locutus eſſet Horatius, vt quidam eum locutum eſſe volunt, Nullus eſt color argento abdito terris, niſi ſplendeat C vſu tẽperato, nónne eſſet ineptiſſimè locutus? Quid enim ineptius, atq; abſurdius, quàm ita loqui, nullus eſt nitor argento in terras abdito, & ita deformi, & rubiginoſo, niſi niteat? &c. Eſt enim ſimile ac ſi quis ita dicat, Nulla eſt mulieris deformis gratia aut venuſtas, niſi formaſa ſit.

EXTENTO] longo, producto. tranſlatum. propriè dixit epiſt. ad Auguſt. *Ille per extentum funem mihi poſſe videtur Ire poëta,* & Od. 15. huius lib. *vndique latius Extenſa viſentur Lucrino Stagna lacu.*

ILLVM AGET PENNA MET. SOLVI] Omnino ſic eſt legendum: & ita reperi ſcriptum in omnibus codic. manuſcrip. deniq; hãc lectionẽ agnoſcit Porphyr. Corruperunt autem hunc D locum arrogantes quidam, & indocti homines, qui, cũ facilè animaduerterent hoc ſentire Horatiũ, Proculei nomen propter eius eximiam in fratres ſuos liberalitatem, immortale futurũ, exiſtimarẽtq; ſi *metuente* legeretur, planè aliam, & contrariam huius loci ſententiam futuram, quaſi penna metuens ſolui, ſit ea, quam dies, aut vis aliqua ſit ſolutura, negationẽ *haud*, addiderunt. Sed quamuis nemo mediocriter doctus dubitet, quin hæc ſi vera, & germana ſcriptura, conſtitui tamen, vt adoleſcentibus conſulam, eius rationem explicare. Penna igitur metuens ſolui ea eſt, cuius nulla vmquam diſſolutio eſt futura. Atque ita loquitur Virg. Georg. 1. *Arctos Oceani metuentes æquore tingi.* quibus verbis nihil aliud ſignificat Virgilius. quàm arctos numquam occidere, & *metuens*, valet φυλαττομένας: id eſt,

id eſt, cauenteis. Eſt enim verſus ille ex Arato ad verbum ferè expreſſus. Ἄρκτοι κυανέου πεφυλαγμέναι ὠκεανοῖο quod idem eſt apud Homer. ἰλ. σ. de vrſa maiore. Οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο. Sed cuius teſtimonium grauius nobis eſſe debet, quàm ipſius Horatij, qui frequentiſſimus eſt in huiuſmodi loquendi generibus? ſic loquitur Satyr. quinta libro ſecundo, *forte ſubet procera Corano Filia Naſicæ metuentis reddere ſoldum.* nā *metuentis* hoc loco nihil aliud eſſe puto, quàm nolentis. & lib. 3. Ode XI. *nec atque tangi Nuptiarum expers*, id eſt, non vult tangi. & Od. 5. lib. 4. *Culpari metuit fides*, id eſt, nemo eſt, qui violare fidem velit. & Od. 24. lib. 3. *& metuens alterius viri Certo fœdere caſtitas*, id eſt, caſtitas ab altero viro abhorrens: & epiſt. 1. lib. 2. *Sed turpem putat in ſcriptis, metuitque lituram.* & epiſt. ad Quinctium, lib. 1. *Labra mouet metuens audiri*, id eſt, nolens audiri. & ad Loll. 2. eod. lib. *Si bene te noui metues liberrime Lolli Scurrantis ſpeciem præbere profeſſus amicum.* Sic & Perſius Satyr. 1. *Non ego cùm ſcribo ſi forte quid aptius exit, Quando hæc rara auis eſt, ſi quid tamen aptius exit, Laudari metuam.* Tralationem autem ductam eſſe ex eo puto, quòd qui metuūt quippiam, id ipſum fugiunt, & vitant, quam maximè poſſunt. Itaque Virgil. hæc verba Arati πεφυλαγμέναι ὠκεανοῖο, ita vertit, *Oceani metuentes æquore tingi*, cum verbum Græcum φυλάττεσθαι idem, quod cauere, & vitare ſignificet. Sic igitur hic locus eſt legendus: neque exſiſtat poſthac quiſquam vſque adeò audax, atque impudens, vt, quæ apud bonos ſcriptores nō intelligit, audeat corrumpere. Hæc ego cùm M. Mureto Venetiis demonſtraſſem: quin ita eſſet, vt ſentio, ne dubitandum quidem eſſe dixit: ſed cum in iis exemplis, quæ ſunt ab eo (vt dicebat aliquot locis emendata, hoc mendum hærere vidiſſet, huius errati culpam in operas typographi contulit: & paucis pòſt menſibus, cùm libros variarum lectionum ederet, magnam partem eorum, quæ ad hunc locum in meis commentariis legerat, id ſept. caput primi libri me conniuente & permittente retulit.

Latius regn. avid. &c.] ſententia generalis eſt. hoc enim ſignificat, latiores vnumquemque regni fineis habiturum, ſi ſuas cupiditates reprimat ac retinet, quàm ſi disiunctiſſimas terrarum parteis poſſeſſionibus continuet, & coniungat.

Spiritum] φρόνημα.

Crescit indulgens] ſignificat, auarum non ſanari pecuniæ acceſſione, quemadmodum neque hydropicus conualeſcit aquæ potu. ſic Bion apud Teletem lib. de comparatione diuitiar. & paup. Καὶ εἴ τις βούλεται ἢ αὐτὸς ἐνδείας καὶ σπάνεως ἀπολυθῆναι ἢ ἄλλον παραλῦσαι, μὴ χρήματα αὐτῷ ζητείτω. ὅμοιον γάρ φησιν ὁ Βίων, ὡς εἴ τις τὸν ὑδρωπικὸν βουλόμενος παῦσαι τοῦ δίψους, τὸν μὲν ὕδρωπα μὴ θεραπεύοι, κρήνας δὲ καὶ ποταμοὺς αὐτῷ παρασκευάζοι. ἐκεῖνός τε γὰρ ἂν πρότερον πίνων διαρραγάν, ἢ παύσαιτο δίψους: οὗτός τε οὐκ ἄν ποτε ἐμπλησθείη, ὅταν ᾖ ἄπληστος: id eſt, & ſi quis vult aut ipſe indigentia, & inopia liberari, aut alium liberare, ne pecunias ſibi, aut illi quærat. Simile enim fuerit, inquit Bion, vt ſi quis hydropicum ſiti liberare volens, hydropa quidem non curet, fonteis autem & fluuios ei apparet atque apponat. Nam & ille prius bibendo rumpatur, quàm morbo leuetur, & hic numquam ſatis habuerit, cùm ſit inſatiabilis.

Dirus hydrops] Hydrops, morbus eſt notiſſimus, & generis feminei eſt apud Græcos ἡ ὕδρωψ. Hydropicum nominant, qui eo morbo laborat. vide Corn. Celſum lib. 3. Videtur tamen hoc loco poni morbus pro ægro. Quidam libri veter. habent, *durus*: quos non ſequor.

Fugerit venis] fugerit è venis.

Et aquosus albo corp. lang.] albo corpore, id eſt, pigro, languido, & inerti, ἀργῷ. ſic Satyr. 2. lib. 2. *pinguem vitiis, albùmque nec Oſtrea, Nec ſcarus, aut poterit peregrina iuuare Lagois.* & Perſ. *Turgidus hic epulis, atque albo ventre lauatur.* Iam per hæc duo aquoſum languorē, morbum ſignificauit ὕδρωπα.

Phraaten] Fuit hic Phraates rex Parthorum. Iul. Flor. epit. 100. Cornel. Tacit. lib. 2. Strabo lib. 6. Hor. de eod. epiſt. ad Iccium lib. 1. *ius, imperiúmque Phraates Cæſaris accepit genibus minor.* fuit & Phraortes (aduerſus quem pugnauit M. Antonius) rex Parthorum, Medorum, Perſarum: de quo Plutarch. in Antonio. ideircò quidam hoc loco legi volunt *Phraortem*: à quibus diſſentio. nihil enim vetat, quo minus Phraates idē & Parthorum, & Perſarum regnum obtinuerit, vt Ode 5. lib. 3. Præterea Priſcian. libr. 18. hunc locum teſtem producens, vulgatam ſcripturam agnoſcit.

Redditum Cyri solio] in Cyri ſedem & locum, id eſt, in regnum, imperiúmq; Perſarū reſtitutū. Eſt autem hæc huius loci ſententia quam quidam indignis modis deprauant. Virtus igitur (inquit Horat.) à plebe diſſidens, Phraatem regem in numero beatorum non habet, populúmque & multitudinem imperitam, quæ ſolet reges & dynaſtas in beatis numerare, immò verò eos ſolos beatos prædicare, dedocet his vocibus vti, falſis præſertim, dum ipſa eum ſolum verè beatum, ac verè regem iudicat, qui pecuniam contemnit, qui auri ſplendore non capitur, neque commouetur. hunc Phraaten commemorat. epiſt. 12. lib. 1. *ius imperiúmque Phraates Cæſaris accepit genibus minor.* Eſt autem hic verſus, *Diſſidens plebi numero beatorum*, hypermeter, & ſyllaba eius vltima pertinet ad verſum ſequentem. cuius generis exempla alibi colligemus. Iam hoc *diſſidens plebi*, pro illo *diſſidens à plebe*. Horatianū eſt, vt ſup. libr. 1. Ode 27. *Vino & lucernis Medus acinaces, Immane quantum diſcrepat*, pro diſcrepat à vino & lucernis. & epiſt. 2. lib. 2. in extr. *& tamē idem Scire volam, quantum ſimplex, hilariſque nepoti Diſcrepet.* & Satyr. 6. lib. 1. *longè mea diſcrepat iſtis,*

Threſſa legerent.

Neu multi Dam. meri) Multi meri dixit, vt multi cibi fuiſſe quendam imperatorem ſcripſit Suetonius, ἄμυστις autem genus potãdi eſt, cùm ſe magnis poculis mutuò inuitant. Quod dicebant ἀμυστίζειν. Quod cùm facere ſolerẽt Thraces, idcirco πρόποσιν θρᾳκίαν dicebant. Sed & ex Scytharum moribus σκυθικὴν πόσιν. Ne baſſum ad putandum prouocet: ne Numidam ad Zelotypiam ſtimulet.

Vinax apium) Apio vtebantur in coronis non ſolùm ſacrorum certaminum Græci: verùm etiã conuiuiorum Romani. Infrà,

In Damalim putres) Omnes in eius amorem ſoluti erunt, nemo tamen alius quàm Numida ea potietur. putris, ſolutus. quod in terra potiſſimum dicebatur. Virgilius,

--- & Zephyro putris ſe gleba reſoluit. id eſt, laxata & ſoluta. Alio loco, *Et cui putre ſolum, namque hoc imitatur arando.* id eſt, optima terra eſt ſoluta. Nã cùm aramus, ſolutam reddere conamur. Perſius eodem, quo Horatius modo locutus eſt: ille in Venerem eſt putris. *Deponent oculos*) Qui Damalim deperibunt, obdormiſcent. Plautus, vt me deponat vino, eam affectat viam. Alio loco, Ille ebibit, caput deponit *Ambitioſior*) magis ſuis ambiens brachiis & amplectens, quàm laſciua & ſequax hedera, arbores.

Ex aduerſ. li. 19. c. 3. Vide ſupra od. 15. quæ ad ſcripta ſunt ex eod. lib. 19. cap. 3.

Ex lib. 9. cap. 14. *Acta non alio rege pueritia.*

Mutataq; ſimul toga. cùm ſcribit, eos æquales eſſe dicit: qui in pueritia eundem habuerint magiſtrum, ad eundemq; ludum iuerint, ſimúlque togam virilem ſumpſerint. Magiſtrum autem regem appellat tralatitio nomine, recedebant autem ab imperio magiſtrorũm & pædagogorum, ſumpta virili toga.

Ex lib. 18. ca. 27. Sed alterum attingamus Horatij locum, cuius perſpicuus & dilucidus non admodum ſenſus eſt,

Omnes in Damalim putres
Deponent oculos.

Non enim placet, quod interpretibus credi video, ſignificari oculos vino marcentes & languidos: cùm dicat oculos putres in Damalim, in Damalis amorem ſolutos. Nam etſi omnes in eius amorem ſoluti erunt, nemo tamen alius quàm Numida ea potietur, quia qui Damalim deperibunt, obdormiſcent. Id enim, cum deponere oculos dicit, intelligit. Plautus. Aulularia ſc. Nimium lubent.

Vt me deponat vino, eam affectat viam. alio loco. Curculione ſc. Dixe viam. *Ille ebibit, caput deponit.* Tranſlatio autem eſt ab oneribus, quæ deponi dicuntur: vt nobis dormitantibus caput & oculi onerι ſunt. Itaque neque caput neque oculos ſuſtinere tum poſſumus. Vt autem dixit Horatius oculos in Damalim putres: ſic Perſius, Satyr. 5.

--ille

A *In venerem putris.* id eſt, ſolutus & profuſus, dixit. Putre in terra ſæpe dicebatur. Virg. 1. Geor. *-- & Zephyro putris ſe gleba reſoluit.* id eſt, ſe laxat & ſoluit, & ſoluta & laxa eſt. Alio loco, 2. Georg.

Et cui putre ſolum: namq; hoc imitamur arando, quo ſignificatur optimum ſolum eſſe locutum. Nam cùm aramus hoc agimus, vt terram ſolutam reddamus. Cæterum in eo carmine Damalim *multi meri* dixit, vt multi cibi aliquos fuiſſe legimus quo edaces intelligimus: vt eam bibacem & merubibam fuiſſe exiſtimamus. ἄμυστις porrò genus erat potandi, quo ſe magnis & meracis poculis mutuò inuitabant, quod dicebant ἀμυστίζειν, quod cùm facere ſolerent Thraces, idcircò
B πρόποσιν θρᾳκίαν appellabant. Sed & ex Scytharum moribus σκυθικὴν πόσιν.

AD SODALES Od. 37.

ARGVMENTVM.

Ob victoriam Actiacam, Genio indulgendum eſſe.

NVnc eſt bibendum: nunc pede libero
Pulſanda tellus: nũc Saliaribus
Ornare puluinar deorum
Tempus erat dapibus, ſodales.
C *Antehac nefas depromere Cæcubum*
Cellis auitis, dum Capitolio
Regina dementes ruinas,
Funus & imperio parabat,
Contaminato cum grege turpium
Morbo virorum quidlibet impotens
Sperare, fortunáque dulci
Ebria. ſed minuit furorem
Vix vna ſoſpes nauis ab ignibus:
Mentémque lymphatam Mareotico
D *Redegit in veros timores*
Cæſar, ab Italia volantem
Remis adurgens, accipiter velut
Molles columbas, aut léporem citus
Venator in campis niualis
Æmoniæ, daret vt catenis
Fatale monſtrum: quæ generoſius
Perire quærens, nec muliebriter
Expauit enſem, nec latenteis
Claſſe cita reparauit oras.
Auſa & iacentem viſere regiam
Vultu ſereno fortis, & aſperas

Tractar

Tractare ſerpenteis, vt atrum
Corpore combiberet venenum,
Deliberata morte ferocior:
Sæuis Liburnis ſcilicet inuidens
Priuata deduci ſuperbo
Non humilis mulier triumpho.

NVNC EST BIBENDVM] videtur hæc ab Alcæo eſſe mutuatus: cuius hi verſus reperiũtur apud Athen. lib. 10. Νῦν χρὴ μεθύσκειν, καί τινα πρὸς βίαν Πίνειν.

SALIARIBVS] opiparis, & ſumtuoſis. M. Tull. *Saliarem in modum.* Salios eoſdem fuiſſe apud Romanos atque Curetas apud Græcos narrat Dionyſ. Halicarn. lib. 2. antiq. Ro. de quibus ille multa ſub extrem. lib. ab illo loco Ἔχει δὲ μοῖραν τῆς περὶ τὰ θεῖα νομοθεσίας ἣν ἡ προσαγορευθεῖσα τοῖς χαλκεμβόλοις ὑπὸ Ῥωμαίων σαλίοις, &c.

ORNARE PVLV. DEOR.] ſolebant Rom. vel deuictis hoſtibus, vel quouis alio modo Republ. bene geſta, & periculo cõmuni propulſato, ad omia puluinaria Deorum ſupplicationem decernere, atque aliquot dies feſtos lætitia publica celebrãdos indicere. Sic Cic. Cat. 3. *Quamobrem Quirites quoniam ad omnia puluinaria ſupplicatio decreta eſt, celebratote illos dies cum coniugibus & liberis veſtris.* Habebant autẽ ſinguli dij ſuos lectos & puluinos, quibus imponebantur: quam ſuperſtitionem Romanorum inſectatur & irridet Arnob. lib. 7. aduerſus genteis, his verbis. *Lectiſternium Cereris erit idibus proximis. habent enim dij lectos: atque, vt ſtratis poſſint Mollioribus incubare, puluinorum tollitur, atque excitatur impreſſio* Hac oda autem Horat. ſodaleis ſuos ad lætitiam exhortatur ob victoriam Actiacam.

TEMPVS ERAT] ſic ſcriptum reperi in lib. Donati, Faërni, Torneſ. Vaticanis duobus: alij corrumpentes, *erit* reponunt: alij *erat* poſitũ volunt pro eſt. Ego puto propriè locutum eſſe Horatium, longéque adeò ſignificantius, quàm ſi verbo præſentis temporis vſus eſſet: hoc modo non erat fas antehac è cellis auitis vinum depromere, conuiuiáque agitare: Sed nũc deuicto M. Antonio cum Cleopatra, hoc erat illud tempus, in quo decebat epulari, & conuiuari. ſic loquitur Ælian. vari. hiſtor. lib. 1. Σοφόν τι ἄρα χρῆμα ἦν γένος βατράχων Αἰγυπτίων. & Oppia lib. 3. ἁλιευτ. Ἰχθύσι δ' οὐκ ἄρα μοῦνον ἐπ' ἀλλήλοισι νόημα Πευκεδανὸν ἦν, καὶ μῆτις ἐπίκλοπος &c. & Heliod. ἔργ' καὶ ἡμερ. Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν Εἰσὶ δύω. Theocr. εἰδ. ε. ὦ παῖδες. ἢ σαῦλος ἦδα Κομάτα, & ita loquitur epiſt. ad Scæuam lib. 1. *at qui rerum caput hoc erat, hic fons.* & Saty. 10. lib. 1. *Hoc erat excepto fruſtrà Varrone Atacino, Atque quibuſdam aliis, melius quod ſcribere poſſem.*

DVM CAPITOLIO] intereà dum Cleopatra, & M. Antonius ea moliebantur, quibus Ca-

A pitolium, imperiúmque populi Ro. euerterent.

DEMENTEIS RVINAS] à demente Cleopatra cogitatas, & comparatas. Fortaſſe hic locus verſuum Ennian. qui ſunt in Catone Ciceroni corrũpendorum occaſionem dedit. Sic enim vulgò leguntur. *Quò vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant Ante hac dementis ſeſe flexere ruinai* cùm ita ſint legendi. *Quò vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant, Antehac, dementes ſeſe flexere viai?*

CONTAMINATO CVM GREGE TVRPIVM.] cum eunuchis turpi morbo laborantibus, viris effœminatis, & impudicis. Eunuchos igitur viros appellat non ſimpliciter, ſed viros morbo corporis, & animi turpeis, & fœdos; propter quem ad patiendum, quàm ad agendũ B ſunt aptiores, ac propenſiores. vide annot. ad illũ locũ Saty. 6. li. 1. *Vt ſi quis ægrotet, quo morbo Barrus,* Gregor. Nazian. ἐπιταφ. Baſilij magni, ſic de Eunuchis: τοὺς ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος, τοὺς ἐν γυναιξὶν ἄνδρας, ἐν ἀνδράσι γυναῖκας, τοὺς τοῦτο μόνον ἀνδρικοὺς τὴν ἀσέβειαν, οἳ τὸ φυσικῶς ἀσελγαίνειν οὐκ ἔχοντες, ὃ δύνανται μόνον τῇ γλώττῃ πορνεύουσι, id eſt, Viros ex mulierũ cubiculo egreſſos, atque ad eas cuſtodiendas & oblectandas accommodatos: inter mulieres viros, inter viros mulieres; atq; ad omnia obſcœna patienda promtos ac paratos, vna re dumtaxat virileis & forteis, quòd impij ac ſcelerati ſint: qui quoniam iis membris, quæ ad procreandum à natura viris data ſunt, libidini obſequi nequeũt, C lingua impura atque impudica, qua poſſunt tantùm ſcortantur. Hæc Nazianzenus. Traditum eſt præterea ab iis, qui ex figuræ inſpectione de ingenio faciunt coniecturam, eos magnam partem immites eſſe ingenio, fraudulentos, facinoroſos, audaceis, maleficos, ac ſceleratos.

QVIDLIB. IMP. SPER.] impotens ſperare, id eſt, in eo impotẽs, quòd quidlibet ſperare auderet. impotens ſperare autẽ à Græcis ſumtum, de quo genere vide ad Od. 8. lib. 4. Iam impotens valet apud bonos ſcriptores idem ferè, quod apud Græcos ἀκρατής, incontinens, effrenatus, non rationi obediens, ſed affectibus, & perturbationibus animi ſeruiẽs M. Tull. epiſt. ad M. Marcell. *Victoria etiam ſi ad meliores venit, tamen* D *eos ipſos ferociores, impotentioreſque reddit.* Idem de haruſp. reſponſ. *nihil feci iratus, nihil impotenti animo.* Idem Philipp. 5. Antonium impotentem, iracundum, contumelioſum, ſuperbum, & c. nominat. ſic Catull. de faſelo *freta impotentia*, id eſt, impotentium hominum more æſtuantia, & ſæuiẽtia. idem ad papyriũ, vt Cæcilium arceſſat. *Illũ deperit impotente amore*, id eſt, immodico, & immoderato. & Horat. Ode 1. lib. 2. *Iuno impotens*, id eſt, ira & odio elata, ira inflammata, ab ira victa, quæ iram continere non poterat, & Od. vl. li. 3. *Aquilo impotens*, ſupra modum ſæuiens, vehemens, vt ſit tralatio à rebus animatis, vt *freta impotentia.* impotens igitur ſperare, id eſt, quæ ſeſe continere non poterat, quin quidlibet ſperaret.

Digitized by Google

Fortvnáqve dvlci ebria] rebus ſecuodis elata, & impos mentis, ſic Demoſthenes Philipp. prima, Philippum dicit magoitudine rerum geſtarnm ebrium eſſe. Ἐγὼ δ' οἴομαι μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νὴ τοὺς θεοὺς, ἐκεῖνον μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων, &c. & Anacreon: ἔρωτι μεθύοντα, id eſt, amore ebrium dixit, & Theocr. in Dioſcuris πληγαῖς μεθύων, id eſt, plagis ebrius idem apud Hæphæſtionem. Ἀρθεὶς δ' ηὖτ' ἀπὸ λευκάδος πέτρης Ἐς πολιὸν κῦμα κολυμβῶ μεθύων ἔρωτι.

Sed minvit fvr.] ſed eius dementiam, ioſoleotiam, atque imporeotiam compreſſit tanta, in pugna Actiaca, clades accepta, vt vix vna nauis ſalua ei reſtiterit. Itaque eius animum rebus proſperis ferocem, impotentem, inſolentem, res aduerſæ ἐσωφρόνισαν, id eſt, caſtigarunt & ad ſanitatem mentis reuocarunt.

Mentémqve lymph.] Lymphatos appellant Latini, quos Græci νυμφολήπτους, vt ſuprà diximus quam vocem videtur vſurpaſſe Plato in Phædro pro furioſo, & meote concitato. ὥστε ἐὰν ἄρα πολλάκις νυμφόληπτος προϊόντος τοῦ λόγου γένωμαι, μὴ θαυμάσῃς. Sextus Pompeius Feſtus ſcribit lymphas dictas eſſe à Nymphis, vulgóque memoriç proditũ eſſe, quicumque ſpeciem è fonte, id eſt, effigiem Nymphæ viderint, furendi finẽ ooo facere: quos Grçci νυμφολήπτους, Latini Lymphatos appellant. Alij Lymphatos dici exiſtimant eos, qui metu & horrore quodam aquæ afficiuntur, adeò vt ſe ſæpe in aquas præcipiteis agaot: quos Græci ὑδροφόβους appellant, morbo à caois rabioſi morſu contracto, quẽ ὑδροφοβικὸν πάθος vocat Dioſcorides, & ὑδροφοβίαν, quo morbo tentati aquam horrent ceu canes ipſi, & aquæ metu ſimul & deſidetio, ſiſtque excruciantur, dicuntur autem νυμφόληπτοι eadem ratione qua μουσόληπτοι, vt ſi Latinè dicantur illi à nymphis: hi à muſis capti.

Mareotico] vino, quod ad Mareotidem Ægypti paludem naſcitur. Virgil. Georg. 2. *ſunt & Mareotides albæ*. Athen. lib. 1. Δειπνοσοφ. ſcribit vioum Mareoticum eſſe Alexandrioum, à Marea fonte, qui in Alexandria eſt, & ab vrbe ei fonti vicina eiuſdem oominis, appellatum: eámque vrbem fuiſſe olim maximam, nonc eſſe vicum: paucis verbis pòſt, à Marooe quodam vno ex iis, qui cum Baccho militarunt, eſſe nominatam. Multas autem huius Mareotici vini laudes commemorat ibidem Athen. Florem Libycum appellat Plautus Caſina. *Niſi hac meraclo ſe vſpiam percuſſit flore Libyco.*

Redegit in ver. tim.] qui rebus ſecuodis inſolentes fiunt, & quibus vinum bonam mentem ademit, aut corrupit, ij periculi, in quo fortè verſaotur, magnitudinẽ neque attendunt, oeque ſentiunt, quamdiu ita ſunt affecti: poſteà autem, quàm ad ſe redierũt, tum demùm timere incipiunt, tum demùm periculo ſcilicet edocti ad ſe redeuot, & ſe colliguot videtur igi-

A tur Horatius ſigoificare, Cleopatram, quamuis ob res ſecundas furore, amentiaque præcipitem, & temulentam, veris tameo timoribus tum affectam fuiſſe, cùm eam Cæſar victor inſequebatur dixit autem *veros timores*, quia ſuot & alij vani timores, maximè io bello. ootum illud πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου.

Veros timores] ſic epiſt. 17. lib. 1. *vti mox Nulla fides damnis, veriſque doloribus adſit.*

Volantem] quàm celerrimè poterat fugientem. Mollais colvmbas] imbelleis appellat Od. 4. lib. 4. *nec imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam.*

Aovrgens] perſeqoens, proximè inſequens.

B Daret vt catenis, &c.] vt viuam caperet. Quod Auguſtom duas ob cauſas vehementer exoptaſſe, primum quòd verebatur, ne illa pecuniam, quam penes ſe habebat, corrumperet ac diſſiparet: deiode quòd eam exiſtimaret magnum momentum ad triomphi decus & gloriam allaturam, ſi viua Romam deportaretur, ſcribit Plutarch. io Antonio, his verbis: Ἐκ δὲ τούτου τὸν Προκλήϊον ἔπεμψε κελεύσας ἣν δύναιτο, μάλιστα τῆς Κλεοπάτρας ζώσης κρατῆσαι· καὶ γὰρ ἐφοβεῖτο περὶ τῶν χρημάτων, καὶ μέγα πρὸς δόξαν ἡγεῖτο τοῦ θριάμβου, καταγαγεῖν ἐκείνην.

Nec mvlieb. Exp. ens.] quemadmodum verè dicere licet eam ono extimuiſſe C ferrum: ita conſtat enſe non periſſe: ſed duntaxat conatam eſſe ſibi maous afferre: à Proculeio autẽ eſſe prohibitã. expauit autẽ, id eſt, extimuit.

Mvliebriter] Od. 6. epod. *Vos, quibus eſt virtus, muliebrem tollite luctum.*

Nec lat. Classe cita, &c.] id eſt nec ſeſe cõtulit in abditas & abſtruſas Ægypti latebras, in quibus vel deliteſceret, vel oouum exercitum aduerſus Cæſarem compararet. Ad hunc locum pertinent hi Virgil. lib. 8. Æn. *Contrà autem magno mærentem corpore Nilum, Pandentémque ſinus, & tota veſte vocantem, Cæruleum in gremiũ, latebroſáque flumina victos:* ad quos ootat Seruius, Cleopatram præſagio mortis futuræ, & metu perturbatam, tuti receſſus immemorem fuiſſe, vbi facilè poterat bellum reparare: de quare ſe D moriens dicitur accuſaſſe: ex quibus & Seruij verbis, & Virgilij verſibus poſſum rectè videri huoc locum Horat. explicaſſe, cùm ita dixi, *Nec Cleopatra ſeſe contulit in abditas Ægypti latebras, in quibus vel latitaret, vel nouum exercitum compararet, ſeſeque aduerſus Cæſarem nouo belli apparatu inſtrueret.* Alij tameo ſic maluot, nec ſe io Ægyptum cootulit, vbi latitaret: cum quibus pugnare oolo.

Fortis et asperas tract. serp.] Plutarch. ſcribit in Aotonio, de genere mortis Cleopatrę oihil vmquam certi ſciri potuiſſe: oullum veneni veſtigium in eius corpore apparuiſſe: duas tantùm cicatrices eſſe repertas, exileis & obſcuras, quibus adductum Cæſarem, fictam eius imagioem in triomphum deportaſſe, cui aſ-

pis affixa adhæreret. Proper. lib. 3. Fæminas impetare amantibus. *Brachia ſpectaus ſacris admorſa colubris, & trahere occultum membra ſoporis iter.*

Corpora combib.] conciperet, admitteret. & ita M. Tull. lib. 3. de finibus: *ſed infitis tamen iam debet iis artibus, quas ſi, dum tener eſt, combiberit: ad maiora veniet paratior.* Idem in Hortenſ. *Vt qui combibi purpuram volunt, ſufficiunt prius lanam medicamentis quibuſdam.*

Deliberata morte, &c.] Pet. Victorius vir optimè de litteris ac litteratis meritus, lib. 10. var. lect. hunc locum ſic eſſe diſtinguendum docet, *Deliberata morte ferocior, Sæuis Liburnis ſcilicet inuidens, &c.* Et ſæuis Liburnis naueis ſignificari, non Liburnos populos cui prorſus aſſentior, præſertim cum faciat cum eo Plurarchus in Anton. his verbis, ἐν τούτῳ Λιβυρνίδες ἄφθονοι διέκοψαν τὰς Καίσαρος. Prætereà Vegetius libro 4. de re militari, ſcribit Actiaco prœlio Liburnorum auxiliis præcipuè victum eſſe Antonium, atque iccircò experimento tanti certaminis patuiſſe, Liburnorum naueis ceteris aptiores eſſe. Erit igitur hæc ſententia, Cleopatra deliberata morte, id eſt, cùm moriendi cōſilium cepiſſet, ſeu cùm mori decreuiſſet, ferocior, id eſt, animoſior, quàm anteà, auſa eſt venenum bibere, & ſerpenteis tractare, quarum contactu & morſu venenum toto corpore conciperet, ſcilicet Auguſto eam laudem, gloriámque inuidens, vt capta per triumphum duceretur. Prætereà Lucianus, bonus auctor, Liburnos & Liburnorum naueis commemorat in eo dialogo, qui inſcribitur ἔρωτες. ἐπὶ Ἰταλίαν μοι πλεῖν διεγνωσμένῳ, ταχυναυτοῦν σκάφος εὐτρέπιστο, τοῦτο τῶν δικρότων, οἷς μάλιστα χρῆσθαι Λιβυρνοὶ δοκοῦσιν, ἔθνος Ἰονίῳ κόλπῳ παρῳκισμένον. id. in Italiam nauigare cogitāti ſcapha mihi parata fuerat, ex iis, quæ duobus remis impelluntur. Quòd ſi quis volet ſeruata eadem, quam P. Victorio auctore, adhibeo, diſtinctione, nomine *Liburnis* populos, non eorum naueis intelligere, non admodum improbabo, vt ſic explicetur hic locus: Cleopatra deliberata morte, ferocior effecta, quàm prius fuerat, ſcilicet inuidēs ſæuis Liburnis populis illis, quorum nauibus magna ex parte parta fuerat Auguſto victoria, &c. vt ſup. ego tamē explicationē priorē malo.

Invidans dedvci] tale eſt hoc, qualia ſunt illa, quæ collegimus ad Od. 23. Iam, quòd ad verbum *inuidendi* attinet, ita Homer. loquitur ὀδ. λ. vbi Vlyſſes ab Alcinoo oratus, vt reliqua de ſuis erroribus, laboribus incommodis perſequatur, ſic reſpondet: Εἰ δ' ἔτ' ἀκουέμεναί γε λιλαίεαι, οὐκ ἂν ἔγωγε Τούτων σοι φθονέοιμι, καὶ οἰκτρότερ' ἄλλ' ἀγορεῦσαι. id eſt, non inuidebo tibi his & alia miſerabiliora narrare, &c.

Privata] non iam regina, vt ſaty. 3. lib. 1: *Priuatúſque magis viuam te rege beatus.* alij ineptè ſubintelligunt, regno.

Svperbo] ſuprà Od. 35. *ſuperbos Vertere funeribus triumphos.*

A Non hvm. mvl.] non abiecta, non cōtemta. immo ſummo loco nata ac generoſiſſima M. Tull. in Lælio: *humilem ſanè & minimè generoſum (vt ita dicam) relinquunt ortum amicitiæ*: vel nō fracto, & paruo, ſed excelſo & magno animo.

TVRNEBVS.

Nunc eſt bibendum) Et carmen & ſententiam Alcæi eſt imitatus. νῦν χρὴ μεθύσκειν, καί τινα πρὸς βίαν πώνην, ἐπειδὴ κάτθανε Μύρσιλος. Delectatur, vt opinor, morte Myrſili, qui Giges erat, eius potentiam inſulanis formidoloſam veritus. Flaccus.

Puluinar deorum.) Saliares cœnæ fiebant in templis, quæ per catachreſin puluinaria, vt Grammatici annotant, appellari ſolent. Exiſtimo tamē B potius eum dicere, fieri debere ſupplicationem ad omnia puluinaria, collocatis diis in puluinaribus & lecticis, appoſitiſque eis epulis. *Contaminato*) Porphyrion ſignificare videtur effœminatos ferè eſſe ſpadones, in quo turpitudo latet, muliebria patientium, quod magis probabile eſt. Catullus, *Morboſi pariter gemelli vtrique.* Alij tamē de caſtratione intelligunt. Huius rei ſic meminit in Epodis.

Romanus (heu poſteri negabitis)
Emancipatus fœminæ
Fert vallum, & arma miles, & ſpadonibus
Seruire rugoſis poteſt.

Reparauit) recuperauit, repetiuit. vt parare, C quærere eſt, vt frui paratis. Sic reparare, recuperare interdum. Cicero. Id quod alio prætore reparare poſſit. *Sæuis liburnis*) vel quod Liburni ad mortem promptiſſimi ſunt: vel quod claſſe illa, à qua victa fuerat, reduci Romam nollet. Liburnicis victa fuerat. Hinc illud, Epod. Od. 1.

Ibis Liburnis inter alta nauium
Amice propugnacula.

Ex aduerſ. lib. 7. cap. 17. Puluinaria deorum cùm dixit Cic. 4. Tuſc. epulum ſignificat vel interprete Flacco, qui ſcribit,

---nunc Saliaribus
Ornare puluinar deorum
Tempus erat dapibus ſodales.

Vt autem rei diuinæ tibias, ſic dapibus deorum & puluinaribus ad- D hibebant fides, imitati, vt opinor, veterem poëtam apud quem Ioui epulanti Apollo fidibus canit.

Ex lib. 9. cap. 14. At illud, Ep. 53.

Contaminato grege turpium
Morbo virorum.

cùm dicit, morbum impudicitiam intelligit, vt & Catullus, *Morboſi pariter, gemelli vtrique.* Spadones autem hoc genere morbi erant infames, quos habebat plurimos Cleopatra, vnde in Epodis ſcribitur.

Romanus, eheu poſteri negabitis,
Emancipatus fœminæ
Fert vallum & arma miles, & ſpadonibus
Seruire rugoſis poteſt:

Claſſe autem *cita reparauit oras.* eſt repetiuit, requiſiuit, recuperauit. Vt enim parare eſt quærere: ſic reparare, requirere, recuperare.

AD PVERVM. Od.38.

ARGVMENTVM.

Se tenui apparatu gaudere.

PErſicos odi, puer, apparatus:
Diſplicent nexæ philyra coronæ:
Mitte ſectari, roſa quo locorum
Sera moretur.
Simplici myrtho nihil allabores
Sedulus curo. neque te miniſtrum
Dedecet myrtus, neque me ſub arcta
Vite bibentem.

PERSICOS ODI, PVER,] id eſt, O puer, oolo in conuiuio adbiberi vnguēta, odores, coronas operoſas, & ſimileis delicias, quibus Medi & Perſæ vti ſolebaot. Perſarum ſumtuoſum, & luxurioſum apparatum paucis verbis declarat Herodot. Καλλιόπῃ, quo loco Pauſan. victoria potitus cōtra Perſas, & ſupellectile Mardooij Perſarū ducis viſa, mulro auro, atq; argēto, & peripetaſmatis variè depictis, iuber piſtores, & coquos Mardonij eodē modo, eodémq; ornatu cenā ſibi apparare, quo modo Mardooio ſolebant. Quod cùm illi feciſſenr, hîc Pauſanias cū aſpexiſſet lectos aureos & argenteos, & magnificum illū ceoæ apparatū, obſtupefactus epularum appoſitarū, & ceterarū rerum expoſitarū copia, iuſſit ridēs ſuos miniſtros ſibi ceoam Laconicam parare: quo facto cùm magnū ioter hos duos apparatus interuallū eſſer interiectū, tū rideos Græcorū duces euocari ioſſit, &c. Intelligendū eſt autē, luxuriē, & ſumtuoſum apparatū apud Perſas increbruiſſe poſteaquā rerum potiti ſuor, Medorúmq; imperiū ſubegerunt. Nā antea teouiſſimū eorū victū fuiſſe tradit Xeooph. Κύρου παιδ. princip. his verbis, φέρονται δὲ οἴκοθεν σῖτα μὲν ἄρτους, ὄψον δὲ κάρδαμον, πιεῖν δὲ ἤν τις διψῇ, κώθωνα, ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρύσασθαι, id eſt, nam domo afferuot, in cibum quidem, panes: io obſonium autem naſturrium in porum autem, ſi quis ſitiat, poculum fictile, vt aquam de quouis flumine bauriant. Quē Xenophontis locum ſpectaos M. Tull. lib. 5. quæſt. Tuſcul. *Perſarū victus* (inquit) *à Xenophonte exponitur: quos negat ad panē adhibere quicquā præter naſturtiū.*

NEXÆ PHIL. COR.] De coronis in cōuiuio adhiberi ſoliſis cùm aliquid ſuprà dixerimus ad Od. 17. tunc plura dicemus ad Od 11. lib. 4. Huc autē libet aſcribere quæ tradita ſunt ab Athenæo lib. vlti. Δειπνοσοφισ. vbi loquitur de coroois & voguentis: qui locus nō reperitur in libris vulgaris. Docer igitur ille, multorum antiquorum poëtarum, philoſophorū, aliorúmque ſcriptorum teſtimoniis collectis, initiò reperta eſſe vincula forte fortuna oblata, quibus in conuiuis & poculis capita religarent, propter dolorum capitis ex vino liberalius poto grauitatem &

A inteotionem, cum capitis & temporum vinctionem ad illos dolores ſedandos valere exiſtimarenr: poſterius verò oroatū etiam ad hæc viocula acceſſiſſe, à conuiuiis non alienum, coronis floreïs concinnatis, & coooexis. Capiti autem coronas impooi ſolitas ad arcēdos (vt diximus) capitis dolores ex immoderato vini potu cōflatos. quia in capite ſeoſus omoes ineſſe videātur, & quia vrile ſit, in potu capur eſſe rectū, & tempora reuincta; quamquā etiam pectus coronare ſolerēt, vt cordis & vitæ ſedem. Vincula autem capitis paratiſſima, & vſitatiſſima fuiſſe, bederacea, quia hedera & vbiuis locorū, vulgóq; naſcatur, & aſpectum præbeat oō iniucuudum ob viriditatē innatā, & latitudioe frondiū, ac magni-
B tudine corymborum facillimè frontē opacare poſſit, & contentionem in cooſtringendo ac vinciēdo ſine periculo ferre queat, & refrigerādi vim babeat ſine odoris grauitate. Cùm igitur coronæ primùm ad prohibendum immoderati potus iocommodum, & valetudinis cauſa eſſent excogitatæ, deinde etiā voluptatis ratio eſſer habita: ita cōoecti cœptæ ſunt ex roſa, viola, lauro, amaraco, lilio, narciſſo, myrto, & ſimilibus floribus: de quorum florum ſingulorum oatura & virtute multa ibidem Athenæus. phílyra autem, teouiſſima & ſubtiliſſima eſt tiliæ mēbrana, qua accuratius, & operoſius coronæ oectebātur. Pli. li. 16. ca. 14. *Inter corticē & lignū tenues tunicas multiplici mēbrana, è quibus vincula tiliæ vocātur: tenuiſſima*
C *earū philyræ coronariū Lēniſcis celebres, antiquorūq; honore.*

SERA] quæ io looginquis terrarum oris tardius naſcitur.

SIMPLICI MYRTO, &c.] oihil te adhibere volo ad coouiuij apparatum præter myrtū, cuius odor & gratiſſimus eſt, & minimè ſumtuoſus. Myrtum myrrbinam appellant Græci: de qua multa Athen. lib. illo vlt. Froos eſt & Veneri gratiſſima, & ad diſcutieodū vini vaporē vtiliſſima. de ea diximus oonnulla ſup. ad Od. 25.

NIHIL ALLABORES] nihil addas, ſed allaborare eſt ἐμφατικώτερον. Valet enim, laborioſè aliquid alteri addere. vtitur eod. verbo Ode 8. lib. epod. *Ore allaborandum eſt tibi.*

D SEDVLVS CVRO] Ordo eſt ſedulò curo, ne quid addas myrto. Ex myrto autem fiebant etiam corooæ, quibus in vino, & epulis vtebantur, vt Od 7. lib. 2. *Quis vdo Deproperare apio coronas, Curáve myrto?*

SVB ARCTA VITE] ſub anguſto pergula, ex vite ad vmbram comparata.

TVRNEBVS.

EX lib. 18. aduerſ. ca. 29. Plectilem coronam intelligit Horatius cùm ſcribit,

Simplici myrto nihil adlabores *Amplius.*

Sibi eoim vult coronam plecti è ſimplici myrteo ramo. Nam Lemniſcos nihil moratur, nec deſiderat: quos reijcit, cùm ait,

Diſplicent nexæ philyra coronæ.

Plectilis è ſurculis vel ramulis plectitur & innectitur, vt è ramo lauri aut myrti.

CARMINVM LIBER SECVNDVS.

AD C. ASINIVM POLLIONEM. Od. 1.

ARGVMENTVM.

Commendat ſcripta illius, quibus bella ciuilia complectebatur.

MOTVM ex Metello conſule ciuicum,
Bellique cauſas, & vitia, & modos,
Ludúmque Fortunæ, grauéiſque
Principum amicitias, & arma
Nondum expiatis vncta cruoribus,
Periculoſæ plenum opus aleæ
Tractas, & incedis per igneis
Suppoſitos cineri doloſo.
Paullum ſeueræ Muſa tragœdiæ
Deſit theatris: mox, vbi publicas
Res ordinaris, grande munus
Cecropio repetes cothurno,
Inſigne mæſtis præſidium reis,
Et conſulenti, Pollio, curiæ:
Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.
Iam nunc minaci murmure cornuum
Perſtringis aureis: iam litui ſtrepunt:
Iam fulgor armorum fugaceis
Terret equos, equitúmque vultus.
Audire magnos iam videor duces
Non indecoro puluere ſordidos,
Et cuncta terrarum ſubacta,
Præter atrocem animum Catonis.
Iuno, & deorum quiſquis amicior.
A *Afris, inulta ceſſerat impotens*
Tellure, victorum nepotes
Rettulit inferias Iugurthæ.
Quis non Latino ſanguine pinguior
Campus ſepulchris impia prœlia
Teſtatur, auditúmque Medis
Heſperiæ ſonitum ruinæ?
Qui gurges, aut quæ flumina lugubris
B *Ignara belli? quod mare Dauniæ*
Non decolorauere cædes?
Quæ caret ora cruore noſtro?
Sed ne, relictis Muſa procax iocis,
Cææ retractes munera næniæ,
Mecum Dionæo ſub antro
Quære modos leuiore plectro.

MOTVM CIVICVM] bellum ciuile ſed

aptius eſt nomen motus, & ſignificantius. Pollioné, qui tragœdias, ſeu prætextas potius, ſcribebat de bellis ciuilibus, monet Horat. vt hanc ſcripturam taotiſper intermittat, dum reſtituatur in ordinem, atque in ſuum ſtatum Reſpu. vel, vt alij malunt, dum hiſtoriam de eodẽ bello ciuili, ordine perſcripſerit. Erat enim Pollio & tragœdiarum, & hiſtoriarum ſcriptor. Pullioné autem tragœdiarum, ſeu prætextarum fuiſſe ſcriptorem declarant illa Horatiana ſat.x. lib. 2. *Pollio Regum Facta canit pede ter percuſſo.* idem infrà hac eadem Oda, *Paullum ſeueræ muſa tragœdiæ Deſit theatris, &c.* Quòd autem quidam alioqui docti, exiſtimant, principium huius Od. *Motum ex Metell. &c.* intelligendum eſſe de ſcriptione hiſtoriæ: mihi vehementer errare videntur: & miror, hoc eis vnquam in mentem venire potuiſſe. Nam & verborum ſtructura, & orationis ſeries, & ſententia ipſa perſpicuè declarant, hoc totum ad tragœdiæ ſcripturem pertinere. Sic enim Horatius. Tu pollio tractas motum ciuilem à Metello conſule, bellíque cauſas, &c. periculoſæ plenum opus aleæ, &c. Intermitte (inquit Horatius) iſtam ſcriptionem, & ſine muſam tragicam pauliſper deſiderari à theatris: mox vbi cum aliis ſenatoribus rempublicam in ſuum ſtatum reſtitueris, ſeu in ordinem redegeris, atque ordinatis, grande munus ſcriptionis tragicæ repetes. hæc mihi videtur eſſe huius locis ſententia, quam maleuoli quidam homines, & inuida obcæcati non viderunt, [Seruius profert hunc locum ad illum Virgil. lib. 6. Æneid. *Ciuili tempora quercu.*

Ex metello consvle] L. Afranij collega, de quo ſic M. Tull. epiſt. ad Attic. lib. 1. *Metellus tuus eſt egregius conſul. vnum reprehendo, quod otium è Gallia non magnopere nuntiari gaudet.*

Bellíqve cavsas] belli cauſæ, verbo erant (vt ipſe Cæſar dicebat) quòd interceſſio ſublata, ius tribunitium ſublatum, circumſcriptus eſſet Antonius, reuera dominandi cupiditas, & πλεονεξία.

Ludúmqve fortvnæ] ſic ſup. Od. 2. lib. 1. bellum, ludum Martis appellauit. Iam quis neſcit fortunam in bello plurimum poſſe? Ex quo dicunt Latioi, belli fortunam experiri, ſeu tentari, & apud Eooium: *Quorum virtuti belli fortuna peperent; &c.*

Graveísqve Princtpvm amic.] primùm L. Craſſi, Cn. Pompeij, C. Cæſaris: deinde Octauiani, M. Lepidi, M. Antonij.

Nonovm exp. vncta] arma ſanguine ciuili, cuius nondum pœnas meritas luimus, óblita: arma adhuc cruenta ſanguine ciuili, neque dum aliqua expiatione, pura effecta, videtur ſpectare ad morem veterum Græcorum, qui ſi cædem aliquam extra bellum admiſiſſent, tamdiu manus habebant cruentas atque impuras, donec ab aliquo rege expiari atque abluti eſſent, annot. ſup. Od. 2. lib. 1. *Cui dabit partes ſcelus expiandi Iupiter?*

A Pertevlosæ plen. op. al.] propter incertum belli euentum. nam cùm ſit neceſſe in ſcribendis his prætextis, multorum vitia notare, multorúmque voluntates offendere, veriſimile eſt, eos, quos ſcriptis offenderis, ſi vicerint, grauiter laturos. [Licet etiam hoc referre ad hiſtoriarum ſcriptionem, ex ſententia Seruij. Sic enim ille annotat ad illum Virgilij verſum Palæm. *Pollio enim amat noſtram, &c.* Blanditur iã Polliooi patrono: quem tragœdiarum, & hiſtoriarum ſcriptorem Horatius fuiſſe teſtatur. Nam in ſecundo Carminum dicit de hiſtoriis, *Periculoſæ plenum opus aleæ Tractas, &c.* Idem paullo póſt, *Paullum ſeueræ muſa tragœdiæ, &c.*

Et inceois psr igneis] allegoria B eſt, qua obſcurè ſignificat idem, quod proximè dixerat, periculoſam eſſe illorum tẽporum tragœdiam ſcribere, ſeu tragœdiæ ſcribendæ ex bellis ciuilibus argumentum ſumere. [Videtur autem ad illud prouerbium Græcum alludere, quod commemorat Suidas, alludere, ἐν πυρὶ βέοντες.]

Cineri doloso] cineri, qui celat, & tegit igneis ſubiectos, ſic infrà Od. 27. li. 3. *Taurum doloſum* appellat, qui Deum celat.

Pavllvm sevxræ] ſine, vt theatra tantiſper tuis tragœdiis careant, dum hi motus ciuiles conquieſcunt, periode ac ſi diceret, intermitte vliſcò ſcriptionẽ tragicam, quoad remp. diſſipatam ac diſiectam ordinaris: vel intermitte C tragœdiæ ſcribendæ ſtudium: o éve tragœdias tuas, quæ tali argumento conſtant, ſcenæ committere hoc tempore, rebus videlicet nondũ compoſitis, neque ordinatis.

Mox, vbi pvblicas r. o.] id eſt, vbi ea, quæ ſunt in rep. turbata, diſſipata, diſiecta digeſſeris, diſpoſueris, in ſuum ordinem reſtitueris: munus ſcribendi abs te ſuſceptum repetes: vel vbi hiſtoriam belli ciuilis oratione ſoluta conſcripſeris: vt alij volunt.

Cecropio] Attico, ſeu Atheoienſi. Theſpis enim, Æſchylus, Sophocles, Euripides tragœdiarum ſcriptores, Athenienſes fuerunt, ſuáſque tragœdias Athenis docuerunt. Fuit autem Cecrops Actæi gener, eius, quem primum in Attica D regnaſſe ſcribit Pauſanias Atticis, his verbis: Ἀκταῖον λέγουσιν ἐν τῇ Ἀττικῇ βασιλεῦσαι πρῶτον. ἀποθανόντος δὲ Ἀκταίου Κέκροψ ἐκδέχεται τὴν ἀρχὴν θυγατρὶ συνοικῶν Ἀκταίου.

Insigne mæst. præs. reis, et consvlenti] id eſt, qui & cauſis agendis, reiſque defendendis, & conſilio dando, ſententiáque dicenda, cùm in ſenatu magnis de rebus conſultatur, multum vales.

Cvi lavrvs] ſignificat eum de Dalmatis triumphum egiſſe. [Vicerat autem Salonam Dalmatiæ ciuitatem, vt notat Seruius ad illum Virgil. locum, Palæm. *quo te quoque gaudet*, vbi hos verſus Horatij profert.]

Iam nvnc minaci] oſtendit polliouẽ ita ſubiicere oculis prœliorum imaginem, vt ij,

qui

qui legant, ſpectare, atque iis, quæ narrantur, intereſſe ſibi videantur. & eſt elegans ὑποτύπωσις. In prœliis autem ad exacuendos & excitandos militum animos, cornua, litui, tubæ adhibebantur, vt ex hoc loco, & Ode 1. lib. 1. colligitur. & *lituo tubæ Permiſtus ſonitus*. Erat autem lituus genus buccinæ incuruæ. Ennius; *Inde loci lituus ſonitus effudit acutos*. Feſtus.

NON INDEC. PVL. SORD.] qui pro patriæ libertate fortiter pugnantes occubuerunt. vide ſup. Od. 15. lib. 1. *puluere Troico Nigrum Merionen*.

ET CVNCTA TERR.] Et omneis terrarum parteis. Similia ſunt illa, quæ alibi annotabimus, *anguſta viarum, extrema finium, amara curarum, &c.*

PRÆTER ATR. AN. CAT.] ſup. Od 12. *& Catonis Nobile lethum*. Plutarchus in Catone, ſcribit populum Vticenſem ſtatim audita Catonis morte, ad eius fores cōcurriſſe, atque vna voce conclamantem, illum ſolum ſeruatorem, ac beneficum, ſolum liberum, ſolum inuictum appellaſſe, his verbis: *καὶ μικρὸν ὕστερον ὁ δῆμος τῶν ὑπηχείων μιᾷ φωνῇ τὸν εὐεργέτην, καὶ σωτῆρα, καὶ μόνον ἐλεύθερον, καὶ μόνον ἀήττητον καλοῦντων*. Ipſe Cæſar verò accepto de eiuſdem morte nuntio dixiſſe fertur: Cato inuideo tibi mortē, tu enim mihi tuam ſalutem inuidiſti. atrocem igitur animum intellige, conſtantem, imperterritum, ἄφοβον. nam aſſentior iis, qui hoc nomen à verbo Græco deductum volunt, τρεῖν, quod valet tremere, vt ſit atrox is, qui non timeat: quamquam ſcio atrocem interdum aliud ſignificare.

IVNO, ET DEORVM] Iuno, & alij Dij, qui Numidis fauerant in bello Iugurthino, Numidarum, & Afrorum calamitate, necéque Iugurthæ (fuit enim ille Romæ in carcere necatus) offenſi, victores ipſos, nēpe Romanos, eorúmq; poſteros Iugurthæ mânibus, tanquam victimas mactarunt, ac parentarunt.

INVLTA TELLVRE.] Africa.

IMPOTENS] vel ἀκρατὴς τῆς ὀργῆς, vt ſuprà Od. 37. id eſt, irata, vel non potens, id eſt, quæ non poterat odium ſuum explere.

VICTORVM NEPOTES] poſteros Romanorum, qui fuerant victoria potiti.

INFERIAS] victimas, quæ mânibus immolātur, ſeu mactātur. de Iugurtha autē lege Salluſt.

IMPIA] ſcelerata, patriæ perniciosa, in quibus ciuis ciuem trucidat.

HESPERIÆ] Italicæ, vt Ode 36. lib. 1. Dionyſ. Halicar. ἀρχαιολ. Ρωμ. Ἕλληνες ἑσπερίαν καὶ αὐσονίαν ἐκάλουν τὴν Ἰταλίαν. οἱ δ' ἐπιχώριοι σατορνίαν. id eſt, Græci, Italiā, Heſperiā & Auſoniā appellabant; Incolæ autem Saturniam.

DAMNIÆ CÆDES] Appullorum, & Italorum cædes.

SED NE RELICTIS MVSA] ſic Muſam reprimit Od. 3. lib. 3. *Quò Muſa tendis? deſine peruicax Referre ſermones Deorum*. ſic Pindarus, in medio carmine, ſeipſum, ab eo, quod inſtituerat

A aberrantē, aut ad ea, quæ ad rem ſuſceptam minus pertinebant, digredientem reprimit, & reuocat. εἰδ. γ. Νεμ. θυμὲ τίνα πρὸς ἀλλοδαπὰν ἄκραν ἐμὸν πλόον παραμείβεαι, & Olymp. εἰδ. θ. cùm Herculem tribus diis, quos eo loco nominat, præſtantiorem eſſe oſtendiſſet, ſeipſum reprimens, talémque orationem abominans, odioſam atque inuiſam ſapientiam eſſe dicit diis maledicere. ἀπό μοι λόγον τοῦτον στόμα ῥῖψον· ἐπεὶ τό γε λοιδορῆσαι θεοὺς ἐχθρὰ σοφία. & paullo pòſt, μὴ νῦν λαλάγει τά, &c.

CÉÆ NÆNIÆ] Simonidei carminis. fuit enim Simonidis (vt ſcribit Quinctilianus) virtus mirifica in commiſeratione commouenda, & in tractandis rerum triſtium argumentis. Ideóque
B Catull. *Paullum quidlibet allocutionis Mæſtius lacrymis Simonidéis*. Céæ ſine diphthongo in priore ſyllaba ſcriptum eſt in omnib. lib. veterib. Theocrit. εἰδ. ζ. Εἰ μὴ δεινὸς ἀοιδὸς ὁ κήϊος αἰόλα φωνῶν, &c. aptiſſimo autem vocabulo vſus eſt, *nænia*, quod eſt carmen funebre, & lugubre. vt Ode vltima huius libri. *Abſint inani funere næniæ*. quamuis pro quouis carmine ab eodem vſurpetur: vt Od. 28. lib. 3. *Dicetur merita nox quoque nænia*. & epiſto. 1. lib. 1. *an puerorum Nænia, quæ rectè facientibus offert*.

RETRACTES] iterum tractes. ſic Virg. li. 7. Æneid. *Agmina in arma vocat ſubitò, ferrúmq; retractat*.

DIONÆO SVB ANTRO] Dionen Veneris
C matrem eſſe etiam Homerus teſtatur ἰλ. ε. quo in loco ait Venerem à Diomede vulneratam, atque in cælum reuerſam ſtatim in ſinum, & complexum matris Dionæ concidiſſe. Ἡ δ' ἐν γούνασι πῖπτε Διώνης δῖ' Ἀφροδίτη Μητρὸς ἑῆς· ἡ δ' ἀγκὰς ἐλάζετο θυγατέρα ἥν. & Eurip. Hel. Κόρη Διώνης Κύπρι, μή μ' ἐξεργάσῃ. Theocr. autem εἰδ. ιε. Venerem Dionæā appellat: Κύπρι Διωναία, & Virgil. in Mœride, Auguſtum Cæſarem tāquam ab Iulo & Venere prognatum, Dionæum vocat. *Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum*. Hoc igitur loco antrum Dionæum Venereum intelligemus, in quo ſint canendæ res leues, & amatoriæ, & Venereæ.

PROCAX] Sat. 6. lib. 2. *ſeruóſque procaceis Paſco*
D *libatis dapibus*.

QVÆRE MODOS] verſus, cantus. vt Od. 3. lib. 3. *Magna modis tenuare paruis*. & huius lib. Od. 12. *nec Siculum mare Pœno purpureum ſanguine mollibus Aptari citharæ modis*. & 9. lib. 3. *Dulceis docta modos*. & de arte poët. *Acceſſit numeriſq; modiſq; licentia maior*.

TVRNEBVS.

Ex lib. 10. cap. 21.

ASINIVS Pollio hiſtorias de bello ciuili ſcripſit vt ex Horatio facilè coniectu eſt ſcribente, *Motum ex Metello conſule ciuicum*: & rurſum.

--mox vt publicas

Res ordinaris, id eſt, vbi bellorum ciuilium hiſtoriam pertexueris. Et è Tranquillo, qui ita ſcri-

id eſt, cauenteis. Eſt enim verſus ille ex Arato ad verbum ferè expreſſus. Ἄρκτοι κυανέου πεφυλαγμέναι ὠκεανοῖο quod idem eſt apud Homer. ἰλ. σ. de vrſa maiore. Οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο. Sed cuius teſtimonium grauius nobis eſſe debet, quàm ipſius Horatij, qui frequentiſſimus eſt in huiuſmodi loquendi generibus? ſic loquitur Satyr. quinta libro ſecundo, *forti nubet procera Corano Filia Naſicæ metuentis reddere ſoldum.* nã *metuentis* hoc loco nihil aliud eſſe puto, quàm nolentis. & lib. 3. Ode XI. *metuitque tangi Nuptiarum expers*, id eſt, non vult tangi. & Od. 5. lib. 4. *Culpari metuit fides*, id eſt, nemo eſt, qui violare fidem velit. & Od. 24. lib. 3. *& metuens alterius viri Certo fœdere caſtitas*, id eſt, caſtitas ab altero viro abhorrens: & epiſt. 1. lib. 2. *Sed turpem putat in ſcriptis, metuitque lituram.* & epiſt. ad Quinctium, lib. 1. *Libra mouet metuens audiri*, id eſt, nolens audiri. & ad Loll. 2. eod. lib. *Si bene te noui metues liberrime Lolli Scurrantis ſpeciem præbere profeſſus amicum.* Sic & Perſius Satyr. 1. *Non ego cum ſcribo ſi forte quid aptius exit, Quando hæc rara auis eſt, ſi quid tamen aptius exit, Laudari metuam.* Tralationem autem ductam eſſe ex eo puto, quòd qui metuút quippiam, id ipſum fugiunt, & vitant, quam maximè poſſunt. Itaque Virgil. hæc verba Arati πεφυλαγμέναι ὠκεανοῖο, ita vertit, *Oceani metuentes æquore tingi*, cum verbum Græcum φυλάττεσθαι idem, quod cauere, & vitare ſignificet. Sic igitur hic locus eſt legendus: neque exſiſtat poſthac quiſquam vſque adeò audax, atque impudens, vt, quæ apud bonos ſcriptores nõ intelligit, audeat corrumpere. Hæc ego cùm M. Mureto Venetiis demonſtraſſem: quin ita eſſet, vt ſentio, ne dubitandum quidem eſſe dixit: ſed cum in iis exemplis, quæ ſunt ab eo (vt dicebat) aliquot locis emendata, hoc mendum hærere vidiſſet, huius errati culpam in operas typographi contulit: & paucis pòſt menſibus, cùm libros variarum lectionum ederet, magnam partem eorum, quæ ad hunc locum in meis commentariis legerat, id ſept. caput primi libri me conniuente & permittente retulit.

Latius regn. avid. &c.] ſententia generalis eſt. hoc enim ſignificat, latiores vnumquemque regni fineis habiturum, ſi ſuas cupiditates reprimat ac refrênet, quàm ſi disiunctiſſimas terrarum parteis poſſeſſionibus continuet, & coniungat.

Spiritum] φρόνημα.

Crescit indulgens] ſignificat, auarum non ſanari pecuniæ acceſſione, quemadmodum neque hydropicus conualeſcit aquæ potu. ſic Bion apud Teletem lib. de comparatione diuitiar. & paup. Καὶ εἴ τις βούλεται ἢ αὐτὸς ἐνδείας καὶ σπάνεως ἀπολυθῆναι ἢ ἄλλον περιλῦσαι, μὴ χρήματα αὐτῷ ζητείτω. ὅμοιον γὰρ φησιν ὁ Βίων, ὡς εἴ τις τὸν ὑδρωπικὸν βουλόμενος παῦσαι τοῦ δίψους, τὸν μὲν ὕδρωπα μὴ θεραπεύοι, κρήνας δὲ καὶ ποταμοὺς αὐτῷ παρασκευάζοι. ἐκεῖνός τε γὰρ ἂν πρότερον πίνων διαρραγείη, ἢ παύσαιτο δίψους· οὗτός τε οὐκ ἄν ποτε ἱκανωθείη, ὅταν ᾖ ἄπληστος: id eſt, & ſi quis vult aut ipſe indigentia, & inopia liberari, aut alium liberare, ne pecunias ſibi, aut illi quærat. Simile enim fuerit, inquit Bion, vt ſi quis hydropicum ſiti liberare volens, hydropa quidem non curet, fonteis autem & fluuios ei apparet atque apponat. Nam & ille prius bibendo rumpatur, quàm morbo leuetur, & hic numquam ſatis habuerit, cùm ſit inſatiabilis.

Dirus hydrops] Hydrops, morbus eſt notiſſimus, & generis feminei eſt apud Græcos ἡ ὕδρωψ. Hydropicum nominant, qui eo morbo laborat. vide Corn. Celſum lib. 3. Videtur tamen hoc loco poni morbus pro ægro. Quidam libri veter. habent, *durus*: quos non ſequor.

Fugerit venis] fugerit è venis.

Et aqvosvs albo Corp. lang.] albo corpore, id eſt, pigro, languido, & inerti, ἀργῷ. ſic Satyr. 2. lib. 2. *pinguem vitiis, albúmque nec oſtrea, Nec ſcarus, aut poterit peregrina iuuare Lagoïs.* & Perſ. *Turgidus hic epulis, atque albo ventre lauatur.* Iam per hæc duo aquoſum languorẽ, morbum ſignificauit ὕδρωπα.

Phraaten] Fuit hic Phraates rex Parthorum. Iul. Flor. epit. 100. Cornel. Tacit. lib. 2. Strabo lib. 6. Hor. de eod. epiſt. ad Iccium lib. 1. *ius, imperiúmque Phraates Cæſaris accepit genibus minor.* fuit & Phraortes (aduerſus quem pugnauit M. Antonius) rex Parthorum, Medorum, Perſarum: de quo Plutarch. in Antonio. iccirco quidam hoc loco legi volunt *Phraortem*: à quibus diſſentio. nihil enim vetat, quo minus Phraates idẽ & Parthorum, & Perſarum regnum obtinuerit, vt Ode 5. lib. 3. Præterea Priſcian. libr. 18. hunc locum teſtem producens, vulgatam ſcripturam agnoſcit.

Redditvm Cyri solio] in Cyri ſedem & locum, id eſt, in regnum, imperiúmq; Perſarũ reſtitutũ. Eſt autem hæc huius loci ſententia quam quidam indignis modis deprauant. Virtus igitur (inquit Horat.) à plebe diſſidens, Phraatem regem in numero beatorum non habet, populúmque & multitudinem imperitam, quæ ſolet reges & dynaſtas in beatis numerare, imò verò eos ſolos beatos prædicare, dedocet his vocibus vti, falſis præſertim, dum ipſa eum ſolum verè beatum, ac verè regem iudicat, qui pecuniam contemnit, qui auri ſplendore non capitur, neque commouetur. hunc Phraaten commemorat. epiſt. 12. lib. 1. *ius imperiúmque Phraates Cæſaris accepit genibus minor.* Eſt autem hic verſus, *Diſſidens plebi numero beatorum*, hypermeter, & ſyllaba eius vltima pertinet ad verſum ſequentem. cuius generis exempla alibi colligemus. Iam hoc *diſſidens plebi*, pro illo *diſſidens à plebe.* Horatianũ eſt, vt ſup. libr. 1. Ode 27. *Vino & lucernis Medus acinaces, Immane quantum diſcrepat*, pro diſcrepat à vino & lucernis. & epiſt. 2. lib. 2. in extr. *& tamẽ idem Scire volam, quantum ſimplex, hilaríſque nepoti Diſcrepet.* & Satyr. 6. lib. 1. *longè mea diſcrepat iſtis.*

Et vox, & ratio. & Satyr. 3. lib. 2. *quid diſcrepat iſtis, Qui nummos, auriſmque recondit neſcius vti Compoſitis?* & de arte poët. *Primo ne medium, medio ne diſcrepet imum.* ibid. *& diuina futuri Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis.* ſic apud eundem *diſtare & differre.* cum caſu dandi coniunguntur. Od. 9. lib. 4. *Paullum ſepultæ diſtat inertiæ Celata virtus.* & epi. ad Mæcen. lib. 1. *quid diſtent æra lupinis.* & epiſt. ad Loll. 2. eodem lib. *infido ſcurræ diſtabit amicus.* de arte poët. *Nec ſic enitar tragico differre colori, &* & Satyr. 4. lib. 1. *niſi quòd pede certo Differt ſermoni, ſermo merus.*

PROPRIÁMQVE LAVRVM] id eſt, perpetuã, & quæ amitti, aut eripi non poſſit, vt Sat. 6. lib. 2. *nihil amplius oro, Maia nate, niſi vt propria hæc mihi munera faxis.*

QVISQVIS INGEN. OC. IRR. &c.] Nemo mihi videtur hunc locum rectè explicare. Nã alij *oculo irretorto* interpretantur *ſine cupiditate*, & *ſine inuidia*: alij *non reflexo à continentia ad cupiditatem*: alij, *non inuidente*: alij aliter, quæ omnia mihi ſunt tenebræ. Ego verò huic pulcherrimæ ſententiæ ab illis obſcuratæ potiùs, quàm declaratæ, lucem ex alijs ſcriptoribus afferre volo. Pindarus igitur πυθ. εἰδ. γ. de Æſculapio loquens, non diſſimili dicendi figura ait eum auri aſpectu, ac ſplendore captum, Hyppolytum mortuum ab inferis reuocaſſe, his verbis: ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφία δέδεται· ἔτραπε κἀκεῖνον ἀγάνορι μισθῷ χρυσὸς ἐν χερσὶ φανείς, id eſt, ſed illius oculos reflexit, ac retorſit aurum ſplendens in alterius manibus conſpectum: victa eſt oculorum eius acies auri ſplendore. Itaque ex his Pindari verbis, ſic hunc Horatij locũ explico: Virtus Phraatem è numero beatorum eximit, vni regnum deferens, qui ingenteis auri aceruos ita ſpectat, vt oculos ſuos nullam in aliam partem reflectat, aut retorqueat: qui aurum rectis oculis intueri poteſt: cuius ea eſt oculorum animi acies, vt auri ſplendore non offendatur, neque præſtinguatur, id eſt, qui ita aſpicit, vt non concupiſcat, aut corrumpatur. Eſt autem metaphora ducta ab iis, qui oculorum vitio lucem aſpicere non poſſunt: ſed oculos ab ea demouere, atque in aliam partem reflectere coguntur. vnde natæ ſunt hæ & apud Græcos, & apud Latinos loquendi figuræ ὀρθοῖς ὄμμασι προσβλέπειν, ἀσκαρδαμύκτοις, ἀτρέπτοις, id eſt, rectis, fixis, immotis, non reflexis oculis intueri, id eſt, ſine dubitatione, & ſine metu aſpicere. Theocrit. εἰδ. ε. μέγα δ' ἄχθομαι, εἴ τύ με τολμῇς Ὄμμασι τοῖς ὀρθοῖσι ποτιβλέπειν. id eſt, moleſtè autem fero, ſi tu me audes rectis oculis intueri: ſi aſpectus mei ſplendor & dignitas, meáque præſtantia non te deterret, quò minus aduerſum aſpicere audeas. Suet. in Auguſto, *vnde præbitam Antonio materiam putem exprobrandi, ne rectis quidem oculis eum aſpicere potuiſſe inſtructam aciem.* Ariſtoph. ἱππ. βλέψον εἰς ἔμ' ἀσκαρδάμυκτος. Oppian. lib. 1. κυνηγετ. Ἢ πῶς ἂν δέδοκ' ἀσκαρδαμύκτοισιν ὀπωπαῖς Αἰζηοῖσι λόχοις πεπυκασμένον ὁπλίτῃσι, Καὶ χαλκὸν σπλαγχνωτά, καὶ ἀστράπτοντα σίδηρον [dicũt & ἀντοφθαλμεῖν Græci, & ἀτενέσιν ὀφθαλμοῖς ἀντιβλέπειν.] Huc pertinet Plutarchi locus in Cicerone, quo loco eum cum Demoſthene comparat, oſtẽditque, illum aduerſus munera, & corruptelas integrum, ſanctum, caſtum, atque vndique ſeptum fuiſſe: hunc contrà ad corrumpendum tenerum ac facilem. Sic autem loquitur Plutar. πρὸς τὰς δωρεὰς βασιλέων ἀντιβλέψαι Δημοσθένης οὐκ ἂν ἐτόλμησε, id eſt, non auſus eſſet Demoſthenes regum munera aduerſis & irretortis oculis intueri: erat illi ita tenera & imbecilla oculorum acies, vt auri ſplendore præſtingueretur. Quemadmodum igitur ait Plutarchus Demoſthenem non fuiſſe auſurum regum munera irretortis oculis intueri: quibus verbis ſignificat, illum fuiſſe δωροδόκον, id eſt, ad capienda munera facilem, promtum ac procliuem: ſic hoc loco Horat. dicit eum verè regnare, veróſq; triumphos agere, qui magnam vim auri & argenti ſpectare poſſit oculis irretortis, id eſt, qui pecuniæ magnitudine de conſilio ſuſcepto ac propoſito non deducatur: qui pecuniam contemnat: qui habeat animum à pecunia incorruptum, integrum, inuictum. Eſt enim (vt dixi) tralatio ab oculorum ſanitate, & integritate, ad animi magnitudinem & caſtitatem. Vtitur eadẽ ſimilitudine M. Tull. in epiſt. quadam in Brutũ, cuius initium eſt, *Cum ſæpe te litteris, &c.* ſignificans periculum eſſe, ne animus Octauiani vincatur à ſpecie honoris falſa, his verbis, *videtur enim in eo eſſe indoles: ſed flexibilis ætas: multique ad deprauandum parati, qui ſplendore falſi honoris obiecto, aciem boni ingenij præſtingui poſſe confidunt.* Quamobrem autem oculi ſplendore offendantur, elegantem reddit rationem. Lucretius libr. 4. *Splendida porrò oculi fugitant, vitántque tueri. Sol etiam cæcat, cõtrà ſi tendere pergas: Propterea, quia vis magna eſt ipſius, & altè Aëra per purum grauiter ſimulacra feruntur, Et feriunt oculos turbantia compoſituras. Præterea ſplendor quicumque eſt acer, adurit Sæpe oculos, ideò quod ſemina poſſidet ignis Multa, dolorem oculis quæ gignunt inſinuando.* Quòd autem Turnebus ita hunc locum explicat, *Quiſquis ingenteis oculo irr. ſp. ac.* id eſt, quiſquis non eſt auarus, nec aſpectu pecuniæ mouetur: planè idem atque ego, ſentit, nihílque à me in eo diſcrepat, ſed cùm addit: *nam qui pecuniæ eſt auidus, & ſtudioſus, ad eius aceruos ſubinde retorquet oculos, ac penè ſtrabus efficitur: nec ſic ab ea auelli poteſt, quin oculos ſæpenumero reflectat, vt eam aſpiciat*: cùm, inquam, hæc addit, à mea ſententia longiſſimè diſcedit, & in communem aliorum multorum errorem reuoluitur. Ita enim dicunt eum, qui aliquid inuitus relinquit, aut aliquid vehementer concupiſcit, identidem ad illud oculos retorquere. Eſto. Sed quid hoc ad huius loci explicationem pertinet? Nihilo plus, quàm exempla, quæ colligunt. nihil enim in eis eſt, quod ad hunc locum accommodari poſſit. Alij enim Orphei exemplum afferunt, cui cùm hac lege eſſet vxor reddita, vt ſequeretur illa à tergo,

go, præiret ipſe, neque oculos ad eam retorqueret, id eſt, neque eam reſpiceret: *ille Reſtitit, Eurydicénque ſuam iam luce ſub ipſa Immemor, heu, victúsq; animi reſpexit. ibi omnis Effuſus labor, atque immitis rupta tyranni Fœdera, térque fragor ſtagnis auditus Auernis, &c.* Alij Catilinæ exemplum proferũt, qui cũ ex vrbe eiectus eſſet, oculos ſæpe ad eam vrbem quam inuitus relinquerat, reflectebat, ac retorquebat, eámque ex ſuis faucibus ereptam eſſe lugebat. Addunt & Ouidij verſum neſcio quo ex libro, *Ille dolore ferox caput in ſua terga retorſit.* Sed hæc exempla nihil habent, quod huic loco conueniat. Nam neque Orpheus vxorem ſuam Eurydicen ſpectabat antè quàm ad eam oculos retorſit, ſed cùm antecederet, oculóſque ad ea, quæ ante pedes erant, verſos haberet, immemor conditionis, & legis, ſub qua fuerat ſibi vxor reddita, in vxorem ponè ſequentem caput, & oculos retorſit. Sic Catilina cùm vrbem inuitus reliquiſſet, viâque Aurelia in caſtra Manliana proficiſceretur, quæ Feſulis erant, oculos in Etruriam verſos habebat, vrbem à tergo relinquebat: in quam proptereà quòd eam, vt cupierat, non incenderat, ſæpe oculos retorquebat. idem de illo Ouidiano, caput in ſua terga retorquente, dici poteſt. At hic, quem Horatius noſter vult verè regem eſſe, veréque triumphare, ſpectat auri aceruos oculo irretorto, id eſt, ita ſpectat aceruos, vt oculos aliò non retorqueat, ſed eos in aceruis defixos habeat: iſti autem ita dicunt, aut certè ita debent dicere, ſi volunt, exempla, quæ afferunt, ad hæc accommodare, non retorquere oculum ad aceruos. At quomodo quis poteſt oculum retorquere ad id, quod ſpectat? hoc enim natura, & ratio poſtulant, vt qui retorquet oculos, aliò retorqueat, quã quò os verſum habet, & quò intuetur, & ſpectat, vt Orpheus & Catilina aliò retorquent oculos, quàm quò oculos aduerſos habent: eò autem oculos aduerſos habent, quò verſus iter faciunt: Orpheus in eorum, qui viuut, ſedem, & lucem verſus: Catilina in Etruriam. non enim Orpheus ab inferis ad ſuperos & ad hominum ſedem vxore ponè ſequente, rediens, oculos ad Orcum & inferos verſos habet: nam inſtar nepæ retrogrederetur: neque Catilina ex vrbe in Etruriam proficiſcens, vrbem aſpicit: ſed & ille aſpiciens quæ ante oculos, & ante pedes ſunt, iuſſorum Proſerpinæ immemor in vxorem retorquet oculos: & Catilina via Aurelia iter faciens, & in Etruriam aſpectum & faciem directam habens, dolore affectus ob id quòd conſilium vrbis incendendæ ad exitum non perduxit, ſubinde ad vrbem reflectit oculos, At hic noſter beatus, qui ab Horatio deſcribitur, quique ingẽteis auri aceruos ſpectans oculo irretorto inducitur, ſi oculum retorqueret, nónne ab aceruis in aliam partem retorqueret? Cùm igitur aceruos oculo irreflexo, atque irretorto ſpectat, rectos, ac defixos in aceruis oculos habere intelligitur, & ita ſanos, & acreis, & integros & incolumeis, qualis eſt Aquilarum acies, quæ fulgore ſolis non

A læditur. neque obtunditur: non teneros, & imbecillos, quales ſunt lipporum oculi, qui quouis ſplendore offenduntur, ita vt lucem ferre nõ poſſint, ſed à re ſplendida, & lucida vel in aliam partem reflectendi, vel claudendi ſint: quod niſi faciant, totam oculorum aciem corrumpunt, & vel ſtrabones, vel cæci fiunt. Atque hoc modo conuenit ad hanc ſententiam illud Varronis, quod profert Turnebus: ſed ille aliter intelligit. *Multi enim, qui limina intrarunt integris oculis, ſtrabones facti ſunt. Habet enim quiddam* ἑλκυστικὸν, id eſt, ad trahendum valens,) *prouincialis formoſula vxor.* ſignificat enim Varro, multos eſſe magiſtratus, qui ſi quam in prouincia mulierem forma præſtantem

B aſpexerint, ſtatim libidine incẽſi ea potiri velint: quia non habent oculos ſanos, continenteis, & rectos, ſed imbecillos, prauos, & peruerſos. Eos enim mulieris formoſæ aſpectus corrumpit ac deprauat, quemadmodum nimius fulgor oculorum noſtrorum aciem præſtinguit, hebetat, & corrumpit. eſt enim allegoria quædam, vt dixi, & translatio ab oculis corporis ad oculos animi. Poteſt tamen etiam hoc dici, translationem eſſe ab iis, qui iter facientes, atque ambulantes, retorquent oculos ad dexteram, aut læuam, ita vt ſtrabi fieri videantur: Cuiuſmodi illud quoque eſt ex Lucilio: *Nulli me inuidere: non ſtrabonem fieri ſæpius delicijs me iſtorum.* Nimis fortaſſe longus fui: ſed refellenda fuit quorumdam hominum pertinacia: qui eo ingenio ſunt, vt quiduis, quantum-

C uis ineptum, effutire, quàm alterius inuenta approbare malint. Huc pertinent Laberij verſus, quos profert Gellius lib. 10. cap. 17. *Democritus Abderites phyſicus, philoſophus, Clypeum conſtituit contra exortum Hyperionis, Oculos effodere vt poſſet ſplendore æreo Radiis ſolis aciem effodit luminis, Malis bene eſſe ne videret ciuibus: Sic ego ſplendore fulgentis pecuniæ Volo elucificare exitum ætatis meæ, Ne in re bona videã eſſe nequam filium.* Hos autem verſus ſic in ſuum modum, numerúmque reſtitui.

TVRNEBVS:

EX lib. 10. cap. 21. Sed enim color in eo:

Nullus argento color eſt auaris

Abdito terris, inimice Lamnæ

Criſpe Saluſti, niſi temperato

D *Splendeat vſu.* videtur eſſe quædam ſpecies & pulchritudo, vt lib. 2. Satyr. 1. -- *quid habes pulchri conſtructus aceruus?* vel potius ſpecioſa quædam cauſa & prætextus. quid enim cauſæ afferre, quid prætexere poſſunt, qui ſuam pecuniam humi defodiunt? inimicum autem Saluſtium dicit pecuniæ illi, quæ non temperato ſplendet vſu. Nam hoc extremum, ad ſenſum eſt accommodatius ad Saluſtium referri, quàm ad argentum. Nõ enim erat inimicus ſimpliciter laminæ: ſed ei demum quæ vſui non ſeruiret.

Ex lib. 28. cap. 24. *Vnciolam*, inquit Iuuenalis; Satyr. 1. *Proculeius habet, ſed Gillo deuncem.* Nomen Proculeij poſitum eſſe à poëta ſuſpicor,

ob Proculeium amicum Cæſaris Auguſti, hominem eximiæ virtutis, de quo Horatius,

Viuet extento Proculeius æuo

Notus in fratres animi paterni. Qui igitur tanta virtute prædirus eſt, ſi ad nequitiam libidinémq; peculiatus non ſit, vix vnciolam merebitur.

Ex lib. 30. cap. 5. Vtérque Oceanus, mare Eoum eſt & occiduum,

– qua ſol, inquit Maro, 7. Æneid. *vtrumque recurrens*

Aſpicit Oceanum. Sie apud Horatium,

– vtérque Pœnus

Seruiet vni. id eſt Eous & occiduus, qui Gaditanus eſt.

B Ex lib. 6. cap. 25. Eiuſdem & illud explicandū *Redditū Cyri ſolio Phraatem*, quo ſignificat reſtitutū in Parthorum vel Perſarum imperium, quod Cyri ſolium vocant: quia ſella regia, in qua ſedebāt Perſarum Reges, Cyri ſella dicebatur. Plutarchus, μηθεὶς ἄλλος ἀνθρώπων καθίσειεν εἰς τὸν κύρου θρόνον πλὴν ἀλεξάνδρου.

Ex lib. 10. cap. 21. Ait Flaccus, *Redditum Cyri ſolio Phraatem.* Phraates ſæuiſſimus & crudeliſſimus Parthorum rex à ſuis in exilium pulſus, Scytharum tandem opibus regnum recuperauit vt Iuſtinus eſt auctor, lib. 42.

Quiſquis ingentes oculo irretorto

Spectat aceruos, id eſt, quiſquis non eſt auarus nec aſpectu pecuniæ magnopere mouetur: nam

C qui pecuniæ eſt auidus & ſtudioſus, ad eius aceruos ſubinde retorquet oculos, ac pene ſtrabus efficitur, nec ſic ab ea auelli poteſt, quin oculos ſæpenumerò reflectat, vt eam reſpiciat. Eum igitur dicit, cui pecuniæ aſpectus oculos non deprauat, nec ſtrabos reddit, quod magnæ auiditatis eſt argumentum. Hinc & eos, qui alicuius rei nimia cupiditate tenebantur, ſtrabones ficti dicebant. Varro, apud Non. in ſtrabones. *Multi enim, qui limina intrarunt integris oculis, ſtrabones facti ſunt: habet enim quiddam ἑλκυστικὸν prouincialis formoſula vxor.* Lucillius, *Nulli me inuidere, non ſtrabonem fieri ſæpius delitus me iſtorum.*

AD DELLIVM.

Od. 3.

ARGVMENTVM.

Neque demittendum aduerſis, neque efferendū ſecundis rebus animum: ſed hilariter viuendū, cùm æqua ſit omnibus moriendi conditio.

ÆQVAM *memento rebus in arduis*
Seruare mentem: non ſecus in bonis
Ab inſolenti temperatam
Lætitia, moriture Delli
A *Seu mæſtus omni tempore vixeris:*
Seu te in remoto gramine per dies
Feſtos reclinatum bearis
** Interiore nota Falerni.*
Quà pinus ingens, albáque populus
Vmbram hoſpitalem conſociare amāt
Ramis, quà obliquo laborat
Lympha fugax trepidare riuo:
Huc vina, & vnguēta, & nimiū breueis
Flores amœnæ ferre iube roſæ:
B *Dum res, & ætas, & ſororum*
Fila trium patiuntur atra.
Cedes coëmtis ſaltibus, & domo,
*Villáque, flauus quam Tiberis * lauit*
*Cedes: & * exſtructis in altum*
Diuitiis potietur heres.
Diués ne priſco natus ab Inacho
Nil intereſt, an pauper, & infima
De gente ſub diuo moreris,
Victima nil miſerantis Orci.
C *Omnes eôdem * cogimur: omnium*
Verſatur vrna: ſerius, ocyus,
Sors exitura: & nos in æter-
*Num exſulium impoſitura * cymbæ.*

ÆQVAM MEMENTO] æquam, id eſt, æquabilem, non contractam, aut demiſſam, aut fractam rebus aduerſis, atque aſperis: memento æquo animo ferre res aduerſas. ſic Plaut. Aulul. *Pol, ſi eſt animus æquus tibi, ſatis habes, qui bene vitam colas.* Idem in Ruden. *ergo animus æquus optimum eſt ærumnæ condimentum.* Teren. Adelph. *ne nimium modo Bonæ tuæ iſtæ nos rationes Mitio, & tuus iſte animus æquus ſubuertat.* Lucret. lib. 5. *Diuitiæ gran-*
D *des homini ſunt viuere parce Æquo animo.* *animus æquus*, his locis valet, tranquillus, ſedatus, non cōmotus, non perturbatus. ſic Horatius epiſt. ad Loll. lib. 1. *Det vitam, det opes: æquum mi animū ipſe parabo.* Idem Satyr. 5. lib. 1. *cenantem haud animo æquo Exſpectans comites.* Idem epiſt. ad Bullat. *Eſt Vlubris, animus ſi te non deficit æquus.* Idē Satyra 3. lib. 2. *Accipe, quid contrà iuuenis reſponderit æquus.* Interdum non iratus, neque offenſus. Cic. pro Roſc. Amer. *Concedo, & quod animus æquus eſt, & quia neceſſe eſt.* Idem in orat. perfect. *Conſequeris tamen, vt eos ipſos, quos contrà ſtatuas, æquos, placatóſque dimittas.* Horat. Od. 18. lib. 3. *abeáſque paruis Æquus alumnis.* & Ode 29. eiuſd. lib. *quod adeſt memento Componere æquus.* & carmine ſæculari ad Deos: *Si palatinas videt æquus arces.* Idem epiſt. ad Scæuam lib. 1.

Tentantem

Tentantem maiora, ferè præſentibus æquum. & Od. 12. lib. 1. *Te minor latum reget æquus orbem.* & æquitas animi, eſt tranquillitas quædam, & placabilitas. M. Tull. in Agrar. *Quantum tibi agri vendet ſocer tuus? Si ego eius æquitatem animi noui, vendet non inuitus.* Idẽ ad Attic. lib. 4. vlt. epi. *perſpice æquitatẽ animi mei, & ludum, & contemtionẽ Seleucianæ prouinciæ.*

Rebvs in arovis] in rebus aſperis, & aduerſis. ἐν τοῖς δεινοῖς, ἐν τοῖς φοβεροῖς.

Non secvs in bonis] in ſecundis. in libro Donati, & Faërni ſcriptum eſt *non ſecus ac bonis*. ſed in libro Faërni ineſt litura.

Sev mæstvs omni, &c.] hæc cohærẽt cum ſuperioribus illis, *moriture Delli*, hoc modo, Delli, qui omninò moriturus es, ſiue te per omnem ætatem mœrori, & ægritudini dederis, ſiue hilariter, & iucundè vixeris.

In remoto gramine] in loco aliquo viridi, & herboſo, ab arbitris remoto, ac libero, in quo otioſus recubes, animúmque relaxes.

Te bearis] te hilariter, & beatorum in morem curaris: te vino præſtantiſſimo inuitaris: tibi benefeceris, vt loquitur Plautus. Vtitur eodem verbo Od. 8. lib. 4. *Cælo Muſa beat.* & epi. ad Loll. 2. lib. 1. *Munere te paruo beet.* & epiſt. 2. lib. 2. *Latiúmque beabit diuite lingua.*

Interiore nota Falerni] vino optimo & vetuſtiſſimo, & propter eximiam bonitatem in intima cellæ vinariæ parte recondito, & notam inſignem, quæ ætatem ſignificet, nempè conſulum nominibus inſcriptis, præ ſe ferẽte: vel interiorem notam dixit pro meliore. Solebãt autem veteres illi (qui mos etiam ad noſtra tempora permanſit) vini cados, teſtas, amphoras, in cellis condere, notatas, id eſt, inſignibus quibuſdam litteris, aut aliis notis, ſed maximè conſulum nominibus diſtinctas, ad tempus, ac præſtantiam vini ſignificandam. quo ex more natum illud eſt loquendi genus, *de meliore nota.* Curius ad Cic. lib. 7. *Quare Cicero mi, perſeuera conſtanter nos conſeruare, & Sulpicij ſucceſſori nos de meliore nota commenda, &c.* Catul. ad Manlium: *Quare, quod ſcribis Veronæ turpe Catullo Eſſe, quod hic quiſquam de meliore nota, Frigida deſerto tepefecit membra cubili, &c.* Horat. autem propriè Satyr. 10. lib. 1. *vt Chia nota nota ſi commiſta Falerni eſt.* M. Tull. in Bruto de Thucydide. *Orationes autem, quas interpoſuit, (multæ enim ſunt) eas ego laudare ſoleo imitari neque poſſum, ſi velim, nec velim fortaſſe, ſi poſſim: vt ſi quis Falerno vino delectetur, ſed eo nec ita nouo, vt proximis conſulibus natũ velit: nec rurſus ita vetere, vt Opimium, aut Anicium conſulem quærat. Atqui eæ notæ ſunt optimæ: credo: ſed nimia vetuſtas nec habet eam, quam quærimus, ſuauitatem, nec eſt iam ſanè tolerabilis.*

Qva pinvs ingens, &c.] nunc locum deſcribit, vbi Dellius iucũdè & beate viuere poſſit: vmbroſum videlicet, amœnum, fonti perenni vicinum. ſic Lucret. lib. 2. *Tum tamen inter ſe proſtrati in gramine molli Propter aquæ riuum ſub ramis arboris altæ, Non magnis opibus iucunde corpora habebãt.* In nonnullis lib. antiquis ſcriptum eſt: *Quà pinus.*

A quam ſcripturam ſecutus ſum. ſic enim loquuntur boni ſcriptores. Tibull. lib. 2. *Tunc operata Deo pubes diſcumbet in herba, Arboris antiquæ quà leuis vmbra cadet.*

Pinvs ingens] Od. 10. huius lib. *Sæpius ventis agitatur ingens Pinus.*

Qva obliqvo] Codices quidem veteres Iannoct. Faërn. Torn. & vulgati habent, *Quo obliquo.* ſed ſecutus ſum rationem ac veritatem, præſertim aliorum librorum auctoritate confirmatam.

Amant] φιλοῦσιν, id eſt, ſolent, more Græco. vt Od. 16. lib. 3. *Aurum per medios ire ſatellites, Et perrumpere amat ſaxa, potentius Ictu fulmineo.* & Ode 8. epod. *Quid, quod libelli Stoici inter Sericos Iacêre puluillos amant.* ſic loquitur Plato πολιτ. ε. οἷα δὴ ἐν πολέμῳ φιλεῖ, id eſt, qualia in bello amãt. Idem η. καὶ τῷ ὄντι τὸ ἄγαν τι ποιεῖν, μεγάλην φιλεῖν εἰς τοὐναντίον μεταβολὴν ἀνταποδιδόναι, id eſt, & reuera ſupra modum aliquid facere, magnam amat in contrarium mutationem reponere. ſic etiam alij, vt Dionyſ. Halicarn. ἀρχ. Ῥωμ. θ. οἷα δὲ φιλεῖ πάσχειν στρατιὰ νεοσύλλεκτος, &c. id eſt, qualia accidere amant exercitui recens collecto.

Lvmpha fvgax] mirus, ac pænè dicam, diuinus Horatius eſt, in epithetis inueniendis: *Lympha fugax* à curſu: alibi *Lympha loquaces* à ſtrepitu & murmure. vt Od. 13. lib. 3.

C Trepidare] aptiſſimum verbum ad ſignificandũ riui tremulè, trepidéque fluẽtis curſum. eſt enim *trepidare* poſitum, pro trepidè fluere. Iam verò, hoc totum *laborat trepidare* idem valet, quòd laborioſè fluit, laborat in fluendo, propter lapillos ſubiectos: & tralatio eſt à rebus animatis. trepidandi verbo autem ſic vſus eſt epiſt. ad Fuſcum Ariſt. lib. 1. *Quàm, quæ per pronum trepidat cum murmure riuum.*

Hvc vina, et vno. &c.] præter vina, adhibebant veteres in conuiuiis ad luxum & delicias, roſas, & vnguenta. ſic Od. 29. lib. 3. *Thyrrhena regum progenies, tibi Non ante verſo lene merum cado Cum flore Mæcenas roſarum, & Preſſa tuis balanus capillis Iamdudum apud me eſt.* ſic Anacreon. Ἐμοὶ μέλει μύροισι Καταβρέχειν ὑπήνην· Ἐμοὶ μέλει D ῥόδοισι, Καταστέφειν κάρηνα, id eſt, Mihi curæ eſt vnguentis madefacere cæſariem: Mihi curæ eſt roſis coronare verticem. In hunc igitur locũ, quem modò deſcripſi, iube vina, & ceteras delicias ferri.

Et nimivm breveis, &c.] qui citò defloreſcunt.

Dvm res et æt. et sor.] ſic ſuprà Od. 9. lib. 1. *Donec virenti canities abeſt Moroſa, &c.* res, οὐσία, τὰ ὑπάρχοντα, bona, facultates, vt ſæpe alibi apud eundem.

Sororvm trivm] Parcarum: quas noctis filias facit Heſiod. in Theog. earum autem nomina ſunt è re ficta. Κλωθὼ παρὰ τὸ συγκλώθειν τὰ ἀνθρώπινα, quia res humanas connectat: ἡ δὲ Λάχεσις παρὰ τὸ λαγχάνειν· cuius opera

ſuam quiſque fortunam ſortiatur: tertia ἄτροπος παρὰ τὸ ἀμετάϐλητον τῆς μοιριδίου ἀνάγκης: id eſt, propterea, quòd neceſſitas illa fatalis nullo modo flecti, aut immutari poſſit, vt ſuprà diximus.

LAVIT] ſemper ferè hoc verbo in tertia inflexione vtitur; numquàm in prima Od. 4. lib. 3. *Qui rore puro Caſtaliæ lauit Crines ſolutos.* & Ode 13. eiuſd. *Neque dulci mala vino lauere.* & Od. 6. lib. 4. *Phœbe, qui Xantho lauis igne crineis.* & Satyr. 5. lib. 1. *Ora, manúſque tua lauimus Feronia lympha.* ſic & Cat. in Egnatium. *Aut quilibet, qui puriter lauit denteis.* Virgil. Georg. 3. *nec cum Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum.* & Æneid. 3. *Luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorem.* Accius Medea, *Lauere fuſis* (al. *ſalſis*) *vultum lacrymis.*

FLAVVS TIBERIS] ſic Od. 1. lib. 1. *Vidimus flauum Tiberim.*

ET EXSTRVCTIS IN AL. DIVI. &c] & diuitiis coaceruatis, atque exaggeratis. ſic loquitur Lucr. lib. 6. *ſcilicet not denſis ſit nubibus, & ſimul alte Exſtructis.* inſignis autem dementiæ eſſe, incerti fortaſſe, aut certè ignoti heredis cauſa aſſiduè ſollicitum, & anxium viuere, neque bonis vel quæſitis, vel à patre, aut aliquo propinquo acceptis vti animum inducere, multis locis oſtendit Horat. eúmque animi morbum grauiſſimè inſectatur epiſtol. ad Torquat. *Parcus ob heredis curam, nimiúmque ſeuerus Aſſidet inſano.* epiſto. vltima lib. 2. *Vtar, & ex modico, quantum res poſcet, aceruo, Tollam, nec metuam, quid de me iudicet heres.* & Od. 7. lib. 4. *Cuncta manus auidas fugient heredis, amico Quæ dederis animo.* & Satyr. 3. lib. 2. *Ni tua cuſtodis, auidus iam hoc auferet heres.*

DIVÉSNE PRISCO NATVS AB, &c.] quia *Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas, Regúmque turreis.* Od. 4. lib. 1. *neque vlla Aut magno, aut paruo lethi fuga,* Satyr. 6. lib. 2. lege, quæ collegimus ad Oden 28. lib. 1.

INACHO] Rege Argiuorum, de quo & Od. 19. lib. 3.

SVB DIO MOR.] ſub cælo viuas, ſine tecto. ſub dio eſt, qui non eſt ſub tecto (inquit Feſtus) Ode 2. lib. 3. *Vitámque ſub dio, & trepidis agat In rebus.* nihil autem réfert ſub diuo, an ſub dio ſcriptum ſit. [Seruius tamen *ſub diuo* legiſſe videtur: qui profert hunc locum ad illud Virg. lib. 12. *Diua deam:* & interpretatur ſub aëre.]

VICTIMA NIL MIS. ORCI] videtur Græcum epitherum exprimere voluiſſe, quod Orco attribuit Heſiod. in Theog νηλεὲς ἦτορ ἔχοντος, quia ſcilicet nullius eum miſereſcat. *Orci igitur victima,* id eſt, tu mortalis, ſeu moriturus.

OMNIVM VERS. VRNA] ſic Od. 1. lib. 3. *Omne capax mouet vrna nomen.* Virg. lib. Æneid. 6. *Quæſitor Minos vrnam mouet.* Porrò hæc de vrna, & ſortibus fabula ex veterum more nata eſt: qui pleráque ſortibus decernebant, ac iudicabant. Apud Homer. ἰλ. γ. cùm quæreretur vter prior in aduerſarium haſtam iaceret, Pariſne, an Agamemnon, res ſorti permiſſa eſt. Itaque cùm vter-

A que ſortem ſuam diſſimilem, aut aliqua nota diſtinctam in galeam conieciſſet, Hectorque ſorteis, agitando confudiſſet, Paridis ſors prior è galea extitit. verba Homeri ſunt hæc: Κλήρους ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ βάλλον ἑλόντες, Ὁππότερος δὴ πρόσθεν ἀφείη χάλκεον ἔγχος, & ſequitur deinceps, Ὣς ἄρ' ἔφαν· πάλλεν δὲ μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ Ἂψ ὁρόων. Πάριος δὲ θοῶς ἐκ κλῆρος ὄρουσεν. & ἰλ. η. vbi Hector, & Aiax ſingulare certamen ineunt. Ὣς ἔφαθ'· οἱ δὲ κλῆρον ἐσημήναντο ἕκαστος. Ἐν δ' ἔβαλον κυνέῃ Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο, &c. id eſt, ſic locutus eſt. illi autem ſorteis ſinguli ſuas notarunt, Tum in caſſidem Agamemnonis coniecerunt. Quin etiam in iudiciis, & actionibus, & quæſtionibus ſortes locum
B habebant. M. Tull. Verr. de iure dicundo. *Quod ab eo pridie, cùm multis lacrymis eum oraret, atque obſecraret Heraclius, impetrare non potuerat, id ei poſtero die venit in mentem, e lege Rupilia ſortiri dicas oportere: educit ex vrna tres: iis, vt abſentem Heraclium condemnent, imperat: itaque condemnant.* Horat. Satyra. 1. lib. 2. *Seruius iratus lege minitatur, & vrnam.* Atq; huc referendus eſt hic locus & tota illa de vrna Minois fabula. Tum ſacerdotia in Græcia ſortitò capiebantur, vt & in Sicilia. M. Tull. ead. Verr. *Syracuſis lex eſt de religione, quæ in annos ſingulos Iouis ſacerdotem ſortitò capi iubeat: quod apud illos ampliſſimum ſacerdotium putatur. cùm ſuffragiis tres ex tribus generibus creati ſunt, res reuocatur ad ſortẽ, &c.* ibid. *iubet ille ſibi legem legi. recitatur: in qua ſcriptum*
C *erat, vt, quot eſſent renuntiati, tot in hydriam ſortes cõiicerentur: cuius nomen exiſſet, vt is haberet ſacerdotium.*

OMNES EODEM COG.] compellimur. ſic ſuprà, *Omnes vna manet nox,* Od. 28. lib. 1.

SERIVS, OCYVS, &c.] ſiue tardiùs, ſiue celeriùs aut citiùs, moriendum eſt. Sic Archinus πᾶσιν ἀνθρώποις ὀφείλεται ἀποθανεῖν ἢ πρότερον, ἢ ὕστερον: id eſt, Omnes homines morti debentur, ſiue prius, ſiue poſterius. Propert. lib. 2. ad Iouem pro amica ægrotante. *Longius, aut propius, mors ſua quemque manet.*

ET NOS IN ÆTER. EXS. IMP. CYMBÆ] Charontis. Theocr. εἰδ. ιζ. ἐς εὐρεῖαν σχεδίαν στυγνοῦ Ἀχέροντος. quo loco fortaſſe legendũ στυγνοῦ Χάρωνος, id eſt, in amplam cymbam
D triſtis Charontis. Sed non diſſimulabo me ſcriptum reperiſſe in duob. lib. Vatic. & Torneſ. *in æternum exitium impoſ &c.* de qua ſcriptura iudicabit lector eruditus. Ego autem *exſilium* Latinos dixiſſe, non *exilium*, ab exſule. quòd nomen à ſolo ductum eſt, non ab exſiliendo, vt vulgus putat. Solum (inquit Feſtus) quis dubitet, quin locum ſignificet, cùm exules quoque dicantur loco pulſi?

TVRNEBVS.

EX lib. 22. cap. 7. Heſychius doctiſſimus nomenclator ξανθὸν flauum & pulchrum etiã interpretatur. Verius ſit tamen ob arenam ita vocari, vt apud Maronem. Virg. 7. Æn.

-- *& multa*

- & multa flauus arena. Horatius, lib. 1. Od. 2. *Vidimus flauum Tiberim retortis.* Item, *Villáque, flauus quam Tiberis lauit.*

AD XANTHIAM Phoceum. Od. 4.

ARGVMENTVM.

Quòd ancillam amet, non eſſe, cur eum pudeat: multis enim magnis viris idem vſu veniſſe.

NE ſit ancillæ tibi amor pudori
Xanthia Phoceu, prius inſolentem
Serua Briſeis niueo colore
Mouit Achillem.
Mouit Aiacem Telamone natum
Forma captiuæ dominum Tecmeſſæ:
Arſit Atrides medio in triumpho
* *Virgine rapta:*
Barbaræ poſtquàm cecidere turmæ
Theſſalo victore: & ademtus Hector
**Tradidit feſſis leuiora tolli*
Pergama Graiis.
* *Neſcias, an te generum beati*
Phyllidis flauæ decorent parentes.
Regium certè genus, & penates
Mæret iniquos.
Crede non illam tibi de ſceleſta
Plebe dilectam: neque ſic fidelem,
Sic lucro auerſam, potuiſſe naſci*
Matre pudenda.
Brachia, & vultum, teretéſque ſuras
**Integer laudo: * fuge ſuſpicari,*
*Cuius octauum * trepidauit ætas*
Claudere luſtrum.

NE SIT ANC. TIBI AM. PVD.] ſic in lib. de Arte poët. *ne forte pudori Sit tibi Muſa lyræ ſollers.* ne, enim hîc non habet vim vetandi, ſed negandi finem, vt ſuprà Od. 33. lib. 1. *Albine doleas, &c.*

INSOLENTEM] an qui non erat ſolitus amare? vt Ode 5. lib. 1. *& aſpera Nigris æquora ventis Emirabitur inſolens.* an elatum, & ferocem? vt Od. 16. eiuſd. libri. *imprimerétque muris Hoſtile aratrum exercitus inſolens*

SERVA BRISEIS] δουλη πτη. Homer. δουριάλωτος. de qua ſic Achilles ἰλ. ι. ἠ μῦνοι φι-

A λεῦσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεῖδαι, ἐπεὶ, ὅστις ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων, &c. quos verſus mox teſteis producemus, eorúmque ſententiam priore loco ponemus.

TECMESSÆ] in voce Tecmeſſæ liqueſcit *m*. vt in illo verſu Catull. Galliamb. *n*. in voce gymnaſiis. *Abero foro, palæſtra, ſtadio, atque gymnaſiis.*

MOVIT ACHILLEM] ita mouit, vt ea ſibi ab Agamemnone erepta, tantiſper bello abſtinuerit, donec Patroclum ab Hectore interfectum viderit: neque prius muneribus ab Agamemnone ſibi promiſſis, ac delatis placari potuerit. Homer. ἰλ. ι. Eodem loco ſic loquitur Achilles: Agamemnonem exercitum compa-

B raſſe, bellúmque Troianis intuliſſe non aliam ob cauſam, quàm ob ereptam Menelao fratri Helenam: non ſolos Atridas ſuas vxores amare: ſed, vt quiſque vir eſt optimus, & prudentiſſimus, ita ei ſuam vxorem eſſe cariſſimam: ſe item Briſeida ex animo amauiſſe, quamuis bello partam, & ſeruam. verba Hom. ſunt hæc: τί δὲ λαὸν ἀνήγαγεν ἐνθάδ' ἀγείρας Ἀτρείδης; ἦ οὐχ Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο; Ἦ μοῦνοι φιλεῦσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεῖδαι; ἐπεὶ ὅστις ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ ἐχέφρων, Τὴν αὐτοῦ φιλέει, καὶ κήδεται· ὡς καὶ ἐγὼ τὴν Ἐκ θυμοῦ φίλεον, δουρικτητήν περ ἐοῦσαν. quem Hom. locum expreſſit Virgil. Æn. 9.

TELAMONE NATVM] Aiacem Telamo-

C nium. ἐμφατικῶς. multo enim præſtabat Aiax Telamonius Oileo Homer. ἰλ. β. ἀνδρῶν δ' αὖ μέγ' ἄριστος ἔην Τελαμώνιος Αἴας, Ὄφρ' Ἀχιλλεὺς μήνιεν. & ibid. ſup. Oileum cum Telamonio conferens, illum ait longè hoc fuiſſe minorem, his verbis: Λοκρῶν δ' ἡγεμόνευεν Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας Μείων, οὔ τι τόσος γε, ὅσος Τελαμώνιος Αἴας, Ἀλλὰ πολὺ μείων.

ATRIDES] Agamemnon.

VIRGINE RAPTA]. Caſſandra, Priami filia. *Arſit virgine* autem dixit, vt Od. 9. lib. 3. *Donec non alia magis Arſiſti.* Quamquam *Virgine rapta* dici poteſt eſſe abſolutè poſitum.

THESSALO VICTORE] Achille, vel Neoptolemo eius filio, vt quidam malunt, à qui-

D bus diſſentio.

ET ADEMTVS HECTOR] quemadmodum Hectorem interfecerit Achilles, narrat Homer. ἰλ. χ.

TRAD. FESSIS LEVIORA TOLLI] multis locis declarat Homerus, maximum fuiſſe Troianis in Hectore præſidium poſitum. non longè abiero Andromacha ἰλ. χ. in extrem. Οἶος γάρ σφιν ἔρυσο πύλας καὶ τείχεα μακρά. Solus enim cuſtodiebas ac ſeruabas portas, & mænia vrbis Troiæ. ſed ſine dubio reſpexit Horat. ad eum locum, qui eſt ἰλ. ω. vbi Homer. occiſo Hectore Priamum facit Troianos obiurgantem & increpantem, quòd illos ſu picaretur ſuis miſeriis lætari, ſibique in ſuo luctu inſultare: ipſos, quantam iacturam mortuo Hectore fecerint, propediem ſenſuros eorum enim cædem &

cladem eo mortuo Græcis multo faciliorem futuram. ſic Homer. ἀτὰρ γνώσεσθε καὶ ὔμμες. Ρηΐτεροι γὰρ μᾶλλον Ἀχαιοῖσιν δὴ ἔσεσθε Κείνου τεθνηῶτος ἐναιρέμεν, &c. cui non diſſimile eſt illud eod. lib. vbi Andromacha, Hectoris cadauere Troiam aduecto, ſe ab Hectore viduam relictam eſſe querens, ſic loquitur: puerum Aſtyanactem ad pubertatem non eſſe peruenturum prius enim Troiam funditus deletum iri, cùm interierit eius cuſtos & propugnator. οὐδέ μιν οἴω Ἥβην ἵξεσθαι· πρὶν γὰρ πόλις ἥδε κατ' ἄκρης Πέρσεται. ἦ γὰρ ὄλωλας ἐπίσκοπος, ὅς τέ μιν αὐτὴν Ῥύσκευ, ἔχες δ' ἀλόχους κεδνὰς, καὶ νήπια τέκνα. eodem pertinet illud Virgil. Æneid. 9. *Haud ſibi cum Danaïs rem ſaxo, & pube Pelaſga Eſſe putent, decimum quos diſtulit Hector in annum.* Horat. lib. 3. Od. 3. *nec Priami domus Periura pugnaceis Achiuos Hectoreis opibus refringit.* Ex his perſpicuum eſt, quamobrem ſuprà per Theſſalum victorem, Achillem ſignificari exiſtimemus.

Leviora tolli] id eſt, faciliora ad euertendum, ac delendum olet helleniſmum. videtur ſpectare illud Homericum ἰλ. ω. quod ſuprà retulimus, Ρηΐτεροι γὰρ μᾶλλον Ἀχαιοῖσιν δὴ ἔσεσθε, &c.

Nescias an.] id eſt, incertum eſt, an te generum, &c. vel hoc modo, fortaſſe tali loco nata Phyllis eſt, vt tibi honeſtum ſit eam amare.

Penateis maret iniqvos] deos familiareis mærens accuſat, vt parum ſibi propitios, vt ſibi inimicos, & præter meritum iratos, quòd honeſtiſſimo & ſummo loco nata, nunc in alterius poteſtatem venerit, perpetuò ſeruitura.

Dilectam] dilectam habent libri ſcripti Donati, Faër. Vrſin. Torneſ. fortaſſè non malè. Nam Feſtus ita ſcripſit: *Delecti milites, & ii, qui ſignificatur amatus, à legendo dicti ſunt.*

Sic lvcro aversam] abhortentem à lucro: quam lucrum ad impudicitiam non facilè impellere poteſt. pecuniam contemnere, & lucrum aſpernari, in muliere magnum pudicitiæ argumentum, atque adeò propugnaculum eſt. quemadmodum contrà, lucri ſtudium, & pecuniæ cupiditas omnium mulierum pudicitiam expugnat. οἱ πολλοὶ γὰρ ἥττους τοῦ κέρδους εἰσὶν. vulgus enim à lucro vincitur, ſed maximè mulierum genus. *auerſam* autem habent lib. Faërni, vnus Vatican. Vrſ. Torneſ. non *aduerſam*. & ita locutus eſt Saty. 3. lib. 2. *Auerſus mercaturis*, quam ſcripturam, reiecta altera, probaui.

Tereteisqve svras] longas & rotundas. Oda 11. epod. *Aut teretis pueri longam renodantis comam.*

Cvivs octavvm] noli ſuſpicari me Phyllidis tuæ brachia, faciem, ſuras icircò laudare, quòd eius amore captus ſim, cùm annum quadrageſimum natus ſim. Sed quis credat, quod dicitur ab Horatio, ſiquidem hoc dicitur, virum annos quadraginta natum, ineptum iam eſſe ad res Venereas, languidum, atque inertem? an hoc non dicitur, ſed virum ea ætate minus eſſe incontinentem aut libidinoſum, minúſque ad res Venereas propenſum ac præcipitem, quàm adoleſcentem aliquem annos xx. natum? Vſus eſt autem verbo ad ſignificandum celerrimum ætatis noſtræ curſum aptiſſimo. fluit enim & labitur ætas riui aut fluminis inſtar, vt ſup. Od. 3. *quâ obliquo laborat Lympha fuga trepidare riuo*, trepidare igitur hoc loco valet celeriter labi & fluere. nam & Virgilio *trepidare*, feſtinare eſt, vt Æneid. 9. *Ne trepidate meas Teucri defendere naueis.* Quod notat Nonius. ſic & T. Liuius lib. 23. Annalium, *Móxque dum in ſua quiſque miniſteria diſcurſu trepidat ad prima ſigna, ſucceditque ad muros acies, &c.* aliter ponitur Ode 11. huius libr. *nec trepides in vſum Poſcentis aui pauca.* & Od. 19. libr. eiuſd. *Euœ: recenti mens trepidat metu.* & Ode 27. lib. 3. *Non vides, quanto trepidet tumultu Pronus Orion?* & Od. 29. lib. eiuſd. *ſi mortalis vltra Fas trepidat.* de quibus dicemus ſuis locis. Od. 11. autem lib. quarto, hoc verbo vtitur ad exprimendum flammæ celerem motum. *flammæ trepidant rotantes Vertice fumum.*

Od. 5.

ARGVMENTVM.

Reuocandam eſſe mentem à cupiditate virginis immaturæ.

Nondum ſubacta ferre iugum valet
Ceruice: nondum munia comparis
Æquare: nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus.
Circa virenteis eſt animus tuæ
Campos iuuencæ, nunc fluuiis grauem
**Solantis æſtum, nunc in vdo*
Ludere cum vitulis ſalicto
Prægeſtientis. tolle cupidinem
*Immitis vuæ: * iam tibi liuidos*
Diſtinguet auctumnus racemos
Purpureo varius colore.
Jam te ſequetur: currit enim ferox
Ætas: & illi, quos tibi demſerit,
*Apponet * annos. iam proterua*
Fronte petet Lalage maritum,
Dilecta, quantum non pholoë fugax,
Non Chloris: albo ſic humero nitens,
Vt pura nocturno renidet
Luna mari, Cnidiúſve Gyges:

Quem

Quem ſi puellarum inſereres choro:
*Mire ſagaceis * falleret hoſpites*
Diſcrimen obſcurum, ſolutis
Crinibus, ambiguóque vultu.

NOND. SVBACTA FERRE, &c.] Allegoria eſt, & tranſlatio perpetua, ducta à iuuenca, ſeu boue, quæ nondum ſubijt iugum, qualis illa, quam apud Homerum ἰλιάδ. κ. pollicetur ſe immolaturum Palladi Diomedes. Σοὶ δ' αὖ ἐγὼ ῥέξω βοῦν ἦνιν, εὐρυμέτωπον, Ἀδμήτην, ἣν οὔπω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ. quos verſus mihi indicauit Germanus Valens. ſignificat igitur Horatius, hanc puellam nondum eſſe ad concubitum maturam: nondum ad rem Veneream, tempeſtiuam. Libet huc annotare, quam verecundè, quàm tectis verbis ſoleant poëtæ rei venereæ turpitudinem ſignificare. Atque ab Homero omnium principe initium ſumamus. ſic igitur ille ὀδυσ. ψ. de Vlyſſe in patriam reduce, & Penelope. Τὼ δ' ἐπεὶ οὖν φιλότητος ἐταρπήτην ἐρατεινῆς: id eſt, poſtcaquam illi amicitia illa iucundiore, & complexu amatorio ſatis ſe mutuò oblectarunt. idem ibidem de Telemacho & Euricl. Ἶσα δέ μιν κεδνῇ ἀλόχῳ τίεν ἐν μεγάροισι. Εὐνῇ δ' οὔποτ' ἔμικτο, id eſt, eam colebat tanquam vxorem: ſed lecto cum ea nunquam commiſcebatur: & ὀδυσ. ε. de Iaſione & Cerere, Ὡς δ' ὁπότ' Ἰασίωνι ἐϋπλόκαμος Δημήτηρ ῼ θυμῷ εἴξασα μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ, id eſt, ſuo animo obtemperans & indulgens cum eo lectum habuit communem. & ὀδυσ. ο. ſic Eumæus de ſua matre à Phœnicibus decepta. Πλυνούσῃ τις πρῶτα μίγη κοίλῃ παρὰ νηΐ, Εὐνῇ καὶ φιλότητι, τά τε φρένας ἠπεροπεύει. ὀδ. λ. de Neptuno & Tyron. Λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην, κατ' δ' ὕπνον ἔχευε. quod vltimum genus ſuprà expoſuimus Ode 30. lib. 1. aliàs verbum, in quo turpido & obſcænitas ineſt, tacetur. vt epod. Od. 12. *Inachiam ter nocte potes.* Terent. Eun. *Ego illum Eunuchum, ſi ſit opus, vel ſobrius.* Catull. paullò apertiùs atque improbiùs. *Qui ipſe ſui nati minxerit in gremium.* ſic & Horat. ſed in ſatyris, in quibus licentia maior eſt. ſic, inquam, ille ſat. 7. lib. 2. *neque ſollicitum, ne Ditior, aut formæ melioris meiat eodem.* & ſat. 2. lib. 1. *non alienas Permolere vxores.* & iterum ſatyr. 7. lib. 2. *Quæcumque excepit turgentis verbera caudæ.* & ſatyr. 2. lib. 1. in re turpiſſima & flagitioſiſſima: *Hunc perminxerunt calones.* ab eo igitur ab his flagitiis, & ad genera verecundiora redeo. Pindarus Apollinis cum Cyrena concubitum narrans, ita tectis verbis vtitur, vt ne virginales quidem aures eis offendi poſſe videantur hoc modo, ἦρα καὶ ἐκ λεχέων κείρειν μελιηδέα ποίαν; &c. id eſt: licétne ex eius cubili ſuauem herbam tondêre? & ibid. de Antei filia, quam pater optimè currenti præmium propoſuerat. χρυσοστεφάνου δέ οἱ ἥβας καρπὸν ἀνθήσαντ' ἀποδρέψαι ἔθελον, id eſt, curiores autem florentem ei pubertatis aureæ fructum decerpere volebant. Lucret. lib. 4. in extr. de muliere motum adhibente in concubitu. *Eicit enim ſulci recta regione, viáque Vomerem, atque locis auertit ſeminis ictum.* ſic enim hos verſus emendauimus, vt & complureis alios: quem quidem elegantiſſimum & puriſſ. poëtam propediem edemus in lucem longè, quàm anteà, emendatiorem. Virg. de Vulcani & Veneris cuncubitu libr. 8. *Optatos dedit amplexus, placidúmque petiuit Coniugis infuſus gremio per membra ſoporem.* Idem de re flagitioſa, Palæm. *Nouimus & qui te tranſuerſa tuentibus hircis, Et quo, ſed faciles Nymphæ riſere, ſacello.* & Sileno, *Carmina, quæ vultis, cognoſcite: carmina vobis: Huic aliud mercedis erit.* Iam quòd ad hunc Horatij locum attinet, Plautus eadem tranſlatione vſus eſt in Curculione. *Iámne ea fert iugum? Tam à me pudica eſt, quam mea ſi ſoror ſiet.*

NONDVM MVN. COMP.] nondum eius, cum quo forte coniungatur, munus exæquare poteſt: nondum viro parranti, accipiendo, ſeu potiùs (vt ita dicam) patiendo reſpondere poteſt.

NEC TAVRI RV. IN VEN.] tauri, id eſt, iuuenis firmi, validi, vegeti, ad concubitum promti. ſic Od. 12. epod. *pereat male, quæ te, Lesbia, quærenti taurum monſtrauit inertem.* aliàs taurus pars eſt maris obſcæna.

CIRCA VIRENTEIS, &c.] totus hic locus allegoriis tectus eſt, ita tamen, vt à quouis homine non tardiſſimo facilè intelligi poſſit.

SOLANTIS] leuantis. ſic dixit Virgil. ſolari famem Georg. 1. *Concuſſáque famem in ſiluis ſolabere quercu.*

PRÆGESTIENTIS] magnopere cupientis, valdè geſtientis. ſic Priſcian. declarat lib. 15. vbi hunc locum teſtem producit. Vtitur & Catull. in carm. de Pelei & Thet. nupt. *Qui dum aliquid cupiens animus prægeſtit apiſci, Nil metuunt iurare.* Feſtus autem geſtire eum dicit, qui ſubita felicitate exhilaratus, nimio corporis motu præter conſuetudinem exſultat.

TOLLE CVPIDINEM] alia allegoria. animum contine & comprime à cupiditate vuæ immaturæ, id eſt, puellæ impuberis, & ad concubitum propter teneriorem ætatem ineptæ. auctumnus, quo anni tempore fructus omnes maturantur, racemos tibi cæruleo colore depinget, id eſt tempus ſubſequens, vnus & item alter annus, puellam iſtam tibi maturabit. fortaſſe autem ad nomen Græcum reſpexit ὀπώραν, quod apud Græcos tùm auctumnum, tùm ætatem illam puellarum ad Venerem, & coniugium maturam ſignificat. ſic & Pindarus εἰδ. β. ἰσθμ. puerorum ætatem teneram, & ad pueriles illos amores, quibus flagitioſè ardebant veteres, maturam, ὀπώραν appellat.

PVRPVREO VARIVS COLORE] id eſt, diſtinctus, & ornatus purpureo colore, id eſt, pomis & vuis purpurei coloris. varius, niſi fallor, idem ferè valet, quod πεποικιλμένος, id eſt, diſtinctus, ac depictus. huc pertinet illud Od. 2.

epod. *Certantem & vuam purpura*. Sed non celabo lectorem libros nonnullos veteres habere, *Purpureus vario colore*. quos non ſequor: neque tamen damno, ſi quis fortè hac lectione magis delectetur.

CVRRIT ENIM FEROX ÆTAS] ſic Ode 11. lib. 2. *fugit retro Leuis Iuuentas*. & Ode 14. *Eheu, fugaces Poſtume, Poſtume Labuntur anni*. verùm non hoc ſolùm ſignificat Horatius, annos labi, & fluere: ſed puerilem ætatem ad maturitatem, ac pubertatem celeriter peruenire: quemadmodum, & adoleſcentiam, ætatémque mediam ad ſenectutem vergere.

ET ILLI, QVOS TIBI DEMS.] quos tibi annos detraxerit, videlicet florenteis, & integros, eos illi adijciet: illa matureſcet, floreſcet, & corroborabitur: tu ætate ingraueſces, & ſeneſces. epiſtol. ad Piſon. de arte poët. *Multa ferunt anni venientes commoda ſecum, Multa recedentes adimunt*.

PROTERVA FRONTE] ore duriore, & pæne inuerecundo, id eſt, non pudebit eam maritum petere.

VT PVRA NOCT. REN.] ſplendet, quandam puro lumine hilaritatem præ ſe fert. hæc enim vis eſt verbi *renidere*, vt dicemus Od. 18. huius libri.

GYGES] pueri formoſi nomen.

QVEM SI PVELL. INSER. CHORO] ſi Gygem inter puellas collocares. de verbo inſerendi, vide Saty. 4. lib. 1.

MIRE SAGACEIS FALL.] ſignificat hunc Gygem ita mollem, tenerum, delicatum, ita facie, & crinibus, puellarum eſſe ſimilem, vt ſi quis, cui ille ſit ignotus, eum aſpiciat, puellam eſſe exiſtimet, neque eum à puella faciſè internoſcere queat.

SAGACEIS] quantumuis acutos, & perſpicaceis.

FALLERET] lateret hoſpites, ab hoſpitibus ignoraretur.

DISCRIMEN OBSC.] parua admodum differentia.

SOLVTIS CRINIBVS] alebant enim comam pueri molles, & impudici: vt Od. 10. lib. 4. *Et quæ nunc humeris inuolitant, deciderint comæ*.

AMBIGVÓQVE VVLTV] id eſt, vultu candido, venuſto, tenero, læui, polito, atque imberbi, ita vt incertum ſit ei, qui aſpiciat, ſitne mas, an fœmina. ſic ſup. libr. 1. Od. 7. *ambiguam Salamina* dixit.

AD SEPTIMIVM.
Od. 6.

ARGVMENTVM.

Tiburtinæ & Tarentinæ regionis amœnitatem laudat.

A *SEptimi Gadeis aditure mecum, &*
*Cantabrum * indoctum iuga ferre*
noſtra, &
Barbaras Syrteis, vbi Maura ſemper
Æſtuat vnda,
*Tibur Argéo * poſitum colono*
Sit mea ſedes vtinam ſenectæ:
*Sit * modus laſſo maris, & viarum,*
Militiæque.
Vnde ſi parcæ prohibent iniquæ:
B *Dulce pellitis ouibus Galeſi*
Flumen, & regnata petam laconi
** Rura Phalantho.*
Ille terrarum mihi præter omneis,
*Angulus * ridet, vbi non Hymetto*
*Mella * decedunt, viridíque certat*
** Baca Venafro:*
Ver vbi longum, tepidáſque præbet
*Iupiter brumas: & amicus * Aulon*
Fertili Baccho, minimùm Falernis
** Inuidet vuis.*
C *Ille te mecum locus, & beatæ*
Poſtulant arces: ibi tu calentem
*Debita ſparges lacryma * fauillam*
Vatis amici.

ADITVRE] qui ſis aditurus, ſi opus ſit: aut, ſi velim.

INDOCTVM IVGA FERRE NOSTRA] qui nondum didicit imperio populi Rom. parére. ſic ferè loquitur Od. 1. lib. 1. *indocilis pauperiem pati*. deuicti ſunt tandem Cantabri ab Agrippa. vt declarat epiſt. ad Iccium lib. 1. *Cantaber Agrippæ, Claudi virtute Neronis Armenius cecidit*. cum hoc
D loco congruit ille Od. 8. libr. 3. *Cantaber ſera domitus catena*. & ille Od. 14. lib. 4. *Te cantaber non antè domabilis, &c.*

BARBARAS SYRTEIS] de Syrtibus ſuprà Od. 22. lib. 1. ſatis multa diximus.

TIBVR ARGÉO POSITVM] conditum à Tiburno Argiuo.

SIT MOD. LASSO MARIS, ET VIARVM] Tibur nauigationum, & itinerum noſtrorum, & militiæ finem laſſis nobis afferat: Tibure nos laſſi à peregrinationibus noſtris, & militia conquieſcamus. poteſt & ita dici, *laſſa maris*. vt Virg. Æn. 1. *Cerealiáque arma Expediunt feſſi rerum*.

DVLCE PELL. OVIB. GALESI FLVMEN] quidam legunt, *Galeſum*, vt infrà *Rhenum flumen*. eſt autem Calabr. fluuius, de quo Virgil. lib. 5.

A lib. 5. Æneid. *Quà niger humectat flauentia culta Galeſus.*

[Pellitis ovib.] Pellitas oueis appellat Tarentinas, ex re ipſa & hiſtoria. nam vt earum lanæ eſſent molliores, pellibus operiebantur. Laërtius, προβάτων δέρμασιν ἐσκεπασμένα.

Et regnata petam Laconi.] regnata Laconi, id eſt, in quibus regnauit Phalanthus Lacon. Tarentina ſignificat. ſic loquitur Od. 29. lib. 3. *Quid Seres, & regnata Cyro Bactra parent.* & Od. 3. eiuſd. *Medis triumphatis.* & Od. 19. *Et pugnata ſacro bella ſub Ilio.* & epiſt. ad Quinct. lib. 1. *Si quis bella tibi terra pugnata, marique.* Od. 1. epod. *bellum militabitur.* & Catull. ad contubernaleis, B *Pro qua mihi ſunt magna bella pugnata.* Plaut. Amph. *Hæc illic eſt pugnata pugna ab vſque manè ad veſperum.* M. Tull. pro Murena. *pugna cum Rege commiſſa, & ſummi contentione pugnata.* & T. Liuius lib. 6. *inclytámque in ponte pugnam tum pugnatam.* Idem ſub finem lib. 8. *Hoc bellum à Coſſ. bellatum quidam auctores ſunt.* ad idem genus pertinet illud Od. 9. libr. 4. *non pugnauit ingens Idomeneus, Sthenelúſve ſolus Dicenda Muſis prœlia.* & Satyr. 5. lib. 2. *Magna, minórue foro ſi res certabitur olim.*

Phalantho] de Phalantho ſic Pauſanias Phocaic. Τάραντα δὲ ἀπῴκισαν μὲν Λακεδαιμόνιοι· οἰκιστὴς δ' ἐγένετο Σπαρτιάτης Φάλανθος. iccircò Hor. Od. 5. libr. 3. Tarentum, La-C cedæmonium appellat. At Virgil. Æn. 3. Herculeum, propterea quòd Phalanthus fuit ab Hercule octauus.

Ridet] renidet, γελᾷ, amœnus, lætus, & gratus eſt. vide annot. ad Od. 18. huius lib.

Vbi non Hym. mella deceo.] id eſt, vbi mella non ſunt melle Hymettio deteriora. tralatio eſt. decedere enim, eſt locum ſuperiori, & honoratiori dare. epiſtol. 2. lib. 2. *Ludere ſi rectè neſcis, decede peritis.* Cicer. in Catone. *ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi.* Virg. Georg. 4. *Vicina inuitet decedere ripa calori,* id eſt, quod Græci dicunt ὑποχωρεῖν. idem Pharmac. *Propter aquæ riuum viridi procumbit in herba Perdita, nec ſera meminit decedere nocti.* Plautus Amphitr. *Nam mihi quidem herclè qui minus liceat deo, minitarier populo, ni decedat D mihi, quàm ſeruolo in comœdiis?* propriè Lucret. lib. 2. de ſimplicibus illis & ſolidiſſimis corporibus. *Incertiſque loco ſpatio decedere paullum, Tantum, quod nomen mutatum dicere poſsis.* alia tralatione vtitur Virgil. cùm idem ſignificet tamen. Georg. 2. *Tmolus & aſſurgit quibus, & rex ipſe Phanæus.* tractus igitur Tarentinus mihi præter omneis ridet, cuius mella non ſunt Hymettio melle inferiora, aut deteriora.

Viridiq. certat B. V.] & cuius oliuæ conferri poſſunt cum oliuis Venafranis. Eſt autem Venafrum Minturnis, & Fregellis, & Liri fluuio vicinum, in Campaniæ littore ſitum. ὅθεν (inquit Strabo) κάλλιστον ἔλαιον. *Certat Venafro* autem Græcorum more dixit pro eo, quod eſt, certat cum Venafro. Nam ita loquuntur μάχεσθαί τινι. quod genus & Catullus imitatus eſt. *noli pugnare duobus.* Horatius autem non ſemel. vt Od. 1. libr. 1. *luctantem Icariis fluctibus Africum, &c.* & Od. 3. eiuſd. *nec timuit præcipitem Africum Decertantem Aquilonibus.* & Od. 2. epod. *Certantem & vuam purpuræ.* & vndecima. *Deſinet imparibus certare ſummotus pudor.* & Satyr. 5. lib. 2. *haud ita Troia Me geſsi certans ſemper melioribus.* & 7. eiuſd. *Altercante libidinibus tremis oſſa pauore.* ſic Virgil. Georgic. II. *Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus Laudibus Italiæ certent.* Idem in Daphnide, *Montibus in noſtris certet tibi ſolus Amyntas.* Lucret. lib. 3. *quid enim contendat hirundo Cycnis?* Horat. epiſtol. x. lib. 1. *Non qui Sidonio contendere callidus oſtro Neſcit Aquinatem potantia vellera fucum, &c.* & epiſt. 18. eiuſd. *mihi contendere noli.*

Ver vbi longvm] Ver aſſiduum dixit Virgil. Georg. 2. ὑπερβολικῶς. *Hic ver aſſiduum, atque alienis menſibus æſtas.* ad quem verſum profert hunc locum Seruius.]

Et amicvs Avlon] credibile eſt collem, aut montem aliquem eſſe Tarento propinquum. alioqui eius commemoratio, nihil ad Tarenti laudes pertineret.

Fertili baccho] ſic dixit, *amicus Aulon Fertili Baccho,* id eſt, gratus, ſed potiùs carus, vt Od. 4. lib. 3. *Veſtris amicum fontibus & choris, &c.* & Od. 11. eiuſd. *Nec loquax olim, neque grata: nunc & Diuitum menſis & amica templis, &c.* & Od. 6. lib. 4. *ego diis amicum Sæculo feſtas referente luces, Reddidi carmen.* aliis verbis, eadem ſententia dixit Tibullus. *Bacchi cura Falernus ager.* ſed Paſſeratius putat legendum, *Fertilis Baccho,* vt ſit vtrumque Aulon *& amicus Baccho, & fertilis Baccho.* ſic Martialis. *Nobilis & lanis, & Baccho fertilis Aulon.* Paſſeratium adiuuat codex vnus manuſcript. in quo ita ſcriptum reperi.

Minimvm Falernis] habet vuas Falernis non deteriores. inuidemus enim eiuſdem generis melioribus ac præſtantioribus: quod docet Ariſtot. rhet. 2. Hor. Satyr. 3. lib. 2. *Inuidiam placare paras virtute relicta.*

Debita sparges lacryma] meos cineres lacrymis conſperges: me mortuum flebis. meliùs Ennius. *Nemo me lacrymis décoret, neque funera fletu Faxit: cur? volito viuù per ora virûm:* quamuis Solon vnus è ſeptem, mortem ſuam lacrymis carere nolit. Homerus autem hoc munus, atque hunc honorem ait mortuis deberi, ſub perſona Achillis, mortuum Patroclum deflentis. Πάτροκλον κλαίωμεν, ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων. & ὀδύσσ. δ. Piſiſtratus negat ſe reprehendere, ſi quis mortuos lugeat, ac defleat: nullum enim alium honorem illis tribui poſſe, quàm vt tondeatur coma, genæque lacrymis perfundantur. lugebantur autem mortui in ipſo funere, & cùm ſepeliebatur corpus. vide Od. 17. epod. *Luxere matres Iliæ addictum feris, &c.* vbi nonnulli legunt, *Vnxere.*

AD POMPEIVM Varum. Od. 7.

ARGVMENTVM.

Cui reditum gratulatur.

O Sæpe mecum tempus in vltimum
Deducte Bruto militiæ duce,
Quis te redonauit Quiritem
Dis patriis, Italóque cælo,
Pompei meorum prime ſodalium?
Cum quo * morantem ſæpe diem mero
Fregi coronatus nitenteis
* Malobathro Syrio capillos.
Tecum philippos, & celerem fugam
Senſi relicta * non benè parmula,
Cùm fracta virtus, & minaces
* Turpe ſolum * tetigere mento.
Sed me per hoſteis Mercurius celer
Denſo pauentem ſuſtulit * aëre:
Te rurſus in bellum reſorbens
Vnda fretis tulit æſtuoſis.
Ergo * obligatam redde Ioui dapem:
Longáque feſſum militia latus
Depone ſub lauru mea: nec
Parce cadis tibi * deſtinatis.
Obliuioſo læuia Maſſico
* Ciboria exple: funde capacibus
Vnguenta de conchis. quis vdo
Deproperare apio coronas,
Curátve myrto? quem Venus * arbitrum
Dicet bibendi? non ego ſanius
Bacchabor * Edonis. * recepto
Dulce mihi * furere eſt amico.

Tempvs in vltimvm] id eſt, vſque ad extremum vitæ diem, ſi fors ita tuliſſet.

Redonavit] reſtituit. vtitur etiam hoc verbo Od. 3. lib. 3. *& inuiſum nepotem, Troica quem peperit ſacerdos, Marti redonabo.*

Cvm qvo mor. ſæpe diem] morantem, ſignificatione (vt loquuntur Grammatici) abſoluta, intellige longum, tardum. ponit & Catull. abſolutè, carmine in nuptias Iuliæ: *Sed moraris, abit dies.* & Horatius Od. 3. ſup. *an pauper, & infima De gente ſub dio moreris.* & 20. *neque in ter-*

A *ris morabor Longius.* & 17. *quid moror altera?* Aliàs actionem ſignificat apud hunc poëtam. Ode 5. lib. 3. *Et populum reditus morantem.* & epiſt. ad Iul. Florum lib. 1. *An pingues Aſiæ campi, colleſque morantur?* & epiſtol. ad Auguſt. *Si longo ſermone morer tua tempora Cæſar.* & epiſt. 13. lib. 1. *Carmina, quæ poſſunt oculos, aureiſque morari Cæſaris.* & Ode 11. lib. 3. *& riuos celeres morari.* & Epod. Ode 9. *Io triumphe, tu moraris aureos Currus.* & epiſtola ad Mæcenatem 2. lib. 1. *ne te longis ambagibus vltrà, Quàm ſatis eſt, morer.*

Mero Fregi] non totum diem ſiccus traduxi, ſed diuiſi, partémque in vino & poculis poſui. vide quæ annotauimus ad Oden 1. libr. 1. ibi: *Nec partem ſolido demere de die.*

B Coron. capill.] Helleniſmus, id eſt, coronatis capillis.

Nitenteis Malobathro] vnguento Syrio delibutos, λιπαροὺς. vt ſuprà Ode 4. lib. 1. *nitidum caput.* Solebant autem elegantiores & lautiores homines capillum vnguento perungere. Cic. pro Roſc. Amerin. de Chryſogono Syllæ liberto: *ipſe verò quemadmodum compoſito, & delibuto capillo paſſim per forum volitet cum magna caterua togatorum, videtis iudices.* Catullus. *Reſpondi id quod erat, nihil neque ipſis, Nec quæſtoribus eſſe, nec cohorti, Cur quiſquam caput vnctius referret.* Archeſtratus apud Athen. libr. ſecundo, Ἀεὶ δὲ στεφάνοισι κάρα περὶ δαῖτα πυκάζου Παντοδαποῖς, οἷς
C ἂν γαίας πέδον ὄλβιον ἀνθῇ, Καὶ στακτοῖσι μύροις ἀγαθοῖς χαίτην θεράπευε. quibus verſibus hortatur ille ſui ſimileis, vt ſemper habeant caput floribus omnis generis, quos terra ferat, redimitum, & vnguentis liquidis ac ſuauibus comam delibutam. Iterum Horat. epiſtol. ad villicum, *Quem tenues decuere togæ, nitidique capilli.*

Non bene] turpiter. turpe eſt enim clypeum abijcere. notum illud de Epaminonda, tum denique ſibi auelli ſpiculum iubente, poſteà quàm ei percontanti dictum eſt, clypeum eſſe ſaluum, vt etiam in vulneris dolore æquo animo cum laude moreretur. ῥιψάσπιδες à Græcis appellantur, qui abiecto clypeo fugiunt è prælio. Itaque Ariſtotel. libro 2. rhetor. de pudore diſſe-
D rens, poſteaquàm docuit, pudorem exſiſtere ob ea mala, quæ turpia videri ſolent, inter cetera turpitudinis exempla, hoc quoque ponit, ἀποβάλλειν ἀσπίδα, ἢ φυγεῖν, id eſt, abijcere, ſeu amittere clypeum, vel fugere.

Et minaces Tvrpe sol tetig.] id eſt, occubuerunt, ceciderunt ſic Virgil. Æn. 11. *Procubuit moriens, & humum ſimul ore momordit.* ib. *cruentam Mandit humum.* Ouid. Metamorphot. 9. *& arenas ore momordit.* Homerus ἰλ. β. πολέες δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι Πρηνέες ἐν κονίῃσιν ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν, id eſt, multi autem circum eum amici proni humi dentibus terram mordeant. & ἰλ. ω. ὀδὰξ ἕλον ἄσπετον οὖδας, id eſt, dentibus autem prehenderunt magnum ſoli ſpatium. & ἰλ. χ. ἦχ' ἔτι πολλοὶ Γαῖαν ὀδὰξ εἷλον πρὶν Ἴλιον εἰσαφικέσθαι, id eſt, Profectò præterea

præterea multi terram dentibus prehenderunt, prius quàm Troiam peruenerint. Eurip. Phœniſſ. Γαῖαν δ' ὀδὰξ ἑλόντες ἀλλήλων πέλας Πίπτουσιν ἄμφω, id eſt, terram autem dentibus vbi momorderunt, alter propè alterum ceciderunt. tale eſt illud iterum ex Homero ἰλ. λ. Αὐτὸς δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ, id eſt, ipſe autem in pulueres collapſus prehendit terram cubito, vel, vt alij interpretantur, palma quale eſt illud Ennianum 10. Annal. *Pinſ:bant terram genibus.*

Sed me per hostes, &c. Sic apud Hom. ἰλ. γ. Venus Paridem nube tectum è certamine eripit. ſic ἰλ. ε. Phageum Vulcanus. Ἀλλ' Ἥφαιστος ἔρυτο, σάωσε δὲ νυκτὶ καλύψας, id eſt, At Vulcanus eripuit, ac ſeruauit, nocte opertum. ſic Æneam Venus, eáque à Diomede vulnerata, & fugiente, in eius locum ſuccedens Phœbus. Ἡ δὲ μέγ' ἰάχουσα ἀπὸ ἕο κάββαλεν υἱόν, Καὶ τὸν μὲν μετὰ χερσὶν ἐρύσατο Φοῖβος Ἀπόλλων Κυανέῃ νεφέλῃ. id eſt, illa autem magno clamore ſublato à ſe filium Æneam deiecit: Atque eum quidem inter manus ſuas ſeruauit Apollo nigra nube tectum. Horat. inſt. Satyr. 9. lib. 1. *ſic me ſeruauit Apollo*, quamquam hoc Horatianum quidam aliter dictum volunt.

Denso aëre] nube, vt Hom. κυανέῃ νεφέλῃ.

Fretis æstvosis] æſtus marinos appellant boni ſcriptores, maris acceſſus & receſſus: maris feruorem. Cic. de natura deor. lib. 2. *æſtus marinis tum accedentes, tum recedentes.* Idem de diuinatio. lib. 2. *Quid de fretis, aut marinis æſtibus dicam?* vndam autem reſorbentem dixit, vt exprimeret vim nominis Græci ἀμπώτις. eſt enim ἄμπωτις quaſi ὕδατος ἀνάποσις, id eſt, aquæ (vt ita dicam) reſorptio, aut repotio, ſic ferè locutus eſt M. Tull. in Bruto de Curione à Iuba interfecto, *ſed hunc quoque abſorbuit æſtus quidam non inſolitæ adoleſcentibus gloriæ.* & Catull. ad Manlium, *tanto te abſorbens vortice amoris Æſtus in abruptum detulerat barathrum.*

Obligatam] promiſſam, votam, debitam. [Itaque ſubiunxit *redde.* ſic Catull. de coma Beren. *Queis ego pro factis cæleſti reddita cœtu Priſtina votanosis munere diſſoluo*] Priſcianus lib. 7. hunc verſum teſtem producit.

[Depone svb lavr. mea] Seruius notat ad illud Virg. Alex. *Et vos, ô lauri carpam.* licet Horatius dixerit, *ſub lauru mea.*]

Destinatis] tibi reſeruatis, tibi addictis, & quaſi deſponſis: vel ad te tanquam ad ſcopum relatis hæc enim vis eſt verbi *deſtinandi.* M. Tull. ad Trebat. *Quod tibi deſtinaras trapezophoron: ſi te delectat, habebis.* & Phil. 5. *qui ne ſortes quidem fortunas noſtras deſtinauit.* Horat. Ode 18. huius libr. *Nulla certior tamen Rapacis Orci fine deſtinata, Aula diuitem manet Herum.* & Satyr. 3. lib. 2. *Neſcio, an Anticyram ratio illis deſtinet omnem.* & ibid. *fortique marito Deſtinet vxorem.* Virgil. Æneid. 2. *& me deſtinat aræ.* videtur nonnumquam idem valere, quod conſtitutum in animo habere, vt Ode 13.

A lib. 5. *cornibus Primis & Venerem, & prælia deſtinat.* Cæſar libr. 1. de bello ciuili: *agere deſtinauerat.* Idem lib. 7. de bello Gall. *milites operi deſtinatos* appellat eos, quibus opus faciendum mandauerat.

Oblivioso] quod ægritudinum & moleſtiarum obliuionem affert, ἐνεργητικῶς. aliter dixit M. Tull. in Cat. Maiore *obliuioſos ſenes.* ſed quod ad ſententiam attinet, de obliuione malorum, quam ſignificat à vino oriri, ſiue per ſe vinum hanc obliuionem gignat, ſiue propter ſomnum, qui liberaliorem potum ſubſequitur: cùm his conſentanea maximè ſunt illa Euripidis in Bacchis, ὁ Σεμέλης γόνος Βότρυος ὑγρὸν πόμ' εὗρε, κ' εἰσηνέγκατο Θνητοῖς, ὃ παύει τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς B Λύπης, ὅταν πλησθῶσιν ἀμπέλου ῥοῆς. Ὕπνον τε λήθην τῶν καθημέραν κακῶν Δίδωσιν, οὐδ' ἔστ' ἄλλο φάρμακον πόνων, id eſt, Semelæ filius potionem humidam reperit, & impertiuit mortalibus, quæ homines calamitoſos mœrore liberat, cùm impleti fuerint vitis ſucco: Et ſomnum, quotidianorum malorum obliuionem, confert, neque vllum aliud eſt laborum ac dolorum medicamentum. Vinum Maſſicum autem laudat Plin. libr. 14. cap. 6. Naſcitur in ijs Campaniæ montibus, qui Maſſici nominantur. commemorat & Athen. lib. 1. cum ceteris vinis Italicis, aitque eſſe auſterum quidem illud, ſed ſtomacho vtile. ætate matureſcebat, auſteritatémque minuebat. Horatius Ode 1. lib. 1. *Eſt qui* C *nec veteris pocula Maſſici, &c.* & Satyr. 4. lib. 2. *Maſſica ſi cælo ſupponas vina ſereno, Nocturna, ſi quid craſſi eſt, tenuabitur aura.*

Lævia] expolita, vt ſup. Od. 2. lib. 1.

Ciboria] vaſa fabarum Ægyptiarum, quæ ciboria appellantur, in modum, ab inferiore parte in anguſtum contracta, vt docet Atheu. lib. 11. his verbis: τοῦ δὲ κώθωνος οὐ μάλα προβεβηκότος, λαβὼν ἐν τῷ, κιβώριον, ὡς ἐξοινῶν καὶ μεθύων ἐνούρησε. Δίδυμος δὲ φησι ποτηρίου εἶδος εἶναι, καὶ τάχα ἂν εἴη τὰ λεγόμενα σκυφία, διὰ τὸ κάτωθεν εἰς στενὸν συνῆχθαι, ὡς τὰ αἰγύπτια κιβώρια. id eſt, cùm potu liberaliore, quem Græci κώθωνα appellant, longiùs procederet, ille capto poculo quodam, D quod ciborium nominant Græci, eò imminxit tanquam bacchans & ebrius. Didymus ait hoc eſſe poculi genus. Et fortaſſe ſunt ea, quæ σκύφια appellantur, propterea quòd in anguſtum pars infima contracta eſt, vt ciboria Ægyptia. vide Dioſcor. lib. 2. de faba Ægyptia. appellantur & κιβωτία. [vide de ciborijs Adr. Turneb. animaduerſ. lib. 1. cap. 10.

Exple] Faërni lib. habet *imple* fortaſſe rectè. ſequor tamen alteram lectionem: præſertim plurium codicum auctoritate confirmatam, interpretórque ebibe, exhauri, & (vt idem alibi loquitur) ſicca: vel, ſi quis mallet, imple: vt Lucret. lib. 6. in princip. de vaſe: *Vt nulla poſſet ratione expleriér vmquam.*

Digitized by Google

CONCHIS] ex quibus fiebant vaſa vnguentaria, quæ proptetea conchæ appellantur: nam & onyches teſtæ erant conchyliorum, de quibus dicemus ad Oden 12. lib. 4.

QVIS VDO DEPROP. &c.] id eſt, quis ex vdo apio curat coronas deproperare? quod eſt valde properando efficere, & nectere? eſt autem frequens huius verbi vſus in voce *agente*, vt Ode 24. lib. 3. *Indignóque pecuniam Heredi properet*, id eſt, properè quærat, ſeu properet quærere. & Ode 12. epod. *Muricibus Tyrus iterata vellera lanæ Cui properabantur?* id eſt, properè, & ſummo ſtudio texebantur? ſic Virgil. Æneid. 9. *& pulchram properet per vulnera mortem*. idem Georgic. 4. *Ac veluti lentis Cyclopes fulmina maſsis. Cum properant*, id eſt, properè cudunt, & Georgic. 1. *Multa, forent cælo quæ mox properanda ſereno, Matura datur*. Idem ibid. *Et quamuis igni exiguo properata maderent, &c.* Propert. lib. 2. *Quod ſi fortè tibi properarint fata quietem*. & iterum Horat. epiſtol. ad Iul. Florum libr. 1. *Hoc opus, hoc ſtudium parui properemus, & ampli*. ſic & Pindarus Pyth. carm. 3. verbum σπεύδειν iunxit cum quarto caſu μὴ, φίλα ψυχὰ, βίον ἀθάνατον σπεῦδε, i. ne care anime vitam immortalem propera. Quòd ſi quis illud, *deproperare apio*, dictum velit, pro de apio properare, vt ſit ἀναστροφὴ, non refellam: qualia ſunt illa apud hunc eundem ſat. 2. libr. 2. *cur improbe caræ Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo?* id eſt, è tanto aceruo metiris. & epiſt. ad Albium Tibullum lib. 1. *An tacitum ſiluas interreptare ſalubreis?* & de art. poët. *ne quid medios intercinat actus*. & epiſtol. ad Iul. Flor. *An freta vicinas intercurrentia turreis?* & ſatyr. 5. lib. 1. *Hinc nos Cocceij recipit pleniſsima villa, Quæ ſupereſt Claudi caupones*. & Satyr. 2. lib. 2. *vides, vt pallidus omnis Cena deſurgat dubia*. epiſt. 1. lib. 1. *Eſt, mihi purgatam crebro qui perſonet aurem*. ad Iul. Florum, *Quæ circumuolitas agilis thyma?* ad Vallam, *Dictáque ceſſantem neruis elidere morbum Sulfura contemni*. ad Numicium, *Ne plus frumenti dotalibus emetat agris Mutius*. Od. 2. libr. 1. *Quam locus circumuolat & Cupido*. Ode 14. eiuſd. *Interfuſa nitenteis vites æquora Cycladas*. Ode 15. lib. 3. *Maturo propior deſine funeri Interludere virgines*. Ode 27. eiuſdem libr. *vtinam intererrem Nuda leones*. Ode 16. epod. *Nec veſpertinus circumgemit verſus ouile*. & Od. 5. lib. 4. *te proſequitur mero Defuſo pateris*. Nam Od. 31. lib. 1. perſpicuè diuiſit hoc verbum. *de patera nouum Fundens liquorem*. ſic Lucret. lib. 2. *& aliàs Interdum ramos egigni corpore viuo*. idem lib. 3. *atque vnde animantum copia tanta Exos, & exſanguis tumidos perfluctuat artus?* idem lib. 1. *Permanat calor argentum, penetraléque frigus*. idem lib. 6. *Qui faciant ſolem certa deſurgere parte*. ibidem, *Glandiferas intercurabant corpora quercus*. ibidem, *Et frutices intercondebant ſqualida membra*. ſic Virgil. in Mœride, *ſed argutos interſtrepere anſer olores*. & Tiboll. lib. 4. ad Meſſ. *Fertilis hanc interpoſita eſt, interque rigentes*. & Catull. in carm. de Iuliæ & Manlij nupt. *Transfer omine cum bono Limen aureolos pedes*. Accius, *Peruade polum*. quæ ſic interpretatur Varro lib. 6. de ling. Lat. *vade per polum*. Omnino verbo *deproperandi* compoſito vtitur Plautus in Pœnulo, *deproperant ſedulo ſacrificare*, id eſt, valde properant: vt hoc loco, *deproperare coronas*, valde properè nectere & concinnare coronas, interpretari poſſimus. Placet tamen altera explicatio, vt ſit ἀναστροφὴ, & vt *de* iungatur cum voce *apio*..

CORONAS] quæ ſolebant in conuiuijs adhiberi, vt ſuprà oſtendimus, fiebántque ex apio, myrto, & ſimilibus. Theocrit. εἰδ. ζ. πολυγνάμπτῳ τε σελίνῳ. & εἰδ. ιγ. καὶ θάλλοντα σέλινα.

QVEM VENVS, &c.] Venus, id eſt talorum iactus Venereus, qui tum erat, cùm omnes tali iacti diſſimiliter cadebant. Nam Veneris iactus regem, ſeu magiſtrum conuiuij efficiebat. Vide ſup. Od. 4. libr. 1. *Nec regna vini ſortiere talis*. de Venere autem, ſeu iactu talorum Venereo ſic M. Tull. de diuinat. libr. 1. *Quattuor tali iacti caſu venereum efficiunt. Nam etiam centum venereos ſi CCCC. talos ieceris, caſu futuros putas?* Huc pertinet illud Plutarchi de Catone maiore in eius vita. ἐν δὲ τοῖς δείπνοις ἐκληροῦτο περὶ τῶν μερίδων. εἰ δὲ ἀπολάχοι πρῶτον αἱρεῖν τῶν φίλων κελευόντων, ἔλεγε μὴ καλῶς ἔχειν ἄκουσης τῆς Ἀφροδίτης id eſt, in conuiuiis autem tempeſtiuis de portionibus rem ſorti permittebat. Quòd ſi ſors non reſpondiſſet, hortantibus amicis vt primum tolleret, dicebat non decere inuita Venere. Denique Veneris iactus felix erat atque optatus. Plautus in Aſin. *ARGY. Iace pater talos, vt porro nos iaciamus. DEM. maxime. Te Philænium mihi atque vxoris mortem. hoc venerium eſt. pueri plaudite*. Sueto. in Aug. *talis enim iactis, vt quiſque canem, aut ſenionem miſerat: in ſingulos talos, ſingulos denarios in medium conferebat: quos tollebat vniuerſos, qui Venerem iecerat*. eſt igitur hæc horum verborum ſententia: Cui regnum bibendi obueniet venereo iacto? quis regnum vini ſortitò capiet? [Profert hunc locum Seruius ad illum Virgil. Georg. 3. *Quem legêre ducem, & pecori dixere maritum*, vbi *dixêre* interpretatur deſignauerunt, vt hîc *dicet* deſignabit: quamquam videtur legiſſe, *dicit*: quod fortaſſe rectum eſt.]

NON EGO SANIVS BACCH.] id eſt, libet mihi Edonos illos Thraciæ populos bibaciſſimos intemperanter bibendo imitari. *Inſanire iuuat*, vt Od. 19. lib. 3. de Thracibus autem diximus ſup. ad Od. 27. lib. 1. Edonos commemorat Theocrit. εἰδ. ζ. Εἴης δ' Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι χείματι μέσσῳ, id eſt, ſis bruma media Edonorum in montibus altis. [Edonas tamen appellat Thucid. lib. 4.]

RECEPTO] recuperato. Od. 2. lib. 4. *ô ſol Pulcher, ô laudande canam recepto Cæſare Felix*.

FVRERE] inſanire, bacchari, furenter potare.

IN

IN BARINEN.

Od. 8.

ARGVMENTVM.

Non eſſe, cur ei iuranti credatur: Formoſarum enim periuria à dijs non vindicari.

VLLA ſi iuris tibi peierati
Pœna, Barine, nocuiſſet vnquam:
Dente ſi nigro fieres, vel vno
Turpior vngui:
** Crederem. ſed tu, ſimul obligaſti*
** Perfidum votis caput, eniteſcis*
Pulchrior multo, iuuenúmque prodis
** Publica cura.*
*Expedit matris * cineres opertos*
Fallere, & toto taciturna noctis
Signa cum cælo, gelidáque diuos
Morte carenteis.
Ridet hoc, inquam, Venus ipſa: rident
C *Simplices nymphæ, ferus & Cupido,*
Semper ardenteis acuens ſagittas
Cote cruenta.
Adde, quòd pubes tibi creſcit omnis:
** Seruitus creſcit noua: nec priores*
Impiæ tectum dominæ relinquunt,
Sæpe minati.
*Te ſuis matres metuunt * iuuencis:*
Te ſenes parci: miseræq; nuper
*Virgines nuptæ, tua * ne retardet*
D *Aura maritos.*

VLLA SI IVRIS TIBI, &c.] iuris peierati, id eſt, periurij, hoc igitur dicit. ſi periurio fieres vel minima corporis parte deformior, crederem tibi iuranti: ſed hoc video tibi euenire, vt quo improbius peieras, eò pulchrior exoriaris. Protagoras apud Platonem in Philebo, ait dici ſolere, Deos immortaleis ijs ignoſcere, qui in rebus amatoriis, & venereis peierant, quaſi voluptates, vt pueri, minimum mentis habeant. ſic ille, ὡς δὲ λόγος, καὶ ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ τὰ ἀφροδίσια (αἳ δὴ μέγισται δοκοῦσιν εἶναι) καὶ τὸ ἐπιορκεῖν συγγνώμην εἴληφε παρὰ θεῶν, ὡς, καθάπερ παίδων, τῶν ἡδονῶν, νοῦν οὐδὲ τὸν ὀλίγιστον κεκτημένων. Callimachus hoc idem ſic, Ωμοσεν,

A ἀλλὰ λέγουσιν ἀληθέα, τοὺς ἐν ἔρωτι Ορκους μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων. quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt, quantumuis iurent amantes deos id negligere, quia verum ſit prouerbium, iuſiurandum, quod concipitur in amore, non peruenire ad aureis deorum.

IVRIS TIBI PEIERATI] iuris iurandi abs te violati *tibi*, pro, abs te, huic poëtæ vſitatiſſimum.

SED TV SIMVL] ſimul vt, ſimulatque, vt ſup. Od. 4. lib. 1. *quò ſimul mearis.*

SIMVL OBLIG. PERFID, &c.] ſimulatque caput tuum obſtrinxiſti votis ac promiſſis, iuris iurandi religione confirmatis: quæ tamen
B non exſoluis, neque præſtas: ſimulatque per caput tuum iuraſti, te amanti gratificaturum, neque fidem liberas tamen, multo pulchrior, quàm antea exſiſtis. poteſt & ita accipi nomen, *votis*, vt poſitum ſit, pro precibus. id eſt, ἀραῖς, exſecrationibus. vt Od. 28. libr. 1. *precibus non linquar inultis.* quales ſunt, *ne viuam:* ἐμοὶ χάνοι εὐρεῖα χθών. *mihi tellus ima dehiſcat:* & *pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras.* Veteres autem caput, ſacrum eſſe exiſtimabant: cuius rei hæc argumenta ſunt, quòd per caput iurare ſolebant, quòd ſternutamenta, quæ e capite ortum habent, bonis ominibus, & amicis apprecationibus proſequebantur, quòd aſſenſiones, capitis nutu declarabant. vide Athen. lib. 2.

IVVENÚMQVE PRODIS] ita pulchra exóreris poſt periurium, vt te vnam iuuenes expetant: tui vnius amore flagrent: tu vna, vel certè tu in primis eos ſollicites, ac maceres. nulla enim grauior cura eſt, quàm quæ ab amore proficiſcitur.

EXPEDIT, &c.] ſi verum eſt, vt res ipſa declarat eſſe verum, te periuriis, & fraudibus formoſiorem effici: expedit, id eſt, vtile eſt tibi, & cuiuis alij, parenteis ſepultos fallere, neque ea, quæ illis promiſſa ſint, perſoluere, neque, ſi per eorum manes iuraueris, iuſiurandum ſeruare. ſic verbo *expedit*, vſus eſt Od. 16. lib. epod. *Forte, quid expediat, communiter, aut melior pars, Malis carere quæritis laboribus:* vt ſæpe & M. Tull. Vno, & altero exemplo contenti ſimus. epiſtol. ad Rufum. lib. 5. *quid rectum ſit, apparet: quid expediat, obſcurum eſt.* & libr. 3. ad Seruium. *ſi quid rectiſſimum ſit, quærimus, perſpicuum eſt: ſi quid maximè expediat, obſcurum.*

MATR. CIN. OPERT.] id eſt, matrem mortuam. ſic in epiſt. ad Piſon. de arte poët. vtrùm *Minxerit in patrios cineres.* ſic Virgil. dixit *cinerem, & manes ſepultos.* Æneid. 4. *Id cinerem, & manes credis curare ſepultos?* natum ex veterum conſuetudine, qui mortuorum corpora cremabant, cineréſque in vrnis conferebant. M. Tullius Verr. 3. *cur hunc dolorem cineri eius, atque oſſibus inuſiſti, vt liberis eius bona patria, voluntate patris, iure legibus tradita eriperes, & cui tibi eſſet commodum, condonares?* Idem ibid. *obſecrauit per fratris ſui mortui cinerem, &c.* Idem 7. *Non ex liberis æſtimatis tuis pecuniam*

domum: ſed ex tua calamitate cineri, atque oſsibus filij ſui ſolatium vult aliquod reportare.

Tacitvrna noctis Signa] crebra ſunt hæc apud poëtas, *nocte ſilenti: ſilentia noctis*. Virgil. Æneid. lib. 7. *Hæc reſponſa patris Fauni, monitúſque ſilenti Nocte datos, &c.* ibid. *Cæſarum ouium, ſub nocte ſilenti Pellibus incubuit ſtratis.* Tibull. lib. 1. *Vota nouem Veneri nocte ſilente dedi.* Catull. ad Leſb. *Aut quàm ſidera multa, cum tacet nox, Furtiuos hominum vident amores.* Cæſar. lib. 7. de bell. Gallic. *tamen ſilentio noctis Cæſar egreſſus*. Lucret. lib. 4. *Et ſonitus audire, ſeuera ſilentia noctis Vndique cum conſtant*. neq; ab his alienum eſt illud Od. 5. epod. *Nox & Diana, quæ ſilentium regis, Nocturna cum fiunt ſacra, &c.* aliud eſt autem *ſilente nocte*, aliud *luna ſilente*, vt docet Plin. lib. 28. cap. 7. nam ſilentium lunæ, *interlunium* intelligitur, id eſt, tempus id, quo luna non lucet. Virg. Æneid. lib. 2. *tacitæ per amica ſilentia Lunæ.*

Gelidáqve divos Morte carenteis] ἀθανάτους.

Rioet hoc, &c.] Quinetiam ipſe (vt ait Tibullus) *periuria ridet amantum Iupiter, & ventos irrita ferre iubet*. qua de re ſuprà.

Semper ard. acvens sag.] de ſagittis & arcu Cupidinis diximus ad Od. 27. lib. 1. nonnulla: ad quæ non me pigebit addere id, quod eſt apud Euripi. Iphig. in Aul. Vbi chorus, ait, Cupidinem duos arcus intendere ſolere: vnum proſperum, & vitæ beatæ effectorem: alterum vitæ perturbatorem, & corruptorem. ſic Euripid. ὅθι δὴ δίδυμ' ἔρως, χρυσοκόμας τόξ' ἐντείνεται χαρίτων, τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι πότμῳ, τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς.

Cote crventa.] cur cruenta? an propter opus rei venereæ, quod cruentum eſt? ſemen enim genitale cruor eſt, ſiue ſanguis. non placet. an propter cædeis ex amore orienteis? quod veriſimilius eſt.

Servitvs crescit nova] creſcunt noui amatores, qui tibi ſeruiunt, tuam perfidiam, & impietatem non experti.

Nec priores, &c.] neque veteres tamen, quibus tui mores perſpecti ſunt, & cogniti, qui tuorum periuriorum teſtes ſunt, in quos tu te ſæuam, & immitem, & perfidam præbuiſti, quamuis ſæpe minati ſint, ſe tibi ſeruire deſituros, à tuis ædibus, ac foribus deſcedere queunt.

Sæpe minati] vt ille apud Terent. *excluſit: reuocat: redeam? non, ſi me obſecret.*

Svis ivvencis] ſuis filiis adoleſcentulis.

Miseræqve nvper, &c.] nouæ nuptæ te quoque metuunt, ne tua venuſtas, & oris pulchritudo, & flagrantia oculorum ſuos maritos efficiat in ſe tardiores, aut etiam abs ſeſe alienet. aura hoc loco, ducta tranſlatione à ventis, qui nauem quò lubet, impellunt oris nitorem, venuſtatem, elegantiam ſignificat. Virg. ad auri ſplendorem tranſtulit Æneid. ſexto. *Diſcolor unde*

A *auri per ramos aura refulſit*. propriè dixit Lucr. libr. 2. *cum primis quærere par eſt, Quo ad licet ac poſſis, reperire inolentis olius Naturam, nullam quæ mittat naribus auram.*

TVRNEBVS.

Ex libr. 26. cap. 31. Periurij comitem cenſebant aliquam deformitatem. Horatius,

Vlla ſi iuris tibi peierati
Pœna Barine nocuiſſet vnquam,
Dente ſi nigro fieres, vel vno
Turpior vngui.

Ouidius in Amoribus vt Theocritus quoque poſtulas naſci mentientibus in naſo dixit, ψεύδεα ῥινὸς ὕπερθεν ἀραιᾶς οὐκ
B ἀναφυσῶ.

AD VALGIVM.

Od. 9.

ARGVMENTVM.

Vt mortuum puerum aliquando flere deſinat.

Non ſemper imbres nubibus hiſpidos
Manant in agros, aut mare Caſpium
C *Vexant inæquales procellæ*
Vſque: nec Armenijs in oris,
*Amice Valgi, ſtat glacies * iners*
Menſeis per omneis, aut Aquilonibus
Querceta Gargani laborant,
Et folijs viduantur orni.
Tu ſemper vrges flebilibus modis
*Myſtem ademtum: * nec tibi veſpero*
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente ſolem.
*At non * ter æuo functus amabilem*
D *Plorauit omneis Antilochum ſenex*
Annos: nec impubem parentes
Troilon, aut Phrygiæ ſorores
*Fleuere ſemper. * deſine mollium*
Tandem querelarum: & potiùs noua
Cantemus Auguſti tropæa
*Cæſaris, & rigidum * Niphaten,*
Medúmque flumen gentibus additum
Victis, minores voluere vortices:
*Intráque præſcriptum * Gelonos*
Exiguis equitare campis.

Hispi-

Hɪsᴘɪᴅᴏs] horridos, deformeis propter A hiemem.

Mᴀʀᴇ Cᴀsᴘɪᴠᴍ] quod eſt in Scythia.

Iɴæǫᴠᴀʟᴇs ᴘʀᴏᴄᴇʟʟæ.] quæ mare (quod ſua ſponte tranquillum, atque æquale eſt, vnde æquor appellatur) inæquale reddunt. Nam mare nulla ventorum vi agitatum, nullis procellis concitatum, æquale eſt: tempeſtate autem coorta, & procellis excitatis, tum fit inæquale. M. Tull. de natura deorum, libr. 3. hæc quattuor contingit; imbreis, nimbos, procellas, turbines. ſic & Philippica 5. *hac cauſa, cur lex tam præclara, maximo imbri, tempeſtate, ventis, procellis, turbinibus, inter fulmina, & tonitrua ferretur?*

Gʟᴀᴄɪᴇs ɪɴᴇʀs.] quæ & fluuios, & agros, inerteis quodammodo efficit, illos ad naB uigationem ineptos: hos ſterileis & incultos. aliter terram inertem nominat Od. 4. lib. 3.

Qᴠᴇʀᴄᴇᴛᴀ Gᴀʀɢᴀɴɪ] Garganus mons Apuliæ, ſeu Iapygiæ. Idem epiſtol. ad Auguſt. *Garganum mugire putes nemus, aut mare Tuſcum.* Virgil. lib. 11. Æneid. *Ille vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis agris.*

Vɪᴅᴠᴀɴᴛᴠʀ] ſpoliantur. vide annot. ad illum locum *viduus pharetra*, Od. 10. lib. 1.

Oʀɴɪ] ſup. Od. 9. lib. 1. *Nec veteres agitantur orni.*

Vʀɢᴇs ꜰʟᴇʙɪʟɪʙ. ᴍóᴅ.] inſequeris carminibus ad flendum accommodatis, ſeu potiùs ad flendum prouocantibus. ſic M. Tull. C Tuſcul. quæſt. 1. *Hæc cum preſſis & flebilibus modis, qui totis theatris mæſtitiam inferant, concinnuntur, &c.* aliter ſup. Od. 24. lib. 1. *Multis ille bonis flebilis occidit.* valet enim illo loco, deflendus, deplorandus, vt diximus. dicimus autem Latinè, vrgere opus, vrgere forum pro eo, quod eſt, aſſiduè in opere, & in foro verſari: ſic dictum hoc loco ab Horatio, *vrges flebilibus modis Myſten*, puerum tibi ereptum, pro eo, quod eſt, Myſten mortuum aſſiduè deploras, ac defles. in cod. Donati ſcriptum eſt *vrgues*, vt ſæpe alibi.

Nᴇᴄ ᴛɪʙɪ ᴠᴇsᴘ. Sᴠʀɢ. ᴅᴇᴄᴇᴅ.] ᴀᴍ. Nᴇᴄ ʀᴀᴘ. ꜰᴠɢ.] id eſt, nec veſperi, nec manè. ſic Virgil. lib. 4. Georg. *Te dulcis coniux, te ſolo in littore ſecum, Te veniente die, te decedente canebat.* D ſic Cinna, *Te Matutinus flentem conſpexit Eous, Et flentem vidit paullo poſt Heſperus idem:* ex Seruio. quos verſus mihi indicauit Paſſeratius. Stella Veneris ἑωσφόρος, ſeu φωσφόρος à Græcis, lucifer à Latinis appellatur, cùm ſolem antegreditur orientem: eadem ἕσπερος, id eſt, veſperus dicitur, cùm ſolem occidẽtem ſubſequitur, quam ἰσόδρομον ἡλίῳ τάχει, ait eſſe Plato in Timæo, id eſt, curſum conficere Solis celeritati parem: idémque de Mercurio: ſed eos vim quandam adeptos eſſe Soli contrariam, ex quo fieri, vt hi tres, Lucifer, Sol, Mercurius ſua conuerſione alij alios ſuperent, viciſſimque ſuperentur.

Aᴛ ɴᴏɴ. ᴛᴇʀ æᴠᴏ ꜰᴠɴᴄᴛ.] Neſtorem ſignificat: de quo ſic M. Tull. in Catone maiore: *Videtiſne, vt apud Hom. ſæpiſſimè Neſtor de virtutibus ſuis prædicet? tertiam enim iam ætatem hominum viuebat; &c.* quæ ſunt ex Homero ſumta ἰλιάδ. α. τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων Ἐφθίαθ', οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν, ἠδ' ἐγένοντο Ἐν Πύλῳ ἠγαθέῃ, μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν. Sciendum eſt autem, ætatis appellatione annos triginta intelligi, vt hoc dicam ἐν παρόδῳ, quod declarat locus apud Plutarch. in Catone maiore, vbi tradit, illum ſex, & octoginta annos natum in iudicium adductum fuiſſe, atque hanc nominis delationem propemodum fuiſſe quinquageſimam: quattuor autem annis pòſt, nempe annos nonaginta natum, Ser. Galbam accuſaſſe. ex quo dici poſſe Catonem, vt Neſtorem, ad treis hominum ætates & vita, & rebus geſtis perueniſſe. Verba Plutarchi ſunt hæc: Σερβίῳ Γάλβᾳ κατηγόρησεν ἐνενήκοντα γεγονὼς ἔτη, κινδυνεύει γὰρ, ὡς ὁ Νέστωρ, ἐς τριγονίαν τῷ βίῳ καὶ ταῖς πράξεσι κατελθεῖν. cum Plutarcho congruit T. Liuius lib. 39. annal. his verbis: *Qui* (Catonem deſcribit) *ſextum & octogeſimum annum agens cauſam dixerit, ipſe pro ſe orauerit; ſcripſeritque: nonageſimo anno Ser. Galbam ad populi iudicium adduxerit.* Quod item ex Dionyſ. Halicar. probari poteſt. Herodotus autem in Euterpe, ætatem treis & triginta annos vult continere, his verbis: Καί τοι τριηκόσιαι μὲν ἀνδρῶν γενεαὶ δυνέαται μύρια ἔτεα. γενεαὶ γὰρ τρεῖς ἀνδρῶν ἑκατὸν ἔτεά ἐστι. id eſt, atqui trecentæ hominum ætates, annorum decem millia valent. nam tres ætates hominum, centum anni ſunt.

Aᴍᴀʙɪʟᴇᴍ] ἀγαπητὸν, τηλύγετον, vel natu minimum, vel in extrema ſenectute natum; & ita cariſſimum: vel dic vnicum, ceteris extinctis, ac de medio ſublatis.

Aɴᴛɪʟᴏᴄʜᴠᴍ] Hom. in Iliade, mortem Antilochi non narrat, quemadmodum neque Achillis. tantummodo ὀδυσσ. γ. Neſtor Telemacho de patre Vlyſſe percunctanti, filium ſuum Antilochum inter eos, qui ad Troiam occubuerunt, numerat his verbis, Ἔνθα μὲν Αἴας κεῖται Ἀρήϊος, ἔνθα δ' Ἀχιλλεὺς, Ἔνθα δ' ἐμὸς φίλος υἱὸς ἅμα κρατερὸς, καὶ ἀμύμων Ἀντίλοχος. & ὀδυσσ. δ. à Memnone interfectum eſſe ait. Τὸν ῥ' Ἠοῦς ἔκτεινε φαεινῆς ἀγλαὸς υἱός. Iam verò Pindarus Πυθ. εἰδ. ϛ. ſcribit, Antilochum, dum patrem ſeruare cupit, Memnoniſque vim, atque impetum ſuſtinet, àb eo cæſum eſſe, de pietate in parenteis loquens: ἐγένετο καὶ πρότερον Ἀντίλοχος βιατὰς, νόημα τοῦτο φέρων, ὃς ὑπερέφθιτο πατρὸς ἐναρίμβροτον ἀναμείναις στράταρχον Αἰθιόπων Μέμνονα. Νεστόρειον γὰρ ἵππος ἅρμ' ἐπέδα Πάριος ἐκ βελέων δαϊχθείς. ὁ δ' ἔφεπε κραταιὸν ἔγχος· Μεσσανίου δὲ γέροντος δονηθεῖσα φρὴν βόασε παῖδα ὅν. Χαμαιπετὲς δ' ἄρ' ἔπος οὐκ ἀπέριψεν αὐτοῦ. Μένων δ' ὁ θεῖος ἀνὴρ πρίατο μὲν θανάτοιο κομιδὰν πατρὸς, &c. id eſt, Fuit & antea Antilochus violentus ac fortis, hac mente præditus, qui pro patre mortem oppetiuit, cùm vi-

torum interfectorem ac ſpoliatorem ſuſtinuiſſet A ducem Æthiopum Memnonem. Neſtoris enim currum equus impediebat ac morabatur, Paridis telis vulneratus. Ille autem haſtam validam geſtabat. Senex porrò Meſſenius conturbatus, filium euocauit. Vocem autem inanem non miſit, neque ſermonem inutilem habuit: ſed manens ille planè diuinus vir, ſalutem patris à ſe recuperatam morte ſua redemit.

Nec impvb. paren. Troïlon.] Troilus Priami filius. de quo Virg. Æneid. 1. *Infelix puer, atque impar congreſſus Achilli.* & M. Tull. Tuſculan. 1. *Quamquam non malè ait Callimachus, multo ſæpius lacrymaſſe Priamum quàm Troilum.*

Desine mollivm, &c.] omitte querelas muliebreis, virúmque minimè decenteis. B Græcorum more autem locutus eſt, vt ſolet. illi enim cum verbo λήγω, quod valet, deſinere ac finem facere. patrium caſum iungunt. Eurip. in Hippoly. Λῆγε μὲν κακῶν φρενῶν. Idem Phœniſſ. Ἐξελθ', ἄλυσσον Οἰδίπου κλεινὴ δάμαρ Λήξασ' ὀδυρμῶν πενθίμων τε δακρύων. Theocrit. εἰδ. α. Λήγετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς. Heſiod. ἔργ. καὶ ἡμ. φύλλα δ' ἔραζε χέει, πτόρθοιό τε λήγει ὕλη. Homer. ἰλιάδ. α. Ἀλλ' ἄγε, λῆγ' ἔριδος, μηδὲ ξίφος ἕλκεο χειρί. id eſt, Verùm age, fac finem contentionis, néque enſem manu è vagina extrahe.

Et rigid. Niph. Medúmqve, &c.] hunc locum ſic explico. & cantemus hæc, videlicet Niphaten Armeniæ, & Medum Mediæ fluuios, C quaſi victos cum Armeniis & Medis, acceptæque cladis ſenſu, ac dolore affectos, anguſtius, ac lenius fluere. Eſt autem Medus proprium fluuij nomen, non Araxes, aut Tigris, aut Euphrates, vt alij arbitrantur, intelligendus: idque ex Strabone cognoſcere licet libr. 15. vbi commemorat, quos fluuios traiecerit Alexander Magnus, cùm Perſidem peragraret, ferróque vaſtaret. eius verba ſunt hæc, πρὸς αὐτῇ δὲ Περσεπόλει τὸν Ἀράξην διέβη. ἦν δὲ ἡ Περσέπολις ἔχουσα βασίλεια ἐκπρεπῆ, καὶ μάλιστα τῇ πολυτελείᾳ τῶν κειμένων. ῥεῖ δ' ὁ Ἀράξης ἐκ τῶν Παραιτάκων· συμβάλλει δ' ἐς αὐτὸν ὁ Μῆδος ἐκ Μηδίας ὁρμηθεὶς, &c. id eſt, Ad ipſam autem Perſepolim tranſiit Araxem. Ha- D bebat porrò Perſepolis baſilicas magnificas & præclaras, maximéque excellebat ſumtu & pretio rerum in ea reconditarum. Fluit autem Araxes ex Parætacis. influit autem in eum Medus è Medea ortus. Neque verò eſt, quòd quiſquam miretur, Horatium ita locutum eſſe *Medum flumen*, ſi medus proprium fluuij nomen eſt. Nam ſic eum reperimus duobus locis eſſe locutum, vno lib. 4. Od. 4. *Quid debeas ô Roma Neronibus, Teſtis Metaurum flumen:* altero in epiſt. ad Piſon. *Aut flumen Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus.* licet & addere tertium, qui eſt ſupr. Od. 6. huius libr. *Dulce pellitis ouibus Galeſum flumen.* ſic enim ſcriptum eſt in quibuſdam libris, calamo exaratis. Atqui Metaurus, Rhenus, Galeſus, propria ſunt fluuiorum nomina.

Volvere] κυλίνδειν. ſic enim Homer. ἰλ. λ. τόδε κῦμα κυλίνδεται.

Intráqve præscr. Gel. &c.] & cantemus hoc, nempe Gelonos intra fineis anguſtiores, & à victoribus præſcriptos æquitare. ſunt autem Geloni Scythiæ Europææ populi.

AD LICINIVM.
Od. 10.

ARGVMENTVM.

B Retinendam eſſe mediocritatem, & animi in vtraque fortuna, æquabilitatem.

*REctius viues Licini, neque * altum*
Semper vrgendo: neque, dum procellas
Cautus horreſcis, nimiùm premendo
Littus iniquum.
Auream quiſquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obſoleti
*Sordibus tecti, caret * inuidenda*
Sobrius aula. C
Sæpius ventis agitatur ingens
*Pinus: & celſæ * grauiore caſu*
Décidunt turres: feriúntque ſummos
Fulmina montes.
*Sperat * infeſtis, metuit ſecundis*
*Alteram ſortem bene * præparatum*
*Pectus. * informeis hiemes reducit*
Iupiter: idem
Summouet. non, ſi malè nunc, & olim
*Sic erit. * quondam cithara tacentem*
D *Suſcitat Muſam, * neque ſemper arcum*
Tendit Apollo.
Rebus anguſtis animoſus, atque
Fortis appare. ſapienter idem
Contrahes vento nimiùm ſecundo
Turgida vela.

Neqve altvm Semp. vrg.] id eſt, neque ſemper in alto mari nauigando. vrgere enim eſt aſſiduè perſequi, occupare, premere, vt diximus ad Od. 22. libr. 1. Od. 24. eiuſd. *Ergo Quinctilium perpetuus ſopor Vrget?* Od. 17. epod. *Vrget diem nox, & dies noctem.*

Hor-

Horreſceis] reformidas, fugis, perti- A meſceis.

Nimivm premendo] nimiùm vrgendo. nimiùm inſiſtendo.

Littvs iniqvvm] iniquum, vel inæquale accipe, id eſt, curuum, & flexuoſum: vel nauibus iniquum, id eſt, inimicum, atque infeſtum, vt epiſt. ad Piſon. *Seu curſum mutauit iniquũ frugibus amnis.*

Avream] omnibus rebus anteponendam: maximi pretij. ſic Pindarus ὑγίειαν, χρυσέαν appellat, id eſt, vt Græci interpretantur, τιμίαν. Idẽ Pindarus Pyth. ἐιδ.α. ait, ſe, eùm intelligat mediocreis ciuium fortunas diutius florere, ſtabilioréſque permanere, tyrannidum ſortem, & exi- B tum deteſtari. τῶν γὰρ ἀνὰ πόλιν εὑρίσκων τὰ μέσα μακροτέρῳ σὺν ὄλβῳ τεθαλότα, μέμφομ' αἶσαν τυραννίδων.

Invidenda] nimis magnificè, & ſumtuoſè ædificata. ſic enim dicimus opes inuidioſas, & inuidioſam potentiam, propterea quòd inuidia cadit in ea, quæ maximè excellunt, ſi modò ſint eiuſdem generis, vt diximus ſup. ad Od. 6. huius lib. ſic Od. 1. lib. 3. *poſteis inuidendos* dicit, nimis ſumtuoſos. Græci, domum ſumtuoſam, & magnificè ædificatam, & ita inuidioſam, μέγαρον, à verbo μεγαίρω, quod valet inuideo vel à μέγα αἴρω, id eſt magnum attollo.

Feriúntqve svmmos fvlmina monteis] ſic Lucret. lib. 6. de fulmine. *Altáque cur plerúmque petit loca, plurimáque huius Montibus in ſummis veſtigia cernimus ignis?* & lib. 5. *In-* C *uidia quoniam, ceu fulmine, ſumma vaporant Plerúmque, & quæ ſunt aliis magis edita cúmque.* in omnibus ferè libris manuſcript. duob. Vatic. Torneſ. Nicotianis, Ruſſardinis, Cleric. *fulgura* legitur. Atque ita cenſeo reponendum, quàquam lectio vulgata ferri poteſt. à *fulgure* autem dictũ *fulguritum*, quod eſt fulmine ictum: *qui locus* (inquit Feſtus) *ſtatim fieri putabatur religioſus, quòd eũ ſibi Deus dicaſſe videretur.*

Sperat infeſtis, met.] Cùm ea ſit fortunæ mobilitas, inconſtantia, & varietas, vt numquam eodem vultu, ſtatúque maneat, ſemper voluatur, & circumagatur, non eſt homini, neque in rebus ſecundis, nimis confidendum, neque in aduerſis, deſperandum. Diodot. Si- D cul.]

Alteram sortem] alteram vitæ conditionem.

Bene præparatvm pectvs] animus benè inſtitutus, & ad omnem euentum præmunitus.

Informeis hiemes] informeis hiemes dixit ab effectu, quia terram informem efficiunt. Virg. Georg. 3. *Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto Terra gelu.*

Svmmovet] Od. 16. eiuſd. lib. *Non enim Gaza, neque conſularis Summouet lictor miſeros tumultus mentis.* & Satyr. 9. lib. 1. *diſperiam ni Summoſſet omneis.*

Olim] poſt hac. vt Satyr. 5. lib. 2. *Magna, minórve foro ſi res certabitur olim.*

Qvondam] interdum.

Neqve semper arcvm tendit] id eſt, non ſemper hominibus peſtem immittit: non ſemper iratus eſt. Homer. ἰλιάδ. α. ὁ γὰρ βασιλῆι χολωθεὶς Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακὴν, ὀλέκοντο δὲ λαοί. Nam etiam Feſtus tradit Apollinem Pæana dictum ἀπὸ τοῦ παίειν, quod valet ferire, quòd eum ſagittarum ictu nocere putabant. Vt igitur arcus Apollinis intentus ſignificat, eum eſſe iratum: ſic remiſſus, propitium & placatum. huc pertinet illud carmine ſæcul. poſt epod. *Condito lenis, placidúsque telo, &c.* lege quæ annotata ſunt ſup. ad Od. 21. lib. 1.

Rebvs angvst. anim. &c.] in rebus tenuibus, humilique & aduerſa fortuna, fortem oportet animum præſtare: in ſecundis, animum contrahere, & ſummittere. nihil hac ſententia tritius, nihil eadem vtilius. eam ſic exprimit Iſocrates ad Demonic. Νόμιζε μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον. οὕτω γὰρ οὔτ' εὐτυχῶν, ἔσῃ περιχαρὴς· οὔτε δυστυχῶν, περίλυπος. id eſt, Exiſtima nullam eſſe rerum humanarum, ſtabilem ac firmam. ſic enim neque rebus ſecundis lætitia efferêre: neque aduerſis, mærore contabeſces. Theogn. autem hoc modo, Μηδὲ ἄγαν χαλεποῖσιν ἄσω φρένα, μηδ' ἀγαθοῖσι Χαῖρ', ἐπεὶ ἔστ' ἀνδρὸς πάντα φέρειν ἀγαθοῦ. Neque rebus difficilibus & aſperis animum tuum nimis excrucia, neque bonis nimiùm lætare. Eſt enim viri boni omnia ferre. Idem, Μήτε κακοῖσι νοσῶν λυποῦ φρένα, μήτ' ἀγαθοῖσι Τέρφθῃς ἐξαπίνης, πρὶν τέλος ἄκρον ἰδεῖν. id eſt, neque malis fractus mentem tuam macera, neque bonis nimium citò lætare prius quàm euentum vltimum videris.

Contrahes vento nimivm sec.] ſic habent omnes noſtri libri veteres, & item vulgati. Quòd autem quidam teſtantur ſe ſcriptum reperiſſe in vno vetere, *contines*: non placet. Nam nullo modo neque hæc ſcriptura, neque *contine*, vt emendant, ferri poteſt. dicimus enim Latinè contrahere vela, non continere.

TVRNEBVS.

Ex lib. 9. cap. 27. Illud autem lib. 1. Od. 5. *Qui te nunc fruitur credulus aurea.* valet, qui te fruitur chariſſima ſibi, multúmque amabili & optata, & ſibi inſtar auri cupita, vt longè chariſſimum hominibus aurum eſt, nullúmque pluris eſt metallum: Sic *auream mediocritatem* dixit, quòd ea hominibus chariſſima, optatiſſima & pretioſiſſima eſſe debeat, & tanti æſtimanda, quanti eſt aurum, vt & reuera nonnullis eſt expetenda maximè.

AD Q. HIRPINVM. Od. II.

ARGVMENTVM.

Omiſſis curis, iucundè viuendum eſſe.

QVid bellicoſus Cantaber, & Scy-
thes,
Hirpine Quinčti, cogitet, Adria
** Diuiſus obiecto, remittas*
Quærere: nec trepides in vſum*
Poſcentis æui pauca. fugit retro
Læuis iuuentas, & decor, arida
Pellente laſciuos amores
Canitie, facilémque ſomnum.
Non ſemper idem floribus eſt honos
Vernis: neque vno Luna rubens nitet
Vultu. quid æternis minorem*
Conſiliis animum fatigas?
Cur non ſub alta vel platano, vel hac
Pinu iacentes ſic temerè, & roſa*
Canos odorati capillos,
Dum licet, Aſſyriáque nardo,
Potamus vncti? diſſipat Euius*
Curas edaceis. quis puer ocyus
** Reſtinguet ardentis Falerni*
Pocula prætereunte lympha?*
Quis deuium ſcortum eliciet domo*
Lyden? eburna, dic, age, cum lyra
** Maturet incomtum Lacænæ*
More comam religata nodum.

CANTABER] ſup. Ode 6. *Cantabrum indoctum iuga ferre noſtra.* Cantabri ab Agrippa deuicti. epiſt. ad Iccium lib. 1. *Cantaber Agrippæ, Claudi virtute Neronis Armenius cecidit.* & Od. 8. lib. 3. *Cantaber ſera domitus catena.*

REMITTAS QVÆRERE] omittas quærere, ſeu potius, remiſſius quæras.

NEC TREPIDES IN VSVM POSCENTIS] nec labores, néve ſollicitus & anxius ſis in vſum, id eſt, propter vſum vitæ: quæ cùm breuis ſit, pauca deſiderat, bonorúmque mediocritate contenta eſt. tale eſt illud Od. 29. lib. 3. *Ridétque, ſi mortalis vltra Fas trepidat.*

FVGIT RETRO] quia iuuenes fiunt ſenes: meliores anni abeunt: ſubeunt curæ, cani, rugæ, morbi, ſenectus.

A LÆVIS IVVENTAS] imberbis. vt epiſt. ad Piſones, *Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto Gaudet equis.* de Iuuentate iuuentæ dea, diximus ad Od. 30. lib. 1.

DECOR] forma, pulchritudo.

ARIDA CANITIE] epithetum accommodatiſſimum. canities enim ex ſiccitate naſcitur, vt docet Ariſtot. Præterea ſenectus arida eſt, & ſenes aridi. At per canitiem, ſignificatur ſenectus. Horat. Ode 9. lib. 1. *Donec virenti canities abeſt Moroſa.*

PELLENTE LASCIVOS AMORES, &c.] ſenectus & ad amores inepta eſt, & inſomnia, vigiliisque maximè vexatur, & conflictatur.

B FACILÈMQVE SOMNVM] eodem epitheto vſus eſt lib. 3. Ode 21. *ſiue geris iocos, Seu facilem pia teſta ſomnum.* alibi leueis ſomnos appellat, vt infrà Ode 16. *Nec leueis ſomnos timor, aut Cupido Sordidus aufert.* eundem autem ſignificari puto, quem Theocr. γλυκερὸν καὶ ἐγρήγορον nominat: contrà χάλκεον & νήγρετον Homerus mortem appellat: id eſt, ſomnum, è quo nemo expergiſcitur. idem interdum valet νήδυμος ὕπνος. ſed ſæpius pro ſuaui & longo, & alto, & tranquillo ſomno ponitur, vt & νήγρετος.

NEQVE VNO LVNA RVB. NITET] Nam (vt eſt Oda 18. huius libri) *Truditur dies die, Nouæque pergunt interire Lunæ.* rubens autem hoc loco eſt epithetum ad commendationem nitoris Lunæ pertinēs, idem valet apud Propertium lib. 2. verbum, *ruberet.* *Et mediis cælo luna ruberet aquis.* ne quis fortè ruborem hîc accipiat, quemadmodum Virg. vſurpat Georg. 1. *At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem, Ventus erit: vento ſemper rubet aurea Phœbe.* varij autem ſunt Lunę vultus, variæ figuræ: vide annot. ad Oden. 2. lib. 4. ibi: *Fronte curuatos imitatus igneis.*

QVID ÆTERN. MIN. &c.] quid tu animum cogitationibus longiſſimis, ac pænè dicam, ſempiternis, id eſt, quæ ad longiſſimi temporis curam pertinent, conficis, quibus par eſſe nequeat? animi enim noſtri cogitationes debent breuiſſimo tempore terminari, cum vitæ noſtræ ſpatium anguſtiſſimis finibus circumſcribatur. Hæc autem loquor ex Horatij ſententia, cui ani-

D morum immortalitas non probatur. eodem pertinet ſententia illa, quam profert Ariſt. lib. 2. de arte dicendi, incerto auctore. Θνατὰ χρὴ τὸν θνατὸν, οὐκ ἀθάνατα τὸν θνατὸν φρονεῖν. id eſt, mortalia oportet mortalem, non immortalia mortalem ſentire, aut cogitare, aut ſpirare.

VEL PLATANO, VEL HAC PINV] platanus & pinus arbores ſunt ad vmbram præbēdam natæ, vt ſuprà Od. 3. *Quà pinus ingens, &c.* & infrà 15. *platanúſque cælebs Euincet vlmos.*

TEMERE] ὡς ἂν τύχῃ, vt ſors tulerit: membris non ordine, aut arte compoſitis, ſed ita, vt caſus tulerit, & qualibet ſtratis.

ET ROSA CANOS ODORATI CAPIL.] id eſt, odoratis capillis. nam ſic loquuntur Græci iam odorati numen eſt ab odore, non partici-

pium

pium ab odorando. ſic infrà Ode 20. lib. 3. *Sparſum odoratis humerum capillis.* ſic Virgil. Georg. 3. *Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum.* Seruius huiuſmodi nomina, participia appellat ſine origine verbi, quale eſt *picturatus.* Virg. Æn. 3. *Fert picturatas auri ſubtemine veſteis:* & *virgatus.* Ide Æn. 8. *Virgatis lucent ſagulis,* & *bacatus.* Idem lib. 1. *colloque monile Bacatum.* & *ſtellatus.* Idem lib. 4. *atque illi ſtellatus iaſpide fulua Enſis erat.* Catull. de nupt. Pelei. *Ante pedes autem candentis mollia lana Vellera virgati cuſtodibant calathiſci.*

Assvriáqve nar. Pot. vncti] vncti oleo, ſeu vnguento nardino. ſup. Ode 7. *nitenteis Malobathro Syrio capillos.*

Dvm licet] vt ſuprà Ode 3. *Dum res, & ætas, & ſororum Filatrium patiuntur atra.* & Ode 17. lib. 3. *dum potes, aridum Compone lignum.*

Dissipat Evivs] Anacreon, Σκεδάζει θέλω μερίμνας. vide ſup. Ode 7. lib. 1. *nunc vino pellite curas.* Xenophon in ſympoſio vtitur verbo κοιμίζειν, quod valet, ſopire. apud quem ſic loquitur Socrates: Ἀλλὰ πίνειν μὲν, ὦ ἄνδρες, καὶ ἐμοὶ πάνυ δοκεῖ. τῷ γὰρ ὄντι οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, κοιμίζει, τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα ἐγείρει. At bibere quidem, viri, mihi videtur oportere. Nam planè vinum animos irrigans, dolores quidem veluti mandragoras homines, ſopit: hilaritates autem vt oleum flammam excitat. fortaſſe autem, *ceſſatum ducere curam,* epiſt. 2. lib. 1. idem valet, quod κοιμίζειν. qua de re vide ſuo loco. ſed admonēdus eſt lector nodum multa lectione perpolitus, nomen *Euium* ſcribendum ſine aſpirationis nota, & i. Latino. ſic enim Euripid. Bacch. βαρυβρόμων ὑπὸ τυμπάνων Εὔια τ Εὔιον Ἀγαλλόμεναι θεὸν, id eſt, grauifremis ſub tympanis Euium cantu hilaro canentes Deum.

Cvras edaceis] Heſiod. γυιοκόρους μελεδῶνας vide annot. ad Od. 18. lib. 1.

Prætereunte lympha?] aqua è riuo, aut fluuio potius petita? aqua profluente? ſic Tibull. lib. 1. eleg. 1. *Sed canis æſtiuos ortus vitare ſub vmbra Arboris, ad riuos prætereuntis aquæ.* Horat. Od. 7. lib. 4. *Mutat terra vices, & decreſcentia ripas Flumina prætereunt.*

Devivm] quod non proſtat in via publica, cuius domus à via publica remota eſt, & ita quod minus eſt vulgare, minúſque omnium libidini expoſitum. vtitur hoc nomine & Ode 25. lib. 3. *Vt mihi deuio Ripas, & vacuum nemus Mirari libet?*

Dic age cvm lyra, &c.] licet quidem hunc locum ſic explicare: dic age, ô puer, Lydæ, maturet cum lyra venire, coma religata in nodum, more Lacænæ comtum, id eſt, negligenter & ſimpliciter compoſitum, non ceterarum mulierum in morem concinnatum, vel religata coma more Lacænæ: parum refert. quod ſi probabimus, verbum *maturare* hoc loco idem valebit, quod properare, & ſubaudiendum erit, veni-

A re, aut aliquid ſimile. quibus verbis ſignificabit Horatius ſe nolle, Lyden nimiam curam in comendo capillo, ceteróque corporis cultu ponere: ſed Lacænarum mulierum more compoſito capillo, quamprimùm venire. dixit autem *religata in nodum,* vt Virgil. Æneid. 11. *in nodum collegerat. tum croceam chlamydémque, ſinúſque crepanteis Carbaſeos fuluo in nodum collegerat auro.* qui tamen libro 4. pænè contrario modo, dixit, *crines nodantur in aurum.* Verùm cùm videam in pleriſque codicibus & calamo ſcriptis, & excuſis *incomtum* vno vocabulo ſcriptum eſſe: videtur hoc modo potiùs hic locus explicandus: *dic maturet incomtum nodum,* id eſt, dic maturè nodum incomtum faciat, coma religata more puellarum Lacedæmoniarum: dic

B properè comam nodo incomto colligat. Adiuuat hanc explicationem, quòd puellæ Lacænæ non ſolebāt comam in nodum colligere, ſed paſſam, & diffuſam ventis iactandam permittere. Virgil. Æneid. 1. *Virginis os, habitúmque gerens, & virginis arma Spartanæ, vel, &c. Námque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum Venatrix, dederátque comas diffundere ventis.* Quòd ſi cui hæc explicatio placeat, verbum *maturet,* intelligendum erit habere ſignificationem agentem: quod non eſt Horatio nouum, neque inuſitatum. ſic enim infrà lib. 3. Ode 7. dixit: *nimis Caſto Bellerophonti Maturare necem.* & ſuprà, *properare coronas,* Ode 7. & epiſt. ad Loll. 1. lib. 1. *pœnas feſtinas.* huic loco ſimilis eſt ille lib. 3. Ode 14. *Dic & argutæ properet*

C *Neæræ Myrrheum nodo cohibere crinem:* niſi quòd in eo loco verbum, *properet,* cum infinitiuo coniungitur. Omnino prior & explicatiò, & lectio ferri poteſt, vt intelligamus, Neæram paſſo, & ſoluto capillo nunc quidem eſſe domi, vt fortaſſe ſolebant eſſe puellæ, & ita eſt puella illa apud Terent. in Andria: ſed iuberi venire religata & collecta coma in nodum, more Lacænarum puellarum comtum. ſed huic explicationi obſtat, quòd puellæ Spartanæ ſolutis, & paſſis crinibus eſſe ſolebant. ſequamur igitur codices veteres, & explicationem poſteriorem.

TVRNEBVS.

D EX lib. 11. cap. 28. *Vnde vocalem temerè inſecuta*

Orphea ſiluæ, lib. 1. Od. 12. Temerè, valet vulgo, paſſim: alio loco, fortuitò, negligenter,

Cur non ſub alta vel platano, vel hac

Pinu iacentes ſic temerè? temerè eſt ſine arte Liuius, lib. 21. *Itáque ingens vis coacta nauium eſt lintriúmque temerè ad vicinalem vſum paratarum.*

Ex lib. 13. cap. 19. Semitarij mœchi pro ſcortatoribus viliſſimis in agrorū ſemitis ſub dio ſcortilla ſubigentibus à Catulo epigr. 35. dicuntur. Contrà *deuium ſcortum,* non proſtitutum in propatulo omnium libidini, ſed honeſtius minúſque vulgare ab Horatio dicitur.

AD MÆCENATEM.
Od. 12.

ARGVMENTVM.

Res graueis & tragicas lyricis verſibus non conuenire: ſoluta autem oratione, res geſtas Auguſti, Mæcenatem ipſum perſcripturum: ſe nihil poſſe, præter Lycymniæ formã canere.

* *NOlis longa feræ bella Numantiæ,*
Nec dirum Annibalem, nec Siculum mare
Pœno purpureum ſanguine, mollibus
Aptari citharæ modis:
* *Nec ſæuos Lapithas, & nimium mero*
* *Hyleũ, domitóſque Herculea manu*
* *Telluris iuuenes, vnde periculum*
Fulgens contremuit domus
*Saturni veteris: túque * pedeſtribus*
Dices hiſtoriis prælia Cæſaris
*Mæcenas melius, * ductáque per vias*
Regum colla minacium.
*Me dulceis dominæ Muſa * Lycymniæ*
*Cantus, me voluit dicere * lucidùm*
Fulgenteis oculos, & bene mutuis
Fidum pectus amoribus:
* *Quam nec ferre pedem dedecuit choris:*
Nec certare ioco, nec dare brachia
Ludentem nitidis virginibus, ſacro
Dianæ celebris die.
Num tu, quæ tenuit diues Achæmenes,
Aut pinguis Phrygiæ, Mygdonias opes,
Permutare velis crine Lycymniæ,
Plenas aut Arabum domos:
*Cùm * fragrantia detorquet ad oſcula*
Ceruicem: aut facili ſæuitia negat?
* *Quæ poſcente magis gaudeat eripi:*
Interdum rapere occupet.

NOLIS LONGA] Tale ferè argumentum eſt odæ ſextæ lib. 1. *Scriberis Vario fortis, & hoſtium Victor Mæonij, &c.* ſignificat, res grauiores & bellicas verſibus lyricis non conuenire.

NVMANTIÆ] quam deleuit Scipio Africanus anno poſt Karthaginem euerſam decimo quarto. de quibus ſic M. Tull. Offic. 1. *Maiores noſtri Karthaginẽ, Numantiámq; funditus ſuſtulerũt, &c.* A

NEC DIRVM ANNIB.] nonnulli codices habent *durum*, quos non ſum ſecutus. nam & infrà Od. 6. lib. 3. *Annibalémque dirum* dixit.

NEC SICVLVM MARE] primus Cn. Duilius cos. Pœnorum claſſem deuicit, primúsq; omnium Rom. victoriæ naualis triumphũ egit. ſcribit Liuius lib. 17. & M. Tull. in Catone maiore, his verbis: *C. Duilium M. F. qui primus Pœnos claſſe deuicerat, redeuntem à cœna ſæpè videbam puer. delectabatur crebro* (aliâs *cereo*) *funali, & tibicine: quæ ſibi nullo exemplo priuatus ſumſerat: tantum licentiæ dabat gloria.* Polybius hiſt. lib. 1. ſcribit, bellum inter Romanos & Karth. de Sicilia geſtum, anno XVIII. denique eſſe finitum, omniúmque bellorũ, B de quibus audierit, & longiſſimum fuiſſe, & maximum.

NIMIVM MERO] intemperãter & immoderatè ſe vino inuitantem. ſic ſup. *rixas immodicas mero* appellauit, ex immodico vini potu natas, Od. 13. libri primi.

HYLEVM] vnum è Centauris.

TELLVRIS IVVENES] γηγενεῖς, terræ filios, Gigantes, quos ope & ſubſidio Herculis & Bacchi ſuperatos eſſe annotabimus ad Oden 19. huius libri. ſciendum eſt autem, cùm ſignificare volunt ſcriptores, aliquem obſcuro loco eſſe natum, Terræ filium appellare ſolere. M. Tull. epi. ad Trebat. *Cn. Octauius tuus familiaris ſummo genere natus, terræ filius, is me, quia ſcit tuum familiarem eſſe,* C *crebrò ad cenam inuitat: adhuc non potuit perducere.*

VNDE] à quibus. ſic ſæpe aliàs.

PEDESTRIBVS] ſoluta & proſa oratione ſcriptis. ſic Græci πεζὸν λόγον nominant. Plato in ſophiſta: πεζῇ τε ὧδε ἑκάστοτε λέγων, καὶ μετὰ μέτρου. id eſt, & pedeſtri ſermone aſſiduè dicens, & verſibus. [Fuiſſe autem Mæcenatem eruditum cùm ex multis aliorũ teſtimoniis cognoſcere licet, tum accedit non leuis teſtis Seruius qui ad illum Virgilij verſum Georgic. 2. *Non ego cuncta meis amplecti verſibus opto.* hunc locum profert, & teſtatur eum res geſtas Auguſti ſcripſiſſe. Accedat & Horatius & hîc, & Oda 8. lib. 3. *Docte ſermones vtriuſque linguæ,* & item alibi.

DVCTAQVE PER VIAS] ducta in trium- D phum.

MINACIVM] liber Donati & Vrſini habent *minantium*: at Fáct. duo Vaticani, & Torn. Nicot. Ruſſ. *minacium.* quos ſecutus ſum. [Et verò ita legit Seruius ad eum, quem dixi, locum.

DVLCEIS MOD.] dulceis cantus, vt Ode 9. lib. 3. *dulceis docta modos.* & ita ſcriptum eſt in lib. Don. & Vrſini, & Vatic. duob.

DOMINÆ] amicæ tuæ. ſolebant enim amãtes, amicas ſuas, dominas appellare. Tibul. eleg. 5. lib. 1. *Sæpe aliam tenui, ſed iam cum gaudia adirem, Admonuit dominæ, deſeruitque Venus.* Idem nomen & vxoribus tribuebant. Ouid. lib. 3. de triſtibus: *Nuntiet huc aliquis dominam veniſſe, reſurgam.* Virgil. lib. 6. Æneid. *Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.*

LYCYM-

Lycymniæ] Licinniæ habet liber Donati, vt & vulgati. at Faërn. & Tornes. *Lycumnia*: alij *Lycymnia*, quos ſequor.

Lucidum fulgenteis oculos] *lucidum fulgenteis*, ex illo genere eſt, quod ſuprà annotauimus ad Oden. 22. lib. 1. ibi, *Dulce ridentẽ.*

Quam nec ferre ped. dedec.] non dedecuit inferre pedem in choros: non dedecuit ſaltare. non dedecuit autem, quia nec extra numerum mouetur, & puella eſt eximia forma. dedeceret, ſi anus eſſet, qualem Chlorida deſcribit Ode 15. lib. 3. quam hortatur, vt ad moriendum vicina, ludere inter virgines, *Et ſtellis nebulã ſpargere candidis* deſinat.

Sacro Dianæ] die feſto Dianæ, qui colitur à virginibus.

Num tu, quæ tenuit] num tu velis, quicquid vmquam poſſedit Achæmenes Perſarum rex, aut Mygdonis opes, aut Arabũ domos, omnium rerum copia inſtructas ac refertas, crine Lycymniæ redimere? Num tu Perſarum gazas, aut Phrygias opes, aut Arabum theſauros mereri velis, vt Lycymniæ cõplexibus & oſculis careas? de verbo *mutandi*, vide quæ annotauimus ad Od. 16. lib. 1.

Achæmenes] Plato in Alcibiade α. ſcribit Perſarum reges ab Achæmene originem ducere, οἱ Περσῶν βασιλεῖς Ἀχαιμένους ἔκγονοι.

Aut pingvis Phrygiæ Mygd. op.] Sic omnes quidem habent libri & vulg. & manuſcr. Sed Seruius ad illum Virg. verſum Æneid. 2. *Troianas vt opes, &c.* hunc locum proferens, ſic videtur legiſſe, *Aut pinguem Phrygiæ, aut Mygdonias op.* Ego tamen nihil mutandum cenſeo. Scribit enim Stephanus, Μυγδονία μοῖρα Μακεδονίας. καὶ ἑτέρα Φρυγίας τῆς μεγάλης ἀπὸ Μύγδονος, id eſt, Mygdonia, pars Macedoniæ, & alter Phrygiæ eius, quæ magna eſt, à Mygdone, ſeu Mygdono Thrace. infrà Od. 17. lib. 3. *Quàm ſi Mygdonius regnum Halyattici Campis continuem.*

Dum fragrantia] *flagrantia* quidem ſcriptũ eſt in quattuor codicibus manu ſcriptis: ſed *fragrantia* excudendum curaui, partim ratione adductus: partim quòd in vno cod. aſcriptum reperi, *aliàs fragrantia:* in vno ad oram libri annotatum, id eſt, *bene olentia.* Catull. *cubile Sertis, & Syrio fragrat olivo.* *Flagrantia* tamen non damno, quod valet, ardentia.

Aut facili sæv. nec.] ſæuitia ſimulata: quod ſimile eſt, ac ſi diceret, facili difficultate, vt declarant ea verba, quæ deinceps ſequuntur: *Quæ poſcente magis gaudeat eripi*, id eſt, quæ oſcula puellæ erepta maiore voluptate eam afficiãt, quàm eum ipſum, qui poſcit atque eripit, videlicet amantem. Oſtendit autem artem, æſtumque puellarum, quæ ſepenumero diſſimulant id ſe cupere, quod vehementer exoptant: quod quidem faciunt, vel vt deſiderium amantium magis exacuant, atque incendant: vel pudore deterritæ. Quemadmodum autem Horat. hîc dixit *eripere oſculum*, ſic Catull. *ſurripere ſuauium*. Sic ille ad Iu-

A uencium: *Surripui tibi, dum ludis, mellite Iuuenci, Suauiolum dulci dulcius ambroſia.*

Interdum rap. occ.] interdum anteuertat, & prior oſculetur.

IN ARBOREM, CVIVS caſu in agro Sabino pæne oppreſſus eſt.

Od. 13.

ARGVMENTVM.

B Numquam homini ſatis exploratum eſſe, quid vitare debeat. Sapphonis & Alcæi laudes.

ILle & nefaſto te poſuit die,
Quicumque primùm, & ſacrilega manu
*Produxit arbos, in * nepotum*
Perniciem, opprobriúmque pagi.
Illum & parentis crediderim ſui
** Fregiſſe ceruicem, & * penetralia*
C *Sparſiſſe nocturno cruore*
Hoſpitis: ille venena Colchi-
Ca, & quicquid vſquã concipitur nefas
Tractauit, agro qui ſtatuit meo
*Te, triſte lignum, te * caducum*
In domini caput immerentis.
Quid quiſque vitet, nũquam homini ſatis
** Cautũ eſt in horas. nauita Boſporũ*
Pœnus perhorreſcit, neque vltrà
*Cæca * timet aliunde fata.*
Miles ſagittas, & celerem fugam
D *Parthi: catenas Parthus, & Italum*
*Robur. ſed * improuiſa lethi*
Vis rapuit, rapiétque genteis.
Quàm pæne furuæ regna Proſerpinæ,
Et iudicantem vidimus Æacum,
Sedeíſque deſcriptas piorum, &
Æoliis fidibus querentem
*Sapphô puellis de * popularibus?*
*Et te ſonantem * plenius aureo,*
Alcæe, plectro dura nauis,
*Dura * fugæ mala, dura belli?*

Vtrumque ſacro. digna ſilentio
Mirantur vmbræ dicere: ſed magis
*Pugnas, & * exactos tyrannos*
*Denſum humeris * bibit aure vulgus.*
*Quid * mirũ, vbi illis carminibus ſtupens*
*Demittit atras * bellua centiceps*
Aureis? & intorti capillis
Eumenidum recreantur angues?
Quin & Prometheus, & Pelopis parens
*Dulci, * laborem decipitur, ſono:*
Nec curat Orion leones,
Aut timidos agitare lyncas.

NEFASTO DIE] ἀποφράδι ἡμέρα dies nefaſtus, infelix, infauſtus, ad omneis res gerendas ineptus habebatur. quin nec eo die lege agere licebat. quod declarat vulgariſſimus ille Ouidij verſus, *Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur.* tria verba ſunt do, dico, addico. quæ ſunt prætoris, eius enim eſt actionem & iudicium dare: ius dicere: rem, de qua controuerſia eſt, addicere, aut poſſeſſionem alteri ex litigatoribus dare. Plutarchus in Camillo ſcribit, ab Heraclito rectè reprehenſum eſſe Heſiodum, quòd alios dies fauſtos alios infauſtos, & infeliceis ſtatuerit, tanquam ignorans vnam dierum omnium eſſe naturam: his verbis, ὀρθῶς Ηράκλειτος ἐπέπληξεν Ησιόδῳ τὰς μὲν ἀγαθὰς ποιουμένῳ, τὰς δὲ φαύλας ἡμέρας, ὡς ἀγνοοῦντι φύσιν ἡμέρας μίαν οὖσαν. hanc arborem autem, quam dicit die nefaſto eſſe ſatam, iterum commemorat ode 17. *Me truncus illapſus cerebro ſuſtulerat, &c.*

SACRILEGA MANV] impia.

PRODVXIT IN NEP. &c.] producere eſt, vel in longum tempus, vel foras, & in locum publicum ac propatulum ducere. ſic dicimus producere conuiuium in multam noctem, & producere teſteis. ſic hoc loco in nepot. pernic. &c. productam arborem intellige arborem ſatione & cultura è terra prolatam & propagatam in poſterorum perniciem, & totius vici infamiam.

FREGISSE CERV.] frangere ceruices apud M. Tullium vſitatum: vt orat. in Vatin. *Fregeriſne ceruices in carcere illi ipſi Vettio, ne quod indicium corrupti iudicij extaret.* Horat. autem infrà Od. 3. Epod. *impia manu Senile guttur fregerit.*

ET PENETRALIA SPARS.] id eſt, & in intima ędiũ parte noctu hoſpitem interfeciſſe.

VENENA COLCHICA] venena præſentiſſima, venenis Medeæ, quæ venefica fuit nobiliſſima, potentiora. Ode 17. epod. *Cales venenis officina Colchicis.* Admonendi autem ſunt adoleſcentes, tertiam ſyllabam nominis *Colchica*, pertinere ad principium verſus conſequentis. eſt enim hic verſus hypermeter. Sed tamen non diſſimulabo, me in aliquot li. manuſcriptis, vno Ruſ-

A ſardino, & duobus Nicotianis, & nonnullis aliis reperiſſe ſcriptum, *ille venena Cholca.* quæ ſcriptura non eſt fortaſſe reiicienda: imò verò, vt Horatio vſitata, receptæ anteponenda. talia enim ſunt illa Od. 21. lib. 1. *Mauri iaculis*: & Ode 12. lib. 4. *Sulpicius horreis*: & epiſt. 12. lib. 1. *Stertinium acumẽ.* & ſimil.

CADVCVM] te lignum, quod incidiſti in meum caput.

IMMERENTIS] qui nihil commerueram, quamobrem in caput meũ irrueres. Od. 6. Epod. *immerenteis hoſpites.* & 7. *immerenteis Remi Sacer nepotibus cruor.*

QVID QVISQVE VITET, &c.] In duob. cod. calamo exaratis, Iannoct. & Faërn. ſcriptum

B eſt, *Quod quiſque vitet, &c.* de qua ſcriptura lector eruditus iudicabit. Degreditur ad ſententiam generalem & vniuerſam neminem ſibi in poſterum ita cauere poſſe, vt non inprouiſo genere mortis extinguatur: quam & Pindarus poſuit Olymp. ὠδ. β. Ἦτοι βροτῶν κέκριται πεῖρας οὔ τι θανάτου, οὐδ᾽ ἁσύχιμον ἁμέραν ὁπότε παῖδ᾽ ἀλίου ἀτειρεῖ σὺν ἀγαθῷ τελευτήσομεν. id eſt, nullus mortalium certus conſtitutus eſt mortis terminus: & incertum eſt quando quietum, & præſentem diem, ſolis filium, ſtabili cum bono finituri ſimus.

BOSPORVM] Thracium, Ponti fretum, in quo eſt Byzantium. Boſporum autem, non Boſphorum imprimendum curaui, quòd Græci

C βόσπορον dicunt, à nominibus βοῦς & πόρος, non βόσφορον. Præterea in libro Faërni, Boſporum ſcriptum reperi, & vno Vatic. De Boſporo ſic interpres Apollon. lib. 2. Ἀργοναυτ. βόσπορος ὀνομάζεται διὰ τὸ δοκεῖν τὴν Ἰὼ βοῦν οὖσαν διαπεραιοῦσθαι τὸ ἀπὸ Βυζαντίου καὶ Καλχηδόνος διάστημα, &c. ἢ διὰ τὸ πάντας τοὺς στενοὺς πορθμοὺς βοσπόρους καλεῖσθαι. reliqua vide ſuo loco. id eſt, Boſporus nominatur propterea quia Io cũ vacca eſſet, videatur ſpatium illud, quod eſt inter Byzantium & Chalcedonem, tranſiuiſſe, &c. aut propterea quòd omnia anguſta freta, Boſpori appellantur.

NEQVE VLTRA CÆCA TIMET] neque ab alio periculo ſibi metuit, quàm à Boſpo-

D ro. Cæca autem ſunt, quorum cauſæ ignorantur. Præterea animaduerte hîc poni tribrachyn pro dactylo: *metuit*, vt ſæpe aliàs.

ET CELEREM FVGAM PARTHI] quia quia fugiens pugnat, vt ſup. Od. 19. lib. 1. & *verſis animoſum equis Parthum dicere.*

SED IMPROVISA LETI VIS] epiſto. 6. lib. 1. *Improuiſa ſimul ſpecies exterret vtrúmque.*

QVÀM PÆNE FVRVÆ] quantulum afui ab inferis, id eſt, à morte? *Furuum* (inquit Feſtus) *nigrum, vel atrum, hinc dicta ſunt furnus, fumus, furia, fuligo, &c.*

PROSERPINÆ] quæ Orci vxor eſt, vitæ, & mortis arbitra. vide ſuprà ad Od. 28. lib. 1. *nullum ſæua caput Proſerpina fugit.*

ET IVDICANTEM VIDIMVS ÆACVM] Plato

Digitized by Google

Plato in Gorgia de Æaco, & Rhadamantho, ἑκάτερος δὲ ῥάβδον ἔχων δικάζει. id eſt, vterque virgam tenens ius dicit. vide Od. 7. libr. 4. *& de te ſplendida Minos Fecerit arbitria.*

Sedésqve discriptas pior.] cãpum Elyſium: de quo ſic Homer. ὀδυσσ. δ. Ἀλλά σ' ἐς ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης Ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς. & Virg. 3. Æneid. *non me impia namque Tartara habent, triſtéſque vmbræ, ſed amœna piorum Concilia. diſcriptas* autem excudendum curaui libros ſeptem veteres ſecutus: in quibus ita legitur: niſi quòd in vno, & altero legitur *deſcriptas. diſcriptas* autem, id eſt, διατεταγμένας. diſpoſitas, digeſtas, diſtributas. ſic epiſt. ad Piſon. *Diſcriptas ſeruare vices, operúmque colores, Cur ego ſic nequeo, &c.* Putant tamen quidam ferri poſſe *diſcretas*. Eſt enim vox Latina & bonis ſcriptoribus vſitata. Lucret. libr. 5. *Et diuiſa colebatur, diſcretaq́ tellus.* quamquam ibi legendum potiùs eſt, *diſcriptáque tellus*, vt habent libri nonnulli veteres.

Qverentem Sappho] querentem de puellis Leſbiis, vel quòd illæ ſe ad turpem amorem impuliſſent, vel quòd ſibi in amore non reſponderent.

Sonantem] lyra canẽtem. *ſonantem* enim agendi ſignificationem habet, & coniungitur cum vocibus, quæ ſequuntur, *dura fuga mala*.

Fvgæ] exſulij, τῆς φυγῆς. nam Græci exſilium φυγὴν appellant, & exſulare φεύγειν dicunt. vel fugam intellige eorum, qui clade accepta è prœlio fugiunt.

Vtrvmqve] Alcæum & Sapphonem

Sacro silentio] cur ſacro? an quòd in rebus diuinis, quæ publicè fiebant, imperabatur, vt linguis fauerent? id eſt, vel bona verba loquerentur, vel ſilerent? quod ſcribit M. Tull. de diuinat. libr. 1. & item ſcribunt Græci hinc illa, *fauete linguis*. Od. 1. lib. 3. & *male ominatis Parcite verbis*. Od. 14. lib. 4. an propter Bacchi, & Cereris myſteria, quæ religioſiſſimo ſilentio conſtabant? an quòd Pythagorei ſilentium, diuinum quiddam eſſe exiſtimabant, atque ob eam cauſã eius vſus in ſacris erat maximus? Oda 2. lib. 3. fidele appellat, *Eſt & fideli tuta ſilentio Merces, &c.* Itaque Seruius ad verſum illum Virg. lib. 5. Æn. annotat, in ſacris taciturnitatem, in ludis plauſũ, clamorem, ſtrepitúmque ac tumultuationem requiri.

Mirantvr vmer. dicere] tale eſt illud Virg. Georg. 4. de Orph. *At cantu commotæ Erebi de ſedibus imis Vmbræ ibant tenues, ſimulacráque luce carentum.* idem ibid. *Quin ipſæ ſtupuere domus, atque intima lethi Tartara, cæruleóſque implexæ crinibus angues Eumenides, tenuitque inhians tria Cerberus ora, Atque Ixionei vento rota conſtitit orbis.*

Sed magis, &c.] id eſt, ſed attentiùs audit vulgus pugnas, & tyrannorum exactiones quæ canuntur ab Alcæo, quàm res amatoriàs, quas Sappho ſuis verſibus perſequitur. canebat tamen & Alcæus res amatorias, vt didicimus ex

A Od. 32. li. 1. quamuis eſſet vir militaris, vt ſup. diximus.

Densvm hvmeris] frequens, confertum, ſpiſſum, ἐπακτότερον.

Bibit avre] audit cupidiſſimè. ſic Propert. lib. 3. *Incipe, ſuſpenſis auribus iſta bibam.*

Qvid mirvm, &c.] Quid mirum, vmbras mortuorum, Alcæi & Sapphonis cantu teneri, ac delectari, cùm carminibus illis delectatus, ac, pæne dicam, ſtupefactus Cerberus aureis demittat?

Demittit atras a. c.] aliter dixit Saty. 9. lib. 1. *Demitto auriculas, vt iniquæ mentis aſellus. atras*, vel quia quæ ſunt apud inferos omnia, nigra ſunt, vt infrà annotarũ eſt ad illum lo-
B cum Ode. prox. *Viſendus ater, &c.* vel intellige turpeis, vt epiſt. ad Piſon. *atrum Deſinat in piſcem.*

Bellva centiceps.] Cerberum ſignificat, fortaſſe propter centum angueis, qui eius caput communiunt, vt ait Od. 11. lib. 3. *quãuis furiale centum Muniant angues caput eius*. Heſiodus autem in Theog. Cerberum πεντηκοντακάρηνον, id eſt, quinquaginta capitum, eodémq; loco Echidnæ filiũ facit. ſed præſtat Heſiodi verba aſcribere. ſic enim ille de Echidna, Δεύτερον αὖθις ἔτικτεν ἀμήχανον, οὔτι φατειὸν Κέρβερον ὠμηστὴν Ἀΐδεω κύνα χαλκεόφωνον, Πεντηκοντακάρηνον, ἀναιδέα τε, κρατερόν τε. id eſt, Secundo loco autem peperit ingentem, & ineuitabi-
C lem, & nefandum Cerberum, crudelem Orci canem, voce ferrea, quinquaginta capitibus præditum, impudentem & validum. Pauſanias autem in Laconicis ſcribit Hecateum Mileſium probabilem quendam de Cerbero ſermonẽ excogitaſſe: qui huiuſmodi eſt: horribilem in Tænaro ſerpentem fuiſſe, eúmque Orci canẽ ideò nominatum, quia quemcumque ille momordiſſet, eũ neceſſe eſſet interire: tãta erat veneni pernicies ac diritas: atque hunc ſerpentem ad Euryſteum ab Hercule eſſe deductum. Iam primus Homerus eum Ditis, ſeu Orci canem appellauit, neque aliud ei nomen impoſuit, neque vlla eum ſpecie conformauit: Poſteriores autem Cerberum appellarunt, eique canis ſimilitudinem, ac figuram affinxerunt, triáque capita, nonnulli etiã
D quinquaginta attribuerunt, vt Heſiodus.

Evmenidvm] furiarum. appellatæ autem ſunt Eumenides ab Athenienſibus. εὐφημισμοῦ ἕνεκα, vel vt præbeant ſe εὐμενεῖς, id eſt, placidas, placatas, propitias. Deæ ſunt cædis, & impietatis vltrices, eædẽ dicuntur à Græcis σεμναὶ, δειναὶ, δεινώπες. ἔμφοβοι, ποίνιμοι, χαλκόποδες, ἄοινοι, id eſt, graues ſeu venerandæ, horribiles, horribili aſpectu, terrificæ, vltrices, æreiſpedibus, abſtemiæ.

Recreantvr angves] vel furiarum crines, angues erant: vel furiarum crinibus angues erant implexi, atque implicati. Virgilius Georg. 4. *cæruleóſque implexa crinibus angues*. Idem lib. 7. Æneid. *Huic dea cæruleis vnum de crinibus an-*

Digitized by Google

guem Conijcit, inque ſinum præcordia ad intima ſubdit. A Catull. de nuptiis Pelei & Thet. *Eumenides, quibus anguineo redimita capillo Frons exſpirantis præportat pectoris iras.*

Qvin et Prometheus] De Prometheo diximus ad Od.3. & 16. lib.1.

Et Pelopis parens] Tantalus de quo dicemus ad Od.19. huius lib. & Sat.1. lib.1. ſed de eius ſupplicio, reiicio lectorem ad Æſchylum: cuius extat tragœdia, Prometheus nomine.

Laborem decipitvr] Si legamus *laborum*, vt habent omnes libri vulgati, & aliquot manu ſcrip. exiſtimo ab Horatio dictum eſſe *decipitur laborum* exemplo Græcorum, qui ita loquuntur, ἐπιλανθάνεται πόνον, id eſt, decipitur, B vel fallitur, vel obliuiſcitur laborum. de verbo autem λανθάνειν, quod valet latêre, ſeu fallere, diximus ad Od. 10. li. 1. notiſſimum enim eſt iis, qui hunc poëtam terunt, *fallere* apud eum, idem valere, quod *latêre*, obſcurum, & incognitū eſſe. qualia ſunt illa, *Da mihi fallere, da iuſtum, ſanctúmq; videri*, & *fallentis ſemita vitæ*, & illud, *ſocerū & ſceleſtas Falle ſorores.* quo ſenſu & Verbum *decipio* vſurpauit ſat. 3. lib. 2. *amatorem quòd amicæ Turpia decipiunt cæcum vitia*, id eſt, quòd amicæ vitia ab amatore ignorantur, vel non animaduertuntur. non diſſimile eſt illud Plautinum in Epid. *nec ſatis exaudiebam, nec, ſermonis fallebar tamen.* & ita Virgil. Æneid. 4. dixit *infandum ſi fallere poſſit amorem.* C quod etiā Græci dicunt βουκολεῖν ἔρωτα i. ſolatia quædam, & oblectamēta adhibere, quibus animi ęgritudinem ex amore natā leuare poſſimus, aut quibus animum ab amoris cogitatione auocemus. ſic Horat. Saty.7. lib.2. *fallere curam* dixit. *Iam vino quærens, iam ſomno fallere curam.* hoc igitur totum, *decipitur laborum*, coniunctè legendum, vt rectè annotauit Porphyr. valétque, obliuiſcitur laborum ſuorum dulci ſono, id eſt, carminibus Alcæi delectatus, ſuorum laborum ſenſu leuatur. Sed & Porphyrio videtur legiſſe *laborem*, & ita habent nonnulli veteres codices. Atque hāc puto rectam eſſe ſcripturam. Genus autem loquendi à Græcis ſumtum eſt. Sic enim dicunt illi, Κλέπτεται τὸν πόνον, ſeu τὴν λύπην: id eſt, D non ſentit laborem, non ſentit dolorem. Iam cum hoc loco congruit ille, qui eſt Od. 11. lib. 3. *Quin & Ixion Tityoſque vultu Riſit inuito, &c.*

Nec cvrat Orion, &c.] de Orione diximus ſup. ad Od.28. lib.1. ſed quod hîc dicit Horatius, non curare eum apud inferos leones agitare, &c. id eſt, ſtudium venationis intermittere, dum Alcæum, & Sapphonem canēteis audit, ſumtum eſt ex Homero ὀδυσσ. λ. vbi Vlyſſes narrat Alcinoo ſe illum vidiſſe apud inferos in prato Aſphodelo, quas feras in deſertis montibus interfecit, eas vnum in locum cogentem. ſic Homer. Τὸν δὲ μετ᾽ Ὠρίωνα πελώριον εἰσενόησα Θῆρας ὁμοῦ εἰλεῦντα κατ᾽ ἀσφοδελὸν λειμῶνα, Τοὺς αὐτὸς κατέπεφνεν ἐν οἰοπόλοισιν ὄρεσσι, Χερσὶν ἔχων ῥόπαλον. παγχάλκεον αἰὲν ἀα-

A γές. Videtur autem Horatius toto hoc loco Pindarum æmulatus eſſe Πυθ. ᾠδ. α. apud quem, aquila illa, quæ ſceptro Iouis inſidet, Apollinis cantu delectata, primùm ſenſim vtramque alam remittit, ac relaxat: deinde palpebris tenebroſo vapore perfuſis (ſic enim loquitur Pindarus) obdormiſcit. Itémq; Martis animus alioqui ferox, armis relictis, ferróq; poſito eodem cantu permolcetur. verba Pindari non aſcribam, ne ſim longior.

Timidos] *timidas* habet Faërni codex, ſic Virg. pharmaceu. *quorum ſtupefactæ carmine lynces.* alij ferè omnes, *timidos*, quos ſecutus ſum.

Agitare] διώκειν, perſequi.

Lyncas] Virgil. Georg. *Quid lynces Bacchi* B *variæ?* Horat. Od. 6. lib. 4. *Deliæ tutela deæ, fugaceis Lyncas, & ceruos cohibentis arcu, &c.*

TVRNEBVS.

EX aduerſ. lib. 21. cap. 22. Demulcere aures pro demittere dixit Lactantius, li. de ira dei. cap. 7. *Et tamen videmus in alijs animantibus quædam ſigna lætitiæ, cùm ad luſum geſtiunt, aures demulcent, rictum contrahunt, frontem ſerenant, oculos in laſciuiam reſoluunt.* Nā aures demulcere, id eſt, quod Flaccus dixit.

illis carminibus ſtupens
Demittit atras bellua centiceps
Aures.

Ex lib.10. cap. 21. Ac verò, *Dulci laborum deci-* C *pitur ſono*, non credo accipiendum eſſe, vt vulgo auditur. ſed decipitur dulci ſono laborū Alcæi: ac decipitur, erit κλέπτεται, non ſentit ærumnas, non ſentit pœnas. Legi in duobus optimis libris, *Dulci laborem decipitur ſono*, vt ſit Græcanica locutio, decipitur laborem τὸν πόνον κλέπτεται, atq; ita porphyrion videtur legiſſe.

AD POSTVMVM.
Od. 14.

ARGVMENTVM.

Mortem vitari non poſſe.

D

EHeu, fugaces, Poſtume, Poſtume,
Labuntur anni: nec pietas moram
Rugis, & inſtanti ſenectæ
Afferet, indomitæq; morti.
Non, ſi trecenis, quotquot eunt dies,
Amice places illacrymabilem
*Plutona tauris: qui * ter amplum*
Geryonem, Tityonque triſti
*Compeſcit * vnda, ſcilicet omnibus,*
Quicumque terræ munere veſcimur,
Enauiganda, ſiue reges,

Siue

Siue inopes erimus coloni.
*Fruſtra cruento * Marte carebimus,*
Fractiſque rauci fluctibus Adriæ.
Fruſtra per auctumnos nocentem
*Corporibus * metuemus Auſtrum.*
Viſendus ater flumine languido
*Cocytus errans, & Danaï * genus*
Infame, damnatúſque longi
Siſyphus Æolides laboris.
Linquenda tellus, & domus, & placens
Vxor: neq; harum, quas colis, arborum
Te, præter inuiſas cupreſſos,
*Vlla * breuem dominum ſequetur.*
Abſumet heres Cæcuba dignior,
** Seruata centum clauibus: & mero*
** Tinguet pauimentum ſuperbum*
Pontificum potiore cenis.

EHEV, FVGACES, &c.] videntur hæc ex Anacreonte expreſſa, ſi modò ſunt Anacreontis πολιοὶ μὲν ἡμῖν ἤδη Κρόταφοι, κάρα δὲ λευκόν; Χαρίεσσα δ' οὐκ ἔτ' ἥβη Πάρα, &c. id eſt, Cana iam nobis ſunt tempora, caput albeſcit: venuſta pubertas defluxit, &c.

C POSTVME, POSTVME] ἀναδίπλωσις, ſeu reduplicatio ad maiorem acrimoniam comparata: ſic Od. 17. eiuſd. lib. *ibimus, ibimus, &c.* ſic Sappho, Παρθενία, Παρθενία ποῖ με λιποῖσα οἴχῃ. id eſt, Parthenia, quò, me relicta, abis?

NEC PIETAS MORAM, &c.] id eſt, ob pietatem neque tardius ſeneſces, neque tardiùs morieris. ſic Od. 7. lib. 4. dicit, Torquatum, cùm ſemel diem ſuum obierit, neque propter genus, neque propter facundiam, neque propter pietatem reuicturum. *Cùm ſemel occideris, & de te ſplēdida Minos Fecerit arbitria, Non, Torquate genus, non te* D *facundia, non te Reſtituet pietas.*

INDOMITÆ] ἀμειλίχῳ, ſeu potiùs ἀνημέρῳ ſeu ἀπιθασσεύτῳ, ſeu ἀνήτῳ.

NON, SI TRECEN. QVOTQ. EVNT DIES] id eſt, non ſi quotidie trecentos tauros Plutoni immoles. ſic Theognis Οὐδ' ἂν ἄποινα διδοὺς θάνατον φύγοι, οὐδὲ βαρείας Νούσους, οὐδὲ κακὸν γῆρας ἐπερχόμενον, id eſt, ne pretio quidem ad ſe redimendū dato, mortem quiſquā effugiat, neque graueis morbos, neq; malam ſenectutem aduenientem. & Sophocles Electra: Ἀλλ' οὔτοι τόν γ' ἐξ Ἀΐδα Παγκοίνου λίμνας πατέρ' ἀνστάσεις, οὔτε γόοις, οὔτε λιταῖσιν, id eſt, ſed ex Orco & palude omnium patrem neque lacrymis, neque precibus excitabis. Et Æſch. Μόνος θεῶν γὰρ θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ. Sola Dea-

A rum mors muneribus non delectatur. quem verſum vſurpat Ariſt. βατράχ. ſic epiſt. 2. lib. 2. *ſi metit Orcus Grandia cum paruis non exorabilis auro? trecenis* autem habent duo cod. Vatic. & Don. quos ſecutus ſum.

ILLACRYMABILEM] id eſt, qui lacrymis neq; mouetur, neque flectitur. Virg. Georg. 4. de diis inferis, *Neſciáque humanis precibus manſueſcere corda.* Od. 9. autem lib. 4. *illacrymabiles* ſignificat, qui lacrymis ab inferis reuocari, vel redimi non poſſunt. Germanus Valens, quem ſemper honoris cauſa nominatū velim, putabat hoc loco *illacrymabilem* ἐνεργητικῶς poſitum pro eo, qui non lacrymatur, aut qui lacrymari non ſoleat, vt Græci interdum ἄκλαυστον vſurpant pro B eo, qui non plorat. Homerus ὀδ. δ. Ἀτρείδη, μή τι ταῦτα διείρεαι; οὐδέ τί σε χρὴ Ἴδμεναι, οὐδὲ δαῆναι ἐμὸν νόον, οὐδέ σε φημὶ Δὴν ἄκλαυστον ἔσεσθαι, ἐπεί κ' εὖ πάντα πύθηαι, id eſt, Atride, ne me iſta percunctare. non eſt opus ea te ſcire, neque meam mentem cognouiſſe: & verò te nego diu ſine fletu futurum, vbi probè omnia audieris. & item ἀδάκρυτος ab eodem vſurpatur pro eo, qui non lacrymatur. ἰλ. α. Αἴθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος καὶ ἀπήμων Ἧσθαι, ἐπεί νύ τοι αἶσα μίνυνθά περ οὔτι μάλα δήν, quorum duorum verſuum explicationem reperies annotat. ad Odam 16. eiuſd. lib. ibi, *Abſtulit clarum, &c.* idem ὀδυσ. ω. Μοῦσαι δ' ἐννέα πᾶσαι ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ Θρήνεον. ἔνθα κεν οὔ C τιν' ἀδάκρυτόν γ' ἐνόησας Ἀργείων. Τοῖον γὰρ ὑπώρορε Μοῦσα λίγεια, id eſt, Muſæ autem nouem omnes alternis canentes voce ſuaui lugebant, ſeu lamētabantur. vbi neminem lacrymarum expertem animaduertiſſes Argiuorum. talem luctū excitauit muſa vocem claram edens. Sic & lib. epigr. Græc. Pluto dicitur ἀμείδητος. id eſt, qui minimè rideat. Tale eſt & illud Eurip. πολυδάκρυτος, quod ſignificat multum lacrymantem. Sic ille in Alceſt. στένει δὲ καί τις ἀμφὶ τὸν εὔροον Εὐρώταν Λάκαινα πολυδάκρυτος ἐν δόμοις κόρα, id eſt, Gemit autem & aliqua circum Euroliquidē fluentē Lacæna lacrymoſa domi puella.

D TER AMPLVM GERYONEM] ter amplum vel tricipitem, vt vult Heſiodorus: vel triū corporum, alij. Itaque Virgilius tergeminum appellat Æneid. 8. & Lucret. lib. 5. Eum interfecit Hercules boues ſuas ſuffurantem. Heſiod. in Theog. Χρυσάωρ δ' ἔτεκε τρικέφαλον Γηρυονῆα. Τὸν μὲν ἄρ' ἐξενάριξε βίη Ἡρακληείη Βουσὶ παρ' εἰλιπόδεσσι περιρρύτῳ εἰν Ἐρυθείῃ, &c. id eſt Cryſaor autem genuit tricipitem Geryonem. hunc autem interfecit per vim virtus Herculea iuxta boues pedibus incuruis in Erytbea circūflua. De Geryone Pauſanias in Atticis ita ſcribit: Ἐνταῦθα περιρραγέντος λόφου διὰ χειμῶνα, ἐστὶ ἐφάνη τὸ σχῆμα περιέχοντα, ἕως, πιστεύειν οὐκ ἔστιν, ἀνθρώπου ἐπεὶ διὰ μέγεθος, οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἔδοξεν. Αὐτίκα δὲ λόγος ἦλθεν εἰς τοὺς πολλούς, Γηρυόνου τοῦ Χρυσάορος εἶναι μὲν τὸν νεκρόν, εἶναι δὲ καὶ τὸν θρόνον, &c. id eſt, hîc effracto

tolle vi tempeſtatis oſſa extiterunt, figuram & habitum præbentia, quoad credere licet, hominis. nam propter magnitudinem, non poterant oſſa hominis videri. Statim rumor vulgu diſſipatus eſt, Geryonis Chryſaoris filij & cadauer eſſe, & ſedem. Idem Eliacor. primo, καὶ Ηρακλέυς ἐστὶν ὁ πρὸς γηρυονέα ἀγών. τρεῖς δ' ἄνδρες γηρυόνης εἰσὶν ἀλλήλοις προσεχόμενοι, id eſt, & Herculis eſt cum Geryonis certamen. Tres autem viri ſunt Geryo, inter ſe coniuncti, & continentes.

Tityúmqve] Iupiter Elora potius Iunonis ſuſpicionem, doloremq; illũ muliebrem veritus, eam in terra defôdit. Terra ingenti ſtatura filium edidit, qui Tityus nominatus eſt. Hunc Latonæ amore captum, eíque vim afferre conatum Apollo ſagittis confôdit, vt tradunt multi. Pindarus autem Πυθ. εἰδ. δ. eum Dianæ ſagittis confixum eſſe ſcribit his verbis, καὶ μὰν Τιτυὸν βέλος Αρτέμιδος θήρευσε κραιπνὸν ἐξ ἀνικάτας φαρέτρας ὀρνύμενον, ὄφρα τις τὰν ἐν δυνατῷ φιλοτάτων ἐπιψαύειν ἔραται, id eſt, Tityum porro celere Apollinis iaculum confôdit, ex inuicta pharetra erumpens, vt amet quis ſequi voluptates conceſſas & permiſſas. De Tityo plura ad Odam 4. lib. 3.

Vnda Scilicet omnibus, &c.] Sophocles in Electra λίμνην πάγκοινον, id eſt, paludem omnibus communem vocat.

Qvicvmqve terr. mvn.] videtur expreſſiſſe illud Homericum ἀρούρης καρπὸν, id eſt, terræ fructum comedentes. & illud neſcio cuius poëtæ, quod profert Plutarch. li. περὶ φιλαδελφίας εὐρυόδου ὅσοι καρπὸν αἰνύμεθα χθονός, id eſt, Quicumque latæ fructum terræ ſumimus. & illud Phanoclis, Αλλὰ τὸ μοιράων νῆμ' ἄλυτον, οὐδέ πως ἐστὶν Εκφυγέειν ὁπόσοι γῆν ἐπιφερβόμεθα, id eſt, ſed Parcarum fila ſolui non poſſunt: nec quicumq; terræ munere veſcimur, effugere mortem poterimus. Sic iterum Homerus ἰλιάδ. ν. Ος θνητός τ' εἴη, καὶ ἔδοι Δημήτερος ἀκτήν, id eſt, qui ſit mortalis, & Cereris munere veſcatur.

Sive reges, Sive inopes erimvs coloni] ſic ſup. Od. 3. *Diueſne priſco natus ab Inacho, &c.* & Od. 4. lib. 1. *Pallida mors æquo pulſat pede, &c.* & ſimilia, quæ collegimus ad Oden 28. lib. 1.

Inopes coloni] ſup. Od. 35. lib. 1. *Te pauper ambit ſollicita prece Ruris colonus.* Colonus, qui agrum alienum mercede colit: vt ſaty. 2. lib. 2. *videas metato in agello Cum pecore & natis fortem mercede colonum, &c.*

Frvstrà crvento Marte, &c.] fruſtrà periculum hoc, vel illud vitabimus: fruſtrà omnem diligentiam, cautionémq; adhibebimus, vt etiam quam longiſſimè producamus. nam, quod genus mortis non timebamus, eo nobis erit fortaſſe moriendum, huic loco ſimilis eſt ille Oda ſuperiore. *Quid quiſque vitet numquam homini ſatis Cautum eſt in horas.* tale eſt & illud Ho-

A ἐδύσ. π. οὐδέ τι μιν θάνατόν προμέθεσθαι ἄνωγα Εκ γε μνηστήρων, θεόθεν δ' οὐκ ἔστ' ἀλέασθαι, id eſt, neq; eum hortor vt mortem à Procis extimeſcat: à Deo verò non licet effugere.

Crvento Marte] μιαιφόνῳ, βροτολοιγῷ, αἱματόεντι.

Fractis] à ſcopulis, & littoribus franguntur fluctus, vt ſup. Od. 11. annotauimus ad illũ locum, *Seu plures hyemes, &c.*

Avstrvm] Saty. 6. li. 2. *nec plumbeus, Auſter, Autumnúſque grauis, Libitinæ quæſtus acerbæ.*

Visendvs ater, &c.] moriendum. ater autem Cocytus, vel quia triſtis & horribilis, vel quia fluuius infernus: vt ſuprà annot. ad illum locum Od. proximæ, *Demittit atras bellua* B *Centiceps.*

Flvmine lang. Coc. err.] id eſt, aqua languida, vel agmine languido. vt Virgil. *leni fluit agmine Tibris.* & Hor. alibi, *Galeſi flumen,* Ordo verborum hic eſt, *Cocytus errans flumine languido, &c.*

Cocytvs] Homer. ἐδύσ. κ. Cocytum fluuium facit è Styge deriuatum, & cum Phlegetonte in Acheruntem confluentem, Ενθα μὲν εἰς Αχέροντα Πυριφλεγέθων τε ῥέουσι, Κωκυτός θ', ὃς δὴ Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀπορρώξ. id eſt, quidem in Acheruntem Phlegeton fluit, & Cocytus: qui oritur & manat ab aqua Stygia. Pauſanias autem in Atticis (vt ſuprà diximus) ſcribit, C Cocytum, & Phlegetontē fluuios eſſe Theſprotiæ: cuius verba ſunt hæc, πρὸς δὲ τῇ Κιχύρῳ λίμνη τ' ἐστὶν Αχερουσία καλουμένη, καὶ ποταμὸς Αχέρων. ῥεῖ δὲ καὶ Κωκυτὸς, ὕδωρ ἀτερπέστατον.

Et danaï genvs] Danaï filiæ, de quibus dicemus ad Odam 11. lib. 3.

Damnatúsqve longi Sis. Æol. lab.] hunc laborem narrat apud Hom. Vlyſſes ἐδύσ. λ. Καὶ μὴν Σίσυφον εἰσεῖδον κρατέρ' ἄλγε' ἔχοντα, Λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσιν. Ἤτοι ὁ μὲν σκηριπτόμενος χερσίν τε, ποσίν τε Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον. ὅτε μέλλοι Ἄκρον ὑπερβαλέειν, τότ' ἀποστρέψασκε κραταιῒς. Αὖτις ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής. D Αὐτὰρ ὅγ' ἂψ ὤσασκε τιταινόμενος, κατὰ δ' ἱδρὼς Ἔρρεεν ἐκ μελέων, κονίη δ' ἐκ κρατὸς ὀρώρει. quorum verſuum ferè ſentētia eſt. Et verò Siſyphum vidi magnis doloribus affectũ, ingens ſaxum portantem vtraq; manu. Atq; ille quidē manibus & pedibus nixus, ſaxum ſurſum trudebat in montis verticem: ſed cùm iam non longè abeſſet, quin cacumen montis ſuperaret, tum vis quædam valida ſaxum repellebat, & ita planitiem reuoluebatur. Ille autem denuò connitens & contendens ſurſum trudebat. ſudor autem ex omnibus membris manabat. Huc pertinent hi Lucretij verſus ex lib. 3. in extrem. *Nam petere imperium, quod inane'ſt, nec datur vmquam, Atque in eo ſemper durum ſufferre laborem: Hoc eſt aduerſo nixantem trudere monte Saxum, quod tamen a ſummo iam vertice rurſum Voluitur, & plani raptim petit æquora*

Digitized by Google

quatra campi. & illud ex vetere poëta: *illud quod ſi Siſyphus verſat Saxum ſudans nitendo, neque proficit hilū?* profert M. Tull. Tuſcul quæſt. lib. 1. Huius autem laboris talem cauſam afferunt. Cùm Iupiter Ægioam Aſopi filiam ex Phliunte in Oenônen per Corinthum tranſtuliſſet: Siſyphū Aſopo filiam ſuam inueſtiganti, eam à Ioue eſſe raptam enuntiauit, locúmque, quò delata eſſet, indicauit: ex quo Iouis in ſe odium grauiſſimum concitauit. Quare mortem in illum, vt eum exanimaret, immiſit. Ille mortem duriſſimis, & ſolidiſſimis vinculis conſtrinxit. morte à Siſypho vincta, eueniebat, vt nemo moreretur, donec morte ſoluta Siſyphum ei viciſſim conſtringendum, domandúmque tradidit. Ille autem priùs quàm moritur, vxori mandat, vt ſibi parentalia celebret, inferias ad inferos mittat. id non præſtat vxor. ille Orcum orat, vt ſibi ad vxorem reuerti liceat, hanc iniuriam expoſtulaturo. impetrat. Corinthum proficiſcitur cum vxore, & ſuis, vt olim ſolebat, ſeſe oblectat, neq; iam de reditu ad inferos cogitat. Vix tandem ſenio confectus eò ingratiis retrahitur. ibi ſaxum voluere iubetur, ne ſe ſubducat, iterúmque ad ſuperos profugiat. Hæc Euſtat. ἰλ. ζ. Plato quoque, ſeu Xenocrates, ſiue Æſchines Platonicus potiùs in dial. περὶ θανάτου hæc omnia, atque etiam plura enumerat, quæ hîc Horat. Χῶρον ἀσεβῶν καὶ Δαναΐδων ὑδρείας ἀτελεῖς, καὶ Ταντάλου δίψος, καὶ Τιτυοῦ σπλάγχνα, καὶ Σισύφου πέτρον. C Alij autem ſcribunt, iique boni auctores, Siſyphum multarum rerum cognitione præſtitiſſe, eàque fretū, immortalitatem ſibi comparare ſtuduiſſe. quod confirmat Theognis, cùm oſtendit, rebus omnibus diuitias anteponi, ceteras res omneis præ diuitiis pro nihilo putari, etiam ſi quis plura (inquit) Siſypho ſciat. πλεῖστα δ' εἰδείη Αἰολίδου Σισύφου. Hom. ἰλ. ζ. Ἔνθα δὲ Σίσυφος ἔσκεν, ὃ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν. id eſt, hic autem Siſyphus erat, qui aſtutiſſimus hominum fuit. vnde prouerbium, Σισύφου μηχαναί: quod vſurpat Ariſtoph. Ἀχαρν. Æſchines oratione περὶ παραπρεσβ. [Demoſthenem Siſyphum appellat maledicti loco, vt callidum & verſutū.] D de hoc etiam Horat. Od. 17. epod. *Optat ſupremo collocare Siſyphus in monte ſaxum.*

Neqve har. qv. col. arb.] ſiue fertilium, ſiue ſterilium, & tantummodò ad voluptatem, & delicias comparatarum, quales ſunt platanus, pinus, laurus, & ſimiles.

Cvpressos] quas appellat funebreis Od. 5. epod. *Iubet ſepulcris caprificos erutas, Iubet cupreſſos funebreis,* &c. Virgil. Æn. 6. feraleis. *cui frondibus atris Intexunt latera, & ferales antè cupreſſos.* & Æn. 3. atram cupreſſum. *Stant manibus aræ Cæruleis mæſtæ vittis, atráque cupreſſo.* Cur autem cupreſſus adhibeatur in funeribus, hanc vulgò cauſam afferunt, quòd ſemel exciſa, numquam renaſcitur: & ita Sex. Pompeius. ego exiſtimarim potiùs initio iccircò adhiberi cœptam eſſe, vt corpus humanum ab anima, animóque iam derelictum, A diutiùs ſeruaretur, ac maneret incorruptū. Varro quidem putat iccircò cupreſſos in rogis adhiberi ſolitas eſſe, ne cadauerum, intereà dum vrerentur, odor nareis offenderet. Plinius præterea eam arborem Diti ſacram eſſe ſcribit. Seruius item notat, cupreſſum, Proſerpinæ dicatam eſſe. cod. Iann. & duo Vatic. habent *cupreſſus*.

Brevem dominvm] te dominum nō diu victurum, non diu arboribus tuis, & ceteris deliciis fruiturum: δεσπότην ὀλιγοχρόνιον.

Dignior] dignior te. quia vtetur, fruetur, cùm tu parcas, vt ſacris. Euenit autem hoc ferè, vt, quæ ſumma cura, omnique ſtudio quæſierūt, & cuſtodierunt homines, ea effuſiſſimè largiantur, & conſumant heredes. Theoc. εἰδ. ϛ. B Χρήματα δὲ ζώοντες ἀμαλδύνουσι θανόντων, id eſt pecunias autem mortuorum viui conſumunt, & Saty. 3. lib. 2. *Filius, aut etiam libertus vt ebibat heres, Dis inimice ſenex cuſtodis?*

Servata centvm clavibvs] quibus parcis, & quæ cuſtodis accuratiſſimè.

Et mero tingvet pavim.] ita vino non parcet, vt etiam eo ſolum reſpergat: vel tantùm bibet, vt ſtatim effundat, atque euomat. M. Tull. Philipp. 2. *At verò te inquilino (non enim domino) perſonabant omnia vocibus ebriorum, natabant pauimenta vino, madebant parietes.* Athenæus ſcribit lib. 15. Alexandrum magnum ſolitum fuiſſe vnguento præſtantiſſimo, vinóque fragrantiſſimo ſolū reſpergere. Poteſt & ad veterem conuiuiorum morem referri, in quibus ſolebant puerorū aut puellarum, quas amabant, aut amicorū ſuorum nominibus commemoratis, ac prolatis vinū in humū fundere: quod declarat verſus Theoc. εἰδ. ιδ. Ἤδη δὲ προϊόντος ἔδοξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον, id eſt, iam autem progrediente conuiuio viſum eſt merum infundere. Neq; verò mihi diſpliceat, ſi quis dicat, hîc ſignificari ab Horatio illum Græcorum morem, qui erat huiuſmodi, vt is, qui prior bibebat, cùm aliquantum hauſiſſet, reliquum ſic è poculo effunderet, vt id reſonaret. quod dicebant ἀποκοτταβίζειν. Xenoph. ἑλλην. βιβλ. β. de Socrate, καὶ ἐπεί γε ἀποθνήσκειν ἀναγκαζόμενος τὸ κώνειον ἔπιε, τὸ λειπόμενον ἔφασαν ἀποκοτταβίσαντα, εἰπεῖν αὐτόν, Κριτίᾳ τοῦτ' ἔστω, τῷ καλῷ. quę verba vertit M. Tul. Tuſ. 1. ſed more ſuo, id eſt, paulò liberiùs quā audeat religioſus interpres, hoc modo: *qui, cùm coniectus in carcerem triginta iuſſu tyrannorū, venenum, vt ſitiens, obbibiſſet,* (vel, vt doctiſſimi viri legunt, *obhauxiſſet*) *reliquum ſic è poculo eiecit, vt id reſonaret.* Docet autem Athenæus lib. 11. cottabum à Siculis primùm introductum eſſe in conuiuio, tantúmque ſtudij in eo ludo veteres poſuiſſe, vt etiam præmia, quæ κοττάβια dicebantur, proponerent. & calices (inquit) qui ad eam rem maximè vtiles, & idonei eſſe viderentur, conficiebantur. [Vide apud Suidam de cottabo plura.] Tùm rotunda domicilia ædificabantur, vt omnes cottabo in medio locato, ex æquo interuallo, & locis ſimilibus, ac paribus de victoria cer-

tatent. non enim ſolùm magno ſtudio contendebant, vt ad ſignum propoſitum poculi reliquias eiicerẽt: ſed etiam vt ſingula, quæ in eo ludo intercedebant, venuſtè, ac decenter efficerẽt. Oportebat enim læuo cubito innitentem, & lataga, id eſt, reliquum, quod eiiciebatur è calice, dextera manu circumagentem, molliter eiicere. Vide apud eundem Athenæum plura de cottabo li.15. egò tamen ſimpliciter de ſolo reſperſo hunc locum intelligendum eſſe puto. Non eſt porrò omittendum, in cod. Ian. Vrſ. tribus Vat. Torn. ſcriptum eſſe, *Tinguet*: quos ſecutus ſum.

SVPERBVM] ſic legendum eſſe arbitror, non *ſuperbo*, nonnullorum veterum codicum auctoritate fretus. pauimentum ſuperbum autem intellige marmoreum. M. Tul. de leg. 2. *pauimẽta marmorea, laqueata tecta*. Tib. lib. 3. eleg. 3. *Aurataꝗ́ trabes, marmoreúmque ſolum*. vel pauimentum domini ſuperbi, vt Porph. & ita Lucr. lib. 4. *Poſteiſque ſuperbos Vnguit amaracino*. id eſt, poſteis puellæ ſuperbę & amatorem faſtidientis ac ſpernentis.

PONTIFIC. POTIORE CENIS] vino meliore, quàm, quod adhibetur in cenis pontificiis, quæ ſolent eſſe magnificentiſſimæ, atq; apparatiſſimæ. ὑπερβολικῶς dictum.

IN SVI SÆCVLI luxuriam.

Od. 15.

IAm pauca aratro iugera regiæ
** Moles relinquent: vndique latius*
Extenta viſentur Lucrino
*Stagna lacu: platanúſque * cælebs*
** Euincet vlmos. tum violaria, &*
Myrtus, & omnis copia narium
Spargent oliuetis odorem,
Fertilibus domino priori.
*Tùm ſpiſſa ramis laurea * feruidos*
Excludet ictus. non ita Romuli
Præſcriptum, & intonſi Catonis
Auſpiciis, veterúmque norma.
Priuatus illis cenſus erat breuis:
** Commune magnũ: * nulla decẽpedis*
Metata priuatis, opacam
Porticus excipiebat Arcton:
Nec fortuitum ſpernere cæſpitem
Leges ſinebant, oppida publico
Sumtu iubentes, & deorum
Templa nouo decorare ſaxo.

A REGIÆ MOLES] ædificia ſumtuoſa & regibus conuenientia, molis inſtar. ſic M. Tull. pro Milone *ſubſtructionum inſanas moles* appellat, ædificia illa Clodiana. addit ei epithetum, *regias*, vt ſignificãtius declaret ſuæ ętatis hominum in ædificando inſolentiam, luxuriam, inſaniam.

EXTENTA] extenta latius, id eſt, porrecta & producta latius, quamuis Acron, & Porph. aliter ſentiant.

STAGNA] *Stagnum, quod Græcè* στεγνὸν, (ſiue στέγανον) inquit Varro. Et Feſtus, *Stagnum, quod in eo aqua perpetuo ſtet: alij quod is locus à Græcis* στεγνὸς *dicitur, quia bene contineat aquam.*

LVCRINO LACV] Cæſar Auguſtus portũ Iulium ad Baias effecit, immiſſo in lacum Lucrinum, & Auernum mari. Suet. in Auguſto. Virg.
B Georg. 2. *An memorem portus, Lucrinóque addita clauſtra? Atque indignatum magnis ſtridoribus æquor, Iulia quà ponto longe ſonat vnda refuſo? &c. Lucrina Peloris* ab Horatio dicta, in lacu Lucrino capta. Saty. 4. lib. 2.

PLATANÚSQVE CÆLEBS] quæ non ſolet adhiberi ad viteis ſuſtentandas, vt vlmus, ſed ad vmbram comparandam, vt ſup. Od. xj. *Cur non ſub alta vel platano, vel hac Pinu iacentes, &c. Potamus vncti?* & M. Tull. de Orat. lib. 1. *Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandũ hunc locum patulis eſt diffuſa ramis, quàm illa, cuius vmbram ſecutus eſt Socrates.* & Virgil. Georgic. 4. *Iámque miniſtrantem platanum potantibus vmbram.*
C Αμφιλαφῆ πλάτανον appellant Græci, ramoſam, & latè explicatam.

VLMOS] & populos, vt Ode 2. epod. *Altas maritat populos.*

TVM VIOLARIA, ET MYRTVS, &c.] nihil eſt hoc loco corrigendum, vt quidam volunt: neque choréus erit *myrtus* ſed ſpondéus, numero multitudinis. violaria autem ſunt loca, in quibus violæ naſcuntur. de myrto diximus ſuprà ad Oden 30. lib. 1.

OMNIS COPIA NARIVM] omnes flores, omniáq; virgulta, ex quibus odor ſuauis naribus afflatur. eadem autem ratione ea omnia, quæ ad nariũ delectationem nata ſunt, narium
D copiam appellat Horatius, qua hircum Catullus id, quod nareis offendit, *naſorum peſtem*.

SPARGENT OLIVETIS, &c.] id eſt, ex oliuetis fient violaria, myrtheta, roſeta, &c. & quibus in locis oliuæ naſcebantur, in iis myrti, violæ, & ſuauiſſimi flores decerpentur.

TVM SPISSA RAM. LAVR.] lauri non numerantur in arboribus vmbriferis, neque vel ramos habent ita explicatos, vel frondeis ita dẽſas, vt earum vmbra ſolis ardorem arcere poſſit. verumtamen tantus eſt (inquit Horat.) hominum luxus, tam inuſitatæ deliciæ, tantum deniq; nouarum, & exquiſitarum voluptatum ſtudiũ, vt etiam lauri arte adhibita frondibus ſilueſcant, latiſſiméque ramos ſuos diffundant ad excludendos ſolis ardores.

FERVIDOS EXCLVDET ICTVS] ſic legendum,

A gendum, & ita habent emendariores libri & veteres, & impreſſi. Nam quòd in quibuſdam legitur *Excludet æſtus*, nata hæc ſcriptura eſt ex annoratione, & declaratione verborum *feruidos ictus*, cùm ad ea aſcripſiſſet ſtudioſus aliquis bonarum litterarum, *id eſt, ſolis æſtus*, Eleganter enim & eruditè dixit Horat. *feruidos ictus*, pro caloribus ſolis. ſic Lucr. lib. 2. Luminis ictum dixit. *Qui quoniam quondam gignuntur luminis ictu.* & paullò antè de colore. *Recta, aut obliqua percuſſus luce refulget.* & lib. 5. *Luna poteſt ſolis radiis percuſſa nitêre.* Itaque apud eundem *tela dies* ſæpe vſurpatur pro luce diei & lumine ſolis. & radiorum ictus, pro ſolis calore. eod. lib. 5. *Et radij ſolis cogebant vndique terram Verberibus crebris extrema ad limina apertam, &c.* B ibid. *Vt queat accendi paruis ardoribus ictus.* ibid. paullò pòſt. *Æſtiferum vt tantum radiorum exaugeat ictum.* & lib. 6. *Aut diſſoluuntur ſolis ſuper icta calore.*

Non ita rom. præscr. &c.] ordo & ſtructura hæc eſt: non ita præſcriptum eſt auſpiciis Romuli, & Catonis, veterúmque norma.

Census] cenſus eſt, tota rei familiaris æſtimatio: lege annotation. ad illum locum, *Praeconem tenui cenſu.* epiſt. 7. lib. 1.

Commune magnum] commune, τὸ κοινὸν, quo Latino vtitur M. Tull. non vno loco.

Nulla decemped. Met. &c.] nulla illis erat priuata porticus obiecta ſeptentrionibus, in qua inambularent æſtiuo tempore, ita lata, vt decempedis eam committerentur. vide Vitruu. *metata* autem poſitum videtur pro *menſa*, ídque παθητικῶς, quod probat Priſc. lib. 8. Natum ex veterum more, qui in agrorum diuiſione atque aſſignatione perticis ac decempedis agrorum modum exquirebant, quod erat metiri, & metari. ſolebant iidem limitibus & metis agrorum modos & formas circumſcribere atque includere. Virg. diris. *Pertica, quæ noſtros metata eſt impia agellos.* & Horat. ſaty. 2. lib. 2. *videas metato in agello cum pecore & natis fortem mercede colonum.*

Excipiebat] Sat. 4. lib. 1. *Neque enim cum lectulus, aut me Porticus excepit, deſum mihi.*

Nec fortuitum spern.] vetabant D leges, ne quis locum ruri forte fortuna oblatum ſperneret, in quo iacêret: quia non ſinebant villas ſumtuoſas, & porticus ædificare. ita neceſſe erat in fortuito cæſpite recumbere, vel ex cæſpitibus & luto domunculas ædificare.

Cæspitem] agellum ἀλάπλωσις, vel cæſpitem, locum intellige, in quo negotiis ſoluti quieſcerent ac recumberent, vel lateres à cæſpite, vnde ædificarent.

Novo saxo] non rediuiuo lapide, ſed nouo, & viuo. vt apud Virg. Æn. 1. *Intus aquæ dulces, viuóque ſedilia ſaxo.* De templis Deorum conficiendis Od. 6. lib. 3. *Delicta maiorum immeritus lues, Romane, donec templa refeceris Ædeiſque labenteis Deorum.* & Satyr. 2. lib. 2. *quare Templa ruunt antiqua Deûm?*

TVRNEBVS.

Ex lib. 10. cap. 21. *Nec fortuitum ſpernere ceſpitem Leges ſinebant*, cùm dicit, ſentit ex eius terræ ceſpite, quæ cuique fortè obtigerat, qui non ædificaſſet ductis lateribus, aut etiam crudo ipſo ceſpititio ſolo minimo ſumptu, legum pœnis obnoxium fuiſſe, cùm ſumptuoſam ædificationem publicorum in oppidis operum, & ſolidam ex ſaxo quadrato ſtructuram templorum, non priuatorum ædificiorum eſſe vellent.

AD GROSPHVM.

Od. 16.

ARGVMENTVM.

Tranquillitatem animi optari ab omnibus: eam verò non congerendis opibus, honoribúſve conſequendis, ſed coërcendis cupiditatibus comparari.

* *OTium diuos rogat in patenti*
** Preſſus Ægæo, ſimul atra nubes*
Condidit Lunam, neque certa fulgent
Sidera nautis:
C *Otium bello furioſa Thrace,*
Otium Medi pharetra decori,
Groſphe, non gemmis, neque purpura ve-
Nale, neque auro.
Non enim gazæ, neque conſularis
Summouet lictor miſeros tumultus
*Mentis, & curas * laqueata circum*
Tecta volanteis.
*Viuitur paruo * bene, cui paternum*
Splendet in menſa tenui ſalinum,
D *Nec leueis ſomnos timor, aut Cupido*
Sordidus aufert.
*Quid breui fortes * iaculamur æuo*
Multa? quid terras alio calenteis
*Sole mutamus? * patriæ quis exſul*
Se quoque fugit?
Scandit æratas vitioſa naueis
Cura: nec turmas equitum relinquit,
Ocyor ceruis, & agente nimbos
Ocyor Euro.
** Lætus in præſens animus, * quod vltra eſt*
Oderit curare: & amara lento

Temperet riſu. nihil eſt ab omni
Parte beatum.
Abſtulit clarum cita mors Achillem:
Longa Tithonum minuit ſenectus:
Et mihi forſan, tibi quod negarit,
Porriget hora.
Te greges centum Siculæque circum
Mugiunt vaccæ: tibi tollit hinni-
Tum apta quadrigis equa: te bis Afro
* *Murice tinctæ*
Veſtiunt lanæ. mihi parua rura, &
* *Spiritum Graiæ tenuem camœnæ*
Parca non mendax dedit, & malignum
Spernere vulgus.

OTIVM] otium hoc loco accipe vitam tranquillam, pacatam, & quietam, vt apud M. Tull. in Rull. ad Quirit. *ita iucundum eſt otium, vt & vos, & maiores veſtri, fortiſſimus quiſque vir maximos labores ſuſcipiendos putet, vt aliquando in otio poſſit eſſe, præſertim in imperio ac dignitate.* aliud otium deſcribit Catullus ad Leſbiam, in eis videlicet & ignauum. *Otium Catulle tibi moleſtum eſt: Otio exſultas, nimiúmque geſtis: Otium & reges prius, & beatas Perdidit vrbes.*

PRENSVS ÆGÆO] is, qui in medio mari Ægæo nauigat. Ægæum mare ab inſulis appellatum eſt, quæ in eo mari caprarum ſimilitudinẽ præ ſe ferunt: ſeu quòd in eo Ægea Amazonum regina perierit. ſiue quòd eò Ægeus Theſei pater ſe præcipitauerit. Feſtus. vide & quæ annotaui ad epiſt. 11. lib. 1. Quidam libri veteres habent *Preſſus.*

ATRA NVBES] Virg. lib. 10. Æn. *Sed ſublime volans nubi ſe immiſcuit atra.*

CONDIDIT] texit, obduxit, & quaſi ſepeliuit. NEQVE CERTA FVLGENT] ſic Virg. Æn. 1. *Eripiunt ſubitò nubes cælúmque, polúmque.* THRACE] Græcum eſt Θρήκῃ. ſic Od. 25. lib. 3. *Hebrum proſpiciens, & niue candidam Thracen.* alibi Thraca, vt epiſt. ad Quinctium: *vt nec Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus.* & ad Iul. Florum, *Thracáne vos, Hebrúſque niuali compede vinctus, &c.*

GAZÆ] diuitiæ immenſæ, vt ſuprà Ode 29. lib. 1. *Icci beatis nunc Arabum inuides Gazis.* ſimilis ſententia eſt epiſt. 18. lib. 1. *Non domus, aut fundus, non æris aceruus & auri Ægroto domini deduxit corpore febres, Non animo curas.* ſic Lucret. lib. 2. *Quapropter, quoniam nil noſtro in corpore gazæ Proficiunt, neque nobilitas, neque gloria regni: Quod ſupereſt, animo quoque nil prodeſſe putandum eſt, Si non forte, tuas legiones per loca campi Féruere cùm videas belli ſimulacra cientes, His tibi tum rebus timefactæ religiones Effugiunt animo pauida, mortiſque timores.*

A CONSVLARIS LICTOR] conſulatus, ſeu conſularis poteſtas. Venuſtè autem conſularem lictorem dixit potiùs, quàm conſularum, ſignificans, conſulat eis lictores nõ habere poteſtatem ſummouendarum curarum, & aliarum mentis perturbationum, quemadmodum turbã ſummouere ſolent ante incedentem conſulem. ſic ferè Plinius lib. 9. cap. 34. vnionẽ dicit à fæminis in publico lictorem dictitari, quia, quemadmodum lictor ante magiſtratus, ita vnio ante fæminas, turbam ſummouet. Dicti autem lictores à ligando, vt docet Nonius. Hi ante prætorem & cõſulem faſceis & ſecureis præferebant. ῥαβδούχους appellant Græci ſcriptores. habebat autem & prætor ſuos lictores. Cic. in Rullum, *Deinde anteibant lictores, non cum bacillis: ſed vt hic prætoribus anteeunt, cum faſcibus duobus.* conſulatum autem poſuit pro quouis alio ampliſſimo magiſtratu. Iam vnde ſint dicti lictores, docet Plutarchus quæſt. Rom.

B MISEROS TVMVLTVS MENTIS] animi perturbationes, curas, angores, timores, ægritudines, quibus concitatus tumultuatur ac trepidat.

CVRAS LAQV. CIRC. &c.] curas, quæ in domibus locupletum, & potentium, ac beatorum iſtorũ, tum crebriores, tum moleſtiores ſolent eſſe. *laqueata tecta* autem, laquearibus ornata. M. Tull. de leg. 2. *Magnificáſque villas, & pauimenta marmorea, & laqueata tecta contemno.* Lucre-

C tius lib. 2. *laqueata, auratáque templa.*

VOLANTES] tralatio. ſic Saty. 6. li. 2. *ſimul atras Ventum eſt Eſquilias, aliena negotia centum per caput & circa ſaliunt latus.* poteſt etiam dici eſſe σωματοποιΐαν, ſeu σωματοποιΐας, poëtis valde viſitatam.

VIVITVR PARVO BENE] ſubaudi ab eo, *cui paternum &c.* id eſt, viuit is paruo bene, qui contentus eſt re ſua familiari, & ſupellectili paterna, modicóque apparatu. Veteres ſalinorum appoſitu menſas ſacras faciebant, vt declarat illud Arnobij lib. 2. *in penetralibus Veſtæ ignis perpetuos fouetis focos? ſacras facitis menſas ſalinorum, & ſimulacrorum appoſitu?* Prætereà ſal condimentum

D eſt ciborum, immò verò obſonium tenuiorum. Nam cùm præter panem & ſalem nihil habeant, quod ſibi apponant, pane, & ſale famem explere coguntur, vt Saty. 2. lib. 2. *Cum labor extuderit faſtidia, ſiccus, inanis Sperne cibum vilem: niſi Hymettia mella Falerno Ne biberis diluta: foris eſt promus, &c.* Itaque per ſalinum, (id eſt, vas, quo ſal continetur) ſalem, vt primum omnium, quæ in menſa apponuntur: & per ſalem, tenuem, & communem omnium hominum apparatum, miniméq; ſumtuoſum victum ſignificari puto. Adiuuat me quod vulgò dicitur, *multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, vt amicitiæ munus expletum ſit:* quod eſt apud M. Tullium in Lælio: & apud Ariſt. lib. 8. de mor. ad Nicom. κατὰ τὴν παροιμίαν γὰρ οὐκ ἔστιν εἰδῆσαι ἀλλήλους πρὶν τοὺς λεγομένους ἅλας συναναλῶσαι, id eſt, Verum enim illud prouer-

Digitized by Google

A prouerbium eſt, Multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, vt homines inter ſe norint. Et Demoſthenes, vt eſt in Oratione Æſchinis κατὰ κτησιφ. inſimulatus ab Æſchine hoſpitem ſuum necandũ curauiſſe, reſpondit audiẽte populo, ſe τοὺς τῆς πόλεως ἅλας τῆς ξενικῆς τραπέζης περὶ πλείονος ποιῆσαι, id eſt, ciuitatis ſalẽ pluris feciſſe hoſpitali menſa. ad hunc locum pertinet illud ex Saty. 3. lib. 1. *modò ſit mihi menſa tripes, & Concha ſalis puri.* & illud Perſij Sat. 5. *eheu Vare reguſtatum digito terebrare ſalinum Contentus perges, ſi viuere cum Ioue tendis.* Idem ſatyr. 4. *Ingemit, hoc bene ſit, tunicatum cum ſale mordens Cepe, & farratam pueris plaudentibus ollam.* & illud Diogenis Cynici, quem cùm Craterus rex ad ſe inuitaret: βούλομαι, ἔφη, ἐν Ἀθήναις ἅλα λείχειν, ἢ παρὰ Κρατερῷ τῆς πολυτελοῦς τραπέζης ἀπολαύειν. B id eſt, mâlo, inquit, Athenis ſalem lingere, quàm apud Craterum menſa ſumptuoſa perfrui, & illud Plautinum ex Rudente, *Sed hic rex cum aceto pranſurus eſt, & ſale, ſine bono pulmento.*

CVPIDO SORDIDVS] cupiditas ſordida, id eſt, amor, ſeu cupiditas pecuniæ: quæ in hominem verè magni & excelſi animi cadere nõ ſolet. Et animaduertat adoleſcens harũ litterarũ ſtudioſus, Cupidinis nomẽ etiam pro cupiditate apud hunc poëtam ſemper eſſe generis maſculini, vt Ode 16. lib. 3. *Contracto melius parua Cupidine Vectigalia porrigam.* & epiſt. 1. lib. 1. *Feruet auaritia, miſeroque Cupidine pectus.* & Saty. 1. lib. 1. *At bona pars hominum decepta Cupidine falſo,* & Ode 24. li. 3. *Eradenda Cupidinis Praui ſunt elementa.* C Atque hæc, quamuis non ita magni ponderis, quidam, cùm ſcirent à me eſſe occupata, ſibi iniuſtiſſimè arrogarunt. neque tamen viderunt, hîc Cupidinem eſſe Dei nomen. Cupido enim omnium rerum amoris & cupiditatis auctor eſt κατὰ πλάτωνα.

QVID BREVI FORTES, &c.] id eſt, quid nos, qui ad breue tempus floremus, valemus, & viuimus, multa nobis proponimus, multáque deſideramus? *iaculamur*, id eſt, quaſi iaculando petimus, deſtinamus. & eſt tralatio à ſagittariis. στοχαζόμεθα. Illa autem *breui aeuo fortes*, coniunctè ſunt legenda, id eſt, ὀλιγοχρόνιοι, D & (vt Homeri verbo vtar) μινυνθάδιοι, id eſt, breuis vitæ, ſeu breui tempore morituri: exiguũ tempus victuri.

QVID TERR. ALIO CAL. SOLE] quid proficiſcimur in terras longinquas, & peregrinas patria relicta? nõ diſſimile eſt illud Pindari Πυθ. εἰδ. γ. ἔστι δὲ φῦλον ἐν ἀνθρώποισι ματαιότατον, ὅστις αἰσχύνων ἐπιχώρια παπταίνει τὰ πόρσω μεταμώνια θηρεύων ἀκράντοις ἐλπίσι, id eſt, Genus eſt hominum vaniſſimũ, quod deſpiciens domeſtica, & patriã, longinqua circumſpicit, & perſequitur, res inanes fallaci ſpe captãs, Sed Virgil. Georg. 2. magis ad rem, *Exſulióque domos, & dulcia limina mutant, Atque alio patriam quærunt ſub ſole iacentem. Alio ſole*, carmine ſæculari ad Deos, *aliúſque & idem naſceris.*

PATRIÆ QVIS EXSVL. &c.] ſi hæc Græcè exprimantur, magis appareat totius ſententiæ venuſtas, hoc modo, τίς πατρίδος φυγὰς ὤν, καὶ ἑαυτὸν ἔφυγε. Nam exſulem Græci φυγάδα nominant, & exſulare φεύγειν dicunt, id eſt, fugere. Itaq; hanc paronomaſiam lingua Latina imitari non poteſt. ſed is tamen, qui Græcè ſciat, facilè eam agnoſcat. Iam exſulẽ à ſolo Nonius ait eſſe nominatum, vt extorrem à terra: vnde mirũ eſt ab exule vulgò exſilium, non exſuliũ dici. hanc ſententiam autem copioſè perſequitur Lucret. lib. 3. in extremo, *Exit ſæpe foras magnis ex ædibus ille, Eſſe domi quem pertæſum eſt, ſubitóq; reuertit: Quippe foris nihilo melius qui ſentiat eſſe: Currit agens mannos ad villam hic præcipitanter, Auxilium tectis quaſi ferre ardentibus inſtans: Oſcitat extemplo, tetigit cum limina villæ, Aut abit in ſomnum grauis, atq; obliuia quærit: Aut etiam properans vrbem petit atque reuiſit. Hoc ſe quiſque modo fugit: at, quod ſcilicet (vt fit) Effugere haud potis eſt, ingratis hæret, & angit, &c.* Eodem pertinet illud Saty. 7. lib. 2. *Non horam tecum eſſe potes, non otia rectè Ponere, téque ipſum vitas fugitiuus & erro.* Ad hunc locum pertinet etiam illud Ariſtot. lib. 9. de morib. ad Nicom. ζητοῦσι δὲ οἱ μοχθηροὶ μεθ' ὧν συνημερεύσουσιν, ἑαυτοὺς δὲ φεύγουσιν, &c. nam ea reperies annotata, ſatyra illa 7. ad illum verſum *Non horam tecum, &c.*

SCANDIT ÆRATAS] eadem ferè Od. 1. libr. 3. *ſed timor & minæ Scandunt eòdem, quò dominus, neque Decedit ærata triremi, & Poſt equitem ſedet atra cura.* Vberius autem Lucret. lib. 2. *Quod ſi ridicula hæc, ludibriáque eſſe videmus, Reueráque metus hominum, curæq; ſequaces Nec metuunt ſonitus armorum nec fera tela, Audactérque inter Reges, rerumque potentes Verſantur, neque fulgorem reuerentur ab auro, Nec clarum veſtis ſplendorem purpureai: Quid dubitas, quin omne ſit hoc rationis egeſtas? &c.*

ET AGENTE N. OCYOR] Virg. lib. 12. Æn. *Ni fuga ſubſidio ſubeat, fugit ocyor Euro.*

IN PRÆSENS] non in poſterum, aut futurum tempus. Suadet enim vt in diem viuamus: vt Ode 8. lib. 3. *Dona præſentis cape lætus horæ.* & 29. lib. eod. *ille potens ſui, Lætúſq; deget, cui licet, in diem, Dixiſſe, vixi: cras vel atra Nube polum pater occupato.* & epiſt. ad Bull. lib. 1. *Tu, quamcumque Deus tibi fortunauerit horam, Grata ſume manu, nec dulcia differ in annum.* Nam (vt idem ait Ode 7. lib. 4.) *Quis ſcit, an adijciant hodiernæ craſtina ſummæ Tempora dij ſuperi?* Quin Pindarus, qui multo ſeuerior Horatio eſt, multóque grauiora tractat argumẽta, ait ſe diurnam oblectationem perſequentem, ſenſim ſeneſcere, atque ad mortem progredi. eius verba ſunt hæc, εἰδ. ἰσθμ. ὁ δ' ἀθανάτων μὴ θρασσέτω φθόνος, ὅτι τερπνὸν ἐφάμερον διώκων, ἕκαλος ἔπειμι γῆρας, ἐς τε τὸν μόρσιμον αἰῶνα. & ἰσθμ. εἰδ. η. apertius: quicquid ante pedes eſt, eſſe melius, eóque eſſe fruendum, cùm dies is, qui vitæ noſtræ curſum terminat, capitibus noſtris ſemper impendeat. ſic Pind. τὸ δὲ πρὸ ποδὸς, ἄρειον αἰεὶ χρῆμα πᾶν. δόλιος γὰρ αἰὼν ἐπ'

ἀνδρὶ ἐπὶ χρήμασι ἐλίσσων βιότου πόρον. Deoique Theognis monet, vt conuiuiis & ſermonibus honeſtis in præſentia oblectemur: futura autem Diis curanda relinquamus. ſic Theogn. Νῦν μὲν πίνοντες τερπώμεθα καλὰ λέγοντες· Ἅσσα δ' ἔπειτ' ἔσται, ταῦτα θεοῖσι μέλει, id eſt, *Nunc oblectemur potantes, ſcita loquentes. Sint autem curæ poſtera dijs ſuperis.* quibus concinunt illa Euripidis in Alceſt. ταῦτ' οὖν ἀκούσας, καὶ μαθὼν ἐμοῦ πάρα, Εὔφραινε σαυτόν, πῖνε, τὸν καθ' ἡμέραν Βίον λογίζου σόν, τὰ δ' ἄλλα τῆς τύχης, id eſt, His igitur auditis, & ex me cognitis, Teipſum oblecta, bibe: diurnam vitam, tuam eſſe deputa: cetera fortunę.

QVOD VLTRA EST] id eſt, quod futurũ eſt. nam præſentia dumtaxat nos attingunt: futura autem nondum ad nos pertinent. Quemadmodum hîc futurum per id, quod vltra nos eſt, ſignificatur: quia nondum ad illa peruenimus: ita Od. 29. li. 3. per id, quod retrò eſt, præteritũ, quia illa præterijmus, *n[illegible]men irritum Quodcunq́ retro eſt Efficiet, &c.*

B

LENTO TEMP. RIS.] ſic reperi ſcriptum in ſex libris calamo exaratis, Don. Faer. Vrſini, Torneſ. Ruſſardio. Nicotiano, cùm libri vulgari habeant *læto*. quam tamen ſcripturam, ſi quis malet, non refello, neque admodũ improbo. ſed *lento* magis probo: idque interpretor, moderato, non profuſo.

NIHIL EST AB O. P. BEATVM] Pulchrè Pindarus Πυθ. ᾠδ. γ. oſtendẽs idem, quod hîc Horat. nihil eſſe ab omni parte beatum, ait, Deos immortaleis vni bono hominibus dato, duo mala admiſcere ſolere: hæc autem mala inſipienteis moderatè ferre non poſſe, ſuámq; aduerſam fortunam fronte & vultu declarare & prodere: &, ſi quid boni habeant, ſtultitia ſua obruere, atq; extinguere: ſapienteis contrà diſſimulando ſua quidem mala occultare: bona autem ſemper in promptu habere, & his ſuas moleſtias conſolari ac leuare: ſic Pinda. πήματα σύνδυο δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι. τὰ μὲν ὦν οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν. ἀλλ' ἀγαθοί, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω. adde cet. quæ deinceps ſequuntur de Peleo, Cadmo, Achille. illum autem Pindari locum videtur Theognis expreſſiſſe bis verſib. οὐδείς τοι πάντ' ἐστὶ πανόλβιος, ἀλλ' ὁ μὲν ἐσθλὸς Τολμᾷ ἔχειν τὸ κακόν, κοὐκ ἐπίδηλος ὅμως· Δειλὸς δ' οὔτε κακοῖσιν ἐπίσταται, οὔτ' ἀγαθοῖσιν Θυμὸν ἔχων μίμνειν, id eſt, Nullus eſt omni ex parte beatus: ſed vir bonus quidẽ audet fortunam aduerſam excipere & ſubire: neque tamen præ ſe fert ægritudinem, aut caſum ſuum aduerſum. At improbus & ignauus neq; in malis, neq; in bonis conſtantem animum retinens manere poteſt. Rurſus Pindarus Νεμ. ᾠδ. ζ. diſertè negat fieri omnino poſſe, vt aliquis vnus vniuerſam beatitudinem ſit conſecutus. τυχεῖν δ' ἓν ἀδύνατον εὐδαιμονίαν ἅπασαν ἀνελόμενον. Eodem pertinent tres Eurip. ſenarij in Steneb. οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. Ἢ γὰρ πε-

C

D

A φυκὼς ἐσθλὸς οὐκ ἔχει βίον· Ἢ δυσγενὴς ὢν πλουσίαν ἀροῖ πλάκα, id eſt, non eſt quiſquam qui omni ex parte beatus ſit. Nam aut bonus natura factus viuendi facultatibus caret: aut ignobilis & humilis natus, agros fertileis & opimos arat.

ABSTVLIT CLAR. CITA MORS ACH.] apud Homerum Achilles ſe μινυνθάδιον à matre editum eſſe, id eſt, vitæ breuis hominem, dicit: Μῆτερ, ἐπεί μ' ἔτεκές γε μινυνθάδιόν περ ἐόντα, Τιμήν πέρ μοι ὄφελλεν Ὀλύμπιος ἐγγυαλίξαι, id eſt, Mater quandoquidem me peperiſti breuis vitæ hominem, At certè Deus mihi honorem & gloriam tribuere debebat. cui ſic reſpõdet Thetis, Ὤ μοι τέκνον ἐμόν, τί νύ σ' ἔτρεφον αἰνὰ τεκοῦσα; Αἴθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος, καὶ ἀπήμων Ἧσθαι, ἐπεί νύ τοι αἶσα μίνυνθά περ, οὔ τι μάλα δήν, id eſt, Hei mihi, fili mi, quamobrem te ſuſtuli & alui, poſteaquàm cum dolore peperi? Vtinam expers lacrymarum & malorum ad naueis ſederes: quandoquidem breuis tibi vita à dijs conceſſa eſt, neque admodum diu victurus es. & eadem pro filio Iouem orans, Τίμησόν μοι υἱόν, ὃς ὠκυμορώτατος ἄλλων Ἔπλετο: id eſt, filium meum honore afficito, qui breuiſſimę inter alios homines vitę natus eſt. & ἰλ. ι. ipſe Achilles narrat ſe de matre audiuiſſe, ſi gloriæ ſtudeat, ſibi breui eſſe moriendum. Μήτηρ γάρ τέ μέ φησι.

LONGA TITHONVM] immortalitatem quidem Tithonus, quam optauerat, conſecutus eſt: ſed eam ſenectus inſuauem, atque amaram reddidit, cùm ſe omnibus prorſus voluptatibus atq; oblectationibus, ætatis culpa, priuatum eſſe ſentiret: quem ob id in cicadam verſum eſſe aiũt. Narrant Tithonum ab Aurora immortalitatem quidem impetraſſe, quam petiuerat, ſed non ἀγηρασίαν, id eſt, vitam ſenectutis expertem, & perpetuam iuuentam, quam petere eum ſugerat. Ita factum eſt, vt in cicadam verſus ſit, animal aridiſſimum & ſicciſſimum, & canorum, & garrulum: quæ ſenectuti conueniunt. [Senectus enim natura eſt loquacior, vt ſcribit M. Tullius in Catone Maiore, & ſola vox ferè in ſenibus remanet. quod notat Seruius hunc verſum proferens, ad illum Virg. lib. Æn. 4. *Tithoni croceum linquens, &c.*] Admonet autem Euſtathius ad primum verſum ἰλ. λ. Tithoni nomen vſurpari ſolere de ſenibus infelicibus, & laborioſis. Sup. Od. 58. lib. 1. *Tithoniúſque remotus in auras.*

PORRIGET] producet, prorogabit: ſeu, ſi quis malet, præbebit.

TE GREGES CENTVM, &c.] circum te greges centum, & Siculæ vaccæ mugiunt. Diuitiæ olim in boum armentis, & pecudum gregibus erant poſitæ. Hom. ἰλ. ι. Ἐν δ' ἄνδρες ναίουσι πολύρρηνες, πολυβοῦται, id eſt, in ea autem vrbe habitant viri agnis, & bobus abundantes. & Heſiod. ἐργ. καὶ ἡμ. ἄνδρες πολύμηλοί τ', ἀφνειοί τε id eſt, viri ouibus, & diuitiis affluentes. &

Hero.

Digitized by Google

Hero. ὐραν. ἐνθαῦτα καὶ ἐθήτευον ἐπὶ μισθῷ παρὰ τῷ βασιλέϊ ὁ μὲν ἵππους νέμων, ὁ δὲ βοῦς· ὁ δὲ νεώτατος αὐτῶν Περδίκκης τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων. ἦσαν γὰρ τὸ πάλαι καὶ αἱ τυραννίδες τῶν ἀνθρώπων ἀσθενέες χρήμασι, οὐ μοῦνον ὁ δῆμος. id eſt, hîc etiam hi tres fratres mercede conducti regi ſeruiebant: alius equos paſcens, alius boues, alius, qui erat natu minimus, Perdicca, oues. Erant enim olim reges pecunia tenues & infirmi, non ſolùm populus.

Tollit hinnitvm] edit hinnitum. vltima ſyllaba nominis hinnitum pertinet ad principium verſus deinceps ſubſequētis, hoc modo *tibi tollit hinni Tapta quadrigis equa* vt ſup. Od. 13. *illa venena Colchi-Ca, & quicquid, &c. tollere hinnitum* aut ſic dictum, vt tollere cachinnum, riſum, clamorem lib. de arte poet. *Romani tollent equites, pediteſque cachinnum.* & ibidem, *Ne ſpiſſa riſum tollant impune caterua.* & M. Tullius lib. 2. ad Qu. Fratrem epiſt. 1. *deinde eius operæ repente à Græcoſtaſi, & gradibus clamorem ſatis magnum ſuſtulerunt.* & epiſtol. tertia, *operæ Clodianæ clamorem ſuſtulerunt.* & Lucret. lib. 3. *Tollunt clamores, quaſi ſi iugulentur ibidem.* & Virg. Æneid. 3. *Clamorem immenſum tollit.*

Apta qvadrigis eqva] etiam hoc loco refelli, & coargui poſſunt ij, qui quadrigas, quatuor equos eſſe hoc curru putant. Nā ſi hoc ita ſit, quomodo hic locus explicari poſſit, non video. ſed res eſt ita in promptu poſita, vt ſilentio potiùs prætereunda, aut riſu eludenda, quàm argumentis aut exemplis ſit refellenda.

Te bis Afro mvrice tinctæ,] lanas bis tinctas murice, ſeu purpura, διβαφεῖς Græci vocant, ex quo M. Tullius purpuram bis tinctam dibaphum nominat epiſt. ad M. Cœliū, lib. 2. epiſt. *Curtius noſter dibaphum cogitat, ſed eum infector moratur.* Murex autem piſcis è genere teſtaceorum, ex cuius ſanguine conficiebatur color purpureus. Horat. epiſt. 2. lib. 2. *Argentum, veſtes Getulo murice tinctas.*

Spir. Gratæ ten. cam.] ſic Pindarus ὠδ. θ. Olymp. ait ſe Parcæ beneficio & benignitate eximiarum Gratiarum hortum depaſcere, id eſt, ex artis poëticæ ſtudio flores lectiſſimos carpere. σὺν τινι μοιριδίῳ παλάμᾳ ἐξαιρίτων χαρίτων νέμομαι κᾶπον. Significat autem Horat. ſibi à Parca, aut à fatis tributā eſſe vim & facultatē poëticam ex Græcis poëtis expreſſam. ſic Od. 30. lib. 3. *Dicar, quà violens obſtrepit Aufidus, Et quà pauper aquæ, &c. ex humili potens Princeps Æolium carmen ad Italos Deduxiſſe modos.* Tenuem autem camœnæ ſpiritum dicit, vt Od 6. lib. 1. *Imbelliſque lyræ muſa potens vetat Laudes egregij Cæſaris & tuas Culpa deterere ingeni.*

Parca non mendax] ſic Parcas *veraces* appellat in carmine ſæculari, poſt epod.

Malignvm] illiberale, inuidum, iniquum, ſup. Od. 29. lib. 1. *ne parce malignus.* & epiſt. ad Auguſt. *laudare malignè.*

TVRNEBVS.

Ex adu. lib. 15. ca. 10. Lictores olim ante magiſtratus incedebant non tantum honoris gratia, ſed ad turbam etiam plebis ſummouendam: nec tamen vt multitudinem ſummouere poterant, ita & arcere ac depellere poterant animi curas & moleſtias. Igitur ad illud Lictoris officium credo Horatium eleganter reſpexiſſe, cùm ſcripſit.

-- neque conſularis
Summouet lictor miſeros tumultus
Mentis. Quo ſignificat honoribus homines nō eſſe beatiores, cùm fœlicitas animi tranquillitate cenſeatur, quam præſtare non poteſt lictor. nam vt ſummouere poſſit hominum turbam, non tamen poterit vitiorum & perturbationum tumultum arcere. Huc pertinēt illa Senecæ verba, lib. 5. controuerſ. *majeſtatem læſam dixiſſem, ſi exeunti tibi lictor à conſpectu meretricem nō ſummouiſſet.* Iterum, *Summoue, audis lictor, ſummoue à prætore meretricem.* Sed Horatianum illud minus eſt reconditum: ſenſus ille Plinij magis latet, cùm ſcribit lib. 9. cap. 35. *Affectant q; iam & pauperes, lictorem fœmina in publico vnionem eſſe dictitantes.* Eodem tamen modo exponendum arbitror, pauperes fœminas vnionibus gaudere, quòd in publico cùm ſunt, ipſis de via decedatur, videantúrque diuites, vt margarita ſit pro lictore fœminis, turbámque ſummoueat. Audio doctiſſimos viros in alia ſententia eſſe, emptorémque & licitatorem exponere. Sed & verbis vim adferunt, & pro arguta elegantíque ſententia turpem & inelegantem comminiſcuntur.

Ex lib. 10. cap. 22. Neceſſe eſt de gratia poëtarum multum pereat antiquitatis rudibus, cuius intelligentia & faciem præfert eorum notitiæ, nec latere ſinit elegantiam: vt in illo Horatiano, *Splendet in menſa tenui ſalinum*, ſenſus inſulſus penè videatur, niſi quis intelligat ſalis fuiſſe quandam in menſa religionem, vnde ἱεροὺς ἅλας, Græci dicunt, & appoſitus ſal menſam conſecrare videbatur: vnde & Arnobius lib. 2. aduerſ. ſcripſit, *ſacras facite menſas ſalinorum appoſitu, & ſimulacris deorum.* Sed tamen potiſſimum, tenuem & parcum pauperémque victum Horatius ſignificat hominum pro obſonio ſalem lingentium, quod pauperes olim factitabant. vt apud Perſium.

Vare reguſtatum digito terebrare ſalinum
Contentus perages. Illud eiuſdem cantici, pendet etiam è vetere ritu, *Parca non mendax dedit* Nā vltima Hebdomadis die, qua quis in lucem editus erat, fata vocabantur quæ ſcriberentur, quòd eo die viderentur Parcæ in totam ſtatuere vitam, qua fortuna futurus quis eſſet. Tertull. *dum per totam Hebdomadam Iunoni menſa proponitur, dum, vltima die fata ſcribenda aduocantur.* Hinc illud Maronianum, Eclog. 4. *Talia ſecla ſuis dixerunt currite fuſis.*

AD MÆCENATEM. ægrotum. Ode 17.

ARGVMENTVM.

Negat ſe ei ſuperſtitem eſſe velle.

CVr me querelis exanimas tuis?
Nec Diis amicum eſt, nec mihi, te
Obire, Mæcenas, mearum (prius
*Grande decus, * columénque rerum.*
Ah, te meæ ſi partem animæ rapit
*Maturior vis, * quid moror altera,*
Nec carus æquè, nec ſuperſtes
Integer? ille dies vtramque
Ducet ruinam: non ego perfidum
Dixi ſacramentum: ibimus, ibimus,
** Vtcumque præcedes, * ſupremum*
Carpere iter comites parati.
Me nec Chimæræ ſpiritus ignea,
*Nec, ſi reſurgat centimanus * Gyas,*
** Diuellet vnquam. ſic potenti*
Iuſtitiæ, placitúmque Parcis.
** Seu Libra, ſeu me * Scorpius aſpicit*
Formidoloſus, pars violentior
Natalis horæ, ſeu tyrannus
*Heſperiæ * Capricornus vndæ:*
Vtrumque noſtrum incredibili modo
Conſentit aſtrum. te Iouis impio
*Tutela * Saturno refulgens*
Eripuit, volucríſque fati
Tardauit alas, cùm populus frequens
Lætum theatris ter crepuit ſonum:
Me truncus illapſus cerebro
Suſtulerat, niſi Faunus ictum
*Dextra leuaſſet, * Mercurialium*
Cuſtos virorum. reddere victimas,
Ædémque votiuam memento:
Nos humilem feriemus agnam.

EXANIMAS] occîdis, interimis, ſeu conturbas, & mærore afficis. M. Tull. pro Milone. *Me quidem, iudices, exanimant & interimunt hæ voces Milonis, quas audio aſsiduè, &c.* Horat. Saty. 4. lib. 1. *auidos vicinum funus vt ægros Exanimat: mortiſq; metu ſibi parcere cogit.*

A NEC DIIS AMICVM EST] à Græcis ſumſit hoc loquendi genus. ſic enim illi, ὐ θεοῖς φίλον, id eſt, non eſt diis amicum: quod Latinè redderemus, non placet Diis. Hom. ἰλ, η. αἴκέπερ ὔμμι φίλον καὶ ἡδὺ γένοιτο, id eſt, ſiquidem vobis amicum & iucundum fuerit. idem ἰλ. ἰῶτα. οὔπω τὸ Διῒ μέλλει ὑπερμενέϊ φίλον εἶναι, eſt, ſic vtique videtur Ioui potentiſſimo amicum eſſe. & Theognis, Ζεῦ πάτερ, εἴθε γένοιτο θεοῖς φίλον. ô Iupiter pater, vtinam hoc ſit diis amicum rurſum Hom. ἰλ. α. Αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι, id eſt, ſemper tibi amicum eſt mala vaticinari. Plat. in Thexteto. ἀλλ' εἰ οὕτως, ὦ Θεόδωρέ, σοὶ φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρὸν, φασὶν οἱ παροιμιαζόμενοι. id eſt, At ſi ſic, ô Theo-
B dore, tibi amicum eſt, nec mihi inimicum eſt, vt eſt in prouerbio. Callimachus in Deum, ἤρη τοῦτό με ῥέξον, ὅ, τοι φίλον. Eurip. Phœniſſ. ἃ γὰρ σὺ βούλει, ταῦτ' ἐμοὶ, μᾶτερ, φίλα, id eſt, Nã quæ tu vis, ea mihi mater, ſunt amica. Heſiodus. ἐργ. καὶ ἡμ. σοὶ δ' ἔργα φίλ' ἔστω μέτρια κοσμεῖν, id eſt, tibi autem amicum eſto res modeſtas, & temperatas ornare & adminiſtrare.

MEARVM GRANDE DEC. COL.] *decus*, hoc eſt ornamentorum: *columen*, hoc eſt, præſidium, & robur. Ode 1. lib. 1. *O & præſidium, & dulce decus meum.*

AH, TE MEÆ SI PARTEM ANIMÆ] Pithagoricum eſt hoc, σώματα μὲν δύο, ψυχὴ δὲ μία, id eſt, corpora quidem duo, animus
C autem vnus.

RAPIT] epiſt. 14. *rapto de fratre dolentis Inſolabiliter.*

MATVRIOR VIS] mors immatura; vel maturior, id eſt, celerior, quàm natura fert.

NEC CARVS ÆQVE, &c.] ſenſus eſt: ego nec carus mihi æquè futurus, nec integer, ſi tibi, qui meæ animæ pars vna es, ſim ſuperſtes, quid moror altera?

ILLE DIES VTRAMQVE DVCET] non óccidis, aut moriêtis, quin ego eadem fati neceſſitate domitus atque oppreſſus extinguar. eodem, quo tu morieris die, moriar: qui dies te eripiet, ille vtrumque eripiet: ruere aut mori nõ potes, quin ego eodem caſu labefactus cônci-
D dam. NON EGO PERFID. DIXI] id eſt, non ego peieraui. translatio ducta à militari ſacramento. ſic enim loquitur Cæſar lib. 1. de bello ciuili. *Milites Domitianus ſacramentum apud ſe dicere iubet.*

IBIMVS, IBIMVS,] concinna ἀναδίπλωσις, id eſt, reduplicatio. ſic Alcæus, Δέξαι με κωμάζοντα, δέξαι· λίσσομαί σε, λίσσομαι, id eſt, recipe me comiſſantem recipe: obſecro te, obſecro. ſic Oda 20. eiuſd. lib. *non ego pauperum Sanguis parentum: non ego, quem vocas, Dilecte Mæcenas, obibo.*

VTCVMQVE PRÆCEDES] vbicumque vel quocumque præcedes. vt annotauimus ad Oden 17. lib. 1.

SVPREMVM CARPERE ITER] extremum

Digitized by Google

ternum vitæ diem tecum obire parati. *ſupremum* valet extremum, vt epiſtola ad Torq. *ſupremo te ſole domi Torquate manebo.* carpere iter autem etiam vſurpauit Satyr. 5. lib. 1. *vt pote longum Carpentes iter factum corruptius imbri.*

Chimæræ spiritvs igneæ] Pindarus Chimæram appellat πῦρ πνέουσαν, id eſt, ignem ſpirantem, vt diximus ſuprà ad Od. 27. li. 1. vbi plura de Chimæra.

Resvrgat] qui nũc iacet à Ioue proſtratus. vſurpauit hoc verbum etiam lib. 3. Od. 3. *Ter ſi reſurgat murus aheneus, &c.* & Virg. lib. 1. Æneid. *illic fas regna reſurgere Troiæ.*

Centimanvs Gyas] & hoc loco, & Od. 4. lib. 3. ibi. *Teſtis mearum, &c.* ſecutus eram initio ſcripturam, quæ in quibuſdam libris calamo deſcriptis reperitur, & quam Priſcian. lib. 6. & 17. agnoſcit, *centimanus Gyges.* Præterea Heſiodus Cottum, Briareum, Gygen fratres centimanos facit in Theogon. Ἄλλοι δ᾽ αὖ γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἐξεγένοντο Τρεῖς παῖδες μεγάλοι τε καὶ ὄβριμοι, οὐκ ὀνομαστοί, Κόττος τε, Βριάρεώς τε, Γύγης θ᾽ ὑπερήφανα τέκνα, Τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ᾽ ὤμων ἀΐσσοντο, id eſt, Alij autem ex Terra & Cælo nati ſunt tres filij magni & validi, non nominandi Cottus & Briareus, & Gyges, ſuperbi fœtus: è quorum humeris centum manus aſſurgebant, &c. Præterea interptes Apollonij lib. 1. ſcribit Briareum, Ægæona, Gygen vnum & eundem eſſe diſſimilibus nominibus idem ſignificantibus. illius verba ſunt hæc, Βριάρεως δὲ καὶ Αἰγαίων καὶ Γύγης ὁ αὐτὸς λέγεται συνωνύμως. Hom. autem ἰλ. α ſub Achillis perſona narrat, Briareum centimanum à Thetide euocatum Ioui, cùm eum ceteri Dij vincire vellent, aduerſus illos opem tuliſſe: ſic Achilles Thetidi. Ἀλλὰ σὺ τόν γ᾽ ἐλθοῦσα θεὰ ὑπελύσαο δεσμῶν· Ὦχ᾽ ἑκατόγχειρον καλέσασ᾽ ἐς μακρὸν Ὄλυμπον, Ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί. At tu Dea illum (Iouem) profecta vinculis ſoluiſti, celeriter Cẽtimano euocato in longum Olympum, quẽ Dij Briareum appellant. Sed cùm hos commentarios iamjam typis, operiſque permittere cogitarem, iniectus mihi ſcrupulus eſt, ex duobus locis Hor. in quibus nomen *Gyges*, quamuis gigas in iis non deſignetur, producitur. Od. 5. lib. 2. *Cnidiúsve Gyges.* & Od. 7. lib. 3. *Conſtantis iuuenem fide Gygen:* & ex vno Ouidiano, in quo gigas idem, qui hoc loco, deſcribitur, *Centimanum Gygen, ſemibouémque virum:* Non eſſe enim veriſimile alibi produci idem nomen, alibi corripi: quamuis in nonnullis nominibus propriis hoc vſu venire ſciã. Mouit me præterea Apollodorus, cuius hæc ſunt verba in principio. Οὐρανὸς πρῶτος τοῦ παντὸς ἐδυνάστευσε κόσμου. Γήμας δὲ Γῆν, ἐτέκνωσε πρώτους τοὺς ἑκατόγχειρας προσαγορευθέντας, Βριάρεων, Γύην, Κοῖον id eſt, Cælum, ſeu Cælus primus totius mundi imperium obtinuit. eũ autem Terram vxorem duxiſſet, ſuſcepit ex ea liberos primos, Briareum, Gyam, Cœum: qui centimani ſunt appellati. His teſtimoniis, & argumẽ-

A ris adductus, ſententiam priorem mutaui, & apud Horat. vtrobique *Centimanus Gyas* legendum eſſe exiſtimaui: quam ſcripturam probat item M. Anton. Muretus, eámque ſe in quibuſdam veteribus libris reperiſſe teſtatur. ego, ne mentiar, nuſquam eam reperi, niſi quòd in lib. Faërni, & vno Vaticano, hoc nomen in litura, tamquam in luto demerſum eſt. ex qua ſuſpicari licet initio ſcriptum fuiſſe *Gyas*, & poſteà ab ignaris litterarũ deprauatum. Hanc igitur ſcripturam ſi recipimus, emendandi ſunt Heſiodus, & Apollonij ſcholiaſtes, & vbi vulgò legitur Γύγης, ſcribendum Γύης. eadémque opera puto apud Heſiod. non Κόττον, ſed Κοῖον legendum eſſe. Quòd autem libri plerique veteres habent *Gygas*, ego hanc ſcripturam ex de-

B prauata antiqua Gyas natam eſſe puto: quãquam ſi quis eam ſequi volet, non repugnabo.

Sev libra, sev me. &c.] Mathematici, & Aſtrologi ab aſpiciendo, quo verbo hic vtitur Horatius, aſpectus appellant: ſed ij aſpectus intelliguntur ſtellarum errantium, inter ſe: non ad homines referuntur: quo modo velle videtur Horat. Ad hunc locum pertinere videntur quæ ſcribit M. Tull. de diuinitat. lib. 2. *Sed vt ratione vtamur omiſſis teſtibus, ſic iſti diſputant, qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. vim quandam eſſe aiunt ſignifero in orbe, qui Græcè* ζωδιακὸς *dicitur, talem, vt eius orbis vnaquaque pars alia alio modo moueat, immutetque cælum, perinde vt quæque ſtellæ in*

C *iis, finitimíſque partibus ſint quoque tempore: eámque vim variè moueri ab iis ſideribus, quæ vocantur errantia. Cum autem in eam ipſam partem orbis venerint, in qua ſit ortus eius, qui naſcatur, aut in eã, quæ coniunctum aliquid habeat, aut conſentiens: ea triangula illi & quadrata nominant, &c.* ſeu me igitur (inquit Hora.) Venus, cui Taurus, & Libra attribuuntur, aſpicit: ſeu Mars, cui Scorpius, & Aries: ſeu Saturnus, cui Capricornus: noſtra aſtra incredibiliter conſentiunt & conſpirant.

Formidolosvs] horribilis, metuendus.

Pars violentior Natalis horæ] ſignificat, ſe eo temporis momento natum eſſe, quo Mars in orbis ſigniferi parte ſibi imminente, & propinqua fuerit. Eſt autẽ Martis ſtella, vt & Saturni, malefica, & inclemens, Aſtrolo-

D gorum ſententia.

Sev tyrannvs Hesperiæ] id eſt, qui tempeſtates in Oceano occidentali, & quouis alio mari, excitat oriens: Capricornus autem Saturno aſcribitur. Aiunt quidam tyrannos, & eos, qui patriam ſuam anteà liberam ſibi ſeruire coëgerunt, Capricornum pro natalitio ſigno habere ſolere: iccircò Capricornum tyrannum ab Horatio appellari, quaſi naſcentibus ortu ſuo regnũ & tyrannidẽ promittentem, ac præparantẽ. [Immò Capricornũ iccirco Heſperiæ, id eſt, Italiæ, tyrannũ dicit, quia Saturnus in Capricorno grauiſſimas pluuias excitat, vt notat Seruius cõment. in lib. 1. Georgic. ibi, *Frigida Saturni ſeſe quò ſtella receptet,* & maximè, inquit ille, in Italia: Vnde & Horatius ait, *ſeu tyrannus Heſp. Capric.*]

Te Iovis impio, &c.] Iupiter proſper, & ſalutaris eſt: Saturnus maleficus, pernicioſus, peſtilens. ſignificat igitur, cùm Mæcenatis ortus, diésque natalis Iouis, & Saturni ſit particeps, Iouis ſtellam proſperam, ac ſalutarem, Saturni inclementiam contudiſſe, ac diſcuſſiſſe: à Mæcenate denique perniciem ei imminentem, ac præſentem auertiſſe. Iouis tutela igitur, id eſt, Iouis ſtella, quæ te tuetur. Oſtendit autem etiam M. Tull. epiſt. ad Fab. Gallum lib. 7. Saturnum eſſe pernicioſum, & inclementem. ſic enim ille, *Martis verò ſignum quò mihi pacis auctori? Gaudeo nullum Saturni ſignum fuiſſe. hæc enim duo ſigna putarem mihi æs alienum attuliſſe*: contrà Iouem, ſalutarem, lib. 6. de rep. *Deinde eſt hominum generi proſper, & ſalutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis.* ſic Virgil. Georg. 1. *Frigida Saturni ſeſe quò ſtella receptet.* Iterũ M. Tullius lib. 1. de diuinat. *Quid habet aſtrologus, cur ſtella Iouis, aut Veneris coniuncta cum Luna ad ortus puerorum ſalutaris ſit, Martiſve contraria?* [Deniq; Mars & Saturnus Dij ſunt ἀναιρετικοί: id eſt, qui habent vim de medio tollendi, quique intercidere ſolent vitæ rationem ſi aſpectu ſuo, aut radiis ſuis ortum genituræ attigerint. notat Seruius ad illũ Virgilij locum Æneid. 4. *& dij morientis Eliſſæ*: & hunc locum profert.]

Volucrísque fati tard. al.] & mortis celeritatem, ac propinquitatem retardauit: mortem impendentem. & iamiam aduentantem repreſſit. Quidam libri manu ſcript. habent, *volucréique &c.* [Rectè *tardauit*: quia neceſſitas fati impediri quidem poteſt, & retardari: ſed non prorſus elidi, aut præcidi. notat ibidem Seruius.]

Refulgens] ſuo fulgore contrario fulgens, & Saturno repugnans.

Lætum theatr. ter crep.] ter tibi applauſit, vt ſup. Od. 20. lib. 1. *datus in theatro Cum tibi plauſus.* Propert. eleg. 8. lib. 3. *Et manibus fauſtos ter crepuere ſonos.* Virgil. lib. 2. Georg. *hunc plauſus hiantem Per cuneos geminatus enim plebiſque patrúmque Corripuit.* *ter* autem valet, ſæpius. vt Od. 3. lib. 3. *Ter ſi reſurgat murus aëneus.* vide quæ annotaui ad Od. 1. lib. 1. ſi plura exempla requiris.

Me truncus] de hoc trunco, aut de hac arbore, vide ſuprà Od. 13. *Ille & nefaſto te poſuit die, &c.*

Illapsus cerebro] in Oda ſuprà dicta, *te caducum In domini caput immerentis.*

Sustulerat] ſuſtuliſſet de medio, interemiſſet. ſic Od. 1. lib. 3. *Fulmine ſuſtulerit caduco.*

Nisi Faunus ict.] ſignificat, Martis maleficentiam, & iniuriam, cui erat maximè opportunus, atque expoſitus, à Fauno, ac Mercurio eſſe repreſſam, ac propulſatam: quemadmodum & Saturni peſtilentiam, quæ Mecenatis ceruicibus impendebat, Iupiter ſua præſentia diſcuſſit.

Mercurialium] ingenioſorum, quales ſunt poëtæ: qui ſunt ſub tutela Mercurij.

Redd. victimas, reddere maiores hoſtias. *reddere* autem dixit, quia eas vouerat morbo affectus, ſi conualeſceret. Admonet igitur Mæcenatem Horat. vt voti damnatus, nempè recuperata valetudine, voti ſe obligatione exſoluat.

Ædémque vot.] Magni, & clari, & potentes viri, in rebus aduerſis, & pericoloſis ædeis ſacras vouebant, ſi ſalui euaderent. cuius rei innumerabilia ſunt exempla.

Feriemus agnam] vt ſuprà Ode 4. lib. 1. *Seu poſcat agnam, ſiue malit hædum.* humilem autem, id eſt, paruam, & quaſi humo propinquam, ſeu humi repentem: nobis conuenientem ſcilicet, qui humiles ſumus.

TVRNEBVS.

Ex aduerſ. lib. 18. cap. 12. Nihilo ſecius & illud non habet explicationem ſatis apertam libro Carminum ſecundo ſcriptum, *Lætum theatris ter crepuit ſonum*, Sed exiſtimo in plauſu dando veteres ſolitos eſſe ter voce ſignificationes lætas dare, & manuum plauſu, idq; pro multo exiſtimatum eſſe. Hinc illud ſupra à nobis expoſitũ.

Lib. 1. Od. 1. *Certet tergeminis tollere honoribus.* Nam perſpicuè de populi theatrali plauſu accipiendum eſt, vt & illud Maronianũ lib. 2. Georgicon.

-- hinc plauſus hiantem
Per cuneos (geminatus enim plebiſq; patrúmque)
Corripuit. Ex illa ter crepandi plaudendíque conſuetudine eſt à Propertio ſcriptum, *Et manibus fauſtos ter crepuere ſonos.*

Od. 18.

Argumentum.

Se in re tenui, ſua tamen ſorte contentum viuere. at alios nullum ædificandi, nullum quærendi, nullum rapiendi modum facere, nihil de morte cogitanteis.

Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar:
*Non trabes * Hymettiæ*
Premunt columnas vltima reciſas
*Africa: * neque Attali*
Ignotus heres, regiam occupaui:
*Nec * Laconicas mihi*
Trahunt honeſtæ purpuras clientæ.
At fides, & ingeni
** Benigna vena eſt: pauperémq; diues*
*Me petit. * nihil ſuprà*
Deos laceſſo: nec potentem amicum

Largiora

Largiora flagito,
Satis beatus vnicis Sabinis.
Truditur dies die:
Nouæq́; pergunt interire Lunæ.
Tu ſecanda marmora
*Locas * ſub ipſum funus: & ſepulcri*
Immemor ſtruis domos:
Mariſque Baijs obſtrepentis vrges
*Summouere * littora,*
Parum locuples continente ripa.
Quid, quòd vſque proximos
Reuellis agri terminos? & vltra
Limites clientium
Salis auarus? pellitur paternos
*In ſinu ferens * deos*
Et vxor, & vir, ſordidóſque natos.
** Nulla certior tamen*
Rapacis Orci fine deſtinata,
Aula diuitem manet
Herum. quid vltrà tendis? æqua tellus
Pauperi recluditur,
Regúmque pueris: nec ſatelles Orci
Callidum Promethea
Reuexit auro captus. hic ſuperbum
Tantalum, atque Tantali
*Genus coërcet. hic * leuare functum*
Pauperem laboribus,
Vocatus. atque non vocatus audit.

Renidet] quandam hilaritatem præ ſe fert, vt ſuprà. Od. 5. *Vt pura nocturno renidet Luna mari.* & epod. Od. 2. *circum renidentes Lares.* & lib. 3. Od. 6. *& adiecisse prædam Torquibus exiguis renidet,* id eſt, lætatur, gloriatur. Catullus transfert ad animata, atque adeò ad homines. *Egnatius quòd candidos habet dentes, Renidet vſquequaque.* Id eſt, ridet. quemadmodum & ridere transfertur ad inanima. idem Catull. de nuptiis Pelei. *Queis permulſa domus iucundo riſit odore.* ſic Lucret. lib. 1. *tibi rident æquora ponti.* & lib. 4. *Unguenta, & pulchra in pedibus Sicyonia rident.* Idem ad idem ſignificandum vtitur verbo renidendi. lib. 2. *Nec domus argento fulget, auróque renidet.* & Virg. Georg. 2. *ac late fluctuat omnis Ære renidenti tellus.* Horat. lib. 4. Od. 11. *Ridet argento domus.* & Od. 4. *& pulcher fugatis Ille dies Latio tenebris: Qui primus alma riſit adorea.* Talis eſt vſus apud Græcos verbi γελᾶν. Heſio. Theog. γελᾷ δέ τε δώματα πατρὸς Ζηνὸς ἐριγδούποιο, θεῶν ὀπὶ λειριοέσσῃ σκιδναμένῃ. id eſt,

A Rident autem domus patris Iouis grauiter crepantis, deorum voce candida diffuſa. Theognis, ἐγέλασσε δὲ γαῖα πελώρη, id eſt, riſit autem ingens terra. Virgil. in Melibœo, *omnia nunc rident.*

Lacvnar.] laquear. vtitur M. Tull. Tuſc. 5. *in hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari, ſeta equina appenſum demitti iuſſit.* Virgil. lib. 8. Æneid. *Erigitur, ſummique ferit laquearia tecti.* ad quẽ locum Seruius hunc locum profert.

Non trabes Hymettiæ premvnt.] id eſt, non trabes ex monte Hymetto petitæ, columnis è lapide Numidico ab vltima Africa deuectis innituntur. trabes autem Hymettias vel ligneas intellige, puta abiegnas: vel marmoreas, vt alij volunt, quod ego magis B probo. Plinius quidem lib. 36. cap. 3. columnas Hymettias marmoreas commemorat: ne cui fortè hoc mirum, aut incredibile videatur. quod cum apud me Turnebus collega meus vir doctiſſimus legiſſet, retulit in Aduerſaria ſua, &c, vt aliquid amplius dixiſſe videretur, locum Plinij commemorauit, quem ſatis habui lectori indicare.

Nec Attali ign. her.] ſignificat, ſe neque vi, neque blanditiis, neque aliis malis artibus, ac rationibus cuiuſquam diuitis hereditatem expugnaſſe, quemadmodum populus Rom. Attali regis Pergami hereditatem ſibi vendicauit, vt ſcribit Iul. Florus lib. 58. & ſimul auaritiã populi Rom. obſcurè notat, qui reges non ſolùm armis & ferro, & aperto Marte, verùm etiã ſimu- C latione iuris, & fraude, regnis auitis euerterit, ac ſpoliarit. non diſſimile eſt, quod ait M. Tull. de regno Alexandrino in orat. Agrar. contra Rull. quæ verba libet hoc loco aſcribere, vt quiuis ex iis intelligat, multa regna non teſtamenti, aut victoriæ iure ad populum Rom. veniſſe, ſed populum Rom. quo iure, qua iniuria omnium regum, ac liberorum populorũ bona appetiuiſſe, & conciliaſſe. ſic igitur M. Tull. *Quis enim veſtrûm hoc ignorat, dici illud regnum teſtamento regis Alexandrini populi Rom. eſſe factum? hic ego conſul populi Rom. non modò nihil iudicio, ſed ne quid ſentiam quidem, profero. Magna enim mihi res non modò ad ſtatuendum, ſed etiam ad dicendum videtur eſſe. Video, qui teſtamentum factũ, eſſe confirmet: auctoritatem ſenatus extare hereditatis a-* D *ditæ ſentio, tum, quando Alexandro mortuo legatos Tyrum miſimus, qui ab illo pecuniam depoſitam noſtris recuperarent, &c.* mox ſequitur: *Dicitur contrà, nullum eſſe teſtamentum: non oportere populum Romanum omnium regnorum appetentem videri: demigraturos in illa loca noſtros homines propter agrorum bonitatem, & omnium rerum copiam.*

Nec Laconicas mihi] ſic habent omnes noſtri libri vet. nullus, *Laconias.*

Trahvnt.] nent. ex quo per tranſlationem *tracta oratio* appellatur, id eſt, non vehemens, non contorta, non interrupta, neque conciſa: ſed fluens, & continens, & fuſa. Cic. de Orat. 2. *verborum autem ratio, & genus orationis fuſum, & cum lenitate quadam æquabili profluens.* Idem in perfect. orat. *ſed in his tracta quadam, & fluens expetitur, non*

hac contorta, & acris oratio. & tractus verborum apud eundem lib. 2. de orat. ad Qu. Fratrem, *qui timor? quæ dubitatio, tractúsque verborum?* ſententia autem huius loci hæc eſt meorum clientium vxores lanas mihi non carpunt, neque nent, ex quibus mihi conficiantur togæ prætextæ cùm obtinuerim magiſtratum.

CLIENTÆ] ita admonet eſſe legendum Cariſius lib. 1. his verbis. *Cliens communis eſt. Inuenimus tamen & clientam apud Afranium in Pompa. interim tua clienta: & apud Horatium, Nec Laconicas mihi Trahunt honeſtæ purpuras clientæ.* Atque hæc ſunt annotata à M. Antonio Mureto. Verũ quod ad hanc ſcripturam attinet, eam in vno dumtaxat libro vetere reperi, eóque Vaticano: quem tamen corruperat neſcio quis imperitus litteratum, adiecta s. Plautus quoque vtitur hoc nomine in Rudente, *Bene factum, & volupe eſt mihi, hodie his mulierculis Tetuliſſe auxilium: iam clientas reperi.* & in Mil. glor. *habeo eccillam clientam meam.* Denique ita legit Porphir. ſiue quis alius Pſeudoporph.

BENIGNA] larga, affluens, abundans. vide quæ diximus ad Odam 17. lib. 1.

VENA] epiſt. de arte poët. *ego nec ſtudium ſine diuite vena, Nec rude quid proſit video, ingenium.*

NIHIL SVPRÀ DEOS LACESSO.] non fatigo deos precibus, vt plura donent. ſic enim ſuprà locutus eſt. Od. 2. lib. 1. *prece qua fatigent, &c.*

NEC POTENTEM AMIC.] potentẽ amicum τὸν ὑπερέχοντα φίλον appellat. ſic autem licet eos hodie appellare, qui coluntur à tenuioribus ſpe vtilitatis alicuius: non autem dominos, cùm his temporibus ſeruorum vſus ſublatus ſit. ſic idem epiſtola ad Lollium 2. lib. 1. *Tu cede potentis amici Lenibus imperiis.* idem appellatur rex, & ab ipſo Horat. & à Plauto, nempe qui alit inferiorẽ fortaſſe autem Mæcenatem ſignificat.

SATIS BEATVS] agro Sabino contentus, & ita beatus.

TRVDITVR DIES DIE] id eſt, diem dies excipit: diem heſternum hodiernus expulit, hodiernum viciſſim craſtinus exturbabit. ſignificat vitæ noſtrę curriculum eſſe breuiſſimum, & temporis curſum celerrimum.

NOVÆQVE PERGVNT INTERIRE LVNÆ] nouæ Lunæ primùm complentur: deinde decreſcunt, atque intereunt, & rurſus oriuntur nouæ menſtruo ſpatio confecto, vt Ode 7. lib. 4. *Damna tamen celeres reparant cæleſtia lunæ.*

TV SECANDA MARMORA LOCAS] id eſt, tu conducis operas mercenariorum hominum, qui tibi marmora cædant ad ædificandum: vel cum redemtore aliquo paciſceris certa mercede, qui ſecanda curet ſuo periculo. ſic loquuntur Latini: *loco opus faciendum*, id eſt, conduco eius operas, qui faciat opus: vel redemtori negotium do operis faciendi.

SVB IPSVM FVNVS] paulò antè funus: vt ſup. Od. 9. lib. 1. *Lenéſque ſub noctem ſuſurri.*

A ET SEPVLCRI IMM.] id eſt, & oblitus breui eſſe moriendum, & ita cogitandum eſſe dẽ ſepulcro extruẽdo, ædificas domos, quaſi immortalis futurus.

BAIIS OBSTREPENTIS] ſic Ode 14. lib. 4. *qui remotis Obſtrepit Oceanus Britannis.*

VRGES SVMMOVERE] id eſt, in eo occupatus es, eique operi inſtas, in eam curam totus incumbis, vt ſummoueas maris litora quia iactis vltra littus in mare molibus, ædificas. Varius eſt autem verbi *vrgeo* vſus apud hunc poëtam. Od. 6. lib. 1. *Quis multa gracilis te, puer, in roſa, Perfuſus liquidis vrget odoribus?* vrget, id eſt, arctè amplectitur Od. 21. eiuſdem, *Quod latus mundi nebula, maliſque*
B *Iupiter vrget*, id eſt, occupat, circumfundit. & Od. 9. huius libri. *Tu ſemper vrges flebilibus modis Myſten ademtum*, id eſt, inſequeris. quod perinde eſt, ac ſi diceret, tu aſſiduè eius mortem luges, ac deploras. & Od. 14. lib. 1. *Ergo Quinctilium perpetuus ſopor Vrget?* id eſt, opprimit, occupat, detinet? aliter Satyr. 3. lib. 2. *pudor, inquit, te malus vrget.* ibid. *& medicum vrget.* & Satyr. 3. lib. 1. *optimus ille eſt, Qui minimis vrgetur.* & epiſt. ad villicum lib. 1. *& tamen vrges Iampridem non tacta ligonibus arua.* & Satyr. 7. lib. 2. *Pars hominum vitiis gaudet conſtanter, & vrget Propoſitum*, id eſt, perſeuerat in ſuſcepto, & propoſito conſilio. & Od. 17. epod. *Vrget diem nox, & dies noctem*, id eſt, ſine vlla intermiſſione excipit, ac ſubſequitur. Germanus Va-
C lens, vt Horatij Flacci, aliorúmque elegantiũ & politorum ſcriptorum, ita & Virgilij ſtudioſiſſimus, indicauit mihi, cùm fortè hunc locum vnà legeremus, etiam apud Virg. huius verbi vſum eſſe varium ac multiplicem. Sic 9. Æneid. *Veſte tegens, tibi quam noctes feſtina, diéſque Vrgebam, & tela curas ſolabar aniles.* Idem 7. *aëriam ſed gurgite ab alto Urgeri volucrum raucarum ad littora nube.* Georg. 1. *námque vrget ab alto Arboribúſque, ſatiſque Notus, pecoríque ſiniſter.* & lib. 4. *Cecropias innatus apes amor vrget habendi.* & 3. *oculos ſtupor vrget inertes.* Æneid. 10. *Olli dura quies oculos & ferreus vrget Somnus.* ibi. *ferro rumpenda per hoſtes Eſt via, quà globus ille virum denſiſſimus vrget.*

PARVM LOCVPL. CONT. RIPA.] terra continente non contentus, in mari ædificas, &
D mari ipſi littus adimis, vt Od. 1. lib. tertio, *Contracta piſces æquora ſentiunt, Iactis in altum molibus.* eandem cupiditatem reprehendit Ode 24. lib. 1. *Cæmentis licet occupes Tyrrhenum omne tuis, & mare Appulicum, &c.*

QVID, QVÒD VSQVE] Quid quòd aſſiduè vicinorum tuorum poſſeſſiones, & agellos reuulſis terminis occupas? [Quòd vetat Phocylides hoc verſu, Ἀγροῦ γείτονέοντος ἀπόσχεο, μηδ' ἄρ' ὑπερβῇς.

ET VLTRA LIM. CLIEN.] cùm eos defendere, ac tueri debeas. lege annot. ad illum locum, *poſtico falle clientem*, epiſt. ad Torquatum. *Si potes archaicis.* lib. 1. epiſt.

PELLITVR PATERNOS] Sic Salluſt. bello Iugurt. *Interea parentes, aut parui liberi militũ*

vt,

vt quiſque potentiori affinis erat, ſedibus pellebantur. A

R. O. F. D. A. D. MANET] diuiti imminet, parata eſt. lege annot. ad Od. 28. lib. 1. licet (inquit Horat.) in mari, & in alieno ſolo, iuſtis, & veris dominis eiectis, atque exturbatis, ædifices: nulla tibi tamen certior domus parata, ac reſeruata eſt, quàm inferorum ſedes. per verba illa *fine Orci deſtinata*, intelligo domicilium vltimum diuiti paratum. finem vſurpauit in genere fœminеo, vt Od. 17. epod. *Quæ finis, aut quod me manet ſtipendium?* Sed lectorem celare non debeo, Seruium ad illum locum Virg. Æn. 6. *Sedibus hunc refer antè ſuis*, videri legiſſe hoc loco *ſede deſtinata*, non, vt habent omnes libri, *fine*. ſic enim ille: aut dicit, refer hunc naturalibus ſedibus terræ. Nam in aqua perierat. verum tamen illud eſt, vt intelligamus, eam dicere, Sepeli eum. Nam ſepulcrũ ſedes vocatur. Horat. *Nulla certior tamen Rapacis Orci ſede deſtinata Aula diuitem manet Herum.* Iam Orcum, rapacem appellat vel quia Proſerpinam rapuit, vel quia mortaleis omneis rapit. Nam *metit Orcus Grandia cum paruis non exorabilis auro*, vt eſt in epiſt. 2. lib. 2. in extr. B

ÆQVA TELLVS PAVPERI] ſic ſup. Od. 27. lib. 1. *Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas, &c.*

REGÚMQVE PVERIS] id eſt, & regum filiis: vt Od. 12. libro primo *Dicam & Alciden, puerósque Ledæ*: & eiuſd. Od. 19. *Thebanaq́ iubet me Semeles puer.* [Sed non celabo lectorem, meminiſſe me, in duobus codic. Vatic. & in Faërn. ſcriptũ videre, *Regúmque natis.* quomodo & poſtea ſcriptum reperi in vno Nicotiano, Cleric. Ruſſardino, meo.] C

SATELLES ORCI] Charon, Orci miniſter epiſt. 1. lib. 1. *Virtutis vera cuſtos, rigidúsque ſatelles.* Alij tamen Cerberum ſignificari volunt: à quibus diſſentio, adiuuat me verbũ *reuexit.* quod ſtatim ſequitur, quamquam (ne quid diſſimulé) in quibuſdam libris veteribus ſcriptum reperi *Reuinxit.*

CALLIDVM PROMETHEA] Heſiodi epitheta expreſſit ποικίλον, id eſt, varium, ποικιλομήτην, & mox ποικιλόβουλον: id eſt, varia conſilia capientem, & variè conſultantem, ſeu varium in conſultando.] Fertur Prometheus, vir prudentiſſimus, & conſultiſſimus fuiſſe. Quapropter etiam dictus eſt ἀπὸ τῆς προμηθείας, id eſt, à prouidentia, vel ἀπὸ τοῦ προμαθεῖν, à prædiſcendo, ſeu præintelligendo, vt notauimus ad Od. 16. lib. 1. Idem primus aſtrologiam Aſſyriis indicauit: quam reſides in monte altiſſimo, Caucaſo, magno ſtudio, magnáque cura, & ſollicitudine deprehendit. deprehendit & fulminum rationem, hominibúsque aperuit. vnde ignem cæleſtem furatus eſſe dicitur. de eodem plura ad Od. 3. lib. 1.] D

AVRO CAPTVS.] nec orcus ipſe auro capitur: vt epiſt. ad Iul. Flor. lib. 2. *ſi metit Orcus Grãdia cũ paruis non exorabilis auro?* vide annot. ad Od. 14. huius lib. *Non ſi trecenis, quotquot eunt dies, &c.*

TANTALVM] Vlyſſ. ὀδυσσ. λ. narrat Alcinoo ſe Tantalum vidiſſe apud inferos iis pœnis affectum, quibus omneis auaros plecti ſcribit Horat. Sat. 1. videto quæ annotauimus ad illum locum.

TANTALI GENVS] Pelopem, Atreum, Agamemnonem, Oreſtem.

HIC LEVARE FVNCTVM, &c.] *audit leuare*, id eſt, audit, vt leuet. Siue mortem optet, ſiue extimeſcat, & horreat pauper aliquis, & calamitoſus, continuò aderit illa, vt eum calamitate leuet, ac liberet. *omnium enim rerum mors eſt extremum*, vt ait M. Tull. epiſt. ad Toranium. lib. 6. Et Demoſth. orat. περὶ στεφάνου, πέρας ἅπασιν ἀνθρώποις τοῦ βίου θάνατος, id eſt, extremum omnibus hominibus eſt mors. quem locum mox integrum afferemus. & M. Tull. Catil. 4. *mors eſt aut neceſſitas naturæ, aut miſeriarum quies.* Et Euri. τὸ γὰρ θανεῖν, κακῶν μέγιστον φάρμακον νομίζεται. id eſt, mori enim maximum malorum medicamentum exiſtimatur.

VOCATVS, ATQVE NON VOC.] natum ex Apollinis oraculo Lacedæmoniis redditum. καλούμενός τε, καὶ ἄκλητος θεὸς παρέσται: id eſt, vocatus, & non vocatus, Deus aderit.

TVRNEBVS.

EX aduerſ. lib. 10. cap. 22. *Non trabes Hymettiæ Premunt columnas*, Trabes hic non è materia, ſed marmore ſunt, imponebantúrque columnis. Id eo dico, quòd mirum videri quibuſdam intelligo è lapide trabes fieri, Plinij tamen id confirmabimus auctoritate qui libro 36. cap. 8. ita ſcribit, circa *Syenem vero Thebaidis Syenites, quem ante pyrrho pœcilon vocabant, trabes ex eo fecere reges quodã certamine obeliſcos vocantes.*

Ex lib. 22. cap. 13. Attalicas conditiones vocat Od. 1. lib. 1. regnum Aſiæ opulentiſſimæ, & quæ ſequuntur eo loco. Attalicas autem conditiones, ingentes & opulentiſſimas intelligit, ob Aſiæ opes, vt alio loco,

--nec Attali
Ignotus hæres regiam occupaui.

IN BACCHVM.

Od. 19.

ARGVMENTVM.

Sibi licere Bacchi laudes, vt eius numinis pleno & concitato pectore, canere.

BAcchum in remotis carmina rupibus
Vidi docentem: credite poſteri:
Nymphásque diſcenteis, & aureis

Capripedum Satyrorum acutas.
Euœ, recenti mens trepidat metu:
*Plenóque Bacchi pectore * turbidum*
Lætatur. euœ, parce Liber,
Parce graui metuende thyrſo.
Fas peruicaceis eſt mihi thyadas,
Viníque fontem, lactis & vberes
Cantare riuos: atque truncis
*Lapſa cauis * iterare mella.*
*Fas & beatæ * coniugis additum*
*Stellis * honorem, tectáque Penthei*
Diſiecta non leui ruina,
Thracis & exitium Lycurgi.
Tu flectis amneis, tu mare barbarum:
*Tu ſeparatis * vuidus in iugis*
*Nodo * coërces vipereno*
Biſtonidum ſine fraude crineis:
Tu, cùm parentis regna per arduum
Cohors gigantum ſcanderet impia,
Rhœcum retorſiſti leonis
Vnguibus, horribilíque mala:
Quamquam choreis aptior, & iocis,
Ludóque dictus, non ſat idoneus
Pugnæ ferebaris: ſed idem
Pacis eras, mediúſque belli.
*Te vidit * inſons Cerberus aureo*
Cornu decôrum, leniter atterens
Caudam, & recedentis, trilingui
Ore pedes, tetigítque crura.

BACCH. IN REM. CARM.] poëtæ, vates, ebrij, amantes, & ſimiles multa ſibi videre vidẽtur, quæ reuera nõ vident. Sic igitur Horat. Bacchum carminum doctorẽ, & Satyros cum Nymphis auditores & diſcipulos vidit.

CREDITE POSTERI] *credat Iudæus Apella, Non ego.*

CAPRIPEDVM SATYR.] lubet ad hunc locum ea aſcribere, quæ Pauſanias in Atticis narrat ſe à quodam Euphemo Care de Satyris accepiſſe. Dicebat igitur Euphemus (inquit Pauſanias (cùm in Italiam nauigaret, ſe vi ventorum, & tempeſtate abreptum, à recto curſu longè admodum aberraſſe, atque in mare peregrinum, & inauditum, in quo denique nauigari non ſolet, delatum eſſe: in eo mari inſulas eſſe multas deſertas atque incultas, in quibus habitarẽt tamen homines feri, & agreſtes, & rufi: quibus caudæ non multo caudis equinis minores ad coxas vſq; propendêrent: inſulas autem illas appellari Satyridas. Hæc Pauſanias. reliqua de Satyrorum profuſa libidine, turpiſſimáque contumelia, & petulantia in mulierem illam barbaram illis traditam ac permiſſam, pudore reuocatus non perſequar. Nonnulli ſcriptores, Satyros dicunt eſſe tanquam Silenos & Panas, eóſque ad libidinem & rem Veneream admodum propenſos eſſe: ſatyróſque ἀπὸ τῆς σάθης eſſe appellatos, quæ vel eſt inflammata rei venereæ cupiditas, vel πόσθη, id eſt, τοῦ ἄρρενος μορίου: membrum virile. Battus quidem ille apud Theocritum εἰδ. δ'. captarium quendam libidinoſiorem, dicit genere & cognatione cum Satyris, aut Panibus eſſe coniũctum, atque etiam cum illis libidine certare poſſe. Εἴη ὦ 'νθρωπε φιλοῖφα· τό τοι γένος ἢ Σατυρίσκοις ἐγγύθεν, ἢ Πάνεσσι κακοκνάμοισιν ἐρίσδει. Capripedes autem etiã Lucretius appellat. lib. 4. *Hæc loca capripedes Satyros, Nympháſque tenere Finitimi fingunt.* vtérque expreſſit epithetum Græcum αἰγίποδες, ſeu τραγόποδες, τραγοσκελεῖς: quanquam hoc poſtremũ, non capripedes, ſed capricruros ſignificat.

ACVTAS] attentas, ad audiendum erectas. hîc Satyri, Bacchi ſunt auditores: Bacchus doctor: aliàs iiſdem auditoribus Silenus doctor: vt apud Virgil. in Sileno. vel dic propriè acutas ὀξείας. Nam Satyri ὀξεῖς τὰ ὦτα etiam à Luciano dicuntur.

EVOE] Εὐοῖ vox eſt Bacchantium mulierum. Pauſan. in Meſſen. ſcribit, montem quendã Ithoniæ vrbi vicinum Euan appellatum ab ea voce Bacchica, quam Bacchus ipſe, & mulieres cum eo Bacchantes illo primùm loco ediderunt.

TREPIDAT] tremit, conturbata eſt.

PLENÓQVE BACCHI PECT.] concitato, commoto. Od. 15. lib. 3. *Pulſo thyas vti concita tympano.*

TVRBIDVM LÆTATVR] lætitia afficitur turbida, miniméque liquida. huic ſimilia multa loquendi genera collegimus ſuprà ad Od. 22. lib. 1.

PARCE GRAVI MET. TH.] metuẽdus eſt Bacchus, quia offenſus, furore mentes concitat ac perturbat: placatus autem, lætitia, & voluptate afficit. notat Seruius ad illum Virg. locum. Æn. 1. *Adſit lætitiæ Bacchus dator.*

THVRSO] à thyrſo, quæ erat virga, ſeu haſta Bacchica, thyrſigeri dicti: ναρθηκοφόρους appellant Græci. thyrſos *pampineas haſtas* vocat Virgil. Æneid. 7.

FAS PERVICACEIS] fas eſt, δυνατόν ἐστι, vt Ode xi. lib. 1. Vult autem, ex eo, quòd poſſit Bacchi Thiadas, & myſteria cantare, ſe poëtam Deo dignum exiſtimari: & ita ſentit Porphyr. alij (quos non refello) *fas eſt*, hoc loco, valere volunt idem, quod, *licet*.

PERVICACEIS] proteruas, pertinaceis, impudenteis. Nonius nomen *peruicax* ait eſſe laudi, pertinax *probro*. lib. 3. Od. 3. Muſam ſuam *peruicacem*

cucem nominat. Deſine peruicax Referre ſermones Deorum. A

ITERARE] iterum atque iterum cantare, vt ſuprà dixi annot. ad Od. 7. lib. 1.

VINIQVE FONTEM, LACT. ET] videtur planè Horatius, cum hæc de fontibus vini, lactis, mellis ſcriberet, locum illum Euripid. in Bacch. habuiſſe ſibi ante oculos propoſitum, vbi Baccharum alia ſaxum thyrſo pulſante fons aquæ proſilit, alia in terram thyrſum deijciente, fons vini promanat: aliæ lactis cupidæ ſummis digitis terram ſcindentes, lactis copiam habebant: ex thyrſis autem ederaceis mellis riui fluebant. Sic Euripid. Θύρσον δέ τις λαβοῦσ' ἔπαισεν εἰς πέτραν, Ὅθεν δροσώδης ὕδατος ἐκπηδᾷ νοτίς· Ἄλλη δὲ νάρθηκ' ἐς πέδον καθῆκε γῆς· Καὶ τῇδε κρήνην ἐξανῆκ' οἴνου θεός· Ὅσαις δὲ λευκοῦ πώματος πόθος παρῆν, ἄκροισι δακτύλοισι διαμῶσαι χθόνα, Γάλακτος ἑσμοὺς εἶχον· ἐκ δὲ κισσίνων Θύρσων γλυκεῖαι μέλιτος ἔσταζον ῥοαί. B

BEATÆ CONIVGIS] Ariadnæ, quæ quemadmodum Theſei amore capta, Minotauri fratris interficiendi rationem ac viam ei oſtenderit, ab eóque poſteà Athenas reuertente relicta ſit: quas, & quàm lugubreis querelas effuderit: poſtremò, vt eam ſibi Bacchus vxorem adoptarit, elegantiſſimis verſibus explicat venuſtiſſimus poeta Catullus: quamquam hoc vltimum de Baccho copioſius perſequitur Ouid. metamorpho. 8. & Euſtath. ceterique Homeri interpretes. Heſiodus item eandem fabulam tangit in Theogonia: χρυσοκόμης δὲ Διόνυσος ξανθὴν Ἀριάδνην Κούρην Μίνωος θαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν. Τὴν δέ οἱ ἀθάνατον καὶ ἀγήρω θῆκε Κρονίδης. id eſt, Dionyſius autem aurea coma flauam Ariadnam Minois filiam teneram ſibi ſumſit vxorem. Hanc autem ei immortalem, & ſenectutis expertem fecit Iupiter. Homerus autem ὀδυσ. λ. longè alia narrat de Ariadna: nempe eam à Theſeo quidem eſſe è Creta Athenas auectam: verùm nullum fructum, nullámque voluptatem illum ex eo facto eſſe conſecutum: proptereà quòd eam Diana impietatis apud ſe à Baccho accuſatam, quia in eius templo rem cum Theſeo habuiſſet, interemit. Homeri verſus ſunt hi, καλήν τ' Ἀριάδνην Κούρην Μίνωος ὀλοόφρονος, ἥν ποτε Θησεὺς Ἐκ Κρήτης ἐς γουνὸν Ἀθηνάων ἱεράων Ἦγε μέν, οὐδ' ἀπόνητο, πάρος δέ μιν Ἄρτεμις ἔκτα Δίῃ ἐν ἀμφιρύτῃ Διονύσου μαρτυρίῃσι, &c. C D

ADDITVM STELLIS HON.] coronam, quam Bacchus Ariadnæ à ſe raptæ donauit, quámque poſtea ceteri dij Baccho gratificari cupientes inter ſidera collocarunt. de qua ſic Arat. Αὐτοῦ κἀκεῖνος στέφανος, τὸν ἀγαυὸν ἔθηκε Σῆμ' ἔμεναι Διόνυσος ἀποιχομένης Ἀριάδνης, Νώτῳ ὑποστρέφεται κεκμηότος εἰδώλοιο. id eſt, ibi & illa corona, quem Dionyſus admiratione dignus, ſeu admirandus, ſignum fecit ſui in Ariadnam mortuam amoris, vertitur in tergo laborātis imaginis.

TECTÁQVE PENTH. DIS.] Pauſanias hæc de Pentheo ſcribit in Corinthiacis: illum tum alia in Bacchum auſum eſſe; atque admiſiſſe per contumeliam, tum ad extremum in Cithæronem aſcendiſſe, vt mulieres Bacchanteis, in quibus erant mater, vxor, & ſoror, ſpectaret. ita arbore conſcenſa, quæ ab illis ſcinderentur, proſpexiſſe: illas autem, ſimulatque eum viderunt, Pentheum diſcerpſiſſe, & viuentis adhuc ac ſpirantis membra alia alio diſtraxiſſe. Plautus in Mercat. *Pentheum diripuiſſe aiunt bacchas: nugas maximas Fuiſſe credo, præut, quo pacto ego diuorſus diſtrahor.* lege eadem de re Philoſtratum in Imaginib. & Euripidis Bacchas. & Ouid. Metamorph. 3. Diximus & nonnulla ad Saty. 3. libri ſecundi. Hinc autem Pentheus rex Thebarum, epiſt. ad Quinct. lib. 1. *Vir bonus & ſapiens audebit dicere, Pentheu Rector Thebarum, &c.* dementem appellat Virgil. libr. 4. Æneid. *Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus, Et ſolem geminum, & duplices ſe oſtendere Thebas.*

NON LENI RVINA] ſic legendum; & ita habent aliquot libri manuſcript. non lenis ruina autem intelligenda, aſpera, ſæua, χαλεπή, & ab irato atque adeò iracundo deo illata. quemadmodum ſuprà Od. 37. libr. 1. dementeis ruinas appellauit, quas demens Cleopatra minabatur vrbi. & ibid. pauimentum ſuperbum, pauimentum domini ſuperbi.

THRACIS ET EXIT. LYC.] Homerus ἰλ. ζ. Diomedem facit à Glauco quærentem qui ſit, Deúſne aliquis è cælo delapſus, an mortalis. nolle ſe cum Dijs immortalibus decertare: non enim Lycurgo Dryantis filio ſuam amētiam bene proceſſiſſe, qui cum Dijs contenderit, eorúmque inimicitias ſibi conflauerit, Bacchi nutricibus in fugam verſis, Bacchóque ipſo perterrito, atque in mare compulſo. Lege Homerum & Euſtathium ad eum locum.

EXITIVM] peſſimum exitum. Feſtus. Has ſuæ impietatis pœnas dedit Lycurgus, quòd oculis à Ioue priuatus eſt, atque etiam vita. Homerus ἰλ. eodem lib. Τῷ μὲν ἔπειτ' ὀδύσαντο θεοὶ ῥεῖα ζώοντες· Καί μιν τυφλὸν ἔθηκε Κρόνου πάις, οὐδ' ἄρ' ἔτι δὴν Ἦν, ἐπεὶ ἀθανάτοισιν ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσι: id eſt, ei poſtea irati fuerunt dij facilè, & placidè viuentes: Eúmque cæcum fecit Iupiter Saturni filius, neque ille diu vixit, quoniam dijs omnibus immortalibus inuiſus fuit. alij dicunt ab ipſo Baccho fuiſſe interfectum.

TV FLECTIS AMN.] *tu vertis flumina retro:* vt loquitur Virg. lib. 4. Æneid.

VVIDVS] vino madidus, βεβρεγμένος. Ode 5. lib. 4. *dicimus vuidi, Cum ſol Oceano ſubeſt.*

NODO COËR. VIPER. BISTON.] colligis in nodum, Thraciarum mulierum bacchantium comas, earúmque capitibus ſerpenteis coronarum inſtar imponis.

SINE FRAVDE] id eſt, ſine vllo damno. impunè, ſic carm. ſæcul. *Cum per ardentem ſine fraude Troiam Caſtus Æneas patriæ ſuperſtes Liberum muniuit*

iter. Tit. Liuius lib. 34. *nihil præterea cum conſule pa-* A
ctis, quàm vt ſine fraude Punicum emitteretur præſidium, ad conſulem tranſtulerunt ſigna. Sed quòd ad Baccharum crineis attinet, Euripid. in Bacchis ait Bacchum ipſum ſtatim vt è femore Iouis editus eſt, ſerpentibus fuiſſe coronatum. στεφάνωσέν τε δρακόντων στεφάνοις· ἔνθεν ἄγραν θηροτρόφοι μαινάδες ἀμφιβάλλονται πλοκάμοις. id eſt, Et coronauit eum ſerpentium coronis. hinc agram Mænades ferarum nutrices crinibus ſuis implicant. eſt autem ἄγρα ſerpentis genus: quo nomine Demoſthenem aiunt eſſe appellatum.

Tv, cvm parentis, &c.] Cùm in Phlegra Dij cum Gigantibus ancipiti prœlio diu decertaſſent, aiunt Terram Ioui dixiſſe non aliter Deos Gigantibus ſuperiores futuros, niſi duos B
ſemideos ſibi belli ſocios & adiutores adiungerent. Ita Bacchus & Hercules arceſſiti ſunt: quorum opera & virtute Dij immortales victoria ſunt potiti. De Hercule autem ſuprà Od. 12. *&*
Domitos Herculea manu Telluris iuuenes.

Cohors Gigantvm scand. impia] eò impia, quòd cum dijs pugnarit. ex quo θεομαχεῖν, id eſt, cum Dijs pugnare.

Rhœcvm] de quo Ode 4. lib. 3.

Leonis vng. horr.] aiunt enim Bacchum ſpecie leonis induta, cum Gigantibus decertaſſe, eóſque vnguibus, & dentibus, tanquam leonem, deuiciſſe.

Qvanqvam choreis] Lucianus in eo dialogo, qui inſcribitur προλαλιὰ, ἢ Διόνυσος, ſcribit, Bacchum, bello aduerſus Indos C
ſuſcepto, exercitu iam in Indiam adducto, ab illis initiò contemtum, ac deriſum eſſe, quia totus ille exercitus partim ex mulieribus bacchantibus, partim ex iuuenibus ruſticis, nudis, cordaca ſaltantibus (eſt autem cordax mollis & laſciuæ ſaltationis genus) edera coronatis, furioſis, atque inſanis conſtare videretur: ſed ad extremum illos vim, & potentiam Bacchi ſuo magno malo ſenſiſſe.

Pacis eras, med. qvæ belli] id eſt, vtilis eras ad bellum, & ad pacem: ad vtrúque aptus & paratus eras, ſiue pax colenda, ſiue bellum gerendum eſſet. vel hoc ſignificat, vinum modò homines ad arma, & pugnam excitate: D
modò etiam feros & immiteis animos domare, lenire, & mitigare.

Te vidit insons] ita te vidit, vt tibi nulla ex parte nocuerit ad inferos deſcendenti. [Profert hunc locum Seruius ad illum Virg. Æn. 4. *Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.*]

Cornv decorvm] Baccho cornu tribuunt poëtæ, quòd ij, qui liberaliùs biberint, ad vim & pugnam parati ſint, atque inſtructi: ob eandémque rationem Bacchum tauro, & pardalo ſimilem faciunt, vt ſcribit Athen. libr. 2. his verbis. καὶ ταύρῳ παρεικάζουσι τὸν Διόνυσον, καὶ παρδάλει, διὰ τὸ πρὸς βίαν τρέπεσθαι τοὺς ἐξοινωθέντας· εἰσὶ δ' οἳ καὶ θυμικοὶ γίνονται. τοιοῦτος δ' ὁ ταῦρος Εὐριπίδης, ταῦροι δ' ἰδεῖν ἐκ δ' ἐν κέρας θυμούμενοι, &c. id eſt, Tauro ſimilem faciunt Dionyſum, & pardali, ſeu pardo, propterea quòd qui ſupra modum vinum biberunt, ad vim ſe conferre ſoleant. ſunt & qui iracundiores euadant. talis autem taurus. Euripides, Tauri autem proterui & petulantes, & cornu intentato iracundi. Propert. lib. 3. *Quod ſupereſt vitæ, per te & tua cornua viuam, Virtutiſque tuæ, Bacche, poeta ferar.* Feſtus item ſcribit, cornua, Liberi patris ſimulacro adijci, quòd homines nimio vino truces fiant, vt belluæ. Euripides Bacchis, Bacchum ταυρόκερων θεὸν, id eſt, taurinis cornibus præditum appellat. & Euſtathius ad hunc locum ἰλιάδ. β. ἵνα ξεινάγωμεν ἄρνα, &c. notat, Bacchum cognomento dictum eſſe ταῦρον κερασφόρον, id eſt, taurum cornigerum, quia vino madidi ad arma capienda ſint promti & parati. Idem ad alium locum ἰλ. γ. ſub principium, admonet, Bacchi ſtatuam apud Cyzicenos ſpecie tauri poſitam eſſe, & κερατοφυῆ, id eſt, cornutum fingi, eundémque tauri, vel quòd ebrij ſint pugnaces, & ad pugnandum expediti, vel quòd veteres cornibus pro poculis vti ſolebant. huc pertinet illud, quod eſt Oda 21. lib. 3. *& addis cornua pauperi, Poſt te neque iratos trementi Regum apices, neque militum arma.*

Leniter atterens cavd.] id eſt, adulans. *Adulatio* (inquit Feſtus) *propriè blandimentum canum eſt.* Accius, Prometh. *ſublimè auolans Pennata cauda noſtrum adulat ſanguinem.*

Et recedentis, trilingvi ore pedes] & ore ſuo trilingui tuos pedes, tuáque crura redeuntis ad ſuperos demulſit: quod eſt in cane amoris & gratulationis argumentum: neque hoc niſi dominis, aut certè notis facere ſolet, vt ſcribit Plato politic. lib. 2. & M. Tull. de nat. deorum. li. 2. *canum tam fida cuſtodia, támque amans dominorum adulatio.* Bacchum autem etiam ad inferos deſcendiſſe, vt vxorem Ariadnen reduceret, fabulantur poëtæ. Et Pauſanias in Corinthiac. ſcribit, ſe Alcyoniam paludem vidiſſe, per quam ille deſcendiſſe dicitur: de cuius immenſa altitudine vide apud eundem ibidem.

TVRNEBVS.

Ex aduerſ. lib. 18. cap. 8. Scribit Lucianus, οἱ δὲ σάτυροι, ὀξεῖς τὰ ὦτα, καὶ αὐτοὶ φαλακροί. hoc ſimul atque legi, illico percuſſit animum, illud eſſe quod ab Horatio cantatur

- & aures

Capripedum Satyrorum acutas. Non enim, vt opinor, acutas dicit acutè & attentè audientes, & Bacchi canticis operam dantes, & arrectas: ſed in acumen faſtigiatas atque collectas. Horatius autem Satyris, vt & multi alij caprarum tribuit pedes, quos eſſe Panis potius Lucianus dicit.

Ex lib. 10. cap. 22. Illud porrò, *Pacis eras mediúſque belli*, valet in media verſaberis pace medióque bello, atque eras ad vtrumque tempus accommodatus. Dicitur autem medius belli, vt in ſanctiſſimo Euangelio, μέσος τῆς ὑμῶν ἐστί.

Cæterum

Cæterum cùm ῥοῖκος Græcè vocetur quidam è Gigantium numero, haud dubitanter adfirmauerim eſſe in Horatio Rœcum non Retum legendum.

AD MÆCENATEM.

Od. 20.

ARGVMENTVM.

Famam ſuam æternam fore.

NON vſitata, nec tenui ferar
*Penna * biformis per liquidum æthera*
Vates: neque in terris morabor
Longius: inuidiáque maior
*Vrbeis relinquam. non ego * pauperum*
Sanguis parẽtum, nõ ego quem vocas,
Dilecte Mæcenas, obibo:
Nec Stygia cohibebor vnda.
*Iam iam * reſidunt cruribus aſperæ*
*Pelles: & album mutor in * alitem*
** Supernè: naſcuntúrque leues*
Per digitos, humeróſque plumæ.
Iam Dædaléo ocyor Icaro,
*Viſam * gementis littora Boſpori,*
Syrteiſque Getulas canorus
Ales, Hyperboreóſque campos.
Me Colchus, & qui, diſſimulat metum
Marſæ cohortis, Dacus, & vltimi
Noſcent Geloni. me peritus
Diſcet Iber, Rhodaníque potor.
Abſint inani funere næniæ,
Luctúſque turpes, & querimoniæ.
Compeſce clamorem, ac ſepulcri
Mitte ſuperuacuos honores.

NON. VSITATA] ſignificat Horatius, ſibi ſuos verſus, ſuáque poëmata nomen immortale peperiſſe, ſeſeque exteris, atque adeò barbaris nationibus nobilem & clarum futurum, nomen denique ſuum toto orbe terrarum celebre & glorioſum fore. ſic Theognis ſignificans ſuis verſibus Cyrno nominis immortalitatem eſſe comparatã, dicit ſe taleis ei alas dediſſe, quibus auium in morem ſublimis totum orbem terrarum peragrare, & mare immenſum atque infinitum peruolare poſſit, &c. Σοὶ μὲν ἐγὼ πτερ' ἔδωκα, σὺν οἷς ἐπ' ἀπείρονα πόντον Πωτήσῃ κατὰ γῆν πᾶ-

A σαν ἀειρόμενος Ῥηϊδίως, θοίναις δὲ καὶ εἰλαπίνῃσι παρέσσῃ Ἐν πάσαις, πολλῶν κείμενος ἐν στόμασιν.

id eſt, *Donaui tibi ego pennas, quibus æquora velles,*
Et terras omnes peruolitare queas:
Et cunctis epulis interſis perpete fama
Multorum aſſidue poſitus in ore virûm.

Iam Plato in Phædro ſcribit τὴν τοῦ πτεροῦ φύσιν κεκοινωνηκέναι μάλιστα τοῦ θεοῦ, id eſt, alæ naturam commune aliquid habere cum Deo.

BIFORMIS] vates lyricus, & ſatyricus. alij quia nuper homo, nunc ales. à quibus diſſentio.

PER LIQVIDVM ÆTH.] Virg. Æneid. 7. *Stridere ingentis ſiquidem trans æthera vecta, &c.*

INVIDIÀQVE MAIOR] ſuperior. ſic Od. 3.
B lib. 4. *Et iam dente minus mordeor inuido.* nam inuidia in eos, qui multo ceteris antecellunt ac præſtant, imbecilla eſt. & intellige tum demum inuidia maiorem futurum, cùm exceſſerit è vita, vt epiſt. ad Aug. lib. 2. *Comperit inuidiam ſupremo fine domari.* quod & Plutarchus præclarè oſtendit libro περὶ φθόνου καὶ μίσους, his verbis, Αἱ δὲ τῶν εὐτυχημάτων ὑπεροχαὶ, καὶ λαμπρότητες πολλάκις τὸν φθόνον κατασβεννύουσιν. οὐδὲ γὰρ εἰκὸς Ἀλεξάνδρῳ τινὰ φθονεῖν, οὐδὲ Κύρῳ κρατήσασι, καὶ γενομένοις κυρίοις ἁπάντων· ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος ὧν ἂν ὑπὲρ κορυφῆς γένηται καταχεόμενος τὸ φῶς, ἢ παντάπασι τὴν σκιὰν ἀνεῖλεν, ἢ μικρὰν ἐποίησεν, οὕτω πολὺ τῶν εὐτυχημάτων ὕψος λαβόντων, καὶ γενομένων κατὰ κεφαλὴν τοῦ φθόνου, συ-
C στέλλεται, καὶ ἀποχωρεῖ καταλαμπόμενος id eſt, rerum ſecundarum præſtantiæ & exſuperantiæ, & fulgores ſæpe inuidiam extinguunt. non eſt enim probabile quemquam Alexandro inuidere, neque Cyro rerum potitis, & omnium nationum dominationem conſecutis. Sed quemadmodum ſol, quorum ſuper verticem verſatur, lumen ſuum iaculans, aut prorſus eis vmbram adimit, aut paruam efficit: ita poſtquàm res ſecundæ ad magnam altitudinem peruenerunt, & aſcenderunt ad inuidiæ verticem, comprimitur & coërcetur illa, & ſommouetur, à ſplendore rerum ſecundarum illuſtrata, quem locum mihi Germ. Valens indicauit.

PAVPERVM SANGVIS] obſcuro loco na-
D tus: libertini hominis filius. contrà Od. 27. lib. 3. *niſi herile mauis Carpere penſum Regius ſanguis.*

DILECTE MÆCENAS] fortaſſe coniunctè hęc ſunt legenda, non, vt alij diſtinguunt, *quem vocas Dilecte.* ſic ſup. Od. 20. lib. 1. *Care Mæcenas eques.* niſi fortè illo loco legendum eſt *Clare Mæcenas.* de vtroque iudicet lector.

OBIBO:] obibo mortem, vel obibo diem meum.

NEC STYG. COHIB. VNDA] De Styge diximus ſup. ad Od. 34. lib. 1.

ALBVM MVTOR IN ALITEM] cycnum, quem ſtatim *canorum* appellabit. Cycni autem in tutela ſunt Apollinis, vt oſtendemus ex Platone ad Od. 3. lib. 4. Et poëtæ, cycni appellantur: vt Od. 2. li. 4. *Multa Dircæum leuat aura cycnum.*

Svpernæ] ἐκ τῶν ἄνω. muror à partibus A ſuperioribus. ſic enim legendum, non *ſuperna*. & ita habent ſine vlla varietate omnes libri manu ſcripti, quibus vſus ſum. neque verò dubium eſt, quin vltima ſyllaba vocis, *ſuperne*, breuis ſir, vt docuimus in ſcholiis Lucretianis.

Læves] non aſperæ vt *galeæque læues*, Od. 2. lib. 1. & *læuia ſaxa* Od. 17. eiuſdem.

Dædalæo] Icaro Dædali filio. De Dædalo & Icaro ſatis multa dicta ſunt ſuprà ad Od. 3. lib. 1.

Ocyor] ſuprà Od. 16. *& agente nymbos Ocyor Euro*. Quidam libri veteres habent, ocyórque, vnde ſuſpicantur quidam legendum eſſe, *Jam Dædaleóque ocyor Icaro*. Ego tamen nihil muto.

Gementis Bospori] gementis, id eſt murmur edentis gemitus ſimile de Boſporo diximus ſup. ad Od. 13.

Syrteísqve getvlas] de Syrtibus diximus ad Od. 22. lib. 1.

Canorvs ales] cycnus. Ode 3. lib. 4. *ò mutis quoque piſcibus Donatura Cycni, ſi libeat, ſonum.*

Hyperb. camp.] campos ſupra Aquilonem & Rhipæos montes, vbi ſol non quotidie, vt nobis, ſed æquinoctio verno exortus, auctumnali óccidit: ideóque ſex menſium, dies: & totidem, nox vna perpetua eſt apud eos. Herodotus lib. 4. videtur negare eſſe Hyperboreos, quia ſi eſſent (inquit) Hyperborei, eſſent & Hypernotei. Poſſidonius ait eſſe, & Alpeis, Italiæ monteis, in- C colere Feſtus Hyperboreos ſupra Aquilonis flatum habitare ſcribit, dictos, quòd humanæ vitæ modum ſuperent, viuendo vltra centeſimum annum. ὑπερβαίνοντες (inquit) ὅρον ſæculi humani.

Gsloni] populi in Scythia Europæa. Ode 4. lib. 3. *Viſam pharetratos Gelonos.*

Iber] Hiſpanus. Virg. Georg. 3. *Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.* Sed cur ab Horatio peritus dicitur? Fortaſſe vſu peritus intelligendus, idque propter longas & aſſiduas nauigationes. his enim multorum morum, multarúmque rerum cognitio comparatur.

Rhodaníqve potor] Gallus, ſeu Celta.

Absint inani fvn. næn.] primùm D vult abeſſe nænias à ſuo funere: deinde funus, id eſt, omnem pompam, & ſumtum funebrem, inanem fore dicit, quia ſcilicet non ſit moriturus, nec ſepulcro poſſit contineri, ſed immortalis ſit futurus, & in cycnum canorum mutandus: qui cantu totum orbem terrarum completurus eſt.

Næniæ] carmina lugubria, vt ſuprà diximus ad Od. 1. huius libri.

Ac sep. Mitte svpervac. hon.] omitte mihi ſepulcrum ſumtuoſum, & magnificum exſtruere. nam ſine ſepulcro ſatis honoratus ſum gloria ingenio parta. Pauſan. Arcad. duo ſepulcra admirabili pulchritudine, & magnificentia commemorat: vnum Mauſoli in vrbe Halicarnaſſo, ſtructura & magnitudine viſendum: alterum mulieris cuiuſdam, Helenæ nomine, Solymis.

Mitte] *mitte*, poſitum pro *omitte*: vt epiſt. B 5. lib. 1. *Mitte leueis ſpes, & certamina diuitiarum*: & epiſt. ad Piſon. extr. *Non miſſura cutem niſi plena cr. ir.* & Virgil. Æn. 1. *mæſtúmque timorem Mittite.* & Terent. Adelph. *Hera, lacrymas mitte.*

Svpervacvos] epiſt. ad Piſon. *Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat.*

TVRNEBVS.

Ex aduerſ. lib. 28. cap. 20. Quod Horatius inquit,

- mundiáque maior

Vrbes relinquam. quo ſe maximum & illuſtriſſimum fore dicit omnique inuidia ſuperiorem, ἀμέγαρτον exponere videtur Heſychius, quòd magnum etiam ſignificat, etſi etiam in alia notione ſcio à Græcis intelligi & accipi.

Ex lib. 10. cap. 22. In hoc cantico, cùm ſe *in album alitem*, id eſt, cygnum mutari dicit, id eo facit conſilio, quòd olores in Apollinis tutela ſint, & de illius canoræ auis modulis poëtæ olores vocari interdum ſoleant: vnde & de Pindaro cecinit.

Multa Dircæum leuat aura cygnum. Reſpexit tamen potiſſimum ad mutationes Pythagoricas à Platone celebratas. Nam eos cenſent, qui numeris delectati poëticis ſunt alterius exordio vitæ in olores mutari. Plato libr. 10. de Republ. ἰδεῖν μὲν γὰρ ψυχὴν ἔφη τὴν ποτὲ ὀρφέως γενομένην κύκνου βίον αἱρουμένην. Apud eundem etiam Thamyræ animus Luſciniæ vitam deligit. Denique perſuaſio erat Pythagoræorum aues canoras incantores & poëtas renaſci: & cantores & poëtas in aues muſicas verti.

CARMINVM LBER TERTIVS.

Od. 1.

ARGVMENTVM.

Non opibus, aut honoribus: ſed animi tranquillitate vitam beatam effici.

ODI profanum vulgus, & arceo.
** Fauete linguis. carmina non prius*
Audita, muſarum ſacerdos,
Virginibus, puerîſque canto.
Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Iouis,
Clari gigantéo triumpho,
*Cuncta * ſupercilio mouentis.*
*Eſt * vt viro vir latius ordinet*
Arbuſta ſulcis: hic generoſior
Deſcendat in campum petitor:
Moribus hic, meliórque fama
Contendat: illi turba clientium
*Sit maior. æqua lege * neceſſitas*
Sortitur inſigneis, & imos:
*Omne capax mouet * vrna nomen.*
Deſtrictus enſis cui ſuper impia
Ceruice pendet, non Siculæ dapes
Dulcem elaborabunt ſaporem:
Non auium, citharæque cantus
Somnum reducent. ſomnus agreſtium
Lenis virorum non humileis domos
Faſtidit, vmbroſamque ripam:
Non zephyris agitata Tempe.
*Deſiderantem * quod ſatis eſt, neque*
Tumultuoſum ſollicitat mare,
A *Nec ſæuus Arcturi cadentis*
Impetus, aut orientis Hædi.
Non verberatæ grandine vineæ,
Fundúſque mendax, arbore nũc aquas
Culpante, nunc torrentia agros
Sidera, nunc hiemes iniquas,
Contracta piſces æquora ſentiunt,
Iactis in altum molibus. huc frequens
Cæmenta dimittit redemtor
B *Cum famulis, dominúſque, terræ*
** Faſtidioſus. ſed timor, & minæ*
** Scandunt eódem, quò dominus: neque*
Decedit ærata triremi: &
Poſt equitem ſedet atra cura.
Quòd ſi dolentem nec Phrygius lapis,
Nec purpurarum ſidere clarior

Digitized by Google

Delenit vſus: nec Falerna
Vitis, Achæmenſiúmque coſtum:
Cur inuidendis poſtibus, & nouo
Sublime ritu moliar atrium?
*Cur valle permutem * Sabina*
Diuitias operoſiores?

ODI PROFANVM VVLGVS] arcebantur non initiati, & profani à ſacris, quos Græci βεβήλους, καὶ ἀμυήτους appellant. Plato θεαιτήτῳ. ἄθρει δὴ περισκοπῶν μή τις τῶν ἀμυήτων ἐπακούῃ· id eſt, contemplare igitur circumſpiciens ne quis profanorum, & non initiatorum
B exaudiat. Theocr. in Amarillide. ζαλωτὸς δὴ φιλαγυάσας Ιασίωνα. Ὃς τόσσων ἐκύρησεν, ὅσ' οὐ πευσεῖσθε βέβαλοι. id eſt, fortunatum Iaſionem exiſtimo, qui ea conſecutus eſt, quæ non audietis vos profani. Res graueis & ſerias, atque è media philoſophia petitas, myſteriorum denique quodammodo ſimileis, non ludicras, neque amatorias cantaturus, homines prauis opinionibus imbutos & corruptos, atque iccircò vtiliſſima ad vitam bene inſtituendam præcepta reſpuenteis, ab his carminibus, tanquam profanos à ſacris & myſterijs, arcet.

FAVETE LINGVIS] εὐφημεῖτε, bona verba dicite: *malè ominatis Parcite verbis*, vt loquitur
C Od. 14. huius lib. Tibull. eleg. 11. lib. 2. *Dicamus bona verba (venit natalis) ad aras. Quiſquis ades, lingua vir, muliérque faue.* Virg. lib. 5. Æn. *Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.* Euripid. Iphigen. στὰς δ' ἐν μέσῳ Ταλθύβιος, ᾧ τόδ' ἦν μέλον εὐφημίαν ἀνεῖπε καὶ σιγὴν στρατῷ. id eſt. Cùm autem in medio ſtetiſſet Talthybius, cui hoc erat curæ, bona verba, & ſilentium exercitui prædicauit. *Fauentia* (inquit Feſtus) *bonam ominationem ſignificant. Nam præcones clamantes populum ſacrificiis fauere iubebant. fauere enim eſt bona fari.* Propert. lib. 3. de pugna nauali Actiaca, *Sacra facit vates, ſint ora fauentia ſacris.* & bene ominari dicuntur, qui bona verba loquuntur. Cic. in Bruto. *Hortenſij vox extincta fato ſuo eſt, noſtra publico. Melius, quæſo ominare, inquit Brutus.* Idem lib. 1. de diuina-
D tione. *hominum voces vocant omina: quæ maiores noſtri, quia valere cenſebant, iccirco omnibus rebus agendis, quod bonum, fauſtum, fortunatúmque eſſet, præfabantur: rebúſque diuinis, quæ publicè fierent, vt fauerent linguis, imperabatur: inque feriis imperandis vt litibus & iurgiis ſe abſtinerent.*

MVSARVM SACERDOS] ego Horat. vates, & qui muſarum ſacra tracto. ſic Virgilius Georgic. 2. *Me verò primùm dulces ante omnia muſæ, Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore, Accipiant, &c.*

VIRGINIB. PVERÍSQVE] vt caſtis, integris, incorruptis, & ab omni flagitij & ſceleris macula puris.

CLARI GIG. TRIVMPHO] de quo He-
A ſiod. in Theogonia. & diximus ſuprà ad Od. 19. lib. 2. & idem Hor. Od. 4. huius lib. *Scimus vt impios Titanas, immanémque turmam Fulmine ſuſtulerit caduco.*

CVNCTA SVPERC. MOV.] Homer. ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. id eſt, dixit, & nigris ſupercilijs annuit Iupiter. ſequitur paullò pòſt. μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον, id eſt, magnum autem commouit Olympum. & Virg. 9. *totum nutu tremefecit Olympum.*

EST VT VIRO VIR] ſic loquuntur Græci: ἔστιν ὡς, vel ἔστιν ὅπως i. fieri, vel euenire poteſt, vt: rurſum, non eſt, vt: οὐκ ἔστιν ὅπως epiſt. ad Iccium lib. 1. *non eſt vt copia maior Ab Ioue donari poſſit tibi.* Oſtendit varia hominum eſſe ingenia
B ac ſtudia. Fieri, inquit, poteſt, vt alius alio plus agri habeat, quod arboribus ordinatim conſerat: alij ſe ad honorum petitionem conferant, atque horum rurſus alius nobilitate fretus petat: alius moribus & bona exiſtimatione ſit ſuperior: alius pluteis habeat clienteis.

IN CAMPVM] Martium, in quo comitia habebantur. verbo autem *deſcendendi* vſus eſt, quia ex vrbe Roma antiqua in campum Martium venienti deſcendendum erat. M. Cœlius epiſt. 4. ad Cicer. libr. 8. *At qua ſpe, quàm certa opinione deſcenderat?*

NECESSITAS] ἀνάγκη, eadem (vt quidam volunt) quæ εἱμαρμένη, id eſt, Parca. vide annot. ad Od. 35. lib. 1. Plutarchus tamen neceſſi-
C tatem diſtinguit à Parca, ſeu fato.

SORTITVR] λαγχάνει, ſorte ducta capit. ex Λάχεσις, quæ temeritate quadam, & ſine delectu homines vita ſpoliat: & qua arbitra, alia alij viuendi & moriendi condicio (quam Horatius ſortem nominare ſolet) contingit.

INSIGNEIS ET IMOS] *Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas, Regumque turreis*: Od. 4. lib. 1. vide plura ad Od. 28. lib. 2. inſigneis autem, id eſt, ἐπισήμους, ἐπιφανεῖς, claros, & nobileis. & in ſummo honoris gradu conſtitutos: ſup. Od. 34. lib. 1. *& inſignem attenuat Deus.*

IMOS] infimos, humileis, obſcuros.

OMNE CAP. MOV. VRNA NOM.] vide, quæ de vrna & ſortibus diximus ſup. ad Od.
D 3. lib. 2.

DESTRICTVS ENSIS CVI] ei, cuius ceruicibus impendet enſis deſtrictus, nullæ quantumuis apparatæ, & opiparæ epulæ, ſuaues, aut gratæ poterunt eſſe. reſpicit autem notiſſimam de Damocle Dionyſij aſſentatore hiſtoriam: *qui cùm in ſermone copias, opes, maieſtatem illius dominatus commemoraret, ac prædicaret, negarétque vnquam quemquam beatiorem fuiſſe: iuſſit eum Dionyſius fortunam experiri ſuam: collocandum curauit hominem in aureo lecto, ſtrato pulcherrimo textili ſtragulo, magnificis operibus picto, abacóſque complureis ornauit argento, auróque cælato. tum ad menſam eximia forma pueros delectos iuſſit conſiſtere. aderant vnguenta, coronæ: incendebantur odores, menſa conquiſitiſſimis epulis extruebantur. fortunatus ſibi Damocles videbatur. In hoc*

medio

Digitized by Google

medio apparatu fulgentem gladium è lacunari ſeta equi-na appenſum demitti iuſſit, vt impenderet illius beati ceruicibus. Ita nec pulchros illos adminiſtratores aſpiciebat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in menſam: iam ipſa defluebant coronæ: denique exorauit tyrannum, vt abire liceret, quod iam beatus nollet eſſe. Hæc ſunt M. Tull. Tuſc. lib. 5. *declarabat autem Dionyſius* (inquit idem Tull.) *nihil eſſe ei beatum, cui ſemper aliquis terror impendeat.*

Sicvlæ dapes] Siculæ dapes, & Syracuſanæ menſæ prouerbij locum obtinent. lege Athen. lib. 12. Plato. lib. 3. de republ. Συρακουσίαν δὲ ὦ φίλε τράπεζαν, καὶ Σικελικὴν ποικιλίαν ὄψων, ὡς ἔοικας, αἰνεῖς. M. Tull. lib. 2. de finib. *ſit voluptas non minor in naſturtio illo, quo veſci Perſas eſſe ſolitos ſcribit Xenophon, quàm in Syracuſanis menſis, quæ à Platone grauiter vituperantur.* Idem lib. 5. Tuſcul. *Quò cùm veniſſem, vita illa beata, quæ ferebatur, plena Italicarum, Syracuſanarúmque menſarum, nullo modo mihi placuit, bis in die ſaturum fieri, &c.*

Dvlcem elab. sap.] id eſt, exquiſitiſſimæ, ſummóque artificio, & ſtudio conditæ, & apparatæ epulæ, ei videbuntur inſuaues, cuius in animo curæ graues, & terrores, & angores, cæteræque animorum peſtes inſideant. *elaborabunt* autem ſcriptum eſt in cod. Don. Faër. Vatic. 2. Torn. non, *elaborarunt*, vt habent vulgati.

Somnvm redvcent] in nonnullis veteribus cod. ſcriptum eſt *reducet*: ſed ſecutus ſum cod. Don. Faër. 2. Vatic. Torn. & vulg.

Somnvs agrest. Lenis] ſomnus lenis non ſpernit humileis agreſtium hominum domos, neque vmbroſam ripam, id eſt, dormiunt plerunque ſuauiùs in ſuis tuguriolis ruſtici, & tenues homines, quàm reges & dynaſtæ in ſuis ædibus ſumtuoſiſſimis, atque inſtructiſſimis.

Fastidit] ſpernit. Semper Horatius hoc verbum cum accuſandi caſu coniungit: quod non item ſolet M. Tull. exempli cauſa, epiſtol. 3. lib. 1. *Faſtidire lacus & riuos auſus apertos.*

Tempe] ſup. Od. 7. lib. 1. *Theſſala Tempe.*

Desider. qvod satis est] qui quantum ſatis eſt, deſiderat, non nauigat, neque ſe maris periculo committit, vt mercibus commutandis rem faciat, atque augeat. ſic Od. 29. huius lib. *Non eſt meum, ſi mugiat Africis Malus procellis, ad miſeras preces Decurrere.* ſic Heſiod. ἔργ. καὶ ἡμ. de ijs, qui iuſtitiam colunt. θάλλουσι δ᾽ ἀγαθοῖσι διαμπερὲς, οὐδ᾽ ἐπὶ νηῶν Νείσσονται. καρπὸν δὲ φέρει ζείδωρος ἄρουρα.

Tvmvltvosvm] quod timorem multum incutit. *Tumultus enim eſt perturbatio tanta, vt maior timor oriatur. vnde etiam nomen ductum eſt, tumultus.* Cic. Philip. 8.

Sollicitat] ſollicitum reddit, & quaſi è ſede mouet.

Nec sævvs arct. cad.] Plaut. in Rudente, *Arcturus ſignum ſum omnium quàm acerrimum: vehemens ſum exoriens cum occido, vehementior.*

Avt orientis hædi] oriuntur hædi ſtatim poſt Capram, ſole Sagittarium permetien-

A te. Virg. Georg. 1. *Præterea tam ſunt Arcturi ſidera nobis, Hædorúmque dies ſeruandi, & lucidus anguis, Quàm quibus in patriam ventoſa per æquora vectis Pontus, & Auſtriferi fauces tentantur Abydi.* ὅταν ἀνατέλλωσιν οἱ ἔριφοι (inquit interpres Theoc.) ἀγριαίνεται ἡ θάλασσα, id eſt, orientibus hædis ſæuit mare.

Non verb. grand.] epiſt. ad Albinouan. lib. 1. *non quia grando Contuderit vites.* χαλαζοκοπίαν nominant Græci.

Fvndvsqve mendax] γῆ ἄπιστος. fundus infidelis. fundus, qui non reſpondet votis, aut exſpectationi agricolæ. epiſt. ad Mæcen. 2. lib. 1. *Spem mentita ſeges.* contrà Od. 16. huius lib. *& ſe-*

B *getis Certa fides mea.* videtur autem hoc loco ſterilitatis agrorum cauſas enumeraſſe, nimiam ſiccitatem, imbreis immoderatos, incendium, hiemis præter modum frigidæ iniuriam: quæ omnia poſuit & Xenocr. in Axiocho his verbis: νυνὶ μὲν αὐχμὸν, νυνὶ δὲ ἐπομβρίας, νυνὶ δὲ ἐπίκαυσιν, νυνὶ δ᾽ ἐρυσίβην, νυνὶ δὲ θάλπος ἄκαιρον, ἢ κρύος. id eſt, nunc enim ſiccitatem, nunc imbreis immoderatos, nunc rubiginem, nunc calorem intempeſtiuum, aut frigus: & Xenoph. in Oeconomico: Ἔτι δὲ τῆς γεωργικῆς τὰ πλεῖστα ἐστὶν ἀνθρώπῳ ἀδύνατα προνοῆσαι. καὶ γὰρ χάλαζαι, καὶ πάχναι ἐνίοτε, καὶ αὐχμοὶ, καὶ ὄμβροι ἐξαίσιοι καὶ ἐρυσίβαι, καὶ ἄλλα πολλάκις τὰ καλῶς ἐγνωσμένα καὶ πεποιημένα, ἀφαιροῦν-

C ται. id eſt, Præterea plurimæ res artis agri colendi, eiuſmodi ſunt, vt eas homo prouidere non poſſit. Nam & grandines, & pruinæ, & ſiccitates, & imbres immoderati, & rubigines, & alia quædam ſæpenumerò, quæ pulchrè ſunt cogitata, prouiſa, & effecta, de manibus eripiunt. & Lucret. lib. 5. *Et tamen interdum magno quæſita labore, Cùm iam per terras frondent, atque omnia florent, Aut nimijs torret feruoribus ætherius ſol: Aut ſubiti perimunt imbres, gelidæquè pruinæ, Flabráque ventorum Violento turbine vexant.*

Nvnc torr. agr. Sid.] ἀστροβολισμὸν, & σφακελισμὸν putabat ſignificari Germanus Valens: id eſt, ſiderationem, quæ tùm euenit, cùm arbores peſtifero aliquo ſidere afflantur,

D atque adeò percutiuntur. ex quo ἀστροβόλητοι, ſeu ἀστρόβλητοι dicuntur. ego putabam vel ἐπίκαυσιν deſcribi, id eſt, incendium, ſeu æſtum immoderatum, ex quo rubigo oritur: vel vredinem. tale ferè illud eſt Oda 16. epod. *nullius aſtri Gregem æſtuoſa torret impotentia.*

Contracta pisces æqvora] poſtea quàm immodicum pecuniæ quærendæ ſtudium reprehendit, atque inſectatus eſt, incipit nunc ſuæ ætatis hominum luxuriam, atque ædificandi inſolentiam exagitare, qui terra continente non contenti in mari ædificant. eleganter autem, & venuſtè piſceis ait ſentire maria fieri contractiora ædificiorum magnitudine, & fundamentorum, quæ in mare iaciuntur, molibus. vide Oden 15. lib. 2. *Iam pauca aratro iugera Regiæ Moles relinquent.*

P

CÆMENTA] cæmenta dicta ſunt à cædendo: A itaque appellantur lapides cæſi. Od. 24. huius libri. *Cæmentis licet occupes Tyrrhenum omne tuis: & mare Apullicum.*

DIMITTIT] ſic habent libri vet. vulg. *Demittit.*

REDEMTOR] redemtores dicuntur, qui opus aliquod faciendum ſuo periculo, certa mercede pacta conduxerunt: ἐργολάβοι dicuntur à Græcis. epiſt. ad Iul. Florum lib. 2. *Feſtinat calidus mulis, Geruliſque redemtor.* Redimere enim interdum idem valet, quod conducere, ex quo redemtor idem, quod couductor.

TERRÆ FASTIUIOSVS.] qui terra ſpreta, in mari ædificat.

NEQVE DECEDIT ÆR. TRIR.] ſic ſup. B Od. 16. libr. 2. *Scandit æratas vitioſa naues Cura.*

POST EQVIT. SEUET ATRA C.] ſimilis ſententia eſt apud Lucr. libt. 2. in princip. *Quòd ſi ridicula hæc, ludibriáque eſſe videmus, &c.*

ATRA CVRA] atra, id eſt, rriſtis. ſic Od. 11. lib. 4. *minuentur atræ Carmine Curæ.*

QVOU SI DOL. NEC PHRY. LAP.] vide quæ annotauimus ad Oden illam 16. lib. 2. ita igitur concludit hunc locum. Si neque ædificia magnifica, neque purpureæ veſtes, neque Falerna vina, neque vuguenta Perſica morbis animi medentur, cur me meæ fortunæ pœniteat, diuitiáſque conſecter, & concupiſcam ampliores? *Delinit* habeut. 2. Vat. cod. & Torn. cougruit cum hoc loco ille, epiſt. ad Loll. 2. lib. 1. *Non domus, aut* C *fundus, non æris aceruus, & auri Ægroto domini deduxit corpore febres, Non animo curas.* per Phrygium autem lapidem columnas Phrygias ſignificat, quibus fulciebantur & ornabantur atria domorum ſumtuoſarum. Tibull. lib. 3. eleg. 3. *Quidve domus prodeſt Phrygijs innixa columnis, Tanare ſive tuis, ſive Cariſte tuis?*

FALERNA VITIS] ſic habent libri Iann. & 2. Vat. quam ſcripturam probo. nam in Vulgatis impreſſum eſt *Falerna Vitis*: quam lectionem qui recipiunt, ſubintelligunt ἀπὸ κοινοῦ *uſus*.

ACHÆMENIÚMQVE COSTVM] Perſicum vngueutum ab Achæmene Perſarum Rege. ſup. Od. 12. lib. 2. & Od. 13. epod. *nardum Achæmenium.* de coſto vide Plin. lib. 12. cap. 12. D

INVIU. POSTIB.] ſumtuoſis, maguo pretio emtis. ſup. Od. 10. lib. 2. *aulam inuidendam* dixit. poſtibus aurem, id eſt, oſtijs, ſeu foribus: vel ſimpliciter trabibus.

CVR VALLE PERM. SABINA] id eſt, cur ſpreto, & teiecto meo fundo Sabino, in quo vallis eſt peramœna, diuitias curarum, & moleſtiarum plenas, & plurimo labore partas, & quæſitas amplectar? de verbo *mutandi* vide annot. ad Od. 16. lib. 1.

DIVITIAS OPEROS.] id eſt, laborioſiores, vel maiores & ampliores, vel in quibus & parandis magno labore, magnáque opera, & cuſtodiendis magna cura opus eſt. Oda 2. lib. 4. *operoſa paruus Carmina fingo.*

TVRNEBVS.

Ex lib. Aduerſ. 22. cap. 7.

ATrum timorem dicit Maro per metalepſim, fœdum, turpem, moleſtum, odioſum. Virg. 9. Æneid. *Immiſitq́; fugam Teneris, atrúmque timorem*, ex eo, vt opinor, quòd atra quæ ſunt, inauſpicata & funeſta & iniucunda erant. Sic Flaccus, lib. 4. Od. 11.

- minuentur atræ
Carmine curæ, inuiſæ, odioſæ moleſtæ.

Poſt equitem ſedet atra cura. i. moleſta. & lib. 2. ſat. 6.

at ſimul atras
Ventum eſt eſquilias. id eſt odioſas mihi, & moleſtas ob negotia. Sic de art. poët.

- atrum
Deſinat in piſcem mulier formoſa supernè, dixit, pro turpi & fœdo.

Ex lib. 29. cap. 29. libt. 1. Od. 12. *Alba ſtella* non alia profectò fuerat quàm candida, fœlix & proſpera. Sunt enim Caſtores propitij & ſalutares nauigantibus, vt deluſa credidit antiquitas, vt atrum contrà, noxium, inauſpicatum, infœlix, malum. vt

Poſt equitem ſedet atra cura.

Od. 2.

ARGVMENTVM.

Pueros ab ineunte ætate aſſuefaciendos eſſe paupertati, tei militari, vitæ laborioſæ.

ANguſtam, amici, pauperiem pati
Robuſtus acri militia puer
Condiſcat: & Parthos feroceis
Vexet eques metuendus haſta:
Vitámque ſub diuo, & trepidis agat
In rebus. illum ex mœnibus hoſticis
Matrona bellantis tyranni
Proſpiciens, & adulta virgo,
**Suſpiret: eheu, ne *rudis agminum*
Sponſus laceſſat regius aſperum
*Tactu *leonem: quem cruenta*
Per medias rapit ira cædeis.
Dulce, & decorum eſt pro patria mori.
**Mors & fugacem perſequitur virum:*
Nec parcit imbellis iuuentæ
Poplitibus, timidóque tergo.

**Virtus*

Virtus repulſæ neſcia ſordidæ
Intaminatis fulget honoribus:
Nec ſumit, aut ponit ſecureis
Arbitrio popularis auræ.
Virtus recludens immeritis mori
Cælum, negata tentat iter via:
Cœtúſque vulgareis, & vdam
Spernit humum fugiente penna.
Eſt & fideli tuta ſilentio
Merces. vetabo, qui Cereris ſacrum
Vulgarit arcanæ, ſub iiſdem
Sit trabidus, fragilémque mecum
Soluat faſelum. ſæpe Dieſpiter
Neglectus, inceſto addidit integrum.
Raró antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.

ANGVSTAM, AMICI, PAVPERIEM] Suadens Horatius vt in exercitatione fortitudinis, & patientiæ pueri verſentur, non temerè paupertatem ſumit, vt vnum è malis humanis, in quo perferendo, & inſignis patientia deſideretur, & animi fortitudo magnopere acuatur. Od. 9. libr. 4. *rectius occupat Nomen beati, qui deorum Muneribus ſapienter vti, Duráque callet pauperiem pati.* M. Tull. in Rullum, veteres quoſdam Romanos cõmemorat non ſolùm populi honoribus, rebúſque geſtis, verùm etiam patientia paupertatis ornatos. Tùm Ariſtoteles lib. 3. de moribus ad Nicomach. τὴν πενίαν, id eſt paupertatem in rebus malis, & formidoloſis numerat: & pater Ennius ita ferebat duo, quæ maxima putantur, onera, vt eis pæne delectari videretur. ſæuam appellat Horat. Od. 12. lib. 1. Duram Od. 9. lib. 4.

ET PARTH. FER.] qui ipſi ſunt equites.

VITÁMQVE SVB DIVO] omnes ferè libri calamo exarati habẽt, *ſub diuo*, quos ſequor, quamquam etiam *ſub dio* ferri poteſt.

ET TREPIDIS AGAT IN REBVS] Ariſt. ἐν τοῖς φοβεροῖς, id eſt, in rebus formidoloſis, & horribilibus. Idem libr. 2. de mor. ad Nicom. äit nos, dum aſſueſcimus res formidoloſas contemnere, eáſque perferre, & perpeti, forteis fieri. ſic locutus eſt T. Liuius lib. 4. *Et ſenatus, vt in trepidis rebus, dictatorem dici Mamercum Æmilium iuſſit.* Idem lib. 34. *orant, ne ſe in rebus tam trepidis deſerat.*

ILLVM EX MOENIBVS HOSTICIS] illum, nempe militem Rom. proſpiciens ex mœnibus hoſtilibus vxor Regis alicuius barbari, cum quo bellum gerat populus Rom. ſuſpiret hoc modo, atque hæc queribunda voce loquatur.

A MATRONA BELL. T.] id eſt, vxor tyranni bellum gerentis. quid interſit inter matronam, & matremfamilias docẽt Feſtus, & Nonius, & Seruius ad illum locum Virg. Æneid. XI. *tum muros varia cinxere corona Matronæ, puerique.*

RVDIS AGMINVM SPONSVS] nõn exercitatus in prœlijs: imperitus rei militaris.

ASPERVM TACTV LEONEM] militem Rom. ſæuum, & formidoloſum in congreſſu, ſeu conflictu. δυσπρόσιτον: tranſlatio eſt.

QVEM CRVENTA PER MED. RAP.] manſit in tranſlatione. leones autem maximè eſſe iracundos teſtatur his grauiſſimis verſibus Lucretius lib. 3. *Sed calidi plus eſt illis, quibus acria corda, Iracundáque mens facilè efferueſcit in ira: Quo genere*
B *in primis mens eſt violenta leonum, Pectora qui fremitu rumpunt plerunque gementes: Nec capere irarum fluctus in pectore poſſunt.*

DVLCE ET DECORVM EST, &c.] hanc ſententiam paullò vberiùs exprimit Pind. ἰσθλ. εἰδ. ἑβδόμῳ. Ἴστω γὰρ σαφὲς, ὅστις ἐν ταύτᾳ νεφέλᾳ χάλαζαν αἵματος πρὸ φίλας πάτρας ἀμύνεται, λοιγὸν ἀμύνων ἐναντίῳ στρατῷ ἀστῶν γενεᾷ μέγιστον κλέος αὔξων, ζώων τε καὶ θανών. ſciat enim, qui in hac nube grandinem ſanguinis pro patria pugnans, & exitium propulſat aduerſario ciuium exercitu, ſe ſuis poſteris, ſuoq; generi maximam gloriam relinquere, & viuentem, & mortuum. Lucianus in encomio patriæ ſcribit hãc in prœliis cohortationem plurimùm
C valere, ſi quis dicat bellum eſſe pro patria ſuſceptum: neminémque eſſe, qui hac voce audita mortem extimeſcat, aut periculum metuat. Efficit enim (inquit) nomen & commemoratio ipſa patriæ, vt qui eſt alioqui timidiſſimus, ignauiſſimúſque natura, fortiſſimus exiſtat. Tyrtæus autem, qui *mares animos* (vt ait Horatius lib. de arte poët.) *Verſibus exacuit*, hanc eadem ſententiam duobus verſiculis ita complexus eſt. Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα Ἄνδρ' ἀγαθὸν, περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον. quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt, Pulchrum eſt virum fortem pro patria pugnantem & cadentem inter eos, qui in primo ordine dimicant mori. Accedat his Homerus εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι
D περὶ πάτρης. id eſt, optimum eſt auſpicium pugnare pro patria. Et M. Tull. offic. 1. *Sed omneis omnium caritates patria vna complexa eſt. pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere?*

MORS ET FVG. PERSEQ.] imò verò ſæpius ſeruantur è prœlio, qui fortiter pugnant, quàm qui in fuga ſpem ſalutis conſtituunt. quod declarat Homer. ἰλ. ε. Αἰδομένων τ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι, ἠὲ πέφανται· Φευγόντων δ' οὔτ' ἂρ κλέος ὄρνυται, οὔτε τις ἀλκή. Hæc igitur huius loci ſententia eſt, Si immortales eſſent futuri, qui pro patria cum vitæ periculo armis decertare nolunt, turpis eſſet quidem illa, ſed eſſet aliqua tamen ignauorum cauſa, ac defenſio, cùm dicerent ſe fugiendo ſaluti conſulere maluiſſe, quàm contrà nitendo, & repugnando occumbe-

re. Nunc autem cùm belli periculo vitato, ſexcẽta nobis alia mortis genera impendeant: longè pulchrius, ac laudabilius eſt pro patria fortiter pugnantem, mortem oppetere, quàm vitam naturæ, aut neceſſitati reſeruate. quod item M. Tull. Philipp. 10. ornatiſſimis verbis perſequitur. *Ita præclara eſt recuperatio libertatis, vt ne mors quidem ſit in repetenda libertate, fugienda. Quòd ſi immortalitas ſequeretur periculi fugam, tamen eo magis ea non fugienda videretur, quod diuturnior eſſet ſeruitus. Cùm verò dies, & noctu omnia nos vndique fata circumſtent, non eſt veſtri, Romanique nominis dubitare eum ſpiritum, quem naturæ quis debeat, patriæ reddere.* in illis autem verbis Ciceronis, *ea non fugienda videretur* (vt dicam ἐν παρόδῳ) ſubaudiendum eſt *mors*. Nam ſi ſine negatione legas, vt in vulgatis, ſubintelligetur *immortalitas*. ſed priorem lectionem magis probo. Sarpedon præterea apud Homerum ἰλιάδ. μ. verbis idem planè ſignificantibus Glaucum ad fortiter pugnandum excitat. Ω πέπον. εἰ μὲν γὰρ πόλεμον περὶ τόνδε φυγόντες Αἰεὶ δὴ μέλλοιμεν ἀγήρω τ', ἀθανάτω τε Ἔσεσθ', οὔτε κεν αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισι μαχοίμην, Οὔτε κέ σε στέλλοιμι μάχην ἐς κυδιάνειραν· Νῦν δ' ἔμπης γὰρ κῆρες ἐφεστᾶσιν θανάτοιο Μυρίαι, ἃς οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν, οὐδ' ὑπαλύξαι. id eſt, *O mollis: ſi ex hoc bello numquam ægra ſenectus Saluos, pallida mors numquam nocte ingegat atra: Non equidem primos inter pugnare cruentus Suſtineam, neque te ad pugnam, aut ad vulnera mittam; At nunc circumſtant nos mille pericula leti, Quæ effugere haud vmquam liceat mortalibus ægris.* Sic & Theopompus, Εἰ μὲν γὰρ ἦν τὸν κίνδυνον τὸν παρόντα διαφυγόντας ἀδεῶς διάγειν τὸν ἐπίλοιπον χρόνον, οὐκ ἂν ἦν θαυμαστὸν φιλοψυχεῖν. νῦν δὲ τοσαῦται κῆρες τῷ βίῳ παραπεφύκασιν, ὥστε τὸν ἐν ταῖς μάχαις θάνατον αἱρετώτερον εἶναι δοκεῖν: id eſt, Nam ſi fas eſſet præſenti periculo declinato, ac vitato, reliquum vitæ tempus ſecurè & ſine metu traducere, non eſſet mirum, ſi quis retinendæ vitæ ſtudio teneretur. Nunc autem tot vitam humanam fata circumuallant, vt mors in prœlio oppetita longè optabilior eſſe videatur. huc eodem pertinet illud Æſchyli. Ἀλλ' οὔτε πολλὰ τραύματ' ἐν ſτέρνοις λαβὼν Θνήσκει τις, εἰ μὴ τέρμα συντρέχοι βίου, Οὔτ' ἐν ſτέγῃ τις ἥμενος παρ' ἑστίᾳ Φεύγει τι μᾶλλον τὸν πεπρωμένον μόρον. id eſt, At neque quiſquam multis in pectore vulneribus acceptis moritur, niſi vitæ terminus adſit: neque domi ſuæ aliquis ſedens ad focum eo magis mortem naturalem, & fato deſtinatam effugit. Demoſthenes item in oratione περὶ ſτεφάνου, quam dudum Latinam fecimus, propè diem edemus, eandem ferè ſententiam ponit: πέρας μὲν γάρ ἐστιν ἅπασιν ἀνθρώποις τοῦ βίου θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὑτὸν καθείρξας τηρῇ· δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, φέρειν δ' ὅ, τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ, γενναίως. id eſt, omnium, inquit, hominum vitæ mors eſt extremum, etiam ſi quis ſe

A domi ſuæ incluſum contineat, omnéque belli periculum fugiat, ac declinet: ſed oportet viros forteis ſemper egregia, & præclara facinora conari bona ſpe fretos in poſterum: quicquid autem Deorum voluntate euenerit, generoſo, fortique animo ferre. [Lyſias ἐπιταφίῳ τοῖς τῶν Κορινθίων βοηθοῖς in extrem. Εἰ μὲν γὰρ οἷόν τε ἦν τοῖς τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ κινδύνους διαφυγοῦσιν ἀθανάτους εἶναι τὸν λοιπὸν χρόνον, ἄξιον τοῖς ζῶσι τὸν ἅπαντα χρόνον πενθεῖν τοὺς τεθνεῶτας· νῦν δὲ ἥ τε φύσις, καὶ νόσων ἥττων καὶ γήρως, ὅ τε δαίμων ὁ τὴν ἡμετέραν μοῖραν εἰληχὼς, ἀπαραίτητος.] Accedat ad ſuperiores illos oratores, & poëtas, lyricorum princeps Pindarus, cuius ſunt hæc εἰδ. α. ὀλυμπ. θανεῖν δ' οἷσιν ἀνάγκα, τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ καθήμενος ἕψοι μάταν, ἁπάντων καλῶν ἄμμορος; id

B eſt, cùm ſit omnibus mortalibus neceſſe mori, quid eſt, quòd quiſquam in tenebris reſidens ſenectutem ignobilem, & ingloriam fruſtrà producat, omnium rerum honeſtatum ac præclararum expers? Sed videtur Horatius Simonidis verſum ad verbum ferè expreſſiſſe ὁ δ' αὖ θάνατος ἔφικε καὶ τὸν φυγόμαχον. quem M. Ant. Muretus annotauit. in cod. Iann. & 2. Vatic. *proſequitur virum*, ſcriptum eſt.

IMBELLIS IVVENTÆ] ἀπτολέμου.

POPLITIBVS] per poplites iuuentæ imbellis, ſignificat iuuenes ignauos atq; ad fugiendum, quàm ad pugnandum, expeditiores. poplites

C enim cernuntur eorum, qui fugiunt, quemadmodum & terga. hoc intereſt, quòd ignauorum fugientium terga plerumque inhoneſtis vulneribus locum præbent: poplites celeriter explicati, ſalutem expediunt.

TIMIDÓQVE TERGO] homines ignaui, ac timidi, cùm fugere, quàm pugnare malint, ſi fortè vulnus accipiant, à tergo vulnerantur: Contrà fortes, aduerſo pectore. Catullus Carm. de Pelei nupt. Parcas canenteis, & Peleo, ac Thetidi prædicenteis facit, Achillem eis naſciturum *Hoſtibus haud tergo, ſed forti pectore notum.* Ita M. Antonius orator (vt ſcribit M. Tull. lib. 2. de orat. ad Qu. Fratr. & act. 5. in Verr. de ſupplicijs) M'. Aquilium multis auaritiæ crimini-

D bus, teſtimoniiſque conuictum, cauſa propè perorata, ipſe arripuit, conſtituitque in conſpectu omnium, tunicamque eius à pectore abſcidit, vt cicatrices populus Rom. iudicéſque aſpicerent aduerſo corpore acceptas. in cod. Rainutij Farneſ. Card. & in vno Vat. & Torn. ſcriptum eſt, *timidóve tergo.*

VIRTVS REPVLSÆ NESC.] cur repulſæ neſcia? quia virtute præſtantes viri à populo, aut à regibus honores non petunt, neque ſe ei periculo committunt, vt repulſam ferre poſſint: ſed honore proprio, ſolido, fixo, ac ſtabili contenti ſunt, qui virtuti debetur, atque adeò defertur, etiam ſi eam Reges, & populi inornatam atque inhonoratam iacere patiantur. huic loco

ſimilis

ſimilis ille eſt Ode 2. libr. 2 *Redditum Cyri ſolio* A *Phraaten Diſſidens plebi, numero beatorum Eximit virtus, populúmque falſis Dedocet vti Vocibus, regnum, & diadema tutum Deferens vni, propriámque laurum, Quiſquis, &c.* Itaque vir bonus & ſapiens non eſt conſul *vnius anni, Sed quoties bonus atque fidus iudex honeſtum prætulit vtili, &c.* quæ ſunt Od. 9. lib. 4.

Intaminatis] puris, liquidis, non contaminatis. Sic autem habent omnes libri veteres, & quos in Italia vidi, & quos hîc in Gallia Cleric. Nicot. Ruſſat. ceteri præter vnum: quod ideircò admonui, nequis hîc legendum pertinaciter contendat, fretus ſola auctoritate codicum antiquorum, *incontaminatis*, vt ſyllaba prima huius nominis pertineat ad verſus ſuperioris ſylla- B bam vltimam, quale eſt illud *uXorius amnis* Od. 2. lib. 1. quam ſcripturam tamen non improbo, neque damno, ſi doctis probatur. quin receptæ antepono.

Nec ponit, avt svmit] id eſt, nec deponit, aut capit honores arbitrio popularis leuitatis: & meritò. Nam qui virtuti debentur honores, debent eſſe certi, proprij, & ſtabiles. at honores à populo delati, incerti, breues, & fluxi ſunt, & ab eodem, qui dedit, eripi poſſunt: vt epiſt. ad Quint. lib. 1. *Qui dedit hoc hodie, cras, ſi volet, auferet: vt ſi Detulerit faſces indigno, detrahet idem. Pone: meum eſt, inquit. pono, triſtiſque recedo.* ſic autem hoc loco ſecureis pro conſulatu, ſeu prætura poſuit, vt Od. 16. lib. 2. *lictorem conſularem* C pro conſulatu. ſolebant enim, & conſulibus Romæ, & prætoribus in prouincia faſces, & ſecures præferri: niſi quòd in Oda illa 16. lictorum conſularium munus ſpectauit, quod erat, turbam ſummouere ante conſules: qui tamen curas ſummouere non poſſunt: hîc conſularem poteſtatem ſimpliciter. Cic. oratione in Verr. de ſupplicijs. quærit *quamobrem faſces prætoribus præferantur: cur ſecures datæ.*

Secvreis] præturas, conſulatus, denique honores & magiſtratus, Lucretius lib. 3. *Qui petere à populo faſceis, ſæuáſque ſecureis Imbibit, & ſemper victus, triſtiſque recedit.* vide annot. ad Sat. 6. lib. 1.

Arbitr. popvl. avræ] popularis auræ nomine populi leuitatem ac mobilitatem ſi- D gnificat in mandandis magiſtratibus, in ferendis ſuffragijs, in contionibus, & ſimilibus. Eodem pertinent illa apud M. Tull. *Ventus popularis, & concionum venti.* epiſt. ad Curium. *eorum ventorum, quos propoſui, moderator quidam, & quaſi gubernator.* Idem orat. de Haruſp. reſp. *Sulpicium longius, quàm voluit, popularis aura prouexit.* pro Murena. *totam opinionem parua nonnumquam commutat aura rumoris.* T. Liuius lib. 42. annalium. *Perſeus magis aura popularis erat.* Virg. lib. 6. Æneid. *quem iuxtà ſequitur iactantior Ancus, Nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris.* ad quem locum ſic Seruius, *auris*, id eſt, *fauoribus. vnde etiam aurarij dicuntur fauores.*

Virtvs reclvd. immer. mo. A Cæl. &c.] virtus, quæ cælum aperit laude præſtantibus viris, quales ſunt ij, qui ab omni cupiditate remoti ſunt ac liberi (ijs enim gloria debetur immortalis, neque ijſdem terminis eorum fama, quibus vita, circumſcribitur.) vias difficileis & impeditas indagat, & humilium hominum ſpreto contubernio in cælum euolat.

Reclvdens] aperiens. vtitur hoc verbo ſuprà Ode 18. lib. 2. *æqua tellus Pauperi recluditur* & Ode 24. libr. 1. *Non lenis precibus fata recludere.* & epiſt. ad Torqu. libr. 1. *& operta recludit.* & ad. Auguſt. lib. 2. *recluſa Mane domo vigilare.*

Immeritis mori] ijs, qui non meruerunt mori. qui meriti ſunt immortalitatem. ſup. Od. 17. lib. 1. *immeritámque veſtem.* & Od. 18. *Ne-* B *gligis immeritis nocituram Poſt modò te natis fraudem committere forſit.* & infr. Od. 6. *Delicta maiorum immeritus lues.* & Sat. 3. lib. 2. *immeritúſque laboras iratis natus paries Dijs, atque poetis.* & epiſtol. ad Villic. lib. 1. *Stultus vterque locum immeritum cauſatur inique.*

Neg. tent. iter via] iter ſibi, & ſuis patefacit per vias deſertas, incultas, intercluſas, inuſitatas, neque ab alijs tritas.

Tentat iter] Od. 4. eiuſd. lib. *Inſanientem nauita Boſporum Tentabo, &c.*

Vdam Spernit hvmvm] ſic ſæpe loquuntur poëtæ. idem in epiſt. ad Piſon. *Aut dum vitat humum, nubes, & inania captet.* Virgil. Georg. 3. *tentanda via eſt, qua me quoque poſſim Tolle-* C *re humo.* contrà idem Horat. epiſt. ad Piſon. *Serpit humi tutus nimium, timidúſque procellæ.*

Est et fideli] laudata abſtinentia, & animo ab omni cupiditate libero, ac ſoluto, rerúmque humanarum contemtore, degreditur, ac, pæne dicam, aberrat ad laudem ſilentij: neque poſteà reuertitur ad ſermonem inſtitutum. Eſt enim poëtarum, tanquam ſpiritu diuino afflatorum, & mentis agitatione concitatorum, non ſemper in propoſito ſermone hærere: ſed ad alia nonnumquam aberrare, ſententiáque longè à principio diuerſa carmen concludere, cuius rei exempla ſunt in Od. 13. lib. 2. & Od. 7. lib. 1. & Od. 3. eiuſdem: & alia multa. apud Pindarum autem quàm plurima.

D Silentio] Pindarus. ᾠδ. ε. Νεμ. ait non ſemper eſſe laudabilem, neque vtilem orationis veritatem, quæ os ſuum (vt loquitur ille) nudet, ac retegat: ſed ſæpe prudentis hominis eſſe ſcire tacere. Pindari verba ſunt hæc: οὔτοι ἅπασα κερδίων φαίνοισα πρόσωπον ἀλάθει᾽ ἀτρεκὴς καὶ σιγᾷν πολλάκις ἐστὶ σοφώτατον νοῆσαι.

Vetabo] vetabo, inquit, qui Cereris ſacrum enuntiarit, mecum habitet, & mecum nauiget.

Qvi Cereris sacrvm, &c.] quod religioſiſſimo ſilentio cõtinebatur. cum cymbalis autem & tympanis etiam fiebat, quaſi ea, cùm filiam ſuam Proſerpinam ab Orco raptam quæreret, ab omnibus ſciri vellet, quid quæreret. Quam cùm inueſtigare, & conquirere vellet, di-

citut inflammaſſe tædas iis ignibus, qui ex Ætnæ A vertice erumpunt: quas ſibi cùm ipſa præferret, orbem omnium peragraſſe terrarum, vt ſcribit M. Tull. actione in Verr. 4. de ſignis. Heſiod. in Theog. pauciſſimis verbis hanc fabulam tangit. H (de Cerere loquitur) τίκε Περσεφόνην λευκώλενον, ἣν Ἀϊδωνεὺς Ἥρπασεν ἧς παρὰ μητρός. Interptes Theocriti annotat ad illum locum εἰδ. Δάματρι δὲ φίλα γυνὰ Ἰασίωνα, Ὃς τόσσων ἐκύρησεν, ὅσ' οὐ πευσεῖσθε βέβαλοι, amorem & concubitum Cereris cum Iaſione Minois filio etiam ad myſteria Cereris pertinuiſſe. M. Tull. ead. orat. narrat, ad ſacrarium Cereris aditum non patuiſſe viris: ſacra autem per mulieres & virgines adminiſtrari & confici ſolita. vide ad ſat. vlt. lib. 2. de canephoris. Per eum igitur, qui B Cereris ſacrum vulgarit, intellige hominem linguæ incontinentis, futilem, ac rimarum plenum, qui conſilia arcana, & recondita tacere aut non poſſit, aut non velit. cod. Faern. habet *Cereris ſacra*.

Svb iisdem Sit trabibvs] ſub eodem tecto iiſdem parietibus contineatur: in eodem domicilio maneat: ſit mihi contubernalis; ὁμωρόφιος μοι εἴη ἀπίστοιμι ἄν.

Fragilémqve mecvm solvat] & in eadem naui nauiget.

Sæpe Diesp. Negl. &c.] ſæpe Deus vnius impii ſcelus, piorum, & innocentium pœnis luit. ſæpe caſti, & integri viri cum ſceleratis, C & inceſtis plectuntur. ſic Euripid. ἱκετ. Κοινὰς γὰρ ὁ θεὸς τὰς τύχας ἡγούμενος Τοῖς τοῦ νοσοῦντος πήμασιν διώλεσε Τὸν οὐ νοσοῦντα, κ' οὐδὲν ἠδικηκότα: id eſt, communeis enim deus fortunas ducens eius, qui ægrotat morbis & malis, eum, qui non ægrotat, & qui nihil peccauit, perdere ſolet. & Heſiod. ἔργ. καὶ ἡμ. Πολλάκι δὴ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ, Ὅς τις ἀλιτραίνῃ, καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται. Τοῖσιν δ' οὐρανόθεν μέγ' ἐπήγαγε πῆμα Κρονίων, Λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμόν: ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί: Οὐδὲ γυναῖκες τίκτουσιν, μινύθουσι δὲ οἶκοι Ζηνὸς φραδμοσύνῃσιν Ὀλυμπίου: ἄλλοτε δ' αὖτε Ἢ τῶν γε στρατὸν εὐρὺν ἀπώλεσεν, ἢ ὅ γε τεῖχος. &c. id eſt, *Sed ſæpe vniuerſi ciues plectuntur ob vnum, Qui ſce-* D *lera admittit, qui res molitur iniquas. Hic autem exitium cælo demittit ab alto Iupiter, & letale malum, peſtémque, famémque: Non pariunt nuptæ, minuuntur tecta, domúſque Conſiliis & mente Iouis patris altitonantis: Nunc pereunt miſeri ciues: ſæpe ille cohortem Interimit totam: ſæpe altas diruit vrbeis, Et rapidis naueis iactatas obruit vndis.* [ſic Phocylides, πολλάκις συναθνήσκουσι κακοῖς οἱ συμπαρεόντες.] Iupiter (inquit Varro lib. 4. de ling. Latin.) Diiouis & Dieſpiter dictus, hoc eſt, aër, & dies, id eſt, diei & lucis pater.

Neglectvs] non cultus, aut etiam offenſus facto aliquo improbo, & impio.

Rarò antec. scel.] rarò ſceleſtus admiſſi facinoris, aut culpæ commiſſæ pœnam effugit culpam enim conſequitur pœna, ſi non ſtatim, neque pari celeritate, at aliquando. Plato lib. 5. de leg. Τιμωρία δ' ἀδικίας ἀκόλουθος πάθη, ἧς ὅ, τε τυχὼν καὶ μὴ τυγχάνων, ἄθλιος: ὁ μὲν, οὐχ ἰατρευόμενος: ὁ δὲ, ἵνα ἕτεροι πολλοὶ σῴζωνται, ἀπολλύμενος, id eſt, pœna iniuſtitiæ omnis comes eſt, quam & qui luit, & qui non luit, miſer eſt: hic quidem, quia non ſanatur, ille autē quia, vt alii multi ſalui ſint interiit. Sententia igitur huius loci hæc eſt. rarò ita tarda fuit pœna, vt ſceleſtum aſſequi non potuerit, & de manibus amiſerit: & ita nomen *tarda* intelligetur adiuuare vim verbi *deſeruit*. poteſt & hoc modo explicari. quamuis pœna tarda ſit, aſſequitur, tamē & comprehendit aliquando nocentem. tarda quidem eſt pœna, & βραδύπους, id eſt, tardo inceſſu: verumtamen ſceleſtum hominem effugere non patitur, ſed aliquando eum aſſequitur. ſic Euripid. ἀλλὰ σιγᾷ, καὶ βραδεῖ πόδι στείχουσα μάρψει τοὺς κακοὺς, ὅταν τύχῃ, id eſt, tacitè, & tardo pede incedens pœna improbos comprehendet, cùm fors tulerit. & Tibull. eleg. 9. *Ah miſer: & ſi quis primo periuria celat: Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.* lege Plutarch. περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ βραδέως τιμωρουμένων.

Od. 3.

ARGVMENTVM.

Virtute præditum virum nihil extimeſcere. oratio Iunonis de Troia euerſa, bello Troiano finito, imperio Romano à Troianis initium capturo.

Iuſtum, & tenacem propoſiti virum
Non ciuium ardor praua iubētium,
Non vultus inſtantis tyranni
** Mente quatit ſolida, neque Auſter,*
Dux inquieti turbidus Adriæ:
Nec fulminantis magna Iouis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.
** Hac arte Pollux, & vagus Hercules*
Innixus, arceis attigit igneas:
Quos inter Auguſtus recumbens
Purpureo bibit ore nectar.
*Hac te * merentem, Bacche pater, tuæ*
Vexere tigres, indocili iugum
Collo trahentes: hac Quirinus
** Martis equis Acheronta fugit,*
*Gratum elocuta * conſiliantibus*
Iunone diuis. Ilion, Ilion

Fatalis,

Digitized by Google

Fatalis, inceſtúſque iudex,
Et mulier peregrina vertit
*In puluerem, ex quo * deſtituit deos*
Mercede pacta Laomedon, mihi,
Caſtæq; damnatum Mineruæ
Cum populo, & duce fraudulento,
Iam nec Lacenæ ſplendet adulteræ
Famoſus hoſpes: nec Priami domus
Periura pugnaceis Achiuos
Hectoreis opibus refringit:
*Noſtriſque * ductum ſeditionibus*
Bellum reſedit: protinus & graueis
Iras, & inuiſum nepotem,
** Troica quem peperit ſacerdos,*
*Marti * redonabo. illum ego lucidas*
Inire ſedeis, ducere nectaris
Succos, & aſcribi quietis
Ordinibus patiar deorum.
** Dum longus inter ſæuiat Ilion,*
Romámque pontus: qualibet exſules
In parte regnanto beati.
Dum Priami, Paridíſque buſto
** Inſultet armentum, & catulos feræ*
Celent inultæ: ſtet Capitolium
Fulgens, triumphatíſque poſſit
Roma ferox dare iura Medis.
Horrenda latè nomen in vltimas
*Extendat oras, quà * medius liquor*
Secernit Europen ab Afro:
Quà tumidus rigat arua Nilus.
** Aurum irrepertum, & ſic melius ſitũ,*
*Cùm terra celat *, ſpernere fortior,*
Quàm cogere humanos in vſus,
Omne ſacrum rapiente dextra,
Quicumque mundi terminus obſtitit,
Hunc tangat armis, viſere geſtiens,
** Qua parte debacchentur ignes:*
Qua nebulæ, pluuiíque rores.
*Sed bellicoſis * fata Quiritibus*
Hac lege dico, ne nimiùm pij:
Rebúſque fidentes, auitæ
Tecta velint reparare Troiæ.

A *Troiæ renaſcens alite lugubri*
Fortuna, triſti clade iterabitur,
Ducente victriceis cateruas
Coniuge me Iouis, & ſorore.
Ter ſi reſurgat murus æneus
Auctore Phœbo: ter pereat meis
Exciſſus Argiuis, ter vxor
Capta virum, puerósque ploret.
** Non hac iocoſa conuenient lyræ.*
Quò Muſa tendis? deſine peruicax
B *Referre ſermones deorum, &*
Magna modis tenuare paruis.

Et tenacem propositi] conſtantem in propoſito, ſuſceptóque conſilio, non quouis tamen, ſed recto.

Non civium ardor] non ciues irati, ita ardentes. hæc ſunt referenda ad democratiam: in qua populus Reip. præeſt, vt olim Athenis: Quinetiam Romæ, vbi optimates cum populo Reip. præerant, ita loquebantur, *populus iuſſit*: & *velitis, iubeatis Quirites*. praua iubentium igitur vel ſic explica, prauas leges ferentium, ſeu ponentium
C potiùs & condentium: vel res prauas volentium atque imperantium.

Non vultus inst. tyr.] non præſens tyrãnus imperans quippiam minùs rectum. hæc ad tyrannidem pertinent.

Mente quatit solida] de ſententia demouet, ac deturbat, id eſt, non habet eam vim, vt eum ſententiam mutare cogat.

Neque Aust. dux inqu. turb. Adr.] etiam ſuprà Notum, id eſt, Auſtrum, arbitrum Adriæ dixit, Ode 3. lib. 1.

Nec fulminantis] nec Iouis fulmina. ſic rubentem dexteram dixit ſup. lib. 1. Od. 2. Hoc igitur dicit: non populus ira incenſus, non tyrannus præſens, & vrgens, vt aliquid faciat minùs rectum: non venti, non fulmen, virum
D iuſtum ac ſapientem, atque in ſententia permanentem, commouent, neque conturbant, neque inducunt, vt à propoſito, ſuſceptóque conſilio deſciſcat.

Si fract. illab. orb.] denique ſi cælum ruat, non terrebitur ruinis. Non defuerunt, qui cælum ex lapidibus conſtare, atque aliquando collapſurum dicerent: quorum princeps fuit Anaxagoras: de quo vide apud Diogenem Laërt.

Hac arte] his artibus, id eſt, his virtutibus, vel his viis ac rationibus, iuſtitia ſcilicet, & propoſiti conſtantia dicit Pollucem, Herculem, Bacchum, Romulũ ex mortalibus immortaleis eſſe factos. Congruunt cum his ea, quæ ſcribit Pauſan. Arcadicis, primos illos homines pro-

pter iuſtitiam & pietatem dignos eſſe habitos, à **A** quibus Dij immortales hoſpitio acciperentur, & quorum menſis accumberent. Atque fiebat (inquit) vt & bonis rectè factorum præmiũ ſtatim perſoluerẽt, & de improbis ac ſceleratis pœnas ſumerent. Nam & Dij fiebant ex hominibus: qui etiam ad hunc diem diuinis honoribus afficiuntur, vt Ariſteus Cyrenes, & Liber Semeles, & Hercules Alcmenæ, & Amphiaraus Oiclei, denique Pollux & Caſtor Clytemneſtræ filij: contrà credibile eſt Lycaonem feram eſſe factum, & Nioben in ſaxum verſam propter impietatem. mea autem ætate (latè enim patebat hoc tempore improbitas, atque orbem terrarum, vrbeiſque omneis occuparat) nemo Deus ex homine effectus eſt, niſi ſi qui verborum ornamen- **B** tis, & orationis amplificatione, & aſſentatorum artificio, in Deorum numerum aſcripti ſunt. Hæc Pauſan. vt quidem vertimus. Catullus quoque in carmine illo pulcherrimo de Pelei & Thet. nupt. deos immortaleis olim cum hominibus verſatos & congreſſos eſſe fatetur his verbis: *Præſentes námque ante domos inuiſere caſtas Sæpius, & ſeſe mortali oſtendere cœtu Cælicolæ, nondum ſpreta pietate, ſolebant. Sæpe pater diuûm fulgentia templa reuiſens, Annua cùm feſtis veniſſent ſacra diebus, Conſpexit terra Cretum procurrere currus, &c.* Ne illa quidem, quæ ſcribit Themiſt. iunior, Euphrades ab eloquentia cognomento dictus, ab his aliena ſunt, his verbis: δίκαια μὲν δὴ καὶ οἱ πάλαι ἔπραξαν ἄνθρωποι ἐφ' Ἡρακλεῖ τῷ Διὸς καὶ Ἀλκ- **C** μήνης, ἀποθειώσαντές τε αὐτὸν, καὶ ἱερὰ ἴδια κατασκευάσαντες καὶ θυσίας θύοντες οὐ μόνον ὅσας ἥρωσι θύειν καλὸν ἦν, ἀλλὰ ὅσας δαίμονι ἤδη, ἀλλὰ καὶ ὅσας θεῷ: ὅτι Ἡρακλῆς παράδειγμα ἐγένετο ἀρετῆς, καὶ τὴν γῆν ἅπασαν ἐπιφοιτήσας τυράννων τε ὠμότητα καὶ θηρίων ἐκάθηρεν ἀλλοκότων, &c. id eſt, *Iuſtè autem fecerunt etiam veteres in eo, quòd Herculem Iouis & Alcmenæ filium in numerum deorum retulerunt, eíque templa propria conſtruxerunt, & ſacrificia inſtituerunt, non ea ſolum, quæ heroë digna ſunt, verùm etiam quæ iam Deo, quoniam Hercules ſpecimen & exemplum virtutis fuit, & totam terram à ſe peragratam, tyrannorum crudelitate, & ferarum ac monſtrorum immanitate purgauit, ac liberauit.* Sic M. Tullius lib. 3. de offic. **D** *Itémque magis eſt ſecundum naturam pro omnibus gentibus (ſi fieri poſſit) conſeruandis, aut iuuandis maximos labores, moleſtiáſque ſuſcipere, imitantem Herculem illum, quem hominum fama beneficiorum memor in concilio cæleſtium collocauit, quàm viuere in ſolitudine, &c.* Strabo autem lib. Georg. primo oſtendens, veteres longiùs ac latiùs nauigaſſe, plureiſque terrarum regiones pedibus peragraſſe, quàm poſteriores, ſcribit, Caſtorem & Pollucem, iccircò maris procuratores ac tutores quoſdam, nauigantiúmque ſeruatores ac liberatores eſſe dictos, quòd longiſſimè, latiſſiméque nauigarint, & mari longinquo ac remoto bella geſſerint: Bacchum verò, Herculem, Theſeum, Pirithoum, propter eãdem cauſam ad inferos deſcendiſſe creditos. De Caſtore & Polluce plura diximus ſuprà ad Od. 12. lib. 1.

Vagus Hercules] vagus, qui multa maria, multáſque & longinquas terras peragrauit, πολύπλαγκτος: quam de Hercule famam cõfirmat & Pindarus ἰσθμ. ἐιδ. δ. ὃς Οὔλυμπόνδ' ἔβα, γαίας τε πάσας, καὶ βαθυκρήμνου πολιᾶς ἁλὸς ἐξευρὼν θέναρ, ναυτιλίαισί τε πορθμὸν ἁμερώσαις· νῦν δὲ παρ' Αἰγιόχῳ κάλλιστον ὄλβον ἀμφέπων ναίει, τετίματαί τε πρὸς ἀθανάτων φίλος, Ἥβαν τ' ὀπυίει, χρυσέων οἴκων ἄναξ, καὶ γαμβρὸς Ἥρας, id eſt, qui in Olympum aſcendit, cùm terras omneis, cúmque maris & profundi altitudinem reperiſſet, & nauigationibus fretum manſuetum reddidiſſet. nunc autem apud Iouem vita beatiſſima perfruens habitat, atque à diis immortalibus in honore habetur, & amatur: Tùm Heben, ſeu Iuuentatem habet in matrimonio, ædiúmque aurearum dominus eſt, & Iunonis gener. ſic Horat. de Romulo, Baccho, Caſtore, & Polluce, Hercule, epiſt. ad Auguſtum lib. 2. *Romulus, & Liber pater, & cum Caſtore Pollux Poſt ingentia facta, deorum in templa recepti.* & Ode 8. lib. 4. *ſic Iouis intereſt Optatis epulis impiger Hercules: Clarum Tyndaridæ ſidus ab infimis, &c.* Virgil. lib. 6. Æn. *nec tantùm Alcides telluris obiuit, &c.*

Innixus] quidam libri veteres, & ij ſanè non pauci, habent, *innixus*: nonnulli, *enixus*.

Recumbens] imò accumbens potiùs. nã recumbere eſt toto corpore cubare & iacere, vt diximus ad Od. 27. lib. 1.

Bibit] lib. Ianooct. & vnus Vatic. habent *bibet*: quam ſcripturam ſi probabimus, intelligemus, hoc dici ab Horatio, Auguſtum poſt mortem, in deorum numerum aſcriptum iri. Sin, vt eſt in ceteris libris & manuſcr. & vulg. *bibit*, legemus: vel dicendum erit hanc Odam Auguſto mortuo ſcriptam eſſe: quod mihi quidem non eſt veriſimile: vel eò confugiendum, vt dicamus, ſignificari ab Horatio, Auguſto viuo, & videnti tribui diuinos honores: eúmque Deum præſentem haberi: quod Paſſeratio placebat. ſic epiſt. ad Auguſt. *Præſenti tibi maturos largimur honores: Iurandáſque tuum per nomen ponimus aras.* & Oda 5. huius lib. *præſens diuus habebitur Auguſtus, &c.*

Hac te merentem] hac te arte merentem præmium, nempè immortalitatem, & honores diuinos: vel *merentem* accipe abſolutè pro *militantem*: vt ſit tralatio à militibus: quos merere dicimus.

Tuæ vexere tigres] icircò Bacchi currum tigres trahere finguntur, quia nullum eſt tam ferum, neque tam immanè ingeniũ, quin vino manſueſcere, & cicurari poſſit: vt Od. 21. huius libri. *Tu lene tormentum ingenio admoues Plerúmque duro: &c.* adiunguntur & lynces, quæ ſignificant, varias, & multum diſſimileis inter ſe hominum naturas, ac menteis vino aperiri: imò fortaſſe vnius & eiuſdem hominis ingenium varium, multiplex, ſubdolum vino domitum, ſimpliciſſimum, & veriſſimum fieri. Propertius li. 3.

Lyncibus

Digitized by Google

Lyncibus in cælum vecta Ariadna tuis. eadem ratione iunguntur & Pardi.

MARTIS EQVIS] id eſt, bellis gerendis, ſeu arte militari.

ACHERONTA FVGIT] immortalitatem conſecutus eſt.

GRATVM ELOCVTA CONSILIANTIBVS, &c.] Iunone placata: oratione liberali, & leni à Iunone habita, qua ſignificaret, ſe præteritas offenſiones, atque inimicitias ex animo deponere: Romulum in ordinē ac cœtum Deorum admittere: Romanis in poſterum fauturam, aut certè non obſtituram, quominus imperij ſui fineis quàm latiſſimè proferant, ac propagent, dummodo ne Troiam de integro condere, & reparare conentur.

CONSILIANTIBVS DIVIS] conſultantibus, conſilium habentibus. Vſus eſt hoc verbo & epiſt. ad Piſones: *Ille bonis faueátque, & conſilietur amicè.* & M. Tull. lib. 15. epiſt. ad Attic. epi. 10. *difficilis ad conſiliandum legatione.*

ILION, ILION] ab hoc loco, Iunonis oratio initium capit. Hæc autem nominis iteratio affectum animi declarat, atque exprimit.

FATALIS, INCEST. QVÆ IVD. ET MVL. PEREG. V.] Paris & Helena exſcidij Troiani cauſam ſuſtinent. fatalis autem, id eſt, à fatis datus. ſic ſup. Ode 37. libr. 1. *daret vt catenis Fatale monſtrum.*

VERTIT IN PVLVEREM] ἠμάθυνε: quo verbo vſus eſt Homer. ἰλ. ι. πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει, id eſt, vrbem autem ignis in puluerem & cinerem vertit. Horat. epiſt. 15. lib. 1. *Quicquid erat nactus prædæ maioris, vbi omne Verterat in fumum, & cinerem.*

EX QVO DESTIT. DEOS MERC.] ab eo tempore, quo Laomedon Deos fraudauit pacta, id eſt, promiſſa mercede: ſeu non perſoluit pactam mercedem: & ita fidem fefellit. Nam hæc vis eſt verbi *deſtituit.* Sed quos Deos deſtituit Laomedon? Neptunum, & Apollinem. Hi enim Iouis iuſſu Laomedonti ſuas operas mercede locarant, ad muros Troianos exſtruendos. At Laomedon perfecto opere, muriſque Troianis ad iuſtam altitudinem perductis, fidem non ſeruauit, neque pactam mercedem perſoluit: quin eos ita fraudatos Troia expulit. qua de re Homer. ἰλιάδ. φ. vbi ſic Neptunus Apollini: Μέμνηαι, ὅσα δὴ πάθομεν κακὰ Ἴλιον ἀμφὶ, Μοῦνοι νῶϊ θεῶν, ὅτ' Ἀγήνορι Λαομέδοντι Πὰρ Διὸς ἐλθόντες θητεύσαμεν εἰς ἐνιαυτὸν Μισθῷ ἔπι ῥητῷ. Quamquam ex iis, quæ deinceps ſequūtur apud Homerum, appâret, ſolum Neptunum in muris Troianis ducendis operam Laomedonti nauaſſe: Apollinem autem eius boues cuſtodiſſe. ſic enim Homerus ibidem: Ἤτοι ἐγὼ Τρώεσσι πόλιν, καὶ τεῖχος ἔδειμα Εὐρύ τε, καὶ μάλα καλὸν, ἵν' ἄρρηκτος πόλις εἴη Φοῖβε, σὺ δ' εἰλίποδας ἕλικας βοῦς βουκολέεσκες Ἴδης ἐν κνημοῖσι πολυπτύχου ὑληέσσης, id eſt. Ego quidem Troianis vrbem, & murum ſtruxi, latum, & præclarum, vt vrbs nulla vi frangi poſſet. Tu verò Phœbe, boues paſcebas in collibus Idæ. Verùm Pindarus ὀλυμπ. εἰδ. η. vtrumque, Apollinem (inquam) & Neptunum, Laomedonti operas locaſſe ad murorum Troianorum exſtructionē, narrat: Æacum etiam adhibuiſſe ſibi ſocium & adiutorem: ſic Pind. Τὸν (Æacum) ὁ Λατοῦς, εὐρυμέδων τε Ποσειδᾶν Ἰλίῳ μέλλοντες ἐπὶ στέφανον τεῦξαι, καλέσαντο συνεργὸν τείχεος. Hac pœna autem eos affecerat Iupiter propterea, quod cum Iunone conſpirauerant ad illum è cælo, regnóque deturbandum, vt ait Hom. ἰλ. α. ὁππότε μιν ξυνδῆσαι ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι, Ἥρη τ', ἠδὲ Ποσειδάων, καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων. ſic enim legendum in ſecundo verſu: non Παλλὰς Ἀθήνη, vt habent codices vulgati. Horatius quoque ipſe Pindarum ſecutus, Apollinem vnà cum Neptuno muros Troianos exſtruxiſſe ſignificat infrà hac eadem Ode. *Ter ſi reſurgat murus aëneus Auctore Phœbo.* & Eurip. in Oreſte, pergama, Apollinea vocat: ξεστῶν περγάμων Ἀπολλωνίων ἐρυμνῶν ὀπλοτοί. aliter Catullus in carmine de nuptiis Pelei & Thet. *Vrbis Dardaniæ Neptunia ſoluere vincla.* & Virg. Æn. 5. *cuperem cum vertere ab imo Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ.* & 2. *Neptunia Troia.*

MIHI, CASTÆQVE DAMN. MIN.] Iuno & Minerua Troianos implacabili odio perſequebantur. Itaque apud Virg. Æn. 2. partim hoſteis arceſſunt, partim ipſæ vrbem incendunt. & apud Homer. Menelao fauent. Hom. ἰλ. δ. Δοιαὶ μὲν Μενελάῳ ἀρηγόνες εἰσὶ θεάων Ἥρη τ' Ἀργείη, καὶ ἀλαλκομενηὶς Ἀθήνη. Ac Iunonis quidem in Priamum odium declarant ea, quæ loquitur Iupiter eod. lib. Δαιμονίη· τί νύ σε Πρίαμος, Πριάμοιό τε παῖδες Τόσσα κακὰ ῥέζουσιν ὅτ' ἀσπερχὲς μενεαίνεις Ἰλίου ἐξαλαπάξαι ἐϋκτίμενον πτολίεθρον; Εἰ δὲ σύγ' εἰσελθοῦσα πύλας, καὶ τείχεα μακρὰ. Ὠμὸν βεβρώθοις Πρίαμον, Πριάμοιό τε παῖδας, Ἄλλους τε Τρῶας· τότε κεν χόλον ἐξακέσαιο. quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt. Infelix, quid in te tantum Priamus, & Priami filij commeruerunt, quare perpetuò vrbem Troiam euertere ſtudeas? At ſi tu Troiam ingreſſa Priamum crudum, & eius filios, aliósque Troianos deuorares, tum iram tuam expleres ac ſedares. Rurſus Palladis in Græcos ſtudium ex illo loco intelligi poteſt, ἰλ. ε. ἐπεὶ ἴδε Παλλάδ' Ἀθήνην Οἰχομένην· ἡ γάρ ῥα πέλεν Δαναοῖσιν ἀρήγων, id eſt, poſtquàm Mineruam diſcedentem vidit. hæc enim Græcis auxiliabatur.

DVCE FRAVDVLENTO] Laomedonte, qui fraudauit Apollinem & Neptunum mercede promiſſa.

HECTOREIS OPIBVS] huc pertinet locus ille Od. 4. lib. 2. *& ademptus Hector Tradidit feſſis leuiora tolli Pergama Graiis.* ad quem annotauimus pauca quædam ex Home. quæ ad eandem rem pertinere videbantur.

FAMOSVS] ſemper hoc nomen in vitio lo-

cum habet: vt Od. 15. huius libri, *Tandem nequitiæ fige modum tuæ, Famoſiſq; laboribus*. Satyr. 4. lib. 1. *ſicarius, aut alioqui Famoſus*. Sat. 1. lib. 2. *Famoſiſq; Lupo cooperto verſibus*. & de arte poët. *famoſa mortis amorem*. & Satyr. 7. lib. 2. *Dimittit neque famoſum, neque ſollicitum, ne Ditior, aut forma melioris mejat eôdem*.

Hospss] ſic contrà ſup. Od. 15. lib. 1. Helenam Paridis hoſpitam dixit.

Nostrísqve dvct. seoition.] notum eſt ex Hom. ἰλ. υ. Deos inter ſe diſſidenteis alios Troianis, alios Græcis fauiſſe, & conſuluiſſe: Apollinem, Martem, Dianam, Latonam, Xantum Troianis: Neptunum, Mineruam, Iunonem, Mercurium, Vulcanum Græcis. qua de re ſic Homer. Ἤτοι μὲν γὰρ ἔναντα Ποσειδάωνος ἄνακτος Ἔστατ' Ἀπόλλων Φοῖβος ἔχων ἰὰ πτερόεντα, &c. *ductum* autem idem, quod productum. ſic M. Tull. lib. 7. epiſt. *Suadere inſtitui, vt bellum duceret*. Idem off. 3. *C. Marius Q. Metellum criminatus eſt apud populum Rom. bellum illum producere*: vbi libri aliquot veteres habent, *ducere*. idem valet *bellum trahere*. Ciceto ad Att. lib. 10. epiſt. cuius init. *Et res ipſa monebat, &c.*

Ressoit] compoſitum, & ſedatum eſt.

Protinvs st gr.] & protinus, id eſt, porrotenus, deinceps.

Invisvm nepotem] Romulum. ſuprà Ode 2. lib. 1. *Siue neglectum genus, & nepotes Reſpicis auctor*.

Ttoica] Ilia, vt Ode 8. lib. 4. *Quid foret Iliæ Mauortiſque puer*.

Marti redonaso] condonabo, & remittam, vel etiam reſtituam, vt Od. 7. lib. 2. *Quis te redonauit Quiritem Dis patriis, Italóque cælo?*

Lvcidas Inire sedes] in cælum aſcendere. Lucidas autem ſedes, quas Homerus dicit δώματα αἰγλήεντα, ſeu ἀστερόεντα.

Dvcere] haurire, vt Od. 12. lib. 4. *Sed preſsũ Calibus ducere Liberum Si geſtis, &c.* ducere autem nectaris ſuccos, idem valet, quod *lucidas inire ſedes*, & item illud, quod ſequitur, *aſcribi quietis Ordinibus deorum*.

Dvm] dummodo, modò vt.

Sæviat] χαλεπαίνῃ, æſtuet. tralatio eſt ab animatis. Ordo & ſententia horum verborũ eſt, dum longus pontus, ſeu longum mare interiectũ ſit inter Troiam & Romam: quibuſlibet in terris regnanto Troiani, exſules, & patria profugi, regnanto, inquam, beati ac fortunati.

Dvm priami] dummodo Troia ita deſerta & inculta ſit, vt in ea & armenta paſcere, & feræ ſuos catulos occultare poſſint.

Insvltst] ἐνθρώσκῃ. hoc enim verbo vtitur Eurip. in Electra, quo loco ait Ægiſtum Agamemnonis buſto inſultare.

Trivmphatis] per triumpbum ductis. ſic Virg. Georg. 3. *Biſque triumphatas vtroque ab littore genteis*. vide annot. ad Od. 6. lib. 2.

Horrenda latè nomen] Roma exteris gentibus horribilis, longè, latéque potentiæ ſuæ famam & gloriam porrigat ac proferat.

Quà meoivs liqvor] qua parte fretum interiectum diuidit Europam ab Africa. eſt autem fretum illud Gaditanum: de quo ſic M. Tul. lib. 3. de nat. deorum, *Quid freto Siculenſi, Quid Oceani feruore illis in locis conſtantius, Europam, Libyámque rapax vbi diuidit vnda?*

Qva tvm. rio. arva Nilvs] Ægyptum ſignificat. M. Tull. lib. de nat. deor. 2. *Ægyptum Nilus irrigat, & cum tota æſtate obrutam, oppletámque tenuerit, tum recedit, mollitóſque, & oblimatos agros ad ſerendum relinquit*: Διονύσ. Ἀλεξ. Οὐ γάρ τις ποταμῶν ἐναλίγκιος ἔπλετο Νείλῳ Οὔτ' ἰλὺν βάλλειν, οὔτε χθονὸς ὄλβον ἀέξειν. id eſt, Non enim vllus fluuius Nilo ſimilis eſt neque in adiiciendo limo, neque in augenda terræ fertilitate. Seruius ad illum Virg. locum, *Et viridem Ægyptum nigra fæcundat arena*, Georgicorum quarto, hæc, quæ ſequuntur, aſcribit. nouum enim limum ſemper trahit, qui efficit fœcunditatem vnde & Nilus dictus eſt, quaſi νέαν ἰλὺν trahens, id eſt, nouum limum. Herod. lib. 2. Nilum ἐργατικὸν appellat, id eſt, propemodum, aratorem, aut agricultorem. Pomponius Mela, *Non pererrat autẽ tantùm Ægyptum, ſed æſtiuo ſidere exũdans etiam irrigat, adeò efficacibus aquis ad generandũ, alendúmque, vt præter id, quòd ſcatet piſcibus, quòd hippopotamos, crocodilóſque vaſtas belluas gignit, glebis etiã infundat animas, ex ipſáque humo vitalia effingat*.

Avrvm irrepertvm st sic, &c.] Ordo verborum hic, & hæc ſententia eſt. Roma nomen ſuum in omneis oras terrarum proferat, Roma (inquam) fortior ad aurum ſpernendum, nondum repertum, id eſt, nondum ex auri fodinis effoſſum, aut erutum, & ſic melius ſitum, quamdiu eſt in terræ latebris retruſum: quàm ad vtendum aut profundendum. Piget aſcribere hoc loco, quæ de malis ab auro in hominum vitam illatis, ſcriptores litteris & memoriæ prodiderunt. Athen. lib. 6. ſcribit, apud veteres illos Græcos aurum vſque adeò rarum fuiſſe, vt Anaximenes Lampſacenus ſcriptum reliquerit, monile illud aureum, quo accepto Eriphyla ſalutem viri ſui prodidit, nullam aliam ob cauſam tam celebre fuiſſe, quàm propter auri illo tempore penuriam. ad Romanos autem multis poſt Romam conditam ſæculis auri ſtudium irrepſiſſe: diúque anteà à principibus Reip. aurum ſpretum & contemtũ eſſe: paupertatem verò maiori laudi, quàm diuitias fuiſſe, teſtimonio ſunt Fabricij, Curij, Corũcanij, Luſcinij, Acidini, Calatini, Piſones, frugi homines, (vt ait M. Tull. non ſolùm honoribus populi, rebúſque geſtis, verumetiam patientia paupertatis ornati. Pindarus ὠδ. θ. Νεμ. Siculos laudans, ait apud eos eſſe nonnullos, qui & equorum ſtudio ducantur, & pecuniã ſpernere, eique imperare poſſint. Ἐντὶ τοι φίλιπποί τ' αὐτόθι καὶ κτεάνων ψυχὰς ἔχοντες κρέσσονας ἄνδρες. huc pertinet illud, quod eſt Od. 9. lib. 4. *Non poſsidentem multa vocaueris Rectè beatum. rectius occupat Nomen beati, qui deorum Muneribus ſapienter vti, Durámque callet pauperiem pati, &c.*

Cogere

Cogere hvmanos in vsvs] conferre ad res neceſſarias ac voluptuarias.

Qvicvmqve mvndi terminvs obst.] ſecutus ſum aliquot libros manuſcr. qui habent, *Quicunque mundi term. obſt.* cùm vulgati habeant *mundo.*

Hvnc tangat armis] tangat, ἐλλείψεως, ſeu μειώσεως, quam Latini extenuationem appellant: pro, perrumpat ac perfringat. vel tangere armis dictum pro eo, quod eſt, arma vſque eò inferre. ſic ferè loquitur infrà Od. 26. *ſublimi flagello Tange Chloën ſemel arrogantem.* Lucret. lib. 1. de nat. diuina, *Ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiga noſtri, Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.* aliter Od. 20. lib. 2. *& recedentis, trilingui Ore pedes, tetigitque crura.* Ad hunc locum pertinet illud Ciceronis de L. Craſſo, oratione in Piſonem, *L. Craſſus, homo ſapientiſſimus noſtræ ciuitatis, ſpiculis propè ſcrutatus eſt Alpeis, vt, vbi hoſtis non erat, ibi triumphi cauſam aliquam quæreret.*

Viſere gest. Qva parte debacch. ign. Qva neb. &c.] id eſt, viſere cupiens, qua parte mundus ſolis ardore torreatur, qua nubibus, & frigoribus immoderatis obrigeſcat, vt ſup. Od. 22. lib. 1.

Sed bell. fat. Qvir. Hac l. d.] quæ fata? eos belli gloria ceteris gentibus præſtituros, imperiique ſui fineis latiſſimè prolaturos.

Nimivm pii] eſſent in eo nimiùm pij, ſi, quòd à Troianis ſe profectos & oriundos eſſe ſciant, Troiam inſtaurare, ac reficere conarentur, nimiùm pij, id eſt, nimiùm amantes patriæ, nempè Troiæ.

Alite lvgvbri] malis auibus, malis auſpiciis. ſup. Od. 15. lib. 1. *mala aui.*

Tristi clade iterabitvr] iterum ferro & flammis vaſtabitur, vt ſuprà dixi ad Od. 7. lib. 1. Conivge me iovis et sor.] Virg. lib. 1. *Aſt ego, quæ diuûm incedo regina, Iouiſque Et ſoror, & coniux.*

Mvrvs aëneus] murus firmiſſimus ac ſolidiſſimus, vt Ode 16. huius lib. *turris aënea.* & epiſt. 1. lib. 1. *hic murus aëneus eſto.*

Avctore Phoebo] quidam teſtantur ſcriptum eſſe in antiquo codice neſcio quo, *Ductore Phœbo.* Ego cùm libris nouem manuſcriptis perantiquis olim in Italia vſus ſim, & in Gallia poſteà prætereà quinque aliis, in nullo eam ſcripturam reperi, ſed vulgatam, & receptam. Neq; verò hanc puto altera deteriorem eſſe, præſertim cùm ita locutus ſit Virg. Georg. 3. *& Troiæ Cinthius auctor.* Iam quòd aiunt Latinis vſitatum eſſe *ducere muros*, vt & Horatio noſtro infrà Ode 6. lib. 4. *potiore ductos Alite muros.* & Græcis ἐλαύνειν τεῖχος: non continuò mihi probant, hunc locum eſſe corruptum, & *ductore*, pro, *auctore* eſſe reponendum. Vtatur tamen ſuo quiſque iudicio: ſi quis malet legi *ductore Phœbo*, contendere cum peruicacibus non eſt meum.

Victrices] vtitur hoc nomine epiſt. ad Iul. Florum lib. 1. paulò aliter, *Primæ feres ederæ* A *victricis præmia.*

Ter pereat m. Exsciss. Arg., ter vxor] ex iis, quæ vrbis expugnationem conſequuntur, vrbem expugnatam & captã vult intelligi. Libet autem mihi hoc loco vrbis captę imaginem à duob. bonis auctoribus, altero omnium poëtarum principe Hom. altero claro oratore Æſchine depictam proponere. Apud Hom. igitur ἰλ. ι. vxor Meleagri Cleopatra, virum ſuũ orans ne Calydoniorum vrbem à Pleuroniis capi, atque euerti ſinat, ſic loquitur: Καὶ τότε δὴ Μελέαγρον ἐΰζωνος παράκοιτις λίσσετ' ὀδυρομένη, καί οἱ κατέλεξεν ἅπαντα κήδε', ὅσ' ἀνθρώποισι πέλει, τῶν ἄστυ ἁλώῃ· ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει· τέκνα δέ τ' ἄλλοι B ἄγουσι, βαθυζώνους τε γυναῖκας. Τοῦ δ' ὠρίνετο θυμὸς ἀκούοντος κακὰ ἔργα. quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt. Tunc igitur Meleagrum vxor Cleopatra ſupplex lamentabili voce orabat, eique mala omnia enumerabat, quæ iis accidunt, quorum vrbs capta ſit. Hoſtes viros capiunt, vrbis ædificia incendio vaſtant, atque in cinerem vertunt: liberos & mulieres alij in ſeruitutem abducunt. Eius autem animus cõmotus eſt, vbi hæc atrocia facinora audiſſet. Æſchines autẽ in orat. κατὰ Κτησιφῶντ. hoc modo de Thebis ab Alexandro Macedone vi expugnatis ac direptis. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς σώμασιν οὐ παρεγένεσθε, ταῖς γε διανοίαις ἀποβλέψατ' αὐτοὺς εἰς τὰς C συμφοράς, καὶ νομίσατε ὁρᾶν ἁλισκομένην τὴν πόλιν, τειχῶν κατασκαφάς, ἐμπρήσεις οἰκιῶν, ἀγομένας γυναῖκας, καὶ παῖδας εἰς δουλείαν, πρεσβύτας ἀνθρώπους καὶ πρεσβύτιδας γυναῖκας ὀψὲ μεταμανθάνοντας τὴν ἐλευθερίαν, κλαίοντας, ἱκετεύοντας ὑμᾶς, ὀργιζομένους οὐ τοῖς τιμωρουμένοις, ἀλλὰ τοῖς τούτων αἰτίοις. quorum interpretationem, quamquam eam orationem à me in Latinum ſermonem conuerſam propè diem ſum editurus, ſubſcribam tamen. *Verum quandoquidem corporibus præſto non fuiſtis, ſaltem animis adeſte, & cogitationibus veſtris calamitates eorum contemplamini. Fingite vos videre vrbem capi, muros ſuffodi, ac funditus euerti, domos incendi, mulieres & pueros in ſeruitutem abduci, ſenes, & anus libertatem ſerò dediſcenteis, ploranteis, vobis ſupplicanteis, iraſcenteis non iis,* D *qui tam crudeleis ab ipſis pœnas expetiuerunt, ſed iis, quorum opera, & culpa in has miſerias inciderunt.* Non admodum diſſimile eſt illud ex Cornificio lib. 4. rhetoric. ad Herennium, *O feros animos, ô crudeleis cogitationes! O derelictos ab humanitate homines! qui agere auſi ſunt, aut qui cogitare potuerunt, quo pacto hoſtes reuulſis maiorum ſepulcris, deiectis mœnibus ouantes irruerent in ciuitatem: quomodo Deûm templis ſpoliatis, optimatibus trucidatis, aliis abreptis in ſeruitutem, virginibus, matribus familiâs, ingenuis pueris ſub hoſtilem libidinem ſubiectis, vrbs acerbiſſimo concidat incendio conflagrata.* & illud alterum ex eodem lib. infrà. *Nam neminem veſtrûm fugit, Quirites, capta vrbe quæ miſeriæ conſequi ſoleant. arma qui contrà tulerunt, ſtatim crudeliſſimè trucidantur: ceteri qui poſſunt per ætatem & vireis laborem ferre, rapiuntur in ſeruitu-*

A *tem: qui non poſſunt, vita priuantur. vno denique atque eodem tempore domus hoſtili flagrant incendio, & quos natura, aut voluntas neceſſitudine aut beneuolentia coniunxit, diſtrahuntur: liberi partim à gremiis parentum deripiuntur, partim in ſinu iugulantur, partim ante pedes conſtuprantur: nemo, iudices, eſt, qui poſſit ſatis rem conſequi verbis, nec referre oratione magnitudinem calamitatis.* Eodem pertinent ea, quæ Cæſar apud Sall. ait eſſe ab iis, qui ante ſe ſententias dixerāt, de belli ſæuitia, diſputata his verbis. *Plerique eorum, qui ante me ſententias dixerunt, compoſite, ac magnificè caſum Reſpub. miſerati ſunt: quæ belli ſæuitia eſſet, quæ victis acciderent, enumerauere: rapi virgines, pueros: diuelli liberos à complexu parentum: matres familiarum pati, quæ victoribus collibuiſſent: fana* B *atque domos ſpoliari: cædem, incendia, fieri: poſtremo armis, cadaueribus, cruore atque luctu omnia compleri.* Accedat his Cremonæ exſcidium apud Cornelium Tacitum lib. 19. *Non dignitas, non ætas protegebat, quo minus ſtupra cædibus, cædes ſtupris miſcerentur. Grādæuos ſenes, exacta ætate fœminas, viles ad prædam in ludibrium trahebant. Vbi adulta virgo, aut quis forma conſpicuus incidiſſet, vi, manibúſque rapientium diuulſus, ipſos poſtremò direptores in mutuam perniciem agebat. Dum pecuniam vel grauia auro templorū dona ſibi quiſque trahunt, maiore aliorum vi, truncabantur, &c.* [Quinctilianus lib. 8. cap. 3. *Sine dubio enim, qui dicit expugnatam eſſe ciuitatem, cōplectitur omnia, quæcumque tales fortuna recipit: ſed in affectus minus penetrat breuis hic ſi velut nuntius. At ſi aperias hæc, quæ* C *verbo vno incluſa erant, apparebunt & fuſa per domos ac templa flamma, &c.*] *Exſciſſus* autem legendum, ab exſcindo. qua de re alibi.

NON HÆC IOC. CONVENIENT] ſic habent libri ferè omnes veteres: pauci quidam, vt vulgati, *Non hoc ioc. conueniet. &c.* Nōnulli etiam, *Non hæc iocoſa conueniunt lyræ, &c.*

QVO MVSA TENDIS? ſic ſup. Od. 1. lib. 2. *Sed ne relictis Muſa procax iocis, &c.*

MAGNA MOD. TEN. PARVIS] deſine res magnas & grauis carmine humili imminuere quodammodo, atque extenuare. ſumus enim tenues: ſermones autem deorum, res magnæ atque amplæ ſunt. Od. 6. lib. 1. *Nec ſæuam Pelopis domum* (dicere) *Conamur tenues grandia*: ſequitur deinceps ibid. quod cum hoc loco congruit, *dum* D *pud. Imbell. quæ lyræ m. p. v. Laudes egregij Cæſaris, & tuas Culpa deterere ingeni.*

TVRNEBVS.

EX lib. 11. cap. 16. Solent Græci præſertim Attici, Perſas appellare Medos, quòd à Medis ad Perſas imperium tranſlatum ſit: Sed cùm Orientis & Perſarum opes in Parthorum tandē conceſſerint ditionem, Atticorum imitatione Flaccus, vt equidem exiſtimo Parthos appellauit Medos, cùm ait, lib. 1. Od. 2.

Neu ſinas Medos equitare inultos
Te duce Cæſar. Et hoc loco,
Romæ ferox dare iura Medis.

A

AD CALLIOPEN.

Od. 4.

ARGVMENTVM.

Se à multis periculis, Muſarum ope ereptū fuiſſe. Malè ceſſiſſe omnibus, qui aduerſum deos aliquid moliri voluerint.

DEſcende cælo, & dic, age, tibia
Regina, longum, Calliope, melos,
Seu voce nunc mauis acuta,
B *Seu fidibus, citharáve Phœbi.*
Auditis? an me ludit amabilis
Inſania? audire, & videor pios
Errare per lucos, amœnæ
Quos & aquæ ſubeunt, & auræ.
*Me fabuloſæ * Vulture in Appulo,*
*Altricis extra limen * Apulliæ,*
Ludo, fatigatúmque ſomno,
Fronde noua puerum palumbes
Texere: mirum quod foret omnibus,
C *Quicumque celſæ * nidum * Acherontiæ,*
Saltúſque Bantinos, & aruum
*Pingue tenent * humilis Ferenti,*
Vt tuto ab atris corpore viperis
Dormirē. & vrſis: vt premerer ſacra
*Lauróque, * collatáque myrto,*
** Non ſine Dis animoſus infans.*
** Veſter, Camœnæ, veſter in arduos*
Tollor Sabinos? ſeu mihi frigidum
Præneſte, ſeu Tibur ſupinum,
D *Seu liquidæ placuere Baiæ.*
Veſtris amicum fontibus, & choris,
*Non me * Philippis verſa acies retro,*
** Deuota non exſtinxit arbor,*
*Nec Sicula * Palinurus vnda.*
Vtcunque mecum vos eritis: libens
Inſanientem nauita Boſporum
Tentabo, & arenteis arenas
Littoris Aſſyrij viator
Viſam Britannos hoſpitibus feros,
Et lætū equino ſanguine Concanum.

Viſam

Digitized by Google

Viſam pharetratos Gelonos,
Et Scythicum inuiolatus amnem.
Vos Cæſarem altum, militia ſimul
Feſſas cohorteis abdidit oppidis:
Finire quærentem labores
Pierio recreatis antro.
Vos lene conſilium & datis, & dato
*Gaudetis almæ. * ſcimus, vt impios*
Titanas, immanémque turmam
Fulmine ſuſtulerit caduco
Qui terram inertem, qui mare temperat
*Ventoſum, & vrbes, regnáq; * triſtia:*
Diuóſque, mortaleiſque turbas
Imperio regit vnus æquo.
Magnum illa terrorem intulerat Ioui
Fidens, iuuentus horrida, brachiis:
Fratréſque tendentes opaco
** Pelion impoſuiſſe Olympo.*
Sed quid Typhoëus, & validus Mimas:
Aut quid minaci Porphyrion ſtatu,
Quid Rhæcus, euulſiſque truncis
Enceladus iaculator audax,
*Contra ſonantem Palladis * Ægida*
Poſſent ruẽtes? hinc auidus ſtetit
Vulcanus: hinc matrona Iuno, &
Numquam humeris poſiturus arcum,
*Qui rore puro Caſtaliæ * lauit*
Crineis ſolutos: qui Lyciæ tenet
Dumeta, natalémque ſiluam,
Delius, & Patareus Apollo
Vis conſili expers mole ruit ſua:
*Vim * temperatã Dij quoq; prouehũt*
In maius: ijdem odere vireis
Omne nefas animo mouenteis.
*Teſtis mearum centimanus * Gyas*
Sententiarum notus, & integræ
Tentator Orion Dianæ
Virginea domitus ſagitta
Iniecta monſtris terra dolet ſuis:
Mæretque partus fulmine luridum
Miſſos ad Orcum: nec perẽdit
*Impoſitam celer * ignis Ætnam:*

A *Incontinentis nec Tityi iecur*
Relinquit ales, nequitiæ additus
Cuſtos. amatorem trecentæ
Pirithoum cohibent catenæ.

DESCENDE CÆLO, ET] habent enim etiam Muſæ ſuam in cælo ſedem, vt Iouis filiæ. Itaq; dicuntur ab Homero & alijs poëtis etiam ὀλυμπιάδες, nõ ſolùm Pierides, aut Heliconiades, aut Lebethrides, &c. Et lib. α. ἰλ. Apollini cithara canenti, voce reſpondent. Μȣσάων θ', αἳ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ. Rectè igitur Ennius. *Muſæ, quæ pedibus magnũ pulſatis Olympum.* B Videtur autem Alcmanem exprimere, aut certè adũbrare voluiſſe: cuius exſtant hi verſus apud Hephæſtionem, Μῶσ', ἄγε Καλλιόπα, θύγατερ Διός, Ἀρχ' ἐρατῶν ἐπέων. ἐπὶ δ' ἵμερον Ὕμνῳ καὶ χαρίεντα τίθει χορ[όν]: id eſt, O muſa, Calliopa, Iouis filia, age, incipe verſus amabileis. Optabilem autem hymno, & lepidum chorum adiice. [Quot ſint porrò Muſæ magna controuerſia eſt. Ephorus (inquit Arnobius lib. 3. aduerſus genteis) has numero eſſe treis effert: Mnaſeas, quem diximus, quatuor: Myrtylus inducit ſeptem: octo aſſeuerat Crates: ad extremum Heſiodus nouem cum nominibus prodit. diis cælum & ſidera locupletans.]

C AVDITIS] è ſodalibus ſuis quærit audiántne Calliopen canentem, quam paullò antè è cælo deuocarat, quaſi ipſe, vt pote poëta, eius cãtum exaudiat: an inſaniat, & erret. Errant autem, atque adeò deſipiunt, qui putant Horatium etiam hîc verba facere cũ Calliope, & ex ea quærere num vocem ſuam audiat: vti autem verbo numeri multitudinis, quia Calliope ſit muſarum regina: vt Virg. *Vos ò Calliope, &c.* Cur igitur Horatius non dixit *Deſcendite*? Præterea ineptiſſima futura ſententia eſt, ſi hæc verba ad Calliopen, & muſas referantur.

AN ME LVDIT AMAB. INSAN.] an me fallit, ac decipit inſania optabilis, nẽpe poëtica? de qua ſic Plato in Phædro. Τρίτη δὲ ἡ ἀπὸ D μȣσῶν κατοχή τε, καὶ μανία λαβȣ̃σα ἁπαλὴν, καὶ ἄβατον ψυχὴν, ἐγείρȣσα, καὶ ἐκβακχεύȣσα κατά τε ᾠδὰς, καὶ κατὰ τὴν ἄλλην ποίησιν, μυρία τῶν παλαιῶν ἔργα κοσμȣ̃σα, τοὺς ἐπιγινομένους παιδεύει· ὃς δ' ἂν ἄνευ μανίας μȣσῶν ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται πεισθεὶς, ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανὸς ποιητὴς ἐσόμενος, ἀτελὴς αὐτός τε, καὶ ἡ ποίησις ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων ἡ τȣ̃ σωφρονȣ̃ντος ἠφανίσθη, id eſt, tertia autem mentis concitatio & inſania, quæ à muſis proficiſcitur, nacta animum tenerũ, & recentem, nondùmque vllo quaſi fuco tinctum, eúmque excitans, & Bacchico quodam furore afficiens, cantibus & hymnis, & cetera poëſi innumerabilia antiquorum facta exornans, poſteros inſtituit. Qui verò ſine Muſarum furore ad

poëticas foreis adierit, ſibi perſuades, ſe arte bonum & probabilem poëtã euaſurum, & is ipſe, & eius ſapientis & ſani ſcripta imperfecta ab operibus furentium obſcurantur. Sed plura hac de re alibi. vel ſimpliciter inſaniam accipe, id eſt, *μανίας*, qualis erat illius, qui ſe putabat *miros audire tragœdos: In vacuo lætus ſeſſor, plauſórque theatro.* epiſt. 2. lib. 2.

Et pios err. p. l.] pios, id eſt, in quibus dij verſantur: vel qui à dijs incoluntur: vel quos violare impium & nefas eſt.

Amœnæ qvos et aq. svb.] in quibus & auræ gratæ ſpirant, & aquæ iucundæ è fontibus manant. *amœna*, id eſt, quaſi ad ſe amãdum, ſeu ad ſe amandas allicientes. Feſtus.

B Me fabvlosæ, &c.] hæc ſunt ita coniungenda, & hoc ordine collocanda, mea quidẽ ſententia. fabuloſæ palumbes me puerum fronde noua texere: non vt alij, extra limen Apuliæ, altricis fabuloſæ. Iam cur palumbeis fabuloſas dicat, ſi quis ex me quærat, reſponderem, eadem ratione dici fabuloſas palumbeis, qua ratione *fabuloſus Hydaſpes* appellatur, & *fabulæ manes*. nempe quia de iis multa fabulantur poëtæ. Veneri autem ſacræ, & dicatæ ſunt columbæ. Virg. Æn. 6. *Vix ea fatus erat, geminæ cùm fortè columbæ Ipſa ſub ora viri cælo venêre volantes: Et viridi ſedêre ſolo: tum maximus heros Maternas Agnoſcit aues, lætúſq; precatur, Eſte duces, &c.* Tùm Veneris currum trahere dicuntur, vt paſſeres, propter incredibilem in eis innatam libidinem, ac ſalacitatem. Pherecrates C ἐν πελάγῃ. ἀλλ' ὦ περιστέριον ὅμοιον Καλλισθένει, πέτου· κόμισον δέ μ' ἐς Κύθηρα καὶ Κύπρον, id eſt, At ô columbula Calliſtheni ſimilis, vola: deferto me in Cythera & Cyprum. Quãobrem verò ſe dicat lauro, & myrto à palumbis eſſe tectum, ne obſcura quidem cauſa eſt. Primũ enim laurus, quæ Apollinis eſt, ſignificabat, eũ poëtam futurum: deinde myrtus, quę Veneris, res amatorias, & (vt ait ipſe) prœlia virginum, & iuuenum curas cantaturum.

Altricis] id eſt, nutricis. codex quidem Raïnutij Card. habet, *nutricis*: cũ quo & alij duo congruunt. ego nihil muto. M. Tull. in Timæo. *Iam verò terram altricem noſtram, quæ traiecto axe ſuſtinetur, diei, noctiſque effectricem, &c.*

D Voltvre in Appvlo.] monte Apuliæ falluntur qui hîc legi volunt, *tectore in Apulo*, libris omnibus reclamantibus, nulla ratione ſuffragante.

Lvdo, fatig. qvæ somno] ludo fatigatum, ſomno oppreſſum. Sat. 2. lib. 2. *equóve Laſſus ab indomito: vel ſi Romana fatigat Militia, aſſuetum græcari.*

Fronde nova] id eſt, recenti, & viridi. aliter dixit Virg. lib. 2. Georg. *Miratúrq; nouas frõdes, & non ſua poma.*

Qvicvnqve celsæ nid. Acheront.] nidum Acheruntiæ ideò dixit, quia Acherontia ſita erat in monte erat autem oppid. in Lucania ſic M. Tull. Ithacam, *nidulum* appellat lib. 1. de

A orat. his verbis. *tanta vis patriæ eſt, vt Ithacam illã in aſperrimis ſaxulis, tanquam nidulum, affixam, ſapientiſſimus vir immortalitati anteponeret.* epiſt. ad Fulcum Ariſt. lib. 1. per nidum, domum propriã ſignificat. *Tu nidum ſeruas: ego laudo ruris amœni riuos, &c.* ſic Heſiodus ἔργ. καὶ ἡμ. Οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσσεῖται· ποιεῖσθε καλιάς. ductum ab auibus.

Saltúsqve Bantinos] ſic eſſe legẽdum, & veteres codices peruincunt, & Plinius confirmat lib. 3. ca. 11.

Hvmilis Ferenti] in valle poſiti. vnde dicti Ferentani, ſeu Frentali potiùs. Plin. eod. lib. eod. cap.

Vt] mirum vt mirum quo pacto.

B Sacra] Apollini ſacra, Od. 30. huius lib. *Delphica Lauro.* & Od. 3. lib. 4. *Deliis Ornatum foliis ducem.* ſunt autem hæ frondes, laurus, oliua, myrtus, felices: & ita ſolent appellari.

Collàta] congeſta, comportata. epiſt. de arte poëtica. *Vndique collatis membris.*

Non sine Diis] non ſine diuino numine, σὺν θεῷ· οὐκ ἀθεεί. quo vtitur Theocr. Europa. Οὐκ ἀθεεὶ γὰρ ταῦτα διέρχομαι ὑγρὰ κέλευθα. id eſt, non ſine Deo has tranſeo humidas vias. Salluſt. *vt tanta repente mutatio non ſine Deo videretur.*

Animosvs infans] qui non terreretur neque ab vrſis, neque à viperis.

Vester Camœnæ] ſiue me contulero C in Sabinos, ſiue Præneſte, ſiue Tibur, ſiue Baias, veſter ſum: vbicumque fuero, veſter ſum.

Tollor] conſcendo, ſeu vehor potiùs.

Tibvr svpinvm] alibi vdum appellat, vt Od. 29. huius libr. *Ne ſemper vdum Tibur, & Æſulæ Decliue contempleris aruum:* & in epiſt. ad Mæcen. 2. lib. 1. *vacuum ſed vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.*

Sev liqvidæ] epiſt. 1. lib. 1. *Nullus in orbe locus Baiis prælucet amœnis.* liquidas autem appellat propter aquas calidas.

Non me Philipp. versa acies] non fuſos & verſus in fugam Bruti, & Caſſij exercitus: quo in prœlio Caſſius ſua ſe manu interfecit: deinde & Brutus paucis poſt diebus. vide Od. 14. lib 1. & 7. lib. 2. *Tecum Philippos, &* D *celerem fugam Senſi relicta non bene parmula.* & epiſt. ad Iul. Flor. lib. 2. *Vnde ſimul primum me dimiſere Philippi Deciſis humilem pennis, &c.* Erant autem in eo bello Horat. tribunus militum. Sat. 6. libr. 1. *Quòd mihi parêret legio Romana tribuno.* Philippi vrbs in Thracia, ſeu Theſſalia. [his autem verbis *verſa acies retro*, expreſſit Græcum nomen παλίωξις. quamquam παλίωξις ſignificat propriè perſecutionem, & conuerſionem, quæ fit ab iis, qui anteà fugiebant, qualis deſcribitur ἰλ ξ.]

Devota non extinxit arb.] ſacra, exſecrabilis, ſcelerata. Od. 23. huius lib. *Deuota victima.* Od. 16. epod. *deuoti ſanguinis ætas.* Od. 14. lib. 4. *Deuota morti pectora libera.* Catull. de

Digitized by Google

de nuptiis Pelei. *deuota periuria.* Prop. lib. 2. eleg. 28. *Andromede monſtris fuerat deuota marinis.* Tibullus lib. 1. eleg. 5. *Tunc me diſcedens deuotum fœmina dixit.* de hac arbore vide Od. 17. lib. 2. *Me truncus illapſus cerebro Suſtulerat, &c.* & octauam huius. *prope funeratus Arboris ictu.* & totam 13. lib. 2. *Ille & nefaſto te poſuit die.* A

P A L I N V R V S] promuntorium Lucaniæ non lõgè à Velia, à Palinuro Æneæ gubernatore dictum, circa quod cùm Horatius nauigaret, atq; è Macedonia in Italiam rediret, magno in periculo verſatus eſt. Virg. Æn. 6. *Nam tua finitimi longè latéque per vrbeis Prodigiis acti cæleſtibus oſſa piabunt, &c.*

V T C V M Q V E] quandocunque. vide ann. ad Od. 35. lib. 1. B

I N S A N I E N T E M] æſtuoſum, impotentem. ſic Virg. Mœrid. *Huc ades: inſani feriant ſine littora fluctus.* ſuprà Od. vlt. lib. 2. *gementem* appellauit.

T E N T A B O] ſuprà Od. 2. huius lib. *negata tentat iter via.*

A R E N T E I S A R E N A S] aptiſſimum epithetum. Lucr. lib. 2. *bibulam lauit æquor arenam.* Nõ diſſimulabo tamen, in quibuſdam exemplaribus antiq. ſcriptum eſſe, *vrenteis*: quam ſcripturam non minùs probo, quàm receptam.

C O N C A N V M] Concani Cantabriæ populi. Concana enim numerat Ptolemæus in Cantabriæ vrbibus, libr. 2. in deſcriptione Hiſpaniæ Tarraconenſis: & quidem eam primam locat. C Quòd autem Horat. Concanos equino ſanguine lætos ait, nihil tale neque de Concanis, neque de vniuerſis Cantabris vnquam legi: ne ipſe quidem Strabo, qui lib. 3. multa de Cantabrorum victu, cultúq; planè barbaro, agreſti, atq; immani memoriæ prodidit, quicquã tale commemorauit. At de Biſaltis & Gelon. ſic Virgil. Georg. 3. *Biſaltæ quo more ſolent, acérque Gelonus, Cum fugit in Rhodopen, atque in deſerta Getarum: Et lac concretum cum ſanguine potat equino.* & item Martialis de Sarmatis: *Venit & epoto Sarmata paſtus equo*: de quibus eadem Plinius narrat libr. 18. cap. 10. *Sarmatarum quoque gentes hac maximè pulte aluntur: & cruda etiam farina equino lacte, vel ſanguine è cruris venis admiſto.* Vnde exiſtimant quidam, in his Nicolaus Montanus, iuuenis in primis doctus: qui ſuperiores Virgilij verſus ad huius Horatiani loci ſcripturam oppugnandam mihi proferebat: vel Concanum, ſicubi terrarum reperitur (de hoc enim dubitabat ille) eſſe Scythiæ populum, non Cantabriæ: vel hic legendum eſſe *Caucaſum.* Cuius ſententiam non ſum ſecurus. Nam primùm Concana, Cantabriæ vrbẽ eſſe conſtat, ſi Ptolemæo credimus. cuius ciuis, dicitur Concanus. deinde non ſi Sarmatæ, vel Geloni & ſimiles Thraciæ populi, ſanguine equino veſcuntur, continuò ſequitur nullas alias eſſe nationes, quæ ſimili victu vtantur. Poſtremò ſi non eſſet verũ Concanos tali potu vſos eſſe, neque vlli ſcriptores hoc tradidiſſent, tamen Horatij teſtimoniũ ad fidem huius rei faciendam ſatis apud nos valere deberet, vt omittam quòd poëtis licet de gentibus longinquis, & barbaris, & immanibus multa ab hiſtoricis non teſtata, aut minus quæſita, pro ſuo iure confingere, & comminiſci. De veritate autem huius ſcripturæ non eſt dubitandum, cùm omnes libri & manuſcripti, & vulgati ſine vlla varietate ita habeant.

V I S A M P H A R E T R A T O S G E L O N O S.] Virgil. Georg. 2. *Et gens illa quidem ſumtis haud tarda pharetris.* Idem lib. 3. *Quáque pharetratæ vicinia Perſidis vrget.*

E T S C Y T I C V M A M N E M.] Tanaïm, de quo Od. 10. huius lib. *Extremum Tanaim ſi biberes Lyce:* & Od. 29. *Tanaiſq; diſcors.*

I N V I O L A T V S.] incolumis, ſaluus.

A L T V M] magnum, egregium, principem.

S I M V L] ſimul vt, ſimulatque. vide annot. ad Od. 4. lib. 1. ibi, *quò ſimul mearis.*

F E S S A S C O H O R T E I S A B D. O P P.] feſſas militia cohorteis abdidit in oppida, propter anni tempus ad bellum gerendum, & ad caſtra ineptum: in hibernis collocauit. Atque hãc ſcripturam ita probo, vt tamen illa altera, quæ reperitur in codice Achillis Statij, Donati, atque etiam Reinutij Card. mihi non diſpliceat: quæ eſt. *Feſſas cohorteis reddidit oppidis.* Iam hanc receptam codices item manuſcripti optimæ notæ cõfirmant: in his duo Vatic. Faër. Vrſ. Torneſ. Adde complura ſimilia loquendi genera apud bonos ſcriptores. non longè abiero. M. Tull. pro Arch. poët. *ſi qui ita ſe litteris abdiderunt.* & Horat. ipſe epiſt. 1. lib. 1. *latet abditus agro.* Iam in voce *feſſas* aliquid ineſt ſcrupuli. nam propter verbum *recreatis*, quod ſequitur, videtur legendum, *Feſſus*: vt ſit hæc ſententia, vos Cæſarem altum, feſſum militia, ſimulatq; cohorteis in hibernis collocauit, Muſarum ſtudio recreatis, ac reficitis.

P I E R I O R E C R E A T I S A N T R O.] reficitis & oblectatis ſtudio litterarum, lectione, & ſcriptione, & arte poëtica. Per antrum Pierium, muſarum receſſus, & poëtarum ſeceſſum ſignificat.

V O S L E N E C O N S I L I V M] *ſili* duæ breues pro vna longa. Nam cùm poſt ſpondeũm & iambũ, vnam ſyllabam longam lex carminis poſtularet, duas breueis in locum vnius longæ poſuit. *vos lene conſili.* ſic infr. Od. 6. *Hinc omne principium, huc refer exitum.* Significat, ex ſtudio litterarum conſilium & prudentiam manare, quæ plus valent in re militari, quàm vires immanes.

I M P I O S T I T A N A S.] qui cum Diis pugnarũt. vide Heſiod. in Theog. M. Tull. de leg. 3. *noſter verò Plato Titanum è genere ſtatuit eos, qui, vt illi cæleſtibus, ſic hi aduerſentur magiſtratibus.* Arrepta hac occaſione, incipit oſtendere, vireis, & potentiam ſine ſapientiæ præſidio non admodum prodeſſe, imo obeſſe potius.

C A D V C O] ita in caput Titanum, & gigantum immiſſo à Ioue, & contorto, vt è cælo cadere videretur. ſic ſuprà arborem illam, cuius caſu pæne oppreſſus fuerat, lignum nominat *caducum*

In domini caput. Od.13.lib.2.

INERTEM] id eſt, immobilem. ſic ſup. Od. 34. lib. 1. *bruta tellus.* alioqui iners meritò dici nõ poſſit, quæ tot flores, herbas, fruges, atque arbores ex ſe pariat, ac profundat.

TEMPERAT] regit, gubernat. annot. ad Od. 8. lib. 1.

VENTOSVM] à ventis concitatum, aliter epiſt. 8. lib. 1. *Romæ Tibur amem ventoſus, Tibure Romam.* & epiſt. ad Mæcen. tertia, lib. 1. *Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor.* & epiſto. ad Augusti. *Quem tulit ad ſcenam ventoſo gloria curru, exanimat lentus ſpectator, &c.*

REGNÁQVE TRISTIA] inferorum ſedem. ſic Virg. Æneid. 4. *alias ſub triſtia tartara mittit.* Idẽ lib. 6. *Vt triſtem ſine ſole domos, loca turbida adires?* Itaque mortuus Achilles apud Homerum ὀδυσσ. λ. dicit ſe malle apud ſuperos, hoc eſt, in terris, homini non admodum diuiti mercede conductũ ſeruire, quàm in omnibus mortuos regnum obtinere. ſic Hom. Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη, Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

MORTALÍSQVE TVRBAS] corrupti ſunt hoc loco omnes vulgati codic. qui habent *turmas.* legendum eſt enim *turbas*, vt eſt ſcriptum in antiquis.

FIDENS IVV. HORR. BR.] ſic verba coniunge, iuuentus horrida, fidens brachiis. ſic loquitur Hom. ἰλιάδ. μ. οἳ ἄρα τοῖς χείρεσσι πεποιθότες, ἠδὲ βίηφι. id eſt, ſic hi manibus fidẽtes & viribus. & ita Porphy.

FRATRÉSQVE TEND. OP. PEL. &c] Virg. Georgic. 1. *Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam.* *tendentes*, id eſt, contendentes, conantes. ſic epi. 2 lib. 2. *Tendunt extorquere poemata.*

SED QVID TYPHOEVS.] Pindarus τυφῶ nominauit, pro eo, quod eſt τυφῶνα, vel pro τυφῶα à recto τυφώς quem olim (inquit ille) Cilicium antrum educauit: nunc autem hirſutum eius pectus Cumarũ littora, & Sicilia oppreſſum tenent. Pindari verba ſunt hæc: Πυθ. ὠδ. α. Τυφὼς ἑκατοντακάρανος, τόν ποτε Κιλίκιον θρέψεν πολυώνυμον ἄντρον, νῦν γε μὰν ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι, Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει στέρνα λαχνάεντα. De eodem ſic Apoll. lib. 2. Argon. Ἔνθα Τυφάονά φασι Διὸς Κρονίδαο κεραυνῷ βλήμενον, ὁππότε οἱ στιβαρὰς ἐπορέξατο χεῖρας, θερμὸν ἀπὸ κρατὸς στάξαι φόνον, id eſt, hic Typhonem aiunt Iouis Saturnij fulmine percuſſum, cùm ei validas manus admouit, calidam à capite manauiſſe cædem. ad quem locum lege interpretem. Typhoeum igitur, ſeu Typhonem, Tartari, & Terræ filium in cælo regnare conatum fulmine deturbauit Iupiter. cuius manus fuiſſe ad res magnas, & arduas conandas expeditas, & pedes numquam defeſſos, & ex humeris centum draconis capita extitiſſe, flammam ex oculis emicuiſſe, ſuam cuiuſque capitis vocem fuiſſe, multáque alia portenta de eo ſcribit Heſiod. in Theogon. his verbis: Ὁπλότατον τέκε παῖδα Τυφωέα Γαῖα πελώρη Ταρτάρου ἐν φιλότητι διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην. Οὗ χεῖρες μὲν ἔασιν ἐπ' ἰσχύϊ ἔργματ' ἔχουσαι, Καὶ πόδες ἀκάματοι κρατεροῦ θεοῦ· ἐκ δέ οἱ ὤμων Ἦν ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος δεινοῖο δράκοντος Γλώσσῃσι δνοφερῇσι λελιχμότες.

MIMAS] Mimantem Heſiod. in illa Centaurorum, & Lapitharum pugna, quam deſcribit in Aſpide, vnum facit è Centauris.

AVT QVID MIN. PORPHYR. STATV] Porphyrionem boues Herculis abigentem ſagittis Apollo confixit. de quo Pind. Pyth. ὠδ. η. quem locum ſupra teſtẽ produximus ad Od. 14. lib. 2.

RHŒCVM] gigantem, vel centaurum. Virgil. Georg. 2. *Rhœcumque, Pholúmque.*

ENCELADVS] de quo Virg. Æn. 3. & 4.

ÆGIDA] clypeum Iouis, quo vtitur & Pallas in prælio. Homer. ἰλ. ε Ἡ δὲ χιτῶν' ἐνδῦσα Διὸς νεφεληγερέταο, Τεύχεσιν ἐς πόλεμον θωρήσσετο δακρυόεντα. Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν Δεινήν, ἣν περὶ μὲν πάντῃ φόβος ἐστεφάνωται· Ἐν δ' ἔρις, ἐν δ' ἀλκή, ἐν δὲ κρυόεσσα ἰωκή: id eſt, Hæc autem (Pallas) tunica induta Iouis nubium coactoris, in prælium lacrymoſum armabatur. humeris autem ægida bullis aut fimbriis ornatam circumiecit horribilem, omni ex parte terrore circundatam. in ea erat contentio, in eo vires, in eo aſpera perſecutio, ſeu horrorem incutiens clamor.

HINC] à partibus Iouis, & Palladis.

MATRONA IVNO] cur matrona? an quia Iouis vxor? an quia matrimoniis præeſt, ex quo pronuba dicitur? Eſt autem matronæ nomẽ honeſtius, & honorificentius, quàm matris familias, præter alias differentias, quæ traditæ ſunt ab A. Gellio, & Nunio.

AVIDVS] vel pugnæ auidus, vel refer ad ignis naturam celerem, & quodammodo auidam.

ET NVMQVAM HVM. POST.] Apollo, quem Homerus, & eius exemplo ceteri poëtæ Græci ἑκατηβελέτας, & ἑκηβόλον. i. longè iaculantem, longéque tela mittentem, nominant. & apud Euripid. in Alceſt. ſic loquitur ille σύνηθες αἰεὶ ταῦτα βαστάζειν ἐμοί. ſubaudi, τόξα id eſt, ſemper hos arcus geſtare ſoleo.

RORE PVRO] aqua ſincera Caſtalij fontis quem fontem caballinum, Latini, Hippocrenen Græci vocant: neque laboro ſitne in monte Helicone, an in Parnaſſo: quamquã Parnaſſum & Heliconem vnum & eundem montem vult eſſe Seruius: à quo alij diſſentiunt. Caſtaliam vrbem Ciliciæ numerat Stephanus, à qua alij fontem, eiuſdem nominis dictum eſſe volunt: alij in Lycia eſſe tradiderunt. meum non eſt hanc controuerſiam diiudicare.

LAVIT] præſentis temp. vt ſup. Od. 3. lib. 2. *flauum quam Tiberis lauit.*

CRINEIS SOLVTOS] paſſos, humeris

ſparſos, non collectos in nodum, aut religatos.

NATALÉMQVE SILV.] in qua natus eſt: quæ eſt in Delo inſula.

PATAREVS] à Patara, vrbe Lyciæ, vbi edit oracula.

VIS CONSILI EXPERS] videtur ex Pindaro hanc ſententiam expreſſiſſe. ordo verborum tantùm apud Horat. eſt immutatus. Pindarus enim priore loco ſententiam ponit: deinde exempla ſubiicit. ſic Pind. Pyth. ὠδ. η. βία δὲ καὶ μεγάλαυχον ἔσφαλεν ἐν χρόνῳ. τυφῶς κίλιξ πολυκάρανος οὔ μιν ἄλυξεν. οὐδὲ μὰν βασιλεὺς γιγάντων. δμᾶθεν δὲ κεραυνῷ. τόξοισι τ' Ἀπόλλωνος, id eſt, vis etiam eum, qui gloriatur ſe ceteris præſtare, percellere ſolet. Typhoeus Cilix multorum capitum eam non effûgit, neq; rex gigantum Porphyrio. Nam alter fulmine ictus eſt, alterum ſagittis Apollo confixit. Etiam Neſtor apud Homer. ἰλιάδ. ψ. docet, omnem ferè præſtantiam, atq; excellentiam in ratione & conſilio potiùs, quàm in viribus corporis eſſe poſitam, omniáque meliùs conſilio, quàm viribus explicari. ſic Neſtor. Μήτι τοι δρυτόμος μέγ' ἀμείνων, ἠὲ βίηφι. Μήτι δ' αὖτε κυβερνήτης ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ Νῆα θοὴν ἰθύνει ἐρεχθομένην ἀνέμοισι· Μήτι δ' ἡνίοχος περιγίγνεται ἡνιόχοιο. id eſt, Conſilio & ratione longè præſtat lignator, quàm viribus: conſilio gubernator nauem regit & gubernat, ventis agitatam: Conſilio auriga aurigam ſuperat. ſic & Oppianus lib. 5. ἁλιευτ. ait neq; ex viribus corporis, neque ex pulchritudine tantùm vtilitatis proficiſci, quantum ex conſilio, & prudentia: vireiſque corporis conſilij experteis, eſſe inutileis, & inaneis. Ὡς οὔτ' ἠνορέης, οὔτ' εἴδεος ἔπλετ' ὄνειαρ Τόσσον, ὅσον πραπίδων, ἀλκὴ δὲ ἀνεμώλιος ἄφρων. Καὶ τὰ μέγα βρίθοντα κατέσβεσεν, ἠδ' ἐσάωσε Βαιὸς ἀνὴρ εὔμητις.

VIM TEMPERATAM] conſilio & ratione directam.

ANIMO MOVENTEIS] animo agitanteis, cogitanteis. *mo mo* complotio ſyllabarum.

CENTIMANVS GYAS] aliàs centimanus Gyges, vt Od. 17. lib. 2. ſed illa ſcriptura reiecta. hanc ſequimur. al. gigas.

INTEGRÆ] caſtæ: intactæ: virginis.

TENTATOR ORION DIANÆ] vide annot. ad Od. 28. lib. 1. tentatorem autem dixit, vt Græci πειραστὴν ἀπὸ τὸ πειρᾶν.

DOMITVS] δαμεὶς, ſuperatus & confoſſus.

SVIS] ex ſe natis. ſup. Od. 12. lib. 2. *Telluris iuuenes.*

MÆRÉTQVE PARTVS] ſuos fœtus interemtos mærore proſequitur.

LVRIDVM] pallidum. ſic Tib. lib. 3. eleg. 3. *Me vocet in vaſtos amnes, nigrámque paludem Diues in ignaua luridus Orcus aqua.* Lucret. lib. 4. *Lurida præterea fiunt, quæcumque tuentur Arquati.* infrà Od. 13. lib. 4. *luridi dentes.* luridum dicitur à lura, quæ ſignificat os culei, vel vtris, vt docet Feſtus. ſignificat & vtrem ipſum, ſeu corium, vnde conficitur, à cuius colore luridum eſt nominatum. Lucilius. *Verùm illud credo fore, in os prius accipiam ipſe, Quàm gladium in ſtomacho, lura, ac pulmonibu' ſiſto, &c.* proferuntur lib. 4. Tuſcul. quæſt.

NEC PERESIT, &c.] ne vnquam montiũ, & terræ onere ſibi impoſito leuentur: & vt ſit pœna impij eorum conatus ſempiterna.

ÆTNAM] qua opprimuntur impij gigantes, vt fabulantur poëtæ. Lucretius autem ignium Ætnæ cauſas multis verſibus, iiſque pulcherrimis explicat. lib. 6.

INCONTIN. NEC TITYI IEC.] iecur libidinis eſt ſedes, vt dicemus ad Oden. 1. li. 4. Tityum autem iccirco incontinentem appellat, quia Latonæ ſtuprum inferre conatus eſt. cuius pœnæ ex Homero, & Virg. & ceteris, notiſſimæ ſunt. Hæc de eo Homerus, ὀδυσ. λ. Καὶ Τιτυὸν εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱὸν Κείμενον ἐν δαπέδῳ· ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα· Γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον· Δέρτρον ἔσω δύνοντες· ὁ δ' οὐκ ἀπαμύνετο χερσί· Λητὼ γὰρ ἥλκυσε Διὸς κυδρὴν παράκοιτιν, &c. id eſt, & Tityon vidi terræ glorioſiſſimæ filium, in campo iacentem: ille autem vſque ad nouem terræ iugera porrigebatur. Vultures autem duo vtrinque aſſidentes ei iecur tondebant, pellem penitus ſubeuntes ac penetrantes: at ille manibus eũ repellere non poterat. Nam Latonam Iouis amicam venerandam rapuerat. Virg. Æneid. 6. *Nec non & Tityum terræ omniparentis alumnum Cernere erat, per tota nouẽ cui iugera corpus Porrigitur: roſtróque immanis vultur obunco Immortale iecur tondens, &c.* & Tibull. lib. 1. eleg. 3. *Porrectúſque nouem Tityus per iugera terræ Aſſiduas atro viſcere paſcit aues.* hanc autem fabulam de Tityo, & ceteras de Tantalo, & Siſypho, exagitat & refellit Lucre. li. 3. his verſibus, *Nec Tityum volucres ineunt Acherunte iacentẽ: Nec, quod ſub magno ſcrutentur pectore, quicquam Perpetuam ætatem poterunt reperire profectò, Quamlibet immani proiectu corporis extet, Qui non ſola nouem diſperſis iugera membris Obtineat, ſed qui terræ totius orbem: Nõ tamen æternum poterit perferre dolorem, Nec præbere cibum proprio de corpore ſemper. Sed Tityus nobis hic eſt, in amore iacentem, Quem volucres lacerant, atq; exeſt anxius angor, Aut aliæ quæuis ſcindunt torpedine curæ.* Pindarus autẽ Πυθ. ᾠδ. δ. hoc tantùm de Tityo, illum Latonæ ſtuprum inferre conatum eſſe, atque iccirco ab ea telis cõfixum: vt annotauimus ad Od. 14. lib. 2. Commemorat Horatius Tityũ etiam Od. 11. huius lib. *Tityuſq́; vultu Riſit inuito.*

NEQVITIÆ] intẽperantiã quandã, & libidinẽ rerũ Venerearũ ſignificat hoc nomen. vtitur Od. 15. huius lib. *Tandem nequitiæ fige modum tuæ.* & Satyr. 3. lib. 2. *par nobile fratrum, Nequitia & nugis, prauorum, & amore gemellum.* & Saty. 2. eiuſ. *nos expulit ille: Illũ aut nequities, aut vafri inſcitia iuris.*

NEQ. ADDITVS CVSTOS] id eſt, nequitiæ appoſitus cuſtos. ſic enim loquitur M. Tull. diuinatione in L. Cæcilium: *Cuſtodem (inquit) Tullio me appoſuit.* ſed licet etiam dicere, ma-

A iorem vim hîc eſſe in voce *additus*, quàm vulgò putant: nempe additum valere idem ferè, quod inimicum, atque infeſtum: ſeu affixum, atq; ita infeſtum: quod notatum eſt à Macrobio lib. 6. Satur. ca. 4. ad illum locum Virg. 6. *nec Teucris addita Juno Uſquam aberit*. quo modo locutum antè fuiſſe Lucilium libro 14. oſtendit ille ibidem. Sic Lucilius, *Si mihi non prætor ſiet additus, atque agitet me: Non malè ſic ille, vt dico, me extenderet vnus.* In quorum verſuum poſteriore, vt dicam ἀπαρόδως, mendum ineſſe puto: cúmque ſic emendãdum, *Non malè ſic ille, vt dico, me exenteret vnus.* & ſubintelligendum, ſeu repetendum ἀπὸ κοινοῦ, *ſi*, hoc modo *ſi non, &c.*

B Amatorem trec. Perith.] Pirithous Ixionis & Diæ filius. is (vt eſt in fabulis) Proſerpinam amauit, qua vt potiretur, cùm ad inferos ſocio & adiutore Theſeo deſcendiſſet, à Cerbero diſcerptus eſt. Plutarch. in Theſeo ſcribit, illum Aidonei Moloſſorum regis filiam amaſſe, quam pater, Proſerpinæ nomine appellarat: cani autem ſuo Aïdoneum nomen Cerbero impoſuiſſe, cum quo filiæ ſuæ procos decertare cogebat: Regem autem, cùm audiſſet veniſſe Pirithoum, non, vt filiam ſuam vxorem duceret, ſed vt raperet, eum cani illi dilacerandum ac dilaniandum obieciſſe: Theſeum in vincula conieciſſe. Horat. & hic opinionem vulgi ſecutus eſt, & Od. 7. lib. 4. *Nec lethæa valet Theſeus abrumpere caro Vincula Pirithoo.* ſic & Virg. lib. 6. Æneid. *Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti, &c.* C

TVRNEBVS.

Ex lib. 16. cap. 6. Apud Horatium,

Non auſpicatos contudit impetus

Noſtros. In Priſciani ſcribitur libris: quamquam non conſtat an ita legerit. Hodie in Horatianis exemplaribus *noſtros* editum eſt.

Ex lib. 4. cap. 21. Ionicum, ſaltatorem ferè molliculum & effœminatum, delicariúſque ſe mouentem interpreter: vt apud Horatium,

Motus doceri gaudet Ionicos

D *Matura virgo*: tum quòd Ionum mores & ſaltationes laſciuiores & teneriores petulantioréſque erant: tum quòd ſi id è propinqua reperi inſula placet, nec in Aſiam nauigari, Siculi ſaltationem quãdam, vt reor, blandam & voluptuariam in honorem Dianæ celebrabant, Ionicam vocatam. Pollux. τὸ δὲ ἰωνικὸν ἀρτέμιδι ὠρχοῦντο Σικελιῶται μάλιστα.

AVGVSTI LAVDES.
Od. 5.

ARGVMENTVM.

Reguli conſtantia, & ad Pœnos reditus.

A *CÆLO tonantem * credidimus Jouem*
Regnare. præſens diuus habebitur
Auguſtus, adiectis Britannis
Imperio, grauibúſque Perſis.
Milesne Craſſi coniuge barbara
Turpis maritus vixit? & hoſtium
(Prò curia, inuerſique mores)
Conſenuit ſocerorum in armis,
*Sub rege * Medo, Marſus, & Appulus,*
B *Anciliorum, & nominis, & togæ*
Oblitus, æternæq; Veſtæ,
Incolumi Ioue, & vrbe Roma?
** Hoc cauerat mens prouida Reguli,*
Diſſentientis conditionibus
Fœdis, & exemplo trahenti
Perniciem veniens in æuum,
Si non periret immiſerabilis
Captiua pubes. Signa ego Punicis
Affixa delubris, & arma
Militibus ſine cæde, dixit,
C *Derepta vidi. vidi ego ciuium*
Retorta tergo brachia libero,
** Portáſque non clauſas & arua*
Marte coli populata noſtro.
*Auro * repenſus ſcilicet acrior*
Miles redibit. flagitio additis
*Damnum: * neque amiſſos colores*
Lana refert medicata fuco:
Nec vera virtus, cùm ſemel excidit,
*Curat reponi * deterioribus.*
D *Si pugnat extricata denſis*
Cerua plagis, erit ille fortis,
*Qui perfidis ſe * credidit hoſtibus:*
Et Marte Pœnos proteret altero,
Qui lora reſtrictis lacertis
Senſit iners: timuítque mortem.
Hic, vnde vitam ſumeret, inſcius,
Pacem duello miſcuit. O pudor,
O magna Karthago probroſis
Altior Italiæ ruinis.
** Fertur pudicæ coniugis oſculum,*

Par-

Digitized by Google

*Paruóſque natos, vt * capitis minor,*
A ſe remouiſſe, & virilem
*Toruus * humi poſuiſſe vultum,*
*Donec * labanteis conſilio patres*
Firmaret auctor nunquam aliàs dato:
Intérque mærenteis amicos
Egregius properaret exſul.
Atquì ſciebat, quæ ſibi barbarus
*Tortor pararet. * non aliter tamen*
Dimouit obſtanteis propinquos,
Et populum reditus morantem,
Quàm ſi clientum longa negotia
Dijudicata lite relinqueret,
Tendens Venafranos in agros,
Aut Lacedæmonium Tarentum.

PRÆSENS DIVVS HABEBITVR] Præſens diuus ambiguè dictum: vel vt præſens intelligatur, qui cernitur oculis, & qui adeſt, cùm Iupiter contrà ex tonitru & ceteris ſimilibus credatur in cælo eſſe: vel vt præſens ſignificet eum, qui vim ac potentiam ſuam expromit ac declarat, Nam vt tonitrua, & fulmina, Iouem C præſentem ac potentem eſſe docent: atque admonent: ſic victoriæ Cæſaris potentiam, & diuinitatem eius arguunt. vide annotat. ad Od. 35. lib. 1. Non admodum diſſimile eſt illud in principio ferè epiſtolæ ad Auguſt. lib. 2. Romulum, Bacchum, Caſtorem & Pollucem, Herculem poſt præclara in homines merita vita functos Deorum honorem eſſe conſecutos, atque in cælum ſublatos: Auguſto autem etiam viuo, ac videnti diuinos honores tribui. *Præſenti* (inquit) *tibi maturos largimur honores.*

GRAVIBÚSQVE PERSIS] vt Ode. 2. lib. 1. *Quo graues Perſæ melius perirent.*

TVRPIS] refertur ad animum, vt Ode 31. lib. 1. *nec turpem ſenectam Degere.* & Od. 37. eiuſd. D *Contaminato cum grege turpium Morbo virorum.* & Ode. 33. eiuſd. *Quàm turpi Pholoë peccet adultero.* epiſt. 2. lib. 1. *Sub domina meretrice fuiſſet turpis, & excors.* epiſt. ad Quinct. *Introrſum turpem, ſpecioſum pelle decora.*

SVB REGE MEDO.] ſub rege Perſa, & Partho, vt ſæpe aliàs.

ANCILIORVM, ET NOM.] ancilium à recto ancile, erat vſitatum & verum. Notum eſt autem, ancilia (quæ erant ſcuta quædam breuia, numero duodecim) fuiſſe in æde Martis ſeruata: ex quibus vnum de cælo lapſum eſſe credebatur: vt ſcribit Liuius lib. 1. At Virg. omnia Æneid. 8. *& lapſa ancilia cælo Extuderat:* vbi tamen Seruius notat, Virgilium numero multitudinis vſum eſſe pro ſingulari. De his vide Dionyſium Halyc. A βιβ. β. ῥωμ. ἀρχ. & Sext. Pomp. in nomine *Mamurij* Dictum eſt autem ancile ab ani, quod idem valebat, quòd circum, & cædo idque cōfirmant & Sext. Pompeius eo, quem dixi, loco, & Varro lib. 6. de ling. Lat. his verbis, *ancilia dicta ab ambciſu, quod ea arma erant ab vtraque parte, vt pelta Thracum, inciſa.* nam amcidere, ſeu ancidere circumcidere eſt: eóque verbo vtitur Lucretius lib. 3. vt quidem legitur in quibuſdam exemplaribus: *Omnia iam ſeorſum cernes amciſa recenti Vulnere tortari.* alij ancylia volunt eſſe dicta à Græco nomine ἀγκύλον: quod ſignificat curuum, rotundum: quod ſi probabimus, ancylia ſcribendum erit per y. Alij. in quibus eſt Seruius, *ancile* dictum putant, quaſi ἀμφίχειλον, id eſt, vndiq; B labrum habens: alij quaſi ἀμφίκοιλον, id eſt, vndique cauum. Is, quem iam commemoraui, Seruius ad illum locum Virg. Æn. lib. 7. *læuáque ancile gerebat*, cùm multa tradat de ancili Numa regnante è cælo delapſo, tum hunc locum Horatij profert & Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 4. *ſed cum legamus, læuáque ancile gerebat, tamen anciliorum ab Horat. relatum eſt. & nominis* autem adiecta copulatione, &, excudendum curaui auctoritate fretus codic. Raïnur. Card. Faero. Ianooct. triū Vatic. Torneſ.

ÆTERNÆQVE VESTÆ] cuius in æde ſernabatur ignis æternus: & iccircò cuſtodiebatur à virginibus (vt tradit Dionyſ. Halicar. li. 2. C ῥωμ. ἀρχ) ὅτι πῦρ μὲν ἀμίαντον· παρθένος δ' ἄφθαρτον. id eſt, quia ignis quidem impollutum quiddam eſt: virgo autem, incorruptum. Quòd ſi ignis ille aliquando interſtinctus eſſet: virgines à pontifice verberibus afficiebantur. Virgil. lib. 4. Æneid. *Centum aras poſuit, vigilémque ſacrauerat ignem. Excubias diuum æternas.* per æternam Veſtam igitur, ignis æternus intelligendus eſt: πῦρ ἄσβεστον: quem vigilem appellat Virgil. Vbi notat hæc Seruius. *Quid eſt ignis perutgil? excubia deorum. Et ſciendum non vacare ratione, vt in aliquibus templis ſit ignis peruigil. nam poteſtates aut terrenæ ſunt, aut aëriæ, aut athereæ. Sed quia æther, ignis eſt, ideo in ætherearum poteſtatum templis ignis eſt, vt reddatur eis imago ſui elementi. Eſt autem in templo Iouis,* D *qui æther eſt: & Mineruæ, quæ ſupra ætherem eſt. Vnde de patris capite procreata dicitur.* Ad hunc locum pertinet illud M. Tull. ex lib. 2. de legib. *Virgines veſtales in vrbe cuſtodiunto ignem foci publici ſempiternum.* ſequitur aliquanto pòſt: *Cùmque veſta quaſi focum vrbis, vt Græco nomine eſt appellata, quòd nos propè idem Græco interpretatum nomē tenemus, complexa ſit: ei colendæ virgines præſint, vt aduigilent facilius ad cuſtodiam ignis, & ſentiant mulieres, in natura fœminarum omnium deum caſtitatem pati.*

INCOLVMI IOVE] incolumi Capitolio: quæ Iouis erat ſedes.

MENS PROVIDA REGVLI] mens Reguli: vel ſimpliciter, conſilium Reguli: vel περιφραστικῶς, Regulus. quod loquendi genus Græcis & Latinis poëtis valdè vſitatum eſt. Homer. ὀδυσ. β. ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο. ὀδυσ. η. ἱερὸν μένος

Αλκυόνοιο. idem ἰλ. γ. Πελάμοιο βίη. ἰλ. υ Αἰνείαο βίη τρώεσσιν ἀνάξει. Heſiod. Theogon. Ἀλλὰ ἑ ἰς ἐδάμασσε βίης Ηρακληείης. Pind. εἰδ. ϛ. Μεζοσανὺ δὲ γέροντος δοναθεῖσα φρὴν. Eurip. Phœniſſ. Ετεοκλέα, κλεινήν τε Πολυνείκους βίαν. Apollon. ἀργ. α. μέγα τε σθένος Ηρακλῆος. Catull. de Pel. & Thet. nup. *Electos iuuenes, ſimul & decus innuptarum*, id eſt, innuptas. Lucret. lib. 3. *Democriti quod ſancta viri ſententia ponit*. Ibid. *Nec tam doctus equi pullus, quàm fortis equi vis*. Horatius Od. 12. huius lib. *Liparæi nitor Hebri Eques ipſo melior Bellerophonte*. Od. 21. eiuſd. *Narratur & priſci Catonis Sæpe mero caluiſſe virtus*. Ode. 3. 1. *Perrupit Acheronta Herculeus labor*. epiſt. ad Iccium lib. 1. *Empedocles, an Stertinij deliret acumen*. Saty. 1. lib. 2. *Virtus Scipiadæ, & mitis ſapientia Læli*. Sat. 2. lib. 1. *macte Virtute eſto, inquit, ſententia dia Catonis*. eodem fortaſſe pertinet illud Saty. 7. lib. 1. *Proſcripti Regis Rupilipus, atque venenum*, id eſt, Rupilium Regẽ, hominem purulentum, & fugiendum. Iam de M. Atilio Regulo, hæc M. Tull. offic. 3. *M. Attilius Reg. cùm conſul iterum in Africa ex inſidiis captus eſſet duce Xanthippo Lacedæmonio: imperatore autem patre Annibalis Amilcare: iuratus miſſus eſt ad ſenatum, vt niſi redditi eſſent Pœnis captiui nobiles quidam, rediret ipſe Karthaginem. Is cùm Romam veniſſet, vtilitatis ſpeciem videbat: ſed eam, vt res declarat, falſam iudicauit: quæ erat talis, manere in patria, eſſe domi ſuæ cum vxore, cum liberis: quam calamitatem accepiſſet in bello, communem fortunæ bellicæ iudicantem, tenere conſularis dignitatis gradum. In ſenatum venit: mandata expoſuit: ſententiam ne diceret, recuſauit. quamdiu iureiurando hoſtium teneretur, non eſſe ſe ſenatorem: atque etiam reddi captiuos negauit eſſe vtile: illos enim adoleſcentes eſſe, & bonos duces: ſe iam confectum ſenectute. cuius cum valuiſſet auctoritas, captiui retenti ſunt: ipſe Karthaginem rediit, neque eum caritas patriæ retinuit, nec ſuorum. neque tamen ignorabat, ſe ad crudeliſſimum hoſtem, & ad exquiſita ſupplicia proficiſci: ſed iuſiurandũ conſeruãdum putabat*. Hactenus M. Tull. quibus verbis nihil ſignificatur de captiuis Rom. quibuſcum Karthaginenſes voluerint ſuos permutari, quòſve Regulus vetuerit redimi, cùm oſtenderet eos, qui ſeſe capi viuos & integros paſſi eſſent, numquã bonos milites, poſteaquam auro redemti eſſent futuros. At in primo diſertè de commutandis captiuis ſcribitur. Sic enim Cicero, *Regulus primo bello Punico captus à Pœnis cùm de captiuis commutãdis Romam miſſus eſſet, iuraſſet que ſe rediturum: primum vt vẽnit, captiuos reddendos in ſenatu non cenſuit: deinde cùm retineretur à propinquis & amicis, ad ſupplicium redire maluit, quàm fidem hoſti datam fallere*. (Idem li. 3. *Itaque quid fecit? in ſenatum venit, mandata expõſuit: ſententiam ne diceret, recuſauit: quamdiu iureiurãdo hoſtium teneretur, non eſſe ſe conſulem, non eſſe ſenatorem. atque illud etiam, (ô ſtultum hominem, dixerit quiſpiam, & repugnantem vtilitati ſuæ) reddi captiuos negauit eſſe vtile. illos enim adoleſcentes eſſe, & bonos duces: ſe iam confectum ſenectute, &c.*

[Dissentientis cond. f. et ex. tr.] id eſt, diſſentientis à condicionibus

A fœdis, & ab exemplo trahente perniciem, &c. participium *diſſentientis*. iunxit cum dandi caſu, quemadmodum verba pugnandi, & certandi, more ſuo, *trahentis* autem legendum eſſe ſententia ipſa declarat: (quam tamen quidam συκοφαντῶν) idque aliquanto poſt editionem primam, iudicatam. Sed anteuertit homo candidiſſ. moribus Gul. Cãterus, & prior admonuit libris omnibus inuitis ſic eſſe ſcribendum, non (vt vulgò legitur) *trahentis*.

Cond. foedis] de permutatione & redemtione captiuorum atque de autem particip. *diſſentientis*, iunctum eſſe cum dandi caſu, vt Od. a. lib. 2. *Diſſidens plebi*.

Et exemplo trahenti] hæc eſt
B verborum & ſtructura & ſententia: Hoc cauerat mens prouida Reguli, diſſentientis à conditionibus fœdis ac turpibus, & ab exemplo trahenti, id eſt, quod traheret, perniciem in poſterum tempus. dicebat Regulus in ſenatu, redemptionem ac permutationem illam captiuorum non ſolum re, & in præſenti, ſed etiam exemplo & in poſterum, turpem & pernicioſam eſſe. tali enim exemplo prodito, multò poſthac ignauius milites eſſe pugnaturos, ſeſéque hoſtium poteſtati viuos tradituros potiùs, ſperanteis futurum vt redimantur, quàm fortiter pugnando morituros. Dicebat exemplum redemtorum captiuorum perniciem ſecum tractutum in poſteram ætatem. Hortabatur, ne periculoſam imitationẽ
C exempli in poſterum proderent. Tale exemplũ, quod ſecum perniciem in poſterum tempus traheret non probabat, ſed vehementer improbabat.

Si non periret immiser] ſi nõ periret iuuentus illa Romana captiua potiùs, quàm militibus Karthaginenſibus reddita, redimeretur, indigna, cuius quiſquam miſereretur: vel, vt alij malunt, niſi iuuenes Karthaginienſes necarentur, atque ita non redderentur.

Signa ego Punicis] vidi (inquit Regulus) arma, quæ militibus noſtris ſine cæde fuerunt ademta, delubris affixa. Eſt autem flagitium inſigne arma abiicere, aut amittere ſua propemodum voluntate, nullóque vulnere nec ac-
D cepto, nec illato, vt ſup. ad Od. 7. lib. 2.

Derepta] id eſt, detracta, lib. Iannoct. habet *arrepta*. fortaſſe legendum *Erepta*. vulgata autem ſcriptura, *derepta*, mendoſa eſt.

Vidi ego civium] ſolent captiuorũ manus & brachia à tergo reuinciri, vt epiſtol. 1. lib. 2. *Mox trahitur manibus regum fortuna retortis*. Homer. ἰλ. φ. τοὺς ἐξῆγε θύραζε, τεθηπότας ἠΰτε νεβροὺς· Δῆσε δ' ὀπίσσω χεῖρας ἐϋτμήτοισιν ἱμᾶσι. id eſt, eos autem foras eduxit, expauefactos, tanquam hinnulos. Manus autem in tergum loris reuinxit & Dem. orat. περὶ παραπρεσβ. οὐδὲν ἄλλο φανήσονται, πλὴν παραδόντες Φιλίππῳ καὶ Θηβαίοις Φωκέας, μόνον οὐχ ὀπίσω τὼ χεῖρε δήσαντες. id eſt, Nihil aliud videbuntur, quàm Philip. & Thebanis Phocenſeis tradidiſſe,

diſtc, tantùm non manus in tergum vincientes. Virgil. Æn. 2. *Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum, &c.* Ait igitur ſe ciueis Romanos Karthagine vidiſſe manibus in tergum liberum retortis ac reuinctis. tergum autem liberum intellige ciuiũ Romanorum, qui ſeſe Karthaginienſibus vltrò dediderant. ſic verò huoc locum eſſe intelligendum argumento ſunt illa, quæ paullò pòſt ſequuntur, *Qui lora reſtrictis lacertis Senſit iners, &c.*

Portáſque non clausas] Hæc eò pertinent, vt oſtendat Karthaginienſium ſecuritatem à Romanis, vt & ea, quæ deinceps ſequuntur. hoc enim fit ſublato hoſtium metu: vt *Panduntur portæ, &c.* Virgil. Ænei. 2. & Horat. de arte poët. *& apertis otia portis.*

Et arva Marte coli] & vidi ea arua coli, quę fuerant iam à nobis populata ac vaſtata. populata παθητικὸν, cuius ἐνεργητικὸν, populo. Propert. lib. 3. *Hic olim ignaros luctus populauit Achiuos.* Virg. Georg. 1. *populátque ingentem farris aceruum Curgulio, atque inopi metuens formica ſenectæ.* Idem lib. 1. Ænei. *Non nos aut ferro Libycos populare penateis Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.* Idem 12. *& littora veſtra Vepopulat.*

Avro repensvs scilicet] auro repenſus, id eſt, auro redemtus. Nam pendebãtor olim nummi, non numerabantur: & in emtionibus adhibebaotur libra, & pondus, & libripens. Eſt autem ironia: queádmodum in illo Terent. Andria. *ad populus curat ſcilicet.* & Virg. Æneid. 4. *Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos Sollicitat.* noo eſt (inquit) veriſimile, militem auro redemtum, acriter aut fortiter pro patria pugnaturum.

Flagitio additis damnvm] flagitium, peccatum eſt ab aliqua animi mollitia, aut ignauia profectum, quod dedecus ac turpitudinem affert: ſcelus autem, vel cũ aliqua crudelitate & cæde, vel cum impietate coniunctũ eſt. Itaque libidines flagitioſas dicimus: & flagitioſam vitã: & militem flagitium admiſiſſe, qui locum non tenuit, qui hoſtẽ extimuit, qui fugit. ſic M. Tullus lib. 2. de Finib. *ſatiſne ergo pudori conſulat, ſi quis ſine teſte libidini pareat? an eſt aliquid per ſe ipſum flagitioſum, etiam ſi nulla comitetur infamia?* Idem pro Cluent. *Statuerunt enim ita maiores noſtri, vt ſi à multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animaduerteretur, vt metus videlicet ad omnes, pæna ad paucos perueniret.* Idem ad Attic. lib. 9. *Spes me ſuſtentabat fore, vt aliquid conueniret potius, quàm aut hic tantum ſceleris, aut ille tantum flagitij admitteret.* ſceleratum Cæſarem flagitioſum Pompeium eſſe ſignificat. T. Liuius lib. 44. annalium, *nam neque manere in iugo inopi, neque regredi ſine flagitio poterat.* Horat. Od. 9. lib. 4. *Peiúſque letho flagitium timet.* Milites igitur ignauos, & qui propter timiditatem, hoſti ſeſe tradiderunt: auro redimere, eſt turpitudinem damno cumulare. hîc de commutatione captiuorum nullum verbum: immo quæ hîc dicuntur, non commu-

A tationem captiuorum non eſſe vtrinque faciendam, ſed redemtionem captiuorum Romanorũ eſſe turpem atque inutilem ſignificant.

Neqve amissos colores] quemadmodum (inquit) lana, quę prius erat candida, poſteaquam aliquo alio colore tincta & infecta eſt, numquam ſuum candorem priſtinum ſemel amiſſum recuperare poteſt: ſic vera virtus vbi ſemel vitiis ei contrariis inquinata, atque ex animo deleta eſt, numquam poſtea reparari ab iis qui corrupti iam, ac deprauati ſunt, vllo pacto poteſt. hoc etiam pertinet ad ſignificandum, nõ eſſe redimendos captiuos Roman. Animaduertendum eſt autem, eum, nomen *medicata* poſuiſſe ſignificatione patiẽdi à verbo medico, as: quo

B & Virg. Vtitur Georgic. 1. *Semina vidi equidem multos medicare ſerenteis.* & 4. *Ipſe conſident medicatis ſedibus.*

Cvrat. rep. det] id eſt, ſolet, vel poteſt. tribuit ſenſum rei inanimæ. ſignificat autem, virtutem vbi ſemel amiſſa eſt, ſi virtus amitti poteſt, numquam poſſe recuperari, numquãque ad eos poſſe reuerti, qui ea amiſſa facti ſunt deteriores.

Deterioribvs] deprauatis, & corruptis.

Si pvgnat extricata] talis argumentatio eſt, qualis illa: ſi cælum ruet, aut ſi meridie non lucebit, reperietur mulier pudica: ſic M. Tull. 1. epiſt. lib. 1. ad Attic. *Catilina, ſi iudicatum erit meridie non lucere, certus erit competitor.*

C quamquam illo loco legendum puto hoc modo, *ſi iudicatum erit, rationem eius haberi licere.* corruptè autem ſcriptum eſt in quibuſdam libris, *Sic pugnat extricata,* &c. cum interpũctione poſt vocem *plagis.* Hæc enim horum verborum ſententia eſt: ſi fieri poteſt, vt cerua, fugaciſſimum animal ac timidiſſimum natura, è plagis elapſa, ac tendiculis explicata, pugnare audeat: euenire etiam poterit, vt ille fortis ſit, qui ſeſe hoſtibus metu mortis coactus tradiderit, & commiſerit: atq; vt is, qui in hoſtium poteſtatem venerit, loráque & vincula ſenſerit, denuò ſit ad pugnandum alacrior, hoſtémque in fugam vertat.

Qvi perfid. se cred. host.]

D qui ſe permiſit hoſtium poteſtati. hæc enim vis eſt verbi *credere* hoc loco. aliâs fidei committere ſignificat, aut committere ſimpliciter, quorum omnium exempla reperiuntur apud bonos ſcriptores. M. Tull. epiſt. ad Marcell. lib. 4. *aut enim renouare bellum conati ſunt: & hi ſe in Africam emiſerunt: aut, quemadmodum nos, victori ſeſe crediderunt.* pro lege Manilia, *Quare nolite dubitare, quin huic vni credatis omnia, &c.* Terent Eunuch. *credere exercitum, conſilia.* Idem Adelph. *Illi credunt conſilia omnia.* Idem Phorm. *Cuius tu fidem in pecunia periſpexeris, es verere pecuniam credere?* & Virgil. Georgic. 1. *Inuitæ properes anni ſpem credere terræ.* & Æn. 5. *Nate Dea, ſi nemo audet ſe credere pugnæ.* Idẽ lib. 4. *ſolam nam perfidus ille Te colere, arcanos etiam tibi credere ſenſus, &c.* Idem 5. *Æneam credam quid enim fallacibus Auſtris?* & 6. *Auſus ſe credere cælo.*

Idem 11. *Cautius vt ſaxo velles te credere Marti.* Tibul. lib. 2. eleg. 6. *Spes ſulcis credit aratris Semina, quæ magno fænore reddat ager.* & Horat. Od. 27. huius lib. *Sic & Europe niueum doloſo Credidit tauro latus.* & ibid. *age, te procellæ Crede veloci.* Idem ſatyr. 1. lib. 2. *Ille velut fidis arcana ſodalibus olim Credebat chartis.* ibidem. *Sceua viuacem crede nepoti Matrem.* ſic & Græci loquuntur ἐπίστευσεν ἑαυτὸν τοῖς ἐχθροῖς. ſic loquitur Plutarchus in Catone Vticenſi, ὥσπερ οὐ τῷ ξίφει μόνον, ἀλλὰ, καὶ τῷ γραφείῳ τὸ ἀνυπεύθυνον καὶ τὸ ἀνυπόδικον ἐπίστευε. ſic enim legendum eſt eo loco, non vt in vulgatis, τὸν ἀνυπεύθυνον, καὶ τὸν ἀνυπόδικον. loquitur autem de Cæſare Catonis acerbiſſimo inimico, qui, cùm Cato fratrem Cæpionem magnificentiſſima ſepultura affeciſſet, neque ſumtus tamen, quos in ea re fecerat, coheredibus ſuis reputaſſet, nihilque repetiuiſſet: ſcripſit tamen in Anticatonibus illum mortui fratris cineres cribro percolaſſe, vt aurum in rogum à ſe coniectum colligeret ac recuperaret. ſequuntur iam illa Plutarchi verba, ὥσπερ οὐ τῷ ξίφει, &c. id eſt, vt ego interpretor, ita auctoritatem illam ſuam ac licentiam a rationibus referendis ac iudiciis omnibus liberam ac ſolutam, non gladio ſolùm, verùm etiam ſtilo credebat, ac permittebat. quod perinde eſt ac ſi diceret Plutarchus, Cæſar ſua illa regia poteſtate abutebatur non ſolùm ad occidendos homines verumetiam ad criminandos, & ſcripto maledico inſectandos. éſtque, meo quidem iudicio, in illis Plutarchi verbis tralatio perelegans. quémadmodum enim, quod alteri creditum eſt, eo ille ſuo arbitratu vti & abuti poteſt, quamuis interdum iure non faciat: quia eius eſt fidei cómiſſum, poteſtatique permiſſum: ſic auctoritas, nullis legibus, nulliſque iudiciis alligata, eleganter & venuſtè dicitur à Plutarcho, ſtilo & gladio credita ea, quam quis vſurpat ad alterum ſcripto acerbo & famoſo lacerandum. gladióque occidendum: qui locus ab aliis interpretibus eſt prætermiſſus: ab aliis perperam è Græco conuerſus. ſed, ne virum doctiſſ. eundémque mihi amiciſſimum. Guliet. Sirletum merita laude fraudem ac ſpoliem, is hunc Plutarchi locum ſic ſcriptum in codice manuſcripto mihi confirmauit codex Donati, Iannoctij manuſcriptus.

Et marte pœnos prot. alt.] & altero prœlio Pœnos ſuperabit, ac ſubigeris, qui lora, &c. proteret progrediendo, ſeu porrò teret. paullo aliter vſurpauit Od. 7. lib. 4. *ver proterit æſtas.*

Qvi lora restrictis lacertis] ex hoc loco perſpicuum eſt, ciuium Roman. captiuorum lacertos loris vinctos & aſtrictos fuiſſe, non, vt quidam putant, animi cauſa in tergum reiectos.

Iners] ignauus. aliter Oda ſuperiore, *Qui terram inertem, &c.*

Hic, vnde vitam svm. insc. &c.] huius loci hæc ſententia eſt. Hic miles neſciens, vitam ac ſalutem non eſſe ab hoſte petendã, ſed manu & victoria eſſe retinendam, &, ſi belli fortuna victoriam hoſtibus adiudicet, pro libertate, & in libertate cadendum eſſe potius, quàm hoſtis beneficio in ſeruitute viuendum. pacem, quę nulla debet eſſe cum hoſte, quamdiu vita ſuppetit, niſi armis aut victoria ereptis, aut conditione poſitis, cum bello confudit.

Pacem dvello misc.] quod non fuit faciendum. Nam in bello, cum hoſte acriter, & implacabiliter pugnandum: in pace, ab armis recedendum.

Probrosis] flagitioſis, turpibus, vituperabilibus.

Vt capitis minor] vt capite minutus. dictum eſt autem *capitis minor* eadem ratione, qua *maturus æui, integer vitæ*, & ſimilia de quibus vide annot. ad Od. 22. lib. 1. Germanus Valens dicebat, intelligendum hîc ſibi videri capitis minutionem, qua libertas quidem & ciuitas retinentur, ſtatus verò mutatur: qua de re conſulendæ ſunt inſtitutiones iuris ciuilis. Germanum Valentem adiuuat illud, quod ſcribit M. Tullius lib. 3. de offic. *ſententiam in ſenatu dicere recuſauit, quod diceret, quamdiu iureiurando hoſtium teneretur, non eſſe ſe ſenatorem.*

Et virilem Torvvs hvmi pos. &c.] & vultu toruo oculos in terra defixos habuiſſe. hoc loco geſtus eſt conſtantis, vt alibi dicemus. toruus: ὑπόδρα ἰδών. epiſt. ad Mæcenat. 3. *Quid? ſi quis toruo vultu ferus, & pede nudo, &c.*

Donec labanteis consilio] ordo eſt, donec conſilio numquam aliàs dato firmaret patres labanteis, id eſt, nutanteis, & incerta ſententia non conſtanteis, ſeu dubitanteis: vel non ſatis firmos, non ſatis rectè ſentienteis. huc pertinet illud Enoianum. *Quò vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant Antehac, dementes ſeſe flexere viai?* ſic autem poſtremum verſum reſtitui, qui ſic vulgò legitur, *dementi ſeſe flexere ruina?*

Atqvi sciebat, qvæ sibi] *M. Regulum illigatum in machina reſectis palpebris Carthaginienſes vigilando necauerunt.* M. Tull. in Piſon. Idē de offic. 3. *neque tamen ignorabat, ſe ad crudeliſſimum hoſtem, & ad exquiſita ſupplicia proficiſci, ſed iuſiurandum conſeruandum putabat.*

Dimo. obst. prop.] liber Rain. Card. habet, *amicos.*

Morantem] tardantem, impedientem. ſignificat actionem. aliter in Od. 7. lib. 2. *morantem diem* dixit.

Diivdicata lite] tranſacta, deciſa.

Tendens] meditans ire: iter habens, vt epiſt. ad Valam lib. 1. *quò tendis? non mihi Cumas eſt iter.*

Venafranos] Venafrum, oppidum in Campania, vt ſup. diximus ad Od. 6. lib. 2, *Viridique certat, &c.*

Lacedæmonivm] à Phalantho Lacedæmonio cónditum. Od. 6. lib. 2.

AD

AD ROMANOS.

Od. 6.

ARGVMENTVM.

Corruptos ſuæ ætatis mores inſectatur.

DElicta maiorum immeritus lues
Romane, donec templa refeceris
Ædeíſque labenteis deorum, &
Fœda nigro ſimulacra fumo.
* *Diis te minorem quòd geris, imperas:*
Hinc omne principiũ: huc refer exitũ:
Dij multa neglecti dederunt
Heſperiæ mala luctuoſæ.
Jam bis Monæſis, & Pacori manus
Non auſpicatos contudit impetus
*Noſtros: & * adiecisse prędam*
Torquibus exiguis renidet.
Pæne occupatam ſeditionibus
Deleuit vrbem Dacus, & Æthiops,
Hic claſſe formidatus, ille
Miſſilibus melior ſagittis.
* *Fæcunda culpæ ſæcula, nuptias*
Primûm inquinauere, & genus, &
domos.
* *Hoc fonte deriuata clades*
In patriam, populúmque fluxit.
Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo: & fingitur artibus
Iam nunc, & inceſtos amores
* *De tenero meditatur vngui.*
*Mox * iuniores quærit adulteros*
Inter mariti vina: neque eligit,
Cui donet impermiſſa raptim
Gaudia luminibus remotis:
Sed iuſſa coram non ſine conſcio
Surgit marito, ſeu vocat inſtitor,
Seu nauis Hiſpanæ magiſter,
*Dedecorum * pretioſus emtor.*
Non his iuuentus orta parentibus
Infecit æquor ſanguine Punico:
Pyrrhúmque, & ingentem cecîdit
A *Antiochum, Annibalémque dirum:*
Sed ruſticorum maſcula militum
Proles, Sabellis docta ligonibus
Verſare glebas: & ſeueræ
Matris ad arbitrium reciſos
Portare fuſteis, ſol vbi montium
Mutaret vmbras, & iuga demeret
*Bobus * fatigatis, amicum*
Tempus agens abeunte curru.
Damnoſa quid non imminuit dies?
B *Ætas parentum peior auis, tulit*
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

IMMERITVS.] immerens non meritus. vt ſup. Od. 2. eod. lib. *Virtus recludens immeritis mori Cælum.* & Saty. 3. lib. 2. *immeritúſque laborat Iratis, &c.* Immeritò autem dãt pœnas poſteri ob culpam maiorũ ſuorum. pœna enim iure ciuili nõ debet prodire extra eos, qui culpam commiſerunt. quamquam Plato quodam loco peccatorum pœnas vſq; ad quartam prolem produci, & porrigi, atque in quarti gradus poſteros interdum à Diis reſeruari exiſtimat. [tale illud Oda
C 38. lib. 1. *Immeritis nociturum, &c.*]

DONEC TEMPLA REFECERIS] ſic ſup. Od. 15. lib. 2. *& deorum Templa nouo decorare ſaxo.*

DIIS TE MIN. QVÒD GERIS] ſignificat, imperij Romani perpetuitatem cæremoniis, religione, auſpiciis, & ſolemnium ſacrorum ritu maximè contineri: populúmque Rom. propter auſpicia neglecta, religionémque contemtam maximis eſſe calamitatibus affectum.

HINC] à cultu deorum, & pietate in deos.

NEGLECTI] vel contemti, vel minùs diligenter, aut ſtudioſè culti. vt ſup. Od. 2. huius lib. *ſæpe dieſpiter Neglectus inceſto addidit integrum.*

D HESPERIÆ] Italiæ, vt ſup. Od. 1. lib. 2. *auditumq́; Medis Heſperiæ ſonitum ruinæ.*

BIS] ſemel Craſſo: iterum imperatore Antonio, vel eius legato Didio Saxa.

MONÆSIS] Parthorum, & Perſarum regis. In cod. Iannoct. Faër. duob. Vatic. *Monæſis* in patrio caſu ſcriptum eſt, quos ſecutus ſum, Aldo Manutio reclamante.

ET PACORI MANVS.] M Tull. epiſto. ad Att. lib. 5. Pacorum quendam Parthorũ Regis filium commemorat.

NON AVSPIC. CONTVD. IMP.] conatus noſtros non auſpicatos, inanis reddidit. tralatio eſt. propriè dixit epiſt. 8. lib. 1. *haud quia grando Contuderit viteis.* Inſignem auſpiciorũ cõtemtorem fuiſſe Claudium Pulchrum traditum eſt, qui non paſcentibus in Sicilia pullis, ac per

contemtum religionis, demergi iuſſis, vt biberent, quando eſſe nollent, prœlium nauale iniit, &c. vide Sueton. in Tib. M. Tull. autē lib. 2. de diuinatione, multis exēplis collectis oſtendit, non ſolùm auſpicia, verùm etiā ſigna rerum futurarum neglecta, magnarum cladiū Reip. cauſas fuiſſe: Claudium Appij Cæci filium, eiúſque collegā L. Iunium claſſeis maximas perdidiſſe, quòd vitio nauigauiſſent. *Sed quid vetera?* (inquit ille) *M. Craſſo quid acciderit, videmus, dirarum obnūtiatione neglecta.* Idem lib. 2. *Flaminius non paruit auſpiciis. Itaque periit cum exercitu.* Sed hac de re vide pluta apud Dionyſium Halicar. libro 3. ἀρχ. Ῥωμ. [Quidam lib. vet. babent, *Inauſpicatos contudit, &c.*

Et adiec. præd. Torqvib. exig. renid.] renidere valet, vt ſuprà diximus ad Od. 18. lib. 2. quandam hilaritatem præ ſe ferre, lætari, gaudere, renidet igitur adiecisse, &c. id eſt, lætatur ſe adieciſſe prædam torquibus exiguis. quod perinde eſt, ac ſi diceret, lætatur, vel gloriatur, ſe noſtris ſpoliis ornatiorem eſſe, quàm anteà. nam cùm paullò antè torquibus aureis, ceteriſque ornamentis parciùs vteretur: nunc noſtris cladibus ornatior incedit, prædáque ex noſtris exuuiis facta, & ſuis torquibus adiecta, auro iam totus collucet. & fortaſſe Græcorum more locutus eſt. ſic enim illi dicerent γελᾷ τῷ προςτεθεικέναι, &c.

Seditionibvs] diſſenſionibus, & bellis ciuilibus, Plato lib. 5. de Rep. in extr. ſeditionē, morbum grauiſſimum ciuitatis appellat.

Dacvs et Æthiops] duce Antonio cum Cleopatra.

Melior] κρείττων, vt ſup. Od. 15. lib. 1. *Tydides melior patre.*

Fæcvnda cvlpæ sæcvla] vult ex matrimoniorum corruptela, & adulteriis omnia reipub. mala manaſſe. Notat hæc tempora & Catullus. *Conſule Pompeio primum duo, Cinna, ſedebant Mæchilia,* (vel, vt legit Autatus, *Mæchidia*) *facto conſule nunc iterum, Manſerunt duo: ſed creuerunt millia in vnum Singula. fecūdum ſemen adulterio.* quos verſus ſuprà explicauimus ad Od. 17. libro 1. Fæcunda culpæ, id eſt, in quibus homines aſſiduè peccant, crebróque culpam committunt.

Hoc fonte] ex nuptiarum maculis, & adulteriis.

Motvs doc. gavd. Ionic.] molleis, & impudicos, quales ſunt Ionici. Plaut. in Sticho in extremo. *Quis Ionicus, aut cinædicus, qui hoc tale facere poſſiet?* Athen. lib. 14. ἦν δέ τις Ἰωνικὴ ὄρχησις πάροινος. Itaque lib. 3. de rep. Ionicam harmoniam, vt nimis mollem, parúmque virilem è ſua ciuitate exigit Plato: ſic ille. τίνες οὖν μαλακαί τε καὶ συμποτικαὶ τῶν ἁρμονιῶν. Ἰαστὶ ἦν δ' ὃς καὶ Λυδιστί, αἵ τινες χαλαραὶ καλοῦνται, id eſt, quæ ſunt igitur molles & conuiuio conuenientes harmoniæ? Ionica (inquit ille) & Lydia: quæ remiſſæ, molles & laxæ nominantur. [Et Harpocration docet Ἰωνικῶς vſurpari interdum pro ἁβρῶς & τρυφερῶς id eſt, molliter, tenerè, delicatè. Ariſtophan. ἐλευθεροφόρους καὶ διεχνόους ἰωνικῶς.]

Et fingitvr artibvs] Varia eſt huius loci ſcriptura in veteribus cod. Alij enim habent *frangitur artubus*, quæ reperitur etiam in lib. Achillis Statij: alij *fingitur artubus*: cum quibus congruunt vulgati: alij, in quibus eſt Ianno. & Vatic. & aliquot alij, *fingitur artibus*: quā ſcripturam exiſtimo eſſe veram, aut certè omnium probabiliſſimam. fingere enim per tranſlationē eſt docere, atque inſtituere. epiſto. 2. lib. 1. *Fingit equum tenera docilem ceruice magiſter Ire viam, quam monſtrat eques.* idem de arte poet. *O maior iuuenum, quamuis & voce paterna Fingeris ad rectum.* Sic igitur hunc locum explico. *Fingitur artibus*, id eſt, diſcit malas arteis: diſcit membra molliter mouere, & ſaltare, docetur membra ad quemuis motum conformare quòd ſi quis putet hanc ſententiam magis exprimi poſſe illa *fingitur artubus*: non pugnabo: hoc vnum dicam, mihi videri ita potius Horat. fuiſſe locuturum, *Fingitur artus.*

Et incestos amores De ten. med.] ab ineunte ætate: ἐκ τῶν ἁπαλῶν ὀνύχων: amores flagitiuſos diſcit, atque exercet, meditatur, μελετᾷ.

Mox] marita, ſeu nupta.

Ivniores] viro ſuo.

Qværit] quærit ipſa amatores, neque expectat dum rogetur.

Advlteros] amatores, vt ſuprà admonuimus, vel dic propriè, nuptiarum corruptores.

Neqve eligit] quærit viro ſuo iuniores amatores: non eſt ſatis: nullum adhibet delectum, ſed cuiuis ſui corporis copiam præbet.

Cvi donet impermissa] quidam ait in libro ſuo vetere ſcriptum eſſe *improuiſa*. quam ſcripturam ſi probemus, intelligemus ſignificari ab Horatio inſignem mulieris impudicitiam, quæ cuiuis homini, & prorſus ignoto, neque diu rogata, ac ne ſperanti quidem, gratificetur. *impermiſſa* tamen magis placet.

Gavdia] incidi nuper hîc in Gallia in codices duos manoſcr. in quibus ſcriptum erat, *Oſcula* pro eo, quod eſt in aliis, *Gaudia*.

Sed ivssa, &c.] puto hanc totius huius loci ſententiam eſſe. non deligit ſibi amatorem aliquem, cui furtim, & raptim, & luminibus remotis, inſcióque marito morem gerat, quod faciunt paulùm quæ ſunt tolerabiles mulieres; ſed à quouis inſtitore, aut mercatore arceſſita, etiam audiente, & vidente marito, ſurgit è lecto, atque ad illum liberalem flagitiorum emtorem properat.

Institor] *inſtitor appellatus eſt.* (vt ſcribit Vlpian. lib. 33. ad edictum) *ex eo quòd negotio gerendo inſtet: nec multum facit, taberna ſit præpoſitus, an cuilibet alij negotiationi.*

Sev navis Hisp. magist.] idem Vlpian.

Vlpian. ibid. *Magiſtrum nauis accipere debemus eum, cui totius nauis cura mandata eſt.*

DEDECOR. PRET. EMTOR] qui magno redimit turpem, & ab adulterio profectam voluptatem.

NON HIS IVVENT. ORTA PARENT.] ſed iis, qui ius matrimonij caſtum & ſanctum ſeruarent: ipſi autem filij aſſiduo labori, & agriculturæ aſſueti eſſent.

INFECIT ÆQVOR SANG. PVN.] ſupra Od. 12. lib. 2. *nec ſiculũ mare Pœno purpureum ſanguine.*

PYRRHVM] Epirotarum regem: cuius vitam ſcripſit Plutarchus.

ANTIOCHVM] Syriæ regem, quem vicit M. Acilius Glabrio.

ANNIBALÉMQVE DIRVM] Sic Od. 12. lib. 2. *Nec dirum Annibalem.* dirum autem, id eſt, triſtem, infeſtum, & quaſi deorum ira immiſſum: & ita Nonius.

MASCVLA] non mollis, nec fracta voluptatibus, nec impudica.

SOL VBI MONTIVM, &c.] id eſt, veſperi. Virgil. in Tityro, *Maioreſque cadunt altis de montibus umbræ.* Idem Alex. *Et ſol creſcenteis decedens duplicat umbras.*

ET IVGA DEMERET BOBVS] *demeret*, id eſt, detraheret. idem tempus ſignificat, quod icciteo à Græcis βουλυτὸν appellatur. Heſych. Βουλυτὸν, δείλη ὥρα, ᾗ τὸ ἄροτρον λύεται τῶν βοῶν. id eſt, Bulyton tempus ſerotinum, quo aratro ſoluuntur boues. Hom. ἰλ. π. ἦμος δ' ἠέλιος μετενίσετο βουλυτόνδε, id eſt, Cùm autem ſol tranſibat ad id tempus, quo tempore diſiunguntur boues, ſeu ſoluuntur. Cicero ad Attic. lib. 25. *Aduentabat autem* βουλυσὸς cenantibus nobis. Et Aratus, Ἐρχόμεναι σταθμόνδε βόες βουλύσιον ὥρη, id eſt, Euntes ad ſtabulum boues eo tempore, quo tempore ſoluuntur ac diſiunguntur. Nonnulli libri manuſcripti habent *Bubus fatigatis.*

AMICVM TEMPVS AGENS] id eſt, gratum, φίλον, vt Græci loquuntur, tempus adducens.

ABEVNTE CVRRV] fingunt poëtæ, ſolem conuerſionem annuam, & diurnam conficientem curru vehi. Theocr. in φαρμακευτ. Σήμερον ἁνίκα πέντε ποτ' ὠρανὸν ἔτρεχον ἵπποι, &c. hodie cùm in cælum currebant equi. vbi ſic interpr. ἵπποι τοῦ ἅρματος, δηλονότι τοῦ ἡλίου. Pind. Olimp. εἰδ. ζ. de ſole: ὁ γενέθλιος ἀκτίνων πατὴρ πῦρ πνεόντων ἀρχὸς ἵππων. id eſt, Genitalis radiorum pater, ignem ſpirantium dux equorum. Virg. Georgic. 1. *Noſque vbi primus equis oriens afflauit anhelis.* eodem pertinet principium Phœniſſarum Euripid. ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδὸν, καὶ χρυσοκολλήτοισιν ἐμβεβὼς δίφροις ἥλιε, θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα. Ὡς δυστυχῆ Θήβαισι τῇ τόθ' ἡμέρα Ἀκτῖν' ἐφῆκας. id eſt, ô ſol, qui viam in aſtris cœli ſtangis, quique ſedens in curru aureo, celeribus equis flammam voluis. Quam infauſtũ Thebanis illo die radium

A immiſiſti? Poſtremò interpres Sophoclis in Aiace Magiſtophoro de Solis curru hæc ſcribit: τὸν ἥλιον, ὃς ποιεῖ τὴν ἡμέραν ἐπὶ ἅρματος, φασὶν ὀχεῖσθαι, δύο ἵππους ἔχοντα λευκοὺς Χαρόποντα καὶ Φαέθοντα, id eſt, ſolem, qui diem efficit, aiunt in curru vehi duos equos habentem albos, Charopontem, & Phaëtontem. Horat. carmine ſæculari ad Deos, *Alme Sol, curru nitido diẽ qui Promis & celas.* idem epiſt. ad Quinct. libr. 1. *Læuum diſcedens curru fugiente vaporet.* Plautus autem in Amphitr. quadrigas ſoli attribuit. *ſigni dic quid eſt. Me. cum quadrigis ſol exoriens.* & Accius Meleagro, *Sol, qui micantem candido curru, atque equis Flammam citatis feruido ardore explicas, Quàm*

B *natum aduerſo augurio & inimico omine Thebis radiatum lumen oſtendis tuum!* qui verſus expreſſi ſunt ex illis Euripidis Phœniſſ. princip. Ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδὸν, &c. quos modo protuli.

DAMN. QVID NON IMMIN.] Ariſtot. lib. 4. Phyſic. audit. de princip. oſtendit, omnia, quæ ſunt in tempore, non ſolùm tempore contineri neceſſariò, quemadmodum & cętera, quæ ſunt in re aliqua: verbi gratia, quæ ſunt in loco, loco continentur: ſed etiam à tempore affici. ſolemus enim (inquit) dicere: tempus conſumit, & liquefacit: & omnia tempore conſeneſcunt, & tempore obliuiſcuntur homines, quæ ſciunt, potius, quàm diſcunt: denique nihil tempore fit

C recentius, aut pulchrius. Tempus enim per ſe rebus omnibus affert interitum. verba Ariſtot. ſunt hæc, ſi quis fortè magis delectatur Græcis, quàm Latinis, præſertim noſtris: Διὸ ἀνάγκη πάντα τὰ ἐν χρόνῳ ὄντα πάσχειν τι ὑπὸ τοῦ χρόνου, ὥσπερ καὶ τἄλλα, ὅσα ἔν τινί ἐστιν· οἷον τὰ ἐν τῷ τόπῳ, ὑπὸ τοῦ τόπου, καὶ πάσχειν δή τι ὑπὸ τοῦ χρόνου, καθάπερ καὶ λέγειν εἰώθαμεν, ὅτι κατατήκει ὁ χρόνος, καὶ γηράσκει πάνθ' ὑπὸ τοῦ χρόνου, καὶ ἐπιλανθάνεται διὰ τὸν χρόνον, ἀλλ' οὐ μεμάθηκεν· οὐδὲ νέον γέγονεν, οὐδὲ καλόν. φθορᾶς γὰρ αἴτιος καθ' αὑτὸν μᾶλλον ὁ χρόνος.

ÆTAS PARENT.] ſic Aratus, Οἵην χρύσειοι πατέρες γενεὴν ἐλίποντο Χειροτέρην, ὑμεῖς δὲ κακώτερα τεξείεσθε. & Lucret. lib. 2. in extr. *Iámque adeò affecta eſt ætas, effetáque Tellus: Vix*

D *animalia parua creat, quæ cuncta creauit Sæcla, dedítque ferarum ingentia corpora partu.* & Hom. non vno loco videtur ſignificare, ſuæ ætatis homines breuioris eſſe ſtaturæ, quàm ſuperiores heroas illos, vt ἰλιάδ. ε. ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ Τυδείδης μέγα ἔργον, ὃ οὐ δύο ἄνδρε φέροιεν, Οἷοι νῦν βροτοί εἰσι. & μ. οὐδέ κε μιν ῥεῖα Χειρί γε τῇ ἑτέρῃ φέροι ἀνὴρ οὐδὲ μάλ' ἡβῶν, Οἷοι νῦν βροτοί εἰσι· ὁ δ' ὑψόθεν ἔμβαλ' ἀείρας. id eſt, hic autem Tydeus ſaxum in manũ ſumſit magnum, & graue: quod duo viri non ferrent, quales nunc homines ſunt. & lib. 12. neque eum lapidẽ facilè manu altera tollat vir, nc valde iuuenis quidem, quales nunc ſunt homines: at hic ſublato brachio intorſit, &c. Piget aſcribere verſus illos Heſiod. vulgatiſſ. de ætatibus: quarum primam facit

aureàm, vltimã ferream. Platonis autẽ diſtichum non præteribo. Αἰὼν πάντα φέρει· δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβειν Οὔνομα, καὶ μορφὴν, καὶ φύσιν, ἠδὲ τύχην. quod ego ſic verti. *Omnia fert ætas: mutatur tempore longo Fortuna, & forma, & nomen, & ingenium.* quod fortaſſe adumbrare voluit Virgil. Gallo. *Omnia fert ætas: animum quoque*, hic eſt vnus ex iis locis (ſunt enim complures) quos, cùm quidam ſciret à me in his commentariis tractatos eſſe: neſcio quibus inanis gloriæ ſtimulis excitatus, in commentarios quoſdam à ſe editos retulit. De qua iniuria & per litteras, & coràm cum eo expoſtulaui, queſtus ſum etiam apud clariſſ. quendam virum, de me, ac de illo optimè meritum.

Mox datvros Progeniem vitios.] mox, id eſt, paulò pòſt. profert hunc locum Seruius ad illum Virgil. Gallo. *Téque adeò, quem mox quæ ſint habitura deorum Concilia, &c.* Obſerua autem hîc bellam & venuſtam gradationẽ, vt appellant rhetorici magiſtri, à præterito tempore in futurum progredientem, hoc modo: parentes noſtri ſuis auis ſunt peiores, nos parentibus ſumus nequiores, progenies noſtra nobis deterior futura eſt.

AD ASTERIEN.
Od. 7.

Argvmentvm.

Conſolatur eam, de viri ſui abſentia mæſtam, ac ſollicitam.

Quid fles, Aſterie, quem tibi candidi
Primo reſtituent vere Fauonij,
Thyna merce beatum,
Conſtantis iuuenem fide
Gygen? ille Notis actus ad Oricum
*Poſt * inſana * Capræ ſidera, frigidas*
Nocteis, non ſine multis
Inſomnis lacrymis agit.
Atquin ſollicitæ nuntius hoſpitæ
Suſpirare Cloën, & miſeram tuis
Dicens ignibus vri,
Tentat mille vafer modis.
** Vt Prœtum mulier perfida credulum*
Falſis impulerit criminibus, nimis
Caſto Bellerophonti
Maturare necem, refert.
Narrat penè datum Pelea Tartaro,
Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens:
Et peccare docenteis
Fallax hiſtorias monet,
Fruſtrà. nam ſcopulis ſurdior Icari
*Voces audit adhuc integer. at, * tibi*
Ne vicinus Enipeus
Plus iuſto placeat, caue:
Quamuis non alius flectere equum ſciens
Æquè conſpicitur gramine Martio:
Nec quiſquam citus æquè
Tuſco denatat alueo.
Prima nocte domum claude: neq; in vias
Sub cantu querulæ deſpice tibiæ:
Et te ſæpe vocanti
Duram, difficilis mane.

Qvid fles] quid flendo deſideras abſentem amicum, quem, &c. Ex ipſo nomine, quod non eſt Romanum, hanc puellam eſſe meretricem, nõ matremfamiliâs perſpicuum eſt. In quibuſdam ſanè libris manuſcrip. talis inſcriptio eſt, *Ad Aſterien meretricem.*

C Candidi] vel eò candidos dixit, quia veris ſunt nuntij: vel quia virũ deſideranti vxori ſunt reſtituturi: vt Catullus *candidos ſoles* dixit, id eſt, iucundos. *Fulſere quondam candidi tibi ſoles.* Vide quæ annotaui ad Satyr. 9. lib. 1. ad illum locum. *huncine ſolem Tam nigrum, &c.* vel quia ſerenitatis effectores, aut ſereni, quaſi αἰθρηγενέται. quod tamen minùs probarit aliquis, propterea quòd epithetum αἰθρηγενέτης, Boreæ tribuitur ab Homero. Dicamus igitur, candidos eſſe dictos Fauonios, quia ver, cuius ſunt nuntij, & quaſi πρόδρομοι, tepidum eſt, & quia *Frigora miteſcunt Zephyris*, vt eſt in Od. 7. lib. 4. ſic Virgil. Georgic. 2. *Parturit almus ager, Zephyrique tepentibus auris, Laxant arua ſinus*: vel candidos intellige lætos, & iucundos, vt nigra ferè omnia, triſtia
D ſunt.

Thyna] id eſt, Bithyna, ſeu Bithynica. Cat. ad Sirmionem. *Vix mi ipſe credens Thyniam, atque Bithynos liquiſſe campos.*

Thvna mer. beatvm] locupletatum mercibus è Bithynia aduectis.

Constantis ivvenem fide] cod. manuſcript. Iann. Vrſ. duo Vatic. cum quibus congruit Torneſian. niſi quòd in eo ſcriptum erat, *fidi*, non ſine litura, habent *fide*: alij duo Vaticani, Clerica. Ruſſardinus vnus, Nicot. vnus, *fides.* vtráque lectio probabilis eſt. Nã ſi *fides* probabimus, erit diſſyllabum: ſi *fide*, patrius caſus erit, antiquus: non ſextus aut ſeptimus: qua de

re alibi

Digitized by Google

re alibi conſtantis autem fidei Gygen dixit, id eſt, in amore mutuo perſeuerantem.

A

Ille notis act.] ille (inquit) notis, ſeu auſtris pulſus ad Oricum, nocteis frigidas traducit, ipſe inſomnis, id eſt, ſomni expers, non ſine lacrymis. ſignificat autem, Gigen non ſua ſponte tamdiu abeſſe à patria, & à ſuis, ſed tempeſtate retentum, atque à reditu prohibitum, magno huius puellæ deſiderio affici, nocteiſque inſomneis curis ſomnum adimentibus, traducere, ſiue ſit vxor, ſiue amica.

Oricvm] portum, & oppidum in Epiro: de quo Cæſ. lib. 3. de bello ciuili. *At ille expoſitis militibus, eodem die ad Oricum proficiſcitur: quo cùm veniſſet L. Torquatus, &c.*

B

Post ins. Cap. sid.] poſteaquam Capra, & Hædi occiderunt. *inſana* autem appellat, quia eorum ortus magnas tempeſtates excitat. ſic Od. 30. huius lib. *Aquilonem impotentem* dixit. & Catull. *impotentia freta.* Oritur autem Capra ortu (vt loquuntur) matutino, ſole Capricornũ prætereunte circiter ſolſtitium brumale. De capra & hædis ſic Aratus. Εἰ δέ τοι ἠνίοχόν τε καὶ ἀστέρας ἠνιόχοιο Σκέπτεσθαι δοκέει. καί τοι φάτις ἤλυθεν αἰγὸς Αὐτῆς, ἠδ' ἐρίφων, οἵ τ' εἰν ἁλὶ πορφυρεούσῃ Πολλάκις ἐσκέψαντο κεδαιομένους ἀνθρώπους, &c. quorum verſuum hæc ſententia eſt. *Si verò tibi aurigam, & aurigæ ſidera contemplari libet: & ſi ad tuas aureis Capræ & hædorum fama peruenit, quæ ſæpè in mari vaſto iactatas vidêre rateis, hominéſque pauenteis, &c.*

C

Atqvin sollicitæ nvntivs] Atqui nuntius (inquit) à Chloë ad virum, ſeu amicum tuum miſſus, narrãs ei illam eius amore perire, conatur eum variis modis corrumpere, & labefactare: affert exempla Bellerophontis & Pelei, qui dum mulieres amanteis ſpernunt, ac repudiant, in maximum vitæ diſcrimen adducti ſunt. *Atquin* habent omnes ferè libri veteres: eos ſequor. Vulgati, *Atque.*

Hospitæ] Chloes, quæ tuũ virum amat.

Tvis ignibvs] id eſt, eo amore, quo tu virum, ſeu potiùs amicum tuum complecteris. igneis autem pro amore poni non eſt nouũ. ſup. Od. 27. lib. 1. *Non erubeſcendis adurit Ignibus.* & Od. 13. eiuſd. *arguens Quàm lentis penitus macerer ignibus.* Virgil. in Palæm. *meus ignis Amyntas.* Idem Daphnid. *Incipe Mopſe prior, ſi quos aut Phyllidis ignes, &c.*

D

Vri] Od. 14. ad Mæcenat. epod. *Vreris ipſe miſer.* & Od. 11. ad Pectium. *Amore, qui me præter omneis expetit Mollibus in pueris, Aut in puellis vrere.* Virg. Alex. *Me tamen vrit amor.*

Vafer] callidus, aſtutus, vt Satyr. 3. lib. 2. *Quo vafer ille pedes lauiſſet Siſyphus ære.* & Sat. 2. lib. 1. *Illum aut nequities, aut vafri inſcitia turis.*

Vt proetvm mvlier] Bellerophon cùm priùs Hipponus appellaretur, poſteà Bellero Corinthiorum principe interfecto, ab euentu Bellerophon, ſeu Bellerophonta dictus eſt. Erat autem re, & natura, Neptuni: verbo, & opinione hominum, Glauci filius. Accepto igitur à Neptuno, Pegaſo equo alis prædito, qui ex eo appellationem traxerat, quòd è collo Meduſæ exſilierat, eo ſublimis per medium aëra vehebatur. Atque interfecto quidem Bellero, cùm Argos profugiſſet, vbi regnum Prœtus obtinebat, ab eo cædis à ſe admiſſæ expiationem conſecutus, & apud eum aliquandiu commoratus eſt. Interea Antëa Prœti vxor Bellerophõtis amore capta, eius complexum, & concubitum exoptabat, eóque potiri magnopere cupiebat. Is ab hoc flagitio auerſus, negabat ſe vlla conditione adduci poſſe, vt tantum dedecus admitteret. Anteà verita, ne ille ſuum amorem Prœto indicaret, ac renuntiaret, præoccupatis Prœti auribus, queſta eſt illum ſibi ſtuprum inferre eſſe conatum. Qua re audita, & credita, Prœtus eum ſua manu quidem interficere noluit, ſed in Lyciam ad ſocerum Iobatum miſit cum litteris in eius perniciem ſcriptis. cetera, quæ ad hunc locum non pertinent, ſuo loco dicentur ad Od. 11. lib. 4. verſus autem Homeri, qui hanc ſiue hiſtoriam, ſiue fabulam exponunt, ſunt ἰλιάδ. ζ. Τῷ δὲ γυνὴ Προίτου ἐπεμήνατο δῖ' Ἄντεια Κρυπταδίῃ φιλότητι μιγήμεναι, ἀλλὰ τὸν οὔ τι Πεῖθ' ἀγαθὰ φρονέοντα δαΐφρονα Βελλεροφόντην. Ἡ δὲ ψευσαμένη Προῖτον βασιλῆα προσηύδα· Τεθναίης ὦ Προῖτ', ἢ κάκτανε Βελλεροφόντην. Ὅς μ' ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι οὐκ ἐθελούσῃ, &c, id eſt, Eum autem Prœti vxor nobiliſſima fœmina Antêa ita inſanè & perditè amauit, vt cum eo commiſceri concupierit: ſed Bellerophonti, vt pote cordato, & prudenti perſuadere, vt tantum flagitium admitteret, non potuit. Illa autem mentiẽs ita cum Prœto locuta eſt. Aut morere Prœte, aut Bellerophõtem occîde, qui mecum per vim rem habere conatus eſt.

Criminibvs] criminationibus, vt Satyr. 3. lib. 1. *vbi acris Inuidia, atque vigent vbi crimina.* & epiſtol. ad Loll. lib. 1. *Vt, penitus notum ſi tentent crimina, ſerues.* Varro lib. 8. de lingua Latina. *ac ſingula crimine, quæ dicunt in analogias, ſoluemus.*

Matvrare necem] accelerare. ſic Virg. lib. 1. Æneid. *Maturate fugam, regique hæc dicite veſtro, &c.*

Pæne datvm pel. Tart.] Creteis, teis, ſeu Hippolyta Hyppolyti filia, Acaſti vxor Pelei amore capta, cùm eum ad ſtuprum ſollicitaſſet, neq; ei perſuadere potuiſſet: dolore, odióque incenſa, prior eum apud Acaſtum criminata eſt, vt improbum, & vim ſibi inferre conatum. Ille autem his auditis, ſuóque conſilio celato, ac diſſimulato, eũ in Pelij montis ſolitudines, quaſi aliud agens, deduxit. quo dormiente inter Centauros relicto, domum reuerſus eſt. Dij autẽ Pelei miſerti, eique ſuam integritatem, ac tempeſtãtiam pernicioſam eſſe iniquum arbitrati, Vulcanum ad eum miſerunt. Hic ei gladium donauit quo Centauros in ſe irruẽteis perculit, atque interfecit: reuerſúſque in Theſſaliam Acaſto bellum intulit, & Iolcum expugnauit. Hæc Pindari

interpres, & Pindarus ipſe Nem. carmine quarto, & quinto: quibus duobus in locis hãc hiſtoriã perſequitur, ſed multò fuſiùs quinto. verba Pindari ſunt hæc, Αἱ δὲ (de Muſis loquitur) πρώτιστον μὲν ὕμνησαν Διὸς ἀρχόμεναι σεμνὰν Θέτιν Πηλέα θ', ὥς τέ νιν ἁβρὰ Κρηθεῒς Ἱππολύτα δόλῳ πεδᾶσαι ἤθελε ξυνέυναν Μαγνήτων σκοπὸν πείσαισ' ἀκοίταν ποικίλοις βουλεύμασι· ψεύσταν δὲ ποιητὸν συνέπαξε λόγον ὡς ἄρα νυμφείας ἐπείρα κεῖνος ἐν λέκτροις Ἀκάστου εὐνᾶς. τὸ δ' ἐναντίον ἔσκεν· πολλὰ γάρ μιν παντὶ θυμῷ παρφαμένα λιτάνευεν. τοῦ δ' ὀργὰν κνίζον αἰπεινοὶ λόγοι. εὐθὺς δ' ἀπανάνατο νύμφαν, ξεινίου πατρὸς χόλον δείσαις. i. illæ autem primùm cantu ſuo laudarunt, principio à Ioue ducto, venerãdam Thetin, & Peleum: quemadmodum cum tenera Hippolyta Creteis dolo illaqueare ſtuduerit, cùm ipſa vxor, virum ſuum Magnetum regem callidis conſiliis induxiſſet. Mendacem autem & fictum coagmentauit ſermonem, illum Acaſti cubile, vt cum eius ſponſa rem haberet, inire voluiſſe. At longè aliter erat. ipſa enim ſæpe eũ blandis verbis, toto pectore ſupplex exorauerat: At illius animum offendebant difficiles, & ardui ſermones. & continuò aſpernatus eſt fœminam maritam, Iouis hoſpitalis iram veritus. eadem ferè leguntur apud Apollonij interp. lib. 1. in quarto porrò carmine ait Acaſtum Peleo dormienti inſidias gladio ſumma arte fabricato, ſtruxiſſe: Chironem autem ei ſubueniſſe, caſumque mortiferum à Ioue cogitatum ab eo depuliſſe. verba Pindari ſunt hæc, Τᾷ Δαιδάλῳ δὲ μαχαίρᾳ φύτευεν οἱ θάνατον ἐκ λόχου Πελίαο παῖς. ἄλαλκε δὲ Χείρων, καὶ τὸ μόρσιμον Διόθεν πεπρωμένον ἔκφερεν.

Et peccare docenteis, &c.] monet iam hiſtorias, id eſt, redigit ei in memoriam, vel proponit hiſtorias, quæ peccandi rationem, ac viam oſtendunt. Lege Euripidis Hippolytum coronatũ, & annot. ad Od. 7. li. 4. de Hippolyto.

Nam scopulis surdior] ſignificat, eum non moueri, neque flecti verbis nuntij illius à Chloa miſſi. Sed quo modo audit, ſi ſurdior eſt Icarei maris ſcopulis? audit ille quidem: ſed audit integer. ita audit, vt non commoueatur, neque det manus. non adducitur eius oratione, vt tui oblitus amorem ſuum in Chloën transferat. Non temerè autem, neque ſine arte Horatius Aſterien in officio continere, & ab amore alterius viri deterrere volens, commemorat ei ſui viri conſtantiam, & continentiam, & fidem. Nam ſi contrà credat illa, Gygen virum ſuum aliò animum appuliſſe: facilè ſit ei perſuadere, vt alterius viri libidini obtemperet. Nihil eſt enim, quod mulieri nuptæ acriorem dolorem inurat, quòdque magis eam à viro alienet, quàm pellex. Teſtem citabo Eurip. Androm. κἀγὼ θυγατρὶ, μεγάλα γὰρ κρίνω τάδε, λέχους στερεῖσθαι, σύμμαχος καθίςαμαι. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα δεύτερ' ἂν πάσχοι γυνή: Ἀνδρὸς δὲ ἁμαρτάνουσα, ἁμαρτάνει βίου. id eſt, & ego filiæ (graue enim eſſe exi-

A ſtimo, lecto priuari) adiutricem me præbeo. Nam ceteros caſus moderatè ferre debet mulier, ſed viro orbata, orbatur vita. Quemadmodum autem Homerus dicere ſolet κῦμα κωφὸν: id eſt, fluctum ſurdum; qui non edit ſonitum, ſeu qui non auditur, & βέλος κωφὸν dixit ἰλ. λ. telum, quod haud magno admodum impetu venit: ſic & Horatius ſcopulos ſurdos, qui nullum ſonitum edunt: niſi dicamus ſurdos eò eſſe dictos ſcopulos, quia nautis tempeſtate iactatis & opem implorantibus non reſpondeant, & quia vota facienteis non audiant: quale illud Od. 17. epod. *Non ſaxa nudis ſurdiora nautis.*

Integer] incorruptus, vt Od. 4. lib. 2. *Brachia, & vultum, tereteiſque ſuras integer laudo.* & ſup. Ode 4. huius libri, *& integræ Tentator Orion*
B *Dianæ.*

At, tibi ne vicinus] virum habes in ſuo erga te amore obfirmatiſſimum, & conſtantiſſimum: ſed tu vide, ne te Enipeus vicinus quantumuis equitandi, & natandi, & ceterarum artium peritiſſimus, labefactet, & percellat.

Flectere equum sciens] in eo equitandi ſcientia maximè vertitur, vt equus seſſori frenum moderanti pareat, & quamcumque in partem velit ille, ſequatur. quod declarat locus Cæſaris lib. 4. de bello Gallico, vbi & eodẽ verbo vſus eſt, loquens de eſſedariis Britannicis. *ac tantum vſu quotidiano, & exercitatione efficiunt, vt in decliui, ac præcipiti loco incitatos equos ſuſtinere, &*
C *breui moderari & flectere, & per temonem percurrere, & in iugo inſiſtere, & inde ſe in currus citiſſimè recipere poſſint.* Sic Virg. Æn. 1. *cæloque inuectus aperto Flectit equos.* & 9. *Flectere ludus equos, & ſpicula tẽdere cornu.*

Gramine Martio] campo Martio. Od. 1. lib. 4. *tam volucrem ſequor Te per gramina Martij Campi, &c.*

Tusco denatat alveo] ſecundo fluuio natat. decurſionem Tiberinam ſignificat. vide annotation. ad illum locum, *Cur timet flauum Tiberim Tangere:* &c. Od. 8. lib. 1.

Prima nocte] prima noctis parte.

Querulæ tibiæ] cuius cantu Enipeus, aut quiuis alius amator, ſe amore tui perire ſigni-
D ficet, queratúrque ſe immeritò abs te ſperni. Lucret. lib. 4. *Chordarúmque ſonos fieri, dulceiſque querelas, Tibia quas fundit digitis pulſata canentum.* Idem lib. 5. *Inde minutatim dulceis didicere querelas, Tibia quas fundit digitis pulſ. can.* ſic Horat. Od. 2. epod. *Queruntur in ſiluis aues.* μινυρίζειν dicunt, Græci, ita canere, & taleis querelas, μινυρισμοὺς appellant. [Profert hunc locum Seruius ad illum Virgilij verſum Georgic. 3. *Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ.* & *querulæ* interpretatur *canoræ.*]

Despice] deorſum aſpice.

Duram] id eſt, ſæuã, & difficilem, & inexorabilem, ſeu illibetalẽ. Sic patres ſeueriores, duri, & ferrei appellantur: ex quo *duritas.* Cicero in Catone. *quanta in altero duritas?* Sic enim legi mallo, reclamante & inuito Nonio, quàm *diritas.*

Dif-

Digitized by Google

Difficilis] ſæua & inexorabilis, & inexpugnabilis. χαλεπή. ſic Od. 10. eiuſd. lib. *Non te Penelopen difficilem procis Tyrrhenus genuit parens.* Iam hoc totum *difficilis manè*, Græcorum more dictu χαλεπὴ ὄσα διαμένει.

AD C. MÆCENATEM.
Od. 8.

ARGVMENTVM.

Cur Kalend. Martiis, cùm vxorem non habeat, nihilominus ſacrificet, & epuletur tamen.

MArtiis cælebs quid agã Kalẽdis:
Quid velint flores, & acerra
turris
Plena, miraris, poſitúſque carbo in
Cæſpite viuo,
*Docte * ſermones vtriuſque linguæ,*
Voueram dulceis epulas, & album
*Libero caprum propè * funeratus*
Arboris ictu.
*Hic * dies, anno redeunte feſtus,*
Corticem aſtrictum pice demouebit
** Amphoræ, fumum bibere inſtitutæ*
Conſule Tullo.
Sume Mæcenas cyathos amici
Soſpitis centum: & vigiles lucernas
Perfer in lucem: procul omnis eſto
Clamor, & ira:
Mitte ciuileis ſuper vrbe curas.
Occidit Daci Cotiſonis agmen:
** Medus infeſtus ſibi luctuoſis*
Diſſidet armis:
Seruit Hiſpanæ vetus hoſtis oræ
Cantaber, ſera domitus catena:
*Iam Scythæ * laxo meditantur arcu*
Cedere campis.
** Negligens, ne quà populis laboret,*
Parce priuatus nimiùm cauere.
Dona præſentis rape lætus horæ:
Linque ſeuera.

Martiis cælebs qvid agam] Kalendas Martias & amantes, & mariti religioſè colebant: illi, vt à puellis ſuis, hi vt ab vxoribus

A gratiam inirent: illi, vt omnia ſibi læta & ſecunda in amore euenirent: hi, vt vxores caſtas & pudicas haberent domi. Itaque ſolebant vtrique ad matronas & ad amicas munera mittere. Atque iccircò Iuuenal. Kal. Martias *fœmineas* appellat: das: *Tum reddam tibi Galla, quod dediſti.* Tibull. lib. 5. & Martialis eaſdem *Saturnalia muliebria. Scis certè, puto, veſtra iam venire Saturnalia Martias Kalendas: Tum reddam tibi Galla, quod dediſti.* Tibull. lib. 5. *Martis Romani feſtæ venere Kalendæ: Exoriens noſtris hic fuit annus auis: Et vaga nunc certa diſcurrunt vndique pompa, Pérque vias vrbis, munera; pérque domos. Dicite Pierides, quónam donetur honore Seu mea, ſeu fallor, cara Neæra tamen.* colebant eundem diem & B puellæ. Idem Tibull. lib. 4. *Sulpicia eſt tibi culta tuis Mars magne Kalendis: Spectatum è cælo (ſi ſapis) ipſe veni.* mittebant & ſua matronæ munera. Plaut. in Milite glor. *Da mihi vir, Kalendis quæ mittam, quom Martiæ venerint, &c.* Martias autem Kalendas matronæ celebrabant (inquit Feſtus) quòd eo die Iunonis Lucinæ ædes coli cœpta eſt. Seruius autem ad eum Virgil. locum Æn. 8. *Tatióque ſeni, Curibúſque ſeueris: Iure, inquit, dixit ſeueris. Cùm enim filias perdidiſſent Ceninenſes, Antemnates, Cruſtumij, Sabini, ceteris quieſcentibus, ſoli Sabini bellum ſuſceperunt: qui interuenientibus triginta fœminis iam enixis, de illis, quæ raptæ fuerant, pacem fecerunt: ex quarum nominibus curiæ dictæ ſunt. Prætereà in communem mulierum honorem Kalendæ Martiæ* C *fœminis dicatæ ſunt. Horatius. Martiis cælebs quid agam Kalendis. Iuuenal. Munera fœmineis tractat ſecreta Kalendis. Nec enim aliter congruit Kalendas Martias eſſe fœminarum, niſi quia fœminæ, vt diximus, bella ſedârunt.* Hactenus Seruius, quæ mihi indicauit German. Valens Pimpuntius. Nomen *Kalendarum*, ſecutus & nobilium grammaticorum auctoritatem, & veterum marmorum, ac lib. teſtimonium, & doctorum virorum vſum, per k, excudendum curaui.

Cælebs] qui nec vxorem, nec vllam fœminam, quæ mihi vxoris loco ſit, domi habeam.

In Cæspite vivo] ſuprà. Od. 19. lib. 1. *Hic viuum mihi cæſpitem, hic Verbenas pueri ponite.*

Et alb. Libero capr.] cur Baccho caper immoletur, omnibus notiſſimum eſt. Virg. D Georg. 2. *Non aliam ob cauſam Baccho caper omnibus aris Cæditur.* notum eſt illud epigramma, quod extat epigrammatum Græcorum libr. 1. cuius hæc ſententia eſt, Etiam ſi radicitus caper vitem depaſcat, tantum tamen vini prolaturam, quantum ſatis ſit ad libandum, dum immolatur. Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω, Ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοὶ, τράγε, θυομένῳ. Album autem dixit, quia diis ſuperis albæ hoſtiæ immolantur: inferis, nigræ. [Arnobius lib. 7. quæ in coloribus ratio eſt, cur meritò his albas, illis atras conueniat nigerrimáſque mactari? Quia ſuperis diis (inquit) atque hominum dexteritate pollentibus, color lætus acceptus eſt, ac felix hilaritate candoris. At verò diis læuis, ſedéſque habitantibus inferas, color furuus eſt gratior,

& triſtibus ſuffuſus è fucis. Valerius Max. libr. 2. cap. 5. *præcipere vt ad Ditis patris & Proſerpinæ aram, à qua fuerat potio ipſis allata furuæ hoſtiæ immolarentur, &c.* ibid. paulò pòſt, *Hoc poſtquam Valeſius nuntiante ſeruo accepit, omiſſo emendæ aræ propoſito, hoſtias integras, quæ antiquitus furuæ dicebantur, Tarenti immolauit ibidem infra apud eandem aram publicè nuncupatis votis, caſiſque atris bubus Diti maribus, fœminis Proſerpinæ, &c.*]

Propè fvneratvs Arb. ictv] de hac arbore lege Od. 13. lib. 2. *Ille & nefaſto te poſuit die.* & 17. *Me truncus illapſus cerebro Suſtulerat, &c.* Funeratus autem, id eſt, funere elatus, & ita exanimatus.

Docte sermones] ita legendum, non *docte ſermonis.* Ita enim ſcriptum eſt in cod. Faër. & vno Vatic. adde quòd ita loquitur Oda proxima. *Dulceis docta modos, & cithara ſciens.* Denique ita legit Donat. producens teſtem hunc locum comment. in Eunuch.

Hic dies anno redevnte] dies feſtus anniuerſarius. *anno cedeunte*, anno vertente: περιπλομένου ἐνιαυτοῦ. Horat. Satyr. 2. lib. 2. *Siue diem feſtum rediens aduexerit annus.* ἔτυμον Græci nominis ἐνιαυτός. quaſi in ſeipſum reuolutus.

Corticem astrictvm pice] hoc die feſto relinentur dolia, & amphoræ picato cortice obturatæ.

Demovebit] *demouebit*, excudendum curaui, non, vt vulgò legitur, *dimouebit*, quòd ita ſcriptum repererim in tribus lib. calamo exaratis. amphoræ autem dictum pro ab amphora, vt & Priſcian. docet lib. 17. Amphora porrò, ſeu quadrantal vini ſextarios octo & quadraginta continebat, vt ſuprà ex Feſto admonuimus.

Fvm. bib. instit.] quæ didicit, vel cœpit fumum bibere Ariſtot. lib. 4. μετεωρ. ſcribit in Arcadia vinum in vtribus à fumo ita exſiccari, vt bibatur abraſum ac deſectum. Quod igitur hîc de fumo dicitur, non eſt referendum ad vini vaporem, quem fumum Gallica lingua appellamus, qui tempore extenuatur: ſed ad eum, quem propriè fumum appellant Latini, quo, vinum maturatur, denſúmque ac ſpiſſum efficitur. cuiuſmodi ego nouem ab hinc annos in Rhœtia vidi, cum ex Italia per Rhœtorum fineis in comitatu clariſſ. viri, Franciſci Turnonij Cardinalis in Galliam reuerterer. id erat annorum quadraginta, vt mihi affirmabat is, apud quem deuerſabar, ita dura & alta cruſta obductum, vt non, niſi ea ferro reſciſſa, vinum depromi poſſet. atque id ita craſſum erat, vt, niſi multa aqua dilutum, ac temperatum, neque liqueſceret, neque bibi poſſet. Amphoram igitur fumum bibere inſtitutam intellige, quæ cœpta eſt fieri fumoſa: quemadmodum Tibullus cados Falernos fumoſos appellat lib. 2. his verſibus, *Nunc mihi fumoſos veteris proferte Falernos Conſulis, & Chio ſoluite vincla cado.* ſunt enim non vina, ſed vaſa fumoſa. M. Tull. in Piſo. *fumoſas imagines*: & Horat. Satyr. 2. lib. 2. *pernam fumoſam* dicunt: ex quo veteres intelligimus. vide hac de re plura annotation. ad Od. 28. huius libri.

Consvle Tvllo.] L. Volcatius Tullus deſignatur, qui fuit conſul cum M. Æmilio Lepido, anno ab vrbe condita, ıↄc. lxxxvii. Significatur huius vini ætas.

Sospitis] ſalui, & ſeruati ab arboris illius caſu. Od. 36. libro 1. *Qui nunc Heſperia ſoſpes ab vltima, &c.*

Et vigiles lvcern. Perfer] compotationes & cenas ſumtuoſiores, ac liberaliores noctu fieri ſolitas eſſe cùm ex hoc poëta, tùm ex multis aliis ſcriptoribus intelligere licet. Od. 21. lib. 3. ad amphoram. *Te liber, &, ſi læta aderit, Venus, Viuæq́; producent lucernæ, Dum rediens fugat aſtra Phœbus.* epiſtol. ad Torqu. lib. 1. *Supremo te ſole domi Torquate manebo.* epiſt. ad Mæcenatem 3. lib. 1. *Hoc ſimul edixit, non ceſſauêre poëtæ Nocturno certare mero, putêre diurno.* Theognis, Τῷ πίνειν δ' ἐθέλοντι παρεστάδιον οἰνοχοείτω. Οὐ πάσας νύκτας γίγνεται ἁβρὰ παθεῖν. quibus verſibus hoc ferè ſignificatur: Ei, qui bibere velit, miniſtrum ſemper aſtare debere, qui vinum fundat, & pocula miniſtret: non enim dari hominibus vt nocteis omneis iucundè & hilariter traducant. Lucret. libr. 2. *Lumina nocturnis epulis vt ſuppeditentur.* Athenæus autem lib. 7. oſtendere volens, cenas nocturnas cuiuis corpori vtiliores eſſe, quã diurnas, medicum quemdam Daphnum nomine inducit ita loquentem, ὠφελιμώτερά ἐστι φίλτατε, τῷ παντὶ σώματι τὰ νυκτερινὰ δεῖπνα. τὸ γὰρ σελήνης ἄστρον πρὸς τὰς τῆς τροφῆς ἀρμόττει πέψεις. σηπτικὸν ὑπάρχει. κατὰ σῆψιν δὲ ἡ πέψις, &c. id eſt, vtiliores ſunt omni corpori nocturnæ cenæ. Nam Lunæ aſtrum ad cibũ concoquendum valde accommodatum eſt, cùm vim habeat putrefaciendi. Concoctio autem putrefactione conſtat. eodem pertinet locus ille Hor. Od. 27. lib. 1. *Vino & lucernis Medus acinaces Immane quantum diſcrepat.* Quin veteribus non fuiſſe in vſu prandia, teſtatur Seruius ad illum locum lib. Æn. 4. *Nunc eadem labente die conuiuia quærit.* Ex quo Iuuenalis in Marium illum, *Exſul ab octaua Marius bibit.*

Procvl. óm. esto Clam. et ira] ſic Ode ſuprà dicta, lib. 1. *Lenite clamorem ſodales, Et cubito remanete preſſo.*

Cotisonis] ſic reperi ſcriptum in duobus Vatic. codicibus, & in Iannoct. Faërn. Torn. Nicot. Ruſſ. Cleric. nam vulg. habent, *Cotiſonis.* antiquam ſcripturam confirmat Suetonius in Auguſto, his verbis, *M. Antonius ſcribit, primum eum* [Auguſtum] *Antonio filio ſuo deſpondiſſe Iuliam: Dein Cotiſoni Getarum Regi, quo tempore ſibi quoque inuicem filiam regis in matrimonium petiiſſet.*

Medvs infestvs sibi] Medi ſeditionibus inter ſe concitantur.

Cantaber sera domitvs] Od. 14. lib. 4. *Te cantaber non antè domabilis, Medúſque, &c.* & 6. lib. 2. *Cantabrum indoctum iuga ferre noſtra.* Cantabros deuicit Agrippa Auguſti auſpiciis.

epiſtola ad Iccium lib. 1. *Cantaber Agrippa Clau-* A
dis virtute Neronis Auſpicijs cecidit.

Laxo arcv] id eſt, abiecto pugnandi con-
ſilio, armis poſitis, aut conditis. ſic Od. 27. eod. li.
& remiſſo Filius arcu. & carmine ſæculari poſt
epod. *Condito mitis, placidúſque telo.*

Negligens, ne qva pop.] videtur
aliquanto difficilior atque impeditior eſſe ho-
rum verborum ſtructura. *Parce* (inquit) cùm ſis
priuatus, id eſt, cùm magiſtratum non geras, *ni-*
mium cauere, quod valet, noli nimis ſollicitus eſſe,
ne qua parte populus Rom. laboret. ita (inquam)
parce, vt in eo ſis negligens. eſt autem vſitatum
Horatio cum verbo nomen aliquod epithetum
coniungere, quod verbi ſignificationem augeat.
aut certè adiuuet, vt Od. 28. lib. 1. *At tu nauta* B
vaga ne parce malignus arenæ Particulam dare. quem
locum explicauimus ſuo loco. ſimile exemplum
eſt ſup. Od. 7. huius lib. *Magneſſam Hyppolyten dum*
fugit abſtinens. & infrà hoc eod. lib. Od. 24. *Illic ma-*
tre carentibus Priuignis mulier temperat innocens, id eſt,
in eo ſe præbet innocentem, quòd priuignis tem-
perat: vel eo ipſo, quòd priuignis temperat, in-
nocens habenda eſt. & Od. 21. eiuſdem libri: *Non*
ille, quanquam Socraticis madet Sermonibus, te negliget
horridus. & Od. 11. eiuſd. lib. *Quod viro clemens mi-*
ſero peperci, id eſt, quòd clementem me in virum
præbui, dum ei parco. & Saty. 6. lib. 2. *Si veneror*
ſtultus nihil horum, ô ſi angulus ille, &c. quorum
verborum explicationem ad ſuum locum reſer- C
uare malo. & Od. 13. lib. 4. *Ludiſque & bibis im-*
pudens. & Od. 16. Epod. *Credula nec flauos timeant*
armenta leones. & epiſt. 2. lib. 1. *Ruſticus exſpectat dum*
defluat amnis. & epiſtol. ad Iul. Florum lib. 2. *quòd*
Exſpectata tibi non mittam carmina mendax. & epiſt.
de arte poëtica. *an omneis Vrſuros peccata putem mea*
tutus, & extra Spem veniæ cautus? & Satyr. 6. lib. 2.
laudat Arelli Sollicitas ignarus opes. & Od. 8. lib. 4.
Donarem pateras, gratáque commodus Cenſorine meis
æra ſodalibus.

et Dona præsentis] ſuadet his ver-
bis, vt in diem viuat, vt Od. 16. libr. 2. *Lætus in*
præſens animus, quod vltrà eſt, Oderit curare. ad quem
locum plura hac de re diximus.

Rape] ſic habent quattuor libri manu ſcri- D
pti, non vt vulg. *cape.* ſic locutus eſt Oda 13. epod.
rapiamus amici Occaſionem de die, &c. ad quem lo-
cum vide quæ ſunt à nobis annotata.

Linqve severa] omitte res ſerias, & ni-
miam curam, cogitationémque requirenteis.

TVRNEBVS.

Ex lib. 11. cap. 1. Aras gramineas Maro intel-
ligit li. 12. ceſpititias, quales in caſtris excita-
bantur, vt & Tribunalia: quamquam & è ceſpite
ſubitas etiam ſibi alias aggerabant aras, & ceſpi-
tem pro ara habebant. Horatius,

- poſitus carbo in
Ceſpite viuo. Iterum,
Hic viuum mihi ceſpitem, &c.
Verbenas pueri ponite. Sed & ceſpitem inter-
dum Romano ritu aræ imponebant, vt Seruius
notat.

Ex li. 21. cap. 3. Vt in caſtris ceſpititium tribu-
nal excitabant duci, vnde ad milites verba face-
ret, cuius rei exempla paſſim occurrunt: ita ceſ-
pititiam aram ruſtici excitabant & focum: ceſ-
péſque loco foci áræque erat Horatio teſte.

- poſitúſque carbo in
Ceſpite viuo. Ruſum, *Hic viuum mihi ceſpitem*
& Calphurnio,
- tu ceſpite viuo
Pone focum, nam ceſpes in ara ponebatur, iſ-
que viuus recénſque è terra exciſus, vt ad purifi-
cationem viua vtebantur aqua.

B Ex lib. 25. cap. 20. Dolia oblinenda, id eſt, cor-
tice oppicato operculanda, vnde & relinere do-
lia apud Terentium contrarium eſt. Idem in
amphoris etiam, in quas vinum diffundebatur,
fiebat. Cato, cap. 120. *In amphoram muſtum indi-*
to, & corticem oppicato. Inde Horatius ſcripſit,

Corticem aſtrictum pice dimouebit
Amphoræ fumum bibere inſtitutæ
Conſule Tullo.

Ex li. 30. cap. 6. Cato, cap. 110. *Sinito biduum obli-*
tum doliũ. Ex eo notum eſt, *relinere ſerias*, Apud Te-
rentium Heautontimorumeno act. 3. ſc. 1. ſigni-
ficare, oblitas & obturatas reſignare & aperire.
Illud etiam Horatianum.

C *Corticem aſtrictum pice dimouebit*
Amphoræ fumum b. i. claram accipit lucem,
prælucente velut Catone, cum ita ſcribit, cap.
120. *In amphoram muſtum indico & corticem oppica-*
to, Cortice enim oppicato oblinebant & oper-
culabant dolia.

Od. 9.

ARGVMENTVM.

Dialogus Horatij & Lydæ.

Ho. *Donec gratus eram tibi,*
Nec quiſquam potior bra-
chia candidæ
Ceruici iuuenis dabat:
Perſarum vigui rege beatior.
Ly. *Donec non alia magis*
*Arſiſti, neque * erat Lydia poſt*
Chloēn:
Multi Lydia nominis
Romana vigui clarior Illa.
Ho. *Me nunc Threſſa Chloë regit,*
Dulceis docta modos, & citharæ
ſciens:

Pro qua non metuam mori,
*Si * parcent animæ fata ſuperſtiti.*
LY. *Me torret face mutua*
Thurini Calaïs filius Ornithi:
Pro quo bis patiar mori,
Si parcent puero fata ſuperſtiti.
HO. *Quid, ſi priſca redit Venus?*
Diductóſque iugo cogit aëneo?
Si flaua excutitur Chloë?
Reiectæque patet ianua Lydiæ?
LY. *Quamquam ſidere pulchrior*
Ille eſt: tu leuior cortice, & improbo
*Iracundior * Adria:*
Tecum viuere amem: tecum obeam libens.

DONEC GRATVS ER.] hæc Oda eſt ἀνταποδοτική, id eſt, conſtat mutua reſponſione.

NEC QVISQVAM POTIOR] quem plutis faceres, vt infr. Od. 15. epod. *Nec feret aſſiduas potiori te dare noctes.* & Sat. 5. lib. 2. *vitro Penelopen facilis potiori trade.*

NON ALIA MAGIS ARSISTI] ſic habent codices antiqui, Faërni, Vrſini, Torn. duo Vatic. Ruſſ. vnus Cleric. Nicot. & ita loquitur Od. 14. epod. *Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo Anacreonta Teïum.* Idem Od. xi. lib. 4. *Non enim poſthac alia calebo Fœmina.* & Od. 9. lib. 4. ſine vllo caſu. alij, ita vt vulg. *Non aliam, &c.* quo modo & Virgil. loquitur, Alex. *Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin.*

NEQVE ERAT LYDIA POST] neque ego poſteriore eram loco apud te, quàm Chloë: vel, neque Chloën mihi anteponebas.

ILIA] Numitoris filia, Romuli matre: vt Od. 8. lib. 4. *Quid foret Iliæ, Mauortiſque puer, &c.* commemorat & Oda 2. lib. 1. *Iliæ dum ſe nimium querenti, &c.* & ſat. 2. lib. 1. *Ilia & Egeria eſt.*

REGIT] mihi imperat, ego ei ſeruio tanquam dominæ. ſic Oda 24. eiuſd. lib. *Nec dotata regit virum Coniux.*

ET CITHARÆ SCIENS] ſic loquitur Od. 15. lib. 1. *& Sthenelus ſciens Pugnæ.*

PRO QVA NON METVAM MORI] pro qua libenter mortem oppetam: pro qua, quin moriar, non recuſabo. de verbo metuendi lege annot. ad Odam 2. lib. 2.

SI PARCENT ANIMÆ] ſi modò mea morte aſſequar, vt ſit mihi ſuperſtes, & immortalis.

ME TORRET FACE MVTVA] amore mutuo. nemini autem ſunt inauditi Cupidinis faces. torret autem, id eſt, vrit. ſic Od. 19. eiuſdem lib. *Me lentus Glyceræ torret amor meæ.* & Oda 1. lib. 4. *Si torrere iecur quæris idoneum.*

A PRO QVO BIS PATIAR MORI] his verbis ſui in Calaim amoris magnitudinem declarat, cùm bis mori tamen poſſit nemo. Nam (vt eſt apud Athen. lib. 8.) ἀθάνατος ὁ θάνατός ἐστιν, ἅπαξ ἄν τις ἀποθάνῃ, id eſt, immortalis mors eſt, ſi quis ſemel mortuus fuerit. [ſic Plato Apolog. Socr. ἢ ἀφίετέ με ἢ μή, ὡς ἐμοῦ οὐ ποιήσοντος ἄλλα, οὐδ' εἰ μέλλω πολλάκις τεθνάναι. Et Lyſias oratione κατ' Ἐρατοσθένους οὐδ' οὐδ' ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου τῶν πεπραγμένων δὶς ἀποθανόντες δίκην δοῦναι δύναιντο ἄν & Euripid. Oreſt. Καὶ μὴν τὸ δ' ἔρξας δὶς θανεῖν οὐ χάζομαι]

DIDVCTÓSQVE] diuulſos, diremtos, diſiunctos, diſcordeis.

B IVGO COGIT AËNEO] in firmiſſimam concordiam ducit. Suprà Ode 33. lib. 1. *iuga aënea* poſuit in malum, pro coniunctione amantium inæquali ac diſpari, atque ingrata ſeruitute: in qua mutuus amor non intercedit. hîc autem iugum aëneum accipe pro concordia amantium eiuſmodi, quam nullum interueniens diſſidium ſit diſſoluturum. copulam irruptam dixit Od. 13. lib. 1. *Felices ter & amplius, Quos irrupta tenet copula, nec malis Diuulſus querimonijs Suprema citius ſoluet amor die.* *aheneum* igitur accipere hîc debemus pro firmo, & ſolido, & quod frangi non poſſit, vt *murum aëneum* dixit, epiſt. 1. lib. 1. & *turrem aheneam* Oda 16. huius lib. Sic Apollonius non ſemel taurorum Colchicorum ioga, χάλκεα appellat, &
C fortaſſe Homerus cælum eadem ratione deorum χαλκοβατὲς δῶ, id eſt, domum pauimento, ſeu ſolo firmiſſimo ſubſtratam, ac ſuffultam nominat. Iugum autem fortaſſe iccircò poſuit Horatius, quia in amantium concordia, & coniunctione multæ inſunt ſeruitutis ſimilitudines.

EXCVTITVR] eijcitur tanquam iugum, vel onus. Terent. Eunucho: *homo quatietur certe cum dono foras.*

LEVIOR CORTICE] Saty. 4. lib. 1. *nabis ſine cortice.*

ET IMPROBO IRAC. ADR.] Adriaticum mare ſæpe vi ventorum agitari, & tempeſtatibus concitari conſtat. iccircò improbum & iracundum dixit, tranſlatè. ſic Od. 2. epod. *Nec horret iratum mare.* & Oda 3. lib. 1. *Qui vidit mare tur-*
D *gidum.* huc pertinet illud ex Oda 33. lib. 1. *Libertina fretis acrior Adria Curuantis Calabros ſinus.* & Oda 33. 27. huius libri, Adriæ ſinum, *atrum* appellat.

IN LYCEN
Od. 10.

ARGVMENTVM.

Vt, poſita duritie, aliqua ipſius miſericordia capiatur.

EXtremum Tanaim ſi biberes Lyce,
Sæuo nupta viro: me tamen aſperas

Porrectum

Digitized by Google

Porrectum ante foreis obijcere incolis A
**Plorares Aquilonibus.*
Audis, quo ſtrepitu ianua, quo nemus
Inter pulchra ſitum tecta remugiat
Ventis? & poſitas vt glaciet niueis
**Puro numine Iupiter?*
Ingratam Veneri pone ſuperbiam:
Ne currente retro funis eat rota.
Non te Penelopen difficilem procis
Tyrrhenus genuit parens.
O, quamuis neque te munera, nec preces, B
*Nec * tinctus viola pallor amãtium,*
Nec vir Pieria pellice ſaucius
** Curuat, ſupplicibus tuis*
Parcas, nec rigida mollior æſculo,
Nec Mauris animũ mitior anguibus:
*Non hoc ſemper erit * liminis, aut a-*
quæ
Cæleſtis patiens latus.

Extremvm Tanaim] Si in vltima Scythia, aut Sarmatia viueres: ſi Scythæ, aut Sauromatæ alicui nupſiſſes.

Me tamen asperas, &c.] non ita tameo dura & inhumana eſſes, vt me ante foreis tuas iacêre expoſitum, atque obiectum Aquilonibus, qui oram illam aſſiduè perflant, paterêris. [foreis aſperas dixit, foreis puellæ aſperæ, & inexorabilis. tale eſt illud pauimentum ſoperbum, Od. 14. lib. 2.]

Porrectvm] extentum. Sat. 3. lib. 2. *Si quis ad ingentem frumenti ſemper aceruum Porrectus vigilet.*

Obiicere incolis Plorares] id eſt, non ſineres, quæ tua lenitas & miſericordia eſt, me proiectum ante tuas foreis mihi iniquas, ab Aquilonibus iactari. obſtaret tibi tua lenitas & miſericotdia, quo mious me ante fo- D reis tuas iacêre ſineres. ſic loquitur Plaut. Aulul. *Aquam hercle plorat, cùm lauat, profundere.*

Incolis] Aquilones, venti ſunt Thracij, iccircò incolas Thraciæ dicit. ſup. Od. 25. lib. 1. *Thracio bacchante magis ſub inter-Lunia vento.*

Inter pvlchra sitvm] quidam libri veteres habent *ſatum*, pro *ſitum*. ego tamen oihil muto.

Remvgiat] grauem quendam & immanem ſonitum ad aureis referat. trãſlatio à bobus. ſic Od. 10. Epod. *Ionius vdo cùm remugiens ſinus Noto carinam ruperit.* & Oda 29. huius lib. *Non eſt meum ſi mugiat Africis Malus procellis, &c.* ſic Heſiod. ἐςγ. καὶ ἡμ. μέμυκε δὲ γαῖα καὶ ὕλη.

Glaciet] vocis & ſignificationis agentis. A Apud M. Tull. *conglaciandi* verbum, abſolutum eſt, lib. de nat. Deorum. 2. *tum aqua declarat effuſio, quæ neque conglaciaret frigoribus, neque niue, pruináque concreſceret, niſi eadem ſe admiſto calore liquefacta & dilapſa diffunderet.* Cœlius Ciceroni, *Curioni noſtro tribunatus conglaciat.*

Pvro nvm. Ivp.] cælum purum & ſerenum: quod quidem hiberno tempore frigidius eſt, quàm nebuloſum aut caliginoſum. ſi quis autem quærat cur cælo ſereno, quàm nebuloſo, frigus ſit acrius, reſpõdet Ariſtoteles in problemat. τμήμ. ιέ. ideò fieri, quia cælo puro, ſereoo, atque aperto nihil eſt, quod frigus continere poſſit: ſed diffuoditur ac diſſiparut, ita vt ad nos perueniat. nebuloſo autem facilè coërcerut. quidam B teſtantur ſe reperiſſe ſcriptum in lib. manuſcriptis, *lumine*. ego tamen magis probo, *numine*. nam per Iouem, cælum, ſeu æther ſignificatur. Iooi autem meritò numen triboitur. per numen igitur Iouis, cæli nitor intelligendus eſt κατ' ἀλληγορίαν. Quòd ſi dixiſſet Horat. *Iupiter puro lumine conglaciet niueis*, corrupiſſet, & quaſi mutilaſſet figuram poëticam. nunc autem his duobus ita conionctis, manet integer & incolumis locutionis ornatus. Quin hoc contendo, ſi *lumine* legendum eſſe conſtet, nomen *Iupiter* hîc ferri non poſſe, & in eios locum, ſi lex carminis patiatur, cælum aut æther, eſſe ſubſtituendum. hoc igitur dico, *Puro numine* legendum eſſe, & hoc *lumine* ex annotatione natum: vt deſinant περιεργεῖν qui- C dam iuuenes, bonarum litterarum ſtudioſi, minimè mali. ſic numen coniunxit cum Ioue Od. 4. lib. 4. *Quas & benigno numine Iupiter Defendit, &c.* quamquam illic Iupiter pro deo poſitus eſt non pro cælo aut æthere.

Ingr. Ven. pone svperb.] Ingrata eſt & Veneri & Baccho puerorum & puellarum in amanteis ſuperbia. Libet hîc vnum atque alterum huius rei exemplum ex Pauſania aſcribere. Amabat Calirrhoam quandam virginem Corraſus Bacchi ſacerdos: ſed quanto vehementius amabat Corraſus, tanto erat illa ab hoc alienior, tantóque ſe in eum duriorem ac ſæuiorem præbebat. Poſteaquàm autem neque precibus, neque muneribus ſæuitia virginis potuit mitigari; D ſupplex Coraſus accedit ad Bacchi ſtatuam. orat vt vim ſui numinis in virgioem expromat ac declaret. Vix dum finem orandi ſecerat, cùm Calydonij ferè omoes (Calydone enim hæc gerebantur) proinde ac ſi ebrij eſſent, mente capti, furoréque præcipites huc & illud ferebantur. Confugiunt tandem ad oraculum Dodonæum. reſponſum eſt, Dionyſium Calydonis eſſe iratum, neque illum iraſcendi finem antè facturum, quàm Corraſus ei immolaſſet Calirrhoam ipſam, aliúmve, qui eius vice fungi, mortémque oppetere auderet. Virgo in has anguſtias redacta, cœpit primùm auxilium à nutricijs & nutricibus ſuis petere: à quibus cùm ſpreta eſſet, ac reiecta, reſtabat miſera, vt ipſa ad aram Dionyſi mactaretur. omnibus igitur rebus neceſſarijs ad ſacri-

ficium cōparatis, intererat huic ſpectaculo Corraſus, qui amore victus, nulloque iræ loco relicto, ſe ipſum pro Calirrhoa deuouet, atque exanimat. At Calirrhoe altera ex parte, vt proſtratum atque exanimem Corraſum vidit, ſerò mente mutata, miſericordia commota, pudore denique eorum, quæ inhumaniter & ſuperbè in eum admiſerat, affecta, ſeipſam ſecundam Baccho victimam mactat. Hæc Pauſanias Achaic. quæ nos arbitratu noſtro, quàm breuiſſimè potuimus, Latinè vertimus. Alterum eſt æquè miſerabile, quod idem affert Atticis, eiúſque rei ſe vidiſſe argumentum narrat, Cupidini dicatam Antetôtis aram. Meles Athenienſis Timagoram inquilinum, & hoſpitem contumelioſè deſpiciens, iuſſit, vt ſeſe è ſummo ſaxi vertice præcipitem ageret. Timagoras, vt qui adoleſcenti omnibus in rebus obtemperare & gratificari cuperet, alioqui vitæ non admodum cupidus, neque animæ parcus natura, ſeſe non dubitanter, neque cunctabundus è ſaxo illo præcipitem deiecit. Meletem autem, ſimul vt exanimem Timagoram vidit, vſque adeò facti ſui pœnituit, vt ſeipſum quoque ex eodem ſaxo præcipitem egerit. Accedat tertium ex Theocrito, ſi modò verum, & non fictum eſt, de adoleſcente illo, qui, cùm vſque adeò, tamdiúque ſpreuiſſet amantem, vt ille dolori ſuo remedium morte & ſuſpendio quærere cogeretur, atque id pro foribus adoleſcentis feciſſet: adoleſcens autem manè die poſtero domo exiens, amantémque ſuſpenſum, ac mortuum cernens, nihil commotus eſſet, neque condoluiſſet, neque ingemuiſſet: ſed rectà ad gymnaſium (vt ſolebat) in quo balneum, ſtatuáque Cupidinis erat, iuiſſet: accidit vt ſtatua, dum lauat adoleſcēs, in eius caput decideret, eúmque interimeret. carmen Theocriti inſcribitur ἐραστής. ſed hæc poſteriora duo exempla cùm ad flagitioſos illos, & nefarios puerileis amores pertineant, à noſtris auribus reſpuantur. *Pone* autem, id eſt, adijce, ac depone, vt epiſt. 16. lib. 1. *Pone: meum eſt. pono, triſtiſque recedo.*

Ne cvrrente retro] ne nimia iſta ſæuitia in caput tuum récidat, tibique ipſi calamitatem, & perniciem afferat: vel ne idem tibi eueniat, quod in amanteis vſurpas & exerces: & fortuna, quam nunc experiris valde ſecundam, tibi aduerſari ac reflare incipiat. ducta ſimilitudo eſt, à rotis fune circumactis quo rupto, illę in contrariam partem voluuntur. [ſic Ariſtides Sophiſta in Panathen. loquens de Amazonib. ἐντεῦθεν ἤδη πάντα ὥσπερ χάλου ῥαγέντος, ἐχώρησεν ὀπίσω, καὶ διελέλυτο ἁμαξόσιν, ἥ τε ἀρχὴ, καὶ ὁ δρόμος. Tibullus libro 1. eleg. 5. *At tu, qui potior nunc es, mea furta caueto: Verſatur celeri ſors leuis orbe rota.* Iterum dixit Horatius: *currente rota* epiſtol. ad Piſones: non longè principio. alij dicunt doctam eſſe ſimilitudinem ab equo funali, retrò currente, & in contrariam partem currum trahente.

Non te Penel. diffic.] Non tu es Penelope à patre tuo procreata, ſed Lyce. Fuit autem Penelope eo in procos difficilior ac ſæuior, quo blandior. eorum enim animos verbis mulcebat, & ſpe lactabat. alia mens erat. nota ſunt illa Homerica ὀδυσ. σ. θέλγε δὲ θυμὸν Μειλιχίοις ἐπέεσσι, νόος δέ οἱ ἄλλα μενοινᾷ, id eſt, animum autem procorum blandis verbis mulcebat, mens eius aliud cogitabat. & ὀδυσ. β. Ηδη γὰρ τρίτον ἐστὶν ἔτος, τάχα δ' εἶσι τέταρτον, Ἐξ οὗ ἀτέμβει θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν Πάντας μὲν ῥ' ἔλπει, καὶ ὑπίσχεται ἀνδρὶ ἑκάστῳ Ἀγγελίας προϊεῖσα, νόος δέ οἱ ἄλλα μενοινᾷ: id eſt, Tertius enim iam annus abijt, agitur nunc & quartus, ex quo Penelope Græcorum animos decipit, damnóque afficit. Omnibus enim ſpem inanem oſtentat, & vnicuique pollicetur, miſſis etiam ad quemque nuntijs: ſed aliud animo molitur. nota eſt denique illa Penelopæ tela, quæ interdiu texebatur, noctu retexebatur. de qua ὀδυσ. β. & τ.

Nec tinct. viola pall.] nec pallor amantium violacei coloris particeps: luridus, & pallidus color. [Seruius ad illum Virgilij locum, Alexide, *Pallenteis violas*, annotat, *Pallenteis, id eſt, amantium colore tinctas.* Horat. *Nec tinctus viola pallor amantium.*]

Nec vir Pieria pell. savc.] & quamuis non te flectat viri tui iniuria, qui Pieriam amat, eiúſque amore ſaucius eſt, &c. Nihil eſt autem, quod matronam magis vrat, faciliúſque ad adulterium impellat, quàm dolor ex tali viri libidine ſuſceptus: & cùm acerrimè ad pœnas ſui doloris repetendas mulieres exſtimulentur, tum virorum ſuorum incontinentiam ſimili facto libenter vlciſcuntur. qua de re vide quæ ſuprà annotauimus ad illum locum, *Nam ſcopulis ſurdior Icari Voces audit adhuc integer*, Od. 7. huius libri.

Cvrvat] flectit, ab inſtituto tuo detorquet.

Pieria pellice] pellicem appellant Latini eam, quam maritus amat, ſempérque refertur ad vxorem, vt pater ad filium. Cic. in Cluēt. *Vxor generi, nouerca filij, filia pellex.* Horatius infrà Od. 27. eod. libr. *dominæque tradi Barbara pellex.* & Od. 3. epod. *Hoc delibutis vlta donis pellicem Serpente fugit alite.* & Oda 5. *Quibus ſuperbam fugit vlta pellicem.*

Svpplicibvs tvis Parcas] quamuis tu neque muneribus, neque precibus, neque pallore, & languore meo, neque viri tui contumelia, atque iniuria inflectaris: miſerere tamen ſupplicis tui, qui omnem ſalutis ſuæ rationem in tua lenitate, & clementia collocatam habet.

Nec rigida mollior æscvlo] tu quæ neque æſculo mollior es, nec mitiore animo, quàm Mauritaniæ ſerpentes, &c.

Nec Mavris anim. mitior] nec mitiore animo, quàm angues Mauritaniæ. *mitis animum* helleniſmus eſt. *Mauris anguibus* autem ſic dictum, vt *Mauris iaculis.* ſuprà Oda 22. libr. 1.

&

& *venena Colcha*. Od. 13. lib. 2. ſic enim habent aliquot libri veteres. vbi vulg. *Colchica*.

Liminis] Od. 11. epod. *Liminis dura, quibus lumbos & infregi latus*.

Aqvæ Cælestis] epiſtol. ad Auguſt. *Cæleſteis implorat aquas docta prece blandus*. ſignificat ſe non ſemper iuuenem, eàque ætate futurum, vt ſemper limen ianuæ huius puellæ, & ſub diuo, idque cælo nubilo & imbrifero, cubare poſſit.

TVRNEBVS.

EX libr. aduerſ. 22. cap. 24. Cùm Horatius ſcribit:

- & poſitas vt glaciet niues

Puro numine Iuppiter: ſæpenumerò legendum putaui, *puro lumine*, magno tamen errore, præſertim cùm lumen audiri non poſſit: verius eſt, poſita glacie & Aquilone ſpirante, cuius flatus auditur, intelligi purius & liquidius & frigidius eſſe cœlum, quod experimur diebus glacialibus toto cœlo per aëris æthram ſudo, & ſtellas annumerante nobis omnes. Itaque hic Iuppiter eſt aër: de quo tamen vt deo loquitur numen appellando. Verſus paullò pòſt obſcuriſſimus ſequitur,

Ne currente retrò funis eat rota. Arbitror dici cauendum ei eſſe, ne fœlix & ſecundus ipſius mutetur curſus in diuerſam fortunam: ne ſcilicet funis, id eſt, funalis equus, retrò eat, & in diuerſum feratur, cum ſequente rota & curru, quo ipſa vehatur, curſu præcipiti. Interpretationem confirmat Auſonius hoc verſu, *Funis ad quartum det tibi Caſtor equum*.

Ex lib. 27. cap. 9. Quædam ſunt verbis de medio ſumptis dictata, quæ tamen obſcuram fuſcamque, vt ita dicam, ſententiam reddunt, vt Sepiæ aquam ſuo atramento. Illud Flacci teſtimonio eſſe poteſt.

- & poſitas vt glaciet niues

Puro numine Iuppiter. Nam purum illud numen non ſatis eliquatum videtur, ſed turbidum: ita vt per eius nebulam vix ſenſum perſpicere poſſimus. Reperi in quodam codice, *puro nomine*. Sed quis huic teſti credat aduerſus tot editiones & ſcripturas aliorum codicum? nos igitur vana quadam auena eludit iſta ſtipula. Audiui & legi, qui *lumine legeret*: nec ſenſus fortaſſe deeſſet, præſertim cùm limen ſubdiuale & puram habens aream, nec tecto opertam, nec arboribus opacam gelicidio & pruinæ magis pateret. Sed cur nouitatem ſectamur, ſi recepta & vſitata verba bonam laudabilémque exprimunt ſententiam? Audiui & legi qui *lumine*, legeret: ſed lumen audiri non poteſt, ſed videri ſolet. Ego tempeſtates anni video & earum commutationes adſcribi Ioui: Iſque grandinare, fulminare, tonare dicitur, nubes contrahere, & imbres fundere: Idem etiam niuem glaciémque cogere atque durare, quæ facere credebatur omnia non operosè ſed ſolo nutu. Nutum enim eius & voluntatem è

A veſtigio rerum euentus fidéſque ſequitur. Inde Numinis appellatio, profecta eſt. Illa autem Iouis voluntas liquida apertáque eſt, cùm audiatur hiberni Aquilonis frigore omnia conſtringentis fremitus. Quid ſi potiùs Iouem per allegoriam intelligamus. Iupiter enim plerumque aër eſt: & purum quoque numen per inuerſionem accipimus quod ſpirante Aquilone nubes abiguntur, tenuiuſque cœlum eſt & purius, nullis nubibus fœdatum? Hanc ſententiam veriorem crediderim poëticáque figura ornatiorem & concinniorem. Verſus ſequitur illum nocte tenebroſior, *Ne currente retro funis eat rota*. In quo ne morer lectorem, eiúſque expectationem prorogem, exiſtimo, & fortaſſe fallor, eſt enim lubri-

B cus error in auctoribus antiquis explicandis, quorum vitæ conſuetudinem moréſque & ſtudia vix coniectura plerumque leui prorſum aſſequi poſſumus: cùm tamen nihil in eis ſæpe coniectura certius exploratiúſque habeamus: Exiſtimo igitur dici, cùm ſecundiſſimus tibi hoc tempore & fœliciſſimus curriculi tui curſus intendatur & pergat, caue ne celeriter retorſum feratur & in diuerſum eat, & citò commutetur in contrarium. Tranſlatio ducta eſt à curribus Circenſibus, quos funis trahit, funémque currens ſequitur rota: ita fune retroeunte, retro quoque currit rota, id eſt, currus. Quod de fune dixi verum eſſe ex eo apparet, quòd in curru erant equi iugales & funales illi in iugo, hi extra iugum.

C Ex lib. 26. cap. 19. *- cecidit violentia retro*. apud Gratianum de venatione, eſt retro abijt & peſſum ijt: Sic & Horatianum illud explicandum, *Ne currente retro funis eat rota*, id eſt, ne dum currit rota, funis retro eat, & retrorſum feratur abrumpatúrque coniunctio.

AD MERCVRIVM.

Od. 11.

ARGVMENTVM.

D Vt cantus ſibi dictet, quibus Lyde flecti poſſit. Danaidum fabula.

MErcuri: nam te docilis magiſtro
Mouit Amphion lapides, canendo:
Túque teſtudo reſonare ſeptem
** Callida neruis:*
Nec loquax olim, neque grata, nunc &
Diuitum menſis, & amica templis,
Dic modos, Lyde, quibus obſtinatas
Applicet aureis.

Quæ, velut latis equa trima campis,
Ludit exſultim: metuítque tangi,
Nuptiarum expers, & adhuc proteruo
** Cruda marito.*
Tu potes tigreis, comitéſque ſiluas
Ducere: & riuos celereis morari:
** Ceſſit immanis tibi blandienti*
Ianitor aulæ
Cerberus, quamuis furiale centum
Muniant angues caput eius, atque
Spiritus tæter, ſaniéſque mânet
Ore trilingui.
Quin & Ixion, Tithióſque vultu
Riſit inuito. ſtetit vrna paullùm
Sicca, dum grato Danai puellas
Carmine mulces.
Audiat Lyde ſcelus, atque notas
Virginum pœnas, & inane lymphæ
Dolium fundo pereuntis imo,
Seráque fata:
** Quæ manent culpas etiam ſub Orco:*
Impiæ: nam quid potuere maius?
Impiæ ſponſos potuere duro.
Perdere ferro.
Vna de multis face nuptiali
Digna, periurum fuit in parentem
** Splendidè mendax, & in omne virgo*
Nobilis æuum:
Surge, quæ dixit iuueni marito:
Surge: ne longus tibi ſomnus, vnde
Non times, detur: ſocerum, & ſceleſtas
** Falle ſorores.*
Quæ, velut nactæ vitulos leænæ,
Singulos, eheu, lacerant. ego illis
Mollior, nec te feriam: nec intra
Clauſtra tenebo.
Me pater ſæuis oneret catenis,
Quòd viro clemens miſero peperci:
Me vel extremos Numidarum in agros
Claſſe releget.
I, pedes quò te rapiunt, & auræ,
A *Dum fauet nox, & Venus: i ſecundo*
Omine: & noſtri memorem ſepulcro
Sculpe querelam.

MERCVRI: NAM TE DOC. MAG.] Lyræ enim inuentor Mercurius eſt: ſup. Od. 10. libt. 1. *Te canam magni Iouis, & deorum Nuntium, curuæq; lyræ parentem*. Hæc Ode autem eſt προσφωνητική.

MOVIT AMPHION] hac de re vide annot. ad epiſt. ad Piſones. ibi *Dictus & Amphion*.

TÚQVE TESTVDO RESON. SEPT. CALL.] callida reſonare, id eſt, quæ ſcis reſonare
B quæ ſcitè reſonas. *ſeptem neruis*, id eſt, ſeptem chordis ideò Pindarus φόρμιγγα ἑπτάγλωσσον, id eſt, ἑπτάφωνον nominat.

NEC LOQVAX OLIM] ante quàm Mercurius te neruis inſtruxiſſet.

NVNC ET DIVITVM MENSIS, &c.] Vlyſſes in patriam iam ille quidem reuerſus, nõdum tamen à ſuis agnitus, ſpecie, & ornatu ſenili, ab Eumæo ad ædeis ſuas deductus citharam conuiuiorum ſodalem appellat. ἐν δέ τε φόρμιγξ Ἠπύει, ἣν ἄρα δαιτὶ θεοὶ ποίησαν ἑταίρην. id eſt, in eis ædibus autem cithara reſonabat: quam dij conuiuij ſodalem fecerunt.

OBSTINATAS] obfirmatas, & à me auerſas: ſiue duras, & rigidas.
C APPLICET] aduertat, admoneat: mihi ſcilicet.

QVÆ VELVT LATIS, &c.] Hic locus ex Anacreonte eſt expreſſus: ſunt autẽ Anacreontis verſus hi: Πῶλε Θρῃϊκίη, τί δή με λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα νηλεῶς φεύγεις, δοκεῖς δὲ Μηδὲν εἰδέναι σοφόν; ἴσθι ὅτι καλῶς μὲν αὐτοὶ Τὸν χαλινὸν ἐμβάλοιμι· Ἡνίας δ' ἔχων στρέφοιμι Ἀμφὶ τέρματα δρόμου. Νῦν δὲ λειμῶνάς τε βόσκεαι, Κοῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις. quod quidem nuper notauit Erricus Stephanus. horum autem verſuum hæc propemodum ſententia eſt: Pulla, ſeu equulea Thracia, quid me obliquis oculis aſpiciens miſericorditer fugis, viderìſque nihil ſapere? Atqui ſcito, me tibi pul-
D chrè frenum iniecturum: &, ſi habenas teneam, ad curſus metam te flexurum, ac perducturum. Nunc autem in pratis paſceris, & ludis leuiter exſiliens: ſeu ludis exſultim.

METVÍTQVE TANGI] id eſt, non vult ſe tangi, vt ſuprà diximus ad Od. 2. lib. 2. φυλάττεται· cauet ne tangatur.

NVPTIAR. EXP.] ἄγαμος, ἀνύμφευτος, ἀνυμέναιος.

CRVDA] immatura: nondum viri potens.

TV POTES TIGREIS, &c.] vt epiſt. de arte poët. de Orpheo, *Dictus ob hoc lenire tigreis, rabidóſque leones*.

ET RIVOS CELEREIS MORARI] Oda 12. lib. 1. *Arte materna rapidos morantem Fluminum lapſus*.

CESSIT

A CESSIT IMMANIS TIBI BLANDIENTI] Orpheo Eurydicen ſuam repetente. qua de re Virgil. Georgic. 4. *Quin ipſæ ſtupuere domus, atque intima Lethi Tartara, cæruleóſque implexæ crinibus angues Eumenides, tenuitque inhians tria Cerberus ora, Atque Ixionei vento rota conſtitit orbis.*

IMMANIS] coniunge cum voce *aulæ*, vt ſit, immanis aulæ, id eſt, ingentis & vaſtæ: propterea ſcilicet quòd omnium mortalium eſt capax: contrà ſuprà Od. 4. lib. 1. *Et domus exilis Plutonia*, propter aliam rationem. poteſt tamen vox *immanis* cohærere cum voce *ianitor*, aut *Cerberus*: ſed minùs aptè, minúſque commodè.

B BLANDIENTI blandè canenti, vt Od. 19. lib. prim. *Blandum & auritas fidibus canoris Ducere quercus.*

QVAMVIS FVR. CENT. MVN. ANGVES, &c.] ſic ſup. Od. 13. lib. 2. *Quid mirum vbi illis carminibus ſtupens Demittit atras bellua centiceps Aures? &c.* cum hoc loco congruit illud ex Oda 19. eiuſdem libri. *Te vidit inſons Cerberus aureo Cornu decorum.*

QVIN ET IXION] de Ixione notiſſima fabula eſt, illum Iunonem perſequentem, eique ſtuprum inferre conantem, in nube libidinem ſuam expromſiſſe, ſpecie deceptum. Tibull. lib. 1. *Illic Iunonem tentare Ixionis auſi Verſantur celeri noxia membra rota.* Quòd ſi quis plura de Ixione ſcire

C volet, legat Pyndarum Pyth. ᾠδ. β. & interpretem. quem locum aliàs attingemus.

TITYÓSQVE] de Tityo ſuprà, Od. 4. huius lib.

VVLTV RIS. INV.] riſit: id eſt, hilaritatem quandam animi vultu ſignificauit, cantus dulcedine delectatus ſcilicet: ſed vultu inuito, quia mæſtum vultum eius eſſe conſentaneum eſt, cuius membra per iugera nouem porriguntur, iecúrque à vulture aſſiduè tondeatur ac depaſcatur.

STET. VRNA PAVLL.] id eſt, Danaï puellæ laborem ſuum tantiſper intermiſerunt, atque aquam haurire dolio pertuſo deſtiterunt, dum eas grato carmine oblectas.

D DANAÏ PVELLAS] Cùm cognouiſſet Danaus ex oraculo quodam, vnum è filijs Ægypti quinquaginta, quibus totidem ſuæ filiæ nupſerant ſibi necem illaturum, iuſſit vt ſuum vnaquæque virum interficeret. Qua in re patris imperio omnes præter vnam, paruerunt, & propter tam immane facinus ijs pœnis, quas hîc commemorat Horat. & quæ ſunt omnibus notiſſimæ, apud inferos plectuntur. Idem Oda 14. lib. 2. *Cocytus errans & Danaï genus Infame.* Cum his Lucret. lib. 3. in extrem. elegantiſſimè eos homines confert, qui nomquam hac lucis vſura explentur, his verbis: *Hoc (vt opinor) id eſt, æuo florente puellas, Quod memorant laticem pertuſum congerere in vas. Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur* ad hoc dolium alludit Plaut. in Pſeud. *in pertuſum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.*

A AVDIAT LYDE SCELVS, &c. Commemorata de Danaï filiarum ſupplicio fabula, hinc arripit occaſionem Horat. huius puellæ, quam amat, à ſæuitia, & contumacia deterrendæ: & ad facilitatem, ac benignitatem reuocandæ. Quemadmodum enim illæ omnes, quæ ſe in ſponſos ſuos præbuerunt inhumanas atque immaneis pœnas luunt apud inferos ſuæ impietatis ſempiternas: ea verò, quæ ſponſum ſuum ſeruauit, meritis & ſempiternis laudibus effertur: ita ſi Lyde contumacia & duritia ſua exanimabit amantem, dabit pœnas: ſi miſerebitur, laudem immortalem comparabit.

ET INANE LYMPHÆ] & dolium aqua va-

B cuum, quamuis aſſiduè impleatur, propterea ſcilicet, quòd pertuſum eſt, & fundum nō habet.

SERÁQVE FATA] vel pœnas fataleis, ſempiternas, & quas nulla mors ſit terminatura: vel dic propriè *fata*: ſera autem propter ea, quæ deinceps ſequuntur, vt iam iam dicemus.

QVÆ MANENT CVLPAS ETIAM] quo referatur, & quò pertineat, hoc *quæ*, ad puellaſue. an ad fata, non cuiuis notum eſt. Si ad puellas, ſic videntur hæc verba explicanda, & declaranda: quæ puellæ Danaï manent culpas etiam ſub Orco: id eſt, culpas ſuſtinent ſempiternas: nondum ſunt culpa liberatæ, ſeu numquam culpa liberantur, vt pœnas ſufferant ſempiternas. Sin ad *fata*, quod Porphyrio innuit, idque indicauit

C mihi Paſſeratius, & ego magis probo, ſententia erit aperta. hoc enim ſignificat Horatius, Fata etiam ſub Orco culpas manere: id eſt, poſt mortē culpas exſpectare, ne quis ſe morte, colpa ſimul & pœna liberatum iri confidat. Atque hoc modo locutum eſſe Ciceronem ille oſtendebat, Philip. 2. *Cuius quidem tibi fatum, ſicuti C. Curioni, manet: quoniam domi tuæ eſt, quod fuit illorum vtrique fatale.* & M. Antonium in epiſt. quadam ad Hirt. & Cæſ. *Si me rectu, vt ſpero, ſenſibus, eunte, m dij immortales adiuuerint: viuam libenter: Sin me aliud fatum manet, præcipio gaudia ſuppliciorum veſtrorum.* Huius igitur loci hæc ſententia videtur eſſe. Quæ fata manent culpas, &c. id eſt, ſequuntur, & excipiont, & exſpectant culpas etiam apud inferos. vide quæ an-

D not. ad Od. 28. lib. 1.

VNA DE MVLTIS] Atqui duæ viros ſuos ſeruaſſe dicuntur, Hypermneſtra, & Bebryce, vt ſcribit Euſtathius in commentarijs ad Dionyſ. Alexand. Pindarus autē vnam Hypermneſtram nominat. ᾠδ. ι. Nem. Neque verò Hypermneſtra (inquit) mentem à recta ratione auerſam habuit, quæ à ſororibus ſuis diſſentiēs, ſola gladium vagina tectum, clauſúmque continuerit. verba Pindari ſunt hæc, ᾠδ' Ὑπερμήστρα παρεπλάγχθη, μονόψαφον ἐν κολεῷ κατασχοῖσα ξίφος. Quòd autem Pindarus idem ᾠδ. θ. Πυθ. quadraginta octo duntaxat Danaï filias numerat, cùm fuerint quinquaginta, non eſt ea cauſa, quā affert Euſtathius, quia duæ viris ſuis pepercerint: ſed illa, quam affert interpres Pindari, quia cùm eo loco Pindarus de filiarum collocādarum ratione &

& via, quam ſecutus eſſet Danaus, loquatur, duæ A iam quodammodo viros erant nactæ. Amymone enim fuerat à Neptuno corrupta: Hypermneſtram autem Lynceos amabat, illáque Lynceum: quam ei cauſam iuſtam viſam eſſe aiunt, quamobrem viro ſuo parceret, cùm exiſtimaret, ſibi in eo viro, patris imperium negligere licere, quem ſibi ſua ipſa ſponte legiſſet, non à patre quæſitum haberet. Etiam hoc traditum eſt, iccircò illam manus à viro ſuo abſtinuiſſe, quòd ſuæ virginitatis florem ab illo illibatum, atque intactum retinuiſſet. Pauſanias autem Corinthiacis narrat, illam à patre in iudicium eſſe vocatam: partim quod exiſtimaret Lyncei ſalutem ſibi periculoſam eſſe: partim quòd illa ſocietatem facinoris aſpernata, ſibi qui ſuaſor, auctorque necis B fuiſſet, inuidiam, infamiámque iam conflatam auxiſſet: ſed re diligenter, diúque vtrinque diſceptata, fuiſſe abſolutam.

FACE NVPTIALI] facibus nuptialibus, quinque enim faces ſponſæ præferebãtur, vt ſcribit Plut. ῥωμαϊκοῖς: & quam ob rem quinque, præferrentur, rationes aliquos probabileis affert. Et M. Tull. in Cluentiana, quo loco Saſiæ effrenatam libidinem exagitat, quæ genero ſuo nupſiſſet, numero multitudinis vtitur, his verbis: *ô audaciam ſingularem! non timuiſſe, ſi minus vim Deorum, hominúmque famam, at illam ipſam noctem, faceiſque illas nuptialeis? non limen cubiculi, &c.* Et Catull. in carmine de Iuliæ & Manlij nuptijs. *viden vt faces Splendidas quatiunt comas?* Tùm Iulius Pol- C lux commemorat δᾳδας νυμφικὰς, id eſt, faceis nuptialeis, quas qui præferebant, δᾳδοῦχοι appellabantur. Æneas apud Virg. Æneid. 4. ſignificans ſe eo animo non veniſſe, vt cum Didone matrimonio coniungeretur, ſic loquitur. *nec coniugis vmquam Prætendi tædas, aut hæc in fœdera veni.* Mater autem apud Græcos præferebat faceis in nuptijs filiæ, vt ex Iphigen. in Taur. Eurip. cognoſcere licet. Αγα. Χώρει πρὸς Ἄργος, παρθένους τε τημέλει. Κλυταιμ. Λιποῦσα παῖδα; τίς δ' ἀνασχήσει φλόγα; Αγα. Εγὼ παρέξω φῶς, ὃ νυμφίοις πρέπει. Κλυτ. Οὐχ ὁ νόμος οὗτος, id eſt, Agam. proficiſcere Argos, & virgines adorna. Clyt. relictáne filia? at quis facem tollet? Ag. ego lumen præbebo, quod ſponſos D decet. Clyt. non eſt inſtitutum Græciæ Feſtus. *Facem in nuptijs in honorem Cereris præferebant, aquáque ſpargebatur noua nupta, ſiue vt caſta, puráque ad virum veniret, ſiue vt ignem atque aquam cum viro communicaret.*

SPLENDIDÈ MEND.] laudabiliter, magnificè, glorioſè mendax. Nam interdum mentiri laudabile & honeſtum eſt.

NE LONGVS TIBI SOMNVS] longum ſomnum, mortem intellige, vt ſup. diximus ad Od. 24. libri 1. ibi. *perpetuus ſopor.* Atque iccircò mors ab Homero τανηλεγὴς dicitur, hoc eſt, longum cubandi & quieſcendi tempus præbens, ὀδυσ. γ. Μοῖρ' ὀλοὴ καθέλησι τανηλεγέος θανάτοιο, id eſt, quem Parca mortis diu cubare ſinentis, aut facientis corripuerit. quod epithetum expreſſit Ouidius, *Longa quieſcendi tempora fata dabunt.*

SCELESTAS] ſanguine contaminatas, μιαιφόνους.

FALLE] λάνθανε, late, effuge ſup. Od. 10. li. 1.

SINGVLOS] ſeparatim ſuum quæq; lacerat.

MOLLIOR] mitior, humanior.

NEC INTRA CL. TEN.] neque te clauſum tenebo, ſed euadere, & periculum effugere ſinam.

CLEMENS PEPERCI] id eſt, clementem me præbui in eo, quòd tibi peperci. notauimus hoc loquendi genus ad Odam 8. huius libr. ibi. *Negligens, ne qua populus, &c.*

B NVMIDARVM] *Numidas dicimus* (inquit Feſtus) *quos Græci Nomadas: ſiue quòd id genus hominum pecoribus negotiatur, ſiue quod herbis, vt pecora, aluntur.* Plinius lib. 5. cap. 3. *Numidia Maſaniſſæ clara nomine, Metagonitis terra à Græcis appellata: Numidæ vero Nomades à permutandis pabulis, mapalia ſua, hoc eſt domus plauſtris circumferentes.*

RELEGET] longè à patria remoueat. M. Tull. orat. poſt reditum. *nominatim alij compellabantur, alij rei citabantur, alij relegabantur.* tranſlatè dixit Saty. vlt. lib. 1. *Ambitione relegata te dicere poſſum Pollio.*

I, PED. QVO TE RAP. ET AVRÆ] ſiue terra, ſiue mari iter facere voles, propera, quantum potes. ὅποι πόδες ἄγουσι, καὶ ἄνεμοι. C ſic Eurip. Med. φεῦγε, φεῦγε, μήτε ναΐας Δεσπόσυνον ἀπήνην, μήτ' ὄχον πεδοστιβῆ, id eſt, fuge, fuge. neque naualem currum omittens, neque naualem currum omittens, neque vehiculum pedeſtre.

MEMOREM] cuius memoria ſit diuturna, ac ſempiterna. vt ſup. Od. 13. lib. 1. *memorem notam.*

SCVLPE QVEREL.] ita reperi ſcriptum in aliquot cod. manuſcript. Vatic. & item Don. Fact. Ruſſardinis, Cleric. Nicot. non *ſcalpe.* quos ſecutus ſum. nam *ſcalpere*, fodere eſt: quod ad hunc locum non ſatis quadrat: niſi tralationem eſſe dicamus.

AD NEOBVLEN.

Od. 12.

ARGVMENTVM.

Eam Hebri adoleſcentis amore captam inertiæ ſe, & deſidiæ dediſſe.

*MIſerarum eſt neque * amori dare*
ludum,
*Neque dulci mala * vino lauere:*
aut ex-
Animari metuenteis patruæ verbera
Tibi qualum Cytheréæ puer ales,

Tibi telas, operoſæque Mineruæ
Studium aufert, Neobule, Liparæi
nitor Hebri,
Eques ipſo melior Bellerophonte:
Neque pugno, neque ſegni pede vi-
ctus,
Simul vnctos Tiberinis humeros lâuit in
vndis;
Catus idem per apertum fugienteis
Agitato grege ceruos iaculari: &
Celer arcto latitantem fruticeto ex-
cipere aprum.

MISERARVM EST] hæc Ode eſt πα-ραινετικὴ, ſeu προτρεπτικὴ, id eſt, ad ſuadendum & exhortandum comparata.

NEQVE AM. D. LVO.] neque amori indulgere. ſic loquitur Plaut. Bacchid. *ego dare me ludum meo gnato inſtitui.* ibid. *ſed nimium dolo deſidia ei dare ludum.*

LÁVERE] à verbo lauo is. ſup. ano. ad Od. 3. lib. 2. ſic Lucr. vſurpauit ſónere à ſono is. lib. 3. *Scire licet non ſincerum ſonere, atque ſubeſſe Cæcum aliquem cordi ſtimulum.* & item feruere, fúlgere, &c. Eleganti autem & concinna tralatione vius dixit *mala lâuere vino*, quaſi de ſordibus quibuſdam loqueretur. tale eſt *abſtergêre metum, dolorem, curam, ægritudinem animi.* Suprà autem Od. 7. lib. 1. *nunc vino pellite curas*, ab eodem dictum eſt alia tranſlatione. ſic vini cadum dixit *amara curarum eluere efficacem.* Od. 12. lib. 4.

AVT EXANIMARI] *exanimari*, metu ſcilicet. ſequitur enim, *metuentes pat. verb.* ſic Sat. 4. lib. 1. *auidos vicinum funus vt ægros Exanimat, mortiſque metu ſibi parcere cogit, &c.* ex quo animatus participium, ſemper pro conturbato vſurpatur, vt notat Donatus ad illud Terent. in Andr. *ibi tum exanimatum Pâphilum, &c.* & ad illud. Hecyra. *Quæ me propter exanimatã citiùs eduxi foras.*

METVENTEIS PATR. VERB.] *lingua patrua* pro lingua patrui Horatianum. Sed cur metuitur lingua patrua, aut cur patruus ponitur pro obiurgatore acri & aſpero? paucis expediam. Sciunt omnes, quanta vis ſit στοργῆς φυσικῆς, quæ proculdubio in patre erga filium multo maior eſt, quàm in filio erga patrem, vt docet Ariſtot. lib. 8. de morib. ad Nicom. patruus autem, quãuis etiam ipſe amet fratris filios: patrio illo, & immoderato affectu caret tamen. Itaque cùm *malè verum examinet omnis Corruptus iudex* (vt ait Hor.) veriſimile eſt patrem incredibili illo in filium amore impeditum, multa errata filij præterire, ac diſſimulare, atq; adeò probare: quæ ſi quis alius cernat, valde improbet, ac reprehendat: tanta eſt oculorum paternorum in peccatis filij lippitudo, ſeu potiùs cæcitas. At patruus, vt dixi, ab hoc impotente affectu liber, ac ſolutus, de fratris filiorum peccatis iudicat incorruptè: Ita ſi quid delinquunt, id acriter, & ſeuerè reprehendit, coërcet, & caſtigat, neque à ſe impetrare poteſt, vt vel mediocribus illorum peccatis facilè concedat. Ex eo natum eſt, vt patruus pro ſæuo, & aſpero reprehenſore, ſeu caſtigatore ponatur M. Tull. pro Cœlio. *Qui in reliqua vita mitis eſſet, fuit in hac cauſa pertriſtis quidam patruus, cenſor magiſter.* Idem ad Att. lib. 2. *Cura amabo te, Ciceronem noſtrum. ei nos* θεῖοι *videmur*, id eſt, patrui. & Catull. in Gellium. *Gellius audierat, patruum obiurgare ſolere, Si quis delicias diceret, aut faceret, &c.* & Horat. Satyr. lib. 2. *Siue ego prauè, Seu rectè, ne ſis patruus mihi.* & Satyr. 2. eiuſd. libri, *adde iratum patruum, vicinos.* Mitionem illum illum Terentianum Æſchini patruum excipio, leniſſimum, & placatiſſimum: contrà patrem Demeam duriſſimum, atque acerbiſſimum.

QVALVM] id eſt, calathum, ex quo quaſillus: quo nomine eſt vſus M. Tull. Philipp. 2. Petrus Victorius lib. var. lect. nono, cap. 17. admonet, hos verſus treis, qui deinceps ſequuntur, ex Sapphone eſſe expreſſos, cuius hi ſunt verſus, Γλυκεῖα μᾶτερ, οὔτοι δύναμαι κρέκειν τὸν ἱστὸν Πόθῳ δαμεῖσα παιδὸς, βραδινὰν δι' Ἀφροδίταν, Nam ſic emendo poſtremum. quorum hæc ſententia eſt, Iucunda mater, non poſſum ordiri telam, aut texere, amore pueri capita, Veneris teneræ opera, ſeu culpa.

PVER ALES] Cupido, quem poëtæ pennigerum, aliſque inſtructum fingunt, talemque pingunt & pictores. libet autem mihi ad hunc locum, Eubuli cuiuſdam verſus aſcribere de pennigero Cupidine venuſtiſſimos, ac facetiſſimos: quos profert Athen. libr. 13. Τίς ἦν ὁ γράψας πρῶτος ἀνθρώπων ἄρα, Ἢ κηροπλαστήσας ἔρωθ' ὑπόπτερον; Ὡς οὐδὲν ᾔδει πλὴν χελιδόνας γράφειν, Ἀλλ' ἦν ἄπειρος τῶν τρόπων τῶν τοῦ θεοῦ. Ἔστιν γὰρ οὔτε κοῦφος, οὔτε ῥᾴδιος Ἀπαλλαγῆναι τῷ φέροντι τὴν νόσον, Βαρὺς δὲ κομιδῇ. πῶς ἂν οὖν ἔχοι πτερὰ Τοιοῦτο πρᾶγμα; λῆρος, ἂν φήσῃ τις. quorum hæc ferè ſententia eſt. *Quis hominum primus Cupidinem pennigerum pinxit, aut cera finxit? Vt nihil ille præter hirundines pingere didicerat! ſed erat planè huius dei morum imperitus! Nam neque leuis eſt, neque ad excutiendum facilis ei, qui hoc morbo affectus ſit. Qui fieri igitur poteſt, vt alas habeat? meræ nugæ.* Pinnatum Cupidinem Mercurio & Diana prima natum eſſe refert M. Tull. li. 3. de nat. deorum. ſic pinnigerum amorem appellat Lucretius libr. 5. *Denique non lunuitis item differre videtur, Inter equas vbi equus florenti ætate iuuencus Pinnigeri ſæuit calcaribus ictus amoris? &c.*

OPEROSÆQVE MINERVÆ STVD.] id eſt, ſtudium lanificij. Nam cùm omnibus artibus, atque operibus præſit Minerua, tùm maximè lanificio. Oppianus lib. β. ἁλιευτ. ad princ; Δοῦρα δὲ τεκτήνασθαι, ἀρασσέμεναί τε μέλαθρα, Φάρεά τ' ἀσκῆσαι μίλλον ... χερσὶ Παλλὰς ἐπιχθονίους ἐδιδάξατο, id eſt, ligna autem

fabricari, & ædeis excitare, & veſteis tenui filo, A ſeu lana conficere, Pallas homines docuit. & Homer. ὀδυσ. η. de Phæacibus, ὡς δὲ γυναῖκες Ἱστὸν τεχνῆσαι. περὶ γάρ σφισι δῶκεν Ἀθήνη Ἔργα τ' ἐπίστασθαι περικαλλέα, καὶ φρένας ἐσθλάς, id eſt, vt mulieres autem [ſciut Phæaces] telam texere. egregiè enim eis dedit Minerua pulchrorum operum ſcientiam, & bonam mentem, ſeu prudentiam, ſeu bonitatem. & Virg. de Camilla lib. 7. Æn. *Bellatrix: non illa colo, calathiſve Mineruæ Fœmineas Aſſueta manus.* Idem lib. 5. *Olli ſerua datur operum haud ignara Mineruæ.* Tibullus lib. 2. *Atque aliqua aſſiduè textrix operata Mineruam Cantat, & appulſo tela ſonat latere.* Ælianus lib. 1. ποικίλης ἱστορ. περὶ φαλαγγίων. ὑφαντικὴν, καὶ ὑφαίνειν καὶ δῶρα ἐργάνης δαίμονος οὔτε ἴσασιν B αἱ φάλαγγες, οὔτε εἰδέναι βούλονται, id eſt, texendi autem artem, & munera deæ operoſæ, ſeu opificis, neque ſciunt eæ beſtiolæ, quæ phalanges nominantur, araneæ ſimiles, neque ſcire volunt. Propert. lib. 2. de Penelope, *Coniugium poterat falſa differre Minerua, Nocturno ſoluens texta diurna dolo.* Expreſſit autem Horatius Græcum epithetum ἐργάνην. Palladem enim ἐργάνην δαίμονα appellant.

Liparæi nitor Hebri] ex bona valetudine, & maximè ex bona corporis habitudine exſiſtit nitor: quamuis interdum etiam nitêre dicantur ij, qui vnguentis delibuti ſunt, vt ſup. diximus ad Oden. 4. lib. 1. *nitidum caput.* nitor Hebri autem poſitum pro Hebro ipſo C περιφραστικῶς. vt annot. ſupr. Od. 5. huius lib. quod non videtes quidam, ordinem horum verſuum temerè peruertere conati ſunt. ſic Homer. ἰλ. λ. Ἐλθὼν γὰρ ῥ' ἐκάκωσε βίη Ἡρακληείη, id eſt, profectus autem cum malè accepit, ſeu vexauit virtus Herculis. & ὀδυσ. li. neſcio quoto, ψυχὴ Τειρεσίαο Χρύσεον σκῆπτρον ἔχων, id eſt, anima Tireſiæ, qui habebat aureum ſceptrum.

Bellerophonte] de Bellerophonte ſuprà diximus ad Od. 7. huius lib. & & 27. libr. 1. dicemus & ad Od. 11. lib. 4. nonnulla. is equo Pegaſo vectus Chimæram ſuperauit.

Neque pugno, neque segni] præſtantiſſimus & pugil, & curſor.

Neque segni p. v.] ſegni pede eſſet, D ſi à quoquam curſu vinceretur.

Simul] ſimulatque, vt ſæpe aliàs.

Catus] catus iaculari, peritus iaculandi, ſeu acutus & ingenioſus in iaculandis, & configendis ceruis fugientibus annotabitur hoc loquendi genus ad Od. 8. lib. 4. iam iaculari ceruos, pro configere ceruos iaculis. Horatio familiare, vt annotauimus ſup. ad Od. 2. lib. 1. ibi *iaculatus arceis.* Catus autem idem ferè valet, quod doctus, ſeu potius acutus, vt vult Varro. lege annot. ad Od. 10. lib. 1. ibi, *Voce formaſti catus.* ſignificat Horatius, hunc iuuenem eſſe etiam præſtantem venatorem.

Per apertum fugienteis] per liquidum & purum campum, non ſiluis interſeptum, aut arboribus conſitum. ſic autem hîc dictum eſt *per apertum,* vt Od. 34. lib. 1. *per purum:* quamquam ibi ſubintelligatur, *cælum.*

Cel. arcto lat. fr. excip.] celer ad excipiendum. excipere hîc propriè poſitum. Nam hoc verbum venatorum eſt proprium δέχεσθαι dicunt Græc. Homer. ἰλιάδ. δ. δεδεγμένος ἐν προδοχῇσι. Virgil. in Palæmone, *Non ego te vidi Damonis peſſime caprum Excipere inſidijs?* Idem lib. 6. Æneid. *Æmulus exceptum Triton (ſi credere dignum eſt) Inter ſaxa virum ſpumoſa immerſerat vnda.* tranſlatum illud Ciceronis pro Roſcio Amer. *Nimirum ſimiliter arbitrantur iſti bonorum emtores, vos hîc tales viros, ſedere, qui excipiatis eos, qui e ſuis manibus effugerint:* tale illud eiuſdem, Catil. 3. *præſto eſſet ille, qui & fugienteis exciperet, & ſe cum his vrbanis ducibus coniungeret.* Horatius epiſt. 5. lib. 1. *Excipiántque ſenes, quos in viuaria mittant.* Cæſar lib. 6. de vris, *ſed aſſueſcere ad homines, & manſueſieri, ne paruuli quidem excepti poſſunt.* *arcto* autem aut certè, ne mentiar, partim *arcto,* partim *arto* ſcriptum reperimus in cod. Iannoct. Faërn. tribus Vatic. ceteris omnibus, quos ſecuti ſumus. nam vulg. habent *alto:* quod tamen non damno. videtur enim exprimere illud Homericum, βαθείων ξύλοχον, ſic Homer. ἰλιάδ. λ. de apro ὁ δέ τ' εἶσι βαθείης ἐκ ξυλόχοιο, ille autem exit ex alto fruticeto, ſeu loco dumoſo, & arbuſculis denſo.

TVRNEBVS.

Ex lib. 24. cap. 11. *Sed nimis nolo deſidiæ ei dare ludum.* dixit Plautus. Bacchidib. ſc. quod magis in pectore. Eodem modo Horatius eſt locutus, *Miſ. rarum eſt, neque amori dare ludum.*

AD FONTEM Blanduſiam.

Od. 13.

ARGVMENTVM.

Commendat eius amœnitatem.

O Fons Blanduſiæ ſplendidior vitro,
*Dulci * digne mero, non ſine floribus:*
Cras donaberis hædo:
Cui frons turgida cornibus
*Primis & Venerem, & prælia * deſtinat,*
*Fruſtrà: * nam gelidos inficiet tibi*
Rubro ſanguine riuos,
Laſciui ſuboles gregis.

Te

Digitized by Google

Te flagrantis atrox hora Caniculæ
Neſcit tangere: tu frigus amabile
Feſſis vomere tauris
Præbes, & pecori vago
Fies nobilium tu quoque fontium,
Me dicente cauis impoſitam ilicem
Saxis: vnde loquaces
Lymphæ deſiliunt tuæ.

O fons Blandvsiæ] Blanduſia eſt in Sabinis quidam libri habent, & hic, *O fons Banduſiæ*, & in inſcriptione, *Ad fontem Banduſiam*.

Splendidior vitro] purior, liquidior. vel διαφανέστερος, καὶ διαυγέστερος, id eſt, perlucidior. ſup. Od.18.lib.1. *fides perlucidior vitro*.

Dvlci digne mero] diximus ad Od.1.lib.1. veteres exiſtimaſſe in omnibus aquis, fontibus, fluuijs, aliquid numinis ineſſe. iccircò etiam fontibus ſacrificabãt, tanquam Dijs, quod hîc ſe facturum oſtendit Horatius. Iam in ſacris præter cætera, adhibebatur & vinum. Quidam tamen hunc locum aliter explicant: Putant enim ſignificare Horatium vel aquam Blanduſiæ fontis dignam eſſe, quæ cum vino miſceatur, vel fontem Blanduſiæ dignum eſſe, qui vinum fundat pro aqua: vt apud Ouid. lib. 1. Metam. *Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant*. vel aquam ex hoc fonte manantem tantidem eſſe quanti vinum, & quaſi ἀντάξιον εἶναι οἴνου, pretio & dignitate vino parem eſſe: hoc eſt eſſe ſaluberrimam. Ego autem nihil iſtorum probo.

Non sine floribvs] vel ad morem veterum refert, quo fonteis floribus inſpergebant. Virg. Daphnide. *Spargite humum folijs: inducite fontibus vmbras, Paſtores. mandat fieri ſibi talia Daphnis*. ibid. *Quis caneret nymphas, quis humum florentibus herbis Spargeret, aut viridi fontes induceret vmbra?* vel ad alium, quo hoſtias floribus & ſertis coronabant.

Venerem, et prœl. dest. frvstrà] conſtituit apud ſe quodammodo Veneri operam dare, & prœliari cum alijs hædis, vt qui ſit iam adultus. Fruſtrà autem prœlia & Venerem meditatur, quia ſanguine ſuo riuos tibi inficiet.

Inficiet] tinget, vt ſup. Od.6. *Infecit æquor ſanguine Punico*.

Rvbro sangvine] epithetum perpetuum, vt apud Homer. λευκοῖο γάλακτος, mel flauum, & ſimilia. Idem Homerus tamen ferè ſemper αἷμα κελαινὸν & μέλαν αἷμα dicit, id eſt, nigrum ſanguinem.

Svboles] ſic legendum, non *ſoboles*. & ita habent libri manuſcripti, idémque docent Feſtus, & Nonius Marcellus. laſciui autem gregis ſuboles, id eſt, hœdus. Virgil. Alex. *Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella*. Hor. Od. 15. huius lib. *Laſciua ſimilem ludere capreæ*.

A Te flagr. atrox hora canic.] *Canicula* (inquit M. Tull. de diuinatione lib. 2.) *in his locis, quæ nos incolimus, post ſolſtitium exoritur, & quidem aliquot diebus apud Troglodytas (vt ſcribitur) ante ſolſtitium*. Sirium Græci nominant. de ea ſic Arat. Τοῖος δὴ καὶ φρουρὸς ἀειρομένῳ ὑπὸ νώτῳ φαίνεται ἀμφοτέροισι κύων ὑπὸ ποσσὶ βεβηκὼς, Ποικίλος, ἀλλ' οὐ πάντα πεφασμένος· ἀλλὰ κατ' αὐτὴν Γαστέρα κυάνεος περιτέλλεται· ἡ δέ οἱ ἄκρη Ἀστέρι βέβληται δεινῷ γένυς, ὅς ῥα μάλιστα Ὀξέα σειριάει, καί μιν καλέουσ' ἄνθρωποι Σείριον, &c. id eſt (vt M. Tullius vertit) *Namque pedes ſubter rutilo cum lumine claret Feruidus ille canis ſtellarum luce refulgens: Hunc tegit obſcurus ſubter præcordia veſper, Nec toto ſpirans rabidò* B *de corpore flammam, Æſtiferos validis erumpit flatibus ignes. Totus ab ore micans iacitur mortalibus ardor*. Apud Homer. ἰλ. χ. Priamus Achillem cum hoc aſtro comparat, idque pulcherrimè deſcribit his verbis: Τὸν δ' ὁ γέρων Πρίαμος πρῶτος ἴδεν ὀφθαλμοῖσι Παμφαίνονθ', ὥς τ' ἀστέρ' ἐπεσσύμενον πεδίοιο, Ὅς ῥά τ' ὀπώρης εἶσιν· ἀρίζηλοι δέ οἱ αὐγαὶ φαίνονται πολλοῖσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ, Ὅντε κύν' Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσι. Λαμπρότατος μὲν ὅγ' ἐστὶ, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται, Καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν· Ὣς τοῦ χαλκὸς ἔλαμπεν, id eſt, cum autem primus ſenex Priamus vidit vndique collocentem, vt ſidus, in campum irruentem, quod au- C ctumno exiſtit: valde autem clarum eius fulgor inter alia ſidera videtur nocte obſcura. Quem Orionis canem cognomento nominant. Atque hoc quidem aſtrum clariſſimum eſt. mala autem hominibus portendit, & morbos compluteis mortalibus importat. Sic illius arma ærea fulgebant. Quos Homeri verſus videtur his ſuis adumbraſſe Virgilius lib. 10. Æneid. *Ardet apex capitis, criſtiſque à vertice flamma Funditur, & vaſtos vmbo vomit aureus ignes: Non ſecus, ac liquida ſiquando nocte cometæ Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor. Ille ſitim, morbóſque ferens mortalibus ægris Naſcitur, & læuo contriſtat lumine cælum*. Vult igitur Homerus canem eſſe Orionis alij autem non Orionis, ſed Icari, aut D Erigonæ aiunt eſſe, eúmque inter aſtra locatum propter hanc cauſam. Icarus Athenienſis genere, filiam habuit Erigonam nomine. hæc catulum alebat. Ille cùm Bacchum aliquando hoſpitio accepiſſet, pro ſua in eum liberalitate vino donatus ab eo eſt, & vite. Iuſſerat autem Deus, cùm illum hoc munere remuneraretur, vt beneficium acceptum cum alijs hominibus communicaret. Itaque cùm terras obire ac peragrare, Dei erga ſe beneficium prædicans inciperet, ac iam ex vrbe exiſſet, canémque Erigone vnà ſecum haberet: bubulcis quibuſdam, qui primi ei in agro occurrerant, vinum dedit. quo illi immoderatè hauſto, altiſſimo ſomno oppreſſi ſunt. Experrecti autem cùm arbitrarentur ſibi ab Icaro venenum eſſe datum,

eum interemerunt. Canis ad Erigonem reuerſus, voce & latratu, quæ accidiſſent, ei indicauit. Illa, re comperta, ſuſpendio vitam finijt. Morbo autem tæterrimo & peſtilenti Athenis orto, Athenienſes ab oraculo admoniti Icarum & Erigonam diuinis, iiſque ſollemnibus atque anniuerſarijs honoribus affecerunt & venerati ſunt: atque ita illi in cælo locari, & in aſtrorum numerum aſcripti ſunt: Icarúſque, Bootes: Erigona, Virgo ſunt appellati: Canis nomen ſuum retinuit. Neque verò me fugit, Canem Icari à nonnullis προκύωνα exiſtimari, eundémque Sirium. Atque ita M. Tull. in Arato. Horat. ad Od. 17. lib. 1. *Hic in reducta valle Caniculæ Vitabis æſtus.*

B Nescit tangere] neſcit, id eſt, nequit, ſeu non poteſt tangere: propterea ſcilicet quòd ilex ijs ſaxis, vnde naſcens, inſita, ſuis frondibus, ac ramis feruidos abs te ſolis excludit ictus, vt idem alibi loquitur.

Frigvs amabile] ἀποψυχή. eſt enim aliquod frigus naturæ inimicum & mortiferum. vt Sat. 1. lib. 2. *ô puer, vt ſis Vitalis metuo, & maiorum ne quis amicus Frigore te feriat.* Præbes igitur frigus am. pec. vago, id eſt, vt loquitur Oda 17. lib. 1. Defendis æſtatem pecori vago, nempe ouibus & capellis. ſic enim de Lucretili: *& igneam Defendit æſtatem capellis Vſque meis.* Sic & Virgilius Melib. *Muſcoſi fontes, & ſomno mollior herba, Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra, Solſtitium pecori defendite: iam venit æſtas Torrida.* idem Alex. *Nunc etiam pecudes vmbras, & frigora captant.*

C Præbes] ſuppeditas, ſufficis, παρέχεις. hoc enim ſignificat verbum præbeo. vſus eſt ſuprà Od. 6. lib. 2. *Ver vbi longum, tepidáſque præbet Iupiter brumas.* & Od. 4. lib. 4. *Te copias, te conſilium, & tuos Præbente Diuos.* & Sat. 1. lib. 1. *Neſcis, quid valeat nummus? quem præbeat vſum?* Od. 11. lib. 4. *& exemplum graue præbet ales Pegaſus.* epiſt. ad Numicium li. 1. *chlamydes Lucullus, vt aiunt, Si poſſet centum ſcenæ præbere, rogatus, Qui poſſum tot?* ait. Sat. 6. lib. 1. *aurea Ex re præberi ſumtus mihi crederet illos.* epiſt. ad Vill. li. 1. *Nec vicina ſubeſt, vinum præbere taberna. Quæ poſſit tibi.* ſic Lucret. lib. 1. *Dædala tellus Vnde alit atque auget, generatim pabula præbens.* Idem lib. 5. *Pabula*

D *viua feris præbebat dentibus hauſtus.* & lib. 6. *Et multis alijs præbet regionibus æquor Vtilitatem opportunam ſitientibus nautis.* Plautus Rud. *Ne thermopolium quidem vllum inſtructum hodie ita ſalſam præbet potionem, & frigidam.* idem in Menæchm. *quando ego tibi ancillas, penum, lanam, aurum, veſtem, purpuram bene præbeo.* idem Curgul. *Nam & operam mihi, & pecuniam bene præbuiſti.* & Terent. Heauton. *nolunt crebro conuiuarier: præbent exiguè ſumtum.* Idem in Phormione. *ea quis præbet, non tu hunc habeas plane præſentem Deum?* in Hecyra. *Nihil apud me tibi deſieri patiar, quin quod opus ſit, benignè præbeatur.* Tibull. libr. 2. *Illi ſelectos certent præbere colores: Africa Puniceum, purpureúmque Tyros.* ibidem. *præbebat aperte Mitis in vmbroſa gaudia valle Venus.* Salluſt. coniur. Catilinæ. *Nam vt cuiuſque ſtudium ex ætate flagrabat, alijs*

A *ſcorta præbere, alijs canes, atque equos mercari.* ibidem. *ſi voluptatibus veſtris etiam præbere vultis.* Virgilius Georgic. 3. *iubeo frondentia capris Arbuta ſufficere, & fluuios præbere recenteis.* M. Tull. epiſt. ad Quint. Frat. lib. 2. *reliqua ſingulorum dierum ſcribemus ad te, ſi modo tabellarios tu præbebis.* idem de nat. Deorum lib. 2. *aër cæli tenuitate & calore temperatus vitalem & ſalutarem ſpiritum præbet animantibus.* Idem in orat. pro Roſc. Amerino, *cibaria vobis præberi videmus.* Hirtius de bello Alex. *quod vtrumque pabuli large præbere poterat.* idem ibid. *ſeruos præterea pubertes armauerant, quibus domini locupletiores victum quotidianum, ſtipendiúmque præbebant.* Poteſt etiam dici præbere idem valere, quod παρέχειν. ex quo parochi, qui legatis & magiſtratibus ligna, ſalem, & ſimilia præbebant. Horat. Satyr. 5. lib. 1. *Proxima*

B *Campano ponti quæ villula, tectum Præbuit, & parochi, quæ debent ligna, ſalémque.* ibidem. *Mutena præbente domum, Capitone culinam.* Satyr. 4. *Præter eum, qui præbet aquam.* ſic Plaut. Aulular. *Neque ligna ego vſquam gentium præberi vidi pulchrius, Ita omneis exegit foras, &c.* quibus verbis iocans Congrio coquus ſignificat, omneis coquos ab Euclione fuiſſe eſſe exactos, atque eiectos.

Fies nobilivm tv qvoqve] tu quoque aſcribêris in numerum nobilium fontium meis carminibus, quibus ilicem, ex qua tua aqua defluit, ſaxo innatam, immortalitati conſecrabo.

C Loqvaces] cum murmure labentes: cum murmure trepidantes. ſic enim loquitur epiſtol. 10. lib. 1. *Quam quæ per pronum trepidat cum murmure riuum.*

Desilivnt] ex loco ſuperiore labuntur, defluunt, decurrunt. hoc totum autem *loquaces deſiliunt*, fortaſſe poëtæ Græci dicerent κελαδοῦσι, ſeu κελαρύζουσι. tale eſt illud ex Od. 16. epod. *montibus altis Leuis crepante lympha deſilit pede.*

Od. 14.

Argvmentvm.

D Cæſaris victoriam canit, eámque ſacrificijs & feſtis dapibus proſequi hortatur. Sic Epod. Carmin. 9. Quando repoſtum cæcubum ad feſtas dapes, Victore lætus Cæſare, &c.

Herculis ritu modò dictus, ô plebs,
Morte venalem petijſſe laurum.
** Cæſar Hiſpana repetit Penateis*
Victor ab ora.
Vnico gaudens mulier marito
*Prodeat * iuſtis operata diuis:*
*Et * ſoror clari ducis, & decoræ*
Supplice vitta.

Virginum

Virginum matres, iuuenúmque nuper
Soſpitum. vos ô pueri, & puellæ
*Iam virum expertæ, malè * nominatis*
Parcite verbis.
*Hic dies verè mihi * feſtus atras*
Eximet curas: ego nec tumultum,
Nec mori per vim metuam, tenente
Cæſare terras.
I, pete vnguentum, puer, & coronas,
Et cadum Marſi memorem duelli:
Spartacum ſi quà potuit vagantem
** Fallere teſta.*
Dic & argutæ properet Neæræ
Myrrheum nodo cohibere crinem,
Si per inuiſum mora ianitorem
Fiet, abito.
Lenit albeſcens animos capillus,
Litium, & rixæ cupidos proteruæ.
*Non ego hoc * ferrem calidus iuuenta,*
Conſule Planco.

HERCVLIS RITV] Quemadmodum Hercules grauiſſimis ærumnis exanclatis, ſeu exantlatis, plurimíſque ſuſceptis laboribus, atque aditis vitæ periculis, vt hominum generi otium ac tranquillitatem compararer, in cælum vocatus eſt: ſic Auguſtus glorioſiſſimam deuictis hoſtibus victoriam in Hiſpania conſecutus, in Italiam ſaluus reuertitur. De Hercule ſuprà ad Od.3.huius lib.

MORTE VENAL. Oda 16. lib. 2. *non gemmis, neque purpura ve-Nale, nec auro.*

LAVRVM] frondem felicem, qua coronabantur victores, & triumphaturi.

VNICO GAVDENS] vni nupta, vnóque cõtenta matrona, hoc eſt, caſta, & pudica.

OPERATA] operari & facere pro ſacrificãdi verbo vſurpant Latini, vt ῥέζειν Græci ἐπὶ τῶ θύειν. quod docer Athenæus libro 14. Virgil. Georg. 1. *lætus operatus in herbis.* Tibull. lib. 2. eleg. 5. *Tunc operata Deo pubes diſcumbet in herba, Arboris antiquæ quà leuis vmbra cadet.* alioqui operari propriè, opus facere eſt, ſeu operam in aliqua reponere. Virgil. Æneid. 3. *Connubiis, aruiſque nouis operata iuuentus.* [operari etiam dicuntur matresfamiliâs, quæ lanam carpunt, & in lanificio occupatæ ſunt. Arnob. lib. 2. aduerſ. gentcis, matresfamiliâs veſtræ (inquit) in atriis operantur domorum, induſtrias teſtificantes ſuas?]

IVSTIS DIVIS] diis patriis, & conſuetudine, atque vſu receptis. plerique libri veteres habent, iuſtis operata ſacris.

A ET SOROR CLARI DVCIS] Octauia, quæ M. Antonio nupſit.

ET DEC. SVPPL. VITTA VIRGIN. MATR.] & fœminæ natu grandes ſupplici veſtitu cultæ, atque ornatæ. Virgil. Æneid. 7. *Præferimus manibus vittas, ac verba precantum.*

SOSPITVM] qui è bello ſalui redierunt.

IAM VIRVM EXPERTÆ] nuptæ. contrà Od. 11. ſup. *Nuptiarum expers.*

MALE NOMIN. PARC. VERB.] id eſt, εὐφημεῖτε, εὔφημα φωνεῖτε, ἢ σιγᾶτε, fauete linguis, vt loquitur Od. 1. huius lib. ſed ne cui ſit mirum, me ſcripturam vulgatam, *male ominatis,* immutaſſe, & *male nominatis* repoſuiſſe, primùm teſtificor, me in octo libris manuſcriptis, Don.
B Faer. Torneſ. Vrſ. quatuor Vaticanis, & item aliis hanc repetiſſe ſine vlla litura expreſſam. deinde cùm de ea ad Gabr. Faërnũ retuliſſem, is hortatus eſt me, atque adeò mihi auctor fuit, vt eam ſequerer tanquam veram, & incorruptam. Nunc ſi quis ex me huius ſcripturæ rationem quæret, ego dubitanter & ſingultim reſpondebo, videri mihi Horatium vocem δυσώνυμος exprimere voluiſſe: &, quemadmodum illi ὀνόματα δυσώνυμα dicũnt, ſic poëtam noſtrum verba malè nominata: id eſt, turpia, ſeu potiùs mala verba, dixiſſe. Notum eſt autem olim imperari ſolitum eſſe, vt rebus diuinis, quæ publicè fierent, fauerent linguis, id eſt, bona verba loquerentur, & à malis verbis, ſeu malis nominibus abſtinerer. Prætereà, vt ſcri-
C bit M. Tull. lib. 1. de diuin. *cùm imperator exercitũ, cenſor populum luſtraret, bonis nominibus qui hoſtias ducerent, eligebantur, & conſules in delectu obſeruabãt, vt primus miles fieret bono nomine.* Credibile igitur eſt, fortaſſe Horatium eadem ratione dixiſſe *verba malè nominata*, qua ratione diceremus hominem malè nominatum, ſeu mali nominis: vel verba malè nominata pro malis nominibus poſuiſſe.

ATRAS EXIMET CVRAS] ſic Od. 1. huius lib. *Poſt equitem ſedet atra cura.*

TENENTE CÆSARE TERRAS] κρατοῦντος τῆς γῆς. terrarum imperium obtinente.

I, PETE VNGVENTVM] adhibebant elegantiores homines in conuiuiis vnguenta &
D coronas ſup. Od. 7. lib. 2. *funde capacibus Vnguenta de conchis, quis vdo Deproperare apio coronas, Curátve myrto?* Anacr. Ἐμοὶ μέλει μύροισι Καταβρέχειν ὑπήνην, Ἐμοὶ μέλει ῥόδοισι Καταστέφειν κάρηνα. quibus verſibus ſignificat Anacreon, ſibi curæ eſſe vnguentis cæſariẽ madefacere, ſibi curæ eſſe roſis caput coronare.

ET CADVM MARSI MEM.] cadum, qui iam tum fuerit in cella cònditus, cùm bello Marſico Italia arderet. Dictum eſt autem Marſicum bellum (inquit Strabo lib. 10.) ab iis, qui defectionis illius auctores ac principes fuerunt maximéque à Propedio Marſorum duce. quanquam initium belli à Picentibus eſſe natum tradit Liuius, quibus cum vnà defecerant à populo Romano Marſi, Peligni, Marrucini, Lucani, Sã-

nites, cuius defectionis cauſa ex eo nata eſt, quòd cùm ſe communione ciuitatis ac libertatis cum populo Rom. coniungi poſtulaſſent à ſenatu, populóque Rom. id non obtinuerant. Neceſſe verò eſt hoc vinum, vetus admodum fuiſſe, cùm bellum Marſicum conflatum ſit L. Iulio Cæſare, & Rutilio Lupo Coſſ. à quo tempore vſque ad M. Lollium, Q. Æmilium Lepidu, quibus Coſſ. annum ætatis ſuæ agebat Horatius quadrageſimum quartum, ſi rationem inire voles, LXX. anni intercedunt. Cadus autem, ne quis erret, & Græca vox eſt, & Græca menſura: eſt enim à verbo χαδεῖν, quod eſt χωρεῖν, id eſt capere. idem autem valent, cadus, metretes, ceramium. Heſych. χάδος ἐστὶ κεράμιον, id eſt, cadus eſt ceramium. Iam ex Dioſcoride licet intelligere, metretem & ceramium re idem eſſe: ex Plinio, metreten & cadum. Quærat aliquis, ſi hæc tria, nomina Græca ſunt, & menſuræ Græcæ nomina, quæ vox, & quæ menſura Latina eis pariter reſpondet? nulla, quod ſciam: niſi fortè amphora, aut (quod idem valet) quadrantal: quæ tamen menſura, vt docet Feſtus, octo & quadraginta ſextarios capit. At metretes, vt tradit Nicandri interpres, duos & ſeptuaginta ſextarios continet. Quare amphora Romana, ſeu quadrantal, tertia ferè parte minus continet, quàm cadus, aut metretes, aut ceramium: quæ proximę menſuræ, amphoram, & vrnam, ſeu treis vrnas capiunt: amphora autem duas vrnas duntaxat, aut certè paulò plus.

SPARTACVM] Bellum ſeruile, quòd Chryſo & Spartaco ducibus cum populo Romano geſtum eſt, anno ferè decimo ſexto poſt Marſicum, ortū eſt, L. Licinio Lucullo, & M. Aurelio Cotta Coſſ. De Spartaco ſic Athen. lib. 7. καὶ Σπάρτακος δὲ ὁ μονομάχος ἐκ Καπύης πόλεως Ἰταλικῆς ἀποδρὰς κατὰ τὰ Μιθριδατικά, πολὺ πλῆθος ἀποστήσας οἰκετῶν (ἦν δὲ καὶ αὐτὸς οἰκέτης, Θρᾷξ γένος) κατέδραμε πᾶσαν Ἰταλίαν, χρόνον οὐκ ὀλίγον, πολλῶν δούλων καθ' ἑκάστην ἡμέραν συρρεόντων ὡς αὐτόν· καὶ εἰ μὴ ἀπέθανεν ἐν τῇ πρὸς Λικίνιον Κράσσον παρατάξει, οὐ τὸν τυχόντα ἂν ἱδρῶτα τοῖς ἡμεδαποῖς παρέσχεν. quibus ex verbis (ne verbum verbo reddamus) intelligere licet, hunc Spartacum ſeruum & gladiatorem, & genere Thracem fuiſſe, totámque Italiam diu populatum eſſe, maiore in dies ſeruorum multitudine ad eum confluēte: & niſi in eo prœlio, quòd aduerſus Craſſum commiſit, occubuiſſet, magnum in diſcrimē rem Romanam fuiſſe venturam. Plutarchus autem in Craſſo ſcribit, quamuis in ea pugna, quæ aduerſus Spartacum pugnata eſt, Craſſus (cui id bellum fuerat mandatum à ſenatu) ſeſe fortiſſimè geſſerit, ſuúmque ipſius corpus periculo obtulerit: illius victoriæ tamen gloriam Pompeio eſſe quæſitam, atque aſcriptam, propterea quòd eos, qui è prœlio aufugerant, exceptos Pompeius interfecerit: ita vt ad ſenatum ſcripſerit, Craſſum quidem aperto Marte viciſſe fugitiuos: ſe autem belli reliquias ſuſtuliſſe, & (vt ait Plutarchus) τοῦ πολέμου τὴν ῥίζαν ἀνῃρηκέναι, id eſt, belli radicem excidiſſe.

• SPART. SI QVA, &c.] ſi qua teſta, ſeu ſi quis cadus effugere potuit Spartaci, & fugitiuorum manus, totam Italiam ſuó arbitratu percurrentium ac vaſtantium. Sed videtur non poſſe ferri hæc explicatio, *ſi qua teſta*, id eſt, ſi aliqua teſta: alioqui erit trochæus, ſeu tribrachus pro dactylo, *qua* enim recti caſus, breuis eſt ſyllaba. Dicendum igitur eſt, vel hic legi debere, *ſi quæ*, pro *ſi qua*. quod quibuſdam placet: vel, ſi ſeruetur lectio recepta, *ſi qua*, *qua* hic præter naturam, longum fieri: aut, quod magis probo, *ſi quà*, poſitum eſſe pro, ſi qua parte, ſeu potiùs, ſi qua ratione, vt apud Virgil. lib. 1. Æneid. princip. *Si quà fata ſinant*. quamquam Cariſius lib. 2. *ſi quà* vult eſſe poſitum apud Virgil. pro *ſi quo*, hoc eſt, ſi quo modo: quemadmodum & lib. 6. in extr. *ſi quà fata aſpera rumpas Tu Marcellus eris.* non diſſimile eſt illud eiuſdem, Palæm. *Etſi non aliquà nocuiſſes, mortuus eſſes.* Non deſunt qui ſic explicant, *Spartacum ſi quà, &c.* id eſt, ſi vinum in aliqua teſta conditum, potuit Spartacum fallere: vt vox *cadus* ſubintelligatur, & iungatur cum verbo *potuit*, & pro vino poſita intelligatur: *quà teſta* autem ſint ſexti caſus, pro in aliqua teſta. quod mihi nullo modo placet. Non eſt autem dubium, quin, quem cadum paulò antè dixerit, hîc teſtam appellet. hoc tantum intereſt, quòd teſta materiam declarat, cadus menſuram.

FALLERE] λανθάνειν, latēre, vt ſæpius iam dixi.

DIC ET ARGVTÆ PROPERET, &c.] dic & Neæræ, vt properet colligere crinem nodo: id eſt, religare comam in nodū. tale eſt illud Od. 11. lib. 2. *dic age cum lyra Maturet incomtum Lacænæ More comam religata nodum.*

MYRRHEVM] ſubflauum: vel myrrhei coloris: vel myrrhino vnguento delibutum. Tibull. lib. 3. eleg. 4. *Stillabat Tyrio myrrhea rore coma.* Propertius lib. 1. *Aut quid Orontheа crineis perfundere myrrha? iuuat* repetendum ἀπὸ κοινοῦ.

NODO COHIBERE] colligere, ſeu religare in nodum. ſuprà Ode 19. lib. 2. dixit *nodo coercere.*

LENIT ALBESCENS ANIMOS, &c.] coniungenda ſunt hæc, *animos, litium & rixæ cupidos*, vt ſignificet τὸν θυμόν. canities (inquit) & ætas ingraueſcens me mitiorem & placidiorem reddidit. Atqui facit nos amariores ſenectus: & ſenes ſunt iracundiores viris, vitio ætatis: & odioſa eſt omnis in imbecillo corpore offenſio. Itaque pueri, ſenes, mulieres maximè ſunt iracundi. Reſpondeo, ſenes quidem, vt & mulieres, & pueros, eſſe admodum iracundos: ſed tamen quia ſunt imbecilli, iram continent, aut ſi non continent, fruſtrà iraſcuntur: at viri & iuuenes irati, ſui doloris continuò pœnas expetunt, & manu, vi, ferro, iniuriam acceptam vlciſcuntur.

CALI-

Calidvs ivventa,] epiſt. ad Piſon. *florente iuuenta Feruidus*, id eſt, iuuenis: quem Græci vno nomine αἰζηὸν dicunt, quaſi ἀεὶ ζέοντα: id eſt, ſemper feruentem. Profert hunc locum Seru. ad illum Virgil. Æneid. 5. *Tum verò exarſit iuueni dolor.*

Consvle Tvllo] L. Voleatio Tullo, id eſt, anno ab vrbe condita ɪↄ c c x x. quo tempore annom ætatis ſuæ agebat circiter xxxɪ. ſi verum eſt eum natum eſſe L. Aurelio Cotta, & M. Manlio Torquato Coſſ. quod quidem de ſe ipſe teſtatur Od. 12. epod. *Tu vina Torquato moue Conſule preſſa meo.*

IN CHLORIM,

ſeu *Chloridem.*

Od. 15.

ARGVMENTVM.

Vt ſaltem vetula, nequitiæ & libidini modum conſtituat.

VXor pauperis Ibici,
*Tandē nequitiæ * fige modū tuæ,*
** Famoſiſque laboribus.*
** Maturo propior deſine funeri*
Inter ludere virgines,
*Et ſtellis * nebulam ſpargere cādidis.*
Non, ſi quid Pholoën ſatis,
*Et te, Chlori, decet. filia * rectiùs*
Expugnat iuuenum domos,
Pulſo thyas vti cóncita tympano.
Illam cogit amor Nothi
Laſciuæ ſimilem ludere capreæ.
Te lanæ propè nobilem
Tonſæ Luceriam, non citharæ, decēt,
Nec flos purpureus roſæ.
Nec poti vetulam fæce tenus cadi.

Vxor pavp. Ib.] hanc Oden veteres notant eſſe mempticen: id eſt, ad reprehendendum comparatam.

Neqvitiæ fige modvm tvæ] cōſtituæ modum tuæ libidini, tuæque incontinentiæ. ſic loquitur M. Tull. paradoxo 3. in extr. *Etiā ne in minimis rebus? Etiam: ſiquidem rerum modum figere non poſſumus: animorum tenere poſſumus.* quidam libri veteres habent *pone modum*: in his Torn. & Iano. & Danielis Aurelianenſis, & Nicotian. & Ruſſard.

A Famoſiſqve laboribvs.] Venereis & meretriciis. famoſus enim ſemper turpitudinem ſignificat, vt huius lib. Od. 3. *Famoſus hoſpes.*

Matvro prop. des.] id eſt, deſine morti maturæ iam propinqua. id eſt, anus decrepita, deſine, inquam, inter virgines & puellas iocari, & ludere.

Inter lvdere virgines] ludere inter virgines. vide annot. ad Od. 7. lib. 2.

Et stellis nebvlam, &c.] id eſt, & te vetulam, atque aridam puellis teneris, atque ætate florentibus admiſcere.

Candidis] id eſt, lucidis. nam vt tenebræ
B nigræ: ita lux, candida eſt.

Pholoën] puellam, filiam tuam.

Expvgnat ivvenvm domos] non quòd iouenum foreis manibus, aut ſaxis effringat, ſed quòd mulieris forma, & flos ætatis, haſtarum & gladiorum inſtar, viros etiam fortiſſimos & conſtantiſſimos labefactet ac proſternat. Teſtem huc producam locupletem Anacreontem, Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον, Καὶ πῦρ καλή τις οὖσα. id eſt, mulier formoſa ferrum & ignē ſuperat. Quòd ſi quis contendet, hanc Pholoën reuera amore ſtimulatam, & concitatam vltrò ad iuuenum foreis cocurriſſe, & in eas irrupiſſe, non pugnabo; & fortaſſe hæc ſententia verior eſt.

Pvlso thyas vti, &c.] thyadi ſimilis, pulſu tympani exaudito, furore concitaræ. ſunt
C autem thyades Bacchi ſacerdotes, quæ aliis nominibus Mænades, Baſſaræ, & Baſſarides, Bacchæ, &c. appellantur.

Lvceriam] oppidum Apuliæ, circa quod lanæ optimæ tondebantur. aiut etiam in hoc oppido templum fuiſſe Mineruæ conſecratum: cui deæ lanificium curæ eſt. decet (inquit) te colus, & fuſus, & radij, & lanificium.

Amor Nothi] amor, quo Nothum deperit.

Nec poti vetvlam, &c.] nec te decet cados vſque ad fæcem exhaurire: ſed puellas, nempè impudicas, vt Od. 36. lib. 1. *Neu multi Damalis meri Baſſum Threicia, &c.* Nam fœminis, & matronis Romanis nefas erat omnino vinum guſtare. Scribunt Plutarchus, Valerius Maxi. &
D Athenæus, Athenæi verba ſunt hæc lib. 10. ex Polybio, Παρὰ Ῥωμαίοις δὲ (ὥς φησι Πολύβιος ἐν τῇ ἕκτῃ) ἀπείρηται γυναιξὶ πίνειν οἶνον· τὸν δὲ καλούμενον πάσσον πίνουσι. id eſt, apud Romanos autem (vt ait Polyb. lib. 6.) interdictum eſt mulieribus vini potu. vinum autem ex vuis paſſis bibunt. Idem tradidit & Valerius Maxim. lib. 2. cap. 1. bibere autem fæce tenus, prouerbium olet. ſic loquuntur & Græci. Lycida quidem ille apud Theocr. in Thalyſiis, dicit ſe potaturum labris vſque ad fæcem impreſſis. Αὐταῖσιν κυλίκεσσι καὶ ἐς τρύγα χεῖλος ἐρείδων. cod. Rain. Card. habet, *ſed poti*, non probo. [Sed non diſſimulabo, in vno codice Vaticano, & io Faern. meminiſſe me ſcriptum videre Romæ, *vetula*: &

item hîc in Gallia reperi in vno Ruſſard. & vno Nicotiano: vt ſcilicet cohæreat cum voce *fæce*: atque ita intelligamus hoc ſentire Horatium, non decere hanc anum vini veteris amphoras vſque ad fæcem exhaurire. Omnino vocem *vetulam* retineo, vt multo plurium librorum manu ſcriptorum auctoritate confirmatam: neque tamen, *vetula*, damno, ſi cui probabitur magis. quod fortaſſe verum & rectum eſt.

AD C. MÆCENATEM.
Od. 16.

ARGVMENTVM.

Quanta ſit ad omnia expugnanda, etiam ad expugnandam pudicitiam, vis auri, exemplis docet. Sed eſſe id pecuniæ inſitum vt nulla eius copia ſatiet, & creſcente ea creſcat ſimul cura & ſollicitudo. Ideóque beatum eſſe qui mediocritate contentus viuit.

INcluſam Danaën turris ahenea,
Robuſtæq; fores, & vigilum canum
Triſtes excubiæ munierant ſatis
Nocturnis ab adulteris:
Si non Acriſium, virginis abditæ
C *Cuſtodem pauidũ, Iupiter & Venus*
*Riſiſſent: * fore enim tutum iter, & patens,*
*Conuerſo in * pretium Deo.*
Aurum per medios ire ſatellites,
*Et perrumpere * amat ſaxa potentius*
*Ictu fulmineo. cóncidit * auguris*
Argiui domus, ob lucrum
Demerſa exſcidio. diffidit vrbium
*Portas * vir Macedo, & ſubruit æmulos*
Reges muneribus. munera nauium
*Sæuos * illaqueant duces.*
Creſcentem ſequitur cura pecuniam,
*Maiorúmque fames. iure * perhorrui*
*Latè conſpicuum * tollere verticem,*
Mæcenas, equitum decus.
** Quanto quiſque ſibi plura negauerit,*
A Diis plura feret. nil cupientium
Nudus caſtra peto: & transfuga, diuitum
Parteis linquere geſtio,
A *Contemtæ * dominus ſplendidior rei,*
Quam, ſi quicquid arat impiger Apulus,
Occultare meis dicerer horreis,
Magnas inter opes inops.
Puræ riuus aquæ, ſiluáque iugerum
*Paucorũ, & * ſegetis certa fides meæ,*
Fulgentem imperio fertilis Africæ
** Fallit ſorte beatior.*
Quamquam nec Calabræ mella ferunt apes:
B *Nec Læſtrygonia Bacchꝰ in amphora*
** Langueſcit mihi: nec pinguia Gallicis*
Creſcunt vellera paſcuis:
Importuna tamen pauperies abeſt:
Nec, ſi plura velim, tu dare deneges.
** Contracto melius parua Cupidine*
Vectigalia porrigam,
*Quàm ſi * Mygdoniis regnum Halyattici*
Campis continuem. multa petentibus
C *Deſũt multa. benè eſt, cui Deus obtulit*
Parca, quod ſatis eſt, manu.

INCLVSAM DANAËN] Acriſius conſulto de liberis maſculis, ſi quos filia ſua pareret oraculo, reſponſum tulit, ſe ab eo, qui è filia ſua naſceretur, interfectum iri. Hoc igitur metuens, exſtructo ſub terra æreo thalamo (de quo Pauſan. Corinthiac.) Danaën acerrima cuſtodia ſeptam tenebat. Verumtamen illa (vt tradunt nõnulli) à Prœto patruo corrupta eſt. ex quo diſſidium inter fratres implacabile natum eſt. Alij autem ſcribunt (atque hæc opinio magis vulgata, & probata eſt) Iouem in aurum conuerſum, per impluuium in ſinum Danaæ influxiſſe, &
D cum ea rem habuiſſe: quam opinionem ſequitur & Pindarus Pyth. carmine duodec. υἱὸς Δανάας, τὸν ἀπὸ χρυσοῦ φαμὲν αὐτορύτου ἔμμεναι. Danaæ filius, quem ex auro ſua ſponte fluēte natum eſſe dicimus. ex eo concubitu Perſeus natus eſt: de quo Hom. ἰλ. ξ. Οὐδ᾽ ὅτε περ Δανάης καλλισφύρου Ἀκρισιώνης, Ἣ τέκε Περσῆα πάντων ἀριδείκετον ἀνδρῶν. id eſt, Neque cùm amaui Danaën formoſam Acriſij filiam: Quæ Perſeum peperit omnium virorum clariſſimum. Hic Gorgonis caput, cuius aſpectus homines in lapides vertebat, abſcidit. Pindar. Pyth. ὁπότ᾽ ἔπεφνέν τε γοργόνα; &c. ſed idem Pindarus, quæ de auro & Danaë dicuntur, videtur in carmine ſexto Iſthmiorum ad Alcmenam tranſtuliſſe. Quærit enim ex Thebis, quo maximè tempore lætitia affectæ ſint:

ſunt: vtrùm eùm capillatum Bacchum genuerūt, A an cùm intempeſta nocte optimum, & maximum Deorum, aurea niue ſtillantem, in Almenæ Amphitryonis vxoris ſinum, complexúmque venientem, vt Herculem procrearet, acceperūt? an. &c. Verba Pindari ſunt hæc, quæ quidem ad hunc locum pertineant: ἢ χρυσῷ μεσονύκτιον νίφοντα δεξαμένα τὸν φέρτατον θεῶν ὁπότε Ἀμφιτρύωνος ἐν θυρέτροις σταθεὶς ἄλοχον μετῆλθεν Ἡρακλείοις γοναῖς, tabula autem picta illa, quàm ſpectabat Chærea in Eunucho, non ſignificabat, Iouem ſeſe in aurum conuertiſſe, ſed in hominem conuerſum, imbrem aureum in Danaæ gremium demiſiſſe, ac per alienas tegulas, & per impluuium fucum factum mulieri veniſſe clanculum. Attingit & Sophocles in Antigone hanc Danaæ B fabulam his verbis: ἔτλα καὶ Δανάας οὐράνιον φῶς ἀλλάξαι δέμας ἐν χαλκοδέτοις αὐλαῖς. Κρυπτομένα δ' ἐν τυμβήρει θαλάμῳ κατεζεύχθη. id eſt, Etiam Danaæ corpus potuit ætheris lucem cum tenebris mutare, & delituit in thalamo ſubterraneo incluſa, &c. ſignificat autem Danaæ fabula, nullam eſſe fœminam vſque adeò pudicam, quæ auro expugnari non poſſit.

Tvrr. ahanea] Soph. αὐλαῖς χαλκοδέτοις appellat. profert hunc locū Seru. Georg. 3.

Robvstæqve fores] & ſolidiſſimæ ac validiſſimæ fores munierant ſatis.

Noct. ab advlt. id eſt, ſatis munitam, ac tutam reddiderant aduerſus adulteros nocturnos. ſic loquuntur boni ſcriptores. Lucret. lib. 3. C *Quòd ſi fortè ideò magis immortalis habenda'ſt, Quod letalibus ab rebus munita tenetur, &c.* lege annot. ad Satyr. 1. lib. 2. *Tutus ab infeſtis latronibus?*

Advlteris] amatoribus, corruptoribus. *adulter & adultera dicuntur, quia & ille ad alteram, & hæc ad alterum ſe conferunt.* Feſtus.

Fore enim tvtvm iter, &c.] Iupiter, & Venus Acriſij patris anxiam illam, & nimis diligentem cuſtodiam deriſerunt. ſciebant enim aditum ad Danaam, facilem, & expeditum futurum conuerſo in aurum Ioue.

In pretivm] in aurum. aliter epiſt. 17. lib. 1. *Et decus & pretium rectè petit experiens vir.* & epiſt. 16. eiuſd. *Nec furtum feci, nec fugi, ſi mihi dicat Seruus: habes pretium: loris non vreris, aio.* & Od. D 24. huius lib. *Et peccare nefas, aut pretium eſt mori.* Nam veteres pretium pro mercede, & præmio vſurpabant.

Avrvm per med. ire satell.] M. Tull. procemio actionum Verr. Verrem, qui ſuos iudices corrumpere cogitabat, omnémque ſalutis rationem in ſola pecunia collocabat, ita diſputantem inducit: *nihil eſſe tam ſanctum, quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia poßit.* Quod autem hîc auro tribuit Horatius, idem argento Sophocles in Antigone. neque ſanè quicquam refert de vero metallo verba fiant, cùm vtroque ſermone ſignificent ſcriptores quantum valeat pecunia. verba Sophoclis hæc ſunt: οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισιν οἷον ἄργυρος κακὸν νόμισμ' ἔβλαστε. τοῦτο καὶ πόλεις πορθεῖ. Τόδ' ἄνδρας ἐξανίστησι δόμων. Τόδ' ἐκδιδάσκει καὶ παραλλάσσει φρένας Χρηστὰς πρὸς αἰσχρὰ πράγμαθ' ἵστασθαι βροτῶν. Πανουργίας δὲ ἔδειξεν ἀνθρώποις ἔχειν. Καὶ παντὸς ἔργου δυσσέβειαν εἰδέναι. quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt, Nihil eſt, vnde talia mala naſcantur, qualia ab argento. Hoc vrbeis euertit: hoc viros è ſuis ſedibus exturbat: hoc dedocet & deprauat bonas menteis, & ad res turpeis traducit: hoc verſutias & fallacias hominibus tradit, vt eas ſcientia comprehendant, & omnem impietatem diſcant.

Et pærrvmp. amat saxa] amat, id eſt, ſolet, vt ſup. Od. 3. lib. 2. *Vmbram hoſpitaB lem conſociare amant.* ſumtum eſt autem hoc genus loquendi à Græcis. exemplum ex Platone ad illum locum protulimus. Accedat nunc & ex Sophocl. in Antigone: φιλεῖ γὰρ τοῦτο καὶ ταύτῃ ῥέπειν.

Concidit avg. Arg.] Amphiarai fabula talis eſt. Amphiaraus augur Eriphylam Talai filiam duxit vxorem. Huic eùm fortè cum Adraſto neſcio quid controuerſiæ fuiſſet, iurarunt vtérque ſe arbitrio Eriphylæ de omnibus controuerſiis tranſacturum. Bello autem inter Argiuos & Thebanos orto, cùm exercitus in expeditionem iam duceretur, idque vehementer improbaret, ac diſſuaderet Amphiaraus, perniciémque & calamitatem eis immotem multo C antè denuntiaret, ac prædiceret: Eriphyle accepto ab Adraſto monili aureo, iis aſſenſa eſt, qui bellum gerendum eſſe cenſerent, Amphiaraúmque bello intereſſe oportere pronuntiarēt. Ita coactus eſt ille ei bello, à quo tantopere abhorrebat: propterea, quòd ſciebat ſibi quoque peſtem, & calamitatem ex eo eſſe paratam, intereſſe. Sed cùm cognouiſſet, vxorem ſuam auro corruptam fuiſſe: non antè neceſſario illo belli adminiſtrandi munere fungi inſtituit, quàm & vxorem acerrimè accuſaſſet, & filio Alcmæoni mandauiſſet, atque imperauiſſet, vt priuſquam in caſtra veniret, matrem Eriphylam necaret. Quo in facinore obeundo cùm patri paruiſſet Alcmæon, in furorem incidit. Amphiaraus auD tem terræ hiatu abſumtus eſt. de quo M. Tull. ad Cecinam lib. 6. *Itaque vel officio, vel fama bonorum, vel pudore victus, vt in fabula Amphiaraus, ſic ego prudens, & ſciens ad peſtem ante oculos poſitam, ſum profectus.* Idem M. Tullius lib. 3. accuſ. de ſignis, Verrem, qui pocula quædam Diodori pulcherrima nunquam à ſe viſa, concupiuerat, cum Eriphyla comparat, his verbis, *Eriphylam accepimus in fabulis, ea cupiditate fuiſſe, vt, cum vidiſſet monile (opinor) ex auro & gemmis: pulchritudine eius incenſa, ſalutem viri proderet. ſimilis iſtius cupiditas, hæc etiam acrior, atque inſanior, quod illa cupiebat id, quod viderat: huius libidines non ſolum oculis, ſed etiam auribus excitabantur.* Plato libr. nono de repub. pulcherrimam illam de iuſtitia, & iniuſtitia, vtra ſit vtilior, diſputationem concludens,

ita loquitur. Eſt ne igitur ex iis quę diximus, quiſquam, cui expediat aurum iniuſtè accipere, ſi futurum eſt, vt aliquid ei eiuſmodi accidat, vt, cùm aurum accipit, eadem opera optimam ſui partem in poteſtatem deterrimæ redigat: an ita dicimus, ſi auro accepto filium, aut filiam ſæuis & immanibus hominibus cōſtringendam traderet, futurum ei aurum inutile, etiam ſi multū auri eo nomine accipiat: partem verò ſui diuiniſſimam ſi impuriſſimæ, & Deo inimiciſſimæ parti ſeruire cogat, nihílque eius miſereatur: non fore miſerrimum, neque ſeſe auro corrumpendum præbiturum in perniciem, ac peſtem multo grauiorē, quàm Eriphylen, quæ aureum monile in perniciem, atque interitum viri ſui accepit? verba Platonis Græca, ſi quis noſtris Latinis non contentus, fortè deſiderabit, ex ipſo fonte petat. Vlyſſes quoque apud Hom. ὀδυσ. λ. Alcinoo narrat, ſe vidiſſe Eriphylam apud inferos, quæ aurum in caput viri acceperit. στυγερήν τ' Ἐριφύλην, Ἣ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμήεντα. & Æneas apud Virgil. lib. 6. *mæſtámque Eriphylen, Crudelis nati monſtrantem vulnera, &c.* Sed, vt ad Amphiaraum redeam, de eo hæc pauca (quæ ad hunc locum pertineant) ſcribit Pauſanias Atticis Λέγεται δ' Ἀμφιαράῳ φεύγοντι ἐκ Θηβῶν διαστῆναι τὴν γῆν, καὶ ὡς αὐτὸν ὁμοῦ καὶ ἅρμα ὑπεδέξατο. id eſt, aiunt autem Amphiarao fugienti diſceſſiſſe terram, eúmque vnà cum curru terræ hiatu abſumtum eſſe.

Demersa exscinio] quidam libri manu ſcrip. habent *Demerſa excitio.* quæ ſcriptura nō eſt reiicienda. Nam ſiue hanc ſcripturam, ſiue alteram ſequamur, ſignificat Horat. ob lucrum, id eſt, ob aurum, ſeu ob aureum illud monile, quo Eriphyle corrupta eſt, Amphiarai domum funditus exſtinctam, atque euerſam eſſe: hoc eſt totam Amphiarai familiam, nempè vxorem & liberos & ipſum, interiiſſe.

Diffidit vrbium Portas] *Philippus Alexandri Magni pater* (vt ſcribit M. Tull. epi. libr. 1. ad Attic.) *omnia caſtella expugnari poſſe, dicebat, in quæ modò aſelus onuſtus auro poſſet aſcendere.* Plutarchus in Paulo Æmilio, ſcribit traditum eſſe à veteribus hiſtoricis, non Philippum, ſed eius aurum Græciam ſubegiſſe, atque euertiſſe: conſtátque inter omneis, illum plureis vrbeis auro, quàm vi, & ferro cepiſſe. Eundem Pauſanias in Arcad. ſcribit rerum geſtarum magnitudine ſuperiores quidem Macedoniæ Reges ſuperaſſe: bonum autem imperatorem non iccircò appellandum eſſe: quippe qui & iuſiurandum Deorum ſemper conculcarit, & fœdera ob quamlibet cauſam violarit, & fidem maximè omnium mortalium neglexerit, ac pro nihilo putarit. verba Pauſan. ſunt hæc: Φίλιππον δὲ βασιλέων μὲν τῶν πρὸ αὐτοῦ, καὶ ὅσοι Μακεδόσι γεγόνασιν ὕστερον, τούτων μὲν, πείθοιτο ἄν τις μέγιστα αὐτὸν ἔργα ἐπιδείξασθαι· στρατηγὸν δ' ἀγαθὸν οὐκ ἄν τις εὖ φρονῶν καλέσειεν αὐτὸν, ὅσγε καὶ ὅρκους θεῶν κατεπάτησεν ἀεὶ, καὶ σπονδὰς ἐπὶ παντὶ

A ἐψεύσατο, πίστιν τ' ἠτίμασε μάλιστ' ἀνθρώπων. Eidem conſulenti, quibus potiſſimum rationibus vrbeis expugnare, & hoſtium copias profligare poſſet, Apollinem ita reſpondiſſe ferunt: Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις, id eſt, Argenteis haſtis confligito, & omnia vinces. Quod quidem Philippi conſilium, atque inſtitutum elegantiſſimè, vt omnia, exponit Demoſt. in orat. περὶ στεφάνου. his verbis, πόσι γὰρ τῶν πραγμάτων ἐγκρατὴς γέγονε Φίλιππος ἁπάντων, καὶ πόσι τὰ μέγιστα κατείργασται τῶν πεπραγμένων, σκέψασθε, τῷ παρὰ τῶν πωλούντων τὰς πράξεις πωνεῖσθαι· τῷ τοὺς προεστηκότας ἐν ταῖς πόλεσι διαφθείρειν, καὶ ἐπαίρειν τούτους, id eſt, quibus enim rationibus rerum B omnium potitus ſit Philippus, & quibus modis maximas rerum à ſe geſtarum effecerit, videte. emendis actionibus, ac rebus à venditoribus: iis corrumpendis, qui in ſingulis vrbibus ſummæ rei præerant: his locupletandis, atque ornandis.

Svbrvit æmvl. Reg. mvner.] *ſubruit*, proſtrauit, qui antea ſtabant. [Plutarchus in Phonone vſus eadem tralatione eſt, in re ead. εὑρὼν δὲ προδόντων ἅπαντα μεστὰ, καὶ νοσοῦντα, καὶ διωρυγμένα δωροδοκίᾳ εἰς κίνδυνον μέγαν κατέστη, id eſt, cum aut Phono offendiſſet omnia prodito ritui plena & morbo implicita, & muneribus ſubruta, ac ſuffoſſa, magnum in periculum venit: Itaque Valerius C Maximus lib. VII. cap. 2. ſcribit Philippum maiore ex parte mercatorem Græciæ antè fuiſſe, quàm victorem.] Sed, quod hîc dicitur ab Horatio de ducibus corruptis, animaduertendum eſt, quod tradit Pauſanias Meſſen. primos omnium Lacedæmonios hoſti munera dare cœpiſſe, primóſque belli victoriam auro venalem effeciſſe: antequam autem Lacedæmonij in eo bello, quod cum Meſſeniis geſſerunt, belli adminiſtrandi leges, & iura violaſſent, Ariſtocratéſque Arcas ſocios prodidiſſet: vel virtute, vel fortuna eos, qui pugnabant, de victoria decernere conſueuiſſe. M. Tull. offic. 2. ſcribit *C. Pontium Samnitem optare ſolitum, vt ad illa tempora ſe fortuna ſeruaſſet, & tunc eſſet natus, quando Romani dona accipere cœpiſſent: non fuiſſe paſſurum* D *diutiùs eos imperare.* hoc appellat Ennius, *bellum cauponari.*

Mvnera nav. sæv. illaqveant] *illaqueant*, irretiunt, capiunt. Medea apud Eurip. ait dici ſolere, etiam Deos flecti muneribus. μή μοι σύ· πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος. Sed ad hūc locum quadrat magis illud: Δῶρα γὰρ ἀνθρώπων νοῦν ἤπαφεν, ἠδὲ καὶ ἔργα, id eſt, Munera decipiunt facta, & mortalia corda. ſed non prætenbo ſilentio quod Paſſeratius, homo & mihi amicus, & ſingulari ingenio, doctrináque præditus, mihi in ſermone dicebat, ſibi hunc locum longè aliter, quàm vulgò, videri intelligendum. vulgò enim has voces duas *duces nauium* connectunt & coniungunt, & τριηράρχους, ſeu nauiū præfectos accipiunt. ille autem *munera*

volebat

volebat cohærere cum voce *nauium*: & per *nauium munera*, merceis peregrinas, quæ nauibus ad nos aduehuntur, ſignificari exiſtimabat. *munera nauium* autem eadem ratione dictum ab Horat. putabat, qua ratione ab eodem *munera terræ*, & *munera maris*, in epiſt. ad Numicium. *quid cenſes munera terræ, Quid maris extremos Arabas ditantis & Indos?* Propertius, *munera peregrina* appellat. *Téque peregrinis vendere muneribus.* ego *nauium duces* coniunctim accipio. veruntamen iudicet lector.

CRESCENTEM SEQ. CVRA PEC. duo moleſtiſſima mala pecuniam creſcẽtem ſequuntur, cura ſeruandi, & augendi cupiditas. ſic M. Tull. Parad. ὅτι μόνον ἀγαθὸν τὸ καλὸν, cupiditatem augendi, & metum amittendi, pecuniæ comites poſuit. *neque enim* (inquit) *vnquam expletur, nec ſatiatur cupiditatis ſitis: neque ea ſolùm, quæ habent, libidine augendi cruciantur: ſed etiam amittendi metu.* quam igitur Cicero libidinem augendi dixit, Horatius *maiorum famẽ* nominat: quam ille metũ amittendi, hic curam. Sed pauci hanc curam extimeſcunt, pauci pecuniam contẽnũt. Anacreon quidem duobus à Polycrate Samio talentis acceptis, cùm duas iam noctes inſomneis præ cura traduxiſſet: ea remittenda ad illum curauit, hanc vnam facti ſui cauſam afferens, οὐ τιμᾶσθαι αὐτὰ τῆς φροντίδος, id eſt, non tanti ea à ſe fieri, quanta illa cura fuiſſet. hunc metũ pluribus verbis deſcribit, & exagitat Horat. Saty. 1. lib. 1. *An vigilare metu exanimem, noctéſque, diéſque Formidare malos fures, incendia, ſeruos, Ne te compilent fugientes, hoc iuuat? horum Semper ego optarem pauperrimus eſſe bonorum.* alterum autẽ malum, nempe maiorum famem, ſeu augendi libidinem, & cupiditatem, vt grauiſſimum cruciatum precatur auaris Theocritus εἰδυλλ. ιϛ. quod inſcribitur Ἱέρων. Χαιρέτω ὅστις τοῖος, ἀνήριθμος δέ οἱ εἴη Ἄργυρος, αἰεὶ δὲ πλεόνων ἔχοι ἵμερος αὐτόν. de eadem ſic Horat. Od. 24. huius lib. *ſcilicet improbæ Creſcunt diuitiæ, tamen Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei.* & epiſt. ad Iul. Florum lib. 2. *Si tibi nulla ſitim finiret copia lymphæ, Narrares medicis: quòd, quanto plura paraſti, Tanto plura cupis, nulline faterier audes? &c.*

IVRE PERHORRVI] id eſt, non immeritò diuitias immenſas, ſummos honores, & nimiam potentiam fugi, quandoquidem tam ſollicito, & anxio animo ſunt pecunioſi, honoribus ornati, ac potentes.

TOLL. VERTICEM] attollere caput. aliter Od. 1. lib. 1. *Sublimi feriam ſidera vertice.*

QVANTO QVISQVE SIBI PLVRA] id eſt, quanto quiſque pauciora deſiderabit, tãto facilius cupiditatem ſuam explebit.

FERET] auferet, accipiet, conſequetur, obtinebit. vide annot. ad Od. 8. lib. 4.

ET TRANSFVGA] tralatio, ſeu allegoria à re militari.

CONTEMTÆ DOM. SPLEND. REI.] Sed quomodo quiſquam eius rei dominus eſſe

A poteſt, quam contemnit, id eſt, quam non habet, neq; poſſidere dicam. qui rem aliquam contemnit, quamuis eam non poſſideat, non deſiderat, tamen: ſi non deſiderat, non caret. At, qui quauis re non caret, eius verior eſt dominus, eaq; verius potitur, quàm, qui, quæ habet, iis vti non audet. Nam, qui iis bonis, quæ poſſidet, miſer abſtinet, ac timet vti, vt alibi ait Horat. profectò ſi verum quærimus, talium bonorum nõ eſt dicendus dominus, vtpote, quę ne tangere quidem audeat. Exẽplo ſit Socrates: qui in pompa cùm magna vis auri, argentiq; ferretur, *Quàm multa non deſidero?* inquit. Accedat Dioge. Cynicus, qui diſputare ſolebat, quanto regem Perſarum vita, fortunáque ſuperaret: ſibi nihil deeſſe, illi nihil ſatis

B vmquã fore: ſe eius voluptates non deſiderare, quibus numquã ſatiari ille poſſet, ſuas eũ conſequi nullo modo poſſe. Præterea, qui pecunia vti non audet, nequid de ſumma deminuat, ac deperdat, nõ ille pecuniæ dominus eſt, ſed eius, pecunia domina eſt. Poſtremò id cuiuſq; propriũ eſt, quo quiſque vtitur, ac fruitur, vt ſcribit M. Tull. ad Curiũ: quãuis iuriſconſulti proprietatẽ, quam appellãt, ab vſufructu ſeparent, ac diſtinguant, illud dominium directum, hoc vtile nominantes. ſit ita ſanè, dummodò hoc ſit vtile, illud inutile, atq; inane. ſed plura hac de re dicemus, cùm ad locum illum peruenerimus, qui eſt in epiſt. ad Iulium Florum lib. 2. *ſed quod non deſit, habentem, &c.* quem video à nemine adhuc eſ-

C ſe intellectum. Quòd autem quidam neſcio quibus veteribus libris freti, legendum putant, *contentæ*, id eſt, compoſitę & mediocris, nodum in ſcirpo quærunt. Neq; verò eſt quòd mihi Acronẽ aut Porphyrionẽ opponãt. Nam primùm multa falsò Acroni & Porphyrioni aſcripta ſunt, quæ numquam illis venerunt in mentẽ. Ac Porphyrionẽ quidẽ corruptũ multis locis eſſe ſcio: Acronem autem iſtum, cuius nomen ſcholiis quibuſdam Horatianis præpoſitum eſt, Pſeudacronem eſſe arbitror, non verum illum Acronem, quẽ grãmaticum doctiſſimum fuiſſe accepimus: deinde ſi Acro & Porphyrio, & ceteri grammatici veteres mihi dicerent, *contentæ* hoc loco eſſe legendum, & ita interpretarentur, id eſt, *compoſitæ & mediocris*, ego non crederem. Nam quòd ad

D veteres libros attinet, ſcio pleroſque habere *Contemtæ*, aut, ne mentiar, *Contemptæ*: Et præter eos, quos in Italia vidi, nactus ſum & alios hîc Lutetiæ quinq; vetuſtiſſimos: in quibus omnib. ſcriptum eſt ſine vlla varietate, *contemptæ*. Quòd autem ad vocis *contentus* vim, & virtutem pertinet, nunquam mihi perſuadebit grammaticus vllus *contentum* ſignificare *mediocre*. didici enim ex bonorum ſcriptorum lectione, *contentus* participiũ eſſe à verbo *contineor*, & à *contendor*. cùm à verbo contineor oritur, iungitur cum ſexto caſu, & ita loquuntur Latini, contentus ſua re familiari, cõtẽtus ſua ſorte. Horat. Sat. 1. lib. 1. *Qui fit Mæcenas, vt nemo quam ſibi ſortem Seu ratio dederit, ſeu ſors obiecerit, illa Contentus viuat?* & Saty. 4. eiuſdem libri.

Digitized by Google

Viuerem vti contentus eo, quod mi ipſe paraſſet: Cùm à verbo *contendor*: per ſe ponitur, & per ſe valet: vt contenta vox, contentus curſus, contenta oculorũ acies. i. magna contentione profuſa vox: vehemẽs & acer curſus: acies oculorum acriter ad rem, quæ ſpectatur, defixa. Cùm igitur, hoc loco *contenta*, neque à contineor manare poſſit, quia ſine caſu eſt: neque à contẽdor, quia volũt hîc ſignificari hac voce rem mediocrem: contẽtus autem à contendor, contrarium ſignificat, vt docuimus: reliquum eſt, vt illi deſinere debeant τὸ ἐξεργεῖν, ſeu potiùs φλυαρεῖν. [Cum his congruit illud Valerij Maximi ex libro quarto cap. ſecundo de Fabricio Laſcinio loquentis, *quia locupletem illum faciebat non multa poſſidere, ſed modica deſiderare.*]

I M P I G E R] ſic reperi ſcriptum in cod. Iannoct. Vrſ. tribus Vatic. Raïnut. Card. Nicotiano, Clericano, Ruſſard. [nam vulg. habent, *Non piger.*]

M A G N A S I N T E R O P E S I N O P S] paradoxum, & ὀξύμωρον. Nam implicatam habet repugnantiam. ſic M. Tull. parad. 1. *Numquã me hercule neque pecunias iſtorum, neque tecta magnifica, neque opes, neque imperia, neque eas, quibus maximè aſtricti ſunt, voluptates, in bonis rebus, aut expetendis numerandas eſſe duxi: quippe cum viderem, homines his rebus circumfluenteis, ea tamen deſiderare, quibus abundarent.* ſic & Plaut. in Aulul. *Tenaceis nimium dominos noſtra ætas tulit, Quos harpágonas, harpyias, & Tantalos vocare ſoleo, in opibus magnis pauperes, & ſitibundos in medio Oceani gurgite. Nullæ illis ſatis diuitiæ ſunt: non Midæ, non Crœſi, non omnis Perſarum copia Explere illorum Tartaream ingluuiem poteſt.* ſignificat autem Horatius vel opulentiſſimos homines, inopes eſſe, atque egeneis, [ſiue metu ſummæ minuendæ ſumtum facere non audeant, ſiue augendi, & plus habendi cupiditate inflammati, perpetuò plura, quàm habeant, quærant.]

P V R Æ R I V V S A Q. S I L V Á Q V E I V G E R. &c.] hoc dicit: hæc bonorum mediocritas fallit: hoc eſt, latet eum: vel ignoratur ab eo, qui Africæ imperat, beatior eſſe ſorte, id eſt, beatiore ſorte, ſubintellige, quàm ipſius ingentes opes. Eſt autem hoc genus loquendi plane Græcum. ſic enim Græci loquerentur, λανθάνει ὅγε εὐδαιμονικωτέρα, τῷ κλήρῳ· τοῦτ᾽ ἐστὶ τῇ μοίρᾳ, ἢ τῇ μοίρᾳ, ſubaudi τῶν μεγίστων αὐτοῦ κτημάτων. ſic Plato in Gorgia. ἔλαθεν ἑαυτὸν ἀθλιώτατος γενόμενος, id eſt, ſi verbum verbo reddas, latuit ſeipſum miſerrimus factus. Latinè dicerem, miſerrimus factus eſt, cùm aliter putet tamen: vel neſcit ſe miſerrimũ eſſe factum. Iã verò vox *ſorte* non regitur à nomine *beatior*, poteſtate comparationis: ſed eſt ſeptimi caſus: (vt loquũtur grammatici) quemadmodum cùm dicimus aliquem eſſe beatum patria, parentibus, ingenio, diuitiis, &c. hunc igitur locum ſic explico, riuum aquæ puræ, ſiluámque breuem, & anguſtam, & fundum fidelem, & reſponden-

A tem votis agricolæ, vt ait Virgilius, is, qui toti Africæ imperat, neſcit eſſe beatiore ſorte, id eſt, meliore conditione: id eſt, neſcit plus valere ad vitam beatam comparandam, quam ſuas maximas opes, imperiúmque latiſſimum. verba igitur illa ſorte beatior, ſic explico: ſorte beatiore, vt Saty. 8. lib. 2. deterior carne, id eſt, deteriore carne. beatum autem accipe, pro eo, quod beatum & contentum efficit, εὐδαιμονικὸν Græci dicunt, vt opes beatæ. poteſt & ſic explicari, vt nihil tamen à priore explicatione diſcedamus. Is, qui toti Africæ imperat, neſcit, ſortem eſſe meliorem eius, qui aquæ puræ fonticulum habeat, ſiluámque exiguam, & fundum minimè mendacem, ſubintellige, quàm ſuam, qui

B tot ciuitatibus, & prouinciis imperet. de verbo *fallendi* vide ſuprà Od. 10. lib. 1. ſic loquitur infrà Od. 2. lib. epod. *num viperinus his cruor Incoctus herbis me fefellit?*

P V R Æ A Q V Æ] Oda 4. ſup. eod. lib. *Qui rore puro Caſtaliæ lauit Crineis ſolutos.*

S E G E T I S C E R T A F I D E S M E Æ.] γῆ πιστὴ, fundus fidelis: *fundus non mendax*, vt ſuprà Od. 1 huius libri.

L Æ S T R Y G O N I A] Læſtrigoniam amphorã ſublata omni controuerſia expono, Formianã, auctore M. Tull. ad Att. lib. 2. cuius hæc verba ſunt, *ſi verò in hanc* τηλέπυλον *veneris* λαιστρυγονίην, *Formias dico: qui fremitus hominum!* ad Hom.

C enim verſum reſpicit, qui eſt ὀδυσ. κ. vt dicemus Od. prox. Formiæ autem (inquit Strabo, Λακωνικὸν κτίσμα, ὁρμίαι λεγόμενον πρότερον διὰ τὸ εὔορμον. id eſt, Formiæ (inquit Strabo) vrbs à Lacedæmoniis condita, prius hormiæ dictæ propter portus bonitatem, & commoditatem.

L A N G V E S C I T M I H I] langueſcit vinũ, quod deferueſcit, atque inueteraſcit. nam *languidiora vina* appellat (opinor) Oda 21. huius libri, quæ ſunt vetuſtiora: quandoquidem vinum ætate vapores craſſiores & minus ſalubreis amittit: maturitatem autem amaram quidem illã, ſed ſalubrem tamen, & ad ventriculum accommodatam, capitique vtilem colligit & comparat.

D poteſt & ita dici, langueſcere vinum, quod matureſcit. Nam etiam Athenæus libro 1. ſcribit, quædam vina tardiſſimè matureſcere, quale eſt Surrentinum, quod anno 25. poſt quàm preſſum eſt, ad vſum bibendi idoneum eſſe incipit.

I M P O R T V N A] quæ nemini veluti in portu conquieſcere ſinit: vel quæ quodammodo à portu prohibet. ſic epiſt. ad Loll. 1. lib. 1 *argenti ſitim, importunam* appellat. & Saty. 8. lib. 1. *importunas volucres.* ſic Virgil. lib. 2. Æneid. *bellum importunum.* eadem ratione M. Tull. in Cluentiana, Saſſiam illam Cluentij matrẽ, *mulierem importunã* nominat. & offic. 2. *tyrannum importunum:* & *Verris naturam immanem, atque importunam.* Eſt etiam importunus, qui vix vmquam, aut ne vix quidẽ quieſcit, vt epi. ad Iul. Flor. lib. 2. *Alter diues & importunus*

importunus. & Saty. 5. lib. 2. *Importunus amat laudari*. & Od. 13 lib 4. *Importunus enim tranſuolat aridas Quercus*. & epiſt. ad Numic. lib. 1. *Cuilibet hic faſces dabit, eripiétque curule, Cui volet importunus ebur*. Hoc igitur ſeotit Horat. ſe tantùm habere bonorum fortunæ, quantum ſatis ſit & ad victum, cultúmque, & ad animi æquitatem, ac vitæ trãquillitatem. Nam quemadmodum, cui deſunt res ad victum neceſſariæ, is quieto aut otioſo animo eſſe non poteſt. ſic cui tantum, quantum ſatis eſt, ſuppetit, quieto, & ſoluto animo eſſe debet. Importunum ait eſſe Feſtus, in quo nullum auxilium eſt; velut eſſe ſolet portus nauigantibus.

Contracto m. p. Cvp.] Cupido pro cupiditate ſemper, quod ſciam, apud hunc poëtã, generis eſt maſculini, vt annotat. ad Od. 16. lib. 2. refrenata (inquit) & compreſſa cupiditate, facilius vectigal pendam, quàm ſi Lydiã vſque ad Mygdones continuem habitant porrò Mygdones, vt tradit Strabo lib. 12. in ea Olympi montis parte, quæ ad Septentriones ſpectat. *Contracto* autẽ legendum, vt habẽt omnes noſtri libri veteres, & ſimiliter vulgati, non *contento*. cõtracto autem Cupidine, id eſt, contracta cupiditate. tralatio eſt.

Mygdoniis] id eſt, Thraciis, ſeu Macedonicis, ſeu potiùs Phrygiis. fuit enim Mygdon Trax, qui Phrygiam, ſeu Myſiam tenuit. Od. 12. lib. 2. *Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes*. vbi tamẽ Seruius legit, *Aut pinguis Phrygiæ, aut Mygdonias opes*. ad illum Virgil. locum Æneid. 1. *Troianas vt opes, &c.* quem non ſum ſecutus.

Haliattici] Crœſi patris, vt aiunt.

Mvlta pet. des. m.] hoc eſt, qui multa appetunt, multa non habent. contrà ſuprà eadem Oda, *Quanto quiſque ſibi plura negauerit*, id eſt, pauciora optarit, tanto plura habebit, quemadmodum Socrates quæ nõ deſiderabat, ea omnia quodammodo habere videbatur.

Bene est] ſubintell. ei.

Parca, qvod satis est, manv] dedit parca manu, & tamen dedit, quantum ſatis eſt. ſignificat, ei, qui modica re familiari contentus ſit, beatè viuere licere.

AD ÆLIVM LAMIAM.

Ode. 17.

Argvmentvm.

Primùm nobilitatem ipſius laudat: deinde admonet, vt ſe præparet ad diem craſtinum, qui pluuius fore videbatur, hilariter exigendum.

A *Æli vetuſtò nobilis ab Lamo,*
Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, & nepotum
Per memores genus omne faſtos:
Auctore ab illo ducis originem,
Qui Formiarum mœnia dicitur
** Princeps, & innantem * Maricæ*
*Littoribus tenuiſſe * Lirim,*
Latè tyrannus, cras foliis nemus
B *Multis, & alga littus inutili*
Demiſſa tempeſtas ab Euro
*Sternet, aquæ niſi fallit * augur*
Annoſa cornix dum potes, aridum
Compone lignum: cras Genium mero
Curabis, & porco bimeſtri,
Cum famulis operum ſolutis.

Æli] Multæ erant Æliæ gentis familiæ, Tuberonum, Pætorum, Catonum, Ligurum, Lamiarum.

C Vetvsto ab Lamo.] etiam Homerus ὀδυσ. κ. videtur Lamum Formiarum, quam λαιστρυγονίην nominat, conditorem fuiſſe, ſignificare. ſic Homer. ἑβδομάτῃ δ' ἱκόμεσθα Λάμου αἰπὺ πτολίεθρον, Τηλέπυλον Λαιστρυγονίην, ὅθι ποιμένα ποιμὴν Ἠπύει εἰσελάων. id eſt, die ſeptimo ad vrbem Lami peruenimus, Longioquam Leſtrygoniam: vbi paſtorem paſtor vocat pecus agens. fuit autẽ hic Lamus Neptuni filius, quemadmodũ ad eum locum annotat Euſtatius.

Per mem. gen. omne fast] ſiue *faſtos*, ſiue *faſtus* legas nihil refert, vt rectè annotat Muretus: & teſtatur Priſcian. lib. 6. vtramq; ſcripturam reperiri: ſed illud tamẽ vſitatius eſt. ſic infrà Od. 13. lib. 4. *Notis condita faſtis*. memores
D nominat etiam Od. 14. eod. lib.

Princeps.] primus, vt ſup. Ode 15. lib. 1. *principi limo*. & Od. 30. huius lib. *Princeps Æolium carmen ad Italos Deduxiſſe modos*.

Maricæ] Nymphæ, de qua Virgil. lib. 7. Æneid. *hunc* (Latinum) *Fauno, & Nympha genitum Laurente Marica*. Hanc, vxorem Fauni fuiſſe, ex Virgil. verbis ait Seruius ad illum verſum, cùm Fauni vxor Fauna fuiſſe tradatur. Ita Marica & Fauna idem ſunt. ibidem profert ille hunc Horatij locum.

Innantem] influentem. tralatio ducta à rebus animatis.

Lirim] fluuium, qui in Minturnas influit, vt docet Strab. lib. 5. verbis, περὶ τὰς Φρεγέλλας ὁ Λεῖρις ῥεῖ, ὁ εἰς τὰς Μιντούρνας ἐκδιδούς. Horat. Od. 31. lib. 1. *taciturnum amnem* appel-

lat. Commemorat hunc fluuium & M. Tullius lib. 2. de legib. *Fibrenus ſtatim præcipitat in Lirem, & quaſi in familiam patritiam venerit, amittit nomen obſcurius, Liremque multo gelidiorem facit, &c.* ſuprà Od. 31. lib. 1. *quæ Liris quieta Mordet aqua taciturnus amnis.*

Latè tyrannvs] expreſſit epithetum Homericum, εὐρυκρείων. ſic Virg. lib. 1. Æn. prin. *Hinc populum latè regem, belloque ſuperbum, &c.* & lib. 7. *patris ſed non & filius aruis Contentus latè iam tum ditione premebat Sarraſteis populos, &c.*

Alga invtili] alga, herba eſt, quam mare ad littus proiicit. Idem Horat. Sat. 5. lib. 2. *Et genus & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.*

Aqvæ nisi fallit avg.] Od. 27. huius lib. *imbrium diuina auis imminentum.*

Aridvm] vt facilè, & citò flammam concipiat.

Compons] exſtrue, vt frigus propulſes. facito vt focus tuus ſit luculentus. Od. 9. libro 1. *Diſſolue frigus ligna ſuper foco Largè reponens.*

Cras genivm mero] ſic epiſtola ad Auguſt. lib. 2. *Floribus & vino Genium, memorem breuis æui* repete ἀπὸ κοινοῦ *piabant.* curabis ergo Genium porco, vt comedas: non vt immoles.

Cvrabis] cur non dixit, *Placabis*, vt in ep. ad Piſon. *vinóque diurno Placari Genius feſtis impune diebus:* aut *piabis*, vt epiſt. ad Auguſt. *Siluanum lacte piabant, Floribus & vino Genium?* an aliud eſt Genium curare, aliud placare aut piare? quod mihi non videtur.

Et porco bimestri] Lari, & Genio porcus immolabatur, propterea quòd hæc pecus ad eſcã tantùm vtilis eſt: ob idque nihil porca genuit natura fæcundius, vt ſcribit M. Tull. lib. 2. de nat. deor. At Lar quidẽ & deus familiaris eſt, & familiam ſignificat, quam rebus omnibus ad veſcendum aptis abundare optamus: genius autem deus eſt, qui vim obtinet rerum genendarum, id eſt, gignendarum. Meritò igitur, Genio porcum veteres immolabant, eũ tacitè orantes, vt rerũ omniũ, quæ natura gigni poſſunt, gignendarum facultatem daret. Non diſſimili ratione Telluri porca fæmina immolabatur. epiſt. ad Augu. *Tellurem porco* [al. porca] *Siluanum lacte piabant.* vide quæ annotata ſunt ad illum locum Sat. 3. lib. 2. *immolet æquis Hic porcum Laribus.* ſed cur & hîc, & in Saty. illa. 3. porcus Laribus immolatur: Oda autem 27. eiuſdem libri, porca? ſic enim ad Phidileo. *Si ture placaris & horna Fruge Lareis, auidáque porca, &c.* vel genera confudit: vel Laribus quidem & Genio porcus immolatur, vt diis maribus: laribus autẽ nõ tantùm porcus, verùm etiam & porca immolatur, propter fæcunditatẽ porcæ fæmineæ, proinde ac ſi, qui Laribus porcã immolat, is à diis familiaribus rerũ omniũ ad victum neceſſariarũ copiã tacitè petat. neque verò eſt quòd quiſquam dicat, Horatiũ hîc vti verbo *curandi*, non *immolandi.* Nam perſpicuè in Sat. 3. li. 2. dicit, *immolet æquis Hic porcum laribus.*

Operum solvtis] feriatis, vacantibus ab opere, otioſis, operum vacuis, vt Saty. 2. lib. 1. *Siue operum vacuo gratus conuiua per imbres Vicinus, &c.* M. Tull. lib. 2. de legib. *Feriarum, feſtorumq́ dierum ratio in liberis requietem habet litium & iurgiorum: in ſeruis, operum & laborum, &c.*

TVRNEBVS.

Ex lib. 21. cap. 15. *Rhamnetem aggreditur, qui forte tapetibus altis,*

Extructus. Virg. 9. Æn. gaudet poëmati ſuo latina intexere nomina Virgilius, propterea cùm equites Rhamnes, hic Rhamnetis nomen finxit: ſed & Homeri imitatione Rhamnes in tapetibus dormit. mox Remum in poëmate ponit, quod nomen finxit de nomine Remi, qui frater conditoris Romæ fuit: Sed & Lamum, à quo Lamiarum familia, vt apud Horatium.

Æli vetuſto nobilis ab Lamo. Lamos etiam, vt Heſychius ſcribit, regio erat Læſtrigonum, & indigena heros, à quo regio nominata.

Ex lib. 21. cap. 22. Nympham quandam Laurentem Maricam vocat Maro, 7. Æn. quæ Minturnis colebatur, nominat & Horatius. Ea Circe erat interprete Lactantio, cuius verba ſunt, lib. 1. ca. 21. *Nam & Romulus poſt mortem Quirinus dictus eſt, Leda Nemeſis, & Circe Marica.*

AD FAVNVM.
Od. 18.

ARGVMENTVM.

Faunum precatur, vt nullum ſuis finibus damnum inferat, cùm per eos tranſibit: ac vult eſſe memorem eorum, quæ quotannis ipſi religiosè præſtat.

Faune, Nympharum fugientum amator,
Per meos fineis, & aprica rura
Lenis incedas: abeáſque paruis
*Æquus * alumnis,*
Si tener pleno cadit hœdus anno:
*Larga nec deſunt * Veneris ſodali*
Vina cratere: vetus ara multo
Fumat odore:
Ludit herboſo pecus omne campo,
Cùm tibi nonæ redeunt Decembres:
Feſtus in pratis vacat otioſo
Cum boue pagus:
*Inter * audaceis lupus errat agnos:*
Spargit agreſteis tibi ſilua frondeis:

Gaudet inuiſam pepuliſſe foſſor
Ter pede terram.

F A V N E] Fauno ſacrificabant Romani vere ineunte,& nonis decembribus. Eſt autem hæc Oda προσευκτικὴ, id eſt, ad precandum appoſita. de Fauno autem diximus ſuprà ad Odam 17. & Ode IV. lib. 1. quibus adde, quæ notat Seruius ad illum locum Virg Æneid 7. *atque imis Acheronta affatur auernis*, Faunum eſſe Deum terrenum ſeu infernum, quia terræ nihil ſit inferius: hinc noxium induci ab Horatio, *Per meos fin. & ap. r. Lenis incedas, &c.*

L E N I S] ἵλεως, propitius, minimè iratus. Nam hi dij Pan, Faunus, & ſimiles, iracundi ſunt. Quidam libri veteres habent, *latus*, quos non ſequor.

Æ Q V V S] ἐπιεικὴς, placatus, moderatus, nõ offenſus. vide ad Oden 3. lib. 2.

A L V M N I S] vt agnis, hædis.

S I T E N E R] preces concipiebantur cum conditione. vide annot. ad Saty. 6. lib. 2. ibi, *Si neque maiorem feci ratione mala rem.*

P L E N O] confecto, exacto. infrà eod. li. Od. 22. *Quam per exactos ego latus annos, &c.*

C A D I T] tibi immolatur.

V E N E R I S S O D A L I] ſic Od. 25. lib. 1. *Hebrum hiemis ſodalem*: neq; diſsimili ratione Lucr. lib. 2. ploratus, mortis & funeris comites dixit. Sic ille. *Nec nox vlla diem, neque noctem aurora ſecuta eſt, Quæ non audierit miſtos vagitibus ægris Ploratus, mortis comites, & funeris atri.* crateræ autem ſcriptũ eſt in omnibus cod. antiquis. neque eſt quòd *crateri* ſubſtituamus in huius vocis locum: cùm vtraque peræquè ſit in vſu pro re eadem, quamuis aliter ſentiat Nunius.

V E T V S A R A M V L T O F V M. O D] & ſi vetus ara, &c. ſic Virg. Tityro. *Biſſenos cui noſtra dies altaria fumant.*

C V M T I B I N. R E D. D E C E M.] Faunalibus anniuerſariis.

F E S T V S I N P R A T I S, &c.] aiunt, in Achilis Statij libro ita legi: *Feſtus in pratis vacat, otioſo Cum boue, pardus.* quam lectionem ego etiam in cod. Torneſ. nonnulliſque aliis reperi: ſed cũ litura, & recentiore manu. Eam probare non videtur Muretus: ego autem magnopere improbo. quorſum enim pardum feſtum dicat, qui nũquam in opere faciendo verſatur? prætereà cùm de agro ſuo loquatur, quis vnquam pardus vidit in Sabinis?

V A C A T] vacat ab opere, otioſus eſt.

I N T E R A V D A C E I S L. E R R.] audaceis, id eſt, lupum non pertimeſcenteis, quod alioqui natura faciunt. vt Oda 12. epod. *O ego non felix, quem tu fugis, vt pauet acreis Agna lupos.* audaces autem ſunt præter naturam, tui numinis præſidio freti.

I N V I S A M] cur inuiſam? propter laborem, quem in ea fodienda & colenda perfert.

A P E P V L I S S E T E R R.] pellere & pulſare terram, idem valere, quod ſaltare, apud hunc poetam, admonuimus ſuprà ad Od. 4. lib. 1.

T V R N E B V S.

EX lib. 21. cap. 3. Ter pede terram ferire prò ſaltare à poëtis non raro dicitur. Flaccus,

Gaudet inuiſam pepuliſſe foſſor
Ter pede terram. Idem de Iambico carmine dicitur, quod quamquam ſenos reddat ictus, tamen ad tres percuſſiones inſignes redigatur.

- pollio regum
Facta canit pede ter percuſſo, ſcripſit Horatius, lib.

B 1. Saty. 10. At Calpurnium,

-- Ecce per illum
Seu cantare iuuat, ſeu ter pede læta ferire
Carmina, dixiſſe perſpicuè de Heroico carmine intelligimus.

Ex lib. 25. cap. 29. Tripudiare videtur eſſe deductum, quòd ter pede in ſaltando terra feriatur vt apud Horatium

Gaudet inuiſam pepuliſſe foſſor
Ter pede terram. Eodem modo διποδιάζειν Græci dixiſſe videntur, quod eſt tanquam bipudiare, Ariſtophanes ἵν᾽ ἐγὼ διποδιάζω γε χαιρίζω χαλόν.

AD TELEPHVM, OB
C Muræнam augurem factum, eſſe compotandum.
Od. 19.

ARGVMENTVM.

Reprehendit eum, quòd veterum hiſtoriarum ſtudio deditus, ea, quæ ad hilariter & iucundè viuendum pertinent, negligat.

QVantum diſtet ab Inacho
Codrus, pro patria non timidus
mori,
D *Narras, & genus Æaci,*
Et pugnata ſacro bella ſub Ilio:
*Quo * Chium pretio cadum (ignibus*
*Mercemur: * quis aquam temperet*
*Quo præbente domum, & * quota*
Pelignis caream frigoribus, taces.
Da lunæ properè nouæ,
** Da noctis mediæ: da, puer, auguris*
Murenæ. tribus aut nouem
Miſcentur cyathis pocula commodis.
Qui Muſas amat impareis,

Ternos ter cyathos attonitus petet
Vates. treis prohibet ſuprà
Rixarum metuens, tangere Gratia
Nudis iuncta ſororibus.
** Inſanire iuuat. cur Berecynthiæ*
Ceſſant flamina tibiæ?
Cur pendet tacita fiſtula cum lyra?
** Parcenteis ego dexteras*
Odi: ſparge roſas: audiat inuidus
Dementem ſtrepitum Lycus:
Et vicina ſeni non habilis Lyco.
Spiſſa te nitidum coma,
Puro te ſimilem Telephe veſpero,
Tempeſtiua petit Chloë,
Me lentus Glyceræ torret amor meæ.

QVANTVM DISTET, &c.] hiſtorias, &c. quæ nihil ad hilariter, iucũdéque viuendũ pertinent, ſcribis, & res geſtas narras: vnde & quanti vinum generoſum paremus: quis aquã & balneum calfaciat: vbi cenemus, & quota hora frigus foco luculento arceamus, non narras.

AB INACHO] Phoroneus Inachi filius, rex Argiuorũ, primus homines fuſos ac diſperſos & ſuo quemque arbitratu, modóque viuenteis, vnum in locum congregaſſe, & ad ſocietatem, communitatémque ciuilem redegiſſe dicitur. ei ſucceſſit Argus ex eius filia natus. Argi duo filij exſtiterunt, Piraſus, & Phorbas. Phorbantis filius Triopa, Iaſi & Agenoris pater. Atque Iaſi quidem filia Io: Agenoris autem filius Crotôpus poſt Agenorem regnauit: ex quo natus eſt Stenela. Danaus porro ab Ægypto profectus, Sthenelæ filium, illiúſque poſteros regno ſpoliauit. Inachum Æſchylus vocat Ἀργε͂ιον πόζαμον: quem Argiuorum regem fuiſſe tradunt chronologi.

CODRVS] Codrus rex Athenienſium vltimus, vt teſtatur Paterculus, Melanthi filius: qui ſeſe in medios hoſteis immiſit ſeruili veſtitu, ne poſſet agnoſci, ſi eſſet ornatu regio inſignis: quia ex oraculo reſponderat Apollo, quorũ rex interfectus eſſet, eos ſuperiores futuros. ſcribit M. Tull. Tuſcul. 1. & alij complures.

NON TIMIDVS MORI] ſic loquitur Od. 9. lib. 4. *Non ille pro caris amicis, Aut patria timidus perire.*

GENVS ÆACI] Æacide: Peleus, Achilles, Pyrrhus, Neoptolemus, &c. Æacus enim Iouis ex Oeoone Aſopi filia, quæ poſtea Ægina fuit appellata, filius; Pelei & Telamonis & Phoci ex Endeide pater. ex Peleo & Thetide natus Achilles: ex Telamone Aiax, & Teucer, nõ ex eadem matre. Achillis filius Pyrrhus Neoptolemus,

A &c. Sic autẽ loquitur Od. 14. lib. 2. *& Danaĩ genus Infame.* & Oda 18. eiuſdem, *Tantalum atque Tantali genus.*

ET PVGN. SACRO BELLA SVB ILIO] pugnata bella, & pugnatæ pugnæ, genus loquendi non inuſitatum bonis ſcriptoribus: cui ſimilia quædam alia collegimus ad Od. 6. libro 2.

SACRO] vel exſecrando, vt Od. 7. epod. *Sacer nepotibus cruor.* & Saty. 3 lib. 2. *is inteſtabilis & ſacer eſto.* Sup. Od. 3. huius libri, Iuno ſibi & Mineruæ damnatum Ilium eſſe dicebat. Catul. ad C. Licinium Caluum, *Dij magni: horribilem & ſacrum libellum.* Plaut Bacchid. *ego ſum ſacer, ſceleſtus.* vel *ſacro*, quia Troiani muri a Dijs conditi ſunt,

B vt not. ad Odam 3. huius libri. vel ſacrum puta dictum eſſe exemplo Homeri: apud quem ſæpenumero repetitur hic dimidius verſus, προτὶ ἱερὸν πολίεθρον. ἰλ. δ. Τάων μοι περὶ κῆρι τιέσκετο Ἴλιος ἱρὴ. Præterea docet Euſtath. vrbeis omneis & quicquid cuſtodit, ac tuetur, ἱερὸν, id eſt, ſacrum veteres appellaſſe.

CHIVM CADVM] Cadum vini Chij. Vinũ Chium numerat Athenæus lib. 1. in laudatiſſimis, & optimis vinis. Quemadmodum autem Horat. *cadum Chium dixit*, ita & Tibul. *cados Falernos* lib. 2. & ibid. *Chium cadum.*

QVIS AQ. TEMP. IGN] i. quis balneũ calfacit. Notiſſimum eſt autem veteres, illotos ad cenam venire non conſueuiſſe. Plautus in

C Sticho. *Quam mox cocta eſt cena? impranſus ego ſum. E. abi intro ad me, & laua.* & in Amphitryone. *lauiſti* AMPH. *quid poſtquàm laui?* ALC. *accubuiſti.* M. Tul. quidem lib. 2. epiſt. ad Attic. ſic loquitur, Atticum inuitans. *Tu pridie Compitalia memento. balneum calfieri iubebo: & Pomponiam Terentia rogat: matrem adiungemus.* Iam aquam ignibus temperare, calefacere eſt, aut certè tepefacere. quam ſi quis malit intelligere adhiberi ad vinum hieme tepefaciendum, non pugnabo.

QVO PRÆB. DOM. &c.] cuius domi, & quota hora cenantes Pelignum frigus luculẽto foco propulſemus. Præbere domum Græci παρέχειν dicunt, vt præbere aquam; ſalem, &c. de quo genere dicemus Sat. 4. lib. 1. ſic locutus

D eſt & ſat. 5. eiuſdem lib. *Murena præbente domum, Capitone culinam.* Peligni, populi Samnitibus vicini quorum metropolis eſt Corfinium. in voce *quota* ſubintellig. *hora.*

DA LVNÆ PR. NOVÆ] Qoemadmodum amatores amicarum ſuarum nomina toties commemorabãt, quoties bibebant, ita & eorũ, quos honeſtè amabant, abſentiũ, & Deorũ quoque memoriam ſolebant inter bibendum recolere ac renouare. ſuperioris moris exemplum eſt apud Theocrit. εἰδ. β. ἀλλ᾽ ἄγε τοῦτον ἐχεῖν ἔρωτος Ἀκράτῳ ἐπεχεῖτο, id eſt, ſemper amoris vinum ſuũ debat, ſeu bibebat. Amoris vinum eſt (inquit interpres) quod quis bibit, amicam ſuã, aut puerum memoria repetens, quod intelligere licet ex illo eiuſdem Theocriti verſu in θαλυσ-

Καὶ

Καὶ πίομαι μαλακῶς μεμνημένος Ἀγυάνακτος, id eſt, & molliter bibam Agyanactis memor poſterioris apud Tibul. eleg. 1. lib. 2. *Sed bene Meſſalam ſuus quiſque ad pocula dicat, Nomen & abſentis ſingula verba ſonent.* Athenæus lib. 10. παῖ, τὴν μεγάλην δὸς ὑποχέας φιλίας κυάθους τῶν παρόντων τέτταρας, τοὺς τρεῖς δ᾽ ἔρωτος. προσαποδώσεις ὕστερον καὶ Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως νίκης καλῶς καὶ τοῦ νεανίσκου κύαθον Δημητρίου. φέρε τὸν δέκατον φίλης Ἀφροδίτης: id eſt, heus puer magnum da mihi calicem infundés amicitiæ eorum, qui adſunt, cyathos quatuor, treis amoris præterea dabis poſterius etiam Antigoni regis victoriæ, & adoleſcentis Demetrij cyathum. affer & decimum caræ Veneris. In his verbis autẽ, *Da lunæ properè nouæ, Da noctis mediæ*, ſubaudiendũ *cyathum*, aut *poculum*. Sed quid ſibi vult *Luna noua*, aut cur *luna noua* cyathum poſcit? Alij banc cauſam afferunt, propterea quòd menſis a naſcente luna initium ducebat, & Kalendæ, quæ olim erant ipſo nouæ lunæ die, feſtus dies erat: & hoc die Dij precibus & ſacrificiis colebantur. Iccirco Od. 23. huius libri ſic Phidilen alloquitur. *Cælo ſupinas ſi tuleris manus Naſcente luna ruſtica Phidile, &c.* alij per nouam lunam, lunam veſpertinam ſignificari volunt, quaſi nunc orientem, vt apud Virgil. Georg. libro 1. *Aut cum ſole nouo terras irrorat Eous.* vbi *nouo ſole*, id eſt, oriente ſole. adiuuat horum ſententiam id, quod ſequitur: *Da noctis mediæ.* Videtur enim poculum poſcere lunæ veſpertinæ, ſeu temporis veſpertini, & poculum *mediæ noctis*, ſeu lunæ, quæ lucet media nocte. Nouam igitur lunam, id eſt, orientem & veſpertinam cyatho colere inſtituit, quia ab hoc tempore cena initium capit: noctẽ mediam, quia vſque ad mediam noctem conuiuium & compotationem perducere in animo habet. ſic Od. 28. huius lib. *Dicetur merita nox quoque nænia.* alibi perducitur vſque ad lucẽ, vt Od. 21. eiuſd. ad Amphoram. *Te liber, &, ſi læta aderit Venus, Segnéſque nodum ſoluere Gratiæ, Viuæque producent lucernæ, Dum rediens fugat aſtra Phœbus.* Auſon. epiſt. quadã ad Symm. hunc locum videtur reſpexiſſe, his verbis. *Super menſam meam facta eſt mutatio non illa de Rubrij conuiuio* [ſic enim hîc legendum eſſe admonuit Ruſſardus, iuriſcõſultus doctiſſ.] *vt Græco more biberetur, ſed illa de Flacci ecloga, in qua propter mediam noctem & nouam lunam, & Murenæ auguratum, ternos ter cyathos attonitus petit vates. hunc locum de ternario numero illico noſtra illa poëtica ſcabies cœpit exſculpere, &c.* Quidam lib. manuſcr. habent, *attonitus petat Vates.* [Sed videtur Auſonius Horatij ſententiam non ſatis eſſe aſſecutus. Nam (quod Simeo Boſius Lemouix, homo doctiſſ. qui pollicetur ſe propediem poſt alios omneis Varronem de lingua Latina emendatiſſimum editurum, exiſtimat) tria hîc tempora deſcribit Horatius, tempus veſpertinum, nẽpe per nouam lunam, vt diximus: noctem mediam, ibi, *Da noctis mediæ*: tempus matutinũ autẽ per augurẽ Murenã ſignificat, quia augures au-

A guria captabant, auiumque volatus & garritus obſeruabant ſub ortum ſolis. Ita oſtendit Horatius, ſe & ſodaleis ſuos totam noctem compotaturos, compotationémque ad lucem producturos: quemadmodum Od. 8. eiuſdem lib. *& vigiles lucernas Perfer in lucem.*]

QVI MVSAS AMAT IMPAREIS, &c.] poëta (inquit) Muſis deditus, Muſarúmque amore perculſus, nouies bibet, ſi volet inſanire: ſed Gratiæ vetant eum, qui à rixis & conuitiis abhorreat, plus quàm treis vini cyathos haurire.

TREIS PROHIBET SVPRA] extat apud Græcos prouerbium tale, ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρία, ἢ μὴ τέτταρα. quod putabant quidam ad
B hunc locum pertinere, vt præſcribat, quoties ſit bibendum. ſed Euſtath. cõmentar. in lib. Ὀδυσσ. ι᾽ ſic hoc prouerbium explicat, vt non ad numerum cyathorũ vini, quos quis ebibit: ſed ad vini & aquæ temperationem referat. Ait enim tria, ſignificare vnius vini cyathi, cum duobus aquæ, confuſionem: quinque, duorum vini, cũ tribus aquæ: quatuor, totidem vini, quot aquæ: quod appellatur ἴσον ἴσῳ: ſuperiores illas temperationes, eſſe hominũ ſanorũ, & tamen hilarorũ: hanc inſanorum, eſſe & quartam bibendi rationẽ, ſi quis merũ bibat, hancq; ἀπόλυσιν afferre. Athenæus autem lib. 10 videtur paullo aliter explicare. eius enim ſunt hæc verba: ἦν δ᾽ οὖν κρᾶσις αὕτη παρὰ τὸ ἔθος ὑπερβαλλόντως τάχα
C καὶ τὴν θρυλλουμένην παροιμίαν, ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρία, ἢ μὴ τέτταρα. ἢ γὰρ δύο πρὸς πέντε πίνειν φησὶ δεῖν, ἢ ἕνα πρὸς τρεῖς. i. hæc igitur temperatio cùm præter morem fieret admonuit fortaſſe vos omnium ſermone celebrati prouerbij, aut quinque bibere, aut tria, aut nõ quatuor. Nam & duos aquę cyathos ad quinque vini bibere dicit opottere: aut vnum ad treis. Et profert eo loco Anacreontis verſus aliquot corruptos: ex quibus intelligere licet, Anacreõtẽ duos aquæ cyathos quinque cyathis vini admiſceri velle. vtitur huc prouerbio & Plautus in Sticho. *vide quot cyathos bibimus? ST. tot, quot digiti ſunt tibi in manu, cantio eſt Græca* ἢ πέντε πίνε, ἢ τρία, ἢ μὴ τέτταρα. Nihil igitur hoc prouerbium ad hunc locum (opinor) pertinet. Sed
D id certè pertinet, quod apud eundem Athen. li. 2. Panyaſis primum potum Gratiis, Horis, & Baccho tribuit: ſecundum Veneri, & iterũ Baccho: tertium contumeliæ & damno, ſeu noxæ, quàm ἄτην vocat. Eubulus autem apud eundẽ, Bacchum ita facit loquentem: τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω τοῖς εὖ φρονοῦσι· τὸν μὲν ὑγιείας ἕνα, Ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι· τὸν δὲ δεύτερον Ἔρωτος, ἡδονῆς τε· τὸν τρίτον δ᾽ ὕπνου. & vſq; ad decimum progreditur, quem inſaniæ eſſe dicit. Nam treis cyathos tantùm ſanis ſe miſcere dicit: vnum bonæ valetudinis: alterum amoris & voluptatis: tertium ſomni: quartum petulantiæ & contumeliæ: quintum clamoris, &c.

RIXARVM METVENS] ſic locutus eſt

Od. 24. lib. 3. *& metuens alterius viri Certo fœdere caſtitas.* A

Gratia nvdis ivncta sor.] ſic infrà Od. 7. lib. 4. *Gratia cum Nymphis, geminiſque ſororibus audet Ducere nuda choros.* Præter ea quæ diximus ſuprà de Gratiis Od. 30. lib. 1. ibi, *& ſolutis Gratiæ zonis*, licet dicere, oudas idcirco fingi Gratias, quia ſine fuco eſſe debent, vt notat Seruius ad illum locum Virgil. lib. 1. Æn. *at memor ille Matris Acidaliæ.*

Insanire ivvat.] ſic Anacreon ait ſe inſanire velle bibentem. Ἄφες με τὰς θεοὺς Πιεῖν, πιεῖν ἀμυστὶ Θέλω, θέλω μανῆναι. Ἐμάνητ' Ἀλκμαίων τε, Χ' ὁ λευκόπους Ὀρέστας, Τὰς μητέρας κτανόντες. Ἐγὼ δὲ μηδένα κτανὼν, Πιὼν δ' ἐρυθρὸν οἶνον, Θέλω θέλω μανῆναι, id eſt, *Potare me ſinaſſes, Sinito: hauriam Lyæi Dona hauſtibus profundis. Furere hunc volo furorem. Furebat olim Oreſtes, Alcmæo item furebat, Vterque matre cæſa. Ego nemine interemto, Sed ebrius Lyæo, Furere hunc volo furorem.* Suprà Oda 7. lib. 5. *non ego ſanius Bacchabor Edonis recepto Dulce mihi furere eſt amico.* B

Berecynthiæ] Phrygiæ. nam in Phrygia & Lydia tibiarum vſus primùm inuentus eſt. Itaq; etiam adhibebantur in ſacris Cybeles matris Deorum. infrà Od. 15. lib. 4. Lydas appellat. *Lydis remiſto carmine tibiis.*

Cvr pendet tacita] ſic Sappho citharam ſuam appellans, hortatur, vt vocalis fiat. ἄγε μοι, δῖα χέλυ, φωνάεσσα γένοιο, id eſt, age, mihi, dia lyra, vocalis fias. C

Parcenteis ego dext.] ignauas & otioſas: vel parcè miniſtranteis.

Non habilis] non conueniens; quia puella.

Nitidvm] nitida & bene curata cute, vt epiſt. ad Albium Tibull. lib. 1. *Me pinguem & nitidum, &c.* vel nitidum intellige, vnguento nitentem vt ſup. Od. 4. lib. 1. *Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto.* & ita Græci λιπαρὸν ſæpe accipiunt. ego tamen malim hoc loco *nitidum* accipi pro eo, qui ſit bene curato, & bene habito corpore, qualis eſt ille Delphis apud Theocr. εἰδ. β. quem λιπαρόχροον Simætha nominat, id eſt, εὐσαρκῆ, bene curatum, nitida cute. D ſic Virg. 6. Æn. *equos nitentes* appellat. & Terent. in Eunu. *Qui color, nitor, veſtitus? quæ habitudo eſt corporis?*

Tempestiva] matura, viri potens.

Chloë] quidam libri vet. habent *Rhoda.*

Lentvs] languidus: qui me languore afficit. ſic ſup. Ode 13. lib. 1. *Quàm lentis penitus macerer ignibus.*

Torret] ſic Catull. ad Manl. de Venere: *Scitis, & in quo me torruerit genere.* & ſuprà Od. 9. eiuſd. *Me torret face mutua, &c.* & infr. Od. 1. lib. 4. *Si torrere iecur quæris idoneum.*

TVRNEBVS.

Ex adu. lib. 27. ca. 16. Non omittam ſcrutari cur ſcripſerit Horat. *Quantum diſtet ab Inacho Codrus, pro patria non timidus mori*, in quo hæſiſſem, niſi Ocellus Lucanus mihi ſubueniſſet, qui principium hiſtoriæ Græcorum ait, duci ab Inacho Argiuo. Sic enim ait, διὸ καὶ τοὺς λέγοντας τὴν τῆς ἑλληνικῆς ἱστορίας ἀρχὴν ἀπὸ Ἰνάχου εἶναι τοῦ Ἀργείου, προσεκτέον οὕτως οὐχ ὡς ἀπό τινος ἀρχῆς πρώτης, ἀλλὰ τῆς γινομένης μεταβολῆς κατ' αὐτήν.

Ex li. 16. c. 11. Solebant priſci in bibendo benè ſibi & iis quos amabant, aut charos habebant precari. Tale illud Comici, Stich. ſc. Agite, ite foras. *Bene nos, benè te, bene me, benè noſtram etiam Stephanium*: ac de more Græco velut per infinitiuū ita extulit ſubaudito verbo precor, benè nos viuere & valere: ſed & propter ſuos aut amicorū ſucceſſus bibere conſueuerant, vt Horatius,

– da puer auguris

Murenæ, quod eſt Græco more dictum cauſa ſubaudita. Id eſt enim propter auguratum Murenæ vel interprete Auſonio, qui ita ſcribit, Edyllio. 15. *In qua propter mediam noctem & nouam Lunam, & Murenæ auguratum ternos tercyathos attonitus petit vates.* Inter libandum etiam benè eodē modo precari ſolebant. Ouid. lib. 2. Faſtorum.

Et bene nos, benè te patriæ pater optime Cæſar,

Dicite ſuffuſo per ſacra verba mero.

Ex lib. 24. cap. 45. Quod adiungam non magis aſſimile erit, quam Indo Scytha, cum Horatius ſcribit,

Da Lunæ properè nouæ,

Da noctis mediæ, da puer auguris

Murenæ. Tres cyathos vini petit ſibi dari. Puerum enim ad cyathum habebant, qui quot petebant cyathos vini, admetiebatur in poculumque fundebant. Sic & Græci, quos Flaccus videtur imitatus eſſe, cyathos ſibi nomine eorum miſceri petebant, quos charos habebant. Alexis apud Athenæum, παῖ τὴν μεγάλην δὸς ποιούσας φιλίας κυάθων τῶν παρόντων τέτταρας, τοὺς τρεῖς δ' ἔρωτος προσκαταδούς ἕνα θεοῦ, καὶ ἄστρων τε βασιλέως νίκης χάριν, καὶ τοὺς νεωστὶ κύαθον ἐνιμῶσι, φέρε τὸν τρίτον φίλης Ἀφροδίτης. Lunæ autem nouæ, nam ne hoc quidem omittendum eſt, cyathum poſcit, quòd menſis Calēdis veſperi epulentur, quæ feſtæ ſemper erant. Menſes enim Luna olim ducebat, primáque primus menſis dies habebatur: poſtea tamen ad curſum ſolis ex Iuliani anni correctione exacti ſunt, quod tametſi obtinebat Horatij ætate, tamen is è prima & naſcēte Luna menſis principium, vt mihi videtur, libro 3. Od. 23. Carminum intellexit, cùm ait,

Cælo ſupinas ſi tuleris manus

Naſcente Luna ruſtica Phidile: quod eſt, ſi Calendis deos precibus & ſacris placaris. Quod autem ait, *Da noctis mediæ*, id verò facit, quia & Lunæ meminerat, & ad mediam vſque noctem epulari decreuerat, & Nox ritu Romano dea cenſebatur, vt ex hoc lib. conſtat Od. 28. *Dicetur merita Nox quoq; nænia.* Auſonius autem, vt antè diximus, cauſa ſubaudiebat.

AD

AD PYRRHVM.

Od. 20.

ARGVMENTVM.

Pyrrhum monet, tam periculoſum eſſe illi, Nearchum adoleſcentem à puella quæ eum deperit, conari abſtrahere, quàm leænę catulos auferre Pyrrhum raptori, puellam leænæ, Nearchum (de quo ceu præda certatur) leænæ catulo comparat.

NOn vides, quanto moueas periclo
Pyrrhe, Getulæ catulos leænæ?
*Dura poſt paullo fugies * inaudax*
Prœlia raptor:
Cùm per obſtanteis iuuenum cateruas
Ibit, inſignem repetens Nearchum:
Grande certamen, tibi præda cedat
Maior, an illi.
Interim dum tu celereis ſagittas
*Promis, * hæc denteis acuit timendos:*
** Arbiter pugnæ poſuiſſe nudo*
Sub pede palmam
Fertur, & leni recreare vento
Sparſum odoratis humerum capillis:
Qualis aut Nireus fuit, aut aquoſa
** Raptus ab Ida.*

Non vides] ἀλληγορία eſt. Non vides (inquit) quanto periculo amanti puellæ formoſum adoleſcētem adimas? Profectò tu, qui puerum ei eripuiſti, cùm illa Nearchum ſuum abs te repeteret, bellúmque tibi ob eam cauſam inferret, non audebis cum ea prœlium inire: ſed te ſtatim in fugam coniicies, victúmque fatebere. amantem mulierem, cum leæna: adoleſcentem amatum, cum catulis comparat. Eſt autem hæc Oda ἀποτρεπτική, hoc eſt, ad diſſuadendum, & deterrendum comparata.

Getvlæ catvlos leænæ] ſuprà Od. 23. lib. 1. *tigris vt aſpera, Getulúſve leo.* Virg. li. 5. Æneid. *tergum Getuli immane leonis.*

Moveas] loco moueas, auferas, rapias. mox enim raptorem appellat.

Post pavllo] quidam libri veteres habent, *poſt paullum.* ſic Sat. 2. lib. 1. vbi libri vulgat. habent, *Illam poſt paullo: ſed pluris, ſi exierit vir, &c.* omnes ferè libri manuſcr. habent, *poſt paullum.*

Inavdax] non audax, ignauus, timidus. vox à nemine alio, quod ſciam, vſurpata.

A Raptor] Tu Pyrrhe, qui catulos ſuos leænæ rapias, ſeu rapueris.

Cùm per obstanteis ivven. cat.] ὅτε δὴ ὁμίλῳ, ſeu καθ' ὅμιλον.

Grande certamen] magnum certamen erit inter vos, vter veſtrûm ſuperior ſit futurus, id eſt, vter Nearcho ſit potiturus.

Interim dvm tv] interea dum tu ſagittas expedis, quas in eam mittas: illa tanquam leæna, denteis acuit, quibus te diſcerpat, ac laceret.

Hæc dent. acvit tim.] videtur manere in tralatione, ſeu potiùs ſimilitudine. hanc enim fœminam cum leæna comparauit, cui eripiuntur ſui catuli. ſed tamen acuere denteis magis

B videtur apris conuenire, qui ſunt è genere χαυλιοδόντων, id eſt, eorum animalium, quibus denteis ſunt exſerti, quàm leonibus, qui ſunt de genere καρχαροδόντων, id eſt, ſerratos denteis habentiū. Adiuuat me Homerus, qui ἰλ. λ. perſpicuè oſtendit, apros denteis acuere ſolere, eo loco, vbi Vlyſſem à Troianis circumuentum, cū apro comparat, quem canes, & venatores inſequuntur. ſic Homer. Ὡς δ' ὅτε κάπριον ἀμφὶ κύνες, θαλεροί τ' αἰζηοὶ Σεύονται, ὁ δέ τ' εἶσι βαθείης ἐκ ξυλόχοιο Θήγων λευκὸν ὀδόντα μετὰ γναμπτῇσι γένυσσιν, &c. i. Quemadmodum cùm circum aprum canes & iuuenes vegeti, & viuidi concitantur: ille autem prodit ex ſilueſtri

C & dumoſo loco, album dentem acuens inter flexibileis malas, &c. Sic & Cornificius lib. 4. rhetoric. ad Herenn. *Quòd ſi iſtum, iudices, veſtris ſententiis liberaueritis, ſtatim ſicut è cauea leo emiſſus, aut alia aliqua teterrima bellua ſoluta ex catenis, volitabit & vagabitur in foro, acuens denteis in cuiuſque fortunas, in omneis amicos & inimicos, &c.*

Arbiter pvgnæ, &c.] ille autē Nearchus tanquam pugnæ arbiter, & iudex, victoriā pedibus ſuppoſuiſſe dicitur, vel pugnæ euentū exſpectans, vel declarans in ſua poteſtate eſſe ſitum, vtri potiùs victoriam gratificetur, atque adiudicet. *Ponere* autem *ſub pede*, ſeu *ſub pedibus* dicūtur, qui domuerunt, qui ſunt ſuperiores, qui habent in poteſtate: quale eſt illud Lucretij libr. 1.

D *Quare religio pedibus ſubiecta viciſſim Obteritur: nos exæquat victoria cælo.* Titus Liuius lib. 34. annalium. *Argos & Lacedæmonem duas clariſſimas vrbes, lumina quondam Græciæ, ſub pedibus tuis relinquemus?* Virgil. Æn. lib. 7. *quorúmque à ſtirpe nepotes Omnia ſub pedibus, quà ſol vtrumque recurrens Aſpicit Oceanum, vertique, regique videbunt.*

Odoratis] vel roſa, vel alio ſuauis odoris flore, vt Od. 11. lib. 2. *& roſa Canos odorati capillos, Dum licet.* *Odoratus* autem participium eſt ſine origine verbi: de quo genere ſuprà ad Od. 11. li. 2.

Qvalis avt Nirevs] omnium Græcorum, Achille excepto, pulcherrimus, vt ait Hom. ἰλ. β. Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε, Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα, id eſt, Nireus, qui vir pulcherrimus ad bellum Troianum venit aliorū Troianorum,

poſt ſtrenuum Achillem. Od. 15. epod. *Formáque vincas. Nirea.*

Avt aqvosa raptvs] Ganymedes. Virgil. lib. 1. Æneid. *rapti Ganymedis honores.* aquoſam autem Idam vocat Homeri exemplo, qui πιδήεσσαν nominat, quaſi πιδακήεσσαν, id eſt, fontibus abundaorem. Hom. ἰλ. λ. Ἴδης ἐν κορυφῇσι καθίζετο πιδηέσσης: id eſt, in verticibus ſeu cacuminibus Idæ aquoſæ & fõtibus circunfluentis ſedebat.

AD AMPHORAM.

Ode 21.

Argvmentvm.

Ex qua ſe in Coruini gratiam vinum vetuſtum promturum oſtendit, & occaſione oblata vini laudes commemorat.

O Nata mecum Conſule Manlio,
** Seu tu querelas, ſiue geris iocos,*
Seu rixam, & inſanos amores,
Seu facilem pia teſta ſomnum:
** Quocumq; lectum nomine Maſſicum*
Seruas, moueri digna bono die:
Deſcende, Coruino iubente,
*Promere * languidiora vina.*
Non ille, quanquam Socraticis madet
Sermonibus, te negliget horridus:
Narratur & priſci Catonis
Sæpe mero caluiſſe virtus.
*Tu lene * tormentum ingenio admoues*
Plerumq; duro: tu ſapientium
Curas, & arcanum iocoſo
Conſilium retegis Lyæo:
Tu ſpem reducis mentibus anxiis,
*Vireíſque, & * addis cornua pauperi*
Poſt te, neq; iratos trementi
Regum apices, neq; militum arma.
Te, Liber, & ſi læta aderit Venus
Segnéſq; nodum ſoluere Gratiæ,
** Viuæq; producent lucernæ,*
Dum rediens fugat aſtra Phœbus.

Consvle Manlio] L. Manlio Torquato, L. Aurelio Cotta coſſ. Hi. P Sylla, & P. Autronio, qui erant deſignati, ambitus à ſe accu-
A ſatis, & conuictis, conſules in eorum locũ facti ſunt beneficio legis. ſic Od. 13. epod. *Tu vina Torquato moue Conſule preſſa meo.* Sed quod ad Cottam attinet, vel ei duo nomina gentilia fuerunt, vt Aurelius, & Auruncul eius diceretur, quod abſurdum dictu eſt: vel Cottarum alij Aurelij fuerunt, alij Aurũculeij: vel mendosè dicuntur Cottæ Aurelij: & omnes ſunt Auruncule ij. Nã perſpicuè Cæſar lib. 5. de bello Gallico L. Cottam Auruncul eum appellat. Altera dubitatio mihi ex eodem nomine oritur, quãobrem Iulia, quæ nubit Manlio apud Catullum, dicatur Aurũculeia. ſic enim legendum in illo epithalamio Iuliæ & Manlij *Flere deſine: non tibi Au Runculeia periculum eſt, Ne qua fœmina pulchrior Clarum ab Oceano*
B *diem Viderit venientem.*

Sev tv qver. sive ger.] nullum (opinor) vinum eſt, in quo ea propriè vis ſit innata, vt vel querelas, vel iocos, vel amores, vel ſomnum afferat: verùm, vt Oda ſuperiore, ex Athenæo oſtendimus, quædam ſunt neceſſitatis pocula, quædam Veneris & amoris, quædam rixæ & pugnæ, quædam ſomni. Præterea conſtat, vinum, cùm varia ſint hominum ingenia, ad iſtã varietatem commutari, & accommodari. verbi gratia, ſi quis iracundus natura paullò largius bibat, iracundiam ſuam ſtatim in promtu habet, ac declarat: ſi quis libidinoſus & voluptarius: libidine inflammatur: & ita de ceteris ſentiendum. vide annot. ad Saty. 4. lib. 1. ibi, *Condita cùm verax*
C *aperit præcordia Liber.*

Sev facilem, &c.] ſomni epithetum apud Hor. non cuiuſlibet, ſed quieti, lenis, placidi, & tranquilli. Sunt enim nonnulli turbidi, turbulenti, graues, implacidi, & concitati. ſic Od. 11. lib. 2. *Pellente laſciuos amores Canitie, facilémque ſomnum.*

Qvocvmqve lect. nom.] paullo antè dixit, ſe, & hanc teſtam, eiuſdem eſſe ætatis, iiſdémque coſſ. natos: nunc hoc præterea, cuiuſcumque conſulis nomen teſta pre ſe ferat, dignã eſſe, quæ ſuo loco moueatur læto aliquo die. vſus eſt autem verbo *mouendi* & Oda 13. epod. *Tu vina Torquato moue Conſule preſſa meo.* Inſcribebantur
D autem conſulum nomina in teſtis, ſeu amphoris, ſeu cadis, ad notandam vini ætatem.

Massicvm] vinum Campanum, quod in Maſſicis montibus naſcitur. ſuprà Od. 1. lib. 1. *Eſt qui nec veteris pocula Maſſici, &c.*

Descende] ex verbo deſcendendi intelligere licet, ſolitos eſſe veteres vaſa vinaria in apothecis editioribus locare. quod declarat & locus Od. 28. huius lib. *Parcis deripere horreo Ceſſantem Bibuli conſulis amphoram.* & Od. 12. lib. 4. *Nardi paruus onyx eliciet cadum: Qui nunc Sulpicijs accubat horreis:* fortaſſe vt fumum biberent, ſeu fumoſa fierent.

Promere] vel deſcende promere, id eſt, vt ex te promas, vel iubeo te promere, id eſt, iubeo te Coruino, vt promam.

Langvidiora vina] languidiora

Digitized by Google

vioa puto ea eſſe, quæ ætare maturuerunt, acerbitatémque inſitam, tempore amiſerunt, vt dixi ſuprà Od. 16.

Non ille, qvamq. S. m. Serm. te negl. horr.] quamquam pectus eſt ei præceptis philoſophicis refertum: non ita ſe præbebit horridum tamen, vt te negligat. ſimilia loquendi genera annotauimus ſup. ad Od. 8. huius libri, madet autem tranſlatè, imbutum eſt. refertum eſt. ſic Lucre. lib. 4. *Scilicet arte madent ſimulachra, &c.* vbi lib. vulg. habent, *valent*, mendosè. Propriè & magis vſitatè madere vino dicuntur vinolenti. Plautus Trinummo: *Si alia membra vino madeant, cor ſit ſaltem ſobrium.*

Narratvr et prisci Cat.] virtus Catonis περιφραστικῶς poſitum pro Catone, vt annotauimus ad Od. 5. huius lib. fuit autē hæc opinio de Catone maiore, illum vino ſe nōnumquam largiùs inuitare ſolitum eſſe, ſed falſa. Plutarchus quidem in eius vita nihil tale de eo tradit. tantum ſcribit eum delectari ſolitū cenis lautioribus, & copioſioribus, maximè cū ruſticis vicinis, nō ſolùm æqualibus, verumetiā adoleſcentibus. ſic Plut. ἦν δὲ καὶ τὸ δεῖπνον ἐν ἀγρῷ δαψιλέστερον. ἐκάλει γὰρ ἑκάστοτε τῶν ἀγρογειτόνων, καὶ περιχώρων τοὺς συνήθεις, καὶ συνδιῆγεν ἱλαρῶς οὐ τοῖς καθ' ἡλικίαν μόνοις ἡδὺς ὢν συγγενέσθαι, καὶ ποθεινὸς, ἀλλὰ καὶ τοῖς νέοις. Et M. Tull. in libello de ſenectute ſic eum loquentem facit: *Ego propter ſermonis delectationem tempeſtiuis conuiuiis delector, nec cum æqualibus ſolùm, qui pauci admodum reſtant: ſed cum veſtra etiam ætate, atque vobiſcum: habeóque ſenectuti magnam gratiam, quæ mihi ſermonis auiditatem auxit: potionis & cibi ſuſtulit.* De iuniore autem idem Plutarchus in eius vita ſcribit. προϊόντι δὲ τῷ χρόνῳ μάλιστα προσίετο τὸ πίνειν· ὥστε πολλάκις ἐν οἴνῳ διάγειν εἰς ὄρθρον, &c. διὸ καὶ Μεμμίου τινὸς ἐν συλλόγῳ φήσαντος, ὅλας τὸν Κάτωνα μεθύσκεσθαι τὰς νύκτας, ὑπολαβὼν ὁ Κικέρων, ἐκεῖνο δὲ οὐ λέγεις, εἶπεν, ὅτι καὶ τὰς ἡμέρας ὅλας κυβεύει. id eſt, progreſſa autem iam ætate maximè recipiebat compotationes, vt ſæpe vſque ad horam matutinam in vino permaneret, &c. Itaq; cùm Memmius quidam in conuentu dixiſſet Catonē totas noctes ebrium eſſe; ſuſcepto ſermone Cicero, at illud non addis (inquit) etiam totos dies cum alea ludere.

Tv lene tormentvm] Plato lib. de legib. in extremo ait, nullum eſſe tormentum minus ſumtuoſum, minúſq; periculoſum, quàm vinum, ad explorandos & exquirendos hominū affectus & mores. Verba Platonis ſunt hæc: καὶ μηνύειν δὴ λέγων οὐκ ἄν τις ποτὲ ἀνύσειεν, ὅσῳ διαφέρει τὸ μετὰ παιδιᾶς τὴν τοιαύτην ἄνευ μισθοῦ ζημιώδους, ἦθος ψυχῆς θεωρεῖν. καὶ δὴ τοῦτο μετ' αὐτὸ περί γε τούτων οὔτ' ἂν Κρῆτας, οὔτ' ἄλλους ἀνθρώπους οὐδένας οἰόμεθα ἀμφισβητῆσαι μὴ οὐ πεῖραν τε ἀλλήλων ἐπιεικῆ ταύτην εἶναι, τό τε εὐτελείας καὶ ἀσφαλείας, καὶ τάχους διαφέρειν πρὸς τὰς ἄλλας βασάνους. i. *Et, vt quis res*

A *mirabileis proferat, nihil proficiat, neque dicendo conſequi poſſit, quanto præſtet cum ludo & ioco, aliúdque agēdo, ſine iactura ingenium & mores animi ſpectare atque explorare. Atque hoc ſanè neque Cretas, neque alios vllos homines in controuerſiam vocaturos exiſtimamus, hanc probationem de ingenio mutuo eſſe modeſtam, & laudabilem, & hoc genus probationis cùm minimo ſumtu fiat, tum omni periculo vacare, & præterea ſi cum aliis probationibus comparetur, maxima celeritate conſtare.* huc pertinet locus ille in epiſt. ad Piſon. *Reges dicuntur multis vrgere culullis, Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborant, An ſit amicitia dignus.* & epiſt. ad Lollium 1. lib. 1. *Commiſſúmque teges & vino tortus, & ira.* ſignificat autem Horatius, ingenia ſeueriora, & aſperiora, vino interdum le-

B niri ac temperari: vel vino tanquam tormento quodam, explorari, & ſpectari qualia ſint. Lene autem dixit, quia alia tormenta, aſpera, grauia, moleſta, & acerba ſunt.

Tv sapientivm cvras, &c.] tu, ſapientium graueis cogitationes & conſilium reconditum, vino aperis, & in lucem profers.

Tv spem red. mentib.] ſic ſup. Od. 17. lib. 1. *Quis poſt vina grauem militiam, aut pauperiem crepat?* & epiſt. ad Torq. lib. 1. *Quid non ebrietas deſignat? operta recludit: Spes iubet eſſe ratas, &c.* extāt in hanc ſententiam apud Athen. lib. 2. aliquot Diphili verſus, quos me non pigebit aſcribere. Nam hunc locum non ſolùm illuſtrabunt, verùm etiam explicabunt. ſic igitur Diph.

C Ὦ πᾶσι τοῖς φρονοῦσι προσφιλέστατε Διόνυσε καὶ σοφώτατ', ὡς ἡδύς τις εἶ. Ὅταν ταπεινὸν μέγα φρονεῖν ποιῇς μόνος, Τόν τὰς ὀφρῦς αἴροντα συμπείθεις γελᾶν· Τόν τ' ἀσθενῆ τολμᾶν τι, τὸν δειλὸν θρασύν. id eſt, ô prudentibus omnibus cariſſime Dionyſe, & ſapientiſſime: quàm iucundus es, cùm tu ſolus humilem & abiectum magnos ſibi ſpiritus ſumere facis: triſtem, & cōtrahentem aut tollentem ſupercilia, ad ridendū impellis; infirmū, atque imbecillum audere aliquid cogis: timidum atque ignauum, audacē efficis. eôdē pertinēt illa Plat. li. 1. de leg. de vino. πίοντα τὸν ἄνθρωπον, αὐτὸν αὑτοῦ ποιεῖ πρῶτον ἵλεων εὐθὺς μᾶλλον, ἢ πρότερον, καὶ ὁπόσῳ ἂν πλέον αὐτοῦ γεύηται, τοσούτῳ πλειόνων ἐλπίδων

D ἀγαθῶν πληροῦται, καὶ δυνάμεως εἰς δόξαν, καὶ τελευτῶν δὴ πάσης ὁ τοιοῦτος παρρησίας, ὡς σοφὸς ὤν, μεστοῦται, καὶ ἐλευθερίας, πάσης δὲ ἀφοβίας, ὥστε εἰπεῖν τε ἀόκνως ὁτιοῦν, ὡσαύτως δὲ καὶ πρᾶξαι, id eſt, hominē, qui biberit, primū efficit placidiorem, quā erat anteà, & quo plus de eo guſtarit, tanto illi plureis bonas ſpes præbet, tanto plus virium ad gloriam & exiſtimationem ſuppeditat. ad extremum igitur omni orationis licentia ac libertate, quaſi ſapiens ſit, omníque confidentia, atque audacia completur, ita vt quiduis ſtrenuè atque impigrè & dicat pariter & agat. Ariſtophan. ἱππεῦσι. Ὁρᾷς; ὅταν πίνωσιν ἄνθρωποι, τότε Πλουτοῦσι, διαπράττουσι, νικῶσι δίκας, Εὐδαιμονοῦσιν, ὠφελοῦσι τοὺς φίλους. i. Videſne; cùm bibunt homines: tunc di-

Digitized by Google

uites ſunt, rem ſuam bene gerunt, ſuperiores è iudiciis diſceduot, beati & fortunati ſuor, amicis ſuis ſunt vtiles.

Et addis corn. pavp.] id eſt, pauperem efficis audacem, & pugnacem, & certandi cupidum. Cornua Baccho affingi notum eſt: qua de re ſuprà diximus ad Odam 19. lib. 2. ibi, *aureo Cornu decorum.*

Trementi] cum tremore timenti, vt infrà Od. 27. eiuſd. lib. *palluit*, poſitũ pro cum pallore extimuit. & *& ſcatentem Belluis pontum, mediáſque fraudes Palluit audax.* & paueat pro cum pauore timeat. Oda 5. lib. 4. *Quis Parthum paueat?*

Regvm apices] id eſt, Regum maieſtatem, potentiam, faſtigium. ſup. Od. 35. li. 1. *hinc apicem rapax Fortuna cum ſtridore acuto Suſtulit, &c.* iratos autem *regum apices* dixit pro, *regum iratorum apices*, per hypallagen. *Apex* (inquit Feſtus) *qui eſt ſacerdotum inſigne, dictum eſt ab eo, quòd comprehendere vinculo, antiqui apere dicebant, &c.* Ab hoc apice dictum id, quod eminet.

Segnesqve nod. sol. Grat.] id eſt, quæ non facilè concordiam diſſoluunt: quæ vſq; adeò arctis, & firmis vinculis inter ſe coniunctæ ſunt, vt ægrè diſſideant, aut diſtrahantur. *ſegnes ſoluere* autem genus eſt loquendi Græcum, vt annot. ad Od. 8. lib. 4. Seruius ad locum illum Virgil. lib. 1. Æneid. *at memor ille Matris Acidaliæ*, notat, Gratias iccirco cõnexas, & colligatas fingi, ac pingi, quia inſolubileis eſſe decet. quod ſpectauit Horat. (inquit) cùm dixit, *Segnéſque nodum ſoluere Gratiæ.*

C

Vsvæqve prod. lvc.] id eſt, totam noctem biberit, & Veneri indulgebitur. tota nox in vino, & hilaritate conſumetur. ſic ſuprà Od. 8. huius lib. *& vigileis lucernas Perfer in lucem.* ad quem locum annotauimus, Romanos illos veteres, atque etiam Græcos, cenas ſuas totam noctẽ producere ſolitus eſſe. crebra certè lucernarum, & lychnorum apud ſcriptores, cùm de cenis loquuntur, mentio ſatis declarat, eos noctu cenare conſueuiſſe. ſuprà idem Horatius ſignificans multùm intereſſe inter arma, & conuiuia, ſic loquitur, *Vino & lucernis Medus acinaces Immane quantum diſcrepat.* M. Tull. pro Cœlio, *Quàm volent in conuiuiis faceti & dicaces, nonnunquam etiam ad vinum diſerti ſint: alia fori vis eſt, alia triclinij: alia ſubſelliorum ratio, alia lectorum. non idem iudicum, comiſſatorúmque conſpectus. lux denique alia ſolis, & lychnorum.*

D

Vivæqve] accenſæ, ardentes, non exſtinctæ. ignem enim viuere & mori dicimus, vt animantem quendam. notauimus ad Lucretiũ: ibi, *& viuant labentes ætheris ignes.* lib. 1.

TVRNEBVS.

Ex lib. 19. cap. 29. *Segneſq; nodum ſoluere Gratiæ*, dicitur ab Horatio, quòd inter ſe ſemper cõiunctæ & implexæ ſunt, Sic apud Maronem 8. Æneid. *corripit in nodum*, eſt manibus complexis

A

conſtrictum tenet: Sic D. Ambroſius in libro de virginibus ſcripſit, *Videris piam matrem ſtringentem nodo manus.* Iterum, *& religioſum quem ſtrinxerat nodum nec morte laxabat.* Seneca lib. 1. de Benefic. de Gratiis, *quare tres Gratiæ, & quare ſorores ſint, & quare manibus implexis?* Iterum, *quid ille conſertis manibus in ſe redeuntium chorus?* Ego iſta ſcio non pluris eſſe, quàm nænias; Sed hinc aliorum merces precium conſtabit ſuum.

Ex lib. 30. cap. 11. Hoc logo *ſegnes nodum ſoluere* dicit: quod, vt rent, implexis & conſertis inter ſe manibus eſſent: neque enim commodior excogitari fortaſſè interpretatio poteſt, præſertim cùm ſubnixa ſit Senecæ auctoritate, cuius fiducia audacius loquitur. Seneca autem ita ſcribit, *Quare tres Gratiæ, & quare ſorores, & quare manibus implexis? Iterum, Quid ille manibus conſertis in ſe redeuntium chorus?*

B

IN DIANAM.

Od. 22.

ARGVMENTVM.

Dianæ conſecrat pinum villæ ſuæ propinquam, & quotannis verris immolati ſanguine arborem hanc aſperſurum ſe vouet.

Montiũ cuſtos, nemorúmq; virgo,
Quæ laboranteis vtero puellas
Ter vocata audis, adimíſque letho
Diua triformis:
** Imminens villæ tua pinus eſto:*
Quam per exactos ego lætus annos,
Verris obliquum meditantis ictum,
Sanguine donem.

Montivm cvst. nem.] ὀρέων ἐπίσκοπε Od. 21. lib. 1. *Vos lætam fluuiis & nemorum coma, &c.* Virgil. lib. 1 Æn. *Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi Exercet Diana choros: quam mille ſecutæ Hinc atque hinc glomerantur Oreades.*

Qvæ laboranteis vtero pvell.] Eandem eſſe Dianam, Ilithyiam, Lucinam, Genitalem, ex hoc loco, & ex carmine ſæculari pro imperio populi Romani, intelligere licet: quo in carmine tribus his poſtremis nominibus eam appellat. *Rite maturos aperire partus Lenis Ilithya, tuere matres, Siue tu Lucina probas vocari, Seu Genitalis.* de qua ſic M. Tull. 2. de natur. deor. *Dianam autem eandem eſſe putant, à lucendo vtramque nominatam. Itaque & apud Græcos Dianam, eámque Luciferam: ſic apud nos Iunonem Lucinam in pariendo inuocant: quæ eadem Diana omniuaga dicitur, non à venando: ſed quòd in ſeptem numeratur tanquam vagantibus.*

Diana

A *Diana dicta, quia noctu quaſi diem efficeret. Adhibetur autem ad partus, quòd hi matureſcunt aut ſeptem nonnunquam, at plerúmque nouem Lunæ curſibus: qui, quia menſa ſpatia conficiunt, menſes nominantur. concinnéque, vt multa, Timæus, qui, cùm in hiſtoria dixiſſet, qua nocte natus Alexander eſſet eadem Dianæ Epheſiæ templum deflagrauiſſe, adiunxit, minime id eſſe mirandum, quòd Diana, cùm in partu Olympiadis adeſſe voluiſſet, afuiſſet domo*, hactenus M. Tull. Sed cùm Diana Latonæ: Ilithyia autem Iunonis ſit filia: qui poteſt eſſe eadem Diana & Ilithya? Atqui Pindarus Nem. carmine ſexto, Ilithyiam, & Iunonis eſſe filiam, & præſtò adeſſe partubus, non obſcurè ſignificat. Ilithyia (inquit) quæ Parcis

B aſſides, filia Iunonis, filiorum genitrix: ſine te neque diem, neque noctem aſpicimus, neque pubeſcimus. Pindari verba ſunt hæc, ſi quis magis delectatur Græcis: Ἐλείθυια πάρεδρος μοιρᾶν βαθυφρόνων, παῖ μεγαλοσθενέος, ἄκουσον, Ἥρας, γενέτειρα τέκνων· ἄνευ σέθεν οὐ φάος, οὐ μέλαιναν δρακόντες εὐφρόναν τεὰν ἀδελφεὰν ἐλάχομεν ἀγλαόγυιον Ἥβαν. Heſiodus item Ilithyiam Iunonis filiam facit in Theogon. ἡ δ' Ἥβην καὶ Ἄρηα, καὶ εἰλείθυιαν ἔτικτεν. Homerus autem Ilithyiam, μογοστόκον, quaſi μογοτόκον, quod valet πονοῦσαν περὶ τοὺς τόκους, id eſt, laborantem, ſeu occupatam in partubus, appellat ιλ. π. his verbis: Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τόν γε μογοστόκος εἰλείθυια Ἐξάγαγε πρὸ φόωσδε, καὶ ἠελίου ἴδεν αὐγάς. & ιλ. λ. numero multitudinis μογοστόκους εἰλειθυίας Iunonis filias appellat. Ὡς δ'

C ὅταν ὠδίνουσαν ἔχῃ βέλος ὀξὺ γυναῖκα Δριμύ, τό τε προϊεῖσι μογοστόκοι εἰλείθυιαι Ἥρης θυγατέρες. id eſt, Quemadmodum autem cùm telum acutum atque amarum, mulierem partus dolores ſentientem tenet, tum procedunt Ilithiæ partus laborem leuantes, Iunonis filiæ, &c. & Theocritus εἰδ. λϛ. μογοστόκον Ἄρτεμιν. Pauſanias quoque aliam facit à Diana, & Iunonis filiā dicit haberi: quin etiam eam Latonæ partum adiuuiſſe ab Hyperboreis profectam: ceteros homines autē Ilithyiæ nomen ab his didiciſſe: Delios quoque ei ſacrificare, & carmen in eius laudem de partus doloribus cantare: Cretas verò exiſtimare Ilithyiam in Cnoſſia regione natam, & Iunonis filiam eſſe. Pauſaniæ verba ſunt hæc: Att. ἐλθοῦσαν ἐξ Ὑπερβορέων εἰς Δῆλον, γενέσθαι

D βοηθὸν ταῖς Λητοῦς ὠδῖσι. Τοὺς δ' ἄλλους παρ' αὐτῶν φασὶ τῆς εἰλειθυίας μαθεῖν τὸ ὄνομα· καὶ θύουσι δὲ τῇ εἰλειθυίᾳ Δήλιοι· καὶ ὕμνον ᾄδουσιν ὠλῆνος. Κρῆτες δὲ τῆς χώρας τῆς Κνωσσίας ἐν Ἀμνισῷ γενέσθαι νομίζουσιν εἰλείθυιαν, καὶ παῖδα Ἥρας εἶναι. Idem Arcad. narrat ſe Ilithyiæ ſtatuam vidiſſe apud Agyenſeis à Daſmophonte factam, quæ tota eſſet à capite vſque ad calcem veſte textili tecta, cuiuſque nihil eſſet nudum, præter faciem, & extremas manus, & pedes: eius alteram manum porrectam eſſe, & explicatam: alteram facem tenere: quæ res vnum è duobus ſignificaret, vel partus dolores mulieribus inſtar ignis eſſe: vel illam pueros ex vtero matris in lucem,

A atque in luminis oras (vt ait ille) protrahere. verba Pauſaniæ ſunt hæc: εἰλειθυίᾳ δ' εἰκάσαι τις ἂν εἶναι δᾷδας, ὅτι γυναιξὶν ἐν ἴσῳ καὶ πῦρ εἰσὶν αἱ ὠδῖνες. Ἔχοιεν δ' ἂν λόγον καὶ ἐπὶ τοιῷδε αἱ δᾷδες, ὅτι εἰλείθυια ἐστὶν ἡ εἰς φῶς ἄγουσα τοὺς παῖδας. Plato autem in Theæteto eandem eſſe Dianam, & Ilithyiam putat, vt ex eius verbis perſpicuum eſſe poteſt. αἰτίαν δὲ τοῦ οὐδεμίαν γυναῖκα αὐτὴν κυϊσκομένην τε καὶ τίκτουσαν ἄλλας μαιεύεσθαι, φασὶν εἶναι τὴν Ἄρτεμιν, ὅτι ἄλοχος οὖσα τὴν λοχείαν εἴληχε, id eſt, cauſam autem, cur nulla mulier, quæ ipſa grauida fieri, & parere poſſit, obſtetricis munere fungatur, aiunt hanc eſſe, quòd Diana à pariendo immunis maturandorum, & procurandorum partuum prouinciam nacta eſt.

B Plutarch. Sympoſ. 3. probl. 1. de luna loquens: Λέγεται δὲ καὶ πρὸς εὐτοκίαν συνεργεῖν. ὅταν ᾖ διχόμηνος, ἀνέσει τῶν ὑγρῶν μαλθακωτέρας παρέχουσα τὰς ὠδῖνας: ὅθεν οἶμαι καὶ τὴν Ἄρτεμιν, λοχείαν, καὶ εἰλείθυιαν οὐκ οὖσαν ἑτέραν ἢ τὴν σελήνην ὠνομάσθαι. id eſt, aiunt autem lunam etiam ad pariendi facilitatem, & felicitatem adiumento eſſe, cùm eſt ſemiplena, remiſſione & relaxatione rerum liquidarū & humidarum partus dolores efficientē molliores, & leuiores. Ex quo arbitror etiā Dianam Lochiam, id eſt, partuum præſidem, atque arbitram, & Ilithyiam, vt pote quæ non ſit alia à luna, eſſe nominatam. Idem Plutarchus ibidem lunam à Timotheo quodam ὠκυτόκον oſtendit

C eſſe appellatam, id eſt, ad accelerandos partus vtilem. Plautus, Terentius, Varro, Catullus, & ceteri Latini, Iunonem Lucinam cōiunctè, vel Lucinam tantùm efferunt. Teren. Heautontim. *Iuno Lucina fer opem.* & item alibi. Plaut. Aulul. *Iuno Lucina tuam fidem.* Catull. in carmine ſæculari ad Dianam, *Tu Lucina dolentibus Iuno dicta puerperis: Tu potens Triuia, & notho es Dicta lumine luna.* Plautus in Truculento, *date mihi huc ligna, atque ignem in aram, vt venerer Lucinam deam.* Varro lib. 4. de lingua Lati. *quæ ideo videtur à Latinis Iuno Lucina dicta, vel quod terram, vt phyſici dicunt, iuuat, & lucet: vel quod ab luce eius, qua quis conceptus eſt, vna iuuat, donec menſibus actis produxit in lucem. Facta igitur à iuuando, & luce Iuno Lucina: à quo parientes eam inuocant. Luna enim naſcentium dux, &c.*

D ſic Horat. Od. 5. epod. *Per liberos te, ſi vocata partubus Lucina veris affuit.* Dionyſ. Halicarn. lib. 3. εἰλείθυιαν Ρωμαῖοι καλοῦσιν Ἥραν φωσφόρον. Ilithyiam appellant Romani Iunonem luciferam. Theocritus ἐγκωμ. Πτολεμ. εἰλείθυιαν, λυσίζωνον, id eſt, ſoluentem zonam appellat. Ἔνθα γὰρ εἰλείθυιαν ἐβώσατο λυσίζωνον Ἀντιγόνας θυγάτηρ βεβαρημένα ὠδίνεσσιν. Ἡ δέ οἱ εὐμενέοισα παρίστατο. id eſt, hîc enim Ilithyiā inclamauit, quæ zonam ſoluit, Antigonæ filia doloribus partus grauiter affecta. Illa autem ei præſtò futura, & apud eam permanſura adſtabat. Virgil. etiam ad equas transfert Georg. 3. *Ætas Lucinam, iuſtóſque pati Hymenæos Deſinit antè decem: poſt quattuor incipit annos.* Oppianus lib. 1. partus dolores omnibus

Digitized by Google

animantibus acerbos, & moleſtos eſſe ſignifi- A cans, ſic ait, Ὡς οὐ ῥηιδίην γενεὴν, οὐδ' ἰχθύσι μοῖραι Ὤπασαν, οὐδ' ἄρα μοῦνον ἐπιχθονίῃσι γυναιξὶν Ἄλγεα, πάντῃ δ' εἰσὶν ἐπαχθέες εἰλείθυιαι. i. Quàm non facilem ortum, ſeu naſcendi rationem ne piſcibus quidem fata tribuerunt! neque terreſtribus ſolùm fęminis dolores incidunt, omni autem in loco graues ſunt Ilithyæ! Cur eadem genitalis dicatur, ex iis, quæ ſuprà expoſita ſunt, intelligere licet: qua de re tamen nonnihil dicemus ad carmen illud ſæculare, quod eſt poſt epod.

Diva triformis] τρίμορφος. Athenæus lib. 7. ait Apollodorum ſcribere in libris de Diis, triglam Hecatæ immolari propter communitatẽ, & coniunctionẽ nominis. Deã enim eſſe B triformem. ſic Athen. Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς περὶ θεῶν τῇ Ἑκάτῃ φησὶ θύεσθαι τρίγλην διὰ τὴν ὀνόματος οἰκειότητα· τρίμορφος γὰρ ἡ θεός. citat & Charicliδæ cuiuſdam verſum: Δέσποιν' Ἑκάτη τριοδῖτι, τρίμορφε, τριπρόσωπε, τρίγλαις κηλευμένη, id eſt, ó regina Hecate, triuia, triformis, triplicem vultum, ſeu perſonam gerens, quæ triglis mulceris. iccircò autẽ triformem appellari dicunt alij, quòd eadem ſit Diana, & Lucina, & Hecate, ſeu Proſerpina. Virgil. Æneid. 4. *Tergeminámque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.* eandem, Triuiam appellat Ennius vel quòd in triuio ponitur, vel quòd in cælo tribus viis mouetur, in altitudinem, latitudinem, & longitudinem. Seruius ad illum Virg. locũ, *numero Deus impare gau-* C *det.* Pharmaceutr. notat, *Dianam dicit propter triplicem eius poteſtatẽ.* hactenus Seru. Triplicem autẽ poteſtatem intelligit, in cœlo, in terris, ſub terris, ſeu apud inferos. Quidã tradiderunt, Dianã fingi ſolitam ſpecie humana, equina, canina: atque iccirco triformem dictam. Alij quia luna, quæ Diana eſt, modò ſit ἀμφίκυρτος, id eſt, gibboſa, ſeu gibbera, ſeu μηνοειδής, modò διχότομος, id eſt, dimidiata: modò plena.

Imminens villæ tua p.] id eſt, pinus, quæ villæ meæ imminet, tua eſto. his verbis hanc pinum Dianæ conſecrat.

Exactos] confectos. *per exactos annos*, id eſt, quotannis.

Obliqvvm meditantis] qui dum D cæditur, conetur morſione obliqua eum, à quo cædatur, malè multare: vel qui videatur ſeſe ad obliquas morſiones aſſuefacere, & exercere. hæc enim vis eſt verbi *meditandi* propria, quod à Græco μελετᾶν tractum eſt.

TVRNEBVS.

Ex lib. 29. cap. 25. *Verris obliquum meditantis ictum*, & ex animantis illius natura, obliquo ſemper ictu dentis homines ferientis: & Homeri exemplo dixit, apud quem ſcribitur, δοχμώ τ' ἀΐσσοντε περὶ σφίσιν ἄγνυτον ὕλην.

AD PHIDILEM.

Od. 23.

ARGVMENTVM.

Suadens, vt deos puris manibus, & conſcientia bene actæ vitæ colat.

CÆlo ſupinas ſi tuleris manus
Naſcente luna, ruſtica Phidile:
Si ture placaris, & horna
Fruge Lareis, auidáque porca:
B *Nec peſtilentem ſentiet Africum*
Fæcunda vitis, nec ſterilem ſeges
Rubiginem, aut dulces alumni
** Pomifero graue tempus anno.*
*Nam, quæ niuali paſcitur * Algido*
** Deuota, quercus inter, & ilices:*
Aut Creſcit Albanis in herbis
Victima, pontificum ſecureis
Ceruice tinguet. te nihil attinet
Tentare multa cæde bidentium
*Paruos * coronantem marino*
C *Rore deos, fragilique myrto.*
** Immunis aram ſi tetigit manus:*
Non ſumtuoſa blandior hoſtia,
Mollibit auerſos Penateis
Farre pio, & ſaliente mica.

Cælo svpinas] notat interpres Homer. ad illum verſum, Ἰλιάδ. η. Λαοὶ δ' ἠρήσαντο, θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον, id eſt, *gentes autem precati ſunt, & ad deos manus ſuſtulerunt*, ſolitos eſſe heroas manibus in cælum ſublatis Iouem, ceteróſque deos cæleſteis precari marinos, ad mare porrectis: manes, & inferos, ter- D ra percuſſa. Primi moris exempla ſunt hæc. Virgil. Æneid. 1. *Ingemit, & duplices tendens ad ſidera palmas, Talia voce refert.* Idem ſecundo Æneid. *Suſtulit exutas vinclis ad ſidera palmas.* Idem Æneid. tertio, *Tendóque ſupinas Ad cælum cum voce manus.* & quarto, *Multa Iouem manibus ſupplex oraſſe ſupinis.* Lucretius lib. 5. *& pandere palmas Ante Deûm delubra.* Salluſt. coniur. Catil. *manus ſupplices ad cælum tendere, miſerari paruos liberos, rogitare Deos.* Hom. ὀδυσ. ι. Εὔχετο χεῖρ' ὀρέγων εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα, id eſt, precabatur manum porrigens ad cælum ſtellatum. Apollon. lib. 1. ἀργ. αἱ δὲ γυναῖκες Πολλὰ μάλ' ἀθανάτοισιν ἐς αἰθέρα χεῖρας ἄειραν Εὐχόμεναι νόστοιο τέλος θυμηδὲς ὀπάσσαι, id eſt, mulieres autem

autem valde multùm ad deos immortaleis in cælum manus ſuſtulerunt, orantes vt iucundum reditum darent. præ lætitia manus ad cælum tollit ille apud Horat. Sat. 5. lib. 2. *donec ebe iam, Ad cælum manibus ſublatis, dixerit, vrge.* Secũdi hoc nũc mihi exemplum ſuccurrit. Virgil. Æneid. 4. *Ni palmas ponto tendens vtráſque Cloanthus Fudiſſétque preces, diuóſque in vota vocaſſet: Dij, quibus imperium pelagi.* Poſtremi ſunt hæc. Eurip. ἑκαβ. Ω χθόνιοι θεοί, σώσατε παῖδ' ἐμόν, ὃς μόνος, οἴκων ἀγκυρά τ' ἐμῶν, τὴν χιονώδη Θρῄκην κατέχει. id eſt, ô inferi, ſeu terreſtres dij: ſeruate filium meũ, qui ſolus ædium mearum ancora Thraciam niuoſam tenet. ad quem locum vetus interpres ἀνόνομος notat, hiſtrionem, cùm hæc verba loqueretur, terram pedibus pulſaſſe. Idem Oreſt. πότνια, πότνια νύξ, ὑπνοδότειρα τῶν πολυπόνων βροτῶν, Ἐρεβόθεν ἴθι, id eſt, o veneranda, veneranda nox, quæ ſomnum largiris laborioſis mortalibus: ex Erebo prodi. Hom. ιλ. ι Πολλὰ δὲ καὶ γαῖαν πολύφορβον χερσὶν ἀλόια Κικλησκουσ' ἀίδην, καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν, id eſt, ſæpe autem etiam terram multa alimenti genera hominibus præbentem manibus pulſabat. Plutonem inuocans: & laudabilem Proſerpinam, idem & cùm mortuos appellabant. M. Tull. Tuſcul. 2. *Tum Cleanthem, cùm pede terram percuſſiſſet, verſum ex Epigonis dixiſſe ferunt, Audíſne hæc, Amphiarae, ſub terram abdite? Zenonem ſignificabat, à quo illum degenerare dolebat.*

Rvstica phidile] libri aliquot veteres habent, *ruſtica Pinilide.* ego nihil muto: quamquam legendum potiùs fortaſſe eſt *Pheidile*, vt intelligamus, ſignificari nomine ipſo puellam quãdam ruſticam, parcam, & à ſumtu abhorrentem.

Horna frvge] hornotina. huius anni. Od. 2. epod. *Et horna dulci vina promens dolio.* M. Tull. Verr. de anteactis. *frumentum hornotinum,* Propert. lib. 4. *Illa dies hornis cædem denunciat agnis.*

Avidáqve porca] cur Laribus porcã, ſeu porcum veteres immolarent, annotatum eſt ſuprà ad illum locum, *& porco bimeſtri.* Oda 17. eiuſdem libri.

Sterilem rvbiginem] Virgilius Georg. 1. *malum* vocat. *Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos Eſſet rubigo.* aſperam appellat Ouidius.

Pomifero grave temp. anno.] auctunnum ſignificat, quem pomiferum item appellat Od. 7. lib. 4. *ſimul Pomifer auctunnus fruges effuderit.* & Od. 2. lib. epod. ſic deſcribit. *Vel cum decôrum mitibus pomis caput Auctunnus aruis extulit.* graue autem tempus hoc loco dicit, quia peſtilens, & inſalubre, vt Satyr. 6. lib. 2. *Auctunnúſque grauis Libitinæ quæſtus acerbæ.* φθινόπωρον vocant Græci. ordo eſt: aut dulces alumni graue tempus non ſentiant anno pomifero, id eſt, anni parte pomifera, nempè auctunno.

Nivali Algido] Algidum, mons, & vrbs eiuſdem nominis. ſuprà Od. 12. lib. 1. *gelidum* appellat. Od. 4. li. 4. *Nigræ feraci frondis in Algido.*

Devota] vota, & promiſſa, ſeu obligata ex voto. ſic deuotos appellat Cæſar. lib. 3. de bello Gallico, ſoldurios illos, qui, cuius amicitiæ ſe deuouiſſent, cum eo omnibus in vita commodis fruebantur: omnia rurſus incommoda, & mala perferebant. ſuprà arborem illam, cuius caſu propemodum oppreſſus eſt, deuotam nominauit, Od. 4. eiuſd. lib.

Victima ouis bima, ſeu bidens: vel maior aliqua hoſtia, [vt taurus candidus, qui immolabatur in monte Albano à pontifice. Arnobius lib. 2. in Albano antiquitus monte nullos alios licebat, quàm niuei tauros immolare candoris.]

Pontific. secvr. Cervi. ting.] à pontificibus publicè immolabitur.

Bidentivm] *bidentes* (inquit Feſtus) *ſunt pecudes, ſeu oues, quæ duos dentes cæteris longiores habẽt.* ſed alij, quorum ſententia à doctis probatur magis, aiunt bidenteis dictas eſſe, quaſi biennes. quòd bimæ immolarentur. Virgil. lib. 5. Æneid. *cædit quinas de more bidenteis.* Idem 6. *totidem lectas de more bidenteis.*

Parvos coronantem, &c.] te, quæ paruos deos habes domi.

Marino Rore] rore marino, ſeu roſmarino, coronario ſcilicet, quem deſcribit Dioſcor. lib. 3. cap. 89.

Immvn. aram si tetig.] manus immunis propriè, quæ nihil porrigit, inanis, vt Od. 12. lib. 4. *non ego te meis immunem meditor tingere poculis*, id eſt, nihil afferentem. & epiſt ad Villic. lib. 1. *Quem ſcis immunem Cynaræ placuiſſe rapaci.* Virg. lib. 4. Georg. *Immuniſque ſedens aliena ad pabula fucus.* ſed hoc loco videtur ſubaudiri, à ſcelere: vt ſit, manus à ſcelere, aut culpa immunis: & ita Acr. & Porph. Sed videri poſſit, hoc loco *immune* ſignificare *improbum*: quemadmodum apud Plautum, *immane*, ſeu *immœne eſt facinus*, vt docet Feſtus. quod ſi cui placeat, dicendum erit, hanc eſſe huius loci ſententiam. Si manus improba, & impura deorum aram tanget, id eſt, ſi mẽte impura deôs orabis, ſumtuoſa hoſtia deos non mollies, neque efficies ſacrificiorũ ſumtu, vt tuæ victimæ diis ſint gratiores: ſed farre pio, & ſaliente mica deos placabis Solebant autem orantes aram tangere, ſeu tenere. Itaque Varro rerum diuinar. lib. 5. (vt refert Macrob. lib. 3.) *ſcribit, aras primum anſas dictas, quod eſſet neceſſarium à ſacrificantibus eas teneri: quemadmodum vaſorum anſas tenere & prendere ſolemus.* ad quem morem reſpiciens Virg. Æn. 12. vt & hîc Horatius, Latinum Regem ſic facit loquentem. *Tango aras, medióſque igneis, & numina teſtor.* idem Æn. 4. *Talibus orantem dictis, aráſque tenentem* & lib. 6. *Talibus orabat dictis, aráſque tenebat.* & M. Tull. pro Flacco. *qui ſi aram tenens iuraret, crederet nemo, per epiſtolam, quod volet, iniuratus probabit?*

Non svmt. bland. host. &c.] *ſumtuoſa hoſtia* ſunt ſeptimi caſus: hæcq́; eſt huius loci ſententia. ſi tua manus immunis, id eſt, ſine vlla victima, vel, vt alij, innocens, aram tetigit,

æquè placabit & flectet deos familiareis farre, & A
mica ſalis, nihilo gratior Diis futura propter ſumtuoſam aliquam hoſtiam. quòd ſi immunis pro improbo accipiatur, ſic erit hic locus explicandus, vt paullò antè diximus, ad illa verba, *immunu aram &c.* Plato in Alcibiade β. perſpicuè oſtendit, Deos immortaleis, ſumtuoſas hoſtias non ſpectare, ſed animorũ integritatem, & preces, ſeu bona verba, quam ille appellat εὐφημίαν: idque Ammonis oraculo reſponſum eſſe dicit. Cùm enim quondam inter Athenienſeis ac Lacedæmonios diſſidium, bellumque grauiſſimum natum eſſet: accideret autem, vt multis prœliis mari & terra commiſſis, ſemper Athenienſes magna clade accepta inferiores diſcederent, eos indignanteis & conſilij inopia laboranteis, neque B
vllum malorum præſentiu remedium reperienteis, decreuiſſe tandem quã optimum eſſe Iouem Ammonem hac de re conſulere, & præterea rogare quare vincerentur, cùm ipſi hoſtias omnium Græcorum & plurimas & pulcherrimas diis immortalibus immolarent, eorũmq; templa plurimis & cariſſimis donis ornarẽt, pompas denique facerẽt ſolemneis & magnificentiſſimas, & ſumtuoſiſſimas, Lacedæmonij autem nihil quicquam tale omninò curarẽt, immò verò ita eſſent in hac re negligentes, vt ſæpe hoſtias mancas ac debileis mactarent, cùm eſſent nihilo minus opulenti, quàm Athenienſium ciuitas: hoc vnum reſpõdiſſe Ammonem, Lacedæmoniorum εὐφημίαν, id eſt, bona verba, Deo eſſe gratiora, quam vni- C
uerſas Græcorũ victimas. bona verba autem Socrates interpretatur preces ritè conceptas, & iuſtas: aitque hominibus magnopere eſſe cogitandum, & videndum, quas preces diis immortalibus nuncupent. Deos enim immortaleis neque bobus auratis, neque talibus victimis, neque precibus maledicentiæ quam Græci blaſphemiam nominant, plenis, ſed bonis dictis placari. Δεινὸν γὰρ ἂν εἴη (inquit) εἰ πρὸς τὰ δῶρα καὶ πρὸς τὰς θυσίας ἀποβλέπουσιν ἡμῶν οἱ θεοί, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὴν ψυχήν. & mox. οἱ δὲ ἅτε ἀδωροδόκητοι ὄντες, καταφρονοῦσιν ἁπάντων τούτων, &c. id eſt, *abſurdum enim ſit & ingemiſcendum, ſi dij dona noſtra, & ſacrificia ſpectent, non animum,* &c. deinde ſequitur: *illi verò cùm muneribus non* D
corrumpantur, hæc omnia contemnunt. Sic & Xenophon. ἀπομνημ. α. θυσίας δὲ θύων μικρὰς ἀπὸ μικρῶν, οὐδὲν ἡγεῖτο μειοῦσθαι τῶν ἀπὸ πολλῶν καὶ μεγάλων πολλὰ καὶ μεγάλα θυόντων. οὔτε γὰρ τοῖς θεοῖς, ἔφη, καλῶς ἔχειν, εἰ ταῖς μεγάλαις θυσίαις μᾶλλον, ἢ ταῖς μικραῖς ἔχαιρον. πολλάκις γὰρ ἂν αὐτοῖς τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν μᾶλλον, ἢ τὰ παρὰ τῶν χρηστῶν εἶναι κεχαρισμένα. Οὔτ' ἂν τοῖς ἀνθρώποις ἄξιον εἶναι ζῆν, εἰ τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν μᾶλλον ἦν κεχαρισμένα τοῖς θεοῖς, ἢ τὰ παρὰ τῶν χρηστῶν· ἀλλ' ἐνόμιζε τοὺς θεοὺς ταῖς παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων τιμαῖς μάλα χαίρειν, id eſt, *cùm autem ſacrificaret parua de paruis, nihilo ſe deteriore conditione eſſe putabat iis, qui de multis ac magnis multa, & ma-*

A *gna immolant. Nam neque Diis honeſtum fore, ſi magnis ſacrificiis magis delectarentur, quàm paruis: ſæpenumero enim eã, quæ ab improbis proficiſcantur, gratiora eis futura, quàm, quæ a viris bonis: neque hominibus vitam optabilem, aut vitalem futuram, ſi quæ ab improbis donentur, diis ſint gratiora, quàm, quæ a probis. quin exiſtimabat deos immortaleis hominum piorum cultu, & muneribus magnopere delectari.* Iterum Plato in Euthyphrone ait dona noſtra (dona autem, quæ Dijs ab hominibus dari debent, ſunt τιμὴ, γέρας, χάρις. id eſt, honos, decus, gratia) ait igitur Plato dona noſtra Dijs nihil prodeſſe.

AVERSOS PENATES] Ode XI. epod. *Preces & auerſum ad Iouem.*

FARRE PIO ET S. M.] ad hunc locum
B pertinent, quæ ſcribuntur à Philoſtrato de Pythagora initio libri 1. de vita Apollonij, memoriæ eſſe proditum, Pythagoram aras ſanguine nõ aſperſiſſe, ſed tus, & placentam, & hymnos dijs immortalibus, & ſimilia, dijs ſolitum ſacrificare. quibuſcum congruunt illa M. Tullij lib. 3. de nat. deorum. *Quanquam Pythagoras cum in geometria quiddam noui inueniſſet, muſis bouem immolaſſe dicitur. Sed id quidem non credo: quoniam ille ne Apollini quidem Delio hoſtiam immolare voluit, ne aram ſanguine aſpergeret.* [Sed quod ad *far pium* attinet, hoc pontificale eſt, & ad ſacrificiorum Romanorum conſuetudinem referendum eſt: quod indicat & Arnobius lib. 7. aduerſus genteis, his verbis, neque ipſe Romulus, aut religionibus artifex
C in comminiſcendis Numa, rus aut eſſe ſciuit, aut naſci: vt pium far monſtrat, quo peragi mos fuit ſacrificiorum ſolemnium munia: Et Seruius ad illum locum Virgilij Æneid. XI. *Dant fruges manibus ſalſas, & tempora ferro Summa notant pecudum, &c.* Fruges ſalſas (inquit) far & ſal: quibus rebus & cultri aſpergebantur, & victimæ. Erant autem probationes, vtrum eſſet animal aptum ſacrificio, &c.]

SALIENTE MICA] id eſt, mica ſalis. Tibull. lib. 3. eleg. 4. *At natum in curas hominum genus, omnia noctis Farre pio placant, & ſaliente ſale.* Idem lib. 4. ad Meſſal. *Paruáque cœleſtes placant mica.* Catullus, *Non eſt in tanto corpore mica ſalis.*

D
TVRNEBVS.

EX lib. 24. cap. 45. *Cœlo ſupinas ſi tuleris m. Naſcente luna ruſtica Phidile.*

Vide quæ ſupra hoc lib. Od. 19. habentur.

Ex lib. 7. cap. 13. Molam ſalſam, qua ante ſacrificia hoſtia conſpergebatur, Interpretantur ferè omnes, fruges molitas: atque ea eſt Feſti ſententia veriſſima. Græci tamen fruges integras nec freſas nec molitas aſpergebant hoſtiæ: argumento eſt, quod ὀλαὶ à Græcis & ὀλοχύται vocantur, quæ erant hordei integræ fruges cum ſale mixtæ. Horatius expreſſit, cùm ſcripſit *Farre pio & ſaliente mica,* quod eſt ſalis grano ſaliente & farre, ſed non molito. tamẽ & Maro, 12. Æn. *Dant fruges manib, ſalſas* Græci vt Theophra. ſcripſerat,

hordeo

hordeo nõ molito in ſacris in priſcæ memoriam vitæ vtebantur, in qua homines nondum molere fruges, ſed ſolidis veſci ſolebant. Eſt igitur mola ſalſa, tanquam molitura ſalſa, vt molæ, qua frumenta franguntur, nomẽ molito farri tribuatur. A

IN AVAROS.
Od. 24.

ARGVMENTVM.

In auaros inuehitur, qui domos domibus ſubinde addunt, in ipſo etiam mari ædificantes: cùm tamen nulla ædificia neceſſitate mortis eos liberare poſſint. Scythas, qui plauſtris domos B ſuas trahant, & in commune agros colant, feliciores eſſe ait. Quineriam eam morum corruptelam & peccandi licentiam apud hos eſſe negat, quæ ſit apud Romanos. Ad hæc autem mala extirpanda, vnà cum praua illa augendi opes cupiditate, diſciplina aſperiore opus eſſe dicit.

* *INtactis opulentior*
Theſauris Arabũ, & diuitiis Indiæ,
* *Cæmentis licet occupes*
Tyrrhenum omne tuis, & mare Apullicum:
*Si figit * adamantinos*
Summis verticibus dira neceſſitas
Clauos: non animum metu,
*Non mortis laqueis * expedies caput.*
Campeſtres melius Scythæ,
Quorum plauſtra vagas ritè trahunt domos,
Viuunt & rigidi Getæ:
* *Immetata quibus iugera liberas*
Fruges, & Cererem ferunt:
Nec cultura placet longior annua:
* *Defunctúmque laboribus*
Æquali recreat ſorte vicarius.
Illic matre carentibus.
*Priuignis mulier temperat * innocens:*
*Nec dotata * regit virum*
Coniux: nec nitido fidit adultero.
Dos eſt magna, parentium
Virtus, & metuens alterius viri
Certo fœdere caſtitas.
*Et peccare nefas, aut * pretium eſt mori.*
O, quiſquis volet impias
Cædes, & rabiem tollere ciuicam:
Si quæret pater vrbium.
Subſcribi ſtatuis, indomitam audeat
Refrenare licentiam,
* *Clarus poſt genitis, quatinus, heu nefas,*
Virtutem incolumem odimus:
Sublatam ex oculis quærimus inuidi:
Quid triſtes querimoniæ,
Si non ſupplicio culpa reciditur?
Quid leges ſine moribus
Vanæ proficiunt, ſi neque feruidis
Pars incluſa caloribus
Mundi, nec Boreæ finitimum latus,
Durataq́; ſolo niues
Mercatorem abigunt? horrida callidi
* *Vincunt æquora nauitæ.*
*Magnum pauperies * opprobrium iubet*
Quiduis & facere, & pati:
Virtutiſque viam deſerit arduæ.
Vel nos in Capitolium,
C *Quò clamor vocat, & turba fauentium:*
Vel nos in mare proximum
Gemmas, & lapides, aurum & inutile,
Summi materiam mali,
Mittamus. ſcelerum ſi bene pœnitet:
Eradenda Cupidinis
Praui ſunt elementa: & teneræ nimis
Mente aſperioribus
*Formandæ ſtudiis. * neſcit equo rudis*
Hærere ingenuus puer:
D *Venaríque timet, ludere doctior,*
Seu Græco iubeas trocho,
Seu malis vetita legibus alea.
Cùm periura patris fides
Conſortem ſocium fallat, & hoſpitem:
Indignóque pecuniam
Heredi properet: ſcilicet improbæ
Creſcunt diuitiæ, tamen
* *Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei.*

INTACTIS OPVL. THES. ARAB.] ſuprà Od. 29. lib. 1. *beatis Arabum Gazis* dixit, &

ſecunda epiſt. ad Mæcen. lib. 1. *Diuitias Arabum.* Intactos autem theſauros intellige dictos eſſe, quia noudum Romanorum arma ſenſerant. ſic Propert. *Indis quin Auguſte tuo dat colla triumpho: Et domus intacta te tremit Arabia.*

CÆMENTIS] lapidibus cæſis, vt ſup. Od. 1. huius lib. *huc frequens Cæmenta demittit redemtor.*

MARE APVLLICVM] ſic reperi ſcriptũ in duobus lib. Vatic. & item Faërn. Torneſ. in codice Donati autem *Ponticum* erat recenti manu ſcriptum, & in litura. Iam, quòd ad ſyllabas attinet, ſimile eſt illud Od. 4. huius lib. *Altricis extra limen Apuliæ.*

ADAMANTINOS, &c.] ſolidiſſimos, firmiſſimos, fortaſſe, quos ſup. Od. 35. lib. 1. *clauos trabales* dixit, hîc nominat adamantinos. vtrobique enim vim & firmitatem, & pænè dicam æternitatem neceſſitatis ſignificat. Plato quidem lib. de rep. decimo ἀδαμαντίνως, id eſt, adamantinè, vſurpat pro eo, quod eſt ἰσχυρῶς καὶ ἀμετακινήτως, his verbis. ἀδαμαντίνως (inquit) δεῖ ταύτην τὴν δόξαν ἔχοντα εἰς ἅδου ἰέναι. Neque temerè porrò, neque ineptè adamantini claui τῇ ἀνάγκῃ, id eſt, neceſſitati, quæ eadem ferè eſt hoc loco, atque εἱμαρμένη, tribuuntur. Significatur enim fati, mortiſque neceſſitas immutabilis, & vis inuicta. Pindarus autem cùm de alia neceſſitate loquatur, ita quærit ex muſa: Quod periculum Argonautas ſolidis ex adamante clauis vinctos ad nauigandum impulit? ſic Pindar. τίς κίνδυνος κρατεροῖς ἀδάμαντος δῆσεν ἅλοις; id eſt, quod periculom neceſſarium coëgit, vt nauigarent? Æſchylus aotem in Prometh. ἀδαμαντίναις πέδαισι dicit pro ſolidiſſimis ac duriſſimis. vide annot. ad Od. 3. & 35. lib. 1.

DIRA infeſta, triſtis, horribilis: vt & alibi.

NON MORTIS LAQ. EXP.] *expedies*, id eſt, explicabis, extricabis. ſunt enim hi laquei ἄφυκτοι καὶ ἀδιέξοδοι, id eſt, inexplicabiles, & quos effugere nemo queat. Hometus tantã vim Parcæ eſſe dicit, vt ne Dij quidem ab eo, qui ſibi ſit carus, mortem propulſare poſſint, vbi eum Parca ſemel comprehenderit. Verba Homeri ſunt hæc, ὀδυσ. γ. Ἀλλ' ἤτοι θάνατον μὲν ὁμοίιον, οὐδὲ θεοί περ Καὶ φίλῳ ἀνδρὶ δύνανται ἀλαλκέμεν ὁππότε κεν δὴ Μοῖρ' ὀλοὴ καθέλῃσι τανηλεγέος θανάτοιο. id eſt, At profectò mortem, omnibus æquè infeſtam, ne dij quidem ab homine amico arcere poſſunt, vbi eum Parca mortis longum ſomnum dantis comprehenderit.

CAMPEST. MEL. SCYTHÆ] ſup. Od. 35. lib. 1. *profugos* appellauit. Strabo ἁμαξοίκους, id eſt, in plauſtris habitanteis, tanquam in domibus.

RIGIDI GETÆ] cur rigidi an quòd ſont cælibes, & ἀνέστιοι, id eſt, ſine foco & familia? an quod ἄβιοι, id eſt, carentes rebus ad victum paratis, & congeſtis, ſeo vitæ cultu vtentes tenuiſſimo, parciſſimo, ac duriſſimo? quæ etiam de Scythis tradita ſunt: ob idque ἄβιοι appellantur ab Homero. Quin eoſdem ἱππημολγοὺς appellant

A tum alij Græci poëtæ, tum in primis Homerus: id eſt, equorum emulctores. Dionyſ. Alex. Ἔνθα μελάγχλαινοί τε καὶ ἀνέρες ἱππημολγοί. Homerus ἰλιάδ. ν. αὐτὸς δὲ πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινὼ Νόσφιν ἐφ' ἱπποπόλων Θρηκῶν καθορώμενος αἶαν Μυσῶν ἀγχεμάχων, καὶ ἀγαυῶν ἱππημολγῶν Γλακτοφάγων, ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων, id eſt, ipſe autem [Iupiter] reflexit oculos lucidos longè ab vrbe Troia ad terram Thracum in ſtudio equorum aſſiduè verſantium reſpiciens, & Myſorum comminus pugnantium, & admirabilium Scytharum equas mulgentiom, & lac potantium, in diem viuentium, rebúſque ad victum antè paratis carentium, hominum iuſtiſſimorũ.

B Ex quibus verſibus cognoſcere licet, per hippemolgos, id eſt, equarum emulctores, Scythas, & populos illos omneis eſſe intelligendos, qni ab occaſu, mari Sarmatico, & Gothico: ab ortu, palude Mæotide & Tanaï, & Ponto Euxino: à meridie, Æmo, & Danubio: à Septentrione, hyperboreis gentibus, & Rhipæis montibus continentor. hanc ſententiam adiouat Herodotus, qui in Melpomene narrat, Scythas equas mulgere, & lac earum vaſis exceptum potare: id quod teſtatur & Strabo lib. 7.

IMMETATA QVIBVS] quorũ agri, nullis eùm limitibus ſint inter ſe ſeparati, aut diſtincti, ſed communes, etiam fruges efferunt liberas & communes. *immetata* autem iugera accipe nullis metis, id eſt, terminis diſtincta, vel nullis decem-
C pedis *dimenſa*, aut deſcripta. lege quæ ſuprà notauimus ad illum locũ, *nulla decempeda Metata, &c.* Od. 15. lib. 2.

NEC CVLTVRA PLACET, &c.] nemo vnus per omnem vitam in eodem agro colendo verſatur: ſed alij ad certum numerum diſcripti ac diſtributi vnum annum agrum colunt: anno ſubſequente ſuccedunt his alij ad eundem numerum: quieſcunt ij, qui ſuperiore anno coluerant, & ita deinceps. Atque hanc ſententiam declarant ea verba, quæ ſtatim ſequuntur: *Defunctúmque laboribus Æqualis recreat ſorte vicarius*, id eſt, eum, qui in labore annum verſarus, eóque labore defunctus eſt, vicarius, qui eius locum, vicémque ſubit, reficit ac recreat æquali ſorte, id eſt, dat illi ſui reficiendi facultatem, æquali ſor-
D te. i. dat illi ſui reficiendi facultatem, æquali agri colendi, laboriſque perferendi condicione viciſſim accepta. Sic Cæſar de Sueuis lib. 4. de bello Gall. *Hi centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis ſingula millia armatorum bellandi cauſa ſuis ex finibus educunt. Reliqui, qui domi manſerint, ſe, atque illos alunt. Hi rurſus inuicem anno poſt in armis ſunt: illi domi remanent. Sic neque agri cultura, neque ratio, atque vſus belli intermittitur.*

TEMPERAT] nouerca manos abſtinet à priuignis: priuignis parcit, neqoe eis inſidias comparat, vllámve perniciem molitur, vt ſolent nouercæ. ſic loquitur & Virgil. Georgic. 1. *Iam ſibi tum curuis male temperat vnda carinis.* & M. Tull. Verr. 4. ſiue accuſation. lib. 2. *non ſolùm ſociis in eo*

bello

bello conſuluit, verumetiam ſuperatis hoſtibus tempera- A *uit.* ibidem: *ſi cuiquam denique vlla in re vmquam temperauerit, vt eis vos quoque temperetis.* idem libr. I. *Te putet quiſquam cum ab Italia freto diſiunctus eſſes, ſocius temperaſſe?* Salluſt. coniur. Catil. *Quippe ſecundæ res ſapientum animos fatigant: nedum illi corruptis moribus, victoriæ temperarent.* ſic enim hunc locum emendauimus, cùm in omnibus libris vulgaris corruptè legatur *obtemperarent*. emendauimus & locum apud Cæſ. lib. I. de bell. Gall. itidem corruptum, *neque, ſibi homines feros ac barbaros temperaturos exiſtimabat, quin, &c.* vbi vulgo legitur *obtemperaturos.*

TEMPERAT INNOCENS] id eſt, temperando priuignis eſt innocens: vel in eo ſe innocentem præſtat, quòd temperat, vt diximus ad B Od. 8. huius lib.

NEC DOTATA REGIT VIRVM] regit virum, id eſt, imperat viro, domina eſt viri: vt ſup. Od. 9. *Me nunc Threſſa Chloe regit.* Ariſtoteles lib. 8. de moribus, viri & vxoris ſocietatem ſcribit eſſe Ariſtocraticam, id eſt, ei reip. formæ ſimilem, in qua præſtantiores, & meliores, & optimates imperant. iccircò virum præeſſe debere, cùm vxori virtute præſtet. Sed interdum (inquit) imperant mulieres, nempe eæ, ad quas amplæ venerunt hæreditates, & bene dotatæ. ἐνίοτε δ' ἄρχουσιν αἱ γυναῖκες ἐπίκληροι οὖσαι. ſic Plaut. in Aſinaria: *argentum accepi: dote imperium vendidi.*

C

NEC NITIDO FIDIT ADVLTERO] nitido, vel comto, & bene curato: vel vnguentis delibuto, vt annot. ad Od. 19. huius lib. & alibi. vel vt epiſt. 7. lib. I. *ex nitido fit ruſticus, atque Sulcos, & vineta crepat mera.*

ADVLTERO] amatori, vt ſup. Od. 33. lib. I. vel propriè accipe.

DOS EST MAGNA P. VIRT.] Querebatur iam ſua ætate Theognis, non ſpectari in vxore quærenda genus, & parentum virtutem, ſed pecuniam, his verbis: Κειοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους Εὐγενέας· καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν βήσεσθαι· γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει Ἐσθλὸς ἀνήρ, ἤν οἱ χρήματα πολλὰ διδῷ. quorum verſuum hæc ferè ſen- D tentia eſt: *Arietes quidem, & aſinos, & equos generoſos quærimus, & vult vnuſquiſque. equas ſi quas habet, aut alias fœminas, à maribus generoſis iniri, & grauidas fieri: puellam autem vitioſam, & vitioſi filiam vir bonus vxorem ducere non magnopere dubitat, ſi modò magnam pecuniæ vim in dotem afferat.* Magnam igitur habet dotem ſponſa, ait Horat. quæ honeſto loco nata eſt, quæque ab alio viro abhorret. Non admodum diſſimile eſt huic Horatiano, Plautinum illud in Amphitry. *Non ego illam mihi dotem duco eſſe, quæ dos dicitur: ſed pudicitiam & pudorem, & ſedatum Cupidinem, Deûm metum, parentum amorem, & cognatûm concordiam.* Priſcianus lib. 7. huoc locum profert oſtendens, *parentum* æquè, ac *parentum* vſitatum eſſe. idemque locum quendam ex M. Tull. Verr. 7. producit metuere autem alterum virum, nihil aliud eſt, quàm φυλάττεσθαι, id eſt, vitare, & fugere: ab alio viro tangi nolle, vt annot. ad Od. 2. lib. 2.

ET PECCARE NEFAS, AVT PRETIVM] id eſt, aut non putant illorum matronæ ſibi licere matrimonij caſtitatem, fidémque violare: aut ſi violant, extremo ſupplicio afficiuntur. ſic infrà Od. 4. lib. 4. *Culpam pœna premit comes.*

AVT PRETIVM EST MORI] id eſt, aut merces eſt peccati mors. ſic vſurpat vocem *pretium*, epiſt. 16. lib. I. *Nec furtum feci, nec fugi ſi mihi dicat ſeruus: habes pretium: loris non vreris, aio.*

O, QVISQVIS VOLET] ſignificat, ex peccandi licentia, & impunitate cædeis, belláque ciuilia manare: quæ mala qui tollere velit, paréntſque patriæ appellari cupiat, cum oportere ſeueriſſimis legibus latis maleficia coërcere, & comprimere: in eos autem, qui leges neglexerint, acerrimè animaduertere. Placet autem mihi magnopere ea ſcriptura, quam in duodecim libris manuſcriptis reperiui, *Cædes & rabiem, &c.* vbi vulgati habent, *aut rabiem.*

SI QVÆRET PATER] quidam libri veteres habent, ſi quærit p. vrb. *pater vrbium* autem tale eſt, vt ſi diceret, parens patriæ.

REFRENARE] comprimere. ſic dixit *iniicere frena licentiæ.* Od. 15. li. 4. quem locum, quemadmodum emendauerimus, videto ſuo loco.

CLARVS POST GENITIS] clarus futurus poſteris: immortalem nominis ſui gloriam poſteris traditurus: ſic quidem habent noſtri libri ferè omnes: Sed quidam aiunt ſe reperiſſe in vno item manuſcr. *Carus.* quam ſcripturam probo. & ita cum iis, quæ antecedunt, aptè hærebunt quæ ſequuntur, *quatinus odimus virt. incol.*

QVATINVS, HEV NEFAS, VIRT. &c.] *quatinus*, legendum, non *quatenus*. & ita cod. Faërni, & vnus Vatic. & aliquot alij. Præterea ſic legendum eſſe docent veteres grammatici. in his Feſtus. Pendent autem hæc ex iis, quæ proximè antecedunt, rationémque continent, quamobrem dixerit, eum, qui res illas geſſerit, clarum, ſeu carum fore non apud ſuæ ætatis homines, ſed apud poſteros, hoc modo. quoniam (inquit) virtutem incolumem odimus, id eſt, eorum virtutem, qui viui ſunt, & incolumes: virorum autem virtute præſtantium mortuorum deſiderio afficimur. ſed nomen *inuidi* non videtur ſuo loco eſſe poſitum: debuitque poni ſtatim poſt verbum *odimus*. eſt enim inuidi præſtanteis & excellenteis viros odiſſe: mortuos deſiderare non item. vt epiſt. ad Auguſt. lib. 2. *diram qui contudit hydram, Notáque fatali portenta labore ſubegit, Comperit inuidiam ſupremo fine domari. Vrit enim fulgore ſuo, qui prægrauat arteis Infra ſe poſitas, &c.* ſic Paterculus. *naturaliter audita viſis laudamus libentius, & præſentia inuidia, præterita veneratione proſequimur: & his nos obrui, illis inſtrui credimus.*

VIRTVTEM INCOLVM. ODIM. SVBL. EX OC.] Non ſolùm hoc de virtute, ſed &

de omnibus alijs bonis verè dici poteſt, tum denique nos intelligere quæ ſunt bona, cùm quæ erant in noſtra poteſtate, quibúſque frui poteramus, ea amiſimus: neque hoc ſolum ad inuidiam, ſed etiam ad alia animi vitia pertinet. Plautus Capt. *Tum denique homines noſtra intelligimus bona, Cum, quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus.* *Sophocl.* Aiace. Οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι τ' ἀγαθὸν χεροῖν Ἔχοντες οὐκ ἴσασι πρίν τις ἐκβάλῃ. id eſt, Mali bonum in manibus habentes, illud ignorant: vbi amiſerunt, tum cognoſcunt. Hanc eandem ſententiam copioſè tractat Cicero oratione poſt reditum ad Quirit. non longè à princip.

QVID TRIST. QVERIM. SI NON, &c.] non eſt ſatis bonas leges ferri, ſed oportet præterea pœnas legibus conſtitutas de improbis ſumi. Leges enim ſine moribus nihil proſunt reip. Et quemadmodum præclarè dictum eſt *ex malis moribus bonas leges natas eſſe*: ita bonis legibus hoc propoſitum eſſe debet, vt ciues benè ſint morati: quem finem ſi lex non aſſequutur, inutilis & otioſa futura eſt. licet & aliter explicare, vt iam dicam.

QVID LEGES SINE MORIB. VANÆ PROF.] licet etiam hunc locum ſic explicare, vt per ſe intelligatur, non vt è ſuperioribus duobus verſibus pendeat: hoc modo: *Quid leges ſine moribus vanæ proficiunt?* Non ſatis eſt hominum peccata metu pœnæ coërcere, quod facit lex: ſed etiam oportet ciueis à pueris bene inſtitui, atque ad virtutem informari: quo facto, pauci erunt improbi, & ſcelerati: & ita pœnis à lege conſtitutis facilè continebuntur. contrà ſi nulla erit diſciplina ciuium, omnes erunt iniuſti, libidinoſi, ſcelerati, impij, cùm alij tales euaſerint natura, alij mala conſuetudine naturæ bonitatem corruperint: quæ vitia funditus tollere lex non poteſt, quantumuis graueis atque acerbas pœnas improbis infligat.

SI NEQVE FERVIDIS, &c.] declarat qui ſint perditi, & corrupti mores: nempe immenſum pecuniæ ſtudium, & auaritia: paupertatis pudor & timor: cupiditates, & ſimiles animorum peſtes. ex hoc fonte, omnia reipub. mala manarunt. pendent autem hæc ab ijs, quæ proximè antecedunt, hoc modo: Quid leges proſunt ſine moribus, verbi gratia, ſi neque ea mundi pars, quæ immoderatis torretur caloribus, neque ea, quæ frigore obriguerunt, mercatorem deterrent, quo minùs pecuniam quærat, & tem in dies magis ac magis amplificet? Has mundi parteis partim propter immoderatum ardorem (vt exiſtimarunt antiqui) partim propter nimia frigora inhabitabileis, commemorat, & alijs locis, vt annot. ad Od. 22. lib. 1. Cum his autem congruunt illa ex epiſtol. 1. lib. 1. *Impiger extremos curris mercator ad Indos Per mare pauperiem fugiens, &c.*

MAGNVM PAVPERIES OPPR.] id eſt, quæ habetur turpis & probroſa, maximè auaA tis, qualis inducitur Staberius ille, Sat. 3. lib. 2. *qui quoad vixit, credidit ingens Pauperiem vitium.* Itaque Euripid. in Med. Πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκποδὼν φίλος, id eſt, Fugit omnis amicus longè amicum pauperem. At Demoſt. in orat. περὶ στεφάνου, ait neque eum, qui paupertatem alteri maledicti loco objiciat, ſana mente eſſe: neque eum, qui eò, quòd diuitijs circumfluat, ſeſe efferat inſolenter. ἐγὼ γὰρ οὔτ' εἴ τις πενίαν προπηλακίζει, νοῦν ἔχειν ἡγοῦμαι, οὔτ' εἴ τις ἐν ἀφθόνοις, ἐπὶ τούτῳ σεμνύνεται. & item Heſiodus his verſibus: Μηδέποτ' οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ Τέτλαθ' ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων. id eſt, ne vmquam paupertatem vitæ corruptricem cuiquam maledicti loco ob- B ijcere audeto, cùm ſit deorum donum. Vide annot. ad illum locum Saty. 3. lib. 2. *credidit ingens Pauperiem vitium.*

IVBET QVIDVIS ET FACERE, ET PATI] ſic epiſtol. 1. lib. 1. *Impiger extremos curris mercator ad Indos Per mare, &c.* & Satyr. 4. lib. 1. *Hic mutat merceis ſurgente à ſole ad eum, quo Veſpertina tepet regio: quin per mala præceps Fertur, vti puluis collectus turbine.*

VIRTVTÍSQVE VIAM DES. ARD.] ſi legeremus *arduam* magis concineret cum Heſiodo, cuius verſus illi notiſſimi ſunt: Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν, &c. id eſt, *Virtutem voluere dij ſudore parari, Longa au-* C *tem eſt ad eam via, & ardua, & aſpera ſaxis.* Sed cùm omnes codices veteres hanc lectionem comprobent: nihil mutandum eſſe puto. Cur autem virtutem arduam appellat? an quòd homines, claros, admirabileis, & præſtanteis, & deorum ſimileis efficit? an quòd difficilis eſt, & ſine multo labore ad eam perueniri non poteſt? quam ſententiam profectò altera lectio magis exprimeret..

VEL NOS IN CAPITOLIVM, &c.] vel in Capitolium, aurum omnium malorum materiam, deferamus, quemadmodum cenſet populus & multitudo: vel in mare proximum projiciamus. Sed quærat aliquis, quorſum hic Capitolij mentio fiat. dicebat German. Valens, D ſpectaſſe Horatium illa tempora, quibus matronæ Rom. rep. in ſummum diſcrimen adducta, mundum omnem ſuum muliebrem in Capitolium comportaſſent, atque ad vſus, ſumtúſque belli contuliſſent. Ego exiſtimabam reſpexiſſe potius ad morem veterum & Græcorum, & Romanorum: qui pecuniam in fanis, & templis deponere, & ſacro quaſi commendare ſolebant, idque maximè cùm rebus timerent, aut diffiderent ſuis, vt teſtatur M. Tull. libr. 2. de legib. vbi loquitur de ſacrilegij pœna, quo loco narrat, Cliſthenem quendam, Athenienſem, ciuem egregium, cùm rebus timeret ſuis, Iunoni Samiæ filiarum doteis crediddiſſe. Sic igitur ſuadet hoc loco Horatius, vt aurum & pecunia deferatur in Capitolium, ſi quis fortè pecuniam magni faciendam

ciendam exiſtimat, quod facit vulgus: aut potiùs in mare proijciatur, quod philoſophis magis probatur. Licet etiam dicere, velle Horatium, aurum in Capitolium portari, vel ad ornatum templi, vel vt ſit donum Ioui Capitolino conſecratum, ſeu ἀνάθεμα.

QVÒ CLAMOR VOCAT, &c.] id eſt, ſecunda populi voluntate, ſeu approbante populo: vel quod mauult populus, quàm in mari proijci.

AVRVM ET INVTILE] rectè inutile, ſi materia eſt mali. Nam vt præclarè diſputat Xenoph. Oeconom. χρήματα, id eſt, pecuniæ ab vtendo dictæ, non ſunt χρήματα ei, qui pecunijs neſciat vti, & multo minus ei, qui ex ijs detrimentum capiat.

ERADENDA CVPIDINIS, &c.] ſi verè nos ſcelerum pœnitet, funditus tollenda, & radicitus extirpanda ſunt vitioſæ cupiditatis primordia. Cupido pro cupiditate, maſculini generis eſt apud hunc ſcriptorem, vt ſuprà notatum eſt ad Od. 16. lib. 1.

ET TENERÆ NIMIS MENTES] educationem, & exercitationem ſignificat, quæ duo magnam vim habent in vtramque partem, ſic ſuprà Ode 2. huius lib. *Anguſtam amici pauperiem pati Robuſtus acri militia puer Condiſcat, &c.*

NESCIT EQVO RVDIS] pueri ingenui diſcunt potiùs trocho Græco ludere, aut alea, quàm equitare, aut venari. hærere in equo dixit & M. Tull. in orat. pro Deiot.

VEN. QVE TIMET] φυλάττεται, non vult, vt alibi admonuimus. Venatio autem *Romanis ſollemne viris opus vtile famæ, Vitæque & membris*, vt ait epiſt. 18. lib. 1.

SEV GRÆCO IVBEAS TR.] trochi nomen, & ludus ipſe Græca ſunt. Itaque fortaſſe meliùs ſentiunt qui Sat. 2. lib. 2. Græcari interpretantur, *trocho & diſco ludere*, quàm qui *potare.* ſic Horatius, *vel ſi Romana fatigat Militia aſſuetum græcari, &c.*

TROCHO] vide annot. ad epiſt. de arte poët. ibi, *Indoctúſque pilæ, diſcive trochive quieſcit.*

SEV MALIS VET. LEGIB. ALEA] fortaſſe lege Cornelia, & lege Titia, quæ commemorantur à Martiano iuriſconſulto lib. 5. regularum: & exſtat hoc caput lib. xi. Pandect. iuris ciuilis, titulo de aleatoribus.

CVM PERIVRA PATRIS FIDES, &c.] cùm pater (inquit) in rebus contrahendis fidem iuriſiurandi religione obſtrictam non ſeruet: ſed ſocium fallat, & hoſpitem, omnéque ſuum ſtudium eò conferat, vt citò heredem indignum locupletet: euenit ſcilicet, vt diuitiarum aceruus amplificetur: ſemper aliquid deſit tamen Simile eſt illud ſup. Od. 16. huius lib. *Creſcentem ſequitur cura pecuniam, Maiorúmque fames.*

INDIGNÓQVE PECVNIAM HER. PROPERET] verbum properandi cum accuſandi caſu coniunxit: vt ſuprà Od. 7. libr. 2. *quis vdo Deproperare apio coronas, &c.* ſic Virgil. libr. 9. Æneid. *pulchram properet per vulnera mortem.* Hîc igitur *properet heredi pecuniam*, interpretor, citò & properè heredem locupletare ſtudeat.

SCILICET IMPROBÆ] *improbæ* ab effectu, quia improbos efficiunt, vt ſup. Od. 4. lib. 1. *Pallida mors:* vel improbè & ſummo ſtudio, & magno labore coaceruatæ.

AD BACCHVM.

Od. 25.

ARGVMENTVM.

Se Bacchi inſtinctu, afflatúque concitatum, noua quædam & inaudita de Auguſto dicturum.

QVò me, Bacche, rapis tui
Plenum? quæ in nemora, aut
quos agor in ſpecus
Velox mente noua? quibus
Antris, egregij Cæſaris audiar
Æternum meditans decus
** Stellis inſerere, & concilio Iouis?*
Dicam inſigne, recens, adhuc
Indictum ore alio. non ſecus in iugis*
** Ex ſomnis ſtupet Euias,*
Hebrum proſpiciens, & niue candi-
dam
Thracen, ac pede barbaro
Luſtratam Rhodopen. vt mihi deuio*
Rupeis, & vacuum nemus
Mirari libet? ô Naïadum potens,
Baccharúmque valentium
*Proceras manibus * vertere fraxinos:*
Nil paruum, aut humili modo:
*Nil mortale loquar. dulce * pericu-*
lum eſt,
*O Lenæe, * ſequi deum*
Cingentem viridi tempora pampino.

QVÒ ME BACCHE RAP. TVI PLEN.] ſignificat, ſe Bacchi numine afflatum, & mente concitatum, Auguſti laudes canere, nouoque carminis genere celebrare velle, nempe lyrico: quod gloriatur à ſe primo Latinorum poëtarum inſtitutum, ac vulgatum.

AVT QVOS AGOR IN SPECVS] ſic legi malo, vt reperi ſcriptum in tribus codicib.

Digitized by Google

antiquis, quàm vt in alijs, *& quos ag. in ſ.* quamquam ne illam quidem improbo.

VELOX] κοῦφος, celer, expeditus.

MENTE NOVA] mente, quam mihi Bacchus innouauit, & diuino quodam inſtinctu concitauit. mente non mea, ſed diuina.

QVIBVS ANTRIS] in quibus antris: in quibus locorum ſolitudinibus: quibus in locis ſecretis ac remotis, &c. Od. 4. huius lib. *Fuisse quærentem labores Pierio recreatis antro* epiſt. 2. libr. 2. *Scriptorum chorus omnis amat nem us, & fugit vrbes, Rite cliens Bacchi, &c.* & epiſt. ad Piſon. *ſecreta petit loca.*

STELLIS INSERERE] *in cælum vocare,* vt loquitur Catullus, id eſt, immortalitati commendare & conſecrare: immortalibus laudibus afficere.

DICAM INSIGNE, &c.] non dicam res communeis, vulgareis, obſoletas, & omnium ſermone vſurpatas: ſed inſigneis, nouas, & à nemine vſque adhuc cantatas, neque tractatas. ſic epiſt. ad Mæcenatem tertia libri primi. *Iuuat immemorata ferentem Ingenuis oculiſque legi, manibuſque teneri.*

NON SECVS, &c.] ſic concitari ſolent Thyades, ſeu Mænades, ſeu Euiades, ſeu Baſſarides, vt ego nunc mente concitata, & commota, ſeror ad Auguſti laudes meo carmine prædicandas.

EXSOMNIS] experrecta, ſic cod. Faern. Vrſ. Don. Torn. tres Vatic. ſed ad marginem libri Faërn. aſcriptum erat *Inſomnis.*

HEBRVM] Thraciæ fluuium. epiſt. 16. lib. 1. *Fons etiam riuo dare nomen idoneus, vt nec Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus.* quem Hiemis ſodalem appellat Od. 25. lib. 1.

NIVE CANDIDAM] ſic ſup. Od. 9. lib. 1. *niue candidum Soracte:* vbi diximus Soracte montem eſſe in Sabinis, cùm ſit in Faliſcis potiùs, vt apparet ex Plinio.

THRACEN] Θρήκην alibi Thracam, vt epiſt. ad Iul. Florum lib. 1. *Thracáne vos, Hebruſque niuali compede vinctus,* vide ſup. annot. Od. 16. lib. 2. *Otium bello furioſa Thrace, &c.* ſed cur nunc candidam? quia regio eſt frigidiſſima, & ideò habetur ventorum ἐργαστήριον, ſeu officina, vt diximus ad illum locum, *Thracio Bacchante magis, &c.* Od. 25. lib. 1.

AC PEDE BARB. LVSTR.] quam barbari, nempe Thraces peragrant, & incolunt.

RHODOPEN.] Thraciæ montem. Virgil. Sileno. *Nec tantum Rhodope miratur, & Iſmarus Orphea.*

VT MIHI DEVIO] mihi vago, erranti, vias inuſitatas, atque à nemine tritas indaganti. *vt libet, &c.* id eſt, quàm libet, &c. ſignificat autem ſe verſus lyricos primum protuliſſe Latinorum. *vt* igitur hoc loco valet quàm: vel quo modo, vt ſit admirantis. quale eſt illud Virgil. *vt perij, vt me malus abſtulit error!* quod ex Theocrito expreſſum eſt in Amarillide. Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη; ὡς εἰς βαθὺν ἅλατ' ἔρωτα; id eſt, vbi vidit, vt inſanijt! vt in altum deſilijt amorem! ſic iterum Horatius Od. 2. epod. *Vt gaudet inſitiua decerpens pyra!* & epiſt. ad Mæcenat. 3. lib. 1. *vt mihi ſæpe bilem, ſæpe iocum veſtri mouere tumultus!* Ripas autem habent nonnulli libri manuſcr.

VACVVM NEMVS] ἄλσος ἔρημον. epiſt. ad Mæcen. 3. lib. 1. *Libera per vacuum poſui veſtigia princeps.*

O NAIADVM POTENS] ô Bacche Naiadum, & Baccharum domine. ſic Od. 3. lib. 1. *Sic te diua potens Cypri.* Naiades ſunt Nymphæ, vt ſup. diximus libro primo.

VERTERE] euertere. Virg. Æn. 1. *Tyrias quæ verteret arces.*

DVLCE PERIC. EST, O LENÆE] periculoſum illud quidem eſt, ô Bacche, profiteri te aliquid magnum, nouum, immortale, & elato quodam, & grandi modo dicturum: ſed tamen dulce eſt id facere Deo illo ducente, inſtigante, atque impellente, qui capiti vel ſuo, vel eorum, quos caros habeat, viridem pampinum circudat. *Lenæus* dictus eſt Bacchus ἀπὸ τῶν Ληναίων, id eſt, à Lenæis Bacchi diebus feſtis. Ληναῖα autem fortaſſe ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, id eſt, à torculari. Virgil. Geor. 2. *Huc pater ô Lenæe veni.* idem dictus Lyæus ἀπὸ τοῦ λύειν, quod animos curis aſtrictos ſoluat. Horat. Od. 9. libri epod. *Curam metúmque Cæſaris rerum iuuat Dulci Lyæo ſoluere.* Liber autem cur nominetur, nemini obſcurum eſt. *Thyoneus* à Thyone Bacchi matre, quæ alio nomine Semele appellatur. Od. 17. libri 1. *nec Semeleius Cum Marte confundet Thyoneus Prælia. Euius* à voce Bacchantium *euoe*, vt diximus ad Od. 18. lib. 1. *Baſſareus* ἀπὸ τῶν βασσαρῶν. βασσάρας autem aiunt fuiſſe calceos quoſdam, quibus vtebantur mulieres illæ bacchantes, à quibus Baſſarides etiam dictæ. alij βασσάρας veſtimenti genus fuiſſe putant, quo eædem amictæ bacchanalia agitabant. ſup. Od. 18. lib. 1. *Candide Baſſareu. Dionyſus*, quaſi è Ioue natus, & in Nyſa monte Thraciæ, ſeu, vt alij, Indiæ educatus: vel à Ioue, & Nyſa eius nutrice appellatus. quamquam Plato in Cratylo, hoc ἔτυμον affert, ὁ Διόνυσος εἴη ἂν ὁ διδοὺς τὸν οἶνον, id eſt, Dionyſus dictus eſſe videri poſſit, qui dat vinum, quod Græci dicunt οἶνον. *Dithyrambus* autem vel ab antro quodam διθύρῳ. i. quod duas ianuas haberet: vel ex eo, quòd Bacchus bis natos, & è duabus quodammodo ianuis egreſſus ſit. Sed de Dithyrambo, vide quæ annotauimus ad Od. 2. lib. 4. *Bromius*, vel à ſtrepitu tympanorum, & voce mulierum bacchantium, & Satyrorum, & Silenorum, & ceterorum Bacchi comitum: vel à tonitru, & ignis, fulminiſque, quo Semele deflagrauit, ſonitu, fremitu, ac fragore. βρέμειν enim fremere eſt, & βρόμος fremitus,

CINGENTEM VIRIDI TEMPORA PAMP.] cingentem tempora vel ſibi, vel alijs, quos ornare inſtituerit: vel & ſibi & ſuis. Od. 8. lib. 4. de Libero. *Ornatus viridi tempora pampino.*

Od.

Od.26.

ARGVMENTVM.

Se iam ſenem factum rebus amatorijs minùs aptum eſſe.

VIxi puellis nuper idoneus,
Et militaui non ſine gloria:
Nunc arma, defunctúmque bello
Barbiton hic paries habebit:
*Læuum marinæ * qui Veneris latus*
Cuſtodit. hîc, hîc ponite lucida
Funalia, & vecteis & arcus
Oppoſitis foribus minaceis.
O, quæ beatam diua tenes Cyprum, &
Memphim carentem Sythonia niue,
*Regina, * ſublimi flagello*
Tange Chloën ſemel, arrogantem.

VIXI PVELL. NVPER IDON.] cùm eſſem ætate integra, & ad amores accommodata: qualis eſt adoleſcentium ætas, & virorum vſque ad annum quadrageſimum: tum vixi puellis idoneus: tum me decebat puellas colere, atque amare. Erat enim ſpes amoris mutui: neque puellæ, tali ætate amatores aſpernantur.

ET MILITAVI] amaui, amori operam dedi. Od. 1. lib. 4. *Et centum puer artium Latè ſigna feret militiæ tuæ.*

NVNC ARMA] quia dixerat ſe militauiſſe, perſtans in tralatione ait nunc ſeſe arma amatoria Veneri conſecrare velle: arma autem amatorum hæc ſunt, funalia ad nocturnas ambulationes, & comiſſationes, verſus lyrici, citharæ, vectes, & arcus ad foreis, & feneſtras effringendas. ſic Delphis ille apud Theocr. φαρμακεύτρ. dicit Simæthæ, à qua fuerat arceſſitus, ſe, ſi ſibi non patuiſſent eius fores, & ſi excluſus eſſet, lampades & ſecureis in eius domum illaturum fuiſſe. Theocriti verba ſunt hæc: Καί μ' εἰ μὲν κ' ἐδέχεσθε, τάδ' ἧς φίλα, &c. Εἰ δ' ἄλλα μ' ὠθεῖτε, καὶ ἁ θύρα εἴχετο μοχλῷ. Πάντως καὶ πελέκεις, καὶ λαμπάδες ἦνθον ἐφ' ὑμέας. & Thraſo apud Terent. in Eunucho, ædeis Thaidis expugnaturus, Donactem quendam iubet cum vecti in medium agmen prodire. Neque enim (vt vulgò putant) vectibus claudebantur fores, ſed effringebantur potiùs: muri, ſtatuæ, ædificia ſubruebãtur. quemadmodum fugitiui illi, Verris iuſſu, duce Timarchide (vt ſcribit M. Tull. orat. in Verrem de ſignis) ſignum Herculis, quod erat in templo Agrigentino, ſubiectis vectibus commouere, & labefactare conantur. Lucil. lib. 29. apud Non. *Vecte atque ancipiti ferro effringam cardines.* Iccircò eorum, qui parietes perfodiunt, vita, vecticularia appellatur à Catone, quòd vecte parietes effrin-

A gant: & Græci parietum perfoſſoribus, quos illi τοιχωρύχους nominant vecteis tribuunt.

DEFVNCTÚMQVE BELLO] defunctus re aliqua dicitur, qui ea vſus eſt, quamdiu debuit, aut quamdiu licuit, vti autem iam deſijt: & defunctus munere, qui munus ſuſceptum, aut receptum adminiſtrauit: & defunctus opere, qui opus abſoluit: & defunctus periculo, qui periculo, in quo verſabatur, liberatus eſt. Ex his nata ſunt illa genera loquendi, defungi vita, defungi temporibus. Horat. epiſt. ad Auguſt. lib. 2. *& niſi quæ terris ſemota, ſuiſque Temporibus defuncta videt, faſtidit, & odit.* & Od. 23. huius lib. *Defunctúmque laboribus Æquali recreat ſorte vicarius.*

LÆVVM MAR. QVI VEN. LATVS

B CVST.] id eſt, paries læuo Veneris lateri proximus, dexter ijs, qui ſtatuam ore aduerſo intuentur.

MARINÆ] eodem epitheto vſus eſt & Od. 11. lib. 4. *Qui dies menſem Veneris marinæ Findit Aprilem.* quamobrem autem Venerem marinam dicat, omnibus notum eſt: idque declarat vocabuli notatio. ἀφρὸς enim ſpuma maris eſt: ex qua facit eam natam Heſiod. in Theog. cui Plato in Crat. non putat quicquam contrà dici æquum eſſe, his verbis, περὶ δὲ τῆς Ἀφροδίτης, οὐκ ἄξιον Ἡσιόδῳ ἀντιλέγειν, ἀλλὰ συγχωρεῖν, ὅτι διὰ τὴν τοῦ ἀφροῦ γένεσιν, Ἀφροδίτη ἐκλήθη. id eſt, de Venere autem non eſt æquum Heſiodo aduerſari aut reclamare, ſed potiùs ei aſſentiendum eſt,

C propter ea quòd ex ſpuma maris nata ſit, iccircò Aphroditen eſſe appellatam.

TENES] κρατεῖς κύπρου. vt *Diua potens Cypri.* ſic ſuprà Od. 4. huius libri de Apolline, *qui Lyciæ tenet Dumeta.* alij annotant, *tenes* hoc loco idem valere, quod Græcum ἀμφιβέβηκας. Libri aliquot veteres habent, *regis.*

SITHONIA NIVE] Thracia. Sithonij enim ſunt Thraces. vt ſup. Ode 18. lib. 1. *Sithonijs non leuis Euius.*

SVBLIMI FLAGELLO] ſublato flagello, vt grauior ſit plaga.

TANGE] feri, percute, vt ſit ἐλάσθωσις.

SEMEL] ἀθρόως: vel dic propriè *ſemel*, vt illa, quæ numquam vim tuam ſenſit, aliquando & ſe-

D mel ſentiat, deſinátque tantum ſibi arrogare, & ſe tam ſuperbam ac ferocem in amanteis præbere.

TVRNEBVS.

EX lib. 9. cap. 27. Quiſpiam locum non putabit fuiſſe inuocandæ Veneri fortaſſe in nauigatione, cùm tamen Horat. ita ſcribat li. 1. Od. 3. *Sic te diua potẽs Cypri:* cùm ea potius amorũ fœdera, quàm nauigationum pericula curet, ſed vt in verſu eſt, Ouid. epiſt. 1. Sapph. Phaoni. *Nam mihi orta mari mare præſtat eunti,* & Venus cognomento marina colebatur. Horatius, *Læuum marinæ qui Veneris latus.* & Venus Pontia cognominata apud Pauſaniam legitur.

Ex lib. 19. cap. 17. *Læuum marinæ qui Veneris la-* A
cum. Non ab re Veneri, vt alias tractamus hoc epithetum attributum eſt ab Horat. nam in dijs numerabatur, qui mari præerant, cùm ipſa è mari orta eſſet. Sic ab Euripide ποντία appellatur. Μόνον σύ μοι δέσποινα ποντία κύπρι.

AD GALATHEAM.

Nauigaturam.

Od. 27.

ARGVMENTVM.

Deterret eam præcipuè exemplo Europæ.

* *IMpios parræ recinentis omen*
Ducat, & prægnans canis, aut ab agro
Raua decurrens lupa Lanuuino,
Fætáque vulpes.
Rumpat & ſerpens iter inſtitutum,
** Si per obliquum ſimilis ſagittæ*
*Terruit mannos. ego * cui timebo*
Prouidus auſpex?
Antè quàm ſtanteis repetat paludes
** Imbrium * diuina auis imminentum:*
** Oſcinem coruum prece ſuſcitabo*
Solis ab ortu.
** Sis licet felix, vbicumque mauis.*
Et memor noſtri Galathéa viuas:
Téque nec læuus vetat ire picus,
Nec vaga cornix.
Sed vides, quanto trepidet tumultu
Pronus Orion. ego, quid ſit ater
Adriæ, noui, ſinus: & quid albus
** Peccet Iapix.*
** Hoſtium vxores, puerique cæcos*
Sentiant motus orientis Hædi, &
Æquoris nigri fremitum, & trementeis
Verbere ripas.
Sic & Europe niueum doloſo
** Credidit tauro latus: & ſcatentem*
*Belluis pontum, * mediáſque fraudeis*
Palluit audax.
Nuper in pratis ſtudioſa florum, &
Debitæ nymphis opifex coronæ,
Nocte ſubluſtri, nihil aſtra præter,
Vidit, & vndas.
Quæ ſimul centum tetigit potentem
Oppidis Creten: pater ô relictum
*Filiæ nomen, pietáſque * dixit*
Victa furore,
Vnde? quò veni? leuis vna mors eſt
*Virginum culpæ. * vigiláſne ploro*
B *Turpe * commiſſum? an vitijs carentem*
Ludit imago
Vana: quæ porta fugiens eburna
Somnium ducit? meliúſne fluctus
Ire per longos fuit: an recenteis
Carpere flores?
Si quis infamem mihi nunc iuuencum
Dedat iratæ: lacerare ferro, &
Frangere enitar modò multùm amati
C *Cornua tauri.*
** Impudens liqui patrios Penateis:*
Impudens Orcum moror. O, deorum
Si quis hæc audis: vtinam inter errem
Nuda leones.
Antè quàm turpis macies decenteis
Occupet malas, teneræque ſuccus
*Defluat * prædæ, ſpecioſa quæro*
Paſcere tigreis.
Vilis Europæ pater vrget abſens:
Quid mori ceſſas? potes hac ab orno
D *Pendulum Zona bene te ſecuta*
** Lædere collum.*
Siue te rupes, & acuta letho
Saxa delectant: age, te procellæ
Crede veloci: niſi herile mauis
*Carpere * penſum*
Regius ſanguis, dominæq; tradi
Barbara pellex aderat querenti
Perfidùm ridens Venus, & remiſſo
Filius arcu:
*Mox * vbi luſit ſatis: abſtineto,*

Dixit,

Dixit, ilarum, calidæq; rixæ:
Cùm tibi inuiſus lacerãda reddet
Cornua taurus.
**Vxor inuicti Iouis eſſe neſcis?*
Mitte ſingultus: bene ferre magnam
Diſce fortunam: tua ſectus orbis
**Nomina ducet.*

IMPIOS PARRÆ RECINENTIS, &c.] hoc ſentit Horatius. Impijs objiciantur huiuſmodi omina, auſpicia, oſtenta, quæ eos ab inſtituto itinere reuocent, ac deterreant, id eſt mala: tibi autem nihil tale metuendum eſt. Ego enim data opera auſpicium feci, vt ſcirem, ecquid tibi iſta nauigatio benè eſſet euentura. Itaque neque coruus, quem ego ſolis ab ortu precibus ſuſcitaui, neque picus, neque cornix, neque ceteræ aues alites, & oſcines vetant, quominus proficiſcare. quin licet tibi per auſpicia, vbicunque malis vitam traducere, ſecundiſſima fortuna frui. aues mihi pro te auſpicanti, addixerunt. Dij immortales iter tuum approbant. Sed vides, quanto trepidet, &c. id eſt, ſed vides anni tempus: vides tempeſtatem imminentem. Orionis occaſus denuntiat ingenteis, & horribileis fluctus. quàm periculoſum ſit mari Adriatico nauigare, ſcio. quantas procellas oriens Auſter excitare ſoleat, nemo eſt, qui neſciat. quid multa? etiam ſi tibi aues omnia ſecunda, ac læta promittant, non debes te tamen tali anni tempore, tam infido mari committere.

B

PARRÆ] Feſtus. *picus autem Martius, ferontiſque & parra & in oſcinibus, & in alitibus habentur.* Plinius ſcribit lib. 18. cap 29. auem parram Sirio oriente, ipſo die non apparere, donec occidat. Parræ cantum triſtem, atque infelicem veteribus habitum eſſe credibile eſt propter vocis inſuauitatem, atq; aſperitatem. Vocem autem ei eſſe inſuauem declarat Auſonij verſus. *Si confers fulicas cycnis, & aëdona parræ.*

RECINENTIS] iterum atq; iterum canentis. vtitur Od. 12. li. 1. in aliam paullò ſententiam. *cuius recinet iocoſa. Nomen imago?* & Od. proximè ſequ. *Tu curua recines Lyra Latonam.* & epiſt. 1. lib. 1. *hæc recinunt iuuenes dictata, ſeneſque.*

OMEN] omen propriè vox eſt hominum, quę aliquid faciendum, aut non faciendum eſſe ſignificat. M. Tull. de diuinat. lib. 1. *Neque ſolùm deorum voces Pythagoréi obſeruauerunt, ſed etiam hominum, quæ vocant omina: quæ maiores noſtri quia valere cenſebant, ideirco omnibus rebus agendis,* QVOD BONVM, FELIX, FORTVNATVMQVE SIT, *præfabantur: rebúſque diuinis, quæ publice fierent, vt fauerent linguis, imperabatur: inque ferijs imperandis, vt litibus, & iurgijs ſe abſtinerent: itémque in luſtranda colonia, ab eo, qui eam deduceret, & cùm imperator exercitum, cenſor populum luſtraret, bonis nominibus, qui hoſtias ducerent, eligebantur. quod item in delectu*

A COSS. *obſeruant, vt primus miles fiat bono nomine. quæ quidem à te ſeu & Conſule, & Imperatore ſumma religione eſſe ſeruata. Prærogatiuam etiam maiores omen iuſtorum comitiorum eſſe voluerunt, &c.* Apud Hom. ὀδυσ. υ. omen petit Vlyſſes domeſticum, quo exploratum habere poſſit, ſe deorum voluntate in patriam eſſe reſtitutum. petit & ſignum aliquod, aut portentum externum. At Iupiter eo audito intonuit, & hoc fuit ſignum externum. domi autem mulier quædam ex ijs, quæ triticum molebant, audito ingenti illo cæli fragore, admirata, & pæne obſtupefacta, dicit non eſſe illum è nubibus ſonitum editum: ſed homini alicui ſignum aliquod, atque oſtentum proſpe-

B tum datum: precatúrque à Ioue, vt proci eo die poſtremùm in ædibus Vlyſſis cibum capiant: atque hoc fuit omen. verba Homeri ſunt hæc, Ζεῦ πάτερ, εἴ μ' ἐθέλοντες ἐπὶ τραφερήν τε, καὶ ὑγρὴν, ἤγετ' ἐμὴν ἐς γαῖαν, ἐπεί μ' ἐκακώσατε λίην, φήμην τίς μοι φάσθω ἐγειρομένων ἀνθρώπων ἔνδοθεν. ἔκτοσθεν δὲ Διὸς τέρας ἄλλο φανήτω. cetera qui volet, ex Homero petat. nos locum indicauimus. Apud M. Tull. 1. lib. accuſ. cùm Verres ex ſenatuſc. rationes præturæ ſtatim referre deberet, neque in faceret tamen, quòd ſe quæſtorem exſpectare, idémque Dolabellam impetraſſe diceret (fuerat autem Dolabella condemnatus) ſic M. Tull. *Itaque* (inquit) *omen magis patribus conſcriptis, quàm cauſa, placuit:*

C *probauerunt.* Significat autem in verbis Cicero, eam Verris orationem, condemnationis ipſius omen fuiſſe.

DVCAT] voluerat dicere, deterreat, reuocet ab inſtituto ſuo: Impi; hanc autem habeant ſuorum conſiliorum, & inceptorum ducem, cuius vox triſtis eſt, & infelix.

ET PRÆGN. CAN.] fœta. Feſtus. *Grauida eſt, quæ iam grauatur fœtu: prægnans,* ſeu (vt alij ſcribunt) prægnas, *velut occupata in generando, quod conceperit.*

RAVA] raui coloris, inquit Feſtus, appellantur, qui ſunt inter flauos, & cæſios, quos Plautus rauiſtellos appellat. Sic rauum mare apud M. Tull. li. 4. Acad. vt profert Nonius, id eſt, flauum:

D nempe veſperi cum à ſole colluceſcit. lectorem admonitum velim, quamuis de integritate huius loci non dubitem: hoc nomen tamen in duobus codicibus manuſcript. eſſe in lituta. quam ex huius vocis ignoratione natam eſſe puto, cùm aliqui in hanc vocem incidentes, ſibi inauditam, in eius locum aliam ſibi notam ſubſtituere geſtiret. quod fecerunt in Cicerone, eo quem commemoraui, loco; apud quem *flauum*, pro *rauum* ſuppoſuerunt.

RVMPAT ET SERPENS] ſerpens tranſuerſa ex parte equo terrorem inferens, præſignificabat apud veteres triſtem itineris euẽtum. huiuſmodi monſtris apud Terent. in Phorm. Geta nuptias ait ſe diſturbaturum, vel certè tardaturum. *Introijt in ædes ater alienus canis: Anguis per impluuium décidit de tegulis: Gallina cecinit, &c.*

x

A Si per obliqvvm] id eſt, cùm per obliquum ſic Catull. *Nam ſi luxerit, ad librariorum Curram ſcrinia.*

Similis sagittæ] ſagittam hoc loco non eſſe accipiendam pro ea ſagitta, quæ arcu mittitur, ſed pro ea ſurculi parte, quæ in vitibus contorta pangitur, admonuit me Paſſeratius meus: cui facilè aſſenſus ſum. Eſt enim hæc ſagitta, vtpote incurua, longè ſerpenti ſimilior, quàm quæ à ſagittario mittitur. Plin. *Tertium genus adiectiuum etiamnum expeditius ſine calce, propter quod ſagitta vocantur, cum intorti panguntur. ijdem cum recisi, nec intorti trigemmes, &c.* & paullo pòſt, *ſagittas ſerere minùs vtile, quoniam in transferendo facile rumpitur quod intortum fuit.*

B Mannos] equos minores. Od. 4. epod. & *Appiam mannis terit.* & epiſt. ad Mæcen. 2. libr. 1. *Impoſitus mannis.*

Ego cvi timebo] cod. Rain. Cardin. & 1. Vat. *quid timebo?* quæ ſcriptura fortaſſè vera eſt. Verutamen nihil muto. Nam hæc lectio hoc modo defendi poteſt. Impios ſuperiora illa omnia triſtia auguria, monſtra, oſtenta, omina ducant, ego cui timebo? quaſi hoc dicat: ego tibi timere non debeo, primùm quia impia non es: deinde quia talia monſtra conſilium tuum non retardant, neque tibi triſtem aut infelicem euentum ſignificant. [Sed Ioannes Paſſeratius homo valde ſollers, & acutus: putabat hæc verba ſine interrogationis nota eſſe legenda, hac ſententia: ego, ei, cui timebo ſuſcitabo oſcinem coruum C ab ortu antequam ſtanteis repetat paludes imbrium diuina auis imminentem, &c.]

Antequam stanteis] id eſt, quæ non fluunt, neque labuntur, neque currunt, vt fluuij: ſed ſtant, vt ſtagna, quæ proptereà fortaſſe à ſtando dicta ſunt, vt Feſto videtur: quamquam alij à voce Græca ϛεγνὸν, aut à ϛεγανὸν.

Imbrivm divina avis] ſup. Od. 17. huius lib. *aquæ augur*, id eſt, præſignificatrix, prænuntia. ὑετομάντιν appellat Euphorion, quod mihi indicauit Germ. Valens in epiſt. ad Piſon. de arte Poët. *diuina futuri.*

Oscinem corvvm] Oſcines appellantur aues, quæ cantu, ſeu occentu augurium præbent, quaſi ore canentes: vel (vt Feſtus, auſpi- D cium ore facientes: quales ſunt coruus, cornix, noctua. M. Tull. de diuinat. lib. 1. *Eadémque efficit in auibus diuina mens, vt cum huc, cùm illuc volent alites: tum à dextra, tum à ſiniſtra parte canant oſcines.* Titus Liu. lib. 10. *Ante conſulem hæc dicentem coruus clara voce occinuit.* Apud Hom. ἰλ. ω. Priamus Hecubam diſſuadentem, ne ad Achillem eat redimendi Hectoris mortui gratia, cùm diceret illum eſſe immitem, inexorabilem, atque infidum, auem malam appellat his verbis, Μὴ δέ μοι ὄρνις ἐνὶ μεγάροισι κακὸς πέλευ. Tulit autem etiam ætas Homeri augures, & auſpices. i. οἰωνοσκόπους. Hom. ὀδυσ. α. Οὔτέ τι μάντις ἐὼν, οὔτ' οἰωνῶν σάφα εἰδώς. Nam & ſenex ille Aliherſa ὀδ. β. ex aquilarum volatu, collorúmque, & genarum laceratione, reditum Vlyſſ. & procorum interitum auguratur, & Priamus libro ἰλιάδ. quem paullò antè diximus, ab Hecuba admonitus, Iouem orat, vt aquilam mittat, cuius volatu in bonam ſpem erectus, auſpicióque ſecundo confiſus ad naueis Græcorum ſeſe conferat. Πέμψον δ' οἰωνὸν ταχὺν ἄγγελον, ὅς τε σοὶ αὐτῷ φίλτατος οἰωνῶν, καί εὑ κράτος ἐστὶ μέγιστον. Δεξιὸν, ὄφρα μιν αὐτὸς ἐν ὀφθαλμοῖσι νοήσας Τῷ πίσυνος ἐπὶ νῆας ἴω Δαναῶν ταχυπώλων. id eſt, Mittito autem oſcinem, celerem nuntiam, quæ tibi auium oſcinum cariſſima, & cuius vis eſt maxima, dexteram, vt ego ea conſpecta, eáque confiſus eam ad naueis Græcorum celeribus equis vectorum.

Corvvm] qui cantet à dextra manu. nam ſi à læua crocitaret, triſte eſſet augurium. Plaut. Aulul. *Non temere eſt quod coruus cantet mihi nunc ab læua manu. Simul radebat pedibus terram, & voce crocitabat ſua, &c.*

Solis ab ortv] non temerè hoc dicit. nam augures cælum in quattuor parteis diuidebant, & cùm augurium captabant, orientem ſolem ſpectabant. vt meridies eſſet pars dextera, ſeptentrio ſiniſtra.

Sis licet felix, &c.] nihil eſt (inquit Horat.) quod tibi nauigare cogitãti caſum vllum aduerſum minetur, aut prænuntiet: non oſcinum cantus, non alitum volatus, non ſerpentis, aut canis prægnantis, aut lupæ grauidæ occurſus iter tuum impediunt: denique per hæc omnia licet nauigationem inſtitutam ſuſcipias. quocumque proficiſci, & vbicumque ætatem agere in animo habes, illic omnia tibi læta, ac ſecunda euenient: ſed Orion aſtrum infelix, & formidoloſum: maris, inconſtantiſſimi, atque infidiſſimi elementi, maximéque Adriatici natura: venti, res incertiſſimæ: tempeſtates denique impendentes te ab iſto nauigandi conſilio deterrere debent. *Sis licet felix*, id eſt, licet tibi eſſe felici: nihil obſtat, quo minùs feliciter ætatem agas, vbicumque quod tibi vitæ reliquum eſt, mauis traducere.

Vbicvmqve mavis] tale ferè eſt illud Æneid. 4. *Quæ me cumque vocant terræ, &c.*

Et memor nostri] hæc legenda ſunt, quaſi interpoſita, quibus eam orat, vt, vbicumque vitam agat, ſui memor ſit.

Teqve nec lævvs vetat] ſic eſt legendum, & ita reperi ſcriptum in vno codice Vaticano, non, vt in vulg. *vetet.* Eſt enim hæc huius loci ſententia: (dicendum autem eſt ſæpiùs, propter eius difficultatem, cùm videam doctiſſimos homines in eo hærere) paullo antè dixerat, ſe tanquam augurem, coruum oſcinem prece ſuſcitaturum ab oriente ſole, vt ex eius garritu de huius inſtitutæ nauigationis euentu iudicare, certíque aliquid cognoſcere queat. Nunc proinde quaſi corui, & ceterarum auium garritum, ac volatum notauerit, atque obſeruauerit, hæc ſubiungit, ex quibus vult intelligi, coruum, picum, cornicem addixiſſe, id eſt, Galateæ nauigationem

comprobaſſe

comprobaſſe. *ſi licet felix* (inquit) id eſt, licet tibi per omneis alites, atque oſcines proſperè nauigare, beatéque viuere, quocumq; te cõferre voles: omnes aues tibi ſecundum, ac lætum tuæ profectionis, tuique conſilij euentum promittunt, atque oſtendunt. ſic Plaut. in Aſinar. *Picus, & cornix eſt ab læua: coruus porro ab dextera Conſuadet*. huc etiam pertinet, quod eſt lib. 2. Academic. quæſt. *Non enim magis aſſentiuntur, neque approbant lucere nunc, quàm, cum cornix cecinerit, tum aliquid eam aut iubere, aut vetare.*

P i c v s] picum Martium vocant Latini, Græci δρυοκολάπτην. de quo lege Plinium li. 10. cap. 18. & Plutarch. Ῥωμαϊκοῖς.

. S e d v i d e s q v a n t o t r e p i d e t t v m v l t v] ſed vides quantam tempeſtatem denunciet, &c.

P r o n v s] occidens. de Orione diximus ad Od. 28. lib. 1.

A t e r A d r.] atrum Adriæ ſinum appellat, quaſi triſtem, & infeſtum, propter huius maris improbitatem atque iracundiam, vt Oda 9. huius lib. *improbo iracundior. Adria.*

S i n v s] κόλπος. dicitur autem maris ſinus per tranſlationem à corpore humano, ea maris pars, quam littora curuata complectuntur.

A l b v s] ſic ſup. Od. 7. lib. 1. Notum, *album* dixit. *Albus vt obſcuro deterget nubila cælo Sæpe Notus.* Iapyx autem Calabriæ ventus eſt, vt ſuprà diximus ad Od. 3. lib. 1.

H o s t i v m v x. p v e r i q v e, &c.] vſitatiſſimum eſt ſcriptoribus Græcis, & Latinis, cùm magnum aliquod malum ſignificare, ac deſcribere volunt, ſine longiore vlla oratione, quicquid id eſt, hoſtibus precari, atque optare. Sophocl. in Electra. Εἰ μὲν πέφυκεν ἐσθλὰ, δὸς τελεσφόρα. Εἰ δ' ἐχθρά, τοῖς ἐχθροῖσιν ἔμπαλιν μέθες id eſt, ſiquidem bona ſunt, dato integra, & ad exitum perducito: Sin inimica, & mala, ad hoſteis transfero. Xenoph. ἀναβασ. γ. οἶμαι γὰρ ἂν ἡμᾶς τοιαῦτα ἂν παθεῖν, οἷα τοὺς ἐχθροὺς οἱ θεοὶ ποιήσαιεν. id eſt, puto fore vt talia nobis accidant. qualia dij immortales hoſtibus ingerant. tale eſt illud Homericum. (ſunt autem Achillis verba ad Aſteropæum.) ἰλ. φ. τίς πόθεν εἷς ἀνδρῶν, ὅ μευ ἔτλης ἀντίος ἐλθεῖν; Δυστήνων δέ τε παῖδες ἐμῷ μένει ἀντιόωσι. id eſt, Quis & vnde veniſti hominum, qui contra me congredi auſus es? Infelicium filij ſe meis viribus opponunt. Dionyſius Alexandr. ἐν περιηγήσει. Δυσμενέων τοι παῖδες ἐλισσόμενοι περὶ πόντον Κείνοις ἀντιάσειαν ἀλώμενοι. id eſt, hoſtium filij in mari verſantes in illos incidant errantes. [Et Antiſthenes, vt refert Diogenes Laërt. in Antiſthene, ad quendam qui laudabat delicias & luxum, ἐχθρῶν παῖδες, ἔφη, τρυφήσαιεν, id eſt, hoſtium, ſeu inimicorum filij delectentur, & luxurient.] Virg. Georg. 3. *Dij meliora pijs, errorémque hoſtibus illum.* Ouid. *Hoſtibus eueniant conuiuia talia noſtris.* Terent. Heaut. *Ah, obſecro te, iſtuc inimicis noſtris fiet.* Plaut. Mercat. *A. peruiuus. C. principium inimicis dato.* Idem in Aſin.

A *Vtinam, male qui mihi volunt, ſic rideant.* non diſſimile eſt illud M. Tullij, Catone maiore. *Mirari ſolitum C. Fabricium, quod, cum apud Regem Pyrrhum legatus eſſet, audiſſet à Theſſalo Cinea Athenis quendam eſſe, qui ſe ſapientem profiteretur: eúmque dicere, omnia, quæ faceremus, ad voluptatem eſſe referenda: quod ex eo audientes M. Curium, & T. Coruncanium optare ſolitos, vt id Samnitibus, ipſiq; Pyrrho perſuaderetur, quo facilius vinci poſſent, cum ſe voluptatibus dediſſent.* Propert. lib. 3. *Hoſtibus eueniat lenta puella meis.* Idem lib. 2. eleg. 5. *Hoſtis ſi quis erit nobis, amet ipſe puellas: Gaudeat in puero, ſi quis amicus erit.*

C æ c o s] quorum cauſæ, & principia ignorantur: vel ſimpliciter, obſcuros: vt ſup. Od. 13. B lib. 2. *cæca fata.* & Virg. lib. 2. Æn. *Multáque per cæcam congreſſi prælia noctem Conſerimus.* & 3. *Excutimur curſu, & cæcis erramus in vndis.* Lucret. lib. 2. *Quod tales turbæ motus quoque materiaĩ Significant clandeſtinos, cæcóſque ſubeſſe.*

O r i e n t i s h æ d i] quidam libri veteres habent *orientis Auſtri.*

E t t r e m e n t e i s V e r b.] quæ videntur tremere, vndarum ictu, & fluctibus conquaſſatæ. paullò verecundiùs dixit *trementes ilices* Od. 10. epod.

S i c e t e v r o p e] Europæ exemplo Galatéam deterret, ne ſe mari, quantumuis in præſentia tranquillo, committat. Exſtat autem elegantiſſimum Theocriti carmen de Europa Phœ- C nicis filia, & hoc tauro. Etiam M. Tull. lib. 1. de nat. deorum hunc taurum commemorat his verbis: *At me hercule ego (dicam enim quod ſentio) quãuis amem ipſe me, tamen non audeo dicere pulchriorem eſſe me, quam ille fuit Taurus, qui vexit Europam, &c.*

D o l o s o] qui deum tegebat, vt ait Theocr. in illo carmine, Κρύψε θεὸν, καὶ τρέψε δέμας, καὶ γίγνετο ταῦρος id eſt, Celauit deum, & mutauit corpus, & factus eſt taurus. ſic ſup. Od. 1. lib. 2. *cinerem, doloſum* appellauit, qui igneis ſuppoſitos tegeret ac celaret.

C r e d i d i t] commiſit, ἐπίστευσεν. ſuprà Od. 5. huius lib.

P a l l v i t a v d a x] pallens extimuit pericula illa, in quæ ſeſe decepta, audaciùs coniecerat. neque eſt, quòd quiſquam miretur, hîc ab D Horatio cum pallore ſeu timore coniungi audaciam. Nam & Ariſtotel. lib. 3. de moribus ad Nicom. ſcribit, multos eſſe θρασυδειλοὺς, id eſt, qui audaciam habeant cum timiditate coniunctam. *palluit* hoc loco ἐνεργητικὸν, cùm alioqui verbum ſit abſolutum: vt epiſt. 1. lib. 1. *Nil conſcire ſibi, nulla pallescere culpa.* & Satyr. 3. lib. 2. *quiſquis Ambitione mala, aut argenti pallet amore.* & de arte poet. *Palleſcet ſuper his.*

D e b. n. o p i f e x c o r.] quæ coronam nectebat Nymphis debitam, hoc eſt promiſſam.

S v b l v s t r i] aliquantulum luminoſa. T. Liuius lib. 5. *nocte ſubluſtri, cum primo inermem, qui tentaret viam, præmiſiſſent: tradentes inde arma, vbi quid iniqui eſſet, &c.* Virg lib. 9. Æneid. *Et galea Euryalum ſubluſtri noctis in vmbra Prodidit immemorem*

X ij

Digitized by Google

SIMVL.] ſimulatque, vt ſup. Od. 4. lib. 1. *qui ſimul meatu.*

CENTVM TETIG. POTENT. OPP. CRET.] ſic Homer. ἰλια. β. οἳ Κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφενέμοντο. & Virgil. Æneid. 2. de Cretenſibus, *Centum vrbes habitant.* & Horat. Od. 9. epod. *Aut ille centum nobilem Cretam vrbibus, Ventis iturus non ſuis, &c.*

PATER, Ô RELICT. FILIÆ NOMEN] ô pater, ô nomen paternum à filia relictum. *nomen* autem legendum, vt habent omnes libri veteres, & plerique excuſi: non, *numen.*

FVRORE] amore perdito, & inſano.

LEVIS VNA M. EST VIRGIN. CVLPÆ.] leuis eſt pœna virgini, quæ parentibus inſcijs corpus cum viro commiſcuerit, ſemel mori: grauiore pœna mulctari debet. hyperbole: cuiuſmodi eſt apud Propertium, vbi de Tarpeia veſtali loquitur: *Et ſatis vna malæ potuit mors eſſe puellæ: Quæ potuit flammas fallere, Veſta tuas?* Nauſicaa apud Hom. ὀδυσ. ζ. grauem iu ea virgine culpam reſidêre dicit, quæ vtroque parente inuito, præſertim propitio, cùm viris rem habeat, neque exſpectet palàm nubendi tempus Καὶ δ' ἄλλῃ νεμεσῶ, ἥ τις τοιαῦτά γε ῥέζοι, Ἥ τ' ἀέκητι φίλων πατρὸς καὶ μητρὸς ἐόντων Ἀνδράσι μίσγηται, πρίν γ' ἀμφάδιον γάμον ἐλθεῖν.

IMAGO VANA] ſpecies falſa in ſomnis occurrere ſolitá φάντασμα.

QVÆ P. FVG. EBVR.] ſumtus eſt hic locus ex Hom. ὀδυσ. τ in extremo. Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων. Αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι. Τῶν οἳ μέν κ' ἔλθωσι διὰ πριστοῦ ἐλέφαντος, Οἵ ῥ' ἐλεφαίρονται ἔπε' ἀκράαντα φέροντες· Οἳ δὲ διὰ ξεστῶν κεράων ἔλθωσι θύραζε, Οἵ ῥ' ἔτυμα κραίνουσι, βροτῶν ὅτε κέν τις ἴδηται. quos Homeri verſus expreſſit Virg. Æneid. 6. *Sunt geminæ ſomni portæ: quarum altera fertur Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris: Altera candenti perfecta nitens elephanto.* huc alludit Plato in Charmide. Ἄκουε δή, ἔφην, τὸ ἐμὸν ὄναρ, εἴτε διὰ κεράτων, εἴτε δι' ἐλέφαντος ἐλήλυθεν, id eſt, audi igitur, inquam, meum ſomnium, vtrùm per cornu, an per ebur venerit eodem pertinet epigramma Græcum non inuenuſtum ex lib. 3. epigrammatum Græcorum, in Callimach. ὦ μέγα Βαττιάδαο σοφοῦ περίπυστον ὄνειαρ. Ἦ ῥ' ἐτεὸν κεράων, οὐδ' ἐλέφαντος ἔφυς. Τοῖα γὰρ ἄμμιν ἔφηνας, ἅ τ' οὐ πάρος ἀνέρες ἴσμεν Ἀμφί τε ἀθανάτους, ἀμφί τε ἡμιθέους. quorum verſuum interpretatio ad verbum expreſſa, hæc eſt. O Battiadæ ſapientis valde clarum ſomnium. Planè re vera è cornibus, non ex ebore natum es. Talia enim nobis aperuiſti ac declaraſti, quæ anteà nos homines neſciebamus, de dijs immortalibus, & de ſemidijs.

SI QVIS INFAM. MIHI N.] re tranſacta ſolent puellæ virginitatem amiſſam deflere, venereámque illam voluptatem oratione deteſtari. Quod dico autem. id ſic accipi volo, quaſi Europa certò ſcierit, ſe cum Ioue rem habuiſſe.

A Nam ſi taurum eſſe putauiſſet, iuſta cauſa eſſet, cur eam talis turpitudinis pœniteret. ſed certè nouæ nuptæ non ſine lacrymis primos illos Veneris fructus cum ſponſis ſuis decerpunt. Suntne igitur veræ hæ lacrymæ, an falſæ? falſas ait eſſe Catullus in Carm. de coma Berenices. *Eſt ne nouis nuptis odio Venus? an ne parentum Fruſtrantur falſis gaudia lacrymulis, Vbertim thalami quas intra limina fundunt? Non ita me Diui, vera gemunt, iuerint.* Ita puella illa apud Theocr. εἰδ. vltimo, à paſtore Daphnide mulier è virgine facta, ad oueis ſuas reuertitur, oculis quidem pudore ſuffuſis: animo autem penitus exhilarato ὄμμασιν αἰδομένη, κραδίη δέ οἱ ἔνδον ἰάνθη.

FRANGERE] διαρκόπτειν, diripere, diuellere, ac diſcerpere.

B CORN. TAVRI] nonnulli libri habent *cornua monſtri:* quos non ſequor, quamquam non damno.

IMPVD. LIQ. PAT. PEN.] impudens in coſui, quòd patrem reliqui: impudens nunc ſum, quòd tali flagitio admiſſo maneam in vita. ſup. Od. 24. *Et peccare nefas, aut pretium eſt mori.*

ORCVM MOROR] Orcum moratur is, qui non moritur tum, cùm mori debet. Eſt enim quodammodo Orco in mora. nam quamuis nos omnes morti debeamur, noſtráque vt idem ait alibi: non vno tamen die ſumus omnes morituri: ſed alij alijs vel citius, vel tardius. [Sic Terent. Heautont. *egomet conuiuas moror.*] ſic iunxit hoc

C verbum cum accuſandi caſu Od. 12. lib. 1. *rapidos morantem Fluminum lapſus.* plura exempla collegimus ad Od. 7. lib. 2.

SI QVIS HÆC AVDIS] cod. vnus Vatic. & Torneſ. habent *hæc audit* in 3. perſona. vt Od. 5. epod. *At ô deorum quicquid in cælo regit, &c.*

VTINAM INTER ERREM NVDA LEON.] vtinam errem nuda inter leones. talia aliquot loquendi genera ſub vno quaſi aſpectu poſuimus ad Od. 7. lib. 2.

TENERÆQVE SVCCVS DEFL. PR.] id eſt, & antequam ego præda leonibus, & tigribus debita, ac pæne deuota, contabeſcam, velim integra paſcere tigreis, & ſimileis feras. legendum fortaſſe eſt *teneráque ſucc. Defl. prædæ,* niſi ita

D dictum intelligamus, vt illud, *Corticem demouebit amphoræ,* Od. 8. lib. 3.

SPEC. QV. PASC. TIGR.] quæro etiámnum ſpecioſa, & dum forma integra manet, tigribus eſcam & pabulum eſſe: *quæro paſcere* genus loquendi Horatio vſitatum, alibi à nobis notatum.

VILIS EVROPÆ PATER VRG. ABS.] Vulgata quidem hæc eſt lectio: *vilis Europe, pater vrget abſens:* quam ſi quis fortè ei, quam ſecutus ſum, anteponet, ſic explico. O Europa, contemta iam, & minimi pretij, poſteaquàm pudicitiam tuam prodidiſti: pater, qui abeſt, adeſſe videtur tamen, & te vrgere, tibique inſtare. Sed cùm Europæ per æ diphthongum ſcriptum repeDriſſem in vno cod. Vatic. eandémque ſcripturam codex Faërni, quamuis hoc loco interlitus, comprobaret:

probaret: putaui mihi ſine arrogantiæ crimine à A vulgata lectione diſcedere licere. acceſſit cod. Totneſ. ad cuius oram hæc verba ſunt aſcripta, *vilem Europæ patrem dicit, quia eo relicto taurum ſecuta eſt.* ſolemus autem ea vilia nobis eſſe dicere, quæ non ſunt nobis cara, & quæ contemnimus, paruíque facimus. ſic M. Tull. Philipp. 12. *vita mihi quidem minime cara eſt, præſertim cum Dolabella fecerit, vt optanda mors eſſet, modo ſine cruciatu, & tormentis: vobis tamen, & populo Rom. vilis eſſe ſpiritus meus non debet.* Sic igitur hunc locum explico. Pater tibi Europæ filiæ vilis, id eſt, quem tu filia præ tauro contempſiſti, & pro nihilo putaſti, videtur te abſens vrgere, & ſtimulare, vt moriaris: ita me excruciat mei flagitij conſcientia, vt quoquò eam, patrem mihi coràm videar audire, quamuis B abſentem, qui me obiurget, atque increpet, &c. Et ſanè congruit hæc explicatio cum verbis illis ſuperioribus, *pietas victa furore*. idem ſunt enim: pietatem in patrem, victam eſſe ab amore, ac libidine: & patrem ab Europa filia contemtum eſſe præ amante.

Qvid mori cessas?] putant quidam hæc eſſe verba patris Europam vrgentis. mihi contendere non placet. ego tamen malim hæc quoque, Europæ eſſe verba intelligi, vt intelligamus eam perpetuò ſeipſam affari.

Vrget] codex etiã ille Vatic. habet, *vrguet*.

Potes hac ab orno Peno.] potes te de hac orno ſuſpẽdere. quidam per ornum, nauis malum ſignificari putant, vt intelligamus, C Europam in naui eſſe. ſed refellit hanc opinionem id, quod ſequitur, *age, te procellæ Crede veloci*. Sunt autem Europæ verba à principio vſque ad extremum, vt dixi: niſi quis malit hæc à patre tanquam præſente dici, vt Europa perturbata, & de gradu mentis deturbata hæc loquentem patrem audire ſibi videatur. Iam hæc *Pendulum ab orno*, coniunctè ſunt legenda, vt epiſt. ad Loll. 2. lib. 1. *ne fluitem dubiæ ſpe pendulus horæ.*

Zona bene te sec.] quàm opportunè tecum deportaſti, vt ea tibi collum obſtringas, animámque intercludas. erat autem veriſimile, Zonam virgineam, quam taurus Europæ ſoluiſſet, ei, aliud agenti excidiſſe.

D Lædere collvm] codex Card. Rainutij, & vnus Vatic. & nonnulli alij manuſcripti habent *elidere collum*, quæ ſcriptura quamquam non eſt mihi viſa vulgatæ anteponenda, *lædere collum*: non tamen videtur reijcienda aut damnanda, vt prima littera verbi *elidere*, pertineat ad verſum antecedentem, hoc modo *Zona bene te ſecuta eſt Lædere collum.*

Sive te rvpes, et ac.] ſiue, non geminatum, annotatum ad Od. 3. lib. 1. acuta autem leto ſaxa dixit, quòd eum, qui ſe ex eis præcipitem agat, celeriter exanimènt, vt morbi acuti appellantur, quod celeriter tollant de medio.

Age, te proc. Crede] id eſt, committe, ſeu permitte te procellæ: ex hac rupe te præcipitem in mare deijce.

Regivs sangvis] ſic Od. 2. lib. 4. *Seu Deos, Regéſque canit, Deorum ſanguinem.* & carm. ſæculari, *Clarus Anchiſæ, Venerisque ſanguis.* & de art. poët. *Vos ò Pompilius ſanguis.*

Qverenti] Europæ. hoc loco adducor, vt credam orationem eſſe Europæ ab initio continuatam ad hunc vſque locum.

Perfidvm ridens] Helleniſmus, vt annot. Od. 22. lib. 1. ad illum locum, *Dulce ridentem.* Sic quidem omnes hunc locum connectunt, & explicant. Sed Paſſeratius, coniunctè legit, *querenti Perfidum*, id eſt, querenti taurum perfidum ac doloſum: vel querenti perfidiam tauri, cui latus crediderat, cuique ſe vehendam tradiderat, ſic locutus eſt Ouid. in epiſt. Didonis. *Non tamen Ænean quamuis malè cogitet, odi, Sed queror infidum: queſtáque peius amo.*

Remisso] iam laxato, poſteaquã Europam ſuis ſagittis ſauciarat. probabiliter autem, & ex ſagittariorum more dixit, *remiſſo arcu*. Nam ſagittarij vbi arcu vti neceſſe habent, eum intendunt. vbi iaculari velle deſierunt, remittunt. ſic ſuprà Od. 8. *Iam Scythæ laxo meditantur arcu Cedere campis.*

Abstineto. (Dixit) irarvm] etiam hoc è Græco expreſſum puto, ἀπέχου τῶν ὀργῶν. nam Latino more dixiſſet, *abſtineto ab iris*. Simile eſt illud ſuprà Od. 9. li. 2. *deſine mollium Tandem querelarum.*

Cùm tibi invisvs laceranda, &c.] cùm taurus is, cui te tantopere iratam eſſe oſtendis, te tenuiſſet: ne, quod te facturam eſſe minata es, eius cornua frangito, aut laceratio: ſed in eum te facilem ac placatam præbeto.

Vxor invicti Iovis esse nescis?] hoc quoque loquendi genus Græcum eſt. ſic enim loquuntur illi, Οὐκ οἶσθα τοῦ Διὸς γυνὴ οὖσα; Latini autem ſic, te vxorem inuicti Iouis eſſe neſcis? tale eſt illud, *patiens vocari Cæſaris vltor* Od. 2. lib. 1.

Bene ferre magnam] οὐ γὰρ παντὸς ἀνδρὸς φέρειν εὐτυχίαν, inquit Ariſtot. lib. 5. polit. id eſt, non eſt cuiuſlibet ferre res ſecundas. Quòd ſi quis ſecundam fortunam cõſecutus aut certaminibus glorioſis, aut pecuniæ magnitudine, inſolentem atque odioſam petulantiam comprimere ſciat, dignus ſit, quem homines certatim laudibus efferant, vt ait Pindarus: cuius hæc verba ſunt ὠδ. γ. ἰσθμ. princip. Εἴ τις ἀνδρῶν εὐτυχήσαις ἢ σὺν εὐδόξοις ἀέθλοις, ἢ σθένει πλούτου κατέχει φρεσὶν αἰανῆ κόρον, ἄξιος εὐλογίαις ἀστῶν μεμίχθαι. Vtrùm autem ſit difficilius ſecundam, an aduerſam fortunam moderatè & compoſitè ferre, non eſt facilè pronuntiare. Aiunt quidam, quemadmodum dolor interimit, voluptas autem liquefacit: ſic rebus aduerſis homines opprimi, atque affligi: ſecundis verò, duntaxat immoderata lætitia efferri. Ego tamen exiſtimarim ſi mihi quod ſentio, liceat dicere, difficilius eſſe res ſecundas æquo animo, & moderatè ferre, quam aduerſas: proptereà quòd ſecundæ res animos hominum vaniſſimis opinionibus imbuere,

A eoſdémque ad ſuperbiam, ferociam, ignoratio- nem ſui perniciosam ſecuritatem, omnem deniq; peccandi licentiam atq; impunitatem facillimè impellere ſolent, dum ſuas fortunas, tanquam deorum, ſtabileis, fixas, & ſempiternas fore ſperant. Ita fit, vt ſecundis rebus elati, præ ſe contemnant alios, ſeſe alijs omnibus anteponãt, ſua profundant, alienis rebus manus afferant, leges negligant, ſacra cum profanis miſceant, omnia ſua libidine metiantur: poſtremò ſuæ intemperantiæ ac temeritatis meritas pœnas luant. Contrà in rebus aduerſis præcipua vis ineſt excitandorum ad virtutem animorum, acuendæ fortitudinis & induſtriæ, comprimendæ ſuperbiæ, coërcendarum cupiditatum: Nam ſi quis, exempli gratia, ſit inertior, ignauior, diſſolutior, mollior natura, is B rebus aduerſis ſtimulatus, atq; exſuſcitatus, omnem continuò ex animo inertiam, ac mollitiam diſcutit, atque eijcit, totumque ſe ad fortitudinis & patientiæ ſtudium traducit: ſi quis elatior, ferocior, ac ſuperbior: is à rebus aduerſis correctus, & quodammodo eruditus, ad modeſtiam & facilitatem ſeſe dictò citiùs inflectit: ex quo Græci ſolent ita loqui, τοὺς ἀνθρώπους ταῖς ἀτυχίαις σωφρονίζεσθαι: id eſt, homines rebus aduerſis ſapientiores fieri, atque erudiri: ſi quis luxurioſus, profuſus, ac ſumtuoſus: is conſilio mutato, frugalitatem, & parſimoniam amplectitur. Hanc ſententiam confirmat Cornelius Tacitus, non optimus ille quidem latinitatis auctor, ſed hiſtoriæ C certè ſcriptor prudens, verus, atque acutus, li. 17. his verbis: *fortunam adhuc tantum aduerſam tuliſti, ſecundæ res acrioribus ſtimulis animum explorant: quia miſeria tolerantur, felicitate corrumpimur.* & item Salluſt. coniur. Catil. *Quippe ſecundæ res ſapientum animos fatigant: nedum illi (milites) corruptis moribus victoriæ temperarent.* Sic & Cato oratione pro Rhod. apud Gell. lib. 7. cap. 3. *Scio ſolere pleriſque hominibus rebus ſecundis, atque prolixis, atque proſperis animum excellentem, atque ſuperbiam, atque ferocitatem augeſcere, atque creſcere: quod nunc mihi magnæ curæ eſt, quod hæc res tam ſecunde proceſſerit, nequid in conſulendo aduerſi eueniat, quod noſtras ſecundas res confricet: néve hæc lætitia nimis luxurioſè eueniat. Aduerſæ res ſe domant & docent quid opus ſit facto: ſecundæ res lætitia* D *transuorſum trudere ſolent à rectè conſulendo, atque intelligendo.* [Accedat ad ſuperiores Diodorus Sicul. lib. 19. Διόπερ ἔνιοι προσηκόντως ὑπολαμβάνουσιν εὐχερέστερον ὑπάρχειν συμφορὰς ἐνεγκεῖν ἐπιδεξίως, ἢ τὰς ἐκ μεγάλης εὐημερίας ἐμφρόνως. αἱ μὲν γὰρ διὰ τὸν περὶ τῶν μελλόντων φόβον ἐπαναγκάζουσιν ἐπιμελεῖσθαι· αἱ δὲ διὰ τὸ προγεγονὸς εὐτύχημα, προτρέπονται καταφρονεῖν πάντων.] Ad hunc locum pertinet illud epiſt. 8. lib. 1. in extr. *ſubinde Præceptum auriculis hoc inſtillare memento: Vt tu fortunam: ſic nos te, Celſe, feremus,* & illud Saty. 2. lib. 2. in extr. *quocirca viuite fortes, Fortiáque aduerſis opponite pectora rebus.*

Tva sect. orb. &c.] id eſt, tertia pars orbis terrarum tuo nomine appellabitur, ad ſempiternam tui memoriam.

A TVRNEBVS.

Ex aduerſ. lib. 9. cap. 29. Quærendum eſſe viſum eſt, cur Flaccus Inauſpicatum cantum parræ dicat, cùm canit:

Impios parræ recinentis omen

Ducat, Quod & Prudentius lib. 2. contra Symmach. æque ſcribit, *Cur Cremera in campis cornice, vel oſcine parra Nemo deûm monuit, perituros Marte ſiniſtro Tercentum Fabios?* Ego eam fuiſſe ſuperſtitioſam veterum opinionem crediderim, quòd eius auis ſit iniucundiſſimus cantus, vt in oſcinibus augurij ſit ideo infauſti: cantus autem inſuauitatem & propè diritatem eius auis ſatis indicarit verſus ille Auſonij, epiſt. 14.

B *Si conferas fulicas cygnis & aedona parræ.* Cantus quoque cornicis iniucundè crocitantis malum auſpicium erat aliquid incipienti, malumque portendebat, *Sæpe*, inquit Maro, eclog. 1. *ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.* Erat etiam cantus eius fauſtus & auſpicatus, vt Suet. in Domitian. ca. 23.

Nuper Tarpeio quæ ſedit culmine cornix,

Eſt bene non potuit dicere, dixit erit. Cornix quoque & parra apud Plautum ſecunda ſunt auſpicia, non tamen cantu ſed loco: Aſinaria. ſc. Hercle verò Litaue: *Picus*, inquit, *& cornix eſt ab læua, coruus parra ab dextera conſuadent.*

Ex lib. 30. cap. 29. apud Horatium:

Rumpat & ſerpens iter inſtitutum, non ſine cauſa C dictum eſſe videtur. non enim tantùm Romani auſpicia ex auibus obſeruabant: ſed etiam è pedeſtribus, nam ſic Feſtus ſcribit, *Pedeſtria auſpicia nominabantur, quæ dabantur à vulpe, lupo, ſerpente, equo, cæteriſque animalibus quadrupedibus.*

Ex li. 6. cap. 26. *Non temere eſt*, inquit Plautus, Aulul. ſc. non temerè, *quod coruus cantet mihi nunc Ab læua manu*, Vanitas augurum auſpicia coruorum fauſta à dextra, à læua infauſta iactabat. Itaque cùm partes mundi ab ortu augurib. Romanis læuæ eſſent, Horatius ſcripſit

Oſcinem coruum prece ſuſcitabo

Solis ab ortu, vt ſcilicet cantu ſuo iter inſtitutum dirimat. à dextra autem ſuadebat coruus in aſinaria,

D *Picus & cornix eſt ab læua, coruos parra ab dextera Conſuadent.* Hinc apparet contrariam in cornice fuiſſe obſeruationem: quod & à Cicerone ſcriptum eſt, cuius verba ſunt: 1. de diuinat. *Cur à dextra coruus, à ſiniſtra cornix faciat ratum.* Siniſtra tamen cornix Maroni inauſpicata eſt,

Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.

Vbi auguriũ malum etiã adiuuat arboris vitium.

Ex lib. 10. cap. 1. *Iratus: eupolidem prægrandi cum ſene palles.* 1. Perſ. Saty. 2. audacter dictum eſt pallere Eupolidem, vt ſi diceres pallere pallorem, quod eſt qui palles, quod tam impenſè illis poëtis operam impenderis, vt decolorem contraxeris inſano labore vultum: eodem modo ſed alio ſenſu dixit Horatius *— & ſcatentem*

Belluis pontum, mediáſque fraudes

Palluit audax, pro timuit.

AD LYDEN.
Od. 28.

ARGVMENTVM.

Diem Neptuno ſacrum hilariter exigendum eſſe.

FEſto quid potius die
Neptuni faciam? prome reconditũ,
Lyde ſtrenua, Cæcubum:
** Munitæq; adhibe vim ſapientiæ.*
Inclinare meridiem
*Sentis: * ac, veluti ſtet volucris dies,*
Parcis deripere horreo
Ceſſantem Bibuli conſulis amphorã.
Nos cantabimus inuicem
Neptunũ, & virideis Nereidũ comas.
Tu curua recines lyra
Latonam, & celeris ſpicula Cynthiæ:
** Summo Carmine, quæ Cnidon*
Fulgẽteisq; tenet Cycladas, & Paphõ
Iunctis viſit oloribus.
Dicetur merita Nox quoque nænia.

FESTO QVID POTIVS DIE, &c.] ὕστερον πρότερον. Erat enim hic ordo. Prome Lyde reconditum Cæcubum, vt bibam. quid enim potius feſto Neptuni die facere poſſum?

MVNITÆQVE ADHIBE VIM] id eſt, ſeueriorem iſtam ſapientiam ſeptam, & munitam aduerſus voluptates, expugna liberaliore potu, vt det loci aliquid ioco, & ludo. non diſſimile eſt illud, quod eſt ſuprà Od. 21. ad teſtam. *Tu lene tormentum ingenio admoues Plerumque duro.* nam qui ingenium durius, rebúſque ſeriis ſemper deditum, & ſapientiam obfirmatam, atque in propoſito conſilio pertinacem, vini potu temperat, ac relaxat, videtur cùm dulcem quandam vim ſapientiæ afferre, tùm lene quoddam tormentum ingenio duriori adhibere.

INCLINARE MERIDIEM SENTIS] vides, ſolem à meridie iam ad occaſum vergere: & tamen proinde quaſi ſtet in cælo fixus, neque ſe commoueat; ſicca manes, neque ea, quæ ad curandum corpus pertinent, comparari iubes. Eandem expreſſit ſententiam aliis verbis, ſub perſona paraſiti Plautus Menæchm. *Dies quidem iam ad vmbilicum eſt dimidiatus mortuus.* ſic M. Tull. lib. 3. Tuſcul. quæſt. princip. *Vt enim in Academiã noſtram deſcendimus, inclinato iam in pomeridianum tempus die, &c.* Conuenienter autem & accómmodatè ad naturam rerum ita loquebantur La-

A tini. Nam veteres Græci diem ad meridie vſque creſcere dicebant, à meridie minui ac decreſcere. Itaque manè ſol ſurgere dicitur & oriri: veſperi occidere & cubare. Hom. ἰλ. λ. ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν, καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ: id eſt, Interea dum erat aurora, & dies ſacer augeſcebat: & φθινάδα ὥραν appellant Græci tempus pomeridianum: quaſi tempus decreſcens.

AC VELVTI] ſic quidem habent omnes, quos vidi, libri calamo ſcripti: mallem tamen *ac veluti.*

PARCIS DERIP. HORR.] deripere ſcriptum reperi in quattuor libris Vatic. Don. Vrſ. Torneſ. eámque ſcripturam puto eſſe rectam & germanam. condebant autem vini cados, & te-
B ſtas in horreis antiqui, id eſt, vini apothecis, vt Od. 12. lib. 4. *elicIet cadum, Qui nunc Sulpiciis accubat horreis.* vide annot. ad Od. 21. huius libri. quo loco cùm vtatur verbo *deſcendendi*, ſatis declarat, vini apothecas fuiſſe in locis editioribus collocatas, & in eis teſtas & amphoras ſeruari ſolitas, fortaſſe vt facilius fumum biberent, & ita vinum inueteraſceret, quemadmodum docet Columella lib 1. cap. 9. & nos diximus ſuprà ad Od. 8. huius lib.

BIBVLI CONSVLIS AMPH.] ætatem huius vini notat. Fuit autem Bibulus C. Iulij Cæſaris collega, anno ab vrbe condita DCXCIV.

INVICEM] viciſſim, vt ſup. Od. 25. lib. 1. *Inuicem mœchos anus arrogantes Flebis.* quidam libri
C manuſcr. habent; *Inuices.*

ET VIRIDES] talis color tribuitur diis & deabus marinis, ſeu glaucus, & cæruleus. Idem valet *vitreus.* idcirco ſuprà Circen *vitream* dixit Od. 16. lib. 1.

TV CVRVÆ] ſup. Od. 10. lib. 1. *curuæq; lyræ parentem.*

RECINES] iterum atque iterum canes, vt Od. 12. 1. libri, *cuius recinet iocoſa Nomen imago?*

CEL. SPIC. CYNTHIÆ] Dianæ. Cinthus mons Deli, à quo & Apollo, Cynthius: & Diana, Cynthia nominata eſt. cur celeris? quia taleis oportet eſſe venatores. Diana autem venatrix eſt. præterea Diana, luna eſt. at luna breuiſſimo tempore nempe 28. diebus orbem & curſum ſuum
D conficit. Quare ob hanc cauſam *lunas celeres* dixit Od. 1. lib. 4. & Od. 6 eiuſdem, lunam celerem *pronos voluere menſeis.* Spicula porrò Dianæ tribuuntur, quia eſt iaculatrix. idcircò & ab Homero, & à ceteris ἰοχέαιρα appellatur, id eſt, ſpiculis, ſeu iaculis gaudens. Poſtremò habet etiam luna ſuos radios. Virgil. lib. 9. *Et galea Euryalum ſublustri noctis in vmbra Prodidit immemorem, radiiſque aduerſa refulſit.* At radij, ſunt ſpicula.

SVMMO] vltimo, vt epiſt. 1. ad Mæcen. 1. lib. 1. *ſumma dicende camæna.*

QVÆ CNIDON, &c.] Venerem deſignat. ſuprà Od. 30. lib. 1. *Venus, regina Cnidi, Paphique.*

FVLGENTEISQVE] *nitenteis*: Oda 14. lib. 1. *Interfuſa nitenteis Vites æquora Cycladas.*

IVNCTIS VISIT OLORIB.] cycnis: à

quibus trahitur currus Veneris. Od. 1. lib. 4. *purpureis ales oloribus*, id eſt, vtens olorum pennis, & alis ad currum ſuum trahendum. Vtitur etiam Venus paſſeribus ad eandem rem. Sappho. πατρὸς δὲ δόμον λιποῖσα Χρύσιον ἦλθες Ἅρμ' ὑποζεύξασα, καλοὶ δὲ σ' ἄγον Ὠκέες στρουθοὶ πτέρυγας μελαίνας Πυκνὰ δινέοντες ἀπ' ὠράνω, αἰθέρος διὰ μέσσω: id eſt, patris autem domo relicta, veniſti curru aureo iuncto: Pulchi verò & celeres paſſeres te vehebant crebrò nigras alas agitantes à cœlo per medium æthera. Eò fortaſſe ſpectans Catullus paſſerem, ſuæ puellæ delicias, & tam lepido carmine cecinit, & mortuum tam triſtibus verſibus luxit. Vtitur & columbis. Propertius lib. 3. in ſomnio ſuo. *Et Veneris dominæ volucres mea turba columbæ Tingunt Gorgoneo Punica roſtra lacu.*

MERITA NÆNIA] carmine debito. aliâs nænia carmen eſt funebre, vt ſuprà Od. 1. lib. 2. Putant quidam propriè hîc poſitam eſſe vocem *nænia*, pro carmine triſti & lugubri, quia (inquiunt) nox ſit mortis & ſomni mater.

TVRNEBVS.

EX lib. 24. cap. 45. Nox ritu Romano dea cõſebatur, vt ex hoc conſtat loco.

Ducetur merita Nox quoque nænia. Vide ſup. Od. 19. huius lib. 3.

AD MÆCENATEM. Od. 29.

ARGVMENTVM.

Mæcenatem ad ſuas epulas inuitat: quas illi gratas fore ſperat, quod diuitibus ad pauperum frugales cœnas ſe conferentibus vieiſſitudo illa placeat. Vrbem propter vehementes æſtus & cum vrbe curas ab eo vult relinqui. Non debere mortales de futuris anxios eſſe, ſed ad omnem euentum bene preparatum pectus (vt ipſe alibi loquitur) habere, dicit. Sed hoc ſibi (ſimul etiam ſui ſimiles intelligens) faciliùs eſſe innuit, quàm iis, qui congerendis opibus ſunt dediti.

Tyrrhena regum progenies, tibi
*Nõ antè * verſo lene merũ cado*
Cum flore, Mæcenas, roſarum, &
** Preſſa tuis balanus capillis*
Iamdudum apud me eſt: eripe te moræ,
Ne ſemper vdum Tybur, & Æſulæ
Decliue contempleris aruum, &
*Telegoni * iuga parricidæ.*
Faſtidioſam deſere copiam, &
Molem propinquam nubibus arduis
Omitte mirari beatæ
Fumum, & opes, ſtrepitúmq; Romæ.
Plerúmque gratæ diuitibus vices,
Mundæq; paruo ſub lare pauperum
Cœnæ, ſine aulæis, & oſtro
Sollicitam explicuere frontem.
*Iam clarus occultum Andromedæ * pater*
Oſtendit ignem: iam Procyon furit:
Et ſtella veſani leonis,
*Sole dies referente * ſiccos.*
Iam paſtor vmbras cum grege languido,
Riuúmque feſſus quærit, & horridi
Dumeta Syluani: carétque
Ripa vagis taciturna ventis.
Tu ciuitatem quis deceat ſtatus,
Curas, & vrbi ſollicitus times:
Quid Seres, & regnata Cyro
Bactra parent, Tanaiſque diſcors.
Prudens, futuri temporis exitum
Caliginoſa nocte premit Deus:
Ridétque, ſi mortalis vltra
Fas trepidat. quod adeſt, memento
** Componere æquus: cetera fluminis*
Ritu feruntur, nunc medio alueo
** Cum pace delabentis Etruſcum in mare, nunc lapides adeſos,*
Stirpeſque raptas, & pecus, & domos
Voluentis vnà, non ſine montium
Clamore, vicinæque ſiluæ,
Cum fera diluuies quietos
*Irritat amneis. ille * potens ſui,*
Lætúſque deget: cui licet, in diem,
Dixiſſe, vixi: cras vel atra
Nube polum pater occupato,
Vel ſole puro: non tamen irritum
*Quodcumque * retro eſt, efficiet: neque*
Diffinget, infectúmque reddet,
Quod fugiens ſemel hora vexit.
Fortuna ſæuo læta negotio, &
Ludum inſolentem ludere pertinax,
Tranſmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alij benigna.

* Laudo

**Laudo manentem: ſi celereis quatit*
Pennas: reſigno, quæ dedit: & mea
Virtute me inuoluo: probámque
*Pauperiem * ſine dote quæro.*
** Non eſt meum, ſi mugiat Africis*
Malus procellis, ad miſeras preces
Decurrere: & votis paciſci,
Ne Cypriæ Tyriæque merces
Addant auaro diuitias mari,
** Tunc me biremis præſidio ſcaphæ*
Tutum per Ægeos tumultus
Aura feret, geminúſque Pollux.

THYRRHENA REG. PROG.] Mæcenatem ſignificat, ab Etruſcis regibus oriundum, vt diximus ſup. Od. 1. lib. 1. *Mæcenas atauis edite Regibus.* & Propert. lib. 3. *Mæcenas eques Etruſco de ſanguine Regum, Intra fortunam qui cupis eſſe tuam, &c.*

TIBI NON ANTE VERS. L. M. C. CVM FL. &c.] tria ſe præcipuè apparaſſe oſtendit: vinum, roſas, vnguenta. ſic ſup. Od. 3. lib. 2. *Huc vina, & vnguenta, & nimium breues Flores amœnæ ferre iube roſæ.*

NON ANTE VERSO CADO] quid ſit cadum vertere, & cadus verſus, ex Plauto intelligere licet in Sticho. *Nolo ego nos pro ſummo bibere: nullis velerimus poſteà: Námque ædepol quamuis deſubito vel cadus verti poteſt.* & Virgil. Æneid. 9. *Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos.* & Lucil. *Vertitur œnophoris fundus, ſententia nobis.* Horat. Sat. 8. lib. 2. *Inuertunt Alifanis vinaria tota.* Vinum igitur è cado prompturi cadum vertebant: & ita exhauriebant, ſeu vinum depromebant.

C

PRESSA] id eſt, ex qua oleum expreſſum eſt, quod balaninum appellatur. per glandem igitur preſſam, oleum balaninum ex glande vnguentaria expreſſum ſignificat.

TVIS CAPILLIS] vt eo vnguento tui capilli delibuti niteant.

BALANVS] balanus; glans vnguentaria. Plin. lib. 12. cap. 28.

D

ÆSVLÆ] Æſula oppidum in colle ſitum, Tiburi propinquum. Æſolanos cõmemorat. Plin. lib. 3. cap. 5. Quare malim hîc legi *Æſolæ.* quamquam ab eodem Æſulani, ſeu Aſulani eodem loco referuntur.

ET TELEGONI IVGA PATR.] id eſt, Tuſculũ item in colle ſitum. de quo multa Strabo lib. 5. De Telegono autem ſcribit Homeri interpres ὀδ. λ. recentiores poëtas ea, quæ de Telegono Vlyſſis & Circes filio dicuntur, confinxiſſe, nempe ab eo, cùm in Ithacam patrem quærens veniſſet, imprudente patrem eſſe interfectũ.

FASTIDIOSAM COPIAM] quæ faſtidium parit. nam *Putet aper, rhombúſque recens, mala copia quando Ægrum ſollicitat ſtomachum,* vt eſt Sa-

A

tyr. 2. lib. 2. ſuprà Od. 1. huius libri, dominum, *terræ faſtidioſum* dixit, qui terræ faſtidio afficiatur. Omnino copia ſatietatẽ, ſatietas faſtidiũ parit.

MOLEM PROPINQ. NVBIB.] ædificia ad eam altitudinem perductam, vt nubeis attingere videantur. ſup. Od. 15. lib. 2. *regias moles* appellauit.

MVNDÆ] neque ſordidæ, neque nimis opiparæ, & ſumtuoſæ, vt Satyr. 1. lib. 2. *Mundus erit, qui non offendet ſordibus, atque in neutram partem cultus miſer.*

SOLLICITAM EXPLIC. FR.] ademerunt curas, triſtitiam diſcuſſerunt & animos exhilararunt. *explicare frontem* dicitur tùm id, quod lætitiæ cauſam affert, vt hoc loco: tùm is, qui re

B

aliqua læta ſibi oblata, vultu & fronte lætitiam declarat. ſic Satyr. 2. lib. 2. *Ac venerata Ceres vt culmo ſurgeret alto, Explicuit vino contractæ ſeria frontis.* Terentius de eo, qui hilariter viuit, dixit *exporrigere frontem.* Adelph. *date hodie mihi: Exporge frontem.* paulò pòſt idem dicit aliis verbis, *hodie modò hilarum te face.*

IAM CLARVS OCCVLTVM] videtur hîc Alcæum eſſe imitatus: cuius extant hi verſus apud Athen. lib. 1. & 10. Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται· Ἡ δ' ὥρη χαλεπή, πάντα δὲ δίψα ὑπὸ καύματος. quibus verbis hæc ferè ſententia exprimitur, Madefacito pulmones vino. Aſtrum enim oritur feruidum: anni tempus graue & moleſtum eſt, omnia præ æſtu ſitiunt. & alibi, Πίνωμεν· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται. ſignificatur autem æſtatis aduentus.

ANDROMEDÆ PATER] Cepheus Andromedæ pater ex Caſſiepéa vxore. de quo ſic Aratus: Αὐτὸς μὲν κατόπισθεν ἰὼν κυνοσουρίδος ἄρκτου Κηφεὺς ἀμφοτέρας χεῖρας τανύοντι ἐοικώς, id eſt, *Ipſe breuem patulis manibus ſtat poſt Cynoſuram Cepheus. Andromedæ* autem repoſui, ſecutus libros veteres.

IAM PROCYON FVRIT] anticanem Aratus ſub geminis locat. καὶ μὴν καὶ προκύων διδύμοις ὑπὸ καλὰ φαείνει. quem verſum ſic vertit M. Tull. *& hic Geminis eſt ille ſub ipſis Anticanis, Graio procyon qui nomine fertur.* ſic autem legendum potiùs, quàm vt vulgò, *Antecanem.*

D

ET HORRIDA DVMETA SILVANI] ita ſcriptum reperi in duobus lib. Vatic. & Iann. alij habent *horridi, &c.* vnus, *horrida Dumeta ſiluarum.* ego probabiliorem, meo iudicio, ſcripturam ſecutus ſum.

CARÉTQVE RIPA] cod. Achillis Statij *caret quà,* quam ſcripturam non memini me vſquam reperiſſe.

REGNATA CYRO BACTRA] Bactra, in quibus regnauit Cyrus. notauimus hoc genus loquendi ſuprà ad Od. 6. lib. 1. *& regnata petam Laconi Rura Phalantho.* Strabo βάκτρας nominat numero ſingulari li. 2. εἶτα εἰς βάκτραν τὴν πόλιν. &c. Plinius Bactra numero multitudinis, vt Horat.

TANAÏSQVE DISCORS] cur diſcors? an

quòd cum Mœotide palude Aſiam ab Europa diſterminat? an quòd deſinens in duas ſe parteis fiudit, vnaque in Mœotidem paludem, altera in Cimmerium Boſphorum influit? an quòd Scythæ & Sarmatæ, per quos fluit, continua inter ſe bella gerunt? an quòd Parthi, ſeu Medi, Tanai vicini inter ſe diſcordant, & ſeditiones agitant? eóque minus Mæcenati de tep. laborandum eſt? quod poſtremum placet Paſſeratio: cõfirmatque ſimili loco, qui eſt Oda 8. huius libri, *Mitte ciuiles ſuper vrbe curas. Occidit Daci Cotiſonis agmen. Medus infeſtus ſibi luctuoſis Diſſidet armis.*

Prvd. fvt. temp. exit.] nihil eſt hac ſententia tritius. eam ſic complectitur Pindarus εἰδ. ιϐ. Olymp. σύμβολον δ' οὔπω τις ἐπιχθονίων πιστὸν ἀμφὶ πράξιος ἐσσομένας εὗρεν θεόθεν. τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φραδαί, id eſt, nullus dum mortalium certam rei futuræ notam diuinitus conſecutus eſt: & futurorum cognitio eſt obſcura.

Vltra fas trepidat] vltra id, quod ei licet, laborat, id eſt, ſe cura rerum futurarum macerat, vt Od. 16. lib. 2. *Lætus in præſens animus, quod vltrà eſt, Oderit curare.*

Qvod adest] id, quod præſens eſt. ſic Pindar. εἰδ. η. ἰσθμ. τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄρειον ἀεὶ χρῆμα πᾶν. δόλιος γὰρ αἰὼν ἐπ' ἀνδράσι κρέμαται ἑλίσσων βιότου πόρον. id eſt, res autem omnis, quæ ante pedes eſt, ſemper eſt melior. doloſa enim ætas hominibus impendet vitæ curſum voluens.

Æqvvs id eſt, æquo animo. annot. ad Od. 3. lib. 2.

Cetera flvm. ritv fer.] ea tantũ, quæ præſentia ſunt, in noſtra poteſtate ſunt ſita, eáque noſtro arbitratu componere, & moderari poſſumus, inquit. cetera autem vel Dei immortalis voluntate, ac prouidentia adminiſtrantur, & horum cauſæ ſunt æternæ ac neceſſariæ: vel temerè, arbitrióque fortunæ eueniunt, & horum cauſæ ſunt fortuitæ. dico autem hæc de philoſophorum ſententia. Quemadmodum autem fluuij, qui nunc lenis & pacatus eſt: nunc rapidus & violentus, curſum moderari non poſſumus: ſic neque rerum futurarum naturam, quæ interdum tranquilla eſt, ſedata, læta, optata: interdum concitata, & turbulenta, & mortalibus calamitoſa, atque aduerſa, immutare fas eſt. Sæpè vtuntur poëtæ hac torrentis ſimilitudine: ſed variè. Virg. Æneam armorum ſonitu & fragore è ſomno excitatum cum paſtore confert, è montis vertice torrentem ingenti cum murmure præcipitantem, omniáque ſecũ trahentem, exaudiente. Æneid. 2. *Excutior ſomno, & ſummi faſtigia tecti Aſcenſu ſupero, atque arrectis auribus aſto: In ſegetem veluti cum flamma furentibus Auſtris Incidit, aut rapidus montano flumine torrens Sternit agros, ſternit ſata læta, boúmque labores, Præcipiteiſque trahit ſiluas, ſtupet inſcius alto Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor.* Sic Lucret. lib. 1. vbi diſputat de primis corporibus, docétque ea cerni non poſſe: ventorum affert ſimilitudinem, qui, cùm oculis non cernantur, arbores ſternunt tamen, & mare turbant, & concitant, non aliter (inquit) *Quàm cum mollis aquæ fertur natura repente Flumine abundanti, quod largis imbribus auget Montibus ex altis magnus decurſus aquai, Fragmina coniiciens ſiluarum, arbuſtáque tota: Nec validi poſſunt pontes venientis aquai Vim ſubitam tolerare: ita magno turbidus imbri Molibus incurrens validis cum viribus amnis: Dat ſonitu magno ſtragem, voluitq; ſub vndis Grandia ſaxa: ruit, quà quicquam fluctibus obſtat.* & Hom. ἰλ. λ. Aiacem in prœlio viros, equóſque ſternentem cum fluuio torrente comparat. Ὡς δ' ὁπότε πλήθων ποταμὸς πεδίονδε κάτεισι Χειμάρρους κατ' ὄρεσφιν ὀπαζόμενος Διὸς ὄμβρῳ· Πολλὰς δὲ δρῦς ἀζαλέας, πολλὰς δέ τε πεύκας Εἰσφέρεται, πολλὸν δέ τ' ἀφυσγετὸν εἰς ἅλα βάλλει· Ὣς ἔφεπε κλονέων πεδίον τότε φαίδιμος Αἴας. quorum verſuum hæc ſententia eſt, Quemadmodum autem cùm fluuius torrens extra ripas ſuas effuſus in campum delabitur è montibus præcipitans, cæleſtibus imbribus auctus. Multas autem quercus aridas multáſque piceas ſecum trahit, multum limum in mare cõiicit: Sic clarus Aiax campum turbans hoſteis inſequebatur. itémque Diomedem ἰλ. ε. Θῦνε γὰρ ἂμ πεδίον ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς Χειμάρρῳ, &c. id eſt, furebat autem per campum Diomedes flumini torrenti exundanti ſimilis. quos verſus adumbraſſe videtur. Virgil. lib. 2. Æn. *Non ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis Exijt, oppoſitáſque euicit gurgite moles, Fertur in arua furens cumulo, campóſque per omnes Cum ſtabulis armenta trahit.* Horatius quoq; Od. 2. lib. 4. Pindarum cum tali fluuio comparat. *Monte decurrens velut amnis, imbres Quem ſuper notas aluere ripas, Feruet, immenſúſque ruit profundo Pindarus ore.* Idem Od. 14. eiuſdem libri, Claudium Neronem eiuſmodi fluuio ſimilem facit, *Sic Tauriformis voluitur Aufidus: Qui regna Dauni præfluit Appuli, Cum ſæuit, horrendámque cultis Diluuiem meditatur agris: Vt barbarorum, &c.* Sic Homerus ἰλ. γ. Vlyſſis orationem cum niuibus hibernis confert. Ἀλλ' ὅτε δὴ ὄπα τε μεγάλην ἐκ βύθεος ἵει, Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν, Οὐκ ἂν ἔπειτ' ἰδὼν ἐρίσσειε βροτὸς ἄλλος.

Nvnc medio alveo] quidam libri veteres habent *nunc medio æquore.*

Cvm pace] ἠρέμα, ἡσύχως, ſeu ἡσυχῆ: leniter, quietè, placidè.

Delabentis] ſic eſt legendum, non, *dilabentis.* & ita ſcriptum reperi in duob. codicibus Vaticanis, Don. Faërn. Vrſ. Torn. Ruſſar. Nicot. Cleric. & nonnullis impreſſis.

Irritat] irritandi verbum vnico, r, ſcribendum eſſe aliquando exiſtimaui, tamquam à verbo *iraſcor,* ſeu ab *ira* ducatur. ſed cùm in omnibus libris calamo ſcriptis reperiatur ſcriptum irritare, Faër. Vrſ. Don. Torn. cæteris, hoc loco *Irritandi* ſine vlla litura: & cùm Plin. & Colum. vtantur verbo *prorritandi,* à ſententia deſciſco. Eſt autem *irritare* propriè iram commouere, & concitare, fortaſſe à canibus iratis ductum. ὀργίζειν dicunt

dicunt Græci. ex quo excitare interdũ ſignificat. M. Tull. Philipp. 7. *irritare Antonium non oportuit.* Brutus ad Att. *neſcio, quid ſcribam tibi, niſi vnum, pueri & cupiditatem, & licentiam potius eſſe irritatam, quàm compreſſam.* Terent. Adelph. *ne ſi magis irritatus ſiet, aliquà ad patrem hoc permânet, atque ego tunc perpetuò perierim.* Plaut. Amphit. *Nam ſi me irritaßis, hodie lumbifragium hinc auferes.* Horat. in epiſt. ad Piſones, *Segnius irritant animos demiſſa per aurem, &c.* *Irritat amnem* autem tranſlatè dictum eſt: cuius tralationis hæc ratio eſt. fluuius imbribus auctus dum arbores ſecum rapit, & ponteis diſturbat, & ſata læta boúmque labores diluit, iratus eſſe videtur, quia homo iratus poteſtatem & facultatem nactus, talia faceret. At qui iraſcendi cauſam dedit, irritaſſe dicitur. Ita diluuies ex imbribus orta, quæ fluuio torrenti tantam vim, tantúmque impetum præbet, fluuium ab Horatio dicitur irritare.

Ille potens svi, Lætúsqve] ἐγκρατὴς ἑαυτοῦ: liber, & ſolutus omni cupiditate, & vacuus ab omnibus animi motbis: compos ſui.

In diem vixi] crebrò monet Horat. vt in diem viuamus, id eſt, vt bonis præſentibus & paratis, atque in noſtra poteſtate ſitis fruamur: vt Od. 16. lib. 2.

Cras vel atra] reſpexit ad illud ἐμοῦ θανόντος ἡ γῆ μιχθήτω πυρί. me mortua terra miſceatur incendio quæ oratio eſt eorum, qui futura ad ſe nihil pertinere putant, nõ diſſimile eſt illud ex Hymnide Cæcilij. *Mihi ſex menſes ſatis ſunt vitæ: ſeptimum Orco ſpondeo.*

Non tamen irritvm] Ariſtot. lib. 6. de morib. ad Nicom. quo loco diſputat περὶ προαιρέσεως, id eſt, de conſilio, vt nos quidem vertimus: duos verſus Agathonis profert in hanc ſententiam, Μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται, Ἀγένητα ποιεῖν, ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα. quos verſus ſic vertimus, *Hoc namque duntaxat negatum etiam Deo eſt, Quæ facta ſunt, infecta poſſe reddere.* eandem ſententiam ſic complexus eſt Simonides, τὸ γὰρ γεγενημένον, οὐκ ἔτι ἄρρεκτον ἔσται. id eſt, quod enim factum eſt, non iam infectum eſſe poterit. [Phocylides autem ſic, Οὐκ ἔτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.

Atra Nvbe] Virg. lib. 10. Æneid. *nubi ſe immiſcuit atræ.* idem lib. 5. *Plaudentem nigra figit ſub nube columbam.*

Qvodcvmqve retro est] quodcũque præteriit.

Diffinget] ex hoc loco intelligi poteſt, quid ſit diffingere, nempe contrarium eſſe verbo fingendi, quemadmodũ ſuprà docuimus ad Od. 35. lib. 1. vbi locum illum in omnibus exemplaribus corruptum, *diffingas retuſum, &c.* olim ita quidẽ emendaueramus coniectura ducti: *deſtringas recuſum*: ſed poſteà ſecuti ſcripturam veterem, quam ſe alij reperiſſe teſtantur, *defigas recuſum*, repoſuimus. quidã tamẽ hoc loco legunt *Diffringet.* quam ſcripturã neq; vſquã reperi, neque probo.

A Lvdere pertinax] de hoc genere loquendi dicemus ad Od. 8. lib. 4. Iam *ludum ludere, & gaudium gaudere*, & ſimilia, Latinis ſunt peruſitata. Terent. in Eunucho. *quia conſimilem luſerat iam olim ille ludum.*

Transmvtat incert. hon. Nvnc, &c.] ſic ſup. Od. 34. lib. 1. *valet ima ſummis Mutare, &c.* & *hinc apicem rapax Fortuna cum ſtridore acuto Suſtulit, hic poſuiſſe gaudet.*

Benigna] quid ſit benignus, & benignitas, diximus ad Od. 17. lib. 1.

Lavdo manentem] ſi fortuna manet, laudo: ſi à me diſcedit, æquo animo reddo quæ dedit. *fortuna manens* intelligitur ſecunda: *auolans & fugiens*, aduerſa. ita loquitur lib. de arte

B poët. *Vt redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis.* & Od. 35. lib. 1. *Vtcumque mutata potentes Veſte domos inimica linquis.* ſic Eurip. Phœniſſ. Κρέων. Μεῖνον· τί φεύγεις; Τειρεσ. ἡ τύχη σ', ἀλλ' οὐκ ἐγώ. id eſt, mane. quid fugis? Tir. fortuna te fugit, non ego.

Si cele. qvat. penn.] id eſt, ſi auolat: ſi mutatur fortuna, ſi fugit, id eſt, ſi aduerſa eſt, vt diximus.

Resigno q. d.] quæ obſignata habebam, aperio, & reddo. ſic epiſt. ad Mæcen. 2. lib. 1. *Hac ego ſi compellor imagine, cuncta reſigno*, id eſt, reddo. Nam propriè reſignare valet aperire. Idem ead. epiſt. princip. *Adducit febres & teſtamenta reſignat.* Aliter Virg. lib. 4. Æn. *& lumina morte re-*

C *ſignat.* quamquam legendus ad illũ locũ Seruius.

Mea Virt. me involvo] bona externa non deſidero: ſed meis contentus viuo: in mea virtute meæ vitæ præſidium conſtituo, non in rebus externis: meis me viribus orno, tutor, ac defendo non alienis. videtur eſſe tranſlatio à veſtimentis, quibus nos inuoluimus.

Probámqve Pavp. s. d. q.] id eſt, paupertatem cũ virtute coniunctam expeto. ducta eſt ſimilitudo ab iis vxoribus, quæ indotatæ ducuntur domum. congruit cum his id, quod eſt Od. 9. lib. 4. *Non, poſſidentem multa vocaueris Rectè beatum, &c.* quæ ſequuntur.

Non est mevm, &c.] non eſt meum nauigare, nauigationiſque me periculo committe-

D te, vt diteſcam: ſeu non eſt meum, rem facere, & augere per mare, per ſaxa, per igneis. à conſequentibus, intelligenda ſunt antecedentia. nemo enim nauigat vt rem augeat, niſi cui quæſito opus eſt, & qui plus habendi ſtudio ducitur. notat Seruius ad illum locum Virg. Pollione. *Pauca tamen ſuberunt priſcæ veſtigia fraudis: Quæ tentare Thetim ratibus, &c.* Solent autem homines in dubiis temporibus, & rebus aduerſis, quemadmodum coorta in mari tempeſtate, ad deos cõfugere, ſup. Od. 1. huius libri. *Deſiderantem quod ſatis eſt neque Tumultuoſum ſollicitat mare: Nec ſæuus, &c.*

Et votis pacisci] non eſt meum (inquit) votis, & precibus cum diis quodammodo trãſigere, ac paciſci, ne naufragio facto merces meæ in mari pereant.

Tvnc me biremis] ſignificat, id nunquam futurum. Quis enim ſe in mati Ægæo, tẽpeſtate coorta, & ventis increbreſcentibus ſcapha biremi tutò nauigaturum ſperet? Paruis nauibus ſcilicet, & orariis, littus legẽte & ſecũdũ otam nauigare oportet: corbitis autem & onetariis,& magnis pelagus medium tentandum eſt. quamquam Catullus faſelum laudans negat vlla vota *litteralibus Deis ſibi eſſe facta, cum veniret à mare Nouiſsimo vſque ad Benacum lacum*. Melius igitur Eurip. Ναῦς ἡ μεγίστη κρεῖσσον, ἢ μικρὸν σκάφος, id eſt, nauis maxima melior eſt, quàm paruum nauigium.

Geminúsqve Pollvx] ſic Catull. *Gemelle Caſtor, & Gemelle Caſtoris*. de Caſtore,& Polluce diximus ad Od. 12. lib. 1.

Od. 30.

Argvmentvm.

Scribendis carminibus lyricis ſe meliùs conſuluiſſe immortalitati nominis ſui dicit quàm ſi obtinuiſſet vt ſibi æreæ ſtatuæ aut pyramides erigerentur. Præcipuámque laudis materiam fore innuit, quòd primus ex Latinis in hoc carminum genere Græcos imitatus fuerit. Sic Naſo de ſuo Metamorph. opere,

Iámque opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas, &c.

Exegi monumentum ære perennius,
Regaliq; ſitu Pyramidum altius,
*Quod nõ imber edax, nõ Aquilo * impotẽs*
Poſſit diruere, aut innumerabilis
*Annorum ſeries, & * fuga temporum.*
Non omnis moriar: multáque pars mei
** Vitabit Libitinam. vſque ego poſtera*
Creſcam laude recens: dum capitolium
Scandet cum tacita virgine pontifex.
Dicar, qua violens obſtrepit Aufidus,
Et, quà pauper aquæ Daunus agreſtiũ
** Regnauit populorum, ex humili potens*
Princeps Æolium carmen ad Italos
Deduxiſſe modos. ſume ſuperbiam
Quæſitam meritis, & mihi Delphica
Lauro cinge volens Melpomene comã.

Exegi] abſolui, perfeci.

Monvmentvm] monumentum eſt, quod mortui cauſa ædificatum eſt: & quicquid ob memoriam alicuius factũ eſt, vt fama, porticus, ſcripta,& carmina: Feſtus.

Ære perennivs] æreis ſtatuis durabilius.

Qvod non imber edax, &c.] hæc videntur è Pindaro expreſſa: qui Pyth. ὠδ. ἕκτῃ ait laudum theſaurum Xenocrati, eiúſque maioribus in Apollinis fano opulentiſſimo repoſitum neque ab imbre hiberno, neque vi ventorum in altiſſimos maris receſſus, ac latebras delatum iri. ſic Pind. Τὸν (ſub. θησαυρὸν) ὅυτε χειμέριος ὄμβρος ἐπακτὸς ἐλθὼν ἐριβρόμου νεφέλας, στρατὸς ἀμείλιχος, ὅυτ' ἄνεμος ἐς μυχὸυς ἁλὸς ἄξει παμφόρῳ χεράδι τυπτόμενος.

Sitv] ſtatu, poſitu, θέσεως, στάσεως.

Pyramidvm] de Pyramidibus lege Herodotum, Euterpe, & Plin. lib. 36. cap. 12.

Impotens] vehementer ſæuiens tralatio, ducta ab impotentibus, & incontinentibus hominibus, qui ſibi temperare non poſſunt, quo minus, quod ira ſuadet, aut libido, exſequantur. vide annot. ad Od. 37. lib. 1.

Innvmerabilis Annorvm series] immenſa temporis longinquitas. ſeries, εἱρμὸς, id eſt, connexio. ſic Stoïci fatum, cauſarum ſeriem, & ordinem definiunt, cùm cauſa ex cauſa nexa rem gignit.

Fvga temporvm] curſus temporum. ſic ſuprà Od. 11. lib. 2. *fugit retro Leuis iuuentas*. & Od. 14. eiuſd. *fugaces annos* dixit. & Oda ſuperiore, *horam fugientem*.

Non omnis moriar] non totus moriar. ſic loquitur epiſt. 1. *Quid verum, atque decens, curo, & rogo, & omnis in hoc ſum*. Sic & Græci. Homerus ἰλ. λ. πᾶς δ' ἄρα χαλκῷ Λάμφ', ὥστε στεροπὴ πατρὸς διὸς Αἰγιόχοιο: id eſt, Omnis autem ære fulgebat, vt fulgur Iouis ægida tenentis.

Mvltaqve pars mei] mens, ingenium, conſilium, maxima, & præſtantiſſima hominis pars.

Vitabit Libitinam] erit immortalis, mortem effugiet. Libitina Dea funerum. epiſt. ad Aug. lib. 2. *Miratúrque nihil, niſi, quod Libitina ſacrauit*, id eſt, niſi, quod ſepultum, & munere viuendi defunctum eſt. & Satyr. 6. lib. 2. *Autumnúſque grauis Libitinæ quæſtus acerbæ*. T. Liuius lib. 41. annalium, *Ne liberorum quidem funeri Libitina ſufficiebat*. vide quæ annotata ſunt ad illum locum *Libitinæ quæſtus acerbæ*. Sed vtrùm hoc ſentit Horatius, animum eſſe immortalem, quemadmodũ nos Chriſtiani credimus: an id ſignificat, ſe laude, & gloria libris ſuis parta perpetuò victurum? quod ſanè credibilius eſt. Nam Horatius quidem animorum immortalitatem nuſquam probat: eã autem immortalitatem ſolam nouit, quæ ſit in memoria viuorum poſita, quemadmodũ omnes ferè veteres exiſtimabant, præter Platonem, & paucos alios. Nam de Ariſtotele quidem, vtram ſententiam ſequatur, philoſophi certant, *& adhuc ſub iudice lis eſt*. Videtur tamen non obſcurè, quid ſentiat, ſignificare, ſi quis eius verba attentè conſideret.

Recens] numquam ſeneſcens, ſemper incolumis, incorruptus, atque integer.

Dvm capitolivm Scand. Pontifices,

ces, & ſacerdotes, viri & fœminæ Idualibus in Capitolium per ſacram viam ad ſacra facienda aſcendere ſolebant.

Cvm tac. virg.] ſolitas eſſe virgines Veſtaleis ſacris publicis intereſſe, declarant hæc verba Dionyſij Halicar. lib. tertio, ἔπειτα ταῖς ἱεραῖς παρθένοις, ὑφ' ὧν τὸ ἄσβεστον φυλάττεται πῦρ, τέτταρσιν οὔσαις δύο προσκατέλεξεν ἑτέρας. πλειόνων γὰρ ἤδη συντελουμένων ὑπὸ τῆς πόλεως ἱερουργιῶν, αἷς ἔδει τινὰς τῆς ἑστίας παρθένας θυηπόλους, οὐκ ἐδόκουν αἱ τέτταρες ἀρκεῖν, id eſt, deinde ſacris virginibus, à quibus ignis æternus cuſtoditur, quæ quatuor erant numero, duas allêgit. Nam cùm plura iam à ciuitate ſacrificia fierent, quibus oportebat Veſtæ ſacerdotes intereſſe, non videbantur ad id munus quattuor ſatis eſſe. Sed cur tacitam virginem dixit? an propter eà quòd ſacra, ſunt ἀπόῤῥητα. id eſt, arcana, minimèque vulganda? ex quo illud à Virgilio dictum eſt lib. 3. Æn. *hinc fida ſilentia ſacris.* adde quæ annotauimus ad illum locum Od. 13. lib. 2. *Vtrumque ſacro digna ſilentio*, &c. an quod fœminas cùm in rebus ac locis omnibus, tum maximè in ſacris tacere oportet? an quòd more & inſtituto Romano non ſolùm aliæ feminæ, quæ à ſacris arcebantur, ſed etiam ſacerdotes Veſtales tacebant?

Violens] violentus. epiſt. 10. lib. 1. *Sed poſtquàm victor violens diſceſſit ab hoſte.* acrem appellat Saty. 1. libr. 1. *Cum ripa ſimul auulſos ferat Aufidus acer.*

Avfidvs] Apuliæ fluuius, de quo Strabo lib. 5. commemorat & Horat. Od. 9. lib. 4. *Longè ſonantem natus ad Aufidum.* & Sat. 1. lib. 1. *Cum ripa ſimul auulſos*, &c. & Od. 14. lib. 4. *Sic tauriformis voluitur Aufidus.*

Et quà pauper aquæ Daunus] Od. 14. lib. 4. *Qui regna Dauni præfluit*, ſeu, *perfluit Appuli.* pauperem aquæ autem Daunum intellige, fluuium eiuſdem nominis. epod. od. 3. *Nec tantus vnquam ſiderum inſedit vapor Siticuloſæ Apuliæ*, &c.

Regnavit popvlorvm] ego ſic hunc locum emendaui à Seruio admonitus in 11.

A lib. Æn. idq; duobus locis: vno. *Iuſtitiæ'ne prius mirer*, &c. altero, *nec veterum memini, lætórve malorum.* & item à Porphyrione. *regnauit* autem idẽ valet, quod rex fuit, ἐβασίλευσε, ἦρξε. ſolet enim Horat. ſtructuram Græcam ſeruare etiam in ſermone Latino, vt *deſine mollium querelarum, abſtineto irarum*, & *mundis auenæ*, &c. Sententia igitur, & ordo horũ verborum talis eſt, Dicar ego, qui èx humili, potens & clarus extiti, qua parte labitur Aufidus, & qua regnauit Daunus, princeps, id eſt, omnium primus, deduxiſſe carmen Æolium ad modos, ſeu cantus Latinos.

Princeps] primus. ſuprà lib. 1. Od. 16. *principi limo.* ſic Lucret. lib. 1. de Iphianaſſa. *Nec miſera prodeſſe in tali tempore quibat, Quod patrio princeps dona-*
B *rat nomine regem.* M. Tull. lib. a. accuſ. *omnium nationum exterarum princeps Sicilia ſe ad amicitiam, fidémque populi Rom. applicuit.*

Svme svperbiam] ſume ſpiritus iuſtos, & tibi iure debitos, nempe ingenio partos. Nam cùm Muſam alloquitur, eámq; laudat, ſibi eodem tempore, eadémque opera blanditur, & fauet.

TVRNEBVS.

Ex lib. aduerſ. 17. cap. 7. Cùm Flaccus ſcribit *—dum capitolium*
Scandet cum tacita virgine pontifex, opinor id ad ſacra Idulia referendum. Nam in arcem per ſacram viam quotquot Idibus ſacerdotes aſcen-
C dedere ſolebant ad ſacra facienda, vt à Varrone ſcribitur.

Ex lib. 20. cap. 35. Lego in Varrone, *Ceroliensis à Carinarum iunctu dictus Carinæ, poſtea Cerolia.* Hic autem niſi falſus, vt ſæpenumerò, augur ſum, Ceroliam videtur indicare appellatam à κέρας, quod ibi caput eſſet ſacræ viæ. Quod autẽ quotquot menſibus ſacra in arcem per viam ſacram dicit ferri Varro, id intelligendum crediderim de ſacris Idulibus. Nam Idibus ſacerdotes ſacra in arcem ferebant rei diuinæ cauſa. Ad eam fortaſſè conſuetudinem reſpexit Flaccus, cùm ſcripſit, *—dum capitolium*
Scandet cum tacita virgine pontifex.

Digitized by Google

CARMINVM LIBER QVARTVS.

Od. 1.

ARGVMENTVM.

Se iam ea ætate eſſe, vt à rebus amatoriis, & carminibus ludicris & Venereis alieno eſſe animo debeat: & tamen Ligurni vel ano amore torreri.

INTERMISSA Venus diu,
Rurſus bella * moues. parce, precor, precor.
Non ſum qualis eram bonæ
* Sub regno Cynaræ. deſine dulcium
Mater ſæua Cupidinum,
Circa luſtra decem flectere mollibus
Iam durum imperiis. abi
Quò blandæ iuuenum te reuocant preces.
Tempeſtiuius in domo
Paulli, purpureis * ales oloribus,
Comiſſabere Maximi,
Si torrere iecur quæris idoneum.
Namque & nobilis, & decens,
Et pro ſollicitis non tacitus reis:
Et * centum puer artium,
Latè ſigna feret militiæ tuæ.
Et, * quandoque potentior
Largis muneribus riſerit æmuli:
Albanos prope, te, lacus
Ponet marmoream ſub te trabe citrea.
Illic plurima naribus
Duces tura: lyræq́;, & Berecinthiæ
Delectabere tibiæ
Miſtis carminibus non ſine fiſtula.
Illic bis pueri die

A Numen cum teneris virginibus tuum
Laudantes, pede candido
In * morē Saliū ter quatient humum:
Me nec * fæmina, nec puer,
Iam nec ſpes animi credula mutui,
Nec certare iuuat mero:
Vincire nouis tempora floribus.
Sed cur heu, Ligurine, cur
Manat rara meas lacryma per genas?
Cur facunda parùm decoro
Inter verba cadit lingua ſilentio?
Nocturnis te ego ſomnijs
Iam captū * teneo, iam volucrē ſequor
Te per gramina Martij
Campi, te per aquas dure volubileis.

PRECOR, PRECOR] ſic Sappho, apud quam

quiam crebræ ſunt bæ repetitiones: Λίωσομαίζε λίωσομαι. eadem: παρθενία, παρθενία, ποῖ με λιποῖζα οἴχη; ſic idem Horat. Od. 17. lib. 2. ibimus, ibimus. & Od. 3. lib. 3. *Ilion, Ilion.* Od. 4. epod. *Deus, Deus nam me vetat, &c.* Notauimus & ſuprà ad Oda. 14. lib. 2. ibi, *Poſtume, Poſtume.*

Non svm q. sr.] nunc annos quinquaginta natus, & fortaſſe amplius: vt infrà, *Circa luſtra decem, &c.*

Bonæ svb regno Cynaræ] bonam (opinor) appellat propreteà, quòd liberaliter gratificabatur Horatio, neque vllam mercedem exigebat, vt fatetur ipſe epiſt. ad villicum libr. 1. *Quem ſcis immunem Cynaræ placuiſſe rapaci.* neque obſtat, quòd epiſtola ad Mæcen 2. lib. 1. proteruá appellat. *Inter vina fugam Cynaræ mærere proterue.* Nam nihil pertinet hoc ad quæſtum meretricium, neque quicquam prohibet, quominus eadem puella dici poſſit & liberalis, & proterua, vt ſup. Od. 19. lib. 1. *Vrit grata proteruitas.* & Od. 5. libr. 2. *iam proterua fronte petet Lalage maritum.* Mentionem huius Cynaræ facit etiam Od. 13. huius lib. *Felix poſt Cynaram.* ſub regno autem dixit, quia qui amant, ſeruiunt. lege quæ annotata ſunt ad illum locum, *Grata detinuit compede Myrtale,* Oda 33. lib. 1. & ibi, *iugo cogit aheneo,* Oda 9. huius lib.

Mater sæva Cvpin.] hic idem verſus poſitus eſt ſuprà Od. 19. lib. 1. in principio.

Mollib. iam ovr. imp.] antitheſis. mollia autem appellat Cupidinis, ſeu amoris imperia, quia molliũt animos. ſic Homer. χλωρὸν δέος. & idem Horat. *pallidam mortem* nominat, quod annot. ad Od. 4. libro 1. ſic Ouid. libro 1. de reme. amor. *Lude, decent animos mollia regna tuos.*

Tempestivivs] opportunius, & decẽtius: vt epiſt. 2. lib. 2. verſu vlt. *Rideat & pulſet laſciua decentius ætas.* Putant quidem hoc referendum ad ea conuiuia, quæ dicebantur tempeſtiua. M. Tull. in Catone. *Tempeſtiuis conuiuiis delector.*

Pvrpvreis alis olorib.] id eſt, quæ celeriter vehi ſoles curru oloribus iuncto. ſic ſuprà Od. 28. lib. 3. *quæ Cnidon iunctis viſit oloribus.* Sed quòd olim *marmoreis* repoſueram, pro *purpureis*: fateor equidem me in omnib. veter. li. quos vidi, ſcriptum repetiſſe *purpureis.* Verùm cùm mihi videretur hæc vulgara ſcriptura inepta, & corrupta: (quis enim vidit vmquam cycnos purpureos, ſeu purpurei coloris? at quid inſolẽtius, & pæne dicam, ineptius, quàm *purpureis* interpretari, pulchris, & nitidis? Nã quamobrẽ dicat *purpureos tyrannos.* Od 34. primi lib. *& autumnum purpureo varium colore.* Od. 5. lib. 2. *& purpureum, latè qui ſplendeat, pannum* de arte poet. ratio perſpicua, & in promtu poſita eſt) Cùm igitur hic locus mihi corruptus videretur: approbantibus quibuſdam viris doct. hanc ſcripturam veram eſſe exiſtimaueram. marmoreum enim pro candido, & candidi coloris, vſurpant optimi

A ſcriptores. Lucret. lib. 2. *Quòd ſi cæruleis conſtarẽt æquora ponti Seminibus, nullo poſſent albeſcere pacto Nam quocumque modo perturbes: cærula quæ ſint, Numquam in marmoreum poſſunt migrare colorem.* ibidem ſup. *Vt mare cum magni commorunt æquora venti, Vertitur in canos candenti marmore fluctus.* Virg. Geor. 4. *Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulſum Gurgite cum medio portans Oeagrius Ebrus Volueret, &c.* & Ouid. lib. 4. Faſt. *Aurea marmoreo redimicula demite collo.* Nunc autem retrorſum vela dare, atque iterare curſus cogor relictos, vt ait noſter Horat. Mouet me, primùm omnium librorum manuſcr. conſenſus, qui habent ſine vlla varietate, *purpureis.* Neque diſſentiunt vulgati. Deinde hanc ſcripturam agnoſcunt veteres grammatici: in his

B Seruius: qui ad illum Virg. locum lib. 1. Æneid. *lumẽnque iuuentæ Purpureum*, notat: *purpureum*: id eſt, pulcrum. Sic Horat. *Purpureis ales oloribus.* Præterea Albinouanus ad Liuiam, niuem purpuream dixit, pro pulchram & candidam, vt docti interpretantur. Sic enim ille: *Purpurea ſub niue terra latet.* Sic igitur interpretemur, *purpureis*, id eſt, nitidis, puris, pulcris. Quanquam purpureos olores etiã intelligere licet, qui ſint purpureis ſtragulis inſtrati, vt apud Virg. Æneid. 7. *Inſtratos oſtro alipedes, pictiſque tapetis.* Quin & habenæ equorum apud Homer. & ceteros poëtas Græcos, purpureæ, & ornamenta, puniceo colore ſuffecta ſeu contacta finguntur. Simonides. μὴ βάλῃ φοίνικας ἐκ χειρῶν ἱμάντας: id eſt, ne amittat è manibus lora purpurea: & Hom. ἰλ. δ.

C ὡς δ' ὅτε τις ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ. &c. id eſt, quemadmodum autem cùm ebur aliqua mulier puniceo colore infecerit, &c. Idem ἰλ. θ. Νέστωρ δ' ἐν χείρεσσι λάβ' ἡνία φοινικόεντα. Id eſt, Neſtor autem manibus prehendit habenas purpureas, ex quibus locis hoc dici poteſt, purpureos cycnos ab Horat. dictos eſſe nõ pulcros ſed quorum habenæ & ſtragulæ veſtes, quibus inſtrati erant, & cetera ornamenta, eſſent purpurea. Nã quemadmodũ equi curtui iuncti, hoc eſt bigæ, & quadrigæ, inſternebantur purpurea veſte: ita & hos cycnos, qui currum Veneris trahunt, fortaſſe vult intelligi Horatius, purpura eſſe inſtratos & purpureis habenis aurigatos. Ad hunc locum pertinent illa ex oda 28. lib. 3. *Summo carmine, quæ Cnidon, Fulgenteiſq; tenet Cycladas, &*

D *Paphum iunctis viſit oloribus.* Quare nihil hîc mutandũ: & ita ſentiebant Memmius, Germanus Valens, Turnebus, Auratus, Paſſeratius, & Scaliger. Exiſtimabat tamen Paſſeratius purpureos olores etiam hac ratione dictos ab Horatio intelligi poſſe, quòd cycni, cùm currũ Cupidinis trahant, qui purpureus à poëtis appellatur: verbi gratia, ab Ouidio, *Carmina, purpureus quæ mihi dictat amor*: propter vicinitatẽ & propinquitatẽ, ſimilem colorem referant, quamuis hoc ſint cãdidi: videlicet (libet enim mihi hominis ingenioſi, mihiq; amici ſententiam confirmare) quẽadmodum ruſſa, aut lutea, aut purpurea vela conſimilẽ colorem aſpergunt iis locis, quibus in-

teota ſunt: quod docet Lucr. lib. 4. non loogè à priocipio, *Et vulgò faciunt id lutea, ruſſáque vela, Et ferrugina cum magnis intenta theatris Per malos vulgata, trabéſque trementia pendent. Namque ibi conſeſſum caueai ſubter & omnem Scenai ſpeciem patrum, matrúmque deorúmque Inficiunt, coguntque ſuo fluitare colore.* & Ouid. lib. 10. Metam. *Inq; puellari mixtum candore ruborem Traxerat, haud aliter quàm cum ſuper atria velum Candida purpureum, ſimilem dat, & inficit umbram.* Ne quis autem (inquit Paſſeratius) *purpureis* poſitum eſſe putet pro pulcbris, Catullus Cupidini tunicam crocinam attribuit his verſibus: vnde ſimilem colorem etiam cycni contrahere poſſunt. *Quam circumcurſans huc illuc ſæpe Cupido Fulgebat crocina candidus in tunica.*

B COMISSABERE] laſciuies, iocabere, delicatè & voluptariè viues. eſt autem ita legendũ, *comiſſabere*, non, *comeſſabere*, vt putat vulgus, exiſtimans à comedendo, aut comeſſe ductũ eſſe: vel vt emendauerat Fuluius Vrſinus vir doctiſſ. in cod. Raïn. Card. *comaſſabere.* Mutuati autem sũt Latini hoc verbum à Græcis, vt alia pleraque, apud quos κωμάζειν, eſt ebriorum, aut intemperantium more ſe gerere, laſciuire, ſcortatum ire, &c. Theoc. Amaryllide. Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα, ταὶ δέ μοι αἶγες Βόσκονται κατ' ὄρος, &c. id eſt, eo laſciuiendo ad Amaryllidem: capræ autem mihi paſcuntur, &c. Omnino apud Feſtum legitur *comiſſatio.* ſed eò errat Feſtus, quòd ἀπὸ τῶν κωμῶν, id eſt, à vicis dictum putat. C melius Varro lib. 6. de lingua Lat. qui ἀπὸ τοῦ κώμου dicit appellatam eſſe *comaſſationem*; ſeu, vt ſcriptum eſt in exemplarib. Varronis, *comiſſationẽ.* Omninò vel, *comaſſatio*, & *comaſſari* dicendũ, vel *comiſſari*, & *comiſſatio.* Non celabo autem lectorẽ, quoſdam libros ſcriptos habere, *Tempeſtiuius in domum, &c.* quæ ſcriptura fortaſſe recta eſt. Sic enim Theocr. Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα. quę ſi doctis probabitur, *comiſſabere* interpretabor intẽperãter, & laſciuè, & libidinoſè ibis, atq; ita vſurpat Plaut. Moſtell. *Alio credo comiſſatum abiſſe.* niſi quis dicat apud Plautũ, aduerbiũ ſignificans motum eſſe poſitum propter verbũ *abiiſſe*: quod veriſimilius eſt. Qui autẽ hæc referenda eſſe putant ad ſacrificij apparatum, & epulas, ad quas D deos aduocabant, atque adhibebant veteres, errant. non enim hîc agitur de epulis, aut diis ad epulas adhibendis, ſed hoc dicit Horatius, Venerem tempeſtiuius & opportunius ſuis artibus, ſuóq; iure vſuram in domo Paulli, quàm in ſua: id eſt, Horatij.

SI TORR. IECVR QVÆR.] iecur ſedes eſt libidinis, & ita ſentiunt etiam ipſi philoſophi Nam Plato quidem perſpicuè, vt in corde τὸ θυμοειδές, καὶ τὸ ὀργιστικὸν, id eſt, iraſcendi vim locat: ita in hepate τὸ ἐπιθυμητικὸν, id eſt, cupiditatem. & Ariſtoteles ita ſcribit topic. 4. καὶ ἡ μὲν λύπη ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ· ἐν τούτῳ γὰρ καὶ ἡδονή· ἡ δὲ ὀργὴ ἐν τῷ θυμοειδεῖ. Poëtæ autem minùs accuratè hanc diſtinctionem ſeruãt. Horatius epiſt. ad Loll. x. lib. 1. *Non ancilla tuum iecur*

A *vlceret vlla, puérve.* ſup. Od. 25. lib. 1. *Cùm tibi flagrans amor, & Cupido Sæuiet circa iecur vlceroſum.* & Od. 4. lib. 3. *Incontinentis nec Tityi iecur Relinquit ales.* quibus locis & hac Ode, perſpicuè iecur, libidinis, & amoris ſedẽ facit. at Od. 13. eiuſdem primi libri, iræ: *ve, meum Feruens difficili bile tumet iecur.* & Saty. 9. lib. 1. *meum iecur vrere bilis.* ſic Iuuen. Saty. 1. *Quid referam, quanta ſiccum iecur ardeat ira?* Homerus declarat in corde iram efferueſcere ὀδ. υ. κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει. & ἰλ. ι. Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ. quem verſum ſic Latinè vertit M. Tull. *Corque meum penitus turgeſcit triſtibus iris.* Apud eundem libidinis tale exemplũ eſt ἰλ. ξ. Οὐ γάρ πώποτέ μ' ὧδε θεᾶς ἔρος, οὐδὲ γυναικὸς Θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι περιπροχυθεὶς B ἐδάμασσε nuſquam enim Homerus (quod ſciã) hepar æſtuare libidine dicit: ſed pectus potiùs, aut aliquid ſimile. ceteri libidem non obſcurè in hepate locant. Theoc. Hyla ὁ δ' ᾇ πόδες ἦγον, ἐχώρει Μαινόμενος· χαλεπὸς γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἄμυσσεν, id eſt, ille autẽ quò pedes ducebant, ibat furens. ſæuus porrò penitus ei Deus iecur torrebat, ac laniabat. & Anacr. de Cupidine arcum tenente: Τανύει δὲ, καί με τύπτει Μέσον ἧπαρ, ὥσπερ οἶστρος, id eſt, arcum intendit, & ſagittam mittit, & mihi medium iecur ferit, tanquam œſtrum.

IDONEVM] id eſt, tibi & tuis rebus aptum atque accommodatum.

C ET DECENS] pulcber, vt ſup. Od. 27. lib. 3. *malas decenteis.*

NON TACITVS] non mutus, immo facundus, & eloquens. ἐλατήριος.

ET CENT. PVER ARTIVM] & quamplurimis laudabilibus artibus inſtructus iuuenis numerus eſt finitus pro infinito.

QVANDOQVE, &c.] id eſt, quandocumq; ſuperiore apud amicã loco fuerit, quàm æmuli quantumuis in eam largi, & profuſi, &c. ſic Od. proxima. *quandoque trahet feroces Per ſacrum cliuum merita decorus Fronde Sicambros.* & in epiſt. ad Piſones. *& idem Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.*

POTENTIOR LARGIS MVN.] plus D valens apud amicam, quàm larga æmuli munera.

RISERIT] id eſt, hilaris & lætus fuerit: ſeu lętitia affectus fuerit, ex eo ſcilicet, quòd riualis ſeu æmuli munera, quantumuis larga, nihil apud amicam valuerint, neque hoc effecerint, vt minoris ab amica fiat, quàm æmulus.

ALBANOS, PROPE, TE, LACVS] te prope Albanos lacus, &c. totius huius loci hæc ſententia eſt, quandocumque ſuperior fuerit æmulis ſuis, qui primum locũ apud amicam pretio emere conantur; te marmoream locabit prope lacus Albanos: vbi Paullus optima prædia habebat, inquiunt.

PONET MARMOREAM] tibi marmoreũ ſignum ſtatuet: & ita Porphyr. explicat. ſic Virg. Georg. 3. *Et viridi in campo templum de marmore ponam.*

Digitized by Google

reponam. Idem Melibœo: *laus de marmore tota Puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno.*

SVB TRABE CITREA] ſic repeti ſcriptũ in codice Cleric. Nicot. Ruſſard. niſi quòd in Nicotiano erat *ciprea.* & ita habebant duo Vaticani, & nonnulli alij: quod tamen in priore editione aliud agẽs neglexeram. Atq; hoc poſteà obſeruatũ ab Iac. Cruquio Meſſinio, viro in primis docto reperi. Eſt autem citrus, arbor odorata, ex qua citrea mâla: & citreæ menſæ. Petronius Arbiter, *ecce Afris eruta terris Citrea menſa, greges ſeruorum, oſtrúmque renidens Ponitur.*

PLVRIMA NARIB. DVCES TVRA] plurimi tibi ex ture incendentur odores. *Duces naribus*, quaſi diceret, bibes naribus, vt ſuprà Od. 13. *bibere aure.* lib. 2. *Denſum humeris bibit aure vulgus.*

LYRÆQVE ET BEREC.] quidam libri manu ſcrip. habent, *lyráque & Berecinthia Delect. tibia, &c.*

BERECYNTHIÆ] Phrygiæ. ſuprà Od. 18. lib. 1. *cornu Berecynthium* dixit, quo vtebantur in ſacris Bacchi, & matris deorum. vide annot. ad Od. 16. lib. 1.

NON SINE FISTVLA] tria hîc organa muſica enumerãtur, lyra, tibia, fiſtula: quę vt inter ſe differunt, ita ab alijs atq; alijs inuenta ſunt. lyra enim ab Apolline, ſeu, vt alij volunt, à Mercurio: tibia à Marſya: fiſtula à Pane.

PEDE CAND. IN MOR. SAL. TER QVAT.] Saliorum in morem ter ſaltabunt. Od. 36. lib. 1. *Nec morem in Salium ſit requies pedum.* pellere, aut pulſare, aut quatere terram, pro eo, quod eſt ſaltare, apud hunc poëtam valde ſunt vſitata. vide Od. 4. lib. 1.

C

NEC SPES ANIMI CRED. &c.] nec ſpes cum perſuaſione coniuncta fore, vt mutuò amer ab ea, cuius impotenti amore captus ſum.

NEC CERTARE IVVAT MERO] epiſt. ad Mæcen. 3. lib. 1. *Noctu in certare mero, putere diurno.* Od. 12. lib. 2. *certare ioco.*

SED CVR HEV, LIG. CVR] poſteaquàm multis verbis oſtendit, ſe iam ad amorem eſſe ineptum, atque (vt ita dicam) mancum, denique iudicio tandem, ac voluntate ab huiuſmodi deliciis, ineptiis, ac nequitiis abhorrere: nunc vi amoris coactus fatetur, ſe quamuis ætate iam ingraueſcente à tali mollitie, ac nequitia remotiſſimus eſſe debeat, amore Ligurini pueri inceſſum tamen ad priſtinas laſciuias reuocari.

D

MANAT RARA M. LACR.] lacrymarum raritas acrem quidem ſignificat doloris vim eſſe, quæ lacrymas exprimat: veruntamen ita lentum, & tabificum morbum, vt non vniuerſæ erumpant, ſed ſpatio interpoſito guttatim defluant.

INTER VERBA CADIT] titubat, hæſitat in medio ſermone. Plutarchus in Demetrio Ἐπιχεῖν φωνῆς appellat. Seruius hunc locum profert ad verſum illum Virg. Æneid. 4. *Incipit*

A

effari, mediaq; in voce reſiſtit. Vide annotat. ad Od. 13. lib. 1.

NOCTVRN. TE EGO SOMN.] quo quiſque in ſtudio diem conterit, & quibus in curis eſt occupatus, eas res plerumque ſomniare ſolet: quod elegantiſſimis verſibus docet Lucret. lib. 4. *Et quo quiſque ferè ſtudio deuinctus adhæret, Aut quibus in rebus multum ſumus antè morati, Atque in qua ratione fuit contenta magis mens, In ſomnis eadem plerumque videmur obire: Cauſidici cauſas agere, & componere leges: Induperatores pugnare, & prælia obire, Nautæ cum ventis contractum cernere bellum.* ſic autem hunc poſtremum Lucretij verſum emendaui. Virgil. pharmac. *an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt?* ſic Philippides ille apud Ariſtoph. ἐν ὕπνῳ

B

φιλιππίζει equos ſomniat. huc pertinent ea, quæ re vera, & ſenſibus percipitur: altera, quæ cogitatione informatur. Vnde ita debemus accipere, hunc vſum, per cogitationem, opinata illa & depicta voluptate: qua cernere & alloqui videbatur abſentem. Hæc ferè Seruius.

PER GRAMINA MART. CAMPI] quaſi ludentem in campo Martio.

PER AQVAS VOLVB.] quaſi in Tiberi denatantem.

DVRE] inexorabilis.

TVRNEBVS.

Ex lib. 28. cap. 10.

APud Flaccum lib. 4. Carminum. *Purpureis ales oloribus*, quod dicitur, intelligitur de purpuræ pulchritudine, vt & apud Maro. 1. Æneid. *--lumenq; iuuentæ Purpureum.*

Ex lib. 15. cap. 22. Vehiculum veneris quadrigis olorum trahi poëtarum commentum eſt. Papinius de Venere

-- thalamique egreſſa ſuperbum
Limen, Amycleos ad fræna citauit olores,

quos & amori tribuit Horatius,

--Purpureis ales oribus
Commeſſabere Maximi, vbi vel purpureos dixit olores pulchros de purpuræ miranda pulchritudine, vt & Maro,

--Lumenque iuuentæ
Purpureum, ita Horatium interpretatur Seruius: vel poëtica ad miraculum audacia eſt vſus, vt quem rerum natura non procreat in eo auium genere colorem cum fucaret.

Ex lib. 28. cap. 10. *Mater* autem *cupidinum*, eſt Venus, amorum mater: nam multi ex ea nati amores ferebantur, eáque Flacci ſententia eſt. Philoſtratus in Iconibus, Nymphis genitos dicit, eorúmque gregem & agmen & examen vocat, tam multi cenſebantur eſſe. At verò quod ait Flaccus,

Ponet marmoream ſub trabe Cypria, & inſulę Ve-

nerigratiſſimæ mentionem intulit, & ſignificauit materia ad ædificandum abundare Cyprum; cuius trabibus ſuſtineri Venus ſuum maluiſſet ſignum, quàm alterius prouinciæ columine aut ligno. Alio autem loco è Marcellino oſtendimus, quàm eſſet Cyprus nemoroſa & materiæ naualis copioſa & fertilis Eodem in carmine.

—Te per gramina Martij

Campi, te per aquas duré volubiles, cùm dicit, campum Martium & Tiberim intelligit, in quorum altero Iuuenes Ro. ſe exercebant: in altero natabant. Quod cùm quotidiè Ligurinus faceret, Horatius, qui eum amabat, ſæpenumerò ſomniabat ſe illum videre, ſequíque per Martij campi gramina, & per Tiberis alueum & volubilem aquam. Hæc quidem haud difficilia eſſe ſatis ſcio: ſed quæ omiſſa tamen gratiam detrahunt cantico: & vt à multis id ſine noſtra ope admonitionéque percipiatur, tamen non diffido multos etiam eſſe, quibus mirum ſtatim prima ſpecie videatur eſſe, cur aquarum mente mentionem fecerit: quibus admiratio illa errórque detrahendus & eripiendus fuit & velut errantibus comiter monſtranda via.

AD ANTONIVM Iulum, M. Antonij triumviri filium.

Ode 2.

ARGVMENTVM.

Pindarum eſſe eiuſmodi poëtam dicit, vt ſiquis eum imitari conetur, non minùs famæ ſuæ periculum ſit additurus, quàm ſi cum Icaro pennis Dædaleis cœlo ſe credere audeat. Deinde vt Pindarum cycno altè volanti, ita ſe api grata thyma laborioſè carpenti comparat: ideóque ipſum Antonium ad celebrandam maiore plectro Cæſaris victoriam hortatur. Tradunt autem veteres ſcholiaſtæ hunc Antonium fuiſſe M. Antonij triumuiri filium. D

PIndarum quiſquis ſtudet æmulari, I-
*ule, * ceratis ope Dædaléa*
** Nititur pennis, vitreo daturus*
Nomina ponto.
Monte decurrens velut amnis, imbres
*Quem ſuper notas * aluere ripas,*
Feruet, immenſúſque ruit profundo
Pindarus ore,
** Laurea donandus Apollinari,*
Seu per audaceis noua dithyrambos
A *Verba deuoluit, numeríſque fertur*
** Lege ſolutis:*
Seu deos, regéſque canit, deorum
Sanguinem: per quos cecidere iuſta
Morte Centauri: cécidit tremendæ
Flamma Chimæræ:
Siue, quos Eléa domum reducit
*Palma * cæleſteis: pugilémve equúmve*
Dicit: & centum potiore ſignis
Munere donat:
B *Flebili ſponſæ iuuenémve raptum*
Plorat: & vireis, animúmque, moréſ-
*Que aureos * educit in aſtra, nigró-*
Que inuidet Orco.
** Multa Dircæum leuat aura cycnum,*
Tendit, Antoni, quoties in altos
Nubium tractus: ego apis Matinæ
More, modóque
Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum circa nemus, vuidíque
C *Tiburis ripas, operoſa paruus*
Carmina fingo,
Concines maiore poëta plectro
Cæſarem, quandoque trahet feroceis
*Per * ſacrum cliuum, merita decorus*
Fronde, Sicambros:
Quo nihil maius, meliúſve terris
Fata donauere, boníque diui,
*Nec dabunt: quamuis * redeant in aurum*
Tempora priſcum.
*Concines * lætóſque dies, & vrbis*
Publicum ludum, ſuper impetrato
Fortis Auguſti reditu, forúmque
Litibus orbum.
*Tum meæ, ſiquid loquar * audiendum,*
*Vocis accedet bona pars: * & ô Sol*
Pulcher, ô laudande, canam recepto
Cæſare felix.
Téque, dum procedis, Io triumphe:
Non ſemel dicemus, Io triumphe,
Ciuitas omnis: dabimúſque diuis
Tura benignis.

Digitized by Google

Te decem tauri, totidémque vaccæ,
Me tener ſoluet vitulus relicta*
Matre, qui largis iuueneſcit herbis
**In mea vota,*
Fronte curuatos imitatus igneis
Tertium Lunæ referentis ortum,
**Quà notam duxit, niueus videri,*
Cetera fuluus.

PINDARVM] hæc Ode eſt ad laudandum comparata, ſeu ἐγκωμιαστική. Laudat autem Pindarum poëtam lyricum, Thebanum.

ÆMVLARI] æmulari cum quarto caſu iunctum, imitari ſignificat.

I-VLE] prima vocalis huius nominis pertinet ad pedem vltimum primi verſus, hoc modo, *æmulari I-ule, &c.* vt rectè animaduertit Paſſeratius. quod & alibi. Od. 2. lib. 1. *Ioue non probante v-Xorius amnis.* &, vt in quibuſdam libris legitur, Od. 27. lib. 3. *potes hac ab orno Pendulum zona bene te ſecuta e-Lidere collum.* & apud Catull. carmine de Iuliæ & Manlij nuptiis. *Flere deſine: non tibi Au-Runculeia periculum eſt, Ne qua fœmina pulchrior, &c.*

CERATIS OPE DÆDALÉA, &c.] *ceratis*, id eſt, cera iunctis. ope Dædaléa autẽ, id eſt arte Dædali: quemadmodum Icarus ſcilicet. De Dædalo & Icaro, ſatis multa diximus ad Od. 1. & 3. lib. 1.

PENNIS] nonnulli libri veteres, habent *pinnis*.

VITREO] pellucido inſtar vitri: διαφανεῖ, vt Od. 13. lib. 3. *ô fons Blanduſiæ ſplendidior vitro.* & Od. 18. lib. 1. *Arcanique fides prodiga pellucidior vitro.* vel vitreum dixit quia aqua omnis vitrei, id eſt, viridis, aut cærulei coloris videtur, vt annot. ad Odã 17. lib. 1.

MONTE DECVRR. VELVT AMN. &c.] Ordo verborum talis eſt. feruet Pindarus velut amnis monte decurrẽs, id eſt, torrens, quẽ imbres, &c. ſignificat hoc ſimili, Pindarum verbis eſſe grandem & elatum, ſententiis vberem & copioſum, ipſo ſermonis curſu celerem, & incitatum. de hoc autem genere ordinis aliquãtum perturbati dicemus ad illum locum Satyr. 5. lib. 1. *aqua non ditior vrna Qui locus à forti Diomede eſt conditus olim.* huc pertinẽt, quæ annotauimus ad illum locum, *cetera fluminis Ritu feruntur, &c.* Od. 29. lib. 3. Quòd autem quidam libri habent, *Cum ſuper notas ſaliere ripas*: non placet, neque ferri poteſt. Quid eſt enim *imbres ſaliere ſuper ripas?* dixiſſet potiùs, cùm amnis ſalit ſuper ripas notas, ſeu potiùs extra ripas. Omnino inepta ſcriptura eſt, & primùm ab aliquo ſemidocto, & tamen confidente, excogitata, atque adſcripta: deinde ab aliquo ſcriptore librario in texturam verborum tranſlata.

A LAVREA DONANDVS APOLLINARI] Sup. Od. vltim. lib. 3. *lauram Delphicam* dixit. & infrà Od. prox. *Delius Ornatum foliis ducem.*

SEV PER AVD. NOVA DITHYR.] M. Tull. lib. 3. de oratore, de numeris oratoriis diſputans, *Namque ego* (inquit) *Theophraſto aſſentior qui putat orationem, quæ quidem ſit polita, atque facta quodammodo, non aſtrictè, ſed remiſſius numeroſam eſſe oportere. Etenim, ſicut ille ſuſpicatur, ex illis modis, quibus hic vſitatus verſus efficitur, poſt anapæſtus procerior quidam numerus effloruit: inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus, cuius membra, & pedes (vt ait idẽ) ſunt in omni locuplete oratione diffuſa: &, ſi numeroſum eſt id in omnibus ſonis atque vocibus, quod habet* B *quaſdam impreſſiones, & quod metiri poſſumus interuallis æqualibus, rectè genus hoc numeroſum, dummodo ne continuum ſit, in orationis laude ponetur.* quo ex loco colligi poteſt, dithyrambum pedem non fuiſſe, ſed vel chorum, vel carmen aliquod, idq; in Bacchum, qui præter alia, etiam hoc nomine appellatur, vt ſuprà diximus. Idem Tull. in eo libello, qui inſcribitur de optimo genere oratorum, dithyrambicum genus in poematis numerat. *Poëmatis enim* (inquit) *tragici, Comici, Epici: Melici etiam, ac Dithyrambici, quod minus eſt tractatum à Latinis, ſuum quodvis genus eſt diuerſum à reliquis.* Iam Dithyrambum Olymp. carm. 13. Pindarus ſignificat Corinthi eſſe inuentum, cúmq; βοηλάτην numinat, vel quòd victori bos erat C præmium, vel quòd cum clamore recitabatur, quamuis idem Pindarus in primo dithyrambo (vt ſcribit eius interpres: Nam nihil nos quidem comperti habere poſſumus, cùm omnes Pindarici dithyrambi interierint) dicat Thebis eſſe repertum. Tradunt nonnulli dithyrambum, chorum fuiſſe in orbem actum, ad honorem Bacchi, laudémque pertinentem: eúmque eſſe appellarum ἀπὸ τοῦ Διονύσου τοῦ ἐκ δύο θυρῶν ἐξελθόντος, id eſt, à Baccho binis foribus egreſſo, nempe ex vtero materno, & Iouis femore. Poſtremò illius inuentores fuiſſe Corinthios in Dionyſiacis. hæc Pindari interpretes. Alij Bacchum ipſum διθύραμβον, & θρίαμβον eſſe dictũ ſcribunt. Fuiſſe autem dithyrambos planè Bac- D chicos, in eiſque magnam vim ad animos concitandos & perturbandos fuiſſe, neque eos vllis prætenquam furore quodam affectis, & lymphaticis conueniſſe, declarat Plato in Phædro his verbis, Σιγῇ τοίνυν μου ἄκουε. τῷ ὄντι γὰρ θεῖος ἔοικεν ὁ τόπος εἶναι, ὥστε ἐὰν ἄρα πολλάκις νυμφόληπτος προϊόντος τοῦ λόγου γένωμαι, μὴ θαυμάσῃς. τὰ νῦν γὰρ οὐ πόρρω διθυράμβων φθέγγομαι, id eſt, tacitus ergo audi. Reuera enim diuinus hic locus videtur eſſe. Itaque ſi crebrò tibi progrediente oratione lymphatus fieri videar, ne mirare. Nunc enim, quæ loquor, non longè abſunt à dithyrambis. audaceis autem appellat dithyrambos, vel propter inuſitatam & audacẽ verborum iuncturam, vel propter pedes & numeros lege ſolutos, vt mox ſubiicit.

DEVOLVIT] deorſum voluit, id eſt, quaſi è ſuperiore loco verba fundit, verba grandia loquitur. permanſit autem in priore ſimilitudine fluminis magna vi delabentis, & præcipitantis.

LEGE SOLVTIS] non quòd numeri Pindarici, etiam dithyrambici, lege ſint ſoluti, ſed quod numerorum dithyrambicorum maior ſit licentia, quàm aliorum.

SEV DEOS, REGÉSQVE] quidam libri habent, *regeſue*. Deos, vt Apollinem: reges: vt Hieronem Siciliæ regem.

DEORVM SANGVINEM] Homerus multis locis διογενέας, & διοτρεφέας βασιλῆας, id eſt, à Ioue natos, & à Ioue educatos, appellat: & Heſiod. Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες. id eſt, ex Ioue reges.

CENTAVRI] Herculem, Pirithoüm, & ceteros Lapithas ſignificat, qui centauros deuicerunt.

CECIDIT TREM. FLAM. CHIMÆ.] Bellerophontem ſignificat: de quo lege Pindar. carm. 13. Olymp. & vide annota. ad Oda. 27. libr. 1.

ELÉA DOM. REO. PALMA] Virgil. Georg. 1. *Eliadum palmas Epiros equarum.* & 3. *Hic vel ad Elei metas & maxima campi ſudabit ſpatia, & ſpumas aget ore cruentas.* & lib. 6. Æneid. *Quattuor hic inuectus equis, & lampada quaſſans, Per Graium populos, mediæque per Elidis vrbem Ibat ouans, &c.*

CÆLESTEIS] id eſt, quaſi cælum gloria attingenteis, vel cum aliis cæleſtibus ob gloriam comparandos.

PVGILÉMVE EQVÚMVE] ſiue eũ laudat, qui pugilatu vicerit, ſiue eum, qui curſu, & certamine equeſtri ſuperior fuerit. epiſt. ad Piſones, *Et pugilem victorem, & equum certamine primum.* alij de Caſtore & Polluce dictum volunt, à quibus diſſentio.

ET CENT. POTIORE SIGN. MVNERE] videlicet carminibus donat, quæ quibuſlibet ſignis & operibus manu factis ſunt diuturniora. Pindarus Nem. quinto carmine ait ſe non eſſe ſtatuarum faciendarum artificem, neque ſigna fingere motu carentia, & quæ perpetuò inſiſtãt in ſua baſi: ſed carmina condere, quæ terras & maria peragrent, eorúmque, qui certamine aliquo victores extiterint, laudes nuncient, & coronas. Verba Pindari ſunt hæc, οὐκ ἀνδριαντοποιός εἰμ' ὥστ' ἐλινύσοντ' ἐργάζεσθ' ἀγάλματ' ἐπ' αὐτᾶς βαθμίδος ἑσταότ' ἀλλ' ἐπὶ πάσας ὁλκάδος στεῖχ' ἀπ' Αἰγίνας διαγγέλλοισ' ὅτι λάμπωνος υἱὸς πυθέας εὐρυσθενὴς νικῆ νεμείοις παγκρατίου στέφανον.

FLEBILI SPONSÆ] flebilis hoc loco valet triſtis, mæſtus. Interdum ſignificationem habet patiendi, vt Ode. 24. lib. 1. *Multis ille bonis flebilis occidit.* ſiue (inquit) deplorat ſponſum ſuæ ſponſæ immatura, atque acerba morte ereptum.

MORES AVREOS] id eſt, mores antiquos, & aureæ ætatis, atque ex eo probos, caſtos, & ſanctos. vt Od. 16. epod. *Vt inquinauit ære tempus aureum.* eòdem pertinet, quod ſtatim ſequitur: *quamuis redeant in aurum Tempora priſcum.* Nota eſt autem ex Heſiodo ætas aurea, argẽtea, ærea, ferrea. Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων Ἀθάνατοι ποίησαν, &c. id eſt, Aureum quidem primum genus hominum, diſtinctè & articulatè loquentium fecerunt dij immortales, &c.

EDVCIT IN ASTRA] i. vt Od. 25. lib. 3. loquitur, *ſtellis inſerit.* Catull. *vocare in cælum.* Virg. Æneid. 3. *tollere in aſtra.* M. Tull. *ferre in cælum.* idẽ ad Att. lib. 2. *laudes noſtras in aſtra ſuſtulit.* ſic idem Horat. Satyr. 7. lib. 2. *abſentem ruſticus vrbem Tollis ad aſtra leuis.* Idem epiſt. ad Fulc. Ariſt. *Quæ vos ad cælum efferet rumore ſecundo.* corruptè autem legitur in aliis libris *deducit*, cùm libri ferè omnes veteres habeant, *educit*. ſic Virg. lib. 2. Æneid. *taliáque educere iuſſit.* ibid. *ſummiſſque ſub aſtra Eductam tectis.*

NIGRÓQVE INVIDET ORCO] adimit Orco, id eſt, à morte vindicat. nam quæ aliis inuidemus, adimimus, aut certè adimere volumus.

DIRCÆVM] Pindarum poëtam Thebanũ. Dirce fons Thebanus, cycnum autẽ, id eſt, vatem. ſup. Od. 20. lib. 2. *& album mutor in alitem.* de cycnis diximus ad Od. prox. horum autẽ verborum hæc ſententia eſt. Pindarus longè ſe ab humo tollit, quoties canit Deorum, aut regum, aut victorum laudes. non ſerpit humi, ſed ſublimis, & longiſſimè remotus à terra volat.

EGO APIS MAT M.] Pindarum quidem cum cycno, ſe autem cum ape Calabra cõparat, arrogantiæ crimen fugiens. ſic Lucre. lib. 4. in princip. ſe cum apibus comparat. *Floriferis vt apes in ſaltibus omnia libant, Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta.* vſus eſt eadem comparatione & Simonides, vt refert Plutarch. πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ, &c. his verbis, Ὥσπερ γὰρ ἄνθεσιν ὁμιλεῖν ὁ Σιμωνίδης φησὶ τὴν μέλιτταν ξανθὸν μέλι μηδομέναν, &c. id eſt, quemadmodum enim verſari circum flores apem ait Simonides, mel flauum molientem, &c.

MATINÆ] Calabræ. Nam Marinus mons in Calabria eſt. ſuprà Od. 28. lib. 1. *litus Matinũ.* & Od. 16. epod. *Matina cacumina.*

CARPENTIS THYMA] ſic ſup. Od. 27. *carpere flores*: quod Græci vno verbo dicunt ἀνθολογεῖν. vide annot. ad Od. 11. lib. 1.

VVIDIQVE TIBVRIS] ſup. Od. 29. lib. 3. *vdum Tibur.* idque propter aquarum, quibus irrigatur, copiam, vt Od. proxima. *Sed quæ Tibur aquæ fertile perfluunt.* [al. *præfluunt.*]

OPEROSA] elaborata, laborioſa, multo labore perfecta. Od. 12 lib. 3. *Mineruam operoſam* dixit. & Od. 1. libr. 2. *diuitias operoſiores.* iam *operoſa parum*, ἀντίθεσις eſt.

CARMINA FINGO] facio, tamquam figulus,

gulus, ant fictor. fictor cùm dicit fingo, figuram ponit, inquit Varro lib. 5. de ling. Lat. Virgil. Georg. 3. *& dædala fingere tecta.* lib. 8. Æn. *& corpora fingere lingua.*

Concines] canes. vtitur eodem verbo & Catull. in nupt. Iuliæ & Manl. *Nuptialia concinens Voce carmina tinnula.* aliter M. Tull. de finib. 5. *vidéſne vt hæc concinant?* ideſt, concordent?

Maiore poëta pl.] verſibus ſublimioribus, & carmine grauiore, & maiore ſcribendi ſpiritu.

Qvandoqve] quandocumque, vt Od. ſuperiore.

Per sacrvm clivvm] per cliuum Capitolinũ, qui forum Romanũ ſpectat. Nam, qui triumphabant, per viam ſacram, & forũ Romanum in Capitolium vehebantur, vt intelligere licet ex M. Tull. orat. de ſuppliciis. *At etiam, qui triumphant, eóque diutius viuos hoſtium duces ſeruant, vt his per triumphum ductis, pulcherrimum ſpectaculum, fructúmque victoriæ populus Rom. percipere poſſit, cum de foro in Capitolium, currum flectere incipiũt, illos duci in carcerem iubent, idemque dies & victoribus imperij, & victis vitæ finem facit.* Alij putant per eum cliuum, triumpbum agi ſolitum eſſe, qui Velabrum attingit, auctoritate Suetonij adducti, In Iulio Cæſare: cuius hæc verba ſunt, *Gallici triumphi die Velabrum præteruehens pæne curru excuſſus eſt, axe effracto, aſcenditque Capitolium ad lumina quadraginta elephantis dextra, atque ſiniſtra lychnuchos geſtantibus.* Porphyrio *per ſacrum cliuum* interpretatur, per ſacram viam, qua in Capitolium aſcendebatur: per aſcenſum Capitolij.

Sicambros] Germaniæ populos, Menapiis finitimos, quos hodie Gheldrenſes appellamus infrà Oda 15. *Te cæde gaudentes Sicambri Compoſitis venerantur armis.* Non diſſimulabo in aliquot libr. manuſc. ſcriptum eſſe *Sygambros.*

Boníqve divi] ſic Od. 5. huius lib. *Diuis orte bonis, optime Romulæ Cuſtos gentis.* boni autem Dij appellantur, id eſt, beneficij, largi, liberales.

In avrvm priscvm] in aureos mores: in mores illius ætatis aureæ.

Et vrbis pvbl. lvdvm] & publicam ciuitatis lætitiam, quam declarabit populus feriis & feſtis diebus, & ludo.

Forúmqve litibvs orbvm] Æſchines in nobili illa oratione contra Cteſiphontem, reprehendens ſtatim à principio orationis, ſuorum temporum mores, queréńſque veterum inſtituta eſſe corrupta, dicit, ſi hoc, & illud fiat, tum & ciuitatem optimè adminiſtratum iri & iudicia pauciſſima futura, quaſi iudiciorum & accuſationum frequentia, & multitudo ſit vnum ex reip. malis non minimum. verba Æſchinis hæc ſunt: ὅπω γὰρ ἂν μοι δοκεῖ ἥ τε πόλις ἄριστα διοικεῖσθαι, αἵ τε κρίσεις ἐλάχισται γίνεσθαι. & Plato lib. 3. de rep. oſtendit, in eâ ciuitate, vbi increbruerit intemperantia, multa iudicia, multáſque lites exſiſtere: quemadmodum, vbi eſt morborum multitudo, ibi ſunt crebræ medicorum, & pharmacopolarum officinæ. Videtur autem Horatius, vt putabat Ioſ. Scaliger, expreſſiſſe hoc Pindaricum Iſthm. ᾠδ. δ. Κελαδεννᾶς τ' ὀρφανοὶ ὕβριος, id eſt, contumeliæ magnum ſonitum edentis expertes. ſed hoc intereſt quod ὀρφανοὶ, apud Pind. ſignificationem habet actiuam: orbum apud Horat. paſſiuam.

Tvm meæ, si qvid loqvar, &c.] bona & præcipua meæ vocis pars, conſtat è laudibus Cæſaris. ea igitur meæ vocis pars tum accedet ad tuos cantus, cùm Cæſar Sicambros deuictos & captiuos ducet in triumpbo. & tum ego recepto Cæſare incolumi, felix & beatus, hæc canam: *ô ſol candide, ô dies pulcher, & laudande.* Catull. ad ſeipſum. *Fulſere quondam candidi tibi ſoles.* contrà *ſolem nigrum* dicit Horat. Sat. 9. lib. 1. Quidam libri manuſcr. habent, *ſiquid loquor audiendum, &c.* quæ lectio mihi non diſplicet. quin magnopere probatur.

Recepto Cæsare] recuperato, qui videbatur amiſſus: vel de cuius ſalute laborabamus propter incertos belli euẽtus, & Sicambrorum, ſeu Sygambrorum, quibuſcum bellum gerebat, ferocitatem, ſiue potiùs immanitatem. vtitur eodem vocabulo ſup. Od. 7. lib. 2. *recepto Dulce mihi furere eſt amico.* & epiſt. 2. lib. 2. *Idem finitis ſtudiis, & mente recepta.*

Téqve d. procedis] Sic legendum videtur, & ita habent quidam lib. manuſc. alij vt vulgati *Túque dum proc.* eritque hic ordo verborum, *dúmque tu procedis, &c.*

Io trivmphe] Od. 9. epod. *Io triumphe, tu moraris aureos Currus, & intactas boues.* Varro lib. 5. de lingua Latina: *triumphare* (inquit) *appellatum quod cum imperatore milites redeuntes clamitant per vrbem in Capitolium euntes: io triumphe, io, idque a Θριάμβῳ Græco Liberi patris cognomento, poteſt dictum eſſe.*

Benignis] liberalibus & beneficiis erga nos, qui Cæſarem nobis ſaluum reddiderint. eodem ſenſu hîc deos *benignos*, quo paullo antè *bonos* dixit.

Solvet] voto. damnantur votis ij, quibus id, quod optarunt, contigit: & ita obligantur, ſoluuntur, cùm id, quod Dijs promiſerant vel tacitè, vel diſertè perſoluunt.

Relicta matre] vacca. ſic infrà Sat. 3. lib. 2. de rana, *Vnus vbi effugit, matri denarrat.*

Ivvenescit.] adoleſcit, fit iuuencus.

Fr. cvrv. imit. ign. tert. lvnæ, &c.] id eſt, qui cornibus imitatus eſt curuam tertiæ lunæ figuram. ſignificat, huius vituli valde parua eſſe cornua, & ita vitulum admodum tenerum. variæ ſunt lunæ vultus. variæ figuræ, atq; ex hac varietate, ſimilitudines, & locutiones varias ducunt poëtæ. Hom. Ιλ. ψ. Diomedis equũ deſcribens, ait cum toto corpore ruſum fuiſſe, præterquam quòd in fronte notam candidam, & rotundam inſtar lunæ habuerit. Ὃς τὸ μὲν ἄλλο τόσον φοῖνιξ ἦν, ἐν δὲ μετώπῳ Λευκὸν

τῆμ᾽ ἐπέτυχτο φέγγος, ἦ ὅτε μήνη. Horat. ſup. Od. 12. lib. 1. *micat inter omnes Julium ſidus, velut inter ignes Luna minores.* Od. 11. lib. 2. *neque uno Luna rubens nitet vultu.* eiuſdē lib. Od. 18. *Nouaque pergunt interire Lunæ.* Od. 7. huius lib. *Damna tamē celeres reparat cœleſtia Lunæ.* & Oda 6. *canentes Rite creſcentem face noctilucam.* & carmine ſæculari ad Deos, *Siderum regina bicornis.* Virgilius Georgic. 1. *Luna reuertentes cum primùm colligit igneis.* Idem. libro 3. Æneid. *quæ ſe plena per inſertas fundebat luna feneſtras.* ibidem, *Tertia iam Luna ſe cornua lumine complent.* Quidam libri habent, *Tertium lunæ referentis orbem*: quam ſcripturam minùs probo.

QVÀ NOTAM DVXIT] qui qua parte notam contraxit, candidus eſt, cetero corpore fuluus. B

NIVEVS VIDERI] Græca loquendi figura eſt. ſic enim Græci λευκὸς ἰδεῖν φαίνεσθαι ἰδέσθαι de qua plura diximus ad Od. 8. huius lib. Sic deſcribit equum Virgilius, quo puer Priamus vehebatur: *quem Thracius albis Portat equus bicolor maculis: veſtigia primi Alba pedis, frontémque oſtentans arduus albam.*

CETERA] τἆλλα. etiam hoc genus græcū. eſt Euripid. in Oreſt. ὦ πλὴν γυναικὸς ἀνδρεία στρατηλάτης, τἆλλ᾽ οὐδὲν. id eſt, O præter quam quòd ſtrenuus es ad ducendum exercitum pro muliere, cetera nullius pretij homo. Horatius epiſt. ad Fuſcum Ariſtium lib. 1. *Excepto, quòd non ſimul eſſes, cetera lætus.* Plin. lib. 36. cap. 6. *Luculleū marmor atrum aliquis, cum cetera maculis, aut coloribus commendetur.* Idem alibi, *Tradunt in Myſia feram eſſe, quæ Bonaſus vocatur, equina iuba, cetera tauro ſimilem.* Virgil. Æneid. 3. *Conſertum tegmen ſpinis: at cetera Graius.* Salluſt. bello Iugurth. *Mauris omnibus rex Bocchus imperitabat, præter nomen, cetera populi Rom. ignarus.* Patereulus lib. poſter. de Craſſo, *qui vir cetera ſanctiſſimus, immuniſque voluptatibus, &c.* M. Tull. aliter hanc ſententiam efferret, vt in orat. perf. *ſubtilem hunc oratorem, niſi quòd ſolùm, cetero qui rectè quidam vocant Atticum.* Idem ad Qu. fratr. lib. 2. *Ego me in Cumano & Pompeiano, præter quàm quòd ſine te, ſatis commodè oblectabam.* Idem tamen ſic locutus eſt in Quinctiana, ſi, vbi vulgò legitur: *ſanè ceterarum rerum paterfamilias & prudēs & attentus: vna in re minus conſideratus*: legendum eſt, *ſane cetera paterfamilias & prudens, & attentus, &c.* quemadmodum mihi aliquando viſum eſt. C D

TVRNEBVS.

EX aduerſ. lib. 1. ca. 4. Quærunt autem quid inter Melicos, Lyricos, & Dithyrambicos interſit. Ego Melicos, qui cantilenas ſcribebant ferè in numero Lyricorum repoſuerim: nam Simonidem Suidas nunc μελοποιὸν, nunc Lyricū vocat, & Platoni μελοποιοὶ canticorum ſcriptores & Lyrici ſunt: & Sapphus, Alcmanis, Anacreontiſque, qui Lyrici numerantur, μέλη nominantur. Auſon. Melicos & Lyricos modos A nominans diſtinguere paulum videtur, & pangi melos poteſt, quod non ad lyram canatur latiúſque interdum pateat: niſi fortè idem bis locutus eſt, quod non eſt in poëtis rarū. certè ijdem Galeno ſunt in fine de vſu partium ſcribenti τοῖς μελικοῖς ποιηταῖς, οὓς ἔνιοι λυρικοὺς ὀνομάζουσι. Lyricos autem à Dithyrambicis & materia & lege carminis differre puto. Materiam Lyricorum complexus eſt Horatius cùm ſcripſit

Muſa dedit fidibus diuos puerósque Deorum,
Et pugilem victorem, & equum certamine primum,
Et iuuenum curas, & libera vina referre.

Dithyrambicorum argumentum erat Liber pater: eorúmque chori Cyclici dicebantur ad diſcrimen Tragicorum & Comicorū chororum, qui erant quadrati. Lege carminis differebant, quod in Lyricorum plerumque carminibus erant ſtrophæ, Antiſtrophæ & Epodi: In Dithyrambicorum non erant, ſed velut vna perpetuá que comprehenſione ſine vllis ſtropharum & Antiſtropharum legibus & interuallis, varios verſiculos contexebant. Id ex Ariſtotele cognoſci poteſt, qui ita in Rhetoricis ſcribit. τὴν δὲ λέξιν ἀνάγκη εἶναι ἢ εἰρομένην καὶ τῷ συνδέσμῳ μίαν, ὥσπερ αἱ ἐν τοῖς διθυράμβοις ἀναβολαί, ἢ κατεστραμμένην, καὶ ὁμοίαν ταῖς τῶν ἀρχαίων ποιητῶν ἀντιστρόφοις: id eſt, Dictionem autem neceſſe eſt aut tractam eſſe & coniunctione vnam, vt Dithyrambicorum cantica: aut conuerſam, & ſimilem veterum poëtarum conuerſionibus. Id etiam Ariſtoteles in Problematis ſcribit: nam cùm quæſiſſet, διὰ τί οἱ μὲν νόμοι οὐκ ἐν ἀντιστρόφοις ἐποιοῦντο, αἱ δ᾽ ἄλλαι ᾠδαὶ αἱ χορικαί. id eſt, Quamobrem nomi. ſine conuerſionibus à poëtis ſcribebantur cum cantica chororum per conuerſiones componerentur, ſubiicit: διὸ καὶ οἱ διθύραμβοι ἐπειδὴ μιμητικοὶ ἐγένοντο, οὐκ ἔτι ἔχουσιν ἀντιστρόφους, πρότερον δὲ εἶχον. id eſt, Proindè & dithyrambi poſteàquam imitatores eſſe cœperunt, conuerſiones non habent, antè habebant. Quocirca quiauerſus tumentes libero impetu texunt, nec cantica certo flexu recurrentia certa lege carminum includunt, Horatius ſcripſit quarto carminum de dithyrambis Pindari:

Seu per audaces noua Dithyrambos
Verba deuoluit, numeriſque fertur
Lege ſolutis.

Contra de eius Lyricis certo ambitu comprehenſis ſcribit Papinius: lib. 4. Sil. 5.

--qua lege recurrat
Pindarica vox flexa Lyra.

Ex lib. 10. cap. 22. In hoc cantico cùm ſe in album alitem, id eſt, in cygnum mutari dicit, id eo facit conſilio, quòd olores in Apollinis tutela ſint & de illius canoræ auis modulis poëtæ olores vocari interdum ſoleant: vnde & de Pindaro cecinit,

Multa Dircæum leuat aura cygnum. Reſpexit tamen ad mutationes Pythagoricas à Platone celebratas. Nam eos cenſent, qui numeris delectati poëticis ſunt alterius exordio vitæ in olores

murari. Plato lib. 10. de Repub. ἰδεῖν μὲν γὰρ ψυχὴν ἔφη τὴν ποτὲ ὀρφέως γινομένην κύκνου βίον αἱρουμένην. Apud eundem etiam Thamyræ animos Luſciniæ vitam deligit. Denique perſuaſio erat Pythagoræorum aues canoras in cantores & poëtas renaſci, & cantores & poëtas in aues muſicas verti.

AD MELPOMENEN.

Ode 3.

ARGVMENTVM.

Se natum eſſe ad artem poëticam, ciúſque beneficio nominis immortalitatem, & gloriam conſecuturum eſſe.

QVem tu Melpomene ſemel
Naſcentem placido lumine videris:
Illum non labor Iſthmius
** Clarabit pugilem: non equus impiger*
Curru ducet Achaïco
*Victorem: neque res bellica * Deliis*
Ornatum foliis ducem,
Quòd regum tumidas contuderit minas,
Oſtendet Capitolio:
Sed, quę Tibur aquę fertile præfluunt,
Et ſpiſſæ nemorum comæ,
** Fingent Æolio carmine nobilem.*
Romæ principis vrbium
Dignatur ſuboles inter amabileis
Vatum ponere me choros:
Et iam dente minùs mordeor inuido.
O, teſtudinis aureæ
Dulcem quę ſtrepitum Pieri temperas:
O mutis quoque piſcibus
Donatura cycni, ſi libeat, ſonum,
Totum muneris hoc tui eſt,
Quòd monſtror digito prætereuntium,
Romanæ fidicen lyræ:
Quòd ſpiro, & placeo: ſi placeo: tuum eſt.

QVEM TV MELPOMENE, &c.] ſignificat, eum, qui ad poëticam factus ſit natura, ne-
A que clarum pugilem, neque ludis Olympicis equeſtri certamine victorem, neque præſtantem imperatorem vnquam futurum: ſed poëtam nobilem.

PLACIDO LVMINE] oculis placidis, beneuolis, amicis, non obliquis, vt Callim. ὄμμασι λοξοῖς. Sappho. λοξὸν βλέπουσα.

VIDERIS] aſpexeris. vt ſuprà Od. 17. lib. 2. *Seu libra, ſeu me ſcorpius aſpicit.* coniunctè autem ſunt intelligenda *ſemel videris*, non *ſemel naſcentem.*

ILLVM NON LAB. ISTHM.] id eſt, certamen curule Iſthmium. certamen autē Iſthmium, ſeu Iſthmicum à Siſypho fuiſſe inſtitutū Melicertæ cadauere, quod à delphino in Iſth-
B mum, vbi ſita Corinthus eſt, delatum fuerat, reperto, tradunt ſcriptores. certaminis præmium pinea corona erat: quæ priùs ex apio fuerat. Iſthmia ne Corintho quidem à Memmio euerſa, fuiſſe intermiſſa: ſed tantiſper dum ciuibus infrequens, ac deſerta fuit, à Sicyoniis fuiſſe procurata, atque adminiſtrata ſcribit Pauſan. Corinth.

ACHAÏCO] Eléo. Vir. lib. 1. Georg. *Eliadum palmas Epirus equarum.*

CLARABIT] clarum reddet. Vtitur hoc verbo M. Tull. in poëmate illo de ſuis rebus geſtis in ſecundo conſulatu: *Juppiter excelſa clarabat ſceptra columna.* & item ſæpe in Arato. & Lucret.
C lib. 3. pro verbo declarandi. *Haſce ſecundum res animi natura videtur, Atque anima claranda meis iam verſibus eſſe.*

NEQVE RES BELLICA, &c.] neque rebus bene geſtis in bello, deuictiſque ac ſubactis hoſtibus, laureatus, & aurato curru vectus triumphabit.

DELIIS] Delphicis & Apollinaribus foliis, id eſt, laurea corona. Laurus enim Apollini ſacra eſt.

OSTENDET CAPITOLIO.] hoc iccirco dicit, quia qui triumphabant, in Capitolium (vt ſuprà dixi) vehebantur.

PRÆFLVVNT] duo cod. Vatic. Torneſ. Ruſſard. Nicot. habent *præfluunt*, quos ſecutus
D ſum. nonnulli *perluunt*: alij, *perfluunt*, vt vulg. T. Liuius quidem libr. 44. annal. ferè ita loquitur, vt habent libri illi, quos primo loco commemoraui. *Duo cingunt eam flumina: Clauſula latere vrbis, quod in orientem patet, præfluens: Barbana ab regione, &c.*

COMÆ] frondes, vt infr. Od. 7. *redeunt iam gramina campis, Arboribúſque comæ.*

FINGENT] reddent, efficient. ſic Virg. lib. Æneid. 2. *nec ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit, vanū etiam, mendacémque improba finget.* Salluſt. bello Catil *quæ natura, prona, & ventri obedientia finxit.* lege quæ annotata ſunt ſupr. ad illum locum, *Carmina fingo* Od 2. huius lib.

ÆOLIO] Sapphico, & Alcaïco. Od. 30. li. 3. *Princeps Æolium carmen ad Italos Deduxiſſe modos.*

PRINCIPIS VRBIVM] Vir. in Tityro,

Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit vrbeis, Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi, Horat. Od. 14. huius lib. *ô tutela præſens Italiæ, dominæque Romæ.* A

S v b o l e s] ſic habent tres Vatic. & aliquot alij libri manuſcr. & ita apud Lucret. in emendatis codicib. lib. 5. *Siue virûm ſuboles, ſiue eſt muliebris origo.* & apud Vir. Pollione. *Cara Deûm ſuboles, magnũ Iouis incrementum.* Feſtus, & Nonius. Per Romæ ſubolem populum Romanum ſignificari puto.

Et iam dente min. mord. invido] tamquam inuidia maior, vt ſup. Od. 20. lib. 2. *inuidiáque maior vrbeis relinquam.* Sic & Salluſt. *Gloria inuidiam vicisti.*

Dvlcem qvæ strepitvm] teſtudinis cantum, ſtrepitum dixit, vt epiſt. 2. lib. 1. B *Ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam.* & epiſt. 13. *nec meretrix tibicina, cuius ad ſtrepitum ſalias.* ſed hoc loco addidit epithetum, *dulcem*: in illis duobus non item. Petrus Victorius in commentariis ſuis in libr. 2. Ariſtot. de arte dicendi, ſcribit, fortaſſe Horatium in eandem culpam incidiſſe, cùm tibicinæ, ſeu tibiæ & citharæ cantum, ſtrepitum nominauit, in quam Dionyſius ille, qui Æneus dictus eſt, cùm Calliopæ vocẽ κραυγὴν, id eſt, clamorem ſeu clangorem appellauit. Ego Horatium proprio nomine, non tranſlato, vſum eſſe putarim. At Ariſtoteles diſertè dicit nomen κραυγὴν tranſlatè ab illo poëta eſſe poſitum, C eámque tranſlationem, vt vitioſam & ineptam, reprehendit. ſtrepitum autem, quem ψόφον Græci vocant, propriè conuenire inanimis, docet idem Ariſt. lib. β. de anima, his verbis: ἡ δὲ φωνὴ ψόφος τίς ἐστιν ἐμψύχου. τῶν γὰρ ἀψύχων οὐδὲν φωνεῖ, ἀλλὰ καθ' ὁμοιότητα λέγεται φωνεῖν, οἷον αὐλὸς, καὶ λύρα, καὶ ὅσα ἄλλα τῶν ἀψύχων. id eſt, vox autem ſonitus eſt quidã corporis animati. Inanimorum enim nihil vocem mittit: ſed ex ſimilitudine quadam vocem mittere dicuntur: verbi gratia tibia, & lyra, & alia omnia inanima. Quòd ſi quis ſtrepitũ citharæ tranſlatè dictum eſſe contendet: ſic Horatium defendam, ſtrepitum ab eo eſſe poſitum, pro eo, quod Græci τερέτισμα, vel κρεγμὸν, vel quippiam ſi- D mile, dicunt. τερετίζειν autem tranſlatum eſt ab hirundinis, aut cicadæ ſtrepitu. κρέκειν verò verbum eſt fictum à re ipſa: ſignificátque ſtrepitum quendam edere: ex quo κρεγμὸν citharæ ſonitũ appellat Apollon. lib. 4. Argon. vbi de Orpheo loquitur, citharæ cantu Sirenum voces auertente. Idem ibid. φόρμιγγα εὐκρέγκτον nominat, id eſt, εὐηχεῖ, ſuauiter ſonantem, ſeu ſtrepentem. eodem pertinet verſiculus ille, quem teſtem producit Suidas, Ἀλλ' ὄχα δὴ πλήκτρῳ Λοκροῖς ἔκρεξε χέλυς. id eſt, ſed cùm plectro Locra cithara ſtrepuit. Ordo autem verborum hic eſt, O Pieri, id eſt, ô Muſa, quæ teſtudinis, hoc eſt citharæ, aureæ dulcem ſtrepitum temperas.

Pieri] vocãdi caſus, Græcus: qui breuis eſt, à recto in *is*. docet Seruius ad illum locum *Amaryllis vocares*: in Tityro: & hunc verſum profert.

Temperas] moderaris, aptas, modularis ad concentum concordem inflectis. vide anno. ad Od. 8. lib. 1.

O mvtis qvoqve piscibvs] Piſceis omneis præter ſcarum, & fluuiatilem porcum, mutuos eſſe, id eſt, vocem non mittere ſcribit Ariſtot. ſed Mnaſeas Patrenſis (vt ſcribit Atheo. lib. 8.) ait piſceis, qui ſunt in fluuio Clitore, vocaleis eſſe. Præterea Philoſtephanus piſceis quoſdam ποικιλίας nomine, in Aorno vocẽ mittere tradit. Sed Pauſanias Arcad. narrat ſe propterea, quòd acceperat ποικιλίας eſſe vocaleis, ad fluuium Aornum à prima luce vſq; ad veſperam (quo tempore maximè vocem mittere dicebantur) commemoratum eſſe: verùm ne tenuiſſimum quidem eorum ſonum audiuiſſe. Vniuerſè igitur piſcium genus eſt ἄφωνον, id eſt, mutũ, ſeu vocis expers. ex quo natus iocus ille Stratonici citharistæ in quendam Propin nomine, citharœdum, magna quidem corporis ſtatura, ſed imperitum artificem: μέγας ἰχθύς, id eſt, magnus piſcis. piſcem nominauit διὰ τὴν ἀφωνίαν, inquit Athenæus, propterea quod nihil caneret, quod quidem eſſet ἀξιόλογον. ſignificat autem Horatius, ſe beneficio muſæ poëtã eſſe, non ſua virtute, ſuóve ingenio, cùm ea poſſit etiam piſceis, qui ſunt natura muti, vocaleis, atque adeò muſicos efficere.

Cycni.] Plato in Phædone cycnos vult eſſe cùm in omni reliqua vita, tùm maximè mortis tempore muſicos, & canores. ſic enim apud illum loquitur Socrates, ἀλλὰ φοβεῖσθε μὴ δυσκολώτερόν τι νῦν διάκειμαι, ἢ ἐν τῷ πρόσθεν βίῳ, καὶ, ὡς ἔοικε, τῶν κύκνων δοκῶ φαυλότερος ὑμῖν εἶναι τὴν μαντικὴν: οἳ ἐπειδὰν αἴσθωνται, ὅτι δεῖ αὐτοὺς ἀποθανεῖν, ᾄδοντες καὶ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ, τότε δὴ πλεῖστα καὶ μάλιστα ᾄδουσι, γεγηθότες ὅτι μέλλουσι παρὰ τὸν θεὸν ἀπιέναι, οὗπερ εἰσὶ θεράποντες. mox ſubiicit ἅτε οἶμαι τοῦ Ἀπόλλωνος ὄντες, id eſt, *ſed veremini, ne amariore, atque iniquiore animo ſim, quàm ſuperiore vita fui: atque (vt apparet) ego vobis diuinandi ſcientia deterior cycnis eſſe videor: qui, vbi ſenſerunt ſibi moriẽdum eſſe, cùm antea canere ſoliti ſint: tum illo tempore plurimum, & maximè canũt, lætantes ſe ſtatim ad Deum, cuius famuli ſunt, abituros* Lucianus autem in libello περὶ τοῦ ἠλέκτρου, ἢ τῶν κύκνων, ſignificat, totum illud eſſe fabuloſum de electro, & de cycnorum cantu apud Eridianum. Nam irridẽt eum nautæ, qui putat quoſdam homines canendi ſcientia, & facultate præditos, eo loco in aueis fuiſſe commutatos, atque iccircò etiã nunc canere, muſicæ nõ oblitos. Ælianus lib. 1. ποικίλης ἱστορ. omnino nihil à Luciano diſſidet. ſic enim ſcribit de cycnis: ὅτι δ' εἰσὶ φιλῳδοί, τοῦτο μὲν ἤδη καὶ τεθρύλληται. ἐγὼ δ' ᾄδοντος κύκνου οὐκ ἤκουσα. ἴσως δ' οὐδ' ἄλλος. πεπίστευται οὖν ὅτι ᾄδει· καὶ λέγουσί γε αὐτὸν μάλιστα

ἐκεῖνος

ἐκεῖνον εἶναι τὸν χρόνον εὐφωνότατον, καὶ ἀδικώτατον, ὅταν ἡ περὶ τὴν καταστροφὴν τοῦ βίου, A id eſt, *Cycnos autem canendi ſtudio teneri, hoc quidem iam etiam omnium ſermone vulgatum eſt. Ego autem canentem cycnum audiui nunquam, & fortaſſe neque alius quiſquam. ſibi igitur omnes perſuaſerunt cycnum canere, atque cum illo maximè tempore, maximè vocalem, & maximè canorum eſſe, cum agit ſupremum vitæ diem.* & Plinius cap. 23. lib. 10. *Olorum morte narratur flebilis cantus, falſo, vt arbitror, aliquot experimentis.* Secutus igitur eſt Horatius opinionem vulgi, præſertim veterum poëtarum teſtimonio confirmatam. Lucretius lib. 3. procem. *quid enim contendat hirundo Cygnis?* Idem lib. 4. *Paruus vt eſt cycni melior canor, ille gruum quàm Clamor in ætheriis diſperſus nubibus Auſtri.* ibidem, *Nec ſimili penetrant aures primordia forma, Cùm tuba depreſſo* B *grauiter ſub murmure mugit: Vallibus, & gelidis orti cycni ex Heliconis Cùm liquidam tollunt lugubri voce querelam.* Virg. Mœr. *Vare tuum nomen, (ſuperet modò, &c.) Cantantes ſublime ferent ad ſidera cycni.* Idem lib. 7. Æneid. *Ceu quondam niuei liquida inter nubila cycni Cùm ſeſe è paſtu referunt, & longa canoros Dant per colla modos:* ad quem locum Seruius notat: *Secundum Plinium, qui ait in naturali hiſtoria, cycnos ideo ſuauiùs canere, quia colla longa & inflexa habent: & neceſſe eſt eluctantem vocem per longum & flexuoſum iter varias reddere modulationes.* Ex quo δουλιχόδειροι dicuntur ab Homero, id eſt, δολιχαύχενες. Poſtremò Plutarchus libr. εἰ πρεσβ. πολιτ. ex eadem opinione ſcripſit illa: C Οὕτως ἐπεὶ τὸ πράττειν καὶ λέγειν μᾶλλον ἀνθρώποις, ἢ κύκνοις τὸ ᾄδειν μέχρι τελευτῆς κατὰ φύσιν ἐστὶν, οὐκ ἀφετέον τὴν πρᾶξιν, ὥσπερ τινὰ λύραν σύντονον, id eſt, Itaque quoniam agere, & dicere hominibus magis, quàm cycnis canere vſque ad exitum vitæ conſentaneum naturæ eſt, non eſt ea res omittenda, tanquam lyra quædam contenta. Quem Plutarchi locum mihi Germanus Valens indicauit.

QVÒD MONSTR. DIG. PRÆTERE.] notum illud eſt de Demoſthene, *qui illo ſuſurro* (vt ait M. Tullius Tuſcul. 5.) *aquam ferentis mulierculæ, vt mos in Græcia eſt, inſuſurrantiſque alteri, hic eſt ille Demoſthenes,* οὗτος ἐκεῖνος Δημοσθένης, *delectari ſe dicebat.* D

ROMANÆ FIDICEN LYRÆ] epiſt. lib. 1. 19. ad Mæcen. 3. *Libera per vacuum poſui veſtigia princeps, Non aliena meo preſſi pede, &c.* Idem Oda 30. lib. 3. *Dicar quà violens obſtrepit Aufidus, Et quà pauper aquæ Daunus agreſtium Regnauit populorum, ex humili potens, Princeps Æolium carmen ad Italos Deduxiſſe modos.*

TVRNEBVS.

EX lib. 24. cap. 35. Cæterum,
- O teſtudinis aureæ, Imitatione Pindari dictum eſt, apud quem pulcherrimum Pythiorum poëma ſic incipit,

χρυσέα φόρμιγξ, id eſt, pulchra.

Od. 4.

ARGVMENTVM.

Druſi Neronis, qui fuit Auguſti Cæſaris priuignus, victoriam de Rhœtis & Vindelicis celebrat. Quinetiam Claudij Neronis fortia quædam facta commemorat. Tandem verò & totius gentis Romanæ fortitudo ore ipſius hoſtis (nimirum Annibalis) laudatur. Sed de Druſo loquens poëta, diſciplinam & educationem multùm ad virtutem poſſe oſtendit, tanquam aliquam harum eius laudum partem in Auguſtum deriuans.

B

* *QValem miniſtrũ fulminis alitem,*
Cui rex deorum regnum in
aueis vagas
Permiſit expertus fidelem
Iupiter in Ganymede flauo,
Olim iuuentas, & patrius vigor
Nido laborum propulit inſcium:
Vernique, iam nimbis remotis,
Inſolitos docuere niſus
C *Venti pauentem: mox in ouilia*
Demiſit hoſtem viuidus impetus:
Nunc in reluctanteis dracones
Egit amor dapis, atque pugnæ:
Qualèm ve lætis caprea paſcuis
Intenta, fuluæ matris ab vbere
Iam lacte depulſum leonem,
Dente nouo peritura, vidit:
Videre Rhæti bella ſub Alpibus
*Druſum gerentẽ, Vindelici *) quibus*
Mos vnde deductus per omne
D *Tempus Amazonia ſecuri*
Dextras obarmet, quærere diſtuli:
Nec ſcire fas eſt omnia:) Sed diu,
Latéque victrices cateruæ
Conſiliis iuuenis reuictæ
Senſere, quid mens ritè, quid indoles
Nutrita fauſtis ſub penetralibus
Poſſet, quid Auguſti paternus
In pueros animus Nerones.
Fortes creantur fortibus, & bonis:
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum

Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina ſed vim promouet inſitam:
Rectíque cultus pectora roborant:
** Vtcumque defecere mores,*
*Dedecorant * bene nata culpæ.*
Quid debeas, ô Roma, Neronibus
Teſtis Metaurũ flumen, & Aſdrubal
Deuictus, & pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris:
*Qui primus alma riſit * adorea,*
Dirus per vrbeis Afer vt Italas,
Ceu flamma per tedas, vel Eurus
Per Siculas equitauit vndas.
Poſt hoc ſecundis vſque laboribus
Romana pubes creuit: & impio
Vaſtata Pœnorum tumultu
*Fana * deos habuere rectos.*
Dixítque tandem perfidus Annibal,
Cerui luporum præda rapacium
Sectamur vltro quos opimus
** Fallere, & effugere eſt triumphus.*
Gens, quæ cremato fortis ab Ilio
Iactata Tuſcis æquoribus ſacra,
Natóſque, maturóſque patres
Pertulit Auſonias ad vrbeis,
*Duris * vt ilex tonſa bipennibus*
Nigræ feraci frondis in Algido,
Per damna, per cædeis ab ipſo
Ducit opes, animúmque ferro.
Non hydra ſecto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem:
*Monſtrúmve ſummiſere * Colchi*
Maius, Echioniæue Thebæ.
** Merſes profundo: pulchrior euenit.*
*Luctere: multa proruet * integrum*
Cum laude victorem: gerétque
Prœlia coniugibus loquenda.
Karthagini iam non ego nuntios
Mittam ſuperbos: óccidit, óccidit
Spes omnis, & fortuna noſtri
Nominis, Aſdrubale interemto.
A *Nil claudiæ non * perficient manus:*
Quas & benigno numine Iupiter
Defendit, & curæ ſagaces
*Expediunt * per acuta belli.*

QVALEM MINISTRVM FVLMINIS, &c.] Quo tempore in lucem editus eſt Iupiter, eodem natam eſſe aquilam, & ad id prœliũ, quod aduerſus gigantes cõmiſſum eſt, aduolaſſe, quaſi victoriæ Deorum nuntiam, tradunt fabularum ſcriptores. Itaque in auium partitione, Iupiter aquilam ſibi adoptauit: qua miniſtra, & nuntia vti ſolet ad eos, quibus læti aliquid ſignificare, quóſque inſigneis, & claros efficere in animo
B habet. Propterea αἰετὸν à Græcis appellatum eſſe volunt non ἀπὸ τῦ ἀΐσσειν, ſed παρὰ τὸ ἐτεὸν δηλοῦν, id eſt, quia verum patefaciat, ac declaret. Qualis igitur (inquir) aquila eſt, quam iuuenta volandi ſeu potiùs pugnandi, & prædandi imperitam è nido primùm foras extruſit, ventique verni docuerunt inſolitos volandi conatus, mòx in ouium greges, & ſepta vigor à natura inſitus deorſum immiſit, tùm edendi, pugnandique cupiditas in dracones incitauit, atque impulit: aut qualis eſt catulus leonis, quem caprea paſcuis intenta eius dentibus iamiam dilaceranda, ac peritura vidit, talem Druſum Rhœti, & Vindelici videre. lege hac de re Strabonem lib. 4. & Paterculum lib.
C poſter.

REGNVM IN AV. VAG.] quamobrem auium rex eſt aquila? an quòd omnium auium celerrimè volat? an quia ſola ex auibus ſolem irretortis oculis intuetur, & ſpectat? an propter eius officia, & fidem erga Iouem?

EXPERTVS FIDELEM] immo Iuppiter ipſe (vt eſt in fabulis) aquilæ ſpecie Ganymedẽ rapuit.

PATRIVS] paternus: nempe aquilæ. Itaque ſtatim ſequitur, *neque imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam.*

NIDO PROPVLIT] nido foras expulit nondum volatui aſſuefactam. in aliis lib. eſt *protulit*: ſed *propulit* mâlo: & ita habent libri ali-
D quot manuſcripti: in quibus eſt Faërn. Vrſ. Varic. 2. & quatuor, quibus hîc nuper in mea Gallia vſus ſum.

LABORVM INSCIVM] vel volandi inſcium, ſeu inſuetum. ſequitur enim mox, *Inſolitos docuere niſus venti, &c.* vel prædandi, & pugnandi inſolentem, & neſcium, ſeu imperitum.

INSOL. NISVS] vel non vſitatos prædandi conatus, vel non vſitatos volatus.

MOX IN RELVCT. DR.] ſic apud Hom. ἰλ. μ. aquila ſerpentem correptum vnguibus, deferre in nidum ſuum parat. ſed à reluctante dracone acriter morſa, prædam ex vnguibus dimittere cogirur. quo auſpicio Polydamas Hectorem murum Græcorum oppugnare, & perrumpere cogitantem,

cogitantem, reuocare ac deterrere conatur, ſed fruſtrà.

Amor dapis] cibi cupiditas, & fames.

Lacte depulsum leonem] catulum leonis modò, ab vbere matris ſeiũctum, ſeu à lacte remotum. Virg. Tityro, *quo ſæpe ſolemus Paſtores, ouium teneros depellere fœtus.* ad quem locũ Seruius, *Depellere*, id eſt, à lacte remouere. ſic idem Virg. Melib. *Depulſos à lacte domi quæ clauderet agnos.* Idem Palæmone, *Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis.*

Dente novo peritvra] peritura dente leonis iuuenis nouo, id eſt, nondum prædę aſſuefacto, ſeu nondum in pugna exercitato.

Rhœti] Strabo lib. 4. Rhœtos, & Vindelicos in iis Alpium partibus collocat, quæ ad oriẽtem, & Auſtrũ ſpectant, vt ſint Heluetiis, & Boiis finitimi: vbi & de Druſo eadem ſcribit, quæ hîc laudat Horatius. de Vindelicis etiam Od. 14. huius libri: *Vindelici didicere nuper, Quid Marte poſſes.* *Rhœti, Vindelici* autem, eſt ἀσύνδετον, vel addenda copulatio, &, quæ tamen abeſt à codicibus Donati, Faërn. Torn. & duob. Vatic.

Drvsvm] Claud. Druſum, qui in Germania diem ſuum obiit.

(Qvibvs mos vnde deo. &c.] id eſt, qui Vindelici quamobrem vtantur ſecuribus in prœlio Amazonum more, non nimis diligenter hoc quidẽ tempore exquiſiui, atque in aliud tempus diſtuli. Strabo lib. 2. quæ de Amazonibus tradita ſunt, monſtri ſimilia, fabuloſa, incredibilia denique eſſe exiſtimat, his verbis: Περὶ δὲ τῶν Ἀμαζόνων τὰ αὐτὰ λέγεται καὶ νῦν καὶ πάλαι τερατώδη, καὶ πίστεως πόῤῥω. Τίς γὰρ ἂν πιστεύσειεν ὡς γυναικῶν στρατὸς, ἢ πόλις, ἢ ἔθνος συσταίη ἂν χωρὶς ἀνδρῶν, καὶ οὐ μόνον γε συσταίη ἀλλὰ καὶ ἐφόδους ποιήσαιτο ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν χώραν, id eſt, *De Amazonibus eadem nunc dicuntur, quæ & olim, nempe monſtri ſimilia, & longè à fide remota. Quis enim credat, mulierum exercitum, aut ciuitatem, aut nationem ſine viris conſiſtere, neque verò ſolùm conſiſtere, ſed etiam in alienos fines incurrere atque inuadere potuiſſe?* Similem ἀπιστίαν. ſeu εὐλάβειαν eſſe dicebat Ioſ. Scaliger apud Pindarũ quodam loco, καί τις ἄνδρας ἀλκίμους δαίμων ἀποινώσας ἔλασεν. &c. Præclarè autem Horatius, id, quod ſciebat, aut certè accipere, atq; audire potuerat, nempè Vindelicos, quos Liburnos eſſe putat Seruius, ab Amazonibus originem duxiſſe, ſe vel neſcire, vel non quæſiuiſſe dicit, quaſi in alia re magis occupatum, & aliud agentem. lege Seruium ad illum Virgil. locum Æn. 1. *atque intima tutus Regna Liburnorum, &c.* Vbi hunc Horatij locum profert.

Nec scire fas est omnia)] fas, id eſt, pote, δυνατὸν, vt diximus ſupr. ad Od. 11. lib. 1. vel ita interpretare. nec ſcire licet omnia vt alij malunt: quibuſcũ pugnare nolo. Tibullus quidem fas pro eo quod δυνατὸν dicũt Græci, vſurpauit eleg. 9. lib. 1. *Nec tibi celanti fas ſit peccare:* fortaſſe & eleg. 5. *proprios ego tecum, Sit modò fas, annos contribuiſſe velim.* & Propert. lib. 1. *Mi neque amare aliam, neque ab hac diſcedere fas eſt.* & Virg. lib. 7. Æn. *Quem neque fas igni cuiquam, nec ſternere ferro.* & Cæſ. lib. 1. de bell. Gall. *Eas ita dicere, non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante nouam Lunam prælio contendiſſent.*

Sed divs Latéqve, &c.] ſuperiora illa, *quibus mos vnde, &c.* vſque ad hunc locum, includenda ſunt interpoſitionis nota: vel potiùs ita ſunt legenda, vt à propoſito ſermone aberrantia: quod genus appellant Græci hyperbatum, iccirco hac particula, *ſed*, vtitur Horatius, quam adhibere ſolent ſcriptores in hyperbatis, cùm ad id, vnde aberrarunt, regredi volunt. adhibent & has: verumtamen, igitur, & ſimileis. cuius rei paſſim occurrunt exempla apud M. Tull.

Consiliis ivvenis revictæ] ſic puto legendum, non, vt alij volunt, reuinctæ: & ita habet liber Faër. Don. Vrſ. Torn. Vatic. 2. & alij quidam. Eſt autem hæc ſententia: Rhœti (inquit) & Vindelici, qui olim victores latiſſimas excurſiones etiam vſque ad agros Italiæ finitimos fecère, nunc conſiliis Druſi viciſſim victi, ac domiti, ſenſere quid mens, &c. hæc enim vis eſt verbi, *reuinco.* ſic Lucr. lib. 5. *Ignis enim ſuperare poteſt, vbi materiaï Ex infinito ſunt corpora plura coorta: Inde cadunt vires aliqua ratione reuictæ.* non diſplicet tamen altera ſcriptura, *repreſſæ*, quæ reperitur in nonnullis emẽdatis codicibus. vide autem hac de re Strabonem lib. 4.

Indoles] indoles dicta ab *indoleſco*, quod eſt increſco: & incrementum ſignificat. ex eo pro ingenio puerili vſurpatur: quoniam vnà cũ corpore ex ſententia philoſophorum mens creſcit, & decreſcit.

Nerones] Tiberium, & Druſum.

Fortes creantvr fortibvs] primo loco ponit naturam, & genus: deinde doctrinam, & educationem. ſic Plato in oratione funebri: ἀγαθοὶ δ᾽ ἐγένοντο διὰ τὸ φῦναι ἐξ ἀγαθῶν. τὴν εὐγένειαν οὖν πρῶτον ἐγκωμιάζωμεν· δεύτερον δὲ τροφήν τε, καὶ παιδείαν, id eſt, boni autem fuerũt, quia ex bonis nati ſunt: generis igitur præſtantiam primùm laudemus: deinde educationem, & doctrinam. ſic Ariſtoteles Politicorum tertio ſcribit eſſe probabile, viros præſtantiores eſſe eos, qui è præſtantioribus nati ſint: nobilitas enim, generis præſtantia, & perfectio eſt. verba Ariſtot. hæc ſunt: ἡ δ᾽ εὐγένεια παρ᾽ ἑκάστοις οἴκοι τίμιος. ἔτι διότι βελτίους εἰκὸς τοὺς ἐκ βελτιόνων· εὐγένεια γάρ ἐστιν ἀρετὴ γένους. Quantum valeant ad ingenium, hoc, vel illo habitu imbuendum, moreſque conformandos, atque etiam inſerendos ſtirps generis, & educatio, declarant poëtæ, qui, quem ſignificare volunt ſæuo, immiti, inhumano eſſe ingenio, eum dicere ſolent è ſaxis, ac rupibus, è mari natos, à leonibus educatos, vt Hom. ἰλ. π. γλαυκὴ δέ σ᾽ ἔτικτε θάλασσα, Πέτραι τ᾽ ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής, id eſt, cæruleum autem te mare peperit, Rupéſque præruptæ, quoniam

tibi mens eſt infrenis atque indomita. Theocr. A
εἰδ. γ. Νῦν ἔγνων τὸν ἔρωτα· βαρὺς θεός· ἦ ῥα λεαίνας Μασδὸν ἐθύλαζε, δρυμῷ τέ μιν ἔτρεφε μάτηρ, quos verſus Virg. expreſſit Pharmaceut. *Nunc ſcio, quid ſit amor, duris in cotibus illum Iſmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes Nec noſtri generis puerum, nec ſanguinis edunt*. Idem Æneid. 4. *Nec tibi Diua parens, generis nec Dardanus auctor, Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus*. Catull. de nuptiis Pelei, *Quænam te genuit ſola ſub rupe leæna? Quod mare conceptum ſpumantibus expuit vndis? Quæ Syrtis, quæ Scylla vorax, quæ vaſta Charybdis?*

PROMOVET] prouehit, προάγει amplificat virtutem à natura inſitam.

FEROCES AQVILÆ] ferox plerúmque in laude ponitur, & ſi quando in vitio, non crudelē, B
ſed elatum, aut animoſum ſignificat, vt ſup. Od. 5. lib. 2. *ferox ætas*. & infrà Od. 9. huius libri *ferox Hector*. annotatum ad Od. 15. lib. 1.

RECTIQVE CVLTVS] nihil equidem muto, cùm hæc lectio ab omnibus codicibus, quos quidem viderim, confirmetur: ſed putaui aliquando, Porphyrionis verbis motus, ſcriptum eſſe ab Horatio, *Rectique cultus pectora roborat*: vt, *cultus* ſit numeri ſingularis. *recti* autem patrij caſus à nomine neutro rectum, cti. quod eſt τὸ ὀρθόν. Nā hoc modo explicat Porph. niſi quòd *cultus* vult eſſe numeri multitudinis: niſi fortè Porphyrio corruptus eſt. Iam nomen *rectum* vſurpat Horat. & Satyr. 3. lib. 2. *Rectum animi ſeruas?* id eſt, C
τὴν ὀρθότητα. rectitudinem redderemus Latinè, ſi pateretur Latini ſermonis vſus. colere rectum autem, honeſtum, virtutem, veritatem: & cultus, id eſt, amator & ſtudium recti, honeſti, virtutis, veritatis, bonis ſcriptoribus ſunt vſitata loquendi genera. Iam ſi *recti cultus* vtrúmque numero multitudinis eſſe intelligetur, idē valebit, quod, rectæ inſtitutiones, ſeu potiùs recta viuendi inſtituta: quemadmodum primorum illorum hominum feram, & agreſtem viuendi conſuetudinem *feros cultus hominum recentum* dixit Od. 10. lib. 1. quam interpretationem multo malim, quā illam Pſeudoporphyrionis, niſi vna opera legamus *roborat*, & nomen *cultus* ita accipiamus, vt ſit numeri ſingularis, vt dixi.

ROBORANT] ſi *cultus* ſit numeri multitud. D
vt accipit Porph. legendum *roborant*: ſi ſingul. *roborat*. Verumtamen nihil muto.

VTCVMQVE DEFECERE MORES,] id eſt, vbicumque, ſeu quandocūque naturæ bonitas, quam εὐφυΐαν Græci nominant, à bonis moribus, qui ſtudiū, exercitationémq; deſiderant (vt docet Ariſtotel. lib. 2. de morib. ad Nicom.) deſtituta eſt: vitæ turpitudo bonum illud generis, & naturæ dedecore, maculáque afficit de particula, *vtcumque*, diximus ſuprà ad Od. 17. lib. 1. licet & *bene nata* interpretari εὐγένειαν, id eſt, generis præſtantiam, ac nobilitatem.

DEDECORANT] ſic habet lib. Donati, & omnes vulgati. Faërni autem, & 2. Vatic. *Indecorant*.

CVLPÆ] corrupti mores, ſeu facta improba ex corruptis moribus nata, & ideò culpanda, & vituperanda. *Culpa*, numeri eſt multitudinis.

NERONIBVS] C. Claudio Neroni, de quo ſic Sueton. *Claudius Nero aduenientem ex Hiſpania cum ingentibus copiis Aſdrubalem, priuſquam Annibali fratri coniungeretur, oppreſſit*.

TESTIS METAVR. FLVM.] ſic Virg. Daph. *vos Coryli teſtes, & flumina nymphis*. & Propert. lib. eleg. *teſtes ſunt ſidera nobis*, quæ mihi indicauit Germ. Valens. & ſunt notata à Seruio ad eum, quem commemoraui locum, in Daphn.

TESTIS METAVRVM FLVMEN] ſic Catull. *Teſtis erit magnis virtutibus vnda Scamandri*.

METAVRVM FLVMEN] ſic ſup. Od. 9. lib. 2. *Medum flumen*. & in epiſt. ad Piſon. *Rhenum flumen*. fluuius eſt in Vmbria, ex Picenis finibus oriens, qui nomen retinet, niſi quòd aliquantum corruptum eſt. Nam hodie, *il Metro*, appellāt Itali. Apud hunc fluuium cæſus eſt Aſdrubal Annibalis frater.

ET ASDRVBAL] Narrat T. Liuius lib. 27. Aſdrubalem, qui cum recente exercitu Alpeis tranſcenderat eo conſilio, vt ſeſe cum fratre Annibale coniungeret, à M. Liuio Salinatore victū, ac cæſum eſſe, cum haberet in ſuo exercitu quinquaginta ſex hominum millia: eámque victoriam nō minore opera Claudij Neronis, alterius conſulis, eſſe partam, proptereà quòd, cùm Annibali oppoſitus eſſet, relictis ita caſtris, vt hoſtem latêret, lecta manu profectus Aſdrubalem circumuênit. [Qui tamen Salinatorem equo ſequi, quàm triumpho, quem ei ſenatus æqui decreuerat, vti maluit, quia res in prouincia ſalinatoris geſta fuerat. Tit. Liuius lib. XXVIII. Valerius Max. lib. 4. cap. 1.

ET PVLCHER FVGATIS ILLE DIES, &c.] pulcher dies. i. felix & fortunatus dies. ſic loquitur. M. Tull. lib. 4. epiſt. ad familiar. *Noli quærere. ita mihi pulcher hic dies viſus eſt, vt ſpeciem aliquam viderer videre quaſi reuiuiſcentis reipubl*. Horatius infrà Oda prox. *Inſtar veris enim vultus vbi tuus Affulſit populo, gratior it dies, Et ſoles melius nitent*. Eſt autem hîc tranſlatio, ſeu potiùs allegoria. Nam per diem pulchrum, diei illius lætitiam ſignificat, quo die victus ac cæſus eſt Annibal: per tenebras fugatas: metum ex omnium animis atque ex Italia depulſum, Karthaginienſibus, & Afris ex Italia pulſis.

RISIT] lætus, & hilaritatis plenus fuit, ἀγάλλεσι. vt infrà Ode 11. *Ridet argento domus*. & Lucretius lib. 5. *ridentes vndas* dixit. vide annot. ad Oden 18. lib. 2.

ADOREA] victoria, & gloria. Plinius lib. 18. cap. 3. *Gloriam ipſam à farris honore adoream appellabant*. Pompeius Feſtus. *Adoream, laudem, ſeu gloriam dicebant, quia glorioſum eum putabant, qui farris copia abundaret*. Plaut. in Amphitry. *Qui præda, atque agro, adoreáque affecit populares ſuos*. Propriè tamen adorea frugum copiam, & vbertatem ſignificat.

ſignificat. Varro lib. 4. de Lingua Lat. *Plebi rura largiuntur adoream.* A

Dirvs per vrbeis Afer vt] horum verborum hæc ſententia eſt: pendéntque à ſuperioribus: *vt*, id eſt, poſteaquam Italiam peruaſit, & percurſauit Annibal, veluti flamma tedas, vel Eurus vndas peragrare ſolet, hic primus dies parta victoria lætitiam attulit populo Rom. Erant autem qui hîc legi poſſe putant, *Afer et Italas.* Iam *dirus Afer* conſuetudine Horatiana dictum eſt. ſic enim Od. 12. lib. 2. *Nec dirum Annibalem, nec Sicul. mare.* & Oda 6. lib. 3. *Antiochū, Annibalémque dirum.*

Eqvitavit] ſic Euripid. in Phœniſſ. Zephyrū equitaſſe in cęlo dicit. Ἰόνιον κατὰ πόντον ἐλάτᾳ πλεύσασα, περιρρύτων ὑπὲρ ἀκαρπίστων B πεδίων Σικελίας, Ζεφύρου πνοαῖς ἱππεύσαντος ἐν οὐρανῷ, id eſt, Cùm in mari Ionio remis nauigaſſet ſuper circumfluos, & fructus experteis Siciliæ campos, flatibus Zephyri in cælo equitantis. notauit Muretus libr. 1. Var. lect. cap. 10.

Post hoe] poſt Aſdrubalis cædem, victoriámque populi Rom.

Secvndis laboribvs] ſecundis prœliis.

Impio] impio tumultu dixit, quoniam impiorum, & barbarorum eſt templa deorum, aras, ſtatuas vaſtare, incendere, euertere, quod fecerunt Perſæ, quo tempore Xerxe duce toti Græciæ bellum intulerunt. quam eorum immanitatem, atq; C impietatem barbaram Æſchylus his verſibus deſcribit in Perſis: Οἳ γῆν μολόντες Ἑλλάδ', οὐ θεῶν βρέτη ᾐδοῦντο συλᾶν, οὐδὲ πιμπράναι νεώς, Βωμοὶ δ' ἄϊστοι, δαιμόνων θ' ἱδρύματα Πρόρριζα φύρδην ἐξανέστραπται βάθρων, id eſt, Qui cùm in Græciam veniſſent, neque deorum ſimulacra diripere, neque templa incendere veriti ſunt: aræ autem deletæ, deorúmque ſtatuæ funditus è ſedibus ſuis euerſæ ſunt.

Vast. Pœn. tvm Fana Deos hab. rect.] horum verborum hæc ſententia eſt. fana à Karthaginienſibus anteà vaſtata, poſt hanc victoriam, Deorum ſtatuas habere rectas, ſeu erectas, quæ fuerant videlicet de ſuis ſedibus deturbatæ. ſic hunc locum explico, non, vt ine- D pri quidam homines ſomniant, deos propitios. Deos autem pro Deorũ ſtatuis poni nõ eſt nouũ, neque inuſitatum. M. Tull. accuſ. Verr. procem. *Deum denique nullum Siculis, qui ei paulo magis affabrè, atque antiquo artificio factus videretur, reliquit.* Idem frumentar. *Deum verò nullum violauit, nullũ attigit.* Idem de ſignis. *Dij ablati, fana vexata.* ibidem. *Tum imperator populi Rom. vir clariſſimus Deos patrios reportabat Segeſtanis ex vrbe hoſtium recuperatos.* T. Liuius lib. 27. *Sed maiore generis eius præda abſtinuit Fabius, quàm Marcellus, qui interroganti ſcriba, quid fieri de ſignis vellet, (ingentis magnitudinis Dij ſunt, ſuo quiſque habitu in modum pugnantium formati) Deos iratos Tarentinis relinqui iuſſit.* Iam verò quòd rectos hoc loco pro iuſtis, ac propitiis accipi volunt, in eo non ſatis mihi videntur Latini ſermonis vſum tenere. rectum enim appellant propriè Latini, quod eſt directum, quod obliquo, prauóque contrarium, quod erectum eſt, quod ſtat: quorum reperiuntur exẽpla apud hunc poëtam, Catull. M. Tull. Horat. Satyr. 2. lib. 1. *Candida, rectáque ſit.* epiſt. ad Auguſt. lib. 1. *Securus cadat, an recto ſtet fabula talo.* Catull. *Quinctia formoſa eſt multis, mihi candida, longa, Recta eſt.* Idem rectos homines appellat, ſeruos lecticarios. M. Tul. Academ. lib. 2. *intereſſe oportet, vt inter rectum, & prauum: ſic inter verum, & falſum.* pro Murena, *homines, cùm rectè, & in loco conſtitiſſent, iuberi abire, & rectis angulis* (εὐθεῖς nominant Græci) qui neque ſunt acuti, neque obtuſi, ſed pares. Idem valet apud Græcos ὀρθός Hom. Ἰλιάδ. ω. ὀρθαὶ τρίχες. Pauſan. in Att. τὸ δ' ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς ὀρθόν ἐστιν ἐν χιτῶνι ποδήρει, id eſt, ſimulacrum autem Palladis, rectum eſt cum tunica talari. & Eurip. in Hecuba. Ἕως μὲν οὖν γῆς ὄρθ' ἔκειθ' ὁρίσματα. id eſt, Tantiſper dũ recti terræ ſiti erãt termini, &c. & Athen. libr. 4. ſcribit Athenienſeis templum Dionyſi rectum condidiſſe ab Amphictyone vini, & aquæ temperationem edoctos. tunc enim (inquit) rectus Bacchus eſt, & non ad prolapſionem procliuis, cùm vinum dilutum eſt, & cùm modicè bibitur: vt fortaſſe locus ille, qui eſt Od. 18. lib. 1. *non ego te candide Baſſareu, inuitum quatiam*, ſic explicari poſſit. ego te inuito neque vinum immodicũ, neque aqua minùs, quàm oporteat, temperatum bibam *inuitum* autem dixit, quia quicquid fit diis inuitis, atque iratis, infeliciter cadit, vt alibi dicemus. ſed verba Athen. ſunt hæc: διὰ τοῦτο ἱερὸν Διονύσου ὀρθοῦ ἱδρύσασθαι. τότε γὰρ ὀρθὸς ἐστὶ τῷ ὄντι, καὶ οὐ σφαλερός, ὅταν συμμέτρως καὶ κεκραμένως πίνηται. Plato Lachete: ὀρθὴ ἂν ἡμῶν ἡ πόλις ἦν, καὶ οὐκ ἂν ἔπεσε τοιοῦτο πτῶμα. id eſt, recta eſſet vrbs noſtra, neque talem caſum cecidiſſet. Per translationem autem ſermonis, rectum pro eo, quod eſt cum virtute coniunctum, & pro bono ponitur, & rectè pro bene M. Tull. pro Murena, *Negat fuiſſe rectum Cato me tam ſeuerè geſto conſulatu pro Murena dicere.* & *rectè facta*, quæ Græci κατορθώματα *dicunt*: & *recta ſtudia* in Topicis. & Horatius Od. 9. huius lib. *rectum animum ſecundis, dubiiſque rebus* appellat eum, qui neque ſecunda fortuna effertur, neque aduerſa deprimitur, qui ſemper erectus eſt, numquam aut nimium elatus, aut nimium demiſſus: & Satyr. 3. lib. 2. *rectum animi*, conſtantiam, æquabilitatem, tranquillitatem. Quod ita eſſe, vt dico, declarat eadem ſententia aliis verbis expreſſa eadem Satyra. *ſtare animo.* ſic Horat. *Cum prudens ſcelus ob titulos admittis inanes, Stas animo? ſtare animo* enim valet, animũ habere à vitio purum, & incorruptum, miniméque deprauatum. Et Plautus in Bacchid. *rectum ad ingenium bonum* dicit, qui non eſt deprauatus, qui non eſt procliuis ad nequitiam, aut libidinem. & Ennius. *Quò vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant Ante hac, dementes ſeſe flexere viaĩ?* rectus

autem pro eo, quem propitium, aut placatũ, aut beneuolum dicimus, mihi non videtur eſſe vſitatum in tota lingua Latina.

Cervi lvporvm præda] hæc dicuntur ab Annibale. nos Karthaginienſes, tamquam cerui, Romanos tamquam lupos, inſequimur.

Qvos opim. Fallere, et effvg.] quos ſiεſſugere poſſimus, magnam Diis habere gratiam, magnique triumphi loco ducere debeamus tale eſt illud Terent. in Heauton. *triumpho, ſi licet me latere tecto abſcedere*, id eſt, triumphi loco habeò, ſi mihi licet latus tegere, periculumque, in quo verſor, declinare. Græce dicerem οἷς ὑπεκκλίνειν καὶ ἐκφεύγειν πάνυ ἡμῖν ἀγαπητὸν εἴη.

Opimvs] amplus, magnificus ſic ſpolia opima dicuntur, quæ dux populi Rom. duci hoſtiũ dextraxit. quod alibi annotauimus.

Fallere] id eſt, latére. vide annot. ad Od. 10. lib. 1.

Gens, qvæ cremato, &c.] hæc sũt vel ex ſecundo lib. Æn. notiſſima. ad hunc autem locum pertinent illa ex carm. ſæcul. ad Deos: *cui per ardentem ſine fraude Troiam Caſtus Æneas patria ſuperſtes Liberum muniuit iter.*

Natósqve] & filium Aſcanium, Ænéas ſcilicet: itémque ſuos liberos alij Troiani, qui Ænéam ſecuti ſunt.

Matvrósqve patres] vt Anchiſen Ænéas. Virg. Æneid. 5. *aut maturus Aceſtes*. in lib. de art. poet. *Maturúſne ſenex, an adhuc florente iuuenta.*

Dvris vt ilex, &c.] à ſimilitudine ducta ab ilice, quæ bipennibus & ſecuribus tonſa, id eſt, ramis ſpoliata, eo magis creſcit, oſtendit, Romanos incommodis, damnis, aduerſis prœlus & cædibus magis ac magis inualeſcere, & vigere.

Algido] Algidum nomen montis eſt hoc loco, in agro Tuſculano. vt Od. 21. lib. 1. *aut gelido prominet Algido.* oppidum etiam eodem nomine appellatur.

Per damna, per cædeis] Virgil. lib. 11. Æn. *Bellum importunum ciues cum gente deorum, Inuictiſque viris gerimus: quos nulla fatigãt Prælia, nec victi poſſunt abſiſtere ferro.*

Dvcit] acquirit, ſumit, cõparat. vt de arte poet. *& veras hinc ducere voces.* & Satyr. 1. lib. 2. *aut qui Duxit ab oppreſſa meritum Karthagine nomen.*

Non hyd. secto corp.] Hydram Alcæus ἐννεακέφαλον, id eſt, nouem capitum: Simonides πεντηκοντακέφαλον, id eſt, quinquaginta capitum facit. hanc in Lerna deliteſcentem (Lernam autem alij fontem, alij locum denſa ſilua obſitum fuiſſe volunt) interfecit Hercules, Pauſanias Corinth. narrat hydram ſub platano quadam, quæ fonti Amymonæ fluuij propinqua erat, vixiſſe, eámque ceteris hydris magnitudine præſtitiſſe. caput vnum ei, non plura fuiſſe: (quod poſtremum abhorret ab inueterata, & peruulgata omnium opinione) hydræ vno sapite ab Hercule abſciſſo, neſcio quot alia renaſci confictum eſſe: quam opinionem hoc loco ſequitur Horatius. Idem Pauſanias ibidẽ tradit, Herculem Hydræ cruore, & veneno, telorum ſuorum cuſpides tinxiſſe. multa alia de hydra ſcribunt poetæ, quæ, ne ſim longior, prætermitto. Horat. epiſt. 1. ad Aug. lib. 2. *Diram qui contudit hydram, Notáque fatali portenta labore ſubegit, Comperit, inuidiam ſupremo fine domari.*

Firmior Crevit in H.] ſubintell. quàm hæc gens in nos.

Monstrúmve svmmisere Colchi] vel tauros ignem ſpirauteis, quos tamen à Medéa edoctus Iaſon iunxit aratro, & agrum ſulcauit: vel potiùs draconem illum ingentem, inſomnem, velleris aurei cuſtodem: vel armatos homines ex huius Draconis dentibus diſſeminatis natos: qui tandem Medéæ carminibus concitati, mutuis vulneribus confoſſi conciderunt, atque interierunt. vide annot. ad Od. 3. epod.

Echioniæve Thebæ] Thebæ dicuntur Echioniæ ab Echione Cadmi genero. ſignificatur autem hoc loco draco ille Marti ſacer Aretiani fontis cuſtos, quem Cadmus propterea, quòd eos, qui ex illo fonte aquabantur, necabat, iratus interfecit: ex cuius dentibus Palladis monitu ſatis, nati ſunt quinque homines armati, Vdæus, Chthonius, Pelor, Hyperenor, Echion (Pherecides autem, & Apollonius multo plureis natos eſſe volunt) qui omnes, præter vnũ Echionem, mutuis ſimiliter vulneribus ſaucij perierunt. Virgil. Georg. 4. hanc vtrámque fabulã tangit. *Hæc loca non tauri ſpirãtes naribus ignem Inuertêre, ſatis immanis dentibus hydri: Nec galeis, denſiſq; virum ſeges horruit haſtis. Sed grauidæ fruges, &c.* Hanc fabulam perſequitur item Eurip. in Phœniſſ. & Apollon. lib. 3. Argon.

Merses profvndo, &c.] ſi merſes in mare, pulchrior euenit: ſi luctere, &c. non diſſimulabo in vno atque altero libro manuſcripto me ſcriptum reperiſſe, *Merſus profundo, &c.*

Prorvet] proſternet. proruendi verbo etiam ſuprà vſus eſt Od. 35. lib. 1. *Iniurioſo ne pede proruas Stantem columnam.* & Lucret. lib. 3. *neq; autem corpora deſunt, Ex infinito quæ poſſint forte coorta Proruere hanc rerum violento turbine molem.* & 5. *Proruere hanc rerum violento turbine ſummam.* ſic enim vtrobique eſt legendum, non *corruere*: vt in ſcholiis Lucretianis pluribus verbis oſtendimus.

Integrvm] hoſtem etiam integrum, & incolumem. & paulò antè victorem, profligabit ac ſubiget. nam minus eſſet mirum, ſi ſaucium perculeret, ac peruerteret.

Conivgibvs loqvenda] id eſt, à coniugibus commemoranda. Sed ab vtrorũ coniugibus? eorúmne, qui vicerint, virorum ſuorum virtutem, ac victoriam prædicantibus: an eorum, qui proſtrati, ac ſubacti ſint, viros ſuos interemtos deſiderantibus, ac lugentibus?

Kartha-

KARTHAGINI IAM NON EGO] veriſimile eſt Annibalem toties iam in Italia victorem, quàplurimos Karthaginem miſiſſe ſuarum victoriarum nuntios. Nunc igitur ait, Annibalem, tanta clade accepta, & Aſdrubale occiſo deſtitutum de ſe poſthac tam glorioſè & ſcribere, & prædicare: vel tam ſuperbos de ſuis victorijs nuntios mittere.

OCCIDIT, ÓCCIDIT SPES OMNIS] ſpes omnis præciſa eſt, ſpes omnis interijt. Sic Plautus Moſtell. *óccidit ſpes noſtra.* Hoc ad hiſtoriam referendum eſt. Narrant enim hiſtorici, Annibalem Aſdrubalis capite aſpecto, res Karthaginienſium deſperaſſe, ſic locutum, *agnoſco te Karthaginis fortuna.*

PERFICIENT] ſic habent codic. 2. Vatic. Iano. Faër. Vrſ. Torneſ. vulg. *efficient:* nonnulli etiam manuſcr. *perficiunt*, quod ſe reperiſſe in alijs libris item manuſcr. teſtatur & vir doctus, Iac. Gruquius Meſſinius.

CVRÆ SAGACES] diligentia, & cura cum ingenio, & conſilio coniuncta.

EXPEDIVNT] expeditum reddunt. dant ei facultatem euadendi, & vincendi. ſic Virg. lib. 2. Æneid. *Deſcendo, ac ducente Deo flammam inter & hoſteis Expedior.*

PER ACVTA BELLI] cùm Hugolinus Martellius Florentinus vir doctiſſimus Laurentij Strozzij Cardinalis familiaris, me admonuiſſet ita ſcriptum eſſe in codice quodam manu ſcripto, non vt in vulgatis, *acuta belli.* ego eos libros, quos domi habebam, à Iann. Faern. Vrſino mihi commodatos ſtatim conſului: in eiſque eandem ſcripturã ſine vlla litura expreſſam reperi. quam confirmarunt duo Vatic. à me poſteà adiri. acceſſit omnium poſtremus Torn. & alij, quos in Gallia quinque pòſt annis nactus ſum: vt omittam vnum & alterum impreſſum, cùm antiquiſſimo & manuſc. comparatum. Itaque de lectionis quidem veritate minimè dubitandum eſt. quid autem ſignificet per acuta belli, videndum. Ego exiſtimabam per *acuta belli* intelligi poſſe, diſcrimina, & pericula belli, ſeu prœlij potiùs, in quibus celeritate, & ingenio, & ſagacitate, & vſu opus eſt: conſilio autem nullus locus. Sed Hugolinus dicebat per acuta belli, Achilli Statio Luſitano videri ſignificari acumina, & ſollertias, & (vt ita dicam) ſubtilitates belli: quæ à Græcis ϛρατηγήματα nominantur. Cuius ſententiam ſi probemus, erit hæc huius loci ſententia, Eam curam in re militari adhibet Claudius, eáque ſagacitate eſt, vt hoſtium arteis, & ſtratagemata facilè declinet, aut propulſet. Sex. Iulius Frontinus quidem in præfatione lib. 1. ſtratagematicôn, ſtratagematica interpretatur *belli ſollertias.* & *ſollertia ducum facta.* Iam verò hoc loquendi genus *acuta belli.* & Horatio vſitatum eſt, & illis ſimile, *ſubita belli, obliqua montis*, &c. quæ extant apud T. Liuium. ſic ille lib. 6. annal. *tres exercitus ſcriberent, vnum ad præſidium vrbis: alterum, qui, ſiqui alicubi motus extitiſſent, ad ſubita belli mitti poſſet: tertium longè validiſſimum, &c.* Idem 27. *obliqua tumuli.* Idem lib. 30. *incerta belli.* eodem libro. *incerta fortuna, & incerta caſuum.* idem lib. 33. *quaſſata muri.* eodem libro, *auerſa inſulæ.* Catull. de coma Beren. *condita pectoris.* Lucret. lib. 1. *Ardua dum metuunt, amittunt vera viai* ibid. *non tibi cæca Nox iter eripiet, quin vltima naturaî Peruideas.* ſic Cæſar. lib. 3. de bello ciuili, *Pergamique in occultis, ac remotis templi, quo præter ſacerdotes adire fas non eſt, quæ Græci ἄδυτα appellant, tympana ſonuerunt.* Nam ſic hunc locum emendamus, cùm in omnibus exemplis vulgatis legatur *templis.*

TVRNEBVS.

B EX lib. 24. cap. 35. *Fana deos habuere rectos*, hanc complectitur ſententiam: antè dij Romanis infeſti iniquique erant: ſed poſteaquàm impiè eorum à Pœnis violata templa ſunt, recti & æqui Romanis eſſe cœperunt auerſati Pœnos, quibus antè fauerant.

Ex lib. 11. cap. 26. Grammatici Græci obſeruant ὀξὺ ſignificare plerunque magnum & vehemens eodem modo dixit Horatius, Expediunt peracuta belli: vt Græci ὀξεῖαν ἄρηα dicunt.

AD AVGVSTVM.

Od. 5.

C *ARGVMENTVM.*

Auguſtum, vt reditum ſuum omnibus optatiſſimum maturet, precatur: & quàm felix ſit eius beneficio rerum Romanarum ſtatus, commemorat. Vnde illum, non aliter quàm olim in Græcia Caſtorem & Herculem, coli dicit.

Diuis orte bonis, optime Romulæ
Cuſtos gẽtis, abes iam nimiùm diu:
Maturum reditum pollicitus patrum
** Sancto concilio, redi.*
D *Lucem redde tuæ, dux bone, patriæ.*
Inſtar Veris enim vultus vbi tuus
Affulſit populo, gratior it dies,
*Et ſoles melius * nitent.*
Vt mater iuuenem, quem Notus inuidò
Flatu Carpathij trans maris æquora
Cunctantem ſpatio longius annuo
Dulci deſtinet à domo:
Votis, ominibúſque, & precibus vocat:
*Curuo nec faciem * littore demouet:*
Sic deſideriis icta fidelibus
Quærit patria Cæſarem.

Tutus bos etenim rura perambulat:
Nutrit rura Ceres, almáque Fauſtitas:
Pacatum volitant per mare nauitæ:
Culpari metuit fides:
Nullis polluitur caſta domus ſtupris:
** Mos, & lex maculoſum edomuit nefas:*
*Laudantur * ſimili prole puerperæ:*
Culpam pœna premit comes.
Quis Parthum paueat? quis gelidum Scythen?
Quis, Germania quos horrida parturit
Fœtus, incolumi Cæſare? quis feræ
Bellum curet Iberiæ?
** Condit quiſque diem collibus in ſuis,*
Et vitem viduas ducit ad arbores.
*Hinc ad vina redit lætus, & * alteris*
Te menſis adhibet deum.
Te multa prece, te proſequitur mero
*Defuſo pateris: & * laribus tuum*
Miſcet numen, vti Græcia Caſtoris,
Et magni memor Herculis.
Longas ô vtinam dux bone ferias
*Præſtes Heſperiæ, dicimus * integro*
Sicci mane die: dicimus vuidi
Cùm ſol Oceano ſubeſt.

Bonis] beneficijs deorum eſt epithetum. Deorum enim eſt benefacere.

Abes iam nimivm div] ſic loquitur Liuius lib. 29. *vt mos eſt ijs, qui diu abſunt.*

Patrvm Sancto conc.] ſenatui, ſeu potiùs ſenatorum conuentui, vt loquitur M. Tull. epiſt. ad Setu. Sulpic. lib. 4. Eſt enim concilium cœtus, congregatio, conuentus, frequentia quædam, à concalando, id eſt, conuocando dictum, inquit Feſtus. Plaut. Milite glorioſo, *ſed ſi ambas videre in vno miles concilio volet.* Lucret. lib. 2. *Multáque præterea magnum per mare vagantur, Concilijs rerum quæ ſunt reiecta:* id eſt, quæ non potuerunt congregari, & cohærere. Idem lib. 3. *Quàm, mortale quod eſt, immortali, atque perenni Iunctum, in concilio ſæuas tolerare procellas?* Iterum lib. 2. *Quod tamen vt poſſint, ab cœtu, conciliòque Nil facient præter vulgum, turbámque animantum.* Virgil. Æneid. 3. de Cyclopibus, *Concilium horrendum.* itaque *concilio* per c non per ſ. ſcribendum eſt hoc loco.

Lvcem redde tvæ] redde te patriæ, cui lux es. redi in patriam.

Instar veris enim, &c.] horum verborum hæc ſententia eſt: Cùm vultus tuus,

A qui inſtar veris eſt, affulſit populo, dies ſunt lætiores, & ſol quodammodo nitidius, ac purius lucere videtur, id eſt, maior eſt dierum ſerenitas. ſic infrà in carmine ſæculari ad Deos, ſolis currum, nitidum dixit: *Alme ſol, curru nitido diem qui Promis, & celas.* Sol maculoſus, atque in nubem cònditus imbreis, Notóſque denuntiat: pallidus grandinem: cæruleus pluuiam: ruber & igneus Euros: at nitidus ac lucidus, ſerenitatem. Virgil. Georg. 1. Scaliger indicauit mihi hæc ex Æſchylo videri eſſe imitata, in Agamem. Σοῦ γὰρ μολόντος δωματῖτιν ἑστίαν Θάλπος μὲν ἐν χειμῶνι σημαίνεις μολόν, &c. id eſt, domum cùm venis, calorem in bruma ſignificas & nuntias.

B Vt mater ivvenem, &c.] vt mater (inquit) votis, & ominibus, id eſt, bonis verbis, & precibus vocat filium iuuenem, quem Auſter aduerſo flatu longius anno morantem à domo materna deſtinet: nec curuo, &c. Sic, &c. iuuenem pro filio vſurpauit, vt Od. 12. lib. 2. *Telluris iuuenes:* & ep. ad Piſon. *Patre & iuuenes patre digni.*

Invido] qui inuidet matri reditum filij: aduerſo.

Distinet] ſic habent libri manuſcripti: *detinet* libri vulgati. ſed neſcio quomodo mihi magis placet ea ſcriptura, quam ſequitur Porphyr. *Diſtinet:* confirmatúrque auctoritate librorum 2. Vatic. Faërn. Vrſ. Torn. Nicotiani.

Demovet] ſic legendum potiùs, quàm *dimouet*, vt ſit ἀναστροφὴ, pro de littore mouet. ſic
C loquitur Terentius Adelph. *Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos.* Tali ferè ſimilitudine vtitur Oppian. lib. 4. de piſcib. vbi de ſargis loquitur. Ὡς δ', ὅτε τηλύγετον μήτηρ γόνον, ἠὲ καὶ ἀκοίτην Εὐνῆς ἀλλοδαπὴν τῆλε χθόνα γαίας ἰόντα Αχνυμένη στέλλῃσι, νόος δέ οἱ εἴδεν ἀλύξ, Ὅσση οἱ μεσσηγὺ ἁλὸς χύσις, ἔστατι κύκλα Μηνῶν, ἀκροτάτοισι δ' ἐπεμβαίνουσα θαλάσσης Κύμασι, δακρυόεσσαν ἐπὶ στόμα γήρυν ἵησι Σπεύδειν λισσομένη, καί μιν πόδες οὐκ ἔτ' ὀπίσσω Ιεμένην, φορέουσιν, ἔχει δ' ἐπὶ πόντον ὀπωπάς, id eſt, Quemadmodum autem cùm mater filium vnicum, aut nupta virum in oras longinquas profectum mærens dimiſerit, mens ei
D domi languet cogitanti quantum mare ſit interiectum, & quot menſeis abſit: accedens autem ad vltimos maris fluctus vocem lugubrem & lacrymoſam mittit, orans vt properet: nec eam pedes deſiderio exanimatam domum reducunt, habet autem oculos in mari defixos.

Sic desideriis icta fidelibvs] ſic pio deſiderio affecta.

Tvtvs bos etenim rvra] βοῦς ἀροτήρ: bos arator. hoc igitur dicit, tuti ſunt agricolæ, & aratores.

Perambvlat] peragrat. Od. 17. epod. *Perambulabis aſtra ſidus aureum.*

Volitant] nauigant. non eſt infeſtum mare prædonibus. tralatio. ſic ſup. Od. 37. lib. 1. *ab Italia volantem Remis adurgens.*

Cvlpari

Digitized by Google

CVLPARI METVIT FIDES] non culpatur cuiuſquam fides, quia nemo eſt, qui fidem datam non ſeruet: nemo, qui eam violet, aut labefactet. *metuit* valet hoc loco φυλάττεται, cauet, non vult, vt annot. ad Od. 2. lib. 2. fides igitur culpari metuit, id eſt, commiſiſſe cauet quamobrem culpetur: quod eſt, fides non fallitur, ſed inuiolata, & ſancta ſeruatur. A

MOS, ET LEX MACVLOSVM] boni mores, & lex Iulia de adulterijs, compreſſerunt adulteria.

LAVD. SIM. PR.] Heſiod. ἔργ. καὶ ἡμέρ. in ceteris bonis, ac præmijs, quæ ait eos homines, qui iuſtitiam colant, conſecuturos eſſe, hoc numerat, filios parentibus ſimileis, his verbis, Τίκτουσι δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσι. & B Theocrit. ἐγκωμ. Πτολεμ. eius mulieris, quæ virum ſuum non amat, mentem dicit in alio viro ſemper eſſe occupatam, eámque liberos patri diſſimileis parere ſic Theocr. Ἀστόργω δὲ γυναικὸς ἐπ᾽ ἀλλοτρίῳ νόος αἰὲν Ῥηΐδιοι δὲ γοναί, τέκνα δ᾽ οὔποτ᾽ ἐοικότα πατρί, id eſt, mulieris virum ſuum ex animo non amantis, ſemper in alieno mens eſt: faciles fætus: liberi numquam patri ſimiles. Politiſſimus autem poëta Catull. in eo carmine, quod ſcripſit in Iuliæ nuptias, precatur, vt Torquatus filius naſciturus ſuo ſit ſimilis patri Manlio, *& facilè inſcijs Noſcitetur ab omnibus, Et pudicitiam ſuæ Matris indicet ore.* Ariſtot. lib. 2. politicorum, ſcribit, populis quibuſdam Libyæ ſuperioris (quos Garamantes eſſe ex Pomponio Mela ſuſpicor) communeis eſſe inter ipſos vxores: C liberos autem natos diuidi ex parentum ſimilitudine in eis expreſſa. ſic Ariſtot. τὰ μὲν τοι γενόμενα τέκνα διαιρεῖσθαι κατὰ τὰς ὁμοιότητας.

CVLP. POENA PREM. COM.] id eſt, culpam continuò ſequitur pœna. culpam ita celeriter ſequitur pœna, vt pede pedem premat. ſic Od. 2. lib. 2. *Raro antecedentem ſceleſtum Deſeruit pede pœna claudo.* Quamquam in illa Oda 2. ſententia generalis eſt, quæ ſignificat, raro impia & ſcelerata facta manere impunita, etiam ſi dij non ſtatim ea puniant: & ita explicat Seruius ad illum Virgil. verſum lib. 1. Æneid. *At ſperate deos memores fandi, atque nefandi.* hîc autem ſignificat Horatius, beneficio Cæſaris leges eſſe validas & ratas: D ſtatim, vt aliqua mulier peccauit, & in adulterio deprehenſa eſt, eam ſupplicio affici. ſic ſup. Od. 23. lib. 3. *Et peccare nefas, aut pretium eſt mori.* Idémque de viris ſentiendum, qui in legem Iuliam commiſerint.

QVIS PARTHVM PAVEAT] Quis Parthos extimeſcat, viuo & ſaluo Cæſare? Augusto Cæſare imperium obtinente, Parthi ſigna quæ Craſſo, & Antonio ademerant, Romam vltrò remiſerunt. vide Od. 15. huius lib.

CONDIT QVISQVE DIEM, &c.] diem totum vſq; ad veſperum traducit in vineis ſuis, occupatus in vitis cultu, verbi gratia in adminiculorum ordinibus, capitum coniugatione, & religatione, & ſimilibus: neque metu incurſionum A hoſtilium ab opere ruſtico deterretur. cónditur dies, cùm ſol occidit, aut certè paullò poſt ſolis occaſum. Non admodum diſſimile eſt Plautinum illud, *comburere diem.* Mænech. *Clam vxorem vbi ſepulcrum habeamus, & hunc comburamus diem.* Simillimum & planè geminum eſt, componere diem. Virg. lib. 1. Æneid. *Ante diem clauſo componet veſper Olympo, &c.*

ET VITEM VIDVAS, &c.] *quæ natura caduca eſt* (inquit M. Tull.) *&, niſi fulta ſit, ad terram fertur, eadémque vt ſe erigat, claniculis ſuis, quaſi manibus, quicquid eſt nacta, complectitur.* Vitem igitur iungit cum viduis arboribus: quales ſunt vlmi, populi, & ſimiles, quæ viduæ ſunt, antequàm iungantur viti: iunctæ autem, maritæ dicuntur, B vt ſup. Od. 15. lib. 2. *platanúſque cælebs Euincet vlmos.* & Od. 2. epod. *Altas maritat populos.* ad quem locum aliquot ex Catullo exempla annotauimus.

HINC AD VINA REDIT] quidam libri veteres habent, *Hinc ad vina venit, &c.*

ALTERIS] ſecundis. Saty. 2. lib. 2. *cum penſilis vua ſecundas, Et nux ornabat menſas cum duplice ficu.* Athenæus lib. 14. docet etiam apud veteres fuiſſe ſecundas menſas eleganter, & accuratè apparatas, idque confirmat Pindari teſtimonio. Athenæi verba ſunt hæc: ὅτι γὰρ ἦσαν καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις αἱ δεύτεραι τράπεζαι πολυτελῶς μεμεριμνημέναι, παρίστησι Πίνδαρος ἐν ὀλυμπιονίκαις περὶ τῆς Πέλοπος κρεουργίας διηγούμενος. C τραπέζαισι δὲ ἀμφὶ δεύτατα κρεῶν σέθεν διεδάσαντο, καὶ φάγον. ἐμοὶ δ᾽ ἄπορον γαστρίμαργον μακάρων τιν᾽ εἰπεῖν. i. fuiſſe autem etiam apud antiquos ſecundas menſas ſumtuosè apparatas, & accuratas, oſtendit Pindarus in Olympionicis de carnibus à Pelope conciſis ita narrans: In menſis autem ſecundis carneis tuas diuiſerunt, & comederũt. mihi verò difficile eſt quemquam deorum, lurconem & voracem dicere.

TE PROSEQVITVR MERO] tibi libat.

DE FVSO PATERIS] .i. de pateris fuſo. quod faciunt libantes Dijs immortalibus, vt annotauimus ſup. Od. 31. lib. 1. ad illum locum, *quid orat de patera nouum Fundens liquorem?* Idque docet Feſtus in voce, calpar. *Calpar* (inquit) *vinum nouum, quod ex dolio demitur ſacrificij cauſa antequàm guſtetur.* D *Ioui enim prius ſua vina libabant, quæ appellabantur Vinalia.* Iam *Defuſo pateris*, pro *Fuſo de pateris*, ἀναστροφὴ eſt, & genus loquendi Horatio, ceteriſque poëtis vſitatum, & familiare, vt annotatum eſt ad Od. 7. lib. 2. Virg. lib. 5. Æn. ſine præpoſitione, & cum verbo ſimplici, dixit, *Vináque fundebat pateris.* cui ſimile eſt illud Georg. 2. *hic fertilis vua, Hic laticis, qualem pateris libamus, & auro.* Cùm haberent autem omnes cod. vulgati *Diffuſo*, ego auctoritatem cod. 2. Vatican. & Iannoct. Faërn. Torneſ. ſecutus *Defuſo* repoſui.

HESPERIÆ] Italiæ, vt ſup. Od. 1. lib. 2. *Heſperiæ ſonitum ruinæ.*

INTEG. SICCI MANÈ DIE] quid ſit integro die, declarat vox interiecta *ſicci*, id eſt, non

poti. vt ſup. Od. 18. lib. 1. Eſt enim dies integer is, quo quis nihil dum guſtauit, neque bibit. *ſolidum* appellat Od. 1. lib. 1. *Nec partem ſolido demere de die Spernit*. ex quo *frangere diem*. Od. 7. lib. 2. vide quæ ſunt annotata hac de re ad Odam illam primam lib. 1.

VVIDI] contrarium eſt hoc nomen nomini *ſicci*. idem enim valet *vuidi*, quòd madidi, poti. Græci dicunt βεβρεγμένοι, à verbo βρέχειν, ὃ εἴρηται καὶ ἐπὶ τοῦ πίνειν, (inquit Athenæus) id eſt, madefacere vſurpatur pro eo, quod eſt, bibere. Profert ille eo loco verſiculum Antiphanis δεῖ γὰρ φαγόντας, δαψιλῶς βρέχειν, id eſt, oportet enim eos, qui comederũt, largè bibere. ſic Virg. Gallo. *Vuidus hiberna vẽnit de glande Menalcas*.

CVM SOL OCEANO SVBEST] id eſt, veſperi. Et ita omnia hîc inter ſe cõtrariè reſpondent *ſicci, vuidi: manè, cum ſol Oceano ſubeſt*, id eſt, vt dixi, veſperi. ſubeſt Oceano autem, eſt ἀναςροφὴ, pro eo, quod eſt, cùm ſol eſt ſub Oceano, quod etiam à Gruquio notatum eſt.

TVRNEBVS.

EX lib. aduerſ. 24. cap. 35. Horatianum illud,

- & alteris
Te menſis adhibet deum. ita mihi videtur explicandum. Romani tui, Auguſte, pro deo te colunt, & in menſa ſecunda, in qua ſolet libatio fieri, & deorum precatio, te vt deum obſecrant, & tibi vt Laribus libant. Nam & libans Dido in conuiuio apud Maronem 1. Æneid. precatur,

Iuppiter, hoſpitibus nam te dare iura loquuntur.

Itaque mox libatio apud Flaccum ſequitur,

Te multa prece, te proſequitur mero
Defuſo pateris. Sequitur & proximè
- dicimus integro
Sicci mane die: dicimus vuidi
Cùm ſol Oceano ſubeſt, quod eſt, precamur & veniente die ieiuni & abſtemij & decedente, id eſt, veſperi, vuidi & poti. Nam integer dies eſt, qui adhuc incipit. Ea autem duo videntur fuiſſe tempora votis & precibus conſueta, vt è Platone etiam conijci poteſt lib. 10. de legib. ita ſcribente. ἀνατέλλοντος τε ἡλίου καὶ σελήνης, καὶ πρὸς δυσμὰς ἰόντων προσκυλίσεις ἅμα καὶ προσκυνήσεις ἀκούοντες τε, καὶ ὁρῶντες ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων, πάντων ἐν συμφοραῖς παντοίαις ἐχομένων καὶ εὐπραγίαις.

IN APOLLINEM & Dianam.

Od. 6.

ARGVMENTVM.

Apollinis & Dianæ laudes hæc Ode canit, quæ eſt carmen ſæculare: vt etiam oſtendunt hæc eius verba, *- ego dijs amicum, Sæculo feſtas referente luces, Reddidi carmen.*

A *DIue, quem proles * Niobæa magnæ*
Vindicẽ linguæ, Tityóſque raptor
Senſit. & Troiæ propè victor altæ
Phthius Achilles,
Ceteris maior, tibi miles impar:
Filius quamuis Thetidis marinæ
Dardanas turreis quateret tremenda
Cuſpide pugnax.
Ille, mordaci velut icta ferro
Pinus, aut impulſa cupreſſus Euro,
B *Prócidit latè: poſuítque * collum in*
Puluere Teucro.
** Ille non incluſus equo Mineruæ*
Sacra mentito, malè feriatos
Troas, & lætam Priami choreîs
Falleret aulam:
Sed palàm captis grauis, heu nefas, heu,
Neſcios fari pueros Achiuis
Vreret flammis, etiam latenteis
Matris in aluo:
C ** Ni tuis victus, Veneríſque gratæ*
Vocibus diuûm pater annuiſſet
Rebus Æneæ potiore ductos
Alite muros.
Doctor argutæ fidicen Thaliæ
Phœbe, qui Xantho lauis amne crineis:
** Dauniæ defende decus camœnæ*
Læuis Agyieu.
Spiritum Phœbus mihi, Phœbus artem
Carminis, noménque dedit poëtæ.
Virginum primæ, puerique claris
D *Patribus orti,*
** Deliæ tutela deæ, fugaceis*
Lyncas, & ceruos cohibentis arcu,
Leſbium ſeruate pedem, meíque
*Pollicis * ictum:*
*Ritè * Latonæ puerum canentes,*
*Ritè creſcentem * face * noctilucam,*
Proſperam frugum, celerémque pronos
Voluere menſeis.
Nupta iam dices, ego dijs amicum
Sæculo feſtas referente luces

Reddidi

Reddidi carmen docilis modorum
Vatis Horati.

Proles Niobæa] Niobe Tantali filia Amphionis vxor, filios ex eo ſuſcepit duodecim, ſex mares, totidémque fæminas. Hæc liberorum multitudine, & pulchritudine ferox Latonam præ ſe contemnere auſa eſt, cùm diceret, illam duos ſolùm peperiſſe, Apollinem, & Dianam: ſe duodecim. Iccircò Dij hac contumelia offenſi, Niobæ filios ad vnum interemerunt: Apollo maſculos in Cithærone venanteis, Diana fæminas intra parietes domeſticos, & propemodum in complexu, & gremio matris ſagittis confixit. Iupiter autem Nioben ſuas miſerias deflentem, ac deplorantem miſeratus, eam in ſaxum vertit: quod vſque ad hoc tempus (vt aiunt) in Sipylo monte Phrygiæ lacrymarum fonteis profundens ab omnibus cernitur. Hæc interpres Hom. ἰλ. ω. quo loco hanc fabulam ſic perſequitur poëta, Καὶ γάρ τ' ἠΰκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου, Τῇπερ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο, Ἓξ μὲν θυγατέρες, ἓξ δ' υἱέες ἡβώοντες Τοὺς μὲν Ἀπόλλων πέφνεν ἀπ' ἀργυρέοιο βιοῖο Χωόμενος, &c. id eſt, Nam & formoſa Niobe cibi memor tandem fuit, Cui duodecim filij domi interierunt, ſex filiæ, & ſex filij puberes. Hos quidem Apollo interemit ſuo arcu argenteo, Iratus, &c. Pauſanias autem Atticis narrat, ſi propiùs ſpectes, ſaxum illud nullam mulieris ſpeciem præ ſe ferre: ſin longiùs abſis, videberis (inquit) tibi mulierem mærore, & lacrymis contabeſcentem intueri. ſic Pauſan. Ταύτην τὴν Νιόβην καὶ αὐτὸς εἶδον ἀνελθὼν ἐς τὸν Σίπυλον τὸ ὄρος· ἡ δὲ πλησίον μὲν πέτρα καὶ κρημνός ἐστιν, οὐδὲν παρόντι σχῆμα παρεχόμενος γυναικός, οὔτ' ἄλλως, οὔτε πενθούσης· εἰ δέ γε πορρωτέρω γένοιο, δεδακρυμένην δόξεις ὁρᾶν, καὶ κατηφῆ γυναῖκα. Huc pertinet illud Ciceronis ex lib. 3. quæſt. Tuſc. *Et Niobe fingitur lapidea propter æternum, credo, in luctu ſilentium.* Ariſtoteles lib. 7. de moribus ad Nicomach. vbi de continentia & incontinentia diſputat, volens oſtendere, vtramque verſari in iiſdem rebus, in quibus temperantia, atque intemperantia, non in iis, quæ natura bonæ, aut honeſtæ ſunt, quales ſunt victoria, honos, liberi, parentes, neque in earum nimio: ita loquitur: καὶ ἐπαινοῦνται οἱ περὶ ταῦτα σπουδάζοντες, ἀλλ' ὅμως ἐστί τις ὑπερβολὴ καὶ ἐν τούτοις, εἴ τις ὥσπερ ἡ Νιόβη, μάχοιτο πρὸς τοὺς θεούς, &c. id eſt, & qui in hæc ſtudium ſuum conferunt, laudantur: verumtamen etiam in his aliquod eſt nimium, ſi quis, vt Niobe, cum dijs pugnet. Callimachus in hymno εἰς Δῆλον, Nioben κακόγλωσσον nominat, id eſt, malæ linguæ, propterea quòd ſe liberorum numero, & pulchritudine Latonæ præſtare dixerat.

Magnæ Vind. ling.] *magna linguæ vindicem*, hoc eſt μεγαληγορίας, ſeu μεγαλοφροσύνης: id eſt, iactantiæ, & glorioſæ de ſe, ſuiſque rebus prædicationis: quam Græci magnam

A locutionem, ſeu magnam dictionem nominant, vltorem. *magnæ* igitur rectè interpretatur Porphir. *ſuperbæ*. Atque hoc obſeruatum eſt à Cruquio.

Tityósque rapt.] de Tityo Latonam rapere conato diximus ſup. ad Od. 5. lib. 3.

Troiæ propè victor.] cur propè victor? quia Hectorem interfecit, quo facto facilius Troia capi potuit, vt Od. 4. lib. 2. *& ademptus Hector Tradidit feſſis leuiora tolli Pergama Graijs.* Victorem autem non dixit ἁπλῶς quia ante Troiam captam à Paride interemtus eſt, idque Apollinis impulſu. Virg. lib. 6. Æneid. princip. *Phœbe graueis Troiæ ſemper miſerate labores, Dardana qui Paridis direxſti tela, manúſque Corpus in Æacidæ.*
B Sed quid locutus eſt Achilles, quod Apollinem offenderit? id fortaſſe, quod eſt apud Homer. ἰλ. χ. in princip. Nam eo loco Achilles minatur Apollini ſe de eo pœnas ſumturum, ſi poteſtas detur, Troianis autem ſui recipiendi facultatem, ſpatiúmque dederat Apollo Agenori ſimilatus. ſic Homer. Ἦ σ' ἂν τισαίμην, εἴ μοι δύναμίς γε παρείη.

Altæ] ἰλιάδ. ο. αἰπεινὸν πτολίεθρον· & alibi ſæpius Τροίης αἰπὺ πτολίεθρον. & ὀδυσ. γ. αὐτὰρ ἐπεὶ Πριάμοιο πόλιν διεπέρσαμεν αἰπήν. Virg. lib. 2. Æneid. *ruit alto à culmine Troia.*

Phthius] Phthia Achillis patria: quod quidem notum eſt vel ex illo vulgatiſſ. Homeri verſu ἰλ. ι. Ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρί-
C βωλον ἱκοίμην. quem ſic Latinè reddidit M. Tull. lib. de diuin. 1. *Tertia me Phthiæ tempeſtas læta locabit.*

Thetidos marinæ.] Nerei filiæ. Nereus autem Deus marinus.

Mord. velut icta ferro, &c.] ſic Homer. ἰλ. δ. Simoiſium Anthemionis filium, ab Aiace Telamonio interfectum, & lethali vulnere accepto cadentem, cum vlmo comparat, quam curruum opifex ferro abſcidit. Hom. ὁ δ' ἐν κονίῃσι χαμαὶ πέσεν αἴγειρος ὥς, &c. Et ἰλ. ν. Imbrium Mentoris filium ab eodem Aiace cæſum cum fraxino, ὁ δ' αὖτ' ἔπεσεν μελίη ὥς, Ἥ τ' ὄρεος κορυφῇ ἕκαθεν περιφαινομένοιο Χαλκῷ ταμνομένη τέρενα χθονὶ φύλλα πελάσσῃ. id eſt,
D ille autem cecidit, vt fraxinus, quæ in vertice montis longè vndique apparentis ferro cæſa teneras frondeis terræ admouit. & ἰλ. π. Sarpedonem à Patroclo interfectum cum quercu, aut populo, aut pinu. Ἤριπε δ' ὡς, ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, ἢ ἀχερωῒς, Ἠὲ πίτυς βλωθρή, τήν τ' οὔρεσι τέκτονες ἄνδρες Ἐξέταμον πελέκεσσι νεήκεσι νήϊον εἶναι, id eſt, Concidit autem vt cùm quercus aliqua corruit, aut populus, aut pinus alta, ſeu frondoſa, quàm fabri ſecuribus recèns acutis exciderunt, vt eſſet nauale, ſeu pars nauis. quos Homeri verſus exprimere voluit Virgil. Æneid. vbi de Troia cadente loquitur, *Ac veluti ſummis antiquam in montibus ornum, Cùm ferro acciſam, crebriſque bipennibus inſtant Eruere agricolæ certatim: illa vſque minatur, Et tremefacta comam concuſſo vertice*

Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina ſed vim promouet inſitam:
Rectíque cultus pectora roborant:
** Vtcumque defecere mores,*
*Dedecorant * bene nata culpæ.*
Quid debeas, ô Roma, Neronibus
Teſtis Metaurũ flumen, & Aſdrubal
Deuictus, & pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris:
*Qui primus alma riſit * adorea,*
Dirus per vrbeis Afer vt Italas,
Ceu flamma per tedas, vel Eurus
Per Siculas equitauit vndas.
Poſt hoc ſecundis vſque laboribus
Romana pubes creuit: & impio
Vaſtata Pœnorum tumultu
*Fana * deos habuere rectos.*
Dixítque tandem perfidus Annibal,
Cerui luporum præda rapacium
Sectamur vltro quos opimus
** Fallere, & effugere eſt triumphus.*
Gens, quæ cremato fortis ab Ilio
Iactata Tuſcis æquoribus ſacra,
Natóſque, maturóſque patres
Pertulit Auſonias ad vrbeis,
*Duris * vt ilex tonſa bipennibus*
Nigræ feraci frondis in Algido,
Per damna, per cædeis ab ipſo
Ducit opes, animúmque ferro.
Non hydra ſecto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem:
*Monſtrúmve ſummiſere * Colchi*
Maius, Echioniæue Thebæ.
** Merſes profundo: pulchrior éuenit.*
*Luctere: multa proruet * integrum*
Cum laude victorem: gerétque
Prœlia coniugibus loquenda.
Karthagini iam non ego nuntios
Mittam ſuperbos: óccidit, óccidit
Spes omnis, & fortuna noſtri
Nominis, Aſdrubale interemto.

A *Nil claudiæ non * perficient manus:*
Quas & benigno numine Iupiter
Defendit, & curæ ſagaces
*Expediunt * per acuta belli.*

Qvalem ministrvm fvlminis, &c.] Quo tempore in lucem editus eſt Iupiter, eodem natam eſſe aquilam, & ad id prœliũ, quod aduerſus gigantes cõmiſſum eſt, aduolaſſe, quaſi victoriæ Deorum nuntiam, tradunt fabularum ſcriptores. Itaque in auium partitione, Iupiter aquilam ſibi adoptauit: qua miniſtra, & nuntia vti ſolet ad eos, quibus læti aliquid ſignificare, quóſque inſigneis, & claros efficere in animo B habet. Propterea ἀετὸν à Græcis appellatum eſſe volunt non ἀπὸ τοῦ ἀΐσσειν, ſed παρὰ τὸ ἐτεὸν δηλοῦν, id eſt, quia verum patefaciat, ac declaret. Qualis igitur (inquit) aquila eſt, quam iuuenta volandi ſeu potiùs pugnandi, & prædandi imperitam è nido primùm foras extruſit, ventique verni docuerunt inſolitos volandi conatus, mox in ouium greges, & ſepta vigor à natura inſitus deorſum immiſit, tùm edendi, pugnandíque cupiditas in dracones incitauit, atque impulit: aut qualis eſt catulus leonis, quem caprea paſcuis intenta eius dentibus iamiam dilaceranda, ac peritura vidit, talem Druſum Rhœti, & Vindelici videre. lege hac de re Strabonem lib. 4. & Paterculum lib. C poſter.

Regnvm in av. vag.] quamobrem auium rex eſt aquila? an quòd omnium auium celerrimè volat? an quia ſola ex auibus ſolem irretortis oculis intuetur, & ſpectat? an propter eius officia, & fidem erga Iouem?

Expertvs fidelem] immo Iuppiter ipſe (vt eſt in fabulis) aquilæ ſpecie Ganymedẽ rapuit.

Patrivs] paternus: nempe aquilæ. Itaque ſtatim ſequitur, *neque imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam.*

Nido propvlit] nido foras expulit nondum volatui aſſuefactam. in aliis lib. eſt *protulit:* ſed *propulit* mâlo: & ita habent libri ali- D quot manuſcripti: in quibus eſt Faërn. Vrſ. Vatic. 1. & quatuor, quibus hîc nuper in mea Gallia vſus ſum.

Laborvm inscivm] vel volandi inſcium, ſeu inſuetum. ſequitur enim mox, *Inſolitos docuere niſus venti, &c.* vel prædandi, & pugnandi inſolentem, & neſcium, ſeu impetitum.

Insol. nisvs] vel non vſitatos prædandi conatus, vel non vſitatos volatus.

Mox in relvct. dr.] ſic apud Hom. ἰλ. μ. aquila ſerpentem correptum vnguibus, deferre in nidum ſuum parat. ſed à reluctante dracone acriter morſa, prædam ex vnguibus dimittere cogitur. quo auſpicio Polydamas Hectorem murum Græcorum oppugnare, & perrumpere cogitantem,

cogitantem, reuocare ac deterrere conatur, ſed fruſtrà.

Amor dapis] cibi cupiditas, & fames.

Lacte depvlsvm leonem] catulum leonis modò, ab vbere matris ſeiúctum, ſeu à lacte remotum. Virg. Tityro, *quo ſæpe ſolemus Paſtores, ouium teneros depellere fœtus.* ad quem locū Seruius, *Depellere*, id eſt, à lacte remouere. ſic idem Virg. Melib. *Depulſos à lacte domi quæ clauderet agnos.* Idem Palæmone, *Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hædis.*

Dente novo peritvra] peritura dente leonis iuuenis nouo, id eſt, nondum prædę aſſuefacto, ſeu nondum in pugna exercitato.

Rhœti] Strabo lib. 4. Rhœtos, & Vindelicos in iis Alpium partibus collocat, quæ ad orientem, & Auſtrū ſpectant, vt ſint Heluetiis, & Boiis finitimi: vbi & de Druſo eadem ſcribit, quæ hîc laudat Horatius. de Vindelicis etiam Od. 14. huius libri: *Vindelici didicere nuper, Quid Marte poſſes.* *Rhœti, Vindelici* autem, eſt ἀσύνδετον, vel addenda copulatio, &, quæ tamen abeſt à codicibus Donati, Faërn. Torn. & duob. Vatic.

Drvsvm] Claud. Druſum, qui in Germania diem ſuum obiit.

(Qvibvs mos vnde dedvctvs &c.] id eſt, qui Vindelici quamobrem vtantur ſecuribus in prœlio Amazonum more, non nimis diligenter hoc quidē tempore exquiſiui, atque in aliud tempus diſtuli. Strabo lib. 2. quæ de Amazonibus tradita ſunt, monſtri ſimilia, fabuloſa, incredibilia denique eſſe exiſtimat, his verbis: Περὶ δὲ τῶν Ἀμαζόνων τὰ αὐτὰ λέγεται καὶ νῦν καὶ πάλαι τερατώδη, καὶ πίστεως πόῤῥω. Τίς γὰρ ἂν πιστεύσειεν ὡς γυναικῶν στρατὸς, ἢ πόλις, ἢ ἔθνος συσταίη ἄν ποτε χωρὶς ἀνδρῶν, καὶ οὐ μόνον γε συσταίη, ἀλλὰ καὶ ἐφόδους ποιήσαι ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν χώραν; id eſt, *De Amazonibus eadem nunc dicuntur, quæ & olim, nempe monſtri ſimilia, & longè à fide remota. Quis enim credat, mulierum exercitum, aut ciuitatem, aut nationem ſine viris conſiſtere, neque verò ſolùm conſiſtere, ſed etiam in alienos fines incurrere atque inuadere potuiſſe?* Similem ἀποσιώπησιν, ſeu εὐλάβειαν eſſe dicebat Ioſ. Scaliger apud Pindarū quodam loco, καί τις ἀνδρας ἀλκίμους δαίμων ἀποινώσας ἔλασεν. &c. Præclarè autem Horatius, id, quod ſciebat, aut certè accipere, atq; audire potuerat, nempè Vindelicos, quos Liburnos eſſe putat Seruius, ab Amazonibus originem duxiſſe, ſe vel neſcire, vel non quæſiuiſſe dicit, quaſi in alia re magis occupatum, & aliud agentem. lege Seruium ad illum Virgil. locum Æn. 1. *atque intima tutus Regna Liburnorum, &c.* Vbi hunc Horatij locum profert.

Nec scire fas est omnia)] fas, id eſt, pote, δυνατὸν, vt diximus ſupr. ad Od. 11. lib. 1. vel ita interpretare. nec ſcire licet omnia vt alij malunt: quibuſcū pugnare nolo. Tibullus quidem fas pro eo quod δυνατὸν dicūt Græci, vſurpauit eleg. 9. lib. 1. *Nec tibi celanti fas ſit peccare:* fortaſſe & eleg. 5. *proprios ego tecum, Sit modò fas, annos contribuiſſe velim.* & Propert. lib. 1. *Mi neque amare aliam, neque ab hac diſcedere fas eſt.* & Virg. lib. 7. Æn. *Quem neque fas igni cuiquam, nec ſternere ferro.* & Cæſ. lib. 1. de bell. Gall. *Eas ita dicere, non eſſe fas Germanos ſuperare, ſi ante nouam Lunam prælio contendiſſent.*

Sed diu, lateque, &c.] ſuperiora illa, *quibus mos vnde, &c.* vſque ad hunc locum, includenda ſunt interpoſitionis notæ: vel potiùs ita ſunt legenda, vt à propoſito ſermone aberrantia: quod genus appellant Græci hyperbatum, iccirco hac particula, *ſed*, vtitur Horatius, quam adhibere ſolent ſcriptores in hyperbatis, cùm ad id, vnde aberrarunt, regredi volunt. adhibent & has: verumtamen, igitur, & ſimileis. cuius rei paſſim occurrunt exempla apud M. Tull.

Consiliis ivvenis revictæ] ſic puto legendum, non, vt alij volunt, reuinctæ: & ita habet liber Faër. Don. Vrſ. Torn. Vatic. 2. & alij quidam. Eſt autem hæc ſententia: Rhœti (inquit) & Vindelici, qui olim victores latiſſimas excurſiones etiam vſque ad agros Italiæ finitimos fecère, nunc conſiliis Druſi viciſſim victi, ac domiti, ſenſere quid mens, &c. hæc enim vis eſt verbi, *reuinco.* ſic Lucr. lib. 5. *Ignis enim ſuperare poteſt, vbi materiaï Ex infinito ſunt corpora plura coorta: Inde cadunt vires aliqua ratione reuictæ.* non diſplicet tamen altera ſcriptura, *repreſſa*, quæ reperitur in nonnullis emēdatis codicibus. vide autem hac de re Strabonem lib. 4.

Indoles] indoles dicta ab *indoleſco*, quod eſt increſco: & incrementum ſignificat. ex eo pro ingenio puerili vſurpatur: quoniam vnà cū corpore ex ſententia philoſophorum mens creſcit, & decreſcit.

Nerones] Tiberium, & Druſum.

Fortes creantvr fortibvs] primo loco ponit naturam, & genus: deinde doctrinam, & educationem. ſic Plato in oratione funebri: ἀγαθοὶ δ' ἐγένοντο διὰ τὸ φῦναι ἐξ ἀγαθῶν. τὴν εὐγένειαν οὖν πρῶτον ἐγκωμιάζωμεν· δεύτερον δὲ τροφήν τε, καὶ παιδείαν, id eſt, boni autem fuerūt, quia ex bonis nati ſunt: generis igitur præſtantiam primùm laudemus: deinde educationem, & doctrinam. ſic Ariſtoteles Politicorum tertio ſcribit eſſe probabile, viros præſtantiores eſſe eos, qui è præſtantioribus nati ſint: nobilitas enim, generis præſtantia, & perfectio eſt. verba Ariſtot. hæc ſunt: ἡ δ' εὐγένεια παρ' ἑκάστοις οἴκοι τίμιος. ἔτι διότι βελτίους εἰκὸς τοὺς ἐκ βελτιόνων. εὐγένεια γάρ ἐστιν ἀρετὴ γένους. Quantum valeant ad ingenium, hoc, vel illo habitu imbuendum, moreſque conformandos, atque etiam inſerendos ſtirps generis, & educatio, declarant poëtæ, qui, quem ſignificare volunt ſæuo, immiti, inhumano eſſe ingenio, eum dicere ſolent è ſaxis, ac rupibus, è mari natos, à leonibus educatos, vt Hom. ιλ. π. γλαυκὴ δέ σ' ἔτικτε θάλασσα, Πέτραι τ' ἠλίβατοι ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής, id eſt, cæruleum autem te mare peperit, Rupéſque præruptæ, quoniam

z ij

tibi mens eſt infrenis atque indomita. Theocr. εἰδ. γ. Νῦν ἔγνων τὸν ἔρωτα· βαρὺς θεός· ἦ ῥα λεαίνας Μασδὸν ἐθήλαζε, δρυμῷ τέ μιν ἔτρεφε μάτηρ, quos verſus Virg. expreſſit Pharmaceut. *Nunc ſcio, quid ſit amor, duris in cotibus illum Iſmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes Nec noſtri generis puerum, nec ſanguinis edunt.* Idem Æneid. 4. *Nec tibi Diua parens, generis nec Dardanus auctor, Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus.* Catull. de nuptiis Pelei, *Quænam te genuit ſola ſub rupe leæna? Quod mare conceptum ſpumantibus expuit vndis? Quæ Syrtis, quæ Scylla vorax, quæ vaſta Charybdis?*

Promovet] prouehit, προάγει amplificat virtutem à natura inſitam.

Feroces aqvilæ] ferox plerúmque in laude ponitur, & ſi quando in vitio, non crudelē, ſed elatum, aut animoſum ſignificat, vt ſup. Od. 5. lib. 2. *ferox ætas.* & infrà Od. 9. huius libri *ferox Hector.* annotatum ad Od. 15. lib. 1.

Rectíqve cvltvs] nihil equidem muto, cùm hæc lectio ab omnibus codicibus, quos quidem viderim, confirmetur: ſed putaui aliquando, Porphyrionis verbis motus, ſcriptum eſſe ab Horatio, *Rectique cultus pectora roborat*: vt, *cultus* ſit numeri ſingularis. *recti* autem patrij caſus à nomine neutro rectum, cti. quod eſt τὸ ὀρθόν. Nā hoc modo explicat Porph. niſi quòd *cultus* vult eſſe numeri multitudinis: niſi fortè Porphyrio corruptus eſt. Iam nomen *rectum* vſurpat Horat. & Satyr. 3. lib. 2. *Rectum animi ſeruas?* id eſt, τὴν ὀρθότητα. rectitudinem redderemus Latinè, ſi pateretur Latini ſermonis vſus. colere rectum autem, honeſtum, virtutem, veritatem: & cultus, id eſt, amator & ſtudium recti, honeſti, virtutis, veritatis, bonis ſcriptoribus ſunt vſitata loquendi genera. Iam ſi *recti cultus* vtrúmque numero multitudinis eſſe intelligetur, idē valebit. quod, rectæ inſtitutiones, ſeu potiùs recta viuendi inſtituta: quemadmodum primorum illorum hominum feram, & agreſtem viuendi conſuetudinem *feros cultus hominum recentum* dixit Od. 10. lib. 1. quam interpretationem multo malim, quā illam Pſeudoporphyrionis, niſi vna opera legamus *roborat*, & nomen *cultus* ita accipiamus, vt ſit numeri ſingularis, vt dixi.

Roborant] ſi *cultus* ſit numeri multitud. vt accipit Porph. legendum *roborant*: ſi ſingul. *roborat*. Verumtamen nihil muto.

Vtcvmqve defecere mores,] id eſt, vbicumque, ſeu quandocūque naturæ bonitas, quam εὐφυΐαν Græci nominant, à bonis moribus, qui ſtudiū, exercitationémq; deſiderant (vt docet Ariſtotel. lib. 2. de morib. ad Nicom.) deſtituta eſt: vitæ turpitudo bonum illud generis, & naturæ dedecore, maculáque afficit de particula. *vtcumque*, diximus ſuprà ad Od. 17. lib. 1. licet & *bene nata* interpretari εὐγένειαν, id eſt, generis præſtantiam, ac nobilitatem.

Dedecorant] ſic habet lib. Donati, & omnes vulgati. Faërni autem, & 2. Vatic. *Indecorant.*

Cvlpæ] corrupti mores, ſeu facta improba ex corruptis moribus nata, & ideò culpanda, & vituperanda. *Culpæ*, numeri eſt multitudinis.

Neronibvs] C. Claudio Neroni. de quo ſic Sueton. *Claudius Nero aduenientem ex Hiſpania cum ingentibus copiis Aſdrubalem, priuſquam Annibali fratri coniungeretur, oppreſſit.*

Testis metavr. flvm.] ſic Virg. Daph. *vos Coryli teſtes, & flumina nymphis.* & Propert. lib. eleg. *teſtes ſunt ſidera nobis.* quæ mihi indicauit Germ. Valens. & ſunt notata à Seruio ad eum, quem commemoraui locum, in Daphn.

Testis Metavrvm flvmen] ſic Catull. *Teſtis erit magnis virtutibus vnda Scamandri.*

Metavrvm Flvmen] ſic ſup. Od. 9. lib. 2. *Medum flumen.* & in epiſt. ad Piſon. *Rhenum flumen.* fluuius eſt in Vmbria, ex Picenis finibus oriens, qui nomen retinet, niſi quòd aliquantum corruptum eſt. Nam hodie, *il Metro*, appellāt Itali. Apud hunc fluuium cæſus eſt Aſdrubal Annibalis frater.

Et Asdrvbal] Narrat T. Liuius lib. 27. Aſdrubalem, qui cum recente exercitu Alpeis tranſcenderat eo conſilio, vt ſeſe cum fratre Annibale coniungeret, à M. Liuio Salinatore victū, ac cæſum eſſe, cum haberet in ſuo exercitu quinquaginta ſex hominum millia: eámque victoriam nō minore opera Claudij Neronis, alterius conſulis, eſſe partam, propterea quòd, cùm Annibali oppoſitus eſſet, relictis ita caſtris, vt hoſtem latêret, lecta manu profectus Aſdrubalem circumuênit. [Qui tamen Salinatorem equo ſequi, quàm triumpho, quem ei ſenatus æqui decreuerat, vti maluit, quia res in prouincia ſalinatoris geſta fuerat. Tit. Liuius lib. XXVIII. Valerius Max. lib. 4. cap. 1.

Et pvlcher fvgatis Ille dies, &c.] pulcher dies. i. felix & fortunatus dies. ſic loquitur. M. Tull. lib. 4. epiſt. ad familiar. *Noli quærere. ita mihi pulcher hic dies viſus eſt, vt ſpeciem aliquam viderer videre quaſi reuiuiſcentis reipubl.* Horatius infrà Oda prox. *Inſtar veris enim vultus vbi tuus Affulſit populo, gratior it dies, Et ſoles melius nitent.* Eſt autem hîc tranſlatio, ſeu potiùs allegoria. Nam per diem pulchrum, diei illius lætitiam ſignificat, quo die victus ac cæſus eſt Annibal: per tenebras fugatas: metum ex omnium animis atque ex Italia depulſum, Karthaginienſibus, & Afris ex Italia pulſis.

Risit] lætus, & hilaritatis plenus fuit, ἐγέλασε. vt infrà Ode 11. *Ridet argento domus.* & Lucretius lib. 5. *ridenteis vndas* dixit. vide annot. ad Oden 18. lib. 2.

Adorea] victoria, & gloria. Plinius lib. 18. cap. 3. *Gloriam ipſam à farris honore adoream appellabant.* Pompeius Feſtus. *Adoream, laudem, ſeu gloriam dicebant, quia glorioſum eum putabant, qui farris copia abundaret.* Plaut. in Amphitry. *Qui præda, atque agro, adoreáque affecit populareis ſuos.* Propriè tamen adorea frugum copiam, & vbertatem ſignificat.

Digitized by Google

ſignificat. Varro lib. 4. de Lingua Lat. *Plebs rura largiuntur adoream.* A

Dirvs per vrbeis Afer vt] horum verborum hæc ſententia eſt: pendéntque à ſuperioribus: *vt*, id eſt, poſtcaquam Italiam peruaſit, & percurſauit Annibal, veluti flamma tedas, vel Eurus vndas peragrare ſolet, hic primus dies parta victoria lætitiam attulit populo Rom. Erant autem qui hîc legi poſſe putant, *Afer et Italas*. Iam *dirus Afer* conſuetudine Horatiana dictum eſt. ſic enim Od. 12. lib. 2. *Nec dirum Annibalem, nec Sicul. mare.* & Oda 6. lib. 3. *Antiochū, Annibalémque dirum.*

Eqvitavit] ſic Euripid. in Phœniſſ. Zephyrū equitaſſe in cœlo dicit. Ἰόνιον κατὰ πόντον ἐλάτᾳ πλεύσασα, περιρρύτων ὑπὲρ ἀκαρπί- B στων πεδίων Σικελίας, Ζεφύρου πνοαῖς ἱππεύσαντος ἐν οὐρανῷ, id eſt, Cùm in mari Ionio remis nauigaſſet ſuper circumfluos, & fructus experteis Siciliæ campos, flatibus Zephyri in cælo equitantis. notauit Muretus libr. 1. Var. lect. cap. 10.

Post hoc] poſt Aſdrubalis cædem, victoriámque populi Rom.

Secvndis laboribvs] ſecundis prœliis.

Impio] impio tumultu dixit, quoniam impiorum, & barbarorum eſt templa deorum, aras, ſtatuas vaſtare, incendere, euertere, quod fecerunt Perſæ, quo tempore Xerxe duce toti Græciæ bellum intulerunt. quam eorum immanitatem, atq; C impietatem barbaram Æſchylus his verſibus deſcribit in Perſis: Οἳ γῆν μολόντες Ἑλλάδ', οὐ θεῶν βρέτη ᾐδοῦντο συλᾶν, οὐδὲ πιμπράναι νεώς, Βωμοὶ δ' ἄϊστοι, δαιμόνων θ' ἱδρύματα Πρόρριζα φύρδην ἐξανέστραπται βάθρων, id eſt, Qui cùm in Græciam veniſſent, neque deorum ſimulacra diripere, neque templa incendere veriti ſunt: aræ autem deletæ, deorúmque ſtatuæ funditus è ſedibus ſuis euerſæ ſunt.

Vast. Pœn. tvm Fana Deos hab. rect.] horum verborum hæc ſententia eſt. fana à Karthaginienſibus anteà vaſtata, poſt hanc victoriam, Deorum ſtatuas habere rectas, ſeu erectas, quæ fuerant videlicet de ſuis ſedibus deturbatæ. ſic hunc locum explico, non, vt ine- D pti quidam homines ſomniant, deos propitios. Deos autem pro Deorū ſtatuis poni nō eſt nouū, neque inuſitatum. M. Tull. accuſ. Verr. prœm. *Deum denique nullum Siculis, qui ei paulo magis affabrè, atque antiquo artificio factus videretur, reliquit.* Idem frumentar. *Deum verò nullum violauit, nullū attigit.* Idem de ſignis. *Dij ablati, fana vexata.* ibidem. *Tum imperator populi Rom. vir clariſſimus Deos patrios reportabat Segeſtanis ex vrbe hoſtium recuperatos.* T. Liuius lib. 27. *Sed maiore generis eius præda abſtinuit Fabius, quàm Marcellus, qui interroganti ſcribæ, quid fieri de ſignis vellet, (ingentis magnitudinis Dij ſunt, ſuo quiſque habitu in modum pugnantium formati) Deos iratos Tarentinis relinqui iuſſit.* Iam verò quòd rectos hoc loco pro iuſtis, ac propitiis acci-

A pi volunt, in eo non ſatis mihi videntur Latini ſermonis vſum tenere. rectum enim appellant propriè Latini, quod eſt directum, quod obliquo, prauóque contrarium, quod erectum eſt, quod ſtat: quorum reperiuntur exēpla apud hunc poetam, Catull. M. Tull. Horat. Satyr. 2. lib. 1. *Candida, rectáque ſit.* epiſt. ad Auguſt. lib. 1. *Securus cadat, an recto ſtet fabula talo.* Catull. *Quintia formoſa eſt multis, mihi candida, longa, Recta eſt.* Idem rectos homines appellat, ſeruos lecticarios. M. Tul. Academ. lib. 2. *intereſſe oportet, vt inter rectum, & prauum: ſic inter verum, & falſum.* pro Murena, *homines, cùm rectè, & in loco conſtitiſſent, iuberi abire, & recti anguli* (εὐθεῖς nominant Græci) qui neque ſunt acuti, neque obtuſi, ſed pares. Idem valet a- B pud Græcos ὀρθός Hom. Ἰλιάδ. ω. ὀρθαὶ τρίχες. Pauſan. in Att. τὸ δ' ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς ὀρθόν ἐστιν ἐν χιτῶνι ποδήρει, id eſt, ſimulacrum autem Palladis, rectum eſt cum tunica talari. & Eurip. in Hecuba. Ἕως μὲν οὖν γῆς ὀρθ' ἔκειθ' ὁρίσματα. id eſt, Tantiſper dū recti terræ ſiti erāt termini, &c. & Athen. libr. 4. ſcribit Athenienſeis templum Dionyſi rectum condidiſſe ab Amphictyone vini, & aquæ temperationem edoctos. tunc enim (inquit) rectus Bacchus eſt, & non ad prolapſionem procliuis, cùm vinum dilutum eſt, & cùm modicè bibitur: vt fortaſſe locus ille, qui eſt Od. 18. lib. 1. *non ego te candide Baſſareu, inuitum quatiam*, ſic explicari poſſit. ego te inuito neque vinum immodicū, neque aqua mi- C nùs, quàm oporteat, temperatum bibam *inuitum* autem dixit, quia quicquid fit diis inuitis, atque iratis, infeliciter cadit, vt alibi dicemus. ſed verba Athen. ſunt hæc: Διὰ τοῦτο ἱερὸν Διονύσου ὀρθὸν ἱδρύσασθαι. τότε γὰρ ὀρθὸς ἐστὶ τῷ ὄντι, καὶ οὐ σφαλερὸς, ὅταν συμμέτρως, καὶ κεκερασμένως πίνηται. Plato Lachete: ὀρθὴ ἂν ἡμῖν ἡ πόλις ἦν, καὶ οὐκ ἂν ἔπεσε τοιοῦτο πτῶμα. id eſt, recta eſſet vrbs noſtra, neque talem caſum cecidiſſet. Per tranſlationem autem ſermonis, rectum pro eo, quod eſt cum virtute coniunctum, & pro bono ponitur, & rectè pro bene M. Tull. pro Murena, *Negat fuiſſe rectum Cato me tam ſeuerè geſto conſulatu pro Murena dicere.* & *rectè facta*, quæ Græci κατορθώματα *dicunt*: & *recta ſtudia* in Topicis. & D Horatius Od. 9. huius lib. *rectum animum ſecundis, dubiiſque rebus* appellat eum, qui neque ſecunda fortuna effertur, neque aduerſa deprimitur, qui ſemper erectus eſt, numquam aut nimium elatus, aut nimium demiſſus: & Satyr. 3. lib. 2. *rectum animi*, conſtantiam, æquabilitatem, tranquillitatem. Quod ita eſſe, vt dico, declarat eadem ſententia aliis verbis expreſſa eadem Satyra. *ſtare animo.* ſic Horat. *Cùm prudens ſcelus ob titulos admittis inanes, Stas animo? ſtare animo* enim valet, animū habere à vitio purum, & incorruptum, minimeque deprauatum. Et Plautus in Bacchid. *rectum ad ingenium bonum* dicit, qui non eſt deprauatus, qui non eſt procliuis ad nequitiam, aut libidinem. & Ennius. *Quò vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant Ante hac, dementes ſeſe flexere viai?* rectus

autem pro eo, quem propitium, aut placatũ, aut beneuolum dicimus, mihi non videtur eſſe vſitatum in tota lingua Latina.

Cervi lvporvm præda] hæc dicuntur ab Annibale. nos Karthaginienſes, tamquam cerui, Romanos tamquam lupos, inſequimur.

Qvos opim. Fallere, et effvg.] quos ſi effugere poſſimus, magnam Diis habere gratiam, magnique triumphi loco ducere debeamus tale eſt illud Terent. in Heauton. *triumpho, ſi licet me latere tecto abſcedere*, id eſt, triumphi loco habeo, ſi mihi licet latus tegere, periculúmque, in quo verſor, declinare. Græce dicerem ὡς ὑπεκκλίνειν καὶ ἐκφεύγειν πάνυ ἡμῖν ἀγαπητὸν εἴη.

B

Opimvs] amplus, magnificus ſic ſpolia opima dicuntur, quæ dux populi Rom. duci hoſtiũ dextraxit. quod alibi annotauimus.

Fallere] id eſt, latêre. vide annot. ad Od. 10. lib. 1.

Gens, qvæ cremato, &c.] hæc sũt vel ex ſecundo lib. Æn. notiſſima. ad hunc autem locum pertinent illa ex carm. ſæcul. ad Deos: *cui per ardentem ſine fraude Troiam Caſtus Æneas patriæ ſuperſtes Liberum muniuit iter.*

Natósqve] & filium Aſcanium, Æneas ſcilicet: itémque ſuos liberos alij Troiani, qui Æneam ſecuti ſunt.

Matvrósqve patres] vt Anchiſen Æneas. Virg. Æneid. 5. *aut maturus Aceſtes.* in lib. de art. poet. *Maturúsne ſenex, an adhuc florente iuuenta.*

C

Dvris vt ilex, &c.] à ſimilitudine ducta ab ilice, quæ bipennibus & ſecuribus tonſa, id eſt, ramis ſpoliata, eo magis creſcit, oſtendit, Romanos incommodis, damnis, aduerſis prœliis & cædibus magis ac magis inualeſcere, & vigere.

Algido] Algidum nomen montis eſt hoc loco, in agro Tuſculano. vt Od. 21. lib. 1. *aut gelido prominet Algido.* oppidum etiam eodem nomine appellatur.

Per damna, per cædeis] Virgil. lib. 11. Æn. *Bellum importunum ciues cum gente deorum, Inuictiſque viris gerimus: quos nulla fatigãt Prælia, nec victi poſſunt abſiſtere ferro.*

D

Dvcit] acquirit, ſumit, cõparat. vt de arte poet. *& veras hinc ducere voces.* & Satyr. 1. lib. 2. *aut qui Duxit ab oppreſſa meritum Karthagine nomen.*

Non hyd. secto corp.] Hydram Alcæus ἐννεακέφαλον, id eſt, nouem capitum: Simonides πεντηκοντακέφαλον, id eſt, quinquaginta capitum facit. hanc in Lerna delitelcentem (Lernam autem alij fontem, alij locum denſa ſilua obſitum fuiſſe volunt) interfecit Hercules, Pauſanias Corinth. narrat hydram ſub platano quadam, quæ fonti Amymonæ fluuij propinqua erat, vixiſſe, eámque ceteris hydris magnitudine præſtitiſſe. caput vnum ei, non plura fuiſſe: (quod poſtremum abhorret ab inueterata, &

A perulgata omnium opinione) hydræ vno capite ab Hercule abſciſſo, neſcio quot alia renaſci confictum eſſe: quam opinionem hoc loco ſequitur Horatius. Idem Pauſanias ibidẽ tradit, Herculem Hydræ cruore, & veneno, telorum ſuorum cuſpides tinxiſſe. multa alia de hydra ſcribunt poetæ, quæ, ne ſim longior, prætermitto. Horat. epiſt. 1. ad Aug. lib. 2. *Diram qui contudit hydram, Notáque fatali portenta labore ſubegit, Comperit, inuidiam ſupremo fine domari.*

Firmior Crevit in H.] ſubintell. quàm hæc gens in nos.

Monstrúmve svmmisere Colchi] vel tauros ignem ſpitanteis, quos tamen à Medea edoctus Iaſon iunxit aratro, & agrum ſulcauit: vel potiùs draconem illum ingentem, inſomnem, velleris aurei cuſtodem: vel armatos homines ex huius Draconis dentibus diſſeminatis natos: qui tandem Medéæ carminibus concitati, mutuis vulneribus confoſſi conciderunt, atque interierunt. vide annot. ad Od. 3. epod.

Echioniæve Thebæ] Thebæ dicuntur Echioniæ ab Echione Cadmi genero. ſignificatur autem hoc loco draco ille Marti ſacer Aretiani fontis cuſtos, quem Cadmus propterea, quòd eos, qui ex illo fonte aquabantur, necabat, iratus interfecit: ex cuius dentibus Palladis monitu ſatis, nati ſunt quinque homines armati, Vdæus, Chthonius, Pelor, Hyperenor, Echion (Pherecides autem, & Apollonius multo plureis natos eſſe volunt) qui omnes, præter vnũ Echionem, mutuis ſimiliter vulneribus ſaucij perierunt. Virgil. Georg. 4. hanc vtrámque fabulã tangit. *Hæc loca non tauri ſpirãtes naribus ignem Inuertêre, ſatis immanis dentibus hydri: Nec galeis, denſiſq; virum ſeges horruit haſtis, Sed grauidæ fruges, &c.* Hanc fabulam perſequitur item Eurip. in Phœniſſ. & Apollon. lib. 3. Argon.

Merses profvndo, &c.] ſi merſes in mare, pulchrior emerget: ſi luctere, &c. non diſſimulabo in vno atque altero libro manuſcripto me ſcriptum reperiſſe, *Merſus profundo, &c.*

Prorvet] proſternet. proruendi verbo etiam ſuprà vſus eſt Od. 35. lib. 1. *Iniurioſo ne pede proruas Stantem columnam.* & Lucret. lib. 3. *neq; autem corpora deſunt, Ex infinito quæ poſſint fortè coorta Proruere hanc rerum violento turbine molem.* & 5. *Proruere hanc rerum violento turbine ſummam.* ſic enim vtrobique eſt legendum, non *corruere*: vt in ſcholiis Lucretianis pluribus verbis oſtendimus.

Integrvm] hoſtem etiam integrum, & incolumem. & paulò antè victorem, profligabit ac ſubiget. nam minus eſſet mirum, ſi ſaucium percelleret, ac peruerteret.

Conivgibvs loqvenda] id eſt, à coniugibus commemoranda. Sed ab vtroru coniugibus? eorúmne, qui vicerint, virorum ſuorum virtutem, ac victoriam prædicantibus: an eorum, qui proſtrati, ac ſubacti ſint, viros ſuos interemptos deſiderantibus, ac lugentibus?

Kartha-

Digitized by Google

Karthagini iam non ego] veriſimile A eſt Annibalem toties iam in Italia victorem, quā plurimos Karthaginem miſiſſe ſuarum victoriarum nuncios. Huc igitur ait, Annibalem, tanta clade accepta, & Aſdrubale occiſo deſiturum de ſe poſthac tam glorioſè & ſcribere, & prædicare: vel tam ſuperbos de ſuis victorijs nuncios mittere.

Occidit, occidit Spes omnis] ſpes omnis præciſa eſt, ſpes omnis interijt. Sic Plautus Moſtell. *occidit ſpes noſtra.* Hoc ad hiſtoriam referendum eſt. Narrant enim hiſtorici, Annibalem Aſdrubalis capite aſpecto, res Karthaginienſium deſperaſſe, ſic locutum, *agnoſco te Karthaginis fortuna.*

Perficient] ſic habent codic. 2. Vatic. B Iann. Faër. Vrſ. Torneſ. vulg. *efficient*: nonnulli etiam manuſcr. *perficiunt*, quod ſe reperiſſe in alijs libris item manuſcr. teſtatur & vir doctus, Iac. Gruquius Meſſinius.

Curæ sagaces] diligentia, & cura cum ingenio, & conſilio coniuncta.

Expediunt] expeditum reddunt. dant ei facultatem euadendi, & vincendi. ſic Virg. lib. 2. Æneid. *Deſcendo, ac ducente Deo flammam inter & hoſteis Expedior.*

Per acuta belli] cùm Hugolinus Martellius Florentinus vir doctiſſimus Laurentij Strozzij Cardinalis familiaris, me admonuiſſet ita ſcriptum eſſe in codice quodam manu ſcri- C pto, non vt in vulgatis, *acuta belli.* ego eos libros, quos domi habebam, à Iann. Factn. Vrſino mihi commodatos ſtatim conſului: in eiſque eandem ſcripturā ſine vlla litura expreſſam reperi. quam confirmarunt duo Vatic. à me poſteà aditi. acceſſit omnium poſtremus Torn. & alij, quos in Gallia quinque poſt annis nactus ſum: vt omittam vnum & alterum impreſſum, cùm antiquiſſimo & manuſc. comparatum. Itaque de lectionis quidem veritate minimè dubitandum eſt. quid autem ſignificet per acuta belli, videndum. Ego exiſtimabam per *acuta belli* intelligi poſſe, diſcrimina, & pericula belli, ſeu prœlij potiùs, in quibus celeritate, & ingenio, & ſagacitate, & vſu opus eſt: conſilio autem nullus locus. Sed Hugolinus D dicebat per acuta belli, Achilli Statio Luſitano videri ſignificari acumina, & ſollertias, & (vt ita dicam) ſubtilitates belli: quæ à Græcis στρατηγήματα nominantur. Cuius ſententiam ſi probemus, erit hæc huius loci ſententia, Eam curam in re militari adhibet Claudius, eáque ſagacitate eſt, vt hoſtium arteis, & ſtratagemata facilè declinet, aut propulſet. Sex. Iulius Frontinus quidem in præfatione lib. 1. ſtratagematicôn, ſtratagematica interpretatur *belli ſollertias*, & *ſollertia ducum facta.* Iam verò hoc loquendi genus *acuta belli.* & Horatio vſitatum eſt, & illis ſimile, *ſubita belli, obliqua tumuli*, &c. quæ extant apud T. Liuium. ſic ille lib. 6. annal. *treis exercitus ſcriberent, vnum ad præſidium vrbis: alterum, qui, ſiqui alicubi motus extitiſſent, ad ſubita belli mitti poſſet: tertium longè validiſſimum, &c.* Idem 27. *obliqua tumuli.* Idem lib. 30. *incerta belli.* eodem libro. *incerta fortunæ, & incerta caſuum.* idem lib. 33. *quaſſata muri.* eodem libro, *auerſa inſulæ.* Catull. de coma Beren. *condita pectoris.* Lucret. lib. 1. *Ardua dum metuunt, amittunt vera viai* ibid. *non tibi cæca Nox iter eripiet, quin vltima naturai Peruideas.* ſic Cæſar. lib. 3. de bello ciuili, *Pergamique in occultis, ac remotis templi, quo præter ſacerdotes adire fas non eſt, quæ Græci ἄδυτα appellant, tympana ſonuerunt.* Nam ſic hunc locum emendamus, cùm in omnibus exemplis vulgatis legatur *templis.*

TVRNEBVS.

B Ex lib. 24. cap. 35. *Fana deos habuere rectos*, hanc complectitur ſententiam: antè dij Romanis infeſti iniquique erant: ſed poſteaquàm impiè eorum à Pœnis violata templa ſunt, recti & æqui Romanis eſſe cœperunt auerſati Pœnos, quibus antè fauerant.

Ex lib. 11. cap. 26. Grammatici Græci obſeruant ὀξὺ ſignificare plerunque magnum & vehemens eodem modo dixit Horatius, Expediunt peracuta belli: vt Græci ὀξὺν ἄρηα dicunt.

AD AVGVSTVM.

Od. 5.

C *ARGVMENTVM.*

Auguſtum, vt reditum ſuum omnibus optatiſſimum maturet, precatur: & quàm felix ſit eius beneficio rerum Romanarum ſtatus, commemorat. Vnde illum, non aliter quàm olim in Græcia Caſtorem & Herculem, coli dicit.

Diuis orte bonis, optime Romulæ
Cuſtos gētis, abes iam nimiùm diu:
Maturum reditum pollicitus patrum
** Sancto concilio, redi.*
D *Lucem redde tuæ, dux bone, patriæ.*
Inſtar Veris enim vultus vbi tuus
Affulſit populo, gratior it dies,
*Et ſoles melius * nitent.*
Vt mater iuuenem, quem Notus inuido
Flatu Carpathij trans maris æquora
Cunctantem ſpatio longius annuo
Dulci deſtinet à domo:
Votis, ominibúſque, & precibus vocat:
*Curuo nec faciem * littore demouet:*
Sic deſiderijs icta fidelibus
Quærit patria Cæſarem.

Tutus bos etenim rura perambulat:
Nutrit rura Ceres, almáque Fauſtitas:
Pacatum volitant per mare nauitæ:
Culpari metuit fides:
Nullis polluitur caſta domus ſtupris:
** Mos, & lex maculoſum edomuit nefas:*
*Laudantur * ſimili prole puerperæ:*
Culpam pœna premit comes.
Quis Parthum paueat? quis gelidum Scythen?
Quis, Germania quos horrida parturit Fœtus, incolumi Cæſare? quis feræ
Bellum curet Iberiæ?
** Condit quiſque diem collibus in ſuis,*
Et vitem viduas ducit ad arbores.
*Hinc ad vina redit lætus, & * alteris*
Te menſis adhibet deum.
Te multa prece, te proſequitur mero
*Defuſo pateris: & * laribus tuum*
Miſcet numen, vti Græcia Caſtoris,
Et magni memor Herculis.
Longas ô vtinam dux bone ferias
*Præſtes Heſperiæ, dicimus * integro*
Sicci mane die: dicimus vuidi
Cùm ſol Oceano ſubeſt.

BONIS] beneficijs deorum eſt epithetum. Deorum enim eſt benefacere.

ABES IAM NIMIVM DIV] ſic loquitur Liuius lib. 29. *vt mos eſt ijs, qui diu abſunt.*

PATRVM SANCTO CONC.] ſenatui, ſeu potiùs ſenatorum conuentui, vt loquitur M. Tull. epiſt. ad Seru. Sulpic. lib. 4. Eſt enim concilium cœtus, congregatio, conuentus, frequentia quædam, à concalando, id eſt, conuocando
D dictum, inquit Feſtus. Plaut. Milite glorioſo, *ſed ſi ambas videre in vno miles concilio volet.* Lucret. lib. 2. *Multáque præterea magnum per inane vagantur, Concilijs rerum quæ ſunt reiecta:* id eſt, quæ non potuerunt congregari, & cohærere. Idem lib. 3. *Quam, mortale quod eſt, immortali, atque perenni iunctum, in concilio ſæuas tolerare procellas?* Iterum lib. 2. *Quod tamen vt poſſint, ab cœtu, concilióque Nil facient præter vulgum, turbámque animantum.* Virgil. Æneid. 3. de Cyclopibus, *Concilium horrendum.* itaque *concilio* per c non per ſ. ſcribendum eſt hoc loco.

LVCEM REDDE TVÆ] redde te patriæ, cui lux es. redi in patriam.

INSTAR VERIS ENIM, &c.] horum verborum hæc ſententia eſt: Cùm vultus tuus,
A qui inſtar veris eſt, affulſit populo, dies ſunt lætiores, & ſol quodammodo nitidius, ac purius lucere videtur, id eſt, maior eſt dierum ſerenitas. ſic infrà in carmine ſæculari ad Deos, ſolis currum, nitidum dixit: *Alme ſol, curru nitido diem qui Promis, & celas.* Sol maculoſus, atque in nubem cónditus imbreis, Notóſque denuntiat: pallidus grandinem: cæruleus pluuiam: ruber & igneus Euros: at nitidus ac lucidus, ſerenitatem. Virgil. Georg. 1. Scaliger indicauit mihi hæc ex Æſchylo videri eſſe imitata, in Agamem. Σοῦ γὰρ μολόντος δωματῖτιν ἑστίαν Θάλπος μὲν ἐν χειμῶνι σημαίνεις μολόν, &c. id eſt, domum cùm venis, calorem in bruma ſignificas & nuntias.

B VT MATER IVVENEM, &c.] vt mater (inquit) votis, & ominibus, id eſt, bonis verbis, & precibus vocat filium iuuenem, quem Auſter aduerſo flatu longius anno morantem à domo materna deſtinet: nec curuo, &c. Sic, &c. iuuenem pro filio vſurpauit, vt Od. 12. lib. 2. *Telluris iuuenes:* & ep. ad Piſon. *Pater & iuuenes patre digni.*

INVIDO] qui inuidet matri reditum filij: aduerſo.

DISTINET] ſic habent libri manuſcripti: *detinet* libri vulgati. ſed neſcio quomodo mihi magis placet ea ſcriptura, quam ſequitur Porphyr. *Diſtinet:* confirmatúrque auctoritate librorum 2. Vatic. Faërn. Vrſ. Torn. Nicotiani.

DEMOVET] ſic legendum potiùs, quàm *di-*
C *mouet*, vt ſit ἀναστροφὴ, pro de littore mouet. ſic loquitur Terentius Adelph. *Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos.* Tali ferè ſimilitudine vtitur Oppian. lib. 4. de piſcib. vbi de ſargis loquitur. Ὡς δ᾽, ὅτε τηλύγετον μήτηρ γόνον, ἠὲ καὶ ἀκοίτην Εὐνέτις ἀλλοδαπὴν πέλε χθόνα γαίης ἰόντα Ἀχνυμένη στέλλησι, νόος δέ οἱ εἶδον ἀλύει, Ὅσσον οἱ μεσσηγὺ ἁλὸς χύσις, ὅσσα τε κύκλα Μηνῶν, ἀκροτάτοισι δ᾽ ἐπεμβαίνουσα θαλάσσης Κύμασι δακρυόεσσαν ἐπὶ στόμα γῆρυν ἵησι Σπεύδειν λισσομένη, καί μιν πόδες οὐκ ἔτ᾽ ὀπίσσω Ἱεμένην φορέουσιν, ἔχει δ᾽ ἐπὶ πόντον ὀπωπὰς, id eſt, Quemadmodum autem cùm mater filium vnicum, aut nupta virum in oras longinquas profectum mærens dimiſerit, mens ei
D domi languet cogitanti quantum mare ſit interiectum, & quot menſeis abſit: accedens autem ad vltimos maris fluctus vocem lugubrem & lacrymoſam mittit, orans vt properet: nec eam pedes deſiderio exanimatam domum reducunt, habet autem oculos in mari defixos.

SIC DESIDERIIS ICTA FIDELIBVS] ſic pio deſiderio affecta.

TVTVS BOS ETENIM RVRA] βοῦς ἀροτήρ: bos arator. hoc igitur dicit, tuti ſunt agricolæ, & aratores.

PERAMBVLAT] peragrat. Od. 17. epod. *Perambulabis aſtra ſidus aureum.*

VOLITANT] nauigant. non eſt infeſtum mare prædonibus. tralatio. ſic ſup. Od. 37. lib. 1. *ab Italia volantem Remis adurgens.*

CVLPARI

CVLPARI METVIT FIDES] non culpatur cuiuſquam fides, quia nemo eſt, qui fidem datam non ſeruet: nemo, qui eam violet, aut labefactet. *metuit* valet hoc loco φυλάττεται, cauet, non vult, vt annot. ad Od. 2. lib. 2. fides igitur culpari metuit, id eſt, commiſiſſe cauet quamobrem culpetur: quod eſt, fides non fallitur, ſed inuiolata, & ſancta ſeruatur.

MOS, ET LEX MACVLOSVM] boni mores, & lex Iulia de adulterijs, compreſſerunt adulteria.

LAVD. SIM. PR.] Heſiod. ἔργ. καὶ ἡμέρ. in ceteris bonis, ac præmijs, quæ ait eos homines, qui iuſtitiam colant, conſecuturos eſſe, hoc numerat, filios parentibus ſimileis, his verbis, Τίκτουσι δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσι. & Theocrit. ἐγκώμ. Πτολεμ. eius mulieris, quæ virum ſuum non amat, mentem dicit in alio viro ſemper eſſe occupatam, eámque liberos patri diſſimileis párere ſic Theocr. Ἀστόργου δὲ γυναικὸς ἐπ' ἀλλοτρίῳ νόος αἰὲν Ῥηΐδιοι δὲ γοναί, τέκνα δ' οὔποτ' ἐοικότα πατρί, id eſt, mulieris virum ſuum ex animo non amantis, ſemper in alienomens eſt: faciles fætus: liberi numquam patri ſimiles. Politiſſimus autem poëta Catull. in eo carmine, quod ſcripſit in Iuliæ nuptias, precatur, vt Torquatus filius naſciturus ſuo ſit ſimilis patri Manlio, *& facilè inſcijs Noſcitetur ab omnibus, Et pudicitiam ſuæ Matris indicet ore.* Ariſtot. lib. 2. politicorum, ſcribit, populis quibuſdam Libyæ ſuperioris (quos Garamantes eſſe ex Pomponio Mela ſuſpicor) communeis eſſe inter ipſos vxores: liberos autem natos diuidi ex parentum ſimilitudine in eis expreſſa. ſic Ariſtot. τὰ μὲν τοι γενόμενα τέκνα διαιρεῖσθαι κατὰ τὰς ὁμοιότητας.

CVLP. POENA PREM. COM.] id eſt, culpam continuò. ſequitur pœna. culpam ita celeriter ſequitur pœna, vt pede pedem premat. ſic Od. 2. lib. 2. *Raro antecedentem ſceleſtum Deſeruit pede pœna claudo.* Quamquam in illa Oda 2. ſententia generalis eſt, quæ ſignificat, raró impia & ſcelerata facta manere impunita, etiam ſi dij non ſtatim ea puniant: & ita explicat Seruius ad illum Virgil. verſum lib. 1. Æneid. *At ſperate deos memores fandi, atque nefandi.* hîc autem ſignificat Horatius, beneficio Cæſaris leges eſſe validas & ratas: ſtatim, vt aliqua mulier peccauit, & in adulterio deprehenſa eſt, eam ſupplicio affici. ſic ſup. Od. 23. lib. 3. *Et peccare nefas, aut pretium eſt mori.* Idémque de vitis ſentiendum, qui in legem Iuliam commiſerint.

QVIS PARTHVM PAVEAT] Quis Parthos extimeſcat, viuo & ſaluo Cæſare? Auguſto Cæſare imperium obtinente, Parthi ſigna quæ Craſſo, & Antonio ademerant, Romam vltrò remiſerunt. vide Od. 15. huius lib.

CONDIT QVISQVE DIEM, &c.] diem totum vſq; ad veſperum traducit in vineis ſuis, occupatus in vitis cultu, verbi gratia in adminiculorum ordinibus, capitum coniugatione, & religatione, & ſimilibus: neque metu incurſionum hoſtilium ab opere ruſtico deterretur. conditur dies, cùm ſol occidit, aut certè paullò poſt ſolis occaſum. Non admodum diſſimile eſt Plautinum illud, *comburere diem.* Mænech. *Clam vxorem vbi ſepulcrum habeamus, & hunc comburamus diem.* Simillimum & planè geminum eſt, componere diem. Virg. lib. 1. Æneid. *Ante diem clauſo componet veſper Olympo, &c.*

ET VITEM VIDVAS, &c.] *quæ natura caduca eſt* (inquit M. Tull.) *&, niſi fulta ſit, ad terram fertur, eadémque vt ſe erigat, clauiculis ſuis, quaſi manibus, quicquid eſt nacta, complectitur.* Vitem igitur iungit cum viduis arboribus: quales ſunt vlmi, populi, & ſimiles, quæ viduæ ſunt, antequàm iungantur viti: iunctæ autem, maritæ dicuntur, vt ſup. Od. 15. lib. 2. *platanúſque cælebs Euincet vlmos.* & Od. 2. epod. *Altas maritat populos.* ad quem locum aliquot ex Catullo exempla annotauimus.

HINC AD VINA REDIT] quidam libri veteres habent, *Hinc ad vina venit, &c.*

ALTERIS] ſecundis. Saty. 2. lib. 2. *tum penſilis vua ſecundas, Et nux ornabat menſas cum duplice ficu.* Athenæus lib. 14. docet etiam apud veteres fuiſſe ſecundas menſas eleganter, & accuratè apparatas, idque confirmat Pindari teſtimonio. Athenæi verba ſunt hæc: ὅτι γὰρ ἦσαν καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις αἱ δεύτεραι τράπεζαι πολυτελῶς μεμεριμνημέναι, παρίστησι Πίνδαρος ἐν ὀλυμπιονίκαις περὶ τῆς Πέλοπος κρεουργίας διηγούμενος. τραπέζαισί τε ἀμφὶ δεύτατα κρεῶν σέθεν διεδάσαντο καὶ φάγον. ἐμοὶ δ' ἄπορον γαστρίμαργον μακάρων τιν' εἰπεῖν. i. fuiſſe autem etiam apud antiquos ſecundas menſas ſumtuoſè apparatas, & accuratas, oſtendit Pindarus in Olympionicis de carnibus à Pelope conciſis ita narrans: In menſis autem ſecundis carneis tuas diuiſerunt, & comederũt. mihi verò difficile eſt quemquam deorum, lurconem & voracem dicere.

TE PROSEQVITVR MERO] tibi libat.

DE FVSO PATERIS] .i. de pateris fuſo. quod faciunt libantes Dijs immortalibus, vt annotauimus ſup. Od. 31. lib. 1. ad illum locum, *quid orat de patera nouum Fundens liquorem?* Idóque docet Feſtus in voce, calpat. *Calpar* (inquit) *vinum nouum, quod ex dolio demitur ſacrificij cauſa antequàm guſtetur. Ioui enim prius ſua vina libabant, quæ appellabantur Vinalia.* Iam *Defuſo pateris*, pro *Fuſo de pateris*, ἀναστροφὴ eſt, & genus loquendi Horatio, ceteriſque poëtis vſitatum, & familiare, vt annotatum eſt ad Od. 7. lib. 2. Virg. lib. 5. Æn. ſine præpoſitione, & cum verbo ſimplici, dixit, *Vináque fundebat pateris.* cui ſimile eſt illud Georg. 2. *hic fertilis vuæ, Hic laticis, qualem pateris libamus, & auro.* Cùm haberent autem omnes cod. vulgati *Diffuſo*, ego auctoritatem cod. 2. Vatican. & Iannoct. Fæcrn. Tomeſ. ſecutus *Defuſo* repoſui.

HESPERIÆ] Italiæ, vt ſup. Od. 1. lib. 2. *Heſperiæ ſonitum ruinæ.*

INTEG. SICCI MANÈ DIE] quid ſit integro die, declarat vox interiecta *ſicci*, id eſt, non

Reddidi carmen docilis modorum
Vatis Horati.

PROLES NIOBÆA] Niobe Tantali filia Amphionis vxor, filios ex eo ſuſcepit duodecim, ſex mares, totidémque fœminas. Hæc liberorum multitudine, & pulchritudine ferox Latonam præ ſe contemnere auſa eſt, cùm diceret, illam duos ſolùm peperiſſe, Apollinem, & Dianam: ſe duodecim. Iccircò Dij hac contumelia offenſi, Niobæ filios ad vnum interemerunt: Apollo maſculos in Cithærone venanteis, Diana fœminas intra parietes domeſticos, & propemodum in complexu, & gremio matris ſagittis confixit. Iupiter autem Nioben ſuas miſerias deflentem, ac deplorantem miſeratus, eam in ſaxum vertit: quod vſque ad hoc tempus (vt aiunt) in Sipylo monte Phrygiæ lacrymarum fonteis profundens ab omnibus cernitur. Hæc interpres Hom. ἰλ. ω. quo loco hanc fabulam ſic perſequitur poëta, Καὶ γάρ τ' ἠΰκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου, Τῇπερ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοντο, Ἓξ μὲν θυγατέρες, ἓξ δ' υἱέες ἡβώοντες Τοὺς μὲν Ἀπόλλων πέφνεν ἀπ' ἀργυρέοιο βιοῖο Χωόμενος, &c. id eſt, Nam & formoſa Niobe cibi memor tandem fuit, Cui duodecim filij domi interierunt, ſex filiæ, & ſex filij puberes. Hos quidem Apollo interemit ſuo arcu argenteo, Iratus, &c. Pauſanias autem Atticis narrat, ſi propiùs ſpectes, ſaxum illud nullam mulieris ſpeciem præ ſe ferre: ſin longiùs abſis, videberis (inquit) tibi mulierem mærore, & lacrymis contabeſcentem intueri. ſic Pauſan. Ταύτην τὴν Νιόβην καὶ αὐτὸς εἶδον ἀνελθὼν ἐς τὸν Σίπυλον τὸ ὄρος. ἡ δὲ πλησίον μὲν πέτρα καὶ κρημνός ἐστιν, οὐδὲν παρόντι σχῆμα παρεχόμενος γυναικός, οὔτ' ἄλλως, οὔτε πενθούσης. εἰ δέ γε πορρωτέρω γένοιο, δεδακρυμένην δόξεις ὁρᾶν, καὶ κατηφῆ γυναῖκα. Huc pertinet illud Ciceronis ex lib. 3. quæſt. Tuſc. *Et Niobe fingitur lapidea propter æternum, credo, in luctu ſilentium.* Ariſtoteles lib. 7. de moribus ad Nicomach. vbi de continentia & incontinentia diſputat, volens oſtendere, vtramque verſari in iiſdem rebus, in quibus temperantia, atque intemperantia, non in iis, quæ natura bonæ, aut honeſtæ ſunt, quales ſunt victoria, honos, liberi, parentes, neque in earum nimio: ita loquitur: καὶ ἐπαινοῦνται οἱ περὶ ταῦτα σπουδάζοντες, ἀλλ' ὅμως ἔστι τις ὑπερβολὴ καὶ ἐν τούτοις, εἴ τις ὥσπερ ἡ Νιόβη, μάχοιτο πρὸς τοὺς θεοὺς, &c. id eſt, & qui in hæc ſtudium ſuum conferunt, laudantur: verumtamen etiam in his aliquod eſt nimium, ſi quis, vt Niobe, cum dijs pugnet. Callimachus in hymno εἰς Δῆλον, Nioben κακόγλωσσον nominat, id eſt, malæ linguæ, propterea quòd ſe liberorum numero, & pulchritudine Latonæ præſtare dixerat.

MAGNÆ VIND. LING.] *magna lingua vindicem*, hoc eſt μεγαληγορίας, ſeu μεγαλορρημοσύνης: id eſt, iactantiæ, & glorioſæ de ſe, ſuiſque rebus prædicationis: quam Græci magnam

A locutionem, ſeu magnam dictionem nominant, vltorem. *magna* igitur rectè interpretator Porphir. *ſuperba*. Atque hoc obſeruatum eſt à Cruquio.

TITYÓSQVE RAPT.] de Tityo latonam rapere conato diximus ſup. ad Od. 5. lib. 3.

TROIÆ PROPÈ VICTOR.] cur propè victor? quia Hectorem interfecit, quo facto facilius Troia capi potuit, vt Od. 4. lib. 2. *& ademtus Hector Tradidit feſſis leuiora tolli Pergama Graiis.* Victorem autem non dixit ἁπλῶς quia ante Troiam captam à Paride interemtus eſt, idque Apollinis impulſu. Virg. lib. 6. Æneid. princip. *Phœbe graueis Troiæ ſemper miſerate labores, Dardana qui Paridis direxiſti tela, manúſque Corpus in Æacidæ.* B Sed quid locutus eſt Achilles, quod Apollinem offenderit? id fortaſſe, quod eſt apud Homer. ἰλ. χ. in princip. Nam eo loco Achilles minatur Apollini ſe de eo pœnas ſumturum, ſi poteſtas detur, Troianis autem ſui recipiendi facultatem, ſpatiúmque dederat Apollo Agenori ſimilatus. ſic Homer. Ἦ σ' ἂν τισαίμην, εἴ μοι δύναμίς γε παρείη.

ALTÆ] ἰλιάδ. ο. αἰπεινὸν πτολίεθρον & alibi ſæpius Τροίης αἰπὺ πτολίεθρον. & ὀδυσ. γ. αὐτὰρ ἐπεὶ Πριάμοιο πόλιν διεπέρσαμεν αἰπήν. Virg. lib. 2. Æneid. *ruit alto à culmine Troia.*

PHTHIVS] Phthia Achillis patria: quod quidem notum eſt vel ex illo vulgatiſſ. Homeri verſu ἰλ. ι. Ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἱκοίμην. C quem ſic Latinè reddidit M. Tull. lib. de diuin. 1. *Tertia me Phthiæ tempeſtas læta locabit.*

THETIDOS MARINÆ.] Nerei filiæ. Nereus autem Deus marinus.

MORD. VELVT ICTA FERRO, &c.] ſic Homer. ἰλ. δ. Simoiſium Anthemionis filium, ab Aiace Telamonio interfectum, & lethali vulnere accepto cadentem, cum vlmo comparat, quam curruum opifex ferro abſcidit. Hom. ὁ δ' ἐν κονίῃσι χαμαὶ πέσεν αἴγειρος ὥς, &c. Et ἰλ. ν. Imbrium Mentoris filium ab eodem Aiace cæſum cum fraxino, ὁ δ' αὖτ' ἔπεσεν μελίη ὥς, Ἥ τ' ὄρεος κορυφῇ ἕκαθεν περιφαινομένοιο Χαλκῷ τεμνομένη τέρενα χθονὶ φύλλα πέλασσε. id eſt, D ille autem cecidit, vt fraxinus, quæ in vertice mõtis longè vndique apparentis ferro cæſa teneras frondeis terræ admouit. & ἰλ. π. Sarpedonem à Patroclo interfectum cum quercu, aut populo, aut pinu. Ἤριπε δ' ὡς, ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, ἢ ἀχερωΐς, Ἠὲ πίτυς βλωθρὴ, τήν τ' οὔρεσι τέκτονες ἄνδρες Ἐξέταμον πελέκεσσι νεήκεσι νήϊον εἶναι, id eſt, Concidit autem vt cùm quercus aliqua corruit, aut populus, aut pinus alta, ſeu frondoſa, quàm fabri ſecuribus recèns acutis exciderunt, vt eſſet nauale, ſeu pars nauis. quos Homeri verſus exprimere voluit Virgil. Æneid. vbi de Troia cadente loquitur, *Ac veluti ſummis antiquam in montibus ornum, Cùm ferro acciſam, crebriſque bipennibus inſtant Eruere agricolæ certatim: illa vſque minatur, Et tremefacta comam concuſſo vertice*

nutat, Vulneribus donec paullatim euicta ſupremum A *Congemuit, traxitque iugis auulſa ruinam.*

Posvitqve coll. in Pvl. Tevcro] id eſt, occuboit. ſimilia ſunt illa. *Turpe ſolum tetigere mento.* & *humum ore momordit.* de quibus diximus Od. 7. lib. 2. Verùm Achillis mortem non narrat Hom. in Iliade, vt antè diximus. Tantùm ὀδυσ. γ. fit de ea mentio. lib. autem vltimo ὀδυσ. facit animas Achillis, & Agamemnonis apud inferos vnà colloquenteis, hoc modo. Τὸν δ' αὖτε ψυχὴ προσεφώνεεν Ἀτρείδαο, Ὄλβιε πηλέος υἱὲ θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ, Ὃς θάνες ἐν τροίῃ ἑκὰς Ἄργεος· ἀμφὶ δέ σ' ἄλλοι Κτείνοντο τρώων καὶ Ἀχαιῶν υἷες ἄριστοι Μαρνάμενοι περὶ σεῖο, σὺ δ' ἐν στροφάλιγγι κονίης B Κεῖσο μέγας μεγαλωστὶ λελασμένος ἱπποσυνάων. quorum verſuum ſi quis poſtremum, & partem eius, qui antecedit, cum hoc loco Horatiano conferet, videbitur Horatius Homeri verba Latinè exprimere voluiſſe. hanc autem ſcripturam *poſuitque collum in Pul. Teuc.* reperi in duob. Vat. & Fact. Iannoct. eámque puto veram, & germanam.

Ille non inclvs. eqvo Min. Sacr.] id eſt, ſi Achilles vitam vſq; ad Troiam captam perduxiſſet, neque à Paride Apollinis hortatu, atque impulſu interfectus eſſet: non per dolos, neque per inſidias Troianos inopinanteis, & ſecuros oppreſſiſſet: ſed primùm eos aperto Marte cepiſſet, deinde omnem in eos immani- C tatem effudiſſet.

Eqvo] in hoc equo totius Græciæ principes incluſi, Menelaus, Vlyſſes, Diomedes, Pyrrhus, Mneſteus, Teucer, aliique complures Troiam igni, ferróque vaſtarunt. de quo ſic Hom. ὀδυσ. δ. Ἵππῳ ἔνι ξεστῷ, ἵν' ἐνήμεθα πάντες ἄριστοι Ἀργείων, Τρώεσσι φόνον, καὶ κῆρα φέροντες, id eſt, in equo ligneo, in quo inſidebamus Græcorum principes, Troianis cædem, & interitum inferentes & θ. τοὶ δ' ἤδη ἀγακλυτὸν ἀμφ' Ὀδυσῆα Εἵατ' ἐνὶ τρώων ἀγορῇ κεκαλυμμένοι ἵππῳ. id eſt, Vlyſſes autem, & qui cum eo erant, ſedebant in Troianorum contione, ſeu conuentu, ſeu ſenatu equo tecti. & δ. Αὐτὰρ ὅτ' εἰς ἵππον κατεβαίνομεν, ὃν κάμ' Ἐπειός, Ἀργείων οἱ ἄριστοι, id eſt, D verùm cùm in equum deſcendimus, quem Epeus fabricatus eſt, nos Græcorum optimates, &c. Virgil. Æneid. 2. *Inſtar montis equum diuina Palladis arte Ædificant, &c.* ſequitur mox, *Huc delecta virûm ſortiti corpora furtim includunt cæco lateri.* M. Tull. lib. 2. de oratore ſcribit *ex Iſocratis ludo, tamquam ex equo Troiano, meros principes exiiſſe.* idem pro Murena, de Catilina, eiúſque copijs, ac ſocijs loquens, oſtendénſque coniurationis Catilinariæ contagionem ad plureis pertinere, neque omneis illius ſceleris participes cum Catilina ex vrbe exiiſſe: ſed intra mœnia reſtitiſſe: magnopere denique metuendas eſſe inſidias, *latius patet* (inquit) *illius ſceleris contagio, quàm quiſquam putat, atque ad plureis pertinet: Intus, intus, inquam, eſt equus Troianus.* & in oratione pro M. Cœlio, eo loco, quo loco de amaroribus Clodiæ verba facit, quos illa in quibuſdam latebris deliteſcere: deinde, cùm veniſſet Licinius, qui venenum, quo ipſa necaretur, traditurus erat, proſilire, & hominem comprehendere iuſſerat: quærit, *quónam modo la tuerint, aut vbi: alueúſne ille, an equus Troianus fuerit, qui tot inuictos viros muliebre bellum gerentes tulerit, ac texerit.* Plautus Bacchid. totam hanc equi Troiani fabulam ſob Chryſali ſerui perſona, multis verbis perſequitur: eámque ad rem, quæ agitur, facetiſſimè accommodat. Lucretius hunc equum, durateum appellat lib. 1. his verbis. *Nec clam durateus Troianis Pergama partu inflammaſſet equus nocturno Graiugenarum.* idem autem valet durateus apud Lucretium, quod apud Plautum ligneus. Eundem Pauſanias durium nominatum eſſe tradit eodem ferè nomine: Epeique fuiſſe machinam bellicam ad verberandos, ac perſtringendos muros comparatam. Pauſaniæ verba ſunt hæc Atticis: ἵππος ὁ καλούμενος δούριος ἀνάκειται χαλκοῦς. καὶ ὅτι μὲν τὸ ποίημα τοῦ Ἐπειοῦ μηχάνημα ἦν ἐς διάλυσιν τοῦ τείχους, οἶδεν ὅστις μὴ πᾶσαν ἐπιφέρει τοῖς Φρυξὶν εὐήθειαν. λέγεται δὲ ἐς τὸν ἐκεῖνον τὸν ἵππον, ὡς τῶν Ἑλλήνων ἔνδον ἔχοι τοὺς ἀρίστους. καὶ δὴ καὶ τοῦ χαλκοῦ τὸ σχῆμα ἐστὶ κατὰ ταυτά, καὶ Μενεσθεὺς, καὶ Τεῦκρος ὑπερκύπτουσιν ἐξ αὐτοῦ. προσέτι δὲ καὶ οἱ παῖδες οἱ Θησέως, id eſt, equus durius qui appellatur, æreus, dedicatus eſt. Hoc autem opus, C Epei machinam fuiſſe ad muri Troiani euerſionem comparatam intelligit is, qui non putat Troianos prorſus ſtolidos ac ſtultos fuiſſe. Aiunt autem, in illo equo Græcorum præſtantiſſimos & fortiſſimos incluſos fuiſſe. Et verò æris figura, planè ita ſe habet. Tum Mneſtheus & Teucer caput ex eo proferunt: & præterea Theſei filij. Appellatur eodem quoque nomine apud Eurip. Troad. ſed alia ratione: ὅθεν πρὸς ἀνδρῶν ὑστέρων κληθήσεται δούρειος ἵππος κρυπτὸν ἀμπισχὼν δόρυ, id eſt, vnde à poſteris durius equus appellabitur, quòd lignum ſeu haſtam ligneam abſconditam contineat.

Miner. Sacr. ment.] id eſt, quem ſimulabant Græci à ſe fabricatum eſſe, vt Palla- D dem offenſam placarent. Virgil. Æn. 2. *Votum pro reditu ſimulabant.* ibidem. *Hanc pro Palladio moniti, pro numine læſo Effigiem ſtatuêre, nefas quæ triſte piaret.*

Malè feriatos] intempeſtiuè, & magno ſuo malo otianteis, quia tum non debuerunt ferias agitare, nec otioſi eſſe. M. Tull. ferè ſemper *feriatum* pro otioſo ponit. de natura deorum 1. *deum ſic feriatum volumus ceſſatione torpere, vt, ſi ſe commouerit, vereamur, ne beatus eſſe non poſſit.* & de orat. 3. *ſic illi à negotijs publicis aut temporibus excluſi, aut voluntate ſua feriati, &c.* Plaut. in Milite glorioſo, *tibi ego dico, feriatus ne ſis.*

Falleret] lateret, ἔλαθεν ἄν.

Avlam] ἀγορήν, Hom. ἰλ. β. ſenatum. vel dic aulam Priami, id eſt, domum regiam Priami, & ita totam vrbem.

Palàm

Palàm captis] aperto Marte, non inſidioſè captis. libri aliquot veteres habent. *Sed palàm victor grauis, &c.* A

Gravis] acerbus, ſæuus, immitis, δεινὸς, ἀπηνής.

Nescios fari] neſcios fandi, infanteis. νήπια τέκνα. ἰλιάδ. β. & δ.

Etiam latenteis Matr. in al.] ſic Agamemnon apud Hom. ἰλιάδ. Ζῆτα Menelaum hortatur, ne quemquam Troianum pretio accepto ſuis incolumem reddat, ac ne pueris quidem parcat adhuc cuſtodia ventris materni ſeptis. Homeri verba ſunt hæc, τῶν μή τις ὑπεκφύγοι αἰπὺν ὄλεθρον, χεῖράς θ' ἡμετέρας, μηδ', ὅντινα γαστέρι μήτηρ Κοῦρον ἐόντα φέροι, μηδ' ὃς φύγοι, ἀλλ' ἅμα πάντες Ἰλίου ἐξαπολοίατ' ἀκήδεστοι, καὶ ἄφαντοι. B

Potiore alite] melioribus auibus, melioribus auſpicijs. vide Od. 15. lib. 1.

Muros] Romanos. ductos autem muros ita dixit, vt Græci ἠλασμένα τείχη.

Argutæ] argutè canentis, canoræ, ſonoræ.

Lavis] lauas. ſic loquebantur veteres, & ita ſemper Horatius, vt annot. ad Od. 3. lib. 2.

Qui Xantho lav. amne] tale eſt illud. ſup. Od. 4. lib. 3. *Qui rore puro Caſtaliæ lauit Crineis ſolutos, qui Lyciæ tenet Dumeta, &c.* Xanthus Troiæ fluuius. Virgil. lib. 1. Æn. *prius quàm Pabula guſtaſſent Troiæ, Xanthúmque bibiſſent.*

Dauniæ] Latinæ vt ſup. Od. 1. lib. 2. *Daunia cædes.* C Læuis] imberbis. vt ſup. ad Od. 2. lib. 1. annotauimus. [Ἀγυιεὺς etiam dictus eſt Mercurius, quia Mercurij ſine membris fingebantur, & in vijs collocabantur. γυῖα γὰρ τὰ μέλη. vide Vlp. in orat. κατ' μειδ.]

Agyiev] Apollo, Ἀγυιεὺς dictus eſt περὶ τὰς ἀγυιάς: id eſt, vias, ſeu plateas. appellant autem ἀγυιὰς Elei τοὺς ὑπ' ἀβίλω χίων χελθωδίους στενωπούς, id eſt, appellant Elei ἀγυιὰς, ea angiporta, quæ dicuntur ab Athenienſibus στενωποί. Hæc Pauſanias Eliacorum lib. 1. commemorat idem Pauſanias Apollinem Ἀγυιᾶ in Corinthiacis. Docet Suidas, eſſe etiam ἀγυιᾶ columnam in acumen deſinentem, quàm pro foribus collocant: taleis autem columnas à nonnul- D lis Apollini ſacras dici: ab alijs Baccho, ab alijs vtrique idem mox ſcribit, Ἀγυιὰς apud Atticos, fortaſſe eſſe aras, quæ ante ædeis priuatas poni ſolent: Et ἀγυιᾶ eſſe etiam columnam ante ædium atrium & veſtibulum, coni formam in extremo præ ſe ferentem. Hunc locum in libris vulgatis, qui habebant *Agylen*, iam olim corruptum eſſe viderat P. Bembus, vir clariſſ.

Spiritvm Phoeb. mihi] ſup. Od. 16. lib. 2. *mihi parua rura, & Spiritum Graiæ tenuem camœnæ Parca non mendax dedit.*

Virginvm primæ] Iulia Auguſti filia, Marcellæ Marcelli, & Octauiæ ſororis Auguſti, filiæ: vel Iulia, & Agrippina neptes, ex Agrippa, & Iulia.

Pverìqve claris Patrib. orti] C. L. nepotes Auguſti.

Deliæ tvtela deæ] qui eſtis ſub tutela Dianæ, venatricis, & iaculatricis: ſeu quos Diana tuetur. idem ſenſit Catullus alijs verbis, carm. ſæcul. ad Dianam, *Dianæ ſumus in fide Puellæ, & pueri integri.* Iuriſconſulti eos ad ſuam tutelam perueniſſe dicunt, quibus deſijt eſſe tutor, & qui ipſi per ſe res ſuas adminiſtrare, & tueri poſſunt: ſed Horatius hos principes pueros, & virgines Dianæ tutelam appellam, quia ſub eius ſunt tutela. aliter Od. 14. *Auguſtum Italiæ, Romæque tutelam*: & epiſt. 1. libr. 1. Mæcenatem *rerum tutelam ſuarum* appellat.

Cohibentis] id eſt, percutientis, & vulnerantis, ſeu configentis lyncas & ceruos fugienteis, & ita cohibentis, ac reprimentis.

Lesbivm] Sapphicum. Sappho enim Leſbia fuit.

Latonæ pvervm] Apollinem Latonæ filium. Ex quo Latoum appellat Oda 31. lib. 1. Puerum autem pro filio ab Horatio Græcorum more vſurpari interdum ſolere, alibi obſeruauimus, lectorémque admonuimus.

Noctilvcam] lunam nocte lucentem. Varro lib. 4. de lingua Latina, *itaque ea dicta Noctiluca in palatio. nam ibi noctu lucet templum.* Fortaſſe expreſſit epithetum νυκτιλαμπῆ, quod vſurparat antè Simonides, vt intelligere licet ex quibuſdam eius verſibus, qui reperiuntur apud Dionyſ. Halicarn. quod annotauit Muretus, ab Achille Statio admonitus.

Prosperam frvgvm] ineſt in nomine *proſper* interdum vis quædam agendi, vt hoc loco: & apud M. Tull. lib. 6. de repub. *Deinde eſt hominum generi proſper, & ſalutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis, proſperam frugum* igitur interpretor, *fruges proſperantem.* ſuo more autem iunxit hoc nomen patrio caſui.

Celerémqve pron. Volv.] *celerem voluere* genus eſt loquendi Horatio familiare, quod Ode octaua annotabimus: id eſt, celerem in voluendis menſibus, vel celeriter voluentem menſeis. hoc eò pertinet, quòd Luna 28. circiter diebus orbem ſuum conficit: quod eſt ſpatium menſtruum: ex quo lunam Græci μήνην, & μῆνας menſeis appellant. Vide quæ annotata ſunt ad Odam 28. lib. 3. ibi *celeris ſpic. Cynthiæ.*

Pronos] epiſt. de arte poët. *Vt ſiluæ folijs pronos mutantur in annos.*

Sæc. fest. réf. lvces] anno centeſimo, aut centeſimo decimo, vt infrà dicemus.

Diis amicvm] φίλον, id eſt, gratum, atque acceptum ſup. Oda 17. lib. 2. *Nec dijs amicum, nec mihi te prius Obire, Mæcenas, mearum Grande decus, &c.*

Reddidi] quod accepi, reddidi, id eſt, cecini, recitaui. vide annot. ad Od. 11. huius lib.

Docilis modorvm] ego, quæ ſtudioſè, & facilè didici verſus, ſeu cantus Horatianos.

A

TVRNEBVS.

A

EX lib.20.cap.37. Quòd Varro lib.5.de lingua Lati. noctilucam ait dictam eſſe Lunam, ex eo dicit, quòd eo cognomine Luna in palatio colebatur, & noctu in eius templo lampades lucebant. Vnde & lib.5. ſcribit,

Noctiluca lucere ab luce, quòd propter lucem amiſſam is cultus inſtitutus. Scripſit quoque eodem cognomine Horatius, *Ritè creſcentem face noctilucam.* Erat vt conijcio, etiam apud Varronem in Marcipore noctiluca, fax vel lucerna, cùm ſcribebat apud Non. in Anima *Noctilucam tollo, ad focum fero, inflo, anima reuiuiſcit.*

AD L. MANLIVM Torquatum. Od. 7. B

ARGVMENTVM.

Veris aduentu, & æqua omnibus hominibus moriendi conditione ſine ſpe reuiuiſcendi, omniúmque rerum mutatione & viciſſitudine propoſita, inuitat ad hilariter, iucundéque viuendum.

DIffugêre niues, redeunt iam gramina campis,
Arboribúſque comæ.
*Mutat terra vices, & * decreſcentia ripas,*
*Flumina * prætereunt.*
Gratia cum Nymphis, geminíſque ſororibus audet
Ducere nuda choros.
Immortalia ne ſperes, monet annus, & almum
Quæ rapit hora diem.
Frigora miteſcunt zephyris: ver proterit æſtas
Interitura, ſimul
Pomifer auctumnus fruges effuderit: & mox
Bruma recurret iners.
Damna tamen celeres reparant cæleſtia Lunæ:
** Nos vbi decidimus*
Quò pius Æneas, quò Tullus diues, & Ancus:
Puluis, & vmbra ſumus.
*Quis ſcit, an adijciant hodiernæ craſtina * ſummæ*
Tempora Dij ſuperi?
Cuncta manus auidas fugient heredis, amico
** Quæ dederis animo.*
Cùm ſemel occideris, & de te ſplendida Minos
Fecerit arbitria,
Non, Torquate genus, non te facundia, non te
Reſtituet pietas.
Infernis neque enim tenebris Diana pudicum
Liberat Hippolytum:
Nec lethæa valet Theſeus abrumpere caro
Vincla Pirithoo.

DIFFVGÊRE NIVES] Verni temporis deſcriptio. Eſt & altera lib.1.Oda 4. *Soluitur acris hiems, &c.*

COMÆ] frondes, vt ſuprà Od.3.huius lib. *Et*
C *ſpiſſa nemorum coma.* & Od.21.lib.1. *Vos lætam fluuijs, & nemorum coma, &c.* honorem appellat Od.11. epodon. *Hic tertius december, ex quo deſtiti Inachia furere, Siluis honorem decutit.*

MVTAT TERRA VICES] id eſt, mutatur anni tempus fit in terris temporis commutatio, & viciſſitudo.

ET DECRESCENTIA, RIPAS, &c.] id eſt, flumina, quæ niuibus, & pluuijs hibernis creuerant, nunc decreſcentia, intra alueos ſuos, & intra ripas ſuas labuntur, & fluunt. hæc enim vis eſt verbi *præterire* hoc loco, vt & Od.11. lib.2. *quis puer ocyus Reſtinguet ardentis Falerni Pocula prætereunte lympha?* & Tibull. *Sed canis æſtiuos ortus vitare ſub vmbra Arboris, ad riuos prætereuntis aquæ.*
D Contrà Od. 2 huius lib. *Monte decurrens velut amnis, imbres, Quem ſuper notas aluere ripas.*

GRATIA CVM NYMPH. &c.] Pauſanias Bœoticis, complureis enumerat Gratiarum imagines, & ſtatuas à veteribus pictoribus, ac fictoribus pictas, & fictas. ſua autem ætate miratur cur fingantur, & pingantur nudæ. nos ſup. Ode 30. lib. 1. rationes aliquot probabileis attulimus Cum hoc loco congruit id, quod eſt Od.19. lib.3. *Gratia Nudis iuncta ſororibus.* & Oda 4. lib. 1. *Iunctæq; nymphis Gratiæ decentes Alterno terram quatiunt pede.*

DVCERE NVDA CHOROS] Gratiæ nudæ fingebantur, vt ſuprà diximus: ſed hic ideò fortaſſe nudæ choros audent exercere, quia *frigora miteſcunt Zephyris*, vt ait tribus pòſt verſibus.

IMMOR-

Immortalia ne speres] ſæpenos A deterret Pindarus à ſpe, & cogitatione immortalitatis, iubétque ea & ſperare, & optare, quæ in nobis ſita ſunt. vt Pyth. γ. μὴ φίλα ψυχὰ βίον ἀθάνατον σπεῦδε· τὰν δ' ἔμπρακτον ἄντλει μαχανάν, id eſt, ne, care animie, vitam immortalem expete: ſed facilem & in poteſtate tua poſitam hauri & experire machinam & item ὠδ. ε. ἐν τῷ Ἰσθμ. quem locum teſtem producemus infrà Od. 11. huius libr. Annus (inquit Horat.) in quo magnæ exſiſtunt varietates, & qui certo dierum numero aliquando clauditur, ac terminatur: menſes, dies, hora, monent nos ne immortalia ſperemus.

Mitescvnt Zephyris] mitigantur à vere, cuius nuntij ſunt, & prodromi Zephyri, B ſeu Fauonij.

Ver. prot. æst.] id eſt, ver ſequitur æſtas, atque ita ſequitur, vt pedem pede premat, & tandem proterat, & conſumat.

Interitvra] quæ interitura eſt, ſimul atque auctumnus fruges & fructus pepererit.

Simvl] ſimulátque ſimul vt. vide annot. ad Od. 4. lib. 1.

Pomifer avctvmnvs] ſup. Od. 23. li. 3. *Pomifero graue tempus anno.* Scribit Feſtus, quoſdam exiſtimare actunnum ex eo dictum, quòd tùm maximè augeantur opes hominum coactis agrorum fructibus: quod ſi verum eſt, ſcribi debet *auctumnus*, ſeu *auctumnus*, non *autumnus*.

Brvma rec. iners] Virg. Georg. 1. C *hiems ignaua colono.* ſuprà Od. 9. lib. 2. *glacies iners.* Nonnulli libri manuſcr. habent, *recurret*: quos ſequor.

Damna tamen celeres, &c.] attamen hæc damna temporum reparant, & reſarciunt lunæ, ſol, & ceteri planetæ (Lunam autem poſuit, quia nobis eſt omnium proxima, & quia eius vim maximè ſentimus) tempora igitur redeunt: ſed nos ſemel exſtincti nunquam renaſcimur. aliter M. Tull. in Catone maiore de temporibus: *horæ quidem cedunt, & dies, & menſes, & anni, nec præteritum tempus vmquam reuertitur.* Catullus hanc Horatij ſententiam ſic complectitur. *Soles occidere, & redire poſſunt: Nobis cùm ſemel occidit breuis lux, Nox eſt perpetua vna dormienda.* Theocrit. D epitaph. Bionis, eandem paſtorali quidem ſermone & more, ſed in primis eleganter, & venuſtè expreſſit, Αἲ, αἲ· ταὶ μαλάχαι μὲν ἐπὰν κατὰ κᾶπον ὄλωνται, Ἠ τὰ χλωρὰ σέλινα, τό τ' εὐθαλὲς οὖλον ἄνηθον Ὕστερον αὖ ζώοντι, καὶ εἰς ἔτος ἄλλο φύοντι· Ἄμμες δ' οἱ μεγάλοι καὶ καρτεροί, ἢ σοφοὶ ἄνδρες, Ὁππότε πρᾶτα θάνωμες, ἀνάκοοι ἐν χθονὶ κοίλᾳ Εὕδομες εὖ μάλα μακρὸν ἀτέρμονα νήγρετον ὕπνον. quos verſus ſic Latinè reddidi ludibundus. *Eheu: cum ſemel in culto malua aruit horto, Aut viuax apium, foliúmque virentis anethi: Vere reuiuiſcunt, alium & naſcuntur in annum: Nos autem magni, & ſapientes, atque potentes, vt ſemel occidimus: ſub terra lumine caſſi Dormimus longum, immenſum, æternúmque ſoporem.* Homerus omnium antiA quiſſimus, vt faciliùs, qui volet, diſputare, ac defendere queat, nihil hodie dici, quin prius ſit dictum, eſſéque iſt omnium noſtrûm animis innatas, atque inſitas communeis quaſdam, & generaleis ſententias: ἰλ. ι. ſub Achillis perſona ait, pecudes, boues, equos, tripodes quæri, comparari, & redimi poſſe: animum autem hominis, poſteaquàm ſemel è corpore euolarit, numquam emiſſum retrahi, numquam recuperari, numquam reprehendi poſſe, id eſt, numquam eum, qui mortuus ſit, ab inferis poſſe excitari. Verſus Homeri ſunt hi: Λῃϊστοὶ μὲν γάρ τε βόες, καὶ ἴφια μῆλα, Κτητοὶ δὲ τρίποδές τε, καὶ ἵππων ξανθὰ κάρηνα. Ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν οὔτε λεϊστή, Οὔθ' ἑλετή, ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων. Non diſſimili admodum ratione queritur Tibullus lib. 1. pueritiam, & florem ætatis reuerti numquam, vbi ſemel defloruerit. *Crudeles Diui: ſerpens nouus exuit annos: Formæ non vllam fata dedere moram. Solis æterna eſt Phœbo, Bacchóque iuuenta. Nam decet intonſus crinis vtrumque Deum.* Lunas autem celereis dixit, quia breuiſſimo tempore orbem ſuum metiuntur. ſuprà Oda 28. lib. 3. *& celeris ſpecula Cynthiæ.*

Qvò pivs Æneas, qvò Tvl. &c.] in eum locum, quò, &c. ad inferos voluit dicere: ſed vel extenuandæ rei tam formidoloſæ: vel conſolandæ conditionis humanæ gratia, ita locutus eſt. Nam qui dicit eundum eſſe, quò Æneas, quò Romulus, quò Themiſtocles, quò Socrates, quò C Plato, molliore oratione vtitur, quàm ſi disertè diceret, moriendum eſſe, ſimúlque magnum affert tali oratione ſolatium ei, qui cum loquitur, cùm ille eodem tempore cum animo ſuo conſiderat, ſibi non eſſe recuſandum, quò minus eadem, atque illi clariſſimi, & præſtantiſſimi viri, condicione vtatur. ſic loquitur epiſt. ad Numicium lib. 1. *Ire tamen reſtat, Numa quò deuenit, & Ancus.* lege annot. ad Od. 28. lib. 1. lectorem non celabo in eod. Fačr. & aliquot alijs, quos in Gallia nactus ſum, legi, *Quo pater Æneas*. ego tamen ſcripturam receptam ſequor. Sic Virg. lib. 1. Æn. *Sum pius Æneas, raptos qui ex hoſte penateis, &c.* Neque tamen alteram damno. Nam etiam hoc epithetum Æneæ tribuit idem Virgil. eodem libr. D *Iam pater Æneas & iam Troiana iuuentus*. Caſtum appellat Horatius carmine ſæculari poſt epod. *Caſtus Æneas patriæ ſuperſtes.*

Pvlvis et vmbra svm.] Pleni ſunt veterum ſcriptorum libri huius ſententiæ. Soph. in Aiace, Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο, πλὴν Εἴδωλ', ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν. id eſt, Video enim, nos, qui viuimus, nihil aliud eſſe, præterquàm imagines, aut vmbram leuem. Pindarus duo inaniſſima coniunxit inter ſe: vmbram, & ſomnium. Ait enim, homines eſſe vmbræ ſomnium, ὠδ. η. Πυθ. ἐπάμεροι· τί δέ τις, τί δ' οὔτις; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι, id eſt, diurni ſumus. quid refert ſimus, an non ſimus? vmbræ ſomnium ſunt homines. Athenæus lib. octauo verſus neſcio cuius poëtæ profert: quorum hæc ſententia

eſt ſuadere omnibus mortalibus, vt in diem viuant, volo. nam hominem mortuum, eſſe nihil, & vmbram ſub terra. verba illius poëtæ non nominati ſunt hæc, Πᾶσιν θνητοῖσι βούλομαι παραινέσαι, Τοὐφήμερον ζῆν ἡδέως· ὁ γὰρ θανὼν Τὸ μηδέν ἐστι, καὶ σκιὰ κατὰ χθονός. Theognis autem animum ſuum hortatur, vt ſeſe tantiſper dum viuit, oblectet, quando ætas ſuccedat ætati, aliique homines citò orituri ſint: ipſe autem puluis, & cinis futurus ſit. Τέρπεό μοι φίλε θυμέ· τάχ' αὖ τινες ἄλλοι ἔσονται Ἄνδρες· ἐγὼ δὲ θανὼν γαῖα μέλαιν' ἔσομαι. Anacreon ſimiliter, Ὀλίγη δὲ κεισόμεσθα Κόνις ὀστέων λυθέντων. id eſt, Exiguus autem puluis iacebimus oſſibus ſolutis. & in epigr. Græcis, ἐν δ' Ἀχέροντι Ὀστέα καὶ σποδιὴ παρθένε κεισόμεθα, id eſt, in inferis autem oſſa & cinis, ô virgo iacebimus. Eurip. in Proteſilao apud Stob. οὐ θαῦμ' ἔλεξας ἔμπνουν ὄντα δυστυχεῖν, Ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα, καὶ σκιὰ μόνον, id eſt, nihil mirum dixiſti, homini nato fortunam aduerſari, ac reflare. homo enim ventus eſt, & vmbra ſolùm.

QVIS SCIT AN ADIICIANT, &c.] Quis ſcire poteſt, an Dij immortales diem craſtinum vitæ noſtræ adiecturi ſint, quando ne id quidem exploratum habemus, an vſq; ad veſperum victuri ſimus? Quia autem dies craſtinus hodierno eſt proximus, iccircò Horatius ſignificans, vitæ noſtræ ſpatiu eſſe incertiſſimum: ait incertum nobis eſſe etiam vtrùm die craſtino ſimus victuri, nécne. ſic Theocrit. in Hyla. Οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες id eſt, nos, qui mortales ſumus, quique diem craſtinum non cernimus. Eurip. in Alceſtide, Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται: Κ' οὐκ ἔστιν αὐτῶν ὅστις ἐξεπίσταται, Τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται. Τὸ τῆς τύχης γὰρ ἀφανὲς ὅποι προβήσεται, id eſt, mortalibus omnibus moriendum eſt: neq; quiſquam eorum eſt, qui ſciat, vtrùm diem craſtinum ſit victurus, nécne. Nam fortunæ arbitrium quò ſit euaſurum, obſcurum eſt. Sophocl. in Trach. ὥστ' εἴ τις δύο, Ἢ καί γε πλείους ἡμέρας λογίζεται, Μάταιός ἐστιν· οὐ γάρ ἐστ' ἥ γ' αὔριον Πρὶν εὖ πάθῃ τις τὴν παροῦσαν ἡμέραν, id eſt, ſi quis duos, aut plores dies ſecum reputet, ſuóſque numeret, inanis eſt. non eſt enim dies craſtinus prios, quàm quis hodie ſibi fecerit benè.

HODIERNÆ SVMMÆ] id eſt, ad numerum, aut multitudinem dierum, quos vſq; ad hodiernum diem viximus cod. Faër. Iann. Torneſ. Raimit. Card. & duo Vaticani habent *vitæ*, non, *ſummæ*. alij, tum ij, quibus in Italia vſus ſum, tum ij ferè omnes, quos in Gallia nactus ſum, quibuſcum omnes vulgati conſentiunt, *ſummæ*, eúſque ſecutus ſum: nō quòd alteram illam ſcripturam improbem: ſed quòd hæc vulgata videatur mihi quodammodo venuſtior, & magis Horatiana. Eſt enim tralatio vel à nummis, vel ab aceruis frugum, & ſimilium rerum. Saty. 4. lib. 1. *quin per mala præceps Fertur, vbi puluis collectus turbine, ne quid Summæ deperdat, metuens.* & 3. li. 2. *Quantulum enim ſummæ curtabit quiſque dierum?* &c. M. Tull. de offic. 1. *Addendo, deducendóque videre quæ reliqui ſummæ fiat.* Idem pro Roſcio comœdo, *Non refert parua nomina in codicem? Immo omnes ſummas.* & ita ferè locutus eſt Od. 4. lib. 1. *Vitæ ſumma breuis ſpem nos vetat inchoare longam.*

CVNCTA MANVS AVIDAS, &c.] id eſt, ea omnia, quæ tu in curando corpore, & explenda libidine conſumſeris, tua erunt, neque ad heredem peruenient, qui tuis bonis auidè imminet, atque (vt ita dicam) inhiat. Planè hæc ſententia cum ijs, quæ Sardanapali ſepulcro litteris Chaldaicis fuiſſe inſcripta tradit Athenæus lib. 12. conſentanea eſt. ea autem ſunt huiuſmodi, ἐγὼ ἐβασίλευσα, καὶ ἄχρις ἑώρων φῶς τοῦ ἡλίου, ἔφαγον, ἔπιον, ἠφροδισίασα εἰδὼς τὸν χρόνον ὄντα βραχὺν, ὃν ζῶσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ τοῦτον πολλὰς ἔχοντα μεταβολὰς, καὶ κακοπαθείας· καὶ ὅτι, ὧν ἂν καταλίπω ἀγαθῶν, ἄλλοι ἕξουσι τὰς ἀπολαύσεις· διὸ κἀγὼ ἡμέραν οὐδεμίαν παρέλιπον τοῦτο ποιῶν, id eſt, *ego regnaui, & quamdiu mihi lucis vſura data eſt, edi, bibi, rei Venereæ operam dedi, cùm ſcirem & perbreue eſſe vitæ humanæ curriculum, & in hoc multas rerum commutationes, & calamitates incidere: &, quæ bona reliquero, eorum bonorum fructum alios percepturos. Quocircà nullum diem intermiſi, quin hoc agerem.* Verborum autem illorum *amico animo*, eam, quam dixi ſententiam eſſe, Græcorum teſtimonio vincam, à quibus Latini hoc genus mutuati ſunt. ſic enim loquuntur illi, φίλῃ ψυχῇ χαρίζεσθαι, id eſt, caro animo obſequi, aut gratificari, pro, *libidini ſuæ ſeruire*, Simonides apud Stobæum, Νήπιοι, οἷς ταύτῃ κεῖται νόος, οὐδέ τ' ἴσασιν, Ὡς χρόνος ἔσθ' ἥβης, καὶ βιότου ὀλίγος Θνητοῖς, ἀλλὰ σὺ ταῦτα μαθὼν βιότου ποτὶ τέρμα Ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος, id eſt, vt nos quidem vertimus, *ſtulti, mens quibus eſt talis, nec, quanta iuuenta, Et vita humanæ quàm breuis hora, tenent. Tu verò hæc doctus, bona, donec viuere perges, Obdura caro gratificans animo.* Theocr. Hierone, οὐχ' ἅδε πλούτου φρονεόντων ὄνασις· Ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν i. non eſt hic diuitiarum vſus, ſeu fructus, aurum domi conditum ſeruare: ſed alteram partem animo, alteram poëtæ alicui donare. & apud Athenæū, Bacchida ille, qui conſimilem, & geminam Sardanapali vitæ vitā egit, ita loquitur in ea inſcriptione, quam in ſepulcro ſuo incîdi iuſſit: Πῖεν φάγεν, καὶ πάντα τᾷ ψυχᾷ δόμεν, id eſt, ede, bibe, & omnia animo largire. Atque ita Latini Græcorum exemplo *animum* vſurparunt. Plautus Aulular. *egomet me fraudaui, Animúmque meum, Geniúmque meum.* Idem Bacchid. *Paulliſper, Lyde, lubido eſt hominis animo obſequi. Iam aderit tempus, cum ſeſe etiam ipſe oderit.* Idem Mil. glor. *meo animo morem gero.* Idem in Trinummo, *ſi animus hominem perculit, actum eſt*, id eſt, ſi libido à ratione auerſa: quem locum aliàs explicabimus. Terent. Adelph. *Vxor, ſi ceſſes, aut te amare cogitat, Aut tete amari, aut potare, aut animo obſequi.* MANVS AVID. HER.] Sat. 3. lib. 2. *auidus iam hæc auferet heres.*

CÙM SEMEL OCCIDERIS, &c.] vbi ſemel

ſemel mortuus fueris, reuiuiſces numquam, cùm A θάνατος ſit ἀθάνατος, vt inquit ille apud Athen.

Et de te spleno. Minos fecerit] & cùm de te Minos ſplendidè & præclarè iudicarit, ſententiámq; æquiſſimam tulerit. Homerus Minoa iudicem facit apud inferos ὀδυσ. λ. Narrat enim Vlyſſes Alcinoo inter cetera, ſe illum vidiſſe iudicantem cum ſceptro, his verbis. Ἔνθ᾽ ἤτοι Μίνωα ἴδον Διὸς ἀγλαὸν υἱὸν Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νέκυσσιν Ἥμενον· οἱ δέ μιν ἀμφὶ δίκας εἴροντο ἄνακτα. id eſt, hîc autem Minoa vidi Iouis filium, aureum ſceptrum tenentem, Mortuis ius dicentem, ac ſedentem: illi autem de iure dominum conſulebant. Plato quoque in Gorgia, in ea fabula, quam narrat de iudicijs morientium, quæ anteà penes viuos erãt, B ad mortuos trãſlatis: Iouem inducit duos ex Aſia iudices dantem, Minoëm & Radamãthum: vnum ex Europa, Æacum, quia cum ipſi quoque mortui ſint, verſimile ſit eos integrè & incorruptè de mortuis iudicaturos. Primæ autem, & præcipuè iudicandi partes Minoi dantur, vt ex his Platonis verbis intelligere licet. Μίνῳ δὲ πρεσβεῖα δώσω ἐπιδιακρίνειν ἐὰν ἀπορῆτόν τι τὼ ἑτέρω ἵνα ὡς δικαιοτάτη ἡ κρίσις ᾖ περὶ τῆς πορείας τοῖς ἀνθρώποις. vide annot. ad Od. 13. lib. 2.

Non te restitvet pietas] ſic ſuprà Od. 14. lib. 2. *Eheu fugaces, Poſtume, Poſtume, Labuntur anni, nec pietas moram Rugis, & inſtanti ſenectæ Afferet, indomitæq; morti.* habet autem hæc C repetitio, *Non genus, non te facundia, nõ te, &c.* quam Græci ἀναδίπλωσιν vocant, multum venuſtatis. Sic Sappho. οὐκέτι ἥξω πρὸς σέ, οὐκέτι ἥξω. id eſt, non amplius ad te veniam, non amplius veniam. lege quæ annotata ſunt ſuprà ad illum locum, *Ibimus, ibimus, &c.* Od. 17. lib. 2.

Infernis neq. enim tenebr. &c.] Pallas apud Hom. ὀδυσ. γ. ait ne deos quidem immortaleis ab eo, quem carum habeant, mortem arcere, aut propulſare poſſe, his verſibus, Ἀλλ᾽ ἤτοι θάνατον μὲν ὁμοίιον οὐδὲ θεοί περ Καὶ φίλῳ ἀνδρὶ δύνανται ἀλαλκέμεν, &c. quos ſuprà teſteis produximus ad Od. 24. lib. 3.

Pvdicvm] pudicus eſt propriè, qui alterius libidinem in ſuo corpore non eſt paſſus, vt epiſt. D ad Quinct. lib. 1. *neget eſſe pudicum.* quæ ſignificatio huic loco fortaſſe conuenire non poteſt. Itaque putabam hîc pudicum accipiendum pro eo, qui alterius pudicitiam non violet: & qui alterum non efficiat impudicum. qualis fuit Hippolytus, qui nouercæ ſtuprum inferre noluit. Sed dic etiam hoc loco pudicum propriè poni. Nam pudicus eò dicitur Hippolytus, quòd nouercæ libidinem in ſuo corpore non pertulit, quin eam depulit, ac diſcuſſit. Non enim ipſe, ſed eius nouerca Phœdra libidine ardebat, quam ſua temperantia compreſſit, ac retrudit.

Liberat Hippolyt.] Theſeus Ægei filius Hippolyto ex Antiopa Amazone ſuſcepto, Phædram Minois filiam duxit vxorem. Ille vxoris in filium inſidias veritus, Hippolytum Trœzenem amandauit, vt illic regnaret. Phædra autem illius amore incenſa, primùm Veneri templum conſecrauit Athenis, vt eam ſibi placatam, propitiámq; haberet, quod poſteà Hippolyteum appellatum eſt: Deinde Trœzenem profecta, ſperans ſe iuueni perſuaſuram, vt ſecum rem haberet: ab eóque malè accepta, ac repudiata, dicitur crimen, quod erat ipſius proprium, in illum tranſtuliſſe, Theſeóque renuntiaſſe ſe ab illo de ſtupro eſſe appellatam. Theſeus re credita, Hippolyto iratus, cùm treis ei optiones dediſſet. Neptunus, filij ſui interitum optauit. Neptunus autem Hippolyto ſeſe quadrigarum curriculo exercente, repente belluam marinam in equos immiſit: cuius aſpectu territi, Hippolytum diſtraxerunt. lege Euripidis Hyppolytum coronatum. Sed quòd hîc negat Horatius Hippolytum à Diana liberatum eſſe, nihil videtur ad rem attinere, cum Pindarus Πυθ. ᾠδ. γ. cum ab Æſculapio ad lucem, vitámque ab inferis reuocatum eſſe auro accepto tradat: atque ob id Iouem iratum fulmen in vtrumque miſiſſe: alij autem in Æſculapium ſolum: quod confirmat Pauſan. Corint. his verbis: ταύτης τῆς στήλης τῷ ἐπιγράμματι ὁμολογοῦντα λέγουσιν Ἀρικιεῖς, ὡς τεθνεῶτα Ἱππόλυτον ἐκ τῶν Θησέως ἀρῶν ἀνέστησεν Ἀσκληπιός. id eſt, huius columnæ inſcriptioni conſentanea dicunt Aricienſes: nempe mortuum Hippolytum Theſei diris precibus ab Æſculapio eſſe ab inferis excitatum. & Plato libr. 3. de legibus, Ἀπόλλωνος μὲν φασιν Ἀσκληπιὸν εἶναι· ὑπὸ δὲ χρυσοῦ πεισθῆναι πλούσιον ἄνδρα θανάσιμον ὄντα ἰάσασθαι· ὅθεν δὴ κεραυνωθῆναι αὐτόν, id eſt, Apollinis quidem filium aiunt eſſe Æſculapium, Sed eum auro adductum eſſe, vt hominem diuitem moribundum ab interitu vindicaret: quocirca eum fulmine percuſſum eſſe. Virgilius lib. 7. Æneid. *Namque ferunt fama Hippolytum, poſtquàm arte nouercæ Occiderit, patriáſque explerit ſanguine pœnas, Turbatis diſtractus equis: ad ſidera rurſus Æthera, & ſuperas cæli veniſſe ſub auras, Pæonijs reuocatum herbis, & amore Dianæ.* Hæc igitur non pugnarent inter ſe, Hippolytum non eſſe à Diana liberatum, quod dicit Horat. & eundem excitatum eſſe ab inferis beneficio Æſculapij: niſi adderet Virgil. *& amore Dianæ.* Profert hunc locum Seruius ad illum Virgilij.

Nec lethæa valet Thesevs abrvmp. &c.] de Pirithoo diximus ſup. ad Od. 4. lib. 3. ibi, *amatorem trecentæ Pirithoum cohibent catenæ.* de Theſeo vide Plutarchum in Theſeo.

AD MARCIVM CENſorinum, Od. 8.

ARGVMENTVM.

Nihil eſſe carminibus potentius ad ſempiternam ſui nominis memoriam poſteris prodendam, atque ab obliuione hominum vindicandam.

*DOnarem pateras, grataque * commodus,*
*Cenſorine, meis * æra ſodalibus:*
Donarem tripodas, præmia fortium
Graiorum: neque tu peſſima munerum
** Ferres: diuite me ſcilicet artium,*
Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas
Hic ſaxo, liquidis ille coloribus
** Sollers nunc hominem ponere, nunc deum.*
*Sed non hæc mihi * vis: non tibi talium*
Res eſt, aut animus deliciarum egens.
Gaudes carminibus: carmina poſſumus
*Donare: & * pretium dicere muneris*
Non inciſa notis marmora publicis,
Per quæ ſpiritus, & vita redit bonis
Poſt mortem ducibus: non celeres fugæ
Reiectæq; retrorſum Annibalis minæ,
Non incendia Karthaginis impiæ,
** Eius, qui domita nomen ab Africa*
Lucratus rediit, clarius indicant
Laudes, quàm Calabræ Pierides: neque,
*Si chartæ * ſileant quod bene feceris,*
*Mercedem tuleris. * quid foret Iliæ,*
Mauortiſque puer, ſi taciturnitas
Obſtaret meritis inuida Romuli?
Ereptum Stygiis fluctibus Æacum
Virtus, & fauor, & lingua potentium
Vatum diuitibus conſecrat inſulis.
*Dignum laude virū Muſa vetat * mori:*
** Cælo Muſa beat. ſic Iouis intereſt*
Optatis epulis impiger Hercules.
** Clarum Tyndaridæ ſidus ab infimis*
Quaſſas eripiunt æquoribus rateis.
Ornatus viridi tempora pampino
Liber vota bonos ducit ad exitus.

PATERAS] pateræ in poculis erant (inquit Varro lib. 4. de lingua.) à patendo dictæ.

COMMODVS] Sic reperi ſcriptum in duob. cod. Vatic. longè optimis, & Iannoct. & vno Nicotiano, & Danielis, & vno Ruſſardino, & præterea meo, alij cum vulgatis conſentiunt, qui omnes (præter Aldinos) habent *commodus*. Ego ita priorem ſcripturam amplexus ſum, vt tamen
A vulgatam, præſertim ab alijs veteribus codic. confirmatam, non damnem. ſed hæc certè mihi videtur elegantior, Horatióq; familiarior: quam ſic explico, *Donarem commodus*, id eſt, in eo me commodum præberem. & in eo commodus eſſem, quòd donarem pateras meis ſodalibus, &c. Iam verò commodi dicuntur ij, qui ſeſe ad aliorum mores vel ſuo iudicio accommodant, vel ſunt accommodati natura, & qui alijs facilè, & libeter obſequuntur, & profunt. Cic. pro Murena, *Nemo Catone proauo tuo commodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis.* Idem de amicit. *Qui autem commodus fuerint moribus, eos proſperis rebus immutari.* Idem frumentat. *totámque habebat morum ſimilitudo coniunctionem, atque concordiam, vt*
B *Apronius, qui alijs inhumanus, ac barbarus, iſti vnus commodus ac diſertus videretur.* Horat. in epiſt. ad Piſones, *Spondéos ſtabileis in iura paterna recepit Commodus, & patiens.* & in epiſt. ad Auguſt. *commodus vltro Arceſſas.* Terent. Heautont. *mulier commoda & faceta hæc eſt meretrix.* Plautus Milit. glorioſo, *vel conuiua commodus.* & Pœnulo, *commodos conuiuas.* ἀρθμίους appellant Græci. *Donarem commodus* autem ex illo genere eſt, cuius illa ſunt, *ne parce malignus*, *Parce negligens*, *Si venerer ſtultus*, & ſimilia, quæ annotata ſunt ad Od. 8. lib. 3.

ÆRA] ſigna ærea, ſtatuas æreas: vel vaſa ærea affabrè facta, & antiqua epiſt. ad Numic. *I nunc, argentum, & marmor vetus, æráque, & arteis Suſpice.* & Saty. 4. lib. 1. *ſtupet Albius ære.* & Saty. 3. lib. 2.
C *Quo vafer ille pedes lauiſſet Siſyphus ære.*

TRIPODAS, PRÆMIA FORTIVM] exemplum eſt apud Hom. ἰλ. ψ. Δῶκε δ' ἄγειν ἑτάροισιν ὑπερθύμοισι γυναῖκα. Καὶ τρίποδ' ὠτώεντα φέρειν, id eſt, dedit autem ſocijs magnanimis fœminam agere, & tripoda ferre. ita Heſiod. ἔργ. κ. ἡμερ. cuius verſ. mox proferemus. Iterum Homer. ἰλ. ι. ὑμῖν δ' ἐν πάντεσσι περικλυτὰ δῶρ' ὀνομήνω: Ἕπτ' ἀπύρους τρίποδας, δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα, &c. quos Homeri verſus ſic videtur adumbraſſe Virg. Æn. 9. *Bina dabo argento perfecta atque aſpera ſignis Pocula, deuicta genitor quæ cepit Ariſba: Et tripodas geminos, auri duo magna talenta.* Iterum Hom. ὀδ. ο. δῶσει δέ τί τοι ἕν γε φέρεσθαι, Ἠέ τινα τριπόδων εὐχάλκων, ἠὲ
D λέβητα: Ἠὲ δύ' ἡμιόνους, ἠὲ χρύσειον ἄλεισον: dabit autem tibi vnum quidem ferre, Aut aliquem tripodem ex ære, aut lebetem, Aut duos aſinos, aut aureum poculum.

FERRES] auferres, acciperes, vt ſup. Od. 16. lib. 3. *à Dijs plura ferret.* & epiſt. ad Iulium Florum lib. 2. *non temerè à me Quiuis ferret idem.* ead. epiſt. *Grandia laturus meritorum præmia.* & epiſt. ad Auguſt. eodem li. *Munera, quæ multa dantis cum laude tulerunt.* & Saty. 1. lib. 2. *multa laborum Præmia laturus.* & epiſt. 3. lib. 1. *Prima feres ederæ victricis præmia.* & epiſtol. 17. eiuſdem lib. *Coram rege ſuo de paupertate tacentes Plus poſcente ferent.* ſic loquuntur & Græci. Heſiod. ἔργ. καὶ ἡμερ. ἔνθα με φημὶ Ὕμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα. id eſt, hic me dico cùm hymno victor diſceſſiſſem, tuliſſe tripodem

tripodem auritum, ſeu anſatum. ſic Virg. Æn. 4. *magnum dat ferre talentum.*

Diuite me scilicet artium, &c.] id eſt, ſi abundarem ſignis & tabulis pictis.

Parrhasius] pictor clarus, Athenienſis: vel, vt alij volunt, Epheſius. de quo Xenoph. ἀπομνημονευμ. γ. εἰσελθὼν μὲν γάρ ποτε πρὸς Παῤῥάσιον τὸν ζωγράφον, καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ, &c. & Plin. lib. 35. cap. 6. & cap. 10. ſtatim à principio capitis.

Scopas] ſtatuarum fictor: cuius opus commemorat Pauſanias Corinth. Herculem è ſaxo. Idem Atticis opera omnium præſtantiſſima vel ipſius artificis iudicio, Satyrum, & Cupidinem. De eodem Tullius lib. 1. de Diuinatione, *Fingebat Carneades, in Chiorum lapidicinis ſaxo diffiſſo caput extitiſſe Paniſci. Credo, aliquam non diſsimilem figuram, ſed certè non talem, vt eam factam à Scopa diceres.*

Hic] Scopas. refertur enim ad id, quod propius abeſt.

Liqvidis ille coloribvs] ille, Parrhaſius.

Sollers] ſollers dictus, quaſi ὅλος ἀρετή. id eſt, totus ars, ſeu virtus. Itaque prior ſyllaba rectè ſcribitur duobus ll, vt producatur: vel à voce Oſca ſollo, id eſt, toto, & arte, inquit Feſtus.

Sollers nvnc homi. ponere] id eſt, ſollers in ponendo, hoc eſt, in fingendo, ſeu faciendo homine. frequens eſt Horatius hoc loquendi genere: quod à Græcis ſine dubio manauit. ſolent enim ita loqui, δεινὸς λέγειν, δεινὸς ποιεῖν. Æſchylus in Prometh. Δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρον, id eſt, ſollers & callidus ad inueniendam viam, & facultatem etiam in rebus impeditis, & pæne inexplicabilibus. Plutarchus de Catone maiore, ἡδὺς συγγενέσθαι, id eſt, ſuauis in congreſſibus. Hom. ἰλ. μ. Τάφρος οὔτ' ἂρ ὑπερθορέειν σχεδὸν, οὔτε περῆσαι ῥηϊδίη, id eſt, foſſa neque ad tranſiliendum, neque ad tranſeundum facilis. Libet autem mihi hoc loco Horatiana omnia, quæ ad hoc genus pertinent, colligere, ac ſub vno veluti aſpectu ponere. Od. 12. lib. 1. *Blandum & auritas fidibus canoris Ducere quercus.* ibidem, *ſuperare pugnis Nobilem.* Od. 10. eiuſdem, *Callidum, quicquid placuit, iocoſo Condere furto.* Ode vndecima eiuſdem, *ſcire nefas.* niſi quis malit illud *ſcire*, pertinere ad verbum *quæſieris*, Od. 35. *Præſens vel imò tollere de gradu.* ibid. *Ferre iugum pariter doloſi.* Od. 37. eiuſd. *quidlibet impotens Sperare.* Od. 11. lib. 3. *Túque teſtudo reſonare ſeptē Callida neruis.* Od. 12. eiuſd. *catus iaculari.* ibid. *celer excipere.* Od. 3. eiuſd. *Aurum irrepertum ſpernere fortior, Quàm cogere humanos in vſus.* Od. 12. eiuſd. *Segnéſque nodum ſoluere Gratia.* Od. 19. eiuſd. *Ludum inſolentem ludere pertinax.* Od. 3. lib. 1. *Audax omnia perpeti gens humana.* in carmine ſæculari ad Deos poſt epod. *maturos aperire partus Lenis Ilithyia.* ibid. *veraces cecinisse Parcæ.* Od. 6. huius lib. *celerémque pronos Voluere menſes.* Od. 14. eiuſd. *impiger hoſtium Vexare turmas.* Od. 4. lib. 2. *leuiora tolli Pergama Grais.* Od. 2. hoc libro. *niueus videri.* Od. 12. eiuſd. lib. *Curas eluere efficax.* ibid. *Spes donare nouas largus.* epiſt. ad librum ſuum lib. 1. *Iraſci celerem.* & epiſt. ad Scæuam eod. lib. *fundus nec paſcere firmus.* Saty. 4. lib. 1. *durus componere verſus.* ibid. *piger ſcribendi ferre laborem.* Sat. 8. lib. 2. *Ridiculus totas ſimul abſorbere placentas.* Satyr. 7. eiuſd. lib. *Reſponſare cupidinibus, contemnere honores fortis.* & Od. 16. epod. *Nefas videre.* & epiſt. ad Quinctium. *Fons etiam riuo dare nomen idoneus.* de arte poet. *amata relinquere pernix.* ibid. *foraminis pauco Aſpirare, & adeſſe choris erat vtilis.* ibid. *Cereus in vitium flecti.*

Ponere] fingere, facere, ποιεῖν, τιθέναι. Sic enim Græci ſæpe τιθέναι, quod valet ponere, pro facere vſurpant.

Sed non hæc mihi vis] ſed non eſt mihi hæc facultas, ſeu poteſtas, δύναμις: ſeu copia.

Res] res familiaris: aut quia abundas, aut quia non deſideras, vt declarat id, quod ſequitur.

Et pretivm dicere mvneris] æſtimare munus, & indicare quanti ſit, non, vt vendamus tamen: ſed vt ſcias, quanti pretij rem accipias à nobis, nempe carmina. *muneris* autem, non *muneri* legendum videtur: & ita Acron & Porph. Accedit vnius cod. antiq. Vatic. auctoritas, & Tornæſ. & aliquot aliorum. Iam per munus perſpicuè carmina ſignificat, quæ ſe donare poſſe dicit. *muneri* tamen non damno: ſi quis fortè malit: cùm in pluribus codicib. antiqu. reperiatur.

Non incisa notis marmora, &c.] horum verborum ſententia hæc eſt, Non ſtatuæ marmoreæ, litteris & inſcriptionibus honorificis notatæ, ceteráque monumenta à ſenatu P. Scipioni Africano decreta, neque retractus Annibal ab Italia in Africam conſilio & virtute P. Scipionis, non domita ab eo Karthago, clariorem illum reddiderunt, quàm Ennij poëma. Non enim omnes, qui res præclaras ac laudabileis geſſerunt, iidem ſui nominis memoriam poſteritati prodere potuerunt: ſed ij demum, qui præconem aliquem ſuarum virtutum, rerúmque geſtarum nacti ſunt, vt dicemus ex Pindaro Od. proxima. non diſſimile eſt id, quod ait epiſt. ad Auguſt. libro. 2. *Nec magis expreſsi vultus per ahenea ſigna, Quàm per vatis opus mores, animique virorum Clarorum apparent.*

Incisa notis pvblicis] verbi gratia his litteris, *S. P. Q. R. AD ÆTERNAM P. CORNELII SCIP. AFRICANI MEMORIAM.*

Per qvæ spir. etv. r. b.] i. quæ efficiunt & præſtant, vt boni & fortes imperatores mortui quodammodo renaſcantur, & reuiuiſcant.

Bonis] fortibus, ἀγαθοῖς, ἐσθλοῖς.

Reiectæqve retrorsvm] reuocatæ, ac retractæ in Africam, vide T. Liuium lib. 28. 29. 30. annal.

IMPIÆ] fœdifragæ,& contra fœdeta bellum renouantis.

EIVS, QVI, &c.] P. Cornelius Scipio Africanus deſcribitur. Coniunge autem, *eius* cum voce *laudes*.

LVCRATVS] nam ob deuictam Karthaginem ei cognomen Africano ex virtute fuit. Saty. t. lib. 2. *num Lalius, aut qui Duxit ab oppreſſa meritum Karthagine nomen, &c.*

QVÀM CALABRÆ PIERIDES] quã Ennij ſcripta, qui Calaber fuit, neque Rudius. Sic Pindarus Olymp. εἰδ. ιωϛ. ἔχοντι δ' εὐρὺ κλέος κόραι Πιερίδες Διός. id eſt, habent enim amplam laudem Iouis filiæ Pierides.

NEQVE, SI CHARTÆ SILEANT, QVOD,&c.] ſi litteris (inquit Horat.) non mandentur rectè facta, præclaraque facinora: nulla erit eorum merces, nullum præmium: erunt autem tenebris ſepulta ſempiternis. Hanc ſententiam ſplendidè, ſanè, atque ornatè perſequitur Pindarus Nem. carm. ſeptimo, hoc modo. *Magnæ corporis vires, magnæque animi virtutes, ab hymnis & laudationibus derelicta denſis tenebris circumfunduntur. Vnicum eſt autem rerum fortiter geſtarum ſpeculum, quo videlicet illa poſteritati prodantur, atque immortalitati commendentur, & conſecrentur, carmen à docto aliquo poëta conſcriptum, quod illarum rerum laudes, tanquam laborum præmia, complectatur.* Verba Pindari ſunt hæc, ταὶ μεγάλαι γὰρ ἀλκαὶ σκότον πολὺν ὕμνων ἔχοντι δεόμεναι. ἔργοις δὲ καλοῖς ἔσοπτρον ἴσαμεν ἑνὶ σὺν τρόπῳ, εἰ μνημοσύνας ἕκατι λιπαράμπυκος εὕρηται τις ἄποινα μόχθων κλυταῖς ἐπέων ἀοιδαῖς.

QVOD BENE FECERIS] tua in remp. benè merita: tuas res geſtas, reipublicæ vtileis ac ſalutareis.

MERCEDEM] ἄποινα μόχθων vocat Pind. carmine illo 7. quod ſuprà protuli. & alibi, μισθὸν. ſic ille, ποτίφορος δ' ἀγαθοῖσι μισθὸς οὗτος.

TVLERIS] abſtuleris, acceperis, vt ſuprà annot.

QVID FOR. ILIÆ, MAV. QVÆ PVER] Romulus. hanc ſententiam videtur ex Theocrito, nominibus dumtaxat immutatis, expreſſiſſe. ſic autem ille ex Hierone, τίς δ' ἂν ἀριστῆας Λυκίων ποτὲ, τίς κομόωντας Πριαμίδας ἢ θῆλυν ἀπὸ χροιᾶς Κύκνον ἔγνω, Εἰ μὴ φυλόπιδας προτέρων ὕμνησαν ἀοιδοί; Οὐδ' Ὀδυσεὺς ἑκατόν τε καὶ εἴκοσι μῆνας ἀλαθεὶς Πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ἀΐδαν τ' εἰς ἔσχατον ἐλθὼν Ζωὸς, καὶ σπήλυγγα φυγὼν ὀλοοῖο Κύκλωπος, Δηναιὸν κλέος ἔσχεν· ἐσιγάθη δ' ἂν ὑφορβὸς Εὔμαιος, καὶ βουσὶ Φιλοίτιος ἀμφ' ἀγελαίαις Ἔργον ἔχων, αὐτός τε περισπλαγχνὸς Λαέρτης, Εἰ μὴ σφᾶς ὤνασαν Ἰάονος ἀνδρὸς ἀοιδαί. id eſt, Quis vnquam optimateis Lyciorũ, quis Priami filios, aut Cycnũ nouiſſet, niſi ſuperiora bella ceciniſſent poëtæ? Neque verò Vlyſſes poſt errores decem annorum, per omnium ferè hominum vrbeis vagatus, etiam ad inferos profectus viuus, tot denique periculis perfunctus, atque ex antro Cyclopis ſaluus reuerſus, diuturnam laudem conſecutus eſſet: tùm ſubulcus Eumæus ſilentio præteritus eſſet, & Philœtius, & Laërtes: niſi eos Homeri cantus ab obliuione vindicaſſent. ſic Tibul. lib. 1. *Carmine purpurea eſt Niſi coma, carmina ni ſint, Ex humero Pelopis non nituiſſet ebur.*

DIVITIBVS CONSECRAT INSVLIS] conſecrat immortalitati. ſic & Od. 16. epod. *arua, beata Petamus arua, diuiteis & inſulas.* μακάρων νήσους vocant Græci.

CÆLO MVSA BEAT] in cælo collocans beatum efficit. annotatum ad Od. 3. lib. 1.

SIC IOVIS INT. OPTATIS, &c.] Vlyſſes apud Home. ὀδ. λ. Alcinoo narrat, ſe Herculis idolum quidem apud inferos vidiſſe: ipſum Herculem autem cum ceteris diis immortalibus ſuauiſſimis epulis oblectari, Iouiſque & Iunonis filiam Heben in matrimonio habere. Verba Homeri ſunt hæc: τὸν δὲ μετ' εἰσενόησα βίην Ἡρακληείην, Εἴδωλον· αὐτὸς δὲ μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι τέρπεται ἐν θαλίῃς, καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην, Παῖδα Διὸς μεγάλοιο καὶ Ἥρης χρυσοπεδίλου. Hoc idẽ ſcribit Heſiod. in Theogon. his verbis. Ἥβην δ' Ἀλκμήνης καλλισφύρου ἄλκιμος υἱὸς Ἲς Ἡρακλῆος, τελέσας στονόεντας ἀέθλους, Παῖδα Διὸς μεγάλοιο καὶ Ἥρης χρυσοπεδίλου, Αἰδοίην θέτ' ἄκοιτιν ἐν Οὐλύμπῳ νιφόεντι, Ὄλβιος, ὃς μέγα ἔργον ἐν ἀθανάτοισι τελέσσας Ναίει ἀπήμαντος, καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα. id eſt, Heben autem Iouis & Iunonis filiam vxorem in cœlo nactus eſt Alcmenæ filius, duris laboribus perfunctus: Fortunatus, qui magna re geſta inter immortaleis habitat, malorum, & ſenectutis ſemper expers. Pindarus itẽ Nem. εἰδ. α. Tireſiam facit cùm alia, tùm hæc de Hercule vaticinantem, ac prædicentem, multis eum exhauſtis laboribus, omni reliquo tempore otioſum, quietúmque victurũ, & in domicilio Deorum immortalium commorantem & epulantem Hebes nuptiis potiturum. & ἰσθμ. εἰδ. δ. de eodem ſic, Νῦν δὲ παρ' Αἰγιόχῳ κάλλιστον ὄλβον ἀμφέπων ναίει, τετίματαί τε πρὸς ἀθανάτων φίλος· Ἥβαν τ' ὀπυίει χρυσέων οἴκων ἄναξ καὶ γαμβρὸς Ἥρας.

IMPIGER HERCVLES] ſup. Od. 3. libr. 3. *vagus Hercules.* infrà efficacem dixit Od. 3. epod.

TINDARIDÆ] Caſtor, & Pollux, quamuis Caſtor, Tyndari: Pullux, Iouis eſſet filius, *clarum ſidus* autem κατὰ σύνθεσιν. *lucida ſidera* dixit numero multitudinis Od. 3. lib. 1. *Sic fratres Helenæ lucida ſidera.* Eodẽ pertinent illa ex Oda 12. eiuſd. lib. *pueróſque Ledæ, Hunc equis, illum ſuperare pugnis Nobilem: quorum ſimul alba nautis Stella refulſit: Defluit ſaxis agitatus humor, &c.*

ORNATVS VIRIDI TEMP. PAMP.] Liber, cui tempora ſunt ornata pampino, carminibus poëtarum in cælum ſublatus, & Deus factus, ab hominibus imploratus, & precibus fatigatus, eorum preces ad bonos & ſecundos exitus perducit. Ex eo quòd Baccho vota faciunt homines,

homines, intelligimus eum Deum eſſe factum: A Deus autem factus eſt carminibus poëtarum, vt extrema cum primis conſentiant. ſuprà Od. 25. lib. 3. *Dulce periculum eſt, O Lenæe ſequi Deum Cingentem viridi tempora pampino.*

TVRNEBVS.

Ex lib. 9. cap. 31. *--quia ponere totum Neſciet*, more Græco dixit Horatius, de art. poët. pro facere. Nam in eo ſenſu ſæpenumerò τιθέναι ab Homero vſurpatur. Sic alio loco Flaccus, *Soles nunc hominem ponere, nunc Deum*: id eſt facere.

AD LOLLIVM. B

Od. 9.

ARGVMENTVM.

Scripta ſua nunquam interitura. ſine poëtarum ope, virtutem obliuione ſempiterna deleri. ſe ſuis verſibus res à Lollio geſtas memoriæ proditurum. Laus conſtantiæ, abſtinentiæ, & cæterarum virtutum.

Ne forte credas interitura, quæ
Longè ſonantem natus ad Aufidum, C
* *Non antè vulgatas per arteis*
Verba loquor ſocianda chordis:
Non, ſi priores Mæonius tenet
Sedeis Homerus: Pindaricæ latent,
Ceæque, & Alcæi minaces,
Steſichoríque graues camœnæ.
Nec, ſi quid olim luſit Anacreon,
Deleuit ætas. ſpirat adhuc amor:
Viuúntque commiſſi calores
* *Æoliæ fidibus puellæ.*
Non ſola comtos arſit adulteri
Crineis, & aurum veſtibus illitum
Mirata, regaleiſque cultus,
Et comites, Helene Lacæna:
Primúſve Teucer tela Cydonio
Direxit arcu: non ſemel Ilios
Vexata: non pugnauit ingens
Idomeneus, Sthenelúſve ſolus
Dicenda Muſis prœlia: non ferox
Hector, vel acer Deïphobus graueis
Excepit ictus pro pudicis
Coniugibus, pueriſque primus:
Vixere fortes ante Agamemnona
Multi: ſed omnes illacrymabiles
Vrgentur, ignotíque longa
Nocte: carent quia vate ſacro.
* *Paullum ſepultæ diſtat inertiæ*
Celata virtus. non ego te meis
Chartis inornatum ſilebo,
Tótve tuos patiar labores
B *Impune Lolli carpere liuidas*
Obliuiones, eſt animus tibi
Rerúmque prudens, & ſecundis
Temporibus, dubiíſque rectus,
* *Vindex auaræ fraudis, & abſtinens*
* *Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ,*
Conſulque non vnius anni,
* *Sed quoties bonus, atque fidus*
Iudex honeſtum prætulit vtili: &
Reiecit alto dona nocentium
Vultu: & per obſtanteis cateruas
Explicuit ſua victor arma.
Non, poſſidentem multa vocaueris
Rectè beatum: rectiùs occupat
Nomen beati, qui deorum
Muneribus ſapienter vti,
Durámque callet pauperiem pati:
Peiúſque letho flagitium timet:
Non ille pro caris amicis,
Aut patria timidus perire.

NE FORTE CREDAS] vt ne fortè credas, D &c. *Non, ſi priores, &c.* hæc enim pendent ex iis, quæ ſequuntur, vt ſtatim dicemus.

LONGE SONANTEM NATVS] ego Hor. de Aufido ſup. Od. vlt. lib. 3. & Satyr. 1. lib. 1. *Aufidus acer.* Significat, ſua carmina immortalia futura, quamuis alios antè ſe poëtas præſtantiores fuiſſe fateatur: quemadmodum poëtarum, qui poſt Homerum ſcripſerunt, multo illo inferiorum ſcripta manent, & viuunt.

NON ANTÈ VVLGATAS PER ARTEIS] nouis, & inuſitatis artibus, quia primus ſum poëta Lyricus Latinus. vt ſup. Od. vlt. libr. 3. *Dicar, &c. ex humili potens Princeps Æolium carmen ad Italos Deduxiſſe modos.* & epiſt. ad Mæcen. 3. lib. 1. *Libera per vacuum poſui veſtigia princeps.* & Oda 3. huius lib. *Romanæ fidicen Lyræ.*

Digitized by Google

VERBA LOQVOR] quidam libri vet. habent *Verbaloquar*: quos non ſequor.

SOCIANDA CHORDIS] Lyrica, ad lyram canenda: in cod. Rain. Card. ſcriptum eſt, *neruis*. non clauditur autem hîc ſententia, ſed cohærent hæc verba cum iis, quæ deinceps ſequuntur, hoc modo. vt ne fortè exiſtimes, verſos meos propterea, quòd non ſum poëta Latinorum primus, nec Epicus, ſed Lyricus, interituros: non continuò ſi Homerus primum in poëtis locum meruit, Pindarus, Simonides, Alcæus, Steſichorus, Anacreon, Sappho ſunt obſcuri: ita non, ſi principem inter poëtas Latinos locum non obtineo, quem Ennius occupauit, exiſtimare debes, nullum mihi, in quo conſiſtam, eſſe reliquum. Non enim accipiendum eſt illud *ne* quaſi ſit prohibentis particula, vt diximus, ſed vt valeat *vt non*. ſic Od. 1. lib. 2. *Sed ne relictis Muſa procax iocis, Cea retractes munera Næniæ, Quære modos, &c.* & epiſt. de arte poët. *ne fortè ſeniles Mandentur iuueni partes.* ibid. *ne forte pudori Sit tibi Muſa Lyræ ſollers.* & Od. 3. lib. 2. *Ne ſit ancillæ tibi amor pudori, &c.* & Od. 33. lib. 1. *Albi, ne doleas plus nimio memor, &c.*

MEONIVS.] Lydius ſup. Od. 6. lib. 1. *Mæonij carminis alite.*

LATENT] obſcuræ ſunt.

CEÆQVE] Simonideæ. ſup. Od. 1. lib. 2. *Cea retractes munera næniæ.* quo loco notauimus, Simonidis præcipuam virtutem fuiſſe in commouenda miſeratione, Quinctiliano teſte citato. accedat, ſi voles, Dionyſ. Halicar. de eodem teſtimonium. Σιμωνίδου δὲ παρατήρει τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων· τῆς συνθέσεως τὴν ἀκρίβειαν· πρὸς τούτοις (καθ' ὃ βελτίων εὑρίσκεται καὶ Πινδάρου) τὸ οἰκτίζεσθαι μὴ μεγαλοπρεπῶς, ὡς ἐκεῖνος, ἀλλὰ παθητικῶς, id eſt, *Simonidis autem delectum verborum obſerua, compoſitionis concinnitatem accuratam. præterea (in quo etiam Pindaro præſtat) rationem miſerationis commouendæ non magnificè, vt ille, ſed dolenter, & miſerabiliter.* Iam, quod ad huius loci ſententiam pertinet, ſic M. Tullius in perfecto orat. *Prima enim ſequentem honeſtum eſt in ſecundis, tertiiſque conſiſtere. Nam in poëtis non Homero ſoli locus eſt (vt de Græcis loquar) aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro: ſed horum vel ſecundis, vel etiam infra ſecundos.*

ALCÆI MINACES] minaceis Alcæi camœnas vocat, quia Alcæus non modò armis & ferro tyrannos perſecutus eſt, verũ etiam amaris & acribus verſibus lacerauit, atque inſectatus eſt. ſoprà Od. 13. lib. 2. *ſed magis Pugnas & exactos tyrannos Denſum humeris bibit aure vulgus.*

STESICHORÍQVE GR. CA.] Steſichorus, Tiſias prius dictus eſt, vt ſcribit Suidas: Steſichorus poſtea appellatus, ὅτι κιθαρῳδίᾳ πρῶτος χορὸν ἔστησεν. id eſt, quia primus citharæ cantu chorum ſtatuit, & ſtabiliuit. fuit autẽ Himeræus: quæ eſt vrbs Siciliæ. M. Tull. Verr. de iure dicundo. *Erat etiam Steſichori poëtæ ſtatua, ſenilis, incuruа: ſummo, vt putant, artificio facta ab eo, qui fuit Himeræ: ſed eſt, & fuit tota in Græcia ſummo propter* A *ingenium honore, & nomine.*

LVSIT ANACREON.] Teius ſup. Od. 17. lib. 1. *& fide Teia Dices laborantes in vno, &c.* luſit autem, quia res leueis, & amatorias ſcripſit. ſic Virgil. in Tityro. *Ludere, quæ vellem*: Horat. Satyr. 4. lib. 1. *vbi quid datur oti, Illudo chartis.*

DELEVIT ÆTAS] Anacreontis odas aliquot, maiorum noſtrorum negligentia, & ſuperiorum temporum culpa ſepultas, ac demerſas, in lucem reuocauit non ita dudum Erricus Stephanus Roberti F.

SPIRAT ADHVC AMOR, &c.] amor (inquit) quem Leſbia puella Sappho ſuis politiſſimis, & eruditiſſimus verſibus lyricis mandauit, & commiſit, nondum obliuione hominum ſe- B pultus eſt. Quanquam huius quidem poëtriæ verſus nobis eripuit vetuſtas. Extant tantũ quædam eorum fragmenta pauca, ac minuta: & de ea Græcorum, Latinorúmque ſcriptorum teſtimonia, quibus illius memoria ab hominum obliuione vindicatur.

CALORES] amores. Od. 11. huius lib. *Non enim poſthac alia calebo Fœmina.*

NON SOLA COMTOS, &c.] Poſteaquàm oſtendit, ſibi locum aliquem eſſe inter poëtas relictum, docet nunc idem ferè, quod oda ſuperiore, quæcumque vmquam fortiter, & præclarè geſta ſunt, eorum memoriam ad poſteros non fuiſſe peruenturam, ſi litteris mandata, atque ab aliquo vel poëta, vel quouis alio ſcriptore probato, ab C obliuione vindicata non eſſent: indicat præterea, multa olim, magnáque bella eſſe geſta, in quibus viri fortiſſimi interfuerint, quorum nomen tamen, & memoria eò deleta ſit, quia ſuarum laudum ſcriptore, ac præcone caruerint. Athen. lib. 13. plurima bella enumerat præter Troianum, propter mulieres conflata: cum quo concinit illud, Satyr. 3. lib. 1. *Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli Cauſa.* Non ſola igitur Helena Paridis formam, capillos accuratè pexos, & comtos, veſteis auro pictas, ſeu limbis aureis prætextas, cultum & ornatum regium, comitatum denique tali duce dignum mirata, arſit amore. Nam verbum *arſit* malim ita accipi, vt ſit abſolutum, nec actionem ſignificet. Non ſola (inquam) Helena D alterius viri amore capta belli cauſam præbuit.

ET AVRVM VESTIB. ILLITVM] ſic deſcribit Paridis cultum Eurip. Iphigen. in Aulide, Ἀνθηρὸς μὲν εἱμάτων στολῇ, Χρυσῷ τε λαμπρὸς, βαρβάροις χλιδήμασι. id eſt, floridus quidem veſtimentorũ cultu, & auro lucidus ac ſplendidus, barbaris deliciis. per aurum igitur veſtibus illitum, veſteis aureas, aut certè auro prætextas & ornatas ſignificat.

PRIMÚSVE TEVCER, &c.] aut non primus Teucer bonus fuit iaculator. Homerus de Teucro Ἰλ. ν. Τεῦκρός θ', ὃς ἄριστος Ἀχαιῶν Τοξοσύνῃ, ἀγαθὸς δὲ καὶ ἐν σταδίῃ ὑσμίνῃ, id eſt, Teucérque, qui optimus erat Græcorũ iaculator & bonus miles etiam in pugna ſtataria. Menelaus autem apud Sophoclem in Aiace, Teucrum maledicti

ledicti loco ſagittarium appellat. Menel. ὀϊστεύτης ἔοικεν ὃ σμικρὰ φρονεῖν.

A

Cydonio] Cretenſi. Virg. Gallo. *libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula.*

Non semel Ilios Vex.] Ilios vrbs ipſa: Ilium arx vrbis: quamquam interdum Ilium pro Troïa vſurpatur: vt fortaſſe ſup. Od. 19. li. 3. *Et pugnata ſacro bella ſub Ilio.* & apud Virgilium principio libri 3. Æneid. *cecidit que ſuperbum Ilium.* vbi Seruius hunc Horatij locum profert. Troiam ter obſeſſam eſſe traditum eſt: ſemel ab Hercule: iterum ab Amazonibus: tertium à Menelao, & iis, qui eum ſecuti ſunt.

Idomenevs] cùm alibi, tùm ἰλ. ν. licet præclara, & glorioſa Idomenei cognoſcere facinora.

B

Sthenelúsve] de Sthenelo diximus ſuprà ad Od. 15. lib. 1. Iam hoc loquendi genus *pugnauit prælia.* annotauimus ad Od. 6. lib. 2.

Hector] Aiax Hectorem grauiter vulnerauit ἰλ. ξ. adeò vt ille ingenti lapide ictus ex prœlio ablatus, atque ad ripas Xanthi fluuij collocatus, animo pæne deficeret; etiam præ dolore humi ſupinus iacêre cogeretur, ſanguinē vomeret, vſum oculorum immenſæ offuſæ tenebræ adimerent.

Vel acer Deïph.] Deïphobus ἰλ. ν. à Merione vulneratur in brachio. Itaque à Polita germano ſuo tectus, ac defenſus, & in curru collocatus in vrbem teuehitur.

Vixere fortes ante Agam.] ἰλιάδ. λ. ſuæ virtutis ſpecimen edit certiſſimum, argumentúmque præbet luculentiſſimum Agamemnon, ab illo loco, Ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι, Ὅς τις δὴ πρῶτος Ἀγαμέμνονος ἀντίος ἦλθεν, &c. id eſt, dicite nunc mihi muſæ, quæ domos Olympicas incolitis, Quis primus Agamemnoni obuius venerit, &c. Itaque quàm diu hic pugnat inter primos ordines, atque in prima acie, Iouis monitu hortatur ſuos Hector vt ſtrenuè repugnent ac reſiſtant: ipſe recedit, & à prœliando abſtinet, donec in brachio dextero à Coone vulneretur Agamemnon. Quo facto cùm paulò pòſt dolore coactus, quamuis vulnus letale non eſſet, è prœlio, & ex acie ad naueis curru reuectus eſſet, Hector eius diſceſſu cognito init prœlium incredibili fiducia, maximóque animo & ſpiritu elatus.

C

D

Sed omnes illacrvm. Vrg.] ſed omnes iacent æternis demerſi tenebris, propter eà quòd nullum poëtam nacti ſunt, à quo ſua facta memoriæ proderentur.

Illacrvmabiles] ἀκλαυστοι, quos nemo lacrymis décorat (vt loquitur Ennius) propter quos nemo lacrymatur, auditis ſcilicet aut lectis eorum rebus geſtis, & caſibus aduerſis, ab aliquo ſcriptore memoriæ mandatis. vel *illacrymabilem* accipe, qui nullis lacrymis ab inferis reuocari poſſunt. Suprà Od. 14. lib. 2. *illacrymabilem Plutona* nominauit, id eſt, inexorabilem, lacrymis inflexibilem, qui lacrymis non commouetur.

Vrgentvr longa nocte] æternis tenebris obruuntur: obliuione ſui nominis ſempiterna merguntur. vel longam noctē, mortem intellige, vt ſup. Od. 28. lib. 1. *ſed omnes vna manet nox.* & Od. 11. lib. 3. *ne longus tibi ſomnus, vnde Non times, detur.* vbi notauimus θάνατον ab Homero appellari τανυλεγέα, id eſt longum ſomnum, longáſque ad dormiendum tenebras præbentem.

Sacro) poëtas Græci ἱεροαοιδοὺς appellant, id eſt, ſacros cantores. ſunt enim Muſis ſacri, eorúmque ſacris initiati res ſacras, & diuinas, & humano ſenſu maiores plerúmque nuntiant. Virg. Georg. 2. *Me verò primum dulces ante omnia Muſæ, Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore, Accipiant.* Horat. de arte poët. *Siluestres homines ſacer, interpréſque deorum Cædibus, & victu fœdo deterruit Orphem.* Itaque fortaſſe propter hanc cauſam ſuprà idem Horat. Od. 13. lib. 2. de Alcæo & Sapph. dixit illud, *Vtrúmque ſacro digna ſilentio Mirantur vmbræ dicere.*

Pavllvm sepvltæ distat, &c.] id eſt, virtus non laudata, nulliſque litteris illuſtrata, & incognita, parum differt ab ignaua, & otioſa vita. parum intereſt, vtrùm quis totam vitam otio, & deſidia traduxerit, nulla ſui nominis memoria poſteris prodita, an rebus præclariſſimè geſtis nemo exſtiterit, qui eas ſcriptis eruditis ac politis memoriæ ſempiternæ conſecret, & commendet. Nam (vt ait Pindarus) Pyth. ᾠδ. γ. ἁ δ' ἀρετὰ κλειναῖς ἀοιδαῖς χρονία τελέθει. id eſt, virtus carminibus eruditis illuſtrata, & celebrata, diuturna eſt. tum verba lecta, & ornata, quæ lingua ex alto animi receſſu depromſerit, diutiùs viuunt, quàm facta, vt idem Pindarus ait Nem. carm. 4. verba Pindari ſunt hæc, ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώτερον βιοτεύει, ὅ, τι κε σὺν χαρίτων τύχᾳ γλῶσσα φρενὸς ἐξέλοι βαθείας. & ᾠδ. Ζῆτα Νεμ. ait hymnos, & carmina, eſſe quædam rerum fortiter, & præclarè geſtarum ſpecula. Verbum *diſtat* autem cum dandi caſu coniunxit, vt diſcrepandi, & differendi verba in epiſt. de arte poët. *niſi quòd pede certo Differt ſermoni, ſermo merus.* & Satyr. 4. lib. 1. *& tamen idem Scire volam, quantum ſimplex, hilariſque nepoti Diſcrepet.*

Non ego tem. Chart. inorn. sil. Totve tvos, &c.] non committam, vt tu ſilētio à me prætermiſſus meis ſcriptis non illuſtretis, ac celebretis: vel non te ita ſilebo, vt meis chartis ſis inornatus: nec ſinam, tot tuas res geſtas vetuſtate paulatim obſcurari, poſteritatiſque obliuione deleri. Vetus eſt dictum (inquit Pindarus Nem. ᾠδ. θ) non oportere id, quod fortiter, & cum virtute geſtum eſt, ſilentio tegere. verba Pindari ſunt hæc, ἔστι δέ τις λόγος ἀνθρώπων τετελεσμένον ἐσλὸν μὴ χαμαὶ σιγᾷ καλύψαι. Cùm in aliquot libris manuſcr. Ruſlar. Nicotiano, Clericano, nonnullis aliis, reperiſſem

Digitized by Google

ſcriptum *inornatum ſilebo*: eandémque ſcripturam A expreſſam fuiſſe meminiſſem in duobus Vaticanis, & Iannoct. & Faëro. Gulielmúſque Canterus, homo doctus admonuiſſet nos ſe itē in vno perantiquo codice reperiſſe, ego damnata vulgata ſcriptura *ſilere, ſilebo* edendum curaui.

Carpere] id eſt, paullatim obſcurare, atque imminuere. tranſlatio eſt. vide annot. ad Od. 11. lib. 1.

Rerúmque prudens, &c.] id eſt, rerum cognitione præſtans, vel rerum futurarum prouidus.

Et secundis temp. &c.] & in ſecunda, atque aduerſa fortuna conſtans, & æquabilis: & in neutram partem propenſus, id eſt, neque inſolens, & elatus, neque fractus, ac demiſſus. Eſt B autem elegans metaphora à corpore ad animum, nam quemadmodum corpus rectum eſſe dicitur, quod non eſt inflexum, aut incuruatum, vt ann. ſup. ad Od. 4. ſic animus dicitur eſſe rectus, qui non eſt perturbatus, neque concitatus, neque anxius: ſed ſedatus, tranquillus, & pacatus. eadē tranſlatione vtitur Sat. 3. lib. 2. *Rectum animi ſeruas?* cui par eſt illud, quod eſt ibidem, *Stas animo?* vt ſuprà diximus.

Dubiis] *dubia tempora, res dubiæ, caſus dubij* dicuntur à Latinis non admodum ſecūdi, & propemodum aduerſi. Cœlius Cicer. lib. 8. epiſt. *nunc te contra victorem facere, quem dubiis rebus lædere noluiſti.* Horat. Satyr. 2. lib. 2. *vter nam*, vel, vt habent libri manuſcr. *vtrne Ad caſus dubios fidet ſibi* C *certius, &c.* Plautus in Moſtellar. *Qui homo timidus erit in dubiis rebus, is nauci non erit.* Salluſt. coniur. Catill. *qui labores, pericula, dubias, atque aſperas res facilè tolerauerant, iis otium, diuitiaque, optanda aliis, oneri, miſeriaq́; fuere.* Catull. de Pel. & Thet. nup. *Nate, ego quem in dubios cogor dimittere caſus.* T. Liuius lib. 30. annalium. *In bonis tuis rebus, noſtris dubiis, tibi ampla, ac ſpecioſa danti eſt, pax: nobis petentibus, magis neceſſaria, quàm honeſta.*

Vindex avaræ fravdis] qui pœna coërcet auaritiam, & animaduertit in auaros. vindex (inquit Feſtus) *ab eo dictus, quòd vindicat, quo minus is, qui prenſus eſt ab aliquo teneatur.* ſed hîc *vindex* vltorem, & quaſi punitorem ſignificat. D

Consúlque non vnius anni] conſul eſt vnius anni, qui comitiis centuriatis, populi beneficio, & ſuffragiis conſulatum adeptus eſt. Magiſtratus enim Romæ erant annui: conſul autem perpetuus eſt ille, atque etiam Rex, qui ſuas cupiditates comprimere, ſuíſque appetitionibus imperare poteſt, qui honeſtum vtili antepoinit, qui muneribus non capitur, vt ſuprà Od. 2. lib. 2. *regnum & diadema tutum Deferens vni, propriámque laurum, Quiſquis ingentis oculo irretorto ſpectat aceruos*: Atque hæc ſunt dicta ex Stoïcorū ſententia: qui ſapientem volunt eſſe ſolum liberum, ſolum diuitem, pulchrum, honoratum, cōſulem, regem. M. Tull. Lucullo. & Tuſcul. 4. & lib. 3. de finib. & parad. 5.

A Sed quoties bon. atque fid. ivd. hon.] Quæritur hîc cur quem conſulem fecerit, eundem ſtatim iudicem faciat. ego Horatium hoc ſignificare puto, eum, quem pecunia ab officio non deducat, eſſe verè conſulem, neque vnius anni conſulem, vt ſunt ceteri conſules, ſed perpetuum, & tandiu quandiu pecunia non corrumpitur in perniciem alterius, ſiue ſit iudex, ſiue aliqua alia poteſtate præditus, in qua integritas & abſtinentia eius alteri ſalutaris: δωροδοκία, & auaritia pernicioſa eſſe poſſit Paſſeratius ad ea quæ de conſule ſcribit Liuius lib. 3. annal. referebat. Sic autem Liuius. *Fuere qui interpretarentur, eadem hac Horatia lege cōſulibus quoq; & prætoribus, quia iiſdem auſpiciis, quibus conſules, crearentur, cautū eſſe.* B *Iudicem enim conſulem appellari.* Cicero 3. de legibus, de conſulari poteſtate loquens, *Regio imperio duo ſunto, iique præeundo, iudicando, conſulendo prætores, iudices, conſules appellantor.*

Reiec. alto d. noc. vvltv.] erecto vultu, excelſóque animo munera hominū nocentium à ſe repulit: non accepit pecuniam, vt nocentem abſoluat. quod erat animi, ad vultum tranſtulit. alti enim animi eſt pecuniam aſpernari ac reiicere. licet etiam dicere *alto vultu* dictum eſſe ab Horatio, quia animi affectiones ſæpe declarantur atque exprimuntur conſimili corporis geſtu.

Et per obstanteis catervas, &c.] & ſibi per mediam hoſtium aciem armis C iter patefacit: vel per obſtanteis cateruas: id eſt, per munera, & pecuniam, quibus ſæpe expugnatur religio & fides iudicis, & magiſtratus, expromſit ſua arma: id eſt, ſuam integritatem & abſtinentiam, & magnitudinem animi ab omni corruptela tutam, ac munitam: quam explicationem magis probo, vt ſit allegoria. & ita Paſſeratius noſter: neque longè aliter Porphyrio, qui *per obſtanteis cateru.* interpretatur, per vitia obſiſtentia rationi.

Sva arma] vel propriè, vel, ἀλληγορικῶς ſuam integritatem, abſtinentiam, magnitudinem animi, &c.

Non, possidentem mvlta, &c.] ordo eſt, non rectè vocaueris eum beatum, qui D multa poſſidet. vel non eum, qui multa poſſidet, rectè beatum vocaueris: ſequitur deinceps, *rectius occupat, &c. rectè* autem, id eſt, meritò: vt epiſt. 17. lib. 1. *Aut decus & pretium rectè petit experiens vir.*

Durámque call. pavp.] ſupr. Od. 2. lib. 3. *Anguſtam, amici, pauperiem pati Robuſtus acri militia puer condiſcat.* paupertatem non eſſe alteri maledicti loco obiiciēdam, collectis aliquot exemplis diximus ad Odam 24. eiuſd. lib. ibi. *Magnum pauperies opprobrium, &c.*

Peiúsque l. fl. tim.] *peius timet.* i. peius odit, ſeu accuratiùs vitat, vt epiſt. 17. lib. 1. *cane peius & angue Vitabit Chlamidem.*

Flagitivm] turpitudinem, vt ſup. Od. 5. lib. 3. *flagitio addetis Damnum.*

Non ille pro car. a. avt patr. tim.

Digitized by Google

TIM. P.] ſup. Od. 2. lib. 3. *Dulce & decorum eſt pro patria mori. timidus perire* autem ſic dictum hac Oda, vt illud lib. 3. Od. 19. *Codrus pro patria non timidus mori.*

AD LIGVRINVM.

Od. 10.

ARGVMENTVM.

Vt, dum per ætatē licet, fruatur formæ ſuæ bono: alioqui fore, vt ipſum pœniteat, cùm flos ille ætatis exaruerit.

O Crudelis adhuc, & Veneris muneribus potens:
*Inſperata tuæ cùm veniet * pluma ſuperbiæ*
Et, quæ nunc humeris inuolitant, deciderint comæ:
Nunc & qui color eſt Puniceæ flore prior roſæ,
Mutatus Ligurinum in faciem verterit hiſpidam,
Dices, heu (quoties te in ſpeculo videris alterum)
Quæ mens eſt hodie, cur eadem non puero fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeunt genæ?

O CRVDELIS] Sic Virg. Alex. *O Crudelis Alexi, nihil mea carmina curas.*

VENERIS MVNER. POT.] formoſus, venuſtus, lepidus, candidus, comatus, & florens ætate. hunc Ligurinū credibile eſt amatum fuiſſe ab Horat. ſup. Od. 1. huius lib. *Sed cur, heu, Ligurine, cur Manat rara meas lacryma per genas?* vt & Lyciſcum Od. 11. epod. *Nunc gloriantis quamlibet muliérculam Vincere mollitia Amor Lycisci me tenet.*

INSPERATA TVÆ CÙM VENIET, &c.] cùm tibi pili, & barba os, parteiſque corporis nunc læueis, & politas occupabunt. ſuperbiam Ligurini appellat, oris, & totius corporis læuitatem: comam humeris inuolitantem, id eſt, diſperſam, & diffuſam, florem ætatis denique. per plumam autem pilos & barbam ſignificat.

ET, QVÆ NVNC HVMERIS INVOLIT. DEC CO.] comæ non collectæ in nodum, ſed diffuſæ, & paſſæ. Pueri concubini alebant comam puellarum in morem: vt Od. 11. epod. *Aut* A *teretis pueri longam renodantis comam.* & ſuprà de Gyge puero Od. 5. lib. 2. *Quem ſi puellarum inſereres choro, Mire ſagaceis falleret hoſpites Diſcrimen obſcurum ſolutis Crinibus, ambiguóque vultu.* Detondebantur autem, cùm vel domini vxorem ducebant, vel pueri ipſi ætate adulta, & corroborata eſſe cœperant. Catull. in nuptias Iuliæ, *Nunc tuum cinerarius Tondet os, miſer, ah, miſer Concubine nuces da.* hæc verba igitur *cum deciderint comæ,* licet ita accipere: cùm exoletus fueris, cùm ad vſum illum puerilem, & impudicum, quem nunc præbes, ineptus fueris, nempe adultus, & vir factus, & detonſa coma. Cùm in Italia eſſem, quendam adoleſcentem vidi Siculum, hoc nomine malè audientem, & impudicitiæ nota aſperſum, quòd B mentum & genas tum primùm floreſcenteis, vitio læuigaret, ac poliret. Dicebantur etiam murium, & ſoricum vrina parteis illas oris, quas commemoraui, manè defricare, & madefacere, vt lanuginem, & barbam naſcentem funditus exſtirparet ac deleret: atque hoc pacto glaber, læuis & imberbus permaneret. quod ei benè proceſſit. nam cùm eum adoleſcentem annorum decem & octo Venetiis vidiſſem, in eundem poſtea Romæ annos triginta natum anno duodecimo pòſt fortè incidi, æquè imberbum, vt erat adoleſcentulus.

PVNICEA] purpureæ. Od. 9. *Punico Lugubre mutauit ſagum.* Virg. lib. 12. Æn. *cum primum craſtina cælo Puniceis inuecta roſis aurora rubebit.*

C HISPIDAM] hirſutam, horridam, barbatā, piloſam, aſperā. Theocrit. Ἐραστῇ, formæ puerilis breuitatem cum roſa, viola, lilio, niue confert his verſibus. Καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει. Καὶ τὸ ἴον καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι, καὶ ταχὺ γηρᾷ. Λευκὸν τὸ κρίνον ἐστί, μαραίνεται ἁνίκα πίπτει. Ἁ δὲ χιὼν λευκά, καὶ τάκεται ἁνίκα παχθῇ· Καὶ κάλλος καλόν ἐστι τὸ παιδικόν, ἀλλ' ὀλίγον ζῇ, id eſt, *Pulchra roſa eſt, ſed eam tempus corrūpit & urit: Pulchra quidem viola eſt Zephyris ſpirantibus, illam Sed nimium feſtina vrget, præcepſque ſenectus, Lilia candida ſunt, ſed tempore victa facīſcunt. Candida nix etiam eſt, ſed ſole aut igne liqueſcit. Sic pueri facies, pulcra, & iucunda, decenſ-* D *que eſt: Sed cito marceſcit neque longos permanet annos.*

TE IN SPECVLO] ſic habent ſeptem libri veteres: cùm vulgati propoſitionem *in* non habeant.

ALTERVM] differentem, diſſimilem, mutatum ab hoc, qui nunc es. Græci ἕτερον dicunt, id eſt, alterum Ἀριστ. ῥητορ. β. τὸ γὰρ δεινόν, ἕτερον τοῦ ἐλεεινοῦ. & ἠθικῶν κ. ὁ φίλος ἕτερος ὢν τοῦ κόλακος. nam quod horribile eſt, differt à miſerabili. & de moribus ad Nicom. lib. 10. amicus, qui alter eſt ab aſſentatore. Sed hac de re plura alibi.

QVÆ MENS EST HODIE, CVR EADEM, &c.] Non diſſimile eſt illud Tibulli libro 1. *At te pœna manet, niſi deſinis eſſe ſuperba. Quàm cupies votis hunc reuocare diem?* & Terent. in

Hecyra, *Eheu me miſeram. cur nõ aut iſthæc mihi Ætas & forma eſt, aut tibi hæc ſententia?* & Auſon. *Nunc piget & quereris, quòd non aut iſta voluntas Tunc fuit, aut non eſt nunc ea forma tibi.* & Homer. ὀδ. π. Αὐτὰρ ἐγὼν ἔτω νέος εἴην τῷδ' ἐνὶ θυμῷ. id eſt, Porro autem [vtinam] ego ita iuuenis eſſem hac mente.

Incolvmes] læues, & imberbes. quamdiu enim tales manent impudici pueri genæ, ſaluæ ſunt, & integræ: barbaræ autem, & piloſæ atque hirſutæ, corruptæ ſunt, & quodammodo mortuæ, neque iam integræ, neque incolumes: quia ineptæ ad quæſtum meretricium, & amores pueriles.

AD PHYLLIDEM.

Od. II.

Argvmentvm.

Phyllidem amicam ad celebrandum ſecum Mecenatis natalem inuitat. De Telepho autem iam illi cogitandum non eſſe dicit, quippe qui alius puellæ amore captus ſit: ac certè Phaëthontem & Bellerophontem documẽto illi eſſe, vt ſibi diſparem vitet.

E St mihi nonum ſuperantis annum
*Plenus * Albani cadus: eſt in horto,*
Phylli, nectendis apium coronis,
*Eſt ederæ * vis*
Multa, qua crineis religata fulges:
** Ridet argento domus: ara caſtis*
Vincta verbenis auet immolato
Spargier agno:
Cuncta feſtinat manus: huc, & illuc
Curſitant mistæ pueris puellæ:
*Sordidum flammæ * trepidant rotantes*
Vertice fumum.
Vt tamen noris, quibus aduoceris
Gaudiis: idus tibi ſunt agendæ,
Qui dies menſem Veneris marinæ
Findit Aprilem,
Iure ſollennis mihi, ſanctiórque
*Pæne natali proprio, * quòd ex hac*
Luce Mæcenas meus affluenteis
Ordinat annos.
*Telephum, quem tu * petis, occupauit*
*Non * tuæ ſortis iuuenem puella*
A *Diues, & laſciua: tenétque grata*
Compede vinctum.
Terret ambuſtus Phaëthon auaras
Spes: & exemplum graue præbet ales
Pegaſus, terrenum equitem grauatus
Bellerophontem:
Semper vt te digna ſequare: & vltrà,
Quam licet, ſperare nefas putando,
Diſparem vites. age, iam meorum
Finis amorum,
B *(Non enim poſthac alia calebo*
Fœmina) condiſce modos, amanda
Voce quos reddas. minuentur atræ
Carmine curæ.

Est mihi nonvm s. a.] Eſt mihi Albani vini cadus, quod vinum nouem & amplius, annorum eſt.

Plenvs Albani cadvs] Albanum vinum commemorat Athenæus lib. 2.

Nectendis apivm coronis] vtebantur veteres illi coronis in conuiuiis, obſcurè ſignificantes rerum abundantiam, & copiam. ςέφω enim, quod valet coronare Latinè, implere eſt: vt apud Homer. ἰλιάδ. α. Κοῦροι δὲ
C κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο, quem verſum propemodum ad verbum expreſſit Virg. lib. 1. Æn. *Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.* quamquam nonnulli arbitrantur, ſolitos eſſe poculis imponere coronas, & ita Virgilij verſum intelligendum; quæ ſententia Tibulli auctoritate cõfirmari poteſt lib. 2. *Aut è veſtè ſacris tendent umbracula ſertis Vincta: coronatus ſtabit & ipſe calix.* iterum Virg. Æneid. 3. *Tum pater Anchiſes magnum cratera corona Induit, impleuitque mero.* conficiebãt autem ex edera, vel apio coronas ad ſignificandam eam, quæ in conuiuio verſari debet, hilaritatem, & iucunditatem. Theocr. in Amaryllide. Τὸν στέφανον τιλαι με κατ' αὐτίκα λεπτὰ ποιησεῖς, Τόν τοι ἐγὼν Ἀμαρυλλὶ φίλα, κισσοῖο φυλάσσω.
D i. coges me tua ſæuitia coronam ſtatim diſcerpere: quã ego tibi Amaryllì ex edera connexã ſeruo. Anacr. Ἐπὶ δ' ὀφρύσι σελίνων στεφανίσκους θέμενοι, θάλειαν ἑορτὴν ἀγάγωμεν Διονύσῳ. i. ſuperciliis autem coronas ex apio imponentes diem feſtum & epulas Dionyſo celebremus. Ænea, & ſociis eius, cũ primùm in Italiam adueniſſent, humi diſcumbentibus, ac prãdentibus, ſolum apio fuiſſe ſubſtratũ, idque illis menſæ loco fuiſſe ſcribit Dionyſius Halycar. lib. 1. ἀρχαιολ. ῥωμ. vide ſup. annot. ad Od. 17. lib. 1. Linus apud Virgilium in Sileno, apio coronatus eſt. *Vt Linus hæc illi diuino carmine paſtor Floribus, atque apio crineis ornatus amaro Dixerit.* Sed cur hîc ex apio coronas conficere cogitat, cum apium ſit

apium ſit herba lugubris, & funebris, ſi Suidæ credimus? ſic enim ille, σέλινα στέφανος, πενθιμὸς ἐστι. τὸ γὰρ σέλινον πένθει στεφανοῦται: id eſt, corona ex apio, lugubris eſt. apium enim luctibus cónuenit. cum quo congruit & Plinius lib. 20. cap. 11. *Chryſippus & Dionyſius dicunt neutrum apium ad cibos admittendum: immo omnino nefas. nam id defunctorum epulis dicatum eſſe.* An apium Gręcis lugubre, Romanis non item? an cibus quidem ex apio, funebris eſt: corona verò ex apio nequaquã? Nã & alibi in rebus lætis, & ſecũdis coronæ ex apio ab Horatio adhibẽtur: vt Od. 36. li. 1. *Neu deſint epulis roſæ. Neu viuax apium, neu breue lilium.* [Hnc pertinet illud Arnobij libr. 5. aduerſus gẽtes, *Obliuioni etiam Corybantia ſacra donentur: in quibus ſanctum illud myſterium traditur, frater trucidatur à fratribus; interemti ex ſanguine apium natum, prohibitum menſis eius illud apponi, ne à manibus mortui inexpiabilis contraheretur offenſio.*]

Sed ἐν παρόδῳ quod doctus quidam ad oſtẽdendum, hanc herbam eſſe triſtem & funebrẽ, affert verba illa Ciceronis ex epiſt. quadam ad M. Cœlium lib. 2. epiſt. non longè ab extr. *Vtor ætatis vitio, inquit. velim ita ſit. ſed tamen togam prætextam texi Appio, puto te audiſſe, &c.* vbi ille legit *apio*, cùm ſit ſcriptum in omnibus libris emendatis Appio, & ſit nomen proprium gentile Appiorum; vehementer errat. conficiebantur etiã ex philyra coronæ. ſed hæ erant ſumtuoſiores, vt Od. vlt. lib. 1. *Diſplicent nexæ phylyra coronæ.* ad quem locum lege, ſi tibi commodum eſt, quæ annotauimus. commemorat coronas etiam lib. 2. Saty. 3. *potus vt ille Dicitur ex collo furtim carpſiſſe coronas, Poſtquàm eſt impranſi correptus voce magiſtri.* ad quem locum quædam alia annotata ſunt ſimilia.

Crineis religata] ſup. Od. 11. li. 2. *comam religata.* & Od. 5. lib. 1. *cui flauam religas comam.* & Od. 11. epod. *Flauam renodantis comam. fulges* autem pro eo, quod eſt, ſulgere ſoles, vt rectè Porph.

Ridet argento domvs.] γελᾷ. renidet. hilaritatem quandam præ ſe fert. vide annot. ad Od. 18. lib. 2.

Ara cast. Vincta verb.] aræ ex cæſpitibus, & terra exſtructæ, verbenis reuinciebantur. Eſt autem verbena (vt ſcribit Plin. lib. 22. cap. 2.) gramen ex ara, ſeu ex arce cum ſua terra euulſum. Hac vtebantur legati cùm ad hoſtes clarigatum, id eſt, res repetitum mittebantur: hac Iouis menſa verrebatur, domus purgabantur, ac luſtrabantur, vt idem ſcribit li. 25. ca. 9. Quamquam verbenæ in ſacris non herbã certam, ſed quãlibet frondem, & quemuis ramum, modò felicem, ſignificant: verbi gratia frondem pineã, myrteam, lauream, oleaginam. Feſtus, *Sagmina vocantur verbenæ,* id eſt, *herbæ puræ, quia ex loco ſancto arcebantur.* [ſic autem legendum, non, *arcebantur*] *à conſule, prætórve legatis proficiſcentibus, ad fœdus faciendum, bellúmque indicendum, &c.* Porph. *Verbena dicta quaſi herbena.*

A Avet immolato, &c.] videtur cupere inſici, ſeu imbui ſanguine agni mactati.

Cuncta festin. man.] omnes diligentiam adhibent, manúſque admouent ad eam rem, quam paro. feſtinat σπεύδει, ſtudium adhibet. ſic Theoc. Ἡρακλίσκῳ. ἐσεπλήσθη δὲ δόμος σπεύδοντος ἑκάστου. ſignificat quantus ſit apparatus.

Sordidvm] ab effectu, quia quicquid fumus contingit, ſordeſcit.

Trepidant] cum trepido, ſeu tremulo motu ſurſum feruntur. vide annot. ad Od. 4. lib. 2.

Rotantes] torquentes, glomerantes, rotarum in morem voluentes. ſic Virgil. Georg. 1. B & Æn 3. *globos flammarum* appellat, flammas Ætnæ globorum in modum erumpenteis.

Vt tamen nor. q. adv.] vt tamẽ ſcias ad quem diem feſtum omni lætitia celebrãdum voceris, *idus, &c.*

Qvibvs gavdiis] Oda proxima infrà, *Ad quæ ſi properas gaudia, &c.*

Idvs] Idus Apriles, vt ſtatim declarat. *eidus* malim ſcribi per ei, vt docet Plut. & vetera marmora admonent.

Marinæ.] ſup. Od. 26. lib. 3. *Læuum marina qui Veneris latus Cuſtodit.* Aprilem autem à Venere, quam ἀφροδίτην Græci appellant, nomen traxiſſe docet Plutarch. in Numa, vel, vt alij volunt, ab aperiendo, quod idem auctor ſcribit.

C Findit] videtur voluiſſe delarare iduum etymon. Nam Plutarchus Ῥωμαϊκοῖς, idus deriuat vel ἀπὸ τοῦ εἴδους διὰ τὸ κάλλος, quia idibus dimidiata luna eſt, vel ἀπὸ τοῦ Διός, vel ἀπὸ τοῦ ἰδύαρε, iduare, quod eſt, μερίζειν, id eſt, diuidere. idus enim διχοτομοῦσι τὴν μήνην id eſt, idus enim lunam dimidiatam faciunt. Sed admonendus eſt lector, hæc poſtrema verba Plutarchi, ne quis fruſtrà quærat, non reperiri in vulgatis codibus.

Ivre] propter amicitiam, quæ mihi cum Mæcenate intercedit.

Sollennis] dies feſtus ſtatus, & fixus vt dicimus ſacrificium ſolenne. quod & certo anni D tempore, & omnibus annis præſtari debet à ſollo, id eſt, toto. Feſtus. M. Tull. Tuſcul. 1. *cum enim illã ad ſolenne, & ſtatum ſacrificiũ curru vehi ius eſſet ſatis longè ab oppido ad fanum, &c.* de hac voce vide annot. ad epiſt. 1. libr. 1. ibid. *Inſanire putas ſollennia me.*

Qvòd ex hac lvce, &c.] id eſt, quia ab hoc die annos ætatis ſuæ ordinũ numerat. ab hoc die annorum ætatis ſuę numerandorum initium ducit. hic dies eſt eius natalis. ſignificat, Męcenatem idibus Aprilibus eſſe natum, & idus Aprileis, eſſe diem eius natalem.

Affluentes] accedenteis, ſeu accreſcenteis. tralatio eſt à fluminibus. Virg. Æneid. 2. *lenis fluit agmine Tibris.* Sic iterum Horat. epiſt. 1. lib. 1. *Sed mihi tarda fluunt, ingratáque tempora.*

Ordinat] ordine numerat. alij ſic, *affluen-*

tes ordinat annos, id eſt, à ſingulis diebus oatalibus conſtituit quid quoque anoo ſit acturus. nõ placet.

Teleph. qvem tv pet. occvp. &c.] Telephus, quẽ tu amas, & expetis, in puella tibi valde diſſimili, loco, re, genere, amorem ſuum collocauit, eiúſque amore iretitus eſt.

Non tvæ sortis] noti tui generis, loci, rei, fortuoæ.

Tenétqve grata Comp. vinct.] tenétque grata ſeruitute deuinctum. ſic. Od. 33. lib. 1. *Ipſum me melior cum peteret Venus, Grata detinuit compede Myrtale Libertina, fretis acrior Adria, Curuantis Calabros ſinus.*

Tarret ambvst. Phaëthon] Notiſſimũ eſt, Phaethontẽ, cùm ętate iam adulta ſe Solis eſſe filiũ ex matre Rhoda, ſeu, vt alij volunt, Clymena, cognouiſſet, currúmq; patris moderari illu diu, maltúmque negante voluiſſet cælúmque, & terras ob auguraodi inſcientiam incẽdio miſcuiſſet, ambuſtum ipſum, fulminéq; percuſſum in Etidaoũ fluuium decidiſſe. Plato in Timæo ſic interpretatur Phaëthontis fabulã: Τὸ γὰρ οὖν καὶ παρ᾽ ἡμῖν λεγόμενον, ὥς ποτε Φαέθων ἡλίου παῖς τὸ τοῦ πατρὸς ἅρμα ζεύξας διὰ τὸ μὴ δυνατὸς εἶναι κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς ὁδὸν ἐλαύνειν, τά τ᾽ ἐπὶ γῆς ξυνέκαυσε, καὶ αὐτὸς κεραυνωθεὶς διεφθάρη, τοῦτο μὲν μύθου σχῆμα ἔχον λέγεται· τὸ δὲ ἀληθές ἐστι τῶν περὶ γῆν καὶ κατ᾽ οὐρανὸν ἰόντων παράλλαξις, καὶ διὰ μακρῶν χρόνων γιγνομένη τῶν ἐπὶ γῆς, πυρὶ πολλῷ φθορά. Quæ verba (vt ſummatim perſtringam) haoc ſenteotiam contineot: per illam Phaëtontis fabulam, omoium, qoę circum terrá, & ſub cælo feruntur ac mouẽtur, mutationem, eorúmque, quæ ſuot in terra, longo temporis ſpatio interitum, & deflagtationem multo igoi erumpente ſignificari. Lucretius lib. 5. Platoni aſſeotiẽs idem cũplectitur his pulcherrimis verſibus, *Ignis enim ſuperauit, & ambiens multa perußit, Auia cum Phaëtonta rapax vis Solis equorum Æthere raptauit toto, terráſque per omneis. At pater omnipotens ira tum percitus acri Magnanimum Phaëtonta repenti fulminis ictu Deturbauit equis in terram, Sólque cadenti Obuius æternam ſuſcepit lampada mundi, Diſiectóſque redegit equos, iunxitque trementeis. Inde ſuum per iter recreauit cuncta gubernans, Scilicet, vt veteres Graium cecinere poëtæ. Quod procul à vera eſt animi ratione repulſum.* Horatius autem hoc Phaëtontis exemplo Phyllidem deterret, ne maiora, quàm, quæ ſibi conueoiunt, expetat, & concupiſcat.

Avaras spes] id eſt, ſpes cupidas & auidas. hoc totum autem *terret auaras ſpes*, hoc eſt, vetat auidè ſperare, ſeu vetat cupere & ſperare, quæ nefas eſt cupere & ſperare ſcilicet.

Et exempl. gr. præb. ales Pegas.] poëticè id attribuit Pegaſo Horatius, quod à Iouis ita natum eſt. Nam Belletophon Anteæ calumnia liberatus, grauiſſimíſque periculis per-

A functus, denique geoer Prœti, regnique ſocius ac particeps factus, his rebus omnibus elatus, & Pegaſo fretus, dicitur, quid io cælo eſſet, quidque ibi fieret, explorare voluiſſe. Qua audacia offenſus Iupiter, œſtrum in Pegaſum immiſit. Ita excuſſus equo Bellerophon in Lyciæ campũ decidit. qui Aleïus ἀπὸ τοῦ ἀλᾶσθαι, quod eſt errare, dictus eſt, quia in eo campo, debilitato corpore erraret. hæc Homeri interpretes ἰλ. ζ. Vtitur eodem exemplo Piodarus Iſthm. ᾠδ. ζ. monens, ne quis ſibi immortalitatis ſpem proponat, cùm ſimus mortales, vitæq; multo breuioris, quàm vt deorum ſedem attingere poſſimus. Verba Pindari ſunt hæc, τὰ μακρὰ δ᾽ εἴ τις παπταίνει, βραχὺς ἐξικέσθαι χαλκόπεδον θεῶν ἕ-

B δραν· ὅ, τι πτερόεις ἔρριψε Πάγασος δεσπόταν ἐθέλοντ᾽ ἐς οὐρανοῦ σταθμοὺς ἐλθεῖν μεθ᾽ ὁμάγυριν Βελλεροφόνταν Ζηνός. id eſt, longa autem ſiquis circumſpicit, cum ſit breuior & imbecillior, quàm vt ad deorum ſedem aheneo pauimento conſtratam peruenire poſſit: primùm Pegaſus pennatus dominum Bellerophontem Iouis familiarem, & coofabulatorem ad cæli ſtationes tranſire cupientem excuſſit, &c.

Ales] alatus, pennatus, penniger, πτερόεις, Pindarus. alitem poſuit Od. 1. huius libri pro eo qui alatis iumentis vehitur: *Tempeſtiuius in domo Paulli purpureis ales oloribus*, &c. De Pegaſo ſuprà Od. 27. lib. 1.

Terrenvm eqvitem gravatvs]
C *grauatus equitem*, pro eo, quod eſt, grauatus ferre equidem, Horatianum eſt. Nam ſic loquũtur & Græci, βαρύνομαι τὴν πενίαν, τὴν ἀτιμίαν, id eſt, grauiter feio paupertatem, infamiam, &c. Plutarchus in Cæſare, τοῖς βασκαίνουσι, καὶ βαρυνομένοις τὴν δύναμιν. Sic & Suetonius in Tiberio, *matrem Liuiam grauatus*: idem in Auguſto, *ampla & operoſa prætoria grauabatur.*

Ta oigna] tibi apta, tibi coouenieotia.

Et vltra qvam licet sper. nef. p. Disp. v.] ordo eſt, & diſparem vites, putando nefas eſſe, ſperare vltrà quàm licet.

Disparem vites] Prouerbium eſt vulgatum apud Græcos, quod monet, vt ſibi quiſq; æqualem vxorẽ ducat, τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα. ſub-
D intellige βέμβικα. hoc eſt, tui binem tibi coouenientem & propinquum age. natum à luſu puerorũ turbines flagellis circumagentium ac verſantium. lege in libris epigrammatũ Græcorum, pulcherrimum Callimachi epigramma ad Dionem. Ita igitur & Horat. Phyllidi ſuadet, vt amicum ſibi parem deligat: ab amore Telephi animum auertat.

Finis amorvm] ô Phylli, quam omniũ poſtremam amare conſtitui. ſic Propert. libr. 1. *Cinthia prima fuit, Cinthia finis erit.*

Calebo] ioceodar, ardebo, vt Od. 9. lib. 3. *Donec non alia magis Arſiſti.*

Modos] caotus, carmina modulata.

Reddas] reddere interdum eſt id, quod ab aliquo

aliquo acceperis, ac didiceris vel recitare, vel cãtare, vt hic, & ſuprà Od. 6. huius libri, *Reddidi carmen docilis modorum Vatis Horati.* & epiſt. ad Loll. 2. lib. 1. *Ut puerum ſæuo credas dictata magiſtro Reddere.* idem ad Piſones de arte poët. *Reddere qui voces iam ſcit puer.* & Lucret. lib. 4 *reddere dicta. Et ſonitus audire (ſeuera [al. ſonara] ſilentia noctis Undique cum conſtent) & reddere dicta tacentes.*

ATRÆ] id eſt, triſtes, vel quia tenebræ nigræ ſunt, quæ viuis inuiſæ, & triſtes ſunt: vel quia nigra omnia per ſe triſtia & horribilia ſunt. centies notauimus. vſitatum eſt Horatio hoc epithetũ. ſup. Od. 14. lib. 3. *Hic dies verè mihi feſtus atras Eximet curas*, & Od. 1. eiuſd. *Poſt equitem ſedet atra cura.* & Satyr. 7. lib. 2. *nam comes atra premit, ſequitúrque fugacem.*

TVRNEBVS.

EX lib. 4. ca. 14. *Quid ſace Trojanos atra vim ferre Latinos.* dixit Maro 10. Æn. Atra eſt infeſta, dira noxia, peruerſaq́, iniuſta, quòd niger color infauſtus ſit. Sic apud Flaccum,

—minuentur atra
Carmine curæ, Sic Homerus μελαίνας ὀδύνας dixit.

Ex lib. 19. cap. 9. Cùm igitur in eo ſcribitur, de art. poët.

--vt turpiter atrum
Deſinat in piſcem, ater, turpis & fœdus eſt. Ater etiam non inſolita Flacco vſurpatione, eſt malus & triſtis, vt, de art. poët.

--minuantur atra
Carmine curæ. &,
--eripere atris
Litibus implicitum.

Ex lib. 22. cap. 7. Atrum porrò timorẽ dicit Maro, per metalepſim etiam, fœdum, turpem, moleſtum, odioſum. 9. Æn.

Immiſitq́; fugam Teucris atrúmq; timorem.

Ex eo, vt opinor, quòd atra quæ ſunt, inauſpicata & funeſta & iniucunda erant, ſic Flaccus

--minuentur atræ
Carmine curæ: Inuiſæ, odioſæ, moleſtæ. lib. 3. Od. 1.

Poſt equitem ſedet atra cura, id eſt, moleſta. & lib. 2. ſaty. 6.

--at ſimul atras
Ventum eſt Eſquilias. id eſt, odioſas mihi & moleſtas ob negocia. Sic de art. poët.

--atrum
Deſinat in piſcem mulier formoſa supernè, dixit pro turpi & fœdo.

A

AD VIRGILIVM.

Od. 12.

ARGVMENTVM.

Deſcribit veris aduentum: tùm eum inuitat ad epulas, ea conditione, vt ſecum pro ſymbola vnguenti nardini onychem afferat.

IAm veris comites, quæ mare temperant,
B Impellunt * animæ lintea Thraciæ:
Iam nec prata rigent, nec fluuij ſtrepunt
Hiberna niue turgidi.
Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens,
Infelix * auis, & Cecropiæ domus
Æternum opprobrium, quòd malè barbaras
Regum eſt vlta libidines.
Dicunt in tenero gramine, pinguium
Cuſtodes ouium, carmina fiſtula:
C Delectántque * deum, cui pecus, & nigri
Colles Arcadiæ placent.
Adduxere ſitim tempora Virgili:
Sed, preſſum Calibus ducere Liberum
Si geſtis, iuuenum nobilium cliens,
* Nardo vina merebere.
Nardi paruus onyx eliciet cadum,
Qui nunc Sulpiciis accubat * horreis
Spes donare nouas largus, amaráque
Curarum eluere efficax.
D Ad quæ ſi properas gaudia, cum tua
Velox * merce veni. non ego te meis
Immunem meditor tinguere poculis,
Plena diues vt in domo.
Verùm pone moras, & ſtudium lucri:
* Nigrorúmque memor, dum licet, ignium,
* Miſce ſtultitiam conſiliis breuem.
Dulce eſt * deſipere in loco.

IAM VERIS COMITES] hæc Ode eiuſ

dem ferè eſt argumenti, atque ſeptima.

IMPELLVNT LINTEA] impellunt vela.

ANIMÆ THRACIÆ] id eſt, venti Thracij, nempe Fauonij. Quidã purãt Eteſias ſignificari, à quibus valde diſſentio. nam Eteſiæ æſtate ſpirant: Fauonij vere ineunte. Quod autem Fauonios, qui dicuntur à Grecis Zephyri, aiunt quidam non eſſe Thracios, quia Aquilones qui ſunt Septentrionales: Thracij appellantur à poëtis, reſpondeo, Homerum ἰλιάδ. ι. facere etiam Zephyrum à Tracia vnà cum Borea ſpirãtem. Sic enim ille, Βορῆης, καὶ Ζέφυρος τώτε θρήκηθεν ἄητον: ad quem verſum notat Euſtathius, Zephyrum dici vnà cum Borea ſpirare ex Thracia, vel quòd Thracia ſit communis omnium ventorum quaſi officina, ſeu commune domicilium: vel quòd Zephyrus per Thraciam in mare Græcum incidat: vel quòd Thracia falcis figuram præſe ferat: vel, vt alij volunt, ſigma litteræ: quare cùm ita latè pateat, non eſſe mirum ſi ab vtraque eius parte hi venti ſpirare dicantur, Boreas à ſeptentrionali, Zephyrus ab Occidentali. vide quæ ſunt annotata ſup. ad Odam 25. lib. 1. ibi, *Thracio vento*. Iam verò quòd alij dicunt, hîc æſtatem perſpicuè deſcribi vel ex hoc verſu intelligi poſſe, *Adduxere ſitim tempora Virgili*: dico eum referendum eſſe non ad anni, ſed ad diei tempus: nempe ad horam diei ſeptimam aut octauam, ſeu potiùs nonam, ac decimam: quo tempore Romani cenare ſolebant. Quòd ſi quis contendat pertinaciter ad anni tempus eſſe referendum, reſpondebo, in Italia Vernum tempus multo calidius, & ſiticuloſius eſſe, quàm in Gallia. Quocirca non debere eſſe mirum ſi dicat, *Adduxere ſitim*. Præterea verſus illi ſuperiores, *Nidum ponit, Ityn, &c.* declarant, hîc ver deſcribi, non æſtatem. hirundo enim Veris eſt nuntia, vt ſciunt omnes: vnde prouerbium, *Vna hirundo ver non efficit*. Itaque Horatius vernum tempus ſignificat per Zephyros & hirundinem primam epiſt. ſeptim. libro 1. Mæcenat. a. *te dulcis amice reuiſet Cum Zephyris, ſi concedes, & hirundine prima.* adde quòd epithetum illud *veris comites*, argumento eſt ſignificari Fauonios, qui vnà cum vere ineunte ſpirant, neque probo quòd illi, *veris comites*, interpretantur, *ver ſequenteis*. quemadmodum (inquiunt) Od. 7. huius libri, dixit *ver proterit æſtas*. Longè enim hoc illi diſſimile eſt. Nam ver quidem ſequitur æſtas: & cónuenit ita loqui. ſed *eteſiæ ſequuntur ver*; non item cónuenit. Multo autem minus cónuenit, ita deſcribere eteſias: *ventos ver ſequenteis, mare temperanteis, &c.* Poſtremò vocem *comes* non ſignificare eum, qui ſubſequatur, & qui pòſt eat: ſed qui vnà & eodem ordine ingrediatur, argumento eſt locus ille Od. 18. libro 1. *Me quoque deuexi rapidus comes Orionis Illyricis notus obruit vndis.* Sed nimis multa de nugis. Vtatur

A ſuo quiſque iudicio. Iam ex Lucretio, M. Tullio, Plauto, Terentio intelligere licet, quid interſit inter animum, & animam. Lucret. libro 3. *Nunc animum, atque animam dico coniuncta teneri Inter ſe, atque vnam naturam conficere ex ſe: Sed caput eſſe quaſi, & dominari in corpore toto Conſilium, quod nos animum, mentémque vocamus.* Idem libro 5. *ac prece quæſit Ventorum pauidus paces, animáſque ſecundas.* Idem libro 3. *Et magis eſt animus vitaï clauſtra coërcens, Et dominantior ad vitam, quàm vis animaï. Nam ſine mente, animóque nequit reſidêre per artus Temporis exiguam partem pars vlla animaï, Sed comes inſequitur facilè, & diſcedit in auras, Et gelidos artus in lethi frigore linquit, &c.* Et M. Tull. Tuſcul. libro 1. *Animum*
B *autem animam noſtri declarant nominari. Nam & agere animam, & efflare dicimus.* animam, id eſt, ventum. ibidem. *Ipſe autem animus ab anima dictus eſt.* Idem ibidem. *quam regionem cùm ſuperauit animus, naturámque ſui ſimilem contigit, & agnouit: iunctus ex anima tenui, & ex ardore ſolis temperato, ignibus inſiſtit, &c.* Idem ibidem, *anima ſit animus, ignisne, neſcio.* Plaut. Aſinar. *DE. Animam edepol ſuauiorem, quàm vxoris meæ. PHILAEN. Dic, amabo, an fœtet anima vxoris tuæ?* Idem Aulular. *ſed me animam recipere ſinas, te rogo.* idem ibidem, *S. Quin cùm it dormitum, follem obſtringit ob gulam. A. cur? S. nequid animæ fortè amittat dormiens.* Terent. Adelph. *quid feſtinas, mi Geta? animam recipe.* Idem in
C Phorm. *Animam compreſſi, aurem admoui.* Iterum M. Tull. frumentaria, de Apronio, *qui non modo animum integrum, ſed ne animam quidem puram conſeruare potuiſſet.* idem in Timæo, *ita contigit, vt inter ignem, & terram, aquam Deus, animámque poneret, eáque inter ſe compareret, & proportione coniungeret, vt, quemadmodum ignis animæ, ſic anima aquæ: quódque anima aquæ, id aqua terræ proportione redderet.* Virgil. in Sileno, *Semina terrarúmque, animæque, maríſque fuiſſent, Et liquidi ſimul ignis.* Idem Georg. 2. *animáſque & olentia Medi Ora fouent illo, & ſenibus medicantur anhelis.* Idem libr. 8. Æneid. *Quantum ignes, animæque valent.*

D RIGENT] horrent, ſquallent: frigore, glacie, gelu.

NEC FL. STR. HIB. N. T.] nec fluuij niuibus & imbribus hibernis aucti, horribilem ſtrepitum edunt. ſupr. Od. 2. eiuſd. lib. *Monte decurrens velut amnis, imbres Quem ſuper notas aluere ripas.*

NID. PON. ITYN FLEB. GEM.] hirundo (inquit) veris nuntia Ityn filium gemens à ſe interfectum in odium Terei viri ſui, nidum ponit. Heſiodus ἐργ. καὶ ἡμ. hirundinem ὀρθρογόην appellat, id eſt, manè gementem. Τὴν δὲ μετ᾽ ὀρθρογόη Πανδιονὶς ὦρτο χελιδὼν Ἐς φάος ἀνθρώποις ἔαρος νέον ἱσταμένοιο, id eſt, poſt hunc autem hirundo Pandionis filia ſurrexit, & in lucem prodiit hominibus vere ineunte. apud

Homerum

Hometum item ὀδυσς. τ. Penelopa Vlyſſem virum ſuum nondum agnoſceus, & tamen cum eo loquens, ſeſe cum luſcinia comparat Itylum filium ſuum lugente, his verbis: Ὡς δ' ὅτε Πανδαρέυ κούρη χλωρηὶς ἀηδὼν Καλὸν ἀείδῃσιν ἔαρος νέον ἱσταμένοιο Δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν, Ἥτε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνὴν. Παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον φίλον. id eſt, Quemadmodum autem cùm Pandarei filia Chloreis luſcinia ſuauiter canit vere ineunte ramis denſis arborum inſideos: Quæ ſe crebrò conuoluens vocem variam, & flexibilem mittit: filium Itylum optatum lugens, &c. Plato autem in Phædone, negat hirundinem, luſciniam, vpupam, cycnos doloris gemitúſve cauſa canere, his verbis, οὐδ' αὐτὴ ἡ ἀηδὼν, καὶ χελιδὼν, καὶ ἔποψ, ἃ δὴ φασὶ διὰ λύπην θρηνοῦντα ᾄδειν, ἀλλ' οὐδὲ ταῦτα φαίνεταί μοι λυπούμενα ᾄδειν, οὔτε οἱ κύκνοι.

Cecr. dom. Ætern. oppr.] &c. Eryſichthon Cecropis filius non regnauit Athenis. nam patre viuo mortuus eſt. Cecropi ſucceſſit Cranaus, quem Amphictyon eius gener regno ſpoliauit. Hic rurſus ab Erichthonio eiectus eſt. Ericthhonij autem patrem mortalem fuiſſe negant, natúmque eum dicunt alij ex Marte & Terra, alij ex Vulcano & Terra, cùm Vulcanus Mineruæ coniugio à Ioue impetrato, illa reluctante effectum libidinis in terram profudiſſet. Huius filius fuit Pandion: cuius filiæ Procne & Philomela. Itaque, quòd hic auem æternum Cecropiæ domus opprobrium dicit eſſe, non eſt ita intelligendum, eam ſtirpe & ſanguine Cecropis ortam eſſe: ſed Cecropia domus intelligenda eſt, regnum Athenienſium familia, tametſi non ſit vna. Fabula autem notiſſima eſt de Procne in hirundinem Philomela in luſciniam mutata: quam cùm Tereus rex Thraciæ, qui Procnem in matrimonio habeat, conſtupraſſet, ei ipſi, quam conſtuprarat, linguam præcidit, ne vxori ſuæ rem enuntiaret, quamquam alij putant Philomelam in hirundinem, Procnen in luſciniam eſſe verſas: vt Gorgias, qui, cùm hirundinis volantis ſtercore inquinatus eſſet αἰσχρόν γε (inquit) ὦ Φιλομήλα. refert Ariſtotel. libro tertio Rhetoricor. Sic Virgil. in Sileno: *Quas illi Philomela dapes.* ſic & Varro libro quarto de lingua Latina.

Qvòd malè barbaras, &c.] quia barbaram illam Terei viri ſui libidinem immaniter, & crudeliter vlta fuerat, nempe filio communi Ity interfecto. Propert. lib. 3. *Increpet abſumtum ne ſua mater Ityn.*

Delecténtqve Devm] Pana. fuit autem Pan (vt ſcribit Theocriti interpres) Penelopæ, & procorum filius: ideóque Pan vocatus eſt, quia ἐκ πάντων ἐσπάρη, id eſt, omnium ſemine ſatus eſt. alij Mercurium eius pa-

A trem fuiſſe, in hircum mutatum. De Pane ſcribit Plutarchus mirabile quiddam libr. περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηςηρ. Epitherſen quendam ſibi narraſſe, cùm ille in Italiam nauigaret, & ad inſulas Echinadas perueniſſet, veſperi, mari placido, & tranquillo vocem eſſe auditam cuiuſdam Thamum appellantis. Erat autem is Thamus gubernator nauis Ægyptius non omnibus vectoribus notus. Qui cùm bis appellatus tacuiſſet, atque ad tertiam appellationem reſpondiſſet: eum, cuius erat illa vox, ſumma vocis contentione ita locutum eſſe: Vbi ad Palodes delatus fueris, nuntiato, Pana magnum diem ſuum obiiſſe. qua voce audita, primùm omnes, qui in naui erant, metu perterritos eſſe:

B deinde conſultaſſe vtrùm præſtaret, eíne voci obtemperare, an totam rem negligere. re inter eos communicata, & conſultando agitata, ad extremum placuiſſe, vt Thamus, quod iuſſus eſſet, faceret, maximè ſi tùm, cùm ad illum locum perueniſſent, malacia eſſet. itaque fecit: & quàm clariſſima voce potuit, proclamauit, magnum Pana obiiſſe. Vixdum clamandi finem fecerat, cùm ingens factus eſt non vnius, ſed veluti complurium hominum gemitus. Id cùm Romam perlatum eſſet, Tiberium, qui tum imperium obtinebat, ita ei nuntio fidem habuiſſe, vt doctiſſimis quibuſque hominibus conuocatis, & coactis, quærere inſtitueri de Panis ortu genere, & natura. Il-

C los autem re multùm, diúque diſputata, ad extremum ſine vlla diſſenſione ac varietate pronuntiaſſe, Pana, de quo quæreretur, & qui diem ſuum obiiſſe diceretur, Mercurij, & Penelopæ filium fuiſſe. Non defuerunt Chriſtiani homines, qui hunc Pana, Chriſtum fuiſſe putarint, magnum omnium mortalium paſtorem, & ſeruatorem: tempora certè conueniunt. conueniunt & ea, quæ ab antiquis de Pane tradita ſunt: Pana, Deum eſſe ruſticum in naturæ ſimilitudinem conformatum: vnde & πᾶν dictus eſt, id eſt, omne, quaſi naturæ vniuerſæ Deus. habet enim cornua, quæ radios ſolis, & cornua lunæ ſignificat naturam ætheris igneam. ad pectus pellem ceruinam habet ſtellatam, qua cælum ſtelli-

D ferum, ſeu ſtellis diſtinctum ſignificatur. pars eius inferior, hirſuta eſt, qua deſignantur arbores, virgulta, fruges, herbæ, feræ, & ceteræ animantes in terra ſedem habentes. pedes ſunt ei caprini, vt declaretur terræ ſtabilitas, firmitas, ac ſoliditas. fiſtulam tenet ſeptem calamis compactam, vt oſtendatur cæli harmonia ex vno cæli, & altero ſeptem ſiderum motu contrario, vnde ſeptem ſoni efficiuntur, conſtans. virgam incuruam, ſeu pedum geſtat, propter annum, qui in ſe recurrit. Idem cum Amore Deo, ſeu Cupidine luctatus eſt, ab eóque ſuperatus. Sic Deum huius mundi opificem, amor generis humani vicit, & (pæne dicã)

coëgit, vt forma humana ſumta terras incoleret A ouesque paſceret, hoc eſt, homines veritatis & ſimplicitatis amanteis erudiret, eoſq; ex Orci faucibus morte ſua vindicatos ac redemtos ſeruaret, & (vt Arnobij verbo vtar) ſoſpitaret. Herodotus in Euterpe Pana ſcribit à Mendeſiis in octo diis numerari. hos autem deos octo, duodecim diis priores haberi. Addit prætereà Pana à pictoribus & fictoribus Græcis ac Latinis αἰγοπρόσωπον, καὶ τραγοσκελέα, id eſt, facie caprina, & cruribus hircinis pingi, & ſculpi ſolere.

NIGRI COLLES ARCAD.] Vir. Gallo. *Pan deus Arcadiæ.* Arcadia, frumenti ferax. Nigra autẽ terra, frumentis optima. iccirco nigros Arcadię colleis dixit. Virg. Georg. 2. *Nigra fere, & preſſo pinguis ſub vomere terra, Et cui putre ſolum (namque hoc imitamur arando) Optima frumentis. non vllo ex æquore cernes Plura domum tardis decedere plauſtra iuuencis.* B

ADDVX. SITIM TEMP. VIRGILI] Alcæus, πάντα δὲ δίψαι ὑπὸ καύματος, id eſt, omnia præ calore & æſtu ſitiunt. Virgil. libro tertio, Georg. *Inde vbi quarta ſitim venientis collegerit hora.*

SED PRESSVM CALIB.] ſed ſi vinum Calenum haurire & bibere cupis. ſup. Od. 11. li. 1. *Cæcubum, & prælo domitam Caleno Tu bibes vuam.* *ducere* interdum eſt ſpiritu attrahere, vt hîc, & ſup. Od. 17. lib. 1. *Hic innocentis pocula Lesbij Duces ſub vmbra.* & apud M. Tull. lib. 2. de nat. deorũ. C *ab aëre eo, quem ſpiritu ducimus.*

GESTIS] id eſt, vehementer cupis. *Geſtit* (inquit Feſtus) *qui ſubita felicitate exhilaratus, nimio corporis motu præter conſuetudinem exſultat.*

IVVENVM NOBILIVM] Claudij, & Druſi.

NARDO VINA MEREBERE] vnguento nardino dato, vinũ Calenum accipies, id eſt, ſi vnguentum nardinum afferes, ego vinum Calenum tibi depromam. In quibuſdam libris ſcriptum reperi, *mereberis.*

NARDI PARVVS ONYX] idem dicit, quod paullo antè dixerat. nam Virgilium ad cenam ea cõditione inuitat, ſi nardi concham, aut onychem afferat. Cõtrà Catull. cenaturum eſſe D apud ſe Fabullũ dicit paucis pòſt diebus, ſi modò ille cenam lautam, & copioſam attulerit cũ vino & ſale: ſe autem nihil præter vnguentum fragrantiſſimum præbiturum. ſic Catul. *Cenabis bene mi Fabulle apud me Paucis, ſi tibi Dij fauent, diebus, Si tecum attuleris bonam, atque magnam Cenam, nõ ſine candida puella, Et vino, & ſale, & omnibus cachinnis.* deinde paucis verſibus interpoſitis, *Nam vnguentum dabo, quod meæ puellæ Donarunt Veneres, Cupidineſque.* ὄνυξ autẽ (vt ait Dioſcorides lib. 2. πῶμά ἐστι κογχυλίου ὅμοιον τῷ τῆς πορφύρας, εὑρισκόμενον ἐν τῇ Ἰνδίᾳ ἐν ταῖς ναρδοφόροις λίμναις· διὸ καὶ ἀρωματίζει νεμομένων τῶν κογχυλίων τὴν νάρδον; id eſt, onyx, conchylij eſt operculum, purpuræ operculo ſimile, quod reperitur in India in paludibus iis, quæ nardum ferunt. Itaque & odores ſuauiſſimos afflat, quoniã conchylia nardo veſcuntur. Ex his igitur ſiue teſtis, ſiue conchis, fieri poterant vaſa ad vnguentũ ſeruãdum aptiſſima, quippe quæ nardi odore iam eſſent penitus imbuta. alij dicunt Onychẽ eſſe marmoris genus, & onychẽ hîc interpretantur ampullam marmoream. Eſt etiam ὄνυξ lapis idem, qui alabaſtrites, ex quo ὄνυξ vnguentarius id eſt, vas ad diuturnam vnguenti cuſtodiã probatiſſimum. vide Harmolaum Barbarum. Duxerunt autem appellationem & hic lapis, & hæc concha à ſimilitudine vnguis humani, quia nihil ſit in eis rugoſum, nihil aſperum: ſed omnia, vt in vngue, læuia ac polita. Propertius lib. 3. *Sit mẽſa ratio, noxque inter pocula currat: Et crocino nares myrrheus vngat onyx.* & Catull. de coma Berenices, *Nunc vos, optato quas iũxit lumine teda, Non prius vnanimis corpora coniugibus Tradite nudantes reiecta veſte papillas, Quàm iucunda mihi munera libet onyx.* Eſt etiam onyx gemma coloris candidi, ex qua vas vnguentarium fieri ſolitum eſſe conſtat.

QVI NVNC SVLP. ACCVB. HORR.] Od. 28. lib. 3. *Parcis deripere horreo Ceſſantem Bibuli conſulis amphoram.* in verbo *accubat* autem tralatio eſt à rebus animatis: poſitúmque eſt pro acclinatus, ſeu acclinatum eſt.

SPES DONARE NOVAS LARGVS] largus & liberalis in afferenda & donanda noua ſpe: vt epiſt. ad Torqu. lib. 1. *Spes iubet eſſe ratas.* *largus donare*, id eſt, largus ad donandum.

AMARÁQVE CVRARVM] id eſt, amaras curas, ſeu potiùs amarores curarũ. ſic loquitur Od. 1. lib. 2. *Et cuncta terrarum ſubacta.* & ſatyra ſecunda libri ſecundi, *Corruptus vanis rerum.* & vltima eiuſdem, *dùmque Ridetur fictis rerum Balatrone ſecundo.* & epiſtola ad Piſones, *Indiciis mõſtrare recentibus abdita rerum.* & epiſt. ad Scæuam, *tu poſcis vilia rerũ.* ſic Liu. *ſubita rerum.* lib. 9. *incerta caſuum.* lib. 30. & alibi, *diuerſa montium.* & Lucret. lib. 1. *Inter ſepta meant voces: & clauſa domorum Trãſuolitant.* idem lib. 2. *Nunc hic, nunc illic ſuperant vitalia rerum, Et ſuperantur item.* ibidem. *Contemplator enim, cum ſolis lumina cumque Inſertim fundunt radios per opaca domorum.* & libr. 6. *penetrat per rara viarum.* Virgil. lib. 6. Æn. *per opaca viarum Corripiunt ſpatium medium, foribuſque propinquant.* idem lib. 2. *Obſedere alij telis anguſta viarum.* Paterculus *auerſa viarum*, & *auia itinerum.* ſic etiam Græci, Ariſtoph. Pluto. ὁ Ζεὺς μὲν οὖν εἰδὼς τὰ τούτων μῶρα, id eſt, Iupiter igitur ſciens horum ſtulta, id eſt, ſtultitias.

ELVERE EFFICAX] ad eluendas curas efficax. ſuprà ann. ad Od. 8. Iam, quòd hoc vinum ad curas eluendas efficacem eſſe dicit, id omniũ vinorum cõmune ferè eſt: atque hãc laudem omnibus propemodũ vinis tribuunt poëtæ. itaq; vinum λαθικηδέα, id eſt, obliuionem mærorum afferens: & παυσίλυπον, id eſt, moleſtiis modum & finem imponens. & νηπενθὲς, id eſt

luctum

luctum adimens, ſeu luctu liberans. & κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων, id eſt, malorum omnium obliuionem inducens, appellant Græci: obliuioſum Latini, vt Horat. ſuprà Od. 7. lib. 2. *Obliuioſo pocula Maſſico Ciboria exple.* eodem pertinet illud Od. 9. epod *Curam metumque Cæſaris rerum iuuat Dulci Lyæo ſoluere.* & illud Od. 13. eodem. lib. *Illic omne malum vino, cantuq́ leuato Deformis ægrimoniæ Dulcibus alloquiis.* & illud ſaty. 7. lib. 2. *Nunc vino quærens, nunc ſomno fallere curam.* & hi Alcæi verſus apud Athenæum, Οὐ χρὴ κακοῖσι θυμὸν ἐπιτρέπειν. Προκόψομεν γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι. Ὦ Βακχί. φάρμακον δ' ἄριστον Οἶνον ἐνεικαμένοις μεθύσθην. Ναι. quos ſic vertimus, *Stultum eſt malis cor dedere languidum, O Bacche: aſſequemur prorſus enim nihil Mærendo. pharmacum optimum autem eſt, Fecundiore madere vino.*

Cvm tva merce] cum onyche nardi.

Immvnem] inanem, nihil afferentem, vt annotatum eſt ad Od. 21. lib. 3. Sic apud Virgil. Georg. 4. *Immuniſque ſedens aliena ad pabula fucus.* Sed Græcum verbum exprimere voluit, *aſymbolum*: quo vtitur Terent. Phorm. *te ne aſymbolum venire vnctum, atque lautum è balneis?* Non vult igitur Horatius, Virgilium venire ἀσύμβολον, id eſt, ſine ſymbola. Animaduertendum eſt autē tùm apud Græcos, tùm apud Latinos, quemadmodum & apud nos, cenas alias fuiſſe conuiuatoris ſumtu apparatas, atque inſtructas: alias, in quas ſuam quiſque partē conferebat. has ἐράνους, illas εἰλαπίνας appellant Græci, ab eo, quod quaſi gregatim, ſeu turmatim, aut turbatim cōpotarent, παρὰ τὸ κατ' ἴλας πίνειν: vel ab eo, quòd vniuerſum, & quaſi in gyrum, παρὰ τὸ εἰλαδὸν ſeu εἰληδὸν, ſeu εἰλεῖσθαι. Hom. ὀδυσσ. α. Τίς δαὶς, τίς δὲ ὅμιλος ὅδ' ἔπλετο; τίπτε δέ σε χρεώ; Εἰλαπίν', ἠὲ γάμος; ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ' ἐστίν, id eſt, Quod epulum, quis cœtus hic eſt? quæ tandem te cogit neceſſitas? vtrùm conuiuium publicum, an nuptialis cena? Nam non eſt conuiuium ex collecta. & ὀδυσσ. λ. Ἢ γάμῳ, ἢ ἐράνῳ, ἢ εἰλαπίνῃ τεθαλυίῃ, id eſt, Aut nuptiali conuiuio, aut ex collecta, aut cena publica & vniuerſa omni epularum copia referta. in ἐράνῳ autem, id, quod confertur à conuiuis, συμβολὴν Græci, & ſymbolam Latini vſucapto vocabulo nomināt: *collectam* Latino & proprio. itaq; quòd apud Terent. Andr. vulgò legitur *ſymbolum dedit*, corrupta ſcriptura eſt. nam, vt aliàs admonui, ſymbolam legendum, quod item dudū docuit Adrianus Turnebus, vir doctiſſ. & ita ſcriptum eſt apud Plautum in Sticho, *eadem nocte ſymbolam dabo*, Præterea interpretes Homeri ſic docent, ἔρανος λέγεται τὸ ἐκ συμβολῆς γινόμενον δεῖπνον. & interpres Theocriti ad εἰδ. ζ. ἐπὶ δὲ τῶν βραδυνόντων παροιμία, ὅστις ἐπὶ δεῖπνον κληθεὶς ὀψὲ ἔρχεται, ἢ χωλός ἐστιν, ἢ οὐ δίδωσι συμβολάς, qui ad cenam vocatus tardiùs venit, aut claudus eſt, aut nō dat ſymbolas. & Proculus in hunc locum Heſiodi, Μηδὲ πολυξείνου δαιτὸς δυσπέμφελος εἶναι. Ταῦτα, φησί, χώραν

A δίδωσι ταῖς καλουμέναις συμβολαῖς. αὗται γὰρ πολύξενοι ἂν εἶεν ἐκ τοῦ κοινῇ πολλοῖς συσσιτεῖν εἶναι, παρέξουσι μὴ οὐκ εἶναι δυσπρόσιτον ἐν ταύταις, καὶ δύσκολον, ἐχούσης δαπάνην μὲν ἐλαχίστην, χάριν δὲ πλείστην διὰ τὴν κοινωνίαν. οὕτω γὰρ πάλαι συνεσίτουν ἀλλήλοις συνεισφέροντες εἰς τὸ κοινὸν ἕκαστοι, καὶ μετ' ἀλλήλων ἑστιώμενοι, id eſt, hæc, inquit, locum dant ſymbolis, quæ appellantur. hæ enim valde hoſpitales, & multorum hoſpitum fuerint, multos inter ſe conciliantes, vt vnà cibum capiant, & efficientes ne quis in eis ſe aditu difficilē, & moroſum præbeat, quia ſumtum quidem exiguum habeant, iucunditatem autem & gratiam pluri-mam propter communionem. Sic enim olim vnà inter ſe cibum capiebant, conferentes ſinguli in commune, & vnà inter ſe epulantes. ſic Alexis apud Athen. lib. 6. οὗ γὰρ μὴ τίθενται συμβολάς, Πρυτανεῖα ταῦτα προσαγορεύεται. vbi enim non conferuntur ſymbolæ, ea prytanēa appellantur. Hegeſander apud eundem lib. 8. τὴν συμβολὴν τὴν εἰς τὰ συμπόσια ὑπὸ τῶν συμπινόντων εἰσφερομένην Ἀργεῖοι χῶν καλοῦσι, τὴν δὲ μερίδα, αἶσαν, id eſt, ſymbolam, quæ à compotantibus in conuiuia confertur, Argiui χῶν appellant, portionem autem αἶσαν. Erat & tertium genus, γάμος id eſt, conuiuium nuptiale, vt intelligere licet ex illis verſib. Homeri, quos ſuprà protulimus. quod quamobrē præberetur, nomen ipſum declarat. Erat autem hoc C quod nuptiale dicitur conuiuium, magnificum, & ſumtuoſum, & liberale, vt perſpicuū eſt tùm ex iiſdem verſibus, tùm ex Ariſtot. lib. 4. de moribus ad Nicom. vbi loquitur de eo, quem βάναυσον Græcè nominat, ego operariorum more inſolentem in ſumtu faciendo Latinè reddidi. verba Ariſtot. ſunt hæc, καὶ λαμπρύνεται περὶ μέλος, οἷον ἐρανιστὰς γαμικῶς ἑστιῶν, id eſt, & ſplendorem ac magnificentiam oſtentat inconcionē atq; inuenuſtè, verbi gratia, nuptiali apparatu eos accipit, qui ſymbolā in cenā dederunt.

Tingere] τέγγειν, quo verbo vtitur Alcæus: vel dicēdum, poſitū eſſe tingere, pro madefacere: cui reſpondet Græcum βρέχειν. Sed nō D diſſimulabo me reperiſſe in vno cod. Vatican. & Iannoct. aliquótque aliis, *tinguere*.

Nigrorvmqve memor] id eſt. rogi, boſti, mortis memor.

Dvm licet] dum vita manet, & dū fert ætas. ſic Saty. 6. lib. 2. *quo, bone, circà, Dum licet, in rebus iucundis viue beatus: Viue memor, quàm ſis æui breuis.* vide annot. ad Od. 9. lib. 1.

Misce stvltit. consil. brev.] miſce ſeriis iocoſa. Nam animus humanos perpetuā contentionem ferre non poteſt. & niſi interdum ioco ac ludo remittatur & relaxetur, obtunditur, atq; (vt verbo Lucretiano vtar) obbruteſcit. Rectè igitur poëta noſter ita monet, Od. 11. li. 2. *quid æternis minorē Conſiliis animū fatigas.*

In loco] opportunè: cùm tempus, & locus ferunt, aut etiam poſtulant. ἐν καιρῷ.

IN LYCEM.

Ode 13.

ARGVMENTVM.

Inſultat ei, quòd iam anus fiat, & libidine flagrans, contemnatur à iuuenibus.

Audiuere Lyce di mea vota: dij
Audiuere Lyce. fis anus, & tamẽ
Vis formoſa videri:
Ludíſque, & bibis impudens:
*Et cantu * tremulo pota cupidinem*
Lentum ſollicitas. ille virentis, &
Doctæ pſallere Chiæ,
Pulchris excubat in genis.
Importunus enim tranſuolat aridas
Quercus, & refugit te, quia luridi
Dentes, te quia rugæ
*Turpant, & capitis * niues.*
Nec Coæ referunt iam tibi purpuræ,
*Nec clari lapides * tempora, quæ ſemel*
Notis cóndita faſtis
Incluſit volucris dies.
*Quo fugit * Venus? heu: quóve color decẽs*
Quò motus? quid habes illius, illius,
*Quæ ſpirabat * amores:*
Quæ me ſurpuerat mihi,
*Felix poſt Cynaram, notáque, & * artiũ*
Gratarum facies? ſed Cynaræ breueis
Annos fata dederunt,
Seruatura diu parem
Cornicis vetulæ temporibus Lycen:
Poſſent vt iuuenes viſere feruidi
Multo non ſine riſu,
Dilapſam in cineres facem.

AVDIVERE LYCE] Lycæ meretrici nũc tandem ſeneſcenti, inſultat, cuius ferociam ac ſuperbiam queritur Oda 10. lib. 3. *Extremum Tanaim ſi biberes Lyce, &c.*

LVDIS Q.] & ludis ludos amatorios, & Venereos. hoc enim ſignificat *ludere* interdum. vt *Luſiſti ſatis, ediſti ſatis, atque bibiſti.* epiſt. 2 lib. 2. Terent. Eunucho. *quia conſimilem luſerat ille ludum.*

ET BIBIS IMPVDENS] in eo declaras, A quàm ſis impudens, quòd ludas, & bibas proinde ac ſi puella eſſes. puellas autem hoc loco accipio pro ſcortis. nam neque puellæ virgines, & pudicæ, neque matronæ Romanæ vinum bibebant, vt annotauimus ſup. ad Od. 15. lib. 3. quem locum huc aſcribere libet, quia cũ hoc cõgruit. *Te lanæ prope nobilem Tonſæ Luceriam, non cithara decẽt: Nec flos purpureus roſæ, nec poti vetulam face tenus cadi.* vbi quidam non rectè cenſuerunt legendum *Sed poti vetulam, &c.*

CANTV TREMVLO.] qualis eſt ſenum, & vetularum.

CVPID. LENTVM SOLLIC.] amoris flãmam in te iam extinctam, & pæne emortuam, cantu prouocas, & excitas.

B ILLE VIRENTIS ET DOCT.] Ille autem, nempe Cupido, vigil cubat in genis Chiæ puellæ ætate florentis, & pſallendi peritæ.

EXCVBAT] vigil cubat, cùm in te ſit ſopitus, ac, pæne dicam, ſepultus.

IMPORTVNVS] qui nec quieſcit, nec alios conquieſcere ſinit. diximus ſuprà ad Odam 6. libr. 3.

ARIDAS QVERCVS] δρῦς ἀζαλέας, γεράνδρυα. vetulas ſignificat, quæ ætate defloruerunt, atque exaruerunt.

LVRIDI DENTES] illuuie ſqualidi. & crocei coloris: liuidi. ſuprà *Orcum luridum* dixit Od. 4. lib. 3. & infrà Od 17. epod. *oſſa pelle amicta lurida.* γηραλέυς ὀδόντας eodem ſenſu dixit Anacr.
C Luridum dictum eſt a lura, vtre, ſeu culleo ſeu pelle: quæ prius quam ſit aliquo colore ſuffuſa, pallida & crocei, vel lutei coloris eſt.

CAPITIS NIVES] canities, cani. ſic loquitur Antipater in epigram. illo, quod ſcripſit in Biantem lib. 3. epigr. Τῆδε Βίαντα κέκευθα, τὸν ἀτρέμας ἤγαγεν ἑρμῆς Εἰς ἀΐδην πολιῷ γήραϊ νιφόμενον, id eſt, hîc Biantem texi, quem tacitè, ſeu quietè ad Orcum duxit Mercurius canæ ſenectæ niuibus perfuſum. Iam Græci γῆρας πολιοκρόταφον ſolent appellare. [Sed Quintilianus hanc tranſlationem ait eſſe duram lib. 8. Car. de tropis his verbis, *Sunt & duræ, hoc eſt, à longinqua ſimilitudine ductæ, vt capitis niues.*

D NEC COÆ REFERENT] nec Coæ veſtes (inquit) id eſt, tenues, ſubtiliſque, & bombycino filo contextæ: nec gemmæ ætatem illã florentem, quæ iam abiit, tibi reducent. Significat nec veſtitus elegantia ac nitore, nec gemmarum pretio, ac fulgore formam amiſſam, & tempore ac vetuſtate conſumptam atque extinctam reuocari. Coas veſteis fuiſſe admodũ tenueis, & pæne pellucidas declarat locus Saty. 2. lib. 1. *Altera nil obſtat Cois tibi, pæne videre eſt, vt nudam.* quamquam quidam libri veteres illic habent, *Altera nil obſtat. Chloris tibi pæne videre eſt, Vt nudam.* Hermolaus Barbarus autem conatus eſt oſtendere, in omnibus libris, vbi Coæ veſtes appellantur, mendum ineſſe, & Céas veſtes, ab inſula Céo, non Coas eſſe nominatas. ego tamen non ſum auſus ſcripturam inueteratam immutare.

NEC

NEC CLARI LAPIDES.] nihil muto. Nam quãuis mihi valde placeat altera ſcriptura, quæ reperitur in duobus codicibus Vaticanis & in Iannoct. Vrſ. Torneſ. vno Ruſſard. *Nec cari lapides*, mouet me tamen locus ille apud M. Tull. lib. 4. accuſ. *Candelabrum è gemmis clariſsimis opere mirabili perfectum.* niſi quis etiam locum illũ corruptum eſſe dicet, & legendum eſſe contendet, *è gemmis cariſsimis*. Omnino & hæc recepta tolerabilis, & illa altera probabilis eſt.

TEMPORA, QVÆ SEMEL NOTIS, &c.] id eſt, tempora præterita, ætatem exactam, præteritos annos: vt Virg. Æn. 5. *O mihi præteritos referat ſi Jupiter annos.* ſolebant autem Romani (vt ſciunt omnes) cùm res foris geſtas, tùm tacta vrbana ſingulorum annorum, & COSS. nomina in faſtis, memoriæ publicæ cauſa, perſcribere. iccircò ſuprà *memores faſtos* appellat Od. 17. lib. 3. & Saty. 3. lib. 1. *faſtos mundi. Tempora ſi, faſtóſque voles euoluere mundi.* Quæ ſunt igitur in faſtis perſcripta, aut inciſa, ea ſunt præterita: & quæ præterita, ſi modò ſunt alicuius momenti, faſtis includuntur. Porphyrion *incluſit* interpretatur *ſignauit, depoſuit, ſepeliuit. Incluſi enim tumulo, vita defuncti intelliguntur.*

QVÒVE COLOR DECENS?] colorem decentem eadem ratione, eodémque ferè ſenſu dixit, quo ſuprà Od. 27. lib. 3. *malas decentes. Antequam turpis macies decentes Occupet malas.* in quibuſdam lib. ſcriptum eſt *calor decens.*

SPIRABAT AMORES] ἔρωτας ἔπνευ. ſic enim loquuntur Græci. Anacreon ἁπαλὴν παῖδα κατέχων, Κύπριν ὅλην πνέουσαν, id eſt, teneram puellam tenens, quæ totã Venerẽ ſpirat. M. Tull. ad Q. Fratr. lib. 3. *ſed minantur tamen, in primíſque* Ἄρη πνέων *Q. Scæuola*, id eſt, Martem ſpirans. ſic epiſtola ad Auguſtum lib. 2. *Et ſpirat tragicum ſatis.* & Virg. Georg. 2. *ſpirantes naribus ignem.*

QVÆ ME SVRPVERAT MIHI] id eſt, quæ optimam mei partem mihi furtim ademerat. *ſurpuerat* autem συγκοπὴ, pro ſubripuerat: quod eſt admodum vſitatum & huic, & ceteris poëtis. vt Saty. 3. lib. 2. *vnum me ſurpite morti*, pro ſubripite. Lucret. 2. *quapropter vbi ipſam Cernere iam nequeas, motus quoque ſurpere debet.* Virgil. Æneid. 8. *Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris.*

FELIX POST CYNARAM] de Cynara. ſic epiſt. ad Villicum lib. 1. *Quem ſcis immunem Cynaræ placuiſſe rapaci.* & epiſt. ad Mæcen. 2. lib. 1. *Inter vina fugam Cynaræ mærere proteruæ.* poſt Cynaram autem, vel quia ſoli Cynaræ cedebat: vel quia Cynara mortua eſt.

ARTIVM GRAT. FAC.] facies lepôris, & venuſtatis plena: facies inſtructa atq; ornata iis rebus omnibus, quæ homines ad amandum allicere & poſſunt, & ſolent, vt oculorum ſplẽdor & flagrantia, frontis læuor, oris nitor, vultus ad riſum & hilaritatem compoſitus, & quaſi natura factus, labrorum natiuus rubor, & arte adiutus, genarum candor puniceo colore tempe-

A ratus. & ſimil.

PAREM CORN. VETVLÆ TEMP.] ſup. Od. 17. lib. 3. *Annoſa cornix*, cornicum viuacitas prouerbij locum obtinuit. Heſiodus Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη ἀνδρῶν ἡβώντων, id eſt, *Tres iuuenum ætates, & bis ſex garrula cornix Metitur viuendo dies.* Lucr. lib. 1. *corniclum vt ſæcla vetuſta.*

DILAPSAM IN CIN. FACEM] vel te, quæ olim oris tui ſuauitate, & flagrantia oculorum iuuenes incendebas, nunc conſumtam, aridam, exſanguem: vel formam tuam olim eximiã nunc corruptam. *dilapſam* autem legendum eſt, non *delapſam*, vt habent nonnulli mendoſi codices, etiam veteres. ſic Virgil. Georg. 4. *dilapſus in*
B *aquas* dixit, vbi de Proteo loquitur. *aut in aquas tenues dilapſus abibit*, idem lib. 4. Æneid. *dilapſus calor*, abſolutè. *& vnà Dilapſus calor, atque in ventos vita receſſit.*

AD AVGVSTVM.

Ode. 14.

ARGVMENTVM.

Auguſto nullos à ſenatu populóque Romano honores deferri dicit, qui virtutes eius æquare poſſint. Victorias, quas eius priuigni de va-
C riis gentibus reportarunt, celebrat: tanquam ad ipſius Auguſti felicitatẽ ſimul & gloriã pertinentes: quòd nimirum bella auſpiciis illius geſſerint. Tandem igitur quaſlibet gentes, etiam quæ in remotiſſimis terræ partibus ſitæ ſint, eius imperiũ agnoſcere & venerari ait.

QVæ cura patrum, quæve Quiritium
** Plenis honorum muneribus, tuas*
Auguſte virtutes in æuum
Per titulos memoréſque faſtos
D *Æternet? ô quà ſol habitabileis*
*Illuſtrat oras, * maxime principum,*
** Quem legis expertes Latinæ*
Vindelici didicere nuper,
Quid Marte poſſes. milite nam tuo
Druſus Genaunos, implacidum genus
Brencóſque veloceis, & arceis
Alpibus impoſitas tremendis,
*Deiecit acer, * plus vice ſimplici.*
Maior Neronum: mox graue prælium
Commiſit, immaneíſque Rhætos
Auſpiciis pepulit ſecundis,

Spectandus in certamine Martio,
Deuota morti pectora liberæ
Quantis fatigaret ruinis:
**Indomitas propè qualis vndas*
Exercet Auſter Pleiadum choro
*Scindente nubeis: *impiger hoſtium*
Vexare turmas: & frementem
Mittere equum medios per igneis:
**Sic tauriformis voluitur Aufidus:*
Qui regna Dauni perfluit Appuli:
Cùm ſæuit: horrendamq́; cultis
Diluuiem meditatur agris:
Vt Barbarorum Claudius agmina
Ferrata vaſto diruit impetu:
Primoſq́; & extremos metendo
*Strauit humum * ſine clade victor,*
*Te copias, te conſilium, & *tuos*
Præbente diuos. nam tibi, quo die
Portus Alexandria ſupplex,
Et vacuam patefecit aulam,
Fortuna luſtro proſpera tertio
Belli ſecundos reddidit exitus:
Laudemque, & optatum peractis
*Imperiis * decus arrogauit.*
Te Cantaber non antè domabilis,
Medúſque & Indus: te profugus Scythes
Miratur, ô tutela præſens
Italiæ, dominæq́; Romæ:
Te, fontium qui celat origines
Nilúſque, & Iſter: te rapidus Tigris,
Te belluoſus, qui remotis
Obſtrepit Oceanus Britannis:
Te non pauentis funera Galliæ,
Duræque tellus audit Iberiæ:
Te cæde gaudentes Sicambri,
** Compoſitis venerantur armis.*

Qvæ cvra] ſignificat ſenatum, populúmque Rom. quantumuis ſtudij, curæque conferat ad iuſtos, & meritos Auguſto honores decernendos, nullos tamen eius in patriam meritis dignos decernere vllo modo poſſe.

Patrvm] ſenatorum. Salluſt. de bello Catil. *Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum erat, Reſp. conſulebant. hinc vel ætate, vel curæ ſimilitudine patres appellabantur.*

Qviritvm] populi Rom. ſuprà Od. 1. lib. 1. *Hunc ſi mobilium turba Quiritium, &c.*

Plenis honor. mvnerib.] honorificis muneribus, vt ſtatuis, triumphis, monumentis publicis.

Per titvlos] per inſcriptiones tuæ virtutis, tuorúmque in remp. meritorum indices.

Memoréſqve fastos] qui continẽt memoriam rerum foris, & domi geſtarum, actorúmque publicorum: ſup. Od. 17. lib. 3. & Od. ſuperiore.

B Æternet] perpetuet, æternas reddat. Varro lib. 2. rerum humanar. *litteris ac laudibus æternare*, ex Nonio.

O, qvà sol habitabiles] ô omnium principum, qui terrarũ parteis habitabiles incolunt, maximè. non enim omnes terrarum partes ſunt habitabiles, vt ſu. Od 22. li. 1. *quà*, id eſt, qua parte, ſeu quibus partibus. cod. Raïn. Card. haber. *O, quà lux, &c.*

Qvem legis expertes Lat. Vindel.] de Vindelicis ſup. Od. 4. huius libri. *Videre Rhæti bella ſub Alpibus Druſum gerentem, Vindelici.* Iam hoc genus loquendi, *Quem*, nempe te, *Vindelici didicere, Quid Marte poſſes*, Græcorum eſt propriũ,

C quo ſæpe vtuntur Comici, & Tragici, & alij. Ariſtoph. in Pluto. ἄγε δὴ πρότερον σαυτὸν, ὅστις εἶ, φράσον: age igitur, prius te ipſum, qui ſis, dicito. Sophocl. in Trachin. πρὸς θεῶν, φράσον, φίλη δέσποινα, τήνδε, τίς ποτ' ἐστὶν ὁ ξένος, tu eſt, per deos, dicito hunc, cara domina, ſeu hera, quis tandem ſit hoſpes. Plato in Phædro. καὶ εἰδέναι χρὴ τὴν ἐραστοῦ φιλίαν, ὅτι οὐ μετ' εὐνοίας γίνεται, id eſt, & ſcire oportet amatoris amicitiam, quòd nõ eſt cum beneuolentia coniuncta. Terent. in Eunucho. *Ego illum neſcio, qui fuerit. hoc quod fecit, res ipſa indicat.* M. Tull. epiſt. ad Q. Frat. libr. 2. *Hæc me, vt confidam, faciunt.* Plautus Aſinar. *Verùm meam vxorem neſcis, qualis fiet.* Idem Aulular. *Ego te faciam, miſerrimus mortalium*

D *vti fies.* Idem in Menæchmis. *Solem vides, vt ſtatim occæcatus eſt præ huius corporis candoribus?*

Legis exp. Lat.] id eſt, qui ſuis legibus viuunt, neque Romanis, aut vllis aliis aſtricti ſunt.

Genavnos, &c.] magna eſt in his nominibus librorum antiquorum varietas. alij habent *Geraunos, Breunóſque.* alij *Genauuos, Breunóſque*: ſed plures *Genaunos, Brencóſque*: Strabo lib. 4. ſi locus emendatus eſt, hos populos Tenauos, & Bren-Hecyra, *Eheu me miſeram. cur nõ aut iſtac mihi Æ*-cos appellat his verbis, οἱ δὲ Οὐινδελικοὶ, καὶ Νωρικοὶ τὴν ἐκτὸς παρωρείαν κατέχουσι τὸ πλέον μετὰ Βρεύκων καὶ Γεναύνων, id eſt, Vindelici autem & Norici eam, quæ extrà eſt, partẽ montib. vicinam ferè totam incolunt, cum Brencis & Tenauis. Itaque, vel ex illo Strabonis loco Horatius

natius eſt emendandus, & legendum hîc Tenaunos, ſeu Tenaunos, & Breneos: vel ex Horatiô, Strabo eſt corrigendus. omnino vel *Tenaunos, & Brencos*, vel *Genaunos*: vel *Geraunos, & Brennos*, ſeu Breunos potiùs: non *Gelonos* legendum puto.

IMPLACIDVM GENVS] horum populorum immanitatem ex paucis verbis Strabonis cognoſcere licet. ἐ μόνον ἀνδροφονοῦσιν ἀλλὰ καὶ μέχρι νηπίων ἀῤῥένων προέρχονται· καὶ μηδ' ἐνταῦθα παύονται, καὶ τὰς ἐγκύους γυναῖκας κτείνουσιν, ὅσας φῶσιν οἱ μάντεις ἀῤῥενοκυεῖν, id eſt, non ſolùm viros interficiunt, verùm etiam vſque ad infanteis maſculos progrediuntur: & ne hîc quidem deſinentes, etiam prægnanteis mulieres trucidant eas, quas vates dixerint in vtero maſculos gerere.

DEIECIT] aptiſſimo verbo vſus eſt, & pæne dicam, militari: vtitur eo ſæpiſſimè & Cæſar *Deiecit autem plus vice ſimplici*, id eſt, plus quàm ſemel: ſemel atque iterum deiecit.

MAIOR NERONVM] Claudius Tiberius Nero. de quo ſic Sueton. *Ex hinc Rhæticum, Vindelicûmque bellum, inde, Pannonicum, inde Germanicum geſſit. Rhætico, ac Vindelico gentem Alpinas, Pannonico Brencos & Dalmatas ſubegit.* epiſt. ad Iul. Florum lib. 1. *Iuli Flore, quibus terrarum militet oris Claudius Auguſti priuignus, ſcire laboro. Maior Neronum* autē ſic dixit hoc loco, vt in lib. de arte poët. *O maior iuuenum.* & Satyr. 6. lib. 1. *qui ſe Vultum ferre negat Nouorum poſſe minorum.*

MOX GR. PROEL. COMM.] mox, Genaunis, & Brencis, ſeu Breunis præſidio deiectis, pugnam cum hoſtibus commiſit, & ſigna contulit.

SPECTANDVS IN CERT. MART.] dignus, qui ſpectaretur in prœlio, quantis ruinis & cladibus vexaret Rhœtorum animos, mortē liberam non extimeſcenteis. certamen Martium dixit, quia ſunt quædam certamina ludicra, vt prœlia campeſtria, vt epiſt. 18. lib. 1. ſunt *& certamina diuitiarum*, vt epiſt. 4. eiuſd. & certant interdum inter ſe homines ingenio, contendūt nobilitate, vt ait Lucret. lib. 3. *Certare ingenio, contendere nobilitate.*

DEVOTA MORTI PECT. LIB.] Rhœtorum pectora ita mortem non horrentia, vt ſe morti deuouiſſe viderentur. *morti libera* autem, vel quia ſponte ſua, & nulla neceſſitate coacti mortem oppetebant: vel quia qui pugnantes in acie cadunt, liberi moriuntur: & ita *libera* epithetum eſt perpetuū mortis, quæ in acie oppetitur.

INDOMITAS PROPE QVAL. VND.] Druſum Rhœtorum turmas prœliis ſecundis vexantem, ac profligantem comparat cum Auſtro Virgiliis exortis, quæ tempeſtates excitant, vndas maris agitante. Ordo autem verborum hic eſt, Druſus impiger hoſtium vexare turmas, & mitt. frem. eq. p. m. ign. qualis propemodum eſt Auſter cùm vndas exercet, Pleiadum choro ſcindente nubeis.

EXERCET] fatigat, agitat. vt apud Virgil. A Georg. 3. *exercita curſu Flumina.*

PLEÏADVM CHORO] Pleïadas Atlantis fuiſſe filias, nunc ſtellas in Tauri cauda locatas, (Virgilias nominant Latini) quarum ſex dumtaxat cernitur, ſeptima ſit obſcurior: earūmque ortum, atque obitum, pluuium eſſe: præterea eas ortu matutino, qui eſt à Kal. Maiis vſque ad decimum Kal. Quinctileis, æſtatem: veſpertino, qui eſt à Kal. Octobribus vſque ad v. Idus Decembr. hiemen præſignificare, ac nuntiare, notum eſt vel pueris. Heſiod. ἔργ. ἡμ. Πληϊάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων Ἄρχεσθ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ δυσομενάων, id eſt, *Pleiades Atlantigenæ cælo exorientes Meſſis tempora ſignificant, eædemque cadentes Veniſſe agricolis oſtendunt tempus arandi.* & Aratus,
B Ἑπτάποροι δὴ ταίγε μετ' ἀνθρώποις καλέονται, Ἐξ οἴαί περ ἐοῦσαι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσιν· Ἀλκυόνη, Μερόπη τε. Κελαινώ τ', Ἠλέκτρη τε, Καὶ Στερόπη, καὶ Τηϋγέτη, καὶ πότνια Μαῖα. quos verſus ſic Latinè reddidit Cicero, *Hæ ſeptem vulgò perhibentur more vetuſto Stellæ: cernuntur verò ſed vndique paruæ. At non interiiſſe putanŧ cōuenit vnam, Sed fruſtrà ac temerè à vulgo ratione ſine vlla Septem dicier, vt veteres ſtatuère poetæ, Æterno cunctas æuo qui nomine dignant, Alcyone, & Merope, atque Celeno, Taygetéque, Electra, Steropéque, ſimul ſanctiſſima Maia.* & Theocr. in Hyla. Ἆμος δ' ἀντέλλοντι πελειάδες, ἐσχατιαὶ δὲ Ἄρνα νέον βόσκοντι τετραμμένου εἴαρος ἤδη, Τῆμος ναυτιλίας μιμνάσκετο θεῖος ἄωτος Ἡρώων, id eſt, Cùm au-
C tem oriuntur Virgiliæ, prata autem remota agnū nouellum paſcunt, conuerſo iam vere: Tum nauigationis memor erat flos heroüm diuinus. Oſtendit autem his verſibus Aratus, eas æſtatis, & brumæ nuntias eſſe. Ζεὺς σφισι καὶ θέρεος, καὶ χείματος ἀρχομένοιο Σημαίνειν ἐπένευσεν, ἐπερχομένου τ' ἀρότοιο. Athenæus lib. 2. docet Pleiadas ab Æſchylo, Pindaro, Simonide Peleiadas, quod valet περιστεράς, id eſt, colūbas, nominari. Vnius Simonidis verba aſcribam ea, quæ ad hunc locum pertinent. Ἑπτὰ τε δὲ Ἄτλας ἑπτὰ ἰοπλοκάμων φίλαι θυγατέρων τὰν (Μαῖαι) ἔξοχον εἶδος, αἳ καλέονται πελειάδες οὐράνιαι. Sed de his qui plura ſcire volet, legat Athen. eo, quem dixi, libro.

D SCINDENTE NVB.] id eſt, imbreis profundente nubibus à vento ſciſſis.

IMPIGER HOST. VEX. TVRM.] impiger in vexandis hoſtium turmis.

ET FREMENTEM] Virg. Georg. 1. princ. *túque ô, cui prima frementem Fudit equum, &c.* & Horat. Oda 9. epod. *Ad hunc frementeis verterunt bis mille equos, &c.*

MEDIOS PER IGNEIS] id eſt, per medias prœlij flammas: per media, eáque acerrima pericula. ſic epiſt. 1. lib. 1. *Per mare pauperiem fugiens per ſaxa, per ignes.* ſic Hom. ἰλ. κ. Τούτου δ' ἑσπομένοιο, καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο Ἄμφω νοστήσαιμεν, ἐπεὶ περὶ οἶδε νοῆσαι, id eſt, *Hoc comitante vel ex ardentibus ignibus ambo Salui euadamus, quoniam egregiè ſapit vnus.*

Spectandus in certamine Martio,
Deuota morti pectora liberæ
Quantis fatigaret ruinis:
** Indomitas propè qualis vndas*
Exercet Auſter Pleiadum choro
*Scindente nubeis: * impiger hoſtium*
Vexare turmas: & frementem
Mittere equum medios per igneis:
** Sic tauriformis voluitur Aufidus:*
Qui regna Dauni perfluit Appuli:
Cùm ſæuit: horrendamq́; cultis
Diluuiem meditatur agris:
Vt Barbarorum Claudius agmina
Ferrata vaſto diruit impetu:
Primosq́; , & extremos metendo
*Strauit humum * ſine clade victor,*
*Te copias, te conſilium, & * tuos*
Præbente diuos. nam tibi, quo die
Portus Alexandria ſupplex,
Et vacuam pateſecit aulam,
Fortuna luſtro proſpera tertio
Belli ſecundos reddidit exitus:
Laudémque , & optatum peractis
*Imperiis * decus arrogauit.*
Te Cantaber non antè domabilis,
Medúſque & Indus : te profugus Scythes
Miratur, ô tutela præſens
Italiæ, dominæq́; Romæ:
Te, fontium qui celat origines
Nilúſque, & Iſter: te rapidus Tigris,
Te belluoſus, qui remotis
Obſtrepit Oceanus Britannis:
Te non pauentis funera Galliæ,
Duræque tellus audit Iberiæ:
Te cæde gaudentes Sicambri,
** Compoſitis venerantur armis.*

QVÆ CVRA] ſignificat ſenatum , populúmque Rom. quantumuis ſtudij, curæque conferat ad iuſtos, & meritos Auguſto honores decernendos, nullos tamen eius in patriam meritis dignos decernere vllo modo poſſe.

PATRVM] ſenatorum. Salluſt. de bello Ca-

A til. *Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum erat, Reip. conſulebant. hinc vel ætate, vel curæ ſimilitudine patres appellabantur.*

QVIRITVM] populi Rom. ſuprà Od. 1. lib. 1. *Hunc ſi mobilium turba Quiritium, &c.*

PLENIS HONOR. MVNERIB.] honorificis muneribus, vt ſtatuis, triumphis, monumentis publicis.

PER TITVLOS] per inſcriptiones tuæ virtutis, tuorúmque in remp. meritorum indices.

MEMORÉSQVE FASTOS] qui continẽt memoriam rerum foris, & domi geſtarum, actorúmque publicorum: ſup. Od. 17. lib. 3. & Od. ſuperiore.

B ÆTERNET] perpetuet, æternas reddat. Varro lib. 2. rerum humanar. *litteris ac laudibus æternaee,* ex Nonio.

O, QVÀ SOL HABITABILES] ô omnium principum, qui terrarũ parteis habitabiles incolunt, maximè. non enim omnes terrarum partes ſunt habitabiles, vt ſu. Od 22. li. 1. *quà*, id eſt, qua parte , ſeu quibus partibus. cod. Raïn. Card. habet. *O, quà lux, &c.*

QVEM LEGIS EXPERT. LAT. VINDEL.] de Vindelicis ſup. Od. 4. huius libri. *Videre Rhæti bella ſub Alpibus Druſum gerentem, Vindelici.* Iam hoc genus loquendi, *Quem*, nempe te, *Vindelici didicere, Quid Marte poſſes,* Græcorum eſt propriũ,

C quo ſæpe vtuntur Comici, & Tragici, & alij. Ariſtoph. in Pluto. ἄγε δὴ· πρότερον σαυτὸν, ὅστις εἶ, φράσον: age igitur, prius te ipſum, qui ſis, dicito. Sophocl. in Thracin. πρὸς θεῶν, φράσον, φίλη Δέσποινα, τόνδε, τίς ποτ᾽ ἐστὶν ὁ ξένος, id eſt, per deos, dicito hunc, cara domina, ſeu hera, quis tandem ſit hoſpes. Plato in Phædro. καὶ εἰδέναι χρὴ τὴν ἐραστοῦ φιλίαν, ὅτι οὐ μετ᾽ εὐνοίας γίγνεται, id eſt, & ſcire oportet amatoris amicitiam, quòd nõ eſt cum beneuolentia coniuncta. Terent. in Eunucho. *Ego illum neſcio, qui fuerit. hoc quod fecit, res ipſa indicat.* M. Tull. epiſt. ad Q. Frat. libr. 2. *Hæc me, vt confidam, faciunt.* Plautus Aſinar. *Verùm meam vxorem neſcis; qualis*

D *ſiet.* Idem Aulular. *Ego te faciam, miſerrimus mortalium vti ſies.* Idem in Menæchmis. *Solem vides, vt ſtatim occæcatus eſt præ huius corporis candoribus?*

LEGIS EXP. LAT.] id eſt, qui ſuis legibus viuunt, neque Romanis, aut vllis aliis aſtricti ſunt.

GENAVNOS, &c.] magna eſt in his nominibus librorum antiquorum varietas. alij habent *Geraunos, Breunóſque.* alij *Genaunos, Breunóſque:* ſed plures *Genaunos, Beeucóſque:* Strabo lib. 4. ſi locus emendatus eſt, hos populos Tenauos, & Bren-Hecyra, *Eheu me miſeram. cur nõ aut iſtac mihi Æ-*eos appellat his verbis, οἱ δὲ Οὐινδελικοὶ, καὶ Νωρικοὶ τὴν ἐκτὸς παρωρείαν κατέχουσι τὸ πλέον μετὰ Βρεύκων καὶ Τενάων, id eſt, Vindelici autem & Norici eam, quæ extrà eſt, partẽ montib. vicinam ferè totam incolunt, cum Brencis & Tenauis. Itaque, vel ex illo Strabonis loco Horatius

natius eſt emendandus, & legendum hîc Tenauos, ſeu Tenaunos, & Brencos: vel ex Horatio, Strabo eſt corrigendus. omnino vel *Tenaunos, & Brencos*, vel *Genaunos*: vel *Geraunos, & Brennos*, ſeu Breunos potiùs: non *Gelonos* legendum puto.

Implacidvm genvs] horum populorum immanitatem ex paucis verbis Strabonis cognoſcere licet. οὐ μόνον ἀνδροφονοῦσιν ἀλλὰ καὶ μέχρι νηπίων ἀῤῥένων περιέρχονται· καὶ μηδ' ἐνταῦθα παύονται καὶ τὰς ἐγκύους γυναῖκας κτείνουσιν, ὅσας φῶσιν οἱ μάντεις ἀῤῥενοκυεῖν, id eſt, non ſolùm viros interficiunt, verùm etiam vſque ad infanteis maſculos progrediuntur: & ne hîc quidem deſinentes, etiam prægnanteis mulieres trucidant eas, quas vates dixerint in vtero maſculos gerere.

Deiecit] aptiſſimo verbo vſus eſt, & pæne dicam, militari: vtitur eo ſæpiſſimè & Cæſar *Deiecit* autem *plus vice ſimplici*, id eſt, plus quàm ſemel: ſemel atque iterum deiecit.

Maior Neronvm] Claudius Tiberius Nero. de quo ſic Sueton. *Ex hinc Rhæticum, Vindelicúmque bellum, inde, Pannonicum, inde Germanicum geßit. Rhætico, ac Vindelico genteis Alpinas, Pannonico Brencos & Dalmatas ſubegit.* epiſt. ad Iul. Florum lib. 1. *Iuli Flore, quibus terrarum militet oris Claudius Auguſti priuignus, ſcire laboro. Maior Neronum* autẽ ſic dixit hoc loco, vt in lib. de arte poët. *O maior iuuenum.* & Satyr. 6. lib. 1. *qui ſe Vultum ferre negat Nouiorum poſſe minoris.*

Mox gr. proel. Comm.] mox, Genaunis, & Brencis, ſeu Breunis præſidio deiectis, pugnam cum hoſtibus commiſit, & ſigna contulit.

Spectandvs in cert. Mart.] dignus, qui ſpectaretur in prœlio, quantis ruinis & cladibus vexaret Rhœtorum animos, mortẽ liberam non extimeſcenteis. certamen Martium dixit, quia ſunt quædam certamina ludicra, vt prœlia campeſtria, vt epiſt. 18. lib. 1. ſunt *& certamina diuitiarum*, vt epiſt. 4. eiuſd. & certant interdum inter ſe homines ingenio, contendũt nobilitate, vt ait Lucret. lib. 3. *Certare ingenio, contendere nobilitate.*

Devota morti pect. lib.] Rhœtorum pectora ita mortem non horrentia, vt ſe morti deuouiſſe viderentur. *morti libera* autem, vel quia ſponte ſua, & nulla neceſſitate coacti mortem oppetebant: vel quia qui pugnantes in acie cadunt, liberi moriuntur: & ita *libera* epithetum eſt perpetuũ mortis, quæ in acie oppetitur.

Indomitas prope qval. vnd.] Druſum Rhœtorum turmas prœliis ſecundis vexantem, ac profligantem comparat cum Auſtro Virgiliis exortis, quæ tempeſtates excitant, vndas maris agitante. Ordo autem verborum hic eſt, Druſus impiger hoſtium vexare turmas, & mitti frem. eq. p. m. ign. qualis propemodum eſt Auſter cùm vndas exercet, Pleïadum choro ſcindente nubeis.

Exercet] fatigat, agitat. vt apud Virgil.

A Georg. 3. *exercita curſu Flumina.*

Pleïadvm choro] Pleïadas Atlantis fuiſſe filias, nunc ſtellas in Tauri cauda locatas, (Virgilias nominant Latini) quarum ſex dumtaxat cernũtur, ſeptima ſit obſcurior: earúmque ortum, atque obitum, pluuium eſſe: præterea eas ortu matutino, qui eſt à Kal. Maiis vſque ad decimum Kal. Quinctileis, æſtatem: veſpertino, qui eſt à Kal. Octobribus vſque ad v. Idus Decembr. hiemen præſignificare, ac nuntiare, notum eſt vel pueris. Heſiod. ἔργ. ἡμ. Πληϊάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων Ἄρχεσθ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ δυσομενάων, id eſt, *Pleiades Atlantigenæ cælo exorientes Meßis tempora ſignificant, eædemque cadentes Veniſſe agricolis oſtendunt tempus arandi.* & Aratus,
B Ἑπτάποροι δὴ ταί γε μετ' ἀνθρώπους καλέονται, Ἓξ οἶαί περ ἐοῦσαι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσιν· Ἀλκυόνη, Μερόπη τε, Κελαινώ τ', Ἠλέκτρη τε, Καὶ Στερόπη, καὶ Τηϋγέτη, καὶ πότνια Μαῖα. quos verſus ſic Latinè reddidit Cicero, *Hæ ſeptem vulgò perhibentur more vetuſto Stellæ: cernuntur verò ſed undique paruæ. At non interiiſſe putant cõuenit vnam, Sed fruſtrà ac temerè à vulgo ratione ſine vlla Septem dicier, vt veteres ſtatuère poëtæ, Æterno cunctas æuo qui nomine dignant, Alcyone, & Merope, atque Celeno, Taygetéque, Electra, Steropéque, ſimul ſanctißima Maia.* & Theocr. in Hyla. Ἆμος δ' ἀντέλλοντι πελειάδες, ἐσχατιαὶ δὲ Ἄρνα νέον βόσκοντι τετραμμένου εἴαρος ἤδη, Τῆμος ναυτιλίας
C μιμνάσκετο θεῖος ἄωτος Ἡρώων, id eſt, Cùm autem oriuntur Virgiliæ, prata autem remota agnũ nouellum paſcunt, conuerſo iam vere: Tum nauigationis memor erat flos heroüm diuinus. Oſtendit autem his verſibus Aratus, eas æſtatis, & brumæ nuntias eſſe. Ζεὺς σφίσι καὶ θέρεος, καὶ χείματος ἀρχομένοιο Σημαίνειν ἐπένευσεν, ἐπερχομένου τ' ἀρότοιο. Athenæus lib. 2. docet Pleïadas ab Æſchylo, Pindaro, Simonide Peleiadas, quod valet περιστεράς, id eſt, colũbas, nominari. Vnius Simonidis verba aſcribam ea, quæ ad hunc locum pertinent. Ἔτικτε δ' Ἄτλας ἑπτὰ ἰοπλοκάμων φιλᾶν θυγατέρων τὰν (Μαῖαν) ἔξοχον εἶδος, αἳ καλέονται πελειάδες οὐράνιαι. Sed de his qui plura ſcite volet, legat Atheu. eo, quem dixi, libro.

D Scindente nvb.] id eſt, imbreis profundente nubibus à vento ſciſſis.

Impiger host. Vex. tvrm.] impiger in vexandis hoſtium turmis.

Et frementem] Virg. Georg. 1. princ. *túque ô, cui prima frementem Fudit equum, &c.* & Horat. Oda 9. epod. *Ad hunc frementeis verterunt bis mille equos, &c.*

Medios per igneis] id eſt, per medias prœlij flammas: per media, eáque acerrima pericula. ſic epiſt. 1. lib. 1. *Per mare pauperiem fugiens per ſaxa, per igneis.* ſic Hom. ἰλ. κ. Τούτου δ' ἑσπομένοιο, καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο Ἄμφω νοστήσαιμεν, ἐπεὶ περὶ οἶδε νοῆσαι, id eſt, *Hoc comitante vel ex ardentibus ignibus ambo Salui euadamus, quoniam egregiè ſapit vnus.*

Sic tauriformis volvitur,&c.] Hercules ab inferis reuerſus, in Ætoliam profectus eſt ad OEneum, filiam ſuam Deianiram vxorem ſibi vt ille daret, quam cùm offendiſſet Acheloo fluuio vicino iam deſponſam, cum eo luctatus eſt, tauri ſpeciem præ ſe ferente: cuius altero cornu auulſo puella potitus eſt. Eſt autem Achelous omnium, qui ſunt in Græcia, fluuiorum maximus, videtúrque tauriformis habitus vel propter eius multas flexiones, vel potiùs proptereà, quòd multis locis relicto ſuo alueo exundabat. Ab eo ceteri fluuij maximè ij, qui imbribus augentur, non ſolùm tauriformes, ſed etiam Acheloi ſolent appellari. Quin etiam tam Græci, quàm Latini Acheloum pro aqua vſurpare ſolent. Euripid. Bacch. ὁ δ' ὡς ἐσεῖδε, δώματ' αἴθεσθαι δοκῶν, ᾖσσ' ἐκεῖσε κᾆτ' ἐκεῖσε δμωσὶν Ἀχελῷον φέρειν ἐννέπων, &c. id eſt, ille autem vt vidit, ædeis conflagrare putans, eò ſe properè contulit: deinde iubens illuc famulos Acheloum ferre, &c. Virgil. Georg. 1. *Poculáque inuentis Acheloia miſcuit vuis.* Homerus ἰλ. φ. Xantum Achilli iratum, quòd alueum ſuum cadaueribus impediret, facit erumpentem, atque exæſtuãtem corpora denique in terram eiicientem cum mugitu inſtar tauri: ex quo fortaſſe qui Homerum ſecuti ſunt, poëtæ, fluuiis omnibus tauri ſpeciem tribuerunt. verba Hom. ſunt hæc: Τοὺς ἐκβαλλε θύραζε μεμυκὼς ἠΰτε ταῦρος Χέρσονδε. his cõſentanea ſcribit interpres Sophoclis in Trach. οἱ ποταμοὶ ταυρόκρανοι διετυποῦντο, ἢ ὅτι μυκηθμοὶ, εἰσὶ ταύροις παραπλήσιοι περὶ τὰς ἐκβολάς, ἢ ὅτι σχίζουσι τὴν γῆν, ὡς βόες. ἢ διὰ τὸ τὰς καταγομὰς παρὰ τοῖς ποταμοῖς εἶναι, id eſt, fluuij taurinis cornibus fingebantur, vel quòd mugitu ad oſtia, taurorum ſunt ſimiles, vel quòd terram ſcindunt, vt boues: vel quia paſcua ſunt propter fluuios. ſic Ælianus ποικίλ. ἱστορ. β. τὴν τῶν ποταμῶν φύσιν, καὶ τὰ ῥεῖθρα αὐτῶν ὁρῶμεν. ὅμως δ' οἱ τιμῶντες αὐτοὺς, καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῶν ἐργαζόμενοι, οἱ μὲν ἀνθρωπομόρφους αὐτοὺς ἱδρύσαντο, οἱ δὲ βοῶν εἶδος αὐτοῖς περιέθηκαν. ſic enim emendandus Ælianus, vt hoc notem ἐν παρόδῳ. quorum verborum hæc ſententia eſt, Fluuiorum autem naturã & eorum alueos videmus. Verumtamen qui eos colunt, & qui eorum ſimulacra fingunt, alij in humanam figuram eos conformant, alij eis boum formam affingũt. licet etiam dicere, oſtia & ora fluuiorum per cornua ſignificari. Itaque Virgilius lib. 8. Æneid. in extr. Rhenum bicornem appellat, vel quia duobus alueis fluit, vt vult Seruius, vel quia duobus oſtiis in Oceanum influit. Idem de Tiberi lib. 8. *Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarum.*

Aufidus] ſuprà *longè ſonantem* appellat Od. 9. de quo plura ad Od. vlt. lib. 3.

Perfluit] reclamantibus ferè omnibus cod. veteribus in quibus ſcriptum eſt *perfluit*, aut *præfluit*, vulgatos ſecutus ſum, non pugnaturus, ſi quis malit, *præfluit*. ſic ſuprà Od. 3. huius libri, vbi vulgati habent *perfluunt*, veteres pleriq; omnes habebant *præfluunt*. Et verò ita Liuius locutus eſt lib. 54. *Duo cingunt Scodram flumina: Clauſula latere vrbis, quod in orientem patet, præfluens: Barbana palude oriens.* Quare quamuis & olim & nunc editum ſit me aſſentiente, *perfluit*, antiquam tamẽ cenſeo reſtituendam.

Cum ſævit] cùm auctus imbribus *ſternit ſata læta, boúmque labores*, vt ait Virgil. vide ſuprà annot. ad Od. 29. lib. 3. ſic Hom. de Diomede ἰλ. ε. Θῦνε γὰρ ἂμ πεδίον ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς Χειμάρρῳ, ὅστ' ὦκα ῥέων ἐκέδασσε γεφύρας. Τὸν δ' οὔτ' ἄρ τε γέφυραι ἐεργμέναι ἰσχανόωσι, Οὔτ' ἄρα ἕρκεα ἴσχει ἀλωάων ἐριθηλέων Ἐλθόντ' ἐξαπίνης, ὅτ' ἐπιβρίσῃ Διὸς ὄμβρος. Πολλὰ δ' ὑπ' αὐτοῦ ἔργα κατήριπε κάλ' αἰζηῶν, id eſt, Ruebat autem per campum fluuio torrenti exundanti ſimilis: qui celeriter fluens ponteis diſturbat. Eum autem neque pontes continent, neque ſepta agrorum virentium comprimunt repente labentem, cùm eum auxerit cæleſtis imber: multa autem ædificia, & opera manu hominum facta eius impetu labefactata côncidunt.

Meditatur] ſecutus ſum ſcripturam triũ veterum codicum, quos in Italia vidi, & totidem, quos in Gallia, in his Torneſ. quam & viri docti valde probant: agnoſcit Porphyr. Nam vulgati habent *minitatur*, quam tamen non aſpernor. nam ita legit Non. Marcell. eũdem citans hũc locum. ineſt autem in verbo *meditatur* mirabilis, & longè audacior, quàm in illo altero *minitatur*, tralatio à re animata ad inanimam.

Primósque et extr. met.] ſic Virg. lib. 10. *Proxima quæq; metit gladio.* quem locum producunt teſtem Acron & Porphyr.

Stravit humum] ſic ſcriptum reperi in pleriſque libris calamo exaratis, tribus Vatic. & Iannoct. Faër. Vrſ. Torneſ. Nicot. Ruſſar. *Strauit humum* autem, id eſt, operuit, & compleuit humum. vulgati habent, *Strauit humi*, quod minùs probo. ſic enim locutus eſt ſuprà Od. 17. lib. 3. *& alga littus inutili Demiſſa tempeſtas ab Euro Sternet, aquæ niſi fallit augur, &c.*

Sine clade victor] victor ſine vlla ſuorum iactura. longè huic diſſimilis eſt ea, quam victoriam Cadmeam nominant.

Præbente] ſufficiente, ſuppeditante, πορίζοντος, ἐπαρκοῦντος.

Tuos Divos] qui tibi fauent, qui tua omnia incœpta fortunant. hoc ideò dictum (inquit Porphyrio) quòd Auguſti auſpiciis hæc à Druſo geſta ſunt.

Nam tibi, quo die Port. &c.] ſententia huius loci hæc eſt. Quo die Alexandria, in quam Antonius, & Cleopatra confugerant, potitus es, anno ſcilicet, poſt initium belli Mutinenſis, decimo tertio: eo ipſo die omnium bellorum præteritorum felicem exitum habuiſti. Nam bellis omnibus compoſitis, & victoria parta, remp. conſtituiſti, imperium populi Rom. ſtabiliuiſti, laudem, & gloriam tibi ſempiternam tot victoriis partis comparaſti, tertium denique conſulatum,

ſulatum, dominatúmque perpetuum conſecutus A
es. Priſcian. lib. 2. docet, vtrúmque eſſe vſitatū, *Alexandréa*, & *Alexandria*: vt Antiochia & Antiochéa.

Lvstro tertio] nondum finito, id eſt, anno decimo tertio nondum exacto. Errant autem, qui duo luſtra nouem annis duntaxat putant conſtare, quaſi quintus annus finis ſit vnius & principium alterius.

Arrogavit] peperit, vendicauit.

Te Cantaber] ſup. Od. 8. lib. 3. *Cantaber ſera domitus catena.* & Oda 6. lib. 2. *Cantabrum indoctum iuga ferre noſtra.*

Profvgvs] Od. 24. lib. 3. *Campeſtres melius Scythæ.* & Od. 35. lib. 1. *te profugi Scythæ.*

O tvtela præsens Ital. domi- B
næqve] qui tanquam Deus præſens Italiam, Romamque tutaris. alia ratione dixit ſup. Od. 6. *Virginum prima, puerique*, &c. *Deliæ tutela deæ*, id eſt, quos Diana tuetur. magna autem vis eſt in nomine *præſens*. dicimus enim *Deum præſentem*, cuius numinis vim, auxiliúmque, quaſi præſentis, ſentimus. vide annot. ad Od. 35. lib. 1.

Dominæqve romæ] Od. 3. huius lib. *Romæ principis vrbium Dignatur ſuboles, &c.*

Te font. qvi cel. origines] Herodotus in Euterpe ſcribit neminem vnquam neque Græcum, neque Afrum, neque Ægyptium auſum eſſe ſibi profiteri ſe ſcire Nili fonteis, ſeu C
origines, præterquam quendam tabularum, & ædis Mineruæ, pecuniæque cuſtodem in vrbe Saï, atque eum tamen ſibi ludere, & nugari viſum eſſe: quippe qui dixerit Nilum ex quodam lacu infinitæ altitudinis inter duos monteis interiecto manare. Scriptores recentiores, quibus hæc exquirere fuit curæ, aiunt Nilum ex montibus Lunæ oriri. Tibull. lib. 1. *Nile pater, quânam poſſum te dicere cauſâ, Aut quibus in terris occuluiſſe caput?* [Dion Nicæus in Seuero ſcribit, *Nilum oriri ex monte Atlante, qui quoniam omnium montium altiſſimus eſt, ſemper niuibus oppletus eſt, quæ æſtate liqueſcentes maximam aquarum vim illo tempore maximè gignunt. Addit idem illius montis radices cùm ſemper aliàs eſſe paluſtreis, tum maximè æſtatis tempore. ex eóq; Nilum tum potiſſimùm creſcere.*] *originem* autem habent cod. Faër. & Iann. ceteri omnes, quibuſcum D
vulgati congruunt, *origines*: quos ſequor: quia perſpicuè Herodotus eo, quem dixi libro, πηγὰς Νείλου dicit, non πηγήν. de Nilo plura in commentar. Lucret.

Ister] quem eundem eſſe, atque Danubiū nonnulli volunt, ſed aliis atque aliis gentibus. Apollonius lib. 4. argon. ſcribit Iſtrum ex hyperboreis montibus oriri, & cùm ad eum locum, qui interiectus eſt inter Scythiam, & Thraciam peruenerit, in duas parteis ſecari: quarum altera in Pontum Euxinum, altera in mare Tyrrhenū influit: eadémque tradit interpres ad eum locum. de eodem lege Strabon. lib. 4.

Te rapid. Tigr.] Tigris, Armeniæ fluuius, à celeritate nomen traxit. Itaque meritò ra- A
pidus ab Horatio appellatur: quāquam quidam legi volunt, trepidus, id eſt, celer.

Te bellvosvs] Oceanum belluoſum vocat propter ingenteis belluas in eo naſcenteis, & viuenteis: in quibus eſt phyſeter, *ingentis columnæ modo* (vt narrat Plin. lib. 9. cap. 4.) *ſe attollens, altiorque nauium velis, diluuiem quandam eructans.*

Te non pav. fvn.] Ariſtot. lib. 3. de moribus ad Nicom. ſcribit, Celtas neque terræ motus, neque fluctus extimeſcere. Ælianus autem lib. 12. Var. hiſtor. etiam ampliùs, nempe illos pugnare coronatos: argumentúmque eis ſuarum cantilenarum conſtare ex hominibus iis, qui fortiter in bello pugnantes ceci- B
derint: eoſdem partim rebus præclarè geſtis gloriantis, partim ſuæ ipſorum virtutis monumenta Græcorum more relinquenteis, tropæa victoriæ excitare: fugere autem, apud eos vſque adeò turpe eſſe, vt ne ex domibus ruinoſis quidem, ac labantibus ſeſe auferant: quin ne his quidem incendio deflagrantibus ſaluti ſuæ fuga conſulere, à flamma iam occupatos: nonnullos autem maris æſtum accedentem exſpectare, ac ſubire: alios vltrò fluctibus arma inferre, eorúmque impetum excipere nudis gladiis, haſtiſque deſtrictis, quaſi eos poſſint vel exterrere, vel ſauciare.

C Cæde gavdentes Sicambri] ſuprà Od. 2. eiuſd. lib. *quandoque trahet feroces Per ſacrum cliuum merita decorus Fronde Sicambros.* Cæde gaudentes autem, vel quia bellicoſi, & belli ſtudio dediti ſunt, vnde cædes oriuntur: vel ſimplicius, quia cædibus delectantur: quod argumētum eſt immanitatis.

Compositis] suo cōſenſu, vnóque tempore de manu poſitis: vel cónditis, & ſuo loco poſitis, vt Od. 7. epod. *cur dexteris Aptantur enſes cónditi?* eadem fortaſſe ſignificatione dixit Satyr. 3. lib. 2. *Audire atque togam iubeo componere, quiſquis Ambitione mala, aut argenti pallet amore.*

TVRNEBVS.

D EX lib. 23. cap. 5. Etſi corrigeri amnium Dei finguntur, vnde & *Tauriformis Aufidus* ab Horatio dicitur: tamen etiam cornua amnium, ipſorum oſtia & ora dicuntur, vt apud Maronem 8. Æn.

-- *Rhenúſque bicornis.* Exit enim duobus oſtiis in Oceanum: Sic & Valerius lib. 8. Argonaut.

Haud procul hinc ingens Scythici ruit impetus Iſtri,
Fundere non vno tantum quem flumina cornu,

Accipimus. Nam ſeptem, vt ait, exit alueis in Euxinum Pontum.

AVGVSTI LAVDES.

Od. 15.

ARGVMENTVM.

Auguſti laudes hac quoque oda canit, licet à canendis eius prælijs ab Apolline deterritum ſe fuiſſe dicat. Potiſſimùm autem laudat eum, quòd pacem ſuis reddiderit, & refrænata, quæ cum ſumma licentia vagabatur, morum corruptela, eas artes reuocarit, per quas imperium à maioribus fuerat amplificatum.

PHOEBVS volentem prælia me loqui,
Victas & vrbeis, increpuit lyra:
** Ne parua Tyrrhenum per æquor*
Vela darem. tua, Cæſar, ætas
Fruges & agris rettulit vberes,
Et ſigna noſtro reſtituit Ioui,
Derepta Parthorum ſuperbis
Poſtibus: & vacuum duellis
** Ianum Quirini clauſit: & ordinem*
*Rectum * euaganti frena licentiæ*
*Iniecit: * emouitque culpas:*
Et veteres reuocauit arteis:
Per quas Latinum nomen, & Italæ
Creuere vires: famáque, & imperI
Porrecta maieſtas ad ortum
Solis ab Heſperio cubili.
Cuſtode rerum Cæſare non furor
*Ciuilis, aut vis * exiget otium:*
Non ira, quæ procudit enſeis,
*Et miſeras * inimicat vrbeis.*
Non, qui profundum Danubium bibunt,
Edicta rumpent Iulia: non Getæ,
Non Seres, infidíve Perſæ,
Non Tanaïn prope flumen orti.
Nóſque & profeſtis lucibus, & ſacris
Inter iocoſi munera Liberi
Cum prole, matronſque noſtris,
Rite deos prius apprecati,
Virtute functos more patrum duces,
Lydis remiſſo carmine tibiis,
Troiámque, & Anchiſen, & almæ
Progeniem Veneris canemus.

PHOEBVS VOLENTEM PROELIA, &c.] ſic Virgil. in Sileno, *Cum canerem reges & prælia, Cinthius aurem Vellit, & admonuit, paſtorem Tityre pingues Paſcere oportet oueis, &c.* Idem in Copa. *Mors aurem vellens, viuite, ait: venio.*

NE PARVA TYRRH. PER ÆQVOR] allegoria eſt. nam aliis verbis aliud ſignificat, nēpe vetuiſſe Phœbum, ne humilibus verſibus, & imbelli Muſa, res grandeis, amplas, & bellicas canat. quod ſup. Od. 3. lib. 3. dixit, *Magna modis tenuare paruis.* Quemadmodum enim periculoſum eſt paruo nauigio in mari Tyrrheno nauigare, ſic nō eſt tutum tenuibus, & humilibus verſibus res magnas & graueis perſequi.

ET SIGNA NOSTRO REST. IOVI] Parthi Phraate regnum obtinente ſigna, quæ Craſſus amiſerat, Romam ad Auguſtum vltro remiſerunt. ſcribunt Strabo, Sueton. Patereulus, & alij. *noſtro Ioui* autem, id eſt, Ioui Capitolino. Horat. epiſt. ad Lollium 2. lib. 1. *& Cantabrica bella tuliſti Sub duce, qui templis Parthorum ſigna refixit.* Idem ad Auguſt. *Et formidatam Parthis te principe Romam.* & Satyr. 5. lib. 2. *Tempore, quo iuuenis Parthis horrendus ab alto Demiſſum genus Ænea, &c.* ſic & Virgil. lib. 7. Æneid. *Auroràmque ſequi, Parthóſque repoſcere ſigna.*

DEREPTA] id eſt, detracta. Sic autem legendum vel inuitis codicibus omnibus & antiquis, & recentioribus, non *Direpta*: quamquam in duobus non obſcura exſtant huius germanæ ſcripturæ veſtigia.

ET VACVVM DVELLIS IANVM QVIRINI, &c.] Hac de re ſic Sueton. in Auguſto, *Ianum Quirinum ſemel atque iterum à condita vrbe ante memoriam ſuam clauſum, in multo breuiore temporis ſpatio, terra, marique pace parta, tertio clauſit.* & Varro lib. 4. de lingua Latina, *Tertia eſt Ianualis porta ab Iano: & ideo ibi poſitum Iani ſignum, & inſtitutum a Numa Pompilio rege, vt ſcribit in annalib. L. Piſo, vt ſit ſemper clauſa, niſi cum bellum ſit. Nuſquam traditum eſt memoria Pompilio rege fuiſſe apertam. ſed poſt T. Manlio conſule bello Karthaginienſi primo confecto, & eodem anno apertam.* Hactenus Varro. Plutarch. de fortuna populi Rom. δίπυλον Ἰανοῦ, id eſt, portam Iani biforem appellat: quam (inquit ille) πολέμου πύλην καλοῦσιν, id eſt, belli portam nominant. Idem in Numa. Ἐστὶ δὲ καὶ αὐτοῦ νεὼς ἐν Ῥώμῃ δίθυρος, ὃν πολέμου πύλην καλοῦσιν, id eſt, eſt autem & eius templum Romæ cuius duæ ſunt ianuæ, quod belli portam appellant. Virg. lib. 7. Æneid. germinas belli portas appellat. *Sunt geminæ belli portæ (ſic nomine dicūt) Religione ſacra, & ſæuis formidine Martis, &c.* Porrò autem, *Fanum Quirini* edendum putarim M. Antonio Mureto, & I. Paſſeratio aſſenſus: quorum alter coniectura ductus ſic reponit, alter mihi aſſeuerauit ſe ſcriptum vidiſſe Romæ in vno libro manuſcr. *Fanum Quirini.* vnde quàm ſit facile facere *Fanum Quir.* neminem eſſe puto, qui non videat. Putabat tamen Paſſeratius etiam legi poſſe, *Ianum Quirinum.* quæ lectio nec mihi diſplicet.

EVAG. FRENA LICENT. INIE.] hanc ſcripturam

ſcripturam in vno Vatic. repertam, cum quo tamen conſentiunt cod. Iannoct. Faern. & Torn. Ruſard. Nicot. Cleric. ſic probo, vt contendam, eam eſſe veram & germanam: vulgatam autem, & ordinem rectum, & vaganti frena licentiæ, &c. corruptam dicimus enim Latinè frenos, aut frena iniicere, vt M. Tull. Philipp. 13. *namque illi exſultātis tanquam frenos furoris iniecit.* Valerius Max. lib. 2. cap. 9. *Frena ſunt iniecta vobis Quirites nullo modo perpetiendi: alligati & conſtricti eſtis amaro vinculo ſeruitutis.*] *Ordinem iniicere*, nemo, qui Latinè loqueretur, meo quidem iudicio, dixit vnquam. Significat autem, Auguſti Cæſaris ætate immoderatam, & ordine carentem peccandi licentiam veluti quibuſdam frenis eſſe repreſſam. ſup. Od. 24. lib. 3. *indomitam audeat Refrenare licentiam.* ordo autem eſt, Iniecit frena licentiæ euaganti ord. rect. id eſt, extra ordinem rectum vaganti: ordinem non ſeruanti. Atque hæc ipſa lectio in nonnullis lib. vulg. reperitur: & eam agnoſcit Porphyrio.

EMOVITQVE CVLPAS] nempe ſupplicio in improbos conſtituto. ſic ſuprà Oda, quam modò commemoraui, *Quid triſtes querimoniæ, Si non ſupplicio culpa reciditur? Quid leges ſine moribus, &c.* ſecutus ſum autem hoc loco cod. Iannoct. Torneſ. 2. Vatic. & Clericanum, & Nicotianum, qui ita habent, non *amouet*. neque verò dubitabit quiſquam Latinè doctus, quin hæc ſcriptura ſit vera. vtitur eodem verbo Satyr. 3. lib. 2. *Emouit veterem mirè nouus.* & epiſt. 2. lib. 2. *Dura ſed emouere loco me tempora grato.* & Virgil. lib. 2. Æneid. *Neptunus, magnóque emota tridenti Fundamēta quatit.* Idem lib. 6. *His dictis curæ emotæ, pulſuſque parumper Corde dolor triſti.* ibidem, *Egregia interea coniux arma omnia tectis Emouet.*

ET VETERES REVOC. ART.] id eſt, virtutes: vt frugalitatem, patiētiam paupertatis, contemtum pecuniæ & diuitiarum, ſtudium laudis & gloriæ, continentiam, &c.

PORRECTA] prolata, amplificata, propagata.

AD ORTVM SOLIS] quidam libri vetehabent *ad ortus*, in his Torneſ. Nicotiani duo, Clericanus, Danielis.

AB HESPERIO CVBICVLI] à ſolis occaſu. ἕσπερος Græcis, veſper eſt Latinis.

FVROR CIVILIS] bellum ciuile: quod ciues furore concitati inter ſe gerunt. Virg. lib. 1. Æneid. *Iámque faces & ſaxa volant: furor arma miniſtrat.*

EXIGET OTIVM] ſecutus ſum meliorum codicum, Iannoctij, & Vaticanorum 2. & Clericani, & vnius Nicotiani ſcripturam, quam Por-

A phyr. comprobat. nam vulgati habent *eximet*. exigere autem hoc loco valet, eiicere, expellere: vt dicimus, *Regibus exactis.* vel, vt Nonius interpretatur apud Lucilium, excludere. Lucill. *Veſtimentis frigus atque horrorem exacturum putet. Exacturum pro excluſurum*, inquit Nonius: quod minùs probo. Nam etiam apud Lucilium exigere frigus valet, expellere, meo quidem iudicio. ſic apud Næuium, ſeu Nouium potiùs, *Indignè exigor patria innocens.*

PROCVDIT ENSEIS] ad procudendos & fabricandos enſeis impellit.

INIMICAT] inimicas inter ſe reddit. συγχρύει. ςασιάζει, verbum non admodum vſitati. non diſſimile eſt id, quo vtitur Laberius, *iniquare*.

B ſic ille apud Nonium, *Æquum animum indignanti iniquat contumelia.*

NON QVI PROFVND. DANVB. BIB.] Thraces. Pannones, Taurici, Germani.

EDICTA RVM. IVL.] leges Iulias infirmabunt, vel de adulteriis, vel quaſlibet alias.

INFIDIVE PERSÆ] duo codic. Vatican. Rain. Card. Torneſ. *infidique.* ſic infrà Allobrogem nouis rebus infidelem dicet. Od. 16. epod. *Nouiſque rebus infidelis Allobrox.*

TAN. FR. FLV. ORTI] Scythæ, & Sarmatæ.

PROFESTIS] dies profeſti hominibus cōceſſi ſunt ad rem priuatam, ac publicam admini-

C ſtrandam. vtitur hoc nomine Satyr. 3. lib. 2. *Qui Venuſtanum feſtis potare diebus Campana ſolitus trulla, vappámque profeſtis.* & Satyr. 2. lib. 2. *luce profeſta.*

VIRTVTE FVNCT. MORE PATR.] apud Hom. ἰλ. ι. Aiax. Vlyſſes, Phœnix ad Achillem miſſi, vt eius animum placarent, atque ad lenitatem inflecterent, offendunt eum citharæ cātu animum oblectantem, priſcorúmque virorum laudes canentem, his verbis, Τῇ ὅγε θυμὸν ἔτερπεν, ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν, &c.

LVDIS TIBIIS] ſiue Phrygiis, nihil refert. Tibiæ enim in Barbaria primùm repertæ ſunt, in quas cum aliquando incidiſſet Minerua, eáſque ſemel inflaſſet, continuò reiecit, vt omnium organorum muſicorum deterrimas. Quamquam Porphyrio Phrygiis tibiis res triſteis: Lydiis læ-

D tas cani ſolitas ſcribit.

REMISTO] in libro de arte poët. *ſic veris falſa remiſcet.*

ET ALMÆ PROGEN. VEN.] Iuliū Cæſarem, Auguſtum, Tiberium, Druſos: vel, ſi quis mallet, Iuliam gentem ab Iulo nominatam. ſic Lucretius princip. lib. 1. *Æneadūm genetrix, hominum, diuûmque voluptas, Alma Venus.*

EPODON LIBER.

LAMBINVS LECTORI.

DIV, multúmque dubitaui, & quæſiui: neque dum dubitandi finem feci, lector erudite, quamobrem hic liber vel epodôn, vel epodos nominetur. Nam quid ſit στροφὴ, ἀντιστροφὴ, ἐπῳδὸς apud Pindarum, docent eius interpretes. Apud Horatium autem vbi locus eſt ἐπῳδῷ ſi neque στροφαὶ, neque ἀντιστροφαὶ repetiuntur? an dicemus ἐπῳδῶν librum dici propter adiunctos breuiores verſiculos: quos, qui canebant, in neutram partem mouebantur: ſed in vno loco inſiſtebant? atque in his Odis eſſe ſtrophen, ſiue antiſtrophen cum epodo, vt in choréa mouerentur à ſiniſtra parte in dexteram, deinde quieſcerent, vnóque in loco inſiſterent? an epôdon liber dictus propterea, quòd duo eſſent, qui canerent: vnus, qui longiores verſus pronuntiaret: alter, qui breuiores ſubiiceret, qui dicebatur ἐπῳδὸς, quaſi accentor, aut ſuccentor quidam, reſpondendi munere fungens? an, quod vir quidam doctiſſimus Florentinus mihi dixit in ſermone, cùm eius hac de re ſententiam exquirerem, in ſuperioribus libris fuiſſe στροφὴν, & ἀντιστροφὴν, in hoc eſſe ἐπῳδόν; an placebit, huius libri Odas appellatas eſſe ἐπῳδὰς, quaſi odas poſteriores, non ἐπῳδοὺς: quemadmodum liber poſterior Platonis de legibus ἐπινομὶς inſcribitur? an ἐπῳδοὶ appellati verſiculi breuiores, eò quòd accinuntur longioribus, vt, *Beatus ille qui procul negotiis*, *Vt priſca gens mortalium*? an quod quidam teſtantur ſe vidiſſe in quodam codice vetere, hunc librum ita inſcriptum, *Quinctus Odarum liber*, id ſequemur, vt nullus iam dubitandi locus ſit relictus, nihilque cauſæ, quamobrem hac de re plura quæramus? ego quidem neque vnius codicis auctoritate ſtandum eſſe cenſeo, neque vllam earum, quas expoſui, cauſarum, ſatis certam, aut neceſſariam eſſe puto. Itaque vetus illud Academicum verbum hîc vſurpans, ἐπέχω, ne rei falſæ aſſentiens, temeritatis culpam ſuſtineam. Intereà tamen placet Diomedis, & Marij Victorini, & aliorum Grammaticorum veterum ſententiam probare, qui propterea hunc librum ita inſcriptum eſſe dicunt, quia ſingulis longioribus verſibus, ſinguli breuiores accinuntur, qui ἐπῳδοὶ appellantur. Docent enim illi carminis genus vnum eſſe, in quo verſus ita inter ſe connexi ſunt, vt alter ſine altero audiri non poſſit: quorum prior προῳδικὸς, id eſt, præcinens, poſterior ἐπῳδικὸς. i. quaſi ſuccinens, nominatur, vt in elegis, longus & hexameter, eſt προῳδικὸς: breuior, & pentameter, ἐπῳδικὸς. Eadem igitur ratione hic trimeter *Ibis Liburnis inter alta nauium*, προῳδικὸς erit, quaſi præcinens. alter autem, dimeter, ἐπῳδικὸς, quaſi ſuccinens. *Amice propugnacula*, Sed lubet mihi Marij Victorini verba hîc ſubſcribere ex lib. 3. *Archilochus fuit ſingularis artificij in excogitandis ac formandis nouis metris, primúſque epodos excitauit, alios breuiores, alios longiores, detrahens vnum pedem, ſeu colum metro, vt illi ſubijceret id quod ex ipſo detractum eſſe videbatur, vt in heroo, à quo primùm cœpit*, Diffugêre niues: redeunt iam gramina campis: *Dehinc epodus ſui generis*, Arboribúſque comæ. Idem paulò pòſt. *Idem Archilochus penultimis herois hexametri partibus adiecta ſyllaba huiuſmodi verſum induxit, qui metro Phalaecio: id eſt, tribus trochæis vltimis clauderetur: vt eſt*, At tuba terribilem ſonitum dedit ære canoro. *Adiecta enim ante vltimos pedes*, ſed *ſyllaba, fiet* ære ſed canoro. *quod eſt carmen Phalæcium. Iuncto omni fiet verſus huiuſmodi:* At tuba terribilem ſonitum dedit ære ſed canoro. *Quod quidam hexametrum heroum* περιττοσυλλαβὲς *dixerunt. Huic idem epodum ſubdidit trimetrum verſum Iambicum catalecticum*: id eſt, *vltima parte imminutum. Cuius exemplum noſter Horatius ſecutus eſt illa Oda*, *Soluitur acris hiems grata vice veris & Fauoni. Dehinc trimeter catalecticus vice epodi Trahúntque ſiccas machinæ carinas, &c.* Ex quibus Marij verbis intelligere licet & qui ſint, & quare dicantur epodi. Sed quærat aliquis, cùm etiā in ſuperioribus libris reperiantur minores verſiculi longioribus ſubteati: cur non etiam libri epodôn appellentur, & cur hic ſolus appelletur. reſpondeo, quia totus hic liber, & omnes odæ, quæ in hoc libro ſunt, habent taleis verſiculos, qui epodi dicuntur: non item odæ librorum ſuperiorum, ſed paucæ. hæc mea de huius libri inſcriptione ſententia eſt, quæ ſi cui minùs probetur, afferat probabiliorem: & ego manus dabo.

AD MÆCENA-

AD MÆCENATEM.

Od. 1.

ARGVMENTVM.

Mæcenati ad bellum Actiaticum proficiſcenti comitem ſe offert, non tam quòd præſentia ſua quicquam commodi ſit ei laturus, quàm quòd minùs de ſalute eius ſollicitus ſit futurus.

*IBIS * Liburnis inter alta nauium,*
Amice propugnacula,
Paratus omne Cæſaris periculum
Subire, Mæcenas, tuo.
Quid nos? quibus te vitâ ſit ſuperſtite
Iucunda: ſi contrà, grauis?
Vtrúmne iuſſi perſequemur otium
Non dulce, ni tecum ſimul?
An hunc laborem mente laturi, decet
Qua ferre non molleis viros?
Feremus: & te vel per Alpium iuga,
Inhoſpitalem & Caucaſum,
Vel Occidentis vſq; ad vltimum ſinum,
Forti ſequemur pectore.
Roges, tuum labore quid iuuem meo,
Imbellis ac firmus parum.
Comes minore ſim futurus in metu:
Qui maior abſenteis habet.
Vt aſſidens implumibus pullus auis
*Serpentium allapſus * timet:*
Magis, relictis: non, vt adſit, auxilI
Latura plus præſentibus.
Libenter hoc & omne militabitur
Bellum in tuæ ſpem gratiæ:
Non vt iuuencis illigata pluribus
Aratra nitantur meis:
*Pecúſve * Calabris ante ſidus feruidum*
Lucana mutet paſcua:
*Nec, vt * ſuperni villa candens Tuſculi*
*Circæa * tangat mœnia.*
Satis, ſupérque me benignitas tua
Ditauit haud parauero,
Quod aut, auarus vt Chremes, terra premam:
Diſcinctus aut perdam vt nepos.

A LIBVRNIS] nauibus ſic dictis à Liburnorum gente: de qua Veget. lib. 4. cap. 28. & tribus deinceps ſequentibus cap. vide Od. 32. lib. 1. Nauibus igitur Liburnis, quæ ſunt aliquanto triremibus humiliores, ibis inter altas & magnas triremeis, ac naueis roſtratas. fortaſſe Antonianas ſignificat. Nam Cæſatianæ humiliores erant, vt narrat Plutarch. in Anton & Dion. lib. 30. ſed alij per alta nauium propugnacula, turreis, quæ erant in nauibus Cæſaris, aut etiam ipſas Cæſaris naueis, quæ turritæ erant, ſignificari volunt: quorum ſententiam confirmat Seruius ad hunc Vir-

gilij locum lib. 8. Æneid. extr. *Unà omnes ruere, ac totum ſpumare reductis Conuulſum remis, roſtriſque tridentibus æquor. Alta petunt pelago. credas innare reuulſas Cycladas, aut monteis concurrere montibus altis. Tanta mole viri turritis puppibus inſtant.* ad quæ verba notat: *hoc de hiſtoria tetigit. Nam Agrippa primus hoc genus turrium inuenit, vt de tabulatis ſubito erigerentur, ſimulac ventum eſſet in prælium, turres hoſtibus improuiſæ.* Accedit Prudentius, cuius ſunt hi verſus. *Fluctibus Actiacis ſignum ſymphonia belli Ægypto dederat: clangebat buccina contra. Inſtiterant tenues cymbæ, fragileſque phaſeli Inter turritas Memphitica roſtra Liburnas.* Ego ſuum cuique iodicium liberum relinquo: ſed tamen mouet me Plutarchus, qui naueis Antonianas longè Cæſarianis altiores fuiſſe narrat: mouet & Dion: apud quem B ſic Antonios ad milites. ὁρᾶτε γὰρ που καὶ αὐτοὶ καὶ τὸ μέγεθος, καὶ τὸ πάχος τῶν ἡμετέρων σκαφῶν· ὥστε εἰ καὶ τὸν ἀριθμὸν ἰσοπαλεῖς αὐτοῖς ἐκεῖναι ἦσαν· ἀλλ᾽ ὑπό γε τούτων οὐδὲν ἂν οὔτε ταῖς ἐμβολαῖς, οὔτε ταῖς προσβολαῖς ἐκακούργησαν, τὸ μὲν ἡ παχύτης τῶν ξύλων, τὸ δὲ αὐτὸ τὸ ὕψος τῶν νεῶν, καὶ εἰ μηδεὶς ἀπ᾽ αὐτῶν ἠμύνετο, πάντως ἂν ἐπέσχε. νῦν δὲ δὴ καὶ τοξοτῶν, καὶ σφενδονητῶν τοσούτων ἐπιπλεόντων καὶ προσέτι καὶ ἀπὸ τῶν πύργων ἄνωθεν αὐτῶν ἐφισταμένων, δυνήσεταί τις σφίσι προσμίξαι; Εἰ δὲ δὴ καὶ πλησιάσειέ τις, πῶς μὲν ἂν οὐχ ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ πλήθους τῶν κωπῶν βαπτισθείη; πῶς δ᾽ οὐκ ἂν ὑπὸ πάντων τῶν τε ἀπὸ τῶν καταστρωμάτων, καὶ τῶν ἀπὸ τῶν πύργων βαλλόμενος καταποντωθείη; id C eſt, *Videtis enim etiam ipſi & magnitudinem, & craſſitudinem nauium noſtrarum. Itaque etiam ſi Cæſaris naues noſtris numero eſſent æquales, attamen propter hæc neque incurſionibus, neque eminus pugnando noſtris nocere poſſent. Nam ab incurſionibus lignorum craſſitudo, à telorum iactu defenderet eas altitudo, etiam ſi nemo ab eis hoſtem repelleret. Nunc autem cùm tot ſagittarij, & funditores in eis nauigent, & præterea ex turribus è loco ſuperiore tela iacere, & impetum hoſtium arcere poſſint, poteritne quiſquam illorum nobiſcum congredi, & ad naueis noſtras accedere? Quòd ſi quis acceſſerit, nonne multitudine remorum obruetur? nónne & de nauium noſtrarum tabulatis & de turribus iaculis appetitus, merſabitur?* Adde quod Vegetius lib. 4. cap. 33. & 34. D vbi de Liburnis ſcribit, nullum verbum de earum altitudine, aut turribus facit. quod veriſimile non eſt præteriturum fuiſſe, ſi verum eſſet quod iſti dicunt. Poſtremò L. Annæus Florus, ſeu L. Annæus Seneca io Epitoma rerum Rom. ex T. Liuio perſpicuè Turnebi ſententiam refellit, his verbis: *Nobis quadringenta amplius naues: ducenta non minus hoſtibus: ſed numerum magnitudo penſabat: quippe à ſenis in nouenos remorum ordinibus: ad hoc turribus atque tabulatis ſublatæ caſtellorum & vrbium ſpecie, non ſine gemitu maris & labore ventorum ferebantur. quæ quidem ipſa moles illis exitio fuit.* ſed ne Plutarchi quidem verba omittenda ſunt in Antonio, δυσανασχετοῦντες οἱ Ἀντωνίου πρὸς τὴν διατριβὴν, καὶ τοῖς ὕψεσι, καὶ μεγέθεσι τῶν οἰκείων νεῶν πεποιθότες ὡς ἀπροσμάχοις, τὸ εὐώ-

A νυμον ἐκίνησαν, id eſt, ægrè ferentes autem Antoniani moram, & altitudinibus, ac magnitudinibus nauium ſuarum coofiſi, ſiniſtrum corou mouerunt. Adiuuant me & ea, quæ apod eundem paocis pòſt verſibus ſequuntur, vbi dicit τειχομαχίας veriùs fuiſſe, id eſt pugnam è muris, quàm pugnam naualem, cùm Antoniani è nauibus ſuis, tanquam è muro, pugnarent.

Amice] ô amice Mæcenas. neque eſt quòd quiſquam dicat noo conuenire pudori Horatij, Mæcenatem amicum appellare: Nam Horatius erat amicus inferior, Mæcenas, poteotior. Satyr. 6. lib. 1. *Diſſimile hoc illi eſt: quia non vt forſan honorem Iure mihi inuideat quiuis, ita te quoque amicum.* ibid. *felicem dicere non hoc Me poſſum caſu, quòd te ſortitus* B *amicum.* Od. 20. lib. 1. *Care Mæcenas.* Od. 18. libr. 2. *nec potentem amicum Largiora flagito.*

Subire] excipere, ἀναδέχεσθαι, ſufferre.

Si contrà] me tibi ſuperſtite.

Verúmne iussi] vtrùm oos, qoos manere, & quieſcere iubes, otiabimur vitam iniucundam victuri, niſi tecum viuamus?

An hunc laborem mente laturi, &c.] an hunc militiæ laborem laturi ſumos ea mente, eóque animo, quo viros forteis, & patienteis laborum ferre decet? ſubaudi verbum *ſumus*, vt ſit, laturi ſomus. vel, qood minùs probo, repete ἀπὸ κοινοῦ perſeqoemur. legendum autem *qua*, non *quem*.

Non molleis] id eſt, patienteis & tole- C ranteis laborum, quos Græci καρτερικοὺς appellant μαλακοῖς contrarios.

Ferrenus] ſibi ipſe reſpondet.

Inhospitalem] ἄξενον. ſic ſup. Od. 22. lib. 1. *Siue facturus per inhoſpitalem Caucaſum.*

Roges] quæras fortaſſe, quid ego tibi ſim comes profuturus, qui neque admodum ſim bellicoſus, neque valde robuſto corpore.

Imbellis, ac firm. p.] ἀπόλεμος καὶ ἄναλκις.

Comes] reſpondet ſuperiori tacitæ quæſtioni hoc modo. ſi tecum proficiſcar: multo minùs ſollicitus ſum futurus, quàm ſi maneam, & à te abſim.

Vt áſsidens implvm. &c.] id eſt, D quemadmodum aois pullis implumibus aſſidens, atqoe accubans, ſerpentium illa quidem inſidias & impetus extimeſcit: ſed multo magis tamen timet abſens, cùm ſcilicet pullos ſuos reliquit. Tali ſimilitudine vtitur Theocritus. εἰδ. κϛ. qood inſcribitur Μέγαρα. Ὡς δέ τ᾽ ὀδύρεται ὄρνις ἐπὶ σφετέροισι νεοσσοῖς Ὀλλυμένοις, οὕς τ᾽ αἰνὸς ὄφις ἔτι νηπιάχοντας Θάμνοις ἐν πυκινοῖσι κατεσθίει· ἡ δὲ κατ᾽ αὐτοὺς Πωτᾶται κλάζουσα μάλα λιγὺ πότνια μήτηρ, Οὐδ᾽ ἄρ᾽ ἔχει τέκνοισιν ἐπαρκέσαι· ἦ γάρ οἱ αὐτῇ Ἆσσον ἴμεν μέγα τάρβος ἀμειλίκτοιο πελώρου, Ὡς ἐγὼ, &c. id eſt, Quemadmodom autem ingemeſcit auis pullis ſuis pereuntibus, quos horribilis ſerpens in dumis denſis deuorat: Illa autem circum eos volat vociferans valde clarè eorum mater: neque

neque tamen exitium à pullis ſuis depellere po- A teſt. re vera enim valde metuit propius accedere ad implacidam belluam. Sic ego, &c. nec admodum diſcrepant illa Oppiani lib. 5. ἁλιευτ. Ὡς δ' ὁπότ' ὀρταλίχοισι χελιδόσι νηπιάχοισι Νέρθεν ὑπ' ἐξ ὀρόφοιο τυχὼν ὄφις ἄγχι πελάσσῃ· Καὶ τοὺς μὲν κατέπεφνε, καὶ ἔσπασεν ἔνδον ὀδόντων· Μήτηρ δὲ πρώτον μὲν ἀτυζομένη πεπότηται Λοίγια τετριγυῖα φίλον γόον, ἀλλ' ὅτε παῖδας Ἀθρήσῃ φθιμένους, ἡ δ' οὐκ ἔτι φύξιν ὀλέθρου Δίζεται, ἀλλ' αὐτῇσιν ὑπαὶ γενύεσσι δράκοντος Εἰλεῖται, μέσφ' ὄρνιν ἕλῃ παιδοκτόνος ἄτη. Ὡς ἄρα, &c. id eſt, *Quemadmodum autem cùm ad hirundines implumes & paruulas ſerpens forte ſub tecto propius acceſſit: & eas quidem interemit, ac dentibus diſcerpſit: mater primum quidem pauens circumuolat,* B *deplorans cædem pullorum ſuorum: Cum autem eos interire videt, non amplius exitij fugam quærit, ſed circum maxillas ipſas ſerpentis verſatur, donec eam iactura pullorum interfectorum in perniciem traxerit: Sic, &c.* Neque verò admodum diſſimilis eſt illa comparatio ducta à ceruа apud Homer. ἰλ. λ. Ὡς δὲ λέων ἐλάφοιο ταχείης νήπια τέκνα Ῥηϊδίως συνέαξε λαβὼν κρατεροῖσιν ὀδοῦσιν Ἐλθὼν εἰς εὐνὴν, ἁπαλόν τέ σφ' ἦτορ ἀπηύρα· Ἡ δ' εἴπερ τε τύχῃσι μάλα σχεδὸν, οὐ δύναταί σφιν Χραισμεῖν. αὐτὴν γάρ μιν ὑπὸ τρόμος αἰνὸς ἱκάνει. Καρπαλίμως δ' ἤϊξε διὰ δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλην Σπεύδουσα, ἱδρώουσα κραταιοῦ θηρὸς ὑφ' ὁρμῆς: Ὡς ἄρα, &c. id eſt, Vt leo ceruæ celeris C paruos inulos facilè confregit dentibus correptos, cùm ad eorum cubile iuerit: tenerámque eis animam abſtulit: illa autem etiamſi valde propè adſit, non tamen eis opitulari poteſt, etiam enim tremor grauis occupat: Continuò autem gradum corripit per denſa dumeta, & ſiluam properans, ſudans propter validæ beſtiæ impetum: Sic, &c.

Non, vt adsit, Avxili] id eſt, quæ, quamuis adſit, plus auxilij non eſt latura præſentibus, quàm relictis. in quibuſdam libris calamo exaratis ſcriptum reperi, *Non vti ſit auxili Latura, &c.* quorum verborum hic ſenſus eſt, Non quo ſit plus auxilij latura præſentibus, ſubintell. quàm, &c. ego tamen priorem ſcripturam D mâlo.

Militabitvr bellvm] tale eſt hoc, *militabitur bellum*, qualia illa, *bella pugnata*, & *rura regnata*. de quibus vide ad Od. 6. lib. 2. ego (inquit) totius huius belli laborem ac periculum ſubibo ac perferam, nulla abs te ſperata mercede, nullóque præmio exſpectato: ſed tuæ erga me beneuolentiæ retinendę ſtudio & ſpe ductus.

Non, vt ivvencis, &c.] id eſt, non vt plura agri iugera poſſideam.

Aratra nit. m.] Quidam libri veteres habent *Aratra nitantur mea.*

Pecúsve Calabris ante sidvs, &c.] aut vt pecus meum paſcuis Calabris paullo ante Caniculam relictis, quæ poſt ortum Caniculæ nimio ſolis ardore ſunt torrida, in Lu- A caniam, quæ temperatior eſt, transferatur. ſic epiſtol. 2. libr. 2. *Quid vici proſunt, & horrea, quidve Calabris Saltibus adiecti Lucani: ſi metit Orcus, &c.* hæc eò pertinent, quòd quibus magni pecudum greges erant, ij ſaltus hibernos & æſtiuos habebant, in quibus paſcebantur pecora.

Lvcana mvt. pascva] *paſcuis* habent complures cod. veteres. in his tres Vatica. & Tornel. Ruſſard. Nicotiani duo: quam ſcripturam non reijcio.

Nec, vt svperni villa] ſupernum Tuſculum ideò dixit, quia in colle ſitum eſt. Strabo lib. 5. ſup. Od. 29. lib. 3. *Telegoni iuga parricidæ*. nec (inquit Horatius) vt villa mei fun- B di Tuſculani perueniat, & producatur vſque ad mœnia Circæa, ὑπερβολικῶς dictum eſt, ad exprimendam ædificij magnitudinem, magnificentiam, atque amplitudinem.

Benignitas tva] liberalitas & munificentia tua, vt docuimus ſuprà ad Od. 17, lib. 1.

Havd parav. qvod avt avar.] nolim parauiſſe, quod aut defodiam & condam in terra auarorum more, qui bonis quæſitis parcunt vt ſacris, aut profundam vt luxurioſus nepos.

Discinctvs] diſſolutus, luxurioſus, intemperans: nam diſcingi ferè mollitiem & turpitudinem quandam ſignificat. Itaque turpe erat C Romanis illis veteribus in publicum prodire diſcinctos. vnde prouerbium *diſcincta veſtis, diſcinctus animus*. ſic Perſius Saty. 3. *Non pudet in morem diſcincti viuere Nattæ?*] Seruius ad illum Virgil. locum *diſcinctos Mulciber Afros*: notat *vel habitum eorum oſtendit, qui vſque ad talos fluebat: quod Plautus in Pænulo ridet, his verbis, Quæ eſt illa auis? cum Afrum vidiſſet veſtem demiſſam trahentem: vel diſcinctos dixit, militiæ inhabiles. omnes enim, qui militant, cincti ſunt, alioqui inefficaces: vt contrà præcinctos ſtrenuos dicimus.* Horatius. *Hoc iter ignaui diuiſimus altius ac nos, Præcinctis, vnum. Vnde Græcè εὔζωνος appellatur non qui habet bonam Zonam, ſed qui ſtrenuus eſt, & expeditus ad iter faciendum, aut aliquid agendum.* Hactenus Seruius. Horat. Satyr. 2. lib. 1. *Diſcincta tu-* D *nica fugiendum eſt, ac pede nudo*. diſcinctus tamen aliquando etiam accipitur pro eo, qui remiſſiore & liberiore quidem interdum victu, ac ludo, vitæ quotidianæ ſeueritatē leuat ac temperat: verùm ſine flagitio & turpitudine, vt Sat. 1. lib. 2. *Nugari cum illo, & diſcincti ludere, donec Decoqueretur olus.*

Nepos] nepos præter vulgatam ſignificationem, profuſum & perditum hominem ſignificat, quem Græci ἄσωτον nominant. *Nepotes* (inquit Paullus in epitome Feſti) *luxurioſæ vitæ homines appellati, quòd non magis his res ſua familiaris curæ eſt, quàm iis, quibus pater, auúſque viuunt.* Horat. Saty. 8. lib. 1. *Pantolabo ſcurra, Nomentanóque nepoti.* epiſt. ad Vallam, *Scilicet vt ventres lamina candente nepotum Diceret vrendos.* Saty. 4. lib. 1. *quod meretrice nepos inſanus amica Filius*, al. inſanus, &c.

TVRNEBVS.

Ex lib. 21. cap. 6.

QVæ Epodon liber appelletur ambigi video: ac ſanè quibuſdam probabile videtur, quomodo orbibos Lyricorum ſuæ ſunt conuerſiones, quibus pares reuerſiones reſpondent στροφὰς καὶ ἀντιστροφὰς vocant) demumque ijs ſua epodus accinitor: Sic accini libris Carminum & tanquam ſuccini librum Epodum: quaſi illi libri incentiui ſint, hic ſuccentiuus. Equidem non eo inficias veriſimilitudine niti hanc ſententiam, ſed taoti apud me veterum auctoritas eſt, vt quod illos voluiſſe videam, id maioris apud me ponderis ſit. Exiſtimo igitur lib. Epodon à verſicolis alternis qui maioribus iuſtiſque numeris adiunguntur, nomen quæſitum: minori enim illi verſiculi etiam per ſe poſiti, Epodi nomine celebrantur, vt conſtat è Mario Victorino ità ſcribente, *dehinc Epodus ſui generis, Arboribúſque coma.* Auſonius epiſt. 17. *Libello tamen Apologorum anteculi paucas epodos ſtudio in te obſeruantia meæ impudentiſſimos.* Deindè verſiculos minutos ſubijcit, ibid.

Perge ô libelle Sirmium,
Et dic hero meo ac tuo,
Aue atque ſalue plurimum. Iterum ep. 1.
Dactylicos, eleges, choriambum carmen, epodon.

Iterum

Perſer in excurſu vel teringa millia epodon.

Hermogenes, τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τεττάρων καὶ πέντε συλλαβῶν καὶ μέχρι τῶν ἕξ κόμμα ἐστὶν ἐπῳδῷ μετρούμενον. Victorinus horum verſuum inuentionem tribuit Archiloco. *Quorum ſicut & aliorum complurium auctor & parens fertur Archilochus, ſingularis artificij in excogitandis & formandis nouis metris, qui primus Epodos excitauit.* Ergo eum imitatur in Epodis Horatios, vt antè diximus. Hephæſtion autem Epodos eſſe dicit, cùm longiori verſui verſiculus ſubnectitur, ἐπειδὴ ἐν τοῖς ποιήμασι καὶ οἱ ἀρρενικῶς οὕτω καλούμενοι ἐπῳδοί, ὅταν μεγάλῳ στίχῳ περιττόν τι ἐπιφέρηται. Eſt igitur iudicatu perfacile ex iſtis modis, id eſt, verſiculis, nomen eſſe libro inditum.

Ex lib. 28. cap. 38. Sæpè acta, ſæpè comperendinata cauſa eſt, ſæpè ampliata cur ab Horatio liber Epodon appellatus ſit: neque dum ſatis quòd liqoeat habere iudices videntur. Ego pro mea virili, quod eorum cognitionem adiuuet adferam. Cum ſtrophe & antiſtrophe ſubijci in Melicorum conuerſionibus & poëmatis ſoleat Epodus, ferè crediderim librum illum appellari Epodon nomine, qood carminum libris veluti ſtrophis & antiſtrophis accinatur. Vnde & Epodon Græci ſolent vocare eleganter quod ſuccinitur & ſubijcitur, vt & liber ille ſubijcitur libris Carminum & eos ſubſequitur. Plotarchus. ὡς δ' οὖν πυθομένης διηγήσατο, καὶ προσέθηκε τὸ κοινὸν ἁπάσης ἀδολεσχίας ἐπῳδὸν τὸ ταῦτα μηδενὶ φράσῃς, ἀλλὰ σιώπα.

Oda 1.

Ex lib. 12. cap. 14. Ipſum ſtatim Epodoo, vt ità
A dicam, veſtibolum negotium exhibet literatis.

Ibis Liburnis inter alta nauium
Amice propugnacula. Amicum autem ſine controuerſia Mœcenatem vocat, vt in Sermonibus
Iubéſque
Eſſe in amicorum numero. Et priocipes primoréſque Romani ab inferioribus clientibúſque ſuis & familiaribos amici magni vocabantur, vt alio loco diximus. Cum igitur Mœcenas claſſi Liburnarum præeſſet, vtrúmne inter aliarum nauium, vt triremium & quadriremium propugnacula & turres ibat in bellum: ao inter alta ſuæ claſſis propugnacula & turritas moles? Priorem ſenſum vt verum fateamur, verba recipiunt: poſteriorem Prudentius, lib. 2. contra Symmach.
B agnoſcere videtur, qui eadem de re ità ſcribit,

Fluctibus Actiacis ſignum ſymphonia belli
Ægypto dederat, clangebat buccina contra:
Inſtiterant tenues cymbæ, fragileſque faſelli:
Inter turritas Memphitica roſtra Liburnas.

Et Propertius lib. 3. eleg. 11.

Baridos & contis roſtra Liburna ſequi

At cùm ait,

Non vt iuuencis illigata pluribus
Aratra nitantur meis:
Pecúſve Calabris ante ſidus feruidum
Lucana mutet paſcua, ſe militaturum libenter nullius latifundij, nullorúmque ſaltuum mercede nec opum ſpe, in Mœcenatis ſolium gratiam, prædicat: Sic alio loco dixit.

C *Si pecore, & multa diues tellure licebit.* Qui autem ditiſſimi erant, ſuo pecori ſaltus hibernos & æſtiuos habebant: pecuarij quoque qui ooo poſſidebant ſaltus, tamen pecus profitentes, alioqui lege cenſoria commiſſurum, & ſcripturam ſoluentes publicano, in alijs æſtiuis & hiberois pecus paſcebant. Varro, lib. 2. de re ruſt. cap. 1. *Itaque greges ouium longè abiguntur ex Appulia in Samnium æſtiuatum, atque ad publicanum profitentur, ne ſi inſcriptum pecus pauerint, lege cenſoria committant.* Iterum, *quod accidit ijs, qui per calles ſilueſtres longinquos ſolent comitari in æſtiua & hiberna.* Hinc, *æſtiua Lycei,* in Marone 3. Georgic. lego, pro paſcuis, in quibus pecus æſtiuat. Cùm autem ſoburbanæ villæ in maximo precio eſſent, magiſque quæ
D præclarè magnificéque ædificatæ erant & amplitudine plurimum loci ſpatiique occupabant, ſcripſit per hyperbolen,

Nec vt ſuperni villa candens Tuſculi
Circæa tangat mœnia. Illud verò
- haud paraueto,
Quod aut auarus, vt Chremes, terra premam
Diſcinctus aut perdam vt nepos. hanc continere ſententiam videtur: modicæ diuitiæ, quæ benignitate tua iam mihi ſuppetunt, quæque ſatis ſunt vſui, me delectant, vltrà nihil deſidero: diuitias naturæ finibus & vſu termino, quicquid diuitiarum extra naturalem vſum quæritur, vel auaritiæ, vel luxuriæ eſt inſtrumentum, cùm hæc nequiter profundat, at illa terræ infodiat.

Od. 2.

Od. 2.

ARGVMENTVM.

Varias vitæ ruſticæ laudes hæc ode complectitur: præſertim verò ab animi tranquillitate & frugalitate eam laudat.

BEatus ille, qui procul negotijs,
Vt priſca gens mortalium,
Paterna rura bubus exercet ſuis,
Solutus omni fænore:
Neque excitatur claſſico miles truci:
Neque horret iratum mare:
Forúmque vitat, & ſuperba ciuium
Potentiorum limina.
Ergo aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos:
Aut in reducta valle mugientium
Proſpectat erranteis greges:
Inutileíſque falce ramos amputans,
Feliciores inſerit:
Aut preſſa puris mella condit amphoris:
Aut tondet infirmas oueis:
Vel, cum decôrum mitibus pomis caput
Auctunnus aruis extulit,
Vt gaudet inſitiua decerpens pira:
Certantem & vuam purpuræ:
Qua muneretur te, Priape, & te pater
Siluane, tutor finium.
Libet iacêre modò ſub antiqua ilice:
Modò in tenaci gramine.
Labuntur altis interim ripis aquæ:
Queruntur in ſiluis aues:
*Fontéſque lymphis * obſtrepunt manantibus,*
*Somnos * quod inuitet leueis.*
*At, cùm tonantis * annus hibernus Iouis*
Imbreis, niueíſque comparat:
Aut trudit acreis hinc & hinc multa cane
Apros in obſtanteis plagas:
*Aut * amite læui rara tendit retia,*
Turdis edacibus doloſ:
A *Pauidúmque léporem, & * aduenam laqueo gruem,*
Iucunda captat præmia.
Quis non malarum, quas amor curas habet,
Hæc inter obliuiſcitur?
** Quòd ſi pudica mulier in partem iuuet*
Domum atque dulceis liberos:
Sabina qualis, aut peruſta ſolibus
Pernicis vxor Appuli:
B ** Sacrúmque vetuſtis exſtruat lignis focum*
Laſſi ſub aduentum viri,
Claudénſque textis cratibus lætum pecus,
*Diſtenta * ſiccet vbera:*
Et horna dulci vina promens dolio,
Dapes inemtas áppatet:
Non me Lucrina iuuerint conchylia,
Magiſve rhombus, aut ſcari:
*Si quos Eois * intonata fluctibus*
C *Hiems ad hoc vertat mare:*
Non Afra auis deſcendat in ventrem meum,
Non attagen Ionicus
Iucundior, quàm lecta de pinguiſſimis
Oliua ramis arborum:
Aut herba lapathi prata amantis, &
graui
Maluæ ſalubres corpori:
Vel agna feſtis cæſa Terminalibus:
Vel hædus ereptus lupo.
D *Has inter epulas, * vt iuuat paſtas oueis*
Videre properanteis domum?
Videre feſſos vomerem inuerſum boues
Collo trahenteis languido:
Poſitóſque vernas, ditis examen domus,
Circum renidenteis Lareis?
Hæc vbi locutus fænerator Alphius,
Iam iam futurus ruſticus,
** Omnem relegit idibus pecuniam;*
Quærit Kalendis ponere.

VT PRISCA GENS MORT.] vt primi homines, qui nondum vrbibus conditis ruri viuebant, atque in ſiluis habitabant: quin neque arabant, neque fodiebant, neque ſerebant, &c. quam vitam pulchrè deſcribit Lucretius libr. 5. *Multáque per cælum ſolis voluentia luſtra Volgiuago vitam tractabant more ferarum: Nec robuſtus erat curui moderator aratri Quiſquam, nec ſcibat ferro moliriier arua. Nec noua defodere in terram virgulta, neque altis Arboribus veteres decidere falcibu' ramos. Quod ſol, atque imbres dederant, quod terra crearat Sponte ſua, ſatis id placabat pectora donum, &c.*

BVBVS] ſic habent libri aliquot veteres. itáque legit Priſcian. lib. 7.

EXERCET] colit, ſubigit. Virgil. Georg. 2. *Aut preſſo exercere ſolum ſub vomere.*

NEQVE EXCIT. CLASS. MIL. &c.] id eſt, neque militat, neque nauigat quæſtus cauſa, neque vel litigat, vel ligatoribus operam dat, neque in potentiorum hominum ædibus emolumenti ſpe inuitatus commoratur.

NEC HORRET IR.] Glauco comœdus dicere ſolebat ſe libentius iuxta mare pedibus iter facere, quàm iuxta terram nauigare ſupr. Od. 3. *Qui vidit mare turgidum.* Virg. Georg. 9. *Sollicitant alij remis freta cæca, ruúntque In ferrum.*

FORÚMQVE VITAT,] Virgil. ibid. *nec ferrea iura, Inſanúmve forum, aut populi tabularia vidit.*

AVT SVPERBA CIVIVM POT. LIM.] Virgil. ibid. *penetrant aulas, & limina regum.* ſuperba autem, id eſt, ſuperbis conuenientia, vel ſuperborum dominorum, vt Od. 14. lib. 2. *pauimentum ſuperbum.*

PROPAGINE] Virg. ibid. non longè à princip. *Sed truncis olea melius: propagine vites Reſpondent.*

ALTAS MARITAT POPVLOS] ſic Catullus vlmum maritum appellat in carmine nuptiali, *At ſi fortè eadem eſt vlmo coniuncta marito.* & in eodem carmine *vitem viduam*, quæ non eſt coniuncta cum vlmo. *Vt vidua, in nudo vitis quæ naſcitur aruo, Numquam ſe extollit; numquam mitem educat vuam.* Horatius ſup. Od. 15. lib. 2. *platanúſque cælebs Euincet vlmos.* Idem contra Od. 5. lib. 4. Vlmum, populum, & ſimileis arbores *viduas* appellat, quæ vitibus carent. *Et vitem viduas ducit ad arbores.* Idem in epiſt. ad Quinctium lib. 1. *Pomiſne, an pratis an amicta vitibus vlmo.* Sed quid hoc loco valet epithetum *altas*? quid altitudo populi confert ad coniunctionem ſeu maritationem vitium? Quid ſi legendum dicamus, *Albas mar. pop.*? Nam & ſuprà hoc epithetum populo tribuit Oda 3. lib. 2. *Quà pinus ingens, albáque populus, &c.* niſi fortè illic legendum eſt, *altáque pop.* vt reſpondeant pariter inter ſe *pinus ingens, altáque populus*: & contra hîc *Alb. mar. pop.* An *altas populos* hoc loco dixit, vt ſignificaret, altitudinem populorum valere ad extollendam vitis, quæ natura caduca eſt, & humi repit, humilitatem? Nihilominus tamen etiam epithetum *alba*, populo conuenit. habet enim frondeis altera ex parte albas: atque iccircò λεύκη à Græcis dicitur: atque ob eandem cauſam candida à Virgilio appellatur, in Mœride, *hîc candida populus antro Imminet*. quamquam eſt & populus nigra. Ex quo fortaſſe à Virgilio bicolor dicta eſt 8. Æneid. *Dixerat: Herculea bicolor cùm populus vmbra, &c.* niſi potiùs propterea quòd frons populi etiam albæ re vera bicolor eſt.

AVT IN REDVCTA VALLE] ſic ſupr. Od. 17. lib. 1. *Hîc in reducta valle Caniculæ Vitabis æſtus.*

PROSPECTAT] procul ſpectat. Virg. Æn. 9. *Hæc ſuper è vallo proſpectant Troës.*

ERRANTEIS GREGES] Virgil. Tityro, *Ille meas errare boues.*

INVTILEÍSQVE] ſuperuacaneos, aut ſterileis.

AMPVTANS] *putare* (inquit Varro lib. 5. de ling. Lat.) *eſt purum facere.*

FELICIORES INSERIT.] Virg. Georg. 2. *nec longum tempus: & ingens Exijt in cælum ramis felicibus arbos.* ſteriles arbores, infelices nominantur. M. Tull. in orat. pro C. Rabirio. *infelici arbori ſuſpendito.* & ita Liuius. de infelicibus arboribus conſule Macrob. lib. 3. cap. 20.

INSERIT] Virgil. Tityr. *Inſere nunc Melibœe pyros.* Idem Mœride, *Inſere Daphni pyros.*

DECORVM MIT. POM. CAP.] pomis ornatum. ſic ſup. Od. 7. lib. 4. *Pomifer autumnus.*

MITIBVS] maturis, non acerbis. ſic Virgil. Tityro, *ſunt nobis mitia poma.*

AGRIS EXTVLIT] ſic habent omnes ferè, quos vidi, libri manuſcript. non, vt vulgati, *aruis.*

VT GAVDET] quàm gaudet, vt ſuprà Od. 25. lib. 3. *vt mihi deuio Ripas, & vacuum nemus Mirari libet!* & hac eadem Oda infrà, *Has inter epulas, vt iuuat paſtas oueis Videre properanteis domum!* annot. ſup. ad Od. 25. lib. 3.

CERTANTEM ET VVAM PVRP.] liuidam, purpuream certantem colore cum purpura. de verbis pugnandi, & certandi, & ſimilibus, vide annot. ad Od. 6. lib. 2.

MVNERETVR TE] donet te. Terentius Heaut. *munerarier ancillas primum.*

PRIAPE] de Priapo dicemus Saty. 8. lib. 1.

SILVANE] epiſt. 1. lib. 2. *Tellurem porco, Siluanum lacte piabant.*

SVB ANTIQVA IL.] annoſa. Virg. lib. 4. Æneid. *ac velut annoſam valido cum robore quercum, &c.* Idem *argutam* appellat propter lenem venti ſuſurrum: *Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis.*

TENACI GRAMINE] tenax gramen appellat, quod terræ firmiter adhæret. ſup. Od. 12. lib. 4. *tenerum.* Od. 3. lib. 2. *remotum.* Virgilius cretam, tenacem dixit, quæ valeat ad conglutinandum, argillam ſignificans, lib. 1. Georg. *creta ſolidanda tenaci.* alia ratione Plautus ſenem quendam tenacem & pertinacem dicit.

LABVNTVR]

LABVNTVR] fluunt, vt epiſtola ad Lollium lib. 1. *at ille Labitur, & labetur in omne volubilis æuum.* & Od. 29. lib. 3. *cetera fluminis Ritu feruntur, nunc medio alueo Cum pace delabentis Etruſcum in mare, &c.*

RIPIS] complures libri veteres habent, *riuis.*

QVERVNTVR IN SILVIS AVES] ita canunt, vt queri videantur: quod refellit Plato, vt alibi annotauimus. μινυρίζειν. vide annotata ad Odam 7. lib. 3. ibi. *Sub cantu querulæ, &c.* ſic Virgil. Tityro. *Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo.* idem 3. Georgic. *Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ.* vbi notat Seruius *querulæ*, id eſt, canoræ. & profert verſum illum ex Oda 7. lib. 3. *Sub cantu querulæ deſpice tibiæ.*

SOMNOS QVOD INVITET] quod, nempe fonteis lymphis manantibus circumſtrepere, ſomnos leueis ſuadeat. ſic Virg. Tityro. *Sæpe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.* Theocrit. εἰδ. η. Ἁδὺ δὲ τῶ θέρεος παρ' ὕδωρ ῥέον αἰθριοκοιτεῖν. id eſt, Dulce eſt æſtate ad aquam fluentem ſub dio cubare.

LEVES] ſic Od. 16. lib. 2. *Nec leueis ſomnos timor, aut Cupido ſordidus aufert.* alibi *ſomnum facilem* appellat. vnde Lucret. canes *leuiſomnos* dicit lib. 5. *At leuiſomna canum fido cum pectore corda.*

TONANTIS IOVIS] eadem ratione hîc Iouem tonantem dixit, qua ſupr. Od. 1. lib. 1. *Iouem frigidum.* & Od. 3. lib. 3. *fulminantem Iouem.* & Virg. Georg. 1. *Iouem humidum.* & Theocr. Ζεὺς ὕει. vt annot. ad Od. 1. lib. 1.

ANNVS HIBERNVS] tempus anni hibernum. annum pro parte anni poſuit, vt rectè Porphyr. ſic Virg. Palæm. *Nunc frondent ſiluæ, nunc formoſiſſimus annus.*

MVLTA CANE] id eſt, multis canibus, vt ſup. Od. 15. li. 1. *multo milite*, pro eo, quod eſt multis militibus: & inſt. Od. 16. *Argo remige.* & Virgil. lib. 2. Æneid. *vtrúnque armato milite complent.* idem lib. 1. *raptóſque ex hoſte penateis*: ad quem locum profert hunc Seruius.

OBSTANTEIS] oppoſitas, obiectas.

AMITE LÆVI] *pertica, ſeu furcula aucupali.* Feſtus.

TVRDIS EDACIBVS DOLOS] tendit retia, κατ' σύνθεσιν. dolos turdis. Turdorum, quos κίχλας Græci nominant, tria genera ponit Ariſtoteles.

PAVIDÚMQVE LÉPOREM] rectè *pauidum.* nam huic animali maius eſt quàm pro portione cor. quibus autem animalibus hoc naturâ contigit, ea ſunt timidiſſima, teſte Plinio lib. 11. cap 37. vbi corde loquitur. ſic Plin. *Maximum autem eſt portione muribus lépori aſino, ceruo, panthere, muſtelis, hyænis, & omnibus timidis, aut propter metum maleficis.* Quapropter Demoſthenes oratione περὶ ςεφάνου Æſchinem conſcientia vitæ anteactæ, & facinorum ac flagitiorum à ſe admiſſorum metu perterritum ait in rebus ſecundis ciuitatis léporis vitam vixiſſe, trepidantem, & pauentem, & ſemper plagas exſpectantem. ſic Demoſthen. Τοιαύτην γὰρ εἵλου πολιτείαν (ἐπειδή ποτε καὶ τοῦτ' ἐπῆλθέ σοι ποιῆσαι,) δι' ἣν εὐτυχούσης μὲν τῆς πατρίδος λαγὼ βίον ἔζης, δεδιὼς καὶ τρέμων, καὶ ἀεὶ πληγήσεσθαι προσδοκῶν: ἐφ' οἷς σαυτῷ συνῄδεις ἀδικοῦντι &c. id eſt, *Talem enim reipub. adminiſtrandæ rationem ſecutus es, poſteaquam tibi tandem rempub. adminiſtrare venit in mentem, vt in rebus ſecundis ciuitatis, léporis vitam viueres, omnia circumſpectares, horreres, tremeres, paueres, plagas & verbera ob ea, quorum tibi conſcius eras, ſcelera, & flagitia, ſemper exſpectares, &c.* Profertur etiam ab Euſtathio ad librum. ιλ. κ. hic verſiculus in eandem ſententiam, Λαγὼ βίον ζῇς ὁ πρὶν ἄτρεμας λέων. id eſt, leporis vitam viuis, qui antea leo intrepidus eras.

ADVENAM GRVEM] aptiſſimum epithetum. Grues enim in oris ſeptentrionalibus non niſi vere, æſtate, & auctunno commorantur. ſub ſinem auctunni in regiones commigrant temperatiores, ac tepidiores. nos Galli hanc ob cauſam peregrinatrices, ſeu (ſi dicere liceat) viatrices appellamus. Ariſtoteles hanc auem ait eſſe ἀγελαίαν καὶ πολιτικήν, id eſt, congregabilem, & ciuilem. Itaque ducem habere, cuius imperio pareat: ducem autem nudo capite proſpicere, & ſpeculari. tum, ſi quid forte periculi impendeat, clamando ſignificare, ac denuntiare. M. Tull. lib. 2. de nat. deorum. *Illud verò ab Ariſtot. animaduerſum, à quo pleraque, quis poteſt non mirari? grues cum loca calidiora petentes, maria tranſmittunt, trianguli formam efficere, &c.* ſatis enim mihi eſt locum indicaſſe.

CAPTAT] non dixit, capit. iucundius enim eſt captare, quàm capere. vt Sat. 2. li. 1. *nam Tranſuolat in medio poſita, & fugientia captat.* & ibid. *poſitum ſic tangere nolit: Captat, & appetit.* Sic enim legendum, quantumuis alij neſcio qui obſtrepant, & reclament.

QVIS NON MALARVM] mendosè legitur in nonnullis cod. *Quis non malorum*, cùm omnes manuſcripti habeant, *malarum.* hoc autem epithetum diſtinguit curas malas à bonis. ſunt enim aliquæ curæ laudabiles, & cum virtute coniunctæ: vt cura rei familiaris, cura valetudinis, cura eius noſtri patris, quæ præeſt, & imperat: amoris autem curæ, vitioſæ ſunt, ac vituperabiles. ſed quòd attinet ad amoris, aut curarum earum, quæ propter amorem ſuſcipiuntur, obliuionem, ſcribit Pauſanias in Achaicis, aquam Selemni fluuij viris, & fœminis ex amore laborantibus mederi, eámque vim habere, vt qui in eo fluuio loti fuerint, illos amoris capiat obliuio: quod ſi verum eſt (inquit ille) τιμιώτερον πολλῶν χρημάτων ἐστὶν ἀνθρώποις τὸ ὕδωρ τοῦ Σελήμνου, id eſt, aquam Selemni multo pluris facere debent homines, quàm magnam pecuniæ vim.

QVÒD SI PVD. MVL. IN P. I. &c.] quemadmodum nihil viro optabilius eſt vxore pudica: ita nihil mulieri iucundius euenire po-

D

teſt viro, qui vnum,& idem cum ea ſentiat,eámque amet ex animo: quod quidem Nauſicaæ precatur Vlyſſes ſummæ felicitatis loco ὀδυσσ. ζ. nihil enim (inquit) præſtabilius, nihil melius eſt, quàm viri,& vxoris conſentiens, & conſpirãs voluntas: taliſq; coniũctio inimicis acrem dolorem inurit, amicis voluptatem affert: ipſi autem experiendo ſentiunt, quãta inſit in tali coniunctione, vitæ iucunditas. verba Homeri ſunt hæc ſub Vlyſſis perſona. Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς, ἄνδρα τε, καὶ οἶκον, καὶ ὁμοφροσύνην ὀπάσειαν Ἐσθλήν. οὐ μὲν γὰρ τοῦ γε κρεῖσσον καὶ ἄρειον, Ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον Ἀνὴρ, ἠδὲ γυνή, πόλλ' ἄλγεα δυσμενέεσσι, Χάρματα δ' εὐμενέτῃσι, μάλιστα δέ τ' ἔκλυον αὐτοί. Heſiod. item ἔργ. καὶ ἡμ. ait virum nihil ſibi bona,& pudica vxore melius parare poſſe: contrà nihil graoius, atque acerbius mala. his verbis, Οὐ μὲν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ ληΐζετ' ἄμεινον Τῆς ἀγαθῆς, τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο Δειπνολόχης, &c. Quidam hic reponendum cenſent *iuuans*,& infrà legunt, detracta copulatione *que*, *Sacrum vetuſtis*, &c. Præterea quidam libri vet. habent, *Quid ſi pud. mul.* &c.

Dvlceis liberos] ſic Virgil. 3. Georg. *Sed tota in dulceis conſument vbera natos*. idem libro 2. Æneid. *Nec mihi iam patriam antiquam ſpes vlla videndi, Nec dulceis natos, exoptatúmque parentem*. & lib. 4. *Nec dulceis natos, Veneris nec præmia noris?*

Sabina qvalis] quales ſunt Sabinæ molieres, aut Apulæ.

Pervsta solibvs] Græci vno vocabulo dicunt, ἡλιοκαυστός. Theocr.

Pernicis vx. App.] profert hunc verſum Seruius ad illum Virgil. Georg. 3. *Dura iacet pernix*, &c. atqoe vtrobique interpretatur pernicem, perſeuerantem: aitque ductum eſſe à pernitendo.

Sacrúmqve] focus ſacer eſt Veſtæ, & Lari. ſic autem legendum potiùs *Sacrúmque*, inquam, quàm, vt vulgò, *Sacrum vet.* quo poſito, nihil eſt ſuprà mutandum in voce, *iuuet*, quod quidam volunt: pro quo reponunt *iuuans* contra auctoritatem omnium librorum antiquorum: neqoe tamen lectionem illam damno, ſi quis fortè eam receptæ anteponat.

Exstrvat lignis focvm] hypallage eſt. i. exſtruat ligna ſoper focum. Od. 9. lib. 1. *ligna ſuper foco Largè reponens*. Ad hunc locum pertinent ea, quæ ſunt apud Euripid. in Electra: vbi Electra colono cuidam, & operario nupta, ſic cum eo loquitur. ſatis tibi negotij exhibent, quæ foris ſunt: nos autem domeſtica curare, & adornare oportet. aduenienti enim foris operario iucundum eſt domeſtica, compoſita & pulchrè adornata reperire. Verba Euripid. hæc ſunt, ἅλις δ' ἔχεις τἄξωθεν ἔργα. τἀν δόμοις δ' ἡμᾶς χρεὼν Ἐξευτρεπίζειν, εἰσιόντι δ' ἐργάτῃ Θύραθεν ἡδὺ τἄνδον εὑρίσκειν καλῶς.

Svb] paullo antè, vt annotauimus ſuprà ad Od. 9. lib. 1.

Distenta] Sat. 1. lib. 1. *Quódque aliena capella gerat diſtentius vber, Tabeſcat*. Virgil. Pollione. *Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ Vbera*. Idem in Meliboeo. *Thirſis oues: Corydon diſtentas lacte capellas*. Lucret. lib. 1. *& candens lacteus humor Vberibus manat diſtentis*.

Et horna] huius anni: vt ſuprà Od. 23. lib. 3. *hornam frugem* dixit & Satyr. 6. lib. 2. *palea porrectus in horna*.

Dvlci dolio] *dulci*, proptet vinom, quod eo continetur.

Promens] ſup. Od. 28. lib. 3. *prome reconditum, Lyde ſtrenua, Cæcubum*. & Od. 21. euiſd. *Coruino iubente Promere languidiora vina*.

Dapes inemptas] eſcas domi natas non piſceis vrbe petitos, vt Saty. 2. lib. 2. *bene erat, non piſcibus vrbe petitis: Sed pullo, atque hædo*. Virgil. Georg. 4. *ſeráque reuertens Nocte domum dapibus menſas onerabat inemtis*. nam inemtas malè quidam vileis interpretantur.

Lvcrina] in lacu Locrino capta. vt Satyr. 4. ib. 2. *Lucrina peloris*.

Ivverint] delectaoerint. ſic vſurpat ep. 19. lib. 1. *iuuat immemorata ferentem Ingenuis oculíſque legi, manibúſque teneri*. & Satyr. 6. lib. 2. *Tandem vrbanus ad hunc: quid te iuuat* (inquit) *amice, Prærupti nemoris patientem viuere dorſo?* eadem non longè à princip. *ſi quod adeſt, gratum iuuat: hac prece te oro, Pingue pecus domino facias*, &c. & paullò pòſt: *Hoc iuuat, & melli eſt*. & epiſt. ad Piſon. de arte Poët. *iuuat, aut impellit ad iram*. ibidem ſub extre. *Sic animis natum, inuentúmque poëma iuuandis, Si paullum à ſummo diſceſſit, vergit ad imum*. Oda 19. libr. 3. *Inſanire iuuat*. & Oda 9. hoc libr. *Curam metúmque Cæſaris rerum iuuat Dulci Lyæo ſoluere*. Od. 11. ibid. *Pecti, nihil me ſicut antea, iuuat Scribere verſiculos amore percuſſum graui*. Oda 16. eod. lib. *Nouáque monſtra iunxerit libidine Mirus amor, iuuet vt tigres ſubſidere ceruis*, &c. Satyra 1. lib. 1. *Quid iuuat immenſi te argenti, pondus & auri Furtim defoſſa timidum deponere terra?* ibid. *An vigilare metu exanimem, noctéſque, diéſque Formidare malos fures, incendia, ſeruos, Ne te compilent fugientes: hoc iuuat?* & Satyr. 3. lib. 1. *inanes Hoc iuuat, haud illud quærentes, num ſine ſenſu*, &c. Iuuare interdum eſt prodeſſe. idem epiſt. 2. lib. 1. *Qui cupit, aut metuit, iuuat illum ſic domus, aut res, Vt lippum picta tabulæ, fomenta podagram*.

Conchylia] conchylium nomen eſt generale omnia teſtacea complectens, vt muſculos, mitylos, oſtrea, pectines, echinos, &c. putátque Athenæus conchylia eſſe dicta παρὰ τὸ κεχηνέναι, id eſt, ab hiando.

Rhombvs] quem Romani Rhombum Græco nomine appellant, Græci alio etiam Græco ψῆτταν dicunt, vt ſcribit Athenæus lib. 7. in extremo. à figora autem rhombus appellatus eſt. nos Galli noſtra lingua turbinem, & (vt propius accedam ad conſoetudinem noſtri ſermonis) torbonem nominamos. piſcem fuiſſe magni pretij declarat etiam locus Hor. Sat. 2. lib. 2. *quid? tum*

rhombus minus æquora alebant? Tutus erat rhombus, &c. Hodie quoqoe apponitur in menſis diuitum, & in caris piſcibus habetur. Idem Athen. lib. 8. videtur ψῆττας à rhombo diſtingoere.

S C A R I] Diphilus apod Athe. lib. 8. his verbis ſcarum commeodat. σκάρος ἁπαλόσαρκος, ψαθυρὸς, γλυκὺς, κοῦφος, εὔπεπτος, εὐεκκρίτος, εὐκοίλιος, id eſt, Scarus molli, ſeu tenera carne præditus eſt, friatilis, dulcis, leuis, ad eoocoquendum facilis, facile redditur, veotrem mollit. Addit idem, recentem ſcarum eſſe ſuſpectum propterea, quòd lepores marinos captat, iiſque veſcitur. icciréò eius inteſtina vim bilis effectricem habent. Idem lib. 7. hunc ſolum ex omnibus piſcibus dormire dicit, & proptet eam cauſam nuoquam noctu capi. Oppian. lib. 1. Ἁλιευτ. ſolum vocalem eſſe ſcribit, Καὶ σκάρον ὃς δὴ μοῦνος ἐν ἰχθύσι πᾶσιν ἀναύδοις Φθέγγεται ἰκμαλέην λαλαγήν, καὶ μοῦνος ἐδωδὴν Ἄψορρον προΐησιν ἀνὰ στόμα δεύτερον αὖθις, &c. vide annotata ad Od. 3. lib. 4.

S I Q V O S E O I S I N T O N.] id eſt, Si quos ſcaros coorta tempeſtas, & fluctus excitati in mari Ionio, & Oriētali ad hoc mare, nempe Tyrthenum, conoertant, & compellant. ad Eleuſinem ſcaros pulcherrimos capi Lynceus quidam Samius ſcribit in epiſtolis, vt tradit Athen. lib. 7. Priſcianus lib. 9. docet tonitum à verbo tonaodi vſitatius eſſe, quàm tonatum, & producit hunc locum teſtem, vt nouom, & pæne ioufitatum.

A D H O C V E R T A T M A R E.] Tyrthenum, ſeu Etruſeum.

A F R A A V I S] gallinam Africanam, ſeu Numidicam ſignificat, de qua Columella, & Plinius.

D E S C E N D A T I N V E N T R E M M E V M I V C.] mihi ſit eibus iocundior.

A T T A G E N I O N I C V S] Matt. *Ionicarum guſtus attagenarum.* Ariſtoteles lib. 9. περὶ ζώων ἱστορ. Attagenam ponit inter eas aueis, quas ὄρνιθας κονιστικοὺς vocant Græci, id eſt, quæ in puluere volutantur: qualis eſt gallina, perdix, phaſianus. Idem li. 9. ὁ Ἀτταγὴν, κονιστικὸς ὄρνις. τῶν γὰρ ὀρνίθων ὅσοι μὲν μὴ πτητικοὶ, ἀλλ᾽ ἐπίγειοι, κονιστικοί, &c. i. Attagen, auis eſt in puluere volutabilis. Aues enim omnes, quæ non ſoot altiuolæ, ſed terreſtres, ſunt in puluere volutabiles.

A V T H E R B A L A P A T H I] lapathum Latini rumicem nomioant. eum commendat Lucillius apud M. Tull. li. 2. de finibus. *O lapathe, vt iactare neceſſe eſt, cognitu' cui ſis.* vnde lapathium, deminutum nomen: Varro. *Hanc eandem voluptatem tacitulus taxim conſequi lapathio & priſana poſſim.* hæc verba mollit aluum, vt docet infrà Sat. 4. lib. 2. *Si dura morabitur aluus, Mitulus, & viles pellent obſtantia concha, Et lapathi breuis herba, ſed albo non ſine Coo.* & verſ. ſeq. *& graui Maluæ ſalubres corpori.* & Od. 31. lib. 1. *Me paſcunt oliuæ, Me cichorea, leueſque maluæ.* Quin lapathus ἀπὸ τοῦ λαπάζειν dictus eſt, quod valet exinanire, & pro ventrem leuare vſurpatur: vnde λάπαξις, qua voce vtitur Ariſt. lib. β. φυσ. ἀκροασ. οἷον τὸ βαδίσαι, εἰ λαπάξεως ἕνεκα ἐστιν: id eſt, verbi gratiâ, ambulare, ſi eſt alui leuandæ gratia. Iam ἐξαλαπάζειν, populari, & vaſtare ſignificat.

T E R M I N A L I B V S] Terminalia dies feſti qui agebantur in honorem Termini Dei. *Termino autem ſacrificabant* (inquit Feſtus) *quòd in eius tutela fines agrorum eſſe putabant. Denique Numa Pompilius ſtatuit, eum, qui terminum exaraſſet, & ipſum & boues ſacros eſſe.* Idem addit deioceps. *Terminus quo loco colebatur, ſuper eum foramen patebat in tecto, quòd nefas eſſe putabant, terminum intra tectum conſiſtere.* Ei autem quotannis agna immolabatur, menſe Februario, eiúſque menſis die vltimo: propterea ſcilicet, quòd initio vrbis cōditæ Februarius menſis fuerat vltimus. Imò falſum eſt, ſi Plutarcho credimus agnam, aut aliam animantem Termino immolari ſolitam, nihil enim viuum, aoimáqoe præditum Romani ei immolabant, vt teſtatur ille, propterea fortaſſe (inquit) quòd, cùm Romulus terminos eos conſtituiſſet, qoò progredi armis liceret, omnémque terram propriam eſſe ſtatuiſſet, ad quam haſtæ, & ferri acies peruenire poſſet: Numa Pompilius vir iuſtus, & ciuilis, & philoſophus, agrum Romanum ab agro finitimorum finibus diſtinxerit, atqoe iccirco Terminum, vt pacis & amicitiæ præſidem & cuſtodem, à ſanguioe & cæde purum eſſe oportet exiſtimarit. Ouid. tamen libr. 2. Faſtor. priorem ſententiam coofirmat: & addit, *Nec queritur, lactens cùm ſibi porca datur.* de Termino notauimus etiam quædam alia ad carmen ſæculare infrà.

V E L H Æ D V S E R E P T V S L V P O.] vlt quidam doctiſs. annot. Plutarchum libro ſecundo συμποσιακῶν tradere. earum pecudum, quas lupus momorderit, carnem quidem teneriorem fieri, lanam autem corrumpi: ex hoc intelligi poſſe, cur Horatius ereptū lupo hædum dixerit. Ego hæc verba *ereptum lupo*, non iccirco ab Horatio eſſe addita puto, quòd hædi caro à lopo morſa, ſie tenerior: ſed propterea quòd ruſtici, & aratores, quorum hominum vitam, & victum, vt frugalem, hîc laudat Horatius, non aliter eſſeot hædum in cenam appoſituri, niſi à lupo dentibus appetitus, ac laceratus eſſet, multo enioi malunt caprum adultom habere viuum, quàm hædum tenellum, ac delicatum comeſſe. nunc autem poſteaquam à lupo morſus, & fortaſſe interemtos eſt, multo ſatius eſt eum lupo ereptum comeſſe, quàm deuorandum reliquiſſe præterea, quòd è lupi faucibus ereptum edunt, non videntur ex hædili ſuo ſumere: ſed alienum, neqoe iam ſoom capere, & apponere: & ita de lucro quodammodo cenare. ſententiam meam adiuuat Martialis libr. 10. in epigrammate, cuius initium eſt, *Nuntiat octauam Pharia, &c.* ex quo paucos hos verſus proferam: *Paruus onyx, vna ponetur cenula menſa, Hædus inhumani raptus ab ore lupi, Et, quæ non egeant ferro ſtructoris, ofella, Et faba fabrorum, prototomique rudes: Pullus ad hoc, ceniſque tribus iam perna ſuperſtes Addetur, ſaturis mitia poma dabo, &c.* Poſtremò mecum

facit & Porphyrio, his paucis verbis: *Factus gratior ex perdito.* A

V T I V V A T] quàm delectat? ὡς ἡδύ: quàm iucundum eſt? vt paullò antè.

V I D E R E F E S S. V O M. I N V.] Sic Virg. Alex. *Aſpice: aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci.* profert hunc locum Seruius ad illum Virgilij verſum.

R E N I D E N T E I S] ridenteis, hilaros, vt ſup. Od. 18. lib. 2.

H Æ C V B I L O C V T V S] nihil ſubaudiendum puto. fingit autem ſuperiora illa omnia dicta eſſe à fæneratore Alfio. oſtenditque tantam eſſe vitæ ruſticæ iucunditatem, & opportunitatem, vt etiam homines ab hac alieniſſimi, eam laudare cogantur: qui tamen lucri dulcedine, & B ſordibus irretiti, eius ſuauitatem guſtare non poſſint. nonnulli ſubaudiunt verbum, *ſum*, vt totus ille ſermo ſit poëtæ. quod ſi placet, addenda diſtinctionis nota poſt vocem *locutus*, vt ſit hic Horatij ſenſus: Hæc vbi locutus ſum, id eſt, poſtquam Alfius me hæc loquentem audiuit: is *omnem pecuniam idibus, &c. quærit Kalendis ponere*, id eſt, collocare: nempe ad ingenium ſuum rediens, & oblitus illorum omnium, quæ de laudibus vitæ ruſticæ dicta ſunt. Quidam tamen vt mihi referebat Germ. Valens, hunc Alfium aiunt iccirco ab Horatio induci ſtudentem & properantem Kalendis pecuniam collocare, quam idibus à ſuis debitoribus relegerat, quòd vereatur, C ne Romani ij, qui ſumtuoſius & luxurioſius viuunt, quique nummos alienos paſcunt, vt alibi loquitur, vitæ ruſticæ laudibus auditis, luxurioſè viuere deſinant, & ſeſe ad continentiam & frugalitatem conferant: & ita non habeat iam qui nomina facere velint, & pecuniam fænori accipere, atque hoc modo pecunia ſua ſit ſterilis & otioſa. Quam explicationem minùs probo. Verumtamen iudicet lector.

I A M I A M F V T V R V S] id eſt, eo animo, & conſilio, vt ruſticam vitam colat.

O M N E M R E L E G I T] id eſt, omnem pecuniam in fænore poſitam, exegit idibus: ſtatim ad ingenium rediens, denuò quærit apud quos Kalendis collocet. D

R E L E G I T] in nonnullis cod. ſcriptum eſt, *redegit*. ego, tamen *relegit* mâlo, vt habent cod. duo Vatic. Iannoct. Vrſ. Torneſ. Roſſard.

I D I B V S] idibus nomina exigebant, vt ex hoc loco intelligere licet. & Saty. 6. lib. 1. *magni Quo pueri magnis è centurionibus orti Ibant octonis referentes idibus æra:* Kalendis autem, & exigebant, & collocabant, vt Satyr. 3. lib. 1. *Qui, niſi cum triſtes miſero venêre Kalendæ, Mercedem, aut nummos vnde extricat, amaras Porrecto iugulo hiſtorias, captiuus vt, audit.* quod item declarat Plutarchus in libello περὶ τοῦ μὴ δανείζεσθαι. Οὐδ᾽ ἀναμιμνήσκονται τῶν Καλανδῶν, καὶ τῆς νουμηνίας ἣν ἱερωτάτην ἡμερῶν οὖσαν, ἀποφράδα ποιοῦσιν οἱ δανεισταί, καὶ στυγνήν. id eſt, neque Kalendarum memoriam refricat, & nouæ lunæ: quæ cùm ſit omnium dierum ſacerrima, & ſanctiſſima, nefaſtam tamen & horribilem, ac triſtem faciunt fæneratores. Præterea interdum fæneratores, præſertim moderatores, quæ ſummo iure debebant debitores ſoluere Kalendis, ea exigebant demum idibus, & dabant eis diem ſoluendi laxiorem.

T V R N E B V S.

EX lib. 26. cap. 23. at verò, *Inque ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos*, Virg. 1. Æneid. eſt recedentes, in receſſum remotos, vt, *in reducta valle*, apud Flaccum, id eſt, recedente.

Ex libr. 6. cap. 14. Quæ rerum eſſe vocabula plerunque credimus, ea rerum imagines ſignificant, nobiſque illudunt falſa quadam ſpecie & ludibrio: vt apud Lucretium, lib. 1.

Vites Autumno fundi ſuadente videmus. Vbi partem anni accipimus, cùm Autumni ſimulachrum pictum ſignificari credam, Autumni tamen tempus per inuerſionem intelligi cenſeam: nam Autumnus ità pingebatur, vt aut è vitibus vinum colligeret, aut vuas calcaret, vel ab earum calcatione ſordidus eſſet Ouidius, 2. Metamorph.

Stabat & Autumnus calcatis ſordidus vuis.

Pingebatur & pomis capite redimito, Flaccus,

Vel cùm decorum mitibus pomis caput
Autumnus aruis extulit.

Ex libr. 12. cap. 15. Licet homines dicant me perfricuiſſe frontem & gnauiter impudentem eſſe, qui nulla tot editionum verecundia, nulla tot plurimorum audeam in Horatio legere,

Quod ſi pudica mulier in partem iuuans
Domum atque dulces liberos:
Sabina qualis, aut peruſta ſolibus
Pernicis vxor appuli:
Sacrum vetuſtis extruat lignis focum.

Scio ego *Iuuet* vbicunque extare, ſed cùm participium deſideretur, & ſubiungat mox participia Horatius, parem orationis tenorem perſequens, denique participium ſenſus, qui nobis vim adfert fauceſque premit, flagitet, *iuuans* legere non cunctabor, atque in hoc periculum me conijciam. *Si quis*, inquit Horatius,

Eois intonata fluctibus
Hyems ad hoc vertat mare, quòd eſt, ſi tempeſtate fluctus ab ortu excitatus & coortus, & in occaſum prouolutus & impulſus, in Italicum mare raros illos & peregrinos piſces aduehat.

Vel agna, inquit, *feſtis cæſa Terminalibus*, vt Siculus Flaccus ait, Termini in terra collocabantur conſecrabanturque, cæſa immaculata hoſtia à dominis, qui confines agros poſſidebant, &, vt opinor, quotannis terminalibus agnas cædebant, iucundéque epulabantur.

AD MÆCE-

AD MÆCENATEM. Od. 3.

ARGVMENTVM.

Eſus allij deteſtatio.

Parentis olim ſi quis impia manu
Senile guttur fregerit:
Edit cicutis allium nocentius.
O dura meſſorum ilia,
Quid hoc veneni ſæuit in præcordijs?
Num viperinus his cruor
*Incoctus herbis me * fefellit: an malas*
Canidia tractauit dapes?
Vt Argonautas præter omneis candidum
*Medéa * mirata eſt ducem:*
Ignota tauris illigaturum iuga,
Perunxit hoc Iaſonem:
Hoc delibutis vlta donis pellicem,
Serpente fugit alite.
*Nec taurus vmquam ſiderum inſedit * vapor*
Siticuloſæ Apulliæ:
*Nec munus * humeris efficacis Herculis*
Inarſit æſtuoſius.
At, ſi quid vmquam tale concupiueris
Iocoſæ Mæcenas, precor,
Manum puella ſuauio opponat tuo:
Extrema & in ſponda cubet.

PARENTIS OLIM SI QVIS] id eſt, ſi quis poſt hac patrem ſenem ſtrangulauerit, aut iugulauerit: non cicutam, aut aliud vſitatum venenum, ſed allium quouis veneno pernicioſius, ac præſentius edat. *frangere guttur* ita dictum, vt ſuprà *frangere ceruicem*, Od.13.lib.2. *Illum & parentis crediderim ſui Fregiſſe ceruicem.* tale illud epiſt. 16. libri 1. *Contendat laqueo collum preſſiſſe paternum, &c.*

EDIT] Petrus Victorius, quem ſemper honoris cauſa nomino, Variar. lectionum li.6. ſcribit, hoc loco legendum eſſe, *edit*, ab edim, is, it, teſtatúrque ita ſe repetiſſe ſcriptum in codicibus manu ſcriptis: Cui aſſentior. namque eam ſcripturam & agnoſcunt Acro, & Porph. & ego in trib. cod. Vatic. & Iann. Vrſ. Torn. ſine vlla litura expreſſam reperi. Denique ita loquitur Plaut. in Trinummo, *hoſtéſne, an ciues comedis, parui pendere.* &

A ita loquitur Saty. vlt. lib.2. *Et leporum auulſos, vt multo ſuauius, armos, Quam ſi cũ lumbis, quis edit.* Nouius apud Nonium, *Quod editur, nihil eſt: ſi volet, quod taceris, copia eſt.* iterum Plautus in Mænechm. *Dum tu illi quod edit, & quod potet, præbeas, &c.* Idem Trinummo, *De mendico male meretur qui ei dat, quod edit, aut quod bibat. Nam & illud, quod dat, perdit, & illi producit vitam ad miſeriam.*

CICVTIS] quæ necant frigore. nam allium contra calore nocet. de cicutis epiſt.2. li. 2: plura

O DVRA MESSORVM ILIA] quæ ferre poſſint tam dirum venenũ, vt quidem Hor. videtur: nam allium, cibus eſt ruſticis, & meſſoribus non iniucundus. Virg. Alex. *Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu Allia, ſerpillúmque, herbas*
B *contundit olenteis.*

QVID HOC VEN. SÆV.] Quid hoc eſt veneni, quod ſæuit in præcordijs? ſæuit, id eſt, æſtuat: ventriculum, & totum corpus nimio calore incendit.

IN PRÆCORDIIS] præcordia, vt nomen ipſum indicat, pars eſt corporis interior, corde anterior, & ſuperior: ſub qua ſunt pulmones, vngulæ bubulæ ſpeciem gerentes, & cor eis annexum, in pectore ſub ſiniſtra mamma ſitum: ſub corde & pulmonibus ſæptum eſt tranſuerſum ex valida membrana conſtans: infrà ſunt à dextra parte iecur: à ſiniſtra lien. Sat.4. lib.2. *lenis præcordia mulſo Prolueris melius.*

NVM VIPERINVS HIS CRVOR, &c.]
C num me inſciente cruor viperinus his herbis incoctus eſt? *fefellit*, latuit, ἔλαθε. *fefellit incoctus*, id eſt, ignoraui eſſe incoctum. de verbo fallendi diximus ad Od. 10. lib.1. *incoctus herbis* autem ſic dictum, vt infrà Saty.8. lib.2. *Erucas virideis inulis ego primus amaras Monſtraui incoquere.* vt quidem olim putabam legendum. & ita Virg. Georg. 4. *Huius odorato radices incoque Baccho.*

CANIDIA] Gratidia venefica, quam multis locis exagitat, & inſectatur acerbiſſimis verſibus Horatius, vt infrà tota Oda 17. & Satyr. 1. lib. 2. *Canidia Albuci. quibus eſt inimica venenum.* & tota Sat. 8. lib. 1. Canidiam autem nominat, quia non licebat quemquam nominatim ſcripto maledico, & contumelioſo deſcribere.

D VT ARGONAVTAS, &c.] id eſt, poſteaquam Medéa præ omnibus Argonautis Iaſonis amore capta eſt, hoc illum veneno perunxit, ne à tauris illis ignem ſpirantibus, quos aratro iungere ab Æta cogebatur, vlla ex parte offenderetur. Hoc dicit, non quòd re vera ita fecerit Medéa, vt ego quidem arbitror, ſed vt allij diritatem, & inclementiam declaret. quamquam licet etiam dicere, Horatium ſpectaſſe alij vim, & naturam: quæ eſt eiuſmodi, vt venena efficiat præſe[illegible]ora, certiora, atque efficaciora. Iccircò veneſ[illegible] accommodatiſſimum eſt, ſiue quis amicos ſeruare velit, ſiue inimicos de medio tollere. Quin etiam hoc traditum de allio eſt, ſi galli gallinacei prælium commiſſuri, allium guſtarint, ad pugnãdum animoſiores, ac ferociores reddi. Idẽ equis paul-

Digitized by Google

lo antequàm ſigna conferantur, aciéſque concurrant, cum pane & vino datum, miram in eorum pectoribus ferociam, incredibilémqoe pugnandi cupiditatem, & laburis tolerantiam ingenerat. Nonnulli autem ex interpretibus Pindari ſcribunt, Medeam Iaſoni præcepiſſe, ne tauros reſlante, & aduerſo vento ageret: ſed ſecundo vento, vt ita vis flammæ in anteriorem partem auerteretur. Itaque conſuluit ei eadem opera, vt ſulco vno confecto, ne ab eius extremo nouum ſulcum inſtitueret, vt ſolent aratores: ſed ad eundem locum reuerſus, vnde primùm arare cœpiſſet, ſulcum ſecundum deſignaret. alij tradunt, Medéam neſcio quod pharmacum cum oleo cōfudiſſe, & miſcuiſſe eoque Iaſonem perunxiſſe, ne flamma quicquam in eum valere poſſet. hanc totam fabulam perſequitur Pindarus in carmine illo elegantiſſimo quarto Pyth. cuius hæc pauca verba mihi aſcribere licet, Ἀλλ' ὅτ' Αἰήτας ἀδαμάντινον ἐν μέσσοις ἄροτρον σκίμψατο, καὶ βόας, οἳ φλόγ' ἀπὸ ξανθᾶν γενύων πνέον καιομένοιο πυρὸς· χαλκέαις δ' ὁπλαῖς ἀράσσεσκον χθόν' ἀμειβόμενοι τοὺς ἀγαγὼν ζεύγλᾳ πέλασσεν μόνος, id eſt, ſed vbi Æetas ferreum aratrum medio in agro ſtatuit, tauróſque, qui flammas ignis ardentis ex naribus, & faucibus ſpirabant, vnguliſque ferreis terram gradiẽtes pulſabant: eos adductos Iaſon ſolus admouit iugo. de his tauris ſic Apoll. lib. 3. δοιὼ πεδίον τὸ Ἀρήϊον ἀμφινέμοντες Ταῦροι χαλκόποδες στόματι φλόγα φυσιόωντες. cetera vide apud eundem Apollon. de tauris illis, & de Medea amore Iaſonis capta. dicemus nos quoque nonnihil ad Od. 5. huius lib.

Hoc delibutis vlta donis pellicem] Glaucam Creontis filiam: de qua dicemus ad illum locum Od. 5. *cur dira barbaræ minus Venena Medeæ valent, Quibus ſuperbam fugit vlta pellicem Magni Creontis filiam? Cùm palla tabo munus imbutum, &c. hoc delibutis*, id eſt, allio imbutis, ſeu vnctis. hoc autem ſignificat, non alia re delibutam eam veſtem fuiſſe, quam Medéa Glaucæ donauit, quàm allio: quaſi alliom ignem, & flammam concipere potuerit, qua illa & tota domus conflagrarit, inſtar naphthæ: ſeu olei viui, quo credibile eſt donum illud Medéæ perunctum fuiſſe, Glaucámque flamma ſubito comprehenſa exarſiſſe. Plinius lib. 2. cap. 105. de naptha, *Ita ferunt à Medéa pellicem crematam, poſtquam ſacrificatura ad aras acceſſerat, corona igne rapta.*

Serpente fuit alite.] à dracone alis inſtructo, & pennigero vecta. notum eſt hoc ex Medéa Euripidis in extrem. Λέγ', εἴ τι βούλει. χειρὶ δ' οὐ ψαύσεις ποτέ· Τοιόνδ' ὄχημα πατρὸς Ἥλιος πατὴρ Δίδωσιν ἡμῖν, ἔρυμα πολεμίας χερός, id eſt, dic ſiquid vis. manu autem tanges nunquam: tale nobis vehiculum pater Sol donat, arcem & præſidium aduerſus hoſtilem manum. Varro Marcip. *Dixe regi Medeam aduectam per aëra in rheda anguibus.*

Nec tantus vmquam siderum, &c.] vapor apud Lucretium, & ceteros bonos ſcriptores ſemper valet idem, quod calor. Lucret. lib. 3. *Tenuis enim quædam moribundos deſerit aura Miſta vapore: vapor porrò trahit aëra ſecum: Nec calor eſt quiſquam, cui non ſit miſtus & aër.* duobus nominibus vaporis, & caloris, eandem rem ſignificat Virgil. Æneid. 5. *lentúſque carinas Eſt vapor, & toto deſcendit corpore peſtis.* ibid. *reſtinctus donec vapor omnis, & omnes, Quattuor amiſſis, ſeruatæ à peſte carinæ.* ſiderum vaporem, ſeu calorem nimis acrem, æſtuoſam impotentiam appellat Oda 16. infrà, *Nulla nocent pecori veſtigia, nullius aſtri Gregem æſtuoſa torret impotentia.* huc pertinet illud Oda 1. lib. 3. *arbore nunc aquas Culpante, nunc torrentia agros Sidera.*

Siticulosæ] aridæ, ſiti hiulcæ, vt loquitur Virg. Georg. 2.

Nec munus humeris, &c.] id eſt, nec id munus, quod Deianira ad Herculem miſit, Neſſi Centauri cruore imbutum, vehementiore calore humeros eius, & viſcera excruciauit, quàm allium, eorum, qui eo veſcũtur, inflammare corpora ſolet. De hac tunica ad Herculem miſſa, qui plura ſcire volet, legat Sophoclis Trachinias, & M. Tull. Tuſcul. lib. 2. vbi aliquot Sophoclis verſus, qui ad hanc rem pertinent, producuntur, ab ipſo Tullio Latini facti. *Sed videamus Herculem ipſum* (inquit M. Tull.) *qui tum dolore frangebatur, cum immortalitatem ipſa morte quærebat. quas hic voces apud Sophoclem in Trachinijs edit? cui, cum Deianira ſanguine Centauri tinctam tunicam induiſſet, inhæſiſſetque ea viſceribus, ait ille, O multa, &c.* vide & annot. ad Od. 17. huius libri.

Efficacis] id eſt, ad agendum, & efficiendum apti. πρακτικοῦ, δραστικοῦ, ἐνεργητικοῦ.

Si qvid vmqvam tale] nempe allium.

Iocose Mæcenas,] opportunè hoc loco iocoſum appellauit. de Mæcenatis oſculis, & rebus amatorijs verba facturus, vt notat Porphyrio.

Manum puella suavio &c.] id eſt, te oſculari volentem oppoſita manu prohibeat. In quibuſdam libris veteribus ſcriptum eſt, *ſauio.*

Extrema et in sponda cubet.] & ſeſe quàm longiſſimè abs te remoueat, neque ſe tibi complectendam, potiendámqoe præbeat, cùm in communi tecum lecto cubabit. ſpondæ, extrema ſunt lecti latera: ſeu exteriores lecti partes.

TVRNEBVS.

Ex lib. 12. cap. 15. Proxima ode cùm ait,

Ut argonautas præter omnes candidum
Medea mirata eſt ducem:
Ignota tauris illigaturum iuga,
Perunxit hoc Iaſonem.

Significat allium eſſe veneficium omnium certiſſimum & præſtantiſſimom, non cibum, Medeamque veneficam nullas potiores herbas ad veneficium habuiſſe, cùm vel

charos

charos ſeruare & liberare periculis vellet, vel inimicos vlciſci & perdere. Ità venuſtè & lepidè fingens iocatur poëta: quòd etſi abſque ope mea omnes intelligere potuerunt, tamen mihi dicendum eſſe credidi, vt ſi aliis, quod dici ſolet, non canerem, mihimetipſi certè cecinisse viderer.

Ex lib. 6. cap. 9. Naphtha, inquit Plinius, li. 2. cap. 105. *appellatur circa Babyloniam & in Auſtagenis Parthiæ profluens bituminis liquidi modo*: quod idem ferè è Dione Xiphilinus in Pompeio, his verbis ſcribit, καὶ τῇ νάφθᾳ κατὰ τῶν μηχανῶν χρωμένη δεινῶς ἐκάκωσαν· ἀσφαλτῶδες δὲ τὸ φάρμακον τοῦτο καὶ διάπυρον οὕτως, ὥστε ὅσοις ἂν προσμίξῃ, πάντως αὐτὰ κατακαίειν. *Hinc*, inquit Plinius, lib. 2. cap. 103. *magna cognatio ignium, tranſiliúntque protinus in eam vndecúmque viſam. Ità ferunt à Medea pellicem crematam, poſtquàm ſacrificatura ad aras acceſſerat, corona igne rapta.* Hæc Plinij verba plurimum adferent lucis, ac veluti prælucebũt Horatio ſic ſcribenti.

Hoc delibutis vlta donis pellicem
Serpente fugit alite: Etſi iocatur alio non naphtha imbutam fuiſſe coronam.

IN MENAM LIBERtum Pompeij Magni. Od. 4.

ARGVMENTVM.

In eius, ex mutata conditione arrogantiam inuehitur.

*LVpis, & agnis quanta * ſortitò obtigit,*
Tecum mihi diſcordia eſt,
Ibericis peruſte funibus latus,
Et crura dura compede.
Licet ſuperbus ambules pecunia:
Fortuna non mutat genus.
Vidésne ſacram metiente te viam
*Cum bis * ter vlnarum toga,*
Vt ora vertat huc, & huc euntium
Liberrima indignatio?
** Sectus flagellis hic triumuiralibus*
Præconis ad faſtidium,
Arat Falerni mille fundi iugera:
*Et Appiam * mannis terit:*
** Sedilibúſque magnus in primis eques*
Othone contemto ſedet.
** Quid attinet tot ara nauium graui*
Roſtrata duci pondere
A *Contra latrones, atque ſeruilem manum,*
Hoc hoc tribuno militum?

LVPIS ET AGNIS] Luporum & agnorum diſcordiam, atque inimicitias etiam Homerus ſignificat his verſibus ἰλ. χ. Οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν· Ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς ἀλλήλοισι. id eſt, neque lupi & agni concordem animum habent. ſed perpetuò inter ſe malè cogitant & maleuolunt. & Plato in Phædro, Ὡς λύκοι ἄρνα φιλοῦσ᾽, ὡς παῖδα φιλοῦσιν ἐρασταί, id eſt, vt lupi agnum amant, ſic puerum amatores. verſus eſt neſcio cuius poëtæ. infrà Od. 12. *vt pauet acreis Agna lupos.*

B TECVM MIHI DISC.] ſubintellige, tanta, vt ſit, Tanta mihi tecum diſcordia eſt.

SORTITÒ] ſortitò non eſt fortuitò: ſed hoc ſentit Horat. cùm primùm nata animalia ſunt, ſuum cuique animali à natura proprium quendã, &, vt ita dicã, peculiarem affectum, verbi gratia, alicuius rei perſecutionem vel fugam, amorẽ vel odium eſſe attributũ. ſumtũ fortaſſe à veterũ more, qui plurimis & maximis in rebus ſortibus vtebantur: vnde & apud Græcos λαγχάνειν, & apud Latinos ſortiri vſurpatur pro conſequi, atq; obtinere. Poteſt etiam hoc dici, ſortem, quam κλῆρον Græci dicunt, idem eſſe, quod aliis verbis δαίμονα & μοῖραν à partiendo appellant, quia vnuſquiſque ſtatim ab ortu ſuo certam viuendi &
C moriendi condicionem diuinitus, aut à fatis diuiſam, ac tributam conſequatur. de ſortibus nõ nihil diximus ad Odam 3. lib. 2. Quanta igitur inter lupos & agnos diſcordia eſt natura: tantæ mihi tecum inimicitiæ intercedunt.

IBERICIS PERVSTE FVNIB.] ſignificat, eum fuiſſe ſeruum, vtpote cuius in lateribus & tergo, verberum: in cruribus, vinculorum & compedum exſtarent veſtigia. Funes Iberici autem è ſparto intelliguntur: cuius magna eſt in Hiſpania copia iam *peruſte latus*, eſt helleniſmus id eſt, tu, cuius latus peruſtum eſt.

ET CRVRA DVRA COMP.] & cuius crura peruſta ſunt duris compedibus. epi. 16. lib. 1. *In manicis & compedibus duro te ſub cuſtode tenebo.*

D SACRAM METIENTE TE VIAM] cùm per viam ſacram incedis. via ſacra ad Capitolium ducit. ſic autem dicta eſt, quòd in ea fœdus inter Romulum & Tatium ictum ſit. auctor Feſtus Pomp. Ode 7. eodem libro *vt deſcenderet Sacra catenatus via.* & Satyr. 9. libr. 1. *Ibam fortè via ſacra, ſicut meus eſt mos.*

CVM BIS TER VLNAR. TOGA] ampliſſima. togæ laxitas & amplitudo diuitum eſt: contrà arcta toga eorum, qui ſunt mediocris, aut etiam tenuioris fortunæ, vt epiſt. ad Loll. 2. libr. 1. *Arcta decet ſanum comitem toga.* Porphyr. iuſtam togæ magnitudinem ſex vlnis conſtitiſſe vult intelligi.

VT ORA VERTAT, &c.] quo pacto homines prætereuntes, in te ora vertentes indigné-

Digitized by Google

cur? indignationem Græci νέμεσιν, & indignari A νεμεσᾶν vocant. quod diſtinguit Ariſtoteles ἀπὸ τοῦ φθονεῖν libr. 2. de moribus ad Nicomachum, his verbis, νεμεσητικὸς λυπεῖται ἐπὶ τοῖς ἀναξίως εὐπραγοῦσι· φθονερὸς ὑπερβάλλων τοῦτον ἐπὶ πᾶσι λυπεῖται, id eſt, indignabundus, ſeu is, qui ad indignandum propenſus eſt, dolet eorum rebus ſecundis, qui eis indigni ſunt: inuidus hunc ſuperans rebus omnium ſecundis contabeſcit. Idem propemodum ſcribit ῥητορ. β. εἰ γὰρ ἐστι τὸ νεμεσᾶν λυπεῖσθαι ἐπὶ τῷ φαινομένῳ ἀναξίως εὐπραγεῖν, πρῶτον μὲν δῆλον, ὅτι οὐχ οἷόν τε ἐπὶ πᾶσιν ἀγαθοῖς νεμεσᾶν, ἀλλ᾽ ἐπὶ πλούτῳ καὶ δυνάμει, &c. id eſt, *Si enim indignari, eſt dolore affici ob eum, qui præter dignitatem & meritum videtur rem ſuam bene gerere, res ſecundas: pri-* B *mùm quidem perſpicuum eſt non licere ob omnia bona indignari, ſed ob diuitias & potentiam, &c. duntaxat.* & item Topic. β. νεμεσητικὸς δὲ ὁ λυπούμενος ἐπὶ ταῖς τῶν κακῶν εὐπραγίαις. huc pertinet locus ille Ciceronis ad Atticum lib. 5. nõ ſatis explicatus. *vt libet ſed planè gaudeo, quoniam* τὸ νεμεσᾶν *intereſt* τοῦ φθονεῖν. *vt libet* (inquit M. Tull.) *ſed planè gaudeo*, videlicet Hirtum repulſam tuliſſe. erat enim indignus eo honore, quem petebat, nempe auguratu. Itaque ſi eum obtinuiſſet, ego meritò indignatus eſſem, neque propter meam indignationem, inuidere ei honorem dicendus eſſem. differt enim τὸ νεμεσᾶν, quod in- C dignari Latinè dicimus, ab eo, quod eſt inuidere, ſeu φθονεῖν, vt Græci nominant. Atq; hunc quidem locum ſic arbitror eſſe explicandum, nõ, vt alij interpretantur, *intereſt*, id eſt, vtile eſt, &c. nam illud *intereſt*, pro differt, eſt poſitum, vt Academic. 2. *qui illa viſa, è quibus omnia decreta ſunt nata, negant quicquam à falſis intereſſe.* Plutarchus prætereà, vt mihi indicauit German. Valens, libello περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς, his Ariſtoteles conſentanea ſcribit: ὧν πολὺ χρησιμώτερα τὰ τῶν παθῶν θρέμματα τῷ λογισμῷ συμπαρόντα, καὶ συνεπιτείνοντα ταῖς ἀρεταῖς, ὁ θυμὸς ἀνδρείᾳ μέτριος ὤν, ἡ μισοπονηρία τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ ἡ νέμεσις ἐπὶ τοὺς παρ᾽ ἀξίαν εὐτυχοῦντας τῇ ἐπιτιμήσει, καὶ νουθετήσει ἀφρόνων, id eſt, quibus multo vtiliores ſunt affectuum alumni impetus, cùm rationi preſtò ſunt, & virtutes adiuuant: D vt animi excandeſcentia fortitudinem acuit, improbitatis odium ad iuſtitiam valet, indignatio ad eorum, qui præter meritum fortunati ſunt, obiurgationem & monitionem excitat.

Sectvs flagellis hic] μίμησις eſt orationis eorum, qui indignantur, hunc Menam eſſe tribunum militum, ſumtuoſiſſimis & molliſſimis veſtibus collucêre, tot agri iugera poſſidere, in quatuordecim ordinibus ſedere, cùm ciuis Romanus nõ ſit. Nam triumuiri capitales de maleficio eorum cognoſcebant, qui ciues Romani non erant, id eſt, aut peregrini, aut ſerui: cóſque flagellis diſſecari, ac verberari iubebant. iidem Treuiri dicebãtur. Erant & triumuiri, ſeu treuiri monetales, qui his litteris ſignifi- A cabantur, IIIV. AAAFF. id eſt, Treuiri auro, argento, æri flando fundendo: vnde natus iocus Ciceronis in epiſt. ad Trebat. *Treuiros vites cenſeo: audio capitales eſſe: mallem auro, argento, ære eſſent, &c.* id eſt, Treuiros populos Belgis & Germanis interiectos vites cenſeo, audio eſſe bellicoſos & pugnaceis. mallem eſſent monetales, id eſt, pecunioſi & locupletes, vt eorum ſpoliis, & præda te locupletare poſſes. Atque hæc ex Bembo.

Præconis ad fastidivm] vſque ad ſatietatem præconis, qui abſentibus, aut etiam aliud agentibus triumuiris hũc Menam aliquando flagellis diſſecandum curauit, & ſatiatus verberibus lictorem finem cædendi facere iuſſit.

Arat Falerni mille f. ivg.] in- B dignum, libertum impurum tot agri iugera, præſertim Campani, arare.

Et App. mannis terit] & vectus equis breuibus, & ad delicias & luxum fortunatorum hominum accommodatis, viam Appiam perequitat. Epiſt. 7. lib. 1. *Impoſitus mannis aruum calúmque Sabinum Non ceſſat laudare.*

Sedil. qve magn. in primis eq. Oth.] in primis ſedilibus, id eſt, in primis ordinibus. L. Roſcius Otho legem tulit, ne quis equeſtris ordinis eſſe poſſet, qui quadringenta millia ſeſtertiûm non haberet, & vt equitibus Rom. ſolis in quattuordecim ordinibus, & ſe- C paratim à plebe ludos ſpectare liceret. excepti autem erant duo primi tribunis. Iccircò hũc Menam dicit lege Roſcia contemta, in primis ſedilibus ſedere, qui eſſet indignus tribunatu. De hoc Roſcio Othone ſic M. Tull. in orat. pro Muræna, *L. Otho vir fortis, meus neceſſarius, equeſtri ordini reſtituit non ſolùm dignitatem, ſed etiam voluptatem.* Idem Philipp. 2. *Illud tamen audacia tua, quòd ſediſti in quattuordecim ordinibus, cùm eſſet lege Roſcia decoctoribus certus locus conſtitutus, quamuis quis fortunæ vitio, non ſuo decoxiſſet.* Horat. epiſt. 1. ad Mæcen. lib. 1. *Roſcia dic ſodes, melior lex, an puerorum Nænia, quæ regnum rectè facientibus offert?*

Tot ora navivm, &c.] tot naueis roſtratas.

Contra latrones] contra piratas, cùm hic ipſe Mena pirata eſſet, vt eum appellat D Plutarch. in Antonio.

Atqve servilem manvm] & contrà fugitiuos, id eſt, contra ſeruos: qui bellum ſeruile geſſerunt Chryſo, & Spartaco ducibus. de bello ſeruili diximus ſuprà nonnulla ad Od. 14. lib. 3. ſed præſtat ſeruilem manum, fugitiuos accipi, quos armauit Sex. Pompeius Magni filius, in quo exercitu Mena & Menecrates erant tribuni militum.

TVRNEBVS.

EX aduerſarior. lib. 14. cap. 1. & cap. 9. Subuerbuſta, inquit Feſtus, eſt ſub verberibus vſta, licentia & petulantia Comica, vocabulo è multis coagmentato: ſic

vri

-- vri virgis ferróque necari, dixit Flaccus, quã-quam eo vri per ſe etiam commodè intelligi, vt antè dixiſſe me recordor, poteſt: alio loco

Ibericis peruſte funibus latus

Lupis, inquit Flaccus, *& agnis quanta ſortito obtigit,*

Tecum mihi diſcordia eſt: Illud ſortito ex eo di-ctum eſt, quòd res maximas ſolebant veteres ſorti permittere: vt ſortiri ſolebant Tribus, ſortiri prouincias: velut igitur naturæ ſorte, & vt melius quod volo intelligebatur, ſortitione quadam mutuas gerant inimicitias lupi & agni, quaſique eas ſortiti ſint, *ſortito* Horatius dixit. Ibericos autem funes pro ſparteis. In eo admiramur, cùm ait.

Ibericis peruſte funibus latus: at, vt Fabius ait, Ineptus & ridiculus ille Orator fuit, qui pro Sparto herbas Ibericas dixit, quod tamen Horatij imitatione fortaſsè dicebat: adeò aliud orationi, aliud poëmati decorum eſt.

Ex lib. 28. cap. 31. Nihilo ſecius in illo Martialis lib. 3. epig. 52. mirabamur,

Mauis, Rufe, coquum ſcindere quàm leporem.

cùm ſcindere coquum ſit, flagris cædere: quo & Horatius modò dixit,

Sectus flagellis hic Triumuiralibus.

Ex lib. 14. cap. 9. *Sedilibúſque magnus in primis eques.* Equites maioris dignitatis, vt qui Tribuni militum erant, aut Tribunitij, aut maioris cenſus, ſedebant in primis ſubſelliis quatuordecim ordinum, ſed & ditiores propiùs ſpectabant, quã pauperes è plebis cuneis: hinc illud ab Horat. ſcriptum eſſe puto, lib. 1. epiſt. 1.

Vt propius ſpectes lachrymoſa poëmata Puppi.

Propius enim ſpectat qui in ſedilib. primis ſedet: etſi de equeſtri cenſu accipi poteſt, quem adepti, cùm in quatuordecim ſederent, propiùs quàm reliqua plebs ſpectabant.

IN CANIDIAM VE-neficam, Od. 5.

ARGVMENTVM.

Loquentem inducit puerum quendam, quem aliquot veneficæ ſub terra defoderant mento tenus, fame necandum: vt ex eius iecore & medulla poculum amatorium conficerent. Huius preces primùm, deinde imprecationes aduerſus eas deſcribit. Exiſtimatur autẽ Gratidiam Canidiæ nomine ſignificare.

AT ô deorum quicquid in cælo regit
Terras, & humanum genus:
** Quid iſte fert tumultus, & quid omniũ*
Vultus in vnum me truces?
** Per liberos te, ſi vocata partubus*
Lucina veris affuit,
A *Per hoc inane purpuræ decus precor,*
Per improbaturum hæc Iouem,
Quid vt nouerca me intueris? aut vti
Petita ferro bellua?
** Vt hæc trementi queſtus ore, conſtitit*
** Inſignibus raptis puer,*
Impube corpus, quale poſſet impia
Mollire Thracum pectora:
Canidia breuibus implicata viperis
Crineis, & incomptum caput,
B ** Iubet ſepulchris caprificos erutas*
Iubet cupreſſus funebreis,
Et vncta turpis oua ranæ ſanguine,
Plumámque nocturnæ ſtrigis,
Herbáſque, quas Iolchos, atque Iberia
Mittit, venenorum ferax:
Et oſſa ab ore rapta ieiunæ canis
*Flammis aduri * Colchicis.*
At expedita Sagana per totam domum
Spargens auernaleis aquas,
Horret capillis, vt marinus, aſperis
C *Echinus, aut * currens aper.*
Ab acta nulla Veia conſcientia,
Ligonibus duris humum
Exhauriebat ingemens laboribus,
Quò poſſet infoſſus puer
** Longo die bis, terve mutatæ dapis*
Inemori ſpectaculo:
Cùm promineret ore, quantũ exſtat aqua
Suſpenſa mento corpora:
** Exſucta vti medulla, & aridum iecur,*
Amoris eſſe poculum:
D ** Interminato cùm ſemel fixæ cibo*
*Intabuiſſent * pupulæ.*
Non defuiſſe maſculæ libidinis
Ariminenſem Foliam,
Et otioſa credidit Neapolis,
Et omne vicinum oppidum:
Quæ ſidera excantata voce Theſſala,
Lunámque cælo deripit.
Hîc irreſectum ſæua dente liuido
Canidia rodens pollicem,

Quid dixit? aut quid tacuit? ô rebus meis A
Non infideles arbitræ
Nox, & Diana, quæ ſilentium regis,
Arcana cùm fiunt ſacra:
Nunc nũc adeſte: nunc in hoſtileis domos
Iram, atque numen vertite.
Formidoloſæ dum latent ſiluis feræ
Dulci ſopore languidæ:
Senem, quod omnes rideant, adulterum
*Latrent * Suburanæ canes,*
Nardo perunctum, quale, nec perfectius, B
Meæ laborarunt manus.
Quid áccidit? cur dira barbaræ minus
Venena Medéæ valent,
Quibus ſuperbam fúgit vlta pellicem
Magni Creontis filiam,
Cùm palla, tabo munus imbutum, nouam
Incidio nuptam abſtulit?
Atqui nec herba, nec latens in aſperis
*Radix * fefellit me locis.*
** Indormit vnctis omnium cubilibus*
Obliuione pellicum.
Ah, ah, ſolutus ambulat venefica
Scientioris carmine.
*Non vſitatis, Vare, * potionibus,*
*(O * multa fleturum caput,)*
Ad me recurres: nec vocata mens tua
Marſis redibit vocibus.
Maius parabo: maius infundam tibi
** Faſtidienti poculum:*
Priúſque cælum ſidet inferius mari,
*Tellure * porrecta ſuper:*
Quàm non amore ſic meo flagres, vti
Bitumen atris ignibus.
Sub hæc puer, iam non, vt antè, mollibus
** Lenire verbis impias:*
*Sed dubius vnde * rumperet ſilentium,*
*Miſit * Thyeſtéas preces.*
*Venena, * magnũ fas, nefaſq;: non valẽt*
Conuertere humanam vicem.
Diris agam vos: dira deteſtatio
Nulla expiatur victima.
Quin, vbi perire iuſſus expirauero:
Nocturnus occurram furor:
Petámq; vultus vmbra curuis vnguibus:
Quæ vis deorum eſt Manium:
Et inquietis áſſidens præcordiis,
Pauore ſomnos auferam.
Vos turbam vicatim hinc, & hinc ſaxis petens
Contundet obſcænas anus.
*Póſt inſepulta membra * different lupi,*
Et Eſquilinæ alites.
Neq; hoc parenteis, heu, mihi ſuperſtites,
Effugerit ſpectaculum.

At, ô deorum quicquid] facit quendam puerum loquentem, quem Canidia, hoc eſt Gratidia: (Gratidiam enim mutato nomine, per Canidiam ſignificat) Sagana, & ceteræ veneficæ mento tenus ſub terra defoderant, faméque necare conſtituerant, vt ex eius iecore, & medulla amoris poculum conficerent. *quicquid* autem ſcriptũ reperitur in codicibus manuſcriptis, Donati, Faër. quinque Vatic. Torneſ. Vrſ. ceteris ferè omnibus: itáque legit Seruius annota-
C tione quadam ad lib. 7. Æneid. eámque ſcripturã ſecutus ſum. non enim vnum aliquem Deum, ſed omneis implorat. ſic loquitur Horat. Satyra 6. lib. 1. *Non, quia Mæcenas, Lydorum quicquid Etruſcos, &c.* & Liuius lib. 23. *pauca horæ ſunt, intra quas iurantes, per quicquid Deorum eſt, dextras dextræ iungentes fidem obſtrinximus.* in eo deſſident inter ſe, quòd alij habent *regis*: alij *regit*. ſed plures *regit*: nempe quinque Vatic. Faët. & Torneſ. & Nicotian. vnus, & Ruſſard. Iam quòd Priſcian. lib. 17. ait, *at* hoc loco abundare, id mihi mirum eſt, & penè dicam, incredibile. Eſt enim interiectio dolorem, aut conqueſtionem exprimens, non coniunctio. Idem tamen videtur ſentire Seruius, qui ad illum Virgilij verſum lib. 7. Æn. *At non ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor, &c.* hæc annotat, *legitur*
D *& An non, &c. Sed hoc abſolutum & planum eſt. Si autem legeris At, copulatiua particula eſt, ad ornatum ſolum pertinens. Horat. At ô deorum quicquid in cœlo regit, &c.* Idémque ferè ſcribit ad illum locum lib. 9. *an non viderunt mœnia Troiæ, &c.* niſi quòd ibi ſcriptum eſt *regis*.

Quid iste fert tumultus?] quid ſibi vult iſte tumultus? quid affert? quorſum tumultuamini?

Et qvio omnivm] ſic habent quinque libri Vatic. & Torn. & Nicotianus, & Ruſſard. vnus: non *aut*.

Per liberos te] genus obteſtandi religioſiſſimum, & ſanctiſſimũ, oráre aliquem per res ei cariſſimas, aut miſericordia digniſſimas. Sic Plautus

Digitized by Google

Plautus Aſinaria, *Ita te obteſtor per ſenectutem tuam, Pérque illam, quam tu metuis, vxorem tuam, &c.* Sic hoc loco hic puer orat Canidiam primùm per res ei cariſſimas, per liberos: deinde per prætextam ſuam, id eſt, ornamentum ætatis, quod proinde eſt ac ſi oraret per ætatem ſuam, videlicet ætatem infirmam, atque imbecillam. vide annot. ad illũ locum infrà, *ſupplex & oro regna per Proſerpinæ, &c.* Oda vltima. Malè autem vtrobique quidam accipiunt præpoſitionem *per*, quaſi ſit iurantis, cùm ſit orantis & obſecrantis, vt dixi. A

Si vocata partubus Lucina] de Lucina diximus ſup. ad Od. 22. lib. 3. hoc igitur, dicit. Oro te per liberos tuos, ſi vmquã verè peperiſti: ſi vmquam tibi parienti Lucina affuit, &c.

Veris] vult intelligi Canidiam falſos ſibi ſuppoſuiſſe partus, neque vmquam peperiſſe. cui cõcinit illud antiphraſticum Od. 17. infrà, *Tuúſq; venter partumeius.* Catull. ad Ianuam. *Longus homo eſt, magnas cui liteis intulit olim Falſum mendaci ventre puerperium.*

Per hoc inane purpuræ] prætextam ſignificat, qua vtebantur pueri vſque ad annum decimum quartum: deinde ſumebant togam virilem, quam puram appellabant. inane autem appellat purpuræ decus, quia nihil ei prodeſt ad molliendam, aut flectendam harum mulierum immanitatem, & crudelitatem. Valét autem hæc ad augendam facinoris atrocitatem à perſona, cui fiat tam immanis iniuria.

Quid, vt noverca] quæ inimica eſt priuignis (inquit Eurip. in Alceſt.) nihilóque vipera mitior. Ἐχθρὰ γὰρ ἡ 'πιοῦσα μητρυιὰ τέκνοις τοῖς πρόσθ' ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιωτέρα, id eſt, Inimica enim eſt ſubiens nouerca liberos priores, vipera nihilo mitior.

Avt vti pet. ferro bell.] aut vt bellua ferro laceſſita. Ariſtoteles lib. 3. de moribus ad Nicomach. ait feras, ſi non laceſſantur, & quamdiu in ſilua ſunt, non temerè ſæuire in quemquam: ſed tum denique cùm percuſſæ fuerint, aut perterritæ.

Vt hæc trem.] poſteaquam puer hæc tremula voce queſtus, finem querendi fecit, &c. participium *queſtus* iunxit cum quarto caſu, vt Od. 2. lib. 1. *Sæculum Pyrrhæ noua monſtra queſtæ.*

Insignibvs raptis] prætexta, & fortaſſe etiam bulla ſibi à Canidia ereptis. Bullam ſic deſcribit Virg. Æneid. 5. *it pectore ſummo Flexilis obtorti per collum circulus auri.* M. Tull. primo accuſ. lib. de Iunio pupillo, *Itaque tibi Hortenſi non illius ætas, ſed cauſa: non veſtitus, ſed fortuna popularis videbatur. Neque te tam commouebat, quòd ille cum toga prætexta, quàm quod ſine bulla venerat. Veſtitus enim neminem commouebat is, quem illi mos, & ius ingenuitatis dabat: quod ornamentum pueritiæ pater dederat indicium atque inſigne fortunæ, hoc ab iſto prædone ereptum eſſe grauiter, & acerbe homines ferebant.* prætexta vtebantur pueri omnes, modò ingenui: prętexta & bulla, ſenatorum filij duntaxat.

Impvbe corpvs] ſi puer erat, & prætextatus: ergo & impubes. Quare quòd addit, *Impube corpus*, valet etiam ad amplificationem facinoris.

Thracvm] qui tamen ſunt barbari: & ita, immites, & inhumani. ex quo vult intelligi, has veneficas inhumanitate, & immanitate populos barbaros atque immaneis ſuperare.

Canidia brevib. implic.] Canidia, cui crines erant viperis implicati. Helleniſmus eſt, *implicata crines & caput.* hanc Canidiam, furiam facit. ornat enim eam, viperis & anguibus furiarum in morem: quarum crinibus angues implicati finguntur à poëtis. Vide quæ notauimus ſuprà ad illum locum, *Eumenidum recreantur angues,* Oda 13. lib. 2. Iam Satyra 8. lib. 1. planè hãc Canidiam, & Saganam, quæ paulò poſt commemoratur, furias appellat: *& vt non teſtis inultus Horruerim voces furiarum & facta duarum?* B

Cvpressvs fvnebreis] ſuprà Od. 14. lib. 2. *inuiſas* appellat. ad quem locum multa de cupreſſo diximus: quibus hæc adſcribãtur, quæ tradita ſunt à Seruio ad illum Virgilij verſum Æn. 3. *Cæruleis mæſtæ vittis, atráque cupreſſo.* cupreſſum atram dici à Virgilio: id eſt, funeſtam: quia inferis conſecrata eſt, & quia cæſa numquam reuiteſcit. Præterea moris Romani fuiſſe ramum cupreſſi domui funeſtæ præponi, ne quis pontifex per ignorantiam ingreſſus, pollueretur. Hinc Horat. (inquit ille) *nec harum, quas colis, arborum, Te præter inuiſam cupreſſum Vlla br. dom. ſeq.* in duobus Vatic. & Vrſ. ſcriptum reperi *cupreſſus.* in alijs *cupreſſos.* C

Tvrpis ranæ] rubetæ. Propertius quoque ſignificat, rubetam adhiberi ſolitam à veneficis ad amatoria pocula. ſic enim ille libr. 3. ad Lygdamum, *Illum turgentis ranæ portenta rubetæ, Et lecta ex ſectis anguibus oſſa trahunt.*

Plvmámqve noct. strig.] idem Propert. deinceps, *Et ſtrigis inuentæ per buſta iacentis pluma.* ſtrigem deſcribit Ouid. lib. 6. Faſtor. auis eſt nocturna mali ominis (inquit Porphyr.) Plinius lib. 11. cap. 39. hoc de ſtrige ſcribit duntaxat, *Eſſe in maledictis iam antiquis ſtrigem cónuenit: ſed quæ ſit auium conſtare non arbitror.*

Iolcos] vrbs Theſſaliæ. Item Theſſalica venena celebrantur à ſcriptoribus. ne longiùs abeamus, ſuprà Od. 27. lib. 1. *Quæ ſaga, quis te ſoluere Theſſalis Magus venenis, quis poterit Deus?* & mulieres Theſſalæ, veneficæ habebantur. Ariſtophan. Nubib. Γυναῖκα φαρμακίδ᾽ εἰ πριάμενος Θετταλήν, &c. Iolcos autem eſſe legendum admonuit iampridem Beroaldus: quàm lectionem cõprobant boni codices. in his Faërn. & duo Vati. agnoſcit Porphyrio. D

Et ossa ab ore rap. iei. c.] verũ dentes ieiunæ canis, an oſſa aliena, quæ ieiuna canis rodebat? quod probabilius eſt. Iam ieiuna canis, auida, & deſiderio æſtuans. Iccircò, quæ ab eius ſaliua contacta ſunt, ad philtrum conficiendum vtilia.

Flamm. advri Colch.] qualibus tota Creõtis domus, & eius filia Glauca, ſeu Creu-

ſa conflagrauit, vt mox dicemus. Colchicas autem appellat, quia opera & arte Medeæ Colchidis excitatæ ſunt.

AT EXPSDITA SAG.] εὔζωνος, ſuccincta. Saganam veneficam commemorat etiam Satyra octaua lib. 1.

SPARGENS AVERN. AQV.] ſic Virg. de Didone ſacra quædam magica ſimulante. lib. 4. Æn. *Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.*

HORRET CAPILL. VT MARIN. &c.] Echinus marinus è genere eſt oſtreorum, ſeu teſtaceorum malis. eſt & terrenus, quorum vtrúmqoe aduerſus eorum, à quibus captatur, inſidias eſſe cautiſſimum ac munitiſſimum ſpinis & capillis ſuis oppoſitis, ſcribit Athen. lib. 3. his verbis, ὅτι δ᾽ οἱ ἐχῖνοι, λέγω καὶ τοὺς χερσαίους καὶ τοὺς θαλαττίους, καὶ ἑαυτῶν εἰσι φυλακτικοὶ πρὸς τοὺς θηρῶντας προβαλλόμενοι τὰς ἀκάνθας, ὥσπερ τι χαράκωμα, Ἴων ὁ Χῖος μαρτυρεῖ, λέγων οὕτως. Ἀλλ᾽ ἐν χέρσῳ τὰς λέοντος ᾔνεσα, Ἢ τὰς ἐχίνου μᾶλλον οἰζυρὰς τέχνας, Ὃς εὖτ᾽ ἂν ἄλλων κρεισσόνων ὁρμὴν μάθῃ, Στρόβιλος ἀμφ᾽ ἀκάνθας εἱλίξας δέμας, Κεῖται δακεῖν τε καὶ θιγεῖν ἀμήχανος. quæ verba Latinè reddemus ad Satyr. 4. lib. 2.

ABACTA NVLLA VEIA, &c.] id eſt, Veia non vllius facinoris, aut maleficij conſcientia ab inſtituto depulſa, nec deterrita. Hæc eſt tertia venefica.

HVMVM EXHAVRIEBAT] ſcrobem faciebat, in quam puerum defoderet.

QVÒ POSS.] quam in terram defoſſus puer, poſſet immori longo ſpectaculo dapis bis, aut ter die mutatæ: id eſt, ſpectaculo dapis nouæ aliâs atque aliâs oppoſitæ, & ſemper ſublatæ, nunquã conceſſæ, vt pueri auiditas hoc ſpectaculo in horas augeretur, & in hoc deſiderio fame moreretur: & ita ex eius medulla præſentiſſimum amatorium poculum conficeretur.

CVM PROMINERET ORE, &c.] cùm puer in terram defoſſus mento tenus, ore è terra tantùm prominetet, quantùm ex aqua extant corpora mento ſuſpenſa.

EXSVCTA VTI MEDVLLA] cùm in omnibus lib. ſcriptis Vaticanis, & ceteris, Iann. Faër. Vrſ. Nicot. & aliis aliquot, ſcriptum reperiſſem *exſecta* in vno autem atque altero *exſucta*, ſine vlla litura, ídque ad Gulielmum Faërnum, hominem acerrimo iudicio, & ad reſtituendos veterũ ſcriptorum libros temporis iniuria corruptos cùm natura factum, tùm arte cõparatum, retuliſſem: is re aliquantiſper conſiderata, reſpondit ſibi videri legendum *exſucta* ab exſugendo, mihique, vt ita excudendum curarem, auctor fuit. libri vulgati autem habent *Exerta*: quos ſi quis mallet ſequi, non inuidebo.

AMORIS ESSET POCVLVM] φίλτρον. quòd infrà deſiderij poculum ominat, Od. vltima. *Deſiderique temperare poculum.*

INTERMINATO] id eſt. interdicto, interminari eſt minando vetare, vt Terent. And. *Interminatus ſum ne faceres?* & Heautont. *meminiſtin' me eſſe grauidam, & mihi te magnopere interminatum, Si puellam parerem, nolle tolli:* habet autem hoc quidem verbum ſignificationem agendi: ſed nobiles grammatici tradiderunt, omnium verborum, quæ deponentia nominantur, participia interdũ etiam paſſionem ſignificate. itaque interminatus cibus intelligendus eſt, quem quis tangere prohibitus eſt: cibus vetitus, & interdictus. Hoc igitur dicit Horatius, fiebant illa omnia à Canidia Sagana, Veia, vt exſucta ex puero ita mortuo medulla, amoris eſſet poculum, cum pupulæ oculorum huius pueri cibo alio atque alio aliâs appoſito, & ſæpe mutato, & numquam conceſſo, ſed negato, & interdicto, ac vetito infixæ contabuiſſent, atque exſtinctæ eſſent, puero fame mortuo. Hoc autem fiebat, vt, puero fame necato, quam cibus appoſitus quidem atque oſtentatus, ſed negatus & ſublatus augebat, amoris poculum ex pueri iecore & medulla compoſitum, & conflatum, præſentius, ac validius eſſet.

PVPVLÆ] oculorum acies, κόραι.

MASCVLÆ LIBIDINIS] ſignificat, hanc fuiſſe tribada, & amore fæminarum, tanquam virum, arſiſſe, qualem fuiſſe Sapphonem plerique tradiderunt.

VOCE THESSALA] carminibus, & cantionibus Theſſàlicis. τῇ ἐπῳδῇ. de cantionibus, quas Græci ἐπῳδὰς appellant, quibus conſtat veteres ſtudioſè vſos eſſe, quibúſque multum tribuiſſe, dicemus ad epiſt. 1. lib. 1.

LVNÁMQVE CÆLO DERIPIT] Virgil. dicit *deducere Lunam*, in Pharmac. *Carmina vel cælo poſſunt deducere Lunam.* Horatius infrà Od. vltima, *deuocare Lunam: Per atque libros carminum valentium Refixa cælo deuocare ſidera.* & ibid. *& polo Deripere Lunam vocibus poſſum meis.* Proper. lib. 2. *Et iam Luna negat toties deſcendere cælo.* καθαιρεῖν, & κατάγειν τὴν σελήνην dicunt Græci. Plato in Gorgia, ὅπως μὴ πεισόμεθα, ὅ, φασὶ τὰς τὴν σελήνην καθαιρούσας τὰς θετταλικάς, &c. id eſt, vt ne nobis accidat quod aiunt mulieribus Theſſalicis euenire, Lunam deducentibus. Eodem pertinent Petronij Arbitri verſus, quos quia neque emendati leguntur in vulgatis exemplis, (deſcripſi autem nuper ex v. c. Errici Memmij exemplari, cùm id eſſet Petro Ronſardo, Aotonio Baïfio, Remigio Bellaqueo, poëtis noſtræ Galliæ clariſſimis, & mihi commodatum) & multas alias veneficarum arteis, & præſtigias, cõplectuntur, non me pigebit huc aſcribere. *Quicquid in orbe vides, pâret mihi: florida tellus Cùm volo, ſiccatis areſcit languida ſuccis: Cùm volo, fundit opes, ſcopulique atque arida ſaxa Niliacas iaculantur aquas: mihi pontus inerteis Summittit fluctus, Zephyrique tacentia ponunt Ante meos ſua flabra pedes: mihi flumina parẽt, Hyrcanæq; tigres: & iuſſi ſtare leones. Quid leuiora loquor? Luna deſcendit imago Carminibus deducta meis, trepidúſque furenteis Flectere Phœbus equos reuoluto cogitur orbe: Tantum dicta valent. taurorũ flamma quieſcit Virgineis exſtincta ſacris, Phœbéaq; Circe Carminib' magicis ſocios*

ſocias mutauit Vlyſſis: Proteus eſſe ſolet, quicquid libet: his ego callens Artibus Idæos frutices in gurgite ſiſtam, Et rurſum fluuios in ſummo vertice ponam. χατασπᾶν dicit Lucian. in φιλοψευδ. id eſt, deuellere. deripere autem eſt è loco ſuperiore rapere, vt ſuprà Od. 18. lib. 3. *deripere horreo.* & Virg. Georgic. 2. *Tuſpiſſo vimine qualos, Colàque prælorum fumoſis deripe tectis.*

IRRESECTVM] pollicis vnguem, quem ita roſerat ad viuum, vt amplius reſecari non poſſet: vel ſimpliciter, non reſectum.

QVID DIXIT? AVT QVID TACVIT?] epi. ad Mæcen. 2. lib. 1. *dicenda, tacenda locutus.*

O REBVS MEIS] hæc dicuntur à Canidia.

B ET DIANA] Hecate, ſeu Luna. Sed cur Lunã implorat? ſcribunt Græci interpretes, mulieribus amore captis vſitatũ eſſe Lunam inuocare, vt viris Solem: quemadmodum & Euripides Phædram inducit in Hippolyto: vel propterea quòd nox taciturna eſt: amoribus autẽ furtiuis, & clãdeſtinis ſilẽtio, & nocte opus eſt: vel quia Luna quoque ex amore aliquando laborauit: ex quo fieri, vt mulieribus, quæ eodem malo affliĉtãtur, adiutricem ſe præbeat: vel quia hæc dea ignis calorem præ ſe fert: amor autem ignis inſtar eſt. hæc interpr. Theocr.

QVÆ SILENTIVM REGIS:] Primùm cur hic ſilentij mentio fit? deinde quamobrem luna ſilentium regit? reſpondeo Sacris omnibus ſilentio opus eſt, etiã magicis & maleficis. Virg. lib. 3. *Idæumque nemus: hinc fida ſilentia ſacris.* Itaq; pronuntiabat præco in ſacris publicis, *fauete linguis.* annotatum ad Odam 1. lib. 3. Ad ſacra autẽ nocturna & nefaria, præcone, qui ſilentium indiceret, opus non erat, cùm luna teſte, & nocte ſilente fierent: vt apparet ex Theocr. pharmaceutr. Luna enim ſilentio præeſt, quia nox taciturna eſt. Virg lib. 4. Æneid. *Cum tacet omnis ager, pecudes, pictaque volucres, Quæque lacus latè liquidos, quæque aſpera dumis Rura tenent ſomno poſitæ ſub nocte ſilenti.* Idem lib. 8. *cæſarum ouium ſub nocte ſilẽti, Pellibus incubuit ſtratis.* & lib. 2. *tacita per amica ſilentia lunæ.* Lucret. lib. 4. de Faunis, *Quorum noctiuago ſtrepitu, ludóque iocanti Affirmant vulgo taciturna ſilentia rumpi.* Horat. ſup. lib. 2. Oda 8. *& toto taciturna noctis Signa cum cælo.*

NOCTVRNA] arcana, & muliebria, & malefica. Diagondas Thebanus, vt ſcribit M. Tullius lib. 2. de legibus, nocturna omnia ſacra perpetua lege è media Græcia ſuſtulit. Idem Marcus hanc legem ſanait eod. libro *Nocturna mulierum ſacrificia ne ſunto, præter olla, quæ populo ritè fient.*

CVM FIVNT] Sic habent plerique libri manuſcr. alij *dum fiunt ſacra.*

NVMEN] vim & potentiam veſtram diuinam.

FORMIDOLOSÆ DVM LATENT, &c.] noctu. ſic Virgil. lib. 4. *Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem Corpora per terras, ſiluæque, & ſæua quierunt Æquora, &c. formidoloſæ,* quæ metum

A incutiunt, horribiles. alij timidas interpretantur. in quibuſd. libris legitur *formidoloſis*, vt cohæreat cum voce *ſiluis.* ſed plerique libri manuſcripti habent, *formidoloſæ*, quos ſequor.

DVLCI SOPORE LANGVIDÆ] Virg. lib. 4. Æn. *nec dulci declinat lumina ſomno.* Homer. ἰλ. κ. ὕπνος ἔχε γλυκερὸς.

SENEM, QVOD OMNES RIDEANT, ADVLT.] Eſt enim ridiculum quiddam, ſenex amator. Ouid. *Turpe ſenex miles: turpe ſenilis amor.* Tibull. elegia 1. lib. 1. *Iam ſubrepet iners ætas, nec amare decebit, Dicere nec cano blanditias capite.*

ADVLTERVM] Varum amatorem, & ſcortatorem: qui me ſpreta, & rejecta meretrices Suburanas ſectatur.

B LATRENT SVBVRANÆ CANES.] primùm hoc ſit conſtitutum, ita legendum cõſentientibus omnibus veteribus codicibus, non *ſuburbanæ*, neq; *Suburranæ*: deinde quid ſit Subura videamus. Subura locus in vrbe Roma, in quo ſunt mons Cœlius, & Carinæ. Varro lib. 4. de ling. Latina putat Suburã dictã eſſe à pago Succuſano C, in B, mutato. idẽ eod. li. Suburanã regionẽ, primã ſcriptã eſſe tradit. P. Victor autẽ Suburã in ſecunda regione vrbis collocat. à Subura dicta eſt trib⁹ Suburana. de quib. lege Dionyſ. Halicarn. lib. 4. ἀρχ. Ῥωμ. In Subura proſtabãt meretrices: quas dum noctu ſectatur Varus, optat Canidia vt eum allatrent canes, quæ in

C eo loco ſunt.

NARDO PERVNCT. QVALE, NEC PERF.] id eſt, tali vnguento nardino perunctum, quale meæ manus non laborarunt, & quo perfectius non laborarent, ſeu laborarint: vel nardo perũctum, quale meæ manus numquam laborarunt: aut certè quo perfectius non fecerunt, vt ſit correctio. ſic enim mihi videtur explicandus hic locus, ne cogamur dicere, quod quidam *quale* hĩc poſitum pro *quali*: quemadmodum, inquiunt, loquebantur antiqui. quamuis ita explicet Priſcianus lib. 17. quod ſi demus ita eſſe, non video tamen, quomodo hæc poſſint cohærere: nardo perunctum tali, quali non elaborarunt meæ manus perfectius. numquam enim quiſquam Lati-

D nus *quale* vſurpauit pro *quod*: nec *qualis* pro *quo*. Deniq; ne ſim longior, præſertim in re non ita magni momenti, ſic eſt locutus Horatius ſaty. 5. lib. 1. vt hoc loco: *animæ, quales, neque candidiores Terra tulit, neque queis me ſit deuinctior alter:* quorum verſuũ explicationem videto ſuo loco. eſt enim planè huic ſimilis, & geminus. Neq; verò mihi vllo modo probari poteſt eorum ſententia, qui ſic explicant, Perfuſus erit ille tali vnguẽto, quale eiuſdem generis numquam melius feci, ſeu fecerim. Non enim ita loqui ſolent Latini, *quale perfectius, aut quale melius, &c.* Sed non celabo lectorem, me in nonnullis libris manuſcriptis ſcriptũ reperiſſe, *laborarint*. QVID ACCIDIT, &c.] Adhibuerat Canidia in Varum præſtantiſſima venena, quæ nihil in eum valuerant tamen.

CVR DIRA BARBARÆ. &c.] cur ea

E

ipſa venena, quibus vſa Medéa Creuſam, ſeu A Glaucam Creontis filiam, & totam regiam incendio conſumſit, nihil mihi proſunt, nullámq; vim habent in Varum?

SVPERBAM] ita legendum, non *ſuperbe*, vt referatur ad Glaucam Creontis regis filiam, & ita lib. Don. & Vatic. duo, & Torn. & Cleric. & Danielis, & Nicotianus. *ſuperbam* accipe pro potentem, & ſuperbi regis filiam. ſic Virg. principio libri tertij Æneid. *cecidítque ſuperbum Ilium* ad quē locum Seruius, *ſuperbum*. id eſt, nobile, & potens ſic ſuprà Oda 14. lib. 2. *& mero Tinguet pauimentum ſuperbum, &c.*

CVM PALLA, TABO MVNVS] Medéa dolore illo muliebri excruciata, ſtimulata, atque impulſa propter Iaſonis, & Glaucæ Creontis B Corinthiorum regis filiæ nuptias, pallam dicitur ad pellicem ſuam miſiſſe veneno infectam: qua accepta & Creontis domus, & eius filia conflagrauit. lege Euripidis Medéam: vbi ita loquitur, Λεπτόν τε πέπλον, καὶ πλόκον χρυσήλατον. [repete πέμψω, ἀπὸ κοινοῦ.] Κἄνπερ λαβοῦσα κόσμον ἀμφιθῇ χροΐ, Κακῶς ὀλεῖται, πᾶς θ', ὃς ἂν θίγῃ κόρης. Τοιοῖσδε χρίσω φαρμάκοις δωρήματα, id eſt, Et teneram veſtē, & comam auro intertextam ad eam mittam. Quòd ſi hoc ornamentū acceperit, & corpori circundederit, malè peribit, & quiſquis eā attigerit. Talibus pharmacis hæc dona inficiā. Iam verò Medeā fuiſſe veneficam, multi boni ſcriptores memoriç pro- C diderunt, Theocritus Pharmac. eam inter veneficas numerat, Circen videlicet, & Agamedam quarum illa pharmacis homines ex hominibus exuebat, atq; in feras vertebat: hanc tot venena cognouiſſe ait Homerus, quot alit terra, his verbis, ἣ τόσα φάρμακα ᾔδει, ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών. Scholiaſtes Theocriti ſcribit, in mōte quodam, quem Selenæū appellat, quaſi Lunæ montem, Circes & Medeæ mortaria, ſeu tuſilla oſtēdi, in quibus ſua pharmaca tundebant. Theocriti verſus ſunt hi: Φάρμακα ταῦθ' ἔρδοισα χερείονα μήτε τι Κίρκης, Μήτε τι Μηδείας, μήτε ξανθᾶς Περιμήδας. accedat ad Theocrit. Tibullus eleg. 4. libr. 2. *Quicquid habet Circe, quicquid Medea veneni, &c.*

ATQVI NEC HERBA] Germanus Valēs D exiſtimabat ſignificari aconitū: quam ἀπὸ τῆς ἀκόνης, id eſt, à cote, dictam volunt, quod ex ea naſcatur. Theophr. φύεται δὲ πανταχοῦ, καὶ οὐκ ἐν ταῖς ἀκόναις μόνον, ἀφ' ὧν ἔχει τὴν προσηγορίαν, &c. Ouid. li. 7. metamorph. *Quæ quia quæ naſcuntur dura viuacia caute, Agreſtes aconita vocant.*

ME FEFELLIT] me latuit, me fūgit. Verbum fallo coniunxit cum participio latens. ita in libro de arte poetica. *Numquam te fallant animi ſub vulpe latentes.*

INDORMIT VNCT. OMN. CVBIL. &c.] ordo eſt. indormit cubilibus omnium mearum pellicum, vnctis obliuione mei, neque mea mihi quicquam proſunt pharmaca: vel indormit cubilib. vnctis obliuione omniū pellicum, vt intelligamus, hoc dicere, & queri Canidiam. Varū non ſolum ſui amore ſolutum, ſuiq; oblītum in vtramq; aurem dormire: ſed etiam omniū ſuarum pellicum. Porphyr. hunc locum ſic explicat: *Indormit cubilibus vnctis obliuione omnium pellicum, & eſt ſenſus: neſcio quare ſint præſentiora veneficia, quæ cubile Vari vngunt medicaminibus: per quæ medicamina obliuio ei affertur omnium pellicum. Pellices autem Canidia pro ſe vna dixit.* hactenus Porphyrio. Ego Porphyrionis explicationem probare non poſſum, io eo quòd omneis pellices Horatium dixiſſe putat pro vna Canidia. Credibilius eſt in omnium pellicum numero etiam Canidiam cōtineri.

CARMINE] ἐπῳδῇ, cantione. credibile eſt (inquit) Canidia, Varum ſolutum eſſe meis veneficiis opera, & carminibus alicuius potentioris veneficæ.

POTIONIBVS] nonnulli libri habent, *cantionibus*.

(O MVLTA FLETVRVM CAPVT)] hæc ſunt includenda interpoſitionis nota. Verſiculus autem, qui antecedit, cohæret cum iis, quæ deinceps ſequuntur. *multa* porrò valet multùm, ſeu ſæpe, vt Virg. Georg. 3. *Multa gemens, ignominiam, plagáſque ſuperbi Victoris.* ô caput multùm fleturum, id eſt, ô quàm grauia tibi impendent mala. ſic Græci loquuntur οἰμώξεις flebis, id eſt, miſer eris. &, cui malum minantur, aut precantur, cum iubent οἰμώζειν, id eſt, plorare, quod loquendi genus multis locis expreſſit Hor. vt ſaty. 10. li. 1. *Demetri, téque Tigelli, Diſcipularum inter iubeo plorare cathedras* ſaty. 1. lib. 2. *Qui me commorit (melius nil tangere clamo) Flebit, & inſignis tota cantabitur vrbe.* & ſaty. 5 lib. 2. *inueniétq; Nil ſibi legatū, præter plorare, ſuiſq;* ſic (vt dixi) ſæpe loquūtur Græci. Xenoph. ἑλλην. β. de Theramene. λέγεται δ' ἓν ῥῆμα καὶ τοῦτ' αὐτοῦ, ὅτι, ὡς εἶπεν ὁ Σάτυρος, ὅτι οἰμώξοιεν, εἰ μὴ σιωπήσειεν, ἐπήρετο, ἂν δὲ σιωπῶ, οὐκ ἄρα οἰμώξομαι; id eſt, celebratur & hoc eius dictum, cùm dixiſſet Satyrus eum ploraturum, niſi taceret; at ſi taceam (inquit) nō igitur plorabo? Athenæus libr. 4. ex Hegeſandro de quodam aſoto, Ἐλευσῖνί τε μυστηρίων ὄντων ἔθηκεν Ἀρισταγόρᾳ τῇ ἑρωμένῃ θρόνον παρὰ τὸ Ἀνάκτορον, οἰμώξεσθαι φήσας τοὺς κωλύσοντας, id eſt, Eleuſine autem myſteriorum die Ariſtagorę amicæ ſedem poſuit ad ædem Caſtoris & Pollucis, ploraturos dicens qui prohiberent. vtitur & M. Tull epiſt, vltima lib. 3. ad Q. Fratr. ἀλλ' οἰμωζέτω. nos modò valeamus. Euripid. in Cyclope, τὴν Κύκλωπος ἀμαθίαν Κλάειν κελεύων, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν μέσον. Apud Ariſtophanem autem locis innumerabilibus hæc verba iterantur κλάειν, & οἰμώζειν. & totidem apud Lucianum.

MARSIS VOCIBVS] Marſis carminibus Virg. Æn. 7. *neque eum iuuere in vulnera cantus Somniferi & Marſis quæſita in montibus herba.* Pompon. Piſtorib. *Mirum ni hæc Marſa eſt. in colubra*

Digitized by Google

bras callet cantiunculam. al. *canticulum.* ex Nonio. ſcoteotia autẽ bæc eſt, nec mens tua ſemel meis venenis alienata, carmıoibus Marſis reuocata ad ſanitatem reuertetur.

Fastidienti] ſubintellige *me*: vt rectè notat Porphyr. id eſt, me aſpernanti. epiſt. 3. li. 1. *Faſtidire lacus, & riuos auſus apertos.*

Prisqve cælvm sidet inf.] hyperbole. Prius inquit, cælum mari ſubſidebit, ſeu ſubſidet & ſubiacebit, terra ſuper cælum & mare protecta, atque extenta, quàm oon amore, &c.

Tellvre porr. svp.] terra ſuperiecta. ſic coim locutus eſt ſup. Od 2. libr. 1. *Et ſuperiecto pauidæ natarunt Æquore damæ*

Bitvmen artis ignib.] Virg. lib. 3. *nigrúmque bitumen.*

Svb hæc] paullo pòſt quàio hæc locuta eſt Canidia. de præpoſitiooe *ſub*, vide anoot. ad Odco 9. lib. 1.

Lenire] lenibat. vt ſat. 9. libr. 1. *meum iecur vrere bilis.* vide aonot. ad ſat. 8. lib. 1. *at illa currere in vrbem.*

Vnde rvmp. sil.] vnde exordium loquendi ſumeret. ſic loquitur Lucret. lib. 4. *Quorum noctiuaga ſtrepitu, ludóque iocanti, Affirmant. vulgò taciturna ſilentia rumpi.* Virg. libro 10. Æneid. *quid me alta ſilentia cogis Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?* idem videtur valere *rumpere vocem.* Virg. Æneid. 2. *Compoſito rumpit vocem, & me destinat aræ.* & libr. 3. *rupitque hanc pectore vocem.* Sed hoc ita dictum, vt illud ab eodem lib. 4. *Tantos illa ſuo rumpebat pectore queſtus.* & ita Græci, ῥῆξαι φωνήν. Ariſtoph. νεφελ. Ὀ ἐρατώνυμε ῥῆξατε κ᾽ ἀμοὶ φωνὴν ὦ παμβασίλεια. Herod lib. 1. ὁ δὲ παῖς οὗτος ὁ ἄφωνος, ὡς εἶδε ἐπιόντα τὸν πέρσην, ὑπὸ δέους τε, καὶ κακοῦ ἔρρηξε φωνὴν, &c. id eſt, hic autem puer, qui mutus erat, vt vidit irruentem Perſam, præ metu, & malo, rupit vocẽ. Demoſt. Philip. 9. ὥςε οὐ πρότερον ἐτόλμησεν οὐδεὶς τοιούτου κακοῦ παρόντος ῥῆξαι φωνήν: id eſt, Quare oon antè quiſquam auſus eſt tali malo coorto vocem rumpere. & ῥῆξαι σιωπὴν. Oppian. lib. 1. κυνηγετ. Ἵππος ἐν ὑσμίνῃ ῥῆξεν ποτὲ δεσμὰ σιωπῆς. id eſt, *Quondam equus in pugna, interque arma, ſilentia rupit.*

Thyesteas preces] diras precationes, & exſecrationes, quales Thyeſtæ fueruot io fratrem Atreũ, quia illi Atteus filios eius trucidatos, & in fruſta ſectos, & coctos appoſuerat. epiſt. de arte poët. *Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus.* qua de re ſic M. Tull. lib. 1. Tuſcul. quæſt. *Exſecrantur luculentis ſanè verſibus apud Ennium Thyeſtes primum, vt naufragio pereat Atreus. durum hoc ſanè. talis enim interitus non eſt ſine graui ſenſu. Illa mania. ſummis ſaxis fixus aſperis Euiſceratus lâtere pendens ſaxa ſpargens tabo, ſanie, & ſanguine atro: Neque ſepulcrum, quo recipiatur, habeat, portum corporis, vbi remiſſa humana vita corpus requieſcat à malis.* Idem io L. Piſonem, *Thyeſtea iſta exſecratio eſt, poëtæ vulgi animos, non ſapientum mouentis, vt Tu naufragio expulſus vſſiam ſaxis fixus aſperis, &c.* preces

A etiam Cæſar vſurpat pro exſecrationibus diris lib. 6. de bello Gall. *Catuuolcus rex dimidiæ partis Eburonum omnibus precibus deteſtatus Ambiorigem; qui eius conſilij auctor fuiſſet, taxo ſe examinauit.* ſic Hor. infr. ſat. 6. libr. 2. *improbus vrget Iratis precibus.* & ſupr. Od. 28. lib. 1. *precibus non linquar inultis.* Græci ἀρὰς appellant. Eurip. Phœoiſſ. Ἀρὰς ἀρᾶται παισὶν ἀνοσιωτάτας.

Venena magn. fas, nefásqve.] hunc locum alij aliter, ego ſic explico. Venena magnum fas, nefáſque quidem conuertere poſſunt, atque adeò co ouertunt, ac peruertunt: ſed humanam vicem conuertere, aut immutate nõ poſſunt. Veoena coofunduot qoidem fas, & oefas, cùm venefici fas violent: ſed veoenis non
B poteſt ſors humaoæ vitæ immutari. Itaque licet veneois iura omnia humana, ac diuina perſtringatis: effugere tameo non poteritis, quio veſtrorum maleficiorum pœnas detis, mortéq; miſerabili pereatis. Virgil. Georg. 1. *Quippe vbi fas verſum atque nefas.* Quòd ſi quis dicat, hoc loquendi genus eſſe impeditum, & perplexum: ita locutus eſt & M. Tull. lib. 10. epiſt. ad Att. epiſt. 1. *Iſtum, qui filium Brundiſium de pace miſit, me legatum iri non arbitror.* & Plautus Amphitr. *Tuæ quiduis nuntiare, hanc noſtram adire non ſinam.* Nam ſic Plauti verſus explicandus eſt: Tuæ quiduis nuntiare ſinam, hanc noſtram adire non ſioã. Sic & De-
C moſth. περὶ τῶν ἐν χεῤῥον. Ἂν δὲ τοιοῦτον λέγῃ τις, ὃν κρατήσαντας τοῖς ὅπλοις, ἄλλως δ᾽ οὐκ ἔςι κολάσαι, οὐκ ἔχετε, οἶμαι, τί ποιήσετε. Nam ſic Demoſthen. explicandus. ὃν κρατήσαντας τοῖς ὅπλοις, δεῖ κολάσαι, ἄλλως δ᾽ οὐκ ἔςι κολάσαι, id eſt, quem vobis armis victum licet caſtigare, aliter autem caſtigare nõ licet. Cùm hæc ſcripſiſſem, atque edidiſſem, Turnebus collega meus, vir alioqui doctiſſ. à me diſſentiens, ſic hunc locum explicauit Aduerſar. lib. 14. *In veneficiis quidem magna vis eſt: ſed tantum profectò non poſſunt illa pro hominibus efficere; vt natura æqui & iniqui, vt fas & nefas, vt ius & iniuria mutentur.* Hactenus ille, *Humanam vicem* ſcilicet interpretatur, humaoa vice, ſeu pro hominibus. io quo
D valde fallitur. & vehemeoter errat; & miror, hoc ei in mentem venire potuiſſe: oeque eum adiuuat M Tullius, quẽ profert. adde quòd ſententia ex bac explicatiooe naſcitur inepta, ac frigida atque adeò falſa. nam venena, ſeu venefici ac veneficæ ſuis veneficiis vertũt fas & nefas: quẽadmodum ſcelerati & facinoroſi, & ioiuſti, & intemperantes bomioes ſuis factis ac flagitiis fas & nefas miſcent ac peruertunt. quod & Virgilius ipſe confirmat illo, quem protuli, loco.

Diris agam vos] diris precibus vos perſequar: diras vobis precabor. Tibull. eleg. 7. lib. 7. *Tunc tibi, lena, precor diras: ſatis anxia viuas, Moueris è votis pars quotacumque Deos.*

Nocturn. occvrr. fvror.] ſic minatur Dido lib. 4. ſe mortuam Ænéam perſecuturam. *ſequar atris ignibus abſens: Et, cum frigida*

mors anima ſeduxerit artus, Omnibus vmbra locis adero: dabis improbe pœnas. ſic Furius ille Heracleenſis apud M. Tull. de ſuppliciis, cùm moriendum iam ſibi eſſe videret, dicebat, *non teſtium modò cateruas, cùm res Verris ageretur, ſed tum à diis manibus innocentium pœnas, ſceleratorúmque Furias in eius iudicium eſſe venturas.* talcis in impios Furias immitti fingunt poëtę. ſic enim loquitur Oreſtes apud Eurip. in Oreſte. ὦ μῆτερ, ἱκετεύω σε μὴ 'πίσειέ μοι τὰς αἱματωποὺς, καὶ δρακοντώδεις κόρας. Αὗται γὰρ αὗται πλησίον θρώσκουσί μου. O mater obſecro te, ne mihi incute virgines iſtas facie cruenta, & draconibus implicatas. iſtæ enim, iſtę in me irruunt. M. Tullius autem in oratione pro Roſc. Amerino, & in L. Piſonem, ait hæc eſſe à poëtis conficta, *reuera autem à ſua quemque fraude, & ſuo terrore maximè vexari, à ſuis malis cogitationibus conſcientiáque animi terreri. Has eſſe impiis aſſiduas, domeſticáſque Furias, quæ dies, noctéiſque parentum pœnas ab impiis filiis repetunt.*

Post insep. memb. different] different. i. diſcerpent, dilacerabunt, diuerſa ferent, diſſipabunt, vt infrà Od. 10. *Fractóſque remos differat.* διαφορήσουσι. Ariſtoph. equitib. διαφορήσω σ', εἴ τι γρύξεις i. differam te, ſi quid mutties. Nihil autem fuit veteribus illis horribilius, quàm inſepultum corpus canibus, atque auibus dilaniandum relinqui. Hoc minatur Hector, vt grauiſſimam pœnam, Troianis ignauis ἰλ. ο. Ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωθι νοήσω, Αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσομαι, οὐδέ νυ τόνγε Γνωτοί τε, γνωταί τε πυρὸς λελάχωσι θανόντα, Ἀλλὰ κύνες ἐρύουσι πρὸ ἄστεος ἡμετέροιο. Quem autem ego longè à nauibus alibi videro, ibidem ei necem afferam, neque eum propinqui, neque propinquæ mortuum comburent, ſed canes ante vrbem noſtram dilacerabunt. Et idem Hector moriens ἰλ. χ. petit ab Achille in maximi beneficij loco ne ſe canibus apud naueis dilacerandũ præbeat: ſed Troiã pretio accepto remittat, vt à viris, matroniſq; Troianis ſepeliatur. Et Priamus ἰλ. ω. id vnum extimeſcens, ac deteſtans, audet per media Græcorũ caſtra ad inimiciſſimũ hominem Achillem ſupplex ire, ab eóque petere, vt filij corpus quam plurimis muneribus acceptis ſibi reddat, ſepeliẽdiq; poteſtatem faciat: & Elpenor ὀδυσ. λ. vnus è ſociis Vlyſſis, qui, cùm potus in tabulato obdormiſſet, ſubitóq; experrectus non per ſcalas deſcẽdiſſet: ſed è tecto delapſus ſibi ceruices fregiſſet, orat Vlyſſem apud inferos, ne ſe inſepultum, flectúque, ac lacrymis amicorum carentem, iacêre patiatur, his verbis, Μή μ' ἄκλαυτον, ἄθαπτον ἰὼν ὄπιθεν καταλείπειν Νοσφισθεὶς, μήτοι τι θεῶν μήνιμα γένωμαι. Et Aiax apud Sophoclem iamiam ſibi latus gladio perfoſſurus, Iouem orat, vt ſimul atq; occubuerit, mittat ad ſe aliquem, qui ſuæ mortis nuntium ad Teucrum perferat, vt ab illo ſepeliatur, neq; à quopiam inimico prius cõſpectus, obiiciatur canibus, atque auibus diripiendus. Aiacis verba ſunt hæc. καὶ μὴ πρὸς ἐχθρῶν του κατοπτευθεὶς πάρος ῥιφθῶ κυσὶ πρόβλητος, οἰωνοῖς θ' ἕλωρ. & Ariadna à Theſeo relicta ſic queritur apud Catull. carm. de Pelei & Thet. nupt. *Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibúſque Præda, nec iniecta tumulabor mortua arena.* Sic igitur hic puer prædicit fore, vt lupi, & aues rapaces harum veneficarum membra inſepulta dilacerent, ac differãt. hac eadem de re diximus nonnulla ad Od. 28. libro 1.

Esqvilinæ alites] ita reperi ſcriptum in omnibus libris manuſcriptis: neque aſſentior iis, qui hoc loco legi volunt *Eſquilinæ*, nam ab Eſquiliis colle vrbis Romæ dicuntur aues Eſquilinæ, quæ in illo colle volitare ſolent. diphthongum autem ſequente vocali non elidi non eſt nouum, vt dicemus ad Od. 11. huius lib. Iam verò quòd ad primam ſyllabam attinet, ea conſtat ex e. vocali, non diphthongo æ. & ex s. conſonante, non x. Atque hanc ſcripturam cõprobant cùm antiqua marmora, tùm manuſcripti codices, vt omittam, quòd apud Dionyſ. Halic. lib. 2. Ῥωμ. ἀρχ. ita ſcriptum eſt hoc nomẽ ἐσκύλινος λόφος, & item aliis locis.

Neqve hoc parenteis (hev) mi. svp.] acerbum quidem, & luctuoſum eſt parentibus, ipſos ſuperſtites eſſe liberis: ſed magnum tamẽ illis affert ſolatium, videre eos, quorum opera hi morte immatura interierint, quàm acerbiſſimas pœnas perſoluere. hoc igitur dicit puer. erunt quidem mihi parentes (quo nihil eis grauius accidere poteſt) ſuperſtites: ſed hoc ſolati tamen ſuum luctum, mæroremque lenient, ac leuabunt, quòd vos inſepultas, ac proiectas, à canibus, lupis, & auibus dilacerari videbunt. Sic M. Tullius lib. 5. Accuſatio. de Dexione quodã, cuius filium Verres necandum curarat. *Non ex litibus æſtimatis tuis pecuniam domum, ſed ex tua calamitate cineris atque oſſibus filij ſui ſolatium vult aliquod reportare. Hic iam grandis natu Eubulida hoc tantum exacta ætate laboris, itinerísque ſuſcepit, non vt aliquid ex ſuis bonis recuperaret, ſed vt, quibus oculis cruentas ceruices filij ſui viderat, iiſdem te condemnatum videret.* Admonendus autem lector eſt, vocem *parenteis* hoc loco non eſſe vocandi. Nam ſi vocandi caſus, quod putauit Porphyr. ſed accuſandi. Nam ſi vocandi caſus eſſet, ſubintelligendum eſſet extrinſecus, *vos*, vt eſſet *vos effugeret*: quod eſſet Horatio indignum. Nunc autem hoc poſito, quod ita eſt, *parenteis ſuperſtites*, eſſe accuſandi genus, nihil eſt difficultatis, nihilque ſubintelligendum. Quòd autem addit interiectionem dolentis, *heu* id eò pertinet, vt oſtendat, caſum parentibus eſſe abominandũ, ipſos filiis eſſe ſuperſtites. Nã contrà aſſiduis precibus, & ominibus deos obſecrãt, vt filij ſibi ſint ſuperſtites. M. Tull. 2. de natura deorum. *Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, vt ſui liberi ſibi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati.* dictus autem ſuperſtes à verbo ſuperſum, quòd ſuperſit; & refertur ad alterum extinctum, & corruptum. Horat. lib. 2. Oda 2. *Illũ aget penna metuente ſolui Fama ſuperſtes.* li. 3. Od. 9.

Pro

Pro qua non metuam mori, Si parcent animæ fata ſuperſtiti. ibid. *Pro quo bis patiar mori, Si parcent puero fata ſuperſtiti.* & Oda 17. lib. 2. *Nec carus æquè, nec ſuperſtes integer.* & Carm. ſæcul. poſt epod. *Caſtus Æneas patriæ ſuperſtes.*

TVRNEBVS.

EX lib. aduerſarior. 18. cap. 25. Erat iuſiurandum per ea, quæ chara erant, vt per liberos. Horatius,

Per liberos te ſi vocata partubus
Lucina veris adfuit. Plautus, Aſinaria Sc. Sicut tuum vis, &c.

Sicut tuum vis vnicum gnatum tua
Supereſſe vita ſoſpitem & ſuperſtitem:
Ita ted obteſtor per ſenectutem tuam,
Perq́; illam, quam tu metuis vxorem tuam,
Si quid med erga hodie falſum dixeris,
Vt tibi ſuperſtes vxor ætatem ſiet. His enim verbis herum ita obſtrinxit ſeruus, vt, ſi per Dium fidium, quod ſacramentum ſanctiſſ. erat, rogaſſet non magis obſtringere potuerit. Itaque reſpondet herus, Aſinar. ibid.

Per Diumfidium quæris, iurato mihi
Video neceſſe eſſe eloqui quicquid roges. Vt ſi diceret, iſtud quidem eſt rogare per Diumfidium: ac vt hoc interim addam, Diusfidius explicatur in antiquo Lexico, Διὸς υἱὸς, ἡρακλῆς: atque vt formulæ res charas interebant, ita o diolas & inuiſas adiiciebant, quod veterator ſeruus fecit.

Ex libr. 14. cap. 9. In hac oda, *Candia breuibus implicata viperis crines.* non tam mulier eſſe dicitur & fingitur quàm Acherontis furia.

Spargens auernales aquas, dixit, quòd in veneficiis, & magicis ſacris ſimulatos latices Auerni ſpargere ſolerent, vt apud Maronem Æneid. 4.

Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni

Spargitur igitur aqua, vt in ſacris, & ſpecies magicis accommodatæ veneficiis, & infœlices arbores, inferiſque dicatæ, vt cupreſſi, caprifici ſepulchrales, oua rubetarum ſanguine imbuta, plumæ ſtrigis, herbæ venenatæ Theſſaliæ & Iberiæ, oſſa erepta ieiunio, cani adolentur quodam ſacro. At verò,

—Inemori ſpectaculo
Cum promineret ore. eſt, mori in ſpectaculo ore prominente. Iam

Interminato cùm ſemel fixæ cibo
Intabuiſſent pupulæ, valet, cùm deſiderio cibi immortuus eſſet, & contabuiſſet, eius oculis in cibo ante negato, coràm tamen poſito ſemper defixis, fame appetitum prouocante & cibo excitante. Sic autem cibi deſiderio immoriens enecatur puer, vt in eius iecore & medulla maior ſit vis amatorij & philtri ex deſiderio cibi.

Ex lib. 25. cap. 2. Qui ſe otio aſſerere cupiebant & ab vrbe ſecedebant Neapolin non rarò ſe recipiebant: quæ hominum otioſorum domicilium erat: vt ea de cauſa ſcripſerit Flaccus

Et otioſa credidit Neapolis.

Ex eod. lib. 29. cap. 30. Legendum ferè crediderim apud Tibullum, lib. 1. eleg. 2.

A *Sertoq; de ſanctis deripuiſſe focis,* vt apud Horatiũ;
—Lunamque cœlo deripit.

Ex lib. 12. cap. 5. Etſi Luna ſilere dicitur, cùm intermenſtrua eſt, neque lucet: tamen *tacitæ amica ſilentia Lunæ* Maro 2. Æn. dixit, nocturnum eius lumen intelligens, quòd noctem ſilere dicerent, vt Catullus

Aut quam ſidera multa cum tacet nox. id eſt, cum eſt nox. Dies enim inquietus & clamoſus eſt: nox tranquilla & tacita: & à Flacco eleganter ſcriptum eſt,

—ô rebus meis
Non infideles arbitræ
Nox, & Diana, quæ ſilentium regis
B *Arcana cùm fiunt ſacra.*

Ex lib. 14. cap. 9. Cæterum, *Diana, quæ ſilentium regis*, ex ritu ſacrorum dictum, in quibus imperabatur à præcone, vt qui aderant linguam paſcerent, id eſt, tacerent & linguis fauerent. Spectatricem igitur & arbitram magici ſacri lunam, cui & ſilentium tribuitur, vt à Marone 2. Æn.

—per amica ſilentia Lunæ, regere dicit in nocturnis & magicis ſacris ſilentium.

Latrent, inquit, *ſuburranæ canes.* Hîc ſignificat Varum circum cellas meretricum & fornicis ſcortari. Nam in Suburra meretrices erant. Perſius, Saty. 5.

—totaque impune Suburra
Permiſit ſparſiſſe oculos iam candidus vmbo.

C Ex li. 12. ca. 24. Appellat Tacitus magnas animas, excellentiũ & præſtantiũ virorũ animos & manes, cũ ita ſcribit, In vita Iulij Agricolæ. *Si, vt ſapiẽtibus placet, non cum corpore extinguuntur magnæ animæ.* atque vt, quemadmodum in prouerbio eſt, linum lino nectam, vbi animas pro hominibus poſuit Horatius, genere dicendi cùm vſus ſit, quod concoquere literatorum quorundam ſtomachus non poteſt, id explicare conabor, hominéſque his velut plagis aut caſſibus implicatos liberare. Sed eius verba proponenda ſunt Lib. 1. Sat. 5.

Occurrunt animæ quales neque candidiores
Terra tulit, neque quis me ſit deuinctior alter.

D Extat etiamnum & locus geminæ ſimilitudinis in Epodis,

Nardo perunctum, quale non perfectius
Meæ laborarunt manus. Ego ne diutius teneam lectorẽ; ſi quis modo ad hæc oculũ adiicere dignabitur, arbitror illud *quale*, valere cuiuſmodi, cuius generis vt dicat eo delibutum vnguento nardino cuius generis nunquam ipſa melius perfectiúſq; laborauerit. Vt quidẽ & indigniſſimum ſit, Varũ eius vnguẽtis perfuſum circũ aliarum amicarũ hoſtia vagari ipſa contempta. Sic & homines dicit, cuius generis nõ ſint candidiores, neque meliores: erant enim docti, qui plerunq; inter ſe inuidere & liuere ſolent: neq; ſemper literis mores reſpondẽt. Perfuſus igitur ille tali erat vnguento, quale eiuſdẽ generis nunquã melius eo fecerat & illæ tales erant animæ, quales,

id eſt, cuiuſmodi nūquā terra candidiutes his tulerat. Scio viſum interpretatiūculā hāc paulo coactiorem, ſed quo te pacto hinc extrices, niſi ita accipias, noon video. Nam quale pro quali reddere, & quales pro qualibus, id verò ſit ſtribiliginē flagitioſam accuratiſſimo & diligentiſſimo poëtæ attribuere, & cum hominum ludibrio exponere, qui ſe cenſorem aliâs acrem & aliorum venuſtum deriſorem libenter præſtare ſoleat. Quare ab auctoritate Grammatici primarij Priſcia. lib. 17. de conſtruct. diſcere malo, & vtcumque poſſum dictionum ordinem conſeruare, quam in nobili poëta tam fœdam culpam hærere confiteri. Vidi & qui per admirationem *animæ quales* legeret.

Ex lib. 14. cap. 9. *—nec vocata mens tua*

Marſis redibit vocibus. Hanc meo iudicio continet ſententiam: non te Marſa nænia nec cantione ad me reuocabo, nec mens tua mihi reſtituetur magico carmine: ſed maius quiddam parabo, & ex humanis extis amatorio temperato non vſitata potione te inſanum amore mei reddam.

Ex li. 14. cap. 10. At ſuperiore quadam Oda,

Venena, magnum fas, nefaſq; non valent

Conuertere humanam vicem: ſic interpretor: In veneficiis eſt quidem magna vis, ſed tantum profecto non poſſunt illa pro hominibus efficere, vt natura æqui & iniqui, vt fas & nefas vt ius & iniuria mutentur: hoc hominum cauſa non poſſunt præſtare. Atque id eſt humanam vicem, vt Cicero. lib. 1. famil. ep. 9.

Noſtram vicem vltus eſt ipſe ſeſe: id eſt, quod facere debuimus, id pro nobis noſtráque vice fecit. Nam debuimus eum vlciſci, qui ſe vltus vltrò eſt. At, *Et exquilinæ alites*, cùm ait, eas dicit inſepultas proiectum iri extra aggerem in exquilinis puticulis feris & alitibus laniandas. Erat autem antiquis acerbiſſimum & ignominioſiſſimum bonore ſepulturæ carere obijcique feris & alitibus, aut in Tiberim trahi, aut in Gemonias ſcalas.

Ex lib. 26. cap. 1. Sequitur, lib. 1. Od. 28.

--precibus non linquar inultis

Teq; piacula nulla reſoluent. quod ſuſpicor ex ea veterum opinione dictum, qua malas preces & execrationes inexpiabiles credebant; quocircà ſcripſit in Epodis

Diris agam vos: dira deteſtatio

Nulla expiatur victima. ac niſi intelligamus veterum animis inceſſiſſe eam opinionem à ſententia plurimum aberremus, neceſſe eſt.

IN CASSIVM SEVERUM poëtam maledicum.

Od. 6.

QVID immerenteis hoſpites vexas
**canis,*
A *Ignauus aduerſum lupos?*
Quin huc inaneis, ſi potes, vertis minas
Et me remorſurum petis?
Nam, qualis aut Moloſſus, aut fuluus
Lacon,
Amica vis paſtoribus,
**Agam per altas aure ſublata niues,*
Quæcumque præcedet fera.
Tu, cùm timenda voce compleſti nemus:
Proiectum odoraris cibum.
B *Caue: caue. namque in malos aſperrimus*
Parata tollo cornua.
*Qualis Lycambæ ſpretus infido * gener,*
*Aut acer * hoſtis Bupalo.*
An ſi quis atro dente me petiuerit,
Inultus vt flebo puer?

IMMERENTEIS] immeritos, nihil commeritos. Aiunt quidam, Horatium inuehi in quendam Caſſium Seuerum, poëtam maledicum & petulantem.

CANIS] latrator, malédice. M. Tull. in oratione pro Roſcio Ametino, accuſatores cum anſeribus, & canibus comparat: *alios enim eſſe, qui clamare poſſunt tantùm, non etiam nocere: alios, qui latrare, & mordere poſſunt.* illos anſeribus: hos canibus eſſe ſimileis. eadem ratione maledicos homines, canes appellare licet. Itaque Menæchmus ille apud Plautum, Hecubam eò canem ait cœptam eſſe appellari, quòd, quemcumque aſpexerat, in eum omnia mala ingerebat. Præterea canes dicuntur, qui ſunt impudentes. Hom. ἰλ. Λ. Ἐξ αὖ νῦν ἔφυγες θάνατον κύον, id eſt, nūc quidem mortem effugiſti canis. Ex quo κυνώπης, qui oculis eſt caninis, impudentibus, vox eidem vſitatiſſ. Obſeruatione autem dignum eſt, Horatium, hunc maledicum ſiue Caſſium,
D ſiue quem alium cum cane ignauo, imbelli, & nullius animi: ſe, cum cane ſtrenuo, valido, & generoſo compatare.

LVPOS] eos, qui remordere poſſunt.

MOLOSSVS.] canis magnus, & procerus, quales naſcuntur in Epiro. intrà ſat. 6. lib. 2. *ſimul domus alta Moloßis Perſonuit canibus.* Lucret. lib. 5. *Irritata canum cum primùm magna Moloſſum Mollia ricta fremunt duros nudantia denteis.* Virg. Georg. 3. *Veloces Spartæ catulos, acrémque Moloſſum Paſce ſero pingui.*

LACON] canis Laconicus, ſeu Lacedæmonius. Virg. Amiclæum nominat Georg. 3. *Armáque, Amycleúmque canem, Creſſámque pharetram.*

AMICA VIS PASTORIBVS] φίλη, amans paſtorum, vel cara paſtoribus. Theocrit.

εἰδ. ϛ.

Digitized by Google

εἰδ. ε. κυνα φιλοποίμενον dicit, id eſt, canem amicum gregi.

A G A M] perſequar, vrgebo, ἐπείξω, ἐλάζω, διώξω. vt Virg. Æn. 7. de canibus. *Vt ceruum ardentes agerent.* Oda ſequ. *Acerba fata Romanos agũt.* epiſt. ad Auguſt. *Nauem agere.*

Q V Æ C V M Q V E P R Æ C. F E R A] quiſquis erit petulans, cootumelioſus, & maledicus. Præclarè ille, quiſquis fuit, qui in cicuribus & domeſticis animalibus, aſſentatotem: io feris, maledicum & obtrectatorem, peſſimum eſſe dixit.

T V, C Ù M T I M E N D A V O C E, &c.] tu poſteaquam diu, multúmque latraſti, cibo tibi oblato oarcis admoues, & tum latrare deſinis. allegoria eſt. ſignificat enim, hunc lingua promtum eſſe, vocéque admodum valere: ſed re & factis ignauum: quippe qui maledicat, vt pretium accipiat: quo ei oblato, taceat. B

Q V A L I S L Y C A M B Æ A P R.] id eſt, qualis Archilochus; qui Lycamben ſocerũ propterea, quòd ille filiam ſuam ſibi iam deſponſam mutata voluntate ſe daturum negarat, tam maledicis, & cootumelioſis verſibus inſectatus eſt, vt illum ægritudini animi remedium ſuſpendio quærere coëgerit, atque ad idem mortis genus ſponſam quoque ſuam adegerit. infr. epiſt. ad Mæcen. 3. lib. 1. *Nec ſocerum quærit, quem verſibus oblinat atris, Nec ſponſa laqueum famoſo carmine nectit.* & io epiſt. de arte poët. *Archilochum proprio rabies armauit iambo.* C

A V T A C E R H O S T. B V P A L O] Hipponax poëta iamborum item ſcriptor, Archilocho ætate poſterior: qui, vt tradit Dionyſ. Halicarn. trimetrum Archilochium de induſtria in ſcazontem inflexit, vt vehementius feriret. M. Tull. li. 7. epiſt. de Tigellio. *eúmque addictum iam tum puto Calui Licinij Hipponactéo præconio.* Idem lib. 3. de natura deor. *Neque enim quem Hipponactis iambus læſerat, aut qui erat Archilochi verſu vulneratus, à deo immiſſum dolorem, non conceptum à ſeipſo, continebat, &c. Hipponactis* (inquit Plinius libr. 36. cap 5.) *notabilis fœditas vultus erat. quamobrem imaginem eius laſciuia iocorum Bupalus, & Anthermus ſculptores fratres propoſuere ridentium oculis. Quod Hipponax indignatus amaritudinem carminum deſtrinxit in tantum, vt credantur aliquibus ad laqueum eos compuliſſe: quod falſum eſt. complura enim in finitimis, inſulis ſimulacra poſteà fecere, ſicut in Delo, quibus ſubiecerunt carmen, non vitibus tantùm conſeri Chium, ſed & operibus Anthermi filiorum.* D Bupalo autem legendum eſſe, non Bubalo, & libri ferè omnes veteres fidem faciũt & illa declarant, quæ exſtant lib. 3. epigr. Græc. in Hippon. Ὦ ξεῖνε, φεῦγε τὸν χαλαζεπῆ τάφον, Τὸν φρικτὸν Ἱππώνακτος· ὅτε χ' ἁ τέφρα Ἰαμβιάζει Βουπάλειον ἐς στύγος, &c. id eſt, ô hoſpes, fuge Hipponactis ſepulcrum horrendum, verborum grandine refertum: cuius etiam cinis iambos intorquet io odium Bupali.

I N V L T V S V T F L E B O P V E R?] frequens eſt his generibus loquendi Homerus, nõ A me terrebis, vt puerum. non te extimeſcam, vt puer vno contenti erimus exemplo. Hector Achilli ἰλιάδ. υ. Πηλείδη, μὴ δή μ' ἐπέεσσί γε νηπύτιον ὥς, Ἔλπεο δειδίξεσθαι, id eſt, Pelide, ne ſpera te mihi, vt puero, terrorem incuſſurum. ſic igitur Horatius hoc loco. an ſi quis mihi maledixerit, confugiam ad fletum, & lacrymas ioultus, vt puer, qui dolorem ſuum nulla alia ratione vlciſci poteſt? minimè verò.

IN BELLVM CIVILE geſtum hinc Bruto & Caſſio, illinc Octauiano, M. Antonio, M. Lepido ducibus.

B

Od. 7.

QVò quò, ſceleſti ruitis? aut cur dexteris
Aptantur enſes conditi?
*Parúmne * campis, atque Neptuno ſuper*
Fuſum eſt Latini ſanguinis,
Non, vt ſuperbas inuidæ Karthaginis
Romanus arceis vreret:
C **Intactus aut Britannus vt deſcenderet*
Sacra catenatus via:
Sed vt, ſecundum vota Parthorum, ſua
Vrbs hæc periret dextera?
Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus
*Vmquam, niſi in diſpar * genus.*
Furórne cæcus, an rapit vis acrior?
An culpa? reſponſum date.
Tacent: & ora pallor albus inficit:
*Mentéſque * perculſæ ſtupent.*
D *Sic eſt. acerba fata Romanos agunt,*
Scelúſque fraternæ necis,
Vt immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

S C E L E S T I] impij, qui bellum ciuile meditemini: in quo ciuem à ciue interfici neceſſe eſt.

A V T C V R D E X T E R I S, &c.] cur enſes vagina tecti nudantur, vt deſtringantur in ciueis?

N O N V T S V P E R B A S, &c] non vt Romanus miles Karthaginem, quæ de imperio cũ populo Rom. bello anticipi diu decertauit, ſeu (vt ait Paterculus priore libro) quæ imperij Ro-

diu ęmula fuit, euerteret, atque iocenderet, neque vt Britanoi oondum bello laceſſiri, aut oondum domiti, vincti per triumphum ducerentur: ſed vt Roma ſua mann labefactata concideret. A

D a s c e n d e r e t] erat enim via Sacra decliuis à Carinis ad forum: deinde accliuis ad Capitolium. M. Tull. lib. 4. epiſt. ad Att. *Itaque ad tertium Jd. Nouemb. cùm ſacra via deſcenderem, inſecutus eſt me.*

S a c r a v i a] ſuprà Oda 4. *ſacram metiente te viam.* & Satyr. 9. lib. 1. *Jbam forte via ſacra, ſicut meus eſt mos, &c.*

V o t a] optata, vt Sat. 6. lib. 2. *Hoc erat in votis.* epiſtol. de arte poët. *voti ſententia compos.* & in reſponſ. Canid. Od. 17. infr. *Si tardiora fata te votis manent?* B

N i s i i n d i s p a r g e n v s] ſic habent libri complures maouſcript. alij, *feris*: quod ſi cui placebit magis, cohærebit cum voce *leonibus.* reperi & in vno codice impreſſo quidē illo, ſed io quo inerant optimæ notæ aſcriptæ ab Ioanne Morello, viro nobili, & io primis docto, quas dicebat ſe ex Gulielmi Peliſſetij, eruditiſſimi viri, epiſc. Mompeſſ. codice manu ſcripto deſcripſiſſe: in illo igitur codice aſcriptum repeti, *nisi in dispares feras.* quæ ſcriptùra ſi eſt antiqua, nulla, meo quidem iudicio, ei eſt anteponenda.

F v r ó r n a c æ c v s] inſaniáne vos agit præcipiteis, an vis aliqua maior, nempe θεῶ βία, ſeu θεοϐλάϐεια, ſeu θεόπεμπτος συμφορὰ, an culpa? C

E t o r a p a l l o r a l b v s, &c.] Virgilius Æneid. 4. *Hæc effata ſilet, pallor ſimul occupat ora.*

M e n t é s q v e p e r c. s t v p.] cooſcientia ſceleris obſtupuerunt, Hom. ὀδ. ω. Τέκνον ἐμὸν, θυμός μοι ἐνὶ ϛήθεσσι τέθηπεν. percellere autem eſt ita commouere, vt proruas ac proſternas: peruertere, euertere. infrà Od. 11. *Amore perculſum graui.*

S c a l ú s q v e f r a t e r n æ n a c i s] vult bella ciuilia ex ſcelere Romuli, qui fratrem Remum interfecit, à Diis immortalibus in Romanos eſſe immiſſa, atq; inuecta. Virgil. Georg. refert accepta periurio Laomedontis, *ſatis iampridem ſanguine noſtro Laomedonteæ luimus periuria gentis.* D

V t i m m a r a n t i s] poſteaquam Remus immeritò, & iniuria à fratre Romulo iorerfectus eſt.

S a c a r] pernicioſus, eaſecrabis, vt ſuprà *ſacrum Jlium* diait Od. 19. lib. 3. (quamquam mihi magis placet, ideò ſacrum dici, vel quia Troiana mœoia à Diis ſtructa ſunt: vel quia vrbes omnes, ſacræ ſunt.) & Catull. ad Virronem, *Si cui Virro, bonum ſacer alarum obſtitit hircus, &c.*

IN ANVM LIBIdinoſam.

Od. 8.

*R*Ogare longo putidam te ſæculo,*
Vires quid eneruet meas?
Cùm ſit tibi dens ater: & rugis vetus
Frontem ſenectus exaret:
Hiétque turpis inter aridas nateis
*Podex, velut * crudæ bouis.*
B ** Sed incitat me pectus, & mammæ putres*
Equina quales vbera:
Ventérque mollis, & femur tumentibus
Exile ſuris additum.
Eſto beata: funus, atque imagines
Ducant triumphales tuum.
Nec ſit marita, quæ rotundioribus
Onuſta bacis ambulet.
Quid? quod libelli Stoici inter ſericos
Iacere puluillos amant?
C *Illitterati num minus nerui rigent?*
Minúſve languet faſcinum?
Quod vt ſuperbo prouoces ab inguine,
Ore allaborandum eſt tibi.

R o g a r e, &c.] Præciſio eſt, qua vtimur in indignationibus. ſubaudiendum enim, verúmne eſt? oportétne? ferendúmne eſt? aut ſimilia. ſic infrà Satyr. 4. lib. 4. lib. 2. *Tén' lapides Parios lutulenta radere palma?* Cic. pro Roſc. Amerino, *Eſſe ne quemquam tanta audacia præditum?* Idem Phil. 14. *quemquámne fuiſſe tam ſceleratum, qui hæc fingeret?* Lucret. lib. 2. princip. *O miſeras.* [al. *cæcas*] *hominum menteis, ô pectora cæca: Qualibus in tenebris vitæ, quantiſque periclis, Degitur hoc æui, quodcumque eſt! nónne videre, Nil aliud ſibi naturam latrare, niſi vt cùm* [al. *cui*, ſeu *quos*] *Corpore ſeiunctus dolor abſit, mente fruatur Jucundo ſenſu, cura ſemotus,* [al. *ſemota*] *metúque?* Terentius in Andria, *Nihilne eſſe proprium cuiquam?* Idem in Phormione, *Tantáne affectum hominem quemquam eſſe audacia?* Iterum Horatius Satyra 8. libri ſecundi. *Téne, vt ego accipiar lautè, torquerier omni Sollicitudine diſtrictum?* ſic Ariſtoph. in Pluto, τὸ γὰρ ἀντιλέγειν τολμᾶν ὑμᾶς, ὡς οὐ πάντ' ἐςὶ ἀγαθ' ὑμῖν διὰ τὴν πενίαν; Contrà dicere vos audere, quin omnia bona vobis à paupertate proficiſcantur? vbi tale quiddam ſubaudiri annotat ſcholiaſtes, τίς ἂν ἀκούων ἀνάσχοιτο;

ἀνάσχοιτο; ἢ πῶς οὐκ ἂν εἴη φορτικὸν; id eſt, quis patienter audiat? vel, nónne ſit graue & inſoleos dictu?

Longo pvtidam te sæc.] longa ætate. ὑπερώλη. nam cùm ætas, triginta; ſæculum, centum aoøorum ſpatio terminetur, vix credibile eſt hanc mulierem tamdiu vixiſſe. Aiunt autem ſignificari ac deſcribi Gratidiam, quam acerrimo odio perſequebatur Horatius, quámque nomine mutato alibi Canidiam appellat.

Enervet]] infirmet, frangat, ad Venerem ineptas reddat?

Cùm sit tibi dens ater] ſup. Oda. 8. lib. 2. *Dente ſi nigro fieres , vel vno Turpior vngue.* M. Tull. in Piſon. *dentes putridi.*

Et rvgis vetvs front. senectvs] & cùm ſenectus frontem tibi rugoſam effecerit? frons exarata, rugoſa eſt iotelligenda per tralationem. Mulier quædam Veneta, anus, cùm eſſem Venetiis, miraréque eius cutem nitidam, faciémque omnium rugarum expertem multis à me precibus obſecrata, vt mihi nitoris illius, & læuotis cauſam aperiret, dixit, ſe vnguēto amygdalino, ex amygdalis amaris eoofecto, cui adiectum eſſet aliquantum mellis, cum radice lilij, & cera ſiue caodida, ſiue flaua, omoeis rugas & oris, & totius corporis abſterſiſſe.

Hiétqve tvrpis inter] & cùm tibi ſit podex ita hiuleus, & patens, vt podex crudæ bouis, id eſt, quæ cruditate laborat, quæ cibum noo concoquit, ideóq; cibum oon continet, ſed crudum eiicit, ineſt autem fortaſſe flagitioſa in his verbis obſcæoitas. ſignificat eoim hanc vetulam eſſe εὐρύπρωκτον.

Sed incitat me pectvs, &c.] amara ironia eſt, hoc modo, Sed debeot me pectus aridum, & mammæ peodulæ, & flaccidæ, putréſque, & venter mollis ad Venerem incitare. Hoc autem mammarum vitium emendate poteſt edera, ſiue cruda, modò cootuſa, atque ita mammis admota: ſiue in vino rubro incocta vſque eò, vt parum liquoris ſuperſit: & itē cum illo reliquo exiguo liquore admota. Verùm huius iocommodi muliebris remedium longè certiſſimum, ac probatiſſimum eſt, ſquatioa piſcis, mulieris mammis impoſitus. à quo oarrauit mihi iuueni Rondeletus natu iam grandis, cùm vnà eſſemus in comitatu Franciſci Turnonij Cardinalis, mammas pendulas & languidas adeò cōtrahi & cooſtringi, vt virginalium mammarum ſimilitudinem gerant. Quio (vt idem mihi confirmauit) ſi qua mulier habeat ficum, & rimam illam pudeodam nimis latam & pateotem vel natura, vel multo partu, aut etiam coocubitu, hic piſcis admotus ſpeluocam illam immaoem ita conſtringet & anguſtam reddet, vt puellæ oondum viro maturæ rimula videatur.

Eqvina qvales vbera] id eſt, mammæ putres & peodulæ, tales, qualia ſuot equioa vbera. ſic enim loquuntur Latini. At Horatius Græcorum morem loquendi ſecutus eſt, apud quos id prouocabulū, quod referedi vim habet, cum eo oomine, quod antecedit, cōgruere ſolet, nulla habita eius, quod ſequitur, ratione: vt Plato lib. oono de rep. in princip. τί τε δὲ οὐδεὶς ἔχοντος, ἀσαφέστερα ἔσται ἣ ζητοῦσι ἢ ζητοῦμεν. ſic L. Lucceius M. Tull. Ciceroni lib. 5. epiſt. *ſi ſolitudine delectaris , cùm ſcribas, & aliquid agas eorum, quorum conſueſti, gaudeo.*

Et femvr tvmentib. &c.] femur exile cum ſuris tumidis, vel tabem, vel aquam intercutem, vel languorē totius corporis, & ἀτροφίαν, vel ſimilem aliquem morbum ſignificat.

Esto beata fvn. atqve] cōceſſio eſt. eſto quaotumuis diues, & nobilis: imagines io funere tuo circumlatæ aotiquitatem tui geoeris declarant. ſolebant eoim in pompa funebri maiorum imagines, præſertim eorum, qui triumphaſſent, & res præclaras geſſiſſeot, præferri. M. Tull. de orat. 2. *Quid illam anum* (luoiā, quæ effertur) *patri nuntiare vis tuo? quid illis omnibus , quorum imagines duci vides ? quid maioribus tuis?*

Rotvndioribvs] rotunditas voiones commeodat, vt & candor, & magnitudo, & læuor, vt ſcribit Plin. libr. 9. cap. 35. Quare ſi per bacas vnioøes ſigoificat, cur *rotundioribus* dicat, appâret: ſin alias gemmas intelligat, obſcurum eſt.

Bacis] gemmis, lapillis. ſat. 3. libr. 2. *aceto Diluit inſignem bacam.*

Amant? ſolent, vt ſuprà Od. 3. lib. 2. *Vmbram hoſpitalem conſociare amant.* Quid, quòd inter tuos puluillos molleis, & delicatos, philoſophorum libros eorum, quorum diſciplina ſeueriſſima eſt, adhibere, & oſtentare ſoles?

Illiter. nvm min. nervi rigent?] num meotulæ mious arriguntur, ſi ſuot ineruditæ? oum meotulæ ſine litteris noo arriguotur? Amicus & collega meus totum huoc locum ſic explicandum putabat. Libelli Stoici cupiunt verſari ioter puluillos molleis & delicatos, ergo multò magis Epicuréi. Cùm igitur ego ſim Epicuréus, & doctus, exiſtimare debes me multo faſtidioſiorem amatorem eſſe, quàm Stoicum aliquem. Quare alius tibi amator quærcodus eſt, iſque iodoctus atque illitteratus. nam mentulæ illiteratæ, non mious arriguotur, quàm litteratæ. Sic ille. Sed hæc explicatio ita aliena & à verbis, & à ſeoſu Horatij eſt, vt ſeipſa refellat: mirórque eam homini illi doctiſſimo venire vmquam in mentem potuiſſe.

Minúsve langvet fascin. &c.] hic verſiculus coniuogēdus eſt cum duobus, qui deinceps ſequuntur, & interrogationis oota ei appoſita, ad finem vltimi transfereoda. Sed mihi prius exorandæ ſuot aures verecuodiores, vt mihi ignoſcaot, ſi, dom huiuſmodi locos explico, verbis flagitioſis, & obſcænis vtar. nā vel intacti erant mihi relinquēdi: vel, ſi ſeotentiam verborum exprimere meæ partes erant, id commodè

facere ſine verborum turpitudine nō poteram. *faſcinum* igitur hoc loco mentulam ſignificat, vt in Priapêis, *Pædicabere faſcino pedali*: Cuius rei hæc ratio eſt. mentulæ ſpecies è collo puerorum ſuſpenſa, aſpicientibus riſum mouet: atq; icciricò faſcinum, & faſcinārium inuidiam depellere, aut placare exiſtimabatur. Nā quæ ridicula, & ſubturpia ſunt, faſcinationibus remedio ſunt. Et Varro lib 5. de lingua Lat. teſtatur, *collo pueri rem turpiculam ſuſpendi ſolitam, ne quid obeſſet, bonæ ſcæuæ cauſa.* Idem eodem libro ea remedia, *proëbra* dicta eſſe docet, ſeu *prohebra* à prohibendo: & item Feſtus: quæ Græci ἀλεξίκακα appellant. ſignificat autem, hanc anum ita eſſe deformem, vietā, rugoſam, putidam, vt ad eā nemo arrigere poſſit, niſi ea mentulā languidam, & iacentem ore exſuſcitet. hæc igitur erit ſententia, Mentula, quam tu turpiſſimè ore & lingua mulcendo excitas, & erigis, minúſne icciricò lāguida eſt, quòd ore tuo prouocata arrigitur? profectò nihilominus languida eſt. nam quantumuis licet ore obſcæniſſimo, atq; impuriſſimo eam prouoces, tādiu ſtat, quandiu eam permulces, & linguis: ſimulatq; verò deſiſti mulcere, & cùm primùm tuam libidinem explere conaris, cōncidit, ventris tui mollitudine, femorum exilitate, frontis rugis, reliqua deniq; totius corporis deformitate offenſa, debilitata, atque eneruata. quidam tamen per os vocem blandam intelligunt: & proferunt illud Iuuenalis. *Vos blanda & nequam digitos habet.* ſignificat igitur, hanc anum nullis neque blandimentis, neque delinimentis aſſequi poſſe, vt ametur, aut eius amplexus expetatur, propterea quòd anus eſt. Huc pertinent Afranij verſus, *Si poſſent homines delinimentis capi, Omnes haberent nunc amatores anus. Ætas & corpus tenerum, & morigeratio, Hæc ſunt venena formoſarum mulierum. Mala ætas nulla delinimenta inuenit.*

SVPERBO] faſtidioſo: quia te faſtidit, atque aſpernatur.

ORE ALLABORAND. EST TIBI?] ore tibi præterea laborandum eſt? ore tibi permulcenda & adiuuanda mentula eſt?

TVRNEBVS.

EX lib. 14. cap. 10. Quædam ſunt, quæ quāuis obſcœna flagitioſáque ſint, tamen vt intelligantur ſunt declaranda, in his præſertim auctoribus, quos ſæpe tractamus: vt apud Flaccum,

Quid? quod libelli Stoici inter ſericos
Iacere puluillos amant?
Illiterati non minus nerui rigent?

Interpretum ſententia in medio eſt, & multò melior illa quidem quàm noſtra: attamē quia neſcio quid aliud hîc mihi placet, me deridendum propinare non verebor. Puto igitur ſentētiam eſſe, alium tibi quærere amatorē, aliū ſubactorē & admiſſariū, me tā docto & erudito potiri nō potes, Epicureo præſertim & delicato. Nā & Stoicorum libri, quorum philoſophorū ſententia ſeueriſſ. & duriſſima eſt, tamen inter delitias ſericorum puluinorum collocari deſiderant: vt inde coniecturam de voluptatiis Epicureis facias, & aliis doctis hominibus, quam faſtidioſi ſint amatores. Quare alium tibi amatorem vide, eúmque illiteratum: niſi fortè exiſtimas non ſatis valentes ad res venereas eſſe indoctos homines.

AD C. CILNIVM
Mæcenatem.

Ode. 9.

ARGVMENTVM.

Præſentit voluptatem, quam percipiet, cùm Auguſtus de Antonio, & Cleopatra triumphum aget.

*QVANDO * repoſtum Cæcubum*
ad feſtas dapes,
Victore lætus Cæſare,
Tecum ſub alta (ſic Ioui gratum) domo,
Beate Mæcenas, bibam,
Sonante miſtum tibiis carmen lyra,
** Hac Dorium, illis Barbarum?*
*Vt puer, actus cùm freto * Neptunius,*
Dux fûgit vſtis nauibus,
Minatus vrbi vincla, quæ detraxerat
** Seruis amicus perfidis.*
Romanus (eheu, poſteri negabitis,)
*Emancipatus * fœminæ,*
Fert vallum, & arma miles: & ſpadonibus
Seruire rugoſis poteſt:
Intérque ſigna turpe militaria
*Sol aſpicit * conópeum*
** Ad hunc fermenteis verterunt bis mille equos*
Galli canentes Cæſarem:
Hoſtiliúmque nauium in portu latent
*Puppes * ſiniſtrorſum * citæ.*
*Io triumphe, tu * moraris aureos*
Currus, & intactas boues.
Io triumphe, nec Iugurthino parem
Bello reportaſti ducem,
*Neque Africano: * cui ſuper Karthaginem*

ginem
Virtus ſepulcrum condidit.
Terra, marique victus hoſtis, Punico
Lugubre mutauit ſagum.
Aut ille centum nobilem Cretam vrbibus
Ventis iturus * *non ſuis,*
Exercitatas aut petit Syrteis Noto:
Aut fertur incerto mari.
Capaciores affer huc, puer, ſcyphos,
Et Chia vina, aut Leſbia:
Vel, quod fluentem nauſeam coërceat,
Metire nobis Cæcubum.
Curam, metúmque Cæſaris rerum iuuat
Dulci Lyæo ſoluere.

Repostvm] repoſitum, reenndirum, vt Od. 28. lib. 3. *prome reconditum Lyde ſtrenua Cæcubum.*

Victore lætvs Cæsare] in prœlio nauali aduerſus Anton. & Cleop.

Svb alta domo] δώματ' ἐν ὑψορόφῳ, in alta domo: vel ſub tecto altæ domus.

Sonante mistvm tibiis] ſic Od. 1. lib. 4. *lyraque, & Berecynthia Delectabere tibia Miſtis carminibus, non ſine fiſtula.* & Od. 19. lib. 3. *cur Berecynthiæ Ceſſant flamina tibiæ?* cod. Faërn. & vnus Vatic. habent, *Sonante mixtis tibiis carm. &c.* quæ ſcriptura mihi nnn diſplicet.

Hac dnrivm, illis barbarvm] lyra ſonante carmen Dorium, tibiis barbarum. Per barbarum autẽ vel Phrygius modus, vel Lydius ſignificatur, licet aliter dicat Glareanus. Nam Atheneus libr. 14. tradit ex Heraclida Pontico libr. 3. de muſica, quemadmodum tria totius Græciæ genera ſunt, nempe Dores, Æoles, Iones: ita treis harmonias eſſe duntaxat, Doriam ſeu Doricam, Æoliam, Ioniam: Phrygiam autẽ, & Lydiam à barbaris, qui Pelnpen in Pelnponeſum venientem ſecuti ſunt, manauiſſe. Ac Doria quidem grauior, virilinr, ſeuerior, & pæne dicã, triſtior fuit: cui non admodum diſſimilis erat Ionia antiqua, quæ degenerauit poſteà, à barbaris mutata & corrupta. Æolia verò remiſſinr, hilarior laxior, mollior denique, & ad res amatorias aptior habebatur. Sed præſtat hac de re ipſa Heraclidiæ verba aſcribere: Ἁρμονίας γὰρ εἶναι τρεῖς. τρία γὰρ καὶ γενέσθαι Ἑλλήνων γένη, Δωριεῖς, Αἰολεῖς, Ἴωνας. Οὐ μικρᾶς οὔσης διαφορᾶς ἐν τοῖς τούτων ἤθεσι, Λακεδαιμόνιοι μάλιστα τῶν ἄλλων Δωριέων τὰ πάτρια διαφυλάττουσι, id eſt, Harmonias enim eſſe treis. Tria enim etiam fuiſſe Græcorum genera, Dores, Æo-

A les, Iones. Cùm igitur non parua ineſſet in horũ moribus differentia, Lacedæmonij maximè aliorum Dorum patriam morem conſeruant. Lucianus quoque in Harmonide de his conſentanea ſeribit, καὶ ἑκάστης ἁρμονίας διαφυλάττειν τὸ ἴδιον, τῆς φρυγίου τὸ ἔνθεον· τῆς Λυδίας τὸ βακχικὸν, τῆς Δωρίου τὸ σεμνὸν, τῆς Ἰωνικῆς τὸ γλαφυρὸν. id eſt, &, quod cuiuſque harmoniæ propriũ eſt, ſeruare: Phrygiæ, cõcitationẽ, & furoris diuini ſimilitudinem quandam: Lydiæ, agitationẽ Bacchicam: Dnriæ, grauitatem ſeueritatis plenam: Ioniæ, hilaritatẽ lepidam, & concinnam: & Ariſtoteles lib. 8. de rep. eo loco, vbi de harmoniarũ diſſimilitudine diſputat, oſtẽdens ex diſſimilibus cantibus aliter atque aliter
B affici auditores, Doriã harmoniã ſolam ex omnibus ait mnderatos, ſedatos, temperatos affectus in animis auditnrum ingenerare. Verba Ariſtot. ſunt hæc, Εὐθὺς γὰρ ἡ τῶν ἁρμονιῶν διέστηκε φύσις, ὥστε ἀκούοντας ἄλλως διατίθεσθαι, &c. In eodem libro Phrygiam harmoniam ait nõ rectè à Socrate eſſe relictam ac retentam cum Doria, præſertim cum ex organis tibias reiecerit haber (inquit Ariſtotel.) eandem vim in vocibus Phrygia harmonia, quam tibia in organis. Nam vtraque ad animns concitandos & permouendos valet. Sed plura de his lege apud Platonem lib. 3. de rep. & apud Ariſtot. lib. 8. Barbarũ autem interdum idem valere, quod Phrygium, declarant exempla ex bonis ſeriptoribus: Hora. e-
C piſt. 2. libr. 1. *Græcia barbariæ lento colliſa duello.* *Barbariæ*, id eſt, Phrygiæ: & Virgil. libr. 1. Æneid. *Barbarico poſtes auro, ſpoliiſque ſuperbi: Barbarico*, id eſt, Phrygio.

Actvs] fugatus, διωχθείς. agere enim interdum valet inſequi, διώκειν, vt ſup. Od. 6. *Agam per altas aure ſublata niueis.* quemadmodum (inquit) nuper fecimus cùm victus eſt Sext. Pompeius in freto Sicilienſi, nempe ante pugnam Actiacam.

Neptvnivs dvx] Sext. Pompeius Magni filius, qui ſe Neptuni filium prædicabat.

Minatvs vrbi vincla] minatus
D ciuibus Rom. ſeruitutem, quam ſeruis & fugitiuis demerat. ſup. Od. 4. *Contra latrones, atque ſeruilem manum.*

Romanvs] nunc redit ad victoriã Actiac. ſpe præceptam, & ad Anton.

Ehev, posteri negabitis] negabitis vnquã factum eſſe, vt incredibile quiddam, & à ciuis Romani ingenio, atque indole alienum.

Emancipatvs] Antonius traditus fœminæ Cleopatræ. Emancipatus, id eſt, poteſtati permiſſus, & pæne dicã, in manũ datus. Emancipare enim non eſt id propriè, quod quidam & litterarũ, & iuris ciuilis imperiti exiſtimant, patria pnteſtate liberare. Nam quãuis hoc quoque ſignificet, non eſt tamẽ hæc propria huius verbi ſignificatio: ſed tralata, & ex ſimulata illa, ſeu (vt

loquuntur) imaginaria venditione, quæ in emãcipationibus intercedebat, nata. mãcipare enim dicebatur emtor, id eſt, quaſi manu capere: & emãcipare venditor, id eſt, è manu dimittere, & alteri tradere. Sic Plautus in Bacchid. *nunc mulier tibi me emancupo: tuus ſum, tibi operam do.* M. Tull. in Catone maiore. *ita ſenectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defendit, ſi ius ſuum retinet, ſi nemini emancipata eſt.* ſic enim legit Nonius Marcellus, non vt vulgò, *mancipata.* & lib. 1. de finibus, *Quid L. Torquatus, is qui conſul cum Cn. Octauio fuit: cum illam ſeueritatem in eo filio adhibuit, quam in adoptionem D. Silano emancipauerat, &c.* & Philipp. 2. *tum iſte venditum, atq; emancipatum tribunatum conſilijs veſtris oppoſuit.* Rectè igitur Feſtus, *Emancipati duobus modis intelliguntur, aut ij, qui ex patris iure exierunt, aut ij, qui* B *aliorum fiunt domini: quorum vtrum ſit emancipatione,* id eſt (vt ego interpretor) traditione.

Fert vallum] miles Romanus, vt intelligamus quantum interſit inter diſciplinam militarem hodiernam, & veterem illam Romanam, ferebat plus dimidiati mẽſis cibaria, ferebat ſi quid ad vſum vellet, ferebat vallum, vt ſcribit M. Tull. Tuſcul. 2. *nam ſcutum, gladium, galeã, in onere noſtri milites non plus numerant* (inquit idẽ) *quàm humeros, lacertos, manus. arma enim, membra militis eſſe dicunt:* ſed hæc ſub imperio fœminæ perferre turpe eſt.

Spadonibus Servire rugosis] qui erant in comitatu Cleopatræ. ſupr. Od. 37. C libro 1. *Contaminato cum grege turpium Morbo virorum.* Propert. libro 3. *Et famulos inter fœmina trita ſuos.*

Conopeum] κωνωπεῖον nominant Græci velum ad culices excludendos, atque arcendos comparatum: quos illi κώνωπας dicunt. Quòd autem ſyllaba huius nominis ea, quæ eſt vltimæ proxima, corripitur ab Horatio, & item à Propertio lib. quem modò commemoraui, *Fœdáque Tarpeio conópea tendere ſaxo*, id minus eſt vſitatum. Nam diphthongus Græca ει ferè ſemper à Latinis vertitur in *i* aut *e* longa, vt cichoréa, choréa, Alexandréa, ſiue Alexandría. Sed cur turpe conopeum? quia molle, & delicatum, & thalamis aptum, non caſtris, aut militiæ: neque Romanæ D grauitati, ac diſciplinæ decôrum.

Ad hunc] Antonium. Iam hoc totum, *ad hunc verterunt.* idem valet, quod, huic aduerſi fuerunt, ſeu conſtiterunt: huic aduerſarij fuerunt: ab Antonio deſciſcentes ad Cæſarẽ tranſfugerunt, & ita, cum Cæſare ſtantes, equos in Antonium verterunt. Nam nomen *aduerſus* ex præpoſit. ad, & vertendo factum eſt. vnde *venti aduerſi, fortuna aduerſa, prælium aduerſum:* & *aduerſi hoſtes*, qui terga non vertunt, & *aduerſa naues*, quæ proram habent obuerſam, ſeu aduerſam. Cæſar lib. 3. de bello Gall. *circiter* CCXX. *naues eorum paratiſſimæ, atque omni genere armorum ornatiſſ. è portu profectæ, noſtris aduerſa conſtiterunt.* Contrà *auerſi*, qui terga vertunt. Idem lib. 1. de bell. Gall. *cùm ab hora ſeptima ad veſperum pugnatum ſit, auerſum hoſtem nemo* A *videre potuit.*

Frementeis] vſitatum equorũ epithetum. ſic ſuprà Od. 14. lib. 4. *& frementem Mittere equum medios per ignes.* Virg. Georgic. 1. *túque, ô, cui prima frementem Fudit equum magno Tellus percuſſa tridenti, Neptune, &c.*

Galli] proinde ac ſi diceret: Galli Antonium reliquerunt, atque ad Cæſarem transfugerunt: Romani autem ſpadonibus Ægyptiis ſeruire maluerunt. Fortaſſe ſignificat Gallos equites Amyntæ, aut Deiotari, qui ambo ab Antonio ad Cæſarem transfugerunt: quod cõfirmare poſſum Plutarchi, & Dionis, & aliorum teſtimonio Iam quòd equites commemorat, cùm agatur de pugna nauali, notum eſt ex Plutarcho, B aliiſque, Cæſari, & Antonio eodem tempore, quo claſſes erant ad pugnam naualem paratæ, fuiſſe etiam in terra, & in littore exercitus aduerſarios, pedeſtreis & equeſtreis.

Hostiliúmque navium] & hoſtilium nauium puppes, id eſt, naues hoſtiles: vel propriè poſteriores nauium partes, fugam & Alexandriam ſpectantes, in portu deliteſcunt. *citæ* habent omnes lib. manuſcrip. quod nonnulli interpretantur, ad fugam paratæ, & expeditæ: ad fugiendum, quàm ad pugnandum aut vincẽdum paratiores. quã ſententiam confirmat Plutarch. in Antonio, his verbis, de Cleopatra loquens. ἤδη πρὸς φυγὴν ὁρῶσα, καὶ τιθεμένη τὰ C καθ' ἑαυτὴν οὐχ ὅπου πρὸς τὸ νικῆσαι χρήσιμα, ἀλλ' ὅθεν ἄπεισι ῥᾷστα τῶν πραγμάτων ἀπολλυμένων, id eſt, iam fugam ſpectans, & res ſuas ita inſtruens & adornans, non vt ad vincendum eſſent accõmodatæ, & vtiles, ſed quo modo rebus perditis facillimè ſe reciperet. alij ſimpliciter, celeres, vt Homer. & ceteri Græci θοὰς νῆας dicunt, ſed nonnulli *ſita* legunt, & ita habẽt quidam lib. typis excuſi, vt intelligamus Cleopatræ naueis LX. poſt ſiniſtrum cornu collocatas: cui præerat Cœlius.

Io triumphe, tu mor.] id eſt, tu nimis tardus es: currus ipſi triumphales parati ſunt, tu eis in mora es. Erat autẽ *Io triumphe* vox militum Imperatorem triumphãtem proſequẽ- D tium. quod declarat T. Liuius lib. 45. his verbis, *Militum quidem propria eſt cauſa: qui & ipſi laureati, & quiſque donis, quibus donati ſunt, inſignes, triumphum nomine cient.* & Varro libr. 5. de lin. Lat. *Triũphare appellatum, quòd cum imperatore redeuntes milites clamitant per vrbem in Capitolium eunte, Io triumphe.*

Avreos Cvrrvs] aureos fuiſſe triumphantium imperatorum Ro. currus docet Philoſtratus in vita Dionis, his verbis Τραϊανὸς γοῦν αὐτοκράτωρ ἀναθέμενος αὐτὸν ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἐς τὴν χρυσῆν ἅμαξαν, ἐφ' ἧ οἱ βασιλεῖς τὰς ἐκ τῶν πολέμων πομπὰς πομπεύουσι, ἔλεγε θαμὰ ἐπιστρεφόμενος πρὸς τὸν Δίωνα, τί μὲν λέγεις οὐκ οἶδα, φιλῶ δέ σε ὡς ἐμαυτόν, id eſt, Traianus igitur imperator cùm eum Romæ in curru aureo,

in quo

in quo imperatores triumphant, poſuiſſet, dicebat, ſæpe ſe ad Diooem conuertens, equidē quid dicas neſcio, te autem amo, vt meipſum.

Et intactas boves] ἀδμήτους ἀζεύκτους: nondum ſub iugum miſſas, vt apud Virg. lib. 4. Georg. *& intacta totidem ceruice iuuencas.* vel nondum à tauro initas. intellige autem boues ad ſacrificium pro victoria faciendum paratas.

Dvcem] Marium, cuius legato Syllæ Iugurtha vinctus traditus eſt, & ab eo ad Marium deductus. auctores Salluſt. & Plutarch.

Neqve Africano] neque Africano bello parem Auguſto ducem reportaſti, nempe P. Coroelium Scipionem Africanum minorem.

Cvi svper Karthaginem Virtvs, &c.] id eſt, qui ſua virtute Karthaginem, vrbem olim potentiſſimam ac florentiſſimam deleuit, atque euertit, ſepolcrúmque ſibi ſuper eius ruinas poſitum, atque exſtructum ampliſſimum, atque ad ſempiternam hominum memoriam clariſſimum comparauit. Nam videtur mihi hoc ignificare Horat. gloriam, & immortalitatem P. Cornelij Scipionis Africani minoris mortui in euerſione & exſciſſione Karthaginis poſitam eſſe, quia illius vrbis buſtum ac funus, ipſi Africano ſit inſtar magnificentiſſimæ ſepulturæ, quæ non ſinat, illum iacēre inſepultum. M. Tull. 10 orat. contra Rull. *Quam* (de Karthagine loquitur) *P. Africanus nudatam tectis, ac mœnibus, ſiue ad notandam Karthaginienſium calamitatem, ſiue ad teſtificandam noſtram victoriam, ſiue ad oblatam aliquam religionem, ad æternam hominum memoriam conſecrauit.* Idem Offic. 1. *At Karthaginem & Numantiam funditus ſuſtulerūt.* ex quibus duobus M. Tull. locis, & ex hiſtoria cùm inter omneis conſtet, Karthaginē funditus à Scip. fuiſſe euerſam, hanc huius loci ſententiam eſſe arbitror, Karthaginem euerſam & deletam P. Corn. Scipioni Africano, L. Paulli filio, ſepulcri loco eſſe. Quēadmodum enim dum manent ſepulcrorum monumenta, manet & eorum, qui in eis conditi ſunt, memoria: ſic dum exſtabunt Karthaginis ruinæ, ſeu potiùs dum exſtabit dirutæ Karthaginis memoria, Scipionis virtus ac victoria celebrabitur. atque hanc explicationē huius loci cōfirmat Paterculus his verbis, *Eam vrbem* (nempe Karthaginem) *magis inuidia imperij, quàm vllius eius temporis noxia inuiſam Romano nomini P. Scipio funditus ſuſtulit, fecitque ſuæ virtutis monumentum, quod fuerat aui ſui clementiæ.* Adr. Turnebus autem ſic hunc locum explicat, *cuius ſepulcro Karthaginis euerſa titulus ſubſcriptus, aut inciſus eſt.* Ego puto, aliam ſententiam acutiorem, & argutiorem his verbis cōtineri ac ſignificari. Omnino videtur mihi Horatius, ſi eam, quam vult ille, ſententiam exprimere voluiſſet, aliis verbis fuiſſe vſurus. verumtamen vtatur ſuo quiſque iudicio.

Pvnico lvg. mvt. sag.] hoc dicit Punico, id eſt, puniceo ſago poſito, lugubre ſumſit. vide annot. ad Od. 16. lib. 1. Vtebantur au-

A tem imperatores in prœlio etiam temporibus Heroïcis, vt licet ex Homero intelligere, chlamydibus, aut ſagis purpureis. Homer. ἰλ. θ. de Agamemn. βῆ δ' ἰέναι κατά τε κλισίας καὶ νῆας Ἀχαιῶν Πορφύρεον μέγα φᾶρος ἔχων ἐν χειρὶ παχείῃ, id eſt, Iuit autem per Græcorum tabernacula, & naueis magnum pallium purpureum manu tenens. Iam de Romanis ducibus, cōſtat, eos hoc colore veſtitus vſos eſſe in bellis & prœliis. Plutarch. Bruto, Τὸν δὲ Βροῦτον ὁ Ἀντώνιος ἀνευρὼν τεθνηκότα, τὸ μὲν σῶμα τῇ πολυτελεστάτῃ τῶν ἑαυτοῦ φοινικίδων περιβάλλειν ἐκέλευσεν. ὕστερον δὲ τὴν φοινικίδα κεκλεμμένην αἰσθόμενος, ἀπέκτεινε τὸν ὑφελόμενον, id eſt, Cùm
B autem Brutum Antonius mortuū reperiſſet, corpus quidem ſumtuoſiſſimo ex ſuis ſago purpureo tegi iuſſit. Poſtea autem cùm id furtim ſublatum eſſe cognouiſſet, eum, qui ſubſtraxerat, interfecit. [Idem ἀποφθ. βασιλ. Ἀντίοχος ὁ ἐπικληθεὶς ἱέραξ ἐπολέμει περὶ βασιλείας πρὸς τὸν ἀδελφὸν σέλευκον. ἐπεὶ δὲ ὁ σέλευκος ἡττηθεὶς ὑπὸ γαλατῶν οὐδαμῶς φανερὸς ἦν, ἀλλ' ἐδόκει κατακεκόφθαι, αὐτὴν τὴν πορφύραν ὁ Ἀντίοχος, φαιὸν ἱμάτιον ἀνέλαβε, &c.] Eiuſdem coloris veſtitu vtebatur Cæſar, vt coniicere licet ex illis verbis, quæ extant libr. 1. comm. de bello Gallico, *Accelerat Cæſar, vt prœlio interſit. Eius aduentu ex colore veſtitus cognito, (quo inſigni in prœlio vti conſueuerat) turmiſque equitum & cohortibus viſis, quas ſe ſequi iuſſerat, &c.* Pollux
C lib. 4. ἐφαπτὶς συγκεκλεισμένη τι φοινικοῦν ἢ πορφυροῦν, ὃ περὶ τὴν χεῖρα εἶχον οἱ πολεμοῦντες στρατηγοί, id eſt, ephaptis erat chlamys quædam Punicea, aut purpurea, quam circum manum habebant pugnantes imperatores, aut venantes.

Avt ille centvm nobilem, &c.] ſic ſuprà Od. 27. lib. 3. *centum tetigit potentem oppidis Creten.*

Non svis] id eſt, aduerſis, inimicis.

Exercitatas Noto] vſitatius erat *exercitas*, id eſt, vexatas à Noto, vt Od. 14. libr. 4. *Indomitas propè qualis vndas Exercet Auſter Pleiadum choro.* & M. Tull. pro Milone. *Quid enim nobis duobus, iudices, laborioſius? quid magis ſollicitum, magis exercitum dici, aut fingi poteſt?* T. Liuius lib. 49.
D de Catone, *ſimultates multo plures & exercuerunt eum, & ipſe exercuit eas.* Virgil. Æneid. 3. *nate Iliacis exercite fatis.* de Syrtibus diximus ſuprà ad Od. 22. lib. 1.

Avt fertvr incerto mari] errat, neſciens quo in ſinu, quáve in regione maris nauiget.

Capaciores affer hvc, &c.] affer maiores calices, vt bibamus liberalius. ſic Satyr. 7. lib. 2. *Et calices poſcunt maiores:* quod Græci dicunt, αἰτεῖν μείζους, ſubaud. κύλικας. Athenæus lib. 2. αἰτοῦντος δὲ τοῦ γραμματικοῦ Λεωνίδου μείζον ποτήριον &c. M. Tull. autem lib. Accuſat. 1. *fit ſermo inter eos, & inuitatio, vt Græco more biberetur. hoſpes hortatur. poſcunt maioribus poculis,*

F

ad quem locum annotat Aſconius Pedianus, *poſcunt*, id eſt, *prouocant*. ſed mihi videtur hoc quoque loquendi genus à Græcis expreſſum. ſic enim loquuntur. *αἰτεῖν πιεῖν μεγάλῃ κύλικι*, id eſt, poſcere bibere, ſeu potum maiore poculo. Athenæus libro xv. ἐπὶ τούτοις ὁ Οὐλπιανὸς ᾔτει πιεῖν μεγάλῃ κύλικι. poſt hæc Vlpianus, poſcebat vt biberet maiore poculo. & ita Plaut. in Rudente. *Neptunus magnis poculis hac nocte eum inuitauit.*

Vel qvod flv. navs. coërc.] quamobrem vinum Cæcubum dicatur hîc vim habere nauſeæ coërcendæ, ex iis, quæ ſuprà ad Od. 20. libr. 1. de hoc vino annotauimus, intelligere licet, nempe eſſe *πληκτικόν*, id eſt, ſenſum pungere, ac ferire. nam, quæ pungunt, mordéntque, ac feriunt ſenſum, ea nauſeam ledant.

Cvram, metúmqve Cæsaris rervm ivvat] ſuprà Oda 7. libr. 1. *nunc vino pellite curas.* Iam de hoc genere loquendi *ſoluere metum*, & *ſoluere curam*, diximus ad Od. 12. lib. 1.

Lyæo solvere] alludit ad Græcum nomen Lyæi, id eſt, Bacchi: quod ductum eſt à verbo *λύειν*, id eſt, ſoluere: interpretatióque nominis eſt. ſic M. Tull. pro Roſcio Amerino alludens ad Chryſogoni Syllæ liberti nomen, *Venio nunc ad illud nomen aureum Chryſogoni.* Idem Philipp. 11. *Lyſidicum ipſum Græco verbo, qui omnia iura diſſoluit.*

TVRNEBVS.

Ex lib. aduerſar. 9. ca 18. Sed vt huic tanquã obſonio ſua vt priſci loquebãtur, mãtiſſa addatur: aliquid ex eodem lib. primo Tuſc. quæſt. adiiciam, in quo cùm ex antiquo poëta adſertur, *Aſtante ope Barbarica*, barbaricum interpretor Phrygium, vt ſit ſtante Phrygum imperio. Sic apud Horat. lib. 1. epi. 2.

Græcia Barbariæ lento colliſa duello, id eſt, Phrygiæ. & apud eundem,

Sonante mixtum tibiis carmen Lyra,
Hac Dorium, illis Barbarum. id eſt Phrygium. & apud Maronem, 2. Æneid.

Barbarico poſtes auro, ſpoliiſque ſuperbi, id eſt, Phrygio. Phryges enim opibus & auro abundabant, opinióque Græcorum erat opulentos fuiſſe, vt & Perſas. Itaque vt Barbarus ætate Demoſthenis dicebatur Perſarum Rex: ſic Barbaros, qui de bello Troiano ſcripſere, aut Tragædias illius argumenti attigere, Phryges intellexerunt: quãquam latius Barbari nomen patet. Quòd autem hæc duo regna opulentiſſima fuerunt, inde Barbaricum aurum dixit Maro, & vetus poëta apud Cic. 2. Tuſcul. *quibus magis palæſtra, Eurotas, ſol, puluis, labor, militia in ſtudio eſt, quàm fertilitas Barbara.* id eſt, quàm barbarorum delitiæ & copiæ.

Ex lib. 9. cap. 14. At illud, lib. 1. Od. 37.

Contaminato cum grege turpium

A *Morbo virorum.* cùm dicit morbum, impudicitiam intelligit, vt & Catullus: epig. 53.

Morboſi pariter gemelli vtrique.

Spadones autem hoc genere morbi erant infames, quos habebat plurimos Cleopatra: vnde in Epodis ſcribitur,

Romanus, eheu poſteri negabitis,
Emancipatus fœminæ
Fert vallum & arma miles, & ſpadonibus
Seruire rugoſis poteſt:

Ex lib. 20. cap. 33. Cæterùm *Ganeum*, quod apud eundem Comicum eſt, Adelph. act. 3. Sc. 3. dicitur fornix, quaſi Græcè *γήνειον*. Nam Latini η in a ſæpenumerò commutant, & ει in e etiam breue, vt Gynæceum apud Terentium penultima B eſt breui. & *Cyclopeus* apud Maronem, 1. Æn. id eſt, *κυκλώπειος*, & *Conopeum* apud Horat. quod eſt *κωνώπειον*.

Ex lib. 14. cap. 10. *Ad hunc frementes verterunt bis mille equos,*

Galli canentes Cæſarem, cùm ait, aut *verterunt* media breui pronunciandum, vt verſus nõ claudicet, aut *verterint* legendum: Seruius autem lib. 6. Æneid. ſcribit duo millia equitum ab Antonio tranſiiſſe ad Auguſtum, per quos victoriam adeptus ſit.

Ex lib. 2. cap. 16. Aurei in Horatio curru leuiter audiuntur, auréſque penè noſtras prætereuehuntur aliud agentibus, nec attendimus tales triumphantium Auguſtorum fuiſſe currus: ſic C autem ſcribit in Epodis,

Io triumphe tu moraris aureos
Currus, & intactas boues. Mihi nolo credi, ſed Philoſtrato in Dionis vita, quod dixi, tradenti hunc in modum. Τραιανὸς γοῦν αὐτοκράτωρ ἀναθέμενος αὐτὸν ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἐς τὴν χρυσῆν ἅμαξαν, ἐφ᾽ ἧς οἱ βασιλεῖς τὰς ἐκ τῶν πολέμων πομπὰς πομπεύουσιν, ἔλεγε θαμὰ ἐπιστρεφόμενος πρὸς τὸν Δίωνα. Etſi autem certa quædam erat triumphalis currus forma, tamen ea imperatori ornatior & precioſior, quàm aliis ducibus parabatur: forma autem eius neque bellico currui, quo Heroicis temporibus Troiani & Thebani belli, homines vſi ſunt, vt barbari Britanni & Belgæ Couino. neque currui Circenſi, quo D Romæ ludis equeſtribus quadrigarij vtebantur & agitatores Olympiæ, ſed rotundæ turri aſſimilis erat, vt Zonaras ſcribit, cuius & verba adpoſui. τὸ δὲ δὴ ἅρμα οὔτε ἀγωνιστηρίῳ οὔτε πολεμιστηρίῳ ἦν ἐμφερές, ἀλλ᾽ εἰς πύργου περιφεροῦς τρόπον ἐξείργαστο. Illud eiuſdem Odes etiam illuſtrandum eſt.

Terra marique victus hoſtis Punico
Lugubre mutauit ſagum. Nam apud Romanos qui exercitibus præerant, coccinis vtebantur ſagis militiæ, vt & Lacedæmonij omnes militantes ſagulis rubris *φοινικίδας* Græci vocant, partim, vt inquiunt Grammatici Græci, quòd color ille inſignis viros præcipuè decere videatur, partim quòd ſanguineus ille color conſuefaciebat fuſum cruorem contemnere: nec deſunt qui

qui ea veſte Lacedæmonios trãdant vti ſolitos eſſe, ne hoſtis ſi quem ſauciaſſet, ſanguinem eius videret, colore ſanguinem manãtem ſuffurante. Quin & militaris habebatur chlamys Phœnicis, vt apud Ariſtophanis interpretem ſcribitur, φοινικὶς χλαμὺς πολεμικὴ. Sed quod de Romanorum ducum veſte diximus auctoritate confirmemus. Plutarch. in Bruto ita ſcribit, τὸν δὲ Βρούτου ὁ Ἀντώνιος ἀνευρὼν τεθνηκότα, τὸ μὲν σῶμα τῇ πολυτελεστάτῃ τῶν ἑαυτοῦ φοινικίδων περιβαλεῖν ἐκέλευσεν. ὕστερον δὲ τὴν φοινικίδα κεκλεμμένην αἰσθόμενος, ἀπέκτεινε τὸν ὑφελόμενον. Ideò enim imperatoris Bruti iacentis corpus induit ſago Punico, quod & honorificum & imperatorium putaret veſtimentum. Quod autẽ Horat. feciſſe fugientem victúmque canit Antoniũ, punico ſago lugubre mutaſſe, Plutarchus quoque victum fugientémque Pompeium ex acie Pharſalica ſcribit feciſſe, poſuiſſeque imperatoriam veſtem & imperij inſignia.

Ex lib. 10. cap. 11. Primo autem Maronis libro quod ſcribitur,

-- veniet luſtris labentibus ætas
Cum domus Aſſaraci Phthiam, claráſque Mycenas,
Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis.

De mummio victore Achaiæ Seruius interpretatur, prærogatiuámque Grammaticorũ primæ claſſis meruit: ego tamen potiùs de Paulo Æmilio intellexerim, à quo victa Macedonia, Theſſalia, patria Achillis, quæ Macedonum regno parebat, venit in ditionem Romanorum, & Græcia ſubactis Macedonibus ſub imperium Romanum ferè videtur conceſſiſſe, etſi antè à Flaminio libertate donata: atque hac quidem in ſententia videtur eſſe Propert. quod ad patriam Achillis attinet, cum ita ſcribat, lib. 4. Eleg. 12.

Et Perſen proaui ſimulantem pectus Achillis,
Quique tuas proauus fregit Achille domos.

quo etiam loco confirmatur noſtra de illo Horatij loco ſententia,

-- cui ſuper Carthaginem
Virtus ſepulchrum condidit.

Ibi canente Propertio,

Sub quorum titulis Africa tonſa iacet.

Ex lib. 14. cap. 10. *-- cui ſuper Carthaginem Virtus ſepulchrum condidit*, eſt, cuius ſepulchro euerſæ Carthaginis titulus ſubſcriptus eſt. Nam rerum geſtarum memoriam ſepulchrorũ elogiis inſcribebatur. Silius, lib. 1. Bell. Punici.

Hæc Decios ſtygias Erebi detruſit ad vndas,
Dum cineri titulum, memorandáque nomina buſtis.
Prætendit. Et Iuuenalis, Satyr. 6.
-- Titulo res digna ſepulchri.

IN MÆVIVM. Od. 10.

ARGVMENTVM.

Tempeſtatem, & naufragium ei imprecatur.

*MAla ſoluta nauis exit * alite,*
Ferens olentem Mæuium.
Vt horridis vtrumque verberes latus,
Auſter memento, fluctibus.
*Niger rudentes Eurus * inuerſo mari,*
Fractóſque remos differat.
Inſurgat Aquilo, quantus altis montibus
Frangit trementeis ilices.
Nec ſidus atra nocte amicum appareat:
*Qua * triſtis Orion cadit.*
Quietiore nec feratur æquore,
Quàm Graia victorum manus:
Cùm Pallas vſto vertit iram ab Ilio
In impiam Aiacis ratem.
O, quantus inſtat nauitis ſudor tuis,
Tibique pallor luteus,
Et illa non virilis eiulatio,
Preces & auerſum ad Iouem:
Ionius vdo cùm remugiens ſinus,
Noto carinam ruperit!
** Opima quòd ſi præda curuo littore*
Porrecta mergos iuueris:
Libidinoſus immolabitur caper,
Et agna tempeſtatibus.

MALA ALITE] malo auſpicio, ſup. Od. 15. lib. 1. *Mala ducis aui domum, Quem multo repetet Græcia milite.* ἀπαισίῳ ὄρνιθι. Mæuio poëtæ inepto, & odioſo nauigationem aduerſam exoptat. Seruius & Porphyrio eundem eſſe putãt, quem Virgilius oderat, vt apparet ex Palæm. *Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui:* ad quem verſum etiam hunc locum affert Seruius.

OLENTEM] tætri odoris hominem: qui odor ex alis exſiſtit, ſed non in omnibus æquè grauis: in rufis, in edacibus, in immundis, atque illotis plerúmque intolerabilis. *naſorum peſtem* appellat Catullus, vt alibi dicemus.

VT HORRIDIS VTRVMQVE VERBERES LATVS, &c.] optat ei nauigationem incommodam, atque aduerſam, vt dicebamus, denique naufragium.

NIGER RVDENTEIS EVRVS] Nigrum Eurum dixit fortaſſe, quia tempeſtates, & fluctus excitat. lege annot. ad illum locum, *nigris æquora ventis*, Oda. 5. lib. 1.

RVDENTEIS] Virgil. lib. 3. Æneid. *ſtridórque rudentum.* rudentes, funes ſunt nautici, ſeu nauales.

INVERSO] concitato, agitato ſed in voce

inuerſo maior vis ineſt. ſignificat enim mare ita eſſe concitatum, vt inuerſum videatur.

Differat] diuerſos ferat, diſſipet ſuprà Od. 5. huius libri. *inſepulta membra different lupi.* Terent. Adelph. *miſeram me, differor doloribus.* Idem in Andria. *Orationem ſperat inueniſſe ſe, Qua differat te.* Lucret. lib. 2. *Scintilláſque agere, ac late differre fauillam.* Plaut. in milite glor. *nempe vt aſsimulem me amore iſtius differri.* Itaque quemadmodum hîc Horat. *remos differat*, ſic Virgil. Æneid. 1. *Franguntur remi*, dixit.

Sidvs amicvm] φίλον, gratum, optatũ, ſalutare: nempe Caſtor, & Pollux, vt ſuprà Od. 12. lib. 1.

Nec sidvs atra, &c.] Virgil. libr. 1. Æneid. *cælo nox incubat atra.* ſic deſcribit aduerſam tempeſtatem, & naufragium Apolion. libr. 2. ὦρσε δὲ κῦμα Κικληγὼς πνοιῇσι: κελαινὴ δ' οὐρανὸν ἀχλὺς Ἄμπεχεν, οὐδέ πη ἄστρα διαυγέα φαίνετ' ἰδέσθαι Ἐκ νεφέων, σκοτόεις δὲ περὶ ζόφος ἠρήρειστο. id eſt, fluctum autem excitauit ventos euocans: atra autem nubes cælum occupauit, neque vſquam lucida ſidera apparebant, vt per nubeis cerni poſſent, aër autem caliginoſus increbruerat. Sed omnium, mea quidem ſententia, optimè Virg. lib. 1. Æneid. *Vna Eurúſque Notúſque ruunt, creberque procellis Africus, &c.*

Tristis Orion] Virgil. lib. 1. Æneid. *nimboſus Orion.*

Trementeis ilices] ſup. paullo audaciùs dixit *trementeis Verbere ripas*, Od. 27. lib. 3.

Qvietiore] placatiore, tranquilliore, ſedatiore.

Qvàm Graia victorvm manvs] quàm Græci victores, qui vel omnes ferè naufragio perierunt, vel magnis tempeſtatibus iactati, longiſque erroribus circumacti, vix tandem nudi, & egentes in patriam redierunt. Agamemnon autem tot periculis terra, marique defunctus, ab Ægiſto & Clytemneſtra vxore interfectus eſt.

In impiam Aiacis ratem] Aiacis Oïlei. Aiax Oïlei filius Locrus pleriſque Græcis coniectoribus ſuis Troïa exſciſſa calamitati, & exitio fuit, propterea quòd Caſſandram Mineruæ ſupplicem in eius templo ſtuprauerat: quo facinore Dea offenſa dicitur etiam oculos auertiſſe. Itaque reuertentibus Græcis, iámque Eubœæ vicinis, tantos fluctus, tantáſque tempeſtates excitauit, vt complures naufragio perierint. Neptunus autem, cùm ille ad vada Gyræa ſaluus delatus eſſet, dixiſſetque ſe diis inuitis ſeruatum eſſe, periculúmque effugiſſe, eam vocem tam impiam indignè ferens, ſaxum Gyræum, cui ille inſidebat, dirupit, ac diſcidit: quo facto præcipitem illum in medios fluctus exturbauit. auctor Homer. ὀδυσσ. δ. Καί νύ κεν ἔκφυγε κῆρα, καὶ ἐχθόμενός περ Ἀθήνῃ, Εἰ μὴ ὑπερφίαλον ἔπος ἔκβαλε, καὶ μέγ' ἀάσθη· Φῆ ῥ' ἀέκητι θεῶν φυγέειν μέγα λαῖτμα θαλάσσης. Τοῦ δὲ Ποσειδάων μεγάλ' ἔκλυεν αὐδήσαντος. Αὐτίκ' ἔπειτα τρίαιναν ἑλὼν χερσὶ στιβαρῇσιν, Ἤλασε Γυραίην πέτρην, ἀπὸ δ' ἔσχισεν αὐτήν. Καὶ τὸ μὲν αὐτόθι μεῖνε, τὸ δὲ τρύφος ἔμπεσε πόντῳ, Τῷ ῥ' Αἴας τὸ πρῶτον ἐφεζόμενος μέγ' ἀάσθη, Τὸν δ' ἐφόρει κατὰ πόντον ἀπείρονα κυμαίνοντα.

O, qvantvs instat navitis, &c.] ἀποστροφὴ ad Mæuium. quantum (inquit) ſudabunt nautæ tui in ea, quæ tibi impendet, tempeſtate? quantum tu pallebis?

Pallor lvtevs] pallor luridus, fuluus, crocei, vel aurei coloris, vt Catullus ad Iuuent. *Hoſpes inaurata pallidior ſtatua?*

Eivlatio] fletus muliebris. M. Tull. de legib. 2. *Cæliùs leſſum quaſi lugubrem eiulationem eſſe dicit ſe ſuſpicari.* Idem Tuſcul. 2. *eiulatus ne mulieri quidem conceſſus: & hic nimirum fletus eſt, quem XII. Tabulæ in funeribus vetant adhiberi.* Horat. Od. 16. hoc libro infrà, *Vos quibus eſt virtus, muliebrem tollite luctum.*

Aversvm] minus audientem preces. vt ſup. Od. 2. lib. 1. *minus audientem Carmina veſtam?*

Vdo noto] humido Auſtro. ſic Virgil. li. 1. Georg. *quid cogitet humidus Auſter.*

Remvgiens] iterum, atque iterum murmurans. tralatio eſt à bobus. vt Od. 10. lib. 3. *Audis quo ſtrepitu ianua, quo nemus Inter pulchra ſitum tecta remugiat Ventis?*

Op. qvòd si pr. cvrvo litt. &c.] Quòd ſi tu naufragio perieris, & corpus tuum in littus eiectum, præda mergis fuerit, libidinoſus, &c. *iuueris* autem non *iuuerit* eſſe legendum peruincunt libri manu ſcripti: duo Vatican. lannoct. Faern. Nicotiani, Ruſſardini duo, Nonnul.i tamen habent, vt vulgati *iuuerit.*

Lib. immol. cap. et agn tem.] caper Baccho potiùs ſolebat immolari, vt annot. ſup. ad Od. 8. lib. 3. *album Libero caprum.* interdum etiam tempeſtatibus: & item agna, eáque nigra. Virg. Æneid. 5. *Treis Eryci vitulos, & tempeſtatibus agnam, Cadere deinde iubet.* Idem lib. 3. *Nigram hiemi pecudem, zephyris felicibus albam.* Ariſtophan. βατραχ. Ἄρν', ἄρνα μέλαιναν παῖδες ἐξενέγκατε. Τυφὼς γὰρ ἐκβαίνειν παρασκευάζεται. id eſt, Agnam, agnam nigram pueri efferte: Nam typhon exſiſtere incipit.

TVRNEBVS.

EX aduerſar. lib. 3. cap. 1. At oram ſoluere, vt hoc interea interponam, quod variè exponi, & pro ſuo cuique captu declarari animaduerto, non aliud quicquam eſſe credo, quàm è littore nauigare, ipſúmque littus & oram liberare & ſoluere. Vt enim ab Horatio ſcriptum eſt,

Mala ſoluta nauis exit alite, quòd ante in littore retinaculo eſſet religata: Sic cùm eodem retinaculo ora ipſa æquè ac nauis ligata ſit, eo ſublato cùm incipit nauigatio, ſolui merito ora dicitur, vt & nauis. Vtraque enim antè vincta erat.

Ex lib. 4. cap. 22. Nigram hyemi pecudem immolari facit Maro, 3. Æn. vt & Flaccus ei agnã, cũ eſſet Tẽpeſtas ritu Romano dea: ait enim Flaccus

Libe-

Libidinoſus immolabitur caper,
Atque agna tempeſtatibus.

Ariſtophanes βατράχοις, id eſt, Ranis.
ἄρν' ἄρνα μέλαιναν παῖδες ἐξενέγκατε,
τυφὼς γὰρ ἐκβαίνειν παρασκευάζεται.

Ita etiam ritu Græco Tempeſtati agna nigri velleris immolabatur.

Ex lib. 14. cap. 4. — *Et tempeſtatibus agnam.* hoc ſcribit Maro, 5. Æn. quòd, vt ait Cicc. lib. 3. de Natura deorũ, Tempeſtates pop. Rom. ritibus cõſecratæ erant, Tempeſtatique vt deæ minori, minor hoſtia immolabatur, vt fœminæ fœmina: Horat.

Libidinoſus immolabitur caper.
Atque agna tempeſtatibus.

AD PETTIVM.
Od. 11.

ARGVMENTVM.

Se amore captum, non poſſe ad verſus faciendos operam, ſtudiúmve conferre.

PEtti, nihil me, ſicut antea, iuuat
Scribere verſiculos,
Amore percuſſum graui:
Amore, qui me, præter omneis, expetit
Mollibus in pueris,
Aut in puellis vrere.
*Hic tertius * december, ex quo deſtiti*
Inachia furere,
Siluis honorem decutit.
Heu me, per vrbem (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui?
Conuiuiorum & pœnitet:
In queis amantem languor, & ſilentium
Arguit, & latere
Petitus imo ſpiritus.
Contráque lucrum nil valere candidum
Pauperis ingenium
Querebar applorans tibi,
*Simul calentis inuerecundus * Deus*
Feruidiore mero
Arcana promorat loco.
Quòd ſi meis inæſtuet præcordiis
Libera bilis, vt hæc
Ingrata ventis diuidat

A * *Fomenta, vulnus nil malum leuantia:*
Deſinet imparibus
Certare ſummotus pudor.
Vbi hæc ſeuerus te palàm laudaueram:
Iuſſus abire domum,
Ferebar incerto pede
Ad non amicos, heu, mihi poſteis, & heu,
Limina dura, quibus
Lumbos, & infregi latus.
B *Nunc gloriantis quamlibet mulierculam*
Vincere mollitia,
Amor Lyciſci me tenet:
Vnde expedire non amicorum queant
Libera conſilia,
Nec contumeliæ graues:
Sed alius ardor aut puellæ candidæ,
Aut teretis pueri,
Longam renodantis comam.

Hanc oden, quæ in omnibus libris erat dicôlos, diſtrophos, feci vt eſſet tricôlos, triſtrophos,
C partim Georg. Bucanani ſententia approbata, partim codices quoſdam antiquiſſ. ſecutus.

AMORE PERCVLSVM] tralatio eſt, ſic Virgil. Georg. 2. *Quarum ſacra fero ingenti percullus amore.* percellere propriè ſignificat ita impellere, vt peruertas, quemadmodum ſuprà diximus ad Od. 7. huius lib. *Mẽtéſque perculſæ ſtupent:* quod quidem exempla ex bonis ſcriptoribus declarabunt. Lucret. lib. 1. *Aëriæ primum volucres te, diua, tuúmque Significant initum perculſæ corda tua vi.* Idem lib. 6. *Nimirum quia cum vehementi perculit ictu, Confluere ex ipſo poſſunt elementa vaporis.* Idem libr. 5. *regéſque ſuperbi Corripiunt Diuûm perculſi membra timore.* Catull. ad Manlium. *Tempore, quo certa Stymphalia monſtra ſagitta Perculit.* Virgilius
D Æn. 5. *Victorem Buten, immani corpore qui ſe Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat; Perculit & fulua moribundum extendit arena.* Plaut Epid. *perij, plauſtrum perculi,* vbi tamen docti quidam legũt, *hauſtrum perculi.* Terent. Eunucho, *Quo trudis? perculeris tam tu me.* C. Cato lib. Originum, *Ventus Cercius cùm loquare, buccam implet: armatum hominem, plauſtrum oneratum percellit.* libet autem mihi ἐν παρέργῳ, vt ſtudioſis bonarum litterarum adoleſcentibus conſulam, & gratificer, Plautum, & M. Tulliũ, quibus in locis hoc verbo vſi, à librariis corrupti ſunt, ſuæ integritati reſtituere. Plautus in Trinummo. *Si animus hominem perculit, actum eſt, ſi animo ſeruiunt, non ſibi. Si ipſe animum perculit: dũ viuit; victor victorum cluet. Tu ſi animum vicisti potius,*

quàm animus te, eſt quòd gaudeas. quo loco omnia, quæ quidem viderim exempla, habent, *perpulit.* Idem Epidieo. *planè hic eſt, qui mihi in Epidauro primus pudicitiam perculit.* vbi corruptè *pepulit.* M. Tull. in orat. pro M. Cœlio. *Quid tumultuaris ſoror? quid inſanis? quid à clamore exorſa, verbis, paruam rem, magnam facis? vicinum adoleſcentulum aſpexiſti: candor huius te, & proceritas, vultus, oculique perculerunt,* id eſt, de recto mentis ſtatu deturbarunt, ἔσφηλαν. vbi vulgò legitur *perpulerunt*, mendoſè. Idem lib. 1. de orat. ad Q. Fratrem, *Equidem, & Ser. Galbam memoria teneo, diuinum hominem in dicendo, & M. Æmilium Porcinam, & Cn. ipſum Carbonem, quem tu adoleſcentulus perculiſti, ignarum legum, hæſitantem in maiorum inſtitutis, rudem in iure ciuili:* vbi vulgati codices habent *perpuliſti*, vitioſè: cùm ſignificet, Cn. Carbonem, quem M. Craſſus accuſauerat, ſententiis iudicum damnatum, & fortunis ſuis euerſum eſſe. & epiſt. ad Nigid. Figul. lib. 4. *Nulla enim meipſum priuatim perculit inſignis iniuria:* vbi mendoſè vulgò *pepulit.* Sed quòd quidam ſimij hîc contendunt legendum eſſe *percuſſum* & repugnantibus libris omnibus, & reclamante ratione, næ illi valde pingues ſunt.

MOLLIB. IN PV. AVT IN PVEL.] ſic ſic Lucret. de amore lib. 4. *Sic igitur, Veneris qui telis accipit ictum, Siue puer membris muliebribus hunc iaculatur, Seu mulier toto iactans è corpore amorem, Unde feritur, eò tendit, geſtitque coire, Et iacere humorem in corpus de corpore ductum.*

HIC TERTIVS DECEMBER] tertius annus, ſeu potius tertia hiems, & ita, tertius annus.

HONOREM] frondeis, quæ ſunt arboribus ornamento. Virgil. lib. 2. Georg. *frigidus & ſiluis Aquilo decuſſit honorem.*

FABVLA QVANTA FVI?] quàm multus de me ſermo habitus eſt dedécoris, & ignominiæ plenus? ſic loquitur Tibull. de Apolline lib. 2. eleg. 3. *Fabula nunc ille eſt. ſed, cui ſua cara puella: Fabula ſit, mauult, quàm ſine amore, Deus.* Idem lib. 1. eleg. 4. *Parce puer, quæſo, ne turpis fabula fiam.* vbi quidam malè volunt legi, *turbis*, ſic Hor. infrà epiſt. ad Vinn. Aſellam. *Aſinaque paternũ Cognomẽ vertas in riſum, & fabula fias.* Non diſſimile eſt illud Propertij lib. 1. *Quòd ſi parua tua dederis veſtigia culpæ, Quam citò de tanto nomine rumor eris?* Idem propè valet venire in ora: de quo genere lege annot. ad epiſt. ad Iul. Flor. lib. 1. *Quid Titius, Romana, &c.*

CONVIVIORVM ET PŒNITET] id eſt, & pœnitet me interfuiſſe in eis conuiuiis, in quibus, &c. vel & vellem me non interfuiſſe in eis conuiuiis, &c. vel ſic, & diſplicent mihi ea conuiuia, &c. Sic vſurpant interdum hoc verbum Latini. M. Tull. lib. 6. de rep. *Jam vero ipſa terra ita mihi parua viſa eſt, vt me imperij noſtri, quo quaſi punctum eius attingimus, pœniteret.* Idem in Cœliana, *Quod obiectum eſt Cœlio de pudicitia, id numquam tam acerbè feret Cœlius, vt eum pœniteat non deformem eſſe natum.* Quidam libri veteres habent, *& conuiuiorum pœnitet, &c.* quæ fortaſſe vera eſt ſcriptura, vt copula *&* pertineat ad finem verſus antecedẽtis, & verſus deinceps ſequens initium capiat à *Conuiuiorum.*

IN QVEIS AMANT. ET LANG. ET SILENT. &c.] hæc ſunt amoris argumenta: de quibus ſuprà ad Od. 13. lib. 1.

ET LÁTERE PET. IMO SPIR.] Plautus in Ciſtell. *Hoc, ſis, videt: vt ſuſpirium petiuit altè.* Notaueram olim in nomine *latere* ſyllabam vltimam *re* produci: niſi quis diceret eſſe legendum, & *latere ex petitus imo ſpiritus*, id eſt, è latere petitus, ſed verſibus ita in ſuum ordinem & numerum reſtitutis, ac deſcriptis, non eſt ei obſeruationi locus. Interdum vocalis longa ante vocalem ſequentem non eliditur quidem, ſed tamen producitur, vt Od. 28. lib. 1. *Oſſibus, & capiti inhumato.* ſic Catull. in Leſbiam. *Quo ſigno? eadem totidem mox deprecor illi Aſſiduè.* Lucret. lib. 6. *Sed natura loci opus efficit ipſa ſua vi.* ibid. *Denique res auro argentum copulat vna, Æráque.* quamquam hic verſus in nonnullis libris manuſcriptis ita legitur: *Denique res auro argentum concopulat vna.* Propertius lib. 2. *Regnáve prima Remi, animos Karthaginis altæ.* Virgil. Georg. 2. *Orchites, & radij, & amara Pauſia baca.* Æn. 5. *ſed amœna piorum Concilia, Elyſiúmque colo: huc caſta Sibylla Nigrarum, &c.* idem in Pharmac. *duris in cotibus illum Iſmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamentes, &c.* idem in Palæmone: *Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.* Idem Æneid. 4. *Quid ſtruit, aut qua ſpe inimica in gente moratur?* idem Æneid. 1. *Poſthabita coluiſſe Samo: hic illius arma.* Idem lib. 10. *Mæniæ generoſe domo, vbi pinguia culta, &c.* Interdum non ſolùm non eliditur, verùm etiam corripitur, etiam ſi ſit vocalis natura longa, aut etiam diphthongus, vt ſuprà Od. 5. *Et Eſquilinæ alites.* & Satyr. 9. lib. 1. *Si me amas* (inquit) *paullum hic ades.* Catull. in Mamurr. & Cæſ. *Vno in lectulo erudituli ambo.* Idem ad Camerium, *Te quæſiuimus in minore campo, Te in Circo, te in omnibus tabernis.* Virgil. Æneid. 6. *Nomen, & arma locum ſeruant, te amice nequiui Conſpicere, &c.* idem lib. 3. *Inſulæ Ionio in magno.* idem Pharm. *an, qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?* Lucret. lib. 4. *Nam ſi abeſt, quod ames, præſto ſimulacra tamen ſunt illius, & nomen dulce obuerſatur ad aureis.* Idem lib. 5. *Pectora, terrarum qui in orbi ſancta tuetur Fana.* Idem lib. 2. *Viuam progeniem, qui in oras luminis edant.*

CONTRÁQVE LVCR. NIL VALERE] Etiam Anacr. quæritur, in amore nihil valere genus, ſapientiam, mores: ſolámque pecuniã ſpectari: prætereà oſtendit, pecuniã cùm rebus omnibus humanis peſtem afferre, atque interitum, tum maximè miſeris amantibus eſſe calamitoſam, & capitalem, his verbis: Ἀπόλοιτο πρῶτος αὐτὸς Ὁ τὸν ἄργυρον φιλήσας. Διὰ τοῦτον οὐκ ἀδελφὸς· Διὰ τοῦτον οὐ τοκῆες· Πόλεμοι, φόνοι δι' αὐτόν· Τὸ δὲ χεῖρον, ὀλλύμεσθα Διὰ τοῦτον οἱ φιλοῦντες, id eſt, *Pereat male ipſe primus, Argenti amore captus, Hoc propter & duorum Amica corda fratrum Soluuntur, vt alteri alter Necem afferat cruentam.*

Hoc

Hoc propter & parentes A filijs necantur: Hoc fonte bella, pugna, Cædes, necéſque manant. Sed, quod grauius videri, Capitaliúſque debet, Hoc propter interimus Miſerabiles amantes. Cum his congruit Plautinum illud Curgul. *adepol qui amat, ſi eget, miſera Afficitur ærumna.* hac eadem de re lege eleg. nonam Tibull. lib. 1.

SIMVL] ſimul vt, vt ſæpe alibi.

INVERECVNDVS DEVS] Bacchus. contrà ſup. Od. 21. libr. 1. *verecundúmque Bacchum Sanguineis prohibete rixis.* Inuerecundum hoc loco Bacchum dicit, quia, qui immoderatè vinum biberunt, nihil verentur.

FERVID. MERO ARCANA PROM. LOCO] quæ tacenda erant, me, vt proloquerer, coëgerat: è pectore in lucem protulerat. ſic lib. 1. Saty. 4. *Condita cùm verax aperit præcordia liber.* Ouid. lib. 1. de arte. *Tunc aperit menteis æuo rariſſima noſtro Simplicitas, arteis excutiente Deo.* ſic Alcæus, Oἶνος ἀνθρώποις δίοπτρον, id eſt, vinum hominibus eſt inſtar dioptræ, qua cognoſcantur eorum mores.

QVÒD SI MEIS INÆST. &c. horum, qui deinceps ſequuntur, quattuor verſuum, hæc mihi videtur eſſe ſententia. Quòd ſi hæ iniuriæ, quæ mihi ab Inachia inferuntur, iuſtum ac liberum mihi dolorem commouerint, méque ita irritarint, vt has inaneis querelas, & ægritudines animi, quibus non modò non conſaneſcit amoris vulnus, verùm etiam recrudeſcit, ex animo deponere, ac delere, & te contémnere atque aſpernari poſſim: deſinam impudenter cum potentioribus contendere: vel pudebit me non cedere ſuperioribus: vel deſinam ſummoto & depoſito pudore certare cum aduerſarijs meis, qui plus apud te pretio & pecunia poſſunt. Eſt enim impudentis cum potentioribus pugnare. poteſt & alio modo explicari, vt ſtatim dicemus. Sed Turnebo neutro modo placet, vt eadem opera, eodem loco referemus.

VT HÆC INGR. VENTIS DIV.] id eſt, vt hæc amoris pabula eijciam ex animo. *ventis diuidas*, id eſt, diſſipet, diſcutiat: ex animo meo deleat. vide annot. ad Od. 26. libr. 1. ibi. *Tradam proteruis in mare Creticum, &c.*

FOMENTA] amoris fomenta ſunt, niſi fallor, eæ omnes cogitationes, quæ dolorem, & curam ex amore proficiſcentem, alunt, fouent, amplificant: curæ, querelæ, cogitationes anxiæ, ſuſpiria, lacrymæ. Lucret. appellat *amoris pabula*, libr. 4. *Sed fugitare decet ſimulacra, & pabula amoris Abſtergêre* [al. *abſterrere*] *ſibi.* Propert. alimenta libr. 3. *Creſcit enim aſſiduè ſpectando cura puellæ: Ipſe alimenta ſibi maxima præbet amor.* Horatius epiſt. ad Iul. Florum lib. 1. *fomenta curarum* appellat curarum ſegetem, ac materiam. *quòd ſi Frigida curarum fomenta relinquere poſſes, Quò te cæleſtis ſapientia duceret ires.* Cùm hunc locum, vt & alios innumerabileis, planiſſimè declaraſſem, miror, homines quoſdam χακονῆϑεις etiam hîc, vbi ſuis perturbatiſſimis & diſſolutiſſimis notarum ſcopis

A facilè carere poteramus, blaterare auſos eſſe.

DESINET IMP. CERTARE SVMM.] locus eſt, meo quidē iudicio, perobſcurus, quem & paullo antè explanaui, & nunc iterum explano: *ſummotus pudor:* id eſt, impudentia deſinet certare cum æmulis me ſuperioribus: proinde ac ſi ita dicat, deſinam vſque eò eſſe impudens, vt certem cum ſuperioribus. Nam & lib. 1. epiſt. ad Claud. Neronem per depoſitum pudorem, impudentiam ſignificat. *quod ſi Depoſitum laudas ob amici iuſſa pudorem:* vel hoc modo: deſinam depoſito pudore contendere cum potentioribus, id eſt, non pudebit me iam finem cum potentioribus pugnandi facere: ſummoto pudore deſinam iam cum ſuperioribus certare: id eſt, non iam me B pudebit à ſuperioribus vinci. Adr. Turnebus aliam huius obſcuriſſimi loci ſententiam eſſe arbitrabatur, nempe hanc. *Me paullo inuerecundius geram, nec ita pudenter me amica ſummittam, vt ſoleo: ſed eam aſpernabor, deſinámque ſectari imparem, neque redamantem. Impares enim in amore appellantur, cùm mutuò non amant amantes, & cùm alteri amanti alter vicem non reddit: contrà cùm mutuò & ariter inter ſe amant, pares dicuntur.* Hæc ſunt verba viri & mihi amiciſſimi, & doctiſſimi. ſed primùm carior eſt mihi amicitia, veritas: deinde quantumuis doctus ſit, errare tamen poteſt, vt homo. Profert ille ad confirmandam ſententiam ſuam locum ex Oda 15. hoc eodem lib. & *quæret iratus parem:* & alterum ex Oda 33. lib. 1. *cui placet impares Formas,* C *atque animos ſub iuga ahenea Sæuo mittere cum ioco.* Sed hæc exempla nihil eum adiuuant. non enim negamus, animos impares ſignificare animos diſcordeis, & in amore non reſpondenteis: Sed hoc dicimus *imparibus*, hoc loco aliud ſignificare. Nam primùm *imparibus* per ſe ponitur ſine ſubſtantiuo, vt loquuntur grammatici: deinde ſi hoc ſenſiſſet Horat. quod ille putabat, dixiſſet, *Deſinet impari certare, &c.* non vt hic, *deſinet imparibus:* quemadmodum Oda 11. lib. 4. *Diſparem vites.* ſed quid multis opus eſt? luce clarius eſt, horum verborum eam, quam ille vult, ſententiam eſſe non poſſe, cùm præſertim verbum *certare* ſatis declaret per impares ſignificari æmulos, & aduerſarios, quibuſcum ei certandum erat, non D puellam, quam amabat. Iam vt dicimus certamen impar, iniquum, & inæquale: ita & aduerſarium imparem, & inæqualem, ſiue intelligamus ſuperiorem, ſiue inferiorem.

VBI HÆC SEVERVS TE PALÀM] poſteaquam te audiente hæc iactaueram ac probaram: abs te dimiſſus, redibam tamen ad illam amore coactus.

IVSSVS ABIRE DOMVM] iuſſus participium à verbo iubeor, quod negat eſſe vſitatum Seruius ad illum locum Æn. 10. *æquore iuſſo,* cùm tamen dixerit M. Tullius in oratione pro Quinctio. *ita iubebare. recuſabat Alphenus.* Ac de hoc verbo quidem, eſto vt lubet: ſed de participio non eſt dubium, quin ſit vſitatum. Virgil. Georg. 4. *huc tu iuſſos aſperge ſapores.* & 3. Æneid.

Iunoni Argiuæ iuſſos adolemus honores. Horatius præter hunc locum, etiam in Oda 6. libr. 3. *Sed iuſſa coram me ſine conſcio Surgit marito, &c.* & Satyr. 2. libr. 1. *neque cunctetur cum eſt iuſſa venire.* carm. ſæculari poſt epod. *Iuſſa pars mutare lareis, & vrbem.* Idem epiſt. 12. ad Iccium: *Stellæ ſponte ſua, iuſſæne vagentur & errent.* Ex quo iniuſſus a. um. idem Od. 16. infrà *Illic iniuſſæ veniunt ad mulctra capellæ.* & Satyra 3. libr. 1. *Vt numquam inducant animum cantare, rogati: Iniuſſi numquam deſiſtant.*

FEREB. INCERTO P. AD NON AM.] tametſi conſtitueram animum obfirmare, ne Inachiam expeterem, néve amarem: ego tamen ad eas ædeis, quæ mihi tam iniquæ, atque inimicæ fuerant, recurrebam: ad ea veſtibula, ſuper quæ iacueram noctcis totas, reuertebar. ſic Tibull. li. 2. eleg. 7. *Iurabit quoties rediturum ad limina numquam? Cum bene iurauit: pes tamen ipſe redit.* & Lucr. lib. 4. *At lacrymans excluſus amator limina ſæpe Floribus, & ſertis operit, poſteiſque ſuperbos Vnguit amaracino, & foribus miſer oſcula figit.* Eſt autem miſerrima amantis condicio, cùm ab ea puella, de qua ſe bene meritum eſſe exiſtimat, & quam ex animo amabat, iniuſte læſus, amandi tamen finem facere non poteſt. tum enim cum odio pugnat amor: quo grauius malum amanti accidere nullum poteſt. id declarat Catull. hoc elegantiſſimo epigr. ad Leſbiam, *Dicebas quondam, ſolum te noſſe Catullum, Leſbia, nec præ me velle tenere Iouem. Dilexi, tum te, non tantùm vt vulgus amicam: Sed, pater vt natos diligit, & generos. Nunc te cognoui. quare & ſi impenſius vror, Multo mi tamen es vilior, & leuior. Qui potis eſt? inquis. quòd amantem iniuria talis Cogat amare magis, ſed bene velle minus.* amare magis autem (vt hoc dicam ὁδῶ πάρεργον) valet magis vri, & μᾶλλον ἐρᾶν, non μᾶλλον φιλεῖν. eiuſdem argumenti eſt etiam hoc in eandem, *Odi & amo. quare id faciam, fortaſſe requiris. Neſcio, ſed fieri ſentio, & excrucior.* eodem pertinet illud Græcorum epigramma quo negat amator verum eſſe, quod vulgo dici ſolet, contumelia amorem diſſolui, quippe qui experiatur, puellæ ſuæ cõtumelia amoris ſui inſaniam magis irritari, atque excitari. ſic habet epigram. Ὕβεις ἔρωτας ἔλυσι μάτην ὁ δὲ μῦθος ἀλάταμ. ὕβεις ἐμὴν ἐρέθει μᾶλλον ἐρωμανίην.

POSTES] foreis, ſeu poſteis, ex quibus conſtant fores, ſeu quæ ſunt in atrio domus. ſuprà Oda 1. lib. 3. *Cur inuidendis poſtibus, & nouo Sublime ritu moliar atrium?* & Virgil. lib. 2. *Ipſe inter primos correpta dura bipenni Limina perrumpit, poſteiſque à cardine vellit.* & Lucret. libr. 4. *poſteiſque ſuperbos Vnguit amaracino.*

LIMINA DVRA, QVIBVS LVMB.] ab hoc loco non abhorret ille Od. 10. lib. 3. *Non hoc ſemper erit liminis, aut aquæ Cæleſtis patiens latus.*

NVNC GLORIAN. QVAMLIB. MVLIERC.] nunc vis dum Inachiæ amore ſolutus, Lyciſcum puerum quauis muliere molliorem perdite amo.

VNDE EXPEDIRA] quo me amore explicare, ac ſoluere non poſſint amici neque libere monendo, ac reprehendendo: neque grauiter, & contumelioſè obiurgando.

LIBERA CONSILIA] infr. Sat. 4. lib. 1. tria proponit, quibus ſua quiſque vitia corrigere poſſit, his verbis, *fortaſſis & iſtinc Largiter abſtulerit longa ætas, liber amicus, Conſilium proprium.*

NEC CONTVMELIÆ GRAVES] quorum? vtrùm etiam amicorum, qui mihi libera conſilia dederunt, an inimicorum, qui de nobis ſæpe melius merentur contumelioſè nos inſectando, quàm blandi amici?

SED ALIVS ARDOR, &c.] alius amor. Lucret. lib. 4. non minimum hoc eſſe oſtendit è remedijs amoris, *aliò conuertere mentem: Et iacere humorem collectum in corpora quæque, Nec retinere ſemel conceptum vnius amore, Et ſeruare ſibi curam, certúmque dolorem. Vlcus enim viueſcit, & inueteraſcit alendo, Inque dies gliſcit furor, atque ærumna graueſcit, Si non prima nouis conturbes vulnera plagis, Volgiuagáque vagus Venere ante recentia cures.* M. Tull. lib. 4. quæſt. Tuſcul. *Etiam nouo quodam amore veterem amorem, tanquam clauum clauo eijciendum putant.* Pauſan. in Ach. (vt ſuprà diximus) tradit, aquam Selemni flu. mederi animis amore ſaucijs.

PVELLÆ CANDIDÆ] Sat. 2. lib. 1. *Candida, rectáque ſit.*

TERETIS] proceri: vel membris teretibus, ſolidis, & politis. Od. 4. lib. 2. *tereteiſque ſuras.*

LONGAM RENOD. COM.] religantis: in nodum colligentis. alebant enim comam formoſi, & impudici pueri, vt annot. ſup. ad Odam 10. lib. 4.

TVRNEBVS.

EX aduerſar. lib. 14. cap. 20. Cùm Horat. ſcribit,

— Ingrata ventis diuidat

Fomenta, vulnus nil malum leuantia, puto eum intelligere amoris curas & ſolicitudines anxias, & ſuſpiria & lacrymas & querelas & obſequia erga amicam, & cogitationes & moleſtias, quas animo fouebat, quas ſi virili quadam ita in præcordijs æſtuante dimiſerit, præſertim ingratas nec vulnus amoris ſedantes aut leuantes, cùm eis nihil proficiat, nec amica potiatur,

Deſinet, inquit, *imparibus certare ſummotus pudor,* me inquit paulò inuerecundiùs geram, nec ita pudenter ſummittam amicæ, ſed eam aſpernabor deſinámque ſectari imparem neque redamantem. Impares enim in amore appellantur, cùm mutuò non amatur, ſed alteri amanti alter vicem non reddit, neque animum mutuum: contrà, cùm mutuò inter ſe pariter amant, pares dicuntur Horat. infrà Od. 15.

Et quæres iratus parem. Iterum, lib. 1. Od. 33.

— Cui placet impares

Formas at animos ſub iuga ahenea

Sæuo mittere cum ioco. Atque hic locus planè & apertè oſtendit vnde pares & impares dicantur.

cantur. Nam cùm ad aratrum iungi parium virium pariſque magnitudinis iumenta armentáque debeant ſolum vertenti, euenit vt cùm ſub iugum imparia mittuntur animalia, ſulcus rectus non ducatur, & ab altero iumento alterum opprimatur, aratióque inæqualis ſit. A

Od. 12.

ARGVMENTVM.

In anum fœdam, ac fœtidam, quæ ſe ab eo ſubigi cupiebat.

QVid tibi vis mulier nigris digniſſima barris?
Munera cur mihi, quídve tabellas
Mittis nec firmo iuueni, neque naris obeſæ?
Namque ſagacius vnus odoror,
Polypus, an grauis hirſutis cubet hircus in alis:
Quàm canis acer, vbi lateat ſus.
Quis ſudor vietis, & quàm malus vndique membris
Creſcit odor, cùm pene ſoluto
Indomitam properat rabiem ſedare: nec illi
Iam manet humida creta, colórque
Stercore fucatus crocodili: iàmque ſubando
Tenta, cubilia, tectáque rumpit,
Vel meà cum ſæuis agitat faſtidia verbis!
Inachia langues minus, ac me.
Inachiam ter nocte potes, mihi ſemper ad vnum
Mollis opus. pereat malè, quæ te
Leſbia quærenti taurum, monſtrauit inertem,
Cùm mihi Cous adeſſet Amyntas:
Cuius in indomito conſtantior inguine neruus,
Quàm noua collibus arbor inhæret:
Muricibus Tyrijs iteratæ vellera lanæ,
Cui properabantur? tibi nempe:
Ne foret æqualeis inter conuiua, magis quem
Diligeret mulier ſua quàm te.
O ego non felix, quam tu fugis, vt pauet acreis
Agna lupos, capreæq; leones.

QVID TIBI VIS] etiam hanc odam in Gratidiam ſcriptam eſſe volunt veteres.

NIGRIS DIGNISSIMA BARRIS] valentiſſimis ac metulantiſſimis amatoribus digniſſima: vel propriè & litteratè, elephantis, immanibus belluis digna, non viris. nonnulli exiſtimant ſignificari nefarium concubitum, id eſt, auerſum. in cod. Faër. neque vſquam alibi, ſi bene B memini, ſcriptum eſt *longu dign. barr.* Turnebus putat etiam dici poſſe, per Barros hîc non elephantos, ſeu Barrum illum, qui deformis, & niger erat, ſignificari: de quo Horat. Satyr. 4. libr. 1. *Nónne vides, Albi vt male viuat filius, vtque Barrus inops? &c.* & 6. eiuſd. lib. *vt ſi quis ægrotet quo morbo Barrus, &c.* & 7. eiuſd. *Siſennas, Barros vt equis præcurreret albis.*

MVNERA CVR MIHI, QVIDVE.] malim ſic potiùs legi: *munera cur mihi, curùe tabellas Mittis, &c. vel*, vt Canterus, *Munera quid mihi, quídue tab. &c.*

TABELLAS] litteras, epiſtolas.

NEC FIRMO.] non admodum ſtrenuo in C certamine Venereo.

NEQVE MARIS OBESÆ] ſic habent omnes ferè ver. cod. non *nec naris*. ſignificat, hanc mulierem eſſe immũdam ac fœtidam: quod cùm ita ſit, ſibi illius immunditiem, ac fœtorem virulentum placere non poſſe, vtpote qui ſit ſagaciſſimus, ac naris acutiſſimæ, atque emunctiſſimæ. Nam naris acutæ homines, ſunt ſagaciores, citiúſque ac melius odorantur, quàm qui narem habent obeſam atque obtuſam. ex quo *naris acutæ* homo pro eo, qui acuto ingenio eſt: *naris obtuſæ*, pro pingui, & ſtupido vſurpatur. Saty. 3. lib. 1. *minus aptus acutis Naribus horum hominum.*

NAMQVE SAGACIVS] Cic. ad Attic. lib. 6. *Illud præterea μυστικώτερον ad te ſcribam: tu* D *ſagacius odorabere.*

POLYPVS] polypus narium morbus, *caruncula eſt* inquit Corn. Celſus lib. 6. cap. 8.) *modo alba, modò ſubrubra, quæ narium oſſi inhæret, & modò ad labra pendens narem implet, modò retrò per id foramen, quo ſpiritus à naribus ad fauceis deſcendit, adeò increſcit, vt à poſt vuam conſpici poßit: ſtrangulátque hominem, maximè Auſtro, aut Euro flante: feréque mollis eſt, rarò dura.*

AN GRAVIS HIRS. CVB. HIRC. IN] an inſit fœtor ille tæter in alis. Catullus ad Varronem, *Si cui, Varro, homini ſacer alarum obſtitit hircus.* idem in Rufum, caprum appellat. *Lædit te quædam mala fabula, qua tibi fertur Valle ſub alarum trux habitare caper. Hunc metuant omnes: neque mirum. nam mala valde eſt Beſtia, &c.* ibidem *naſorum peſtem* dicit. Horat. ad Torquat. lib. 1. epiſt. *capram*

Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ. vbi tamen quidam per capras, meretrices ſignificari putant. Ad huiuſmodi antem alarum, & totius corporis odorem tollendum, mirum in modum valet cinaræ radix ſiue decocta cum vino, bibatur: ſiue ex ea factum emplaſtrum, partibus corporis huic odori opportunis, admoueatur.

Qvis svnor, &c.] loquitur iam ſecum de hac anu cum quadam exclamatione, in tertia perſona.

Vietis] marcidis, languidis, tempore corruptis, & imminutis. Vietum dictum à viendo, quod eſt vincire, vt docet Varro lib. 4. de lingua Lat. M. Tull. de diuinat. lib. 2. *confecturi aliquo morbo, bonum exile & exiguum, & vietum cor fuiſſe.* Idem in Catone maiore, *ſed tamen neceſſe fuit eſſe aliquod extremum, & tanquam in arborum bacis, terræque frugibus, maturitate tempeſtiua quaſi vietum, & caducum.* Iam cùm tertia huius nominis ſyllaba longa ſit, vt apud Lucret. lib. 3. *Nec ſupra caput eiuſdem cecidiſſe vietam Veſtem*, dicendum eſt duarum vocalium ι & ε fieri συναίρεσιν, vt apud eundem Lucret. eodem lib. *ſeorſum* eſt diſſyllabum. *At neque ſeorſum oculi, neque nares, nec manus ipſa Eſſe poteſt anima, &c.* qua de re plura aliàs.

Et qvàm malvs vndiqve m. cr. o.] Ad hunc locum illuſtrandum valde mihi conferre videntur illa Plautina, Moſtell. *quia ecaſtor, mulier rectè olet, vbi nihil olet. Nam iſtas veteres, quæ ſe vnguentis vnctitant, interpoles. Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occulunt: Vbi ſeſe ſudor cum vnguentis conſociauit, illico iiſdem olent, quaſi cùm vnà multa iura confundit coquus: Quid oleant, neſcias: niſi id vnum, male olere intelligas.*

Pene solvto] pene meo à me depromto, nudato, & expedito: & ita accipiendum eſt verbum λύειν in Græco illo oraculo, quod Ægeo ab Apolline editum refert Plutarchus. Ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα πόδα μέγα φέρτατε λαῶν Μὴ λύσῃς πρὶν δῆμον Ἀθηναίων ἀφικέσθαι. nec illud Virgil. multum diſſimile eſt lib. 3. Georg. *Solue mares, mitte in Venerem.* alij pene meo languente. alij *pene ſoluto* interpretantur re tranſacta. quod non placet penem antiqui caudam vocabant, inquit Feſt.

Indomitam rabiem] libidinem effrenatam, & rabioſam.

Properat] hæc anus. alij legunt *properas*: quos ego neque ſequor, neque refello ſcripturam quam in omnibus codicibus reperi, tueor, ac retineo. Iam, hoc totum, *Indomitam properat rabiem ſedare* vno verbo, aut certè duobus expreſſit Lucret. lib. 4. *ſubat, ardet*: quem locum mox proferemus.

Illi] anui. quidam volunt legi *illis*, vt ſubaudiatur membris. ſed reclamant omnes codices. volunt autem iidem legi hæc omnia in ſecunda perſona *properas, rumpis, agitas*, quæ ſcriptura mihi placeret, ſi eam vetus aliquis codex comprobaret.

Creta] ad candefaciendum, qualem vim A habet & ceruſſa. Mart. lib. 6. *Pſilothro nitet, aut acida latet oblita creta.*

Sterc. fvc. crocod.] Paulus Ægineta ſcribit, crocodili terreſtris fimum, porriginem, & furfures abſtergère, his verbis, ἡ δὲ τῶν χερσαίων κροκοδείλων κόπροι ἀλφοὺς ἀποῤῥύπτει. Sola autem Lybia terreſtreis crocodilos alit, vt ſcribit Pauſan. Corinth. duorum ferè magnitudine cubitorum. Iam verò è crocodili ſtercore, ſeu fimo, fucum fieri declarat & Clemens Alexand. his verbis, in mulieres ſuæ ætatis inuehens, Κροκοδείλων ἀποπάτοις χρώμεναι, καὶ σηπεδόνων ἀφροῖς ἐγχριόμεναι, καὶ τοῖς ὀφρύσι τὴν ἀσβόλην ἀναματτόμεναι, καὶ ψιμμυθίῳ τὰς παρειὰς ἐντριβόμεναι. id eſt, Crocodilorum ſtercoribus B vtentes, & ſpumis rerum putrium ſeſe vngentes, & ſupercilia fuligine denigrantes, & ceruſſa malas candefacientes.

Svbanno] clunibus agitando, libidinéque ardendo. Feſtus: *quidam autem ſuillum genus ſecreto Veneri immiſſum eſſe prodiderunt, quia immundiſſimi ſunt ſues ex omni manſueto pecore, & ardentiſſimæ libidinis, ita vt opprobrium mulieribus inde tractum ſit, eùm ſubare, & ſubire dicuntur.* Lucret. lib. 4. *Nec ratione alia volucres, armenta, feræque, Et pecudes, & equæ maribus ſubſidere poſſent, Si non, ipſa quòd illorum ſubat, ardet abundans Natura, & Venerem ſalientum læta retractat.* Καπριᾷν dicunt Græci: quod tamen verbum propriè locum habet in apris, & ſuibus. dicunt & Ταυριᾷν: quod tractum eſt à C vaccis taurum appetentibus.

Tenta] penem. Catull. ad Gell. *Neſcio quid certè eſt. an vere fama ſuſurrat, Grandia te medij tenta vorare viri?* Itaque nomen *tenta*, diſtinctionis nota ſeparo à voce ſequente.

Vel mea cùm]. diſiunctio *vel* pertinet ad alterum *cum*, quod antecedit ſuprà, *cum pene ſoluto Indomitam properat, &c.* id eſt, vel cùm hæc anus verbis iracundis atque aſperis faſtidia mea exagitat.

Inach. lang. min. ac me] verba vetulæ ad Horatium. minùs langues Inachiæ complexu, quàm meo: minùs remiſſus, aut ignauus es cùm Inachia, quàm mecum.

Inac. ter nocte potes] honeſtè D & pudenter verbum turpe tacuit. quale eſt illud Terentianum Eunuch. *Ego illum Eunuchum, ſi ſit opus, vel ſobrius.* & Virg. Palæm. *Nouimus & qui te, tranſuerſa tuentibus hircis: Et quo, ſed faciles nymphæ riſere, ſacello.*

Mollis] languidus, enetuatus.

Opvs] Venereum.

Pereat malè, qvæ te Lesb.] ordo eſt, pereat malè Leſbia, lena, quæ mihi robuſtum aliquem, boniſque lateribus iuuenem quærenti, quæ mihi commonſtrauit ignauum, inualidum, atque ad Venerem ineptum.

Qværenti tavrvm] validum, firmúmque iuuenem. Od. 5. libr. 2. *nec tauri ruentis in Venerem, tolerare pondus.* taurus ſignificat etiam

etiam membrum viri obſcœnum. ex quo verbum Græcum ταυρουῶ, quod dicitur de muliere libine ardente & marem concupiſcente, vt modò dixi: & ἀταύρωτος puella, id eſt, intacta & incorrupta. A

MVRICIBVS TYRIIS ITERATÆ] bis tinctæ, διβάφοις vide ſup. Od. 7. lib. 1. Optima autem habebatur purpura Tyria. Virgil. Georg. 3. *Tyrio conſpectus in oſtro*. Idem 4. Æneid. *Tyrióque ardebat murice lana Demiſſa ex humeris*. Horat. Sat. 4. lib. 2. *Et Tyrias dare circum illota toralia veſtes*. epiſt. 10. libr. 1. *Non qui Sidonio contendere callidus oſtro Neſcit Aquinatem, &c.* Nequis autem incautior fallatur, *iteratæ lanæ*, numeri ſingularis eſt, patrij caſus.

B

CVI PROPERABANTVR?] cui magna cum celeritate texebantur, vel ſarciebantur? vide annot. ad Od. 7. lib. 2.

NE FOR. ÆQV. INTER] vt omnium æqualium tuorum dici poſſes fortunatiſſimus, & puellæ, ſeu amicæ tuæ cariſſimus.

MVLIER SVA] amica ſua.

O EGO NON FELIX] ſic habent noſtri libri veteres. alij tamen ſe in ſuis reperiſſe dicunt, *O ego infelix*. Et verò ita profert hunc verſum Cariſius lib. 2. inſtitutionum grammaticarum his verbis, *quia nemo dicit, ò ego, niſi exclamatio ſit, vt apud Horatium, O ego infelix, quem tu fugis, &c.*]

VT PAV. ACR. AGNA LVP.] ſic Theocrit. in Cyclope, φεύγεις δ' ὥσπερ ὄϊς πολιὸν λύκον ἀθρήσασα, id eſt, fugis autem, vt ouis, quæ lupum canum vidit Ouid. lib. 1. de arte, *Vtque fugit viſos agna nouella lupos*. vide ſuprà ad Od. 4. huius lib. in princ. C

CAPR. QVE LEON.] Homerus Ἰλιάδ. λ. Οἵ σε περιέχθοσι λέονθ' ὡς μηκάδες αἶγες, id eſt, qui te horrent, vt leonem capræ.

TVRNEBVS.

EX aduerſar. libr. 14. cap. 20. Non longè hinc

Quid tibi vis mulier nigris digniſſima Barris?

de anu deformiſſima dicitur & turpiſſima, fœdiſſimíſque & nigerrimis digna amatoribus, quales erant Romæ Barri: D

Siſennas, inquit Horatius, lib. 1. Satyr. 7. *Barros vt equis præcurreret albis*: & lib. 1. Satyr. 4.

Barrus inops magnum documentum. Nam non perinde placet de elephanto, qui & Barrus latinè dicitur, intelligi: quod ſi placet, tot enim interpretum conſenſum veteri decet, cùm elephas animal ſit inconditum, incompoſitum, informis molis, turpiſſimum, & deformiſſimum ſpectaculum, dignam tali deformitate amatoris intelligemus. Ait Horatius,

—nec naris obeſa. qui enim naſi ſunt acutioris, meliùs odorari, & ſagaciores intelligentioréſque cenſebantur: vt alio apud Flaccum loco, *acutis*

Naribus horum hominum videri poſſit. Erat autem mulier fœtidiſſima & hircoſa: contrà, qui naris obeſæ, deteriùs olfacere, tardiores minúſque intelligentes eſſe putabantur. Tradunt enim iſta mutuas operas, & inuicem lucem, alterum alteri fœnerat. Non fuit magni negotij iſta ſic explicare: ſed tamen minùs ingenioſis moleſtiam fortaſſis exhiberent. eorum autem potiſſimum rationem noſtris, vt ita dicam, comitijs habemus.

AD AMICOS.

Od. 13.

ARGVMENTVM.

Hiemem hilariter & iucundè eſſe traducendam.

*HOrrida tempeſtas cælum contraxit: & * imbres,*
Niuéſque deducunt Iouem,
Nunc mare, nunc ſiluæ
Threïcio Aquilone ſonant. rapiamus amici
Occaſionem de die:
Dúmque virent genua,
Et decet, obducta ſoluatur frõte ſenectus,
Tu vina Torquato moue
Conſule preſſa meo.
** Cetera mitte loqui. Deus hæc fortaſſe benigna*
Reducet in ſedem vice:
*Nunc & * Achemania*
Perfundi nardo iuuat: & fide Cyllenéa
Leuare diris pectora
Sollicitudinibus:
*Nobilis vt grandi cecinit * Centaurus alumno,*
Inuicte mortalis dea
Nate puer Thetide,
*Te manet * Aſſarici tellus: quam frigida parui*
Findunt Scamandri flumina,
Lubricus & Simois.
Vnde tibi reditum certo ſubtemine Parcæ
Rupere: nec mater domum
Cærula te reuehet.

Illic omne malum vino, cantúque leuato, A
Deformis ægrimoniæ
*Dulcibus * alloquijs.*

Horrida tempestas cælvm] deſcriptio turbulentæ & ſpurcę tempeſtatis, qualis eſt illa apud Homer. ὀδ. ε. Ὣς εἰπὼν σύναγεν νεφέλας, ἐτάραξε δὲ πόντον Χερσὶ τρίαιναν ἑλὼν· πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας Παντοίων ἀνέμων, σὺν δὲ νεφέεσσι κάλυψε Γαῖαν ὁμοῦ, καὶ πόντον· ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νύξ. id eſt, Sic locutus nubeis contraxit, & conduxit vnum in locum, mare autem conturbauit, tridente in manus ſumto, omneis porrò variorum ventorum procellas excitauit, totámque terram ſimul & mare nubibus cooperuit nox denique è cælo terræ incubuit. Sed B propius ad Horatianam accedit illa Anacreontis, Μεὶς μὲν δὴ Ποσιδηϊὼν ἕστηκε· Νεφέλαι δ' ὕδατι βαρύνονται· Ἄγριοι δὲ χειμῶνες παταγοῦσιν, id eſt, menſis autem Nouember inſtat. nubes aqua grauidæ ſunt: feræ tempeſtates perſonant & percrepant. adde & illam Archilochi, Γλαῦκ' ὅρα· βαθὺς γὰρ ἤδη κύμασι ταράσσεται πόντος· ἀμφὶ δ' ἄκρα γυρέων ὀρθὸν ἵσταται νέφος. id eſt, Glauce vide. Profundum enim iam fluctibus turbatur mare: circum ſumma autem tecta, in orbem acta ſtat nubes.

Et imbres, Nivesqve dedvcvnt Iovem.] ita cælum eſt nubilum, niuibúſque, atque imbribus obſcurum, & turbu- C lentum, vt videatur Iupiter in terram, ſeu in nubeis potiùs deſcendere cælum enim (inquit Euripides) imbribus refertum in terram decidere cupit. ſic Euripid. ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πληρούμενος ὄμβρου Πεσεῖν εἰς γαῖαν Ἀφροδίτης ὕπο. Fuit autem veterũ opinio, quam ſecuti ſunt poëtæ, Iouem in nubeis deſcendere, cum pluere, tonare, fulgurare cogitat. Lucret. lib. 6. *An ſimul ac nubes ſucceſſere, ipſe in eas tum Deſcendit, prope vt hinc teli determinet ictum?* Virg. lib. 2. Georg. *Ipſe pater media nimborum in nocte, coruſca Fulmina molitur dextra.* idem ibidem, *Tum pater omnipotens fæcundis imbribus æther Coniugis in gremium lætæ deſcendit.* Idem in Melib. *Iupiter & læto deſcendet plurimus imbri.* Hom. ἰλ. λ. τότε δή ῥα πατὴρ ἀνδρῶν τε, θεῶν τε D Ἴδης ἐν κορυφῇσι καθέζετο πιδηέσσης Οὐρανόθεν καταβάς. ἔχε δὲ στεροπὴν μετὰ χερσίν. Ἶριν δ' ὤτρυνε χρυσόπτερον ἀγγελέουσαν, id eſt, Tunc autem pater hominum & deorum in Idæ montis fontibus circumfluentis verticibus ſedebat cùm è cælo deſcendiſſet. habebat autem fulgur in manibus. Irin porrò aureis alis præditam properare iuſſit nuntiaturam, &c. [Petronius Arbiter, *Sanguineóque recens deſcendit Iupiter imbre.*

Silüæ] diæreſis, vt Od. 23. lib. 1. *non ſine vano Aurarum, & ſilüæ metu.*

Threïcio] Thracio. vt ſup. Od. 24. libr. 1. *Threïcio blandius Orpheo.* quòd Aquilonem Thracium appellat, de eo lege annot. ad Od. 25. libr. 1.

Rapiamvs amici Occasionem de die] arripiamus (inquit) ex hoc die occaſionem hilariter viuendi. eſt autem vſus verbo ad rem aptiſſimo, quemadmodum Ennius, *viue Vlyſſes, dum licet, Oculis poſtremum lumen radiatum rape. Non dixit cape, non pete* (inquit M. Tull. de oratore 3.) *haberet enim moram ſperantis diutius eſſe ſeſe victurum: ſed rape. hoc verbum eſt ad id aptatum, quod ante dixerat, Dum licet.* ſic ſuprà Od. 8. lib. 3. *Dona præſentis rape lætus horæ.*

Dvmqve virent genva] hac de re ſup. diximus ad Od. 9. lib. 1. & 13. lib. 4. ſed mihi videtur Horatius hoc loco. Theognidem exprimere voluiſſe: qui poſt illa, quæ dixit de homine iam mortuo, ac ſepulto, nulla eum amplius re delectari, nulla poſtea voluptate potiri, addit Ταῦτ' ἐσορῶν κραδίην εὖ πείσομαι, ὄφρα τ' ἐλαφρὰ Γούνατα, καὶ κεφαλὴν ἀτρεμέως προφέρω, id eſt, *Hæc cernens viuam iucunde, dum mihi membra ſana virent, & dum ſtat caput intrepidum.* veteres autem per genuum viriditatem, vireis corporis integras ſignificant, vt apud Homerum, Agamemnon optat Neſtori, vt quali eſt animo, talibus ſic & genibus. ſic Hom. ἰλ. δ. Ὦ γέρον, εἴθ', ὡς θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισιν, Ὥς τοι γούναθ' ἕποιτο, βίη δέ τοι ἔμπεδος εἴη, id eſt, ô ſenex, vtinam, qualis tibi animus eſt, talia eſſent & genua, vireſque firmæ & ſtabiles. & Theocr. Κυνίσκας ἔρωτι. vltimo verſu ποιεῖν τι δεῖ ἕως γόνυ χλωρόν, id eſt, faciendum aliquid eis es, quibus viride eſt genu. Iterum Hom. ἰλ ι. εἰσόκ' ἀϋτμὴ Ἐν στήθεσσι μένῃ, καί μοι φίλα γούνατ' ὀρώρῃ, id eſt, donec ſpiritus in præcordijs maneat, & mihi cara genua ſurſum moueantur, & ſurgant. idem ἰλ. ν. Ἄρρηκτόν τ', ἄλυτόν τε, τὸ πολλῶν γούνατ' ἔλυσεν, id eſt, belli vinculum irruptum & inſolubile, quod multorum genua ſoluit? id eſt, quod multis exitio fuit, ſeu interitum attulit. eodem pertinent illa apud eundem ſæpe repetita Ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται, id eſt, At verò hæc in deorum genibus ſita ſunt.

Et decet] dum fert ætas. Horat. inf. epiſt. ad Iul. Florum lib. 2. epiſtol. verſu vltimo, *laſciua decentius ætas.* Tibull. eleg. 1. li. 1. *Iam ſubrepet iners ætas, nec amare decebit, &c.*

Obd. solv. fr. senect.] ſenectus hoc loco fortaſſe non ætatem, ſed ætatis vitium triſtitiámque ac ſeueritatem ſenilem ſignificat, vt & ſenium. M. Tull. pro Milone, *tota ciuitas confecta ſenio eſt.* Statius in Sinephœbis, *tibi ego Antipho has fero, inquit, ſenium eſt cùm audio.* hoc igitur dicit, explicetur, ſeu exporrigatur frons: obducta, id eſt, contracta, & corrugata.

Tv vina Torqv. move, &c.] Suprà Od. 21. lib. 3. *moueri digna bono die.* moue igitur, loco ſcilicet: profer ex cella, ſeu apotheca.

Torqvato meo] Horatius natus eſt L. Manlio Torquato, & M. Aurelio Cotta Conſulibus, vt ſuprà ea Ode, quam modò diximus. notabantur autem cadi Coſs. nominibus. ita enim tempus ſignificabatur. ex quo more illa

nata

nata ſunt, *optima nota, de meliore nota, & interiore nota* Od. 3. lib. 2. *Interiore nota Falerni.* A

P R E S S A] calcata. vt ſuprà Od. 12. lib. 4. *Sed preſſum Calibus ducere Liberum ſi geſtis.* aliter Od. 29. lib. 3. *Preſſa tuis balanus capillis.*

M I T T E] omitte. vt epiſt. ad Torquatum. *Mitte leueis ſpes, & certamina diuitiarum.*

R E D V C E T] reſtituet, Priſc. legit. *reddicet.*

V I C E] viciſſitudine. Od. 4. libr. 1. *Soluitur acris hiems grata vice veris, & Fauoni.* aliter ſup. Od. 14. lib. 4. *plus vice ſimplici.*

A C H Æ M E N. P E R F. N A R D O] Perſico vel Aſſyrio vnguento nardino, vt ſup. Od. 11. lib. 2. *Aſſyriáque nardo Potamus vncti?* & Od. 7. eiuſd. libr. *nitentes Malobathro Syrio capillos.* ſic Anacr. Εμοὶ μέλει μύροισι Καταβρέχειν ὑπήνην. nardus B Achæmenia ab Achæmene Perſarum, & Aſſyriorum Rege. Od. 1. lib. 3. *Achæmeniúmque coſtum.* & Od. 12. lib. 2. *quæ tenuit diues Achæmenes.*

F I D E C Y L L E N Ê A] lyra Mercuriali, à Mercurio inuenta, vel conformata.

L E V A R E D I R I S P E C T. S O L L I C I T V D.] eoris animos leuare. ſuprà Od. 11. lib. 4. *minuentur atræ Carmine curæ.* & Od. 32. lib. 1. ad Barbytum. *ô laborum Dulce lenimen.* & hac Od. inf. *Illic omne malum vino, cantúque leuato.*

N O B I L I S V T G R A N D I C E C.] Chironem ſignificat cuius pater Saturnus, mater Philyra, vxor Chariclo, de quo ſic Apollon. lib. 1. Argon. Ἐνθ᾽ ἵνα δὴ Χείρωνα τεκέσθαι ἄλλα μὲν ἵππῳ, ἄλλα θεῷ ἀτάλαντον ἀμοιβαίῃ τέκεν εὐνῇ, id eſt, Vbi Chironem ingentem partim C equo, partim Deo ſimilem lecto alterno peperit: fuit autem hic Chiron præſtantiſſimus doctor ac magiſter, ſiquidem et Deus vnus Æſculapius, & duo clariſſimi Heroes, Iaſon, & Achilles traditi ſunt educandi, & inſtituendi. Atque Æſculapium quidem medicinam docuit, vt teſtatur Pindarus εἰδ. γ. πυθ. καί ῥά μιν (Æſculapium) Μάγνητι φέρων πόρε Κενταύρῳ διδάξαι πολυπήμονας ἀνθρώποισι ἰᾶσθαι νόσους. Iaſon autem ait apud eundem Pindarum εἰδ. δ. πυθ. ſe à parentibus ſuis Chironi traditum eſſe educandum, his verbis, Κρονίδα δὲ τράφεν Χείρωνι δῶκαν quod item confirmat Heſiodus in Theogonia, Αἴσων ὃς τέκεθ᾽ υἱὸν Ἰάσονα ποιμένα λαῶν, Ὃν Χείρων θρέψατ ἐνὶ Πηλίῳ ὑλήεντι. Achillem præterea (quemadmodum hic declarat Horatius) erudijt D eique præcepit in primis, vt pietatem in Deos, & in parenteis coleret: quod prodidit Pindarus εἰδ. ἕκτῳ. Πυθ. τάν ποτ᾽ ἐν οὔρεσι φαντὶ μεγαλοσθενεῖ Φιλύρας υἱὸν ὀρφανιζομένῳ Πηλείδᾳ παραινεῖν, μάλιστα μὲν Κρονίδαν βαρυόπαν στεροπᾶν κεραυνῶν τε πρύτανιν θεῶν σέβεσθαι· ταύτας δὲ μήποτε τιμᾶς ἀμείρειν γονέων βίον πεπρωμένον, id eſt, hanc præceptionem, ſeu monitionem quondam aiunt in montibus Philyræ filium magnis viribus prædito Achilli parentibus orbato dediſſe, maximè quidem deorum Saturnium grauiſonum fulgurum, & fulminum moderatorem colere & venerari, hoc verò honore numquam parentum vitam fatis datam priuare. idem Pind. de Achill. εἰδ. γ. Νεμ. ξανθὸς δ᾽ Ἀχιλλεὺς τὰ μὲν μένων Φιλύρας ἐν δόμοις παῖς ἐὼν ἄθυρε μεγάλα ἔργα χερσὶ θαμινὰ βραχυσίδαρον ἄκοντα πάλλων, μάχᾳ λεόντεσσιν ἀγροτέροις ἔπρασσεν φόνον, κάπρους τ᾽ ἔναιρε, &c. id eſt, flauus autem Achilles in domo Philyræ, & Chironis habitans, puer cùm eſſet, ludos ſerios ludebat, crebrò manibus telum mucrone ferreo celerrimum iaciens, leonibus immanibus cædem pugna inferebat, aprôſque interficiebat, &c.

G R A N D I] non ætate, ſed genere, animo, indole, & ſpe rerum gerendarum.

A L V M N O] Achilli, quem aluit, atque erudijt. alumnus ſemper eum ſignificat, qui alitur, quæuis amicus quidam meus aliter ſentiat. epiſt. 4. lib. 1. *Quid voueat dulci nutricula maius alumno, &c.* innumerabilia ſunt alia ex bonis ſcriptoribus exempla.

M O R T A L I S D E A] ineſt antitheſis in his duobus nominibus.

N A T E P V E R T H E T I D E] vbique Homerus Achillem Thetidis filium facit: & item Pindarus. alij autem, (vt tradit interpres Apollonij lib. 1. Argon.) à Philomila quadam natum eſſe volunt. Catullus in pulcherrimo illo, & elegantiſſimo carmine de Pelei, & Thetidis nuptijs, ab Homero, & Pindaro diſſentiens, ſcribit Thetidem ſibi turpe eſſe non duxiſſe Peleo mortali nubere. Nam apud Homerum ἰλ. σ. Thetis in maxima ſuarum miſeriarum parte numerat, quòd ipſa immortalis, mortalis lectum & complexum ſubire coacta ſit. his enim verbis de Ioue queritur, Ἥφαιστ᾽ ἦ ἄρα δή τις, ὅσαι θεαί εἰσ᾽ ἐν Ὀλύμπῳ, Τόσσα δ᾽ ἐνὶ φρεσὶν ᾗσιν ἀνέσχετο κήδεα λυγρὰ, Ὅσσ᾽ ἐμοὶ ἐκ πασέων Κρονίδης Ζεὺς ἄλγε᾽ ἔδωκεν; &c. deinde paullò poſt, καὶ ἔτλην ἀνέρος εὐνὴν Πολλὰ μάλ᾽ οὐκ ἐθέλουσα. Pindarus autem in Nem. carm. 4. perſpicuè ſignificat, Thetidem, cùm eam Iopiter in matrimoniũ Peleo collocare vellet, ſeſe in ignem, leonem, atque alias formas, Protei in morem, vertiſſe: Peleum verò his omnibus repreſſis ac ſuperatis, eius nuptias expugnaſſe. Verba Pindari ſunt hæc de Peleo, Πῦρ δὲ παγκρατὲς, θρασυμαχάν τε λεόντων ὄνυχας ὀξυτάτους, ἀκμὰν τε δεινοτάτων χάσαις ὀδόντων, ἔγαμεν ὑψιθρόνων μίαν Νηρεΐδων, id eſt, Peleus autem, cùm ignem omnia ſuperantem, & audacium leonum acutiſſimos vngueis, aciémq; horribilium dentium cohibuiſſet, vnam ex Nereidibus vxorem duxit. Idem Iſthm. εἰδ. η. narrat, Iouem, & Neptunum Thetidis amore mirum in modum flagraſſe, déque eius nuptijs diu inter ſe contendiſſe: ſed Themin, ne has nuptias ita cupidè expeterent, diſſuaſiſſe, quia à Parcis conſtitutum, & prædictum eſſet, eum, qui ex Thetide naſceretur, patre meliorem ac præſtātiorem futurum, telúmque Iouis fulmine potentius, miſſurum, ſi Iupiter eam deduceret vxorem aut Neptuni tridente, ſi Neptuno Thetis nube-

ret. Verba Pindari ſunt hæc, Εἶπε δ' εὔβουλος ἐν μέσοισι θέμις εἵνεκεν πεπρωμένον ἦν φέρτερον γόνον ἄνακτα πατρὸς τεκεῖν ποντίαν θεόν, ὃς κεραυνοῦ τε κρέσσον ἄλλο βέλος διώξει χερί, τριόδοντός τ' ἀμαιμακέτου Διῒ μισγομέναν, ἢ Διὸς παρ' ἀδελφεοῖσιν. cum Pindaro congruit & Apollonius lib. 4. Argon. Ἔμπης δ' οὐ μεθίησιν ὀπιπεύων ἀέκουσαν, Εἰσότε οἱ πρέσβειρα θέμις κατέλεξεν ἅπαντα, Ὡς δή τοι πέπρωται ἀμείνονα πατρὸς ἑοῖο Παῖδα τεκεῖν, id eſt, verumtamen non intermittebat eam inuitam obſeruare, donec veneranda Themis ei omnia expoſuit, nempe fatale eſſe, filium, qui ex ea naſceretur, patre ſuo meliorem futurum. Homeri interpretes tradunt ἰλ. α. Iouem Thetidem vſque ad Caucaſum montem eſſe perſecutum, ſtuprúmque ei per vim inferre conatum, verùm à Prometheo, ne id faceret, eſſe deterritum.

Te manet] tibi debetur, tibi parata eſt. vide ſuprà annot. ad Oden 18. lib. 1.

Assaraci tellvs] ſic Virg. Æneid. 1. Aſſaraci domum eos, qui à Troianis orti ſunt, appellat. *veniet luſtris labentibus ætas, Cùm domus Aſſaraci Phthiam, clarâſque Mycenas Seruitio premet.* Aſſaraci autem, & duorum eius fratrum Ili Ganymedis pater fuit Tros, Trois Erichthonius, Erichthonij Dardanus, Dardani Iupiter: Aſſaraci filius Capys Anchyſæ pater. Ili filius Laomedon, Laomedontis Priamus. vide Hom. ἰλ. υ. & Dionyſium Halicarnaſſ. Ῥωμ. ἀρχαιολ. α. Aſſaraci tellurem, Troiam intellige.

Scamandri flvmina] ſic ſuprà Od. 6. lib. 2. *Galeſi flumen.* Scamandrus & Simois Troiæ fluuij. Hom. ἰλ μ. princip. Δῖός τε Σκάμανδρος. Καὶ Σιμόεις, ὅθι πολλὰ βοάγρια, καὶ τρυφάλειαι Κάππεσον ἐν κονίῃσιν, &c. id eſt, diuinúſque Scamander, & Simois, in quos fluuios multa ſcuta, multæ caſſides deciderunt.

Vnde tibi reditvm] Achili fuiſſe fatale ad Troiam mori declarat Hom. ἰλ. α. ſub perſona Thetidis, Αἴθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος, καὶ ἀπήμων Ἧσθαι, ἐπεί νύ τοι αἶσα μίνυνθά περ, οὔτι μάλα δήν. Νῦν δ' ἅμα τ' ὠκύμορος τε, καὶ ὀϊζυρὸς περὶ πάντων Ἔπλεο. id eſt, debebas apud naueis ſine lacrymis & ſine incommodis & malis ſedere: quoniam tibi fatale eſt non diu viuere. Nunc autem ſimul & vitæ breuis, & calamitoſus ſupra mortaleis omneis natus es.

Svbtemine] *ſubtemine* legendum, vt eſt ſcriptum in omnibus codic. manuſcriptis, Vaticanis, & Fact. Iann. Rain. Vrſ. Tornes. Clericano, Nicotianis, Ruſſard. ceteris. non *ſubtegmine.* & item apud Catull. carmine de nupt. Pelei, & Thetid. *Currite ducentes ſubtemina currite fuſi.* eſt autem ſubtemen filum, quod ſtamini ſubtexitur: vel, vt Varro, quod ſubit ſtamini. ex quo loco quidam dicendum putant *ſubſtamen.* ſed errant. Terent. in Heautont. *anus ſubtemen nebat.* vbi vulgò legitur *ſubtegmen.* Tale autem eſt illud Virg. de Lauſo. lib. 10. Æn. *Extremáſque Lauſo Parcæ fila legunt.*

Mater Cærvla] Pindarus ποντίαν θεόν, id eſt, marinam Deam appellat. idem Horat. ſup. Od. 17. lib. 1. Circen vitream, id eſt, marinam, & in aqua habitantem. Nam marinis dijs, glaucus, & cæruleus color tribuitur, vt ſuprà diximus.

Illic omne malvm, &c.] apud Hom. ἰλ. ι. qui ad Achillem, vt illum placarent, miſſi ſunt, offendunt eum in naui, citharæ cantu ægritudinem animi lenientem. ſic Hom. Τὸν δ' εὗρον φρένα τερπόμενον φόρμιγγι λιγείῃ, Καλῇ, δαιδαλέῃ, &c. Heſiodus autem in Theogon. maximum dicit hominibus eſſe ægritudinum, & mærorum ſolatium, ac leuamentum, ſi quis cantor Muſarum famulus ac miniſter, eorum, qui olim vixerint, Deorúmque immortalium laudes cantibus & carminibus ſuis concelebret. verſus Heſiodi poſuimus ad Od. 26. lib. 1. Εἰ γάρ τις καὶ πένθος ἔχων νεοκηδέϊ θυμῷ Ἄζηται κραδίην ἀκαχήμενος, αὐτὰρ ἀοιδὸς Μουσάων θεράπων, &c. & Pind. εἰδ. θ. Νεμ. ſub extr. ἐπ' ἀ[-] ιδαῖς δὲ ἀνὴρ νοσφίζων καί τις κάματον θῆκεν, id eſt, cantibus autem etiam nonnulli laborem ſuum leuiorem reddiderunt. Quin ſenex ille Simulus apud Virgil. in moreto laborem ſuum cantu leuat. *Alternátque vices, modo ruſtica carmina cantat, &c.* Itaque meritò hoc loco Horat. vinum & cantum ægritudinis alloquia, id eſt, ſolatia, καὶ παραμύθια appellat.

Ægrimoniæ] ægritudinis vtitur infrà Od. 17. eodem nomine. *Faſtidioſa triſtis ægrimonia.* Cic. ad Att. lib. 12. *ferrem grauiter, ſi noua ægrimoniæ locus eſſet.*

Deform. ægr. Dvlcib. alloq.] Sic reperi ſcriptum in omnib. cod. manuſc. tum Vatic. tum alijs ſine copulatione & ante vocem *alloquijs.* neque eſt quòd quiſquam de ſcripturæ veritate dubitet. corruperant autem hunc locum ij homines, qui cùm in litt. cæcutiant, videri tamen volunt perſpicaces, atque oculati. hæc igitur verba *dulcibus alloquijs* coniungenda ſunt cum illis, quæ antecedunt, *vino, cantúque*, vt vinum & cantum intelligamus dici ab Horatio ægritudinis alloquia, id eſt, vt Latini loquuntur, ſolatia. Græci enim ſolatium παρηγορίαν, & παραμύθιον nominant, id eſt, verbum de verbo, alloquium. [Valerius Max. lib. 2. cap. 7. *incerta gratulandi prius, an alloquendi officio fungeretur.* Idem lib. 4. cap. 6. *coniuges eorum illuſtris ibi ſanguinis, velut allocuturæ periculoſos viros impetrato à cuſtodibus aditu carcerem intrauerunt, &c.* Atque hunc locum ita eſſe intelligendum vir quidam doctiſſimus profeſſus amicum, & meo me quaſi onere leuare, meáſque parteis agere geſtiens, non ita pridem docuit.

TVRNEBVS.

EX lib. 9. cap. 9. Quod è nubibus fulminum manubias mittere Iuppiter crederetur, ſcripſit Mantuanus poëta,

Ipſe pater media nymborum in nocte coruſca

Fulmina

Fulmina molitur dextra. Itaque quòd tum deſcendere, vt dixi exiſtimaretur ab illa antiqua, & vt ita dicam, calca hominum natione, *καταιβάτης* à Græcis Iupiter ob tonitrum, fulminum & pluuiarum tempeſtates vocabatur, id eſt deſcenſor, quem Elicium Latini dicunt: quo fit, vt & ad eam opinionem cognominationemque Poëtarum Latinorum illa reuocanda ſint, quæ à nobis ſurdis auribus non audiuntur, nominatimque citanda ſunt & ſuis adſcribenda auctoribus, ne quem poſthac fallant, quæ ſobijciam. Maro in Eclog. 7.

Iuppiter & læto deſcendet plurimus imbri.

Ab eadem mente & illud manauit lib. 2. Georg.

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ deſcendit.

Quod tamen ex Euripidis etiam verſibus imitatum & effectum eſt. Horat. quoque in Epodis non alia de cauſa ſcripſit,

- & imbres
Niueſque deducunt Iouem. Nam tùm Iupiter de cœlo deducitur priſcorum ſuperſtitione & ſententia, cùm in imbres deſcendat. Salmoneus quoque ille impius tyrannus opinionis diuinæ & maieſtatis affectator, quadrigis equorum & curribus & lampadum quaſſatione iactúque Iouis fulmen, & tonitru imitabatur: quæ fabula ſpondee teſtimonium eius opioionis antiquorum quam commemoraui.

Ex lib. 26. cap. 36. In Thracia regnaſſe Aquilo dicitur, & in Græciam è Thracia ventus ille mittitur: vnde hoc loco *Threïcio Aquilone ſonant.* Vates autem Græciæ qui è Thracia Aquilonem ferri ſcripſerunt in Græciam, & Threicium Aquilonem appellarunt, imitatores æmulatoréſque Latinos habuerunt: etſi in latium aliunde Aquilo venit.

Ex eodem libr. 26. cap. 31. Eſt & illud Horatianum Græcum,

- dúmque virent genua, quod eſt, dum iuuenes ſumus, neque dum ſenectute areſcimus. Theocritus Idill. 14. ποιεῖν τι δεῖ ἇς γόνυ χλωρόν.

AD C. MÆCENATEM. Od. 14.

ARGVMENTVM.

Phrynes amorem cauſam eſſe, quamobrem promiſſos Iambos non abſoluat.

Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
Obliuionem ſenſibus,
Pocula lethæos vt ſi ducentia ſomnos
Arente fauce traxerim,
Candide Mæcenas, occidis ſæpe rogando.
Deus, deus nam me vetat,
Inceptos olim, promiſſum carmen, iambos
Ad umbilicum adducere.
Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo
Anacreonta Teïum:
Qui perſæpe caua teſtudine fleuit amorem
Non elaboratum ad pedem.
Vreris ipſe miſer. quòd ſi non pulchrior ignis
Accendit obſeſſam Ilion,
Gaude ſorte tua me libertina, neque vno
Contenta, Phryne macerat.

MOLLIS INERTIA] mollities, *μαλακότης*, laboris impatiens ignauia.

DVCENTIA SOMNOS] adducentia, ſeu afferentia ſomnos, ὑπνωτικά, ὑπνοποιά: quæ ſomnos gignunt, & (vt Virgil. loquitur) *ſoporiferas* aliter dixit idem Virg. lib. 4. *potes hoc ſub caſu ducere ſomnos?*

TRAXERIM] hauſerim, biberim. Virgil. Æneid. 6. *Lethæi ad fluminis vndam Securos latices, & longa obliuia potant.* ſic Horat. Sat. 6. lib. 2. *Ducere ſollicitæ iucunda obliuia vitæ.*

OCCIDIS SÆPE ROGANDO] toties me rogas, vt eneces: perſæpe me rogas.

DEVS, DEVS] Cupido deus potentiſſimus, & imperioſiſſimus. magna autem vis ineſt in huiuſmodi repetitionibus *Ilion, Ilion* Od. 3. lib. 3. *Poſtume, Poſtume* Od. 13. li. 2. *Ibimus, Ibimus* Od. 18. eiſdem.

AD VMBILICVM ADDVCERE] abſoluere, finire. ſolebant enim veteres illi librorum ſuorum tegumenta vmbilicis ornare. Catul. ad Varum, *Noui vmbilici, lora rubra, membrana Derecta, plumbo & pumice omnia æquata.* Martial. lib. 4. *Ohe, iam ſatis eſt, ohe libelle, iam peruenimus vſque ad vmbilicos.* Fiebant autem vmbilici ex ligno, aut ebore, aut aliquo alio oſſe.

NON ALITER SAMIO] Bathyllum Anacreontis delicias fuiſſe, ex eius carminibus intelligere licet.

ANACREONTA TEÏVM] ſup. Od. 17. lib. 1. *& fide Teïa Dices laborantes in vno, &c.* Traditum eſt, Anacreontem interrogatum, cur carmina non ſcriberet in Deos, ſed in pueros, reſpondiſſe hos nobis deos eſſe. Pindarus quidem qui Anacreonte poſterior fuit, ſcribit ἰσθμ. εἰδ. β. veteres poëtas lyricos formoſorum puerorum amores canere ſolitos eſſe: non enim illo tempore Muſam mercenariam, neque lucri ſtudio deditam fuiſſe. verba Pindari ſunt hæc, οἱ μὲν πάλαι, ὦ Θρασύβουλε, φῶτες, ὅσοι χρυσαμπύκων ἐς δίφρον μοισᾶν ἔβαινον, κλυτᾷ φόρμιγγι συναντόμενοι ῥίμφα παιδείους ἐτόξευον μελιγάρυας ὕμνους, ὅστις ἐὼν καλὸς, εἶχεν Ἀφροδίτας εὐθρόνου μνάστειραν ἀδίσταν ὀπώραν. ἁ μοῖσα γὰρ, οὐ φι-

λοχαρδὶς πω πώτι ἦν, οὐδ' ἐργάτις, &c. id eſt, A Veteres quidem illi, ô Thraſybule, quicumque in Muſarum aureis redimiculis ornatarum currum aſcenderant cum inſigni cithara rationem habentes, continuò puerileis iaculabantur dulceis cantus, ſi quis forma præſtans ætatis maturæ florem dulciſſimũ Veneris memorem præ ſe ferret. Muſa enim nondum erat lucri cupida, neque mercenaria.

NON ELAB. AD PEDEM] ex Anacreontis paucorum, qui ad nos peruenerunt, verſuum lectione, cuiuis intelligere licet, incredibilem in eo eſſe carminis facilitatem, ac ſimplicitatem: ſed, quam tamen nullus labor, nulla cura, nulla cogitatio conſequi poſſe videatur.

VRERIS IPSE] Tuquoque Mæcenas amo- B re flagras, miſer.

QVÒD SI NON PVLCHR. IGN.] id eſt, quòd ſi Helena, quæ Paridem amore incendit: vel quæ Troiani incendij cauſa fuit, non fuit tua puella formoſior: tuo te bono oblecta, eóque fruere: vel eo contentus eſto. ambiguum ineſt in voce *ignis*. Nam Helena & incendij Troiani cauſam attulit, & Paridem amore inflammauit: quod vtrumque ignis appellatione declaratur. Virgil. Palæm. *meus ignis Amyntas.* Idem Æneid. 3. *Phrygiique penates Quos mecum à Troia, mediiſque ex ignibus vrbis Extuleram.*

OBSESSAM ILION] Troiam obſeſſam. Quidam libri vet. habent, *oppreſſam Ilion.*

NEC VNO CONTENTA] Terent. Eu- C nucho, *quia Neque tu vno eras contenta, neque ſolus dedit.*

PHRYNE] commemoratur ab Athenæo lib. 14. meretrix huius nominis Phryne Theſpienſis, vſque adeò venuſta, & eximia forma, vt, cùm in iudicium capitis adducta eſſet, plurimiſque & grauiſſimis criminibus premeretur, nulla ei res alia ad abſolutionem fuerit ſuffragata, quàm formæ præſtantia. Nam Hyperides orator, qui eam defendebat, cùm eſſet hæc opinio, iudices eam condemnaturos, conſtituit eam in eorum conſpectu tunicáſque à pectore abſcidit, vt nudas eius papillas, & nudum pectus aſpicerent: tantámque & oratione, & hoc facto iudicum miſericordiam commouit, cùm eam tanquam Veneris D ſacerdotem oleo perfudiſſet, vt iudices, religione quadam animis eorũ occupatis, ac deterritis, non ſint auſi Veneris ſacerdotem & antiſtitem condemnare: qua abſoluta Euthias accuſator iratus quòd è iudicio victus in re tam aperta diſceſſiſſet, nullam poſtea cauſam dixit. Hanc illam Phrynen eſſe puto, quæ cùm Venerem auream Delphis dedicaſſet, & appendiſſet: inſcripſit ei Veneris ſtatuæ Diogenes Cynicus, τῆς ἀπὸ τῶν ἑλλήνων ἀκρασίας: id eſt, *Græcorum incontinentiæ monumentum*. Cùm ſuperiora illa ex Athenæo de Phryne ſcripſiſſem, quadriennio pòſt, iuuenis quidam, eruditus quidem ille, ſed plus nimio φιλεπιτιμητής, reprehendit me quòd apud Athenæum ita legiſſem, vt habent omnes editiones, quas vidi, τὴν προφῆτιν καὶ ζάκορον ἀφροδίτης ἐλαίῳ χρισαμένην: itaque vertiſſem, *cum eam tanquam Veneris ſacerdotem, & antiſtitem oleo perfudiſſet, &c.* quoniam, inquit, perſpicuum eſt, legendum eſſe ἐλέῳ χρησαμένην. quod valet, ſi verbum verbo reddas, *miſericordia vſus*: id eſt, miſericordia, vt ille interpretatur, commota. Cui ego hoc reſpondeo, primùm lectionem receptam ἐλαίῳ χρισαμένην, viſam mihi eſſe tolerabilem, & probabilem. Nam veteres, deorum aras ac ſtatuas, diuinóſque homines oleo perfundere ſolebant. Verbi gratia, Plato libro 3. de rep. facit Homerum amandari in aliam ciuitatem è ſua, oleo perfuſum & lana coronatum. ſic enim Plato, ἀποπέμποιμεν τε ἂν ἐς ἄλλην πόλιν μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς B καταχέαντες καὶ ἐρίῳ στέψαντες: quem locum his verbis expreſſit Maximus Tyrius λόγῳ. κ. στεφανώσας τὸν ποιητὴν καὶ χρίσας μύρῳ, id eſt, cùm poëtam coronaſſet, vnguentóque perunxiſſet. Et Alexander Magnus, cùm in Sigæum perueniſſet, columellam in tumulo Achillis defixam vnguento perunxiſſe dicitur. deinde ἐλέῳ χρῆσθαι pro miſericordiam commouere non magis vſitatum eſſe, quàm ἐλαίῳ χρίειν pro oleo vngere. Poſtremò me non eſſe tam acutum aut ſagacem, vt quæ apud ſcriptores antiquos repeſiuntur, probabiliter & commodè dicta, ea immutare ſine auctoritate codicum manu ſcriptorum poſſim. De hac eadem Phryne ſic Arnobius libro 6. aduerſus genteis, *Phryne illa Theſpiaca (ſi- C cut illi referunt, qui negotia Theſpiaca ſcriptitarunt) cùm in acumine ipſo eſſet pulchritudinis, venuſtatis & floris, exemplar fuiſſe perhibetur cunctarum, quæ in opinione ſunt, Venerum, ſiue per Vrbeis Graias, ſiue quò iſte fluxit amor talium, cupiditáſque ſignorum. Itaque artifices omnes, ipſis iiſdem qui temporibus extiterunt, quibus primas dabat exprimendarum ſimilitudinum veritas, omni cura ſtudioque certabant ſilum meretricis proſtitutæ Citheréa in ſimulacra traducere: ardebant artificum ſcita, altérque alterum vincere contentioſa æmulatione quærebant, non Venus vt auguſtior fieret, ſed vt Phryne pro Venere ſtaret.* hanc eandem commemorat Lucill. in Sat. *Phryne nobilis illa vbi amatorem improbius quem, &c.*

AD NEÆRAM.

Od. 15.

ARGVMENTVM.

Non ſeruatam ab ea fidem conqueritur.

NOx erat, & cælo fulgebat luna ſereno
Inter minora ſidera,
Cùm tu magnorum numen læſura deorũ
In verba iurabas mea,

Arctius

Arctius, atque edera procera aſtringitur ilex
**Lentis adhærens brachijs:*
**Dum pecori lupus, & nautis infeſtus Orion*
Turbaret hibernum mare:
Intonſóſque agitaret Apollinis aura capillos,
Fore hunc amorem mutuum.
O doliturа mea multùm virtute Neæra:
*Nam, ſi quid in Flacco *viri eſt,*
Non feret aſſiduas potiori te dare noctes,
*Et quæret iratus *parem.*
Nec ſemel offenſæ cedet conſtãtia formæ,
Si certus intrarit dolor.
At tu quicumque es felicior, atque meo nunc
Superbus incedis malo:
Sis pecore & multa diues tellure licebit,
Tibique Pactolus fluat.
Nec te Pythagoræ fallant arcana renati,
Formáque vincas Nirea:
Eheu: tranſlatos aliò mærebis amores:
Aſt ego viciſſim riſero.

NOX ERAT] ſic Virgil. Æneid. 3. *Nox erat, & terris animalia ſomnus habebat.* & 4. *Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem Corpora, &c.* Apollon. lib. 3. Argon. Νὺξ μὲν ἔπειτ' ἐπὶ γαῖαν ἄγεν κνέφας, οἱ δ' ἐνὶ πόντῳ Ναῦται εἰς Ἑλίκην τε, καὶ ἀστέρας Ὠρίωνος Ἔδρακον ἐκ νηῶν, id eſt, Nox erat, ſeu nox in terram tenebras adduxerat: nautæ autem ad Helicam, & Orionem è nauibus aſpectum defigebant. Et Varro, *Deſierant latrare canes, vrbéſque ſilebant: Omnia noctis erant, placida compoſta quiete.*

ET CÆLO FVLG. LVNA SER. INT. MINORA,] ſuprà Od. 12. lib. 1. *velut inter igneis Luna minores.* & carmine ſæcul. infrà. *Siderum regina bicornis.*

CVM TV MAGN. NVMEN LÆS. DEOR.] id eſt, cùm tu peieratura. Dij magni autem ſunt Iupiter, Minerua, Apollo, & ij, quos Æneas præter Deos penates, id eſt, deos familiares, qui domi colebantur, ſecum in Italiam attulerat. Nam dij magni publicè, Penates priuatim colebantur. Ennius, *Dono, ducite, dóque volentibus cum magnis Dijs.* Virgil. lib. 3. Æneid. princip. *Cum ſocijs natóque, penatibus, & magnis Dijs.*

A IN VERBA IVRABAS MEA] iurare in verba, ſermo militaris. Cæſar lib. 1. de bello ciuili. *Princeps Petreius in hæc verba iurat ipſe: ad idem iuſiurandum adegit Afranium: ſubſequuntur tribuni militum.* T. Liuius lib. 3. *Nobis vero* (inquit Quinctius) *nihil delectu opus eſt, cùm, quo tempore P. Valerius ad recipiendum Capitolium arma plebi dedit, omnes in verba iurauerint, conuenturos ſe iuſſu conſulis.* Idem lib. 45. *omnes, qui in conſulis verba iurauerint*: Horatius Od. prox. *Sed iuremus in hæc, ſimul imis ſaxa renarint Vadis leuata, ne redire ſit nefas.* & epiſt. 1. lib. 1. *Nullius addictus iurare in verba magiſtri.* eſt autem *in verba iurare*, verbis ab altero conceptis, iurare ſe ita feciſſe, vel non: facturum, vel non. verumtamen non diſſimulabo, me ſcriptum reperiſſe
B in lib. Don. *In vota iurabas.*

ARCT. ATQVE EDERA, &c.] me arctiùs amplectens, quàm ab edera aſtringitur ilex, ſic Catull. carm. in nuptias Iuliæ. *Mentem amore reuinciens Vt tenax edera hàc, & hàc Arborem implicat errans.* ibidèm, *Lenta quin velut aſſitas Vitis implicat arbores, Implicabitur in tuum Complexum.* Horat. ſup. Od. 36. li. 1. *nec Damalis nouo Diuelletur adultero Laſciuis ederis ambitioſior.*

LENTIS ADHÆRENS BRACHIIS] Lentis, id eſt, flexibilibus, inhærentibus, ſequacibus, tenacibus, ambitioſis, ad amplectendum accommodatis. tralatio eſt. ſic Virg. lib. 4. Georg. *Ac veluti lentis Cyclopes fulmina maſſis Cùm properant.* per lentas enim ſignificat ductileis εὐηλάτους. ali-
C ter Satyr. 9. lib. 1. *Et preſſare manu lentiſſima brachia.* ibi enim lentiſſima dicere videtur, ad ſentiendum quid vellet Horat. tarda & aliter Oda 19. lib. 3. *Me lenius Glyceræ torret amor meæ*: cui ſimile eſt illud Od. 13. lib. 1. *Quàm lentis penitus maceret ignibus.*

DVM PECORI, LVPVS, &c.] id eſt, ſemper. Tale illud Virg. Daphnide. *Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit, Dúmque thymo paſcentur apes, dum rore cycadæ: Semper honos, &c.* & illud Æneid. 3. *In freta dum fluuij current: dum montibus vmbræ Luſtrabunt conuexa: polus dum ſidera paſcet: Semper honos, &c.* Neque verò ab hoc genere alienum eſt illud, quod eſt apud Herodotum, Vrania: in extr. quo loco Athenienſes Alexandro,
D quem ad eos miſerat Mardonius, vt eos ad conditiones à rege Perſarum latas adduceret, reſpondent hoc modo, ὁμολογῆσαι δὲ τῷ βαρβάρῳ μήτε σὺ ἡμέας πειρῶ ἀναπείθειν: οὔτε ἡμεῖς πεισόμεθα: νῦν τε ἀπάγγελλε τῷ Μαρδονίῳ, ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσιν, ἔστ' ἂν ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴῃ, τῇπερ νῦν ἔρχεται, μήκοτε ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξῃ, ἀλλὰ θεοῖσί τε συμμάχοισι πίσυνοι μιν ἐπέξιμεν ἀμυνόμενοι, καὶ τοῖσι ἥρωσι, id eſt, Vt autem cum Barbaro cõſentiamus, & conſpiremus, neque tu nobis perſuadere conare, neque nos adducemur: & nunc Mardonio renuntia, Athenienſeis dicere, quamdiu ſol eandem viam ibit, quam nunc init, numquam nos cum Xerxe vllas pacis pactiones facturos, ſed & dijs adiutoribus ac ſocijs fretos, & heroibus,

bellum Græciæ inferentem repulſuros.

Orion.] de Orione diximus ſuprà ad Od. 28. lib. 1.

Intonsósqve] ſup. Od. 21. lib. 1. *Intonſum pueri dicite Cinthium.* ἀκερσεκόμαν dicunt Græci.

O dolitvra mea, &c.] minatur Neæræ ſe amorem ſuum ab ea in aliam tranſlaturum.

Nam, siq. in Fl. viri est,] id eſt, ſi quid virtutis. appellata enim eſt à viro virtus, inquit M. Tull. Tuſcul. 2.

Parem] puellam. Oda 11. hoc libr. *Semper vt te digna ſequare, & vltrà, Quàm licet, ſperare, nefas putando, Diſparem vites.*

Potiori] riuali meo, qui tibi potior eſt: quem tu mihi anteponis: qui priores parteis habet apud te, vt loquitur Terent. Eun.

Nocteis] aſſiduas potiori dare nocteis, id eſt, aſſiduè cum eo, quem pluris facis, quàm me, pernoctare, & cubare. epiſt. 1. libr. 1. *Vt nox longa quibus mentitur amica, &c.* Plautus Trucul. *Si raras noctem ducit, ab animo perit.* Idem Pœnul. *Cuius ego vel nebula cyatho ſeptem noctem non emam.* Idem Aſinar. *Noctem tuam, & vini cadum velim, ſi optata fiant.*

Nec semel offensæ, &c.] locus eſt obſcurus, quem ſic declaro. Nec, ſi certo, & vero dolore affectus fuero, conſtātia mea, quæ me diu tuos mores, tuámque iniuriam perferre coēgit, cedet tuæ formæ ſemel offenſæ, id eſt, quæ ſemel offenderit, quæ ſemel peccarit: quæ mihi ſemel offenſa, atque inuiſa, dum alios amas, fuerit. vel ſic, & in eo conſtans ero, quòd numquam cedam poſthac tuæ formæ ſemel lapſæ, & ita mihi inuiſæ. Ea autem eſt interdum nominis offenſus, ſignificatio, apud bonos ſcriptores. ſic M. Tullius exiſtimationem ordinis ſenatorij, offenſam dixit, propterea quòd ſenatores malè adminiſtrabant iudicia. Verr. de iuredicundo. *Si me animus, atque amor in Remp. exiſtimatióque offenſa noſtri ordinis, ac iudiciorum non hoc facere coēgiſſet, &c.* Idem in frumentaria, *ô miſerum, atque inuidioſum, offenſúmque paucorum culpa, atque indignitate ordinem ſenatorium.* Idem Catilin. 1. *Et, ſi me meis ciuibus iniuria ſuſpectum tam grauiter, atque offenſum viderem: carere me aſpectu ciuium, quàm infeſtis oculis omnium conſpici mallem.* Idem pro Sextio. *aliúſne eſt aliquis improbis peculiaris populus, cui nos offenſi, inuiſique fuerimus?* Idem pro Cluentio. *etiam ſi is inuidioſus, aut multis offenſus eſſe videatur: etiam ſi eum oderint, &c.* Idem ad Attic. lib. 2. *ſcito nihil vmquam fuiſſe tam infame, tam turpe, tam peraquè omnibus generibus, ordinibus, ætatibus offenſum, quàm hunc ſtatum, qui nunc eſt.* talia ſunt *tacitus, iuratus*, quæ tametſi à verbis taceo, iuro mânent, vocémque habeant patiendi, ſignificant actionem tamen. Porphyrio autem *offenſa forma* interpretatur *periurio polluta*. quod ſi cui placeat magis, non reclamabo. offenſus etiam nonnumquam idem valet, quod infenſus, & iratus, propterea, quòd, qui offenſi, & læſi fuerunt,

A iraſci ſolent. Plancus Ciceroni lib. 10. epiſt. *Si hominem offenſum mihi, coniunctum cum Rep. non ſubleuaſſem.* Propert. lib. 3. *Offenſa illa mihi, non tibi amica dedit.* quæ ſignificatio ad hunc locum quadrare non poteſt, quamuis in vno cod. manuſcr. repeterim. *Nec ſemel irata.*

Si cert. intr. dol.] ſi certum animo dolorem conceperit Flaccus: ſi certus in animum Flacci ſe inſinuarit dolor, ſubaudiendum enim in verbo intrarit, in mētem, aut in animum Flacci: & ita loquitur M. Tull. de orat. 2. *definitio in ſenſum, & in mentem iudicis intrare non poteſt.* Cornel. Tacitus lib. 1. annalium. *pauidos, & conſcientia vecordes intrat metus.*

At tv, qvicvmqve es.] ἀποστροφὴ

B ad æmulum, ſeu riualem ſuum.

Felicior] qui nunc Neæra frueris, me extruſo, atque expulſo.

Meo malo] meo incommodo exſultas, quod ſperuor à Neæra.

Licebit] licebit per me ſis opulentiſſimus ſapientiſs. pulcherrimus ſic loquitur Sat. 2. lib. 2. *licebit ille repotia, natales, aliósue dierum Feſtos albatus celebret.*

Tibiqve Pactolvs flvat.] Pactolus Lydiæ fluuius, qui ad Sardianos auri ramenta ex monte Tmolo deferens, per medium forum vrbis fluit: auctor Herodot. Terpſichore. Plinius lib. 33. cap. 4. quinque totius orbis terrarum fluuios auriferos enumerat, Tagum in Hi-

C ſpania, Padum in Italia, Hebrum in Thracia, Pactolum in Aſia, Gangem in India.

Nec te Pythagoræ fallant] & quamuis philoſophiam Pythagoricam perdidiceris, animóque comprehenderis. de Pythagora diximus ſup. ad Od. 28. lib. 1.

Formáqve vincas Nirea] quo nemo, Achille excepto, ad bellum Troianum pulchrior profectus eſt Hom. auctore ἰλ. β. vt ann. ſup. ad Od. 20. li. 3. *Qualis aut Nireus fuit, &c.* ſed quòd hoc loco formam in amore haud multùm valere ſignificat Horatius, Pauſanias in eandem ſententiam tradit Achaicis, ædificium quoddam fuiſſe in Ægiria, & in eo, Fortunæ ſignum, quod Amalthéę cornu in manu teneret: tùm huic

D ſigno proximum adſtitiſſe Cupidinem pennigerum: Atque huius operis hanc fuiſſe ſignificationem fortunam magis, quàm formam, in amore dominari.

Ehev, translatos aliò] tale eſt illud Od. 6. lib. 1. *Heu, quoties fidem, Mutatóſque deos flebit, & aſpera Nigris æquora ventis.* ſic Tibul. lib. 1. eleg. 5. *At tu, qui potior nunc es, mea furta caueto. Verſatur celeri ſors leuis orbe rotæ.* Iam quemadmodum hîc *mærebis amores*, ſic epiſt. ad Mæcen. 2. lib. 2. dixit *mærere fugam. atque inter vina fugam Cynaræ mærere proteruæ.*

TVRNEBVS.

EX lib. 1. cap. 15. *Lenta* apud Petronium *traxit manu.* eſt traxit manu tenaci & hærente vt apud Flaccum,

Lentis

Lentis adhærens brachiis, quod eſt ſequacibus, in- A
hærentibus, & apud Flaccum lib. 1. Satyr. 9.

Et preſſare manu lentiſſima brachia, valet pigra, tarda, ſurda, ſegnia, nihil commota meo preſſu, vt ab Ouidio ſcriptum eſt, epiſto. 1. Parolep. Vlyſſ.

Aut vbi lentus abes. Veteres tamen interpretes pro lentiſſimè, quòd erit tenaciſſimè & preſſiſſimè audiunt, nomine aduerbij vicario.

Ex 14. lib. cap. 20. *Et quaret iratus parem.* Vide ſuprà Od. 11. hoc libro.

Ex lib. 12. cap. 14. *Sis pecore & multa diues tellure licebit.* Vide Od. 1. ſup. hoc lib.

Od. 16.

ARGVMENTVM.

Queritur, bellorum ciuilium nullum eſſe finem & remp. Romanam deſperat, aliáſque terras & ipſe petere cogitat, & aliis, vt idem faciãt, ſuadet.

ALtera iam teritur bellis ciuilibus
ætas,
Suis & ipſa Roma viribus ruit:
Quam neque finitimi valuerunt perdere C
Marſi,
Minacis aut Etruſca Porſenæ manus,
Æmula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer,
Nouíſque rebus infidelis Allobrox:
Nec fera cærulea domuit Germania pube
Parentibúſque abominatus Annibal:
*Impia * perdemus * deuoti ſanguinis ætas:*
*Feríſque * rurſus occupabitur ſolum.*
Barbarus, heu, cineres inſiſtet: victor: &
vrbem
Eques ſonante verberabit vngula: D
Quæque carent ventis, & ſolibus, oſſa
Quirini,
*Nefas * videre, diſſipabit inſolens.*
*Fortè, quid * expediat, communiter, aut*
melior pars
Malis carere quæritis laboribus.
Nulla ſit hac potior ſententia: Phocæorũ
Velut profugit exſecrata ciuitas:
Agros, atque Lareis patrios, habitandáque fana

A · *Apris reliquit, & rapacibus lupis:*
Ire, pedes quocumque ferunt: quocúmque
per vndas
Notus vocabit, aut proteruus Africus
Sic placet? an melius quis habet ſuadere?
ſecunda
Ratem occupare quid moramur alite?
*Sed iuremus in hæc. * ſimul imis ſaxa re-*
narint
Vadis leuata, ne redire ſit nefas?
B * *Neu conuerſa domum pigeat dare lin-*
tea, quando
Padus Matina lauerit cacumina:
In mare ſeu celſus procurrerit Apẽninus:
Nouáque monſtra iunxerit libidine
*Mirus amor, iuuet vt tigreis * ſubſidere*
ceruis:
Adulteretur & columba miluio:
Credula nec fuluos timeant armenta leo-
nes:
Amétque ſalſa læuis hircus æquora.
Hæc, & quæ poterunt reditus abſcindere
dulceis,
Eamus omnis exſecrata ciuitas,
* *Aut pars indocili melior grege. mollis,*
& exſpes
Inominata perprimat cubilia.
Vos, quibus eſt virtus, muliebrem tollite
luctum:
Etruſca præter & volate littora.
*Nos manet Oceanus * circumuagus: arua,*
beata
*Petamus arua, * diuiteis & inſulas:*
Reddit vbi Cererem tellus inarata quot-
annis:
Et imputata floret vſque vinea:
*Germinat & numquam * fallentis termes*
oliuæ:
* *Suámq; * pulla ficus ornat arborem:*
Mella caua manãt ex ilice: mõtibus altis
Leuis crepante lympha deſilit pede.
Illic iniuſſæ veniunt ad mulctra capellæ:

Digitized by Google

*Referꝗ; * tenta grex amicus vbera:* A
Nec veſpertinus circũ gemit vſus ouile:
Nec intumeſcit alta viperis humus:
Pluráq; felices mirabimur, vt neq; largis
Aquoſus Eurus arua radat imbribus,
Pinguia nec ſiccis vrantur ſemina glebis:
Vtrumque rege temperante cælitum.
*Non huc * Argoo contendit remige pinus:*
Neq; impudica Colchis intulit pedem:
*Nõ huc * Sidonij torſerũt cornua nautæ,*
** Laborioſa nec cohors Vlyſſei.* B
Nulla nocent pecori cõtagia: nullius aſtri
*Gregem æſtuoſa torret * impotentia.*
Iupiter illa piæ ſecreuit littora genti,
** Vt inquinauit ære tempus aureum:*
Ære, dehinc ferro durauit ſecula. quorũ
Piis ſecunda vate me datur fuga.

ALTERA IAM TERITVR BELLIS] ætas triginta annorum ſpatium contినet, vt ſuprà admonui ad Od. 9. lib. 2. Prior igitur ætas bellis ciuilibus vexata, ea eſt, quæ intra Syllæ & C Sulpicij, Octauij & Cinnæ, Marij & Syllæ, Põpeij & Cæſaris tempora vertitur. M. Tull. epiſt. lib. 4. ad M. Marcel. *Omnia ſunt miſera in bellis ciuilibus, quæ maiores noſtri ne ſemel quidem: noſtra ætas ſæpe iam ſenſit.* Idem Philipp. 8. *Sylla cum Sulpicio de iure legum, quas per vim latas Sylla dicebat, contendit: Cinna cum Octauio de nouorum ciuium ſuffragiis: rurſus cum Mario, & Carbone Sylla, ne dominarentur indigni, & vt clariſsimorum hominum crudeliſsimam pæniretur necem. De proximo bello ciuili non libet dicere: ignoro cauſam: deteſtor exitum. Hoc bellum quintum ciuile geritur, atque omnia in noſtram ætatem inciderunt.* Altera autem ætas, quæ cædem C. Cæſaris conſecuta eſt, multa item alia bella ciuilia vidit: Murinenſe, aduerſus M. Antonium: Peru- D ſinum, contra L. Antonium M. Antonij fratrem: Sicilienſe, ſeu potiùs Fretenſe, contra Sex. Pompeium Pompeij Magni filium: Theſſalicum ſeu Philippenſe, aduerſus M. Brutum & C. Caſſium, Actiacum, contra M. Antonium & Cleopatram.

SVIS ET IPSA RO. VIR.] ſic ſuprà Od. 7. *vt ſua Vrbs hæc periret dextera.* In vno quidem cod. manuſcr. ſcriptum reperi, *Suis & ipſa R. v. perit.*

MARSI] à quibus Marſicum bellum appellatum, quorum dux Propedius, vt ſup. annotauimus ex Strabone ad Od. 14. lib. 3.

PORSENÆ MANVS] Porſena dux Etruſcorum, de quo vide T. Liuium lib. 2. annalium.

ÆMVLA NEC VIRT. CAP.] M. Tull. A in ea orat. quam habuit in ſenatu de lege agr. cõtra Rull. ſic ait, *Maiores noſtri Capua magiſtratus, ſenatum, conſilium commune, omnia denique inſignia reip. ſuſtulerunt, neque aliud quicquam, niſi inane nomẽ Capuæ reliquerunt, non crudelitate (quid enim illis fuit clementius, qui etiam externis hoſtibus victis ſua ſæpiſſimè reddiderunt?) ſed conſilio, quòd videbant, ſi quod reip. veſtigium illis mœnibus contineretur, vrbem ipſam imperio domicilium præbere poſſe.* Idem in ea, quam habuit ad populum contra eundem, dicit populum Rom. treis ſolùm vrbeis in terris omnibus, Karthaginem, Corinthum, Capuam ſtatuiſſe poſſe imperij grauitatem, ac nomen ſuſtinere. *Deleta Karthago eſt* (inquit) &c. *De Capua multum eſt, & diu conſultatum. Exſtant litteræ, Quirites, publica ſunt S. C. complura.* B

SPARTACVS] de Spartaco, ſeruorum duce, & bello ſeruili ab eo conflato, diximus ſuprà ad Od. 14. lib. 3.

NOVISQ. REB. INFID.] Cæſar. commentar. de bello Gall. lib. 3. & 4. ſcribit, omneis Gallos rebus nouis ſtudere, & ad bellum celeriter, mobiliterque excitari. Poteſt igitur fieri, vt Horatius hoc loco nomine Allobrogum, qui Ciceronis, & Cæſaris ætate fuerunt pacati, ceteros Gallos ſignificet, qui Romanorum imperiũ non æquo admodum animo perferebant. Quamquã mihi ſit veriſimilius, Allobrogum nomine, Allobroges ipſos, non alios Gallos, intelligi. Neque C me mouebit, quòd obiicit Glareanus, Allobroges in coniuratione illa Catilinaria, populi Ro. maieſtatem conſeruare, quàm coniuratorum cõſiliis aſſentiri, & fauere maluiſſe: neque vſquam alibi alienos à populo Rom. animos habuiſſe: quare non facilè explicari poſſe, quamobrẽ nunc eos dicat Horatius infideleis: ſed hæc (vt dixi) nõ me mouent. Nõ enim, ſi nihil moliti ſunt aduerſus populum Ro. continuò ſequitur, metuendũ non fuiſſe, ne facerent. Præterea infideles non hi ſolùm appellantur, qui fidem non ſeruant: quales ſunt perfidi: ſed & ij, quibus tutò non creditur, & qui data occaſione libenter, & cupidè ſint nocituri, fidémque violaturi. Itaque M. Tull. Catil. tertia, hanc Allobrogum in rebus tam turbu- D lentis, & periculoſis quietem, atque hoc otium, non eorum erga populum Ro. caritati, aut fidei, aut conſtantiæ tribuendum eſſe cenſet: ſed Deorum in populum Ro. beneuolentiæ, ac benignitati. ſic enim ſcribit eo loco, *Iam verò illa Allobrogum ſollicitatio à Lentulo, ceteriſque domeſticis hoſtibus, tantæ res, tam dementer credita & ignotis, & barbaris, commiſſæque litteræ numquam eſſent profectò, niſi à Diis immortalibus huic tantæ audaciæ conſilium eſſet ereptum.* Præterea conſtat ex oratione M. Tull. de prouinc. COSS. Allobroges non perpetuò in officio, neque in fide erga populũ Ro. manſiſſe, his verbis. *Modo C. Pomtinius fortiſſimus vir ortum repente bellum Allobrogum, atque hac ſcelerata coniuratione excitatum, prœliis fregit, eoſque domuit, qui laceſſierant.* Poſtremò in oratione pro M. Fonteio, Belgarum, & Allobrogum infideli-

tatem

tatem diſertè notat idem Cicero his verbis. *quibus neque propter iracundiam, fidem: neque propter infidelitatem, honorem habere debetis.* Nam hos ſignificari declarant ea, quæ tribus pagellis pòſt ſequuntur. *Vos Belgarum, atque Allobrogum teſtimonium non credere timetis?* quidam vir doctus hunc locum ita videtur intelligere, vt Allobroges eò dixerit Horatius infideleis nouis rebus, quia ſe præbuerint in eos infideleis, qui nouis rebus ſtuderent, nempe in coniuratos. hæc enim illius verba ſunt in cõmentariis eius in Catilinariam tertiam. *ſed illi cùm ſimularent, ſe eis conſilio fauere, totam rem tamen ad Q. Fabium Sangam detulerunt. vnde dictum eſt ab Horatio, Nouiſque rebus infidelis Allobrox.* Mihi autẽ hæc ſententia probari nullo modo poteſt. Nam cùm Horatius Allobroges hîc cum Marſis illis, qui bellum Marſicum excitarunt, cũ Porſena, cum Capua, Spartaco, Germanis, Annibale numeret, qui fuerunt hoſtes populi Ro. perſpicuéque hoc dicat Horatius, Romam, quæ hoſtibus externis reſtiterit, aut quæ ab hoſtibus externis labefactari non potuerit, à ciuibus euerti: pugnantia loqueretur, ſi hunc ſenſum probaremus. Multa in Allobroges M. Tull. pro Fonteio. Sed dici poteſt, eum inſeruire cauſæ.

NEC FERA CÆRVLEA, &c.] cærulea iuuentute. Sed cur cærulæam appellat? an quòd ſe Germani cæruleo colore inficiunt, vt formidoloſiores ſint in prœliis? quod quidem de Germanis à quoquam memoriæ proditum eſſe non memini. At de Britannis ſic Cæſar lib. 5. *Omnes verò ſe Britanni glaſto inficiunt, quod cæruleum efficit colorem, atque hoc horridiore ſunt in pugna aſpectu.* vbi docti quidam legunt *luto*, ſeu *luteo infic.* alij *glauco.* Item Propert. lib. 2. *Nunc etiam infectos demens imitare Britannos, Ludis & externo tincta nitore caput.* an quòd Germani ferè omnes cæruleis ſunt oculis? quæ ratio probabilior eſt. nam etiam hoc traditum eſt à Corn. Tacito libro de moribus Germa. *Vnde habitus quoque corporum quamquam in tanto hominum numero, idem omnibus: truces & cærulei oculi, rutilæ comæ, magna corpora, & tantùm ad impetum valida, &c.*

PARENTIBÚSQVE ABOM. ANN.] eorum parentibus, qui bellis Punicis in prœliis cæſi ſunt. vt ſup. Od. 1. lib. 1. *bellàque matribus Deteſtata.* abominatus igitur παθητικόν.

IMPIA PERD.] nos impij, qui huius ætatis ſumus, Romam perdemus, quam tot hoſtes violare non potuerunt.

DEVOTI SANG.] quorum ſanguis Diis, vel morti videtur eſſe deuotus ad expianda maiorum noſtrorum ſcelera. vide ſup. Od. 4. lib. 3. de voce, *deuotus.*

FERÍSQVE RVRSVS, &c.] ſolum vrbis Romæ rurſus erit incultum, infrequens, vaſtum, ac deſertum, feriſque receptacula, ac latebras præbebit. ſuprà Od. 3. lib. 3. *Paridiſque buſto Inſultet armentum, & catulos feræ Celent inultæ.*

BARBARVS (HEV) CIN.] cineres vrbis, vel ciuium, pedibus conculcabunt barbari.

A EQVES SON. VERB. VNG.] id eſt, eques inſultabit cineribus. Ennius 8. annal. *Conſequitur ſummo ſonitu quatit vngula terram.* idem 17. *It eques, & plauſu caua concutit vngula terram.* Virg. Georg. 3. *atque equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo.* Varius de morte: *Inſultare docet campis.* Lucretius li. 3. *Et contemſit, aquis inſultans, murmura ponti.*

QVÆQVE CAR. VENT. ET SOLIB.] & oſſa Romuli, quæ ſunt penitus in terram defoſſa, & in vrna condita, atque ita neque ventis commouentur, neque à ſolis radiis attinguntur victor inſolens diſſipabit. Iam quòd ad verbum carendi attinet, non ſemper in eo ineſt velle. dicimus enim *carere febri, carere culpa, carere malo*, & ſimilib.

B NEFAS VIDERE] videre Romuli cineres diſperſos. [Non debent enim ſepulchra violari, nec oſſa mortuorum condita, aperiri, & oculis hominum exponi. Phocyl. Μὴ τύμβον φθιμένων ἀνορύξῃς, μηδ᾽ ἄθεκτα Δείξῃς ἠελίῳ καὶ δαιμόνιον χόλον ὄρσῃς.] cod. vnus Vatic. & Tor. habent *Nefas videri.* quam ſcripturam non improbo.

INSOLENS] ſuprà Od. 16. li. 1. *exercitus inſolens.*

FORTÈ. QVID EXPEDIAT] fortè dictũ pro fortaſſe. quod exemplum, vt rarum, notandum eſt.

EXPEDIAT] vtile ſit, vt ſup. Od. 8. lib. 2. *Expedit matris cineres opertos Fallere.* Catull. in Pria-

C peiis, *Manúmque ſeorſum habebis, hoc tibi expedit.*

COMMVNITER, AVT MELIOR PARS] aut vos omnes communi conſilio, aut melior pars veſtrûm. melior autem propriè poſitum, nõ pro maiore.

MALIS CARERE QVÆRITIS, &c.] ordo eſt hic, Fortaſſe quid expediat, vos omnes quæritis, aut melior pars veſtrûm: carere, id eſt, vt careatis malis laboribus. Græci ſubintelligunt in huiuſmodi loquendi generibus, particulam ὥστε, quæ valet, vt. interdum etiam, & quidẽ ſæpius, non ſubintelligitur, ſed adhibetur. quod itẽ imitatus eſt Horat. Od. 11. lib. 1. *vt melius quicquid erit, pati,* quomodo interpretantur Linacer, & Eraſmus. vel repetendum eſt verbum *quæritis* hoc modo, *quæritis quid expediat*, & *quæritis care-*

D *re*, vt loquitur Od. 16. lib. 1. *mitibus Mutare quæro triſtia.* & epiſt. 1. ad Mæcenatem, *quæris me includere ludo.* adde cetera exempla, quæ aſcripſi ad Od. 10. lib. 1.

MALIS LABORIBVS] *malis* epithetum eſt diſtinguendi cauſa adhibitum. ſunt enim aliqui boni, & laudabiles labores. ſunt & ſecundi, vt Od. 4. lib. 4. *Poſt hoc ſecundis vſque laboribus Romana pubes creuit.* *malos labores* igitur intellige, qui perferuntur in bellis ciuilibus.

NVLLA SIT HAC POTIOR] hanc ſententiam potiſſimùm ſequamur, vt eamus quocúmque nos pedes ferent, veluti Phocæi, &c.

PHOCÆORVM] à quibus Maſſiliam eſſe cónditam traditum eſt. Athenæus lib. 13. Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Μασσαλιωτῶν πολιτείᾳ γράφει

οὕτως. Φωκαιεῖς οἱ ἐν Ἰωνίᾳ ἐμπορίᾳ χρώμενοι ἔκτισαν Μασσαλίαν. id eſt, Ariſtoteles in libro de Maſſilienſium rep. ita ſcribit. Phocæi ij, qui ſunt in Ionia, mercaturæ ſtudio dediti, Maſſiliam cõdiderunt. T. Liuius lib. 34. *Iam tum Emporia duo oppida erant muro diuiſa vnum Græci habebant, à Phocæa, vnde & Maſſilienſes oriundi: alterum Hiſpani.* Idem Herodotus memoriæ prodidit lib. 1. ſeu Clione, vbi hãc Phocæorum exſecrationẽ, quam hîc commemorat Horatius, hiis verbis exponit, Μετὰ δὲ ὡς τοῦτό σφι ἐξέργαστο, ἐποιήσαντο ἰσχυρὰς κατάρας τῷ ὑπολειπομένῳ ἑωυτῶν τοῦ στόλου· πρὸς δὲ ταύτῃσι καὶ μύδρον σιδήρεον κατεπόντωσαν· καὶ ὤμοσαν μὴ πρὶν ἐς Φωκαίην ἥξειν πρὶν ἢ τὸν μύδρον τοῦτον ἀναφῆναι: id eſt, Poſteaquam autem hoc ab iis confectum eſt, magnis & validis exſecrationibus claſſis ſuæ reliquias deuinxerunt: præterea verò etiam maſſam ferream in mare demerſerunt, & iurarunt non prius ſe in Phocæam reuerſuros, quàm hæc maſſa è fundo maris emergeret, atque in ſumma aqua exſtaret. [Iſocrates Archidamo. ἔτι δὲ τοῦτο καταγέλαστον εἰ Φωκαεῖς μὲν φυγόντες τὴν τοῦ μεγάλου βασιλέως δεσποτείαν, ἐκλιπόντες τὴν Ἀσίαν, εἰς Μασσαλίαν ἀπῴκησαν, ἡμεῖς δὲ, &c.

Exsecrata] exſecrationibus vſa, quas Græci ἀρὰς & κατάρας appellant: vnde ἀρᾶσθαι, & καταρᾶσθαι exſecrari. Cicer. Off. 3. *errãti viam non monſtrare: quod Athenis exſecrationibus publicis ſancitum eſt.* ſic loquitur Liuius lib. 39. de Annibale, *Exſecratus deinde in caput, regnúmque Pruſiæ, & hoſpitales Deos violatæ ab eo fidei teſtes inuocans, poculum exhauſit.* huiuſmodi exſecrationis exemplũ præter hoc de Phocæis, exſtat & apud Æſchinem in oratione κατὰ Κτησιφῶντος. ſatis erit mihi locum indicaſſe: γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν τῇ ἀρᾷ· εἴτις τάδε, φησὶ, παραβαίνοι ἢ πόλις, ἢ ἰδιώτης, ἢ ἔθνος, ἐναγὴς ἔστω τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τῆς Ἀρτέμιδος, &c. id eſt, ſi quis hæc migrauerit, ſiue ciuitas, ſiue quis priuatus, ſiue natio, Apollini, Dianæ, Latonæ, Mineruæ prouidæ ſacer eſto. ſequitur, καὶ ἐπεύχεται αὐτοῖς μήτε γῆν καρποὺς φέρειν, μήτε γυναῖκας τέκνα τίκτειν γονεῦσιν ἐοικότα, ἀλλὰ τέρατα, id eſt, & hoc eis precatur, vt neque eis terra fructus efferat, neque vxores eorũ liberos parentibus ſimileis, ſed monſtra & portenta pariant. & apud T. Liu. lib. 28. Annal. *His adhortationibus exſecratio dira adiecta eſt, ſi quem à propoſito ſpes, molliciáque animi flexiſſet.*

Atqve Lares patrios] cùm duo cod. Vatic. & item Don. Faer. Torn. Cleric. Nicotiani, Ruſſard. & item meus haberent patrios, ego reiecta vulgata lectione *proprios*, hanc probaui.

Pedes qvocvmqve ferent] quocunque via patuerit, nullo nobis ab initio loco, quò eamus, propoſito. ſic & ſuprà Od. 11. lib. 3. *I, pedes quò te rapiunt, & auræ.* ſic loquuntur & Græci ᾗ πόδες ἄγουσι, id eſt, quò pedes ducunt. Theoc. in Hyla. ὁ δ᾽, ᾇ πόδες ἆγον, ἐχώρει Μαινόμενος. Apollon. lib. 1. Argon. ἐς δὲ κέλευθον Τὴν θέεν, ᾗ πόδες αὐτὸν ὑπέκφερον ἀίσσοντα. idem lib. 4. Ὣς ἄρ ἔφη. τὴν δ᾽ αἶψα πόδες φέρον ἰγνύοντα. [Hom. λ. σ. τὴν μὲν ἄρ οὐλομένοιο πόδες φέρον: αὐτὰρ Ἀχαιοὶ Θεσπεσίῳ ἀλαλητῷ, &c.] Plautus Mercat. *Nec podagricus, nec articularius eſt, quem tui pedes ducunt.* Virgil. Mœr. *Quò te Mœri pedes?* ã lib. vet. habent *ferent*.

Protervvs Africvs] tralatio eſt: ſic ſuprà ventos proteruos appellauit Od. 26. lib. 1. *Tradam proteruis in mare Creticum Portare ventis.*

Secvnda alite] αἰσίῳ ὄρνιτι. auſpicatò, bonis auibus. vide annot. ad Od. 15. lib. 1.

Sed ivremvs in hæc] quid ſit in verba iurare, dixi ſuprà ad Oden ſuperiorem.

Simvl imis saxa renar. &c.] verba ſunt ita concepta, poſteaquàm ſaxa ex imis aquarum vadis in ſummam aquam emerſerint, & exſtiterint: tum nobis fas eſſe putemus in patriam, quam relinquimus, redire. prius autem redire, quàm ſaxa enatarint è profundo, ſit nefas. ne prius in patriam redeamus, quàm ſaxa, quæ ſunt in profundo, in ſummam aquam euaſerint: proinde ac ſi dicat, numquam redeamus. ſed ſatis apparet, Horatium hiſtoriam, & rem geſtam, quam paullò antè ex Herodoto retulimus, ſpectauiſſe, quamuis non dicat, ſimul maſſa ferrea, (quam Herodotus μύδρον σιδήρεον nominauit) è maris fundo enatarit, ſed *ſimul imis ſaxa renarint*, id eſt, ſimul atque ſaxa ex imis vadis emerſerint, atque exſtiterint, vel in ſummam aquam reſilierint.

Nev conversa domvm, &c.] néve tum pigeat nauibus domum reuehi, cùm Padus, citerioris Galliæ fluuius, ad montis Matini, qui eſt in Calabria, verticem peruenerit. antequam id fiat verò, pigeat nos in patriam reuerti. atqui numquam illud futurum eſt. tale eſt illud Virgil. in Tityro. *Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.*

In mare sev celsvs] ſeu quando Apenninus, &c. ne pigeat, &c.

Novàqve libidine] noua & inuſitata, & inaudita libidine. eſſet enim noua & inaudita, & monſtri ſimilis libido, ſi tigres fœminæ libidine incenſæ à ceruis ſe ſubigi paterentur: & ſi miluij cum columbis commiſcerentur, & cum vaccis leones: quemadmodum pictor ille ridiculus eſſet, qui placidis copularet immitia, *Serpentes auibus geminaret, tigribus agnos*, vt ait epiſt. ad Piſon princip.

Svbsidere] ſuccumbere, ſubiacere. ſic Lucret. lib. 4. *Nec ratione alia volucres, armenta, feræque, Et pecudes, & equæ maribus ſubſidere poſſent, Si non, &c.*

Credvla nec fvlvos] id eſt, & quãdo non timuerint armenta leones, &c. alij libri habent *flauos*.

Credvla] id eſt, quando vſque adeò fuerint credula, vt ſibi non timeant à leonibus. *non timeant credula*, genus eſt loquendi, quod ſuprà notaui-

notauimus: in quo nomẽ appoſitũ vim verbi ad- A iuuat. quale & illud Od. 24. lib. 1. *Priuignis mulier temperat innocens.* de quibus vide annot. ad Od. 8. lib. 3. Nam hoc totũ, *nec timeant leones credula*, perinde valet ac ſi dixiſſet, & in non timendis leonibus credula ſint. FVLVOS] nonnulli lib. veteres habent *flauos*: quidam alij *ſæuos*.

LÆVIS HIRCVS] factus læuis, qui eſt horridus, & hirſutus natura.

ABSCINDERE] præcidere, intercludere, abrumpere.

EAMVS OMNIS EXSECR. CIV.] tota ciuitas, (inquit) aut melior pars, *exſecrata*, id eſt, exſecratione tali vſa, eamus. *omnis*, eſt recti caſus, nequis errans putat eſſe accuſandi caſ. numeri B multitudinis.

INDOCILI MELIOR GREGE] melior multitudine indocta, atque imperita, cui perſuaderi non poteſt, vt patria relicta, alias terrarum oras petat. indocilis eſt, qui ad diſcendum ineptus eſt, qui doceri non poteſt, vt ſup. Od. 1. lib. 1. *indocilis pauperiem pati* & Od. 3. lib. 3. *tigres indocili iugum Collo trahentes.*

MOLLIS ET EXSPES] pars autem mollis, & laboris impatiens: & ab omni ſpe derelicta, &c. tale illud eſt Virgil. Æn. 5. *Tranſcribunt vrbi matres, populúmque volentem Deponunt, animos nil magnæ laudis egentes.*

INOMINATA PERPRIMAT CVBI- C LIA] ſedes malè ominatas, & infeliceis, δυσοιωνίςτους κοίτας perpetuò incolat: *inominata* ſic dictum puto, vt, inauſpicata. [Auratus ſic hunc locum explicandum putat, perprimat cubilia, inominata, id eſt, perpetuò incubet cubilibus ſeu lectis inauſpicatis, hoc eſt, adulterinis, & nõ legitimis, ſeu iniuſtis.]

PERPRIMAT] perpetuò premat: quod valet, perpetuò in eis inſideat, & hæreat.

MVLIEBREM TOLLITE LVCTVM] ſic habent omnes libri vulgati: quibuſcum conſentiunt aliquot manu ſcr. Sed mihi magis placet ea, quæ in aliis manu ſcr. reperitur, ſcriptura: *muliebrem pellite luctum*. nam vulgata lectio, quãtis eam confirment nonnulli veteres, non mihi videtur æquè Horatiana, quia Horatius verbum *tollendi* rarius ſolet vſurpare, pro auferre: ſæpius D pro excipere, & ſumere: quale illud, *partem vel tolleret omnem*. epiſt. 7. lib. 1. Quin dixiſſet potiùs *muliebrem ponite luctum*: vt Virgil. lib. 11. Æneid. *Pone animos*. & Horat. epiſt. 16. lib. 1. *Pone, meũ eſt: pono, triſtiſque recedo.* & epiſt. 10. *ſi quid mirabere, pones inuitus*. Verumtamen *tolle querelas* dixit epiſt. 12. princip. pro aufer querelas. Ex quo, licebit, ſi quis volet, vulgatam lectionem retinere ac tueri. Iam quòd ad muliebrem naturam attinet, ad lugendum propenſam, tale eſt illud ſuprà Od. 10. eod. lib. *Et illa non virilis eiulatio.*

PRÆTER ET VOLATE] & præteruolate, præteruehimini, præterite.

NOS MANET] nobis eſt præternauigandus, vel nobis debetur: idque dicit propter inſulas fortunatas, quæ ſunt in Oceano. de verbo manendi ſup. Od. 28. lib. 1.

CIRCVMVAGVS] à quo vniuerſa terra circumfunditur. M. Tull. lib. 6. de rep. *omnis enim terra, quæ colitur à vobis, anguſta verticibus, lateribus latior, parua quadam inſula eſt, circumfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris.* Catull. ne nupt. Pel. & Thet. *Oceanúſque pater, totum qui amplectitur orbem.* Horatius autem videtur Homericum epithetum expreſſiſſe, ἀψόρροον id eſt, εἰς ἑαυτὸν ὀρύοντα, ἤγουν ἐπανιόντα, καὶ εἰς κύκλου σχῆμα περιαγόμενον. qui in ſeipſum reuertitur, dum circuli inſtar circumducitur. Sic Orpheus, Κύκλον δ' ἀκαμάτου, καλλιρόου ὠκεανοῖο, Ὅς γαῖαν δίνῃσι περὶξ ἔχει ἀμφιελίξας, id eſt, *Circuitum Oceani, quem motio nulla fatigat: Et qui verticibus terrarum amplectitur orbem.*

ARVA, BEATA PETAMVS ARVA] concinna & peruenuſta ἐπανάληψις. *Petamus* (inquit) *arua, arua, inquam, beata.* Quidam hoc ordine & ſenſu legunt, *Nos manet Oceanus circumuagus arua: beata petamus arua, &c.*

DIVITEIS ET INSVLAS] quas fortunatas appellant Latini: & Græci ὀλβίους νήσους. ſic ſuprà Od. 8. libr. *diuitibus conſecrat inſulis*. in quibus eſt campus Elyſius. Homer. ὀδ. δ. Ἀλλά σ' ἐς ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης Ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς ῥαδάμανθυς· Τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν, Οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἂρ χειμὼν πολὺς, οὔτε ποτ' ὄμβρος· Ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας Ὠκεανὸς ἀνίησιν ἀναψύχειν ἀνθρώπους. i. ſed te in campum Elyſium, & orbis terrarum fineis Dij immortales deducent, vbi eſt flauus Rhadamanthus: Qua in regione viuendi ratio facillima, & minimùm laborioſa eſt hominibus: non ſunt in ea niues, non hiems multa, non imbres: ſed ſemper Oceanus Fauonios ſuauiter ſpiranteis mittit, ad homines refrigerandos.

TELLVS INARATA] ἀνήροτος. Homerus de Cyclopibus ὀδ. ι. Οὔτε φυτεύουσι χερσὶ φυτὸν, οὔτ' ἀρόωσιν, Ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα, καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται. id eſt, neq; manibus ſtirpeis plantant, neque arant: ſed omnia eis naſcuntur non ſata, & inarata. ſic Heſiod. ἔργ. καὶ ἡμ. καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα Αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον. i. fructum autem efferebat terra rerum vitaliũ largitrix, ſua ſponte, multum, & copioſum. Sic Ouid. lib. 1. Metam. *Ipſa quoque immunis, raſtróque intacta, nec vllis Saucia vomeribus, per ſe dabat omnia tellus, &c.* ſequitur paucis pòſt verſib. *Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.* & Virg. lib. 1. Georg. *Ipſáque tellus Omnia liberius nullo poſcente ferebat.*

IMPVTATA] non putata, non culta. Feſtus, *Putum antiqui dicebant pro puro. vnde putatæ vites & arbores, quòd deciſis impedimentis remanerent puræ.*

NVMQVAM FALLENTIS] numquam fallentis ſpem domini. ſuprà Od. 1. lib. 3. *fundum mendacem* dixit, qui ſpem agricolæ fallit. tale eſt

Digitized by Google

illud epiſt. ad Mæcen. 2. lib. 1. *Spem mentita ſeges.* eadem ratione agrum fidelẽ appellamus, qui multo plus reddit domino, quàm accepit. ſic ſuprà Od. 16. lib. 3. *& ſegetis certa fides mea.*

TERMES] ramus ex arbore dereptus, nec foliis repletus, nec nimis glaber. Feſtus. alij propriè ramum oliuæ eſſe volunt.

SVÁMQVE] id eſt, non inſitam, ſed naturalem, & propriam. contrà Virgil. de inſitis lib. 2. Georg. *Miratúrque nouas frondes, & non ſua poma.*

PVLLA] nigra non viridis, nec acerba: ſed matura.

LEVIS CREPANTE LYMPHA] illuſtris ὑποτύπωσις aquæ cum murmure è loco decliui defluentis, per tranſlationem à rebus animatis. Sic Lucret. lib. 5. *Qua via ſecta ſemel liquido pede detulit vndas.* & Virgil. lib. 9. Æneid. *cunctatur & amnis Rauca ſonans, reuocátque pedem Tiberinus ab alto.* Idem in Culice, *Caſtaliaque ſonans liquido pede labitur vnda.* codices Faër. & Iannoct. habent *crepitante:* quæ ſcriptura mihi non diſplicet. malim tamen *trepidante*, ſi quid mutandum ſit.

INIVSSÆ] ſua ſponte, αὐτόματοι, αὐτοκέλευτοι.

VENIVNT AD MVLCTRA] mulctrum, & mulctra æquè ſunt vſitata. Virg. in Palæmone, *Bis venit ad mulctram.*

TENTA] diſtenta, vt ſup. Od. 2. *Diſtenta ſiccet vbera.* vtitur & Satyr. 5. lib. 2. eodem ſimplici: *ſeu pingui tentus omaſo Furius, &c.*

GREX AMICVS] φίλος, carus, vt ſuprà multis locis.

NEC VESPERTINVS, &c.] id eſt, nec vrſus veſperi gemit circum ouile. ſic loquitur Virgil. Georg. 3. *Nec gregibus nocturnus obambulat.* id eſt, noctu. Idem ibid. de Leandro, *Nocte natat cæca ſerus freta*, id eſt, ſerò. & Æneid. 8. *Nec minus Æneas ſe matutinus agebat*, Horatius Satyr. 3. lib. 1. *Et qui nocturnus Diuûm ſacra legerit.* Idem epiſt. ad Numicium libr. 1. *Nauus manè forum, & veſpertinus pete tectum.* Idem Satyr. 4. lib. 2. *Si veſpertinus ſubito te oppreſſerit hoſpes* & Satyr. 6. lib. 1. *Fallacem circum, veſpertinúſque pererro Sæpe forum.* & Satyr. 6. lib. 2. *vrbis auentes Mœnia nocturni ſubrepere.* & Satyr. 7. eiuſdem lib. *iuſſerit ad ſe Mæcenas ſerum ſub lumina prima venire.* & Od. 15. lib. 1. *tamen, heu, ſerus adulteros Crineis puluere collines.* fluxit autem hoc loquendi genus à Græcis. Hom. ἰλ. β. Ὡς κε πανημέριοι στυγερῷ κρινώμεθ᾽ Ἄρηϊ, id eſt, vt toti nocturni triſti decertemus Marte. & ἰλ. η. Παννύχιοι μὲν ἔπειτα καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ Δαίνυντο. id eſt, toti nocturni Græci epulabantur. Iterum ἰλ. β. Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα, id eſt, non oportet totum nocturnum dormire virum conſiliarium. Idem ἰλ. α. Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα. id eſt, heſternus abiit ad epulas. Heſiod. ἔργ. καὶ ἡμέρ. Εὖτε λοεσσαμένη τέρενα χρόα καὶ λίπ᾽ ἐλαίῳ Χρισαμένη νυχίη καταλέξεται ἔνδοθι οἴκου. Cum loto tenero corpore, & pingui oleo vncta nocturna cubabit domi. idem ibid. Πρῶτον παρφαίνων ἐπιτέλλεται ἀκρόνυχος. id eſt, Primùm totus collucens oritur primo diluculo. idem in Aſpide, Παννύχιος δ᾽ ἄρ᾽ ἔλεκτο παρ᾽ αἰδοίῃ παρακοίτῃ, id eſt, totus nocturnus cubuit iuxta verecundam vxorem. Theocr. θαλυσίοις. ὁ δ᾽ ὄρθριος ἄλλον ἀλέκτωρ Κοκκύσδων νάρκαισιν ἀνιηρῇσι διδοίη, id eſt, Gallus autem matutinus cucutiens alium in torpores moleſtos conijciat. Eurip. Hecuba, μεσονύκτιος ὀλλύμαν. i. medio nocturnus perij.

CIRCVMGEMIT VRSVS OVILE] circũ ouile gemit. talia, ſunt illa, quæ ſuprà collegimus ad Od. 7. lib. 2. *inter errem Nuda leones. purgatam crebro qui perſonet aurem, &c.*

VT NEQVE LARGIS] mirabimur quomodo neque Eurus nimiùs imbribus terras abſtergeat, deterat, minuat: neque ſol nimiis caloribus exurat. ſic loquitur Satyr. 6. lib. 2. *Siue Aquilo radit terras.*

PINGVIA NEC SICCIS VRANTVR SEM.] ſignificat, ab illis locis etiam abeſſe ſiccitatem: quam αὐχμὸν appellant Græci. Virgilius Melibœo. *Aret ager.* Idem lib. 1. Georgic. *Et cum exuſtus ager morientibus æſtuat herbis: Ecce ſupercilio, &c.* ſequitur mox, *ſcatebríſque arentia temperat arua.*

VTRVMQVE REGE TEMPERANTE] moderante, modificante. de verbo temperandi ſuprà Od. 8. lib. 1.

NON HVC ARGO.] tale propemodum eſt illud Virg. de Italia lib. 2. Georg. *Hæc loca non tauri ſpirantes naribus ignem Inuertêre, &c.*

ARGO REMIGE.] Argoois remigibus, vt ſuprà *multo milite, multa cane.* dixi ad Od. 2. huius lib. Argoos remiges appellat heroas illos, & Græciæ principes, qui Argo naui vecti ſunt, vellus aureum petentes: quæ ſola, vt aiunt Homer. Pindarus, Theocritus, Apollonius, Cyaneas illas, ſeu Symplegadas, beneficio Palladis, incolumis prætergreſſa eſt. ſic Homer. ὀδ. μ. Οἴη δὴ κείνῃ γε παρέπλω ποντοπόρος νηῦς Ἀργὼ πᾶσι μέλουσα. Pind. πυθ. ὠδ. δ. Ἐς δὲ κίνδυνον βαθὺν ἱέμενοι δισσαῖσιν λίσσοντο ναὶ δὲ συνδρόμων κινηθμὸν ἀμαιμάκετον ἐκφυγεῖν πετρᾶν. Theocr. in Hila. Ἅτις κυανεᾶν οὐχ ἥψατο συνδρομάδων ναῦς Ἀλλὰ διεξάιξε, βαθὺν δ᾽ εἰσέδραμε Φᾶσιν, Αἰετὸς ὣς μέγα λαῖτμα. Apollon. Ἀργοναυτ. β. Καὶ τότ᾽ Ἀθηναίη στιβαρῆς ἀντίσπασε πέτρης Σκαιῇ. δεξιτερῇ δὲ διαμπερὲς ὦσε φέρεσθαι. Ἡ δ᾽ ἰκέλη πτερόεντι μετήορος ἔσσυτ᾽ ὀϊστῷ.

COLCHIS] Medéa. Propert. lib. 2. *Seu mihi Circæo pereundum eſt gramine, ſiue Colchis Colchiacis vret ahena focis.*

SIDONII] Cadmo duce. Hic Pœnicum claſſe vectus, rudibus adhuc Græcorum populis, & ciuilioris cultus, & litterarum pingendarum auctor fuiſſe dicitur. quod cùm multi ſcriptores memoriæ prodiderint, tum Cornel. Tacit. Annal. lib. 2. ſcriptum reliquit.

CORNVA] cornua antennarum. Virg. Æn. 3. *Cornua velatarum obuertimus antennarum.*

LABORIOSA NEC COH. VLYSSEI] Oda 6. *Nec curſus duplicis per mare Vliſſei.* & infrà

inſrà Oda proxima. *Laborioſi remiges Vlyſſei.* labo- A
rioſus appellatur is, qui multum laborem perfert, vt M. Tull. pro Cœlio, *Vos laborioſos exiſtimet.* & res laborioſa, laboris plena, & magno labore perfecta. Catull. *Doctis Iupiter, & laborioſis.* Iam *Vlyſſei* quatuor eſſe ſyllabarum ab antiquo recto Vlyſſeus, notum eſt.

NVLLA NOCENT PECORI] Virg. in Tityro, *Nec mala vicini pecoris contagia lædent.* vſitatius eſt nomen contagionis: & eo ſemper vtitur M. Tull.

VT INQVINAVIT] Poſteaquam ætas ærea ſucceſſit aureæ. noriſſima ex Heſiodo hæc ætatum diſſimilitudo eſt & diximus hac de re ſup. ad Od. a. lib. 4 nonnulla.

QVORVM] quorum, nempe ſæculorũ fer- B
reorum, datur fuga piis, id eſt, quæ tempora ferrea licet iis, qui non ſunt ciuili ſanguine cruenti, me vate, effugere. *fuga*, id eſt, vt Homerus loquitur, ἀλεωρή, vt alij, ὑπεκφυγή, ſeu ἔκκλησις.

TVRNEBVS.

EX lib. 14. cap. 21. Pertæſus bella ciuilia Horat. idem Romanis faciendum eſſe putat, quod à Phocæis factũ Herodotus li. 1. retulit, vt ſolum patrium infœlix & nefaſtum perpetuo mutent exilio, omni ſpe reuerſionis impoſterum ſublata & execratione dira penitus adempta.
C Deligi autem exilio cenſet oportere inſulas fortunatas, quas in Oceano eſſe commemorauit antiquitas & aperuit ætas noſtra, ſuo tamen nomini non reſpondere reperit, ſed remotiſſima & diſtantiſſima ſupra fidem efferre ſemper ſolemus, dum vel nobis noſtra non ſatis placent, vel operæ precium feciſſe volumus videri, qui longam perfectionem ſuſcepimus, ne ſi conſueta loquamur, de nihilo fruſtràque peruagati & peregrinati fuiſſe videamur. Conſilium autem migrandi in eas inſulas cœpit Horatius ni fallor, è Sertorij conſultatione. Nàm cùm Sertorius de mercatoribus qui in Oceano nuper nauigarant, de illis audiſſet inſulis, pacem quietémque deſiderâs conſilium cepit in eas migrandi, ſecedendique procul ab omni tumultu & bello & do- D
minatione tyrannidis. Plutarchus, ταῦθ' ὁ Σερτώριος ἀκούσας ἔρωτα θαυμαστὸν ἔσχεν οἰκῆσαι τὰς νήσους, καὶ ζῆν ἐν ἡσυχίᾳ τυραννίδος ἀπαλλαγεὶς, καὶ πολέμων ἀπάντων. Flaccus,

Petamus arua, diuites & inſulas. addit Flaccus eadem Oda,

Quæq; carent ventis & ſolibus oſſa Quirini
Nefas videre, diſſipabit inſolens. Etſi opinio erat Romulum in Cœlum fuiſſe raptum: tamen illis aſſentitur, qui ſepultum Romæ poſt roſtra dicebant, aut in ſuo templo: ſepulchra autem violari cineréſque eorum diſſipari ſceleratiſſimum omnium putabant. Maro Æn. 4.

Nec patris Anchiſæ cineres maneſq; reuelli
Subijcit,

Sed iuremus in hæc: ſimul imis ſaxa renarint
Vadis leuata, ne redire ſit nefas. Sanctiſſimum olim in Græcia iuſiurandum erat, & execratione grauiſſima deuotionéque cõfirmatum, cùm ſe deuouebant ſuáque capita execrabantur, ſi ſacramentum, quod concepterent, violarent, contráque facerent, priuſquam ſaxa, quæ in aquam iaciebant, ſponte leuata ſupernatarent. Herodotus libro primò ἐποιήσαντο ἰσχυρὰς κατάρας τῷ ὑπολειπομένῳ ἑωυτῶν τοῦ στόλου. πρὸς δὲ ταύτῃσι καὶ μύδρον σιδήρεον κατεπόντωσαν, καὶ ὤμοσαν μὴ πρὶν ἐς Φωκαίην ἥξειν, πρὶν ἢ τὸν μύδρον τοῦτον ἀναφανῆναι. Idem & apud Sophocl. fit in Antigone,

Ἦμεν δ' ἕτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν. E-
B iuſque interpres ait maſſam ferri ſumebant iurabántque firma fore pacta conuenta, dum ea maſſa appareret, quam in profundum abijciebant, vt æterna religione iuriſiurandi pacta deuincta eſſent. Callimachus,

Φωκαίων μέχρις κε μένῃ μέγας ἐν ἁλὶ μύδρος. Sed cùm μύδρον maſſam ferri interpretantur, Horatius vel ſaxum intellexit, vel proferro ſaxum ſummutauit.

Ex lib. 6. cap. 20. Solent poëtæ humori fluenti pedem tribuere: id ex eo credo, quòd etiam currere aqua dicatur, quòd ſine pedum officio fieri non poſſe videtur: ac certè ius ſuum poëtæ tenent, vt tranſlationibus vtantur audacius. Itaque ſcripſit Horatius,

C *Leuis crepante Lympha deſilit pede.*
Et Lucretius, lib. 5.

Qua via ſecta ſemel liquido pede, id eſt, aurei ſeculi tempore, vinum ſua ſponte fluebat, viníque flumina erant, non vt nunc, coactum & expreſſum calcantium pedibus manat.

AD CANIDIAM.

Od. 17.

ARGVMENTVM.

D Petit, vt ſibi ignoſcat. eam autem dum vult videri placare, grauiſſimè & acerbiſſimè vellicat, atque adeò lacerat.

IAM iam efficaci do manus ſcientiæ:
Supplex & oro regna per Proſerpinæ,
Per & Dianæ non mouenda numina,
Per atque libros carminum valentium
Refixa cælo deuocare ſidera,
*Canidia parce * vocibus tandem ſacris:*
*Citúmque retrò volue volue * turbinem.*
** Mouit nepotem Telephus Nereium:*

Jn quem ſuperbus ordinarat agmina
Myſorum: & in quem tela acuta torſerat.
Unxere matres Iliæ addictum feris
Alitibus, atque canibus homicidam Hectorem,
Poſtquàm relictis mœnibus rex prócidit,
Heu, peruicacis ad pedes Achilleï
Setoſa duris exuêre pellibus
Laborioſi remiges Ulyſſeï,
Volente Circe, membra: tunc mens & ſonus B
* Relatus, atque notus in vultus honor.
Dedi ſatis, ſupérque pœnarum tibi,
Amata nautis multùm, & inſtitoribus:
Fugit iuuentas, & verecundus color
Reliquit oſſa pelle amicta lurida:
Tuis * capillus albus eſt odoribus:
Nullum à labore me reclinat otium:
Vrget diem nox, & dies noctem: neq; eſt
Leuare * tenta ſpiritu præcordia.
Ergo negatum, * vincor vt credam miſer,
Sabella pectus increpare carmina:
Caputq; Marſa diſſilire nænia,
Quid amplius vis? ô mare, & terra, ardeo
Quantùm neque atro delibutus Hercules
Neſſi cruore: nec Sicana feruida
Virens in Ætna flamma. tu, donec cinis
Iniurioſis aridus ventis ferar,
Cales venenis officina Colchicis.
Quæ finis? aut * quod me manet ſtipendium?
Effare: iuſſas cum fide pœnas luam:
Paratus expiare, ſeu popoſceris
Centum iuuencos: ſiue mendaci lyra
Voles ſonari: tu pudica, tu proba:
Perambulabis aſtra ſidus aureum.
* Infamis Helenæ Caſtor offenſus vice,
Fratérque magni Caſtoris, victi prece
Ademta vati reddidere lumina.
Et tu (potes nam) ſolue me dementia:
* O nec paternis obſoleta ſordibus,

A Nec in ſepulcris pauperum prudens anus
Nouendialeis diſſipare pulueres.
Tibi hoſpitale pectus, & puræ manus:
Tuúſq; venter * partumeius: & tuo
Cruore rubros obſtetrix pannos lauit,
Vtcumque fortis éxſilis puerpera.

Canidia reſpondet, oſtendens, ſe nullis precibus exorari, nulla ratione placari poſſe.

Quid obſeratis auribus fundis preces?
Non ſaxa nudis ſurdiora nauitis
* Neptunus alto tundit hibernus ſalo.
* Inultus vt tu riſeris Cotyttia
Vulgata, ſacrum liberi Cupidinis?
Et Eſquilini * pontifex venefici
Impune vt vrbem nomine impleris meo
Quid proderit ditaſſe Pelignas anus,
Velociúſve miſcuiſſe toxicum,
C Si tardiora fata te votis manent?
Ingrata miſero vita ducenda eſt in hoc,
Nouis vt vſque ſuppetas doloribus.
Optat quietem Pelopis infidus pater,
Egens benignæ Tantalus ſemper dapis:
Optat Prometheus obligatus aliti:
Optat ſupremo collocare Syſyphus
In monte ſaxum: ſed vetant leges Iouis.
* Voles modò altis deſilire turribus:
Modò enſe pectus Norico recludere:
D Fruſtráque vincla gutturi nectes tuo,
Faſtidioſa triſtis ægrimonia.
Vectabor humeris tunc ego inimicis eques:
Meæq; terra cedet inſolentiæ:
* An, quæ mouere cereas imagines,
(Vt ipſe noſti curioſus) & polo
Deripere Lunam vocibus poſſim meis:
Poſſim crematos excitare mortuos,
Deſiderlq; temperare poculum:
Plorem artis, in te nullum habentis exitum?

Efficaci

EFFICACI] ἐνεργῷ Od. 3. huius libri. *Nec munus humeris efficacis Herculis, &c.*

DO MANVS] *dare manus* eſt cedere, & fateri ſe inferiorem eſſe. M. Tull. ad Att. lib. 2. *aiebat illum primò ſanè diu multa contrà: ad extremum autem manus dediſſe.* Lucret. lib. 2. *& ſi tibi vera videtur, Dede manus: aut, ſi falſa eſt, accingere contrà.* Idem ibid. *Nam certè fluere, atque recedere corpora rebus Multa, manus dandum eſt: ſed plura accedere debēt: Donec alescendi ſummum tetigere cacumen.* Iterum M. Tull. in Lælio, *qui aduerſando ſæpe aſſentetur, & litigare ſe ſimulans, blanditur, atque ad extremum det manus.* Cæſar lib. 5. de bell. Gallico, *tandem dat Cotta manus permotus ſuperiore ſententia Sabini.* Virgil. lib. 11. *neque ipſe manus feritate dediſſet.*

REGNA PER PROSERP.] mos erat apud veteres obſecrare per res ei, quem obſecrabant, aut cariſſimas, aut religioſiſſimas, & maximè venerandas, ſanctiſſimas, atque auguſtiſſimas interdum etiam per res ſuas maximè imbecillas, & humileis, & afflictas, & miſericordia digniſſimas. Plautus, Rudente. *Per ego hæc genua te obteſtor, ſenex.* M. Tull. pro Quinctio, *vt te, atque eos, qui tibi in conſilio aſſunt, obſecret, obteſteturque P. Quinctius per ſenectutem ac ſolitudinem ſuam, nihil aliud niſi vt veſtræ naturæ, bonitatique obſequamini.* ibid. *Obſecrauit* [Quinctius Næuium] *per fratris ſui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per ipſius coniugem & liberos, &c.* vide annot. ad Odam 5. eiuſd. lib.

NON MOVENDA] ἀκίνητα, vel non irritanda. Diana enim irata grauis ab iis, qui offenderunt, ſumit pœnas. itaque horribilis dea eſt. epiſt. ad Piſon. *Aut fanaticus error, & iracunda Diana.* Talis & eius frater Apollo: vt ſuprà notauimus.

REFIXA] Virg. lib. 5. Æn. *Cælo ceu ſæpe refixa Tranſcurrunt crinemque volantia ſidera ducunt.*

DEVOCARE] deducere, vt ſup. Od. 5.

VOCIBVS TANDEM SACRIS] carminibus, cantionibus, ἐπῳδαῖς, vt epiſt. 1. libr. 1. *Sunt verba, & voces.*

VOLVE VOLVE] omnes quidem libri & vulgati, & manuſcr. habent *ſolue*: ſed omnino legendum *volue, volue*: itaque Io. Auratus collega meus, & Carolus Vtenhouius Gandauenſis, vir doctus, exiſtimabant legendum. volue autem *retro*, id eſt, conuerte in contrariam partem, vt, quem erueiatum, & ardorem mihi attulit prior turbinis conuerſio, eo me liberet contraria: vel vt, qui à me diſceſſit, is ad me reuertatur. Theoc. εἰδυλλ. β. Χ' ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ ἀφροδίτας· Ὣς κεῖνος δινοῖτο ποθ' ἁμετέρῃσι θύρῃσι, id eſt, Vt voluitur hic turbo æreus ex Venere, ſeu vi Veneris: ita voluatur ille ad foreis noſtras. Omnino *retro voluere*, valde vſitatè & Latinè, & conuenienter, aptèque dictum: *retro ſoluere*, non item.

TVRBINEM] rhombum magicum ſignificat, quem Martialis appellat Theſſalicum lib. 9. *Quæ nunc Theſſalico lunam deducere rhombo, Quæ ſciet*

A *hos, illos vendere lena toros?* de quo & Theocrit. in Pharmac. Χ' ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ Ἀφροδίτης, Ὣς κεῖνος δινοῖτο ποθ' ἁμετέρῃσι θύρῃσι. & Propert. lib. 3. ad Lygdamum. *Staminea rhombi ductum ille rota.* & Lucian. διαλ. ἑταιρ. in eo, cuius principium eſt Ἐκείνην τὰς Σεc. ἀπὸ τοῦ κόλπου προχειρισαμένη ῥόμβον, ἐπιστρέφει ἐπῳδήν τινα λέγουσα, ἐπιτρόχῳ τῇ γλώσσῃ βαρβαρικὰ καὶ φρικώδη ὀνόματα. id eſt, Deinde cum ea ſinu turbinem depromſiſſet voluit carmeo quoddam dicens lingua volubili, & barbara quædam atque horribilia vocabula pronuntians.

MOVIT NEP. TELEPH.] Exemplo A- B chillis, qui inimicis ſuis tandem placabilem ſe præbuit, conatur Canidiam ad miſericordiam flectere. Telephus Myſorum rex ab Achille, quem armis, & manu facta prohibere conatus erat, ne ad Troiam oppugnandam veniret, vulneratus, cùm conſulto oraculo reſponſum tuliſſet, vulnus ab Achille illatū alio medicamento ſanari non poſſe, quàm ferrugine enſis Achillis, (reſponderat enim Apollo ὁ τρώσας ἰάσεται) illum orauit, vt eius rei ſibi copia fieret, & impetrauit. Propert. li. 2. ad Mæcen. *Myſus & Æmonia iuuenis, qua cuſpide vulnus Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.* hic, qui rex anteà fuerat, exſulauit & mendicauit. vide in epiſt. de arte poët. *Telephus & Peleus, cùm pauper & exſul, vterque, &c.* Achillem autem, nepotem Nereïum dicit, quia C Thetis, Achillis mater, Nerei eſt filia.

ORDINARAT AGMINA] inſtruxerat & duxerat exercitum. ſuprà Od. 1. lib. 3. *ordinare arbuſta*, pro ordine ſerere. *Eſt vt viro vir latius ordinet Arbuſta ſulcis.*

VNXERE MATRES] Cùm & manuſcripti, & typis excuſi codices hoc loco inter ſe diſſentirent, alii *vnxere*, alij *tinxere* haberent, (quamquam, ne quid diſſimulem, ea iis, quos ego vidi, plures habent *vnxere*) ego olim eam ſcripturam ſecutus eram, quæ mihi probabilior viſa erat, ſuum cuique iudicium liberum relinquens, vt hanc, vel illam amplecteretur, quemadmodum ego vnam altera meliorē iudicaram. cuius mei iudicij, factique rationem reddideram lectori D hoc modo. Negabam igitur, apud Homer. Ἰλ. ω. corpus Hectoris à mulieribus Troianis vnctum eſſe, ſed ploratum primùm, lacrymiſque decoratum, & combuſtum: deinde oſſa pannis molliſſimis inuoluta, & in vrnam coniecta: poſtremò exſtructum ei è grandibus ſaxis monumentum: Iam verò, quòd vnctionis mentio fit interdum apud ſcriptores, id non magis ad honorem ſepulturæ pertinet, quàm lauatio, & pleraque alia, quæ nonnumquam in caſe quis, & funeribus mortuorum ſolebant adhiberi: quale eſt hoc exemplum ex Ennio, *Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & vnxit:* & item hoc ex Virgil. libro ſeptimo Æneid. de Miſeno. *Principio pinguem tædis, & robore ſecto Ingentem ſtruxere pyram, cui frondibus atris*

A *Intextunt latera, & feraleis ante cupreſſos Conſtituunt, decorántque ſuper fulgentibus armis: Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis Expediunt, corpúſque lauãt frigentis, & vngunt.* apud eundem lib. 9. mater Euryali queritur ſe filio oculos non preſſiſſe, neque vulnera lauiſſe, his verbis, *Heu, terra ignota canibus data præda Latinis, Alitibúſque iaces, nec te tua funera mater Produxi, preſſive oculos, aut vulnera lãui.* eodem pertinet illud Euripid. Phœniſſ. ἐγὼ δ᾽ ἥκω μεταςείλας ἀδελφὸν Ἰοκάςην, ὅπως λύσῃ, περιθεῖναί τ᾽ ἐκεῖ τὸ παῖδ᾽ ἐμοί. Quis autem vnquam vel poëta, vel alius ſcriptor in miſeriis mortui numerauit, quòd lotus non fuerit, aut quòd ei morienti oculi preſſi, vel clauſi non fuerint? nemo, quod ſciam. At o-

B mnes poëtæ harum commiſerationum pleni ſunt, dum vel eorum, qui naufragio perierunt, vel eorum, qui in acie ceciderunt, vel ſimilium calamitoſorum condicionem miſerantur, ac deplorant: *iacet inſepultus, & indefletus*, aut *non luctus*. Optabant enim omnes ſe ſepeliri, humari, fleri, ac lugeri poſt mortẽ: & hæc crebrò à ſcriptoribus commemorantur: *lauari corpus* autem *vngi*, *oculos claudi*, & ſimilia, vel non ita expetebant, vel dicere licet illa eſſe borum acceſſiones, & ad ſupremum honorem, id eſt, luctum, & ſepulturam, tanquam ad finem, referri. Iam verò quòd ſcribunt quidem vngere cadauera ſolitos eſſe veteres, vt diutiùs integra conſeruarentur:

C id verum eſſe non puto. Nam vnctionem, vel munditiei, & nitoris, vel luxus cauſa adhibebant, & ſciebant ad corporum integritatem conſeruandam nihil adiuuare: corpora autem cũ diu manere incorrupta, & integra volebãt, ea vel condiebant, vel cera circumlinebant: quod oſtendit M. Tullius lib. 1. Tuſcul. bis verbis. *Cõdiunt Ægyptij mortuos, & eos domi ſeruant: Perſæ etiã cera circumlitos condunt, vt quàm maximè permaneant diuturna.* id quod ab Herodoto traditum eſt libro ſecundo. ad eundem vſum cedrum, & cupreſſum adhibebant. Sed cuius hominis eſt dicere hoc loco, vngi ſolita apud antiquos cadauera, vt diutius integra ſeruarentur, cùm conſtet & Troianos, & Romanos, maximè Horatij æ-

D tate, corpora mortuorum in rogum imponere, & comburere, non integra ſeruare conſueuiſſe? *Vnxere* igitur mihi propter has cauſas non admodum probabatur: *luxere* autem, maximè: proptereà quòd vbique apud ſcriptores lugeri, & luctu, ſeu fletu honorari mortuos legimus. Itaque Homerus non ſemel κλαίειν θανόντας, id eſt flere mortuos, dicit eſſe γέρας θανόντων, id eſt, decus, præmiúmque mortuorum, vt anoot. eſt ſup. ad Od. 6. lib. 2. Tùm crebra ſunt hæc apud Tragicos ἄκλαυςος, ἄταφος, id eſt, non ploratus, non ſepultus. Euripid. Phœn. ἐᾶν δ᾽ ἄκλαυςον, ἄταφον οἰωνοῖς βορὰν, id eſt, relinquere non ploratum, inſepultum, volucribus eſcã. quæ Virg. expreſſit libr. 2. *Nos anima viles, inſleta, inhumatáque turba*. Iterum apud Eurip. in Medea Iaſon Medéam orat, vt ſinat ſe filios ſuos ſepelire, & lugere, his verbis, Θάψαι νεκρούς μοι τούσδε καὶ κλαῦσαι πάρες, apud eund. in Hecuba, ſic vmbra Polydori loquitur: πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φορούμενος ἄκλαυςος, ἄταφος. apud eundem in Androm. ij, qui nuntiant Peleo interfectum eſſe Neoptolemum, aiunt ſe corpus eius afferre, vt nepotem defleat, & ſepeliat. Κομίζουσιν νιν σοὶ κατοιμῶξαι γόοις, Κλαῦσαι τε πρέσβυ, γῆς τιμῆσαι τάφῳ. Alcæus libro tertio epigr. grec. Ἄκλαυςοι, καὶ ἄθαπτοι ὁδοιπόρε τῷδ᾽ ἐπὶ τύμβῳ Ἠμαθίης τρισσαὶ κείμεθα μυριάδες, &c. Itaque Solon mortem ſuam lacrymis carere non vult. *linquamus amicis* (inquit) *Mærorem, vt celebrent funera cum gemitu.* At Ennius contrà. *Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit: cur? volito viuu' per ora virûm.* Quòd ſi quis mihi dicat, licere mortuos lugere, & deflere, etiam ſi corpus abſit; ergo hoc loco legendum *vnxere*, quia ad luctum, & ploratum & ſimilia, non erat neceſſe corpus Hectoris redimi, & Troiam referri: reſpondeo ploratus illos, & fletus non niſi poſito ante omnium lugentium oculos cadauere, eſſe ſolitos vſurpari. quod ex Homero, Virgilio, & ceteris, cuiuis perſpicuum eſſe poteſt. M. Tullius autem hæc genera lugendi enumerat libr. 3. quæſt. Tuſcul. *pædores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percuſſiones*: & Euripides in Alceſt. nõ admodum diſſimilia. Πυλῶν πάροιθεν δ᾽ οὐχ ὁρῶ Πηγαῖον, ὡς νομίζεται, χέρνιβ᾽ ἐπὶ φθιτῶν πύλαις: Χαίτη τ᾽ οὔτις ἐπὶ προθύροις τομαῖος, ἃ δὴ νεκύων πένθει πίτνει. Οὐ δουπεῖ χεὶρ νεολαία γυναικῶν. id eſt, ante portas autem non video, vt mos & inſtituta poſtulant, fontanas aquas, quæ ſolent adhiberi in mortuorum portis: coma autem nulla eſt in veſtibulo è capite abſciſſa: quæ in mortuorum luctibus fieri ſolent. poſtremò mulierum conuentus non tollit clamorem, neque ſtrepitum excitat. ſic igitur hunc locum explicabam. Matres Troianæ corpus Hectoris, quod Achilles canibus, & auibus deſtinauerat, luxerunt, honoréque ſepulturæ affecerunt, poſteaquam Achilles Priami ſupplicis oratione, & precibus flexus eſt. Iam Achilles apud Homer. ἰλ. ω. à Mercurio præmonitus, & de Iouis voluntate certior factus, Priamo corpus Hectoris Troiam deportandum, ac ſepeliendum tradit. ſic Hom. Υἱὸς μὲν δή τοι λέλυται γέρον, ὡς ἐκέλευες· Κεῖται δ᾽ ἐν λεχέεσσ᾽· ἅμα δ᾽ ἠοῖ φαινομένηφι Ὄψεαι αὐτὸς ἄγων. Virgil. Æneid. 2. *At non ille, ſatum quo te mentiris, Achilles Talis in hoſte fuit Priamo: ſed iura, fidémque ſupplicis erubuit, corpúſque exſangue ſepulcro Reddidit Hectoreum.* Cùm his rationibus, & argumentis adductus in priore editione *luxere* excudendum curaſſem: & aliquot annis pòſt Lutetiæ non pauca Horatij exemplaria manu ſcripta nactus, in eis omnibus *Vnxere* ſcriptum reperiſſem, niſi quòd in vno hoc verbum erat in litura: hac ſecunda editione plurium librorum auctoritatem ſequi malui: in ſententia tamen priore manens,

nens, vt putem, *Luxere* potiùs legendũ eſſe, quàm *Vnxere*: aut certè vtramque lectionem eſſe probabilem: quod & Antonio Mureto videtur.

ADDICTVM FERIS] Addixerat Hectorem canibus, & auibus Achilles iam ab eo tempore, quo Hector mortifero illo inter humeros & ceruices, ἵνα τε ψυχῆς ὤκιστος ὄλεθρος, id eſt, vbi celerrimus eſt interitus, vulnere accepto, iacénſque, & pæne exanimis, Achillem orabat, vt corpus ſuum patri Priamo comburendum, ac ſepeliendum redderet, neque canibus dilacerandum apud naueis relinqueret. ſic enim reſpondet Achilles ἰλ. χ. Μή με κύον γούνων γουνάζεο, μηδὲ τοκήων. Αἲ γάρ πως αὐτόν με μένος, καὶ θυμὸς ἀνείη Ωμ' ἀποταμνόμενον κρέα ἔδμεναι, οἷά μ' ἔοργας. Ὡς οὐκ ἔσθ' ὅστις γε κύνας κεφαλῆς ἀπαλάλκοι, id eſt, Ne mihi homo impudentiſſime per genua mea ſupplicia, neque per parenteis. Nam me animus & ira incitant, vt te crudum in fruſta ſectum comedam: talia in me commiſiſti: Quare non eſt quiſquam, qui canes à capite tuo prohibere poſſit. & ἰλ. ψ. in ſepultura Patrocli cùm duodecim illos Troianos iuuenes, quos viuos ceperat, manu ſua interfectos in rogum conieciſſet, ait ſe Hectorem non flammis eauſturum, ſed canibus dilaniandum proiectum. Ἕκτορα δ' οὔτι δώσω Πριαμίδην πυρὶ δαπτέμεν, ἀλλὰ κύνεσσι.

B

HOMICIDAM] ἀνδροφόνον neque verò deterius multo eſt nomen Latinum Græco. nam ἀνδροφόνος, id eſt, viricida, apud, apud Homerum idem ferè valet, quòd ἀνθρωποκτόνος, id eſt, homicida. & item apud Euripid. in Hecuba, vbi Polymneſtor mulieres Troianas, à quibus eius liberi parui pueri fuerant interfecti, ἀνδροφόνους appellat. Denique Euſtath, ad illum locum Homer. ἰλ. ψ. ἤγαγεν ὑμέτερόν δ' ἀνδροκτασίης ὑπὸ λυγρῆς Ἤματι τῷ ὅτε παῖδα κατέκτανον Ἀμφιδάμαντος, &c. notat ἀνδροφόνος γὰρ ὁ ἁπλῶς ἄνθρωπον ἀναιρῶν εἴτε παῖς εἴη ὁ πεσών, εἴτε ἀκμαῖος, εἴτε καὶ γυνή, id eſt, ἀνδροφόνος, ſeu, ſi dicere liceat viricida, is eſt ſimpliciter, qui hominem occidit, ſiue puer ſit is, qui cecidit ſiue vir ætate corroborata, ſiue mulier.

C

POSTQVAM RELICTIS MOENIS. REX] Priamus ἰλ. ω. à Mercurio per media Græcorum caſtra noctu deductus, vt ſuprà diximus ad Od. 10 lib. 1. neque à quoquam viſus, ad Achillem peruênit: & cùm eius genua manibus tetigiſſet, manúſque exoſculatus eſſet: ſeſe ad pedes abiecit orans, vt corpus Hectoris, pretio accepto, ſibi redderet, ſepeliendique poteſtatem faceret. Homeri verba ſunt hæc ἄγχι δ' ἄρα στὰς Χερσὶν Ἀχιλλῆος λάβε γούνατα, καὶ κύσε χεῖρας Δεινὰς, ἀνδροφόνους, αἵ οἱ πολέας κτάνον υἷας. ſequitur aliquot pòſt verſibus, Κλαῖ' ἀδινὰ προπάροιθε ποδῶν Ἀχιλλῆος ἐλυσθείς, id eſt, Plorabat miſerabiliter, ſeu indeſinenter ante pedes Achillis volutatus.

D

PERVICACIS] in ſententia ſua obfirmati, pertinacis, &, vt alibi, cedere neſcij. quamquã

A

intereſt inter peruicaciam & pertinaciam.

SETOSA DVRIS EXVERE] id eſt, porcorum, & ceterarum beſtiarum, in quas à Circe fuerant verſi, figuras exuerunt, & humanas recuperarunt, Circe volente, ac libente. hac re Homerus ὀδ. κ. Κίρκη δὲ διὲκ μεγάροιο βεβήκει Ῥάβδον ἔχουσ' ἐν χειρί, θύρας δ' ἀνέῳξε συφειοῦ, &c. id eſt, Circe autem per domum, & è domo egreſſa eſt, virgam manu tenens: fores autem haræ aperuit. ſequitur, Τῶν δ' ἐκ μὲν μελέων τρίχες ἔρρεον, ἃς πρὶν ἔφυσε φάρμακον οὐλόμενον, τό σφιν πόρε πότνια Κίρκη· Ἄνδρες δ' αἶψ' ἐγένοντο νεώτεροι, ἢ πάρος ἦσαν. id eſt, eorum autem membris pili defluebant, quos prius naſci fecerat pharmacũ perniciosum, quod eis dederat veneranda Circe. Viri autem citò facti ſunt iuniores, quàm antea erant.

REMIGES VLYSSEI] ſocij Vlyſſis. epiſt. 2. lib. 1. *remigum vitioſum Ithacenſis Vlyſſei.*

RELATVS] ſic habent duo cod. Vatic. & Ioann. Rainur. Vrſ. Torneſ. & ita legendum, non *relapſus*. relatus autem, id eſt, redditus & reſtitutus.

ATQVE NOTVS IN VVLTVS HONOR] id eſt, & facies priſtina honeſta, omnibus nota, nempe humana.

AMATA NAVTIS MVLTVM] ô tu, quam nautæ, & inſtitores multùm amant. Cùm videri velit eam honorificè appellare, eique blandiri, reuera tamen contumelioſè inſectatur. qui ſint inſtitores, dixi ſup. ad Od. 6. lib. 3.

IVVENTAS] id eſt, iuuenta. nam quamois Deæ nomen ſit, eodem tamen etiam ætas hæc ſignificatur.

VERECVNDVS COLOR] purpureus, & rubicundus: qualis ineſt in pueris, & adoleſcentibus, qui verecundi ſunt: vel per verecundum colorem, ideo rubicundus ſignificatur: quia, quos pudet, ij erubeſcunt. ſignificat, ſibi cantiones & veneficia Canidiæ pallorem, maciem, canitiémque attuliſſe.

RELIQVIT OSSA, &c.] nihil mihi reliquit præter oſſa pelle lurida amicta: vel præter oſſa & pellem luridam. prouerbium de ſumma macie. Plaut. Capt. *Maceſco, conſeneſco, & tabeſco miſer: Oſſa atque pellis ſum miſera macritudine.* Theocritus εἰδ. δ. Τήνας μὰν δήποι τᾶς πόρτιος αὐτὰ λελείψαι Τ' ὀστέα, id eſt, Illius quidem iuuencæ ſola oſſa relicta ſunt. Apollon. Ἀργον. β. πίνῳ τε οἱ αὐσταλέος χρὼς Ἐσκλήκει, ῥινοὶ δὲ σὺν ὀστέα μοῦνον ἔεργον, id eſt, ſordibus ei corpus erat aridum & ſqualidum: pellis autem & oſſa ſola continebant. Virgil. Palæm. *vix oſſibus hærent.*

PELLIS AMICTA LVRIDA] pallida, ſubuiridis, vel crocei coloris: qualis vmbrarum, arquatorum, luræ, Orci. vt ſup. Od. 4. libr. 3. *luridum Miſſos ad Orcum.* amicta autem, id eſt, veſtita, epiſt. 15. lib. 1. *Pomiſque & pratis, et amicta vitibus vlmo.*

TVVS CAPILLVS ALBVS EST] tul

odores, tuáque vnguenta, id eſt, veneficia, mihi canitiem attulerunt. Oda 14. lib. 3. *Lenit albeſcens animos capillus.*

Nvllam à labore me] nulla mihi à labore, ſiue animi & corporis datur intermiſſio, nulla conquieſcendi poteſtas.

Vrget diem nox, at d.] id eſt, ſine vlla temporis intermiſſione laboro, cótinuis animi laboribus exerceor. diurno labori ſuccedit nocturnus, & nocturno diurnus.

Neqve est levare] οὐδ' ἔστι, vel ἔξεστι non licet, non datur reſpirare. diſtenta mihi ſút ſpiritu præcordia, neque ea reſpirando leuare poſſum, iccircò enim data eſt reſpiratio, vt & attrahatur aër frigidus, qui calorem inteſtinum, ac naturalem refrigeret: & viciſſim pectus ſpiritu, & aëre concalefacto diſtentum, atque inflatum ſubleuetur.

Ergo negatvm vincor, vt credam] horum verborum hæc ſententia eſt. ergo ego nunc tandem infelix meis malis vincor, vt credam, & fatear id, quod initio negauerani: quidnam? Sabella carmina, id eſt, Canidiæ Sabellæ cantiones vim habere ad permouẽdus, & perturbandos hominum animos.

Capútqve Marsa.] & vt credam, caput Marſis cantionibus, ſeu carminibus, quodammodo diſrumpi, amentiáque affici. ſuprà Od. 5. eodem lib. *nec vocata mens tua Marſis redibit vocibus.* [Licet & ita interpretari, *diſſilire*, id eſt, dirumpi, & verò vtrũque coniunxit Arnobius lib. 2. aduerſus genteis, *vt inſidelium diſſiliat, & dirumpatur auditus.*]

Dissilire.] in diuerſas parteis ferri, diſſipari, differri. epiſt. 18. lib. 1. *Gratia ſic fratrum geminorum Amphionis, atque Zethi diſſiluit.*

Qvantvm neqve atro delibvtvs] Hercules Eunomo Architelis filio, à ſe non ſponte interfecto, voluntario ſe exſulio multauit, atque in oppidum Trachinem proficiſci conſtituit. Cùm ad Euenum fluuium, cuius portitor erat Neſſus centaurus, perueniſſet, ipſe fluuium pedibus ſuperauit: Deianiram autem mercede pacta Neſſo traiciendam reliquit. Hic, dum eam traiicit, vim ei inferre conatur. Hercules Deianiræ vim propulſatis clamore exaudito, egredienti Neſſo mortiferum vulnus inflixit. Neſſus moribundus, Deianiræ ad ſe euocatæ dixit, ſe philtrum ei dare velle, quo Herculis erga ſe amorem perpetuum, ac ſempiternum retineret, (conſtabat autem id philtrum ex ipſius Neſſi cruore, & eo veneno, quo ſuorum telorum cuſpides Hercules inficere ſolebat.) Quo cupide accepto, & ſtudioſè ſeruato, cùm Deianira parum gratum de Iola Euryti filia nuntiũ accepiſſet, vereretúrque ne Iolam ſibi anteponeret Hercules, tunicam ad eum miſit cruore illo imbutam, cùm exiſtimaret philtrum eſſe: quã cùm ille induiſſet, venenúmque illud corporis contactu concalefactum, vſque ad viſcera permanaſſet, voces illas miſerabileis edidit, quæ le-

A guntur apud Sophoclem in Trachin. vide Od. 3. huius lib.

Nec Sicana fervida Virens] Sic ego hunc locum veterum codicum auctoritatem ſecutus emendaui. ſic enim ſcriptum reperi in cod. Don. Iann. & duobus Vatic. vno Petri Danielis, & totidem Nicotianis, & vno Nicot. Cleric. & duobus Ruſſardinis, *Virens in Ætna.* quod ſine dubio rectum eſt, vt per virẽtem flammam ſignificari intelligamus eam, quæ valida & perpetua ſit, & nunquam langueſcat, aut moriatur: quemadmodum apud Homerum ἰλ. ι. φλὸξ ἐμαράνθη, id eſt, flamma exaruit: ſeu marcida facta eſt, pro exſtincta eſt. & ἰλ. ψ. τῆμος πυρκαϊὴ ἐμαραίνετο, id eſt. tunc incendium

B marceſcebat. [Sic apud Lucretium libr. 1. *Donec fulſerunt flammis flore coorta.*] *Virens* autem, quod in ceteris omnibus manuſcr. reperitur, longè eſt ineptiſſimum. Ego igitur priore ſentẽtia deſiſto: quæ fuit huiuſmodi, *Virens* eſſe mendoſum, & legendum *Vibrans.* Sic autem hanc ſententiam confirmabam in priore editione. Ex hoc *virens*, quod mihi deprauatum videbatur, coniectura ductus, tamquam manu quadam, ad veram ac germanam (vt tum putabam) lectionem, *vibrans flamma*, reponebam: atque ita diſputabam. *Vibrans flamma* (opinor) ab Horatio appellatur, quæ ſtricti ferri, aut luminis in morem ſplendet, ac micat: vel quæ ſe attollit, atque eiaculatur in auras: qualem deſcribit Lucretius libro 6. Ætnę flammam, & Virgil. libro 3. Æneid ſic Lucret.

C *Nunc tamen illa modis quibus irritata repente Flamma foras vaſtis, Ætna fornacibus efflet, Expediam. primum totius ſubcaua montis Eſt natura, ferè ſilicum ſuffulta cauernis*, &c. ſequitur mox, *Ventus enim fit, vbi eſt agitando percitus aër. Hic vbi percaluit calefecitque omnia circum Saxa furens quà contingit, terrámque: & ab illis Excuſſit calidum flammis velocibus ignem: Tollit ſe, ac rectis ita faucibus eiicit alte, Funditque ardorem longè, longéque fauillam Differt, & craſſa voluit caligine fumum, Extruditque ſimul mirando pondere ſaxa.* Et Virgil. *ſed horrificis iuxta tonat Ætna ruinis: Interdúmque atram prorumpit ad æthera nubem Turbine fumantem piceo, & candente fauilla. Attollitque globos flammarum, & ſidera lambit: Interdum ſcopulos, auulſáque viſcera montis Erigit eructans, liquefactáque*

D *ſaxa ſub auras Cum gemitu glomerat, fundóque exæſtuat imo.* quos Virgilij verſus ex Pindari Oda 1. expreſſos, aut certè imitatos oſtendit Macrob. lib. 5. Saturnal. cap. 17. κίων δ' οὐρανία συνέχει, νιφόεσσ' Αἴτνα πανέτης χιόνος ὀξείας τιθῆνα, τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλάτου πυρὸς ἁγνόταται ἐκ μυχῶν παγαί: ποταμοὶ δ' ἁμέραισι μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ αἴθων': ἀλλ' ἐν ὄρφναισι πέτρας φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖαν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ: κεῖνο δ' ἁφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὸν δεινοτάτους ἀναπέμπει, id eſt, Columna autem cæleſtis continet, niuoſa Ætna, per totum annum niuis acutæ nutrix: cuius ex receſſibus eructantur ignis, ad quem nemo accedere audeat, puriſſimi

ſimi fontes. Fluuij autem ignei interdiu profundunt fluentum fumi candens, ſeu nigrum: noctis autem tenebris pœnicea flamma voluitur, & ſaxa portat in maris æquor profundum cum ingenti ſonitu. Illud autem Vulcani teptile ſcaturigines horribiliſſimas ſurſum mittit. Iam verbum vibrare, ſæpius eſſe abſolutum, quàm ἐνεργητικὸν, id ex Lucret. M. Tull. intelligere licet. Lucretius libro tertio. *Quin etiam tibi ſi lingua vibrante minacem Serpentem, & cauda procero corpore vtrinque Sit libitum in multas parteis diſcindere ferro, &c.* Virgilius Æneid. 2. *Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.* Idem libro nono *Vibranti gladio connixus ab aggere dexter Occupat.* & libro 10. *Vibranti cuſpis medium transuerberat ictu.* M. Tullius orat. perfect. de Demonſtr. *Cuius non tam vibrarent fulmina illa, niſi numeris contorta ferrentur.* Idem in Lucullo. *Nobiſmetipſis modò caruleum mare videbatur, nunc rauum: nunc, quia à ſole collucet, albeſcit, & vibrat.* Idem in Bruto extremo. *& erat oratio cum incitata, & vibrans, tum etiam accurata & polita.* Quinctil. libro 10. de Archilocho. *cum valida, cum breues, vibrantéſque ſententia.* hanc igitur ſcripturam veram eſſe puto, *Vibrans in Ætna flamma.* Nam quòd quidam emendauerunt, *Furens in Ætna flamma*, non equidem inuideo: & ſcio Virgil. libro quarto Æneid. in extr. dixiſſe: *flammaque furentes Culmina pérque hominum voluantur, perque Deorum:* Verùm hæc lectio, quam ſequor, & propiùs abeſt à vetere ſcriptura *Virens*, & ſignificantius (meo quidem iudicio) exprimit flammæ è fornacibus illis erumpentis, & in altum ſeſe eiicientis, & conglobantis naturam. *Vrens* autem factum eſſe puto ex *Virens*: & *Virens* ex *Vibrans* errore, & negligentia librariorum. Hæc igitur olim ſcripſeram. Nunc autem ſententia mutata, *Virens flamma* retineo, & virentem flammam interpretor, validam, acrem, perpetuam, non langueſcentem. Cur ſententiam mutem autem vna hæc cauſa eſt, quod tutiùs eſſe arbitror veteres codices ſequi, præſertim vbi defendi poſſunt, vbique probabilem ſcripturam continent, quàm aliam excogitare. Si quis tamen *vibrans flamma*, quæ lectio coniectura ſola nititur, huic anteponet, non improbabo.

Tv doneo cinis, &c.] tu veluti quædam venenorum officina, non ceſſabis me tuis venenis exurere donec exaruerim, & cineris in modũ conſumtus: atque à ventis diſperſus fuerim: ſeu donec in cinerem verſus fuerim, vt loquitur Oda 3. lib. 3.

Colchicis] Medeæ venenorum ſimilimis. ſuprà Od. 5. *Flammis aduri Colchicis.* & Od. 13. lib. 2. *ille venena Colchica, Et quicquid vſquam concipitur nefas, Tractauit, &c.*

Qvæ finis?] finis generis fœmin. vt ſuprà Od. 18. libro ſecundo, *fine deſtinata.* & Lucret. libro 1. *Denique iam quoniam generatim reddita finis Creſcendi rebus conſtat.* & Virgil. libro 5. *Quæ finis ſtandi?*

A

Qvod me manet stipend.] quod tibi à me vis ſtipendium perſolui? id eſt, quam mihi pœnam irrogabis aut impones? quam me pœnam vis ſufferre, ac ſuſtinere?

Effara] quidam legi volunt Ecfare, quo modo ſcriptum reperi etiam ego in vno, & altero codice antiquo.

Ivssas] participium à verbo *iubeor:* de quo alibi. iuſſas autem, id eſt, à te in me conſtitutas: vel quas ego ſubire & luere abs te iuſſus fuero.

Cvm fide] tralatio à pecunia: quæ cum fide ſolui dicitur, ſi tota, & ad diem ſoluatur.

B

Expiare] pœna ſubeunda luere, ac delere. vt Od. 1. lib. 2. *arma Nondum expiatis vncta cruoribus.* & huius lib. Od. 5. *dira deteſtatio Nulla expiatur victima.* Cicero de haruſp. reſp. *nomen populi Rom. tanto ſcelere contaminauit, vt id nulla re poſſit, niſi ipſius ſupplicio, expiari.*

Meno. lyra voles sonari.] id eſt, falſò, ſeu falſis carminibus, & mendacibus hymnis laudari, ſignificat, eam veris laudibus ornari non poſſe.

Tv pvdica, tv proba.] ſignificat eam eſſe impudicam, & improbam. ſic Catull. in quandam. *Pudica & proba, redde codicillos.*

Perambvlabis astra sidvs] tanquam Erigone referêris in ſiderum numerum:

C

vel ſi tu ſidus aureum inter aſtra verſaberis. hoc dicitur intereſſe inter aſtrum & ſidus, quòd ſidus vna ſtella ſit: aſtrum, multæ: vt Virgiliæ, Orion, Vrſa maior, & Vrſa minor, &c. ſidus aureum autem dixit ἐπιθετικῶς. vt non ſemel Virg. Æn. 2. *ferit aurea ſidera clamor.* & lib. 11. *Tum verò immēſus ſurgens ferit aurea clamor Sidera.*

Infamis Hel. Cast. offens.] Quæ ſunt peruulgata, omnibúſque notiſſima de Steſichoro poëta, idcircò eum oculis eſſe multatum, quia Helenam verſibus maledicis, & contumelioſis lacerarat, prætermitto. Pauſanias autẽ in Laconicis, noua quædam hac de re, atq; inaudita profert, Leonymum quendam Crotoniatam in inſulam Λευκὴν profectum, Achillem

D

in ea, duos Aiaces, aliósque Heroas, & vnà cũ illis Helenam vidiſſe: cum ea etiam eſſe locutum ſibíque ab illa eſſe mandatum, vt, cùm primùm Himerã (qua in vrbe natus eſt Steſichorus) nauigaſſet, Steſichoro nuntiaret, ſe iratam ob carmen in ſe ſcriptũ, oculos ei ademiſſe: Quo nuntio accepto Steſichorum ſtilum vertiſſe, Helenámque, quã antea vituperarat, laudauiſſe. Eius autem palinodiæ principiũ ponit Plato in Phædro his verbis, ἔστι δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν καθαρμὸς ἀρχαῖος, ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ᾔσθετο, Στησίχορος δέ. τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κακηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν, ὥσπερ Ὅμηρος, ἀλλ' ἅτε μουσικὸς ὤν, ἔγνω τὴν αἰτίαν, καὶ ποιεῖ εὐθύς, Οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος, οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶν εὐσέλμοις, οὐδ' ἵ-

χεο πέργαμα τροίης. ποιήσας δὴ πᾶσαν τὴν χαλεμδίαν παλινῳδίαν παραχρῆμα ανέβλεψεν, id eſt, iis, qui in fabulãdo peccarũt, vetus eſt expiatio, quæ Homerũ quidem fũgit, ſed non Steſichorũ. Nam cùm oculis orbatus eſſet propterea, quòd Helenæ maledixerat, non ignorauit, quemadmodum Homerus, ſed, vt pote qui muſicus eſſet, cauſam eius rei intellexit, & cõtinuò hoc carmen fecit. *Non verus ille eſt ſermo: numquam puppibus vecta es velwolis opulenta ad pergama Troia.* Abſoluta igitur tota illa, quæ appellatur, palinodia, oculorũ ſenſum cõtinuò recuperauit. vſurpat M. Tullius huius carminis principium libro 9. epiſt. ad Attic. οὐκ ἔσ' ἔτυμος λόγος (vt opinor) *ille de ratibus*, id eſt, non eſt verus ille rumor de Pompeij nauibus. Extat & alius Steſichori verſus apud Lycophronis interpr. ad eandẽ rem pertinens, Τρῶες τοί ποτ' ἴσαν Ἑλένης εἴδωλον ἔχοντες, id eſt, Troiani quondam abierũt ſecum Elenæ imaginem habentes.

Infamis Helanæ] quam infamarat Steſichorus: dedecore & infamia nutatæ à Steſichoro, non diſſimulabo me repperiſſe in vno Vatic. libr. Infimis de qua ſcriptura equidem nihil pronuntio. tantùm admonitum lectorem velim, vt conſideret, idem ne ſit ſentiendum de nomine infamis, quod de infacetus cenſuit Hermolaus Barbarus: nempe ſcribendum eſſe, inficetus.

Vati] Steſichoro. de quo ſuprà ad Od. 9. lib. 4. vide de eod. multa apud Quinct. libr. 10.

Et tv] tu quoque eorum exemplo.

O nac patarnis] hæc palinodia irriſionis cõtumelioſæ pleniſſima eſt: imò verò mera contumelia eſt, cũ vrbanitate tamen Horatiana coniuncta. Vult enim Horatius intelligi, quæ laudandæ Canidiæ cauſa dicit, eſſe planè falſa.

Nec sn sepvlcris, &c.] id eſt, nec docta, ſeu quæ neſcis pauperum mortuorum cineres nono poſt eorùm mortem die diſpergere, ac diſſipare. innuit hoc eam factitare ſolere.

Novendiales] nouendiales pulueres, nouendiale ſacrum, nouendiales ludi, nouendiales feriæ à numero dierum ſunt dictæ. Nam cadauer domi dies ſeptẽ ſeruabatur: octauo die comburebatur: nono ſepeliebatur, ſeu humabatur: deinde iuſtis perſolutis, & impoſita inſcriptione humatus dicebatur mortuus. ante hoc tempus, & antequã hæc facta eſſent, dicebatur eſſe ſupra terram. Ad hunc locum pertinet illud Virgil. 5. Æneid. *Præterea ſi nona diem mortalibus almum Aurora extulerit, radiiſque retexerit orbem, &c.* ad quem locum lege Seruiũ, qui ibi profert hũc Horatianum verſum.

Pvræ manvs] καθαραὶ χεῖρες: non maculatæ ſanguine: quod eſt falſum, vt cetera omnia.

Tvúsqve ventsr partvmeivs] venter partumeius eſt, qui partum edere & ſolet, & poteſt: venter fæcundus: qualis profectò non eſt Canidiæ: id eſt, Gratidiæ. eſt autẽ nomen conflatum à partu, & verbo meio, in codice Io. Morellij viri nobilis, & in primis eruditi, annotatum erat ad hanc vocem *partumeius*, *partu aptus*.

Tvo crvore rvbros] tuo cruore & tabo commaculatos in puerperio tuo.

Vtcvmqve, &c.] quoties, vel quandocũque tu partu edito è lecto ſurgis fortis puerpera. quod numquam tibi contigit. numquam enim nec paris, nec peperiſti. videtur enim ſignificare, Canidiam obſtetricis opera, & miniſterio vti, quæ pannos eius cruore ex partu inquinatos, abluat, cùm longè aliud & ſentiat, & velit intelligi. Nam nec vmquam puerpera fuit, neque obſtetrice vſa eſt, neque pannos habet cruentos, vtpote quæ ſuppoſitos partus oſtentet, non veros. vt ſup. Od. 5. *ſi vocata partubus Lucina veris affuit. Exſilis* autem ſecundæ perſonæ eſt, à verbo exſilio.

CANIDIA.

Obseratis] obturatis, clauſis, ſurdis obſerare à ſera factũ. vtitur & Catull. ad Ipſithil. ſeu, vt alij voluunt, hoſpitellam, *Ne quis liminis obſeret tabellam.*

Non saxa nvdss svrd.] huius verſus, & proximi ſententia eſt. Non ſunt nautis ſurdiora ſaxa, quæ fluctibus hibernis verberãtur, ſubintell. quàm ego tibi ſum. vel hoc modo. non magis audiunt nautas miſeros, nudos, & eiectos ſaxa, quæ à fluctibus hibernis verberantur quàm ego te. *nudis* autem, id eſt, ſpoliatis, naufragis. ſic ſuprà Od. 7. libr. 3. *nam ſcopulis ſurdior Icari Voces audit adhuc integer.*

Tvndit] verberat. Virgil. Æneid. 5. *Eſt procul in pelago ſaxum, ſpumantia contra Littora: quod tumidis ſummerſum tunditur olim Fluctibus hibernis condunt vbi ſidera Cori.* Idem in Daphn. *Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora, &c.*

Neptvnvs nibernvs] id eſt, mare tempeſtatibus hibernis commotum, atque ventis concitatum.

Salo] fluctu: maris agitatione & iactatione. Græcum nomen eſt, ex quo σαλεύειν agitare, concutere.

Invltvs vt tv risseris, &c.] egóne cõmittam, vt tu impune riſeris Cotyttia, quæ ſacra tu tuis verſibus vulgauiſti? de hoc loquendi genere vide quæ ſunt annotata ad illum locum, *Viſne tegam ſpurco Damæ latus?* Satyr. 5. lib. 2.

Cotyttia] ſic ſcribendum docuit Politianus, nõ *Corytia*. Cotyttia autem dicta ſunt ſacra quædam nocturna, flagitioſa, obſcæna, & nefaria, à Cotyttone impudentiæ, & Veneris obſcænæ dea, cuius ſacerdotes erant Baptæ: de qua Iuuenalis Sat. 2. *Talia ſecreta coluerunt Orgia tæda Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotyttô.*

Lsberi Cvpsd.] liberi, id eſt, nulla lege, nullóque pudore à libidine reuocati: liberè & ſolutè per omne libidinis, quamtumuis obſcænæ, & flagitioſæ genus vagantis.

Et rs-

Digitized by Google

Et Esqvil. pontif. venefici] conſcius, & particeps à me factus eorum ſacrorum & veneficiorũ, qui in Eſquiliis tracto: vel dic pontificem eum appellari veneficij Eſquilini, quia veluti pontifex quidam hæc ſacra reprehendat, & de his exiſtimare, & iudicare audeat. erat enim pontificum religiones, & cæremonias tueri. Feſtus, *Pontifex maximus, iudex, atque arbiter habetur rerum diuinarum, humanarúmque.* Plautus Rudente, *Lubet iurare. tûne pontifex periurio es?*

Impvne vt vrbem, &c.] egóne te patiar inultum eſſe, qui me populi fabulam feceris?

Qvid proderit ditasse, &c.] id eſt, quid proderit tibi te Pelignas anus impẽſo pretio conduxiſſe, vt te dolore, & cruciatu corporis liberarent: præſentibúſque venenis vſum eſſe, vt ſtatim exanimatus miſeriarũ tuarum partem occupares, ſi tardiùs, quàm optas, moriturus es?

Dvcenda] producenda, extrahenda. ſic dicimus *ducere bellum.*

In hoc] ad hoc, propter hoc, ἐπὶ τούτῳ.

Svppetas] vt ſufficias, ac ſuppedites materiam, & locum nouis doloribus: vel vt ſis ſemper recens & integer nouis doloribus. ἵνα ἐπαρκῇς καιναῖς ἀλγηδόσι.

Doloribvs] ſic habent aliquot libri ſcripti, & excuſi: quidam ſcripti *laboribus*: quidam *cruciatibus.*

Infidvs] qui Deorum conſilia recondita vulgauit, vt dicemus ad Sat. r. libro 1. ſed mihi tacendum non videtur, me in octo libr. manuſcriptis legiſſe, *Pelopis infidi pater.* [quam lectionem confirmat Catull. *Troicáque obſidens longinquo mœnia bello Periuri Pelopis vaſtabit tertius heres.*]

Benignæ] copioſæ, affluentis, abundantis, largæ. videntur quidem hæc pugnare, copioſum eſſe, & egere: ſed ea eſt Tantali, & Tantali ſimilium pœna, vt in media rerum copia egeant. de hac autem Tantali pœna vide annot. ad Satyr. 1. libri 1.

Optat Prometheys] de Prometheo ſuprà diximus nonnulla ad Od. 3. libr. 1. ad quæ hæc addamus: Prometheum iccircò Caucaſo eſſe affixum fingi, quòd is in monte illo aſſiduè hærens, inde aſtra ſtudioſè contemplaretur, & rerum cæleſtium cognitioni operam daret quod teſtatur & Cicero libro 5. Tuſcul. quæſt. non lõgè à princip. Eſt autem hic mons circa Aſſyrios, altiſſimus, & pæne dicam, ſideribus vicinus. ex quo fit, vt aſtra maiora, quàm aliunde videantur, demonſtret, & planiſſimè eorum ortus obitúſq; declaret. Dicitur idem totam fulminũ rationem accuratè perquiſiuiſſe, eámque perſpectam & cognitam hominibus indicaſſe. Ex quo ignem cæleſtem furatus eſſe traditus eſt. Quòd autem Aquila cor eius exeſt, ſignificat ea fabula curam, & ſollicitudinem acrem animi, qua ſiderum

A motus peruestigauit.

Obligatvs] id eſt, *alligatus*: vel dic *obligatus*, quaſi circumligatus, id eſt, firmiſſimè & tenaciſſimè ligatus. ſic enim dicunt Latini, *nexu ſe obligare, & verborum obligationes*, & *obligare vulnus*, & *obligatus beneficiis.* Sed cur non dixit, *obligatus Caucaſo*, potiùs quàm *alitis*? An hoc ſignificat, Prometheo aquilam eſſe aſſiduè affixam per hypallagen? an Prometheum Caucaſo eſſe obligatum & affixum, vt aliti, id eſt, aquilæ pabulum aſſiduè præbeat, quaſi *aliti* poſitum ſit pro, alitis cauſa?

Optat svpremo, &c.] de Siſypho & eius ſaxo, cùm fabula ſit notiſſima, tùm collegimus quædam ad Od. 14. lib. 2. ibi, *damnatúſque*
B *longi Siſyphus Æolides laboris.*

Voles modò altis desil. tvrr.] modò voles te ex altis turribus præcipitem agere.

Ense pectvs Norico recludere] tibi pectus ferro transfigere. ſic Virg. loquitur lib. 10. Æneid. *Tum latebras animæ pectus mucrone recludit.* Noricus enſis autem à gente Norica dictus, Rhœtis, & Lepontij finitima. Nam inter Noricos, & Rhœtos Rhœnus fluuius interfluit. ſuprà Od. 16. libro 1. *quas neque Noricus Deterret enſis.*

Innectes] ſic reperi ſcriptum in duob. codic. Vatic. Vrſin. Raĭnutij, Faërn. Nicot. Ruſſar. Cleric. in trib. Vatic. Faern. Torn. *nectes.*

C Vectabor hvmeris] tuis humeris inſidebo mihi inuiſis.

An, qvæ movere cereas] an ego, quæ cereas imagines motu præditas efficere, & animare poſſum, &c. adhibebãtur autem cereæ, & laneæ imagines in rebus magicis: vt ſat. lib. lib. 1. *Lanea & effigies erat, altera cerea.*

Vt ipse nosti cvriosvs, et polo] in lib. Iannoct. ſcriptum eſt, *Vt ipſe curioſius noſti, & polo.* quam ſcripturam non reiicerem, niſi magis mihi placeret vulgata.

Et polo deripere lvnam] ſuprà Od. 5. *Lunámque cælo deripit. Deripere* autem non *diripere*, ſcriptum eſt in omnibus libris calamo exaratis.

Excitare] excitare mortuos ab inferis.

D Desideriqve temperare pocvlvm] & conficere, ac miſcere poculum amatorium: ſup. Od. 5. *Amoris eſſet poculum.* temperare, κεράζαι.

Flor. art. in te nvll. habentis exit.] Cùm diſſentirent hoc loco inter ſe libri veteres, aliique haberent, *Florem artis in te nil habentis exitus*: alij, *Florem artis in te nil habentis exitũ*: alij, *nil agentis exitum*: ego olim eam ſcripturam, quæ mihi probabiliſſ. viſa erat, quæque reperitur in duobus cod. Vatic. Iannoct. Torn. (quãquam in vno ex his, non ſine litura.) *Florem artis in te nil agentis exitum*, ſecutus eram. quam ſic explicabam: ego, quæ Lunam è cælo poſſum deducere, & mortuos excitare ab inferis, & ama-

toria pocula præſentiſſimâ conficere, vſque adeóne infelix ero, vt ars mea in te ſit inanis, nullámque vim aut poteſtatem habeat? hæc mihi quidem videbatur eſſe verborum ſententia: ſed hærebat ſcrupulus, quòd genus hoc loquendi, *ars nil agit in aliquo*, ſeu *in aliquem*, pro eo, quod eſt, inanis eſt, & nullam vim habet. nil valet, videbatur mihi, & vt nunc videtur, parùm Latinum, & Horatio, eleganti ſcriptori, indecorum. nam *nil agere* quidem, inanem operam ſumere eſt: quo ſæpe vtuntur Latini. vtitur & Hor. ſat. 9. libro 1. *ſed nil agis: vſque tenebo.* & ſatyr. 3. libr. 2. locus videtur præcipuè huius lectionis ſententiam adiuuare. *Nil agit exemplum, litem quod lite reſoluit.* ſignificat enim inutile, atque inane eſſe exemplum, quod rem dubiam & controuerſam, alia re dubia ſoluit. hoc igitur tunc afferebam, quo hanc ſcripturam defenderem. nam illam alteram, *artis in te nil habenteis exitum*, planè reiiciebâ. quæ tamen reperitur ferè in omnibus libr. excuſis, Venetis, Lugdunêſibus, Pariſienſibus, Germanicis, & maiore parte manuſcriptorum. ego autem eam annos ab hinc duodecim ita in meo libro immutaram, *Plorem artis in te nil valentis exitum.* quod idem nuper venit in mentem Paullo Manutio, viro doctiſſimo, ſeu potiùs Mureto: qui ita curauit eacudendum, cùm Aldini antiquiores habeant, *nil habentis.* neque verò hæc mihi ſcriptura diſpliceret, ſi eius extaret in libris veteribus vel tenuiſſimum veſtigiû. C
Nunc cùm id non ſit: hanc, quam explanaui, & quæ reperitur in libris ſcriptis, *Plorem artis in te nil agentis, exitum.* tenebam, quia non habebam meliorem. Nam, ne mentiar, ne eam quidem magnopere probabam. Videbatur enim mihi inelegans & inſolens, ac, pæne dicam, barbarum loquendi genus: vt & nunc videtur. *ars nil agit in te*, vt ſuprà diai. Nunc igitur (vt, quod ſentio, liberè dicam) hanc ipſam ſcripturam, quam religione quadam deterritus immutare, aut reiicere tum non ſum auſus, corruptam eſſe, neque vllum mendum ineſſe in verbo *habentis*, ſed in voce *nil*, aut in voce *exitum*: &, ne longum faciam, totum hunc locum ſic eſſe legendum puto. *Plorem artis in te nullam habentis exitum?* ſeu, ſi D
quis malit, quòd in quibuſdam libr. reperitur, *Plorem artis in te nil habentis exitum?* Natum autem fortaſſe mendum eſt ea hac ſcriptura *null' habentis*, & ea ignoratione conſuetudinis loquendi Horatianæ. Nam cùm indocti quidem ſiue librarij, ſiue lectores, quid ſibi vellet illud *null'*, non intelligerent, neque quò referri poſſent hi patrij caſus *artis habentis*, viderant ea ea voce *null'* fecerunt *nil.* Ita nobis locus corruptus per manus traditus eſt, quem poſteà nonnulli ita corrigere conati ſunt, vt *agentis* reponerent in locû verbi, *habentis.* in libro quidem Don. perſpicuè voa *agẽtis* alia & recentiore manu ſcripta eſt. in ſolo autem codice Torneſ. & duob. Vatic. integram reperi: quibus cum poſteà conſentire animaduerti Lutetiæ Clericanum, Nicotianum, A
vnum Ruſſard. ceteros. hanc igitur germanam, & integram ſcripturam eſſe arbitror. verborum autem hic ordo eſt, Plorem artis nullum exitum in te habentis? vel, ſi quis fortè alteram lectionem huic anteponat, *Plorem artis*, id eſt, plorem gratia artis. *nil exitum*, id eſt nullû exitum, *in te habentis*? Iam hoc *Plorem artis*, Græcorum more dictum eſt, pro eo, quod eſt, plorem artis ergô, ſeu cauſa artis, vel ob artem. ſolent enim illi in huiuſmodi loquendi generibus ſubintelligere χάριν, vel ἕνεκα. Plato in Euthyd. μακαρίζω ἄρ ὑμᾶς ἔγωγε τοῦ κτήματος, πολὺ μᾶλλον ἢ μέγαν βασιλέα τῆς ἀρχῆς, id eſt, beatos equidem vus duco poſſeſſionis ·itius magis nomine, quâ magnum regem, ſeu Perſarum regem imperij. B
Ariſtot. ῥητορ. α. πολλοὶ γὰρ ὑγιαίνουσιν, ὥσπερ Ἡρόδικος λέγεται, οὓς οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονίσειε τῆς ὑγιείας, id eſt, ad verbum, quos nemo beatos duaerit valetudinis. quod valet, ob valetudinem vel cauſa valetudinis. Dion. Halicar. ἀρχαιολ. βιβλ. ζ. Ταύτης μὲν τοίγε τῆς γνώμης ἐπαινοῦντες ὑμᾶς, id eſt, huius ſententiæ vos laudantes. quod valet, ob hanc mentem, vel ob hanc ſententiam. Eurip. in Androm. κτῶ μὲν οὖν στένω δαΐας τόλμας, ἂν ἔρεξα, ὢ κατάρατος ἐγὼ, κατάρατος ἀνδράσι, id eſt, gemo igitur facinoris homilis, quod perpetraui. Idem Iphigenia in Aulide, Ἑλλάδος μάλιστ᾽ ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου στένω, id eſt, maximè equidem Græciæ calamitoſæ gemo ac ploro. Idem Phœniſſ. φεῦ, φεῦ. κακῶν σῶν Οἰδίπου σὸς ἂν στένω. malorum tuorum Oedipe ploro. quæ tria poſtrema eaempla proaimè accedunt ad hanc locutionem Horatianam. Integrum eſt illud genus apud Æſchyl. in Prometh. Αἲ αἲ προμηθεῦ, σῶν ὕπερ στένω πόνων imitatus eſt etiam Virgil. 11. Æneid. *Vir Troiane, quibus calo te laudibus æquem? Iuſtitiæ ne prius mirer, belline laborum?* id eſt, tène mirer ob iuſtitiâ priùs, an ob belli labores? ſic enim hunc verſum explico, quamuis paullo aliter Seruius. Iam hæc loquendi genera, *habere exitum*, *nullum habere exitum*, Latinis ſcriptoribus valde ſunt vſitata: quorum hoc proximum ſignificat, quippiam non conſequi finem, cuius gratia cœptum tam eſt, atq; ita inane & inutile, ſeu nullius efficaciæ eſſe: illud alterû, contrarium, nempe ad exitum optabilem peruenire & efficaa eſſe, ſeu (vt ita dicam) effectum aliquem gignere. M. Tull. libr. 7. epiſt. ad Attic. *Rurſus autem ex dolore municipali, ſermonibúſque eorum, quos conuenio, videtur hoc conſilium exitum habiturum.* Idem Philipp. 2. *Fugam quærebamus omnes, quæ ipſa exitum non habebat.* Idem de diuinat. lib. 2. *Quid ego Haruſpicum reſponſa commemorem? (poſſum equidem innumerabilia) quæ aut nullos habuerunt exitus, aut contrarios.* Idem Acad. 2. *Ipſa autem philoſophia, quæ rationibus progredi debet, quem habebit exitum?* Idem ferè valet *reperire exitum.* Idem Cicero libr. 1. de finib. *Quòd ſi ne ipſarum quidem virtutum laus reperire poteſt exitum, niſi dirigantur ad voluptatem, &c.* Licet etiam ita legere ſeruata eadem loquendi cõſuetudine & elegantia,

Plorem

plorem artis in te nil habentis exitus? vt ſit ordo verborum, Plorem gratia artis, nil exitus, id eſt, nullum exitum in te habētis? vt iam diximus. Videtur mihi tamen hæc lectio durior aliquanto altera: contrà illa ſuperior, ſuauior, & concinnior. Verùm tamen, vt ſunt hominum diſſimilia palata, amplectatur quiſque quam volet: aliam reſpuat, ac reiiciat. manum non verterim. Quòd ſi cui mea coniectura non probabitur, omnium ſcripturarum tolerabiliſſima mihi videtur ea, quā dixi reperiri in codice Iann. & Torneſ. & duobus Vaticanis.

TVRNEBVS.

EX libr. 30. cap. 39. Opinio priſcis erat cantionibus veneficarum angues ſic inflari, vt tandem rumperentur, & diſſilirent. Ouidius,

Viperas rumpo & verbis & carmine fauces.

Idem de hominibus Horatius dixit,

Caputq; Marſa diſſilire nania.

Ex eod. lib. 30. cap. 27. Non tantùm ſtipendium eſt, quod victis imponitur tributum: ſed & æs militare: quia & ſtipendium militia & ærumna ac labor. Iuſtinus,

Herculi res, cum 12. ſtipendia debebat. Hîc duodecim Herculis labores, ſtipendia 12. ſine controuerſia vocantur, vnde pœna & labor dicitur. Horatius, lib. 2.

Quæ finis? aut quod me manet ſtipendium?
Effare: iuſſas cum fide pœnas luam.

Sunt & ſtipendia, anni militiæ: vnde 10. ſtipendia habere aut 12. legimus: quod eſt, 10. vel 12. annis militaſſe.

Ex lib. 24. cap. 27. Papinius, lib. 6. Thebaid.

Roſcida iam nouies Cælo dimiſerat aſtra
Lucifer, & totidem Luna præuenerat ignes
Mutato nocturnus equo. quo loco ſignificantur nouendialia ſacra, quibus ſepulchro reliquiæ ſolebant condi, dabántque operam vt moles ſepulchri tum perfecta eſſet: ſubiicit enim,

Mirum opus accelerante manu ſtat ſaxea moles
Templum ingens cineri. Illo quoque die claris viris, aut pueris dabantur ludi funebres, vt apud Maronem & Papinium: Maro quidem ita ſcribit Æn. 5.

Præterea ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radiiſque retexerit orbem:
Prima citæ Teucris ponam certamina claſſis.

Ea de cauſa, *Nouendiales diſſipare pulueres*, dixit amarè Horatius, quòd quo die religioſè ſolebāt coli mortui ſacris & ludis, venefica impiè & ſceleratè eorum cineres ſolita eſſet diſſipare, & eorum buſta violare, qui iuſtis perfectis conſecrari videbantur. Nouendialia eodem modo Græci ἔνατα vocare ſolent.

Ex lib. 30. cap. 2. Scribit in Epodis Flaccus,

Tuuſq; venter parturiit, & tuo
Cruore rubros obſtetrix pannos lauit,
Vtcumque fortis exilis puerpera.

Hi verſus ſpectatiſſimos & clariſſimos in omni liberali eruditione viros habuerunt, nec tamen impedimenta omnia horum verſuum expedierunt. Nihil illos moror, qui omnia adulterant & *Pactumeius* vt proprium nomen ſit, improba ſuperſtitione ſubiiciunt. Exiſtimo autem Flaccum ſolito ſuo vti naſo, aliudque ſentire quàm loquatur. Obiicit enim veneficæ ſuppoſitionem puerorum figurata ſimulatione. Falſo, inquit, ſuppoſitrix haberis, nam paris, & pannos tuos cruentatos puerperio lauat obſtetrix: veruntamen, quia eam non dicit partum eniti, ſed meiere, probroſéque eius ventrem perturmeium appellat, quaſi tam facilè pariat, vt ſine nixu vllo meiere videatur potius, quàm parturire. Vehementior ſubeſt ſuppoſitionis ſuſpitio, quàm ſi illud crimen & apertè & rectè impegiſſet: Sed & eam exauget ſuſpitionem, quòd cùm eam dicat nullo modo debilitatam partu, meiere: quòd primo aſpectu miraculi cuiuſdam & laudis eſſe videatur, acerrimè ſanna perſtringitur obliqua, perinde quaſi non pepererit, quæ laborem & debilitatem nullam partus ſentiat. Itaque *vtcumque* tria eſſe exiſtimo vocabula hoc ſenſu: & vt cùm es fortis puerpera, è lecto exilis: & puerpera æquè valens ac firma es, ac cùm fortis ac ſana.

Canidia reſpondens inducitur eodem carmine

Ex lib. 8. cap. 10. *Equitabit*, inquit Cicer. 6. in Verr. *in hoc equuleis*, quod eſt, ſe oſtentabit, ſe iactabit: qua in ſignificatione verbo equitandi niſi me memoria fallit, vtitur Arnobius: & Horatius, pro inſultabo dixit,

Vectabor humeris, tunc ego inimicis eques.

Ex lib. 26. cap. 7. Deſiderij poculum amatorium. vt

Deſideriique temperare poculum. dixit Horatius.

Q. HORATII FLACCI
Carmen Sæculare, pro imperij Romani incolumitate.

*PHOEBE, ſiluarúmque * potens*
Diana,
Lucidum cæli decus, ô colendi
Semper, & culti, date, quæ precamur
** Tempore ſacro:*
Quo Sibyllini monuere verſus,
Virgines lectas, puerósque caſtos
** Diis, quibus ſeptem placuere colles,*
Dicere carmen.
Alme Sol, curru nitido diem qui
Promis, & celas: aliúſque, & idem
Náſceris: poſſis nihil vrbe Roma
Viſere maius.

Silvarúmqve potens] ſiluarum A domina. ſic locutus eſt ſup. Od. 3. lib. 1. *Sic te diua potens Cypri.* & Od. 25. lib. 3. ad Bacchum, *ô Naiadũ potens, &c.* Dianæ autem gratæ ſunt ſiluæ. ſuprà Oda 21. lib. 1. *Vos lætam fluuiis, & nemorum coma, &c.* Callimach. καὶ χορὸς ἀμφιλαφὴς καὶ ἐν οὔρεσιν ἐψιάασθαι.

O colendi semp. et culti.] ſic epiſt. 1. lib. 1. *Prima dicte mihi, ſumma dicende camœna, &c.*

Tempore sacro] die feſto, ſeu diebus feſtis. Oda 12. lib. 2. *Ludentem nitidis virginibus ſacro Dianæ celebris die.*

Sibyll. mon. vers.] tanta erat apud veteres illos Romanos librorum Sibyllinorum auctoritas, vt in rebus aduerſis, ac difficilibus B reip. temporibus non minore ſpe ad eos, quàm ad Etruſcorum diſciplinam confugerent: quod teſtatur M. Tull. lib. 4. accuſ. Verr. his verbis. *Itaque apud maiores noſtros atroci, ac difficili reip. tẽpore, cùm Tib. Graccho occiſo magnorum periculorum metus ex oſtentis portenderetur P. Mutio, L. Calpurnio Coſſ. aditum eſt ad libros Sibyllinos, in quibus inuentum eſt, Cererem antiquiſſimam placari oportere.*

Diis, qvibvs septem] Diis vrbis Romæ præſidibus, & cuſtodibus, πολιεῦσι.

Septem colles] ſeptem colles vrbis Romæ primò mœnibus incluſi, hi ſunt, Quirinalis, Viminalis, Eſquilinus, Cœlius, Palatinus, C Tarpeius, ſeu Capitolinus, Auentinus, quibus additi ſunt poſteà, Cœliolus, Ianiculus, Vaticanus, aut certè eius pars, Collis hortulorum. Ex his montibus aliquot commemorat Horatius: Quirinalem epiſt. ad Iul. Flor. lib. 2. *cubat hic in colle Quirini.* Eſquilinum non ſemel Sat. 8. lib. 1. *Nunc licet Eſquiliis habitare ſalubribus.* Satyr. 6. lib. 2. *at ſimul atras Ventum eſt Eſquilias, &c.* Palatinum infrà hac Oda, *Si Palatinas videt æquus arceis.* & epi. 3. lib. 1. *Scripta, Palatinus quæcumque recepit Apollo.* Capitolinum, Od. 3. lib. 3. *dum Capitolium Scandet cum tacita virgine pontifex.* & item alibi. Auentinum epiſt. 2. lib. 2. *Hic extremo in Auentino.* Vaticanum Oda 20. lib. 1. *Redderet laudes tibi Vaticani Montis imago.*

Alme sol] qui omnia alis & foues.

Cvrrv nitido diem qvi, &c.] id D eſt, qui diem curru nitido aperis, & idem claudis. de curru ſolis ſuprà Od. 6. lib. 3.

Promis et celas] promis oriens, celas & condis occidens. & ſupr. Od. 5. lib. 4. dixit *condere diem collibus in ſuis.*

Aliúsqve, et idem Nasceris] alius, quia alio quotidie loco oritur: vel quia alius eſt dies hodiernus ab heſterno: vel quia alio colore eſt propter cæli, temporiſque diſſimilitudines. ideò autẽ, quia ſemper vnus eſt. ſup. Od. 16. lib. 1. *quid terras alio calenteis Sole mutamus?*

Possis] optantis, ſeu precantis oratio eſt.

Aperire Lenis] quæ lenem te præbes in aperiendis partubus. de Ilithya diximus ſuprà ad Od. 21. lib. 3.

Sive tv Lvcina] profert Seruius ad illum locum Virgil. Pollione, *Caſta faue Lucina.*

Sev Genitalis] γενεθλία θεά. dea naſcenteis fœtus adiuuaris: ſeu partus maturans, ſeu ad gignendum valens, ſeu fœtus vtero incluſos in lucem proferens. Taleis autem deos, γενεθλίους Græci vocant. qua voce vſum eſſe Platonem li. 5. de rep. non ita pridem mihi indicauit Ioſephus Scaliger, cùm Lutetiã, vt coniectanea ſua in Varronem de lingua Latina excudenda curaret, veniſſet. Platonis autem verba ſunt hæc. ξυγγενείας δὲ καὶ ὁμογνίων θεῶν κοινωνίαν ἅπασαν, ταυτοῦ φύσιν αἵματος ἔχουσαν τιμῶν τις, καὶ σεβόμενος, εὔνοους ἂν γενεθλίους θεοὺς εἰς παίδων αὑτοῦ σπορὰν ἴσχοι κατὰ λόγον. vbi vulgò legitur εὔνους ἂν καὶ γενέσθαι εἰς θεοὺς, id eſt, cognationem autem & ſocietatem gentiliorum deorum omnem vnius ſanguinis natura præditam honorans quis, & colens, deos genitaleis, propitios erga liberorum ſuorum ſationẽ meritò & probabiliter habuerit. Iam quòd vnius deæ plura nomina ponuntur, referendum eſt hoc ad morem & ritum precantium: qui ne forte in nomine errarẽt, complura eorum, quos orabant, deorum nomina cõgerere ſolebant, vt *Luna, Deûm quæ ſola vides periuria vulgi: Seu Cretæa magis, ſeu tu Dictynna vocaris, Huc deſcende.* Horatius Satyr. 6. lib. 2. *Matutine pater, ſeu Iane libentius audis.*

Patrúmqve Prosp. decr.] facito, vt Senatuſconſulta, & leges de contrahendis matrimoniis, & de maritandis ordinibus, ſanctè ſeruentur, ſecundóſque habeant exitus.

Lege marita] id eſt, & ſuper lege Papia, Poppæa de maritandis ordinibus, à M. Papio Mutilo, Qu. Poppæo Secundo coss. Auguſto imperium obtinente, lata: per quam ſanciebatur, ne quinquaginta annis minor ſexagenario nuberet: aut ne vir ſexaginta annis minor quinquagenariam vxorem duceret: & vt omnibus ingenuis, præterquàm ſenatoribus, eorúmque liberis libertinas vxores habere liceret. De hac lege Cornel. Tacitus lib. 3. Annalium, his verbis, *Relatum deinde de moderanda Papia, Poppæa, quam ſenior Auguſtus poſt Iulias rogationes incitandis cælibum pœnis, & augendo ærario ſanxerat.* & Suetonius in Auguſto.

Certvs vndenos decies] diſſentiunt etiã hîc codices manu ſcript. in aliis enim ſcriptum eſt, *Certus vt denos decies per ann. Orbis & cantus, &c.* in aliis & quidem multo pluribus, trib. Vatic. Iann. Faër. Torn. Nicot. Ruſſ. *Certus vndenos dec. per ann. Orb. vt cant. &c.* quam ſcripturam ſecuti ſumus, vt veram & rectam, & ab omnibus viris doctis comprobatam: & ita intelligemus, ludos ſæculareis cẽteſimo decimo quoque anno fieri ſolitos eſſe.

Orbis] ſæculum: quod vel centum & decem, vel centum dumtaxat annorum ſpatium continet.

Et cantvs, referátqve lvdos] cantus referat, & ludos ſæculareis, ſed hi ludi

non ſemper centeſimo, vel centeſimo decimo A quoque anno fiebant. Nam & Suetonius ſcribit, ab Auguſto anticipatos eſſe. & Cornel. Tacitus lib. 2. Annal. tradit, quarto & ſexageſimo anno pòſt quàm Auguſtus ediderat, imperatore Claudio ſpectatos eſſe. Iterum Suetonius in Domitiano narrat, eum feciſſe ludos ſæculareis habita ratione temporis, & anni, non quo Claudius proximè, ſed quo olim Auguſtus ediderat.

Ter die claro, totiésqve] tribus diebus, totidémque noctibus.

Vóſqve verac. cecin. Parcæ] ordo verborum, & ſententia hæc mihi videtur eſſe. Vóſque ô Parcæ veraces ceciniſſe: id eſt, quæ vera ceciniſtis, vel quæ veraces eſtis in iis, quæ ceciniſtis, B iungite bona fata fatis iam peractis, id eſt præteritis, ac tranſactis: quod quidem ſemel iam à vobis dictum eſt, & ſtabilis, id eſt, ratus, & fixus, atque immutabilis rerum terminus id ſeruat, neque id vllo pacto poteſt immutari quidnam ſemel dictum eſt: vus iuncturas bona præteritis fata. Quòd ſi legamus *ſeruet*, vt habent aliquot libri veter. erit oratio bene precantis, & optantis, hoc modo, & Dij faciant, vt ſtabilis, fixus, & altè hærens terminus id ſeruet. quale illud apud Virgil. Æneid. 12. *Ut potius reor, & potius Dij numine firment*. atque ita legiſſe videtur Porph. atque adeò ita legit Seruius ad illum Virgilij verſum, Pollione: *Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ*: qui hunc locum profert. ego tamen non improbo, C *ſeruat*, vt intelligamus eſſe εὐφήμησιν, id eſt, orationem boni ominis. Neque verò eſt, quòd quiſquam mihi dicat, prouocabulum *quod*, referri ſolere ad ea? quæ antecedunt potiùs, quàm ad ea, quæ ſubſequuntur. Nam quamuis negare nõ poſſum ita eſſe: conſtat tamen interdum etiam ad ea referri quæ ſequuntur. M. Tull. ad Att. lib. 2. *Pompeius, noſtri amores, quod mihi ſummo dolori eſt, ipſe ſe afflixit*, quorum verborum hic ordo eſt. Pompeius noſtri amores, ipſe ſe afflixit, quod mihi ſummu dolori eſt. Pompeius ad Dumit. lib. 8. epiſt. ad Attic. *In quibus* (litteris) *ſcribis, Cæſarem apud Corfinium caſtra poſuiſſe. quod putaui, & præmonui, fit, vt nec in præſentia committere tecum prælium velit, & omnibus copiis conductis te implicet, ne ad me iter expe-* D *ditum tibi ſit, &c.* verba illa, *quod putaui*, referenda ſunt ad ea, quæ ſequuntur, non ad ſuperiora. T. Liuius libr. 22. *quod numquam antè factum erat, prodictatorem populus creauit*. Idem libr. 27. *Id quod nullo antè bello acciderat, duo conſules ſine memorando prælio interfecti velut orbam rempubl. reliquerant*. Iterum M. Tullius Acad. lib. 1. *Dabitis enim profectò, vt in rebus inuſitatis, quod Græci ipſi faciunt, à quibus hæc iamdiu tractantur, vtamur verbis interdum inauditis* quamquam in hoc poſtremo exemplo hæc verba, *quod Græci ipſi faciunt*, videntur media eſſe interiecta, hoc modo, dabitis enim, vt in rebus inuſitatis vtamur verbis interdũ inauditis, quod Græci ipſi faciunt, &c. Porphyrio autem longè aliter hunc Horatij locum explicat: quam explicationem ego hîc proponam, vt de ea iudicet lector intelligens, & eruditus. eius verba ſunt hæc aliquanto obſcuriora: *ſyllepſis eſt. ex verbo enim ſingularis numeri, ſeruet, pluralis naſcitur, ſeruent.* hæc Porphyrio: nihil præterea ex quibus appâret, eum ſic intelligere hunc locum. Vóſque, ô Quirites, Parcæ, veraces ceciniſſe id, quod ſemel dictũ eſt, ſeruent, & ſtabilis rerum terminus vos ſeruet, &c. & ita *Parcæ veraces* erunt recti caſus, non vocandi. quam explicationem nullo modo probo, putóque vel Porphyrionem, vt hominem hîc planè lapſum eſſe: vel non eſſe germani Porphyrionis verba, ſed alicuius inepti ſcholiaſtæ.

Stabiliſqve rervm Term.] Lucret. lib. 1. *atque altè terminus hærens.* Notum illud, Terminum Deum, Romæ in loco Ioui conſecrando repertum, remanſiſſe ac reſtitiſſe, neque Ioui ipſi cedere voluiſſe. Ouid. Faſt. 2. *Quid? noua cum fierent Capitolia, nempe Deorum Cuncta Joui ceſſit turba, locúmque dedit: Terminus, vt veteres memorant, inuentus in æde Reſtitit, & magno cum Joue templa tenet.* huc pertinet lepidiſſimum illud ænigma, quod extat apud A. Gell. lib. 12. cap. 6. *Semel, minúſne, an bis minus ſit, non ſat ſcio: An vtrumque eorum: vt quondam audiui dicier, Ioui ipſi regi noluit concedere.* Feſtus. *Numa Pompilius ſtatuit, eum, qui terminum exaraſſet, ipſum & boues ſacros eſſe.* de Termino plura ſup. ad Odam 2. epod.

Fertilis frvgvm] frugibus abundans, & pecore. Lucret. lib. 2. quamobrem terra, magna Deûm mater habita & dicta ſit, multis verſibus, iiſque elegantiſſimis declarat, quos ſatis erit mihi indicaſſe. *Quare magna Deûm mater, matérque ferarum, Et noſtri genitrix hæc dicta eſt corporis vna, &c.*

Spicea donet Cer. cor.] Heſiodus Cererem εὐστέφανον appellat, id eſt, pulchrè coronatam. corona donabatur ſcilicet ab agricolis propter frugum vbertatem. ſic Tibull. eleg. 1. li. 1. *Flaua Ceres, tibi ſit noſtro de rure corona Spicea, quæ templi pendeat ante fores.* Sic autem legendum, nõ, vt vulgò, *tibi fit*.

Et iovis avræ] auræ ſalubres: cęlum ſalubre.

Cóndito mitis, placidúſqve] numquam enim niſi iratus, iaculatur Apullo, vt alibi notauimus. Itaque Pæan dictus eſt ἀπὸ τὸ παίειν, quod valet ferire. Tum eius ſagittæ peſtem ac perniciem mortalibus afferunt. Homer. ἰλ. α. ſuprà Od. 10. lib. 2. *neque ſemper arcum Tendit Apollo.* Virgil. lib. 8. extr. *Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo Deſuper.* Notat Seruius apud Virgil. Daphnide ad illum locum, *duóque altaria Phœbo, triplicem eſſe Apollinis poteſtatem, & eundem eſſe Solem apud ſuperos: Liberum patrem in terris: Apollinem apud inferos. Unde etiam* (inquit) *tria inſignia circa ſimulacrum eius videmus: lyram, quæ nobis cæleſtis harmoniæ imaginem demonſtrat: Grinæum, quod terrenum numen oſtendit: ſagittas, quibus Deus infernus, & noxius declaratur. Vnde & Apollo dictus eſt*, ἀπὸ τὸ ἀπολλύειν: id eſt, propterea quòd perdat, ſeu

ſeu interimat. *Hinc eſt quòd Homerus tam peſtilentiæ, quàm ſalutis auctorem eſſe dicit. Et Horatius ait Condito lenis, &c.* A

Idem ad illum locum Æneid. 3. *Corrupto cæli tractu*, notat, Apolline offenſo peſtilentiam gigni: quod & Homerus indicat (inquit ille) cùm eum inducit ſagittis & arcu armatum. quo tempore peſtilentiã Græcis importare parat, lib. α. ἰλιάδ. Contrà ſi citharam teneat, lenis, mitis, & placidus eſt: vnde Horat. *Condito mitis, placidúſque telo, Supplices audi, &c.*

SIDERVM REGINA BICORNIS] lib. 1. Od. 12. *micat inter omnes Iulium ſidus velut inter ignis Luna minores.* bicornis autem, id eſt, *μηνοειδής*.

ROMA SI VESTRVM EST OPVS.] B ſubintell. vt eſt. ſed quamobrem Roma opus Apollinis eſſe dicitur? fortaſſe quia Æneas cũ ſuis Apollinis reſponſa ſecutus ſolum mutauit, aliáſque terras petiuit, nempe Italiam, ibique nouas ſedeis collocauit. Virgil. lib. 4. Æneid. *Sed nunc Italiam magnam Grynæus Apollo, Italiam Lyciæ iuſſere capeſſere ſortes.*

ILIÆQVE] Troianæ.

IVSSA PARS] quæ Æneam ſecuta eſt, ab Apolline iuſſa, vt paullò antè diximus. *iuſſa* autẽ particip. à verbo iubeor.

SOSPITE CVRSV] id eſt, ſecundo curſu: vel ſaluo curſu potiùs. nam ſalui quidem in Italiam peruenerunt Troiani cum Ænea: ſed non ſemper ſecundis ventis, C nec ſecundo curſu vſi ſunt, per curſum autem nauigationem intelligi, ad librum primum notauimus.

CVI PER ARD. S. F.] id eſt, cui per medium incendium Troianũ, ſeu medias flammas, quibus Troia conflagrauit. liberè, impune, & ſine vitæ noxa, ſeu pernicie effugiendi facultatem dedit, &c. Sic Virg. lib. 2. Æn. *Deſcendo, ac ducente Deo, flammam, inter & igneis Expedior.* Sed Seruius aliter, vt mox dicemus.

SINE FRAVDE] ſine damno, aut pernicie Æneæ: vt ſup. Od. 19. lib. 2. *Nodo coërces viperino Biſtonidum ſine fraude crineis.* Seruius ad illum Virgilij locum Æneid. 1. *Antenor potuit medius, &c.* profert hunc Horatij, & *ſine fraude* interpretatur, ſine proditione. quod non probo.

PATRIÆ SVPERSTES] quia patria incenſa, ac deleta, ſaluus, & incolumis euaſit.

DII PROBOS MORES] Nam, vt ait Oda 24. lib. 3. *Quid leges ſine moribus Vanæ proficiunt?*

IVVENTÆ] iuuentæ nomen pro iuuenibus vſurpauit. quod eſt vſitatius in voce iuuentutis, vt Od. 6. lib. 3. *Non his iuuentus orta parentibus Infecit æquor ſanguine Punico.* & ita ferè ſemper à M. Tull. vſurpatur.

DII SENECTVTI] in aliquot libris manu ſcriptis, hic verſus ſuperiorem antecedit. Quòd autem ad ſententiam attinet, huc pertinet illud ex Satyr. 1. lib. 2. *ſeu me tranquilla ſenectus Exſpectat.*

A ROMVLÆ] id eſt, Romanæ. ſic Od. 5. lib. 4. *optime Romulæ Cuſtos gentis.*

BOBVS] duo Vatic. & Torn. habent *bubus*.

ALBIS] Albæ victimæ Apollini & Dianæ immolantur, quia lucidi ſunt: omnis autem lux alba: vt nox & tenebræ nigræ. Itaque apud Homerum ἰλ. κ. pecudes promittuntur ſpeculatori ſeu exploratori nocturno Diomedi, nigræ. Præterea immolabantur Ioui à conſule, aut imperatore tauri, ſeu iuuenci albi. Virg. Æneid. libr. 9. *Et ſtatuam ante aras aurata fronte iuuencum Candentem, &c.* & Georg. 2. *Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus Victima, &c.*

VENERATVR] precatur, vt dicemus ad Satyr. 6. lib. 2.

B CLARVS ANCH. VEN. QVE SANGVIS] Auguſtus à Iulio Cæſare: Iulius Cæſar autem ab Iulo. ſic ſuprà Od. 15. lib. 4. *& almæ progeniem Veneris Canemus.* Venus oraculo edito & vulgato, Troianorum imperium, genere Priami funditus deleto, ad Anchiſæ poſteros peruenturum, Anchiſæ concubitum vltrò expetiuit, cùm eſſet ille ætate iam affecta & ingraueſcente. Ex quo concubitu Ænea nato cauſas ac ſemina belli quærens, quo bello opes Priami conciderent, imperiúmque frangeretur, Alexandrum ad amorem Helenæ impulit. Quo facto, Helenáque rapta, Venus opinione quidem hominum, & dicis cauſa, Troianis opitulabatur ac fauebat, ſed re- C uera cladem eis imminentem ſubleuabat, ne ſalute prorſus deſperata Helenam redderent, & ita poſitis armis & pace cõfirmata, diſcordiíſque compoſitis ac ſedatis, Priami imperium in multos annos incolume maneret: quòd ſi factum eſſet, neque Æneas à quo Romani profecti ſunt, Troia profugiſſet, neque imperio Rom. initium dediſſet.

IMPERET BELL. PR. IAC.] ſic Virgil. Æneid. 6. *Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.*

PRIOR] id eſt, ſuperior, maior, præſtantior. Satyr. 5. lib. 2. *fama ciuem, cauſáque priorem Sperne, domi ſi natus erit, fæcundáve coniux.* Virgil. Æneid. 11. *Hic pietate prior.* propriè poſuit epiſt. 2. lib. 1. in extr. *Extremi primorum, extremis, vſque priores.*

MANVS POTENTEIS] potentiam. Rom. D vim imperij Rom. χεῖρας ἀάπτους.

ALBANÁSQVE] vel Romanas: populus enim Albanus Romam tranſlatus eſt: Vel dic, Albanas propriè, id eſt, Latinas à monte Albano, in quo carnem accipere erant ſoliti aliquot Italiæ populi: & vbi fiebat ſacrificium Ioui Latiali à pontifice Romano. ſed illud priùs magis placet: & confirmatur illo Virgiliano lib. 1. Æneid. *Albanique patres, atque altæ mœnia Romæ.*

ET NEGL. RED. VIRT. AVD.] & virtus antea ab hominibus neglecta, nunc audet redire: id eſt, nunc homines virtutem & ſuperiora illa fidem, iuſtitiam, pacem, &c. quæ anteà neglexerunt, & è terris expulerunt, colere & amplecti incipiunt. tale eſt illud Virgil. Pollione. *Iam redit & Virgo: redeunt Saturnia regna.*

PLENO COPIA CORNV] vt ſup. Od. 17. lib. 1. *hinc tibi copia Manabit ad plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu.*

AVGVR] ſic ſup. Od. 2. lib. 1. *Augur Apollo.*

ÆQVVS] placatus, placidus, propitius. vt ſuprà Od. 18. lib. 3. *abeáſque paruis Æquus alumnis.*

ARCEIS] quidam libri veteres habent *aras.*

ALTERVM IN LVSTRVM] non dixit, alterum in ſæculum, quod erat nimis longum: ſed alterum in luſtrum: quod breuius eſt.

MELIÚSQVE SEMPER, &c.] & ſemper proferat, ac producat in ætatem meliorem, imperium Romanum, & Italiam. repetenda enim eſt præpoſitio *in.*

QVINDEC. QVE PRECES VIROR.] ad Quindecimuirûm, qui ſacerdotes erant Sibyllini, collegium, ludorum ſæcularium procuratio pertinebat, vt docet Cornel. Tacit. lib. 2. Annalium, his verbis, *Nam Domitianus quoque edidit ludos ſæculares, iiſque intentius adfuit ſacerdotio Quindecimuirali præditus, ac tum Prætor. quod non iactantia refero, ſed quia collegio Quindecimuirûm antiquitus ea cura mandabatur, & magiſtratus potiſſimum exſequebantur officia cæremoniarum.* Quindecimuiri autem Sibyllini, à Sylla dictatore fuerunt inſtituti, cùm ante Syllæ dictaturam decem dumtaxat fuiſſent.

DOCTVS ET PHOEB.] id eſt, ego chorus, doctus Phœbi & Dianæ laudes dicere, ſpem bonam & certam domum reporto, hæc Iouem & omneis Deos ſentire: hæc approbare: his aſſentiri. chorus enim vnius perſonam gerit, vniúſque parteis agit, vt epiſt. de arte poët. *Actoris parteis chorus, officiúmque virile Defendat.* ſic enim verſum illum potiùs explicandum & legendum eſſe puto, vt dicam ſuo loco:

TVRNEBVS.

EX lib. 20. cap. 31. Mirantur eruditi quod in Cœmedia palliata inuocetur à puerpera Iuno Luſcina, vt in Adelphis, Act. 3. ſc. 4. *Iuno Lucina fer opem.* Sed iniuria mirantur, & multo iniquius Terent. reprehendunt. Vtitur enim ſermone Latino, ſed qui Græcam deam Ilithyam exprimat. Ea enim non eſt alia, quàm Iuno Lucina. Itaque ab Horat. ſcribitur,

Lenis Ilithya tuere matres, ex conſuetudine Romana: & ex eadem à Catullo, Epigram. 32.

Tu Lucina dolentibus, Iuno dicta puerperis,

Iuno autem Lucina, Diana eſt.

DE VNDEVIGINTI GENERIBVS METRORUM Horatij.

Tractatus Aldi Manutij.

PRIMVM genus: vt Ode 1. lib. 1. quæ eſt monocolos. Sunt enim omnes verſus Choriambici Aſclepiadei tetrametri acatalecti: qui conſtant è ſpondeo, & duobus choriambis, & pyrrhichio, vel iambo: hoc modo,

Mæce -- nas atauis -uu- edite re -uu- gibus uu
O et -- præſidium et -uu- dulce decus -uu- meum uu

-- -uu- -uu- uu
-- -uu- -uu- uu

Primi generis Ode 3.

Lib. 1. Ode 1. Mæcenas atauis edite regibus.
Lib. 3. Ode 31. Exegi monimentum ære perennius.
4 8 Donarem pateras, gratáque commodis.

B SECVNDVM genus: vt Ode 2. quæ eſt dicolos tetraſtrophos. Primi quique tres verſus ſunt hendecaſyllabi Sapphici pentametri acatalecti: qui conſtant è trochæo, ſpondeo, dactylo, & duobus trochæis: vel ſpondeo vltimo: ſic,

Iam ſa -u tis ter -- ris niuis -uu atque -u diræ --
Grandi -u nis mi -- ſit pater -uu & ru- u bente -u
Dexte -u ra ſa -- cras iacu - uu latus - u arces --

Quartus autẽ quiſq; eſt Adonius dimeter catalecticus, ex dactylo & ſpondeo vel trochæo: ſic,

Terruit -uu vrbem -u

-u -- -uu -u --
-u -- -uu -u -u
-u -- -uu -u --
-uu -u

Secundi generis Odæ 26.

C 1 2 Iam ſatis terris niuis atque diræ.
1 10 Mercuri facunde nepos Atlantis.
1 12. Quem virum, aut heroa lyra, vel acri.
1 20 Vile potabis modicis Sabinum.
1 22 Integer vitæ, ſceleriſque purus.
1 25 Parcius iunctas qoatiunt feneſtras.
1 30 O Venus regina Cnidi Paphíque.
1 32 Poſcimus ſi quid vacui ſub vmbra.
1 38 Perſicos odi puer apparatus.
2 2 Nullus argento color eſt.
2 4 Ne ſit ancillæ tibi amor pudori.
2 6 Septimi Gades aditure mecum.
2 8 Vlla ſi iuris tibi peierati.
2 10 Rectius viues Licini, neque altum.
2 16 Otium diuos rogat in patenti.
3 8 Martiis cœlebs quid agam calendis.
D 3 11 Meteuri, nam te docilis magiſtro.
3 14 Herculis ritu modò dictus, ô plebs.
3 18 Faune nympharum fugientum amator.
3 20 Non vides quanto moueas periclo.
3 22 Montium cuſtos nemorúmque virgo.
3 27 Impios parræ recinentis omen.
4 2 Pindarum quiſquis ſtudet æmulari.
4 6 Diue, quem proles Niobea magnæ.
4 11 Eſt mihi nonum ſuperantis annum.
5 18 Phœbe, ſyluarúmque potens Diana.

Tertiũ genus: vt Ode 3. quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt Choriambicus Glyconius trimeter acatalectus: conſtans è ſpondeo, choriambo, & pyrrichio, vel iambo: ſic:

Sic te -- diua potens -uu- Cypri u-

Secundus

Digitized by Google

Secundus verò quiſque, Choriambicus; Aſclepiadeus tetrameter acatalectus: è ſpondeo, duobus choriambis, & pyrrhichio, vel iambo, ſic, Sic fra--tres Helenæ -υυ- lucida ſi -υυ- de-ra υυ

-- -υυ- υ-
-- -υυ-- υυ- υυ

Tertij generis Odæ 12.

1 3 Sic te diua potens Cypri.
1 13 Quum tu Lydia Telephi.
1 19 Mater ſæua Cupidinum.
1 36 Et thure & fidibus iuuat
3 9 Donec gratus eram tibi.
3 15 Vxor pauperis Ibyci.
3 19 Quantum diſtet ab Inacho
3 24 Intactis opulentior
3 25 Quo me Bacche rapis tui
3 28 Feſto quid potius die
4 1 Intermiſſa Venus diu.
4 3 Quem tu Melpomene

Quartum genus: vt Ode 4. quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt Dactylicus Archilochius heptameter acatalectus: conſtans è quatuor primis pedibus ſpondeis, vel dactylis, indifferenter, vt in verſu Heroico: deinde è tribus trochæis, vel ſpondeo vltimo: ſic,
Soluitur -υυ acris hy -υυ ems gra --ta vice -υυ veris -υ & fa -υ uoni --

Secundus verò quiſque eſt Archilochius, conſtans ex penthemimeri iambica, id eſt, ex iambo vel ſpondeo, iambo, & ſyllaba. Deinde è tribus trochæis, vel ſpondeo vltimo: ſic,
Trahunt υ- que ſic υ- cas- machi -υ næ ca -υ ritas --

-υυ -υυ -- -υυ -υ -υ --
υ- υ- - -υ -υ --

Quarti generis Odæ vna.

1 4 Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni.

Quintum genus: vt Ode 5. quæ eſt tricolos tetraſtrophos. Primi quique duo verſus ſunt Aſclepiades, qualis ille, Mæcenas atauis edite regibus. Scanduntur enim ſic,
Quis mul -- ta gracilis -υυ- te puer in -υυ- roſa υ-
Perfu -- ſus liquidis -υυ- vrget odo -υυ- ribus υυ

D Tertius autem quiſque eſt Pherecratius Heroicus trimeter acatalectus: conſtans è ſpondeo, dactylo & ſpondeo, ſic,
Grato -- Pyrrha ſub -υυ antro --

Quartus verò quiſque eſt Glyconius: qualis ille, Sic te diua potens Cypri. Scanditur enim hoc modo,
Cui fla -- uam religas -υυ- comam υυ

-- -υυ- -υυ- υ-
-- -υυ- -υυ- υυ
-- -υυ --
-- -υυ- υυ

Quinti Odæ ſeptem.

5 Quis multa gracilis te puer in roſa

A 1 14 O nauis referent in mare te noui.
1 21 Dianam teneræ dicite virgines.
1 23 Vitas hinnuleo me ſimilis Chloe.
3 7 Quid fles Aſterie quem tibi candidi.
3 13 O fons Blanduſiæ ſplendidior vitro.
4 13 Audiuere Lyce dij mea vota.

Sextum genus: vt Ode 6. quæ eſt dicolos tetraſtrophos. Primi quique tres verſus ſunt Aſclepiadei, qualis ille, Mæcenas atauis edite regibus. Scanditur enim hoc modo,
Scribe--ris Vario -υυ- fortis & ho -υυ- ſtium υυ
Victor -- Mæonij -υυ- carminis a -υυ- lite υυ
Quam rem -- cumq; ferox -υυ- nauibus aut -υυ- equis υ-

B Quartus autem, Glyconius, qualis, Sic te diua potens Cypri. Scanditur ſic,
Miles -- te duce geſ -υυ- υυ

-- -υυ- -υυ- υυ
-- -υυ- -υυ- υυ
-- -υυ- -υυ- υ-
-- -υυ- -υυ

Sexti generis Odæ 9.

1 6 Scriberis Vario fortis, & hoſtium
1 15 Paſtor quum traheret per freta nauibus.
1 24 Quis deſiderio ſit pudor, aut modus
1 33 Albi, ne doleas plus nimio memor
2 12 Nolis longa feræ bella Numantiæ
3 10 Extremum Tanaim ſi biberes Lyce.
3 16 Incluſam Danaen turris ahenea
C 4 5 Diuis orte bonis optime Romulæ
4 12 Iam veris comites quæ mare temperant.

Septimum genus: vt Ode 7. quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt Heroicus hexameter catalecticus in duas ſyllabas: conſtans è ſex pedibus, dactylo & ſpondeo indifferenter in omnibus locis. quanquam in quinto aliquando ſpondeus ponitur, & in ſexto dactylus: vbi etiam ſæpe pro ſpondeo trochæus admittitur. Sed de verſu Heroico multa diximus in inſtitutionibus noſtris grammaticis. Scanditur autem ſic, Lauda--bunt ali -υυ i cla--ram Rhodon -υυ aut Mity -υυ lenen --
Secundus autem quiſque eſt dactylicus Alcmanius tetrameter catalecticus: habens quatuor vltimos pedes heroici verſus ſic,
Aut Ephe -υυ ſum bima -υυ riſve Co -υυ rinthi --

-- -υυ -- -υυ -υυ --
-υυ -υυ -υυ --

Septimi generis Odæ 3.

1 7 Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen.
1 28 Te maris & terræ, numeróque carentis arenæ.
5 12 Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barris.

Octauum genus: vt Ode 8. libr. 1. quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt Ariſtophanius dimeter acatalectus: conſtans è choriambo, & bacchio, ſiue amphimacro: hoc modo,

Lydia dic -uu- per omnes u--

Secundus autem quiſque eſt Choriambicus Alcaicus tetrameter acatalectus: conſtans ex epitrito ſecundo, duobus choriambis, & bacchio, ſine amphibracho: hoc modo,

Te deos o -u- -ro Sybarim -uu- cur properes -uu- amando u--

-uu- u--
-u-- -uu- -uu- u--

Octaui generis Ode vnica.

1 8 Lydia dic per omnes.

N o n v m genus: vt Ode 9. quæ eſt tricolos tetraſtrophos. Primi qninque duo verſus ſunt Dactylici Alcaici. acatalecti: qui conſtant ex penthemimeri iambica, id eſt, ex iambo vel ſpondeo, iambo & ſyllaba, quæ dicitur cæſura: deinde è duobus dactylis, vel vltimo amphimacro: hoc modo,

Vides u- vt al u- ta - ſtet niue -uu candidum -uu Sora u- cte, nec u- iam- ſuſtine -uu ant onus- uu

Tertins autem quiſque eſt Iambicus Archilochius dimeter hypercatalectus: conſtans quatuor pedibus: primo & tertio, iambo, vel ſpondeo: ſecundo & quarto, iambo duntaxat. deinde ſupereſt ſyllaba, hoc modo,

Syluæ -- labo u-tantes -- gelú u- que u

Quartus autem quiſque eſt Dactylicus Alcaicus acatalectus: conſtans ex dimetro Heroico, & dimetro Trochaico. i. è duobus dactylis, & duobus trochæis: vel vltimo ſpondeo, hoc modo,

Flumina -uu conſtite -uu tint a -u cuto--

u- u- - -uu -uu
u- u- - -uu -uu
-- u- -- u- u
-uu -uu -u --

Noni generis Odæ 37.

1 9 Vides vt alta ſtet niue candidum
1 16 O matre pulchra filia pulchrior
1 17 Velox amœnum ſæpe Lucretilem
1 26 Muſis amicus triſtitiam & metus.
1 27 Natis in vſum lætitiæ ſcyphis.
1 29 Icci beatis non Arabum inuides
1 31 Quid dedicatum poſcit Apollinem
1 34 Parcus deorum cultor & infrequens,
1 35 O diua gratum quæ regis Antium
1 37 Nunc eſt bibendum, nunc pede libero
2 1 Motum ex metello conſule ciuicum
2 3 Æquam memento rebus in arduis
2 5 Nondom ſubacta ferre iugum valet
2 7 O ſæpe mecum tempus in vltimnm
2 9 Non ſemper imbres nubibus hiſpidos
2 11 Quid bellicoſus Cantabet, & Scythes
2 13 Illc & nefaſto te poſuit die
2 *14 Ebeu fugaces Poſthume, Poſthume
2 15 Iam pauca aratro iugera regiæ
2 17 Cor me querelis exanimas tuis
2 19 Bacchum in remotis carmina rupibus
2 20 Non vſitata nec tenui ferar
3 1 Odi profanum vulgus, & arceo
3 2 Anguſtam amice pauperiem pati
A 3 3 Iuſtum & tenacem propoſiti virum
3 4 Deſcende cœlo, & dic age tibia
3 5 Cœlo tonantem credidimus Iouem
3 6 Delicta maiorum immeritus lues
3 17 Æli, vetuſto nobilis ab Lamo
3 21 O nata mecum conſule Manlio
3 23 Cœlo ſupinas ſi tuleris manus
3 26 Vixi puellis nuper idoneus
3 29 Tyrrhena regum progenies, tibi
4 4 Qualem miniſtrum fulminis alitem
4 9 Ne forte credas interitura, quæ
4 14 Quæ cura patrum, quæve Quiritium
4 15 Phœbus volentem prælia me loqui.

D e c i m v m genus: vt Ode 11. quæ eſt monocolos. Sunt enim omnes verſus Choriambici
B Alchaici pentametri acatalecti: qui conſtant è ſpondeo, tribus choriambis, & pyrrhichio, vel iambo: hoc modo,

Tu ne -- quæſieris -uu- ſcire nefas -uu- quem mihi quem -uu- tibi uu
Finem -- dij dederint -uu- Leuconoe -uu- nec Babylo -uu- nios u-

-- uu- uu- -uu- uu
-- -uu- -uu- -uu- u-

Decimi generis Odæ 3.

1 11 Tu nè quæſieris ſcire (nefas) quem mihi, quem tibi.
1 18 Nullam Vare ſacra vite prius ſeueris arborem
C 4 10 O crudelis adhuc, & Veneris muneribus potens.

V n d e c i m v m genus: vt Od. 18. libr. 2. quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt iambicus Archilochius dimeter acatalectus: conſtans amphimacro & duobus iambis, vel vltimo pyrrichio: hoc modo,

Non ebur -u- nequ' au u- reum u-

Secundus qniſque verſus eſt Iambicus Archilochius trimeter catalecticus: conſtans è quinque iambis & ſyllaba: recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo: hoc modo,

Mea u- reni u- det in u- domo u- lacu u- nar u

-u- u- u-
u- u- u u- u- u

Vndecimi generis Ode vna.

D 2 18 Non ebur, neque aureum.

Duodecimum genus: vt Ode 12. lib. 3. quæ eſt dicolos triſtrophos. Primi quinque duo verſus ſunt Ionici à minore, Sapphici, trimetri acatalecti: qui conſtant è tribus ionicis à minore, vel vltimo pæone tertio: hoc modo,

Miſerar' eſt uu -- nequ' amori uu -- dare ludum uu --
Neque dulci uu -- mala vino uu -- lauer' aut ex uu --

Tertius item verſus eſt Ionicus à minore, Sapphicus, acatalectus, ſed tetrameter: conſtans è quatuor Ionicis à minore: hoc modo,

animari uu-- metuentes uu-- patriæ vet uu-- bera linguæ uu--

uu-- uu-- uu--
uu-- uu-- uu--
uu-- uu-- uu-- uu--

Duodecimi generis Ode vna.

5 12 Miſerarum eſt neque amori dare ludum.

Decimvmtertivm genus: vt Ode 7. libri quarti, quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt Heroicus hexameter catalecticus: qualis, Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen. hoc modo,

Diffu -- gere ni -uu ues rede -uu unt iam -- gramina -uu campis --

Secundus quiſque eſt Dactilicus Archilochius dimeter hypercatalectus; conſtans duobus dactylis & ſyllaba: hoc modo,

arbori -uu búſque co -uu mæ -

-- -uu -uu -- -uu --
-uu -uu -

Decimitertij generis Ode vna.

4 7 Diffugere niues, redeunt iam gramina campis.

Decimvmqvartvm genus: vt libr. 5. Ode 1. quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt iambicus Hipponacteus trimeter acatalectus: conſtans è ſex iambis: recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo: hoc modo,

Ibis -- Libur u- nis in -- ter al u- ta na u- uium uu

Secundus quiſque eſt Iambicus Archilochius dimeter acatalectus: conſtans è quatuor iambis recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo: hoc modo,

Ami u- ce pro u- pugna -- cula uu

-- u- -- u- u- uu
u- u- -- uu

Decimiquarti generis Oda 10.

5 5 Ibis liburnis inter alta nauium
5 3 Beatus ille, qui procul negotijs.
5 3 Parentis olim ſiquis impia manu
5 4 Lupis & agnis quanta ſortito obtigit
5 5 At ô deorum quiſquis in cœlo regis
5 6 Quid immerentes hoſpites vexas canis.
5 7 Quò quò ſcelesti ruitis, aut cur dextris
5 8 Rogare longo putidam te ſæculo
5 9 Quando repoſtum Cæcubum ad feſtas dapes
5 10 Mala ſoluta nauis exit alite.

Decimvmqvintvm genus: vt Ode 11. quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt Iambicus Hipponacteus trimeter acatalectus: qualis ille, Ibis Liburnis inter alta nauium: hoc modo,

Pecti -- nihil u- me ſi -- cut an u- tea u- iuuat uu

Secundus verò quiſque eſt Sapphicus: conſtans penthemimeri heroica, & dimetro iambico, id eſt, è duobus dactylis, & ſyllaba. deinde è quatuor iambis: recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo, hoc modo,

Scribere -uu verſicu -uu los - amo u- te per u- culſum -- graui u-

A -- u- -- u- u- uu
-uu -uu -u- u- -- u-

Decimiquinti generis Ode vna.

5 11 Pecti nihil me ſicut antea iuuat.

Decimvmsextvm genus: vt Ode 13. quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt Heroicus hexameter catalecticus: qualis ille, Laudabunt alij claram Rhodō, aut Mitylenen: hoc modo,

Horrida -uu tempe -- ſtas cœ -- lum con -- traxit & -uu imbres --

Secundus verò quiſque eſt Archilochius: conſtans dimetro iambico & penthemimeri heroica, id eſt, è quatuor iambis: recepto tamen in locis imparibus etiam ſpondeo. Deinde è duobus

B dactylis, & ſyllaba: hoc modo,

Niueſ u- que de u- ducunt -- Iouem u- nunc mare -uu nunc ſylu -uu æ -

-uu -- -- -- -u --
u- u- -- u- -uu -uu -

Decimiſexti generis Ode vna.

5 13 Horrida tempeſtas cælum contraxit, & imbres.

Decimvmseptimvm genus: vt Ode 14. quæ eſt dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt, qualis, Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen: hoc modo,

Mollis in -uu ertia -uu cur tan -- tam dif -- fuderit -uu imis --

Secundus autem quiſque eſt Iambicus Archi-

C lochius dimeter acatalectus: qualis ille, Amice propugnacula: hoc modo,

Obli -- uio u- nem ſen -- ſibus uu

-uu -uu -- -- -uu --
-- u- -- uu

Decimiſeptimi generis Odæ 2.

5 14 Mollis inertia cur tantam diffuderit imis.
6 15 Nox erat, & cœlo fulgebat Luna ſereno.

Decimvmoctavvm genus: vt Ode 16. quæ dicolos diſtrophos. Primus quiſque verſus eſt Heroicus hexameter hoc modo,

Altera -uu iam teri -uu tur bel -- lis ci -- uilibus -uu ætas --

Secundus verò quiſque eſt Iambicus Hippo-

D nacteus trimeter: qualis ille, Ibis Liburnis inter alta nauium. Quanquam in hac ode ſecundus quiſque verſus conſtat è ſolis iambis: quod ſemel tantùm legitur feciſſe Horatius. Quamobrem verſus ille, Eamus omnes execrata ciuitas, ſic eſt legendus, Eamus omnis execrata ciuitas. Quod & Porphyrioni placet, vt ſit figurata loqutio, Eamus omnis ciuitas execrata hæc & quæ poterunt reditus abſcindere dulces. Sunt enim omnes iambi: hoc modo,

Suis u- & ip u- ſa Ro u- ma vi u- ribus u- ruit uu

-uu -uu -- -- -uu --
u- u- u- u- u- uu

Decimioctaui generis Ode vna.

5 16 Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas.

VNDEVIGESIMVM genus: vt Ode 17. quæ eſt monocolos. Sunt enim omnes verſus Iambici Hipponactei trimetri acatalecti: qualis ille, Ibis Liburnis inter alta nauium. hoc modo,

Iam i'ef -- fica ᴗ- ci do -- manus ᴗ- ſcien ᴗ- tiæ ᴗ-
Supplex -- & o ᴗ-ro re -- gna per ᴗ- Proſer -- pinæ ᴗ-

--ᴗ- -- ᴗ- ᴗ- ᴗ-
-- ᴗ- -- ᴗ- - - ᴗ-

Vndeuigeſimi generis Ode vna.

5, 17. Iam iam efficaci do manus ſcientiæ.

Q. HORATII FLACCI
SERMONVM, SEV SATYRARVM, SEV ECLOGARVM LIBRI DVO: EPISTOLARVM libri totidem.

A Dionyſio Lambino Monſtrolienſi ex fide & authoritate complurium librorum manuſcriptorum emendati, & commentariis copioſiſſimis explicati:

Ab eodémque antè paulò quàm è viuis excederet, recogniti, ac mendis omnibus & vitiis perpurgati: ac dilucidiùs quàm prima & ſecunda editionibus, commentariis iterum auctis, illuſtrati.

Acceſſerunt poſtremæ huic editioni Adriani Turnebi philoſophiæ & Græcarum literarum Regij profeſſoris in eundem Horatium Commentarij.

PARS ALTERA.



PARISIIS,
Apud BARTHOLOMÆVM MACÆVM, in monte D. Hilarij, ſub ſcuto Britanniæ.
M. D. C. IV.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Dionyſ. Lambinus Monſtrolienſis Franciſco TVRNONIO SAPIENTISS. ET CLARiſs. viro, Cardinalium Eccleſiæ Romanæ primario.

S. D.

CVM fortunati mihi videntur ij fuiſſe, Franciſce Turnoni, qui confecto ſine offenſione, ſuæ vitæ curſu, ad extremam ætatem peruenerunt, eámque tranquillè, placidéque traduxerunt: tùm longè beatiſſimos illos fuiſſe iudico, qui toto ferè ætatis ſpatio magnis in rebus domi, foríſque gerendis decurſo, non modò lenem, & quietam, verùm etiam honoratam, & glorioſam adepti ſunt ſenectutem. In quibus te, ſi quem alium, his temporibus, & meritò poſſumus numerare, & principem locum iure videmus obtinere. Nam, vt ceteros honores, qui tibi & in tua ſenectute, & in ſuperiore ætate habiti ſunt, omittam, atque ad ea, quæ his temporibus propiora, & coniunctiora ſunt, veniam, quis fuit nuper tuus in Galliam ex Italia reditus? Quæ Aureliani (qua in vrbe trium totius regni ordinum conuentus habebatur) à principibus, & nobilibus facta tibi gratulatio eſt? qui plauſus? quæ ex tuo aduentu perceptæ lætitiæ ſignificatio? quo te vultu Rex Franciſcus II. paucis antequàm diem ſuum obiret, diebus: quo Catharina Medicéa, mater eius, excepit? qui complexus? quæ lacrymæ partim gaudio, partim eorum, quæ in Gallia, te abſente, acciderant, recordatione profuſæ fuerunt? Lætabantur omnes ſcilicet, eum difficilibus, & turbulentis reip. temporibus ſaluum, & incolumem longo interuallo patriæ eſſe redditum, qui non vinculis, non terrore, non pœna, non cruciatu, ſed ratione, conſilio, prudentia, ſapientia ciuileis diſcordias ſedare, belli inteſtini incendium reſtinguere, diſſenſionibus de religione modum, finémque conſtituere poſſet. Meminerant, te cùm ſemper aliâs pacis ſuaſorem, auctorémq; fuiſſe, neque vnquam, niſi neceſſariò tua ſententia bellum comprobaſſe: tum anno CIↃ IↃ LVI. & Errico Regi, datis ad eum Roma litteris, inducias cum Philippo Hiſpaniarum Rege factas gratulatum eſſe, & Pontifici Max. Paullo IIII. coram diſſuaſiſſe, ne bellum pactis inter Erricum, & Philippum induciis repreſſum, ac ſopitum excitaret, aut redintegraret. Memoria tenebant, te eundem, cùm Pontificem Max. in belli ſtudium incumbere videres, inſtigante præſertim fratris eius filio Cardinali Carraffa, cui Deus immortalis dignum flagitioſa vita, ſceleratiſq; factis exitum dedit, Regi per litteras ſuaſiſſe, vt in ſententia maneret, pactáq; & ſibi honeſtiſſima, & populo ſuo vtiliſſima ſanctiſſimè, religioſiſſiméq; obſeruaret: ſua quidem omnia Pontifici Max. bellum Colonis inferre meditanti, pro ſua dignitate, ac maieſtate polliceretur, laborantiq; ſedulò ſubueniret: eum tamen precibus omnibus obſecraret, ne bellũ renouando, ſpem pacis pæne exploratam turbaret, atq; è manibus quodammodo extorqueret. Quòd ſi ille de belli gerendi ſententia, neq; difficultate deterreri, neque precibus demoueri poſſet, ita rex illum pecunia, viriſq; iuuaret, vt neq; eum deſertum eſſe pateretur, neq; induciarum pactum infirmaret. Hæc tua fuit de bello illo Romanis calamitoſo, nobis propè funeſto ſententia: hoc conſilium: hoc iudicium. In quo ſi tibi obtemperatũ eſſet: & ſi vel Pontifex Max. de ſummo iure aliquid remittens, Colonas (à quibus ſe læſum eſſe querebatur) leniore pœna coërcere in animum induxiſſet: vel Erricus Pontificis Max. iuſto illi quidem fortaſſe, ſed tamen immoderato dolori paullo reſtrictiùs indulſiſſet: non tot oppida Latium flamma, ferróq; vaſtari vidiſſet: non tot menſes Roma obſidionem miſerrimã pertuliſſet: non tot fortiſſimi viri partim in oppidorum oppugnationibus: partim in prælus, partim fame, frigore, morbo interiiſſent: non tot in Gallia clades eſſent acceptæ: non tot agri depopulati: non tot vrbes captæ: non tot templa direpta: non tot populi è ſuis ſedibus, & focis auitis exturbati. Itaq;, qui conſilium tuum, rebus integris, non fuerant ſecuti, ij ſerò iam, & malo demùm accepto, te plus vidiſſe, ſe ſpe fallaci ductos eſſe cognouerunt. Tu autem, cùm paſſim bellicum caneretur, paſſim dilectu habito milites conſcriberentur, neq; iam (vt inquit ille) audiret currus habenas, tempeſtatem futurã multo antè proſpiciens, voluntate, & conceſſu ipſius Pontificis Max. cuius apud te grauiſſima ſemper, & ſanctiſſima fuit auctoritas, quamuis multa eius inſtituta, actáq; nõ admodum tibi (vt credibile eſt) probarentur, ex vrbe diſceſſiſti: triennium, & eo amplius Roma afuiſti. menſes circiter quindecim in Vmbria: ſex Venetiis: in oppido Corneliano annum commoratus es. Inde longo itinere valetudinis cauſa ſuſcepto, ad aquas Lucenſeis de medicorum ſententia profectus es. Vbi cùm de Pontif. Max. obitu multorum litteris certior factus eſſes, tibiq; inſtarent non ſolùm tui, verùm etiam alieni, & tamen tui amantiſſimi, vt Romam ad comitia pontificia mari contenderes, (nam te terra iter facere aduerſa tua valetu-

valetudo prohibeat) vix tandem peruicerunt. Ita Romam nauigaſti non ſpe pontificatus adipiſcendi ductus: quem ſperauiſti numquam, ac ne optauiſti quidem: ſed eccleſiæ Ro. laborãtis iuuandæ ſtudio incenſus. In comitium Cardinalium ad quintum idus Septembr. exſpectatus introiſti. Vbi cùm ſtudijs partium rem eò loci adductam eſſe animaduertiſſes, vt comitia in multos menſes tractum iri facilè appareret: quæ tua fuit & priuatim cum tuis, & palàm in Cardinalium conuentu oratio? cùm eccleſiæ Ro. ſtatum deplorares, cùm vniuerſum pontificum, & ſacerdotum ordinẽ infamia, inuidiaq; flagrare oſtenderes, cùm tuos collegas hortareris, vt ſublatis diſcordiis, concordiáq; cõſtituta, vnum aliquem ex toto collegio diligerent virtute, conſilio, prudentia, ſanctimonia, integritate, vitæ antè actæ exiſtimatione præſtantem, qui tantam perſonam, tantamq; dignitatem ſuſtinere, qui eccleſiã Ro. propemodum oppreſſam, atq; afflictam excitare, qui religionem Chriſtianam tetris opinionum peſtibus affectam, ex literarum ſacrarum præſcripto ſanare poſſet! Quid? illúdne omnibus notiſſimũ ſilentio præterire debeo, quòd, cùm etiam ij, qui aduerſariarum partiũ ſtudiis erant implicati, atque irretiti, te ſuffragio ſuo Pontificem Max. cuperent declarare, ij ipſi, qui ſe omnia tua cauſa & velle, & debere dicebant atque adeo præ ſe ferebant, tibi defuerunt? tibi aduerſati ſunt? tibi, ne, ad quem locũ te tuæ præſtantiſſimæ virtutes, maximáq; & plurima in eccleſiam Ro. merita ſecunda omnium voluntate prouehebant, in eum locum cunctis Cardinalium ſuffragiis ſublatus aſcenderes, obſtiterunt? Quod cùm comperiſſes, tantum abeſt, vt eorũ animi egeſtatem (grauiore enim verbo vti non libet) iniquiore animo tuleris, vt multò accuratiùs, quàm anteà, tuos collegas ad concordiã cohortatus ſis, oraueriſq;, vt de te iam cogitare deſinerent, alium viderent, ad alium tanto gradu digniorem ſeſe totos vno conſenſo conuerterent. Itaq; cùm in eo comitio non pauci illi quidem eſſent pro illius ordinis ſplendore, atq; amplitudine: eo loco digniſſimi, ſed non omnibus propter ſtudium partium æquè probati, te ſuaſore, atq; adeò auctore vir eximia virtute, doctrina, morum integritate, vitæ religione, ornatiſſimus Pius IIII. omnibus omnium Cardinalium ſuffragiis Pontifex Max. declaratus eſt. Cui quid ego nunc dicam quàm carus ſis? quanti te ille, & Romæ præſentem fecerit, & nunc abſentem faciat? neque id immeritò. Non enim audierat ſolùm, id quod omniũ ſermone celebratum, omniúmq; teſtimonio comprobatum, & confirmatum eſt, te ſingulari ſapientia, animi magnitudine, grauitate, conſtantia, iuſtitia, integritate præditum eſſe, ſed quotidie in priuatis, publicis, de religione, de eccleſiæ Romanæ ſtatu negotiis experiebatur tuam & in conſilio dando fidem, & in ſententia dicenda prudentiam, ſapientiámq; ſingularem. Neque verò ille vnquam adduci potuiſſet, vt te à ſeſe dimitteret, niſi triſtibus, iiſq; crebris è Gallia allatis ad ſe de religione litteris, ac nuntiis commotus, cùm cuperet florentiſſimo, potentiſſimóq; regno, pro ſuo paterno in omneis Chriſtianos amore, conſulere, te vnum ad eas parteis aptiſſimũ eſſe iudicaſſet, cùm præſertim Rex ipſe Franciſcus II. & mater, conſiliariiq; Regis te quotidianis litteris à ſe flagitarent, eámq; ob cauſam triremes quattuor in portum Oſtienſem partim ventis prouectæ, partim remis appulſæ eſſent: quarum erant duæ regiæ è portu Maſſilienſi profectæ: reliquarum duarum altera à Coſmo Florentiæ Regulo, altera à ciuitate Genuenſi rogatu regis erat miſſa. Ita te Pontifex Max. Pius IIII. à ſe diſcedere, atque in Galliam reuerti paſſus eſt, vt hominem ſibi cariſſimum, non libenter: vt ad ſedandas diſcordias, eccleſiæq; Ro. auctoritatem ſartam tectam conſeruandam accommodatiſſimum, non inuitus. Redeo igitur nunc ad id, quod initio propoſueram, te verè fortunatum, ac beatum eſſe, Franciſce Turnoni, quem ea conditione, eóque fato natum eſſe videmus, vt omneis vitæ tuæ parteis ad rempub. iuuandam, atque ad bene de hominibus merendum contuliſſe videaris. Ille enim demum verus eſt honos, qui virtuti ſpectatæ, & cognitæ tribuitur: verè ille honoratus eſt, qui omni opera, conſilio, labore, ſtudio ſuo, cõmunibus hominum vtilitatibus ſeruit. Laborioſum vitæ genus, fateor. ſed magnus ineſt in tali labore fructus, magnum præmium, magna merces: quam, per deos immortaleis, noli contemnere. Non enim ſi ſat magnam gloriam vita ſuperiore peperiſti, eáque contentus es, iccirco te conuenit patriæ in eius dubiis, atque aduerſis temporibus deeſſe, labori tuo parcere, otio conſulere. Quanquam cui hæc dico? nempe ei viro, qui præclarum ſibi ducat, de hominum genere bene merendo, patriæq; cõſulendo, non modò grauiſſimos labores ſuſcipere, ac perferre, verùm etiam vitam, ſi opus ſit, profundere. Sed de his nimis multa, tibi præſertim, homini occupato, & fortaſſe grauiſſimis de rep. curis, & cogitationibus fatigato. Intereà peropportunè, niſi fallor, Q. Horatij Flacci à nobis, vt ſcis, magno labore noſtro, multiſq; vigilijs explicati, & commentarijs illuſtrati, atque ex auctoritate decem codicum antiquorum quàm plurimis locis emendati, Satyrarum lib. duos, totidémq; epiſtolarum ad te defero, vt, quo ſcripto te plurimùm ſemper in otio tuo (ſi quando vnquam otioſus fuiſti) delectatus es, eius lectione maiorum rerum cura defeſſus aliquantùm acquieſcas, atque ita hac honeſtiſſima animi remiſſione recentior quodammodo factus ad munus tuum adminiſtrandum reuertare. Vale. Lugduni,

Idib. Aprilibus anno cIↄ. Iↄ. LXI.

HORATII SERMONVM, SEV Satyrarum, ſeu Eclogarum initia: ac verſuum numerus.

LIBRI PRIMI.

1 Quî ſit Mæcenas. verſibus 5
2 Ambubaiarum collegia. verſ. 19
3 Omnibus hoc vitium eſt. verſ. 33
4 Eupolis atque Cratinus. verſ. 49
5 Egreſſum magna, me. verſ. 63
6 Non quia Mæcenas. verſ. 74
7 Proſcripti regis Rupili. verſ. 87
8 Olim truncus eram. verſ. 91
9 Ibam fortè via. verſ. 98
10 Nempe incompoſito. verſ. 106

LIBRI SECVNDI.

1 Sunt quibus in Satyra. verſ. 115
2 Quæ virtus, & quanta. verſ. 123
3 Sic rarò ſcribis, vt. verſ. 140
4 Vnde, & quò Catius? verſ. 177
5 Hoc quoque Tireſia. verſ. 188
6 Hoc erat in votis. verſ. 202
7 Iamdudum auſculto. verſ. 215
8 Vt Naſidieni iuuit te. verſ. 229

Digitized by Google

SATYRARVM LIBER I.

ARGVMENTVM SATYRÆ I.

Inuehitur primùm in prauam hominum conſuetudinem, qua fit vt nunquam ſua ſorte ſint contenti, nec in ſuo vitæ inſtituto ſibi placeant, ſed alienum ſuo anteferant, & ſuæ conditionis ſemper eos pœniteat. Deinde auaritiam, capta ex hoc ſermone occaſione, inſectatur.

Qui fit, Mæcenas, vt nemo, quam ſibi ſortem A
Seu ratio dederit, ſeu Fors obiecerit, illa
*Contentus viuat? laudet * diuerſa ſequenteis?*
O fortunati mercatores, grauis annis
Miles ait, multo iam fractus membra labore.
Contrà mercator, nauim iactantibus Auſtris, C
*Militia eſt potior. * quid enim? concurritur: horæ*
Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.
Agricolam laudat iuris, legúmque peritus,
Sub galli cantum conſultor vbi oſtia pulſat.
** Ille, datis vadibus qui rure extractus in vrbem eſt,* D
Solos felices viuenteis clamat in vrbe.
** Cetera de genere hoc (adeò ſunt multa) loquacem*
Delaſſare valent Fabium. ne te morer: audi
Quò rem deducam. ſi quis deus, en ego, dicat,
Iam faciam, quod vultis: eris tu, qui modò miles,
Mercator: tu conſultus modò, rusticus. hinc vos,
Vos hinc mutatis diſcedite partibus. eia,
Quid ſtatis? nolint. atqui licet eſſe beatis.
Quid cauſæ eſt, meritò quin illis Iupiter ambas
Iratus buccas inflet? neque ſe fore poſthac
Tam facilem dicat, votis vt præbeat aurem?
*Præterea, * ne ſic, vt, qui iocularia, ridens*
Percurram (quamquam ridentem dicere verum
*Quid vetat? vt pueris olim dant * cruſtula blandi*
Doctores, elementa velint vt diſcere prima.)
Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo:
Ille, grauem duro terram qui vertit aratro:
Perfidus hic caupo, miles, nautæque, per omne
Audaces mare qui currunt, hac mente laborem
Seſe ferre, ſenes vt in otia tuta recedant,
Aiunt, cùm ſibi ſint cõgeſta cibaria: ſicut
Paruula (nam exemplo eſt) magni formica laboris,

Digitized by Google

Ore trahit, quodcumq; poteſt, atque addit aceruo,
Quem ſtruit, haud ignara, ac non incauta futuri.
*Quæ, * ſimul inuerſum contriſtat * Aquarius annum:*
Non vſquam prorepit: & illis vtitur antè
Quæſitis ſapiens: cùm te neque feruidus æſtus
Demoueat lucro, neque hiems, ignis, mare, ferrum,
Nil obſtet tibi, dum ne ſit te ditior alter.
Quid iuuat immenſum te argenti pondus, & auri
Furtim defoſſa timidum deponere terra?
** Quòd ſi comminuas, vilem redigatur ad aſſem.*
At, ni id fit, quid habet pulchri conſtructus aceruus?
Millia frumenti tua triuerit area centum:
*Non tuus * hoc capiet venter plus, quàm meus: vt ſi*
Reticulum panis venaleis inter onuſto
Fortè vehas humero: nihilo plus accipias, quàm
*Qui nil portarit. vel dic, quid referat * intra*
Naturæ fineis viuenti, iugera centum, an
Mille aret. at ſuaue eſt ex magno tollere aceruo.
Dum ex paruo nobis tantumdem haurire relinquas:
Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris?
*Vt, tibi ſi ſit opus * liquidi non amplius vrna, (mallem*
Vel cyatho: & dicas magno de flumine
Quàm ex hoc fonticulo tantumdem ſumere. eò fit,
** Plenior vt ſi quos delectet copia iuſto:*
Cum ripa ſimul auulſos ferat Aufidus acer.

A *At, qui tantulo eget, quanto eſt opus, is neque limo*
Turbatam haurit aquam, neq; vitam amittit in vndis.
*At bona pars hominum decepta * Cupidine falſo,*
Nil ſatis eſt, inquit: quia tanti, quantum habeas, ſis.
Quid facias illi? iubeas miſerum eſſe libenter:
B *Quatinus id facit: vt quidam memoratur Athenis*
Sordidus, ac diues, populi contemnere voces
Sic ſolitus: populus me ſibilat, at mihi plaudo
Ipſe domi: ſimul ac nummos contemplor in arca.
Tantalus à labris ſitiens fugientia captat
C *Flumina. quid rides? mutato nomine, de te*
Fabula narratur. congeſtis vndiq; ſaccis
*Indormis inhians: & * tanquam parcere ſacris*
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.
*Neſcis * quò valeat nummus: quem præbeat vſum?*
Panis ematur, olus, vini ſextarius: adde
Queis humana ſibi doleat natura negatis.
An vigilare metu examinem: noctéſq;, diéſque
D *Formidare malos fures, incendia, ſeruos,*
*Ne te compilent fugientes: hoc iuuat? * horum*
Semper ego optarim pauperrimus eſſe bonorum
At ſi condoluit tentatum frigore corpus:
*Aut alius caſus lecto te * affixit: habes, qui*
Aſſideat, fomenta paret, medicum roget, vt te

Suſci-

Digitized by Google

Suſcitet : ac reddat natus , cariſq; propinquis? A
Non vxor ſaluum te vult , non filius : omnes
Vicini oderunt, noti, pueri, atque puellæ.
Miraris, cum tu argento poſt omnia ponas:
Si nemo præſtet , quem non merearis, amorem?
** At ſi cognatos , nullo natura labore*
Quos tibi dat , retinere velis , ſeruaréque amicos:
Infelix operam perdas : vt ſi quis aſellum B
In campo doceat parentem currere frenis.
Denique ſit finis quærendi : cumque habeas plus,
Pauperiem metuas minus : & finire laborem
Incipias , parto quod auebas : nec facias , quod
Vmidius quidam (non longa eſt fabula) diues
Vt metiretur nummos : ita ſordidus , vt ſe
Non vmquam ſeruo melius veſtiret : ad vſque C
Supremum tempus ne ſe penuria victus
*Opprimeret , metuebat. at hunc * liberta ſecuri*
*Diuiſit medium , * fortiſſima Tyndaridarum.*
*Quid mi igitur ſuades ? vt viuam ** Me*nius? aut ſic,*
Vt Nomentanus? pergis pugnantia ſecum
Frontibus aduerſis componere? non ego, auarum
Cum veto te fieri , vappam iubeo , aut nebulonem , D
*Eſt inter * Tanaim quiddam , ſocerúmque Viſelli.*
Eſt modus in rebus: ſunt certi deniq; fines
Quos vltra , citráque nequit conſiſtere rectum
Illuc , vnde abij redeo, nemon' vt auarus*
Se probet : ac potiùs laudet diuerſa ſequenteis?
Quódq; aliena capella gerat diſtentius vber
Tabeſcat: neque ſe maiori pauperiorum
Turbæ comparet? hunc, atque hunc ſuperare laboret?
Sic feſtinanti ſemper locupletior obſtat:
Vt, cùm carceribus miſſos rapit vngula currus,
Inſtat equis auriga ſuos vincentibus illum
** Præteritum temnens extremos inter euntem.*
Inde fit, vt rarò, qui ſe vixiſſe beatum
Dicat , & exacto contentus tempore vitæ
Cedat , vti conuiua ſatur , reperire queamus .
Iam ſatis eſt : ne me Criſpini ſcrinia Lippi
Compilaſſe putes , verbum non amplius addam .

Conſtet inter omneis doctos , ſatyrarum libros duos, totidemq; epiſtolarum & ab Horatio ſcriptos eſſe , & ad noſtram ætatẽ perueniſſe. Sed vtri priore loco debeant collocari , id verò quæri ſolet , neque inter eos conuenit. Alij enim epiſtolas ſatyris anteponi volunt: alij contrà : neque hæc controuerſia veterum [illegible] auctoritate [illegible] potest : quippe quæ ita inter ſe ipſa diſſideant ordine , & diſpoſitione librorum , vt in nonnullis, epiſtolarum libri odis præponantur : ſatyræ autem poſtremo loco poſitæ ſint : in alijs ſatyræ primo loco, epiſtolæ ſecundo, odæ tertio ſint collocatæ . vt facilè appareat vel veteres illos de horum librorum ordine non admodum laboraſſe , vel librarios ordinem à veteribus ſeruatum perturbaſſe. Ego primùm hoc teſtificor, me cum quoquã hac de re, vt quæ mihi parui admodum momenti videatur , decertare nolle : deinde difficile eſſe puto certi aliquid de hac controuerſia ſtatuere ac pronuntiare. poſtremò ſi quis hoc dicet , me tamen iudicaſſe ſatyras epiſtolis eſſe præponendas, quia hoc ordine eas diſpoſuerim : licet mihi reſpondere me nullo cõſilio , nullaque ratione id feciſſe : ſed cùm initio, quo tempore hos commentarios adumbrare cœpi, hunc ordinem eò ſecutus eſſem, quòd in meo exemplo libri ita eſſent collocati: me eundem ordinem tum cum typis excudendos dedi , ſeruauiſſe. Verumtamen ſi quis facti mei rationem flagitabit, neque mihi credet, me temere , aut caſu hos libros ita diſpoſuiſſe : is me hac ratione motum eſſe ſibi perſuadeat per me licet. Horatius

Digitized by Google

primus omnium Latinorũ verſus lyricos exemplo Græcorum ſcripſit, eóque lyricorum poëtarum princeps, ne dicam ſolus, inter Latinos habetur: quod ipſe de ſe non vno loco prædicat: vt Od. 3. lib. 4. *Totum muneris hoc tui eſt, Quod monſtror digito prætereuntium Romanæ fidicen lyræ.* & Od. vltima lib. 3. magnificè gloriatur ſe primum omnium carmen Æolium, nempe Alcaicum & Sapphicum ad cantus Italos deduxiſſe. *Dicar, qua violens obſtrepit Aufidus, Et, qua pauper aquæ Daunus agreſtium Regnauit populorum, ex humili potens Princeps Æolium carmen ad Italos deduxiſſe modos.* Satyrarum etiam ſcriptor, ſeu potius poeta fuit, non primus ille quidem (fuit enim Lucillius Satyræ inuentor) ſed eo, qui primus ſatyras ſcripſit, lõgè præſtãtior: quod ipſe de ſe non falſò prædicat ſatyra 4. & 10. lib. 1. Idcircò Od. 20. lib. 2. poëtam biformem ſe ipſe nominat, id eſt, opinor, lyricum, & ſatyricum. Itaque cùm carminum lyricorum libros, ex quibus poëtæ lyrici nomen adeptus eſt, primo loco poſuerim: ſatyras, ex quibus ſatyrici poëtæ nomen ſibi peperit, mihi videor ſtatim poſt Odarum libros, non immeritò collocaſſe. Nam epiſtolæ quidem, ſiue illæ communi nomine ſermones appellandæ ſunt, ſiue ſecus: nihil addunt Horatio neque ad lyrici, neque ad ſatyrici poëtæ nomen. Sunt enim illæ & à lyricis verſibus, & à ſatyris ſeiunctæ, ac ſeparatæ, vnúmque quoddam corpus vtriſque diſpar & diſſimile conſtituunt. neque omnes eodem planè ſtilo, atque ſatyræ mihi videntur eſſe ſcriptæ. hæ enim non ſolùm humili & orationi ſolutæ ſimillimo, verùm etiam faceto, vrbano, mordaci genere verborum textæ ſunt. epiſtolæ verò quamuis quotidiano illo quoque ſermone, & verbis de medio ſumtis ac petitis magna ex parte conſtent, quemadmodum debẽt epiſtolæ: ea tamen vrbanitate, iis ſalibus, eo denique aceto (vt ita dicam) quo ſatyræ imbutæ ſunt, carent: vt omittam quòd earum nonnullæ paullo ſunt elatiores, atque ornatiores, & quibuſdam verborum ac ſententiarum luminibus illuſtriores. Gloria igitur illa ſumma tùm lyrico carmine, tùm ſatyrarum ſcriptione Horatio parta & quæſita, inſigni quidem, & luculenta epiſtolarum acceſſione cumulatur: ſed nullum nouum poëtæ nomen per illas acquiritur. Præterea ſi ſolæ ſatyræ ſermonum nomine ſunt appellandæ (vt vulgus putat) Horatius ipſe declarat ſe epiſtolas poſteriùs ſcripſiſſe, quàm ſatyras. Sic enim epiſt. ad Tibull. *Albi noſtrorum ſermonum candide iudex, &c.* His rationibus adductus ſatyras priore loco, quàm epiſtolas collocaui: quas, ſi quis non probabit, ſuíque, déque habebo, eíque libenter aſſentiar, qui à me diſſentiens, ſententiam afferet probabiliorem. Sed, ne quis miretur, me vulgatam inſcriptionem horum librorum immutaſſe, primùm vir quidam doctiſſimus mihi aſſeuerauit Romæ, ſe Venetiis codicem vidiſſe perantiquum, in quo ineſt hæc inſcriptio. Deinde (vt dicam, quod ſentio) ſermonis nomen generale eſt omnia ſermonum genera continens, & complectens: neque propriè ad ſatyram ſignificandam natum, aut factum. Itaque Horatius epiſtola ad Auguſtum, epiſtolæ ſuæ locutionem hoc nomine appellat. *Ne longo ſermone morer tua tempora Cæſar.* Prætereà cùm ſatyra nomen ſit Latini poëmatis proprium, quo nomine etiam ipſe id afficit prima ſatyr. libr. 2. *Sunt quibus in ſatyra videar nimis acer, &c.* & cum, vbi de ordine ſatyrarum agitur, ſoleamus ita loqui, ſatyra prima, ſatyra ſecunda, &c nónne abſurdum eſt, vbi de ordine librorum fit ſermo, ſermonum potius, quàm ſatyrarum librum primum, & ſatyrarum librum ſecundum nuncupare? Nam, vt loquar de ſatyris tantùm, conueniebat eas aut hoc modo & inſcribere, & appellare, *Sermonum libri duo* deinde *Sermonum liber primus, liber ſecundus*: deinde *ſermo primus, ſermo ſecundus, ſermo tertius, &c.* aut hoc modo, *Satyrarum lib. duo. Satyrarum liber prim. lib. ſecund.* deinde *ſatyra prima, &c.* Quòd ſi modus ille ſuperior erat abſurdus, atque ineptus futurus: relinquitur, vt hunc poſteriorem probare debeamus. Præterea quis negabit, omneis epiſtolas quotidiano ſermone textas eſſe, vt diximus? Nam non, ſi aliæ ſunt aliis ornatiores, propterea minùs putandæ ſunt verbis de medio petitis eſſe perſcriptæ. Præterea dici poteſt, quod & veteres quidam grammatici tradiderunt, hoc differre ſermonem ab epiſtola, quod ſermo ad præſentem, ſeu præſenteis habetur: epiſtola ad abſentem, ſeu abſenteis mittitur. Nam hoc quidem prætereundum eſt, ſingulos ſermones, in omnibus fere libris manoſcr. ita eſſe inſcriptos, *ecloga prima, ecloga ſecunda, ecloga tertia*, & item deinceps de ceteris, *Non ſatyra prima, &c.* eclogas autem appellant Græci diſputationes, aut ſermones, aut locos quoſdam breueis, inſigneis, eximios atque electos. Itaque non ſolùm ſatyras, verùm etiam odas eclogas eſſe appellatas ab Auſonio videmus. Poſtremò hoc præter cetera inter ſatyras, & epiſtolas intereſſe arbitror, quòd illæ ſunt dicaciores, vrbaniores, licentiores: interdum etiam impudentiores, amariores, mordaciores: hæ contrà quamuis vrbanitate, & ſale non careant, minus tamen dicaces, ſeueriores, modeſtiores, verecundiores, dulciores, mitiores. De ſatyra autem hoc vnum dicã, quod ſcribit Quinctilianus, eam Latinorum eſſe totam, neque à Græcis arceſſitam. Satyras enim Græci non ſcripſerunt. Negari certè hoc non poteſt, Lucillium Satyrarum inuentorem, atque auctorem (nam de Varrone nihil attinet dicere) veteris comœdiæ poëtas Eupolim, Cratinum, Ariſtophanem, & ceteros ſecutum, ſe ad ſatyras ſcribendas contuliſſe: quod teſtatur Horat. ipſe ſaty. 4 lib. 1. Itaque verè hoc dicere licet, ſatyram veteris comœdiæ, quæ ob immoderatam maledicendi licentiam lege ſublata eſt, locum occupaſſe.

QVI FIT MÆCEN. VT NEMO Q. S. S.] Quæritur hîc à doctis, quamobrem Horatius,

ratius, tam vatiè, & inconſtanter pugnet ipſe A ſecum, qui in oda ptima videatur oſtendete, ſuo quemque ſtudio delectari, in eóque ad extremum conſtantiſſimè permanere, ſpreto alieno: hîc contrà perſpicuè ſignificet, neminem ſua ſotte contentum eſſe. Soluunt hunc nodum quidam hoc modo, vt dicant, hîc verba fieri de hominibus laborantibus, & in oegotio & periculo verſantibus, in oda illa autem de iis, qui otioſam & tranquillam vitam agunt, quibuſque omnia ex animi ſententia procedunt. Quæ ſolutio mihi nullo modo probari poteſt. Nam perſpicuè in Oda 1. ait, mercatorem, cùm ille quidem tempeſtate aduerſa conflictatur, laudare otium vitæ ruſticæ, & commorationem in prædio ſuo ruſtico: vbi verò periculo defunctus eſt, & domũ B ſaluus vênit: naufragio facto, nauem fractam, reficere, vt denuò nauiget. prætereà milites nónne in oegotio & periculo quotidie verſantur? venatores ſub cælo frigido ceruum aut aprum ſectantes, conquieſcúntne? & tamen neque venator teneræ vxoris memoria, aut amore domum reuocatur: neque miles labore militari, aut vitæ diſcrimine ab inſtituto deducitur. Quid igitur dicendum? In omni viuendi genere & ſtudio aliquid ineſt commodi, aliquid etiam incommodi: aliquid voluptatis, aliquid & moleſtiæ. in Oda 1. voluptatis, quam ex ſuo ſtudio capiunt, duntaxat rationem dicunt, moleſtiam ad animum non reuocant, neque ſpectant, aut ſentiunt: hîc ſua C quiſque incommoda, ſuáſque moleſtias, quibus in ſuo viuendi genere afficitur, intuetur, & ob oculos ponit, atqoe in eis mentem defigit, neque cum commodis & voluptatibus, quas percipit, comparat: contrà vitæ alienæ, ſtudiique alieni commoda, & voluptates veluti decempeda metitur, & ponderibus quibuſdam examinat, eáſq; amplificat, & magni æſtimat. ita ſuam vicem conqueritur, & deplorat, alienam condicionem admitatur, & exoptat: ſed tamen vbi ad ſe rediit, ſi quis ei deus commutationis cum alio faciendæ poteſtatem faciat, nolit ſuam ſortem cum quoquam commutare: ſed ſuo ſtudio, ſuóque vitæ inſtituto, vel qood ratione probauit, vel ad quod aliquo caſu tamquam vento delatus eſt, magis delectetur. Præterea hîc propter inuidiam, qui affectus pleriſque omoibus innatus eſt, ſua con- D dicione non ſunt contenti. Nam dum ſe quiſque cum fortunatiore comparat, ſua repetit deteriora, aliena meliora, quo fit, vt ſuæ quemque ſortis pœuiteat, alienam expetat. Sic infrà. Horat. *Quódque aliena capella gerat, diſtentius vber, Tabeſcat, neque ſe melsori* [al. *maiori*] *paup. Tubæ compater, &c.* illic nemo ſe cum beatiore confert, neque alienam felicitatem admitatur, neque alteri inuidet ſed contrà, ſibi quiſque præ aliis videtur pulcher & fortunatus, ſuóque ſtudio & ſua ſorte valde delectatur, átque ita nihil eſt in his duobus locis diſcrepans, neque repugnans. [licet & hoc modo hanc repugnantiæ ſpeciem conciliare. In oda 1. lib. 1. ſuo quiſque ſtudio delectatur, quia ſua quiſque actione, & ſua arte gaudet, quemadmodum ſuum quiſque artifex opus vehementer amat: hîc offenduntur homines δυσπραξίᾳ, i. infelici actione, ſeu mala negotiorũ ſuorum geſtione, & aduerſa fortuna in rebus ſuis gerendis. huc pertinent illa ex epiſt. ad Auguſt. lib. 2. *Nauem agere ignarus nauis timet: abrotonum ægro Non audet, niſi qui didicit dare: quod medicorum eſt, Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.*]

MÆCENAS] de Mæcenate cùm ſatis multa diximus ad Od. 1. lib. 1. ad illa lectorem reiicimus. hoc vnum omiſimus (quod ad hunc locum non minus accommodatè dici poteſt) Mæcenatis cognomen fuiſſe, Cilnium, vt ſit; C. Mæcenas Cilnius: quod docuit nuper Onufrius Panuinus.

SEV FORS] ita ſine dubio legendum, & ita ſcriptum eſt tùm in exemplis excuſis emendatis, tum in codicibus calamo exaratis, non ſors. Præterea quid ineptius, quàm ita loqui, *ſiue ratio ſortem dederit, ſiue ſors obtulerit, &c.* nunc autem cùm ſors idem ferè ſit, quod fortuna: ſors autem præter vulgatam ſignificationem, ſit id, quod vel à Deo, ſiue à fortuna offertur: vel à ratione, & conſilio datur, verbi gratia nobilitas, ignobilitas, vita priuata, vita publica: horum verborum ſententia eſt apertiſſima: mirum eſſe neminem ſua ſorte eſſe contentum, ſiue eam ſortem ratio dederit, ſiue Deus aliquis, aut fortuna obiecerit. Proptereà autem, quod parùm admodum intereſt inter harum litterarum ſ, & f, figuras: librariorum negligentia in optimorum ſcriptorum libros menda turpia irrepſerunt, & *ſors*, pro *fors* ab illis aliquot locis poſitum eſt: vt apud Catull. in carm. de nupt. Pelei, *vt læta gaudia mente Agnoſcam, cùm te reducem ſors proſpera ſiſtet.* leg. *fors proſpera.* & apud Virgil. in Mœride, *quoniam ſors omnia verſat*, legendum *fors.* & apud M. Tull. epiſt. ad Attic. li. 2. legendum *quod fors obtulerit, id acturus videtur*: non *ſors*, vt habent libri typis excuſi: & oratione in Verr. de ſignis, legendum, *telúmque, quod cuique fors offerebat, arripuerit*, non *ſors.* & offic. 1. in verſibus illis Ennianis, mendoſa eſt vulgata lectio, *Vóſne velit, an me regnare hera, quidve ferat ſors.* eſt enim legendum, *quidve ferat Fors.* & apud Salluſt. in proœm. belli Iugurtuni, mendoſè ita legitur *Falſò queritur de natura ſua genus humanum, quòd imbecilla, atque æui breuis ſorte potius, quàm virtute regatur.* eſt enim legendum *forte.* & ita reperi ſcriptum in codice perantiquo. & apud T. Liuium lib. 36. ſic emendandus locus: *ne paullum quidem dubitarunt, quin pro fide erga Romanos, quicquid fors belli tuliſſet, paterentur.* denique vt ſic emendentur hi loci, poſtulat Latini ſermonis vſus, idque è paucis exemplis intelligere licet. Terentius in Phorm. *Quod fors feret, feremus æquo animo.* Idem Hecyra, *Quia tam incommode illis fors obtulerat aduentum meum.* Lucret. lib. 5. *Quod cuique obtulerat prædæ fortuna, ferebat.* vbi fortuna pro nomine *fors* perſpicuè poſitum eſt. Idem lib. 3. *caſúmque*

Digitized by Google

timent, quem cuique ferat ſors. M. Tull. epiſt. ad Att. A libr. 4. *ſed de illa ambulatione ſors viderit, aut ſi quis eſt, qui curet, Deus*, & lib. 14. *ſed hæc ſors viderit ea, quæ talibus in rebus plus, quàm ratio poteſt?* & lib. 8. *eundum, vt, quemcumque ſors tulerit caſum, ſubeam potiùs cum iis, qui dicuntur eſſe boni, quàm videar à bonis diſſentire.* Horat. ſat. 6. huius lib. *Nulla etenim mihi te ſors obtulit.* idem ſup. Od. 9. lib. 1. *Quem ſors dierum cumque dabit, lucro Appone.* Idem Sat. 1. lib. 2. *Diues, inops: Romæ, ſeu ſors ita iuſſerit, exſul: Quiſquis erit vitæ, ſcribam color.* Virgil. Æneid. 7. *Quæ ſors prima dedit, ſanguis nouus imbuit arma.* Salluſtius bello Iugurt. *cetera, vti ſors tulit, aliàs alta ſunt, aliàs in tempeſtate vadoſa.* T. Liuius lib. 25. *quos ſors obtulit, ratis interfecerunt.*

DIVERSA SEQVENTIS] id eſt, eos B omneis, qui diſſimilia, & diuerſa viuendi inſtituta ſequuntur. Plutarchus in lib. περὶ εὐθυμίας oſtendit, multum valere ad animi tranquillitatem, ſeipſum & ſua inſpicere: ſin minùs, at certè ſe inferiores ſpectare, & non imitari vulgus hominum, qui ſe cum præſtantioribus comparant: verbi gratia, ſerui, qui vincti ſunt, ſolutos, beatos eſſe prædicant: illi autem liberos: liberi, ciueis: hi rurſus copioſos, & locupleteis: copioſi autem, ſatrapas: ſatrapæ, reges: reges, deos, propemodum tonare, & fulgurare volentes, ſic Plutarch. καί τοι καὶ τοῦτο μέγα πρὸς εὐθυμίαν ἐστὶ τὸ μάλιστα μὲν αὐτὸν ἐπισκοπεῖν, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν εἰ δὲ μή, τοὺς ὑποδεεστέρους C ἀποθεωρεῖν, καὶ μή, καθάπερ οἱ πολλοὶ πρὸς τοὺς ὑπερέχοντας ἀντιπαρεξάγουσιν, οἷον εὐθὺς οἱ δεδεμένοι εὐδαιμονίζουσι τοὺς λελυμένους· ἐκεῖνοι δὲ τοὺς ἐλευθέρους. οἱ δὲ ἐλεύθεροι, τοὺς πολίτας. οὗτοι δὲ πάλιν αὖ τοὺς πλουσίους. οἱ δὲ πλούσιοι τοὺς σατράπας. οἱ δὲ σατράπαι τοὺς βασιλεῖς· οἱ δὲ βασιλεῖς τοὺς θεούς, μονονουχὶ βροντᾶν καὶ ἀστράπτειν ἐθέλοντες. eodem pertinet illud Liuianum lib. 5. *credo fortunatum matrimonium ei ſororis viſum, ſuique ipſam malo arbitrio, quo à proximis quiſque minime anteiri vult, pœnituiſſe.*

FRACTVS MEMBRA] helleniſmus. fractis membris dixiſſet, ſi Latino more loqui voluiſſet. Virgil. lib. 4. Ænei. *Os, humeróſque deo ſimilis.* Horat. lib. 1. Oda. 1. *nunc viridi membra ſub arbuto Stratus.* D

QVID ENIM?] Iacobus Taurellus, Florentinus, Lælij Taurelli iuriſconſulti clariſs. frater, homo in his litteris magnopere exercitatus, dicebat mihi Romæ anno ſuperiore, hoc loco legendum ſibi videri *quid ni?* non, *quid enim?* neque tamen vllius codicis veteris auctoritatem proferebat: nec ego eam ſcripturam vllo in codice manuſcripto reperi iccircò nihil mutaui, ſed receptam, præſertim à 14. libris veteribus confirmatam, retinui. cuius explicationem ſi quis à me requirat, dicam ſolere Latinos hac interrogatione vti, cùm ſignificare volunt ſe rectè ſentire, vel verum dicere, neque eum, qui cum loquuntur, contrà dicere quicquam poſſe, vt intelligere licet ex illo loco epiſt. L. Luccij ad Cic. lib. 5. epiſt. *Quid enim? tu ſolus aperta nõ videbis, qui propter acumen occultiſſima perſpicis?* ſic Cic. epiſt. ſequ. ad Lucceium, *Quid enim? ad amicóſne confugiam?* Idem lib. 2. de Finibus, *Quid enim? te ipſum digniſſimum maioribus tuis voluptáſne induxit, vt adoleſcentulus eriperes P. Syllæ conſulatum?* ibid. *Quid enim? fortemne poſſumus dicere eundem illum Torquatum?* ibid. *Quid enim? ſummus dolor plureis dies manere non poteſt?* Sic Horat. Sat. 3. lib. 2. *Cum laqueo vxorem interimis, matrémque veneno, Incolumis capite es? quid enim? neque tu hoc facis Argis,* &c. quamquam, ne mentiar, locus ille Sat. 3. mihi ſuſpectus eſt, vt ſuo tempore dicemus. ſic igitur hunc locum explico. *Militia eſt potior* (inquit mercator) *quid enim?* id eſt, quid eſt, quod contrà dici poſſit, quamobrem ita non ſit? *concurritur,* &c. Quòd ſi quis mallet legi, *quid ni?* ſententia erit planior, hoc modo, quid ni potior ſit? πῶς γὰρ οὔ.

CONCVRRITVR] ſic Virgil. de apibus libr. 4. *Erumpunt portis; concurritur: æthere in alto Fit ſonitus.*

AVT CITA MORS] ſic reperi ſcriptum in cod. duob. Vatic. Iann. Tornes. & verò ſcriptura hæc concinnior eſt, quàm vulgata.

SVB GALLI CANTVM] ante galli cantum, vt alibi annot. ſic M. Tullius pro Muræna. Seruium iuriſconſultum alloquens, *Te gallorum, illum buccinarum cantus exſuſcitat.*

CONSVLTOR] qui conſulit iuriſconſultum. M. Tull. eadem orat. *Vigilas tu de nocte, vt conſultoribus tuis reſpondeas.* epiſto. ad Auguſt. *Romæ dulce diu fuit, & ſollemne recluſa Manè domo vigilare,* &c.

OSTIA PVLSAT] Oda 4. lib. 1. *Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas, Regúmq; turreis.*

ILLE, DATIS VAD.] agricola, qui cum vadimonio promiſit ſe in iudicio ſtaturum. Sunt autem vades, qui promittunt ſuo periculo ſe aliquem in iudicio ſtaturos, ſiue caput agatur, ſiue pecunia: ſæpius tamen, & vſitatiùs vades dicuntur, qui intercedunt in cauſa capitis. vt M. Tull. offic. 3. *Damonem & Pythiam Pythagoréos ferunt, hoc animo inter ſe fuiſſe, vt, cum eorum alteri Dionyſius tyrannus diem necis deſtinauiſſet, & is, qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſa poſtulauiſſet, vas factus ſit alter eius ſiſtendi, vt, ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ſibi ipſi.* Idem de finib. lib. 2. *Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico, vt Pythagoreus ille fecit Siculo tyranno?*

CETERA DE GENERE HOC] Lucretianum hemiſtichium. vt lib. 3. *Et iam cetera de genere hoc, cur omnia membris Ex ineunte æuo ingenerata ſiunt, inque genuntur?* & lib. 4. *Cetera de genere hoc monſtra, ac portenta loquuntur.* & lib. 5. *Cetera de genere hoc, quæ ſunt portenta perempta, Si non victa forent, quid tandem viua nocerent?*

(ADEÒ SVNT MVLTA)] hæc ſunt includenda interpoſitionis nota.

LOQVACEM FABIVM] quaſi aliud agens Fabium quendam notat, qui Pompeio deuicto,

Google

uicto, cuius parteis ſecutus erat, ſeſe ad Stoicam A diſciplinam totum contulerat, librósq; aliquot, eius ſcholæ ſententias, & decreta continenteis, conſcripſerat ſatis verboſos.

DELASSARE] valde laſſare. vt *deſæuire* valde ſæuire, epiſt. 3. lib. 1. *An tragica deſæuit & ampullatur in arte?* idem ſat. 3. lib. 2. *Vom vbi effugit, matri denarrat.*

CONSVLTVS] iuriſconſultus. vt epiſt. ad L. Flor. lib. 2. *Frater erat Romæ conſulti rhetor.*

NOLINT.] ſic habent omnes libri manuſcripti: & ita legendum eſt. quòd à me omiſſum fuerat in priore editione.

ATQVI LICET] libri aliquot manuſcr. habent *atquin.*

BVCCAS INFLET] ideſt, iraſcatur. nam B buccas inflant, qui iraſcuntur: vt infrà dicemus, quod Græci φυσᾷν τὰς γνάθους, dicunt Demoſt. παρὰ τὸ βῆμα· καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς πορεύεται θοιμάτιον καθεὶς ἄχρι τῶν σφυρῶν, ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ, τὰς γνάθους φυσῶν. id eſt, & per forum ambulat veſte ad talos demiſſa, pariter incedens atque Pythocles, & buccas inflans.

VOTIS VT PRÆB. AVREM?] eorum vota audiat? præbere idem fere valet, quod ſuppeditare, παρέχειν πορίζειν, vt annot. ad Od. 13. lib. 3. *votis* autem, id eſt, precibus.

VT, QVI IOCVLARIA] vt qui res iocular eis percurrit ἀπὸ κοινοῦ, vel ſubintell. loquitur, aut quippiam ſimile.

OLIM] aliquando, ποτέ.

QVAMQVAM RIDENTEM DICERE C VERVM, QVID VETAT?] ſatyr. 10. lib. 1. *ridiculum acri Fortius, & melius magnas plerumq; ſecat res.*

CRVSTVLA] pemmata quædam ex farina, lacte, caſeo, oleo, melle, & ſimilibus confecta. ſat. 4. lib. 2. *Sunt, quorum ingenium noua tantùm cruſtula promit.* Obſeruandum eſt, quod docet Seruius ad illum Virgilij verſum Georg. 3. *Concreſcunt ſubitò currenti in flumine cruſtæ*, cruſtam genere fœmineo lapidis, aut ligni, aut aquæ conglaciatæ partem ſignificare: cruſtum genere neutro, partem panis, aut placentæ, aut cuiuſuis rei ad veſcendum aptæ, factæve. vbi profert ille hunc locum Horatij: & illum Iuuenalis, *Nos colaphum incutimus* D *lambenti cruſtula ſeruo.* ſunt autem hoc modo alliciendi pueri, & auditores, vt diſcere atque audire velint. Non admodum diſſimile eſt illud Lucretij lib. 4. *Nam veluti, pueris abſinthia tetra medentes Cum dare conantur, prius oras pocula circum Contingunt mellis dulci, flauóque liquore, Vt puerorum ætas improuida ludificetur Labrorum tenus: intereà perpotet amarum Abſinthi laticem, deceptáque non capiatur, Sed potius tali tactu recreata valeſcat: Sic ego, &c.* Sic Plato lib. 7. de Repub. non vult pueros ad diſciplinas vi adigi, ſed ludenteis inuitari, vt appareat, ad quod diſciplinæ genus quiſque ſit aptius natura: atque in eiſdem retineri, propterea quòd nulla diſciplina cum vi coniuncta ſtabilis in animo permaneat. verba Platonis ſunt hæc:

μὴ τοίνυν βίᾳ, εἶπον, ὦ ἄριστε, τοὺς παῖδας ἐν τοῖς μαθήμασιν, ἀλλὰ παίζοντας τρέφε, ἵνα καὶ μᾶλλον οἷός τ' ἦς καθορᾶν ἐφ' ὃ ἕκαστος πέφυκεν.

ELEMENTA] epiſt. 1. lib. 1. *Reſtat vt his ego me ipſe regam, ſolérque elementis.*

SED TAMEN AMOTO] quia longam interpoſuerat παρένθεσιν, mutata orationis inſtitutæ forma, vt fit in hyperbatis, redit ad inſtitutum, his vocibus duabus vſurpatis, *Sed tamen*: quibus ſolent vti Latini cùm ſententiam verbis ab ea alienis interpoſitis, quaſi interruptam, repetere, ac reuocare volunt. ſic M. Tull. lib. accuſ. in Verr. 3. *Atque hoc ego plus oneris ſubeo, quàm qui ceteros accuſarunt (ſi onus eſt id appellandum, quod cum lætitia feras ac voluptate) Veruntamen hoc ego amplius ſuſcepi, quàm ceteri, &c.*

SERIA] ſeria dicta ſunt quaſi ſine riſu. Nonius.

ILLE GRAVEM DVRO, &c.] agricola, γεωργός.

TERRAM QVI VERTIT AR.] ſic loquitur Virg. Georg. 1. *quo ſidere terram Vertere Mæcenas, &c.*

PERFIDVS HIC CAVPO] caupones, ſeu copones, malignos appellat Sat. 5. huius lib. *Differtum nautis, cauponibus atque malignis.*

MILÉSQVE] ſuprà, *Miles ait multo iam fractus membra labore.*

NAVTÆQVE PER OMNE AVD. M. Q. C.] epiſto. 1. *Impiger extremos curris mercator ad Indos, Per mare pauperiem fugiens, &c.*

AVDACES] Oda 1. lib. 1. *Illi robur & æs triplex Circa pectus erat, &c.*

CVRVRVNT] nauigant. vt Od. 28. lib. 1. *licebit, Iniecto ter puluere, curras.* ex quo curſus pro nauigatione ſumitur: vt Oda 6. lib. 1. *Nec curſus duplices per mare Vlyſſei.* & Od. 34. eiuſd. lib. *nunc retrorſum Vela dare, atque iterare curſus Cogor relictos.*

HAC MENTE LABOREM S. F.] hi omnes aiunt ſeſe eo animo, & conſilio, intereà dum integris ſunt viribus, & dum viget ætas, laborem perferre, ac perpeti, vt ſenes otioſam, & tranquillam vitam traducere queant, rebus omnibus ad victum, cultúmq; neceſſariis collectis, & comparatis.

CONGESTA CIBARIA] infra ead. Saty. *congeſtis vndiq; ſaccis Indormis inhians.*

SICVT PARVVLA, &c.] aiunt ij omnes, qui in re facienda occupati ſunt, ſe formicæ exẽplo, vt quærant, & congerànt opes, admoneri.

MAGNI FORMICA LABORIS] Theocritus ἐγκωμ. Πτολεμ. oſtendere volens, Ptolemæi diuitias non aſſeruari ab eo domi conditas, ac ſub terra defoſſas, ſed ad liberalitatem, ac munificentiam conferri, diſſimilitudine vtitur formicarum, his verbis, Οὐ μὰν ἀχρεῖός γε δόμῳ ἐνὶ πίονι χρυσὸς Μυρμάκων ἅτε πλοῦτος, ἀεὶ κέχυται μογεόντων, Ἀλλὰ πολλὸν μὲν ἔχοντι θεῶν ἐρικυδέες οἶκοι, &c. Virg. Æneï 4. *Ac veluti ingentem formicæ farris aceruum Cùm populant hiemis*

memores, tectóque reponunt, &c. [De formicis, ſic & Phocylides, Μύρμηκες γαίης μυχάτης προλελοιπότες οἴκους Ἔρχονται βιότοιο κεχρημένοι, ὁππότ' ἀρούραι Λήϊα κειράμεναι καρπῶν πλήθωσιν ἀλωάς· οἱ δ' αὐτοὶ ἢ πυροῖο νεοδρεπέας ἄχθος ἔχουσιν ἢ κριθῶν· αἰεὶ δὲ φέρων φορέοντα, διώκει Ἐκ θέρεος περὶ χεῖμα βορὴν σφετέρην ἐπάγοντες. Ἄφυτον φῦλον δ' ὀλίγον τελέθει πολύμοχθον.] Eſt autẽ hic venuſta antitheſis, *paruula, magni laboris.* ſic Virgil. Georgic. 4. *Ingenteis animos anguſto in corpore verſant.*

QVÆ SIMVL] ſimul atque, cùm primùm: nempe menſe Ianuar. brumam enim deſcribit. Sunt autem nunc Horatij verba.

CONTRISTAT] tralatio à re animata ad inanimatam, λυπεῖ. vtitur eo verbo Cælius ad Ciceron. libr. 8. epiſto. *Contriſtauit hæc ſententia Balbum Cornelium.* & Virgil. Georgic. 3. *aut vnde nigerrimus Auſter Naſcitur, & pluuio contriſtat frigore cælum.* idem lib. 10. Æneid. *Ille ſitim, morbóſque ferens mortalibus ægris Naſcitur: & læuo contriſtat lumine cælum.*

AQVARIVS] Virgil. lib. 3. Georgic. *cùm frigidus olim Iam cadit, extremóq; irrorat Aquarius anno.* Aquarium autem ſol ingreditur menſe Ianuario.

PROREPIT] foras repit. nam *pro* in compoſitione interdum foris, ſeu foras, & palàm ſignificat, vt in his procurro, produco, prodeo, prodoceo, & ſimilibus.

SAPIENS] ſic reſtitui ex codic. antiquis, Vatic. Raïnut. Torneſ. Nicot. Ruſſar. ſignificat autem ſapientis eſſe bonis partis vti. cõtrà inſipientis, parcere, vt ſacris. ſic ſuprà Od. 11. *ſapias: vina liques.* & Od. 7. eiuſd. *ſic tu ſapiens finire memento Triſtitiam, vitaq; labores, Molli, Plance, mero.*

DEMOVEAT LVCRO] ſic curauimus excudendum, quòd ita ſcriptum reperimus in libris manuſcript. Vatic. Iãnoct. Torn. cùm in vulgatis legatur *dimoueat*, planè mendosè: vt apud M. Tull. quamplurimis locis. *demoueat lucro* autẽ dictum pro demoueat de lucro: vt *propugnat nugis.* cum his autem Horatianis valdè mihi congruere videntur illa Varronis Eumenidib. *denique auarus Quis ſanus? cui eſto terrarum traditus orbis, Furando tamen, & morbo ſtimulatus eodem Ex ſeſe ipſe aliquid quærat, cogátq; peculi.*

NEQVE HIEMS, IGNIS, M. F.] ſic epiſto. 1. lib. 1. *curris mercator ad Indos Per mare, pauperiem fugiens: per ſaxa, per ignes.*

DVM NE SIT TE D.] nullum laborem recuſas. nullum periculum reformidas, dummodo id aſſequaris, ne quis alter te ditior ſit.

FVRTIM DEFOSSA] ſic dixit *defoſſa terra,* vt Virg. Georg. 3. *defoßis ſpecubus. Ipſi in defoßis ſpecubus ſecura ſub alta Otia agunt terra:* alioqui viſitatius dicimus aurum, ſiue quid aliud, defodere in terram, aut ſub terra. Lucret. lib. 5. *nec ſcibat ferro moliriter arua. Nec noua defodere in terram virgulta.* Idem ibid. *Et noua defodere in terram virgulta per agros.* M. Tull. de diuinat. 3. *reſpondit coniector, theſaurum defoſſum eſſe ſub lecto.* Aſinius Pollio ad Cicer. lib. epiſt. 10. *deinde abſtractum defodit in ludo, & viuum combuſsit.* Horat. epiſt. ad Numic. *Defodiet, condétq; nitentia.* Virgil. libr. 10. Æneid. *iacent penitus defoſſa talenta Cælati argenti.* Plautus in Moſtell. *hoſpes hic me necauit, iſque me defodit inſepultum.*

TIMIDVM] vel timentem vti, vt epiſto ad Piſones. *Quærit, & inuentis miſer abſtinet, ac timet vti:* vel timentem à furibus & ſeruis fugitiuis ac furacibus, vt infr. ead. Saty. *An vigilare metu exanimem, noctéiſque diéſque Formidare malos fures, &c.*

QVÒD SI COMMINVAS] at ſi pondus iſtuc auri, & argenti minuas, redigatur ad aſſem, dices. in quibuſdam codicibus ſcriptum eſt *Quod,* ſine accentu: quam ſcripturam non improbo, & ea fortaſſe melior eſt. Omnino in vetuſtis codicibus non ferè ſolet hæc, quæ fit per accentus, diſtinctio obſeruari. Quare quod ad libros veteres attinet, vtrouis modo legere licet.

AT NI ID FIT] reſpondet Horat. at ſi aurum tuum non minuitur, ſi non inſumitur in res neceſſarias, quid eſt quòd aceruus auri, quantumuis altè exſtructus, tantopere ſit admirandus?

QVID HABET PVLCHRI] tale eſt illud Od. 2. lib. 2. *Nullus argento color eſt auaris Abdito terris, &c.*

NON TVVS HOC CAPIET.] ſic ſcriptũ reperi in antiquis codicibus Vaticanis, Iannoctij, Torn. Nicot. Cleric. Ruſſardinis, ceteris. ſententia autẽ horum verborũ eſt. etiam ſi centum frumenti medimnorum millia in tua area trita fuerint, tuus venter ne pilo quidem plus accipiet, quàm meus. *hoc,* accipiendum δεικτικῶς, verbi gratia, pilo, & ſimilib. quod quidam non intelligentes, repoſuerunt *hinc.* alij *hoc* interpretantur propter hoc. ſed minùs rectè.

RETICVLVM PANIS] reticulum hoc loco ſacculi genus eſt, retis in modum factum.

VENALEIS INTER] inter ſeruos venaleis, ſeu venalitios.

VEL DIC QVID REF. INT. N.] id eſt, vel dic, quid interſit, ſi eius perſonam ſpectes, qui vitæ ſuæ modum, naturæ finibus circunſcribat, ac terminet, vtrùm centum agri iugera, an mille aret?

AT SVAVE EST EX M.] dices tu auare. *tollere* autem, id eſt, ſumere: vt epiſt. 7. lib. 1. *partem, vel tolleret omneis.*

CVMERIS] vaſis fictilibus, aut vimineis, in quibus condebant frumentum. epiſt. 5. lib. 1. *Fortè per anguſtam tenuis vulpecula rimam Repſerat in cumeram frumenti.* κυψέλας appellant Græci.

LIQVIDI VRNA] aquæ vrna. liquoris vrna. ὑγροῦ, vt loquuntur Græci. quod annotat. P. Victorius, var. lect. lib. 23. cap. 20.

MALLEM] quinque libri manuſcri. habent *malim.* alij, vt vulgati, *mallem.*

EÒ FIT, PLENIOR VT SI QVOS, &c.] id eſt, ob id: vel ex eo fit, vt ſi quos vberior

aquæ

aquæ copia, quàm par ſit, delectet, & iccirco malint è flumine bibere, quàm ex fonte, Aufidus rapidus ſæpe os vnà cū ripa abreptos auferat. allegoria eſt, per quam ſignificat, ſæpe euenire, vt qui mediocribus facultatibus non contenti ampliores deſiderant, in maximas calamitates incidant, aut interitum ſibi & peſtem arceſſant. Mēdoſè autem, meo iudicio, nōnulli libri manuſcr. habent *delectet copia cornu* quam ſcripturam tamē vir doctiſſimus Adr. Turnebus obſeruatione & commendatione dignam iudicauit. mihi quidē non æquè probatur vt altera, quam ſecutus ſum: quæq́ue reperitur in decem & amplius libris antiquiſſimis, & calamo exaratis. Quòd ſi cui tamen illa probabitur magis, vt varia ſunt hominum palata, ego eam longè aliter, quam ille, explicabo. Sic enim ille. *Copia cornu plenior, eſt copia, quæ cornu abundantiore, & bonis opus opulentiore, refertioreq́ue eſt.* Ego autem ſic: *Copia cornu plenior*, eſt copia, quæ plenior, & refertior eſt ipſo copiæ cornu, ipſo Amaltheæ capræ cornu, quod tamē erat bonis omnibus refertiſſimum. per eum igitur, quem copia cornu plenior delectet, intelligemus ſignificari hominem inexplebilem atque inſatiabilem, & qui non ſit contentus copiis vſitatis, & aliquando auditis, & tamen ingentibus & ampliſſ. ſed qui concupiſcat opes amplitudinem ipſam & vbertatem rerum omnium & copiam ſuperanteis.

Avfidvs acer] rapidus. Aufidus Apuliæ fluuius. ſup. Od. 9. lib. 4. *Longè ſonantem natus ad Aufidum.*

Qvanto est opvs] quidam libri vet. habent, *quantum eſt opus.*

Is neqve limo tvrb. h. a.] huius loci hæc ſententia eſt, qui tantulum deſiderat, quantum ſatis eſt, id eſt, quantum naturæ neceſſitas poſtulat, is hoc aſſequitur, quòd neque turbidam haurit aquam: qualis eſt ea, quę è riuulo arido petitur, neque fluuij impetu abreptus interit: quod periculum impendet iis, qui è fluuio, aut torrente, quàm è fonte, aquam petere ſitientes malunt.

Neqve vitam amittit] amittere vitam etiam Plautus dixit Aſinar. *Cur ergo minitaru tibi te vitam eſſe amiſſurum?* & M. Tullius pro Roſc. Amer. *an inſutus in culeum per ſummum dedecus vitam amittere.*

Cvpidine falso] vitioſa cupiditate. vide Od. 16. libr. 2. ibi, *aut Cupido ſordidus aufert.* quem locum profert Seruius ad illum Virgilij li. 5. Æneid. *Centauro inuehitur magna.* vbi ait genus plerumque confundi aut metiri, aut hiatus cauſa: quaſi verò non potuerit, ſi non in Oda illa 16. at certè in hac Sat. ſcribere *Cupidine falſa.*

Qvia tanti, qvantvm h. s.] Plutarchus in lib. περὶ φιλοπλουτίας, hanc vulgi in re facienda omne ſtudium, omnémq; operam ſuam ponentis vocem commemorat, *κέρδαινε καὶ φείδου, καὶ τοσούτου νόμιζε σαυτὸν ἄξιον, ὅσον ἂν ἔχῃς*, id eſt, fac quæſtum, & parce, & tanti te futurum, quantum habeas, puta.

Ivbeas miservm esse lib.] æquo animo ferre miſeriam ſuam.

Qvatenvs id facit] id eſt, vſque ad quem locum id facit, vſque eò ſit miſer libenter. Quidam legunt *quatinus*, id eſt, quoniam, quibus aſſentior, eadémque erit ſententia: nempe iubeas eum æquo animo ferre miſeriam ſuā, quoniam per totam vitam ſtudio lucri incumbat, neq; vnquam bonis quęſitis ætatur fruatur. Lucret. lib. 3. *Quatinus eſt vnum inter ſe, coniunctáque res eſt.* & Od. 24. lib. 3. *quatinus (heu nefas) Virtutem incolumem odimus.* poteſt & ita explicari, iube eum miſerum eſſe, quatenus, ſeu quatinus id libenter facit: mutata diſtinctione. ſed mālo illo modo.

Vt qvidam memoratvr Ath.] Timonem μισάνθρωπον ſignificari putant, qui hominum generi bellum indixerat, omnéſque omnis ætatis, ordinis, & fortunæ homines odiſſe animum induxerat.

Me sibilat, at mihi plavdo, &c.] quaſi res geratur in ſcena. nam populus hiſtrionē exſibilabat, ſi paululum ſe extra numerum mouiſſet, aut ſi verſus pronuntiatus eſſet vna ſyllaba breuior, vt ſcribit M. Tull. Parad. Sibilis etiam excipiebantur homines potentes inuidioſi, & populo offenſi: gratioſi contrà plauſu, & clamoribus ſecundis. M. Tull. ad Att. lib. 2. *populi ſenſus maximè in theatro & ſpectaculis perſpectus eſt. nam gladiatoribus, quà dominus, quà aduocati, ſibilis conſciſſi.* Idem pro Sextio, *Quid ego nunc dicā, quibus viris, aut cui generi ciuium maximè applaudatur? neminem veſtrûm fallit. ſit hoc ſanè leue: quod non ita eſt, quoniam optimo cuique impertitur: ſed ſi eſt leue, homini graui leue eſt: ei verò, qui pendet à rebus leuiſſimis, qui rumore, & (vt ipſi loquuntur) fauore populi tenetur, & ducitur, plauſum, immortalitatem: ſibilum, mortem videri neceſſe eſt.*

Tantalvs à labris s. f.] hoc ſupplicio plecti Tātalum facit Homer. ὀδυσσ. λ. ſub perſona Vlyſſis, ea, quæ apud inferos viderat, Alcinoo narrantis: his verbis, Καὶ μὴν Τάνταλον εἰσεῖδον χαλέπ' ἄλγε' ἔχοντα, Ἑσταότ' ἐν λίμνῃ· ἡ δὲ προσέπλαζε γενείῳ. Στεῦτο δὲ διψάων· πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἑλέσθαι. Ὁσσάκι γὰρ κύψει' ὁ γέρων πιέειν μενεαίνων. Τοσσάχ' ὕδωρ ἀπολέσκετ' ἀναβροχὲν, ἀμφὶ δὲ ποσσὶ Γαῖα μέλαινα φάνεσκε, καταζήνασκε δὲ δαίμων· Δένδρεα δ' ὑψιπέτηλα κατακρῆθεν χέε καρπὸν, Ὄγχναι, καὶ ῥοιαὶ, καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι, Συκέαι τε γλυκεραὶ, καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι. Τῶν ὁπότ' ἰθύσει' ὁ γέρων ἐπὶ χερσὶ μάσασθαι, Τὰς δ' ἄνεμος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα. Et Tantalum vidi graueis dolores perferentem: Stantem in palude. hæc autem mentum attingebat. At ille ſtabat ſitiens. ſed potum ſumere nō poterat. Quoties enim ſeſe ſenex capite demiſſo inflectebat, ſeu incuruabat, bibere cupiens: toties aqua reſorpta peribat, & circum

pedes terra nigra apparebat. Deus enim eam aridam reddebat. Arbores autē altæ in eius caput fructum deferebant, pirus, malus Punicæ, pomus, & ficus, & oleæ virides: Quas cum ſe erigēs ſenex tangere volebat: eas arbores, earúmque fructus ventus ad nubeis vmbroſas diſſipabat. Sed Pindarus, & Euripides, & Lucretius inter ſe conſentientes de Tantali pœna, ab Homero diſſentiunt. Volunt enim hi tres poëtæ, ſaxum ei impendēre, cuius caſum ſemper extimeſcens, omni animi alacritate ſpoliatur, verba Pindari ſunt hæc Olymp. ὠδ. α. εἰ δὲ δή τιν' ἄνδρα θνατὸν Ὀλύμπου σκοποὶ ἐτίμασαν, ἦν Τάνταλος οὗτος· ἀλλὰ γὰρ καταπέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη. κόρῳ ἕλεν ἄταν ὑπέροπλον, τάν οἱ πατὴρ ὑπερκρέμασε καρτερὸν αὐτῷ λίθον, τὸν αἰεὶ μενοινῶν κεφαλᾶς βαλεῖν, εὐφροσύνας ἀλᾶται. id eſt, Si quem autem virum mortalem Olympi cuſtodes honorarunt; hic fuit Tantalus. Verùm concoquere magnam beatitudinem nō potuit. ex ſatietate magnum detrimentum accepit: quoniam Iupiter aſperum & grauem lapidem eius capiti imminere voluit: quem ſemper cupiēs longè à capite depellere, omni animi iucunditate priuatur. Euripid. in Oreſte, ὁ γὰρ μακάριος, κοὐκ ὀνειδίζω τύχας, Διὸς πεφυκώς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος, Κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον, Ἀέρι ποτᾶται, καὶ τίνει ταύτην δίκην. id eſt, Beatus enim ille (neque tamen ei ſuam fortunā maledicti loco obiicio) à Ioue natus, vt aiūt, Tantalus, capiti imminens ſaxū horrēs in aëre volat, & has perſoluit pœnas. Lucretius lib. 3. *Nec miſer impendens magnum timet aëre ſaxum Tantalus (vt fama eſt) caſſa formidine torpens. Sed magis in vita diuûm metus vrget inanis Mortaleis, caſumq́ timent, quem cuique ferat ſors.* Cauſam autem cur ſupplicio affectus ſit, hanc fuiſſe narrat Pindarus, quòd, cùm Deorum epulis, & conuiuiis intereſſe iuſſus eſſet, in eorúmque cœtu, & concilio quotidie verſaretur, magna illa, & inſolita Deorum liberalitate, & beneuolentia intemperanter vſus, nectar, ambroſiámque furatus ſit, æqualibúſque, atq; amicis ſuis impertiuerit: & ita Homeri interp. Euripides verò aliam affert, nēpe quòd linguam habuerit incontinentem, turpiſſimum (inquit) morbū. alij, quod canem illum templi cuſtodem à Pandareo Mileſio furto ſublatum, atque apud ſe depoſitum, vidiſſe ſe iuratus negarit, periurióque ſeſe commaculauerit. At Horat. de pœna ſequitur Homerum, tùm hîc, tùm Od. vltima epod. *Optat quietem Pelopis infidus pater Egens benigna Tantalus ſemper dapis.* Quāquam non defuerunt, qui verſus illos Homeri, quos ſuprà protuli, ſubditos, & adulterinos eſſe dixerint: in quibus eſt Ariſtarchus. Extat politiſſimum in libris epigrammatum Græcorum epigramma de Tantalo: quod de pœna cum Homero concinit, de culpa cum Euripide. Οὗτος ὁ πρὶν μακάρεσσι συνέστιος, οὗτος ὁ νηδὺν Πολλάκι νεκταρέου πλησάμενος πόματος, Νῦν λιβάδος θνητῆς ἱμείρεται. ἡ φθονερὴ δὲ Κρᾶσις ἀεὶ

A χείλευς ἐστὶ ταπεινοτέρη· Πῖνε, λέγει τὸ τόρευμα, καὶ Ὄργια μάνθανε σιγῆς. Οἱ γλώσσῃ προπετεῖς ταῦτα κολαζόμεθα. Quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt: iſte, qui antea fuit Deorum contubernalis & domeſticus: iſte, qui ſæpe ventrē nectare expleuit: Nunc, potum mortalem exoptat: ſed potus inuidus ſemper labro eius humilior eſt: Bibe, inquit ſculptura, & myſteria ſilentij perdiſce. Nos, qui lingua præcipites ſumus, hac pœna afficimur Huc pertinet ille Lucij verſus, *Tantalus, qui pœnas ob facta nefantia luit.* Superioribus conſentanea ferè de Tantalo ſcribit Athen. lib. 7. locum duntaxat indicabo, φιλήδονον δὲ οἱ ποιηταὶ καὶ τὸν ἀρχαῖον φασὶ γενέσθαι Τάνταλον, &c. qui locus non longè abeſt à principio. ordo autem horum verborum

B hic eſt: Tantalus ſitiens captat flumina à labris fugientia.

Mutato nom. de te fab. narr.] quia detracto nomine hęc fabula in te, & in omneis auaros quadrat, & conuenit. Quemadmodum enim Tantalus bonis præſentibus vti non poteſt, & in omnium rerū copia, eſurit, ſitit, eget: ita & tu omnibus rebus ad victum, cultúmque neceſſariis abundans, nihilo magis iis vteris, quàm ſi egentiſſimus eſſes. Sic Teles lib. περὶ Συγκρίσεως πλούτου καὶ πενίας, Tantali fabulam ad ingenium auari accommodat. his verbis, καὶ ὥσπερ ὁ Τάνταλος ἐν λίμνῃ ἕστηκε, κατὰ κρατὸς δὲ καρποί· ἀλλ' ὁπότε ἰθύσει ἢ κύψει ὁ γέρων, πιεῖν

C ἢ τῶν καρπῶν ἅψασθαι· ἡ μὲν λίμνη ξηρὰ ἐγίνετο· τὼς δ' ἄνεμος ῥιπτάσκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα. οὕτως ἐνίων ἡ ἀνελευθερία καὶ δυσελπιστία καὶ τὸν οἶνον καὶ τὸν σῖτον, καὶ τὴν ὀπώραν ῥιπτάσκει οὐ ποτὶ νέφεα, ἀλλὰ ἃ μὲν εἰς τὴν ἀγοράν, ἃ δὲ εἰς τὸ καπηλεῖον· καὶ ἐπιθυμοῦντες οὐδενὸς γεύονται, &c. id eſt, & quemadmodum Tantalus in palude ſtat, in caput autē fructus dependēt, ſed cum ſe erigebat, aut demittebat ſenex, vt biberet aut fructus tangeret: palus quidē areſcebat: fructus autem ventus in nubeis diſpergebat ac diſſipabat: ſic nonnullorum illiberalitas & diffidētia, ac deſperatio vinum, frumentum, fructuum genera omnia diſijcit ac diſpergit non in nubeis ſed alia quidem in forum, alia in cauponam: & quamuis cupiditate & deſiderio afficiantur, ni-

D hil tamen earum rerum guſtant, &c.

Inhians] ſemper cupidos, etiam ſi tot rebus abundes. ſat. 5. lib. 2. *coruum deludet hiantem.*

Et tanqvam parc. s.] impellit te immenſa cupiditas, atque auaritia, vt tot, ac tantis bonorum aceruis parcas tanquam ſacris: aut, vt iis ita delecteris, vt inani pictura. vſum bonorum partorum ſemper commendat, & ſuadet Horatius. verbi gratia, epiſt. 2. lib. 2. *Vtar, & ex modico, quantum res poſcet, aceruo Tollam*, Sic Cornelius Gallus. *Quid mihi diuitiæ? quarum ſi demeris vſum, Quamuis largus opum, ſemper egenus ero. Immo etiā pœna eſt partis incumbere rebus, Quas cùm poſſideas eſt violare nefas. Non aliter ſitiens vicinas Tantalus vndas*

Captat,

captat, & appoſitis abſtinet ira cibis. ſic ſat. 3. libro 2. *Qui nummos, aurúmque recondit neſcius vti. Compoſitis; metuénſque velut contingere ſacrum?* & ſat. 4. huius lib. *ne quid Summa deperdat, metuens.*

AVT PICTIS] quidam libri veteres habẽt *& pictis* & al. *ac pictis.*

NESCIS QVÒ VAL. N. Q. SI. VSVM?] legendum cum interrogatione, & *quo valeat*, nõ *quid valeat* ſic enim habent lib. manuſcrip. Vat. 2. Faër. Toro. Nicot. Ruard. *quo* autem, id eſt, ad quam rem, vel ad quem vſum.

ADDE, QVEIS HVM. S. D.] id eſt, adde ea quibus ſibi negatis, humana natura ſit dolitura: vel ita, adde ea, quib⁹ natura humana ſine dolore, & interitu carere non poſſit: videlicet quæ ſunt neceſſaria. Plato lib. octauo de rep. neceſſarias quaſdã cupiditates ponit, eáſq; ita definit: ἃς οὐκ ἂν οἷοί τ' εἶμεν ἀποτρέψαι, al. ἀποτρίψαι. καὶ ὅσαι ἀποτελούμεναι ὠφελοῦσιν ἡμᾶς. Τούτων γὰρ ἀμφοτέρων ἐφίεσθαι ἡμῶν τῇ φύσει ἀνάγκη, id eſt, quas nulla ratione propulſare poſſimus: & quæcumque, cum explentur, nobis proſunt. Nã has res vtraſque concupiſcere, noſtræ naturæ neceſſarium eſt. Atque Epicurus quidem ita propemodum, vt Plato, partiebatur cupiditates, vt ſcribit M. Tull. libr. 1. de finib. *Nam vnum genus ponebat earum cupiditatum, quæ eſſent & naturales, & neceſſariæ: alterum, quæ naturales eſſent, nec tamen neceſſariæ: tertium, quæ nec naturales, nec neceſſariæ: quarum ea ratio eſt, vt neceſſariæ nec opera multa, nec impenſa expleantur. ne naturales quidem multa deſiderant, propterea quod ipſa natura diuitias, quibus contenta eſt, & parabiles, & terminatas habet. Inanium autem cupiditatum nec modus vllus, nec finis inueniri poteſt.*

MALOS FVRES] *malos*, eſt epithetũ perpetuum, non diſcretionis. vt ſat. 6. huius lib. *mala luſtra.* & ſat. 3. lib. 2. *ambitione mala.*

NE TE COMPILENT] ne tua furentur. *compilare* (inquit Feſtus) *eſt cogere* in vnum, & condere, ex quo furari M. Tull. lib. de Orat. 2. *Cum C. Fabricio P. Cornelius, homo, vt exiſtimabatur, auarus & furax, ſed egregiè fortis, & bonus Imperator, gratias ageret, quod ſe homo inimicus conſulem feciſſet, bello præſertim magno, & graui: Nihil eſt, quod mihi gratias agas (inquit) ſi malui compilari, quam venire.* Idem 1. lib. accuſ. *quaſi verò id cupiditate defendendæ nobilitatis, aut ſtudio partium fecerit, ac non apertiſſimè Conſulem, exercitum, prouinciámque compilarit.* Horat. vltimo huius ſat. verſu. *ne me Criſpini ſcrinia Lippi Compilaſſe putes.*

FVGIENTES] ſi fugientes, cohæreat cum ſuperioribus illis nominibus, malos fures, erit accuſandi caſus: ſin cum verbo *compilent*, recti caſus, & numeri multitud.

HOC IVVAT?] hoc delectat? vt ſuprà annot. ad Odam 2. epod.

HORVM SEMPER EGO OP.] ego quidem his bonis ſemper carere potius, quàm ea habere velim. *pauperrimus bonorum* autem, ſic dixit, vt ſat. 3. libr. 2. *Pauper Opimius argenti poſiti intus & auri.* Opimius autem habẽt libri ferè omnes veteres: perpauci *optarem.*

A CONDOLVIT] doluit. nam condolere pro eo, quod Græcis eſt συναλγεῖν, aut συμπάσχειν non eſt Latinum. M. Tull. Tuſcul. 5. *nos, ſi pes condoluit, ſi dens: ſed fac totum dolere corpus, ferre non poſſumus.*

TENTATVM FRIGORE] ſic alibi, *tentari morbo*, vt epiſt. ad Numicum. *ni latus, aut renes morbo tentantur acuto*, ſic & M. Tull. lib. 4. Tuſcul. *animi valentes morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt.* frigus hoc loco propriè poſitum: alias pro morte tranſlatè, vt ſat. 1. lib. 2. *& maiorum ne quis amicus Frigore te feriat.*

B LECTO TE AFFLIXIT] afflixit, reperi ſcriptũ in codic. calamo exaratis, Iannoct. Faërn. Torn. duob. Vatic. Rainut, Card. Clericano, Nicotianis, Ruſſardinis, ceteris, vt de huius ſcripturæ veritate non ſit dubitandum, valdéque contemnam quorundam ſimiorum κακοζηλίαν, qui, vt aliquid ſapere videantur, contendunt tamen hic vulgarem lectionem eſſe retinendam, affligere autem eſt ad terram deiicere. de quo verbo vide annot. ad illum locum, *Atque affigit humo diuinæ particulam auræ*, *ſaty. 2. lib. 2.* Præterea nomen, *caſus*, quod antecedit, hanc lectionem cõfirmat. Sic enim M. Tull. loquitur epiſt. ad Dolab. lib. 9. *Vel meo ipſius interitu mallem litteras meas deſiderares, quàm eo caſu, quo ſum grauiſſimè*

C *afflictus.* Idem in Timæo. *Poſtremo ne quis morbus eũ poſſit, aut ſenectus affligere, &c.* Adde quòd affligere lecto, id eſt, ad lectum, ſic dictum ab Horat. vt ab Eurip. Oreſt. πόσον χρόνον δὲ δεμνίοις πέπτωχ' ὅδε; Id eſt, quampridem ille ad lectum afflictus eſt? ſeu, vt propius accedam ad vim verbi Græci, ad lectum decidit? vel vno verbo, decubuit?

HABES, QVI ASSID. POM. PAR.] hæc ſunt accipienda εἰρωνικῶς, & ſine interrogatione legenda. Nam paucis pòſt negat hoc ita eſſe. VT TE SVSCITET] iacentem, & afflictum erigat. ſententia hæc eſt: vt medicus ille ab vxore, aut aliquo tuorum arceſſitus te morbo affectum, atque afflictum excitet, id eſt, ſanum fa-

D ciat, recreet.

ET REDDAT NATIS, CAR.] quibus te propemodum morbus ademerat.

NON VXOR SAL.] tollit, ac remouet, quod paullo antè diſſimulanter conceſſerat. ne vxor quidẽ, & filius, quibus cariſſimus eſſe debebas, te ſaluere volunt, tibíue ſalutẽ exoptant. Ex quo collige, auarum omnibus eſſe odioſum atque inuiſum. Nam qui patrẽ colit, qui vxorẽ & liberos amat, iíſque viciſſim carus eſt, eũ credibile eſt etiam alienis amicum futurũ. Qui verò neque amat coniunctiſſima capita, neque ab iis amatur: neque eum cuiquam, neque ei quemquam carum eſſe poſſe probabile eſt. Nonnulli libri habent, *Non vxor te vult ſaluum.*

ARGENTO POST OMNIA PONAS] perſpicuè verbum compoſitum *poſtponas* diuiſit.

QVEM NON MER. AM.] quiâ pecuniam rebus omnibus anteponas,

RETINERE VELIS, SERVAREQVE AM.] retinere & ſeruare amicos. i. in amicitia, & perpetua erga te beneuolentia continere. ſic loquitur ſat. 3. eiuſd. lib. *Haec res & iungit, iunctos & ſeruat amicos.* & epiſt. ad Numic. quæ eſt ordine 6. *Solàque, qua poßit facere & ſeruare beatum, &c.*

VT SI QVIS ASELLVM, &c.] quod eſt, indocibilem docere, aut aliquid alteri ſuadere, quod ille nunquã ſit facturus. Aſinus enim ſuapte natura tardus eſt, atque ad curſum ferè ineptus: itaque frenari non ſolet. inde natus eſt iocus ille apud Ariſtoph. in auibus ὄνος ὄρνις, id eſt, aſinus auis. Illud, prouerbium olet. & ὄνος κέλης: quod vſurpauit M. Tullius in epiſt. 15. lib. 10. ad Attic. vt quidẽ legendum cenſet Simeo Boſius. Nam vbi vulgò legitur *Syta* ὄνον ille coniectura ductus, & veteris ſcripturæ veſtigia ſecutus, putat à Cicerone ſcriptum eſſe, habes κέλητα ὄνον id eſt, habes equum, quo veharis. tardum, tanquam aſinum, vel habes ſaltem aſinum, quo vehi poſſis. & qui tibi ſit loco equi ephippiati. quibus verbis ſignificat fortaſſe, Atticum tardum eſſe ad diſceſſum: vel lentè de diſceſſu deliberare: vel tardè eſſe diſceſſurũ: vel moras omneis, quibus tardetur eius diſceſſus, nectere, atque excogitare. *campo.* autem hoc loco excudendum curaui, libros ferè omneis veteres ſecutus. Cohæret enim cum verbo currere: quod quamuis motum ſignificet, motus non eſt tamen à campo in alium locum, ſed in campo motus omnis conſumitur.

DENIQVE SIT FINIS QVÆRENDI] tempus enim eſt quærendi, tempus vtendi ac fruendi quæſitis, vt ſup. ead. Sat. *& illis vtitur antè Quæſitis.* ſic epiſtola ad Lollium li. 1. *certum voto pete finem.* & Sat. 6. lib. 2. *nihil amplius oro, Maia nate, niſi vt propria hæc mihi munera faxis.* Theognis, homo alioquiin ferenda paupertate molliſſimus, infinitum quærendi ſtudium acriter inſectatur, & magnopere reprehendit, atque improbat his verſibus, Πλούτου δ᾽ οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνθρώποισιν· Οἳ γὰρ νῦν ἡμέων πλεῖστον ἔχουσι βίον, Διπλάσιον σπεύδουσι· τίς ἂν κορέσειεν ἅπαντας; Χρήματα τοῖς θνητοῖς γίνεται ἀφροσύνη. quamquam Ariſtoteles primo libro de rep. hos verſus Soloni aſcribit. eorũ autem verſuum hæc propemodum ſententia eſt. Diuitiarum autem nullus certus eſt hominibus terminus: Nam qui nunc ex nobis plurimas iucundè viuendi facultates habent, ij duplo tantas parare ſtudent, quis omneis ſatiare queat? Planè pecunia hominibus amentia eſt.

CÙMQVE HABEAS PLVS, &c.] ſic omnes ferè habent libri manu ſcr. ſententia perbona. hoc enim ſignificat, & cùm habeas plus, quàm antè habebas, pauperiem met. min. Si quis tamen mallet, *quoque habeas plus, &c.* quo modo & Muretus, & nos olim edideramus, non

A improbabo. ſed profectò hæc ſcriptura, eſt tutior: & fortaſſe elegantior.

NEC FACIAS] libri aliquot manu ſcr. habent, *ne facias, &c.*

VMIDIVS] ſic ſcriptum eſt in omnibus ferè lib. manu ſcr. in vno tantùm *Vmmidius*, in vno & altero, *Enfidius*. in vulg. *Vuidius*.

DIVES, VT METIR. N.] ita diues, vt metiretur nummos, non numeraret. multitudinem numeramus; magnitudinem, eáque, quæ ita minuta ſunt, vt numerari vix poſſint, qualia ſunt legumina, fruges, baccæ arborum, & ſimilia, quæ aceruatim congerimus, metimur: res, quæ pondere conſtant, pendimus. tantæ igitur erant huius diuitiæ, vt eſſent innumerabiles, eſ-
B ſétque neceſſe ei, qui æſtimare vellet, modiis nũmorum aceruos metiri. Quòd autem reperitur apud M. Tull & alios, *magnus frumenti, vini, & ſimilium numerus*, id ita accipiendum eſt: quaſi dicerent, magnus modiorum frumenti, & magnus amphorarum, ſimiliúmque vaſorum vini numerus. cum hoc congruit ille Sat. 5. libro 2. *vnde diuitias, ærísque ruam dic augur aceruos.*

SVPREMVM] extremum, vt epiſt. ad Alb. Tibullum lib. 1. *Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.*

LIBERTA] vel vxor, vel concubina, quod vtrumque licebat iure ciuili.

C DIVISIT MEDIVM] in duas parteis dimidias diuiſit.

FORTISSIMA TYNDARIDARVM] hanc libertam, quæ patronum, eundémque virũ ſuum occiderit, alteram Clytemneſtram eſſe fingit, propterea quòd Clytemneſtræ facinus ſit imitata. Itaque eam, quaſi Clytemneſtram, Tyndaridarum fortiſſimam nominat, Tyndaridæ autem intelligendi ſunt Tyndari liberi, Caſtor & Pullux, Helena, Phœbe, Clytemneſtra. Nam quamuis Tyndaridæ propriè dicantur Caſtor, & Pollux: Clytemneſtra verò & Helena Tyndarides, tamen maſculorum appellatione continentur & fœminæ. Notum eſt autẽ Agamẽnonem è bello Troiano reuerſum, iamiámque
D pedem domum inferre conantem, ab Ægiſto & vxore Clytemneſtra inſidiis exceptum & interfectum eſſe.

QVID MI IGITVR SVADES?] quid igitur me facere iubes? inquit auarus: quo modo me viuere vis? profuſè ne ac ſumtuoſè? Non celabo lectorem repetiſſe me ſcriptum in duobus cod antiquis, *Quidne igitur.*

MÆNIVS] homo luxurioſus & profuſus. de quo epiſt. ad Vallam libro 1. *Mænius vt rebus maternis, atque paternis.* alij legunt Næuius, de quo Sat. 2. lib. 2. *nec ſic, vt ſimplex Næuius, vnctam Conuiuis præbebit aquam.*

NOMENTANVS] fuit hic quoque luxurioſus & profuſus nepos. de quo Sat. 3. lib. 2. *Tu Nomentanum, tu ne ſequerere Cicutam.* & ibid. *Nunc age luxuriam, & Nomentanum arripe mecum.* Nomentanus

Digitized by Google

mentanus autem à Nomento oppido appellatus eſt cognomento, cùm ei Caſſio nomen eſſet.

Pergis pvgn. secvm fr. adv.] reſpōdet Horatius: pergis, id eſt, perſeueras res inter ſe contrarias, conferre & comparare inter ſe? vel committere? vt ſit tralatio ducta à gladiatoribus. Sat. 7. hoc lib. *vti non Compoſitus melius cū Bitho Bacchius.* duo enim ſunt vitia maximè inter ſe pugnantia, profuſio, ſeu luxuria: auaritia, ſeu immodica parſimonia, & immūditia. Hanc dubitationem & controuerſiam eleganter decîdit, ac dirimit Theognis: qui, poſteaquàm incertum eſſe oſtendit quam diu victuri ſimus, eóque difficile eſſe iudicare, vtrum ſit potius, tenuitérne & parcè: an ſumtuoſè, profuſè, & libidinoſè viuere: itaque ſe quodammodo in triuio ſtare. alium enim ſe vidiſſe quantumuis diuitem, præparcum tamen, atque aridum: omnia ventri & neceſſariis cupiditatibus denegantem: eundémque in medio vitæ curſu extinctum: eius bona denique ad heredem inſperatum, indignum, atque ignotum delata: alium itidem copioſum ac locupletem, omnia ventri & libidinibus largiétem & gratificantem, breui bonis ſuis conſumtis ac diſſipatis, ad egeſtatem & mendicitatem redactum eſſe: ſubiungit ad extremum, optimū ac tutiſſimum eſſe ſumtus facere copiis & facultatibus rei familiaris conſentaneos atque æquales. verſus Theognidis ſunt hi, Ἐν βιότῳ ἀτέχναι δύ' εἰσὶ προέλθεῖν ὁδοί μοι. Φροντίζω τούτων ἥντιν' ἴω προτέρην· Ἢ μηδὲν δαπανῶν τρύχω βίον ἐν κακότητι, Ἢ ζώω τερπνῶς ἔργα τελῶν ὀλίγα. Εἶδον μὲν γὰρ ἔγωγ', ὃς ἐφείδετο, κ' οὔποτε γαστρὶ Σῖτον ἐλευθέριον πλούσιος ὢν, ἐδίδου· Ἀλλὰ πρὶν ἐκτελέσαι, κατέβη δόμον Ἄϊδος εἴσω, Χρήματα δ' ἀνθρώπων οὑπιτυχὼν ἔλαβεν. Ὥστ' ἐς ἄκαιρα πονεῖν, καὶ μὴ δόμεν, ᾧ κ' ἐθέλοι τις· Εἶδον δ' ἄλλον, ὃς ᾗ γαστρὶ χαριζόμενος, Χρήματα μὲν διέτριψεν, ἔφη, ὑπάγω φρένα τέρψας. Πτωχεύει δὲ φίλους πάντας, ὅπου τιν' ἴδῃ. Οὕτω, Δημόκλεες, κατὰ χρήματ' ἄριστον ἁπάντων Τὴν δαπάνην θέσθαι, καὶ μελέτην ἐχέμεν.

Non ego, avarvm cùm veto t. f.] ſententia huius loci hæc eſt. Tu ex eo, quòd veto te auarum eſſe, colligis, & concludis me tibi auctorem eſſe, vt profuſè, & luxurioſè viuas, & bona tua perdas, ac diſſipes. erras. Nam inter hæc duo extrema, & contraria, aliquid medium eſt: nempe moderatus & mediocris pecuniæ vſus: huiuſmodíque animi habitus, per quem quis neque pecuniam partam in terram defodiat: neque perdat, ac profundat. Quam mediocritatem ſe in vita traducenda ſecutum eſſe oſtendit Horatius tum multis locis, tum maximè Oda 1. epod. *haud parauero, Quod aut, auarus vt Chremes, terra premam, Diſcinctus aut perdam vt nepos.*

Vappam] hominem omnia profundentē, nullius bonę frugi, nequā, ad nullam rem vtilem. tralatio ducta à vino corrupto. vappa enim vinū eſt, quod degenerauit à bonitate, & natura vini. Hora. Sat. 5. huius lib. *Multa prolutus vappa nauta, atque viator.* idem Sat. 3. lib. 2. *Pauper Opimius, &c. Qui Veientanum feſtis potare diebus Campana ſolitus trulla, vappámque profeſtis.* Plin. lib. 14. cap. 20. *vitiúmque muſto quibuſdam in locis iterum ſponte feruere: qua calamitate deperit ſapor, vappæq; accipit nomen probroſum etiā hominum, cum degenerauerit animus.*

Est inter Tanaïm q. s.] Tanaïm quidem ſpadonem fuiſſe aiunt, libertum Mæcenatis: Viſellij autem ſocerum non nominatum hernia laboraſſe, herniosūmque fuiſſe.

Viselli] in nonnullis codicib. antiq. ſcriptum eſt. *Beſelli.*

Modvs] mediocritas, μέτρον, μέσον.

Qvos vltra, citràqve n. c.] certi ſunt fines, intra quos rectum conſiſtit: vltra, aut citra hos fineis conſiſtere non poteſt.

Rectvm] τὸ ὀρθὸν, quo nomine ſæpe vtitur.

Illvc, vnde abii, r.] eò, vnde degreſſus ſum, reuertor.

Nemòn' vt avarvs se pr.] itáne fieri oportet, vt nemo auarus ſe ſatis vmquam beatum putet: ſed alienum vitæ inſtitutum pluris faciat, quam ſuum? & quòd alius rem ſuam melius gerat, quàm ipſe ſuam, contabeſcat?

Qvódqve aliena capella g. d. v.] id eſt, bonis alterius amplioribus, & diuitiis maioribus macreſcat? vel ſic: eò quòd aliquis alius maiores facultates, & ampliores fortunas habeat, angatur, & mœrore contabeſcat?

Neqve se maiori pavp. tvrbæ comp.] neque ſe vmquam cum pauperioribus, qui multo plures ſunt, comparet: ſed cum diuitioribus? cúiſque aſſiduè ſuperare contendat? quod cum facere non oportet, qui animo tranquillo eſſe velit, vt ſuprà ex Plutarcho demonſtrauimus. nonnulli libri veteres habent, *melior pauperiorum Turba comparet*: quam ſcripturam ſi probabimus meliorem partem fortaſſe ita intelligere debebimus, vt pro maiore accipiamus. licebit & propriè, vt pauperes ſēriat eſſe diuitibus meliores ac probiores. vt Oda 30. li. 3. *probámque Pauperiem ſine dote quæro.* atque ita vſurpatur *melior pars* Oda 16. epod. *Aut pars indocili melior grege.*

Sic festinanti semper locvpl.] ſic ad diuitias ampliores contendenti, ſemper aliquis locupletior impedimento eſt, quo minus ſuis bonis, ac fortunis contentus ſit. illud *ſic* autem coniungendum cum participio *feſtinanti*, non cū verbo *obſtat*. Eſt autem aliud feſtinare, quàm properare. Nam, vt docet Nonius Marcellus ex Catone, qui vnum quid maturè tranſigit, is properat: qui multa ſimul incipit, nec perficit, is feſtinat.

Vt, cùm carceribvs m.] Docet à ſimili quàm miſerum, atque infinitum ſit auari ſtudium. Quemadmodum (inquit) in ludis Olympicis, compluribus quadrigis certamen ineuntibus, & iā dimiſſis è carceribus, is auriga, qui tibus, & iam dimiſſis è carceribus, is auriga, qui

ſecundo, aut tertio loco currit, poſteriores quadrigas, & eas, quas præteriit, ne reſpicit quidẽ: ſed eas tantùm, quæ antecedunt, & à quibus ſuperatur, ſpectat, eiſque inſtat, id eſt, eas proximè inſequitur, primùm vt aſſequatur, deinde vt ſuperet: ita homo rei amplificandæ ſtudio ſupra modum deditus, quem auarum appellamus, non ſolet ſe cum minus diuitibus comparare, vt cùm eos à ſe ſuperatos cogitet, quærendi finem faciat: ſed cum locupletioribus, vt totam vitam in quærendo & congerendo conſumat, numquã autem rebus quæſitis fruatur. cum hoc Horatiano verſu congruit Virgilianus ille Georgic. 1. in extr. *Vt cum carceribus ſeſe effudere quadrigæ.* Ordo autem horũ verborũ, & ſententia, hæc eſt: Quẽadmodũ (inquit) cum vngula rapit currus carceribus miſſos, id eſt, cum equi vngulis ſolidis & cõtinuis præditi, id eſt, μώνυχες, ſeu μώνυχοι, corripiũt, id eſt, celerrimè trahunt currus è carceribus patefactis dimiſſos: auriga inſtat iis equis, qui ſuos præcurrunt, & curſu præuertunt, nihili faciens & contemnens eos equos, qui ſunt à ſe præteriti, & qui inter vltimos currunt. vngulã poſuit, pro vngulis: vngulas pro equis vngularis.

Instat eqvis avr. svos vinc.] inſequitur proximè equos antecedenteis, & ſuos curſu præuertenteis. ſic ſuprà epiſt. ad Loll. lib. 1. *nec præcedentibus inſto.*

Præteritvm] equum, quem præteriit, ac ſuperauit.

Cedat vti conviva satvr] ſic Lucretius libr. 3. *Cur non, vt plenus vitæ conuiua, recedis?* Exſtat pulcherrima Dionis Chryſoſtomi oratio, χαρίδημος inſcripta, in qua comparat multis verbis hanc vitam cum cõuiuio variis cibis atque epulis referto, homines cum conuiuis.

Crispini] Philoſophi Stoici, de quo Satyra 6. lib. 2. *Dum, quæ Criſpini docuit me ianitor, edo.* & ſat. 3. huius lib. *neque te quiſquam ſtipator, ineptũ Præter Criſpinum, ſectabitur.* & ſat. 4. *ecce Criſpinus minimo me prouocat.* ſcripſit hic verſus numero quidem multos, pondere autem leueis.

TVRNEBVS.

Ex lib. 26. cap. 15.

EX Paulino agnoſcimus, quod & in veteribus recognoſcimus autographis, in Salluſtij bello Iugurthino legendum, *fortè potius quàm virtute regatur.* non, vt promulgatum eſt, *forte.* Eius verba ſunt: *Et forte magis quam numine arbitraris argentum illud ſanctis commercij inter hibernos turbines & nautas auaros amiſſo cuſtode ſeruatum.* Fors enim fortuna eſt proinde & in Horatio, quod & appromittunt libri vetuſtate carioſi & fuliginoſi,

Qui fit Mæcenas vt nemo quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit, ſeu fors obiecerit. id eſt, fortuna ſcribendum cenſeo, & ſi mihi liceret vſurpare ver-

A ba patrum conſcript. conſentio conſciſcóque.

Ex lib. 6. cap. 25. In eodem poëta, Sat. 6.

-- eia
Quid ſtatis? nolint: ſine vlla dubitatione legendum eſt, pendente è ſuperioribus ſententia ait. n. ſi quis deus dicat, iam quod vultis faciam, nolint. Hæc cùm ego ſcripſiſſem, admonuit me ſummus meus & intimus amicus Leodegarius à Quercu eandem conſtitui à Britannico lectionem: in quo mirificè lætatus ſumme in veſtigijs doctiſſimi viri pedem poſuiſſe, etſi eius commentarium non euolueram.

Ex lib. 12. cap. 3. Etſi qui iocantur plerumque mentiuntur, & mendacio gratiam quærunt, tamen iocantem Horatius nihil putat vetare verũ
B proloqui, cùm lepos & venuſtas ioci pro inuitamento & illecebra plerumque ſit, & ſermonẽ verum condiat, & perfundat iucunditate ſui, vt dulciario opere pueri & cruſtulis ad literas diſcendas quodam blandimento inducuntur, idq; eſt, quod Horatius ſcribit,

-- vt pueris olim dant cruſtula blandi
Doctores, elementa velint vt diſcere prima. Eſt igitur plerumque iocus poëtis pro cruſtulo & bellario verique condimento. Cùm autem ibi ait Flaccus, *Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo: Sed tamen* vacat: Sed co ſolent interdum vti Latini, cùm inchoatum ſenſum & longo tractu productum, aut interpellatum interiectione & diſtractum, reuocare & continuare volunt. Cic. 2.
C Tuſcul. *Etenim ſi orationes, quas nos multitudinis iudicio probari volebamus: popularis eſt enim illa facultas & effectus eloquentiæ audientium approbatio. Sed ſi reperiebantur nonnulli, qui nihil laudarent, niſi quod ſe imitari poſſe confiderent, Quemque ſperandi ſibi, eundem & bene dicendi finem proponerent, quid futurum putamus, cum adiutore populo, quo vtebamur antea, nunc minime nos vti poſſe videamus?*

Quod autem Flaccus ſcribit,

Perfidus hic caupo; nõ de his tantùm quidam intelligunt, qui ſtata habent in vrbibus cauponam: ſed de copiariis etiam, qui magiſtratibus præbẽda & eorum familiæ præſtabant publicè conducta, qui peregrinantes principes & magiſtratus ſectabantur, vinum cibariáque vendentes: in
D quinta vtique Satyra apertiſſimum eſt de iis intelligi, qui certam ſtatamque vſpiam habent cauponam, *Differtum nautis, cauponibus atque malignis,* malignitatem enim eorum accuſat, qui malignè & illiberaliter victum ferè præbent: in Q. Cicer. dubium magis videatur eſſe, & de copiariis intelligi etiam fortaſſe nomen coponis poſſit, niſi, *omnes* vniuerſitatis particula officeret cùm ita ſcribit in commentario de Petitione conſulatus, *in petitione autem conſulatus, copones omnes compilare per turpiſſimam legationem maluit, quam adeſſe, & pop. Romano ſupplicare.* *Annus* vero *inuerſus*, annus eſt Brumalis, vt ſi τὸ ἐκ τροπῶν diceretur. Nam τροπαὶ à Græcis reuerſiones ſolis vocantur, à Latinis Bruma & Solſtitium.

Ex lib. 19. cap. 29. *Quæ ſimul inuerſum contriſtat*
Aquarius

Aquarius annum, vt Horatius dixit, ſic Theocritus τὸ τετραμηνιαῖον ἔαρος ἤδη: Sed Horatius Brumam intellexit, Theocritus ver. Aratus quoque ſcripſit ἵνα τετράμηνον ἠελίοιο.

Ex lib. 10. cap. 21. -- *Quid habet pulchri conſtructus aceruus?* recurre ad ad libr. 2. Carm. od. 2. *Nullus argento color eſt auaris*. &c.

Ex lib. 5. cap. 13. *Cur tua plus laudas cumeris granaria noſtris?* Vide ſuper lib. 1. Epiſtola 7. de cumera.

Ex lib. 11. cap. 13. In primo quoque Sermone, quod animi eſſet nimium diſſoluti & negligentis prætermittere, hanc in antiquo libro ſcripturam reperi:

Plenior vt ſi quos delectat copia cornu. cum hodie. *Iuſto* & quidem perbellè edatur: ſed illud alterum extra numerum iacere aut pro reiiculo eſſe, fortaſſè non debuit, cùm ſententiæ non malè conueniat. Nam Copia cornu plenior, erit copia quæ cornu abundantiore & bonis opulentiore refertioréque eſt.

Ex lib. 28. cap. 38. -- *quia tanti, quantum habeas, ſis*, Horatij ſententiam, quam crebro patrès auari filij occinere ſolebant, eos ad pecuniæ & diuitiarum ſtudium accendentes, expreſſit ad verbum Plutarchus in commentario de diuitiarum cupiditate, ταῦτα γάρ ἐστιν ἃ προσᾴδουσι καὶ διδάσκουσι, κέρδαινε, καὶ φείδου, ἢ τοσούτου νόμιζε σεαυτὸν ἄξιον, ὅσον ἂν ἔχῃς.
Ex lib. 12. cap. 3. Iam illud.

-- *Iubeas miſerum eſſe libenter,*

Quatenus id facit. ita accipiendum arbitror, qui inſanabilis eſt, nec deduci de auiditate ſtudióq; nummorum accumulãdorum poteſt, eum cùm videas in maxima verſati miſeria, iubeas eam, quantacumque auaritia adfert, libenter iucundéque ferre. Eſſe. n. puto *Quatenus id facit*, ad quam vſque ſtudium lucri miſeriam perducere ſolet. Miſeria autem magna eſt in quærenda omni labore pecunia, & diligenter cuſtodienda, furibus cauendis, ſaccis indormiendo, nummis vt ſacris parcendo & abſtinendo, fame ſe enecando.

Ex lib. 11. cap. 23. Quin quod in prima ſcribitur,

--*neque ſe maiore pauperiorum*
Turba comparet, in eo, *meliore pauperiorum*, ſcriptum comperi, quomodo meliorem partem pro maiore, dicere vſus obtinuit.

SATYRA 2.

Exemplis dictum illud confirmat, Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt. Inſanas quorundam circa adulteria libidines inſectatur.

* *AMbubaiarum collegia, pharmacopolæ,*
Mendici, mimæ, balatrones, hoc ge-
A *nus omne,*
Mæſtum, ac ſollicitum eſt cantoris morte Tigelli.
*Quippe benignus erat. contrà * hic, ne prodigus eſſe*
Dicatur. metuens, inopi dare nolit amico,
Frigus quo, durámq; famẽ depellere poſſit.
Hunc ſi percuncteris, aui cur, atque parentis
*Præclaram ingrata * ſtringat malus ingluuie rem,*
B
*Omnia * conductis coëmens obſonia nummis:*
Sordibus, atque animi quòd parui nolit haberi,
Reſpondet. laudatur ab his, culpatur ab illis.
*Fuſidius * vappæ famam timet, ac nebulonis,*
Diues agris, diues poſitis in fænore nũmis.
C * *Quinas hic capiti mercedes exſecat: atq;*
Quanto perditior quiſque eſt, tanto acrius vrget.
* *Nomina ſectatur modò ſumta veſte virili*
Sub patribus duris tironum, maxime, quis non,
Iupiter, exclamat, ſimulátque audiuit? at in ſe
Pro quæſtu ſumtum facit. hic? vix credere poſſis,
D
Quàm ſibi non ſit amicus: ita vt pater ille, Terenti
Fabula quem miſerũ nato vixiſſe fugato
Inducit, non ſe peius cruciauerit, atque hic.
Si quis nunc quærat, quò res hæc pertinet? illuc
Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt.
Malthinus tunicis demiſſis ambulat: eſt, qui

Inguen ad obſcœnũ ſubductis vſq; facetus. A
Paſtillos Rufillus olet: Gorgonius hircum.
Nil medium eſt. ſunt, qui nolint tetigiſſe, niſi illas,
Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte.
Contrà, alius nullam, niſi olenti in fornice ſtantem.
Quidam notus homo cùm exiret fornice: macte
Virtute eſto,* inquit ſententia dia Catonis.
Nam ſimulac venas inflauit tetra libido: B
Huc iuuenes æquum eſt deſcendere, non alienas
Permolere vxores. nolim laudarier, inquit,
Sic me, mirator cunni Cupiennius albi.
Audire eſt operæ pretiũ, * procedere rectè
Qui mœchis non vultis, vt omni parte laborent:
Vtq; illis multo corrupta dolore voluptas,
Atque hæc rara, cadat dura inter ſæpe pericla. C
Hic ſe præcipitem tecto dedit: ille flagellis
Ad mortem cæſus: fugiens hic decidit acrẽ
Prædonum in turbam: dedit hic pro corpore nummos:
Hunc perminxerunt calones. quin etiam illud
Accidit, vt cuidam teſticis, caudámque ſalacem
* Demeteret ferrum: iure omnes: Galba negabat. D
Tutior at quanto merx eſt in claſſe ſecunda?
Libertinarum dico: *Salluſtius in quas
Non minus * inſanit, quàm qui mœchatur. at hic ſi,
Quà res, quà ratio ſuaderet: quaq; modeſtè
Munifico eſſe licet, vellet bonus, atque benignus
Eſſe: * daret quantum ſatis eſſet: nec ſibi damno,
Dedecoríque foret: verùm * hoc ſe amplectitur vno:
Hoc amat, hoc laudat: matronam nullam ego tango.
Vt quondam Marſæus amator * Originis ille,
Qui patrium mimæ donat fundúmque, Larémque:
Nil fuerit mi, inquit, cũ vxoribus vnquã
Verùm eſt cum mimis: eſt cum meretricibus: vnde
Fama * malum grauius, quàm res, trahit. an tibi abundè
* Perſonam ſatis eſt, non illud, quicquid vbique
Officit, euitare? bonam deperdere famam,
Rem patris oblimare, malum eſt vbicumque. quid inter-
Eſt in matrona, ancilla, peccéſne togata?
Villius in Fauſtã Syllę gener, hoc miſer vno
Nomine deceptus, pœnas dedit vſque ſupérque,
Quàm ſatis eſt, pugnis cæſus, ferróque petitus,
Excluſus fore, cũ Longarenus foret intus.
Huic ſi mutonis verbis mala tanta videnti
Diceret hæc animus: quid vis tibi? numquid ego à te
Magno prognatũ depoſco conſule cunnũ,
Velatúmque ſtola, mea cũ conferbuit ira?
Quid reſponderet? magno patre nata puella eſt.
At quanto meliora monet, pugnantiáque iſtis,
Diues opis natura ſuæ: ſi tu modò rectè
Diſpenſare velis: ac non fugienda petẽdis
Immiſcere? tuo vitio, rerúmne labores,
Nil referre putas? quare, ne pœniteat te,
Deſine matronas ſectarier: unde laboris
Plus haurire mali eſt, quàm ex re decerpere fructus.
Nec magis huic inter niueos, viridéſque lapillos,
Sit

Sit licet hoc Cherinte tuum, tenerum eſt femur, aut crus
Rectius: atque etiã melius perſæpe togatæ.
Adde huc quòd mercem ſine fucis geſtat: apertè
*Quod venale habet, oſtendit: nec, ſi quid * honeſti eſt,*
Iactat, habétque palã: quærit, quo turpia celet. (opertos
Regibus hic mos eſt, vbi equos mercantur
Inſpiciunt, ne, ſi facies (vt ſæpe) decôra, B
*Molli fulta pede eſt: emtorem inducat * hiantem,*
Quòd pulchræ clunes, breue quòd caput, ardua ceruix. (ceis
*Hoc illi * rectè: ne corporis optima Lyn-*
Contemplere oculis: Hypſæa cæcior, illa,
Quæ mala ſunt, ſpectes. ô crus, ô brachia: verùm (go eſt.
Depigis, naſuta, breui látere, ac pede lon-
Matronæ, præter faciẽ, nil cernere poſſis,
Cetera, ni Catia eſt, demiſſa veſte tegentis. C
*Si * interdicta petes, vallo circundata, nam te*
Hoc facit inſanum) multæ tibi tum officient res:
*Cuſtodes, lectica, * ciniflones, paraſitæ,*
Ad talos ſtola demiſſa, & circũdata palla:
Plurima, quæ inuideant purè apparêre tibi rem (eſt,
*Altera * nil obſtat Cois tibi: pæne videre*
Vt nudã: ne crure malo, ne ſit pede turpi:
Metiri poſſis oculo latus. an tibi mauis D
Inſidias fieri, pretiúmque auellier antè,
Quàm mercem oſtendi? léporem venator vt alta
*In niue ſectatur: * poſitum ſic tangere nolit:*
** Captat, & apponit. meus eſt amor huic ſimilis: nam*
Tranſuolat in medio poſita, & fugientia captat.

A *Hiſcéne verſiculis ſperas tibi poſſe dolores,*
Atq; æſtus, curáſq; graueis è pectore pelli?
Nonne cupidinibus ſtatuit natura modum? quem,
Quid latura ſibi, quid ſit dolitura negatum,
*Quærere plus prodeſt, & * inane abſcindere ſoldo,*
Num, tibi cum fauceis vrit ſitis, aurea quæris
B *Pocula? nũ eſuriens faſtidis omnia præter*
Pauonem, rhombúmque? tument tibi cùm inguina, num, ſi
Ancilla, aut verna eſt præſtò puer, impetus in quem
Continuò fiat, mâlis tentigine rumpi?
Non ego: namque parabilem amo Venerem, facilémque.
Illam, pòſt paullo: ſed pluris: ſi exierit vir:
Gallis hanc Philodemus ait: ſibi, quæ neque magno
C *Stet pretio, neque cunctetur, cùm eſt iuſſa venire.*
Candida, rectáque ſit: munda hactenus, vt neque longa,
Nec magis alba velit, quàm det natura, videri.
Hæc vbi ſuppoſuit dextro corpus mihi læuum:
Ilia, & Ægeria eſt: do nomen quodlibet illi.
D *Nec vereor ne, dum futuo, vir rure recurrat:*
Ianua frangatur: latret canis: vndique magno
Pulſa domus ſtrepitu reſonet: ve pallida lecto
Deſiliat mulier: miſeram ſe cõſcia clamet:
Cruribus hæc metuat: doti deprenſa: egomet mi.
Diſcincta tunica fugiendum eſt, ac pede nudo:

Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama.
Deprendi miſerum eſt: Fabio vel iudice vincam.

M. Tigellium Hermogenem præſtantem muſicum & cantorem fuiſſe, Cæſarique dictatori primùm, deinde etiam Auguſto, & Cleopatræ mirificè placuiſſe tradũt Acro & Porphirio. Adduntiidem, Horatio inuiſum fuiſſe, quòd eius verſus, parum numeroſos, parúmque modulatos eſſe dixiſſet.

Ambvbaiarvm colli.] Ambubaias, mulieres fuiſſe impudicas, & infameis, ſuſpicari licet: & ita putat Porphirio: quem plerique ſecuti ſunt. vnde ſint appellatæ, non eſt facile diuinare. vtitur hoc nomine Suet. in Nerone. *Cenitabat nonnunquam & in publico, naumachia præcluſa vel Martio campo, vel Circo maximo, inter ſcortorum totius vrbis, ambubaiarúmque miniſteria.* Alij a Baiis, & voce peregrina *ambub* nominatas eſſe putant: alij ab an, vel am, quod eſt circum, & Baiis. Ego ambubaias non mulieres, ſed αὐλητὰς, id eſt, tibicines quoſdam barbaros, aut certè à barbara voce *ambub*, quæ tibiam ſignificat, appellatos eſſe dico: idq; non ſolùm à P. Mercerio, collega meo, viro linguæ Hebraicæ ſcientiſſimo audiui, verùm etiam in vno exemplari manu ſcript. antiquiſſimo, ad oram libri annotatũ reperi: quod item mihi Scaliger huius linguæ non ignarus cõfirmauit. Siquis tamẽ tibicinas fuiſſe contender, non tibicines, non magnopere repugnabo, aut laborabo: tibicines tamen malo.

Pharmacopolæ] pharmacopolæ fuerunt olim turpes, & inhoneſti. vendebát enim pharmaca ſimulata, & ſpecioſa, atq; horum pharmacorum vim miram eſſe iactabant, re vera populo verba dabant: iidem etiam vnguenta oſtentabant in præſentia odoris grati, breui pòſt tempore fugientia, & euaneſcentia. poſtremò venditabant omne genus fuci ad candorem & ruborem neque verum, neq; natiuum ori, cuti, comiſq; appingendum. Appellantur autem à nõnullis nomine Latino vnguentarij. quod mihi non probatur. hos enim, μυροπώλας Græci dicunt, non φαρμακοπώλας.

Mendici] Simeo Boſius putat per mendicos, ἀγύρτας ſignificari, homines egenteis, qui vel præſtigiis populo obiectis, vel næniis recitãdis, & ſimilib. victum quæritant, & ſtipem colligunt, & flagitant.

Balatrones] Balatronem, nomen cuiuſdam nepotis, aut paraſiti fuiſſe quidam putãt. Horat. Sat. vlt. lib. 2. *cum Seruilio Balatrone*: ab eoq; huiuſmodi ordinis, & ingenij homines ita eſſe appellatos: alij balatrones à barathro dictos eſſe, quaſi barathrones. Sex. Pompeius Feſtus ſcribit balatrones, & blatéas eſſe bullas luti ex itineribus: vel, quod de calceamentorum ſoleis eraditur. Varro de re Ruſtica: *Videbo vos iam, balathrones, & huc afferam meum corium, & flagella.*

Cantoris morte Tigelli] Tigellium Hermogenem Sardum commemorat etiam in Saty. 3. huius lib. *Sardus habebat ille Tigellius hoc.* & 9. *Inuideat quod & Hermogenes ego canto.* & 10. *Demetri, téque Tigelli, Diſcipularum inter iubeo plorare cathedras.* & iterum tertia huius lib. *Vt quãuis tacet Hermogenes, cantor tamen, atque Optimus eſt modulator.* Eundẽ puto ſignificari à M. Tull epiſt. ad Fab. Gall. lib. 7. his verbis, *Ille autem* (nempe Phamea) *qui ſciret ſe nepotem bellum tibicinem habere, & ſat bonum cantorem. diſceſſit à me, vt mihi videbatur iratior. Habes Sardos venales, alium alio nequiorem.* per nepotem Phameę tibicinem, & cantorem, hunc Hermogenem, Tigellium (inquam) ſignificari arbitror.

Benignvs erat] id eſt, beneficus & liberalis, vt infrà eadem Satyra: *at hic, ſi Quæret, quà ratio ſuaderet, quàque modeſtè Munifico eſſe licet, vellet bonus, atq; benignus Eſſe, &c.* vide annot. ad Od. 17. lib. 1. Erat autem hic Tigellius, munificus in tibicines, & tibicinas, mimas, pharmacopolas, & id genus homines.

Inopi dare n. a.] amico inopi id dare nolit, quo frigus, &c.

Præclar. ingr. stringo. m.] id eſt, cur ampliſſimas à maioribus ſuis relictas fortunas comedat, ac deuoret, &c. ego puto idẽ dictum eſſe Latinè ab Horatio, quod à Græcis dicitur σφαῖραν ποιῆσαι τὴν οὐσίαν: id eſt, ex patrimonio ſuo pilam, aut pilulam facere. Athenæus lib. 4. Δειπνοσ. ὧν μὲν οὖν ἄσωτοι μνημονεύει Ἄλεξις ἐν Κνιδίᾳ· Διόδωρος δ' ὁ περίεργος ἐν ἔτεσιν δύο σφαῖραν ἀπέδειξε τὴν πατρῴαν οὐσίαν, οὕτως ἰταμῶς ἅπαντα κατεμασήσατο. id eſt, Diodurus perditus dictus, biennio patrimonium ſuum pilam reddidit: ita improbè omnia deuorauit. Idem in Phædro, Σχολῇ γε νὴ τὸν ἥλιον, σχολῇ λέγεις, Ἐπιχαρμίδης ὁ μικρὸς ἐν πέντ' ἡμέραις Σφαῖραν ἐποίησεν τὴν πατρῴαν οὐσίαν, Οὕτω συνεστρόγγυλεν ἰταμῶς καὶ ταχύ. id eſt, ſerò verò per ſolem, ſerò dicis. Epicharmides paruus quinque diebus pilam reddidit paterna bona. Ita impudenter & improbè, & celeriter ea conglobauit, atque in pilam conformauit. idem ferè valet illud, quamuis alio modo dictum, epiſt. ad Vallam lib. 1. *vbi omne Verterat in fumum, & cinerem.* ſtringat igitur, id eſt, imminuat, & in pilam conformet, & ita deuoret. nã quicquid deuorare volumus, vel manu, vel dentibus & lingua in ſphæram, ſeu globum conformamus, deinde deuoramus, vel gutture ipſo ſtringimus, & extenuamus. Sed cur ingluuiem ingratam dixit? fortaſſe quia nepotes, & prodigi, luxurioſiq; homines, qui amplũ à patre, aut à maioribus acceptum patrimoniũ paucis annis perdunt, ac diſſipant, præbent ſe in illos ingrati neque illis eam, quã debent, gratiã referũt: quid ita? quia conſumto patrimonio ad inopiam & egeſtatẽ redacti, videntur iam nihil à maioribus

ſuis

ſuis accepiſſe,afferúntq; hãc nõnullis opinionẽ,
nihil ſibi ab illis eſſe relictum: quod illis turpe
eſt. Ita quibus ornameoto eſſe debent, iis ſunt
dedecori: ergo ingrati.

Malvs] χαχός,profuſus,diſſolutus,nequã.

Condvctis nvmmis] fænori accep-
tis. ea quo fæous moa ab eodem merces nomi-
nabitur.

Animi parvi] puſilli animi, μικρόψυ-
χος, ſat. proa. ſeq. *Dij bene fecerunt, inopis me,quód-
que puſilli Finxerunt animi.*

Vappæ] hominis omnia ſua effuſè largien-
tis, ac perditi, vt diai ſuperiore Satyra. vel homi-
nis nullius bonæ frugi, & oequam: quod idem
valet.

Dives agris, divas] hic verſus re-
peritur etiam in epiſt. ad Piſones de arte Poë-
tica.

Qvinas hic cap. merced.] ideſt,
quinas vſuras. ſi vſuræ ſiot ſemiſſes,quinæ vſuræ
ſemiſſes quadrageſimo menſe æquabunt ſor-
tem:ſi centeſimæ,viceſimo. Itaque finge me ab
hoc improbiſſimo fæneratore ceotũ aureos fæ-
nori accepiſſe, & quinas centeſimas in ſingulos
meoſeis promiſiſſe; viceſimo meoſe ſors æqua-
bitur. ſunt enim ſoluendi io ſingulos menſes au-
rei quioi. finge me quinas ſemiſſeis promiſiſſe:
quadrageſimo menſe vſuræ ſortem æquabunt.
Nam duo aurei cum dimidio, in vnumquemq;
menſem vſuræ nomine erunt ei numerandi. *ex-
ſecat* autem excudendum curaui,ſecutus auctori-
tatẽ vnius cod. Vatic. Raïnurij Card. Iann. Faet.
Torneſ. quod interpretor, demit, detrahit, de-
ducit. Atque hanc ſcripturam videtur agnoſcere
Porphyriu: idque ea eius verbis quamuis corru-
ptis iotelligere licet. Sic enim ille: *exigit autem ca-
pitis, ad illud pertinet, quod auari fæneratores cum dabãt
vſurariam pecuniam, primi menſis vſuras capitis ipſius
ſortis ſtatim demebant: hoc eſt ergo exigit.* apud Por-
phyr. legendum *exſecat* ſupra, vbi eſt *exigit autem*,
Nam exigit, interpretatio eſt verbi exſecat, quæ
poſtea in cootextum tranſlata eſt.

Capiti] ſorti, τῷ κεφαλαίῳ.

Qvanto parditior qvisqve]
quanto quiſque eſt luxurioſior, & ἀσωτότερος,
tanto fænerator ille grauiores ei vſuras imponit.
vnus & alter liber manuſcr. habent *proditur*: quos
non ſequor.

Nomina sect. &c.] nomina ſectatur
adoleſcentulorum, qui nuper admodum ſum-
ſerunt virilem togam, quorum ſciat duros, & præ-
parcos eſſe patres, id eſt, quos ſciat à patribus
ſuis nihil, aut parum admodum abradere, atque
exprimere poſſe ad cupiditates ſuas explendas.
quærit filios familiâs admodum adoleſcenteis,
qui modò virilem togam ſumſerunt, quibus pe-
cuniã grandi fænore pacto expenſam ferat. no-
tum eſt *nomen* vſurpari & pro eo, quod nobis de-
betur, & pro eo, quod aliis debemus. vterq; e-
nim & creditor & debitor *nomina facere* dicitur,
cùm hic refert in codicẽ nomen creditoris, ille
A debitoris. Vetabant autem leges & ſenatuſcon-
ſulta pecuniam filiis familiâs, & minoribus vi-
ginti quinque annis fænerari: qui hîc tirones
appellantur.

Svb patribvs dvris tir.] or-
do eſt hic, Sectatur nomina tironum ſub patri-
bus duris, id eſt, adoleſcentium, qui ſont ſub im-
perio patrum durorum, non ita pridem ſumta
virili toga. Per duros patres autem, præparcos
& nimiùm triſteis, ac ſeueros ſignificat. Sic M.
Tul. in Lælio de Demea & Mitione. *Quanta in
altero duritas, in altero comitas?* enim legendum eſ-
ſe, non, vt vulgò, *diritas*, alibi admonuimus.

At in se pro qvæstv.] dicet for-
taſſe aliquis, hunc fæneratorẽ ſumtus in ſe face-
B re, quæſtui pares, & conuenienteis: minimè, mi-
nimè verò: immò tenuiſſimè, & ſordidiſſimè vi-
uit ſeſéque miſerandum in modum excruciat,
Cùm in vulgaris cod. legeretur *at ipſe*, ego ea fi-
de cod. Rainut. Card. Faetn. vnius Vatic. *in ſe*
repoſui. Eſt autem in ſe facere ſumtum, ea eme-
re, quæ ſint ad victum, cultúmque neceſſaria.

Hic vix cred. poss.] infirmat, &
remouet, quod obiectum fuerat.

Qvàm sibi non sit amicvs] quàm ſit ſi-
bi inimicus, atque infeſtus, dum Genium ſuum
defraudat: dum omnia non ſolùm iucunda, ve-
rùm etiam neceſſaria naturæ denegat.

Pater ille] Menedemus ſeipſum ex-
C crucians, quia filium ſuum Cliniam nimia duri-
tia & ſæuitia ſua in Aſiam proficiſci, & patriam
fugere coëgerat. ex quo dicta eſt ἑαυτὸν τιμωρού-
μενος comœdia.

Malthinvs] exiſtimant complures hîc
Mæcenatem deſcribi, ac notari, propterea quòd
ille ſolutis & diſcinctis tunicis ambulaſſe, & mol-
liſſimè vixiſſe traditus ſit: Malthinum autem ab
Horatio ficto nomine eſſe appellatum, vel ἀπὸ
τῆς μάλθης, quæ eſt pix cum cera miſta: aut, vt do-
cet Suidas, κηρὸς μεμαλαγμένος, id eſt, cer-
mollita: vel ἀπὸ τοῦ μαλθακοῦ, quod molle ſi-
gnificat: vnde veteres malthas, molleis appellare
voluerunt, inquit Nonius. ego vt cetera vera
eſſe fateor, ita non puto, Horatium vſque eò vel
D improbum, vel imprudentem, vel maledicendi
cupidum fuiſſe, vt ne Mæcenati quidem opti-
mè de ſe merito, & gratioſiſſimo apud Auguſtũ
viro pepercerit. Veriſimilius mihi quidem eſt a-
lium quempiam eiuſdem ætatis cooficto nomi-
ne ab eo deſignari, qui nimis longis, & demiſſis,
& ſolutis tunicis vteretur. Veruntamen ſi quis
contẽderet pertinacius atque improbius, Mæce-
natem, non vllum alium, ab Horatio ſignificari,
præſertim cùm cooſtet, vt ſuprà dixi, Mæcena-
tem tunicis ad talos demiſſis, & ſolutis vſum eſſe
non pugnabo.

Tvnicis demissis] tunicis longis, &
talaribus. ποδήρεις, & ποδηνεκεῖς appellant Græ-
ci, erant autem tales veſtes parum viriles, ſtolæ
contrà, muliebres veſtes, demiſſæ ad pedes e-
rant. infrà Satyra ead. *Ad talos ſtola demiſſa, &c.*

EST QVI INGVEN AD OBS.] eſt alius multùm illi diſſimilis, qui tunicis vtitur breuioribus, & vix partes corporis inhoneſtas tegentibus.

FACETVS] ridiculus eſt: mouet riſum.

PASTILLOS] globulos, & quaſi panes rotundos, maſſas tereteis, ex rebus odoratis compoſitos: ex quibus ſuaues odores efflantur: quibus vtuntur mulieres, & viri mulierum ſimiles, nempe molles, ac delicati: Græci vocant τρωχίσκους. alij διαπλάσματα, & vnguenta interpretantur. Nonius: *Panis proprietatem à paſcendo putant veteres exiſtimandam.* Varro de vita populi Romani lib. 1. *Paſtillos & panes hæc vocabula paſtus, quod eſſe, paſcere dicebant.* conficiuntur etiam hodie paſtilli odorati. ſunt & alij paſtilli, quibus vtuntur medici: qui quid à malagmatis, & emplaſtris differant, docet Cornelius Celſus libro 5. ca. 17. hic verſus iteratur infrà Sat. 4. huius lib. Seneca epiſt. 1. lib. 13. profert hunc dimidium verſum: ſed legiſſe videtur Rucillus: ſic enim ille, *Deſcripturus infamem, & nimis notabilem delicijs. Horatius Flaccus quid ait? Paſtillos Rucillus olet. Dares nunc Rucillum.*

OLET] epiſt. 19. lib. 1. *Vina ferè dulces oluerunt manè camœnæ.* Terent. Eunu. *olet vnguenta de meo.*

HIRCVM] vel odorem illum teterrimum, qui ſub alis eſſe ſolet: vel animal ipſum ſua natura peſſimè olens. vide ſuprà Od. 12. epod. *An grauis hirſutis cubet hircus in alis.*

NISI ILLAS, QVARVM SVBS.] matronarum veſtitus hic erat, ſtola, & palla. infrà eadem Sat. *Ad talos ſtola demiſſa, & circundata palla.* matronas igitur ſignificat. aſſuebatur autẽ inſtita extremæ ſtolæ. Itaq; per veſtem ſubſutam pannum tenuem, ac mollem, ſeu latam faſciam & prætextam ſignificari puto, quæ nihil aliud eſt, quàm ipſa inſtita, id eſt faſciola, quæ ſtolam ambibat: περιπόδιον appellari à Græcis docet Porphyrio. Ouid. lib. 1. de arte Amandi. *Eſte procul vittæ tenues, inſigne pudoris, Quæque tegis medios inſtita longa pedes.*

CONTRÀ ALIVS NVLLAM NISI OLENTI IN FORN. ST.] contrà alius nullam tangere velit, niſi eam, quæ in fornice proſtet: niſi mercenariam, ſeu meretricem, ſeu venalem, in hoc verſu *ce* ſyllaba poſtrema vocis *fornice* quamuis excipiatur à voce initium capiente à duabus cõſonantibus, *ſt.* nihilominus breuis manet. ſic apud Tibull. eleg. 1. lib. 1. *O quantum eſt auri pereat, potiùſque ſmaragdi*, ſiue, *Zmaragdi*, & apud Catul. carm. de Pelei & Thet. nup. *Teſtis erit magnis virtutibus vnda Scamandri.* & Virg. lib. 10. *Ponite: ſpes ſibi quiſque.* Horat. Sat. ſeq. *Si quod ſit vitium non faſtidire. ſtrabonem Appellat pætum pater.* & Sat. 5. *inſans ridentes præmia ſcrib*[illegible] Iam fornix appellatus eſt, lucus, vbi proſtitutæ pudicitiæ mulieres exant, à locis arcuatis, vt docet Iſidorus.

MACTE VIRTVTE] ſic ſæpe loquitur Liuius, vt lib. 10. *Tu quidem macte virtute, diligentiáque eſto.* & Cic. Tuſcul. 1. *Macte virtute. ego enim*

A *ipſe cum eodem ipſo non inuitus errauerim.* idem lib. 12 epiſt. ad Att. *Macte virtute. mihi quidem gratum: & erit gratius, ſi, &c.* Virgil. lib. 9. Æn. *Macte noua virtute puer: ſic itur ad aſtra.* Macte autem valet magis aucte. ex quo *mactare*: quod valet magis augere. Cic. lib de rep. *ferunt laudibus, mactant honoribus.* mactus verbum pontificale, & quo vtebantur in ſacris & libationibus. *Mactus hoc vino inferio eſto.* quæ verba ſic explicat Arnobius lib. 7. aduerſ. genteis. *Quid eſt aliud quàm dicere, tantum eſto mactus, quantũ volo: tantum amplificatus, quantum iubeo &c.* Priſcian. li. 17. in extr. notat, *macte* hîc ſitum eſſe, pro *mactus.*

INQVIT SENTENT. DIA CAT.] id eſt, inquit Cato. periphraſis. ſic Lucretius libr. 5. *De-*
B *mocriti quod ſancta viri ſententia ponit.* i. Democritus Id. lib. 3. *Nec tam doctus equæ pullus, quàm fortis equi vis*, id eſt, fortis equus. & Horat. Od. 21. lib. 3. *Narratur & priſci Catonis Sæpe mero caluiſſe virtus.* cuius generis ſup. ad Od. 5. lib. 3. plura collegimimus exempla. *diua* autem habent libri aliquot veteres.

TÆTRA LIBIDO] Veo tetra libido. ſic Catullus amorem *tætrum morbum* appellat. *Ipſe valere opto, & tætrum deponere morbum. O dij reddite mi hoc pietate mea.*

DESCENDERE] verbo apto, & ſignificante vſus eſt. in locis enim depreſſis, & defoſſis erant gánea: videlicet ſub fornicibus. à quibus etiam fornices gánea ſunt appellata.

C PERMOLERE] corrumpere, adulterare, μοιχεύειν. tralatio eſt. ſic & Theoc. εἰδ. δ. Εἰπ' ἄγε μοι Κορύδων, τὸ γερόντιον ἦρ' ἔτι μύλλει Τήναν τὰν κυάνοφρυν ἐρωτίδα; quem locum indicauit mihi Fuluius Vrſinus, vir humaniſſimus. Lucill. *Hunc molere, illum autem vt frumentum vannere tu vis.* improbius dixit Catull. in Gellium, *Hoc ne ipſi accideret, patrui perdepſuit ipſam Uxorem, &c.* vbi vulgò mendosè legitur *perdeſpuit.*

MIRATOR CVNNI CVPI.] hic Cupiennius longè ab illo ſuperiore diſſidebat, vt pote qui matronas ſolas amaret, & miraretur. cunnus ἐσχάρα muliebris.

ALBI] albati. per cunnum album, matronã, & ingenuam mulierem ſignificat, quia matro-
D næ albatæ, id eſt, ſtola amictæ in publicum prodibant: libertinæ, atratæ.

AVDIRE EST OPERÆ PRET.] incommoda, pericula, aduerſos denique caſus adulterorum enumerat. eſt operæ pretium (inquit) vobis, qui mœchis ſua flagitia ex ſententia ſuccedere non vultis, audire quo pacto hi omni ex parte malis omnibus exerceantur ac vexentur. Eſt autem imitatus Horat. verſus Ennianos, *Audire eſt operæ pretium, procedere rectè Qui rem Romanam, Latiúmque augeſcere vultis.* operæ pretium, id dicimus, quod tanti eſt, quanti opera in eo inſumta. Itaque operæ pretium facere, & inanem operam ſumere, planè ſunt contraria: &, cùm ita loquimur, operæ pretium eſt audire, operæ pretium

eſt ſpe

eſt ſpectare, hoc ſignificamus, non perditurum eum operam, qui audiat, neque eum, qui ſpectet. M. Tull. lib. 2. accuſ. *Iam vero Cenſores quemadmodum in Sicilia iſto prætore creati ſint, operæ pretium eſt cognoſcere.* Idem lib. 4. de finib. *at, quo vtantur homines acuti argumento ad probandum, operæ pretium eſt conſiderare.* T. Liuius 1. lib. ab vrbe cond. *Facturuſne operæ pretium ſim, ſi à primordio vrbis res populi Rom. perſcripſerim, &c.* Terent. in Andr. *Audireque eorum eſt operæ pretium audaciam.* Horat. epiſt. ad Auguſt. *Sed tamen eſt operæ pretium cognoſcere, quales Cuſtodes habeat, &c.* & Satyr. 4. lib. 2. *Eſt operæ pretiũ duplicis pernoſcere iuris Naturam.* ſic Iuuenalis Satyr. 6. Eſt operæ pretium penitus cognoſcere toto Quid faciant agitántque die.

Ille flagellis ad mortem cæs.] C. Criſpum Salluſtium ſignificari dicunt: qui deprehenſus ab Annio Milone in adulterio cum Fauſta eius vxore, flagellis ab eo cæſus eſt.

Dedit hic pro corpore nvm] honeſto homines loco nati, & locupletes deprehẽſi in adulterio, pretio ſeſe redimebant: humiles & pauperes non item, vt iam cognoſcemus. huiuſmodi pretia autem Homerus ἀλλ' ἃ μοιχάγρια nominat, eo loco, vbi cantum illum Demodoci perſequitur de Marte, & Venere in adulterio deprehenſis, & à Vulcano tenuiſſima vinculorum textura irretitis.

Pro corpore] vel ne ſibi cauda ſalax ferro demeteretur: vel ne ſtupraretur.

Hunc permin xerunt cal.] id eſt, calones alium præciderunt, ſeu prædicarunt: pudicitiam ei eripuerunt. erat & alia pœna grauior in pauperes deprehenſos Athenienſibus vſitata, quam πλμαι ῥαφανιδῶσιν appellabant à verbo τίλλειν, quod eſt vellere: & à verbo ῥαφανιδῶν, quod eſt rhaphano podicem perfodere: quam Catullus deſcribit his verſibus ad Aurelium. *Ah, tum te miſerum, malique fati, Quem attractis pedibus patente porta Percurrent rhaphanique, mugileſque.* Ariſtophanes. Neφ. Τί δ', ἢν ῥαφανιδωθῇ γε πειθόμενός σοι, τέφρᾳ τε τιλθῇ, ἕξει τινὰ γνώμην λέγειν τὸ μὴ εὐρύπρωκτος εἶναι; id eſt, quid ſi rhaphanis perfoſſus fuerit ſua voluntate, cineréque vulſus, poteritne negare ſe eſſe impudicum?

Vt quidam testeis, c. quæ sal.] cùm anteà in omnibus libris impreſſis legeretur, quidam t. c. q. ſ. D. ferro: ego à duobus codicib. calamo exaratis admonitus, in quibus ſcriptum reperi *quidam*, coniecturam feci totum hunc locum ſic eſſe legendum, *vt quidam teſteis, caudámque ſalacem Demeteret ferrum*: quæ quidẽ mea coniectura ita mihi vera & certa videtur, vt neque quemquam in his litteris exercitatum à me diſſenſurum: neque loci huius ſententiam cuiquam obſcuram futuram putem.

Caudámque salacem.] penem, caudam turgentem nominauit Satyr. 7. lib. 2. *turgentis verbera caudæ.* κέρκον, & οὐρὰν appellant Græci.

Galba.] Seruius Galba iuriſconſultus, & idem adulter.

Moechatur.] propriè hoc verbo vſus eſt, pro vxorem alienam, mulierem ingenuam adulterare.

Quà r. q.] Quà: id eſt, qua ratione, &c. ſignificat eos, quoque eſſe reprehendendos, ac vituperandos, qui libertinas ita perditè amant, vt neque rei, neque exiſtimationi ſuæ parcentes, nec conſulentes, maximis iacturis, ſummóque dedecore, atque infamia earum complexus emãt.

Munifico esse licet.] ſic habent omnes ferè libri veteres in his tres Vat. & Faër. Iann. Torn. Nicot. Ruſſ.

Benignus] beneficus, liberalis; vt ferè ſẽper: itémque interdum bonus.

Daret quantum s. e.] daret intra modum, patrimonium ſuum non profunderet.

Hoc se amplectitur vno] hoc vno ſe venditat: hoc vno ſibi placet: hoc vno ſe amat.

Hoc amat, hoc laudat,] ſic habẽt omnes libri veteres, quos hîc nactus ſum, Ruſſard. Clerie. Nicot. cęteri: neque aliter ij, quibus Romæ vſus ſum.

Originis] mimæ cuiuſdam & meretricis nomen. quidam libri vet. habent, *Origenis*, quos non ſequor. Commemorantur hæ tres nobiles meretrices, cùm ab aliis, tum à Seruio: quæ vno tempore, nempe ætate Ciceronis, floruerũt: Citheris, Volumnij liberta, M. Antonium in caſtra ſecuta, quæ à Virgilio Lycoris appellatur, quam Gallus perditè amauit: Arbuſcula, Origo. profert hunc locum Seruius commentar. in Gallum.

Nil fuerit mi (inquit)] hic Marſæus his verbis ſibi blandiebatur, ſuámque hoc modo nequitiam, ac libidinem extenuabat.

Verùm est cum m. e. c.] hæc iam ſunt Horatij, ita reſpondentis, quid tum poſteà, ſi te ab vxoribus alienis abſtines, cùm mimas, & meretrices impotentiſſimo amore perſequaris? quem quidem amorem fac tibi minus eſſe damnoſum: at eſt tibi turpior: grauioréinque tibi infamiæ notam inurit: multo autem maior exiſtimationis, & famæ, quàm rei viro bono habenda ratio eſt.

Quàm res] quàm res familiaris: quàm bona, & facultates.

An tibi abunde p. s.] dicit non ſatis eſſe perſonam, cum qua adulterium committitur, nempe matronam, vitare: ſed operam præterea dandam eſſe, vt exiſtimationi noſtræ conſulamus, & vt ne rem noſtram familiarem amoribus, & libidinibus exhauriamus. M. Tull. Phil. 2. M. Antonio nimium mimæ cuiuſdam amorẽ maledicti loco obiicit his verbis: *Veniſti Brundiſium: in ſinum quidem, & complexum tuæ mimulæ. Quid eſt? num mentior? quàm miſerum eſt, id negare non poſſe, quod ſit turpiſſimum confiteri?* hoc idem & Verr. Acc. lib. 5. *Huc tertia illa producta per dolum, atque*

inſidias ab Rhodio tibicine, maximas in iſtius caſtris effeciſſe turbas dicitur, cùm indignè pateretur vxor Cleomenis Syracuſani, nobilis mulier, itémque Æſchrionis honeſto loco nata, in conuentum ſuum mimi Iſidori filiam veniſſe. Iſte autem Annibal, qui in ſuis caſtris virtute putaret oportere, non genere certari, ſic hanc Tertiam dilexit, vt eam ſecum ex prouincia exportaret.

REM PATRIS OBLIMARE.] conſumere, perdere. verbum eſt à lima deductum.

PECCÉSNE] *peccéſve* habent quidam libri veteres: ſed legendum tamen puto *peccesne*. & ita loquitur Satyr. 8. *Cùm faber incertus ſcamnum, faceréine Priapum.*

TOGATA?] matrona adulterij conuicta, ac damnata, vt quidam volunt. alij ſimpliciter meretricem interpretãtur: & melius. Nam mulieres, quæ vulgò expoſitæ erant, in publicum togatæ prodibant, & togis vtebantur, vt à matronis ſtolatis diſtingoerentur. M. Tull. Philipp. 2. *Sumſiſti virilem: quam ſtatim muliebrem togam reddidiſti.* Sic enim honc locum reſtituerunt ex antiquiſſ. codice manuſcrip. Romano Muretus & Faërnus. Mart. *Vir mage quæ meruit, mittere: mitte togam.*

VILLIVS IN FAVSTA SYLLÆ G.] Fauſta Fauſti Syllæ filia, Antonio Miloni nupſerat. quem Horatius hoc loco Longareni nomine videtur appellare. Nam quòd Porphyrio, & Acro per Villium volunt Milonem ſignificari, per Lõgarenom, adulterum: id probare nullo modo poſſum, cùm alias ob cauſas, quas prætermitto, tùm quòd Horatius non exſolueret id, quod promiſit, (promiſerat autem ſe expoſiturum, quantis incommodis afficiantur, quantiſque in periculis verſentur adulteri) ſi faceret Annium Milonem Fauſtæ virum domo ſua excludi, pugnis cædi, ferro peti: Longarenum autem adulterum impunè mœchari, & ex animi ſententia in ædibus Milonis eo inuito, ac malè multato cum Fauſta delicias facere. Itaque arbitror vel Milonem hoc loco Longarenum nominari, vt intelligamus Villium adulterum ad Faoſtam introire meditãtem, & conantem, à Milone & eius ſeruis fuiſſe peſſimè acceptum: vel potiùs (quod quibuſdam placet) vtrumque, & Villium, & Longarenum fuiſſe adulterum: ſed Longareno bene proceſſiſſe: Villio verò infeliciter. neque quemquam mouere debet, quòd Villium Fauſti generum dicit. ita enim appellat, non quòd reuera ſit Fauſti gener, ſed quòd eius filiam ſubigat, ac permolat: quemadmodum epiſtol. ad Loll. 1. lib. 1. *ſponſos Penelopæ* appellat eos, qui proci erant, non ſponſi, eò qoòd Penelopam ſibi quiſque vxorem exoptaret.

EXCLVSVS FORE] foris, & forem, & fore Terentio, Plaoto, T. Liuio vſitata. Terent. Heaut. *Mane, mane. quid eſt quòd tam à nobis grauiter crepuit foris?* Plaut. Mil. glot. *Sed foris concrepuit hinc à vicino ſenis.* T. Liuius lib. 40. *forem ex æde Lunæ, quæ in Auentino eſt, ruptam tulit.* Dicta eſt autem foris, ſiue fores, quòd olim apud veteres Romanos foras, non intrò aperiebantur: vt ſcribat Seruius ad illum Virgilij locũ Æn. 1. *foribus cardo ſtridebat ahenis.* Hinc fieri videmus, vt apud Terentium & Plautum, vbi quis domo prodit, crepent fores. Nam qui domos foras prodibat, antequàm fores aperiret, crepitu illo ſignificabat iis, qoi per viam publicã iter faciebant, & eà fortè præteribant, vt ſibi cauerent, ne à foribus læderetur.

LONGARENVS] alter adulter Villio felicior: ſeu, vt alij, Milo.

INTVS] domi: ἔνδον, vt loquuntur Græci, & ἔνδοι. Theocr. εἰδ. ιε. Συρακούσιαι. Ἔνδοι Πραξινόα; Ἐν Γοργοῖ φίλα, ὡς χρόνῳ· ἔνδοι. ibidem, Ὠνάθην μεγάλως ὅτι μοι τὸ βρέφος ἐσὶ ἔνδον.

HVIC] Villio adultero, cui malè proceſſit.

MVTONIS] penis, caudæ ſalacis, mentulæ. Lucil. lib. 8. *Laſſo tam lacrymas mutonis abſterget amica.*

MALA TANTA] quibus tam malè multatur adulter.

ANIMVS] pars animi concupiſcens. τὸ ὀρεκτικὸν μόριον.

MAGNO PROGN. DEP. COS. C. &c.] nobilem matronã, magnis maioribus prognatã.

VELATÚMQVE STOLA?] & fœminam ſtolatam? id eſt, matronam? Nam (vt docet Feſtus) *matronas eas ferè appellabant, quibus ſtolas habendi ius erat.*

MEA CVM CONFERE.] cùm tentigine rumpor.

DIVES OPIS NAT. SVÆ] αὐτάρκης. ſuis opibus contenta.

TV SI MODÒ RECTÈ] hæc cohærent cũ ſuperioribus, hoc ſenſu. Quanto rectius te monet natura rebus ad victum, cultúmque neceſſariis cumulata, nihilque externum deſiderans, ſi modò tu fugienda cum experendis confundere, ac permiſcere nolis? quidam libri habent *ſi tu modo*: quæ ſcriprura dulcior, & concinnior eſt.

TVO VITIO, RERÚMNE L. N.] nihílne intereſſe putas vtrùm tuo vitio, id eſt, immoderata, & vitioſa cupiditate labotes, an rerum, id eſt, pænuria, & egeſtate? atqui multùm intereſt, vtrùm quis ſuo, an rerum vitio laboret. exempli cauſa, qui ſitiens aquam in medio poſitam, ac paratam ſpernit, vinum vel capitis periculo deſiderat, ſuo vitio laborat: qoi bibere non vult, niſi aureo poculo, ſuo vitio laborat: qui verò præclarè ſecum agi putat, ſi aqua ſitim explere detur: ſed tanta inopia cõflictatur, vt ne aqua quidem ſuppetat, is rerum vitio laborare dicendus eſt.

DESINE MATR. SECTARIER,] libri aliquot manu ſcr. habent, *Deſine ſectari matronas*, quos non ſequor.

NEC MAG. HVIC INTER NIVEOS, &c.] nec magis tenerum eſt femur, aut crus rectius matronæ nobili, & vnionibus, ac ſmaragdis ornatæ, ſubintell. quàm togatæ. quin ſæpe togatæ femor tenerius eſt. ſignificat neq; nobilitatem, & generis ſplendorem, neque ornatum & cultum corporis ad voluptatem rei Venereæ valere, ſed naturam. *huic* autem legendum, & ita habent omnes libri manu ſcrip. non *hinc*, quod quidam

quidam περίεργοι arbitrantur: neque quemquam mouere debet, quòd ſuprà proximè vſus ſit numero multitudinis, *matronas*. nam mutare numerum, ſcriptoribus eſt vſitatum. A

NIVEOS, VIRIDEISQVE LAP.] id eſt, vniones, & ſmaragdos: quibus ornantur matronæ nobiles.

SIT LICET HOC CHÆRINTE T.] licet ames matronas vnionibus, & ſmaragdis, & auro collucenteis. Nam ſi hunc locum intelligendum arbitror, *hoc*, nempe vniones, & ſmaragdos, & cetera ornamenta in matronis admirari, iiſque capi, & teneri. ſermonem ad Chærintum conuertit, qui matronas gemmis collucenteis ſectabatur. B Alij hunc Chærintum, puerum formoſum, mollem, & impudicũ fuiſſe, & gemmis tanquam fœminam, ornatum inceſſiſſe dicunt, hoc modo explicantes: *Sit licet hoc Chærinte, tuum*, hoc, nempe, vniones & ſmaragdos geſtare. quod mihi non diſplicet. Iam verò quòd in nonnullis libris manuſcript. reperitur ſcriptum, *ſit licet hoc Chærinte tuo*: nullo modo probo.

MERCEM S. F. GESTAT] togata. mercem autem intellige eam corporis partem, quam meretrix habet venalem. non ei ſimulabo, me in aliquot libris manu ſcrip. Nicotiano vno, duob. Ruſſard. Cleric. *reperiſſe geſtat apertam: Quod ven. h. eſt.*

HONESTI] pulchri, καλοῦ.

IACTAT,] coniunge negationis copulam C cum hoc verbo, & cum his, *habetque palam*, hoc modo, nec iactat, habétque palàm, ſi quid honeſti eſt. i. nec venditat, aut oſtentat, & in luce collocat, & proponit ob omnium oculos, ſi quid pulchri eſt.

QVÆRIT.] repete & hîc negationem, hoc modo, nec, ſi quid pulchri habet, id oſtentat, ac præ ſe fert: deformitatem autem, aut vitium aliquod corporis occultare ſtudet. Lucretius contrà ait hoc omnium mulierum impudicarum eſſe commune, vt ſua mala ſuos amatores celare conentur: bona in promtu habeant, lib. 4. his verb. *Nec Veneres noſtras hoc fallit: quo magis ipſæ Omnia ſummopere eos vitæ poſt ſcenia celant, Quos retinere volunt aſtrictóſque eſſe in amore, &c.* D

REGIBVS HIC MOS EST, &c.] eandem cautionem, ac diligentiam in fœminis, quæ libidinis cauſa coluntur, vult adhiberi, atque in equis. Nam quemadmodum in equis pedum præcipuè habenda ratio eſt, cauendúmque ne capitis, & ceruicum pulchritudine capti, in pedibus, & tibiis, quæ maiorem curam deſiderãt, ſimus negligentes: ſic in fœmina parùm debet commouere prudentem amatorem (ſi quis amator prudens reperiri poteſt) facies, & forma: alia enim ſunt, quæ longè maioris ſunt ponderis, quæque in re Venerea magis dominantur. Xenophon in libello περὶ ἱππικῆς ei, qui equum ſit emturus, præcipit vt pedes primùm inſpiciat, & diligenter cõſideret. Quemadmodum enim (inquit) ædium nullus vſus ſit, ſi partes earum ſuperiores admodum ſint ornatæ, magnificæ, affabrè factæ: fundamenta autem ſint vitioſa, malè materiata, ac ruinoſa: ſic & equus bellicus inutilis ad bellum futurus eſt, ſi ſit χωλόπους, id eſt, pedibus vitioſis etiam ſi cetera omnia eius membra ſint optima, ac præſtantiſſima. ſic in lib. de arte poëtica, ſimilitudinem ſumit à regibus. *Reges dicuntur multis vrgere culullis, Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborent, An ſit amicitia dignus. ſi carmina condes, Nunquam*, &c. ſic M. Tull. frument. in ea parte, quæ eſt de decumano frumento, *Solere aiunt Barbaros Reges Perſarum, ac Syrorum, plureis vxores habere: his autem vxoribus ciuitates attribuere hoc modo: Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in* B *crineis: ita populos habent vniuerſos non ſolùm conſcios libidinis ſuæ, verùm etiam adminiſtros. eandem iſtius, qui ſe regem Siculorum eſſe dicebat, licentiam, libidinémque fuiſſe cognoſcite.* qui locus Ciceronis (vt dicam ἐν παρόδῳ) videtur è Platone Petitus, Alcib. primo. mendoſè autem puto legi in quibuſdam libris, *apertos*, cùm videatur potiùs legendum *opertos*, vt habent cod. Vatican. 2. Iannoct. Tomeſ. duo Nicot. Ruſſard. totidem, Clericanus, meus. Librorum veterum auctoritatem hac ratione adiuuare, & confirmare poſſum, quod perſpicuè Horatius mulierem cũ equo comparat. Quemadmodum autem vtile eſt ei, qui equum emturus eſt, opertum inſpicere: ne, dum caput, & ceruicem, & cluneis, & ceteras parteis corporis in C promtu poſitas admiratur, cæcus ſit in pedibus conſiderandis, & ita fallatur: ſic intereſt amatoris, meretricis amore potiùs, quàm matronæ capi: quia meretrix neque tegit eas parteis, quas habet venaleis, neque oſtentat eas, quæ ſunt pulchriores.

FACIES] ὄψις, forma. Neque verò facies ſolùm de homine, aut equo, ſed & de re alia qualibet dicitur. Virg. Georg. 1. in extr. *Tam multæ ſcelerum facies.* Idem lib. 4. de apibus. *Vt binæ regum facies, ita corpora gentis.* M. Tullius pro Flacco. *Facies ciuitatis.* Idem Philip. 8. *Facies ſenatus.*

INDVCAT] decipiat, in fraudem impellat.

HIANTEM] inhiantem, cupidum, capitis pulchritudine captum. quod accideret, ſi emeret apertum Saty. v. lib. 2. *recoctus Scriba ex quinqueuiro coruum deludet hiantem.* D

QVÒD PVLCHRÆ CLVNES, &c.] hæc ſunt, quæ cupidum equi emtorem inducere poſſunt: & ita deſcribitur pulcher equus à Virg. 3. Georg. *illi ardua ceruix, Argutúmque caput, breuis aluus, obeſáque terga.* Itaque reges inſpiciut equos opertos. Animaduertendum *clunes*, ab Hor. vſurpari genere fœmineo, quod notat Nonius.

ARDVA CERVIX] Xenoph. eo, quem ſuprà commemoraui, libro, ἀπό γε μὴν τοῦ στέρνου ὁ μὲν αὐχὴν αὐτοῦ μὴ ὥσπερ κάπρου, προπετὴς πεφύκοι, ἀλλ' ὥσπερ ἀλεκτρυόνος, ὀρθὸς πρὸς τὴν κεφαλὴν ἥκοι. id eſt, à pectore autem ceruix quidem eius ne, vt apri, prona, ſeu præceps nata ſit, ſed, vt galli gallinacei, recta ad caput eat. Oppianus lib. 1. χαύνη. μετήορον, ὑψαυχέ-

φλῶον appellat, quo loco equum pulchrum de- A ſcribit: & Hom. ιλ. κ. δύω δ' ὑψαύχενας ἵππους: id eſt, vt interpretatur Euſtath. ὑψαύχενας: duos equos arduis ceruicibus: & Virg. eo, quem paullo antè poſui, loco, *illi ardua ceruix, &c.*

Hoc illi rectè, ne corp. &c.] id eſt, hunc illi morem rectè inſtituerunt, vt ne quis venuſtiſſimas corporis parteis in equo acutiſſimè cernat, vitioſas autem, & imbecillas prætereat.

Lynceis ocvlis] acutiſſimis. Idas, & Lynceus Apharei filij: quorum Lynceus minor natu tam acuta oculorum acie fuiſſe traditur, vt ea per denſos etiam quercetorum truncos, ac ſtipites, atque adeò vſque ad inferos vim ſuam expromeret. vide Pauſan. Meſſ. de Lynceo. Apoll. B lib. I. Ἀργον. Λυγκεὺς δὲ καὶ ὀξυτάτοις ἐκέκαστο Ὄμμασιν, εἰ ἐτεόν γε πέλει κλέος, ἀνέρα κεῖνον Ῥηϊδίως καὶ νέρθε κατὰ χθονὸς αὐγάζεσθαι. id eſt, Lynceus autem acutiſſimis inſtructus erat à natura oculis, ſiquidem verum eſt quod de eo ferunt, illum facilè etiam ſub terram ad inferos oculorum aciem contendiſſe. Theocr. διοσκύρ. ἀκριβὴς ὄμμασι Λυγκεύς. id eſt, acribus oculis Lynceus. & Pind. Νεμ. εἰδ. ι. κείνου γὰρ ἐπιχθονίων γένετ' ὀξύτατον ὄμμα. Ariſtoph. in Pluto. Βλ. ποιῶ σ' ἀποδείξω σ' ὀξύτερον τοῦ Λυγκέως. Eraſmus hîc legit *Lyncei*, non *Lyncei*. ego vtramq; lectionem probabilem eſſe puto: ſed hanc rece- C ptam magis Horatianam.

Hvpsæa cæcior, &c.] cæcis oculis ea quæ mala ſunt, cernas, id eſt, non cernas. tale eſt illud Od. 7. lib. 3. *nam ſcopulis ſurdior Icari Voces audit adhuc integer.* Hypſæam mulierem coniicere licet cæcam fuiſſe, vel parùm vidiſſe: nihil aute, præter coniecturam, comperti de ea habemus: niſi quòd Porphyrio tradit, Planciam Hypſæam vitioſos oculos habuiſſe: quam hîc ἐν παρόδῳ carpit Horat.

O crvs, ô brachia.] hæ ſunt exclamationes admirationis plenæ, hominis togatas conſectantis potiùs, quàm matronas: & in togatis alia probantis: alia improbantis: quæ quidem poteſtas cuiuis datur, cùm in eis liceat non ſolùm crura, vt pote quæ breuioribus veſtibus vtantur, ſed etiam reconditas corporis parteis ſpectare: D quod idem non licet in matronis.

Verùm Depvgis, n. b.] hæc improbat amator in togata. depygis eſt, quæ nateis habet macras, gracileis, & depreſſas: icircò reiicienda. notæ ſunt contrà puellæ illæ καλλίπυγοι, id eſt, pulchris natibus, apud Athen. lib. 12. quæ cùm pauperis patris filiæ, atque indotatæ: non alio nomine præclarè & ſplendidè fuerunt collocatæ, quàm quòd à duobos fratribus honeſto loco natis, καλλίπυγοι habitæ, & repertæ ſunt. ex quo templum Veneri poſuerunt: quam καλλίπυγον nominarunt. mulierem depygem ἀπόλισπον & λισσόπυγον appellat Ariſtophanes. pyga nomen Græcum eſt, quo nates ſignificantur. vtitur eo infrà Horatius hac Saty. in extr. A *Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama.* ex quo πυγίζειν verbum obſcænum, quo vtitur Theocritus εἰδ. ε. Depugis autem habent aliquot libri veteres. quod æquè rectum eſt. nam υ Græcū, eſt u Latinum.

Nasvta] naſus nimiùm longus in puella aut muliere, non laudatur. Catull. *Salue nec minimo puella naſo*: nec pes longior. idem Catull. ibid. *Nec bello pede, Nec nigris ocellis, Nec longis digitis.* ſic Theocritus, ἐργατίναις, ἢ θερισταῖς. Μάντις τοι τὰν νύκτα χροΐξεται ἁ καλαμαία: id eſt, noctu tibi adiacebit vates in calamis naſcens & habitans: hoc eſt locuſta: ad quem locum notat interpres: ἔστι δὲ ἀκρὶς ἐν τῇ καλάμῃ γινομένη. καὶ καλεῖται μάντις. ἴσως οὖν, &c. ſequitur Ἔστι δὲ B χλωρὰ καὶ περιμήκεις τοὺς ἐμπροσθεν πόδας ἔχουσα. καὶ λεπτοὺς καὶ συνεχῶς αὐτοὺς κινοῦσα: id eſt, Eſt autem locuſta, quæ in calamis naſcitur, & vates appellatur. Fortaſſe igitur, &c. Eſt autem pallida ſeu viridis, & longis pedibus, & gracilibus, & aſſiduè eos mouens.

Matronæ, præter] id eſt, ex omnibus autem matronæ membris nullum præter faciem aſpicere licet.

Ni Catia est] hæc matrona prçter decôrum veſtitu breuiſſimo vtebatur, vt crurum pulchritudinem in promptu haberet, atque oſtentaret. icircò ab Hor. vrbanè notatur.

C Demissa veste] longa, & talari veſte. quæ mulierum, & maximè matronarum propria eſt: vt ſuprà diximus, ibi *Matronis tunicis demiſſis*, &c. Nam meretrices breuioribus vtebantur, vt & paullo antè diximus.

Si interd. p.] ſi matronam amabis: ſi matronæ concubitum concupiſces: qui & lege vetitus eſt: & multis difficultatibus obſeptus, atque obuallatus.

Vallo circvmdata] difficilia expugnatu. tralatio ducta à re militari.

Hoc] difficultas potiendi.

Mvltæ tibi tvm officient res] quidam libri veteres habent, *tum officiunt res*: quæ ſcriptura ferri poteſt: nonnulli *dum officiunt res*: quæ reiicienda eſt. alij omnes, vt vulgati, & vt edidimus, *tum officient res.*

D Ciniflones] cinerarij, qui calamiſtris crineis inurunt.

Stola] veſtis muliebris, vt diximus. M. Tull. Philip. 2. *& tanquam ſtolam dediſſet, in matrimonio ſtabili & certo collocauit.* ex quo Cæſar Caliagula Liuiam proauiam ſuam, *Vlyſſem ſtolatum* nominare ſolebat, ſignificans, eam mulierem eſſe aſtutiſſimam.

Palla] hîc appone diſtinctionis notam. *Eſt autem palla, mulieris honeſtioris veſtimentum*, inquit Non. Marcellus.

Plvrima] plurima denique alia, quæ tibi obſtent, quo minus totum matronæ corpus planè, & purè abs te perſpici poſſit.

Invideant] tralatio eſt, obſtent, ac prohibeant, quo minùs tibi res purè appareat.

Altera

Altera] togata, ſeu meretrix.

Nil obstat Cois tibi,] ſic mihi videtur diſtinguendus hic locus: non, vt in vulgatis: in quibus diſtinctionis nota locatur poſt verbum *obſtat*. erant autem Coæ, vel, vt alij volunt, Ceæ veſtes, tenuiſſimæ, molliſſimæ, ac delicatiſſimæ: & veluti vitteæ ac pellucidæ, à Co, vel Ceo inſula, vbi fiebant, ſic appellatæ. Tibul. li. 2. eleg. 3. *Jlla gerat veſtes tenues, quas fœmina Coa Texuit, auratas diſpoſuitque vias.* Taleis veſteis, vitteas appellat Varro. *quarum vitrea toga oſtentant tunicæ clauos.* Sed non celabo lectorem, quoſdam libros veteres habere: *Altera nil obſtat. Chlorin tibi pene videre eſt, Vt nudam.* quæ ſcriptura non eſt reiicienda.

Metiri possis ocvlo latvs] ita omnia habet in promtu, vt ſolo aſpectu, longóne, an breui ſit latere, iudicare poſſis.

Pretiúmqve,] ſuprà dixit eam apertè, quod venale habet, oſtendere, & mercem ſine fuco geſtare, quocirca conuenienter nunc pretij nomine vtitur.

Léporem vsnator] verba ſunt amatoris matronarum.

Positvm sic] ſic appoſitum, id eſt, ſine curſu, & labore venationis ſibi appoſitum: vel ita poſitum, vt manu capere poſſit: ſed priorem explicationem magis probo. & ita vſurpauit Sat. 2. lib. 2. *Vix tamen eripiam, poſito pauone velis quin Hoc potius, quàm gallina, tergere palatum*, & Satyra vlt. lib. 2. *Vidimus & merulas poni, & ſine clune palumbes. ſic* autem, accipiendum δεικτικῶς, vt Od. 11. lib. 2. *iacentes Sic temere.* Talis erat Xerxes ille Darij filius: (ſi c paruis magna componere licet:) qui negabat ſe caricas Atticas guſtare velle venaleis ad ſe allatas, & ita ſibi appoſitas: ſed tum demum ſe libenter & iucundè comeſurum, cùm eam terram, quæ eas genuiſſet, & extuliſſet, armis partam obtineret.

Captat, et apponit] hunc locum in omnibus libris, & manuſcriptis, & excuſis deprauatum reſtitui, vnius litteræ immutatione facta, coniectura duntaxat ad veram ſcripturã ductus, à nullis codicib. adiutus. miror autem tam manifeſtum mendum, vel, vnquã admiſſum eſſe: vel ſemel admiſſum, tamdiu in codicibus hæſiſſe. Ne longum faciam, huius loci ſic emendati hæc ſententia eſt. Quemadmodum (inquit amator matronarum) venator in mediis frigoribus, altiſſimiſq; niuibus leporem ſectetur, id eſt, ſectari non recuſet: quem, ſi ei ab alio captus, & ſine ipſius labore detur, atquè apponatur, ne tangere quidem velit: nunc autem per niueis, & frigora ſectatur, & captat, atque ita captum ſumma cum voluptate ſibi apponi iubet: ſic ego fœminas in medio poſitas, & meretrices ſperno: matronas, quæ non niſi cum labore, & periculo expugnantur, peto & perſequor. ita locutus eſt ſup. Od. 2. epod. *Pauidúmque leporem, & aduenam laqueo gruem, Iucunda captat præmia.* & proximo verſu idem verbum vſurpat. Cùm ego hæc ſcripſiſſem, & A edidiſſem quattuor abhinc annos, vir quidam doctiſſimus à me diſſentiens, Pſeudacronem ſecutus, vulgatam huius loci explicationem iam à me exploſam, & abiectam, deintegro excitauit, ac reuocauit in medium, verba ipſa Acronis vſurpans, nihilque de ſuo præterea afferens. ſic enim ille: *Amator*, inquit, *cantat quomodo venator libenter ſectetur in niue leporem: ſic appoſitum in ferculo tangere nolit: & mox addit, (hoc enim eſt apponit) ſuum amorem eſſe ſimilem, &c.* ſequitur deinceps. *& cùm verſiculos dicat, ſatis indicat, verſus ſuperiores pro cantico accipi debere, vt explicauit.* hactenus ille. Ille verò vehementer fallitur, cum ſuo Acrone, cuius verba cadentia tollit: & piget me toties explicaB tionem tam abſurdam refellere: Quid enim ineptius, quàm ita loqui: *amator cantat*, id eſt, cantando exponit, *vt*, id eſt, quo modo, *venator ſectetur* &c. *& apponit*, id eſt, addit ad ſuperiora, quæ dixit, ſeu cãtauit, *meus amor, &c.* Nam primum hoc contendo, non poſſe ita Latinè dici, vt illi volunt, *cantat vt*, ſeu *quomodo venator, &c.* deinde *apponit*, pro addit, ſeu adiungit iis, quæ dixi, non reperietur in tota lingua Latina. Præterea hæc verba *Hiſcéne verſiculis*, nullo modo arguunt, neque declarant, ſuperiora illa eſſe cantata. Nam ſi hoc verum eſſet, perſonæ omnes, quas hîc loquenteis facit Horatius, cãtarent, cùm verſiculi ſint: quod ineptum atque abſurdum dictu eſt. Poſtremò in his verbis, *meus eſt amor huic ſimilis*, eſt ἀνταπόδοσις. At inter ſimilitudinis partem eam, quæ aſC ſumta eſt ad aliquid illuſtrandum, & ἀπόδοσιν, id eſt, redditionem, nihil debet ex perſona ſcriptoris interponi. quod hic fieri volunt. eſſent enim hæc Horatij verba, *Cantat & apponit*, illorum ratione. Maneo igitur in ſententia, & dico, *captat* legendum eſſe, & *apponit*, explicandum, apponit ad comedendum, & cetera, vt ſuprà. Nam piget eadem toties inculcare.

Hiscéne versicvlis] loquitur nunc Horatius. & fortaſſe hæc verba locum errori, & errato dederunt Acroni, & Porphir. & iis, qui eos ſecuti ſunt.

Nónne cvpidinibvs st. n. m.] id eſt, nónne cupiditates ſunt aliquæ naturales, eædémque à natura finitæ, ac terminatæ? Non ſum ſecutus eos codices veteres, qui habent, *ſtatuat*.

D Qvem, Qvid lat. sibi, qvid s. d.] id eſt, quem modum, ſeu finem cupiditatum, vtilius eſt quærere, & ſuperuacaneas, miniméque neceſſarias cupiditates amputare, ſubaudiendum, quàm cupiditates habere infinitas, miniméque neceſſarias. modus autem cupiditatum in eo poſitus eſt, vt expetamus ea, quæ natura deſiderat, & quibus ſine dolore carere nõ poteſt: ea non expetamus, quibus facilè poteſt carere. hunc igitur locum ſic explico ſtudioſorum cauſa, quibus videri ſolet impeditus, atque implicatus. nónne cupiditatibus natura modum conſtituit, quem quærere, videlicet quid natura ſibi deeſſe ferre poſſit, quid ſit dolitura deeſſe, id eſt, qua re facile carere poſſit, qua non poſſit: & diſ-

cernere inania, ac ſuperuacua à plenis & neceſſariis, vtilius eſt, quàm cupiditatibus inanibus, miniméque neceſſariis æſtuare?

INANE ABSCINDERE SOLDO?] id eſt, inania ab iis, quæ ſunt plena, ac ſolida reſecare? inanis eſt cupiditas eſurienti, verbi cauſa, poſcere phaſianum, pauonem, acipenſerem, & ſimilia: inane eſt ſitienti, vinum Falernum, Calenum, Leſbium deſiderare: neceſſarius eſt eſurienti panis, ſitienti aqua: & harum rerum copia plena & ſolida eſt, illarum autem inanis. vide annotat. ad illum locum: *adde, Queis humana ſibi doleat, &c.* Satyr. 1.

NVM, TIBI CÙM FAVCEIS V. S.] inductione probat, cupiditates non neceſſarias eſſe circumcidendas, & reſecandas, neque eis eſſe vllo pacto obtemperandum, hoc modo: quis ſitiẽs malit ſiti enecari, quàm non ex quolibet vaſe bibere? quis eſuriens nolit alio cibo, quàm pauone, aut rhombo famem explere? Quis igitur libidine inflammatus, cùm ei ſuppetat, & præſtò ſit ancilla, cuius complexu libidinis flammam reſtinguat, malit cupiditate rei venereæ excruciari, matronæ concubitum expetens, atque exſpectãs, quàm præſenti, & parato remedio vti?

FASTIDIS] faſtidioſè aſpernatis, ac reiicis, vt ſuprà Od. 1. lib. 3. *ſomnus agreſtium Lenis virorũ, non humiles domos Faſtidit*, &c. epiſt. ad Iul. Florum lib. 1. *Faſtidire lacus, & riuos auſus apertos.* & Satyra prox. *ſic nos debemus amici, Si quod ſit, vitium non faſtidire.*

TENTIGINE RVMPI?] tentigo à tendendo eſt nominata: quæ ſignificat hoc loco libidinem ardentiſſimam, per quam alicui penis valdè intenditur. Periculum eſt autem, ne, quæ nimiùm tenduntur, rumpantur. hoc igitur periculum, atque hunc tentiginis dolorem, vt parabili & facili concubitu leuet, ac minuat, ſuadet. fœdum ac obſcœnum illud in Priapeiis. *Turpe quidem factu: ſed, ne tentigine rumpar, &c.*

PARABILEM] quæ facilè parari poteſt, & quæ paruo conſtat, εὐπόριστον, εὐώνητον.

ILLAM PÒST PAVLLO, SED PL.] id eſt, illam autem Venerem, ſeu mulierem, quæ mihi quærenti, quando veniam, aut quando ſit ipſa ventura, reſpondet, pòſt paullo, ſeu poſt paullum: aliàs quærenti facturáne ſit mihi ſui corporis copiam, reſpondet ſe facturam, ſed pluris: aliàs reſpondet, ſe mihi gratificaturam, ſi modò exierit vir: hanc (inquam) Philodemus ait Gallis eſſe relinquendam, ſeu dandam, tam caram, ac difficilem, (mala enim ſolemus hoſtibus, & inimicis precari, vt annotauimus ſup. ad Od. 27. lib. 3.) ſibi autem optat eam, quæ, &c. Fuit autem Philodemus, ſeu Philodamus, philoſophus Epicureus, idémque poëta: qui cum L. Piſone aliquandiu vixit: de quo M. Tullius in orat. in Piſonem. *Eſt quidam Græcus, qui cum iſto viuit, homo, verè vt dicam, ſic enim cognoui, humanus: ſed tãdiu, quamdiu cum aliis eſt, aut ipſe ſecum. &c.* & lib. 2. de finib. bon. & mal. in extr. *Credo, Syronem dicis, & Philodamum cùm optimos viros, tum doctiſſimos homines.* Alij legunt Pi hilo, demus, ait: quæ lectio videtur facilior quidem, & planior, verùm tamen prior altera probatur magis omnibus eruditis: & fortaſſe idem ſignificat Martialis lib. 9. in eo epigr. cuius principium eſt, *Hanc volo, quæ facilis, quæ palliolata vagatur, &c.* ſequuntur hi verſus, *Poſcentem nummos, ac grandia verba ſonantem Poſſideat craſſi mentula Burdegalæ.* vocem *Gallis*, alij explicant ita, vt intelligantur Cybeles ſacerdotes, quia cùm illi ſint euirati, faciliùs ferre moram poſſunt. in quibuſdam exemplaribus antiquis ſcriptum eſt *poſt paullum.* Legenda autem ſunt hæc membratim, & ſingillatim, vt rectè admonet Porphir. nempe hoc modo, *poſt paullo: ſed pluris: ſi exierit vir.*

SIBI, QVÆ NEQVE MAGNO ST. P.] id eſt, ſibi autẽ optabat ſubaudi, eam, quæ neque magno conſtet, neque vocata, longam moram interponat. animaduerte autem, hanc fœminam, quæ non cunctetur, opponi illi, quæ reſpondeat ſe pòſt paullo venturam, aut differat in id tẽpus, quo exierit vir: eam, quæ non magno conſtet, ei quæ plus poſcat, quàm ſolita ſit, aut quàm amator promittat.

MVNDA HACTENVS, &c.] tantam munditiem, tantúmque ornatum adhibens, vt neque ceruſſa malas candefaciat, aut vlla alia re muliebri expoliat, neque veram corporis ſtaturã crepidarum altitudine augeat: quæ duo in vxore ſua improbat Iſchomachus apud Xenophon. in Oeconomico, his verbis: ἐγὼ τοίνυν (ἔφη) ἰδών ποτε αὐτὴν, ὦ Σώκρατες, ἐντετριμμένην πολλῷ μὲν ψιμυθίῳ, ὅπως λευκοτέρα ἔτι δοκεῖν εἶναι, ἢ ἦν· πολλῇ δὲ ἐγχούσῃ, ὅπως ἐρυθροτέρα φαίνοιτο τῆς ἀληθείας· ὑποδήματα δ' ἔχουσαν ὑψηλὰ, ὅπως μείζων δοκεῖν εἶναι, ἢ ἐπεφύκει, εἰπέ μοι ἔφην, ὦ γύναι, &c. καὶ ἐμὲ τοίνυν νόμιζε εἰπεῖν, ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, ὦ γύναι, μήτε ψιμυθίῳ, μήτε ἐγχούσης χρώματι ἥδεσθαι μᾶλλον, ἢ τῷ σῷ, id eſt, ergo igitur (inquit) cùm aliquãdo, ô Socrates, eam vidiſſem multa ceruſſa ſuffectam, vt candidior: multa anchuſa, vt rubicundior, quàm re vera eſſet, videretur: calceis autem vtentem altis, vt maior, quàm nata eſſet: dic mihi, inquam vxor, &c. me igitur hoc dicere puta, inquit Iſchomachus, ô vxor, neque ceruſſam, neque anchuſam mihi tuo colore eſſe iucundiorem, eodem pertinent illa Propert. lib. 1. *Quid iuuat ornato, &c. Naturæque decus mercato perdere cultu? Nec ſinere in propriis membra nitere bonis?* idem lib. 2. *Vt natura dedit, ſic omnis recta figura: Turpis Romano Belgicus ore color.*

HÆC VBI SVPPOSVIT] vtitur eodem verbo ad eandem rem Catullus, *Noli admirari, quare tibi fœmina nulla, Rufe, velit tenerum ſuppoſuiſſe femur.* ſententia autem huius loci hæc eſt, Hæc vbi dexteram corporis partem, ſeu dextrũ latus, meo lateri læuo ſuppoſuit, ita vt hæc mihi ſit læua, ego ei dexter: mihi Iliæ & Egeriæ inſtar eſt. Quidam hîc ſignificari putant Veneris modum omnium

omnium ſimpliciſſimum, ac facillimum, vel Ouidij iudicio. ſic enim ille libr. 3. de arte amandi, *Mille modi Veneris: ſimplex, minimique laboris, Cum iacet in dextrum ſemiſupina latus*. ſed vt cum Ouidio congruat Horat. legēdum videtur, *dextrum corpus mihi læuo*. in Tornef. quidem *læuo* aſcriptū reperi.

N E C   V E R E O R] quidam libri calamo exarati habent, *Nec metuo*, quod idem valet: & fortaſſe magis ad hunc locum quadrat.

R E C V R R A T] fortaſſe aliquid de vxoris impudicitia vel per ſe ſuſpicans, vel etiam ab aliquo domeſtico, aut vicino certior factus.

I A N V A   F R A N G A T V R, &c.] ianua frangatur à viro redeunte, vel adulterum & vxorem vnà cum eo comprehendere cupiente: vel eò quòd ſibi fores tardius aperiantur, calcibus & ſaxis eas pulſante. *Ianua*, primus eſt domus ingreſſus, dicta à Iano, cui omne principium dicatum eſt, vt ſcribit Seruius quodam loco commentar. in lib. 1. Æneid.

V E P A L L I D A] ſic reſtituimus, auctoritatem veterum lib. Vatic. Iann. Faërn. Torneſ. & aliorum omnium, quāuis vt pallida diuiſim legatur, ſecuti. atque hanc ſcripturam agnoſcunt Porph. & Acron. Et certè ſine librorum manu ſcriptorum teſtimonio, ex ipſa orationis ſtructura, atque ex verborum curſu facilè erat hoc mendum tollere. nam totus hic ſermo eſt ἀσυνάρτητος ab illis verbis, *vir rure recurrat*, vſque ad hæc, *egomet mi*. vt pallidus autem idem ferè valet, quod malè & miſerè pallidus: vel aliquantum pallidus. nam *ve*, in compoſitione interdum auget, interdum minuit, vt in his, *veſanus*, *vecors*, *vegrandis*, quod proximum nomen item emendauimus in oratione de leg. Agrar. contra Rull. ad popul. Nam cùm anteà legeretur in omnibus exempl. vulg. *quem hominem vt grandi macie torridum*, ſiue horridum, &c. nos viris doctiſſimis probauimus coniecturam noſtram, quæ eſt, legendum eſſe *vegrandi*. Pompeius Feſtus præterea nomine *vegrande*, ait ſignificari vel malè grande, vel parùm grande. vide eundem in nomine *veſculi*, & *veſcus*.

C O N S C I A] ancilla, vt Sat. 7. lib. 2. *peccati conſcia herilis*. animaduertere autem hoc loco eſſe pulcherrimam antitheſim, mulier vepallida lecto deſiliat: ancilla culpæ herilis conſcia, ſe miſeram exclamet: hæc, nempe ancilla, cruribus metuat: illa autem, nempe vxor à viro ſuo deprehenſa, doti. amittebant enim dotem maritæ in adulterio deprehenſæ. ſed eas interficere viro ne deprehenſas quidem, licebat iure ciuili: patri licebat.

D I S C I N C T A   T V N I C A] magna adulteri trepidatio, magnúſque timor exprimitur, qui ita vrgeatur à viro, vt diſcincta tunica, & pede nudo fugere cogatur. Non ſolebant autem veteres in publicum diſcincti prodire. notum eſt illud, *Diſcincta veſtis, diſcinctus animus*. Poſtremò milites, qui fugerant, aut, qui flagitium aliquod aliud militare admiſerant, diſcincti ſub iugo ire auſire cogebantur.

N E   N V M M I   P E R.   A V T   P Y G A, &c.] id eſt, ne pecunia multer, néve, ſi ſoluendo non ſim, pudicitia mihi eripiatur, aut ne nateis meas percurrant raphanique, mugileſque, vt ait Catull. aut denique ne damner lege Iulia de adulterijs.

A V T   P Y G A] pyga, πυγὴ, Græcum nomen eſt, quod nateis ſignificat. nonnulli codices antiqui habent, *puge*, Latinis literis ſcriptum. ſic ſuprà eadem Sat. *Depugis*.

F A B I O   V E L   I V D.   V.] etiam Fabio iudice obtinebo, miſerum eſſe deprehendi: qui fortaſſe fuit aliquando deprehenſus. quòd autem àd loquendi genus attinet, ſic loquitur Liuius lib. 27. *Quem tum principem ciuitatis eſſe, vel Annibale iudice, victurus eſſet*. & Hor. Sat. 3. lib. 2. *Vincet enim, ſtultos ratio inſanire nepotes*. & Sat. 3. libr. 1. *Nec vincet ratio, tantumdem vt peccet, idémque, &c.* C. Matius ad Cicer. epiſt. lib. 2. *Id quidem me cupere, niſi & anteacta vita, & reliqua mea ſpes tacente me probat, dicendo vincere non poſtulo*.

T V R N E B V S.

EX libr. 11. cap. 23. Quas Horatius Ambubaias appellat, eas equidem eſſe nomen adeptas exiſtimo, quòd circum Baias, quarum lauacra calida delicatis hominibus ſtudio & voluptati erant, verſarentur, fuiſſéque mulieres laſciuas & impudicas arbitror, quæ Romam vſque tandem permanarint, ibique cœtus habuerint. *Inter Scortorum vrbis Ambubaiarúmque miniſteria*, in Nerone Tranquillus cap. 27. dixit. Ambu autem pro an, quod eſt circum, dixiſſe veteres, vt indu pro in, exiſtimo. Inde fortaſſe Ambarualis & Ambedo. Videtur etiam vt ab ἄμφω ambo, ſic ab ἀμφὶ ambu. deduci poſſe. Non aſſentior ijs, qui è Syria vſque hanc vocem repetunt. At Balathrones vel à Barathro nomen habent: nam r. illud virile & ſtreperum in lambda balbum ſæpe effœminatur & emolleſcit: vel à blatheis, vt Verrio videtur. Nam ſunt Balathrones & blatheæ bullæ luti ex itineribus, aut quod de calciamentorum ſoleis deraditur. Nos integrum propè hoc vocabulum noſtra retinemus vernacula lingua. Belithrones .n. appellamus homines non bonæ frugi, & nihili nequamque. Varro de re Ruſtica, libr. 2. cap. 5. *videbo vos iam*, inquit, *balathrones: & huc adferam meum corium & flagella*. Cùm autem ait Horatius, *Sub patribus duris tironum*, eum ſignificat fœnus exercere contra leges, quæ vetabant filijsfam. & minoribus 25. annis fœnerare: Plautus, Pſeudulo ſc. Pſeudule non audis Mercatores ſc. Duas res. *Tum me perdit lex vicena quinaria*. & alio loco, *Omnes reuerent mutuitantes credere*. Tirones autem appellabantur, qui ſumpſerant togam virilem, idque tirocinium vocabatur: Tranquillus in Caïo Caligula, cap. 10. *vno atque eodem die togam ſumpſit barbámque poſuit, ſine vllo honore, quali contigerat tirocinio fratrum eius*.

Google

Meliuſculè autem ex antiquis codicibus,

—maxime quis non

Jupiter exclamat, legitur: cùm *exclamet* hodie excudi ſemper ſoleat. Malthini nomen pro molli finxit Horatius à Maltha, vnde & μάλθων Græcè dicitur mollis & effœminatus.

Demiſſæ autem tunicæ, ſunt tunicæ talares, quæ non viriles, ſed ceu fœmineæ cenſebantur, vt infrà, *Ad talos ſtola demiſſa & circundata palla*. Iterum *Cætera in Catia eſt demiſſa veſte tegentis.* Attamen elegantiæ cultúſque ſtudioſi tales gerebant. Propertius, lib. 4. eleg. 2. *Mundus demiſſis inſtitor in tunicis* Cumque tunicam cinctura colligeret & ſuſpenderet, diſcinctum fuiſſe probro dabatur, vt Mœcenati. Itaque in eius epicedio id excuſatur his verbis,

Quod diſcinctus eras animo quoque carpitur vnum:
Diluitur nimia ſimplicitate tua.
Sic illi vixêre, quibus fuit aurea virgo:
Quæ benè præcinctos poſtmodo pulſa fugit.
Inuide quid tandem tunicæ nocuêre ſolutæ?
Aut tibi ventoſi quid nocuere ſinus? Iterum
Et tibi ſecure tunicæ fluxêre ſolutæ. Rurſum,
Lydia te tunicas iuſſit laſciua fluentes
Inter laniſicas, ducere ſæpe ſuas.

Laxius quoque cingi, neque ſatis ſinum tunicæ adſtringi, vitio dabatur, vt Iulio Cæſari.

Ex libr. 11. cap. 6. Verſus eſt Horatij Satyricæ obſcænitatis,

—miratur Cunni Cuppiennius albi, explicandus tamen: mihi Videtur ex pudenda parte mulierem **C** intelligere, ex albo ingenuam. In ingenuis autem ſtupra legibus vindicabantur, non item in libertinis. Ingenuæ autem mulieres albatæ erant, libertinæ atratæ, nobiliores purpuratæ. Artemidorus καὶ εἰ μὲν ἡ χλαμὺς εἴη λευκή, ἐλευθέραν ὁ ἰδὼν γαμήσει. εἰ δὲ μέλαινα, ἀπελευθέραν. εἰ δὲ πορφυρᾶ, εὐγενεστέραν ἑαυτοῦ. Sic enim conijcit ſomnia iſta & viſa Artemidorus, quòd his eſſent ſolitæ. veſtibus vti ingenuæ, libertinæ, & nobiles.

Ex lib. 11. cap. 13. Caudam autem ſalacem venuſtè dixit, & expreſſius quàm Græci, quos imitatus eſt. Nam illi virile pudendum κέρκον, id eſt, caudam interdum vocant, & οὐρὰν. *Hunc* autem, *permixerunt calones*, valet huic pudicitiam eripue- **D** runt: vt & in eclogæ clauſula,

Ne nummi pereant aut pyga, id eſt, ne ſtupretur.

Ex lib. 29. cap. 31. *—quamuis non vitta ligatos*, inquit Tibull. lib. 1. Eleg. 6. *Impediat crines, nec ſtola longa pedes.* Honeſtæ & ingenuæ matronæ vittatæ & ſtolatæ erant: non item libertinæ, vt hinc ſuſpicer amicam Tibulli libertinam eſſe. Nam in libertinis non vindicabantur Veneris furta, ac ex eo ordine multæ meretrices erant. Horatius

Tutior at quanto merx eſt in claſſe ſecunda
Libertinarum. Meretricula apud Plautum, Ciſtellaria ſc. tum antehac amaui. *Eum*, inqoit, *depreſſum, quia ſumus libertinæ.* Idem ſcribit, *Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte*, Ouidius de matronis ingenuis libr. 1. de art. amandi & 2. Triſt.

A *Eſte procul vittæ tenues inſigne pudoris*
Quæq́; tegis medios inſtita longa pedes. Iterum 2. de art. amandi,

Luditur in noſtris inſtita nulla iocis.

Ex lib. 24. cap. 18. Quod in epigrammate ad amicum ſcribitur à Catullo,

Mirifice eſt actu nactus vtrimque malum, deprauatum ſuſpicor, emendandúmque ceor. *eſt tactu:* quo ſenſu ab Horatio dicitur,

—Matronam nullam ego tango.

Ex lib. 29. cap. 34. Limare pro delibare vſurpauit Lucretius libr. 3. hoc verſu,

Floriferis vt apes in ſaltibus omnia limant.

Sic poſtliminij iure in ſua redit vox, quæ exulabat, & in cuius vicem *libant* ſubſtitutum fuerat: **B** Sic, *Rem patris oblimare, malum eſt vbicumque*, dixit Horatius pro detertere.

Ex lib. 11. cap. 23. Sed & quod in quodam reperi perbono exemplari contemnendum non duxi, cùm aliquanto ſit apertius & clarius quàm edititia ſcriptura,

Nec magis hinc inter niueos viridéſque lapillos
Sit licet, hoc Cherinthe tuo tenerum eſt femur aut crus
Rectius. Vt dicat gemmato quàm inornato non eſſe delicatius femur. Puto tamen non adulteratum eſſe & verum, *Nec magis hinc: &* *—hoc Cherinthe tuum*, vt dicat, nō hinc femur hoc tuum eſt tenerius. quod ſit gemmatum & vnionibus diſtinctum. Lego etiam ex antiquis libris

Si interdicta petes, vallo circundata: Nam te
C *Hoc facit inſanum, multa tibi dum efficiunt res.* id eſt, ſi interdictam & vetitam petas matronarum venerem, ea veluti caſtra quædam, vallo circuodata eſt, & magna difficultate expugnanda: quæ res tamen ad inſaniam te adigit & furorem. Placet etiam vt editur,

—vallo circundata (nam te
Hoc facit inſanum) multa tibi tum efficient res. venerem matronarum appetas, ita vndique obuallatam atque munitam, quæ tamen res te ad amorem vehementer impellit & incendit, molta tibi obijcientur incommoda & impedimenta. Repeti etiam,

—Chlorin tibi pene videre eſt.

Vt nudam: Sed neſcio quomodo velut centuria- **D** tis magníſque comitijs omnium ordinum ſuffragia *Cois* meretur: in his etiam meum, ſi fortè hac acceſſiuncula lætetur. Chlorin tamen ſi quis tueatur, nomen erit meretriculæ. Sic & illa diſtinguo.

—Leporem venator vt alta
In niue ſectetur, poſitum ſic tangere nolit,
Cantat: & apponit, meus eſt amor huic ſimilis.

Amator inquit, cantat vt venator ſectetur in niue libenter leporem, ſic appoſitum in ferculo nolit tangere: & mox addit (hoc enim eſt apponit) ſuum amorem eſſe ſimilem. *Sectetur* autem non *ſectatur* legendum eſt, quod & veteribus credimus libris & Grammaticorum rationi ita flagitanti aſſentimur. Mox reperio, *Hiſcinè verſiculis*: & cùm verſiculos dicat, ſatis indicat verſus

ſus ſuperiores pro cantico accipi debere vt explicaui.

Ex lib. 21. cap. 15. *Eſt quidam Græcus*. inquit Tullius in Piſonem. Philodemus autem ſignificatur, cuius Horatius meminit in Sermonibus, *Gallis hanc Philodemus ait*. Huius aliquot hodiéque amatoria epigrammata in ἀνθολογίᾳ ἐπιγραμμάτων Græcorum reperiuntur.

Ex lib. 11. cap. 23. Ne nummi pereant, aut pyga. id eſt ne ſtupretur.

SATYRA 3.

Eos primùm reprehendit, qui quum ad ſua ipſorum vitia conniueant, in alienis videndis acumine oculorum valent. Deinde amatorum & patrum exemplo leuiora vitia in amicitia diſſimulanda eſſe docet. Poſtremò ad reprehenſionem Stoici paradoxi delabitur, quo paria eſſe peccata dicunt.

OMnibus hoc vitium eſt cantoribus, inter amicos
Vt numquam inducant animum cantare, rogati:
Iniuſſi numquam deſiſtant. Sardus habebat
*Ille Tigellius hoc. * Cæſar qui cogere poſſet*
Si peteret per amicitiam patris, atque ſuam, non
*Quicquā proficeret: ſi collibuiſſet * ab ouo*
*Vſque ad mala * citaret, Io Bacche, modò ſumma*
Voce, modo hac, reſonat chordis quę quattuor ima.
*Nil æquale homini fuit illi: * ſæpe velut, qui*
Currebat, fugiēs hoſtem: perſæpe velut ſi
** Iunonis ſacra ferret. habebat ſæpe ducentos,*
Sæpe decem ſeruos. modo reges, atque tetrarchas,
Omnia magna loquens. modo, ſit mihi menſa tripes, &
Concha ſalis puri, & toga, quæ defendere, frigus,
Quamuis craſſa, queat. decies centena dediſſes
A *Huic parco, paucis contento: quinque diebus*
Nil erat in loculis: nocteis vigilabat ad ipſum
Manè diem totum ſtertebat. nil fuit vnquam
*Sic * impar ſibi. nunc aliquis dicat mihi, quid tu?*
Nulláne habes vitia? immò alia, & fortaſſe minora.
B *Mænius abſentem Nouium cùm carperet: heus tu,*
Quidam ait, ignoras te? an, vt ignotum, dare nobis
Verba putas? egomet mi ignoſco, Mænius inquit.
Stultus, & improbus hic amor eſt, dignúſque notari.
Cùm tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
C *Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum,*
*Quàm aut aquila, aut * ſerpens Epidaurius? at tibi contrà*
Euenit, inquirant vitia vt tua rurſus & illi.
*Iracundior eſt paullo, minùs aptus * acutis*
*Naribus * horum hominum, rideri poſſit, eò quòd*
D ** Ruſticius tonſo toga defluit: & malè laxus*
In pede calceus hæret. at eſt bonus, vt melior vir
Non alius quiſquam: at tibi amicus: at ingenium ingens
Inculto latet hoc ſub corpore. denique te ipſum
** Concute, numqua tibi vitiorum inſeuerit olim*
Natura, aut etiam conſuetudo mala. namque

** Neglectis vrenda filix innaſcitur agris.* A
*Illuc * præuertamur, amatorem quòd amicæ*
Turpia decipiunt cæcum vitia: aut etiam ipſa hæc
*Delectant: veluti Balbinum * polypus Agnæ.*
Vellem in amicitia ſic erraremus: & iſti
Errori nomen virtus poſuiſſet honeſtum.
At pater vt nati, ſic nos debemus amici,
Si quod ſit vitium, non faſtidire. ſtrabonem B
Appellat pætum pater: & pullum, malè paruus
Si cui filius eſt: vt abortiuus fuit olim
Siſyphus. hunc varum, diſtortis cruribus: illum
Balbutit ſcaurũ, prauis fultum malè talis.
Parcius hic viuit? frugi dicatur. ineptus,
Et iactantior hic paullò eſt? concinnus amicis
Poſtulat, vt videatur. at eſt truculentior, atque C
Plus æquo liber? ſimplex, fortiſque habeatur.
** Caldior eſt? acreis inter numeretur. opinor*
Hæc res & iungit, iunctos & ſeruat amicos.
At nos virtutes ipſas inuertimus: atque
** Sincerum cupimus vas incruſtare. probus quis* D
Nobiſcum viuit? multum eſt demiſſus homo. illi
Tardo, cognomen pinguis damus. hic fugit omneis
Inſidias, nullíque malo latus obdit apertum?
(Cùm genus hoc inter vita verſetur, vbi acris
Inuidia, atque vigent vbi crimina) pro bene ſano,
Ac non incauto, fictum, aſtutúmque vocamus
Simplicior quis at eſt? (qualem me ſæpè libenter
Obtulerim tibi, Mæcenas) vt fortè legentem
*Aut tacitum * appellet, quouis ſermone moleſtus?*
Communi ſenſu planè caret, inquimus. eheu
Quàm temerè in noſmet legem ſancimus iniquam!
Nam vitijs nemo ſine naſcitur. optimus ille eſt,
Qui minimis vrgetur. amicus dulcis, vt æquum eſt,
Cùm mea compenſet vitijs bona, pluribus hiſce,
(Si modò plura mihi bona ſunt) inclinet, amari
Si volet. hac lege in trutina ponetur eadem.
*Qui, * ne tuberibus proprijs offendat amicum,*
Poſtulat, ignoſcat verrucis illius. æquum eſt,
Peccatis veniam poſcentem, reddere rurſus.
*Denique, * quatinus excîdi penitus vitium iræ,*
Cetera item nequeunt ſtultis hærentia: cur non
Ponderibus, moduliſque ſuis ratio vtitur? ac, res
Vt quæque eſt, ita ſupplicijs delicta coërcet?
Si quis eum ſeruum, patinam qui tollere iuſſus,
Semeſos piſceis, tepidúmq; ligurrierit ius,
In cruce ſuffigat: Labeone inſanior, inter
Sanos dicatur. quanto hoc furoſius, atque

Maius peccatum eſt? paullùm deliquit amicus: A
*Quod niſi concedas, habeare inſuauis, * acerbus,*
Odiſti, & fugis, vt Druſonem debitor æris:
Qui, niſi cum triſtes miſero venêre kalendæ,
Mercedem, aut nummos vndeunde extricat: amaras,
*Porrecto iugulo, * hiſtorias, captiuus vt, audit.* B
Comminxit lectum potus: menſâve catillum
** Euandri manibus tritum deiecit: ob hanc rem,*
Aut, poſitum antè mea quia pullum in parte catini
Suſtulit eſuriens: minus hoc iucundus amicus
*Sit mihi? * quid faciam, ſi furtum fecerit? aut ſi* C
*Prodiderit commiſſa * fide? ſponſúmve negarit?*
*Queis * paria eſſe ferè placuit peccata, laborant,*
Cùm ventum ad verum eſt: ſenſus, moréſque repugnant,
Atque ipſa vtilitas, iuſti propè mater, & æqui.
Cùm prorepſerũt primis animalia terris,
Multum, & turpe pecus, glandem, atque cubilia propter, D
Unguibus, & pugnis dein fuſtibus, atque ita porrò
Pugnabant armis, quæ pòſt fabricauerat (vſus:
Donec verba, quibus voces, ſenſúſque notarent,
Nomináque inuenêre. dehinc abſiſtere bello,
Oppida cœperunt munire, & ponere leges,

Nequis fur eſſet, neu latro, neu quis adulter.
Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli
Cauſa: ſed ignotis perierunt mortibus illi,
Quos Venerem incertam rapienteis more ferarum,
Viribus editior cædebat, vt in grege taurus.
Iura inuẽta metu iniuſti fateare neceſſe eſt,
Tẽpora ſi faſtóſque velis euoluere mũdi.
Nec natura poteſt iuſto ſecernere iniquum,
** Diuidit vt bona * diuerſis, fugienda petendis:*
** Nec vincet ratio hoc, tantundem vt peccet, idémque,*
Qui teneros caules alieni fregerit horti,
*Et qui * nocturnus diuûm ſacra legerit. aſſit*
Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas:
Ne ſcutica dignum, horribili ſectere flagello.
Nam vt ferula cædas meritum maiora ſubire
Verbera, non vereor: cùm dicas eſſe pareis res
*Furta latrocinijs: & * magnis parua mineris*
Falce reciſurum ſimili te, ſi tibi regnum
Permittant homines. ſi diues, qui ſapiens eſt,
Et ſutor bonus, & ſolus formoſus, & eſt rex:
** Cur optas, quod habes? non noſti, quid pater, inquit,*
Chryſippus dicat: ſapiens crepidas ſibi numquam,
Nec ſoleas fecit: ſutor tamen eſt ſapiens. quo?

Vt, quamuis tacet Hermogenes: cantor tamen, atque
Optimus eſt modulator: vt Alfenus vafer omni,
Abiecto inſtrumento artis, clauſaque taberna,
Sutor erat: ſapiẽs operis ſic optimus omnis
*Eſt opifex ſolus: ſic rex. * vellunt tibi barbam*
Laſciui pueri: quos tu niſi fuſte coërces,
Vrgeris turba circum te ſtante: miſerque
** Rumperis: & latras magnorum maxime regum.*
*Ne longum faciam: * dum tu quadrante lauatum*
Rex ibis: neque te quiſquam ſtipator, ineptum
Præter Criſpinum, ſectabitur: & mihi dulces
Ignoſcent, ſi quid peccauero ſtultus, amici:
Inque vicem illorũ patiar delicta libẽter:
Priuatúſque magis viuam te rege beatus.

Sardvs habebat Ille Tig.] Hermogenes, de quo ſuperiore ſaty.

Cæsar, qvi cogere p. &c. Cæſar, qui cogendi poteſtatem haberet, ſi eum oraret per amicitiam Iulij Cæſaris patris, & ſuam, ab eo non impetraret, vt caneret.

Patris] auunculi ſui natura: patris iure ciuili, id eſt, adoptione.

Ab ovo vsqve ad mala] prouerbium eſt, quod valet, à prima menſa ad ſecundam M. Tull. lib. 9. epiſt. ad Varron. *Integram famem ad ouum affero.* Apponebant enim etiam veteres oua in prima menſa: quod vel ex Athenæo lib. 3. cognoſcere licet. quamquam idem tradit lib. 14. etiam in ſecunda menſa apponi ſolita, his verbis, ἐδίδοτο δὲ καὶ ὠὰ ἐν τῇ δευτέρᾳ τραπέζῃ.

Citaret Io Bacche] probabile eſt carmen quoddam fuiſſe in laudem Bacchi hoc principio, *io Bacche*: aut, io quo hæ voces identidem iterarentur. Quia autem *io Bacche* vocandi caſus eſt, verbo citandi aptiſſimo, & cõuenientiſſimo vſus eſt: proinde ac ſi diceret Horatius: Tigellius ille, ſi ei collibuiſſet, carmina in Bacchi laudem caneret, Bacchúmque identidem appellaret, atque inuocaret. *io* autem vox eſt, lætitiam animi ſignificantium, vox triumphantibus gratulantium, vox inclamantium, & inuocan-

A tium. Tibull. *Agricolæ vobis, quam circum ruſtica pubes Clamet io, meſſeis, & bona vina date.* Ita & triumphantibus acclamabant *io triumphe*, vt ſuprà annot. ad Od. 9. epod. ſed Adr. Turnebus exiſtimabat legendum, *Io Bacche.*

Modò svmma voce, modò h. r.] modò acutiſſima, modò grauiſſima voce. Intellige, hunc Tigellium hoc loco vno tempore & voce, & fidibus ceciniſſe: organóque quattuor chordarum, quod τετράχορδον appellant Græci, vſum eſſe. *reſonat* autem excudendum curaui codices veteres ſecutus: ex quibus tamen nonnulli habent *reſonet.*

Nil æqvale homini f.] erat ſibi
B ipſe inæqualis, inconſtans, varius, multiplex, nullam vitæ æquabilitatem retinens.

Sæpe velvt q.] ordo verborum hic eſt, Qui ſæpe currebat, velut fugiens hoſtem.

Persæpe velvt, si ivn. s. f.] perſæpe ita incedebat, quaſi Iunonis ſacra ferret. eas autem virgines: quæ Iunonis, aut Cereris ſacra ferebant, quæ κανηφόροι dicebantur, vt notauimus ad illum locum, vt *Attica virgo Cum ſacris Cereris &c.* Sat. 8. lib. 2. tardiſſimè incidere ſolitas eſſe, declarat locus ille M. Tull. Offi. 1. *cauendum eſt, ne aut tarditatibus vtamur in ingreſſu mollioribus, vt ſimiles pomparum ferculis eſſe videamur: aut in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias celeritates.* & illud ἡραῖον βαδίζειν. id eſt Iunonium incedere: & il-
C lud Virg. lib. 1. *Aſt ego, quæ diuûm incedo Regina, &c.*

Habeat sæpe dvcentos, &c.] Totum hunc locum profert Seneca epiſt. 1. lib. 22. ſub extr. vbi de hominum inconſtantia diſſerit.

Sit mihi mensa trip.] qualis eſt pauperum, & tenuium. Ouid. Metam. 8. *menſam ſuccincta, tremẽnſque ponit anus: menſæ ſed erat pes tertius impar: Teſta parem fecit.*

Concha salis pvri] concha ſalis, id eſt, ex concha ſalinum. ſuprà Od. 16. lib. 2. *Viuitur paruo benè, cui paternum Splendet in menſa tenui ſalinum.* per concham ſalis puri, tenuem victum, paruúmque apparatum ſignificat. talis enim eſt pauperum victus & apparatus, panis & ſal pro
D obſonio. vt Sat. 2. libr. 2. *cum ſale panis Latrantem ſtomachum bene leniet.* Et Plutarch. Sympoſ. κινδυνεύουσι γὰρ οἱ ἅλες τῶν ἄλλων ὄψων ὄψον εἶναι καὶ ἥδυσμα. διὸ καὶ χάριτας ἔνιοι προσαγορεύουσιν αὐτούς, ὅτι τῆς τροφῆς ἀναγκαῖον ἡδὺ ποιοῦσιν, id eſt, videtur enim ſal aliorum obſoniorum obſonium & condimentum eſſe. Quocirca & eum gratias appellant nonnulli, quia victum, eum, qui neceſſarium eſt, dulcem efficiat.

Pvri] cur puri? an quòd res puras & incorruptas conſeruet, & iccirco appellatur à Lycophrone ἁγνίτης, & ab Homero θεῖος; an per purum, merum & ſolum & ſimplicem, & ſine vllo alio obſonio coniunctum ſignificat, vt ſal purus, ſolus, & ſimplex obſonij loco ſit? quod probabilius eſt.

Defendens

Digitized by Google

A Defenoere] id eſt, arcere, & propolſare, vt ſop. Od. 17. lib. 1. *Defendit æſtatem capellis.*

Decies centena] decies centena ſeſtertia, id eſt, decies centum millia nummûm: quæ efficiũt circiter xxv. aureorum Gallicorum, aur Italicorum millia. vſorpabatur à veteribus pro ingenti ſumma. de ſeſtertio autem plura alibi dicemus.

Hvic parco p. c.] εἰρωνικῶς: vel qui paullo antè tam parcus, & tam paucis contentus erat.

Sic impar sibi] ſic inæquale, atque ioconſtans.

Mænivs abs] ſi Mæuins recta & emendata eſt ſcriptura, credibile eſt bic deſcribi ab Horatio Mæuiom illum, de quo Virg. in Palæmone, *Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui.* Sed plerique legunt Mænius, exiſtimantes ab Horatio ſignificari luxurioſum illum Mænium, & facetiſſimum ſcurram, qui ex amplissimo & lautiſſimo patrimonio nihil ſibi præter vnam columnam excepit, quin omne profunderet, ac diſſiparet, vnde gladiatores ſpectarer. de eo autem plura dicemus ad epiſt. ad Vallam, ibi, *Mænius vt rebus maternis, &c.* B

Ignoras te?] non oouiſti te? ſic Terent. Heaut. *Erras, ſi id credis: & me ignoras Clinia.* M. Tull. Academic. quæſt. lib. 4. *Maiore ſtudio Lucullus philoſophiæ ſtudio deditus fuit, quàm, qui illum ignorabant, arbitrabantur.*

C

Immo alia et f. m.] libr. qoidem omnes vulgati habent *haud fortaſſe min.* ſed aliquot veteres: in bis duo Vatic. Iannoct. Farrn. Rainurij Card. & Tom. & Nicotian. Cleric. *immò alia, & fortaſſe minora.* quos ſecutus ſum.

An, vt ignotvm dare nobis v.] dare verba, eſt nihil, præter verba, dare: multa quidem & larga promittere, ſed nihil re præſtare: verbis iactare, ad decipere. Tereotius Heaut. *Dic me hic oppido eſſe inuitam, atque ſeruari: Verùm aliquo pacto verba me his daturam eſſe, & venturam.* Lucilius. *Vni ſe atque eidem ſtudio omnes dedêre, & arti, Verba dare vt cautè poſſint, pugnare doloſe, blanditia certare, bonum ſimulare virum ſe, Inſidias facere, vt ſi hoſtes ſint omnibus omnes.* Plaut. Menæch *Sic hoc decet, dari facetè verba cuſtodi cata.* Idem Milite glor. *Ve miſero mihi. Verba mihi data eſſe video.* D

Stvltvs et improbvs n. a.] hoc genus hominum, qui in aliorum ingenijs, ac moribus obſeruandis ſunt diligentes, & acres: in ſuis admodum negligenres, pulchrè notat Theognis his verſibus, Νήπιος, ὃς τὸν ἐμὸν μὲν ἔχει νόον ἐν φυλακῇσι. Τὸν δ' αὐτοῦ ἴδιον οὐδὲν ἐπιστρέφεται. id eſt, Stultus eſt, qui mentem quidem meam obſeruat: ſuam autem noo artendit. & Plutarchus lib. περὶ εὐθυμίας. τί τὸ ἀλλότριον, ἄνθρωπε βασκανώτατε, κακὸν ὀξυδερκεῖς, τὸ δ' ἴδιον παραβλέπεις; id eſt, quid alienum malum, homo inuidiſſime, acutiſſimè perſpicis: tuum tranſuerſis & conniuentibus oculis intueris?

Non abhorrent ab his illa Ciceronis lib. 3. Tuſcul. q. *Et qui ſuescaſu aliter ferunt, atque vt alij auctores ipſi fuerunt, non ſunt vitioſiores, quàm ferè plerique, qui auari auares, gloria cupidos glorioſi reprehendunt. Eſt enim proprium ſtultitia aliorum vitia cernere obliuiſci ſuorum.*

Cùm tva pervideas oc. m. l. i.] buius loci hæc ſententia eſt. Cùm tua mala oculis lippientibus, & negligenter vel quaſi lippus, cuius oculi inoncti, id eſt vncti ſunt, cetnas, cur in amicornm, &c. P. Victorius libr. Var. lectionum 20. air hoc loco *peruidere*, idem valere, quod apud Græcos παραβλέπειν, quod eſt, non admodum contentis oculis intueri, conniuere, negligenter inſpicere. Atqui apud M. Tullium aliam vim habet verbum peruidendi. vt lib. 5. de finib. *Intrandum eſt igitur in rerum naturam, & penitus, quid ea poſtulet, peruidendum.* Et apud Lucret. lib. 1. *Peruideamus vtrùm finitum funditus omne Conſtet, an immenſum pateat, vaſtéque profundum.* & lib. 2. *Ex quo iactari magis omnia materiai Corpora Peruideas.* Itaque exiſtimarim, quod quidem pace Victorij dixerim, *peruidere* ſemper ſignificare acerrimè, & acutiſſimè intueri: ſed hoc loco fieri, vt contrarium ſignificare videatur propter has voces adiectas, *oculis lippus inunctis.* ſic ſuprà dixit Od. 7. lib. 3. *nam ſcopulis ſurdior Icari Voces audit adhuc integer.* inunctis autem participium eſt à verbo *inungor.* epiſt. 1. lib. 1. *Non tamen idcirco contemnas lippus inungi.*

Tam cernis acvtvm] ὀξυδερκεῖς, vt loquitur apud Plutarchum poëta quidam.

Aqvila] Traditum eſt à veteribus, aquilas eſſe acie oculorum acutiſſima præditas: eaſdem pullos ſuos nuper natos Soli admouere, cogereque, vt ſolem aduerſum intueantur: quod ſi facere poſſint, legitimos haberi: ſin minus, vt adulterioos reijci. Hom. quoque ἰλιάδ. ρ. aquilam omnium auium eſſe oculariſſimam ſatis declarat ijs verſibus, quibus Menelaum quoquouerſus circumſpicientem, ſi forte Aotilochum reperiat, vt eum ad Achillem mittat, Patrocli mortem nuntiatum, eum aquila comparat, his verbis. Πάντοσε παπταίνων, ὥς τ' αἰετὸς, ὅν ῥά τέ φασιν Ὀξύτατον δέρκεσθαι ὑπουρανίων πετεηνῶν, id eſt, qooquouerſus circumſpiciens, tanquam aquila, quam omnium auium acutiſſimè cernere ferunt.

Serpens Epidavrivs?] draco. oculatiſſimum eſt enim genus draconom, ex quo oomen traxerunt. nam δέρκεσθαι cernere eſt: vnde dracones ſunt appellati, ſerpentem Epidaurinm dixit, vel quòd Æſculapius Epidauri colitur, cui ſacri ſuot dracones: vel quòd in agro Epidaurio, nuſquam alibi, genus quoddam draconum naſcitur manſoetum, colore ab alijs differens, vt ſcribit Paoſan. io Corioth. vel quòd Romanis graui peſtilentia laborantibus, draco Epidanro Romam aduectus, ſaluti fuit, & hac ſpecie Romæ colebatur. quod poſtremum probabilius eſt. poſuit tamen ſerpentem Epidaurium

Digitized by Google

pro quouis alio dracone. Adiuuat autem & confirmat hanc poſtremam ſententiam Arnobius lib. 7. aduerſus gentes. Et Epidauro, tamen qui eſt aliud allatum, niſi magni agminis coluber? fidem ſi annalium ſequimur, & exploratam eis attribuimus veritatem, nihil (vt conſcriptum eſt) aliud. quid ergo dicimus? Æſculapius iſte, quem prædicatis, Deus præſtans, ſanctus Deus, ſalutis dator, valetudinum peſſimarum propulſator, prohibitor & extructor, ſerpentis eſt forma, & circumſcriptione fructus: per terram reptans, cœno naris vt vermiculis mos eſt, ſolum mento radit & pectore, tortuoſis voluminibus ſe trahens, atque vt pergere prorſus poſſit, partē ſui poſtremam conatibus prioris adducit, &c.

B

Iracvndior est pavllu, &c.] huius loci hæc ſententia eſt. Eſt aliquis fortaſſe aliquanto plus quàm par ſit iracundus, qui leuiſſima de cauſa iraſcitur, & icircò minus aptus eſt congreſſibus hominum, qui hodie viuunt, dicacium, & vrbanorum, quia ferre non poteſt eorum ſales & riſus, & dicta, id eſt, ſcommata. cùm ſit autem ſubruſticis moribus, & inculto corpore, expoſitus eſt dicacium hominum naſo. Eſto igitur aliquis, tali ingenio, talique corporis cultu: at vir bonus eſt, at tibi amicus eſt, at ingenio præſtat. eſt igitur ferendus & amandus.

Minvs apt. ac Nar. horvm hom.] minus apte huiuſce ætatis hominum

C

vrbanitati atque irriſoni, qui ſagaciſſimè aliorum mores odorantur, vitiàque vel leuiſſima vrbanè inſectantur. acutæ nares, ſunt ſagaciores: obtuſæ & obeſæ, ad odorandum ineptiores. iracondi autem homines, inepti ſont ad congreſſus hominum vrbanorum, & dicacium, quia ſi quid in eis reprehendendum eſt, illis quidem ridendi materiam præbeot, ipſi autem ferre non poſſunt propter innatam iracundiam: quanto autèm moleſtius riſus & falſa dicta ferunt, tanto magis irridentur. Alij ſic diſtinguunt, quod & mox iterabimus, *Iracundior eſt paullo: minus aptus: acutis Naribus hominum rid. p. &c.* vt ſit hæc ſententia, Iracundior eſt paullo, minus aptus. id eſt, ineptus ad hominum congreſſus, quia ſit aliquanto iracundior: rideri poſſit acutis nari-

D

bus hor. homi. id eſt, rideri poſſit ab iſtis naſutis, & deriſoribus. Simeo Boſius Lemouix autem dicebat mihi, ſe in ſuo codice perantiquo ſcriptum habere, *iracundior es paullo* quam ſcripturam nullo modo probo. vide epiſt. ad Mæcen. 3. lib. 1. ibi, *ad hæc ego naribus vti formido.* Sed quidam ſic legendum ac diſtinguendum exiſtimant, minus aptus, acutis narib. hor. hom. &c. vt ſit hæc ſententia, Iracundior eſt paullo, minus aptus, id eſt, homo ineptus: & poſt minus aptus, locant interpunctionis notam, aut virgolam, aut comma: deinde ita ſequetur, ἀσχιδῆτες, rideri poſſit, eò quòd, &c. id eſt, ridiculus ſit, eò quòd ruſticius eſt tonſus, quòd ei toga laxa, minúſque aſtricta pendet è pectore, ſeu ex humeris.

Rideri possit eò qv.] hæc verba declarationem, rationémque continent ſuperiorum, nempe, cur ſit minus aptus ac. n. h. h. vel dic vt proximè diximus.

Eo qvod Rvsticivs tonso toga defl. et m. l. In p. c.] id eſt, quòd & imperitius tonſus eſt, & toga non eſt aptè compoſita, & calceos habet nimis laxos, ita vt in eis pes quaſi natare videatur, vt loquitur Ouidius: id eſt, malè hæreat, incertus & inſtabilis ſit. Quidam dicunt hìc Virgilium vellicari, quaſi ſubruſticis motibus hominem.

Male' laxvs in p. c. h.] ſi *male* coniungas cum nomine laxus, ſic erit interpretandum, nimis, aut valde laxus, vt infr. ead. Sat. *male parvus ſi cui filius eſt.* & Od. 17. lib. 1. *ne male diſpari Incontinentes iniciat manus.* & Sat. 4. *Sulcius, & Caprius rauci male.* & Sat. 5. lib. 2. *malè tuſſiet.* aliàs contrariam habet ſignificationem, vt Od. 9. lib. 1. *aut digito male pertinaci,* id eſt, parum pertinaci. & epiſt. ad Mæcen. 3. lib. 1. *vt male ſanos Aſcripſit Liber ſatyris, Faunisque poëtas.* M. Tull. epiſt. ad Att. lib. 2. *Sed ego odi illum malè Conſularem.* Catull. ad Aur. & Fur. *malè me marem putaſtis.* Ouid. lib. 1. de arte. *Et ſi quis malè vir quæret habere virum.* T. Liuius lib. 35. annalium, *videretis vix duorum malè plenarum legiuncularum inſtar in caſtris regis.* Sed omnino hoc *malè*, cohærere debet, cum verbo *hæret*, vt ſit hic ordo, & ſtructura. *& calceus laxus in pede male hæret.* Vnum autem hoc eſt argumentum ruſticitatis maiorem pede calceum gerere, vt docet Theophr. libello, quem inſcripſit ἠθικοὶ χαρακτῆρες ſic enim ille, capite περὶ ἀγροικίας, id eſt de ruſticitate. καὶ ἀγροῖκος τοιοῦτος τις, οἷος μείζω τοῦ ποδὸς ὑποδήματα φορεῖν, id eſt, ruſticus eo ingenio eſt, vt pede maiores calceos gerat.

Svb corpore] aliquot membranæ manu ſcriptæ habent, *ſub pectore.* quæ ſcriptura non eſt fortaſſe reijcienda. pectus enim proculdubio propriè, pars eſt corporis, ſed ex ſententia Epicureorum, animi, & ingenij, & conſilij ſedes. Ex quo pro animo à poëtis vſurpatur. hanc ſcripturam confirmat illud ex Sat. 6. huius lib. *& latum demiſit pectore clauum.*

Nvmqva tibi vit. ins.] id eſt, numqua vitia tibi natura ingenuerit, ſeu ingenerauerit. malè autem Acron, ſiue potius Pſeudacron, qui *inſeuerit* poſitum eſſe putat pro inſita fuerit. & *numqua* coniungit cum *natura.*

Consvetvdo mala] conſuetudinem malam, non intelligit victus conſuetudinem cum vitioſis, & improbis hominibus: quamuis hæc quoque multùm valeat ad animos corrumpendos, vt oſtendit Theognis his verſibus, Οἱ κακοὶ οὐ πάντως κακοὶ ἐκ γαστρὸς γεγόνασιν, Ἀλλ' ἄνδρεσσι κακοῖς συνθέμενοι φιλίην. id eſt, *vitioſi & improbi homines, non prorſus vitioſi ex vtero naſcuntur: ſed ex eo vitioſi fiunt, quòd cum vitioſis familiaritate*

miliaritate coniuncti ſint: ſed conſuetudinem pec- A
candi: de qua Ariſtot. lib. 3. de morib. ad Nicomach. his verbis, ἀλλὰ τοῦ τοιούτους γενέσθαι αὐτοὶ αἴτιοι, ζῶντες ἀνειμένως· καὶ τοῦ ἀδίκους, ἢ ἀκολάστους εἶναι, οἱ μὲν κακουργοῦντες, οἱ δ᾽ ἐν πότοις, καὶ τοῖς τοιούτοις διάγοντες· αἱ γὰρ περὶ ἕκαστα ἐνέργειαι, τοιούτους ποιοῦσι, id eſt, vt quidem nos vertimus (noſtri enim vti licet) verum cur tales extiterint, cauſam ipſi ſuſtinent, quippe qui negligenter ac diſſolutè viuant: & cur iniuſti, atque intemperantes ſint, cauſa in ipſis conſiſtit, vt pote quorum alteri in maleficijs, alteri in compotationibus, & id genus delicijs ætatem conſumant. Nam quales ſunt in quaque re collocatæ functiones, taleis eos, qui munere funguntur efficiunt. Prætereà idem lib. 2. prin- B
cip. docet, virtutes moraleis, quas Græci ἠθικὰς appellant, nomen habere ex ἔθος, id eſt, ex conſuetudine: quod nomen paullum declinat ac deflectit ἀπὸ τοῦ ἔθους, id eſt, à moribus & comparari conſuetudine. & M. Tull. libr. 3. accuſat. *o conſuetudo peccandi: quantam habes iucunditatem in improbis, & audacibus, cum pœna abeſt, & licentia conſecuta eſt.*

Namqve neglectis vrenda filix, &c. allegoria eſt, per quam ſignificat, in animis nulla doctrina excultis vitia innaſci.

Illvc prævertamvr] ad illud prius veniamus: illud priore loco explicemus de amatoribus, qui amicarum ſuarum vitijs ita blandiuntur, & ignoſcunt, vt etiam interdum ijs de- C
lectentur, aut certè ea non animaduertant, quàm de amicorum officio dicamus. Plautus hoc verbum in Milite glor. cum accuſandi caſu coniungit, *Igitur id quod agitur, nunc hoc primum præuorti decet.* In Mercatore cum dandi, *otium non eſt: mandatis rebus præuorti volo.* ſic Cæſar libr. 7. de bello Gallico, *huic rei prævertendum exiſtimauit.* T. Liuius lib. 35. παρενθετικῶς. *Aliud in præſentia, quod magis inſtaret, præuertendum ſibi eſſe dixit.*

Amatorem qvod am. tvrpia decipiunt] decipiunt amatorem, id eſt, ab amatore non animaduertuntur, neque ſentiuntur: ſed ignorantur, λανθάνουσι, fallunt, latent. vt ſuprà Od. 13. lib. 2. *Dulci laborem decipitur ſono.* Plato libr. 5. de Rep. oſtendens, eum, qui aliquid amet, D
non ſolùm id amare, quod ſit in eo genere perfectum, ſed id omne, quod ſit eius generis: neque quemquam, diſciplinarum cupidum verè dici ſolere, qui hanc, vel illam diſciplinam ſequatur: ſed eum, qui hoc nomine dignus ſit, omneis diſciplinas colere, & amplecti oportere: exemplum affert amatorum eorum, qui puerilibus amoribus dediti ſunt: aitque illos puerorum omnium, in quibus inſit maturitas illa ætatis, aſpectu quodam modo pungi, & commoueri: eorúmque vitia corporis, ſiqua ſint, ſtudioſe extenuare, & eleuare. verba Platonis ſunt hæc, ἢ οὐχ οὕτω ποιεῖτε πρὸς τοὺς καλούς; ὁ μὲν ὅτι σιμὸς, ἐπίχαρις κληθεὶς ἐπαινεθήσεται ὑφ᾽ ὑμῶν· τοῦ δὲ τὸ γρυπὸν, βασιλικὸν φατὲ εἶναι· τὸν δὲ δὴ διὰ A
μέσου τούτων, ἐμμετρώτατα ἔχειν. μέλανας δὲ, ἀνδρικοὺς ἰδεῖν. λευκοὺς δὲ, θεῶν παῖδας εἶναι. μελιχλώρους δὲ καὶ τοὔνομα οἴει τινὸς ἄλλου ποίημα εἶναι, ἢ ἐραστοῦ ὑποκοριζομένου τε, καὶ εὐχερῶς φέροντες τὴν ὠχρότητα, ἐὰν ἐπὶ ὥρᾳ ᾖ; καὶ ἑνὶ λόγῳ πάσας τε προφάσεις προφασίζεσθαι, καὶ πάσας φωνὰς ἀφίετε, ὥστε μηδένα ἀποβάλλειν τῶν ἀνθούντων ἐν ὥρᾳ, id eſt, nonne ita vos geritis aduerſus formoſos? nónne hic quidem quod ſit ſimus, venuſtus appellabitur, atque à vobis laudabitur? illius naſum aquilinum dicitis regium eſſe? alium, qui medius inter hos locatus ſit, exquiſitiſſimam mediocritatem obtinere? nigros autem aſpectum virilem præ ſe ferre? candidos, Deorum eſſe filios? B
Iam verò eorum, qui μελίχλωροι appellantur, nónne nomen ipſum ab eo amatore factum eſt, qui eius, quem amet, pallorem luridum, ac ſubuiridem extenuet, facileque ferat, ſi ſit ætate matura? Denique (vt vno verbo abſoluam) cauſas omneis excogitatis, vocéſque omneis mittitis, vt ne quis eorum, quorum ætas floreat, de manibus veſtris elabatur. Huc pertinent quæ Lucretius ſcribit libr. 4. *Multis modis igitur prauas, turpiſque videmus Eſſe in delicijs, summóque in honore vigere. Atque alios alij irrident, Veneremque ſuadent Vt placent, quoniam fœdo afflictantur amore, Nec ſua reſpiciunt miſeri mala maxima ſæpe. Nigra* μελίχροος. [id eſt mellei coloris] *eſt, immunda, & fœtida* ἄκοσμος [id eſt immunda ſeu inornata.] *Cæ-* C
ſia παλλάδιον· [id eſt parua Pallas] *neruoſa & lignea,* δορκάς· [id eſt caprea] *Paruula pumilio,* χαρίτων μία [id eſt vna gratiarum] *tota merum ſal. Magna atque immanis,* κατάπληξις, [id eſt horrorem ſeu potius ſtuporem incutiens.] *plenáque honoris: Balba, loqui non quit,* τραυλίζει, [id eſt balbutit.] *muta, pudens eſt: At flagrans, odioſa, loquacula,* λαμπάδιον, [id eſt parua lampas] *fit:* Ἰσχνὸν ἐρωμένιον [id eſt gracilis amicula] *tum fit, cum viuere non quit Præ macie:* ῥαδινὴ *verò eſt iam mortua tuſſi. At gemina & mammoſa, Ceres eſt ipſa ab Iaccho: Simula* σιληνή, [id eſt ſilena] *ac Satyra eſt: labeoſa* φίλημα, [id eſt oſculum] His ſimilia ſunt illa apud M. Tull. lib. 1. de natu. Deor. *Næuus in articulo pueri delectat Alcæum. at eſt corporis macula* D
næuus. Illi tamen hoc lumen videbatur. Q. Catulus huius collegæ, & familiaris noſtri pater, dilexit municipem ſuum Roſcium: in quem etiam illud eſt eius: Conſtiteram exorientem Auroram forte ſalutans, Cum ſubito à læua Roſcius exoritur: Pace mihi liceat, cæleſtes, dicere veſtra: Mortalis viſus pulchrior eſſe Deo. Huic pulchrior Deo? at erat, ſicut hodie eſt, peruerſiſſimis oculis. ſic & Theocr. ἐν ἐργάτις Βομβύκα χαρίεσσα, Σύραν καλέοντί τυ πάντες, Ἰσχνὰν, ἁλιόκαυστον. ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον. Bombyce venuſta, Syram, te omnes appellant, gracilem, ſole peruſtam: ego autem ſolus pallidam, & ſubflauam. Itaque amorem cæcum faciunt ideò, quòd amantes, eorum, quos amant, deformitatem tum animi, tum corporis non videant: & quòd ea, quæ minimè pulchra ſunt, amanti pulcherrima videantur: quemad-

modum idem Theocr. ait in Βωκολιάς. ἦ γὰρ ἔρωτι Πολλάκις ὦ πολύφαμε τὰ μὴ καλά, πέφανται.

Polypvs] Ode 12. epod. *Polypus an grauis hirſutis cubet hircus in alis.*

Strabonem App.] oculis peruerſis ac diſtortis. M. Tull. lib. 1. de natura deorum. *redeo ad deos. Ecquos, ſi non tam ſtrabones, at paetulos eſſe arbitramur?*

Pætvm] pæti dicuntur ſemicluſis oculis, & vt ait Porphi. leuiter declinatis. qualis pingebatur Venus.

Et pvllvm] quaſi paruulum.

Malè parvvs] valde paruus.

Vt abortivvs f. o. Sisyphvs] quis fuerit iſte Siſyphus, quæro: credibile eſt abortioum dictum eſſe propter corporis breuitatem, Siſyphum propter calliditatem.

Nvnc varvm distortis, &c.] hūc, qui diſtortis eſt cruribus, varum appellat.

Balbvtit Scavrvm] balbotiendo ſcaurum nominat. ſcauri dicuntur, quorum tali exſtant, ſeu prominent.

Pareivs hic vivit? fr. o.] docet nonc, qoo pacto amicorum vitia ſint verbis extenuanda, diſſimulanda, ac ferenda.

Ineptvs] quid valeat nomen *ineptus* apod Latinos, docet M. Tull. lib. 2. de Orat. *Quem nos ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quod non ſit aptus: idque in ſermonis noſtri conſuetudine perlate patet. Nam, qui aut, tempus quid poſtulet, non videt, aut plura loquitur, aut ſe oſtentat, aut eorum, quibuſcum eſt, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus eſt, is ineptus dicitur.*

Concinnvs] lepidus, politus, eorum, quibuſcum viuit, ingenio, & moribus accommodatus, commodus. Lucret. lib. 4. *Et ſimul ipſa viris Venus vt concinnior eſſet.*

Trvcvlentior] qualis ille Stratilax Plautinus, à quo dicta comœdia eſt Truculentus.

Simplex] ſimplicem appellant Latini apertum, liberum, nihil diſſimulantem, omnia & loquentem, & facientem, quæ ſentit, & tecta iudicat. ſic item & Græci. Euripid. Ἰφιγ' ἐν αὐλ. ſub perſ. Achill. Ἐγὼ δ' ἐν ἀνδρὸς εὐσεβεστάτου τραφεὶς Χείρωνος, ἔμαθον τοὺς τρόπους ἁπλοῦς ἔχειν, id eſt, ego autem in viri maximè pij domo educatus, Chironis, didici mores ſimplices habere. cui contrarius duplex διπλοῦς ſupr. Od. 6. libr. 1. *Nec curſus duplicis per mare Vlyſſei.* Euſtath. p. 1279.

Caloior] calidior, ardentior, feruidior.

Hæc res et ivngit, &c.] Plato quodam loco ait hac te amicitiam maximè integram, incolumémque conſeruari, ſi noſtra in amicos beneficia, minora eſſe putemus, quàm ij in quos conferuntur, putant: illorum contrà, erga nos merita, maiora nobis, quàm illi exiſtimant, videantur. ſic Plato ταῦτα φυλάττοντες, ἀσάλευτον τὴν φιλίαν φυλάξομεν.

Ivnctos et serv. am.] id eſt, Atque amicos partos & conciliatos, continet. fruſtrà autem amici parentur, niſi in amicitia retineantur. Nam quid iouat præda, ſi poſtea quàm capta eſt, elabatur è manibus? inquit Themiſtius iunior. τί γὰρ ἂν εἴη κέρδος τῆς ἄγρας, εἰ κρατήσαντες αὐτῆς μὴ κατασχοίμεθα;

At nos virtvtes ip.] tantum abeſt (inquit) vt amicorum vitia extenuemus, leuioribúſque nominibus appellemus, vt contrà, eorum virtutes vitiorum nominibus calumniantes inquinemus.

Atqve Sincervm cvp. vas.] quæ ſunt ſuapte natura pura, & ſincera, ea per ſummam iniquitatem, & malitiam turpi, atque impuro tectorio deformamus, allegoria eſt, per quam ſignificat, nos, quæ ſunt recta, honeſta, cum virtute coniuncta, ea per improbiſſimam calumniam praua, turpia, vitioſa nominare. Incruſtabantur autem vaſa vel lapide, vel tectorio, vel herba intrinſecus. Lucill. *nam vel regionibus illis incruſtatis calix ruta, caulive bibetur.* Tale ferè eſt illud Plautin. Moſtell. *Vna opera ebur atramento candefacere poſtulas.*

Probvs qvis Nob. viv. &c.] hunc locum ſic explicabam, vulgatam lectionē, quam tamen nonnulli codices veteres confirmant, ſecutus: quæ talis eſt. *probus quis Nobiſcum viuit, multum demiſſus homo: illi Tardo cognomen pingue damus.* ſi quis probus, & demiſſus homo nobiſcum viuit: illum tardum & pinguem nominamus. hæc enim *tardo, pingue*, ἀσυνδέτως poſita mihi videbantur eſſe: atque ita longè maiorem vim habeut, quàm ſi dixiſſet tardo & pingui, vt infrà eadem ſatyra, *habeare inſuauis, acerbus.* Iam verò non eſt dubium, quin vox *demiſſus.* interdum in laude ponatur. vt apud M. Tull. pro Muræna. *ſit apud vos modeſtiæ locus: ſit demiſſis hominibus perfugium: ſit auxilium pudori.* Idem lib. 2. de orat. ad Q. Fr. *eáque omnia, quæ proborum, demiſſorum, non acrium, non pertinacium, non litigioſorum, non acerborum ſunt.* ſed deintegro conſultis libris manuſcriptis, aliter arbitror hunc locum eſſe explicandum. ſic autem in eis ſcriptum eſt. *probus quis Nobiſcum viuit? multum eſt demiſſus homo. illi Tardo cognomen pinguis damus:* quæ ſic explico. Si quis probus nobiſcum viuit: eum dicimus eſſe hominem demiſſum, & abiectum. ſi quis ſit tardus: eum pingoem appellamus.

Hic fvgit om. Ins.] ſi quis eſt cautior, & aduerſus omneis inſidias, & fallacias hominum ſeptus, ac monitus, cùm inter eos homines ſe verſari intelligat, qui bonis inuidere, & innocenteis criminari ſolent: pro prudente, & cordato, fictum, aſtutúmque eum appellamus.

Nvllíqve malo latvs obd. ap.] tralatio eſt à re militari, aut à gladiatoribus, qui ſtudioſè cauere ſolent, debent qoidem certè, ne latus apertum aduerſario oſtendant. Tibullus nudum latus appellat libr. 1. eleg. 4. *Si volet arma, leuis tentabis ludere dextra: Sæpe dabis nudum,*

vincat

vincat vt ille, latus. Cæſar libr. 1. de bello Gallic. idem lib. 7. *Multis vndique vulneribus acceptis, nulla munitione perrupta, cùm lux appareret, veriti ne ab latere aperto ex ſuperioribus caſtris eruptione circumuenirentur, ſe ad ſuos receperunt. Boij, & Tulingi, qui hominũ millibus circiter XV. agmen hoſtium claudebant, & nouiſſimis præſidio erant, ex itinere noſtros latere aperto aggreſſi circumuenere.* contrarium eſt *latus tectum.* Terent. Heautont. *triumpho, ſi licet me latere tecto diſcedere.*

Crimina] criminationes, ἐγκλήματα. vt infrà epiſt. ad Loll. 2. lib. 1. *Vt penitus notum ſi tentent crimina, ſerues.*

Simplicior] apertior, vt ſuprà *ſimplex, fortiſque habeatur.* opponitur duplici, vaſro, & callido. *Simplicior quis at eſt* autem edendum curaui libros veteres pleróſque omneis ſecutus. pro quo alij habent, *Simplicior ſi quis, qual. &c.* minùs emendatè.

Avt tacitvm appellet] hunc locum in omnibus codicibus vulgatis corruptum, reſtitui. nam cùm antea legeretur *impellat*, ego *appellet* reponendum curaui, ab vno codice manu exarato admonitus, atque adiutus, in quo ſcriptum erat, *appellat*. quid ſit autem tacitum, aut legentem appellare, ſciunt omnes, qui Latinè ſciunt. Verùm tamen minus exercitatos exempla docebunt. Cic. in Bruto, *Videor enim iam te auſurus appellare, quoniam longo interuallo modò primùm animaduerti paullo te hilariorem.* idem epiſt. 2. libr. 1. *videbatur enim reconciliata nobis voluntas ſenatus eſſe, quod tùm dicendo, tum ſingulis appellandis perſpexeram.* Idem in orat. pro P. Quinctio, *Tunc appellat vltro Naeuium, vt quoniam, &c.* Idem libr. 15. epiſtol. *Tu mi Treboni, quando ad amorem meum aliquantulum diſcedens addidiſti: quo tolerantius feramus igniculum deſiderij tui, crebris nos litteris appellato.* Idem 1. libr. accuſ. *appellat heredem L. Annium, qui erat inſtitutus ſecundum filiam. non enim mihi perſuadetur, iſtum ab illo prius appellatum: dicit ſe poſſe ei condonare edicto hereditatem.* Idem procœmio accuſ. Verr. *Videt ad ipſum fornicem Fabianum in turba Verrem: appellat hominem, & ei voce maxima victoriam gratulatur.* Plautus in Trinum. *lubet adire, atque appellare hunc. verum auſculto perlubens: ſed metuo, ſi compellabo, ne aliam rem occipiat loqui.* Plus eſt autem tacitum aut legentem appellare, quàm appellare ſimpliciter. nam tacitum, aut etiam legentem appellare, interpellare eſt: quæ ſententia huic loco conuenit maximè, legentem autem, tacitúmve impellere, quid ſibi velit hoc loco, neſcio. hoc tantùm dicam, ſi Horatius, aut quis alius principem impelleret: non ſimplex, aut quouis ſermone moleſtus, aut communis ſenſus expers diceretur: ſed vel, vt inſanus, & mente captus vinculis conſtringeretur: vel, vt audax, & ſceleſtus, ſupplicio afficeretur. nemo enim impellitur ſine grauiore ictu, vt vis verbi declarat. tribus, quattuórve exemplis contenti erimus. Cicero pro Plancio. *Etenim, ſi quando, vt fit, iactor in turba, non illum accuſo, qui eſt in ſumma ſacra*

A *via, cum ego ad Fabij fornicem impellor: ſed eum, qui in me ipſum incurrit, atque incidit.* Idem in Cluentiana. *Præcipitantem igitur appellamus, & perditum proſternamus.* Lucret. lib. 2. *Nec ſimile eſt, vt cùm impulſi procedimus ictu Viribus alterius magnis, magnóque coactu.* T. Liuius lib. 33. annalium. *& primo adeò acriter inuaſerunt, vt anteſignanos impulerint.* Horat. Od. 6. libr. 4. *aut impulſa cupreſſus Euro.* Incidi & in alium codicem veterem, vbi ad vocem *impellat*, aſcriptum erat, id eſt, alloquatur. cui annotationi ſi additum eſſet, *vltro*, ſeu *prior*, vis verbi, quod ad hunc locum attinet, expreſſa eſſet. nam, qui appellat alterum, eum prior, aut vltrò affatur. Ineptiſſimè autem quidam legunt, *impellam*, cum ſit referendum, ad id, quod antece-
B dit, *Simplicior quis at eſt? &c.*

Qvovis sermone molestvs] licet hæc verba vel cum ijs, quæ antecedunt, coniungere, hoc modo, *vt forte legentem, Aut tacitum appellet, quouis ſermone moleſtus?* id eſt, cùm ſit, vel qui ſit quouis ſermone moleſtus? vel ſeparatim legere, vt intelligamus eſſe verba eorum, qui hominem ſimplicibus moribus præditum inſectantur, & reprehendunt.

Qvàm tem. in nosm. l. s.] nimia (inquit) hac ſeueritate, & aſperitate in amicos leuiter peccanteis, condicionem noſtram efficimus duriorem, nobiſque (vt ita dicam) legem grauiſſimam imponimus. Nam cùm ab omni vitij labe nemo ſit purus, nec integer, non du-
C bium eſt, quin eadem lex ſit in nos valitura, quam in alios tulerimus.

Nam vit. nemo sine n.] ſic Theognis, Εἴ τις ἁμαρτωλῇσι φίλων ἐπὶ παντὶ χολῷτο, Οὔποτ' ἂν ἀλλήλοις ἄρθμιοι, οὐδὲ φίλοι Εἶεν· ἁμαρτωλαὶ γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἕπονται Θνητοῖς, Κύρνε, θεοὶ δ' οὐκ ἐθέλουσι φέρειν. id eſt, Si quis ob amicorum peccata, & ob quoduis delictum ſtomachetur: numquam inter nos concordes, & amici eſſe poſſimus. peccata enim, Cyrne, mortaleis omneis comitantur: ſoli dij ferre non poſſunt. Idem, Οὐδένα παμπήδην ἀγαθὸν, καὶ μέτριον ἄνδρα Τῶν νῦν ἀνθρώπων ἥλιος καθορᾷ. id eſt, neminem prorſus bonum, & moderatum virum eorum, qui
D nunc ſunt, hominum ſol aſpicit. & auctor epigrammatis illius, quod eſt in oratione Demoſth. περὶ στεφάνου, in extr. Μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστὶ θεῶν, καὶ πάντα κατορθοῦν Ἐν βιοτῇ· μοῖραν δ' οὔτι φυγεῖν ἔπορεν. quos verſus ſic verti, *Nil peccare Dei eſt, neque falli in rebus agendis: Sed fati legem non licet effugere.* Et Themiſt. iunior oratione 3. ἐπεὶ δὲ τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν ἔξω τῆς φύσεως κεῖται τῆς ἀνθρωπίνης, &c. quoniam igitur nihil peccare extra naturæ humanæ ſortem poſitum eſt, &c.

Amicvs dvlc. vt æqv. e. Cùm m.] id eſt, quo tẽpore amicus virtutes meas cum vitijs comparat, propendeat in virtutes noſtras numero plureis (ſi modò plures ſint meæ virtutes, quàm vitia,) earúmque pondere vitia noſtra

eleuet. poteſt & particula *cum* pro coniunctione A accipi, hoc modo, mea bona cum vitijs compenſet: deinde ſequetur ποσῶς δήπως: pluribus hiſce, &c. ego tamen illo modo malo.

Hac lege in trvt.] id eſt, hac lege, eadem erga eum adhibebitur æquitas, ac lenitas. trutina nomen eſt Latinum, à Græco τρυτάνη ductum: quod ſignificat eam libræ partem, per quam horſum & illorſum vergit lingula, ſeu examen: anſam appellant Latini, nomine tranſlato. Sunt enim hæ libræ, ſeu bilancis partes: trutina, tracta & paullum deflexa à Græco nomine τρυτάνη: quod nomen à verbo τρύχεσθαι dictum eſt, hoc eſt, fatigari, & laborare: examen, quod eſt lingula, quæ cùm in neutram partem inclinatur, ſed medio anſæ puncto reſpondet, fit ἰσοῤῥοπία, B id eſt, æquamentum, ſeu æquilibrium iugum, à cuius extremis duobus pendent lances: lances binæ, quæ à Græcis dicuntur πλάστιγγες ἀπὸ τοῦ πλάτος à latitudine: in quarum altera ponitur pondus ſiue plumbeum, ſiue æreum: in altera res, quæ penditur, ſeu ponderatur. pendent autem lances è iugulo ſingulæ ternis funibus ab inferiore parte in tribus punctis pari interuallo inter ſe diſtantibus, annexæ: à ſuperiore autem, id eſt, ea qua iugo funes adhærent, funes in vnum colliguntur & coeunt. Qvi, ne tvb. pro.] id eſt, qui vult ſibi ab amico ſua peccata ignoſci grauiora, ignoſcat ei leuiora. ἀλληλοφαγεῖν eſt.

Denique qvatin. exc.] Ingreditur C diſputationem aduerſus Stoicos, quorum vnumè multis hoc erat decretum, omnia peccata eſſe paria. Quandoquidem (inquit Horatius) vitijs carere non poſſumus neque fieri vllo pacto poteſt, vt peccata, ſiue à natura ſint inſita, ſiue mala conſuetudine contracta, funditus exſtirpemus: cur non ea diſtinguimus, & pro cuiuſque grauitate, aut leuitate pœnas irrogamus? Quidam libri veteres habent *excinde*, ſeu *exſcinde*: quod non diſplicet, vt ſit à verbo *exſcindo* ſcilicet. nam alterum, quod hic editum eſt à verbo iuncto *excido*, cuius eſt ſimplex *cado*, deductum eſt.

Qvatinvs] quoniam. vt Od. 24. lib. 3. *quatenus, heu nefas, Virtutem incolumem odimus*. & Saty. D 4 lib. 2. *Quatenus ima petit voluens aliena vitellus.*

Cvr non pond. mod. es. r.] cur non ratione peccata ponderamus, & metimur, vt pœnæ ſint peccatis æquales?

Tepidúmqve ligvrr. ivs] id eſt, paulatim & leuiter delibarit, ſeu exſorbuerit. Eſt enim ligurrire, eleganter & paulatim, & ferè cùm faſtidio delibare, ac decerpere, ἀπὸ τοῦ λιχνεύειν, *quod eſt ſuaue*, inquit Donat. in Eunuch. ad illum locum, *Quæ dum foris ſunt, nihil videtur mundius, Nec magis compoſitum quicquam, nec magis elegans: Quæ cum amatore ſuo cum cœnant, ligurriunt, Harum videre ingluuiem, &c.* idem eadem comœd. ſup. *Hominem haud impurum, patria qui abligurrierat*, ſeu (vt alij legunt) *abligurrierat bona. Abligurrierat* (inquit ille) *id eſt, ſuauibus eſcis conſumpſerat. Nam* ἀπὸ τοῦ λίχνου, *id eſt ligurrire. & λίχνον Græci ſuaue appellant.* Nonius Marc. producit teſtem hunc locum, & ligurrire interpretatur, deguſtare. *vnde* (inquit) *abligurrire, multa auide conſumere.* vtitur Hor. hoc eodem verbo Saty. 4. lib. 2. *ſeu puer vnctis Tractauit calicem manibus, dum furta ligurrit.* M. Tull. lib. accuſ. 2. posuit tranſlatè. *non reperietis hominem timide, nec leuiter hæc improbiſſima lucra ligurrientem: deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit.* Hoc verbum autem duobus r r. ſcribendum eſſe viri docti cenſent, & in libris calamo exaratis omnibus præterquàm in Torne'. ita ſcriptum eſt. fortaſſe autem acceſſit r. vt producatur. neque vero eſſem auſus princeps vulgatam ſcripturam immutare, niſi mihi Faernus, vir acerrimi iudicij auctor fuiſſet, vt ita typis excudendum curarem.

Labeone insanior.] M. Antiſtium Labeonem carpens, Auguſto adſentatur. Nam hic Labeo vſque adeò fuit liber, & contumax, vt etiam Auguſto ſæpe teſtitetit, ac reſpondarit.

Qvod nisi cong. hab. ins.] quod niſi ignoſcas, merito poſſis inſuauis haberi, atque acerbus *inſuauis, acerbus* dixit ἀσυνδέτως, quod genus alibi notabimus.

Odisti, et fvgis, &c.] quamuis leue admodum ſit amici peccatum, odiſti eum tamen & fugis, vt Druſonem fæneratorem debitor. Hic Druſo, ſiue, vt habent alij libri, *Ruſo*, fænera- C tor, erat, & hiſtoriarum ſcriptor, ſuorum ſcriptorum nimius amator, nimiúſque admirator. Itaque cum à debitoribus ſortem, aut vſuras ad diem non abſtulerat, eos ſuarum hiſtoriarum recitatione malè mulctabat. Erat enim iis grauiſſimæ pœnæ inſtar audire Druſonis hiſtorias, vtpote indoctè ſcriptas.

Qvi] debitor æris, non nominatus.

Tristes kalendæ] Kalendis pecuniam & collocabant in fænore, & quæſtu vt ſuprà Od. 3. epod. *Quærit Kalendis ponere.* & exigebant, vt hoc loco. triſtes autem, nempe debitori. vide quæ ad Od. illam 3. annotauimus.

Mercedem] vſuram. vt Satyr. 2. *Quinas hic capiti mercedes exſecat.*

Extricat] explicat, expedit, & ita diſſo- D luit. & ita Latinè dicimus, expedire nomen.

Porrecto ivg.] ſignificat, ita fuiſſe iniucundam, ac moleſtam debitoribus recitationem illam, vt vltro iugulum Druſoni, ſeu Ruſoni, præbere, & iugulari mallent, quàm audire: vel vt viderentur iam iam, quaſi iugulandi, iugulum præbere. Druſo ſcilicet recitandis ſuis hiſtorijs debitores ſuos occidebat. ſic libr. de arte poët. *Indoctum, doctúmque fugat recitator acerbus: Quem verò arripuit, tenet, occiditque legendo. Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo.*

Catill. Evandri m. tr.] paruum catinum, quo vſus ſit Euander: ex quo intellige antiquiſſimum. Euander Pallantis Arcadiæ regis nepos, patre interfecto in Italiam venit, expulſúſque

pulſiſque Ab originibus, ea loca, vbi nunc Roma eſt, occupauit. vide Virgil. lib. 7. Æneid. Alij Euandrum cælatorem, aut figulum, & plaſtam ætate Horatij fuiſſe dicunt. à quibus diſſentio. *Catinum* (inquit Varro) *dicunt Siculi, vbi aſſa ponebant.* A

Commissa fide.] id eſt, fidei. arcana quædam conſilia ſuæ fidei commiſſa, *fide* enim pro fidei poſitum: vt apud Virg. Georg. 1. *Libra die, ſomnique pares vbi fecerit horas,* idem lib. 1. *Munera, lætitiámque die,* & ſuprà Od. 7. lib. 3. *Conſtantis iuuenem fide.*

Sponsúmve negarit] promiſſum vel ſuo nomine, vel alieno, infitiatus ſit. epi. 1. lib. 2. *Hic ſponſum vocat, hic auditum ſcripta, &c.*

Qveis paria esse f. p.] Nunc apertè Stoicos exagitat. B

Sensvs, morésqve repvgn.] ſic M. Tullius de finib. libr. 4. *In prima igitur conſtitutione Zeno tuus à natura receſſit: cúmque ſummum bonum poſuiſſet in ingenij præſtantia, quam virtutem vocamus, nec quicquam aliud bonum eſſe dixiſſet, niſi quod eſſet honeſtum: nec virtutem poſſe conſtare, ſi in ceteris rebus eſſet quicquam, quod aliud alio melius eſſet, aut peius: his propoſitis tenuit prorſus conſequentia,* &c. ſequitur mox. *Omnes, qui non ſapientes ſunt, æquè miſeros eſſe: ſapientes omnes, ſummè beatos eſſe: rectè facta omnia æqualia: omnia peccata paria: quæ magnificè primo dici videntur, conſiderata minus probantur: ſenſus enim cuiuſque, & natura rerum, atque ipſa veritas clamat quodammodo non poſſe ſe adduci, vt inter eas res, quas Zeno exæquaret, nihil intereſſet.* Fuit autem Zeno Stoicæ diſciplinæ auctor, Polemonis auditor. C

Atqve ipsa vtilitas, ivsti] ſequitur hoc loco Horat. quorũdam philoſophorum opinionem, qui exiſtimabant nullũ ius eſſe, nullum iuſtum naturâ: ſed hæc omnia ab vtilitate enata, & profecta, id eſt, propterea leges eſſe latas, & iura deſcripta, quia ſine iure, & legibus ſocietas humana incolumis cõſeruari nõ poſſet: qua de re mox plura dicemus.

Cùm prorepservnt] cùm ſenſim è terris in lucem extiterunt, & proceſſerunt.

Mvtvm, et tvrpe pecvs] id eſt, homines illi recentes, à pecudibus parum admodum differentes, nondum ſcilicet ſermonis vſu, nec ciuili cultu reperto, nondum denique legibus vllis conſtitutis. ſic Lucretius lib. 5. *Multáque per cælum ſolis voluentia luſtra Vulgiuago, vitam tractabant more ferarum.* Mutum, id eſt, ἄλογον, rationis & orationis expers, non quòd reuera tales eſſent primi homines, ſed quòd victu & cultu parum à mutis animantibus differrent, vt diximus. D

Gland. atqve cvb.] id eſt, propter victum, & locum, vbi cubarent. glans primorum & ferorum illotum hominum victus fuit: ex quo illud ἅλις δρυός: ſatis quercus. Lucret. lib. 5. *Glandiferas inter curabant corpora quercus Plerumque, &c.*

A Vngvibvs, et pvgn.] ſic Lucret. lib. 5. *Arma antiqua manus, vngues, dentéſque fuerunt, Et lapides, & item ſiluarum fragmina, rami.*

Qvæ pòst fabr. vs.] Hæc fuit ætas ferrea, vt poëtæ volunt. Aratus. Χαλκείη γενεὴ προτέρων ὀλοώτεροι ἄνδρες, Οἳ πρῶτοι κακόεργον ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν Εἰνοδίην· πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ᾽ ἀροτήρων: quos ſic Latinos fecit M. Tullius. *Ferrea tum vero proles exorta repente eſt: Auſáque funeſtum prima eſt fabricarier enſem, Et guſtare manu vinctum, domitúmque iuuencum.*

Donec verba, qvibvs v. s.] Plato in Cratylo vult, nomina rebus conſilio eſſe impoſita: docétque, eum, qui primus nomina fabricatus ſit, quem ὀνοματουργὸν nominat, ὀνοματοθέτου munere functum eſſe, nomináque cuique rei accommodata impoſuiſſe: ex dialectici præſcripto tamen. quemadmodum faber gubernaculum efficit præcipiente, & præeunte gubernatore. admonendus autem eſt lector minùs exercitatus in libris Platonis, in eo dialogo corruptè legi νομοθέτης, cùm legendum ſit ὀνοματοθέτης. ſimile errarum admiſſum à librariis primo libro ὑστερ. ἀναλ. (ſic enim vulgò nominant) indicauit mihi Muretus. Nam vbi νομοθετῆσαι legitur, legendum ὀνοματοθετῆσαι hoc modo, Εἰ δὴ δεῖ ὀνοματοθετῆσαι, ἔστω τὸ ὄνομα λέγειν κατηγορεῖν. vbi omnes interpretes vitioſa ſcriptura decepti, lapſi ſunt, præter veterem Lucret. lib. 5. à Platone diſſentiens, ex ſententia Epicuri ait. naturam & vtilitatem ab hominibus voces ad ſignificandum aptas, ſermonémque expreſſiſſe: neque vnũ aliquem nomina rebus impoſuiſſe: his verſibus. *At varios linguæ ſonitus natura ſubegit Mittere, & vtilitas expreſſit nomina rerum, Non alia longè ratione, atque ipſa videtur Protrahere ad geſtum pueros infantia linguæ, Cùm facit, vt digito quæ ſint præſentia, monſtrent. Sentit enim vim quiſque ſuam, quoad poſſit abuti,* &c. ſequuntur hæc deinceps, *Proinde putare aliquem tum nomina diſtribuiſſe Rebus, & inde homines didiciſſe vocabula prima, Deſipere eſt. nam cur hic poſſet cuncta notare Vocibus, & varios ſonitus emittere lingua: Tempore eodem alij facere id non quiſſe putentur?* B C

D Dehinc absistere bello, opp.] M. Tull. lib. 1. de inuentione, & lib. 1. de Orat. ad Qu. fratr. & in orat. pro Sextio, ait, primos illos homines, cùm primò diſperſi eſſent, & vagi, poſteà vi eloquentiæ, & prudentia paucorum, vnum in locum eſſe congregatos, atque à fera agreſtique vita, ad humanum cultum, ciuilémque ſocietatem deductos: & conſtitutis iam ciuitatibus, vrbibúſque conditis, leges ab eis, & iura, iudiciáque fuiſſe deſcripta. Horatius hãc vim aſcribit poëtis & muſicis: qui iidem erant ſapientes, & eloquentes, in epiſt. de arte poët. *Siluestres homines ſacer, interpréſque deorum, Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus.* qua de re ad illum epiſtolæ ad Piſones locum nõnihil dicemus. & ad Od. 10. lib. 1. plura diximus. cũ his Horatianis congruũt

Digitized by Google

illa Iſocratis in Nicocle. Ἐγγενομένου δὲ ἡμῖν τοῦ πείθειν ἀλλήλους, καὶ δηλοῦν πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς περὶ ὧν ἂν βουληθῶμεν, οὐ μόνον τοῦ θηριωδῶς ζῆν ἀπηλλάγημεν, ἀλλὰ καὶ συνελθόντες πόλεις ᾠκίσαμεν, καὶ νόμους ἐθέμεθα. id eſt, Eò autem quòd innata eſt in nobis fidei inter nos faciendæ, & voluntatum, cogitationúmque noſtrarum declarandarum facultas, nõ ſolùm agreſti, & ferino viuendi genere liberati ſumus, verùm etiam vnà congreſſi, & conciliati & vrbeis condidimus, & leges tulimus. quem locum retulit Muret. in lib. var. lect.

Oppida] M. Tull. lib. 1. de gloria, oppida ex eo appellata eſſe exiſtimat, quòd opem darẽt: alij, quod eò opes ſuas homines conferant. Varro lib. 4. de ling. Lat. vel ab ope, quòd muniuntur opis cauſa, vel quòd opere muniebant mœnia, quo tutius eſſent.

Et ponere leges] ita natæ ſunt leges ex vtilitate. nam cùm anteà primi illi homines more ferarum viuerent, & valentiſſimus, ac robuſtiſſimus quiſque imbecilliorem, & infirmiorem opprimeret, atque hoc modo omnium ferè vita eſſet ſollicita, infeſta, & iniuriæ expoſita, quòd nemo ita viribus ſuis confideret, vt vel ab inſidiis, vel ab aperto finitimorum bello ſecutus eſſe poſſet: tandem partim his incommodis conflictati, partim ſapientium oratione adducti, belli gerendi finem fecerunt, vrbeis condiderunt, leges & tulerunt, & ſibi imponi paſſi ſunt. Quæ teſtimonio Lucretij confirmantur, lib. 5. *Inde magiſtratum partim docuère creare: Iuráque conſtituère, vt vellent legibus vti. Nam genus humanum defeſſum vi colere æuum, Ex inimicitiis languebat. quo magis ipſum Sponte ſua cecidit ſub leges, arctáque iura. Acrius ex ira quod enim ſe quiſque parabat Vlciſci, quàm nunc conceſſum eſt legibus æquis, Hanc ob rem eſt homines pertæſum vi colere æuum, &c. Ponere leges* autem Græco & more, & ſermone dictum eſt, τιθέναι νόμους.

Nam fuit ante Hel.] id eſt, fuerunt enim ante Helenam aliæ mulieres, è quibus belli cauſæ natæ ſunt: fuerunt alij ante Paridem adulteri. Athen. libro 13. complureis mulieres enumerat, quæ belli principia, cauſáſque præbuerint: & Herodotus lib. 1. prima inter Græcos & barbaros bella ob fœminas hinc & illinc raptas orta eſſe oſtendit.

Tæterrima belli Causa:] ſic habent plerique omnes libri veteres, & ita legẽdum, non, vt vulgati, *deterrima*.

Qvos Venerem incertam, &c.] ſic Lucret. lib. 5. *Et Venus in ſiluis iungebat corpora amantum. Conciliabat enim vel mutua quamque cupido, Vel violenta viri vis, atque impenſa libido, Vel pretium glandes, atque arbuta, vel pira lecta.*

Viribus editior] viribus altior, id eſt, valentior, robuſtior.

Ivra inventa metv inivsti] Concludit Horat. iura non natura, ſed vtilitate valere & conſtare. quæ ſententia fuit etiam veterum quorumdam philoſophorum, vt ex Platone multis locis cognoſcere licet. Atque in lib. quidem de leg. 10. ſcribit hanc eſſe ſententiam quorumdam hominum, qui haberi volunt ſapientes, eorum omnium, quæ orta ſunt, quæ oriuntur, quæque oritura ſunt, alia naturâ, alia arte, alia fortunâ conſtare: verbi gratia, ignem, aquam, terram, animam, ſeu aera naturâ, & fortunâ, vigere, & valere, non arte: cetera, quæ pictura, ars fabricandorum ſignorum, muſica, & artes omnes efficiunt, arte valère: ita Deos non natura, ſed arte, id eſt, quibuſdam legibus, & inſtitutis hominum conſtare. Iam honeſta quidem alia lege, alia naturâ valere: iuſta autem nulla eſſe naturâ: ſed homines aſſiduè inter ſe de iuſto, & iniuſto diſſidere, quotidiéque ea immutare. quæ porrò iuſta eſſe ſtatuerint, tum eſſe iuſta, lege ſcilicet, & arte, non naturâ. Atque hæc loquuntur (inquit Plato) ſapientes quidam apud adoleſcenteis homines, dicúntque id eſſe iuſtiſſimum, quod quis vi obtinuerit: vnde in adoleſcentium animis impietas ingeneratur, proinde ac ſi non ſint ij dij, quos lex animo, & cogitatione informare iubet. Idem in Gorgia eorum opinionem refellit, qui dicebant τὸ δίκαιον εἶναι τὸν κρείττω τοῦ ἥττονος ἄρχειν, καὶ πλέον ἔχειν, id eſt, ius eſſe, vt, qui præſtantior eſt ſiue viribus, ſiue virtute, inferiori imperet, & plus eo obtineat. Cùm enim in eo dialogo Socrates multis verbis docuiſſet præſtare iniuriam accipere, quã inferre: Callicles & Polus contrà diſputant, iniuriam inferre deterius eſſe, quàm accipere, naturâ: ſed lege conſtitutum eſſe contrarium ab hominibus imbecillis, ne præſtantioribus parẽre cogerentur, néve ab illis ſpoliarentur. Quin etiam eos (quos dixi) imbecillos rerum nomina immutaſſe, ac peruertiſſe. nam, quod iuſtum ſit naturâ, id illos, vt iniuſtum haberetur, lege lata extorſiſſe: & contrà, quod iniuſtum eſt naturâ, vt iuſtum. exempli cauſa, ſi quis præſtantior ac potentior, deteriorem atque imbecilliorem ſpoliet, id iniuſtum eſſe dixiſſe, & iniuriam appelaſſe, cùm ſit iuſtum, & ius appellandum. Atque hæc quidem, & multo plura apud Platonem, & ab illis contra iuſtitiam diſputantur, & à Socrate refelluntur. Horatius autem hoc loco eos ſequitur potiſſimùm, qui ius ab vtilitate natũ eſſe volunt: quæ ſententia quamuis videatur probabilis, eſt tamen & falſa, & pernicioſa: ſaniúſque multo & verius eorum iudicium eſt, qui ſtirpem iuris à natura repetunt, quam ducem ſecuti probant, iura aut omnia, aut multo plurima, naturâ valere: primùm propterea quòd homo ſolus ex omnibus animantibus rationis ſit particeps naturâ: lex autem, quæ iuſta ab iniuſtis diſtinguit, nihil aliud ſit, quàm recta ratio: deinde quòd homines congregabiles ſint naturâ nulla autem ſocietas ſine iure & legibus diu incolumis manere poſſit: poſtremò quod optimus quiſque iuſtitiam colat, improbiſſimus iniuſtitiam: vir bonus autem ſit optimus & veriſſimus rerum humanarũ

exiſt

exiſtimator ac iudex, atque adeò regula, ſeu menſura: Itaque iuſtitiam, & iuris æquabilis deſcriptionem, vtilem illam quidem eſſe hominum generi, ſed non ideò ab vtilitate eſſe natam. Heſiodus quidem ſcribit hoc intereſſe inter feras, & homines, quòd illæ ſoleát ſe mutuo vorare, quia non ſit illa inter eas iuris, & iuſtitiæ communitas: hominibus autem non ſit fas hac immanitate vti, proptereà quòd Deus immortalis iura, legéſque eis dederit, quibus imbuti ac temperati iuſtitiam inter ſe colerent. verſus Heſiodi ſunt hi, Τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων Ιχθύσι μὲν, καὶ θηρσὶ, καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς Ἐσθιεν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς, Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη Γίνεται. Idē paullo antè dixerat Iuſtitiam virginem eſſe, & Iouis filiam: quibus duobus perſpicuè ſignificat, eam & à Deo natam eſſe, & incorruptam atque inuiolatam eſſe tuendam: quod ita non eſſet, ſi ab vtilitate ortum haberet. Et M. Tull. lib. 1. de legibus, iuris ortum à natura repetendum eſſe pluribus verbis oſtendit.

FASTÓSQVE VELIS EVOLV. M.] & ſi velis annaleis explicare, ſeu replicare potiùs, & ita legere. Faſti, libri ſunt, in quibus totius anni, rerúmque, quæ per totum annum geſtæ ſunt, fit deſcriptio.

NEC NATVRA POTEST I. S.] à diſſimili probare conatur, nihil eſſe iuſtum, aut iniuſtum natura, ſed hæc ſola vtilitate diſtingui: id eſt, vtilitatis cauſâ conſtitutum eſſe, vt alia ſint iuſta, alia iniuſta: de bonis autem & malis longè aliter eſſe ſentiendum: bona enim à malis, fugienda ab expetendis natura, non vtilitate diſtingui.

NEC VINCET RATIO HOC] Poſteaquam docuit, ius ab iniuria non natura, ſed vtilitate ſeparari, redit ad inſtitutum, vt refellat πολυθρύλλητον illud Stoicorum decretum, peccata eſſe paria. pendet autem hæc quæſtio à ſuperiore illa de iuris origine. Nam ſi iuſta & iniuſta natura valerent, fortaſſe omnia iuſta eſſent æqualia, (quod enim per ſe, & natura eſt tale, neque vtilitate ponderatur, id non poteſt altero magis eſſe tale) idémque de iniuſtis eſſet ſentiendum: ex quo efficeretur vt peccata eſſent æqualia, cum peccata omnia ſint iniuſta. Nunc autem cùm ab vtilitate ius & iniuria originem, principiúmque duxerint (vt vult Horatius) ſequitur vt, quēadmodum alia aliis ſunt vtiliora, & inutiliora: ita alia aliis ſint & iuſtiora, & iniuſtiora: ergo vt etiā alia peccata aliis ſint grauiora, aliáque aliis leuiora. ſic loquitur autem Satyra 3. lib. 2. *Vincet enim ſtultos ratio inſanire nepotes.*

TANTVND. VT PECC. IDÉMQVE] id eſt, tam grauiter peccet. notauimus hoc loquēdi genus, *idem peccat*, in epi. de arte poët.

QVI TENEROS CAVLEIS ALIENI FR.] non dubium eſt, quin Draconis leges reſpexerit, quod vidit Simeo Boſius Lemouix: quæ vſque adeò acerbæ & crudeles fuerunt, vt omnibus ferè peccatis mors eſſet in pœnam conſtituta. Atque ob eam cauſam Demades orator non atramento, ſed ſanguine ſcriptas eſſe dixit, vt refert Plutarchus in Solone: vbi, quod ad hunc locum planè pertinet, hoc quoque tradit, illius legibus eos, qui olera, aut poma furati ſint, æquè graui pœna affici, atque ſacrilegos & parricidas. Verba Plutarchi ſunt hæc: καὶ τοὺς λάχανα κλέψαντας, ἢ ὀπώραν, ὁμοίως κολάζεσθαι τοῖς ἱεροσύλοις, καὶ ἀνδροφόνοις.

NOCTVRNVS LEGERIT] id eſt, noctu, vt ſup. annot. ad Od. 19. epod. *ſacra legerit* autem, ſacrilegium admiſerit: rem ſacram furatus ſit, ſeu compilarit. Lucill. lib. 28. *Omnia viſcatis manibus leget, omnia ſumet.*

ASSIT REGVLA F.] id eſt, ſi peccata ſunt inæqualia, vt re vera ſunt, debent & pœnæ eſſe inæquales, id eſt, peccatis æquales.

NE SCVTICA] id eſt loro. vox Græca eſt, σκύτος enim corium, & σκυτεὺς, cerdonem, ſeu ſutorem ſignificat.

NAM, VT FERVLA CÆDAS, &c.] occurrit iis, quæ poterat Stoicus dicere, hoc modo: non vis Horati, eum, qui ſcutica, ſeu loro, id eſt, minore pœna dignus ſit, flagello cædi. i. grauiore pœna affici. cur non eadem opera vetas, ne, qui grauiorem pœnam meritus ſit, ferula cædatur? quia non vereor (inquit Horat.) ne id facias, cùm furta latrociniis paria eſſe dicas, & mineris te vtráque peccata pari pœna caſtigaturum, ſi regiam poteſtatem adeptus ſis. attendat autem lector Latini ſermonis ſtudioſus, non eſſe hoc ordine vocabula collocanda, *non vereor vt ferula cadas.* Nam qui ita loquitur, *vereor vt cadas*, vult cædi, & videtur ita dicere: *vereor ne non cadas.* qui hoc modo autem, *vereor ne cadas*, non vult cædi, & contrà: ſi quis ita loquatur, *non vereor ne cadas*, hoc ſignificat, *ego non dubito quin non ſis caſurus*, vel *conſido te non caſurum:* & ſi quis ita, *non vereor vt cadas*, hoc innuit, *non vereor ne non cadas: mihi dubium non eſt, quin ſis caſurus: conſido te eſſe caſurum.* non ſunt igitur hæc verba ita diſponenda, *non vereor, vt ferula cadas meritum maiora, &c.* alioqui Horatium aliud, quàm ſentiat, loquentem faceremus. nam hoc ſentit Horatius, hócque à nobis vult audiri, atque intelligi, *non vereor ne cadas ferula*, id eſt, certò ſcio, te ferula non eſſe cæſurum eum, qui pœnas ſit meritus grauiores. quid igitur dicemus? Horatium minus Latinè eſſe locutum? minimè verò. confugiendum igitur eſt ad id, quod toties iam dixi, particulam *vt*, non eſſe cum verbo *vereor*, coniungendam, ſed totam illam, quæ antecedit, orationem, ſuo loco, & ſeparatim eſſe legendam, hoc modo: *Nam vt ferula cadas eum, qui maiores pœnas ſit meritus: non vereor*, ſubandi, *ne id facias*, id eſt, ſcio te iſtuc non facturum. exempla autem è bonis ſcriptoribus ſumta, quis ſit huius verbi & ſimilium vſus, nos docebūt. Terent. in Andr. *haud vereor, ſi in te ſolo ſit ſitum: ſed, vim vt queas ferre.* ibid. *id paues ne ducas tu illam: tu au-*

tem vt ducas, id eſt, *ne non ducas*. M. Tull. ad Attic. lib. 7. *tamen vereor, vt his ipſis contentus ſit*, &c. id eſt, *ne non contentus ſit*. Idem lib. 2. *Videris vereri, vt epiſtolas illas acceperint*. Idem epiſt. 1. ad Torquat. lib. 6. *cuius tanti mali, quamuis docti viri multa dicant, tamen vereor, vt conſolatio vlla poßit vera reperiri, præter illam, quæ tanta eſt, quantum in tuiuſque animo roboris eſt, atque neruorum*, &c. vel legendum *ne conſolatio nulla*. nam vulgata ſcriptura mendoſa eſt. Idem ad Terentiam. *Vereor vt Dolabella ipſe ſatis vobis prodeſſe poßit*. Idem orat. contra Rull. ad popul. *hoc quia vos fœdus non ſuſſeritis, vereiur Hiempſal, vt ſatis firmum ſit, & ratum*. Idem lib. 1. de Orat. ad Qu. frater. *ſed illa duo, Craſſe, vereor vt tibi poßim concedere*. idem orat. pro Quinctio, *tamenne vereris, vt poßis hæc contra Hortenſium defendere?* Horat. Sat. 1. lib. 2. *ô puer, vt ſis vitalis, metuo*. Cæſar lib. 5. de bello Gall. *Labienus veritus, ſi ex hibernis fuga ſimilem profectionem feciſſet, vt hoſtium impetum ſuſtinere poſſet, præſertim quos recenti victoria efferri ſciret*, &c. ſic enim habent cod. calamo exarati. Veniamus ad exempla alterius locutionis, *vereor, ne*: cuius quidem ſententia priori contraria eſt. Terent. in Eunuch. *Miſeram me, vereor ne illud grauius Phædria tulerit*. &c. idem in Andr. *hei vereor, ne quid Andria apportet mali*. in Hecyra. *vereor, ſi clamorem eius hic crebro exaudiat, Ne parturire eam intelligat*. ibid. *ſimul vereor Pamphilum, ne orata noſtra nequeat diutius celare*. idem Phorm. *vereor ne iſtæc fortitudo in neruum erumpat denique*. ibid. *hei vereor lenonem, ne quid ſuat*. M. Tull. in Lælio, *neque enim verendum eſt, ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat*. Ibid. *ſin autem illa vereor, ne idem interitus ſit animorum, & corporum*, &c. qui locus mendoſè in vulgatis codicibus legitur, *vt idem interitus*. epiſt. ad C. Cœlium C. F. vltima, lib. 3. *verebar ne id ita caderet, quod etiam nunc vereor, vt antè quam tu in prouinciam veniſſes, ego de prouincia decederem*. & pro M. Marcello, *vereor ne hoc, quod dicam, non perinde intelligi auditu poßit, atque ego ipſe cogitans ſentio*. vbi mendoſè legitur vulgò *vereor vt hoc, quod dicam*. Virgil. in Palæm. *ipſe Neæram Dum fouet, ac, ne me ſibi præferat illa, veretur, Hic alienus*, &c.

Et magnis parva, &c.] id eſt, & mineris te ſimilem pœnam ad leuia peccata vindicanda adhibiturum, atque ad grauia, *ſimili falce recidere* potuit pro eo, quod eſt, ſimili pœna coërcere. pœnis enim deterrentur, ac reuocantur improbi à flagitiis ac maleficiis: atque ita maleficia pœnis reciduntur. falce autem ſimili magnis dixit more Græcorum, ὁμοίᾳ τοῖς μεγάλοις. ſimili atque magna peccata reciduntur.

Si dives, qui sap.] Stoicos irridet hoc modo, Quid opus eſt iſta condicione, *ſi tibi regnum Perm. homines?* nónne hoc veſtrum eſt, ſapientem eſſe diuitem, ſutorem, formoſum, atque etiam regem? quid igitur vetat, quominus poteſtate regia vtaris? & cur id, quod habes, optas, quaſi deſit? cum hoc loco congruit ille, epiſt. 1. lib. 1. *Ad ſummam ſapiens vno minor eſt Ioue, diues, Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum*.

A ſed illic ſerio loquitur, hic ioco. M. Tullius li. 3. de finibus in extremo, ſub Catonis perſona talē deſcribit ſapientem, his verbis, *rectius enim appellabitur rex, quam Tarquinius, qui nec ſe, nec ſuos regere potuit: rectius magiſter populi, quàm Sylla, &c. rectius diues, quàm Craſſus, qui niſi eguiſſet, numquam Euphratem nulla belli cauſa tranſire voluiſſet, &c. rectè etiam pulcher, rectè ſolus liber. rectè ſolus inuictus*.

Svtor tamen est sapiens] ſapiēs eſt ſutor bonus (inquit Stoicus τῇ δυνάμει, οὐ τῇ ἐνεργείᾳ, id eſt, poteſtate, non vſu, neque functione muneris.

Qvo?] id eſt, quò iſtuc pertinet? vt ſuperiore Satyra, B *quo res hæc pertinet?* alij interpretantur, quò modo? alij legunt *qui?*

Vt qvamvis tacet Herm.] de Hermogene ſup. Satyr. 2. vt cantor eſt Hermogenes (inquit) etiam ſi taceat. (habitu enim cantor eſt, dum tacet: ἐνεργείᾳ autem cantor eſt, dum canit) ita & ſapiens, conſul, diues, formoſus eſt τῇ δυνάμει καὶ τῇ ἕξει, id eſt, poteſtate & habitu.

Vt Alfenvs] more Satyrico, id eſt, vrbano & faceto, Alſenum quemdam Cremonenſem irridet, qui cùm ſutrinam primùm feciſſet, deinde clauſa ſutrina Romæ iuri ciuili Seruio Sulpicio magiſtro operam nauaſſet, iuriſconſultus clariſſimus euaſit, conſulatum adeptus eſt, honorificentiſſimòque funere elatus eſt. De eo C fit locis aliquot in Pandectis iuris ciuilis mentio.

Est opifex solvs:] ſic ſcriptum, & diſtinctum eſt in duobus cod. Vatic. Iann. Faërn. Torneſ. Rainutij Card. Nicotiano, Ruſſard.

Vellvnt tibi barb.] ſignificat, ita inepta, & ſtulta loqui Stoicos, vt etiam à pueris irrideantur: vel ita non eſſe regem, ſapientem Stoicum, vt pueri ei barbam vellant: id eſt, eum contumelioſè illudant: neque ille eos alia ratione, aut alia vi arcere poſſit, quàm fuſte, aut baculo: quod minimè eſt regium. non celabo lectorem in aliquot codicibus antiq. ſcriptum eſſe *vellent*.

Lascivi] proterui, ad iocandum, ludendúmque natura procliues ac parati. tranſlatè dixit ſup. Oda 36. lib. 1. Laſciuas ederas. At propriè D Oda 19. eod. lib. laſciuam licentiam.

Qvos tv nisi fvste coerc. vrg. t.] id eſt, quos niſi fuſte abigis, te vt inſanum quendam, & mente captum vrgent, & ſectantur: id eſt, ſectabuntur, atque vrgebūt. ſolent autem pueri mente captos, & fatuos circumſiſtere, ac ſectari: quod & M. Tullius oſtendit lib. 4. accuſ. de Theomnaſto quodam, his verbis, *Retinere incipit tabulam Theomnaſtus quidam ridicule inſanus, quem Siracuſani Theoractum vocant: qui illic eiuſmodi eſt, vt eum pueri ſectentur: vt omnes, cùm loqui cœperit, irrideant*: vel ſic, quos tu niſi fuſte coërces, & repellis, vrgeris, id eſt continuò vrgeberis puerorum turba, te circumſiſtent, téque irridente,

irridente, atque illudente, neq, quicquam tuam A poteſtatem regiam pertimeſcente.

VRGERIS TVRBA] cod. 1. Vatic. & Iann. habent *Vrgueris*, vt ſæpe alibi.

RVMPERIS] clamore: ſic M. Tull. lib. 7. epi. *Dirùpi pene me in iudicio Galli Caninij familiaris tui.* vel iracundia & dolore.

DVM TV QVADRANTE LAV.] concludit neque ſapientem, regem eſſe dicendum, quamdiu, vt vnus de multis, quadrante lauatur, & ab vno Criſpino comite deducitur, cùm reges & in domibus ſuis regiis de ſuo lauent, & quamplurimos habere ſoleant ſtipatores: neque vera eſſe Stoicorum decreta, *peccata eſſe æqualia, ſapientem nunquam ignoſcere, nunquam miſereri, &c.* Erat autem quadrãs, merces balneatoris. M. Tull. pro B Cœlio, de Clodia. *niſi fortè mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori.*

STIPATOR] comes, ſatelles, δορυφόρος. nam Stoicum alloquitur, qui ſe regem eſſe prædicat. M. Tullius de Alexandro Pheræo, off. 2. *præmittebátque de ſtipatoribus ſuis, qui perſcrutarentur arculas muliebres, &c.*

SI QVID PECCAVERO] aliquot libri manuſcr. habent, *ſi quid peccabo*: vnde amicus quidam meus, vir doctus, legendum exiſtimabat, *ſi quid peccaro*, propter vocem ſequentem initium capientem à duabus conſonãtibus. Sed nihil hoc me mouet, qui ſciam hoc ab Horatio non admodum ſtudioſè vitari: Sic enim Sat. 2. hoc lib. *niſi olenti in fornice ſtantem.* & Satyr. 5. *inſani ridentes* C *præmia ſcribæ.* vt neque ab Homero, verbi gratia, ἰλιάδ. μ. δῖός τε Σκάμανδρος. *peccaro* tamen valdè probo: & ita poſtea in vno cod. antiquiſſimo ſcriptum reperi.

TVRNEBVS.

EX lib. 13. cap. 1. Conſociabo & illud ex eodem ſermone,

Vſque ad mala citaret, io Bacche, in quo *Io Bacchæ*, per diphthongum legi debere non iniuria nec ineptè ſuſpicor, cùm & menſio ſyllabæ id flagitet, & imitatio videatur fanaticæ exclamationis Liberalium ad Bacchas, aut etiam ipſarum inter ſeſe Baccharum furore correptarum vociferatio. Plautus, Caſina, St. Bacchæ ergo Hercle vxor. Cl. Bacchæ? St. Hercle vxor. Cl. quid eſt? D Au. Nugatur ſciens. Nam eccaſtor nunc Bacchæ nullæ ludunt. St. Oblitus fui, Sed tamen Bacchæ.

Ex lib. 19. cap. 30. Prouerbium Græcum, quod è fidium harmonia ſumptum eſt. δὶς διὰ πασῶν, video explicari bis per omnia: cui ego interpretationi non poſſum vllo modo aſſentiri. puto. n. eſſe bis per omnes, vt chordas ſubaudiamus: Sic διὰ τεσσάρων eſt, per quatuor chordas, quarũ tria interualla continent proportionem ſeſquitertiam, quæ eſt quatuor ad tria. Tria interualla ſunt, ſeſquioctaua, ſeſquioctaua, & defectio, vel vt Cicero vertit in Timæo, relicta particula, id eſt, λεῖμμα, quæ proportionem efficiunt ſeſquitertiam, vt docent Muſici: & in diatonico genere ſunt, tonus ſcilicet, tonus & ſemitonium. Quæ tamen proportio, vt Pſellus præclarè docet, non è tonis ſed è chordarum lõgitudine vel craſſitudine ſumi debet. Sic Diapente per quinque chordas, quæ quatuor habent interualla, proportionémque efficiunt ſeſquialteram, quæ non è tonis aut ſeſquioctauis ſpatiis ſumi debet, ſed, vt dixi, è chordis. διὰ πασῶν per omnes, id eſt, per octo chordas. Nam octo chordarũ erat olim muſica, quæ octo diſcrimina efficiebant vocum, & ſeptem interualla: ac δὶς διὰ πασῶν, bis per omnes, id eſt, bis per octo, quod eſt, per ſexdecim chordas, quæ perfecta complexio eſt omnium concentuum, eiúſque ſunt quindecim interualla. Apud Horatium Syſtema eſt tetrachordum, cùm ſcribitur in ſermonibus,

--Modo ſumma
Voce, modo hac reſonat quæ chordis quatuor ima.

ὑπάτη autem ab eo ſumma vocatur: νεάτη ima. ac Latinis quàm Græcis vocibus vti maluit: & ſi, quod ſtudium muſices in Græcia florebat, & eorum literis mandatum erat, obtinuerat vt omnia ferè in muſica Græcis appellarentur vocabulis.

Ex lib. 2. cap. 14. *--caſtæ ducebant ſacra per vrbem. Pilentis matres in mollibus*, dixit Maro 8. Æneid. Ducere ſacra & ferre ſacra dicuntur, qui res ſacras & quæ ad ſacrum vtilia ſunt, rémque diuinam ferunt. Sic & apud. Cic. in Verrem, *quæ manibus ſublatis ſacra quædam more Athenienſium virginum repoſita in capitibus ſuſtinebant, canephoræ ipſæ vocantur:* nam Canephoræ caniſtra ferebant, in quibus ea erant poſita, quæ ad Quinquatria aut Cerialia pertinebant. Horatius lib. 2. Satyr. 8.

--vt Attica virgo
Cum ſacris Cereris, procedit fuſcus hydaſpes. Idem,
--ſæpe velut qui
Iunonis ſacra ferret. Varro de ſacra via; lib. 4. de lingua Latina, *quæ ſacra quot menſibus feruntur in arcem.* Ferunt & ſacra ſacerdotes, id eſt, res ſacras, aut ſacris vtiles & diis conſecratas dedicatáſque, diiſque ſacrificant. Maro 2. Georgic.

Me verò dulces primum ante omnia Muſæ,

illud eiuſdem poëtæ,

Quarum ſacra fero ingenti percuſſus amore. Matronæ autem honeſtæ apud Romanos in publicis ſacris vehiculis vehebantur in quibus ſacra ferebant: quo reſpexit Maro.

Ex lib. 13. cap. 1. Hinc capiti adglutinabo &

--ſæpe velut qui
Iunonis ſacra ferret: vbi quibuſdam *quæ* legendum videtur. Nam & Athenis virgines ſacra caniſtris in capitibus repoſita ferebant, & à virginibus id fieri in Iunonis ſacris religioſis ritus poſtulabat non à maribus vel Ouidio teſte lib. 3. Amorum ita ſcribente,

More patrum ſanctæ velatæ veſtibus albis.
Traditæ ſuppoſito vertice ſacra ferunt. Sed animaduerto, *qui* retineri commodiſſimè poſſe, vt ad Ti-

gellium ſuauiſſima vrbanitate & ſimilitudine referatur, qui tam lento paſſu tardóque incedebat interdum, vt Iunonis ſacra ferre videretur. A

Ex lib. 13. cap. 16. *Aſt ego, quæ diuum incedo regina, Iouiſque,*

Et ſoror & coniux. à Marone 1. Æneid. cùm cantatur, ſemper arbitratus ſum plus aliquanto latere, quàm ſtatim à nobis animaduerteretur: tandem autem ex Athenæo cognoui inſigni quadam maieſtate inceſſus veteres exiſtimaſſe Iunonem procedere, quò reſpexiſſe poëtam iudicaui. Nã Athenæus ἡραῖον βαδίζει, id eſt, Iunonio inceſſu ambulat, pro grauitate quadam & magnificentia inceſſus dixit, vt & Propertius, lib. 2. eleg. 2.

-- & incedit vel Ioue digna ſoror. Eum fortaſſe inceſſum etiam imitabantur, qui eius ſacra ferebant: vnde & Flaccus ſcripſit, *---ſæpe velut qui Iunonis ſacra ferret*: quod tamen propter dignitatem ſacrorum tantæ deæ, & propter Pompam potius fiebat. Ea porrò ſacra ferebant puellæ vt ait Ouidius, 3. Amorum eleg. 12. *More patrum ſanƈta velata veſtibus albis Tradita ſuppoſito vertice ſacra ferunt.* Quamquam & aliâs ſacra etiam omnia tardo greſſu ferebantur, & vt ait Cicero, fercula pomparum. B

Ex lib. 19. cap. 4. Apud Flaccum nequiſſimus ille Tigellius, in viuendi ratione diſſimilior & inæqualior, quàm æſtas hyemi comparata, modò reges atque tetrarchas loquitur, modo ſubitò mutata voluntate, quaſi frugi, ait, C

-- Modò ſit mihi menſa tripes &

Concha ſalis puri: vbi menſam tripedem interpretor mutilam & claudam vno pede, vt plerúmque pauperiorum ſupellectili accidit. Sic apud Martial. lib. 12. epigr. 32. ſcribitur, *Ibat tripes grabatus*, id eſt vno pede claudus. nihil, inquit, Hermogenes, moror iſtorum lautitias, vel tripedem boni conſuluerim menſam: nec moueor epulis exquiſitis & opiparis, mihi pro obſonio fuerit vel ſolus ſal & merus, quem linguam. Id. n. puto eſſe quod dicit *Concha ſalis puri*, præſertim cùm quibuſdam obſonij loco eſſe Plinius ſcribat, lib. 31. cap. 7.

Ex lib. 29. cap. 17. Concham ſalis puri pro Salino dixit Horatius proinde ſcripſit Pomponius, Apud Non. in Eliminare. *Concha vos iſtic manet, eliminabo extra ædes coniugem.* pro cœna vobis parata eſt, quòd in menſa ſalinum poni ſoleat. D

Ex lib. 18. cap. 30. Vt ſexcenta plerúmque ab auctoribus Latinis pro multis poni ſolent: vt ſexcenta eiuſdem generis proferre poſſum exempla: ita decies centena pro immani & prægrandi ſumma, idque iam inde ab vltima propè antiquitate vrbis. credo quòd tum ea pecunia videbatur ingens, cùm minor erat nummi copia. Proinde Iuuenalem dixiſſe reor,

--ritu decies centena dabuntur

Antiquo, pro immenſa dote. Certè poſteaquam creuit pecunia & abundauit Romæ, nihilominus permanſit illa antiqua loquendi ratio, vt decies centena infinitam pecuniam ſignificarent. Horatius, Satyr. 10.

--decies centena dediſſes

Huic parco paucis contento quinque diebus

Nil erat in loculis. Iuuenalis,

Optima ſed quare Ceſonia teſte marito?

Bis quingenta dedit. id eſt, decies centena millia Martialis lib. 1. *Si dederint ſuperi decies mihi millia centum.* Nam decies centena, decies centena millia ſignificant & valent.

Ex lib. 14. cap. 20. Ait Horatius, epod. Od. 12.

--nec naris obeſa. qui enim naſi ſunt acutioris, melius adorari & ſagaciores intelligentioréſque cenſebantur: vt alio apud Flaccum loco

---acutis

Naribus horum hominum rideri poſſit. Erat autem mulier fœtidiſſima & hircoſa. Contrà qui naris obeſæ, deterius olfacere, tardiores minúſque intelligentes eſſe putabantur. tradunt enim iſta mutuas operas & inuicem lucem alterum alteri fœnerat.

Ex lib. 19. cap. 4. Senſum autem interpunctio improba in ea ecloga corrupit. ſic. n. puto diſtinguendum eſſe.

Iracundior eſt paulò, minus aptus, acutis

Naribus horum hominum rideri poſſit. Nam hominem iracundum eſſe ait, & non aptum, nec appoſitum nec accommodatum ad hominũ aliorum mores. Ac ne me in alieno oſtentem, militémq; glorioſum imiter, ſic diſtingunt chirographi libri & interpretes antiqui.

Ex lib. 21. cap. 3. Acutas aures pro acribus & iudicij intelligentis dici. animaduerto: Calpurnius, Eclog. 4.

Quicquid ineſt, ſilueſtre licet videatur acutis

Auribus, & noſtro tantum memorabile pago. Sic acutas nares dixit Flaccus.

--minus aptus, acutis

Naribus horum hominum rideri poſſit. contrà obeſæ aures iudicij nullius, aut obtuſi & hebetis habentur. Idem Calpurnius,

Ruſtica credebam nemorales carmina nobis

Conceſſiſſe deos, & obeſis auribus apta, id ex eo, quòd pingue pro ſtupido & barbo tardíque ingenij à Latinis poni conſueuit.

Ex lib. 23. cap. 18. Scrupedam Aurelius exponebat, apud Varr. lib. 6. de ling. Latina, à ſcauro pede vel Scauripedam. Nam ſic in Varrone lego. Scaurus autem exponitur στρεβλόπους, & σκαμβὸς σκέλος à vetere critico. Horatius quoq;,

--illum

Balbutit ſcaurum prauis fultum malè talis, in Sermonib. ſcribit.

Ex lib. 19. cap. 4. Ibidem ait, ſi quis nobiſcum probus viuat, à nobis per contumeliam iniquam appellari *demiſſum*: ſi quis tardior, vocari pinguẽ, quod eſt nullius ingenij. Legendum itaq; eſt,

Tardo cognomen pingue damus.

Sincerum, Inquit, *cupimus vas incruſtare*, id eſt, malo quodam inficere ſucco: quod dictum eſt inuerſis verbis accipiendum. Incruſtare autem eſt tanquam cruſta quadam tectorij obducere. Varro de Glirario, lib. 3. de re ruſt. cap. 15. *Tota*

leui

Digitized by Google

leni lapide aut tectorio intrinſecus incruſtatur. Calices etiam ſuccis quibuſdam lentis & craſſis medicatíſque ſaporibus incruſtantur. Scribonius Largus *Calices quoque eis incruſtentur additis quinque vel ſex ſalis vel farris granis.* Hic autem incruſtationem de ſucco vitioſi ſaporis, & liquorem inficiente in vas miſſum interpretandam cenſeo cum omnibus enarratoribus: vt & apud Lucilium,

-- nam vel regionibus illis
Incruſtatus calix ruta cauliq́ bibetur.

Ex libr. a. cap. 15. Piſcis patinarius qui ſit apud Plautum, Aſiatia Sc. Vnum iſtorum quodque, in queſtionem vocatur: ego eum puto, qui non aſſatur, nec elixatur, ſed in patina è iure coquitur. Id ex Horatio intelligi poteſt, ita ſcribente,

Si quis eum ſeruum, patinam qui tollere iuſſus
Semeſos piſces tepidumque ligurierit ius. nam ſi malè non conijcio, piſces patinarios è iure paratos intellexit.

SATYRA 4.

Lucilium, veteres comicos Græcos ſequutum, mordacem fuiſſe ait: ſua tamen ſcripta non itidem legi oſtendit, quum bona pars hominum ſibi vitij alicuius conſcia, ſe ibi perſtringi ſciat. Se alioqui virulentia carere, ac tantùm iocoſa & velut paterna quadam caſtigatione ad deterrendos à vitiis homines vti profitetur.

EVPOLIS, atque Cratinus, Ariſtophanéſque, poëtæ
Atque alij, quorum comœdia priſca virorum eſt:
Si quis erat dignus deſcribi, quòd malus, aut fur:
Quòd mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus: multa cum libertate notabant.
**Hinc omnis pendet Lucilius, hoſce ſecutus:*
Mutatis tantum pedibus, numeríſque facetus:
**Emunctæ naris,* durus componere verſus.*
Nam fuit hoc vitioſus: in hora ſæpe ducentos
A **Vt magnum, verſus dictabat ſtans pede in vno:*
Cùm flueret lutulentus, erat quod tollere velles:
Garrulus, atque piger ſcribendi ferre laborem:
*Scribendi rectè: nam * vt multum, nil moror. ecce*
*Criſpinus * minimo me prouocat: accipe, ſi vis*
B *Accipiam tabulas. detur nobis locus, hora,*
Cuſtodes: videamus vter plus ſcribere poſſit.
Dij bene fecerunt, inopis me, quódque puſilli
Finxerunt animi, rarò & perpauca loquentem.
At tu concluſas hircinis follibus auras
C *Vſque laboranteis, dum ferrum molliat ignis,*
Vt mauis, imitare. beatus Fannius, vltro
**Delatis capſis, & imagine: cùm mea nemo*
Scripta legat, vulgò recitare timentis, ob hanc rem,
Quòd ſunt, quos genus hoc minimè iuuat, vtpote plureis
D *Culpari dignos. quemuis media erue turba:*
Aut ob auaritiam, aut miſera ambitione laborat.
Hic nuptarum inſanit amoribus: hic puerorum:
Hunc capit argenti ſplendor: ſtupet Albius ære:
Hic mutat merceis ſurgente à ſole ad eum, quo

Veſpertina tepet regio: quin per mala præceps
Fertur, vti puluis collectus turbine, ne quid
** Summa deperdat, metuens, aut ampliet vt rem.*
Omnes hi metuunt verſus: odere poëtas.
** Fænum habet in cornu: longè fuge. dummodo riſum*
Excutiat ſibi, non hic cuiquam parcet amico.
Et, quodcumque ſemel chartis illeuerit, omneis
Geſtiet à furno redeunteis ſcire, lacúque
Et pueros, & anus. agedum pauca accipe contrà.
Primum ego me illorum, dederim quibus eſſe poëtas,
Excerpam numero. neque enim concludere verſum
Dixeris eſſe ſatis, neque, ſi quis ſcribat, vti nos,
Sermoni propiora, putes hunc eſſe poëtam.
Ingenium cui ſit, cui mens diuinior, atque os
*Magna * ſonaturum: des nominis huius honorem.*
*Iccircò quidam, comedia, * necne poëma*
Eſſet, quæſiuere, quòd acer ſpiritus, ac vis
Nec verbis, nec rebus ineſt: niſi quòd pede certo
Differt ſermoni, ſermo merus. at pater ardens
*Sæuit, quod meretrice * nepos inſanus amica*
Filius, vxorem grandi cum dote recuſet:

A *Ebrius & magnum, quod dedecus, ambulet ante*
Noctem cum facibus: nunquid Pomponius iſtis
Audiret leuiora, pater ſi viueret? ergo
Non ſatis eſt pueris verſum perſcribere verbis,
Quem ſi diſſoluas, quiuis ſtomachetur eodem
B *Quo * perſonatus, pacto pater. his, ego quæ nunc,*
Olim quæ ſcripſit Lucilius, eripias ſi
** Tempora certa, modóſque: &, quod prius ordine verbum eſt,*
Poſterius facias, præponens vltima primis:
Non, vt ſi ſoluas, poſtquam diſcordia tætra
Belli ferratos poſteis, portáſque refregit:
C ** Inuenias etiam diſiecti membra poëtæ.*
Hactenus hæc: aliàs iuſtum ſit, nécne, poëma
Nunc illud tantùm quæram: meritóne tibi ſit
Suſpectum genus hoc ſcribendi. Sulcius acer
*Ambulat, & Caprius, rauci malè, cumq; * libellis,*
D *Magnus vterque timor latronibus: at, bene ſiquis,*
Et puris viuat manibus, contemnat vtrumque.
** Vt ſis tu ſimilis Cæli, Birríque latronum:*
Non ego ſim Capri, neque Sulci: cur metuas me?
Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos:
Queis manus inſudet vulgi, Hermogeniſque Tigelli?

Non

A Non recito cuiquam, niſi amicis, ídque coactus.
Non vbiuis, corámve quibuſlibet. in medio qui
Scripta foro recitent, ſunt multi: quíque * lauantes:
Suaue locus voci reſonat concluſus. inaneis
Hoc iuuat, haud illud quærenteis, num ſine ſenſu,
B Tempore num faciant alieno. * lædere gaudes,
Inquis: & hoc, ſtudio prauus facis. * vnde petitum
Hoc in me iacis? eſt auctor quis denique eorum
Vixi cum quibus? abſentem qui rodit amicum:
Qui non defendit alio culpante: ſolutos
C Qui captat riſus hominum, famámque dicacis:
Fingere qui non viſa poteſt: commiſſa tacere
Qui nequit: hic niger eſt: hunc tu Romane caueto.
Sæpe tribus lectis videas cenare quaternos:
E quibus vnus auet * quâuis * aſpergere cunctos,
D Præter eum, qui præbet aquam: pòſt, hunc quoque potus,
Cóndita cùm verax aperit præcordia Liber.
Hic tibi comis, & vrbanus, libérque videtur
In feſto * nigris. ego, ſi riſi quòd ineptus
Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum:
Liuidus, & mordax videor tibi? mentio ſiqua
De Capitolini furtis iniecta Petilli

A Te coram fuerit: defendas, vt tuus eſt mos:
Me Capitolinus conuictore vſus, amicó-
Que à puero eſt: cauſáque mea permulta rogatus
Fecit: &, incolumis lætor quod viuit in vrbe.
Sed tamen admiror, quo pacto iudicium illud
B Fugerit. * hic nigræ ſuccus lolliginis: hæc eſt
Ærugo mera: quod vitium procul afore * chartis,
Atque animo prius, vt, ſi quid promittere
Póſſum aliud verè promitto. liberius ſi
Dixero quid, ſi forte iocoſius: hoc mihi iuris
C Cum venia dabis. * inſeuit pater optimus hoc mi,
Vt fugerem, exemplis vitiorum quæque notando.
Cùm me hortaretur, parcè, frugaliter, atque
Viuerem vti contentus eo, quod mi ipſe paraſſet:
Nónne vides, Albi vt malè viuat filius? vtque
D Barrus inops? magnum documentum, ne patriam rem
Perdere quis velit. à turpi meretricis amore
Cùm deterreret: Sectani diſſimilis ſis:
Ne ſequerer mœchas, conceſſa cum Venere vti
Poſſem: deprenſi non bella eſt fama Treboni,
Aiebat. ſapiens vitatu, quídque petitu
Sit melius, cauſas reddet tibi: mi ſatis eſt, ſi

Traditum ab antiquis morem ſeruare, tuámque,
Dum cuſtodis eges, vitam, famámque tueri
Incolumem poſſim. ſimulac durauerit ætas*
Membra, animúmque tuum: nabis ſine cortice. ſic me
Formabat puerum dictis: & ſiue iubebat,
Vt facerem quid: habes auctorem, quo facias hoc:
Vnum ex iudicibus ſelectis obijciebat:
Siue vetabat: an hoc inhoneſtum, & inutile factu,
Nécne ſit, addubites: flagret rumore malo cùm
Hic, atque ille? auidos vicinum funus vt ægros
Exanimat: mortiſque metu ſibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe
Abſterrent vitiis. ex hoc ego ſanus ab illis,
Perniciem quæcumque ferunt, mediocribus, &, queis
Ignoſcas, vitiis teneor. fortaſſis & iſtinc
Largiter abſtulerit longa ætas, liber amicus
Conſilium proprium. neque enim, cùm lectulus, aut me
*Porticus excepit, * deſum mihi rectius hoc eſt:*
Hoc faciens, viuam melius: ſic dulcis amicis
*Occurram: hoc quidam * non bellè. numquid ego illi*
Imprudens olim faciem ſimile? hæc ego mecum
Compreſſis agito labris. vbi quid datur otI,
A **Illudo chartis. hoc eſt mediocribus illis*
*Ex vitiis vnum: cui ſi * concedere nolis,*
Multa poëtarum veniat manus, auxilióque
Sit mihi. nam multo plures ſumus: ac veluti, te,
Iudæi, cogemus in hanc concedere turbã.

EVPOLIS, ATQVE CR.] hi fuerunt poëtæ comici veteris comœdiæ. De Eupoli M. Tul. epſt. ad Attic. libr. 6. Εὔπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας *quis non dixit ab Alcibiade nauigante in Siciliam* B *deiectum eſſe in mare? &c.*

CRATINVS] interpres Piodati εἰδ. ϛ. ὀλυμπ. profert hunc Cratini verſum in Bœotos, Οὗτοι δ᾽ εἰσὶν συοβοιωτικὸν πεζοφόρων γένος ἀνδρῶν: id eſt, hi autem ſunt genus ſuillobœoticũ virorum fimbriatorum. & Plutarch. in vita Periclis ſcribit, Periclem (fuerunt enim ferè æquales) ab eo dictum eſſe κεφαληγερέταν. quod idem valet, atque capite oblongo, & amplo, & quaſi congregato. de eodem infrà Horat. ep. ad Mæcenat. 3. lib. 1. *Priſco ſi credis, Mæcenas docte, Cratino, &c.*

ATQVE ALII, QVORVM COM.] id eſt, & alij veteris comœdiæ ſcriptores. erat autem C vetus comœdia liberior, ac maledicentior, quàm vt aures hominum ferre poſſent. ſic Satyra 10. hoc lib. *Illi, ſcripta quibus comœdia priſca viris eſt, hoc ſtabant.*

SI QVIS ER. DIGN. DESCR. Q. M.] immo etiam indignos, qui deſcriberentur, & integros atq; innocenteis viros notabant: vt Periclem, Socratem, Ariſtidem, & ſimileis. qua de re ſic M. Tull. libr. 4. de rep. *Quem illa* [comœdia vetus] *non attigit, vel potius quem non vexauit? cui pepercit? eſto. populareis homines, improbos in rempubl. ſeditioſos, Cleonem, Cleophontem, Hyperbolum læſit. patiamur. Etſi huiuſmodi ciueis à cenſore melius eſt, quam à poëta, notari. Sed Periclem cùm ita ſuæ ciuitati maxima auctoritate plurimos annos domi & belli præfuiſſet, violari verſibus, & eos agi in ſcena, non plus decuit, quàm ſi* D *Plautus noſter voluiſſet, aut Næuius P. & Cn. Scipioni aut Cæcilius M. Catoni maledicere.* Neque verò ſingulos ciueis ſolùm notabant, & vellicabant, verum etiam populum vniuerſum nominibus cõtumelioſis inſectabantur, appellantes Δῆμον πυκνίτην, δύσκολον γερόντιον, ὑπόκωφον, id eſt, populum in Pnyce, qui locus erat contionis legitimæ, aſſiduè hærentem, ſenecionem difficilem, & moroſum, ſurdaſtrum.

FAMOSVS] malè audiens. ſuprà Od. 3. lib. 3. *Iam nec Lacenæ ſplendet adulteræ Famoſus hoſpes.* M. Tull. lib. 2. de Orat. ad Q. Fratr. *Non pol (inquit) audeo. Nam me ad famoſas vetuit mater accedere.*

LVCILIVS] ſignificat, ſatyram, cuius inuentor fuit *Lucilius*, veteris comœdiæ locum

occu-

occupaſſe. hunc Lucilium Baſſum inſectatur vrbanè, id eſt, ſuo more Sat. 10. De eodem ſic M. Tull. lib. 1. de finib. *Nec vero, vt noſter Lucilius, recuſabo, quo minus omnes mea legant. Vtinam ille Perſius: Scipio verò, & Rutilius multo etiam magis: quorum ille iudicium reformidans, Tarentinis ait, ſe, & Conſentinis, & Siculis ſcribere. facetè is quidem, ſicut aliàs: ſed nec tam docti tunc erant, ad quorum iudicium elaboraret, & ſunt illius ſcripta leniora, vt vrbanitas ſumma appareat, doctrina mediocris.* Idem epiſt. ad Atticum libr. 12. *Cato me quidem delectat: ſed etiam Baſſum Lucilium ſua.* Idem tamen lib. 2. de Orato. ſub perſona Craſſi, Lucilium hominem doctum, & perurbanum appellat.

Mvtatvm tantùm pro.] quia Lucilius hexametris ferè verſibus, illi iambeis mores hominum notabant.

B Emvnctæ naris] id eſt, ſagax, acri iudicio, ſagaciter odorans hominum mores, & vitia: tralatio eſt, vel allegoria. Nam vt qui ſunt emunctæ naris, niſi quid aliud obſtat, ſagaciter olfaciunt odores: ita qui nareis habent mucôre obſtructas, minus ſunt in ſentiendis odoribus ſagaces. eadem ratione verbũ *odorari* pro eo quod eſt, acutè, & celeriter percipere, atque intelligere, & peruestigando conſequi, vſurpatur à M. Tullio, Verr. de iure dicundo. *huius vero erat ars, & malitia miranda, quod acutiſſimè tota prouincia, quidcunque eſſet neceſſe, indagare, & odorari ſolebat.* & in epiſtolis ad Atticum multis locis.

C Dvrvs compon. vers.] durus in componendis verſib. vide annot. ad Od. 8. lib. 4. eiuſdem generis eſt id, quod ſtatim ſequitur, *piger ſcribendi ferre laborem.*

Vt magnvm,] tanquam aliquid magnũ.

Stans pede in vno] id eſt, breuiſſimo tempore, & non magna opera inſumta, vel ſine conatu, & contentione magna virium Nam qui aliquid magnum faciunt, toto corpore, & omnibus, vt dicitur, vnguiculis, ei rei, quam faciendam ſuſceperunt, aſſeruiũt. Etiam genu terram tangere viſus eſt Antonius cùm contentè pro ſe ipſe lege Varia diceret, vt refert ſe vidiſſe M. Tullius in libris de Oratore ad Q. Fr.

D Cùm flveret lvtvl. erat q. t.] allegoria eſt, ducta à flumine torrente lutulento. hoc autem ſentit: cùm verſus profunderet inuenuſtos, incultos, atque illepidos, erat tamen aliquid, quòd exciperes, ſumeres, & probares. huic loco reſpondent ea, quæ ſunt ſat. 10. *At dixi fluere hunc lutulentum: ſæpe ferentem Plura quidem tollenda relinquendis.* *tollenda*, id eſt, ſumenda. vt epiſt. de arte poët. *hoc tibi dictum Tolle memor.* & epiſt. ad Numicum lib. 1. *partem, vel tolleres omnem.* & epiſt. ad Mæcen. 2. *at tu quantum vis, tolle, benignè.* & epiſt. 18. eiuſdem lib. *Sic iterat voces, & verba cadentia tollit, Vt puerum, &c.* Alij *tollere* accipiunt pro eo, quod eſt amputare, & reſecare: à quibus diſſentio. nam locus ille, qui eſt ſaty. 10. perſpicuè declarat, per *tollenda*, ea ſignificari, quæ ſumenda, & probanda ſunt, vt ſuo loco docebimus.

A Quintilianus libr. 10. ad hunc locum reſpiciens ſcribit illa: *Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio diſſentio, qui Lucilium fluere lutulentum, & eſſe aliquid quod tollere poſſis, putat.* Ex quibus Quintiliani verbis Turnebus hunc Horatij locum à me diſſentiens, ſic explicat. *erat quod tollere velles*, id eſt, erat quod auferre, & detrahere velles. Sed ne tempus in re aperta conteram, planè fallitur. Acron quidem & Porphir. mecum faciunt: &, quod familiam ducit, Horatius ipſe ſat. 10. vt oſtendam ſuo loco, neq; me Quintilianus mouet.

Nam vt mvlt. nil mor.] id eſt, nam ſi quis multum ſcribat, nihili æſtimo, manũ non verterim. ſic epiſt. ad Vallam, lib. 1. *nam vina nihil moror illius oræ.* Virg. Æn. 5. *nec dona moror.*

B Crispinvs] de quo ſupra ſaty. 1.

Minimo me provocat] minimo, ſubaudi, digito. prouerbium eſt à geſtu eorum, qui alterum in certamen prouocãt, natum. nam minimum digitum porrigunt, illum à ſe contemni ſignificantes, proinde ac ſi eum poſſint vel minimo digito percellere, ac peruertere.

Accipe, si vis] verba Criſpini Horatium prouocantis. accipe tu, inquit, ſi vis: ego accipiam tabulas. ſic autem legendum videtur, *Accipiam tabulas:* non, vt habent libri vulg. *accipe iam tabulas.* quamquam etiam hæc vulgata lectio ferri poteſt.

Detvr n. l. h.] aliquot libri calamo exarati habent, *dentur nobis, &c.*

C Cvstodes] addantur, ſeu apponantur nobis cuſtodes, qui obſeruent, & ſpeculentur diligenter, nequid ſuffuremur, néue aliena opera vtamur. M. Tullius Diuin. in Cæcilium: *Cuſtodem (inquit) Tullio me apponite.*

Dii benè fecervnt] reſpondet Horat. Diis habeo gratiam: vel benefici, ac benigni erga me fuerunt Dij immortales, quòd me parui animi, & paucorum verborum finxerunt. notandum hoc loquendi genus, *Dij benè fecerunt.* quod par eſt illi vſitatiori *benefactum.*

Perpavca loqvente] ſic ſaty. 6. huius lib. *Vt veni coram, ſingultim pauca locutus.* mendosè autem habent omnes libri, *loquentis*, præterquàm Faërnenſis: in quo ſcriptum eſt *loquentes.* Sed s. alia manu, & in litura.

D At tv concl. hirc.] id eſt, at tu imitare ventum, qui ex follibus fabrorum ferrariorum exſpiratur tandiu, quoad ferrum ab igne molliatur: quibus verbis ſignificat, verſus eius eſſe velinaneis, ac leueis: vel inflatos, ac turgidos. *hircinis follibus* autem, id eſt, ex corio hircino factis.

Beatvs Fannivs, vltro, &c.] O beatum (inquit Horat.) Fannium, cui pupulus ſiue ſenatus vltro, id eſt, non petenti. capſas, in quibus eius libri conderentur, ac ſeruarentur, imaginémque ad memoriam eius prodendam, detulit, cùm mea, &c. hunc Fannium ineptũ vocat ſat. 10. his verbis. *aut cruciet, quod Vellicet abſentem Demetrius? aut quod ineptus Fannius Hermogenis*

gitudinem vocum, & ſyllabarum intelligit: verbi gratia, ſpondeus duo habet tempora, dactylus & anapæſtus totidem: iambus, choréus, tribrachus vnum cum dimidio. longa enim ſyllaba vno tempore continetur: & item duæ breues: vna breuis dimidio, Quare duæ longæ ſyllabæ duobus temporibus conſtant: & item quattuor breues, & longa ac duæ breues. longa autem & breuis, tres breues, breuis & longa, vnum tempus & dimidium continent.

Belli ferratos posteis,] conſtat verſum eſſe Ennianum. belli poſteis autem, id eſt, belli foreis. ſic Virg. lib. 2. Æneid. *poſteiſq; ſub ipſos Nituntur gradibus.* ibid. *Amplexæque tenent poſteis, atque oſcula figunt.* & lib. 7. *& cardine verſo Belli ferratos rupit Saturnia poſteis.* ad quem locum Seruius notans, acyrologiam (inquit) fecit commutando Ennij verſum. Nam ille ait, *Belli ferratos poſteis, portáſque refregit.*

Aliàs] aliàs quætemus, &c. Sed dubitandũ non eſt, quin comœdia ſit poëma: neque Horatius dubitat, vt appáret ex lectione lib. ſeu epiſt. de art. poëtica.

Sulcius et Caprius] accuſatores acerrimi.

Rauci malè] admodum rauci, ex quo ſignificat, eos admodum vocaleis, & clamoſos fuiſſe, ſeu plurimùm vocem contendere ſolitos eſſe. obtunditur enim vox, & rauceſcit nimiùm clamando.

Libellis] accuſatoriis: in quibus habent maleficorum nomina, & crimina perſcripta.

Magnus vterque timor] id eſt, vterque valde horribilis latronibus, & ſicariis.

Puris manibus] puris à cæde, ἁγναῖς, καθαραῖς χερσί: ſi quis ſit καθαρὸς τὰς χεῖρας. vt ſup. annot. ad Od. 22. lib. 1. *ſceleriſque purus.*

Vt sis tu sim. Coeli, Birrique latr. Non e. s. C. &c.] quamuis tu ſis latronum ſimilis: ſi ſim Caprio, & Sulcio diſſimilis, quid eſt cur metuas me?

Nulla taberna meos h.] Et quid eſt, quòd metuas me, ſi libri mei nulla in taberna, nulláque in columna ſint venales, neque legantur à vulgo? ad columnas, ſeu pilas proſtabãt libri: vt in epiſt. de arte poët. *mediocribus eſſe poëtis Non dij, non homines, non conceſſere columnæ.* Nã poëtæ ſua ſcripta, quæ edere, & diuulgare volebant, bibliopolis & librariis, quorum tabernæ & officinæ erant ad columnas, dabant: à quibus emebat deinde vulgus.

Queis manus insud. vul.] id eſt, quos emptos vulgus manibus terat, & Tigellius vnus è vulgo: vrbanè, & ſalſè Hermogenem Tigellium, qui doctus haberi volebat, vnum è multis facit, & in vulgo numerat.

Non rec. cuiq. nisi] hæc aliquantùm ſeparanda ſunt à ſuperioribus, hoc modo. præterea non recito cuiquam, niſi amicis, idque inuitus. quid eſt igitur, quod me pertimeſcas,

A aut verſus meos? in quibuſdam libris ſcriptum reperi, *Nec recitem,* quæ ſcriptura mihi non diſpliceret. quin ego verò eam ſecutus eſſem, niſi vidiſſem, hanc vulgatam & ferri poſſe, & quattuor librorum veterum auctoritate confirmari.

In medio qui Scripta foro] Multi ſunt, (dicat aliquis Horatij conſilium, & conſuetudinem improbans,) qui in medio foro recitent ſua poëmata: nonnulli etiam in balneis.

Quíque lavanteis] & qui in balneis. ſic enim loquuntur Latini ſcriptores. ſuprà ſat. 3. *dum tu quadrante lauatum Rex ibis.* Theophraſtus libello, qui inſcribitur, ἠθικοὶ χαρακτῆρες, in argumentis ingenij ruſtici etiam hoc enumeB rat, cantare in balneis.

Suave locus res.] hæc quoque dicuntur ex ſententia, & ſub perſona glorioſorum leuiúmque poëtarum, in balneis ſua ſcripta recitare ſolitorum.

Inaneis Hoc iuvat] hęc nunc Horatius: leues, (inquit) & inanes homines libenter, & cupidè in balneis recitant, non quærentes apud ſe num ſtultè, num intempeſtiuè illud faciant. *inanes* dicit, quos Græci κενοδόξους, id eſt, inanis gloriæ cupidos. ſic ferè Lucr. lib. 1. *Clarus ob obſcuram linguam magis inter inaneis. Quam de grauis inter Graios, qui vera requirunt.*

Sine sensu] ἀναισθήτως, ſine iudicio. ſup. C ſat. 3. *communi ſenſu planè caret.*

Studio] ἐκ προνοίας, ἐξεπίτηδες, data opera, de induſtria. eo autem prauus es, quòd prudens & de induſtria lædis alterum. vides hîc nomen *prauus* mirè adiuuare vim verbi *facis.*

In me iacis?] mihi obiicis? tralatio ducta ab iis, qui iaculantur. M. Tull. pro Quinctio. *ita fit, vt ego, qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, cum etiam telum aduerſarius nullum iecerit.* Idem tranſlatè, pro Q. Roſc. com. *quin tu hoc crimen aut obijce, vbi licet agere, aut iacere noli, vbi non oportet.*

Rodit] obſcurè lædit, & inſectatur, vt infrà epiſt. ad Loll. 2. lib. 1. *circum roditur.*

Solutos qui captat r.] γελωτοD ποιός, qui riſum effuſum mouere ſtudet.

Commissa] arcana, occulta conſilia ſuæ fidei commiſſa: vt epiſt. 18. lib 1. *Commiſſúmque teges, & vino tortus, & ira.*

Hic niger est: hunc tu Rom.] id eſt, hic eſt improbis moribus, ingenióque infido. puto Horatium reſpicere ad ſymbolũ illud Pythagoricum, quod monet μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων, id eſt, ne guſtemus de iis, quibus nigra eſt cauda, quo vetabat Pythagoras (vt interpretatur Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς.) συνδιατρίβειν μέλασιν ἀνθρώποις διὰ κακοήθειαν, id eſt, verſari cũ hominibus, qui nigri eſſent morum improbitate. Dici etiã fortaſſe poteſt, Horatium alludere ad prouerbium illud μὴ τῷ μελαμπύγῳ περιτύχῃς, id eſt, caue ne in virum, qui nigro ſit podice, incidas: quod ab hiſtoria

Cercôpum

Cercôpum natum eſt. qui à matre fuerant præmoniti, vt cauerent ne in melampygum inciderent. vide Suidam. Ego tamen malo nigrum hoc loco μελάνουρον, quàm μελάμπυγον intelligi, cùm μελάμπυγος nomen ſit honeſtum, atque in laude poſitum. Nam Hercules dictus eſt μελάμπυγος, quaſi minimè mollis, miniméque impudicus: ὡς δὲ τὸ πλαδαρὸς, οὐκ εὐρύπρωκτος. Seruius ad illum locum Virg. Georg. 1. *turbine nigro*, norat, tempeſtate noxia. Horatius, *hic niger eſt: hunc tu Romane caueto.* ex quibus verbis intelligere licet, Seruij ſententia nigrum hîc apud Horatium idem valere, quod *noxium*, pernicioſum, peſtiferum.

Sæpe tribvs lectis] in ſingulis lectis diſcubitoriis magna ex parte veteres illi, quaterni diſcumbebant. ita in ternis lectis, diſcumbebant duodeni plures autem, quàm quaternos in ſingulis lectis diſcumbere, erat incommodum ac ſordidum: ex quo illa M. Tullij in Piſonem, *nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquiſitum (laudabo inimicum) ne magnopere quidem quicquam, præter libidines, ſumptuoſum. toreuma nullum, maximi calices, & hi, ne contemnere ſuos videatur, Placentini, &c. Græci ſtipati, quini in lectulis, ſæpe plures, ipſe ſolus, bibitur vſque eo, dum de ſolio miniſtretur.*

E qvibvs vnvs] id eſt, è quibus conuiuis vnus geſtit ſalsè in omneis dicere, præterquàm in conuiuatorem.

Qvavis] quauis ratione, quouis modo. Catull. *difficile eſt, verùm hoc qualibet efficias.* idem ad Rauidum, *Quid vis? qualibet eſſe notus optas?* vel dic, in quamuis partem. alij verſu proximo legunt *aqua* & *quauis* cum *aqua* coniungi volunt. quidam codices veteres habent *quamuis*, & idé *aquam*. quos non ſum ſecutus. admonendum tamen de hac ſcriptura lectorem putaui.

Aspergere] ſalſis dictis carpere, & vellicare: maledictis inſectari, ſic M. Tull. pro Plancio, *hunc tu vitæ ſplendorem maculis aſpergis iſtis?* Idem epiſt. ad Cecinam lib. 6. *Ex eodem fonte ſe hauſurum intelliget laudes ſuas, è quo ſit leuiter aſperſus.* ſic loquuntur & Græci. Athen. lib. 12. ex Hegiſandro, Ἀρίστιππος ῥαινόμενος μὲν ὑπὸ τῶν τοῦ Διονυσίου θεραπόντων, σκωπτόμενος δ' ἐπὶ τῷ ἀνέχεσθαι, ὑπ' Ἀντιφῶντος· εἰδ' ἁλιευόμενος ἐτύγχανον, ἔφη, καταλιπὼν τὴν ἐργασίαν ἂν ἀπῆλθον, Ariſtippus autem cùm aſpergeretur à Dionyſij familiaribus, & famulis, & cùm ſalſis dictis ab Antiphonte peteretur, quòd id pateretur: at ſi ego (inquit) piſcarer, nunquid proptereà quòd aſpergeret, relicto negotio diſcederem?

Præter evm, qvi præb. aqvam] præter eum, qui dat cenam, id eſt, conuiuatoré conuiuator enim balneum calfaciebat, aquámque præbebat, qua lauarent conuiuæ, vt diximus ſuprà ad illum locum Od. 19. lib. 3. *quis aquã temperet ignibus?* neque verò neceſſe habeo ſententiam eorum refellere, qui volunt hoc loco legi, *præbet, aqua*, vt præbet, per ſe, & ſeparatim legatur, & ſubaudiatur, cenam, aut aliquid ſimile. nam verbum *præbere*, accuſandi caſum ſemper deſiderat, neque vmquam video à ſcriptoribus omitti, ac ſubintelligi, vt M. Tull. ad Qu. Fratr. lib. 2. A. d. viii. Idus Apr. *ſponſalia Craſſipedi præbui. huic conuiuio puer optimus Q. tuus, meúſque, quod perleuiter commotus fuerat, defuit.* Horat. ſat. 2. libr. 2. *nec ſic, vt ſimplex Naeuius, vnctam Conuiuis præbebit aquam.* ſic loquuntur & Græci ὕδωρ παρέχειν, Athen. lib. 4. & παρέχειν στέγην, ἅλας, ἔλαιον, ὄξος. quod Latini præbere tectum, ſalem, oleum, acetum dicunt. Horat. ſat. 5. huius lib. *Proxima Campano ponti quæ villula, tectum præbuit: & parochi, quæ debent, ligna, ſalémque.* ex quo idem Horat. ſat. 8. lib. 2. conuiuatorem, parochum vocat περὶ τὸ παρέχειν, quod valet præbere: & *parochi* dicebantur, qui legatis ſalem, & ligna præbebant. Adr. Turnebus lib. 2. Aduerſ. cap. 2. vult totum hunc locum eſſe allegoria tectum, allegoriámque ductam eſſe à luſu, quo quis alio aquam ex vrceo aut ſitula miniſtrante, alios omneis aqua per laſciuiam aſpergat, ei vni, qui miniſtret aquam, parcat. Atque ita videtur velle legi, *aqua* contra omnium librorum auctoritatem: quod tamen non eſt neceſſe. nam hac ſeruata allegoria, quam non improbo, legi poteſt *aquam*, vt habent omnes libri. tantùm in verbo *aſpergere*, ſubintelligendum erit, *aqua*.

Post, hvnc qvoqve potvs] poſteà autem ne conuiuatori quidem parcit: ſed huoc quoque aſpergit, tùm ſcilicet, cùm vino concaluit, & cùm potus eſt.

Cond. cùm verax ap. pr.] id eſt, cùm Bacchus veritatis amator, & ſimplex, aperit arcana conſilia in præcordiis condita. Catullus *condita pectoris* appellat, carm. de coma Beren. ſuprà Od. 21. lib. 3. amphoram dixit pleromque lene tormentum duro ingenio admouere. nulla ſententia verior, nulla certior, quàm vino ingenium cuiuſque indicari, atque aperiri. ſic Od. 11. epod. *Simul calentis inuerecundus Deus Feruidiore mero Arcana promorat loco.* & epiſt. de arte poët. ad Piſon. *Reges dicuntur multis vrgere culullis, Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborent, An ſit amicitia dignus.* His conſentanea ſunt illa Theognidis, Ἐν πυρὶ μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἴδριες ἄνδρες Γινώσκουσ'· ἀνδρὸς δ' οἶνος ἔδειξε νόον, Καὶ μάλα περ πινυτοῦ, τὸν ὑπὲρ μέτρον ἤρατο πίνων, Ὥστε καταισχῦναι καὶ πρὶν ἐόντα σοφόν. id eſt, In igni quidem homines ſcientes aurum & argentum explorant, & ſpectant: hominis autem mens vino cognoſcitur, & declaratur, quantumuis prudentis: ſi ſupra modum id biberit: ita vt, qui anteà ſapientiæ laude florebat, is dedecore, maculáque afficiatur. Sed non celabo lectorem, me in aliquot libris manu ſcriptis, ſcriptum reperiſſe, *candida cùm verax aperit præc. libr.* quam ſcripturam videtur confirmare illud ex Oda. 18. libr. 1. *non ego te, candide Baſſareu, Inuitum quatiam.* Verumtamen ego receptam magis probo.

A *tem vt ducas*, id eſt, *ne non ducas*. M. Tull. ad Attic. lib. 7. *tamen vereor, vt hoc ipſis contentus ſit*, &c. id eſt, *ne non contentus ſit*. Idem lib. 2. *Valerio vereri, vt epiſtolas illas acceperint*. Idem epiſt. 1. ad Torquat. lib. 6. *cuius tanti mali, quamuis docti viri multa dicant, tamen vereor, vt conſolatio vlla poſſit vera reperiri, præter illam, quæ tanta eſt, quantum in cuiuſque animo roboris eſt, atque neruorum*, &c. vel legendum *ne conſolatio nulla*. nam vulgata ſcriptura mendoſa eſt. Idem ad Terentiam. *Vereor vt Dolabella ipſe ſatis vobis prodeſſe poſſit*. Idem orat. contra Rull. ad popul. *hoc quia vos fœdus non iuſſeritis, veretur Hiempſal, vt ſatis firmum ſit, & ratum*. Idem lib. 1. de Orat. ad Qu. frater. *ſed illa duo, Craſſe, vereor vt*
B *tibi poſſim concedere*. idem orat. pro Quinctio, *taménne vereris, vt poſſis hæc contra Hortenſium defendere?* Horat. Sat. 1. lib. 2. *ò puer, vt ſis vitalis, metuo*. Cæſar lib. 5. de bello Gall. *Labienus veritus, ſi ex hibernis fugæ ſimilem profectionem feciſſet, vt hoſtium impetum ſuſtinere poſſet, præſertim quos recenti victoria efferri ſciret*, &c. ſic enim habent cod. calamo exarati. Veniamus ad exempla alterius locutionis, *vereor, ne*: cuius quidem ſententia priori contraria eſt. Terent. in Eunuch. *Miſeram me, vereor ne illud grauius Phædria tulerit*. &c. idem in Andr. *hoc vereor, ne quid Andria apportet mali*. in Hecyra. *vereor, ſi clamorem eius hic crebro exaudiat, Ne parturire eam intelligat*. ibid. *ſimul vereor Pamphilum, ne orata noſtra nequeat diutius celare*. idem Phorm. *vereor ne iſtæc fortitudo in neruum erumpat denique*.
C ibid. *hoc vereor lenonem, ne quid ſuat*. M. Tull. in Lælio, *neque enim verendum eſt, ne quid excidat, aut ne quid in terram defluat*. Ibid. *ſin autem illa vereor, ne idem interitus ſit animorum, & corporum*, &c. qui locus mendoſè in vulgatis codicibus legitur, *vt idem interitus*. epiſt. ad C. Cœlium C. F. vltima, lib. 3. *verebar ne id ita caderet, quod etiam nunc vereor, vt antè quam tu in prouinciam veniſſes, ego de prouincia decederem*. & pro M. Marcello, *vereor ne hoc, quod dicam, non perinde intelligi auditu poſſit, atque ego ipſe cogitans ſentio*. vbi mendoſè legitur vulgò *vereor vt hoc, quod dicam*. Virgil. in Palæm. *ipſe Neæram Dum fouet, ac, ne me ſibi præferat illa, veretur, Hic alienus, &c.*

Et magnis parva, &c.] id eſt, & mineris te ſimilem pœnam ad lenia peccata vindi-
D canda adhibiturum, atque ad grauia, *ſimili falce recidere* poſuit pro eo, quod eſt, ſimili pœna coërcere. pœnis enim deterrentur, ac reuocantur improbi à flagitiis ac maleficiis: atque ita maleficia pœnis reciduntur. falce autem ſimili magnis dixit more Græcorum, ὁμοίᾳ τοῖς μεγάλοις. ſimili atque magna peccata reciduntur.

Si dives, qui sap.] Stoicos irridet hoc modo, Quid opus eſt iſta condicione, *ſi tibi regnum Perm. homines?* nónne hoc veſtrum eſt, ſapientem eſſe diuitem, ſutorem, formoſum, atque etiam regem? quid igitur vetat, quominus poteſtate regia vtaris? & cur id, quod habes, optas, quaſi deſit? cum hoc loco congruit ille, epiſt. 1. lib. 1. *Ad ſummam ſapiens vno minor eſt Ioue, diues, Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum*. ſed illic ſerio loquitur, hic ioco. M. Tullius li. 3. de finibus in extremo, ſub Catonis perſona talẽ deſcribit ſapientem, his verbis, *rectius enim appellabitur rex, quam Tarquinius, qui nec ſe, nec ſuos regere potuit: rectius magiſter populi, quàm Sylla, &c. rectius diues, quàm Craſſus, qui niſi eguiſſet, numquam Euphratem nulla belli cauſa tranſire voluiſſet, &c. rectè etiam pulcher, rectè ſolus liber. rectè ſolus inuictus*.

Svtor tamen est sapiens] ſapiẽs eſt ſutor bonus (inquit Stoicus τῇ δυνάμει, οὐ τῇ ἐνεργείᾳ, id eſt, poteſtate, non viu, neque functione muneris.

Qvò?] id eſt, quò iſtuc pertinet? vt ſuperio-
B re Satyra, *quo res hæc pertinet?* alij interpretantur, quò modo? alij legunt *qui?*

Vt qvamvis tacet Herm.] de Hermogene ſup. Satyr. 2. vt cantor eſt Hermogenes (inquit) etiam ſi taceat. (habitu enim cantor eſt, dum tacet: ἐνεργείᾳ autem cantor eſt, dum canit) ita & ſapiens, conſul, diues, formoſus eſt τῇ δυνάμει καὶ τῇ ἕξει, id eſt, poteſtate & habitu.

Vt Alfenvs] more Satyrico, id eſt, vrbano & faceto, Alfenum quemdam Cremonenſem irridet, qui cùm ſutrinam primùm feciſſet, deinde clauſa ſutrina Romæ iuri ciuili Seruio Sulpicio magiſtro operam nauaſſet, iuriſconſultus clariſſimus euaſit, conſulatum adeptus eſt, honorificentiſſimóque funere elatus eſt. De eo
C fit locis aliquot in Pandectis iuris ciuilis mentio.

Est opifex solvs:] ſic ſcriptum, & diſtinctum eſt in duobus cod. Vatic. Iann. Faern. Torneſ. Rainutij Card. Nicotiano, Ruſſard.

Vellvnt tibi barb.] ſignificat, ita inepta, & ſtulta loqui Stoicos, vt etiam à pueris irrideantur: vel ita non eſſe regem, ſapientem Stoicum, vt pueri ei barbam vellant: id eſt, eum contumelioſè illudant: neque ille eos alia ratione, aut alia vi arcere poſſit, quàm fuſte, aut baculo: quod minimè eſt regium. non celabo lectorem in aliquot codicibus antiq. ſcriptum eſſe *vellent*.

Lascivi] proterui, ad iocandum, ludendúmque natura procliues ac parati. tranſlatè di-
D xit ſup. Oda 36. lib. 1. Laſciuas ederas. At propriè Oda 19. eod. lib. laſciuam licentiam.

Qvos tv nisi fvste coerc. Vrg. t.] id eſt, quos niſi fuſte abigis, te vt inſanum quendam, & mente captum vrgent, & ſectantur: id eſt, ſectabuntur, atque vrgebũt. ſolent autem pueri mente captos, & fatuos circumſiſtere, ac ſectari: quod & M. Tullius oſtendit lib. 4. accuſ. de Theomnaſto quodam, his verbis, *Retinere incipit tabulam Theomnaſtus quidam ridicule inſanus, quem Syracuſani Theoractum vocant: qui illic eiuſmodi eſt, vt eum pueri ſectentur: vt omnes, cùm loqui cœperit, irrideant*: vel ſic, quos tu niſi fuſte coërces, & repellis, vrgeris, id eſt continuò vrgeberis puerorum turba, te circumſiſtent, téque irridente,

irrIdente, atque illudente, oeq; quicquam tuam A potrſtatem regiam pertimeſcente.

Vrgeris tvrba] cod.1. Vatic.& Iann. habent *Vrgueris*, vt ſæpe alibi.

Rvmperis] clamore: ſic M. Tull. lib. 7. epi. *Diruipi pane me in iudicio Galli Caninij familiaris tui*, vel iracuodia & dolore.

Dvm tv qvaorante lav.] concludit neque ſapientem, regem eſſe dicendum, quamdiu, vt vnus de multis, quadrante lauatur, & ab vno Criſpino comite deducitur, cùm reges & in domibus ſuis regiis de ſuo lauent, & quamplurimos habere ſoleant ſtipatores: oeque vera eſſe Stoicorum decreta, *peccata eſſe æqualia, ſapientem nunquam ignoſcere, nunquam miſereri, &c.* Erat autem quadrãs, merces balneatoris. M. Tull. pro B Cœlio, de Clodia. *niſi fortè mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori.*

Stipator] comes, ſatelles, δορυφόρος. nam Stoicum alloquitur, qui ſe regem eſſe prædicat. M. Tullius de Alexandro Pheræo, off. 2. *præmittebátque de ſtipatoribus ſuis, qui perſcrutarentur arculas muliebres, &c.*

Si qvio peccavero] aliqoot libri manuſcr. habent, *ſi quid peccabo*: vnde amicus qoidam meus, vir doctus, legendum exiſtimabat, *ſi quid peccaro*, propter vocem ſequentem initium capientem à duabus conſonãtibus. Sed nihil hoc me mouet, qui ſciam hoc ab Horatio non admodum ſtudioſè vitari: Sic enim Sat. 2. hoc lib. *niſi olentem in fornice ſtantem.* & Satyr. 5. *inſani ridentes* C *præmia ſcribæ*. vt neque ab Homero, verbi gratia, ἰλιάδ. μ. διός τε Σχέμανδρος. *peccaro* tamen valdè probo: & ita poſteà in vno cod. antiquiſſimo ſcriptom reperi.

TVRNEBVS.

Ex lib. 13. cap. 1. Conſociabo & illud ex eodem ſermone,

Vſque ad mala citaret, io Bacche, in quo *Io Bacchæ*, per diphthongum legi debere non iniuria nec ineptè ſuſpicor, cùm & menſio ſyllabæ id flagitet, & imitatio videatur fanaticæ exclamationis Liberalium ad Bacchas, aut etiam ipſarum inter ſeſe Baccharum furore correptarum vociferatio. Plautus, Caſina, St. Bacchæ ergo Hercle vxor. Cl. Bacchæ? St. Hercle vxor. Cl. quid eſt? D An. Nugatur ſciens. Nam eccaſtor nunc Bacchæ nullæ ludunt. St. Oblitos fui, Sed tamen Bacchæ.

Ex lib. 19. cap. 30. Prouerbium Græcum, quod è fidium harmonia ſumptum eſt. δὶς διὰ πασῶν, video explicari bis per omnia: cui ego interpretationi non poſſum vllo modo aſſentiri. puto. o. eſſe bis per omnes, vt chordas ſubaudiamus: Sic διὰ τεσσάρων eſt, per quatuor chordas, quarũ tria interualla continent proportionem ſeſquitertiam, quæ eſt quatuor ad tria. Tria interualla ſunt, ſeſquioctaua, ſeſquioctaua, & defectio, vel vt Cicero vertit in Timæo, relicta particula, id eſt, λεῖμμα, quæ proportionem efficiunt ſeſquitertiam, vt docent Muſici: & iodiatonico geoere ſunt, tonus ſcilicet, tonus & ſemitonium. Quæ tamen proportio, vt Pſellus præclarè docet, non è tonis ſed è chordarum lõgitudine vel craſſitudine ſumi debet. Sic Diapente per quioque chordas, quæ quatuor habent interualla, proportionémque efficiunt ſeſquialteram, quæ non è tonis aut ſeſquioctauis ſpatiis ſumi debet, ſed, vt dixi, è chordis. διὰ πασῶν per omnes, id eſt, per octo chordas. Nam octo chordarũ erat olim muſica, quæ octo diſcrimina efficiebant vocum, & ſeptem interualla: ac δὶς διὰ πασῶν, bis per omnes, id eſt, bis per octo, quod eſt, per ſexdecim chordas, quæ perfecta complexio eſt omniom concentouoi, eiúſque ſunt quindecim interualla. B Apod Horatiom Syſtema eſt tetrachordum, cùm ſcribitor in ſermonibus,

--Modo ſumma

Voce, modo hac reſonans quæ chordis quatuor ima.

ὑπάτη autem ab eo ſumma vocatur: νεάτη ima. ac Latinis quàm Græcis vocibus vti maluit: & ſi, quod ſtudium muſices in Græcia florebat, & eorum literis mandatum erat, obtinuerat vt omnia ferè in muſica Græcis appellarentur vocabulis.

Ex lib. 2. cap. 14. *--caſta ducebant ſacra per vrbem. Pilentis matres in mollibus*, dixit Maro 8. Æneid. Ducere ſacra & ferre ſacra dicuntur, qui res ſacras & quæ ad ſacrum vtilia ſunt, rémque diuinam ferunt. Sic & apud. Cic. io Verrem, *quæ manibus ſublatis ſacra quædam more Athenienſium virginum repoſita in capitibus ſuſtinebant, canephoræ ipſa vocantur*: nam Canephoræ caniſtra ferebant, in quibos ea erant poſita, quæ ad Quinqoatria aut Cerialia pertinebant. Horatius lib. 2. Satyr. 8. C

--vt Attica virgo

Cum ſacris Cereris, procedit fuſcus hydaſpes. Idem,

--ſæpè velut qui

Iunonis ſacra ferret. Varro de ſacra via; lib. 4. de lingua Latioa, *quæ ſacra quot menſibus feruntur in arcem.* Ferunt & ſacra ſacerdotes, id eſt, res ſacras, aut ſacris vtiles & diis conſecratas dedicatáſque, diíſque ſacrificant. Maro 2. Georgic.

Me verò dulces primum ante omnia Muſæ,

illud eiuſdem poetæ,

Quarum ſacra fero ingenti percuſſus amore. Matronæ D autem hooeſtæ apud Romanos in publicis ſacris vehiculis vehebantur in quibus ſacra ferebant: quo reſpexit Maro.

Ex lib. 13. cap. 1. Hinc capiti adglotinabo &

--ſæpè velut qui

Iunonis ſacra ferret: vbi qoibuſdam *quæ* legendum videtur. Nam & Athenis virgines ſacra caniſtris in capitibus repoſita ferebant, & à virginibos id fieri in Iunonis ſacris religioois ritus poſtulabat noo à maribus vel Ouidio teſte lib. 3. Amorum ita ſcribente,

More patrum ſancta velata veſtibus albis.

Tradita ſuppoſito vertice ſacra ferunt. Sed animaduerto, *quæ* retineri commodiſſimè poſſe, vt ad Ti-

gellium ſuauiſſima vrbanitate & ſimilitudine referatur, qui tam lenen paſſu tardóque incedebat interdum, vt Iunonis ſacra ferre videretur. A

Ex lib. 13. cap. 16. *Aſt ego, quæ diuum incedo regina, Iouiſque,*

Et ſoror & coniux. à Marone 1. Æneid. cùm cantatur, ſemper arbitratus ſum plus aliquanto latare, quàm ſtatim à nobis animaduerteretur: tandem autem ex Athenæo cognoui inſigni quadam maieſtate inceſſus veteres exiſtimaſſe Iunonem procedere, quò reſpexiſſe poëtam indicaui. Nã Athenæus ἡραῖον βαδίζει, id eſt, Iunonio inceſſu ambulat, pro grauitate quadam & magnificentia inceſſus dixit, vt & Propertius, lib. 2. eleg. 2.

--& incedit vel Ioue digna ſoror. Eum fortaſſe inceſſum etiam imitabantur, qui eius ſacra ferebant: B vnde & Flaccus ſcripſit, *--ſæpe velut qui Iunonis ſacra ferret*: quod tamen propter dignitatem ſacrorum tantæ deæ, & propter Pompam potius fiebat. Ea porrò ſacra ferebant puellæ vt ait Ouidius, 3. Amorum eleg. 12. *More patrum ſanctæ velatæ veſtibus albis Tradita ſuppoſito vertice ſacra ferunt.* Quamquam & aliàs ſacra etiam omnia tardo greſſu ferebantur, & vt ait Cicero, fercula pomparum.

Ex lib. 19. cap. 4. Apud Flaccum nequiſſimus ille Tigellius, in viuendi ratione diſſimilior & inæqualior, quàm æſtas hyemi comparata, modò reges atque tetrarchas loquitur, modo ſubitò mutata voluntate, quaſi frugi, ait, C

--Modò ſit mihi menſa tripes &

Concha ſalis puri: vbi menſam tripedem interpretor mutilam & claudam vno pede, vt plerúmque pauperiorum ſupellectili accidit. Sic apud Martial. lib. 12. epigr. 32. ſcribitur, *Ibat tripes grabatus*, id eſt vno pede claudus. nihil, inquit, Hermogenes, moror iſtorum lautitias, vel tripedem boni conſuluerim menſam: nec moueor epulis exquiſitis & opiparis, mihi pro obſonio fuerit vel ſolus ſal & merus, quem linguam. Id. n. puto eſſe quod dicit *Concha ſalis puri*, præſertim cùm quibuſdam obſonij loco eſſe Plinius ſcribat, lib. 31. cap. 7.

Ex lib. 29. cap. 17. Concham ſalis puri pro Salino dixit Horatius proinde ſcripſit Pomponius, Apud Non. in Eliminare. *Concha vos iſtic manet, eliminabo extra ædes coniugem.* pro cœna vobis parata eſt, quòd in menſa ſalinum poni ſoleat. D

Ex lib. 18. cap. 30. Vt ſexcenta plerúmque ab auctoribus Latinis pro multis poni ſolent: vt ſexcenta eiuſdem generis proferre poſſum exempla: ita decies centena pro immani & prægrandi ſumma, idque iam inde ab vltima propè antiquitate vrbis, credo quòd tum ea pecunia videbatur ingens, cùm minor erat nummi copia. Proinde Iuuenalem dixiſſe reor,

--ritu decies centena dabuntur

Antiquo, pro immenſa dote. Certè poſteaquam creuit pecunia & abundauit Romæ, nihilominus permanſit illa antiqua loquendi ratio, vt decies centena infinitam pecuniam ſignificarent. Horatius, Satyr. 10.

--decies centena dediſſes

Huic parco paucis contento quinque diebus

Nil erat in loculis. Iuuenalis,

Optima ſed quare Ceſonia teſte marito?

Bis quingenta dedit. id eſt, decies centena millia Martialis lib. 1. *Si dederint ſuperi decies mihi millia centum.* Nam decies centena, decies centena millia ſignificant & valent.

Ex lib. 14. cap. 20. Ait Horatius, epod. Od. 12.

--nec naris obeſa. qui enim naſi ſunt acutioris, melius adorari & ſagaciores intelligentioréſque cenſebantur: vt alio apud Flaccum loco

--acutis

Naribus horum hominum rideri poßit. Erat autem mulier fœtidiſſima & hircoſa. Contrà qui naris obeſæ, B deterius olfacere, tardiores minúſque intelligentes eſſe putabantur. tradunt enim iſta mutuas operas & inuicem lucem alterum alteri fœnerat.

Ex lib. 19. cap. 4. Senſum autem interpunctio improba in ea ecloga corrupit. ſic. n. puto diſtinguendum eſſe.

Iracundior eſt paulò, minus aptus, acutis

Naribus horum hominum rideri poßit. Nam hominem iracundum eſſe ait, & non aptum, nec appoſitum nec accommodatum ad hominũ aliorum mores. Ac ne me in alieno oſtentem, militémq; glorioſum imiter, ſic diſtingunt chirographi libri & interpretes antiqui.

C Ex lib. 21. cap. 3. Acutas aures pro acribus & iudicij intelligentis dici. animaduerto: Calpurnius, Eclog. 4.

Quicquid in eſt, ſiluestre licet videatur acutis

Auribus, & noſtro tantum memorabile pago. Sic acutas nares dixit Flaccus.

--minus aptus, acutis

Naribus horum hominum rideri poßit. contrà obeſæ aures iudicij nullius, aut obtuſi & hebetis habentur. Idem Calpurnius,

Ruſtica credebam nemorales carmina nobis

Conceßiſſe deos, & obeſis auribus apta, id ex eo, quòd pingue pro ſtupido & barbo tardique ingenij à Latinis poni conſueuit.

Ex lib. 23. cap. 18. Scrupedam Aurelius exponebat, apud Varr. lib. 6. de ling. Latina, à ſcauro pede vel Scauripedam. Nam ſic in Varrone lego. D Scaurus autem exponitur ςρεβλόπους, & σκαμβὸς σκέλος à vetere critico. Horatius quoq;,

--illum

Balbutit ſcaurum prauis fultum malè talis, in Sermonib. ſcribit.

Ex lib. 19. cap. 4. Ibidem ait, ſi quis nobiſcum probus viuat, à nobis per contumeliam iniquam appellari *demiſſum*: ſi quis tardior, vocari pinguẽ, quod eſt nullius ingenij. Legendum itaq; eſt,

Tardo cognomen pinguis damus.

Sincerum, Inquit, *cupimus vas incruſtare*, id eſt, malo quodam inficere ſucco: quod dictum eſt inuerſis verbis accipiendum. Incruſtare autem eſt tanquam cruſta quadam tectorij obducere. Varro de Glirario, lib. 3. de re ruſt. cap. 15. *Tota*

leui

leni lapide aut tectorio intrinſecus incruſtatur. Calices etiam ſuccis quibuſdam lentis & craſſis medicatíſque ſaporibus incruſtantur. Scribonius Largus *Calices quoque eis incruſtabentur additis quinque vel ſex ſalis vel farris granis.* Hic autem incruſtationem de ſucco vitioſi ſaporis, & liquorem inficiente in vas miſſum interpretandam cenſeo cum omnibus enarratoribus: vt & apud Lucillium,

-- nam vel regionibus illis

Incruſtatus calix rutæ cauliq́; bibetur.

Ex libr. 2. cap. 15. Piſcis patinarius qui ſit apud Plautum, Aſiaria Sc. Vnum iſtorum quodque, in queſtionem vocatur: ego eum puto, qui non aſſatur, nec elixatur, ſed in patina è iure coquitur. Id ex Horatio intelligi poteſt, ita ſcribente,

Si quis eum ſeruum, patinam qui tollere iuſſus
Semeſos piſces tepidumque ligurierit ius. nam ſi malè non conijcio, piſces patinarios è iure paratos intellexit.

SATYRA 4.

Lucilium, veteres comicos Græcos ſequutum, mordacem fuiſſe ait: ſua tamen ſcripta non itidem legi oſtendit, quum bona pars hominum ſibi vitij alicuius conſcia, ſe ibi perſtringi ſciat. Se alioqui virulentia carere, ac tantúm iocoſa & velut paterna quadam caſtigatione ad deterrendos à vitiis homines vti profitetur.

EVPOLIS, atque Cratinus, Ariſtophanéſque, poëtæ
Atque alij, quorum comœdia priſca virorum eſt:
Si quis erat dignus deſcribi, quòd malus, aut fur:
Quòd mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus: multa cum libertate notabant.
**Hinc omnis pendet Lucilius, hoſce ſecutus:*
Mutatis tantum pedibus, numeríſque facetus:
**Emunctæ naris, * durus componere verſus.*
Nam fuit hoc vitioſus: in hora ſæpe ducentos
A ** Vt magnum, verſus dictabat ſtans pede in vno:*
Cùm flueret lutulentus, erat quod tollere velles:
Garrulus, atque piger ſcribendi ferre laborem:
*Scribendi rectè: nam * vt multum, nil moror. ecce*
*Criſpinus * minimo me prouocat: accipe, ſi vis*
B *Accipiam tabulas. detur nobis locus, hora,*
Cuſtodes: videamus vter plus ſcribere poſſit.
Dij bene fecerunt, inopis me, quódque puſilli
Finxerunt animi, rarò & perpauca loquentem.
At tu concluſas hircinis follibus auras
C *Vſque laboranteis, dum ferrum molliat ignis,*
Vt mauis, imitare. beatus Fannius, vltro
** Delatis capſis, & imagine: cùm mea nemo*
Scripta legat, vulgò recitare timentis, ob hanc rem,
Quòd ſunt, quos genus hoc minimè iuuat, vtpote plureis
D *Culpari dignos. quemuis media erue turba:*
Aut ob auaritiam, aut miſera ambitione laborat.
Hic nuptarum inſanit amoribus: hic puerorum:
Hunc capit argenti ſplendor: ſtupet Albius ære:
Hic mutat merceis ſurgente à ſole ad eum, quo

Veſpertina tepet regio: quin per mala præceps
Fertur, vti puluis collectus turbine, nequid
** Summa deperdat, metuens, aut ampliet vt rem.*
Omnes hi metuunt verſus: odere poëtas.
** Fænum habet in cornu: longè fuge. dummodo riſum*
Excutiat ſibi, non hic cuiquam parcet amico.
Et, quodcumque ſemel chartis illeuerit, omneis
Geſtiet à furno redeunteis ſcire, lacúque
Et pueros, & anus. agedum pauca accipe contrà.
Primum ego me illorum, dederim quibus eſſe poëtas,
Excerpam numero. neque enim concludere verſum
Dixeris eſſe ſatis, neque, ſi quis ſcribat, vti nos,
Sermoni propiora, putes hunc eſſe poëtam.
Ingenium cui ſit, cui mens diuinior, atque os
*Magna * ſonaturum: des nominis huius honorem.*
*Iccircò quidam, comœdia, * necne poëma*
Eſſet, quæſiuere, quòd acer ſpiritus, ac vis
Nec verbis, nec rebus ineſt: niſi quòd pede certo
Differt ſermoni, ſermo merus. at pater ardens
*Sæuit, quod meretrice * nepos inſanus amica*
Filius, vxorem grandi cum dote recuſet:

A *Ebrius & magnum, quod dedecus, ambulet ante*
Noctem cum facibus: nunquid Pomponius iſtis
Audiret leuiora, pater ſi viueret? ergo
Non ſatis eſt pueris verſum perſcribere verbis,
Quem ſi diſſoluas, quiuis ſtomachetur eodem
B *Quo * perſonatus, pacto pater. his, ego quæ nunc,*
Olim quæ ſcripſit Lucilius, eripias ſi
** Tempora certa, modóſque: &, quod prius ordine verbum eſt,*
Poſterius facias, præponens vltima primis:
Non, vt ſi ſoluas, poſtquam diſcordia tætra
Belli ferratos poſteis, portáſque refregit:
C ** Inuenias etiam disiecti membra poëtæ.*
Hactenus hæc: aliàs iuſtum ſit, nécne, poëma
Nunc illud tantùm quæram: meritóne tibi ſit
Suſpectum genus hoc ſcribendi. Sulcius acer
*Ambulat, & Caprius, rauci malè, cumq; * libellis,*
D *Magnus vterque timor latronibus: at, bene ſi quis,*
Et puris viuat manibus, contemnat vtrumque.
** Vt ſis tu ſimilis Cæli, Birríque latronum:*
Non ego ſim Capri, neque Sulci: cur metuas me?
Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos:
Queîs manus inſudet vulgi, Hermogeniſque Tigelli?

Non

Non recito cuiquam, niſi amicis, ídque coactus. A
Non vbiuis, corámve quibuſlibet. in medio qui
*Scripta foro recitent, ſunt multi: quíque * lauantes:*
Suaue locus voci reſonat concluſus. inaneis
Hoc iuuat, haud illud quærenteis, num ſine ſenſu,
*Tempore num faciant alieno. * lædere gaudes,* B
Inquis: & hoc, ſtudio prauus facis. vndepetitum*
Hoc in me iacis? eſt auctor quis denique eorum
Vixi cum quibus? abſentem qui rodit amicum:
Qui non defendit alio culpante: ſolutos
Qui captat riſus hominum, famámque dicacis: C
Fingere qui non viſa poteſt: commiſſa tacere
Qui nequit: hic niger eſt: hunc tu Romane caueto.
Sæpe tribus lectis videas cenare quaternos:
*E quibus vnus auet * quâuis * aſpergere cunctos,*
Præter eum, qui præbet aquam: pòſt, hunc quoque potus, D
Cóndita cùm verax aperit præcordia Liber.
Hic tibi comis, & vrbanus, libérque videtur
*In feſto * nigris. ego, ſi riſi quòd ineptus*
Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircum:
Liuidus, & mordax videor tibi? mentio ſiqua
De Capitolini furtis iniecta Petilli
Te coram fuerit: defendas, vt tuus eſt mos:
Me Capitolinus conuictore vſus, amicó-
Que à puero eſt: cauſáque mea permulta rogatus
Fecit: &, incolumis lætor quod viuit in vrbe.
Sed tamen admiror, quo pacto iudicium illud
Fugerit. hic nigræ ſuccus lolliginis: hæc eſt*
*Ærugo mera: quod vitium procul afore * chartis,*
Atque animo prius, vt, ſi quid promittere
Póſſum aliud verè promitto. liberius ſi
Dixero quid, ſi forte iocoſius: hoc mihi iuris
*Cum venia dabis. * inſeuit pater optimus hoc mi,*
Vt fugerem, exemplis vitiorum quæque notando.
Cùm me hortaretur, parcè, frugaliter, atque
Viuerem vti contentus eo, quod mi ipſe paraſſet:
Nónne vides, Albi vt malè viuat filius? vtque
Barrus inops? magnum documentum, ne patriam rem
Perdere quis velit. à turpi meretricis amore
Cùm deterreret: Sectani diſſimilis ſis.
Ne ſequerer mœchas, conceſſa cum Venere vti
Poſſem: deprenſi non bella eſt fama Treboni,
Aiebat. ſapiens vitatu, quídque petitu
Sit melius, cauſas reddet tibi: mi ſatis eſt, ſi

Traditum ab antiquis morem ſeruare, tuámque,
Dum cuſtodis eges, vitam, famámque tueri
*Incolumem poſſim. ſimulac * durauerit ætas*
Membra, animúmque tuum: nabis ſine cortice. ſic me
Formabat puerum dictis: &, ſiue iubebat,
Vt facerem quid: habes auctorem, quo facias hoc:
Vnum ex iudicibus ſelectis obijciebat:
Siue vetabat: an hoc inhoneſtum, & inutile factu,
Nécne ſit, addubites: flagret rumore malo cùm
Hic, atque ille? auidos vicinum funus vt ægros
Exanimat: mortíſque metu ſibi parcere cogit:
Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe
Abſterrent vitiis. ex hoc ego ſanus ab illis,
Perniciem quæcumque ferunt, mediocribus, &, queis
Ignoſcas, vitiis teneor. fortaſſis & iſtinc
Largiter abſtulerit longa ætas, liber amicus
Conſilium proprium. neque enim, cùm lectulus, aut me
*Porticus excepit, * deſum mihi rectius hoc eſt:*
Hoc faciens, viuam melius: ſic dulcis amicis
*Occurram: hoc quidam * non bellè. numquid ego illi*
Imprudens olim faciam ſimile? hæc ego mecum
Compreſſis agito labris. vbi quid datur oti,
A *Illudo chartis. hoc eſt mediocribus illis*
*Ex vitiis vnum: cui ſi * concedere nolis,*
Multa poëtarum veniat manus, auxilióque
Sit mihi. nam multo plures ſumus: ac veluti, te,
Iudæi, cogemus in hanc concedere turbã.

EVPOLIS, ATQVE CR.] hi fuerunt poëtæ comici veteris comœdiæ. De Eupoli M. Tul. epſt. ad Attic. libr. 6. Εὔπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας *qui non dixit ab Alcibiade nauigante in Siciliam* B *deiectum eſſe in mare? &c.*

CRATINVS] interpres Pindari ὠδ. ς. ὀλυμπ. profert hunc Cratini verſum in Bœotos, Οὗτοι δ' εἰσὶν συοβοιωτικὸν πεζοφόρων γένος ἀνδρῶν: id eſt, hi autem ſunt genus ſuillobœoticũ virorum fimbriatorum. & Plutarch. in vita Periclis ſcribit, Periclem (fuerunt enim ferè æquales) ab eo dictum eſſe κεφαληγερέταν. quod idem valet, atque capite oblongo, & amplo, & quaſi congregato. de eodem infrà Horat. ep. ad Mæcenat. 3. lib. 1. *Priſco ſi credis, Mæcenas docte, Cratino, &c.*

ATQVE ALII, QVORVM COM.] id eſt, & alij veteris comœdiæ ſcriptores. erat autem vetus comœdia liberior, ac maledicentior, quàm C vt aures hominum ferre poſſent. ſic Satyra 10. hoc lib. *Illi, ſcripta quibus comœdia priſca viris eſt, hoc ſtabant.*

SI QVIS ER. DIGN. DESCR. Q. M.] immo etiam indignos, qui deſcriberentur, & integros atq; innocenteis viros notabant: vt Periclem, Socratem, Ariſtidem, & ſimileis. qua de re ſic M. Tull. libr. 4. de rep. *Quem illa* [comœdia vetus] *non attigit, vel potius quem non vexauit? cui pepercit? eſto. populareis homines, improbos in rempubl. ſeditioſos, Cleonem, Cleophontem, Hyperbolum læſit. patiamur. Etſi huiuſmodi ciueis à cenſore melius eſt, quam à poeta, notari. Sed Periclem cùm ita ſuæ ciuitati maxima auctoritate plurimos annos domi & belli præfuiſſet, violari verſibus, & eos agi in ſcena, non plus decuit, quàm ſi* D *Plautus noſter voluiſſet, aut Næuius P. & Cn. Scipioni aut Cæcilius M. Catoni maledicere.* Neque verò ſingulos ciueis ſolùm notabant, & vellicabant, verum etiam populum vniuerſum nominibus cõtumelioſis inſectabantur, appellantes δῆμον πυκνίτην, δύσκολον γερόντιον, ὑπόκωφον, id eſt, populum in Pnyce, qui locus erat contionis legitimæ, aſſiduè hærentem, ſenecionem difficilem, & moroſum, ſurdaſtrum.

FAMOSVS] malè audiens. ſuprà Od. 3. lib. 3. *Iam nec Lacenæ ſplendet adulteræ Famoſus hoſpes.* M. Tull. lib. 2. de Orat. ad Q. Fratr. *Non pol* (inquit) *audeo. Nam me ad famoſas vetuit mater accedere.*

LVCILIVS] ſignificat, ſatyram, cuius inuentor fuit Lucilius, veteris comœdiæ locum occu-

occupaſſe. hunc Lucilium Baſſum inſectatur vrbanè, id eſt, ſuo more Sat. 10. De eodem ſic M. Tull. lib. 1. de finib. *Nec verò, vt noſter Lucilius, recuſabo, quo minus omnes mea legant. Vtinam ille Perſius: Scipio verò, & Rutilius multo etiam magis: quorum ille iudicium reformidans, Tarentinis ait, ſe, & Conſentinis, & Siculis ſcribere. facetè is quidem, ſicut alias: ſed nec tam docti tunc erant, ad quorum iudicium elaboraret, & ſunt illius ſcripta leuiora, vt vrbanitas ſumma appareat, doctrina mediocris.* Idem epiſt. ad Atticum libr. 12. *Cato me quidem delectat: ſed etiam Baſſum Lucilium ſua.* Idem tamen lib. 2. de Orato. ſub perſona Craſſi, Lucilium hominem doctum, & perurbanum appellat.

MVTATVM TANTÙM PED.] quia Lucilius hexametris ferè verſibus, illi iambeis mores hominum notabant.

EMVNCTÆ NARIS] id eſt, ſagax, acri iudicio, ſagaciter odorans hominum mores, & vitia: tralatio eſt, vel allegoria. Nam vt qui ſunt emunctæ naris, niſi quid aliud obſtat, ſagaciter olfaciunt odores: ita qui nareis habent mucore obſtructas, minus ſunt in ſentiendis odoribus ſagaces. eadem ratione verbū *odorari* pro eo quod eſt, acutè, & celeriter percipere, atque intelligere, & perueſtigando conſequi, vſurpatur à M. Tullio, Verr. de iure dicundo. *huius vero erat ars, & malitia miranda, quod acutiſſimè tota prouincia, quid cuique eſſet neceſſe, indagare, & odorari ſolebat.* & in epiſtolis ad Atticum multis locis.

DVRVS COMPON. VERS.] durus in componendis verſib. vide annot. ad Od. 8. lib. 4. eiuſdem generis eſt id, quod ſtatim ſequitur, *piger ſcribendi ferre laborem.*

VT MAGNVM,] tanquam aliquid magnū.

STANS PEDE IN VNO] id eſt, breuiſſimo tempore, & non magna opera inſumta, vel ſine conatu, & contentione magna virium. Nam qui aliquid magnum faciunt, toto corpore, & omnibus, vt dicitur, vnguiculis, ei rei, quam faciendam ſuſceperunt, annituntur. Etiam genu terram tangere viſus eſt Antonius cùm contentè pro ſe ipſe lege Varia diceret, vt refert ſe vidiſſe M. Tullius in libris de Oratore ad Q. Fr.

CÙM FLVERET LVTVL. ERAT Q. T.] allegoria eſt, ducta à flumine torrente lutulento. hoc autem ſentit: cùm verſus profunderet inuenuſtos, incultos, atque illepidos, erat tamen aliquid, quod exciperes, ſumeres, & probares. huic loco reſpondent ea, quæ ſunt ſat. 10. *At dixi fluere hunc lutulentum: ſæpe ferentem Plura quidem tollenda relinquendis. tollenda*, id eſt, ſumenda. vt epiſt. de arte poët. *hoc ſibi dictum Tolle memor.* & epiſt. ad Numicum lib. 1. *partem, vel tolleret omnem.* & epiſt. ad Mæcen. 2. *at tu quantum vis, tolle, benignè.* & epiſt. 18. eiuſdem lib. *Sic iterat voces, ſic verba cadentia tollit, Vt puerum, &c.* Alij *tollere* accipiunt pro eo, quod eſt amputare, & reſecare: à quibus diſſentio. nam locus ille, qui eſt ſaty. 10. perſpicuè declarat, per *tollenda*, ea ſignificari, quæ ſumenda, & probanda ſunt, vt ſuo loco docebimus.

A Quintilianus libr. 10. ad hunc locum reſpiciens ſcribit illa: *Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio diſſentio, qui Lucilium fluere lutulentum, & eſſe aliquid quod tollere poſſis, putat.* Ex quibus Quintiliani verbis Turnebus hunc Horatij locum a me diſſentiens, ſic explicat. *erat quod tollere velles*, id eſt, erat quod auferre, & detrahere velles. Sed ne tempus in re aperta conteram, planè fallitur. Acron quidem & Porphir. mecum faciunt: & quod familiam ducit, Horatius ipſe ſat. 10. vt oſtendam ſuo loco, neq; me Quintilianus mouet.

NAM VT MVLT. NIL MOR.] id eſt, nam ſi quis multum ſcribat, nihili æſtimo, manū non verterim. ſic epiſt. ad Vallam, lib. 1. *nam vina nihil moror illius oræ.* Virg. Æn. 5. *nec dona moror.*

B CRISPINVS] de quo ſuprà ſaty. 1.

MINIMO ME PROVOCAT] minimo, ſubaudi, digito. prouerbium eſt à geſtu eorum, qui alterum in certamen prouocāt, natum. nam minimum digitum porrigunt, illum à ſe contemni ſignificantes, proinde ac ſi eum poſſint vel minimo digito percellere, ac peruertere.

ACCIPE, SI VIS] verba Criſpini Horatium prouocantis. accipe tu, inquit, ſi vis: ego accipiam tabulas. ſic autem legendum videtur, *Accipiam tabulas:* non, vt habent libri vulg. *accipe iam tabulas.* quamquam etiam hæc vulgata lectio ferri poteſt.

DETVR N. L. H.] aliquot libri calamo exarati habent, *dentur nobis, &c.*

C CVSTODES] addantur, ſeu apponantur nobis cuſtodes, qui obſeruent, & ſpeculentur diligenter, ne quid ſuffuremur, néue aliena opera vtamur. M. Tullius Diuin. in Cæcilium: *Cuſtodem (inquit) Tullio me apponite.*

DII BENÈ FECERVNT] reſpondet Horat. Dijs habeo gratiam: vel benefici, ac benigni erga me fuerunt Dij immortales, quòd me parui animi, & paucorum verborum finxerunt. notandum hoc loquendi genus, *Dij benè fecerunt.* quod par eſt illi vſitatiori *benè factum.*

PERPAVCA LOQVENTEM] ſic ſaty. 6. huius lib. *Vt veni coram, ſingultim pauca locutus.* mendosè autem habent omnes libri, *loquentis*, præterquàm Faërnenſis: in quo ſcriptum eſt *loquentes.* Sed s. alia manu, & in litura.

D AT TV CONCL. HIRC.] id eſt, at tu imitare ventum, qui ex follibus fabrorum ferrariorum exſpiratur tandiu, quoad ferrum ab igne molliatur: quibus verbis ſignificat, verſus eius eſſe vel inaneis, ac leueis: vel inflatos, ac turgidos. *hircinis follibus* autem, id eſt, ex corio hircino factis.

BEATVS FANNIVS, VLTRO, &c.] O beatum (inquit Horat.) Fannium, cui populus ſiue ſenatus vltro, id eſt, non petenti, capſas, in quibus eius libri conderentur, ac ſeruarentur, imaginémque ad memoriam eius prodendam, detulit, cùm mea, &c. hunc Fannium ineptū vocat ſat. 10. his verbis. *aut crucier, quòd vellicet abſentem Demetrius? aut quod ineptus Fannius Hermogenis.*

Digitized by Google

lædat conuiua Tigellij ſic loquitur M. Tull. in orat. pro Plancio. *Itaque hac ſpe decedebam, vt mihi populum Rom. omnia delaturum putarem.* & epiſt. ad P. Nigidium Figulum libr. 4. *nec mihi quicquam tali tempore in mentem venit optare, quod non vltro mihi Cæſar detulerit.* alij hunc locum ſic explicant, beatus Fannius, cuius capſæ vltro in bibliothecam Auguſti fuerint delatæ cum imagine. quibuſcũ equidem pugnare nolim, præſertim cùm, vtrãcumque explicationem ſequamur, ſemper intelligere nos oporteat. Fannij poëmata in ædem Apollinis, & Muſarum, ſeu in aliam publicam bibliothecam eſſe recepta: veruntamen priorẽ explicationem malo. Alij, vt teſtatur Acron, dicũt, hunc Fannium, malum poëtam, libris caruiſſe: Itaque ſcripta eius, atq; imaginem in publicam bibliothecam à captatoribus fuiſſe deportata nullo merito ſcriptoris.

Qvòd svnt, qvos gen. hoc] id eſt, ob id, quòd ſunt non pauci, qui non delectantur, immò verò offenduntur ſatyris: ij ſcilicet, qui reprehenſione digni ſunt, quales ſunt auari, ambitioſi, libidinoſi, adulteri, ſcelerati, impij, vaſorum & ſignorum plus æquo ſtudioſi, mercatores, & ſimiles.

Erva] codices 2. Vatic. Iann. Faëtn. Torn. Raïnutij Card. habent *elige.*

Hic nvpt. ins. am.] alius amore matrumfamiliâs vſque ad inſaniam captus eſt.

Stvpet Albivs æra] miro ſignorũ, & vaſorum æreorum amore, ſtudióq; ducitur, eáque ſupra modum amat, & admiratur. ſic loquitur Virg. Geor. 2 *Hic ſtupet attonitus roſtris.* Horat. ſat. 6. *Qui ſtupet in titulis.*

Hic mvtat merceis] emit, comparat, permutat. vide ſup. annot. ad Od. 16. lib. 1. de verbo mutandi.

Ad evm, qvo vesp.] ad occidentem Virg. libro 5. Æneid. *veſpere ab atro Conſurgunt venti* Horat. Od. 15. libro 4. *ad ortum Solis ab Heſperio cubili.*

Qvin per mala præc.] vt ſup. epi. 1. lib. 1. *Impiger extremos curris mercator ad Indos Per mare paup. fugiens, per ſaxa, per igneis, per mala.* id eſt, per moleſtias, per diſcrimina vitæ, per dolores, & labores.

Vti pvlvis collect. tvrb.] puluerem vento concitatum, & collectum vocant Græci poetæ κονίσαλον, alij κονιορτόν. Itaque hoc nomen videtur exprimere voluiſſe.

Ne qvid svmma deperd. m.] metuens ne quid de ærario deriuat; metuẽs ne quid de bonis quæſitis & congeſtis deminuat, ſi quid forte inſumat in res ad victum, cultúmque neceſſarias: vel ſic, metuens ne quid de ſumma fures detrahant, néue alio aliquo caſu ſumma minuatur, & depereat.

Versvs] præſertim ſatyricos, id eſt, vrbanos, & mordaceis.

Fænvm habet in c.] intellige, hæc dici ab improbis, & vitioſis hominibus: quibus

A inuiſi ſunt poëtæ. conuenit prouerbium in homines acreis, promtos, viribus corporis, aut ingenij facultate inſtructos, ac paratos ad iniuriã, ſi qua inferatur, propulſandam, atque adeò ad laceſſendum, ſi quis occurrat malo dignus. Plutarchus in Craſſo huius prouerbij originem indicans, à bobus, qui cornu petunt, prouerbium eſſe natum, quorum cornibus Romani ſolebant fœnum appéndere, vt ſibi ab eis cauérent homines in via fortè occurrentes. narrat idem Plutarch. Sicinniũ quendã de Craſſo dicere ſolitum, fænum eum habere in cornu. ſic ille, ἴσχυε δὲ χάριτι καὶ φόβῳ· φόβῳ δ᾽ οὐκ ἐλάττον ὁ γοῦν πλεῖστα πράγματα παρέχων τοῖς καθ᾽ αὑτὸν ἄρχουσι, καὶ δημαγωγοῖς Σικίννιος, πρὸς τὸν
B ἐπιόντα, τί δὴ μόνον οὐ σπαράττει τὸν Κράσσον, ἀλλὰ παρίησιν αὐτόν. χόρτον ἔχειν φησὶν ἐπὶ τοῦ κέρατος. εἰώθεισαν δὲ Ῥωμαῖοι τὸν κυρίττοντα τῶν βοῶν ὑπὲρ τοῦ φυλάττεσθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας, χόρτῳ περιελίσσειν τὸ κέρας. id eſt, Valebat autẽ Craſſus gratia, & terrore: terrore quidem non minùs, quàm gratia Sicinnius enim, qui ſuæ ætatis magiſtratibus, & tribunis pl. plurimum negotij facceſſiuit, ei, qui quæſiuerat quamobrem Craſſum ſolum non laceraret, ſed eum præteriret, quia (inquit) fænum habet in cornu. Soliti autem erant Romani bouis, cornu petentis, vt, qui in viis occurrerent, ſibi ab illo cauerent, fænum cornibus alligare. eadem de re lege & Plutarch. ῥωμαϊκοῖς.

C Dvm modo risvm exc. s. &c.] ita eſt ridiculorum dictorum cupidus, vt, dummodo quippiam falsè dicat, ne amicis quidem parcere velit. Ariſto. lib. 4. de morib. ad Nicom. ſcribit, ſcurram, quem βωμολόχον Græcè nominat, eo differre ab vrbano, quòd vrbanus ita falſè dicat, vt neminem offendat, aut vt etiam delectet: ſcurra autem ridiculo moderari non poſſit: tum nec ſibi, nec aliis parcat, dummodo riſum moueat. verba Ariſtotel. ſunt hæc, ὁ δὲ βωμολόχος, ἥττων ἐστὶ τοῦ γελοίου, καὶ οὔτε ἑαυτοῦ, οὔτε τῶν ἄλλων ἀπεχόμενος, εἰ γέλωτα ποιήσει. excutiat autem riſum, id eſt, riſum profuſum moueat.

Et, qvodcvmqve sam. ch. ill.] id eſt, quodcumque per iocum, & ludum ſcrip-
D ſerit.

Gestiet] cupiet. idem epiſt. ad Piſon. *geſtit paribus colludere.*

Fvrno] in quo coquitur panis. iccircò magna ſemper eò turba cónuenit & vetularum, & puerorum.

Lacúqve] lacus ſignificat interdum vas ampliſſimum, vbi calcantur vuæ. M. Tull. in Bruto, *ſic ego iſtis cenſuerim, & nouam iſtam quaſi de muſto, ac lacu feruidam orationem fugiendam: nec illam præclaram Thucydidis nimis veterem, tanquam Anticianam notam perſequendam.* Eſt etiam lacus (vt docet Varro lib. 4. de lingua Latina) lacuna magna vbi aqua contineri poteſt, ſeu locus, quo aqua ex flumine ad aquandum excepta eſt: quo modo cre-

do credibilius eſt hoc loco accipiendum eſſe, vt intelligamus pueros, & anus aquandi cauſa ad lacum iuiſſe, & è lacu tedire. Propert. lib. 2. *Cui fuit indocti fugienda hæc ſemita vulgi, Jpſa petita lacu nunc mihi dulcis aqua eſt.* Terent. Adelph. *Apud ipſum lacum eſt piſtrilla.* Eſt & alius lacus, vt epiſtola prima libr. 1. *lacus, & mare ſencit amorem Feſtinantis heri.*

Agedvm pavca acc.] reſpondet Horatius ad ea, quæ cùm in omne genus poëtarum, tum in ſatyrarum ſcriptores dicta ſuetaot. & primùm negat, ſe eſſe poetam: quia ſcripta ſua, ſermoni quotidiano ſimiliora ſint, quàm locutioni poëticæ.

Primùm ego me illorvm, &c.] id eſt, primùm me ex numero poëtarum excerpam.

Conclvdere versvm] certis pedibus, & numeris claudere: vt ſat. 10. huius libr. *at ſi quis pedibus quid claudere ſenis, Hoc tantum contentus, &c.* Cum his Horatianis congruunt illa Petrooij Arbitri, *Multos, inquit Eumolpus, iuuenes carmen decepit. nam vt quiſque verſum pedibus inſtruxit, ſenſumque teneriore verborum ambitu intexuit, putauit ſe continuò in Heliconem veniſſe. Sic forenſibus miniſteriis exerciti, frequenter ad carminis tranquillitatem, tamquam ad portum faciliorem confugerunt, credentes facilius poëma exſtrui poſſe, quàm controuerſiam vibrantibus ſententiolis pictam. Ceterùm, neque generoſior ſpiritus ſanitatem amat, neque concipere aut edere partum mens poteſt, niſi ingenti flumine litterarum inundante. refugiendum eſt ab omni verborum, vt ita dicam, vilitate, & ſumendæ voces à plebe ſummotæ, vt fiat, Odi profanum vulgus & arceo, &c.*

Sermoni propiora] orationi ſolutę ſimiliora, quàm verſibus. ſic epiſtola ad Auguſt. *nec ſermones ego mallem Repentes per humum, quam res componere geſtas.* Satyras igitur propter hanc cauſam ſermones appellauit. Sunt autem etiam epiſtolæ, ſermones: ſed illæ ad abſenteis, ſatyræ ad præſenteis: & iccircò ſermones potiùs, quàm epiſtolæ dictæ ſunt, noménque generis retinuerunt, quia epiſtolæ appellantur ſuo & proprio.

Ing. c. s. c. mens divin.] M. Tull. item in orat. pro Arch. poëta ait, poëtam natura ipſa valere, & mentis viribus excitari, & quaſi diuino ſpiritu afflari. vide ann. ad. illum locum, *Ingenium miſera, &c.* de art poët.

Magna sonatvrvm] Priſc. libro 2. producit huoc locum, & ait *ſoniturum* eſſe vſitatius, quàm ſonaturum, à verbo *ſono*.

Iccircò qvidam com.] ſic M. Tull. in orat. perf. *At comicorum ſenarij propter ſimilitudinem ſermonis ſic ſæpe ſunt abiecti, vt nonnumquam vix in his numerus, & verſus intelligi poßit.*

· Nisi qvòd pede certo] comica oratio, merus eſt ſermo, prętet quàm quòd certo, ac definito numero, certiſque pedibus ab oratione ſoluta differt. ſic M. Tull. in orat. perf. *Itaque video viſum eſſe nonnullis, Platonis, & Demoſthe-*

A *nis locutionem, etſi abſit à verſu, tamen, quòd incitatius feratur, & clariſſimis verborum luminibus vtatur, potius poema putandum, quam comicorum poëtarum, apud quos nihil eſt aliud quotidiano diſsimile ſermoni, niſi quòd verſiculi ſunt.*

At pater ardens] aduerſarium facit occurrentem ei rationi, propter quam putét quidam comœdiam merum ſermonem eſſe, non poëma; nempe quia deſit ei ſpiritus acer, & vis poëtica, hoc modo. atqui ſæpe (inquit) videmus in comœdia ſenem induci à poëta, filio libidinosè atque intemperanter viuenti, ſcortanti, omnia quæ habeat, profundenti, vxorem benè dotatam recuſanti, ante noctem cũ facibus ambulanti, grauiter iraſcentem: vt Demeam apud
B Terent. Teutopidem apud Plautum. non deeſt igitur comœdiæ vis, nec ſpiritus. ſic epiſt. de arte poët. *Interdum tamen & vocem comœdia tollit, Iratúſque Chremes tumido delitigat ore.*

Sævit] excandeſcit, iraſcitur, χαλεπαίνει. Plaut. Epid. *Sed memento, ſi quid ſæuiunt ſenes, ſuppetias mihi cum ſorore ferre.* vide annot. ad Od. 33. libri primi.

Nepos] luxurioſus, ἄσωτος. vide anootata ad Od. 1. epod. in extr.

Insanvs] ſic edendum curaui ex auctoritate ſex codicum manuſcr.

Nvmqvid Pompon. istis avd.] diſſoluit id, quod reſponſum fuerat ab aduerſa-
C rio, hoc modo. patres (inquit) quotidie ſolent ita filiis ſuis ſuccenſere, potantibus, & ſcortantibus: & Pomponius, adoleſcens libidinoſus, & luxurioſus, ſi eius pater viueret, æquè aſperè obiurgaretur. hunc Pomponium quaſi aliud agens, vellicat: in quo genere reprehendendi, & diuinus eſt Horatius, & ceteros omneis ſatyrarum ſcriptores longo interuallo ſuperat.

Ergo non satis est, &c.] id eſt, non eſt igitur ſatis verſum facere verbis puris, & lectis, ſi ordine verborum commutato, ac numero diſſoluto, reſtet ſermo quotidiano ſermoni ſimilis: & quali patres domi cum filiis vti ſolent.

Personatvs] pater comicus, & qui in
D ſcena, ſeu in comedia patris perſonam ſuſtineat.

His ego qvæ, &c.] ſi ea, quæ nunc ſcribo, & quæ Lucilius ſcripſit olim, diſſoluas: modóſque, ac numeros tollas: ordinem deniq; verborum immutes, non ita inuenias parteis orationis poëticæ diſſolutæ, ac diſſipatæ, vt ſi Ennij verſum ſumas, eúmque ordine verborum cõuerſo, diſſolutum legas. exempli gratia: ſi hæc Enniana, *poſtquàm diſcordia tetra Belli ferratos, &c.* diſſoluas, ordinéq; verborum turbato ita legas, *Poſtquàm ferratos belli poſteis, & portas tetra diſcordia refregit:* non reperietur hic ſermo quotidianus, ſed poëticus.

Tempora certa, modóſqve] id eſt, pedes certos, & modulationem, ſeu menſuram definitam. per tempora breuitatem, & lon-

gitudinem vocum, & ſyllabarum intelligit: verbi gratia, ſpondeus duo habet tempora, dactylus & anapæſtus totidem: iambus, choréus, tribrachus vnum cum dimidio. longa enim ſyllaba vno tempore continetur: & item duæ breues: vna breuis dimidio, Quare duæ longæ ſyllabæ duobus temporibus conſtant: & item quattuor breues, & longa ac duæ breues. longa autem & breuis, tres breues, breuis & longa, vnum tempus & dimidium continent.

Belli ferratos posteis,] conſtat verſum eſſe Enniaoum. belli poſteis autem, id eſt, belli foreis. ſic Virg. lib. 2. Æneid. *poſteiſq; ſub ipſos Nituntur gradibus.* ibid. *Amplexæque tenent poſtes, atque oſcula figunt.* & lib. 7. *& cardine verſo Belli ferratos rupit Saturnia poſteis.* ad quem locum Seruius notans, acyrologiam (inquit) fecit commutando Ennij verſum. Nam ille ait, *Belli ferratos poſteis, portáſque refregit.*

Aliàs] aliàs quæremus, &c. Sed dubitandũ non eſt, quin comœdia ſit poëma: neque Horatius dubitat, vt appâret ex lectione lib. ſeu epiſt. de art. poëtica.

Sulcius et Caprius] accuſatores acerrimi.

Ravci malè] admodum rauci, ex quo ſignificat, eos admodum vocaleis, & clamoſos fuiſſe, ſeu plurimùm vocem contendere ſolitos eſſe. obtunditur enim vox, & raueſcit nimiùm clamando.

Libellis] accuſatoriis: in quibus habent maleficorum nomina, & crimina perſcripta.

Magnvs vterqve timor] id eſt, vterque valde horribilis latronibus, & ſicarius.

Pvris manibvs] puris à cæde, ἁγναῖς, καθαραῖς χερσί: ſi quis ſit καθαρὸς τὰς χεῖρας. vt ſup. annot. ad Od. 22. lib. 1. *ſceleriſque purus.*

Vt sis tv sim. Coeli, Birriqve latr. Non e. s. C. &c.] quamuis tu ſis latronum ſimilis: ſi ſim Caprio, & Sulcio diſſimilis, quid eſt cur metuas me?

Nvlla taberna meos h.] Et quid eſt, quòd metuas me, ſi libri mei nulla in taberna, nulláque in columna ſint venales, neque legantur à vulgo? ad columnas, ſeu pilas proſtabãt libri: vt in epiſt. de arte poët. *mediocribus eſſe poëtis Non dij, non homines, non conceſſere columnæ.* Nã poëtæ ſua ſcripta, quæ edere, & diuulgare volebant, bibliopolis & librariis, quorum tabernæ & officinæ erant ad columnas, dabant: à quibus emebat deinde vulgus.

Qveis manvs insvd. vvl.] id eſt, quos emtos vulgus manibus terat, & Tigellius vnus è vulgo: vrbanè, & ſalſè Hermogenem Tigellium, qui doctus haberi volebat, vnum è multis facit, & in vulgo numerat.

Non rec. cviq. nisi] hæc aliquantùm ſeparanda ſunt à ſuperioribus, hoc modo. prætérea non recito cuiquam, niſi amicis, idque inuitus. quid eſt igitur, quod me pertimeſcas, aut verſus meos? in quibuſdam libris ſcriptum reperi, *Nec recitem*, quæ ſcriptura mihi non diſpliceret. quin ego verò eam ſecutus eſſem, niſi vidiſſem, hanc vulgatam & ferri poſſe, & quattuor librorum veterum auctoritate confirmari.

In medio qvi Scripta foro] Multi ſunt, (dicat aliquis Horatij conſilium, & conſuetudinem improbans,) qui in medio foro recitent ſua poemata: nonnulli etiam in balneis.

Qviqve lavanteis] & qui in balneis. ſic enim loquuntur Latini ſcriptores. ſuprà ſat. 3. *dum tu quadrante lauatum Rex ibis.* Theophraſtus libello, qui inſcribitur, ἠθικοὶ χαρακτῆρες, in argumentis ingenij ruſtici etiam hoc enumerat, cantare in balneis.

Svave locvs res.] hæc quoque dicuntur ex ſententia, & ſub perſona glorioſorum leuiúmque poëtarum, in balneis ſua ſcripta recitare ſolitorum.

Inaneis Hoc ivvat] hęc nunc Horatius: leues, (inquit) & inanes homines libenter, & cupidè in balneis recitant, non quærentes apud ſe num ſtultè, num intempeſtiuè illud faciant. *inaneis* dicit, quos Græci κενοδόξους, id eſt, inanis gloriæ cupidos. ſic ferè Lucr. lib. 1. *Clarus ob obſcuram linguam magis inter inaneis. Quam de graueis inter Graios, qui vera requirunt.*

Sine sensv] ἀναισθήτως, ſine iudicio. ſup. ſat. 3. *Communi ſenſu planè caret.*

Stvdio] ἐκ προνοίας, ἐξεπίτηδες, data opera, de induſtria. eo autem prauus es, quòd prudens & de induſtria lædis alterum. vides hîc nomen *prauus* mirè adiuuare vim verbi *facis.*

In me iacis?] mihi obiicis? tralatio ducta ab iis, qui iaculantur. M Tull. pro Quinctio. *ita fit, vt ego, qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, cum etiam telum aduerſarius nullum iecerit.* Idem translatè, pro Q. Roſc. com. *quin tu hoc crimen aut obijce, vbi licet agere, aut iacere noli, vbi non oportet.*

Rodit] obſcurè lædit, & inſectatur, vt infrà epiſt. ad Loll. 2. lib. 1. *circum roditur.*

Solvtos Qvi captat r.] γελωτοποιός, qui riſum effuſum mouere ſtudet.

Commissa] arcana, occulta conſilia ſuæ fidei commiſſa: vt epiſt. 18. lib 1. *Commiſſúmque teges, & vino tortus, & ira.*

Hic niger est: hvnc tv Rom.] id eſt, hic eſt improbis moribus, ingenióque infido. puto Horatium reſpicere ad ſymbolũ illud Pythagoricum, quod monet μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων, id eſt, ne guſtemus de iis, quibus nigra eſt cauda, quo vetabat Pythagoras (vt interpretatur Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς) συνδιατρίβειν μέλασιν ἀνθρώποις διὰ κακοήθειαν, id eſt, verſari cũ hominibus, qui nigri eſſent morum improbitate. Dici etiã fortaſſe poteſt, Horatium alludere ad prouerbium illud μὴ τῷ μελαμπύγῳ περιτύχῃς, id eſt, caue ne in virum, qui nigro ſit podice, incidas: quod ab hiſtoria Cercôpum

A Cercôpum natum eſt. qui à matre fuerant præmoniti, vt cauerent ne in melampygum inciderent. vide Suidam. Ego tamen malo nigrum hoc loco *μελάνουρον*, quàm *μελάμπυγον* intelligi, cùm *μελάμπυγος* nomen ſit honeſtum, atque in laude poſitum. Nam Hercules dictus eſt *μελάμπυγος*, quaſi minimè mollis, miniméque impudicus: *παρὰ τὸ πυγαλμὸς, οὐκ εὐρύπρωκτος*. Seruius ad illum locum Virg. Georg. 1. *turbine nigro*, notat, tempeſtate noxia. Horatius, *hic niger eſt: hunc tu Romane caueto*. ex quibus verbis intelligere licet, Seruij ſententia nigrum hîc apud Horatium idem valere, quod *noxium*, pernicioſum, peſtiferum.

Sæpe tribvs lectis] in ſingulis lectis diſcubitoriis magna ex parte veteres illi, B quaterni diſcumbebant. ita in ternis lectis, diſcumbebant duodeni plures autem, quàm quaternos in ſingulis lectis diſcumbere, erat incommodum ac ſordidum: ex quo illa M. Tullij in Piſonem, *nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nihil exquiſitum (laudabo inimicum) ne magnopere quidem quicquam, præter libidines, ſumtuoſum. toreuma nullum, maximi calices, & hi, ne contemnere ſuos videatur, Placentini, &c. Græci ſtipati, quini in lectulis, ſæpe plures, ipſe ſolus, bibitur vſque eo, dum de ſolio miniſtretur*.

E qvibvs vnos] id eſt, è quibus conuiuis vnus geſtit ſalsè in omneis dicere, prætetquàm in conuiuatorem.

Qvavis] quauis ratione, quouis modo. C Catull. *difficile eſt, verùm hoc qualibet efficias*. idem ad Rauidum, *Quid vis? qualibet eſſe notus optas?* vel dic, in quamuis partem. alij verſu proximo legunt *aqua* & *quavis* cum *aqua* coniungi volunt. quidam codices veteres habent *quamuis*, & idē *aquam*. quos non ſum ſecutus. admonendum tamen de hac ſcriptura lectorem putaui.

Aspergere] ſalſis dictis carpere, & vellicare: maledictis inſectari. ſic M. Tull. pro Plancio, *hunc tu vitæ ſplendorem maculis aſpergis iſtis?* Idem epiſt. ad Cecinam lib. 6. *Ex eodem fonte ſe hauſurum intelligit laudes ſuas, è quo ſit leuiter aſperſus*. ſic loquuntur & Græci. Athen. lib. 12. ex Hegiſandro, *Ἀρίστιππος ῥαινόμενος μὲν ὑπὸ τῶν τοῦ Διονυσίου θεραπόντων, σκωπτόμενος δ' ἐπὶ τῷ D ἀνέχεσθαι, ὑπ' Ἀντιφῶντος· εἰ δ' ἁλιευόμενος ἐτύγχανον, ἔφη, καταλιπὼν τὴν ἐργασίαν ἂν ἀπῆλθον*, Ariſtippus autem cùm aſpergeretur à Dionyſij familiaribus, & famulis, & cùm ſalſis dictis ab Antiphonte peteretur, quòd id pateretur: at ſi ego (inquit) piſcarer, nunquid proptereà quòd aſpergeret, relicto negotio diſcederem?

Præter evm, qvi præb. aqvam] præter eum, qui dat cenam, id eſt, conuiuatorē conuiuator enim balneum calfaciebat, aquámque præbebat, qua lauarent conuiuæ, vt diximus ſuprà ad illum locum Od. 19. lib. 3. *quis aquā temperet ignibus?* neque verò neceſſe habeo ſententiam eorum refellere, qui volunt hoc loco legi, *præbet*, *aqua*, vt præbet, per ſe, & ſeparatim A legatur, & ſubaudiatur, cenam, aut aliquid ſimile. nam verbum *præbere*, accuſandi caſum ſemper deſiderat, neque vmquam video à ſcriptoribus omitti, ac ſubintelligi, vt M. Tull. ad Qu. Fratr. lib. 2. A.d. VIII. Idus Apr. *ſponſalia Craſſipedi præbui. huic conuiuio puer optimus Q. tuus, meúſque, quod perleuiter commotus fuerat, defuit*. Horat. ſat. 2. libr. 2. *nec ſic, vt ſimplex Næuius, vnctam Conuiuis præbebit aquam*. ſic loquuntur & Græci *ὕδωρ παρέχειν*, Athen. lib. 4. & *παρέχειν στέγην, ἅλας, ἔλαιον, ὄξος*. quod Latini præbere tectum, ſalem, oleum, acetum dicunt. Horat. ſat. 5. huius lib. *Proxima Campano ponti quæ villula, tectum præbuit: & parochi, quæ debent, ligna, ſalémque*. ex quo idem Horat. ſat. 8. lib. 2. conuiuatorem, parochum vocat *παρὰ τὸ B παρέχειν*, quod valet præbere: & *parochi* dicebantur, qui legatis ſalem, & ligna præbebant. Adr. Turnebus lib. 2. Aduerſ. cap. 2. vult totum hunc locum eſſe allegoria tectum, allegoriámque ductam eſſe à luſu, quo quis alio aquam ex vrceo aut ſitula miniſtrante, alios omneis aqua per laſciuiam aſpergat, ei vni, qui miniſtret aquam, parcat. Atque ita videtur velle legi, *aqua* contra omnium librorum auctoritatem: quod tamen non eſt neceſſe. nam hac ſeruata allegoria, quam non improbo, legi poteſt *aquam*, vt habent omnes libri. tantùm in verbo *aſpergere*, ſubintelligendum erit, *aqua*.

Pòst, hvnc qvoqve potvs] poſteà autem ne conuiuatori quidem parcit: ſed C hunc quoque aſpergit, tùm ſcilicet, cùm vino concaluit, & cùm potus eſt.

Cono. cùm verax ap. pr.] id eſt, cùm Bacchus veritatis amator, & ſimplex, aperit arcana conſilia in præcordiis cóndita. Catullus *condita pectoris* appellat, carm. de coma Beren. ſuprà Od. 21. lib. 3. amphoram dixit plerumque lene tormentum duro ingenio admouere. nulla ſententia verior, nulla certior, quàm vino ingenium cuiuſque indicari, atque aperiri. ſic Od. 11. epod. *Simul calentis inuerecundus Deus Feruidiore mero Arcana promorat loco*. & epiſt. de arte poët. ad Piſon. *Reges dicuntur multis vrgere culullis, Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborent, An ſit amicitia D dignus*. His conſentanea ſunt illa Theognidis, *Ἐν πυρὶ μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἴδριες ἄνδρες Γινώσκουσ'· ἀνδρὸς δ' οἶνος ἔδειξε νόον, Καὶ μάλα περ πινυτοῦ, τὸν ὑπὲρ μέτρον ἤρατο πίνων, Ὥστε καταισχῦναι καὶ πρὶν ἐόντα σοφόν*. id eſt, In igni quidem homines ſciotes aurum & argentum explorant, & ſpectant: hominis autem mens vino cognoſcitur, & declaratur, quantumuis prudentis: ſi ſupra modum id biberit: ita vt, qui anteà ſapientiæ laude florebat, is dedecore, maculáque afficiatur. Sed non celabo lectorem, me in aliquot libris manu ſcriptis, ſcriptum reperiſſe, *candida cùm verax aperit præc. libr.* quam ſcripturam videtur confirmare illud ex Oda. 18. libr. 1. *non ego te, candide Baſſareu, Inuitum quatiam*. Verumtamen ego receptam magis probo.

HIC] quem proximè deſcripſi, ibi, *E quibus vnus auet, &c.*

COMIS] facetus, commodus, facilis, ſuauis ſic ſatyra 10. de Lucilio. *Nil comis tragici mutat Lucilius Acci?* & ibid. ſup. *Arguta meretrice potes, Dauóque Chremetem Eludente ſenem comis garrire libellos, &c.*

PASTILLOS RVFILLVS] hic verſus iam ſuprà poſitus eſt Saty. 2.

DE CAPITOLINI] Petillius Capitolinus cùm furti, aut peculatus accuſatus eſſet, corona è Capitolio ſublata, iudicio abſolutus eſt. Anno ſuperiore cùm eſſem Romæ, Clemens Teueninus Gallus, homo Romanarum antiquitatum ſtudioſiſſimus, oſtẽdit mihi domi ſuæ nummum argẽteum: cuius in antica parte, expreſſa erat figura templi Capitolini, & circùm ſignatum nomen *Petillius*: in poſtica Iouis effigies, & circumſcriptum cognomen *Capitolinus*. de eodem ſatyra 10. *& cum Dura tibi peragenda reo ſit cauſa Petilli.*

DEFENDAS, VT TVVS EST MOS] alloquitur eum, à quo ſua ſcripta reprehendi, ac merui videt, tanquam nimis mordacia, & aculeata: & cui ſe inuiſum, & formidoloſum eſſe intelligit, veluti nigrum, ac μελάνθρον. defendas (inquit) Petillium iudicio abſolutum, ſi fortè de eo mentio incidat, tuo more, id eſt, non liberaliter, neque candidè: ſed malignè, perfidioſè, atq; inſidioſè: his verbis, quæ deinceps ſequuntur, *Me Capitolinus, &c.* in cod. Faët. & Don. & quibuſd. aliis, ſcriptum eſt *conuictore vſus amico.* ſine coniunctione *que.*

HIC NIGRÆ SVCC. LOLLIG.] huiuſmodi ratio (inquit Horatius) occultæ maleuolentiæ, obſcurique, atque inſidioſi odij pleniſſima eſt. quid ita? quia quamuis te Petillij abſolutione lætari, eique benè velle ſimules, eo tamen, quòd te mirari dicis, quónam pacto ſit abſolutus, ſignificas, eum non fuiſſe innocentem, neq; iure aut gratis eſſe abſolutum *ſuccum lolliginis* appellat orationem inuidiæ, ac maleuolentiæ plenam, quæ alterius famæ maculam aſpergat. ab atramento lolliginis piſcis ducta tralatio eſt: de quo ſic Varro lib. 4. *lolligo* (inquit) *quod ſubuolat, littera commutata. Nam primò voligo.* Deſcribit autem hîc hominem improbum, perfidum, atque inſidioſum, qui, quæ nihil ad rem pertineant, laudet: ea autem, de quibus quæritur, carpat, & vituperet.

HÆC EST ÆRVGO] ærugo, æris eſt vitium, M. Tull. Tuſcul. 4. *at Corinthiacum tardius in æruginem incidit. hæc eſt ærugo mea*, id eſt, hoc eſt graue virus, & venenum vitæ, & peſtis amicitiæ, vt loquitur Catull. ad Rufum, *Sicine ſubrepſti mi, atque inteſtina perurens, Sic miſero eripuiſti omnia noſtra? bona? Eripuiſti, eheu, noſtræ crudele venenum Vitæ, eheu, noſtræ peſtis amicitiæ.*

QVOD VITIVM, &c.] quam maleuolẽtiam amicitiæ ſimulatione tectam, ita eſſe afuturam, & ab animo meo (quod priùs eſt) & à ſcri-

A ptis, promitto, vt quiduis aliud, ſi quid eſt, quod de me ſpondere, ac recipere poſſim.

AFORE] ſic habent plerique codices manu ſcr. iiq; longè optimi: neque dubiũ eſt, quin ita ſit reponendum. nam neque abfui, abfuiſti, &c. neque abfore, neque abfuturum dicebant veteres: ſed afui, afuiſti, &c. & afore, & afuturũ. qua de re plura diximus annotationib. in M. Tullium anno ſuperiore multo emendatiorem, quàm anteà, à nobis editum: qui tamen multo emendatior exiſſet, ſi typographum diligentiorem nacti eſſemus, & ſi nobis locatores, iique, qui ſumtus ſuppeditarunt, paullo plus ſpatij ac temporis ad rem tantam accurandam dediſſent.

INSEVIT PATER OPTIM. HOC MI.] B hunc locum in omnibus exemplaribus & manu ſcriptis, & excuſis corruptum, detractione vnius litteræ in verbo *inſeuit*, & mutatione *e*, in *i*, in pronomine *me*, teſtimi, atque emendaui, cùm antea legeretur *inſueuit pater optimus hoc me*: niſi quod in vno codice impreſſo ſcriptum reperi, *inſeuit pater optimus hoc me.* quarum ſcripturarum vtraque vitioſa eſt. Nam primùm *inſueuit* verbum eſt abſolutum, ſeu potiùs, vt Grammatici appellant, neutrum παθητικόν. Quare longè abeſt ab eo, vt duos accuſandi caſus ſuo iure poſtulare debeat, nempe *me*, & *hoc*. niſi ſi quis dicat *me* pro *mihi* poſitum eſſe, vt loquebantur antiqui, auctore Feſto, quod mihi non ſit veriſimile. Deinde ſi quis dicat *hoc*, eſſe ſexti, aut ſeptimi caſus, & C *inſueuit*, dictum eſſe pro *aſſuefecit*: ne id quidẽ benè procedet. nam dicimus Latinè *aſſuefeci me laboris, vigiliis, ſtudio litterarum, inedia, & ſimilibus*: non autem, *aſſuefeci me labore, &c.* Itaque dicendum fuerat, *inſueuit pater optimus huic me*, id eſt, aſſuefecit me huic rei. Iam verò quòd nonnulli ita dicunt, inſueuit me inſtituere, vt hoc fugerem, &c. mera ſomnia. nam neque placet mihi, verbũ *inſtituere* ſubintelligi, & foris peti: neq; hoc ſentit Horatius, quod illi volunt. non enim ſignificat, ſe à patre eſſe aſſuefactum, vt hoc, id eſt, certum vitium: ſed vt omnia vitia fugeret, exẽplis ea notando. Itaque, ne ſim longior, primùm ſic contẽdo hunc locum eſſe legendum, vt à me emendatus eſt: deinde ſic eum explico: pater optimus hoc mihi inſeuit, vt quæq; vitiorum fugerem, in-D ſeuit, inquam, ea vitia notando exemplis. eodem verbo vſus eſt ſuprà ſat. 3. *numquid tibi vitiorum inſeuerit olim Natura, aut etiam conſuetudo mala, &c.* inſueſco quidem nuſquam memini me legere vſurpatum, niſi ſignificatione abſoluta. vt Lucr. libr. 4. *Nam facit ipſa ſuis interdum fæmina factis, Morigeriſque modis, & mundo corporis cultu, Vt facile inſueſcat ſecum vir degere vitam.* Salluſt. coniur. Catil. *Ibi primùm inſueuit exercitus populi Rom. amare, potare, ſigna, tabulas pictas, vaſa cælata mirari, &c.* Quòd quidam exempla contraria ex Columella proferunt, manum non verterim. Quemadmodum autem dicunt Latini, inſitum in animo ſeu animo: ſic exſerere ex animo: cuius exemplũ eſt apud M. Tull. lib. de nat. deorum ſub princ. quem

quem locum indicare inſtitui eò maximè, quia corruptus eſt in omnibus libris, neque à nobis fuit emendatus. ſic igitur vulgò legitur, *Etſi, id eſt primum, quod inter omneis, niſi admodum impios, conuenit: mihi quidem ex animo exuri non poteſt, eſſe deos*, legendum *exſeri*.

Cùm me hortaretvr, parcè, &c.] ordo eſt: Cùm me pater hortaretur, vti parcè, & frugaliter viuerem, & vti eo contentus viuerem, quod mihi ipſe quæſiſſet, ac paraſſet: dicebat, Nónne vides, &c.

Nónne vides, &c.] hæc ſunt exempla. attende autem mirum poëtæ artificium, qui dum ſimulat ſe hoc agere, vt exponat, quemadmodū à patre fuerit inſtitutus, quaſi aliud agens, multorum vitia vrbaniſſimè notat. quod reprehendendi genus & ſatyricum eſt, & ab Horatio diuinitus vſurpatum, ac ſeruatum: à Iuuenali & Perſio aut ignoratum, aut neglectum.

Magnvm docvmentvm] Barrus libidinoſè, & luxurioſè viuendo ad egeſtatem redactus, magno documento eſt omnibus, ne rem à maioribus relictam diſſipent, ac profundant. Putant plerique, hunc eſſe Barrum, de quo ſatyr. 6. huius libr. *Vt ſi qui ægrotet quo morbo Barrus, &c.* Od. 12. epod. *Quid tibi vis mulier nigris digniſſima Barris?*

Sectani dissimilis sis] hoc exemplo deterrebat Horatius pater Horatium filium, ne meretricum amore caperetur, atque irretiretur.

Sapiens vitatv, &c.] à philoſopho dicebat Horatio filio Horatius pater) diſces quid ſit expetendum, quid fugiendum: & quamobrē hoc ſit fugiendum, illud expetendum: mihi ſatis eſt traditum à veteribus conſuetudinem retinere, vitámque, ac famam tuam, tantiſper dū puer es, & impubes, ab omni dedecore, ac turpitudine integram tueri. ſic Saty. 6. *quid multa? pudicum, Qui primus virtutis honos, ſeruauit ab omni Non ſolùm facto, verùm opprobrio quoque turpi.*

Dvm cvstodis eges, dum puer & adoleſcentulus es: dum eges cuſtode, ſeu pædagogo. Plaut. Mercat. *Seruum vnà mittit, qui olim à puero paruulo Mihi pædagogus fuerat, quaſi vti mihi foret Cuſtos.* Horat. epiſt. ad Piſon. *Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto, &c.* ibidem, *An cuſtos, famulúſque dei Silenus alumni.* Idem Sat. 6. huius lib. 1. *Ipſe mihi cuſtos incorruptiſſimus, omneis Circum doctores aderat.*

Incolvmen possim] aliquot libri veteres habent *poſſum*.

Dvraverit ætas] corroborauerit, confirmauerit. durare enim eſt durum efficere, vt Od. 24. lib. 3. *nec Boreæ finitimum latus, Durataq; ſolo niues Mercatorem abigunt.* ſat. 4. lib. 2. *Rectius Albanam fumo durauerit vuam.* Od. 16. epod. *Ære, dehinc ferro durauit ſæcula.* Virg. Georg. 3. *Atque hinc atque illinc humeros ad vulnera durat.* interdum ſignificationem habet abſolutam, idémque valet quod apud Græcos διαμένειν, καρτερεῖν, id eſt,

A permanere, obfirmato animo eſſe, vt Virg. Æn. 1. *Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis.* Horatius transfert ad res inanimas, & tribuit ei caſum accuſandi: vt Od. 14. lib. 1. *ac ſine funibus Vix durare carinæ Poſſint imperioſius Æquor?* M. Tull. in Catone vſurpat pro verbo permanendi: *Iam ſenſus moriendi, ſi aliquis eſſe poteſt, is ad exiguum tempus durat, præſertim in ſene.* Horat. epiſt. 1. lib. 1. *Iidem eadem poſſunt horam durare probantes?* Idem ſat. 6 huius lib. *Pranſus non auidè, quantum interpellet inani Ventre diem durare, &c.* id eſt, καρτερεῖν, & ἀντέχεσθαι, vel διατελεῖν. Lucret. libr. 4. *acrémque acrorem Præbent, vt nequeant contrà durare feroces.* Idem lib. 3. *nec autem Caſſum anima corpus durare; & ſenſibus vti Sola poteſt.* Terent. Adelph. *Non hercle hic quidem*
B *durare quiſquam, ſi ſic fit, poteſt.*

Nabis sine cortice] per te ſapere poteris. alienis præceptis non egebis. ductum ab iis, qui primùm nare diſcunt. tum enim ſibi diffidentes, ſubere, aut cortice nituntur. Plautus Aulul. *Quaſi pueris, qui nare diſcunt, ſcirpea inducitur ratis, Qui laborent minus, faciliùs vt nent, & moueant manus.*

Formabat] inſtituebat, docebat, vt epiſt. ad Auguſt. libr. 2. *Mox etiam pectus præceptis format amicis.* vide annot. ad Od. 10. lib. 1.

Habes avctorem] dicebat pater, obiiciens mihi vnum ex iudicibus ſelectis: habes iudicem illum, virum integerrimum, & caſtiſſi-
C mum, quo auctore, hoc, quod tibi præcipio, facias.

Vnvm ex ivdic. select. obiic.] pater obiiciebat, id eſt, opponebat, ſeu ante oculos ponebat vnum ex iudicibus ſelectis, & ita dicebat, *habes auctorem, &c.* habes illum, cuius auctoritatem ſecutus, ita viuas. ſelecti iudices dicebantur ij, qui à prætore vrbano vel ex ſenatorio vel ex equeſtri ordine, vel ex tribunis ærariis, (non enim ſemper idem ordo præfuit rebus iudicandis) ſeligebantur, atque in albo proponebantur. M. Tull. in orat. pro Cluent. *Deinde prætores vrbani, qui iurati debent optimum quemque in ſelectos iudices referre, nunquam ſibi ad eam rem, cenſoriam ignominiam, impedimento eſſe oportere duxerunt.*
D libri aliquot antiqui & manuſcr. habent *vnum ex iudicibus electis*. quod eò lectori indicaui; vt videat, s, vocis *ſelectis*, eſſe omiſſum à librario propter vocem antecedentem in ſimilem litteram, deſinentem.

An hoc inhonestvm] aiebat pater. plerique libri manu ſcripti habent *inutile factum*, quos tamen non ſum ſecutus, quoniam tolerabilis eſt vulgata lectio *factu*. Tale autem ferè eſt illud Plutarchi περὶ παίδων ἀγωγῆς· δεῖ τοίνυν τοὺς ἔμφρονας πατέρας περὶ τοῦτον μάλιστα τὸν καιρὸν φυλάττειν, ἐγρηγορέναι, σωφρονίζειν τοὺς μειρακίσκους, διδάσκοντας, ἀπειλοῦντας, δεομένους, συμβουλεύοντας, ὑπισχνουμένους, παραδείγματα δεικνύντας τῶν διὰ μὲν φιληδονίαν συμφοραῖς περιπεσόντων, διὰ δὲ καρτερίαν ἔπαινον καὶ δόξαν ἀγαθὴν περιποιησαμένων, id eſt,

Oportet igitur patres prudentes hoc maximè tempore cuſtodire, vigilare, caſtigare adoleſcenteis, docendo, interminando, obiectando, conſilio dando, promittendo, exemplis proponendis eorum, qui propter libidines voluptatum in calamitates inciderunt, propter continentiam & tolerantiam laborum laudem & bonam exiſtimationem conſecuti ſunt.

FLAGRET RVMORE MALO c.] id eſt, cùm malè audiat: cùm de eo malè exiſtiment homines. ita dixit Horatius *flagrare rumore malo*, vt M. Tullius *flagrare infamia*, *flagrare inuidia*.

AVIDOS VIC. F. VT ÆG.] quomodo mors vicinorum terret ægros edaceis, & intéperanteis, eóſq; cogit ab iis abſtinere, quæ morbum alunt, & fouent: valetudini operam dare: medico deniq; obtemperare: ſic adoleſcentium animos infamia eorum, qui profuſè, turpiter, & flagitioſè viuunt, ad pudorem, & honeſtatem, & parſimoniam à libidine, & luxuria reuocat. ſaty. proxima, *conuiuas auidos* appellat: & 6. ait ſe nõ auidè pranſum domi otiari. & Od. 28. lib. 1. *auaritas auidos*. Non celabo lectorem, me in aliquot libris manuſcr. præter eos, qui enumerantur in libro Io. Morelli, ſcriptum reperiſſe, *vides vicinum f. &c.*

EXANIMAT] conturbat, exterret. ita enim loquuntur Latini: *metu exanimatus ſum*. Idem ſupra Oda 12. lib. 3. *Miſerarum eſt neque amori dare ludum, Neque d. m. v. l. aut ex-Animari metuentes patruæ verbera linguæ*. & Od. 17. libr. 2. *Cur me querelis exanimas tuis?*

EX HOC] ex his præceptis paternis.

SANVS] integer, & purus ab iis vitiis, quæ ſunt fœda, & inſanabilia. ſequitur infrà verbum *teneor*, ad quod vox *ſanus* pertinet: nec eſt quicquam ſubintelligendum.

ET, QVEIS IGNOSCAS] id eſt, & vitiis venia dignis, ſeu ignoſcendis.

FORTASSIS ET ISTINC, &c.] attende, tria hic ab Horatio poni, quæ cuiuſque noſtrûm vitia minuere poſſint, præſertim mediocria, & ſanabilia: longam ætatem, vt epiſt. 2. li. 2. *Lenior, & melior fis accedente ſenecta?* amicum liberum, conſilium proprium. Iam quantum proſit homini liber amicus, ex hoc intelligere licet, quòd ſæpe maiorem vtilitatem capimus ab inimicis acerrimis, quàm à blandis amicis: quia hi peccata noſtra oratione ſua eleuant, aut etiã probant, nobiſq; magno noſtro malo blandiuntur, & aſſentantur, malos & ſtultos medicos imitantes, qui vulnera, aut vlcera ſcalpello tangere non audent, veriti ne quid offendant: illi autem vitia noſtra vel occultiſſima inſectãtur, & exagitant. quod Cato dicere ſolebat, vt tradit M. Tull. in Lælio, his verbis, *Sentum eſt enim illud Catonis, multo melius de quibuſdam acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos, qui dulces videantur: illos verum ſæpe dicere, hos nunquam*. quibuſcum concinunt illa Plutarchi in libro, πῶς ἄν τις ὑπ᾽ ἐχθρῶν ὠφελοῖτο. ὅθεν ὀρθῶς ὁ Ἀντισθένης εἶπεν, ὅτι τοῖς μέλλουσι σώ-

A ζεσθαι, ἢ φίλων δεῖ γνησίων, ἢ διαπύρων ἐχθρῶν. οἱ μὲν γὰρ νουθετοῦντες τοὺς ἁμαρτάνοντας· οἱ δὲ λοιδοροῦντες, ἀποτρέπουσιν. ἐπεὶ δὲ ἡ φιλία τανῦν ἰσχόφωνος γέγονεν ἐν τῷ παρρησιάζεσθαι, καὶ τὸ κολακεῦον αὐτῆς λάλον ἐστὶ τὸ δὲ νουθετοῦν ἄναυδον, ἀκουστέον ἐστὶ πρὸς τῶν ἐχθρῶν τὴν ἀλήθειαν. i. *Vnde præclarè dixit Antiſthenes, iis, qui ſalui futuri ſint, opus eſſe aut germanis, atque ingenuis amicis: aut acribus & feruidis inimicis. illi enim monendo: hi conuiciando & maledicendo à peccatis deterrent, & auocant. Sed quando hoc tempore amicitia, vbi liberè eſt cum amico loquendum, titubanter, & ſingultim loquitur: & eius quidem monitio elinguis & muta eſt: aſſentatio autem loquax, audienda eſt ab inimicis veritas*. Et Iſocrat. πρὸς Νικοκλ. in ceteris,

B quibus priuati homines poſſunt fieri meliores, παρρησίαν numerat, καὶ τὸ φανερῶς ἐξεῖναι τοῖς τε φίλοις ἐπιπλῆξαι, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐπιθέσθαι ταῖς ἀλλήλων ἁμαρτίαις: id eſt, atque apertè licere & amicis eos obiurgare, & inimicis incurrere in mutua peccata. Conſilium autem proprium eſt id, quod quiſque ſuopte iudicio, & ſuapte ſponte cepit. Non eſt autem cuiuſlibet bonum conſilium capere, ſed hominis bene à natura informati, id eſt, τοῦ εὐφυοῦς. qui per ſe & quid rectum ſit, videt: & quod tale eſſe iudicauit, id omni ſtudio perſequitur, atque experit ille autem ipſe eſt, de quo Heſiodus, Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ Φρασσάμενος

C τά κ᾽ ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω. id eſt, *Optimus ille quidem eſt, qui per ſe mente, animóque omnia perluſtrat, quæ ſint meliora futura poſtea ad extremæ vſque nouiſſima tempora vitæ*.

NEQVE ENIM, CÙM LECTVL.] hæc ſunt referenda ad id proximum, quod antecedit, *conſilium proprium*. ſic Pithagoras iubebat ſuos diſcipulos, quicquid aut egiſſent, aut dixiſſent interdiu, commemorare veſperi, hoc modo, Πῇ παρέβην; τί δ᾽ ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; Ἀρξάμενος ἀπὸ πρώτου, ἐπέξιθι, καὶ μετέπειτα Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσεο· χρηστὰ δὲ, τέρπου, id eſt, quò iui? quid egi? quid, quod non oportreret, à me factum eſt? orſus à principio reliqua perſequere, & poſtea ſi res vitioſas egiſti,

D te ipſe obiurga: ſin cum virtute coniunctas, oblectare.

AVT ME PORTICVS EXCEP.] aut cùm in porticum veni, ambulandi gratia. infr. epiſt. 1. libr. 2. *Non, vt porticibus, ſic iudiciis fruar iiſdem*.

EXCEPIT] ſat. 7. libr. 2. *ſub clara nuda lucerna Quæcumque excepit turgentis verbera caudæ*. Oda 15. lib. 2. *nulla decempedis Metata priuatis opacam Porticus excipiebat Arcton*.

DESVM MIHI] ſume negationem, quæ eſt ſuprà non longè, *neque*, hoc modo: neq; enim deſum mihi, id eſt, non negligo quod officij mei eſt, cùm in lectulo iaceo, aut cùm in porticu ambulo: ſed hæc, quæ ſequũtur, tacitus mecum loquor. deeſſe ſibi, eſt non vti bonis ac facultatibus ſibi vel à natura datis, vel à fortuna oblatis:

vti

Digitized by Google

A vt ſi quis optimè à natura informatus, acerrimo ingenio præditus, rebus neceſſariis inſtructus, atque adeò abundans, ac circumfluens, voluptatibus & inertiæ ſe dedat, nihil dignum tot, & tantis opportunitatibus ex ſe promat: ſi quis alicuius liberaliſſimi, atque opulentiſſimi principis amicitiam nactus, ſua negligentia, & colpa rem ſuam minus benè gerat. M. Tull. ad Trebat. epiſtol. lib. 7. *Imperatorem liberaliſſimum habes, ætatem opportuniſſimam, commendationem certè ſingularem, vt tibi vnum timendum ſit, ne ipſe tibi defuiſſe videare.* Idem Off. 3. *Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, tantum fac vt efficias, neve committas, vt, cùm omnia tibi ſuppeditata ſint à nobis, tute tibi defuiſſe videare.* Horat. Satyr. 1. lib. 2. *haud mihi deero, Cum res ipſa feret.* & Sat. 9. huius libr. *haud* B *mihi deero: Muneribus ſeruos corrumpam.*

Nvmqvid ego illi, &c.] dij prohibeant, vt quicquam tale admittam. non committam, vt mihi tale facinus, aut erratum excidat imprudenti. non diſſimile eſt illud, quod narrat Plutarchus de Platone in eo, quem paullo antè commemoraui, libro, *πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν.* ὁ μὲν οὖν Πλάτων ὁσάκις ἀσχημονοῦσιν ἀνθρώποις παραγένοιτο, πρὸς αὑτὸν ἀπιὼν εἰώθει λέγειν, μή ποι ἄρ' ἐγὼ τοιοῦτος; id eſt, *Quoties Plato hominibus indecorum quippiam aut loquentibus, aut agentibus præſto fuiſſet, ſolebat diſcedens ſic apud ſe dicere, numquid ego talis ſum?*

Imprvoens] inſciens, λανθάνων ἐμαυτόν. C

Compressis labris] tacitus, συμμύων, muſſans.

Vbi qvio oatvr oti, ill. ch.] vbi ſuppetit aliquid otij, ego has meas cogitationes mando litteris, & ſcribo Satyras ludibundus.

Concedere] ignoſcete, vel locum date.

Mvlta poetarvm veniat m.] vrbanè & facetè poëtarum multitudinem notat.

Avxilióqve Sit mehi] quidam libri veteres habent, *auxilióque Sit mihi:* quæ lectio mihi quidem non diſplicet: quin ſic edendũ curaui. verùm tamen nihil refert: & recepta, *auxilio quæ Sit mihi*, ferri etiam poteſt.

Nam mvlto plvres svmvs,] tale D eſt illud Platonis lib. α. πολιτ. in princip. ὁρᾷς οὖν ἡμᾶς, ἔφη, ὅσοι ἐσμέν; πῶς γὰρ οὔ; ἢ τοίνυν τούτων, ἔφη, κρείττους γένεσθε, ἢ μένετε αὐτοῦ. id eſt, *Viden' igitur* (inquit) *quàm multi ſimus? Quidni? aut igitur nobis eſtote potentiores, aut ſtate iſtic illico.*

Ac, velvti, te, ivdæi, &c.] ridiculè cùm Iudæis poëtas confert, ſignificans, tantam eſſe poëtarum turbam, ac multitudinem, tantámque in ſcribẽdo pertinaciam, vt quemadmodum Iudæi pleróſque ad ſuam ſuperſtitionem, ſuáſque cæremonias pertrahere, ac perpellere ſolent: ita poëtæ hominibus ſua ſtudia improbantibus, facilè ſint vim allaturi, eóſque ad ſententiam ſuam perducturi.

Concedere] ire, venire, tranſire. M. Tull. A de diuinat. lib. 1. *Cœlorum diſtributio, quam antè dixi, & certarum rerum notatio docet, unde fulmen venerit, quò conceſſerit.* Idem Catil. 1. *ſi te parentes timerent, atque odiſſent tui, neque eos vlla ratione placare poſſes: vt opinor, ab eorum oculis aliquò concederes.* Terent. Heautont. *Eſto: at certè concedas aliquò ab eorum ore aliquantiſper.*

Tvrbam] nos poëtæ, inquit, tanquàm Iudæi, cogemus te in hanc poëtarum multitudinẽ tranſire, & noſtras parteis ſequi. Nos poëtæ, qui, vt Iudæi, numero vincimus, & pænè dicam, iuſtum exercitum conficere poſſumus: nec minus in ſcribendi ſtudio, quàm Iudæi in ſua religione, pertinaces & obfirmati ſumus, te in noſtram ſententiam, & quaſi in noſtra caſtra tradu- B cemus.

TVRNEBVS.

Ex lib. 7. cap. 19. -- *ſtans pede in vno*, apud Flaccum, eſt facili conatu & opera, ſine contentione & nixu. Nam vno pede qui ſtat, aduerſarium ſe nullum vel non fortem habere credit. Cum. n. vno pede nos ſuſtinentes pendeamus & vacillemus, ſecurus eſſe videtur, aduerſariique vires contemnere, qui ſeſe nõ vtroque pede firmat ſtabilitet. Vnde & omni pede ſtandum Quintilianus lib. 12. cap. 9. vſurpat, pro omni contentione totiſque viribus. Ergo illud,

-- *in hora ſæpe ducentos,*

C *Vt magnum verſus dictabat ſtans pede in vno:* ſignificat Lucillium temporis momento ſolitum vena facili plurimos effundere verſus.

Ex lib. 15. cap. 9. Hic tanquam in ſtateta nobis appendendi ſunt Grammatici & Rhetorum præſtantiſſimus Fabius. Illi, Acro, Porphyrio in Horatiano verſu,

Cum flueret lutulentus: erat, quod tollere velles:

Tollere explicant vno ore, ſumere: at Fabius ita ſcribens, *Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio diſſentio, qui Lucillium fluere lutulentum, & eſſe aliquid quod tollere poſſis putat:* Ibi tollere perſpicuè ſentit eſſe reſcindere de ſcripto, auferre, remouere vt ſuperuacaneum: vt & Horatius ait, Sat. 10. lib. 1.

D *Plura quidem tollenda relinquendis:* quod eſt, plura remouenda vt redundantia, quàm in poëmate relinquenda. Sed tantum Fabij pondus eſt, vt terram & maria deprimat, tantum abeſt vt illa Grammaticorum leuitate tantum pondus æquo examine poſſit perlibrari. Venuſtè autem in medium tamquam producit Criſpinũ eodem multa ſcribendi verbosè & loquaciter, quo Lucillius, morbo laborantem & fundentem extemporalem & ſubitam verſuum tumidorum & garrulorum copiam, & omnia in celeritate ſcribendi ponentem.

Criſpinus minimo me prouocat: accipe ſi vis,

Accipiam tabulas. Hanc ſcripturã, vt magis dramaticam & comicam, quàm quæ editur, è lucifugis exemplaribus repetitam, in apertũ referimus,

vt melius prouocatoris exprimatur arrogantia. A Edititia eſt,

-- accipe ſi vis,

Accipe iam tabulas. Figuratè autem reſpondet Horatius, præclarè ſecum à diis actum, quòd eorum munere pauca loquatur. Nam quæ breuitas non optatior eſt, quàm tam importuna Criſpini in poëmate otioſæ orationis profluentia? Quin tamquam poëtices nomine inuidioſus ſit, extenuandi gratia & de inuidia deonerandi ait, ſua ſcripta à nemine legi: & Fannium neſcio quem poëtam, cuius libros Romani & armario & capſa, ipſum imagine donarant, præ ſe fœlicem prædicat:

-- Beatus inquit Fannius vltro

B *Delatis capſis & imagine* vt verum fortaſſe ſit, quod ab interpretibus ſcriptum eſt, hunc orbum diuitémque fuiſſe, & à captatoribus cum imagine eius carmina dicata fuiſſe in Bibliothecis.

Ex lib. 20. cap. 29. *Quò deinde*, inquit Varro li. 4. de ling. Latina, *ſuſcipiunt perpetuo flumen, lacus: Lacuna, in qua ibi aqua.* Lacum autem hic intelligo, quo ex flumine ad aqoandum aut lauãdum aqua excepta eſt, quo etiam ex aquæ ductu aut fonte recipitur. Terentius, Adelph. act. 4. Sc. 2.

Apud ipſum lacum eſt piſtrilla. Horatius

Geſtiat à furno redeuntes ſcire lacúque.

Ex lib. 26. cap. 27. Vide ſup. lib. 1. Epiſtol. 3. explicationem verſus.

Faſtidire lacus & riuos auſus apertos.

C Ex lib. 5. cap. 3. Maro lib. 1. Æneid. ſcribit de templo Iani ab Auguſto clauſo, pace terra marique parta.

Claudentur belli portæ. & apud Flaccum de iiſdẽ portis ſcribitur, *-- poſtquam diſcordia tetra*

Belli ferratos poſtes portáſque refregit. Id ſic explicandum è Plutarcho eſt, Iani templum portas habuiſſe bifores, vocatúmque eſſe belli portam. Eius verba ſunt in Numa, ἔςι δὲ καὶ αὐτῷ ναὸς ἐν ῥώμῃ δίθυρος, ὅν πολέμου πύλην καλοῦσι.

D Ex lib. 10. cap. 1. Inanes à Latinis plerúmque intelligũtur homines ieiuni animi & laudis ambitioſi & honoris cupidi: quòd. n. iis carere videantur & vacui eſſe, auidè quo carent conſectari putantur. Nam ſi laude & gloria ſatiati pletiq; eſſent, non tanto ad eam animi ſitim explendam ſtudio raperentur. Tacitus, *Dein poſtquam inanem animũ ſpe & cupidine impleuerat.* Hic inanis eſt, qui auidus & cupidus eſt. Et Horatius de his, qui poëmatũ recitatione gloriam quærunt, *-- inanes Hoc iuuat.* Et Perſius, de iis, qui ſcribenda oratione ſoluta, aut condendo carmine fama ingenij ſtultè ambiunt, aut ineptè eloquentiæ & eruditionis nomen captant, & à vera laudis via aberrant,

-- ô quantum eſt in rebus inane.

Ex lib. 2. cap. 2. Quod ab Horatio dicitur, *Præter eum qui præbet aquam*, Grammatici eruditiſſimi vix cõcoquere poſſunt: mirũ. n. eis videtur conuiuatorem aquæ præbitorem appellari. Sed Dionyſius Lambinus, aliis hic caligantibus, primus lucem diſpexit, viditque conuiuatorem ſolitum balneum præbere conuiuis: quam eruditiſſimi viri interpretationem nemo reprehendere, niſi improbus vel indoctus poteſt. Licet tamen in antiquis auctoribus præter aliorum ſententiam, iuſque eſt & fas interdum aliquid excogitare modò probabile ſit. Quid igitur ſi dicat hominem tam eſſe procacem & petulantem in iocando, vt nec conuiuis nec miniſtris abſtineat vllis, quin eos perſtringat, præter eum, qui ipſi pocula miſcet miniſtratque aquam? ait. n. Martialis, lib. 3. epigram. 12.

Iam defeciſſet portantes calda miniſtros,

Si non potares Sextiliane merum. Sed omnino præſtiterit locum per allegoriam interpretari, inflexione verborum & inuerſione ducta à luſu, quo aliquo in ſitula aut vrceo nobis aquam miniſtrante, alios ea aſpergimus, aut perfundimus per laſciuiam, quod cùm facimus, eo qui aquam nobis præbet interim abſtinemus. Aquæ igitur præbitori ſimilem voluit eſſe Flaccus conuiuatorem. huic inuerſioni *aſpergere* & *aqua* fauere videntur & hac tanquam conſtituta allegoriæ imagine nobis diu quærendum non putabimus, cur conuiuatorem aquæ præbitorem dixerit. Cogitationem enim ad luſus ſpeciem referemus, vnde genus dicendi tractum pronunciabimus.

Ex lib. 30. cap. 30. Inuidiam veteres animi vitium eſſe cenſebant, vt ferri rubiginem & eius æruginem. Et proinde per tranſlationem æruginem vocauêre, quaſi ſit tanquam æris, ſic animi ærugo, Martialis,

Vt tu ſi viridi tinctos ærugine verſus. id eſt furore & maledica inuidia. Horatius, lib. 10. epig. 33.

-- hæc eſt

Ærugo mera.

Ex lib. 30. cap. 19. Conſueſco Lucretius pro conſuefacio poſuit lib. 0. quod rarius eſt

An tum brachia conſueſcunt firmántque lacerto?

Et Horatius,

-- Inſueuit pater optimus hoc me, pro inſuefecit. Sic apud Maronem requieſco eſt, vt ita dicã, requie facio.

Et mutata ſuos requierunt flumina curſus.

Ex lib. 14. cap. 20. Barrus inops documentum &c. Vide ſupra quæ annotata ſunt Epod. lib. Od. 12.

Ex lib. 2. ca. 2. In eodem ſermone, non eſt facilè quod ita ſcribitur per quam venuſtè,

Multa poëtarum veniat manus, auxilióque

Sit mihi: nam multo plures ſumus: ac veluti, te,

Iudæi cogemus in hanc concedere turbam.

Puto autem perfacetè ab Horatio dici, ſi poëticum tibi diſplicet ſtudium, & poëtæ tibi inuiſi ſunt, vt vulgo Iudeos omnibus hominibus videmus, nos poëtæ, qui plurimi ſumos, exercitúmque conficere poſſumos iuſtum, pertinacéſque, vt Iudæi in religione ſua & ceremoniis, ita in ſtudio poetico & propoſito ſumus, non modò non de ſentẽtia deducemur, ſed te vltrò ad poëtas tradu-

traducemus,& vnum è turba poëtarum,quamuis inuitum, reddemus, vt illud ſtudium, quod improbas, poſthac celebraturus culturúſque ſis & carmina ſcripturus. Interim autem multitudinem eorum, qui verſus ſcribebant, lepidè illudit more ſuo. Malim autem vt & reperi in antiquis libris, *auxilióque* legere adpoſita coniunctione, quàm pronocabulo adiuncto *auxilio quæ*: quamquam non magni refert, nec id magni momenti eſt, cum vtroque modo ſenſus idem explicetur.

ARGVMENTVM. *Satyra 5.*

Iter ſuum ab vrbe Roma Brundiſium vſque deſcribit, exemplo Lucilij, qui itidem quoddam iter ſuum deſcripſerat. Narrat autem quæ riſu digna in eo contingerint: inter quæ primum locum obtinet duorum ſcurrarum Sarmenti & Meſſij faceta contentio.

*EGreſſum magna, me * accepit Aricia, Roma*
Hoſpitio modico: rhetór comes Heliodorus,
Græcorum longè doctiſſimus: inde Forũ Appi
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.
*Hoc iter ignaui * diuiſimus, altius ac nos,*
*Præcinctis vnum. minus eſt grauis * Appia tardis.*
Hîc ego, propter aquam, quòd erat deterrima, ventri
** Indico bellum, cenanteis haud animo æquo*
Exſpectans comites. iam nox inducere terris
*Vmbras, & cœlo diffundere * ſigna parabat:*
Tum pueri nautis, pueris, conuicia nautæ
*Ingerere. huc * appelle. trecentos inſeris, ohe:*
*Iam ſatis eſt, dum æs exigitur: dum * mula ligatur,*
Tota abit hora. mali culices, ranæque paluſtres
A *Auertunt ſomnos. abſentem cantat amicam*
*Multa prolutus vappa nauta, atque * viator*
Certatim. tandem feſſus dormire viator
*Incipit: ac * miſſæ paſtũ retinacula mulæ*
Nauta piger ſaxo religat: ſtertítque ſupinus.
Iámque dies aderat, cùm nil procedere lintrem
B *Sentimus: donec * cerebroſus proſilit vnus:*
Ac mulæ, nautæque caput, lumbóſque ſaligno
*Fuſte dolat. quarta vix demum * exponimur hora.*
Ora, manúſque tua lauimus Feronia lympha.
Millia tum pranſi tria repimus. atque ſubimus
C *Impoſitũ ſaxis latè candentibus Anxur.*
Huc venturus erat Mæcenas optimus, atque
Cocceius, miſſi magnis de rebus vtérque
Legati auerſos ſoliti componere amicos.
Hîc oculis ego nigra meis colyria lippus
Illinere. intereà Mæcenas áduenit, atq;
*Cocceius, Capitóque ſimul Fonteius, * ad vnguem*
*Factus homo, * Antoni, non vt magis alter amicus.*
D *Fundos Aufidio Luſco prætore libenter*
Linquimus, inſani ridẽtes præmia ſcribæ,
*Prætextam, & latum clauum, prunæque * batillum.*
** In Mamurrarum laſſi deinde vrbe manemus,*
*Murena præbente domum, Capitone * culinam.*
Poſtea lux oritur multo gratiſſima. nãque
Plotius, & Varius Sinueſſæ, Virgiliúſque

Occurrunt: animæ, qualeis neque candidiores
Terra tulit: neque queis me ſit deuinctior alter.
O, qui complexus, & gaudia quanta fuerunt!
Nil ego contulerim iucundo ſanus amico.
Proxima Campano ponti quæ villula, tectum
Præbuit: & parochi, quæ debent, ligna, ſalemque.*
Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt.*
Luſum it Mæcenas: dormitum ego, Virgiliúſque:
Namque pila lippis inimicum, & ludere crudis.
Hinc nos Cocceij recipit pleniſſima villa:*
**Quæ ſuper eſt Claudî cauponas. nunc mihi paucis*
Sarmenti ſcurræ pugnam, Meſsíque Cicerri
Muſa velim memores: & quo patre natus vterque
** Contulerit liteis.* Meſsî clarum genus Oſci:*
Sarmenti domina exſtat. ab his maioribus orti
Ad pugnam venêre. prior Sarmentus: equi te
Eſſe feri ſimilem dico. ridemus: & ipſe
Meſsius, accipio: caput & mouet. ô, tua cornu
Ni foret exſecto frons, inquit: quid faceres, cum
Sic mutilus minitaris? at illi fœda cicatrix
Setoſam læui frontem turpauerat oris.
Campanum in morbum, in faciem permulta iocatus,*
Paſtorem ſaltaret vti Cyclopa, rogabat:
Nil illi larua, aut tragicis opus eſſe cothurnis.

A *Multa Cicerrus ad hæc: donaſſet iámne catenam*
Ex voto Laribus, quærebat. ſcriba quòd eſſet,
Deterius nihilo dominæ ius eſſe rogabat
Denique, cur vnquam fugiſſet: cui ſatis vna
Farris libra foret, gracili ſic, támque puſillo.
Prorſus iucundè cenam produximus illā.
B *Tendimus hinc rectà Beneuentum: vbi ſedulus* hoſpes*
Pæne arſit, macros dum turdos verſat in igne:
Nam vaga per veterem dilapſo flamma culinam
Vulcano, ſummum properabat lambere tectum.
Conuiuas auidos cenam, ſeruóſque timentes
C *Tum rapere, atque omneis reſtinguere velle videres.*
Incipit ex illo monteis Apulia notos
Oſtentare mihi, quos torret Atabulus: & quos*
Numquam erepſemus, niſi vos vicina Triuici
Villa recepiſſet lacrymoſo non ſine fumo,
Vdos cum foliis ramos vrente camino.
Hîc ego mendacem ſtultiſſimus vſque puellam
D *Ad mediam noctem exſpecto. ſomnus tamen* aufert*
Intentum Veneri. tum immundo ſomnia viſu
Nocturnam veſtem maculant, ventrémque ſupinum.
*Quattuor hinc * rapimur, viginti & millia rhedis,*
Manſuri oppidulo, quod verſu dicere noneſt:*
Signis perfacile eſt. vênit viliſſima rerum

Hîc

Hîc aqua: ſed panis longè pulcherrimus, vltrà A
Callidus vt ſoleat humeris portare viator:
Nam Canuſi * *lapidoſus: aquæ non ditior vrna*
Quì locus à forti Diomede eſt conditus olim.
Flentibus hinc Varius diſcedit mæſtus amicis.
Inde Rubos feſſi peruenimus: vtpote longum B
Carpentes iter, & factum corruptius imbri.
Poſtera tẽpeſtas melior: via peior aduſque
Bari mœnia piſcoſi. dehinc Gnatia * *lymphis*
Iratis exſtructa dedit riſúſque iocóſque:
Dum flammâ ſine, tura liqueſcere * *limine ſacro,*
Perſuadere * *cupit. credat Iudæus* * *Apella:*
Non ego. namque deos didici ſecurum agere æuum: C
Nec, ſi quid miri faciat natura, deos id
Triſteis ex alto cæli demittere tecto.
Brundiſium longæ finis chartæque, viæque.

Egressvm magna] in hac Satyra Horatius vrbanè, & facetè hominum leuitatem notat, ne ſibi quidem parcens: deſcribitque ſuum iter ab vrbe, ad oppidum Brundiſium, Lucilij exemplo, qui iter ſuum ab vrbe Capuam, & ad fretum Sicilienſe deſcripſerat. *accepit* autem, habent plures libri manu ſcripti: quam ſcripturam D vulgatæ antepono. ſic enim loquimur, *accipere hoſpitio.* Plautus Amphitr. *ita peregrè veniẽs hoſpitio publicitus accipiar.* M. Tull. ad Att. lib. 2. *te in Arpinati videbimus, & hoſpitio agreſti accipiemus.* & ita Virg. lib. 3. Æneid. *illos porticibus rex accipiebat in amplis.* Verumtamen *excepit* non damno.

Aricia] Strabo lib. 5. μετὰ δὲ τὸ Ἀλβανὸν Ἀρικία ἐστὶ πόλις ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ· στάδιοι δ' εἰσὶν ἐκ τῆς Ῥώμης ρξ´. id eſt, poſt Albanum autem, eſt vrbs Aricia in via Appia. Diſtat autem ab vrbe Roma ſtadia centum ſexaginta.

Græcorvm longè doctiss.] aliquot libri manu ſcr. habent *Græcorum linguæ doctiſſimus.* ego tamen vulgatam & receptam lectionem tueor, præſertim ab aliis libris manuſcript. confirmatam. Quòd ſi omnes libri eos, qui *linguæ* malunt legi, adiuuarent, quod non fit, tamen hæc lectio vix ferri poſſet. Nam cùm hic Heliodorus, natione Græcus eſſet, nonne laus eſſet ridicula, ſi Horatius eum laudaret, quod Græcæ linguæ ſcientiam maximam haberet? nempe vt ſi quis Gallum, quod Gallicæ. Præterea ſolet Horatius coniungere vocem doctus cum accuſandi caſu. vt, *Dulces docta modos, &c.* & *Docte ſermones vtriuſque linguæ.*

Forvm Appi.] à foro Appij vſque ad Feroniam per Pontinas paludes tunc nauigare licebat.

Differtvm navtis] hac, & illac refertum, propterea quòd eà nauigari ſolebat. vſus eſt hac voce ſine nomine caſus ablat. epiſt. ad Numic. libr. 1. *qui manè plagas, venabula, ſeruos Differtum tranſire forum, populùmque iubebat.* Catullus iunxit cum gignendi caſu, epigr. in Aſinium, *eſt enim leporum Differtus puer ac facetiarum.* Sic enim legendum cenſeo: vbi vulgo legitur *Diſertus puer, &c.*

Malignis] *malignis*, epithetum eſt nominis, *cauponibus*, quantum vis licet reclamitet Acron. Dicuntur autem caupones maligni, quia magna ex parte res eas, quas vendunt, maligna menſura metiri conſueuerunt. eſt enim malignum idem ferè, quod anguſtum, parcum, exiguum, vt dicemus ad epiſt. ad Auguſt. ibi, *laudare malignè.* perfidos appellat Sat. 1. *Perfidus hic caupo.*

Divisimvs] cùm eſſet vnius diei iter, biduum in eo conficiendo conſumſimus. ex vnius diei itinere, duorum dierum iter fecimus.

Altivs, ac nos, Præcinctis vnvm] quod vno die confici poteſt ab iis, qui ſunt nobis expeditiores, & (vt Græco verbo dicam) εὐζωνότεροι. Seruius ad illum Virgilij locum Æneid. 8. extr. *& diſcinctos Mulciber Afros,* hunc Horatij locũ profert, atque præcinctos opponi diſcinctis, his verbis, *vel habitum eorum oſtendit, qui vſque ad talos fluebat, &c. vel diſcinctos dixit inhabiles militiæ. omnes enim, qui militant, cincti ſunt: vel ineſficaces: vt contrà præcinctos, ſtrenuos dicimus; Horat. altius ac nos Præcinctis vnum.* Vnde & Græcè εὔζωνος appellatur, non qui bonam zonam habet, ſed qui eſt ſtrenuus.

Minvs est gravis Appia] via Appia minùs eſt laborioſa iis, qui tardè ambulant, propter crebra diuerſoria.

Ventri Indico bellvm] non ceno allegoria. non valde diſſimilis eſt illa, in Satyr. 8. lib. 2. *Da, ſi graue non eſt, Quæ prima iratum ventrem placauerit eſca.*

Havd animo æqvo] iniquo animo, ægrè, grauatè.

Iam nox indvcere terris, &c.] periphraſis noctis appropinquantis & aduentantis.

Pveri] ſerui conuicia nautis ingerebant.

puerorum autem appellatione etiam ſerui intelliguntur, vt docent iuriſconſulti.

Hvc appelle] nauem ſubintell. verba autem ſunt puerorum à dominis præmiſſorum, nautas iubentium ad certam ripæ partem, nauiũ appellere.

Trecentos inseris] dicuntur hæc quoque à pueris, vel dominis ipſis iam ingreſſis, nautæ, plureis quàm par ſit, vectores in nauim imponenti, vt maiorem quæſtum faciat. Alij putant eſſe nautæ verba ſtomachantis, quòd plureis in nauim imponantur, quàm pactus ſit: à quibus diſſentio. Hoc enim quotidie videmus, nautas & portitores quàm plurimos poſſunt, in naueis recipere, vt plus lucri faciant, reclamantibus vectoribus, qui, quo plures ſunt, hoc & anguſtiùs in naui ſedent, & periculoſiùs nauigant. Præterea hîc non eſt ab vno, aut paucis conducta nauis, (quod ſi factum eſſet communi omnium nomine pretium ſolueretur) ſed nauta ſingulos in nauem ſuam recipit, & à ſingulis pretium exigit. ſunt autem legenda ſine interrogatione. *inſeris*, ἐμβιβάζεις εἰς τὴν ναῦν. trecentos autem: id eſt, nimis multos. ſic Catull. *Quos ſimul complexa tenet trecentos.*

Inseris] in duobus libris manuſcr. reperi *ingeris*.

Æs] pretium, quod datur nautæ à vectoribus. naulum.

Dvm mvla ligatvr] quæ nauim, cui alligata eſt, trahat aduerſa aqua.

Cvlices κώνωπες: vnde conopeum Od. 9. epod. genus eſt inſecti valde infeſtum & inimicum dormire volentibus. Nam cùm ſua promuſcide ora pertundat, & lancinet, ſanguinémque tanquam ſiphone quodam eliciat, atque exſuggat, tum ita horribili clangore aureis verberat, vt ſomnos ex oculis excutiat. canam culicem dixit Plautus in Caſina, de ſene amatore, in genere fæmin.

Ranæ'qve palvstres] Columella de cultu hortorum, *Nam neque ſicca placet, nec quæ ſtagnata palude Perpetitur querula ſemper conuicia rana.*

Avertvnt somnos] diuellunt, aut depellunt ſomnos, vt loquitur epiſt. 10. lib. 1. *Eſt vbi diuellat* (ſeu, vt habent alij libri, *depellat*) *ſomnos minus inuida cura?*

Prolvtvs] à proluendo: quo verbo vtitur Sat. 4. lib. 2. *lene præcordia mulſo Prolueris melius.* & Virgil. lib. 1. Æneid. *pleno ſe proluit auro.*

Vappa] vino, cuius deperiit ſapor. lege annot. ſup. ad illum locum, *vappam iubeo ac nebulonẽ.* Satyr. 1.

Viator] qui mulam moderabatur.

Tandem fessvs dorm.] hactenus intelligendum eſt nauem proceſſiſſe, & hîc procedere deſinere, mula videlicet ſoluta, & paſtum miſſa.

Retinacvla] funeis, quibus alligatam nauem trahebat mula.

A Stertítqve svpinvs] non dicit dormit, ſed ſtertit: id eſt, altum & ſecurum ſomnũ dormit. ſic ſuprà Satyr. 3. *noctes vigilabat ad ipſum Manè, diem totum ſtertebat.* M. Tull. in Lucullo, *per me vel ſtertas licet, inquit Carneades, non modò quieſcas.*

Cerebrosvs] cerebro malè affecto: mẽte commota. Plaut. Moſtell. *ſenex hic cerebroſus eſt.* quidam cerebroſum interpretantur ὀξύχολον, ſeu ὀξύθυμον, id eſt, iracundum, & qui celeriter iraſcitur: putántque Bollanum illum deſcribi, de quo Sat. 9. *O te Bollane cerebri Felicem, aiebat.* Nonius. *cerebroſi ad inſaniam faciles, & quibus frequenter cerebrum moueatur.* Lucill. *Te primum cum iſtis inſanum hominem, & cerebroſum.*

B Dolat] pulſat, verberat. tralatio eſt à fabris lignariis, qui dolabro ligna dolant. M. Tull. de diuinat. lib. 2. *quis robur illud cecidit, dolauit, inſcripſit?*

Exponimvr.] è naui. verbum eſt valdè ad hanc rem accommodatum, eóque vtitur Cæſar non ſemel. vt lib. 3. de bello ciui. *quibus regionibus exercitum expoſuiſſet.* & Virgil. lib. 10. *ſocios de puppibus altis, Pontibus exponunt.* idem lib. 6. *Tandem trans fluuium incolumeis vatémque, virúmque Informi limo, glaucáque exponit in vlua.* Sic & Græci loquuntur. Sophocl. Philoct. Ἔνθ' ὦ κράτιστοι πατρὸς Ἑλλήνων τραφεὶς, Ἀχιλλέως παῖ Νεοπτόλεμε, τὸν Μηλιᾶ Ποίαντος υἱὸν ἐξέθηκ' ἐγώ ποτε: id eſt, hîc ô
C viri optimi Græcorum patris Achillis fili Neoptoleme Theſſalum Pæantis filium expoſui ego quondam.

Feronia] Feronia, vrbs eſt Tarracinæ vicina, & Dea, & fons eiuſdem nominis, de qua Virg. Æneid. 7. (vbi Seruius notat, Feroniam Iunonem eſſe virginem.) & Dionyſ. Halicarn. lib. 3. his verbis, ἱερὸν ἐστι κοινῇ τιμώμενον ὑπὸ Σαβίνων τε καὶ Λατίνων, ἅγιον ἐν τοῖς πάνυ, θεᾶς Φερωνείας ὀνομαζομένης, ἣν οἱ μεταφράζοντες εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν οἱ μὲν ἀνθηφόρον, οἱ δὲ φιλοστέφανον οἱ δὲ Περσεφόνην καλοῦσιν. id eſt, templum eſt, quod communiter à Sabinis, & Latinis colitur, in primis ſanctum Deæ Feroniæ, quæ nominatur: quam qui interpretantur Græcè, alij Florigeram, alij coronarum amantem, a-
D lij Proſerpinam vocant.

Repimvs] lentè, & quaſi rependo ambulamus. tralatio eſt. & ita Græci. Theocrit. θαλυσίοις. Ἦς χρόνος, ἁνίκ' ἐγώ τε, καὶ Εὔκριτος εἰς τὸν Ἄλεντα εἵρπομες ἐκ πόλιος. id eſt, Tempus erat, cùm ego & Eucritus ad Alentem ex vrbe repebamus. repimus autem in præſenti habent libri ferè omnes veteres: quos ſecutus ſum.

Anxvr] Tarracinam, oppidum Volſcorum. Feſtus. *Anxur vocabatur, quæ nunc Tarracina dicitur, Volſcæ gentis. ſicut ait Ennius; Volſculi perdidit Anxur.* Liuius lib. 4. *Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ ſunt, vrbs prona in paludes.* Seruius ad eum Virgil. locum lib. 7. Æneid. *Circaéumque iugum, queis Iupiter Anxurus aruis Præſidet, &c.* notat, Iouem,

qui

qui circa hunc Campaniæ tractum colebatur, Auxurum dictum eſſe, quaſi ἄνευ ξυροῦ, id eſt, ſine nouacula, quia nondum barbam raſiſſet: & ibidem Iunonem virginem, Feroniam: vt paullò antè diximus.

COCCEIVS] Nerua iuriſconſultus: cuius nepos fuit imperator Nerua.

AVERSOS] Cæſarem Auguſtum, & M. Antonium ſignificat, inter ſe tum diſſidenteis.

COMPONERE] placare inter ſe: in priſtinam gratiam reſtituere.

ILLINERE] ego (inquit Horatius) oculos meos lippitudine affectos, colyrijs inungebam. colyria medicamenta ad lippitudinem depellendam vtilia ἀπὸ τοῦ κωλύειν τὸν ῥοῦν, id eſt, à prohibenda fluxione dicta, non ἀπὸ τοῦ κολλᾶν. iccircò vno l. excludendum curaui. nigra autem erant, quia componebantur ex lycio, glaucio, opio, acacia, hypocyſtide, & ſimilib. lege Cornel. Celſum lib. 6. de colyrijs.

AD VNGVEM FACTVS HOMO] ſpectatiſſimus homo: vel politiſſimis moribus homo. vide ann. ad illum locum, *& exactis minimum diſtantia*, epiſt. ad Auguſt. vbi quid ſit ad *vnguem factus*, declarauimus. Seruius profert hunc locum ad illum Virgil. Georg. 2. *nec ſecius omnis in vnguem Arboribus poſitis, &c.* vbi *in vnguem* interpretatur, ad perfectionem: aitque tranſlationem eſſe à marmorarijs, qui iuncturas vnguibus probant. Capito autem cognomen eſt, Fonteius nomen, vt ſit Fonteius Capito.

ANTONI, NON VT M.] id eſt, ita Antonij, ſeu Antonio amicus, vt non alius magis.

FVNDOS] Strabo lib. 5. Φούνδοι πόλις ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ κειμένη, id eſt, Fundi vrbs in via Appia ſita.

AVFIDIO LVSCO PRÆTORE] Exiſtimant quidam hîc ſignificari, ac deſcribi ab Horatio Cn. Aufidium cæcum, prætoriũ hominem, de quo M. Tull. lib. 5. Tuſcul. his verbis. *Pueris nobis Cn. Aufidius Prætorius & in ſenatu ſententiam dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, & Græcam ſcribebat hiſtoriam, & videbat in litteris*: ſed vehementer errant. nam repugnant ætates, & tempora, cùm Horatius M. Tullio multo fuerit ætate poſterior, & Tullius ſcribat, Cn. Aufidium ſe puero prætorium, & ſenatorem fuiſſe. de eodem idem M. Tul. lib. 5. de finibus. Adde quòd hic Aufidius, quem ridet Horatius, Fundis præturam gerebat: ille alter Romæ geſſerat.

INSANI RID. PRÆM. SCR.] cur inſanum appellet, exputare non poſſum, niſi dicamus propterea, quòd cùm ſcriba fuiſſet, prætoriis inſignibus vteretur: quod non probo. Nam ſi eum prætorem fecerat populus Fundanus, inſaniſſet potiùs, ſi magiſtratus inſignibus non vteretur, quamuis licet ex ſcriba prætor eſſet factus: niſi quis dicat, eum ſe inſolenter geſſiſſe, & magnificè circumſpexiſſe, quòd his inſignibus ornatus eſſet: quaſi verò Romæ præturam gereret, non Fundis in paruo municipio. iccirco dixit ſu-

A prà proximè *Fundos Aufidio Luſco prætore linquimus*, Romanorum conſuetudinem imitans, qui ſolent ita loqui, hoc aut illud factum eſt hoc & illo conſulibus.

PRÆMIA SCRIBÆ] vocalis, a, corripitur, etiamſi ſequantur tres conſonantes, quod quamobrem fiat, diſce ex Priſc. lib. 2. vbi hunc locum teſtem producit. lege annot. ad illum locum, *niſi olenti in fornice ſtantem*. Sat. 2. huius lib.

PRÆTEXTAM] togam purpura prætextam, inſigne magiſtratuum. Vtebantur & pueri prætexta vſque ad pubertatem: quo tempore ſumebant togam virilem, quæ & pura dicebatur. M. Tull. lib. 6. epiſt. ad Attic. epiſt. 1. *Q. togam puram Liberalibus cogitabam dare.*

B LATVM CLAVVM] de lato clauo, vide quæ annotata ſunt ad illum locum *& latum demiſit pectore clauum*, Sat. proxima infrà.

PRVNÆQVE BATILLVM] hoc etiam iure vtebatur prætor municipalis, vt ipſi è balneis publicis prunas ſumere liceret: vel refer hoc ad morem ignis magiſtratibus & imperatoribus præferendi: quod magis probo. batillum autem aiunt eſſe ferreum vas, quo pruna colligitur. Plin. libr. 33. cap. 8. *batillis ferreis candentibus ramento argenti impoſito, quod candidum permaneat, probatur.* Quidam *batillum* dictum putant à voce Sicula βατάνιον, quod patellam ſignificat: Alij patillum legi volunt πατάνιον, quod idem ſignificat. in quibus libris veteribus ſcriptum reperi *vatillum*.
C Non deſunt qui putent legendum *bacillum*. à quibus diſſentio.

IN MAMVRR. VRBE] Formijs. Mamurram Cæſaris amicum inſectatur aliquot locis Catullus, vt in Cæſarem, *Quis hoc poteſt videre, quis poteſt pati, Niſi impudicus, & vorax, & aleo? Mamurram habere, quod comata Gallia, Habebat, & cuncta vltimà Britannia?* ſic enim legendum eſſe hunc verſum ex veteribus libris admonuit me vir humaniſs. Gabriel Faernus. eodem pertinent illa Ciceronis ad Attic. lib. 7. *Et Laberii diuitiæ, & Mamurræ placent, & Balbi horti, & Tuſculanum?* Fuit autem Mamurra, eques R. præfectus fabrûm C. Cæſaris in Gallia, quem primùm Romæ parietes totius domus ſuæ in Cœlio monte cruſta marmo-
D ris operuiſſe Cornelius nepos tradidit, vt ſcribit Plin. lib. 36. cap. 6.

MVRENA PRÆB. DOM.] ſignificat Murenam, tectum, quò ſe reciperent, præbuiſſe: Capitonem autem cenam dediſſe. præbente valet παρέχοντος, ἤτοι πορίζοντος.

SINVESSÆ.] Sinueſſa oppidum Minturnis proximum. Horat. epiſt. ad Torq. li. 1. *Inter Minturnas, Sinueſſanùmque Petrinum.*

ANIMÆ] homines. ſic loquuntur Græci ψυχαί. M. Tull. Terentiæ, & Tulliolæ. *vos mea cariſſima animæ quàm ſæpiſſimè ad me ſcribite.* ordo autem verborum hic eſt, meo quidem iudicio: animæ tales, qualeis terra non tulit, & quibus candidiores terra non tulit, & quibus non ſit alter me deuinctior. huic loco ſimilis eſt ille Od. 5. ep.

A *Nardo perunctum, quale, nec, &c.*

Canoidiores] integriores. vt ſupr. Od. 11. epod. *candidum Pauperis ingenium.* & Od. 13. eiuſd. *Candide Mæcenas occidis ſæpe rogando.* & Od. 18 lib. 1. *non ego te, candide Baſſareu, Inuitum quatiam.* Cœlius Ciceroni lib. 8. epiſt. *cauendum tibi erit, ne parum ſimpliciter, & candidè poſuiſſe inimicitias videaris.*

Nil ego contvlerim ivc.] Plautus paullo aliter quidem, ſed non minùs probabiliter, in Epidico. *Nihil homini, amico eſt opportuno amicius: ſine tuo labore, quod velis, actum eſt tamen.* Idem Trinummo. *Verum eſt verbum, quod memoratur: ubi amici, ibi ſunt opes.* ſed cur non dixit potius, B *Nil ego contulerim ſincero ſanus amico?* An hoc ſenſit Horatius, iucundum eſſe non poſſe, niſi ſit verus, & ſincerus, &, vt Græci dicunt, ἀληθινὸς καὶ ἄδολος; An Epicuri ſententiam ſpectauit, qui dicebat, etiam amicitias propter voluptatem eſſe expetendas, eáſque non modò fautrices eſſe fideliſſimas, ſed etiam effectrices maximarum voluptatum, tam amicis, quàm ſibi? Sed de amicitia, vtrùm vſus, an rectum nos ad eam trahat, vide quæ annotata ſunt ad illum verſum Sat. 6. lib. 2. *Quidue ad amicitias, vſus, rectúmne trahat nos.*

Tect. Præbvit] ἐπέδωκε, ſeu παρέσχε. in ea villula diuerſati ſumus, & pernoctauimus. ea villula nos tecto recepit.

Parochi] parochi ἀπὸ τοῦ παρέχειν ſunt C appellati: quod valet præbere, quorum erat hoc munus, vt ijs, qui publicè mitterentur, ligna, & ſalem, & ſimilia præberent, ac ſuppeditarent. Sat. vlt. lib. 2. *parochum* per tralationem videtur poſuiſſe pro eo, qui cenam præbet. & pro conuiuatore. *vertere pallor Tum parochi faciem, &c.* vide annot. ad Saty. ſuperiorem, ibi, *Præter eum, qui præbet aquam.* Iam verò admonuit me Germ. Valens, *parochum* ſignificare præterea παράνυμφον, & nuptiarum auſpicem apud Ariſtophan. auibus. ſic Ariſtoph. non longe ab extremo: Ζηνὸς πάροχος γάμων, Τῆς τ' εὐδαίμονος Ἥρας. vbi interpres, πάροχοι λέγονται οἱ παράνυμφοι, παρὰ τὸ παρόχους εἶναι τοῖς νυμφίοις. ἐπ' ὀχήματος γὰρ τὰς νύμφας ἄγουσι: id eſt, parochi dicuntur nuptiarum auſpices, ſeu nuptijs celebrandis curatores, D propterea quòd vnà cùm ſponſis, & iuxta ſponſos in curru vehantur. Nam in curru ſponſas portare ſolent. Idem docet Suidas in voce πάροχος: ἰλ. λ. Α'ντιφος αὖ παρέβασκε περικλυτὸς &c. vbi tradit hoc præterea Euſtathius, treis geſtari, ſeu vehi ſolitos in curru nuptiali: ſponſam mediam: ſponſum & parochum extremos, alterum ſcilicet à dextra parte, alterum à læua.

Hinc mvli Capvæ, &c.] id eſt, ab hoc loco, nempe ab hac villula, quæ Campano ponti proxima eſt, in qua deuerſati ſumus, muli cum mulionibus ſuis Capuam iuerunt, eóque, tempori peruenerunt, vt vbi poſitis clitellis pernoctarent. Putant quidam legendum eſſe, *Hic muli, &c.* Seruius quidem annotatione ad illum Virg. verſum, Georg. 1. *Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli*, ita legiſſe videtur. Nam mendosè habent libri vulgati, *Hi muli Capuæ.*

Lvsvm it Mæc.] pila, vt intelligere licet eo proximo verſu. *Namque pila lippis, &c.*

Namqve pila lippis, &c.] lippitudine laborabat Horatius, cruditate Virgil. ludus pilæ autem lippis quidem, & crudis inimicus eſt, quia vtriſque quiete, & abſtinentia cibi opus eſt: ſed crudis magis, quàm lippis.

Crvdis] ægrè cibum concoquentibus. ſuprà Oda 8. epod. *velut cruda bouis.* & epiſt. 6. lib. 1. *crudi, tumidique lauemur.* M. Tull. pro Cluent. *cum ad illud prandium crudior veniſſet, &c.*

Plenissima] copioſiſſima, refertiſſima, abundantiſſima.

Qvæ svper est Clavdi cavp.] quæ Claudij cauponis imminet, quæ eſt ſupra Claudij cauponas. legendum autem putaui aliquando *ſupra eſt*, vel *ſupera eſt* (ſupera enim valet ſupra) non *ſupereſt*: ſed & veteres codices repugnant, & nobiles grammatici tradiderunt *ſuper* nonnumquam idem valere, quod ſupra. *Claudi* autem habent omnes libri veteres: quod valet, *Claudij.*

Nvnc m. p. Sarm. sc. p. M q; Cic. Mvsa v.] Solent poëtæ in re magna, ac difficili, quaſi ingenio ſuo diffidentes, Muſas appellare, atque ad earum numen confugere: vt Homer. ἰλ. β. Græcarum nauium numerum, & ducum nomina perſecuturus, Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι· Ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα, Ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν, &c. id eſt, *Dicite nunc mihi muſæ, quæ domos cæleſtes incolitis: Vos enim deæ eſtis, & adeſtis, & omnia noniſtis: Nos autem famam duntaxat accepimus, neque quicquam ſcimus, &c.* & ἰλ. λ. quot & quantas ſtrageis Agamemnon ediderit, narraturus, Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι, &c. Ὅστις δὴ πρῶτος Ἀγαμέμνονος ἀντίος ἦλθεν, &c. id eſt, *Dicite nunc mihi muſæ, &c. quis primus Agamemnoni aduerſus ierit.* & ἰλ. π incendium nauium Græcarum deſcripturus, Ἔσπετε νῦν μοι, &c. Ὅππως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε. quem locum M. Tullius lib. 1. epiſt. ad Atticum ab Homero mutuatus eſt, eo in loco, in quo ſcribit de turpitudine illa iudicij Clodiani expoſiturus, cuius operâ Clodius ſit abſolutus. verba Ciceronis ſunt hæc, *reſponſurum hominem nemo arbitrabatur.* Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι, &c. ὅππως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε. *Noſti Caluum ex Nanneianis, illum laudatorem meum, de cuius oratione erga me honorifica ad te ſcripſeram. biduo per vnum ſeruum, & eum ex ludo gladiatorio, confecit totum negotium.* & Theocrit. Διοσκουρ. Πῶς γὰρ δὴ Διὸς υἱὸς ἀδηφάγον ἄνδρα καθεῖλεν, Εἰπὲ θεά, σὺ γὰρ οἶσθα, ἐγὼ δ' ἑτέροισιν ὑποφήτης. id eſt, Quomodo enim Iouis filius edacem hominem interfecerit, dicito mihi dea: tu enim noſti: ego autem aliorum vates & ſacerdos. & Virgil. Æneid. 7. *Pandite nunc Helicona Deæ, &c.* & Plato in Euthydemo. ὥστ' ἔγωγε, καθάπερ οἱ ποιηταί, δέομαι ἀρχόμενος τῆς διηγήσεως, Μούσας

Μύσας τε καὶ μνημοσύνην ἐπικαλοῦμαι. Quare ego quemadmodum poëtæ neceſſe habeo initio orationis, Muſas, & Mnemoſynen iouocare. Ita & hîc Horat. vrbanè & facetè in re ridicula Muſas inuocat.

Messi clarvm gen. Osci.] εἰρωνεία eſt. Oſci enim omnium ferè Italiæ populorum peſſimè audiebant, turpiſſimíque habebantur, & αἰσχροποιοί. Itaque Feſtus obſcænum vult eſſe ab Oſcis deductum (qui olim Opſci dicti ſint) propter libidines obſcænas, quæ apud eos increbuerant. Varro autem libr. 6. obſcænum non ab Oſcis, ſed vel à ſcæna, vel à nomine Græco σκαιὸς vult eſſe ductum. erat igitur hic Meſſius Oſcus: Sarmentus vix liber. nam ſeruitutem ſeruierat.

Sarmenti domina exstat.] à qua eſt manumiſſus. Sarmentum quendam puerum commemorat Horatius in Antonio, ſi fortè is eſt, quem hîc deſcribit Horat.

Eqvi te esse feri sim. d.] equi feri, id eſt, equi indomiti. Quin ferum interdum dicunt Latini pro equo. Virg. lib. 2. *inque feri validam compagibus aluum, &c.* Accius Medea. *Perito in ſtabulis frenos immittens feris.*

Et ipse Messivs] & Meſſius reſpondens, accipio (inquit) plagam, quam tu mihi infligis.

Capvt et movet] Meſſius, *caput mouere*, geſtus minantis, vt alibi annotabimus.

O tva, cornv ni foret] hæc ſunt verba Sarmenti: quid faceres (inquit Sarmentus) ô Meſſi, ſi cornu tibi non eſſet exſectum, quod tu gerebas in fronte. cùm ſic mutilatus minitéris? id eſt, ſi non accepiſſes vulnus in fronte? ſi non haberes frontem inſigni cicatrice deformatam?

Mvtilvs] cornu amiſſo. tralatio à bobus mutilatis. cornu autem ei exſectum eſſe dicit, eúmque mutilum appellat, non quòd re vera cornua vnquam habuerit: ſed quòd cicatrice illa obducta ſimilis ſit bobus mutilatis.

At illi fœda cic.] Horatius his verbis Sarmenti iocum in Meſſium Cicerrum Campanum de cornu exſecto, & mutilata fronte, explicat hoc modo: illi (inquit Horatius) Cicerro, inquam, fœda cicatrix, quæ erat in læua faciei parte, frontem hirſutam, ac piloſam deformarat. ſetoſam autem facetè dixit potiùs, quàm hirſutam. ὑπερβολικῶς.

Campan. in morb. &c.] Sarmentus (inquit Horat.) multa iocatus in turpitudinem, & impuritatem oris Campani, Cicerrum orabat. vt Cyclôpa ſaltaret, id eſt, ſaltando ageret, ac referret, quia videlicet corporis ſtatura Polyphemum Cyclôpem æquare videbatur: fortaſſe etiam propter oris cicatricem, qua Polyphemo ſimilis videri poterat, poſteaquam ei Vlyſſes oculum effodit. Campani, qui anteà Oſci dicebantur, habiti ſunt (vt dixi) ore impuro, atque inceſto: τῷ τ' ἔτι τῷ σώματι αἰσχροποιοῦντες, καὶ λεσβιάζοντες. morbum igitur animi intellige, vt ſup. Od. 37. lib. 1 *Contaminato cum grege turpium Morbo virorum.* M. Tull. lib. 1. accuſat. *Nam ille quoque, ſodalis iſtius erat in hoc morbo, & cupiditate.* Alij per morbũ Campanum, arrogantiam Campanam ſignificari volunt: quam M. Tullius in oratione de lege Agr. habita in ſen. declarat his verbis: *ſi ſuperbia nata inibi eſſe ex Campanorum faſtidio videtur, &c.* & in ea, quæ habita eſt ad Quir. *Itaque Campanam illam arrogantiam atque intolerandam ferociam ratione & conſilio ad inertiſſimum & deſidioſiſſimum otium perduxerunt.* ego tamen priorem explicationem magis probo.

Pastorem saltaret, &c.] ſaltare Cyclôpa, eſt ſaltando Cyclôpa imitari ac referre. Arnob. lib. 4. aduerſus Genteis, *& quod nefarium eſſet auditu, gentis illa genitrix Martia regnatoris & populi procreatrix amans ſaltatur Venus, &c.* Idem lib. 7. *Ponit animos Iupiter, ſi Amphitruo fuerit actus, pronuntiatúſque Plautinus? aut ſi Europa, ſi Leda, ſi Ganimedes fuerit ſaltatus, aut Danaë, motum compeſcit irarum?* infrà epiſtol. ad Piſ. *nunc agreſtem Cyclôpa mouetur.* Scribit Paterculus, Plancum in conuiuio genibus innixum Glaucum ſaltaſſe.

Nil illi larva, &c.] neque larua ei opus eſſe, quia ore ita deformi eſſet propter fœdam cicatricem, vt inſtar laruæ videri poſſet, neque cothurnis, quia magna corporis eſſet ſtatura.

Cicerrvs] in Sarmentum, qui ſeruiuerat ſeruitutem.

Donasset iámne catenam, &c.] quærebat (inquit Horatius) à Sarmento, iámne ex voto donaſſet Laribus catenam, eò quòd manumiſſus, & catena, ſeu compede liberatus eſſet. Solebant veteres, labore aliquo, vel metu, vel periculo defuncti, Dijs immortalibus nonnullum ſuorum præteritorum malorum inſigne, ac monumentum conſecrare, vt gladiatores arma Herculi. epiſt. 1. lib. 1. *Veianius armis Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro:* naufragi Neptuno tabulam, quæ ſui naufragij imaginem expreſſam contineret. vt Od. 5. lib. 1. *me tabula ſacer Votiua paries indicat humida Suſpendiſſe potenti Veſtimenta maris Deo.* ita & pueri bullam Penatibus, ſeu Laribus, togam virilem ſumturi: & virgines nupturæ, puppas Veneri. Sic igitur & hunc Sarmentum ſignificabat Cicerrus catenam Laribus ex voto conſecrare debuiſſe.

Scriba qvòd esset, &c.] hæc ſunt coniungenda cum ijs, quæ deinceps ſequuntur, vt ſit hæc eorum ſententia: quod autem ſcriba eſſet Sarmentus, non eo minùs eſſe ſeruum, neque Seruilem condicionem excuſſiſſe: aut certè non minùs eſſe libertum. liberti autem certas patronis operas debebant, vt ex Pandectis iuris ciuilis intelligere licet.

Deterivs nihilo] noſtri libri veteres ferè omnes, & ij, quibus in Italia, & ij, quibus in Gallia vſi ſumus, habent, *Nihilo deterius*. quam ſcripturam probo. licet etiam legere *Nilo dete-*

Digitized by Google

rum. talia ſunt illa *vehemens*, & *vemens*: *prehendo*, & *prendo*.

Rogabat Deniqve cvr vmqvam.] ſic ſcriptum eſt in vno codice Vaticano, Donati, Faërni, Torneſ. Nicotiano, Clericano, Danielis. Videtur autem hæc eſſe ſententia, denique rogabat cur hic Sarmentus fugiſſet vmquam à domina, quaſi ab ea nimis parcè aleretur, & quaſi apud eam eſuriret, rebúſque neceſſarijs egeret, cùm eſſet tam gracili, puſillóque corpore. Quidam putant iocum eſſe ex contrario, merámque *εἰρωνείαν*, & legunt *numquam*, quaſi Sarmentus ſcurra, ingenti corporis fuerit ſtatura, idémque edaciſſimus: qua de re non pugnabo. Hoc tantum dicam, Sarmentum non fuiſſe obiecturum Cicerro immanem corporis ſtaturam illis verſibus, *Paſtorem ſaltaret uti Cyclopa, &c.* ſi ipſe eidem maledicto, ſeu ſalsè dicto opportunus eſſet. Vnde exiſtimo primùm legendum eſſe *vmquam*, vt habent omnes ferè libri veteres, & plerique vulg. deinde hunc Sarmentum breui ſtatura corporis fuiſſe.

Cvi satis vna Farr. lib.] Donatus in Phorm. tradit, ſeruos accipere ſolitos eſſe in ſingulos menſes, quaternos modios frumenti: idque (inquit ille) dimenſum dicebatur. Vide Cuiacium obſeruation. lib. 9. cap. 37. Præterea conſtat in diurnum victum non plus ſelibra farris quemque Romæ accipere ſolitum: Et lege decemvirali vincti debitores vel de ſuo viuebant, vel ſelibram farris in victum diurnum à creditoribus accipiebant. Verba legis XII. tabul. ſunt hæc, apud A. Gell. ſeu, vt alij appellant, Agellium lib. 20. cap. 1. *Si volet, ſuo viuito: ni ſuo viuit, qui eum vinctum habebit, ſelibram farris in dies dato.* ſic enim legendum cenſeo, vel hoc modo, *libræ s*, id eſt, libræ ſemiſſem, ſeu libræ dimidium: *ἡμιλίτριον*. Conſtat autem veteres frumentum non ſolùm metiri, ſed etiam pendere ſolitos.

Beneventvm] oppidum, & coloniam populi Rom. quod nomen bene ominandi cauſa Romani ei impoſuerunt, cùm anteà à Græcis Maleuentum nominaretur. Mala enim nomina fugiebant Romani, quia eſſent mali ominis.

Sedvlvs] officioſus quidem ille, & bona fide ſuum munus adminiſtrans: ſed non ſatis cautus, neque conſideratus. vide anno. ad epiſt. ad Vinnium Aſell. lib. 1.

Pæne arsit, m. d. t.] ſic hunc locum reſtitui vnum codicem antiq. ſecutus. nam in alijs omnibus præpoſtero ordine ſcriptum eſt, *Pæne macros arſit dum turdos, &c.* quam ſcripturam quamuis non damnem, vt tot librorũ teſtimonio confirmatam, alteram tamen magis probo. Turdos autem quòd macros fuiſſe dicit, eò hoſpitem notat. præterea hoſpes arſit, id eſt, hoſpitis domus: vt Virg. Æn. 2. *iam proximus ardet Vcalegon.*

Vvlcano] igni. vt Virg. ibid. *dedit ampla ruinam, Vulcano ſuperante, domus.*

Lambere tectvm] ſic Virg. Æneid. 2. *tactúque innoxia molli Lambere flamma comas, & circum tempora paſci.*

Convivas avidos, &c.] id eſt, cernere licebat, conuiuas, & ſeruos trepidos cenam è flamma rapienteis, & communi ſtudio ignem reſtinguere conanteis, vt cenam ſeruarẽt ſcilicet.

Notos] quia Horatius erat Venuſinus. *Lucanus, an Appulus, anceps.* Sat. 1. lib. 2.

Atabvlvs] ventus Apuliam infeſtam reddens, quem Horatianum appellat Gellius lib. 2. cap. 22.

Erepsemvs] id eſt, erepſiſſemus, vt infrà Sat. 9. *hunccine ſolem Tam nigrum ſurrexe mihi?* cuius generis aliquot exempla colligere haud me pigebit, vt ſtudioſorum adoleſcentium laborem minuam. Satyr. 3. lib. 2. *duo prædia diues Antiquo cenſu natis diuiſſe duobus.* ibid. *Gaudes ſi cameram percuſſi forte.* Sat. 7. eiuſd. lib. *Euaſti? credo metues, doctúſque cauebis.* Lucret. lib. 1. *iam copia materiai Vndique ponderibus ſolidis conflūxet ad imum.* ibid. ſuprà, *Omnia enim debet, mortali corpore quæ ſunt, Infinita ætas conſumſe anteacta diéſque,* idem lib. 3. *Nec tenet, amiſſam læuam cum tegmine ſæpe Inter equos abſtraxe rotas, falceiſque rapaceis.* Idem lib. 5. *Aut morbo delirantes procraxe ferantur.* Catull. ad C. Licinium Caluum. *Quem tu ſcilicet ad tuum Catullum Miſti,* id eſt, miſiſti, idem de coma Berenices. *At tu non orbum luxti deſerta cubile,* id eſt, luxiſti. & eodem carm. *Iupiter: vt terſti lumina ſæpe manu!* idem ad Rufum. *Siccine ſubrepſti mi.* pro ſubrepſiſti. idem ad Auſilenam. *Aut facere ingenuæ eſt, aut non promiſſe pudicæ.* Terent. Adelph. *non tu eum rus hinc modo Produxe aiebas?* Idem in Hecyra. *vt venis, itidem incertum amiſti.* Virg. Æneid. 4. *natúmque patrémque Cum genere extinxem.* Idem libr. 1. *penitúſque ſonanteis Acceſtis ſcopulos.* Idem lib. 11. *Vixet, cui vitam Deus, aut ſua dextra dediſſet.* *erepſemus* autem tralatum eſt à reptilibus animalibus, pro eo, quod eſt lentè ambulando ſuperaſſemus, vt ſuprà *Millia tum pranſi tria repimus.*

Trivici] oppidum eſt in finibus Campaniæ.

Lacrymoso] lacrymoſo ab effectu, id eſt, lacrymas excitante, propter acrimoniam ſuam. Virg. Moreto. *Sæpe manu ſumma lacrymantia lumina terget: Immeritóque furens dicit conuicia fumo.* hinc natus iocus Plautinus Aſin. *Sed num fumus eſt hæc mulier, quam amplexare?* Arg. *Qui dum?* Lib. *quia oculi ſunt, tibi lacrymantes, ego rogous.* Sic ferè lacrymoſum vſurpauit epiſt. 1. lib. 1. *Vt propius ſpectes lacrymoſa poëmata Puppi.* ſic Græci, in his Homerus *πόλεμον, δακρυόεντα*, & *μάχην δακρυόεσσαν* appellat, id eſt, bellum lacrymoſum, & pugnam lacrymoſam.

Mendacem] epiſt. 1. libr. 1. *Vt nox longa, quibus mentitur amica, dieſque Longa videtur, opus debentibus, &c.* vt hîc puellam, mendacem appellat, eam, quæ non dat quod promiſit: ſic Od. 1. lib. 3. fundum mendacem, qui ſpem agricolæ fallit: neque multo aliter Oda 17. epod. vbi Canidia reſpondens

Digitized by Google

pondens Horatio, inducitur, lyram mendacem, quæ falſis laudibus Canidiam ornaret.

SOMNVS TAMEN AVFERT.] ſomnus me occupat: ſomnus me opprimit, & caluitur, vt loquitur Plautus.

INTENTVM] vel animo, vel corpore, vel vtroque. mentula enim à mente dicta eſt, quòd, ſi mens à te Venerea auerſa ſit, nihil pars illa corporis magnopere ad eam rem confert.

TVM IMM. SOMNIA VISV.] ſignificat, ac deſcribit nocturnam ſeminis eruptionem, quæ fit in ſomno, quam Græci ἐξονειρωγμὸν nominant. turpis igitur eſt horum quidem verborum ſententia, verumtamen non pudebit me huc aſcribere, quę ab Ariſtotele, & Platone diſputata ad hunc locum mihi videntur valdè pertinere. Ac Plato quidem ſic lib. nono de rep. quæ nos interpretabimur. *cùm ea pars animi, quæ rationis eſt particeps, & manſueta, alterique præpoſita, ſopita eſt: altera autem, quæ fera, & immanis eſt, cibo & potione expleta, atque ebria exſultat, ſomnóque depulſo conatur erumpere, ſibique obſecundare, atque indulgere: ſcis tum eam omnia audere, tanquam omni pudore, cogitatione, prudentia ſolutam, ac vacuam. Aut enim ſe cum matre corpus commiſcere putat, neque id veretur: aut cum alio homine, aut cum Deo, aut cum fera: manus ſuas ſanguine, & cæde cuiuſuis hominis contaminare: quouis cibo veſci. quid multa? nullam amentiam, nullámque impudentiam aſpernatur, aut prætermittit.* Ariſtoteles autem libr. 1. de moribus ad Nicom. poſteaquam docuit, in ſomno eam animi noſtri partem duntaxat, quæ nobis cum ſtirpibus communis eſt, nempe, in qua vis ineſt alendi, & augendi, ſuo munere fungi: ceteras autem quieſcere, neque eo tempore virum bonum, virtutéque præditum, ab homine vitioſo, atque improbo differre: ex quo illud dici ſolere, inter beatos, & miſeros dimidiam vitæ partem nihil intereſſe: eius rei, cur ita fiat, rationem probabilem ait afferri poſſe, nempe hanc, quia ſomnus animi ſit vacatio ab opere, qua ratione bonus dicitur, ac malus, niſi ſi aliquà motus quidam eò perueniunt, ac permanant: atque hac ratione bonorum virorum, quàm quorumlibet aliorum, viſa eſſe in ſomnis meliora. hactenus Plato, & Ariſtoteles: ex quorum verbis intelligere licet, non ſatis eſſe, vt ſomnia noſtra ſint caſta, pura, munda, pudica, integra, dedere nos ſomno modico cibo, ac potione curatos, ſed illud etiam accedere oportere, vt mentis tranquillitas, animique æquabilitas adſit: nulla ægritudo, non ira, non libido, non alia vlla cupiditas animum concitarit, ac perturbarit. Non eſt enim dubium, quin, quales ſunt noſtræ diurnæ cogitationes, atque appetitiones, talia ſint & viſa noſtra, ſomniáque nocturna. Itaque Ariſtoteles in problematibus Τμήματι λ. ſcribit meliorum virorum ſomnia eſſe meliora, propterea, quòd eorum, tantiſper dum vigilant, cogitationes ſunt meliores. Iam quod Horatius ſibi hanc immunditiem ventre ſupino dormiēti potius, quàm prono dicit euenìſſe, Ariſtoteles hoc quoque commemorat in problematis τμήματι ι. vbi quærit διὰ τί τὰ ζῶα τὰ μὲν οὐκ ἐξονειρώττει, τὰ δ' ὀλιγάκις, id eſt, cur ex ceteris animalibus alia numquàm dormiendo ſemen profundant, alia rariùs. reſpondet autem ille ideò fieri, vel quia nullum aliud animal præter hominem, ſupinum cubet: nullum autem niſi ſupinum, ſemen profundat in ſomnis: vel quia aliæ animantes longè aliter ſomnient, quàm homines: profuſio autem ſeminis nocturna in dormiente fiat cum viſione aliqua, & ſpecie animo oblata. Lucretius huiuſmodi ſomniorum hanc cauſam exponit libr. 4. *Tum quibus ætatis freta primitus inſinuantur, Semen vbi ipſa dies membris matura creauit, Conueniunt ſimulacra foris è corpore quoque, Nuntia præclari vultus, pulchrique coloris, Qui ciet irritans loca turgida ſemine multo, Vt, quaſi tranſactis ſæpe omnibu' rebu', profundant Seminis ingenteis fluctus, veſtémque cruentent.*

NOCT. V. MACVLANT.] id eſt, vt Lucretius locutus eſt, cruentant. Qui cruentat enim, maculat, atque inquinat: & quod cruentum eſt, impurum eſt. Ex quo cruentum pro impuro, & cruentare pro inquinare, & impurare vſurpatur.

RAPIMVR] celeriter vehimur rhedis.

OPPIO. QVOD VERSV D.] Equotutium ſignificat: de quo M. Tullius lib. 6. ad Attic. epiſt. 1. *omnes fere tuas litteras accepi, quas commemoras, præter eas, quas ſcribis Lentuli pueris, & Equotutio, & Brundiſio datas.*

VILISSIMA RERVM] ita vilis eſt, vt non ſoleat vendi, neque vllo in pretio ſit. Plato in Euthydemo. τὸ γὰρ σπάνιον, ὦ Εὐθύδημε, τίμιον. τὸ δ' ὕδωρ εὐωνότατον, ἄριστον ὄν, ὡς ἔφη Πίνδαρος, id eſt, quod rarum eſt, Euthydeme, magni pretij eſt. aqua autem viliſſima eſt, cùm ſit optimum quiddam, vt ait Pindarus.

AQ. NON DITIOR VRNA QVI LOCVS, &c.] hunc locum à nemine (quod ſciam) rectè explicatum, ſic explico. Panis enim (inquit Horatius) Canuſij lapidoſus eſt: qui locus, nempe Canuſium, haud multo magis abundans aqua quàm Equotutium, olim à Diomede cōditus eſt. Canuſium à Diomede eſſe cónditum, tradit Strabo lib. 6. his verbis, οὐ πολὺ γὰρ δὴ τῆς θαλάττης ὑπέρκεινται δύο πόλεις ἐν γε τῷ πεδίῳ μέγισται τῶν Ἰταλιωτίδων γεγονυῖαι πρότερον, ὡς ἐκ τῶν περιβόλων δῆλον, τό τε Κανύσιον, καὶ ἡ Ἀργυρίππα· ἀλλὰ νῦν ἐλάττους εἰσί. &c. λέγεται δ' ἀμφότερα Διομήδους κτίσματα. id eſt, non longè autem à mari ſuprà vrbes duæ, quæ anteà Italicarum vrbium maximæ fuerunt, vt ex mœnium circuitu perſpicuum eſt, in campo ſitæ ſunt, Canuſium, & Argyrippa. nunc autem, minores ſunt, &c. dicuntur autem ambæ à Diomede cónditæ. Neque verò nouum, aut inuſitatum eſt hoc loquendi genus vel Horatio, vel alijs bonis ſcriptoribus, in quo vox vna aliqua, aut plures inter id nomen, quod antecedens appellant Grammatici, & pronomen, quod referendi

Digitized by Google

vim habet, interponatur, vt Od. 2. libr. 4. *Monte decurrens velut amnis, imbres Quem ſuper notas aluere ripas, Feruet, immenſuſque ruit profundo Pindarus ore.* Idem in carmine ſæculari ad Deos, *Alme Sol, curru nitido diem qui Promis, & celas.* & Satyr. 8. lib. 2. *quos Mæcenas adduxerat vmbras, Nomentanus erat ſuper ipſum, Perſius infrà.* nam Nomentanus, & Porcius, vmbræ Mæcenatis erant, vt nonnulli volũt. Catull. de coma Berenic. *Anne parentum Fruſtrantur falſis gaudia lacrymulis, Vbertim thalami quas intra limina fundunt?* quorum verborum ordo eſt, Quas intra thalami limina vbertim fundunt. idem ibidem. *Inuita ò regina tuo de vertice ceſsi: Inuita, adiuro téque, tuúmque caput: Digna ferat quod ſi quis inaniter adiurarit.* ordo eſt, quod ſi quis inaniter adiurarit, digna ferat, id eſt, pœnas meritas luat. Lucret. libr. 5. *Et dominos acreis aſciſcunt, omnia poſſe Quos miſeri credunt.*

RVBOS] Rubi oppidum Campaniæ, à quo Rubea, ſeu Rubia virga apud Virgil. Georgic. 1. *Nunc facilis Rubea texatur fiſcina virga.* quamquam alij non à Rubis oppido, ſed à rubo virgulto virgam rubeam dictam volunt.

CARPENTIS ITER] carpere iter translatè dictum. *carpendi* verbum enim propriè locum habet in lana, & lino, & ſi voles, etiam in floribus, vt ſuprà annot. ad Od. 11. lib. 1.

TEMPESTAS] tempeſtatem antiqui pro tempore poſuêre, inquit Feſtus. Itaque tempeſtatem & malam, ſeu aduerſam: & bonam, ſeu idoneam dicunt Latini. ſuperioris exempla ſunt crebriora, alterius rariora. M. Tull. ad Q. Frat. lib. 2. *Tu ſi iſta expediſti, velim quamprimum bona, & certa tempeſtate conſcendas, ad meque venias.* ad eundem eod. lib. *Tu mi frater ſimulac ille venerit, primam nauigationem (dummodo idonea tempeſtas ſit) ne omiſeris.* Idem epiſt. ad Tiron. *ſi ſtatim nauigas, nos Leucade conſequère: ſin te confirmare vis, & comites, & tempeſtates, & nauem idoneam vt habeas, diligenter videbis.* Idem ad Terentiam, *tuas litteras ego expectaſſem Brundiſij, ſi eſſet licitum per nautas, qui tempeſtatem prætermittere noluerunt.* Idem ad Att. lib. 9. *fuit enim pridie Quinquatrus egregia tempeſtas, qua ego illum vſum puto.* Lucret. libr. 1. *Dum tempeſtates adſunt, & viuida tellus Tutò res teneras effert in luminis oras.* Idem libr. 4. *liquidiſsima cæli Tempeſtas.* Ibid. *Turbida tempeſtas.*

BARI] Barium Appuliæ oppidum. piſcoſum autem dicit, propterea quòd à mari alluitur. ἰχθυόεν diceret Homerus.

GNATIA] Egnatiam alio nomine appellant: oppidum eſt Salentinum: Græci Ἰγνατίαν, vt Strabo lib. 6.

LIMPHIS IRATIS] vel quia magna eſt in eo oppido aquæ dulcis, & ποτίμου pænuria, vel propter ignis miraculum, quod ſubijcit. vide annot. ad illum locum, *Iratis natus paries Dijs.* Sat. 5. lib. 2.

LIMINE SACRO] in veſtibulo, & primo aditu templi. corruptè autem habent nonnulli codices, *lumine.* ad hunc locum fortaſſe pertinet quod eſt apud Plinium lib. 2. cap. 107. *In Salentino oppido Egnatia, impoſito ligno in ſaxum quoddam ibi ſacrum, protinus flammam exſiſtere.*

APELLA] vel cui ea cutis, quæ glandem colis tegere debet, circumciſa eſt: ἀπεψωλημένος, λιπόδερμος, verpus, recutitus, curtus, vt Sat. 9. huius lib. vt ſit nomen appellatiuum, vt Grammatici loquuntur: vel Apellam ſic accipe, vt ſit Iudæi cuiuſdam proprium nomen, Ἀπελλῆς: quod Scaligero magis probatur; eique aſſentior. ſed quod hic Horatius negat ſe credere thura, & cetera, quę in ſacrificio adhibentur, ſine flamma, aut igni iniecto, liqueſcere: idque Iudæis, vt ſupra modum credulis, & ſuperſtitioſis, credendum relinquit: ſacrificia Iudæorum (vt ex libris Hebraicis intelligere licet) ſine vllo igne ab hominibus excitato, flamma è cælo delapſa, interdum perficiebantur: eáque flamma hoſtias miro modo, & diuinitus abſumebat. produxiſſem locos complureis ex illis libris, niſi veritus eſſem, ne ſacra mutere profanis viderer.

NVMQ. DEOS DID. SEC. AG. ÆV.] hunc verſum mutuatus eſt à Lucret. libr. 5. & 6. quibus locis probare conatur ille ex ſententia Epicuri, homines propter ignorationem cauſarum omnia, quę fiunt, ad Deos referre, eorúmque nutu, ac voluntate fieri exiſtimare, atque iccircò eis regnum concedere rerum humanarum. Sed præſtat aliquot illius poëtæ verſus impios quidem illos, ſed tamen eleganteis, & mira facilitate Latini ſermonis ornatos, qui ad hunc locum pertinent, aſcribere. ſic igitur Lucret. lib. 5. *Præterea ſolis curſus, lunæque meatus Expediam, qua vi flectat natura gubernans: Ne fortè hic inter cælum, terrámque reamur Libera ſponte ſua curſus luſtrare perenneis Morigera ad fruges augendas, atque animanteis: Néve aliqua Diuûm volui ratione putemus. Nam, benè qui didicere Deos ſecurum agere æuum, Si tamen interea mirantur, qua ratione Quæque geri poſsint, præſertim rebus in illis, Quæ ſupra caput ætherijs cernuntur in oris, Rurſus in antiquas referuntur religiones, Et dominos acreis aſciſcunt, omnia poſſe Quos miſeri credunt, ignari quid queat eſſe, Quid nequeat, &c.* Idem lib. 6. *Cetera, quæ fieri in terris, cælóque tuentur Mortales, pauidis cum pendent mentibu' ſæpe, Efficiunt animos humileis formidine diuûm, Depreſsóſque premunt ad terram, propterea quòd Ignorantia cauſarum conferre Deorum Cogit ad imperium res, & concedere regnum: & Quorum operum cauſas nulla ratione videre Poſſunt, hæc fieri diuino numine rentur. Nam, benè qui Didicere, Deos ſecurum agere æuum. Si tamen interea mirantur, &c.* vt ſup. Idem lib. 5. *O genus infelix humanum: talia Diuis Cùm tribuit facta, atque iras adiunxit acerbas, Quãtos tum gemitus ipſi ſibi, quantáque nobis Vulnera, quas lacrymas peperere minoribu' noſtris!* Idem libr. 2. *Omnis enim per ſe Diuûm natura neceſſe eſt Immortali æuo ſumma cum pace fruatur, Semota à noſtris rebus, ſeiunctáque longè. Nam priuata dolore omni, priuata periclis, Ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiga noſtri, Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.* M. Tull. quoque lib. de nat. Deorum, ſub perſona Velleij, ita ſcribit, *Quòd ſi ita eſt, verè expoſita*

Digitized by Google

expoſita illa ſententia eſt ab Epicuro, Quod æternum, bea- A
túmque ſit, id nec habere ipſum negocij quicquam, nec ex-
hibere alteri. Itaque neque ira, neque gratia teneri, quod,
quæ talia eſſent, imbella eſſent omnia. Idem lib. 3. ait,
videri Epicurum de Dijs immortalibus non magnopere
pugnare: tantummodo negare Deos eſſe non audere, ne
quid inuidiæ ſubeat, aut criminis. Idem lib. 1. ſcribit,
Poſidonium dixiſſe Deos Epicuro nullos eſſe videri, quæque
is de dijs immortalibus dixerit, inuidiæ deteſtandæ cauſa
dixiſſe. Verùm tamen vtrùm voluerit, & cogita-
rit Epicurus Deós tollere, néc ne, obſcurum eſt,
illud perſpicuum, eum ſenſiſſe nullam illos habe-
re curam rerum humanarum, id eſt, quod Lucre-
tius & Horatius dicunt, *ſecurum agere æuum.* Plato
autem contrà probat & Deos eſſe, & curare res
B humanas: itaque & pijs benè velle, benignéque
facere: & impijs, ac ſceleratis iratos, & infenſos
eſſe. ſic enim ille in Phædone, ἀλλὰ τόδε γέ μοι
δοκεῖ, ὦ Κέβης, εὖ λέγεσθαι, τὸ θεοὺς εἶναι ἡμῶν
τοὺς ἐπιμελουμένους. id eſt, Sed hoc quidem mi-
hi, Cebes, rectè dici videtur, deos eſſe, qui noſtri
curam habeant, & rebus humanis conſulant. &
lib. 1. de legibus, ait Deos omnium cuſtodum eſ-
ſe maximos, & in maximis rebus eorum cuſto-
diam, curámque verſari: quam ſententiam iterat
in Ἐπινομ.

D I D I C I] ab Epicuro, cuius ſapientiam in-
ſanientem appellat Od. 34. libr. 1. *Inſanientis dum*
ſapientiæ Conſultus erro.

T R I S T E I S] triſtes: eſſent Dij ſcilicet, & la-
C borioſi, ſi, quicquid mirabile quotidie accidit, id
ab illis proficiſceretur, ac de cælo in terras demit-
teretur. Lucret. lib. 2. *Quæ benè cognita ſi teneas, na-*
tura videtur Libera continuò dominis priuata ſuperbis,
Ipſa ſua per ſe ſponte omnia Dijs agere expers. Qui-
dam *triſteis* interpretantur iratos, atque infeſtos.

T V R N E B V S.

EX lib. 1. cap. 29. In itinerario Sermone Hora-
tij, nónne, obſecro, multò accommodatius
legetur, *Græcorum linguæ doctiſſimus*, quàm quomo-
do eſt promulgatum
Græcorum longè doctiſſimus? nam Rhetori linguæ
cognitio conuenit, ſumma doctrina non item:
D nec tamen meum hoc inuentum eſt, ſed antiquo-
rum librorum ſcriptum.

Ex lib. 12. cap. 3. Differtum nautis, cauponib.
a. m. Hic verſus illuſtratur ſuper Saty. 1. huius li-
bri. In explicatione verſus, *Perfidius hic c.*

Ex lib. 15. cap. 23. Altè cinctum antiqui voca-
bant ſtrenuum, fortem, virilem, minimè mollem:
credo quòd genus illud cincturæ hominum non
eſſet delicatorum. nam præcinctura vt fluxior &
laxior in Cæſare argumentum habuit mollitudi-
nis: & diſcincti quoque effœminati habebantur:
demiſſiſque eſſe veſtibus elegantiæ videbatur
mollioris. Sed è tabularijs eruenda fides eſt, quan-
do in eo genere ſcriptionis verſamur quod ſigna-
tis tabulis ferè confirmandum eſt. Seneca libr.
epiſtolar. 14. de Mœcenate, *Altè cinctum putes*

A *dixiſſe. habuit enim ingenium & grande & virile, niſi*
illud ipſe diſcinxiſſet. Hinc illuſtratur duobus lo-
cis Horatius, lib. 2. Saty. 8.
Hoc iter ignaui diuiſimus, altius ac nos,
Præcinctis vnum: id eſt, quod vnum eſſe ſolet
ſtrenuioribus.
Iterum *Hic vbi ſublatis puer altè cinctus acernam*
Gauſape purpureo menſam terterſit --: id eſt
fortis & ſtrenuus ſeruus menſam terſit: βαθυζώ-
νους tamen mulieres Homerus, id eſt, altè cinctas
alio ſenſu dixit.

Ex lib. 1. cap. 29. *Ora manúſque tua lauimus Fe-*
roniæ lympha.
Religione quadam & cerimonia factum eſſe exi-
ſtimo vt ſe viua ſacráque Feroniæ aqua lauarent
B purificaréntque cùm in conſpectum eius fani ve-
niſſent. Nam ſe flumine viuo abluere in parte
religionis ponebant, vt è Marone & poëtis alijs
eſt notiſſimum, 2. Æneid.
Millia tum pranſi tria repimus, quàm *repſimus*
malo cùm mox ſequatur, *ſubimus.* atque ita Lam-
binus legit.

Ex lib. 19. cap. 9. *--ad vnguem*
Factus homo. accipiendum eſt pro eleganti &
polito perfectóque. Vide ſuper lib. de art. poët.
In explicatione verſus,
Perfectum decies non caſtigauit ad vnguem.

Ex lib. 1. cap. 29. *Fundos Aufidio Fuſco prætore*
libenter.
Linquimus Hic veniſſe Aufidium ridet, qui
C cum Fundis in oppido exiguo præturam gere-
ret, inſana arrogantia & animis elatis faſtúque
inſolenti & inaudito erat, & inſignibus magi-
ſtratus conſules Romanos ſuperabat, cùm tamen
Romæ tantum ſcriba eſſet, qui ordo vilis & vul-
garis erat, patebátque hominibus Libertinis, vt
in hoc ſermone,
— ſcriba quod eſſet
Deterius nihilo domino ius eſſe. Itaque prætextam
& latum clauum, vt Prætor aut conſul Romanus
gerebat, æquare ſtudens amplitudinem & digni-
tatem faſtigij Romani. Ignis autem ei præfereba-
tur (id enim eſt quod ſcribit,
— Prunæque batillum) quod ſupra humanam
propè conditionem erat, & diuinum religioſum-
D que habebatur. Sic imperatoribus Romanis, &
eorum vxoribus, interdum ſororibus, ignis præ-
ferri ſolebat. Herodianus de ſorore Commodi
Imperatoris, καὶ αὐτῆς τὸ πῦρ προεπόμπευε.
Videtur autem Horatius, cùm ait, *Fundos Aufidio*
Fuſco prætore, in eu iocari, quòd ſic tempus notare
ſolebant magiſtratuum nominibus: vt ſi diceres,
veni Romam Cicerone conſule.

Ex lib. cap. 24. *Occurrunt animæ quales neque can-*
didiores &c. Reuertere ad Od. 5. Epod. vbi expli-
catur hic locus in verſu.
Nardo perunctum, quale non perfectius
Meæ laborarunt manus.

Ex lib. 2. cap. 13. Veteres frumẽtum non ſolum
metiri, ſed & appendere ſolebant, quod nunc

quoque in panificio obſeruamus. hinc illud Horatianum A

- cui ſatis vna
Farris libra foret, tenui ſic támque puſillo. & Liuius, lib. 4. ab vrb. Condit. *frumentarium diuitem bilibri farris ſperaſſe libertatem ſe ſuorum ciuium emiſſe*. Iterum, *ſelibriſne farris gratiam ſeruatori relaturum*. In lege 12. tabul. *Si volet ſuo viuito, ni vniet, qui eum vinctum habebit, libram farris in dies dato.* Farris autem nomine etiam farina intelligitur. Itaque apud Iuriſconſultum legendum cenſeo, *frumentumve publice dandum, præbendum, appendendum.* non vt vulgo *apprehendendum, aut vt quidam emendant, approbandum.*

Ex lib. 1. cap. 29. *Conuiuas auidos cœnam ſeruóſque timentes,* B
Tum rapere, atque omnes reſtinguere velle videres.
Etiam iocoſe dictum accipio: nam primùm auidi conuiuæ & incendio & flamma rapiebant cœnam, & ſerui, qui ſi cœna vreretur, timebant ne ab heris verberarentur: quo facto, cœnáque in tuto poſita, tum denique cùm omnibus ignem cœperunt reſtinguere, cùm epulis potiſſimum timerent, ne perirent.

ARGVMEN. SATYR. 6.

Reprehendit vanum populi Romani de nobilitate iudicium, quòd eam ſtemmatum antiquitate non virtute metiretur, & nobilitate illa non præditos ad magiſtratus non libenter admitteret. Sibi non eadem ratione amicitiam Mæcenatis qua tribunatum poſſe quemquam inuidere: quum hæc non fortunæ fuerit, ſed virtutis commendatione quæſita ſit. Tandémque ſuam conditionem longè meliorem in vita priuata oſtendit, quàm in magiſtratu eſſe poſſet. C

*NOn, quia, Mæcenas, * Lydorum quicquid Etruſcos*
Incoluit fineis, nemo generoſior eſt te:
Nec, quòd auus tibi maternus fuit, atque paternus,
Olim qui magnis legionibus imperitarint:
*Vt plerique ſolent, * naſo ſuſpédis adunco* D
Ignotos, vt me libertino patre natum.
Cùm referre negas, quali ſit quiſque parente
Natus, dum ingenuus: perſuades hoc tibi verè,
Ante poteſtatem Tulli, atque ignobile regnum,
Multos ſæpe viros nullis maioribus ortos,
Et vixiſſe probos, amplis & honoribus auctos:
*Contra * Læuinum Valeri genus, vnde ſuperbus* A
Tarquinius regno pulſus fuit, vnius aſſis
Non vmquam pretio pluris licuiſſe, notante
Iudice, quem noſti, populo: qui ſtultus honores
Sæpe dat indignis: & famæ ſeruit ineptus:
*Qui ſtupet in titulis, & imaginibus. * quid oportet.* B
Nos facere à vulgo longè, latéque remotos?
Namque eſto: populus Læuino mallet honorem,
*Quàm Decio mandare * nouo: cenſórque moueret*
Appius, ingenuo ſi non eſſem patre natus:
Vel meritò, quoniam in propria non pelle quieſſem.
*Sed fulgente trahit conſtrictos * gloria curru* C
*Non minus ignotos generoſis. * quò tibi Tulli*
Sumere depoſitum clauum, fiérique tribuno?
Inuidia accreuit: priuato quæ minor eſſet.
*Nam, vt quiſque inſanus * nigris medium impediit crus*
Pellibus, & latũ demiſit pectore clauum:
Audit continuò, quis homo hic eſt? quo patre natus?
Vt, ſi qui ægrotet, quo morbo Barrus, haberi
Vt cupiat formoſus: eat quacumque, puellis
Iniiciat curam quærendi ſingula: quali
Sit facie, ſura quali, pede, dente, capillo:
Sic, qui promittit, ciueis, vrbem ſibi curæ,
Imperium fore, & Italiam, & delubra deorum:

Qui

Quo patre ſit natus, num ignota matre inhoneſtus,
Omneis mortaleis curare, & quærere cogit.
Túne Syri, Damæ, aut Dionyſi filius, audes
** Deijcere è ſaxo civeis, aut tradere Cadmo?*
*At Nouius collega * gradu poſt me ſedet vno.*
*Namque eſt ille, pater quod erat meus. * hoc tibi Paullus,* B
*Et Meſſalla videris. * at hic ſi ploſtra ducenta,*
Concurrántque foro tria funera: magna ſonabit,
Cornua quod, vincátque tubas. ſaltem tenet hoc nos.
Nunc ad me redeo libertino patre natum:
Quem rodunt omnes libertino patre natum: C
Nunc, quia Mæcenas tibi ſim conuictor: at olim,
Quòd mihi parêret legio Romana tribuno.
Diſſimile hoc illi eſt: quia non vt forſit honorem
Iure mihi inuideat quiuis: ita te quoque amicum:
Præſertim cautum dignos aſſumere, praua
Ambitione procul felicem dicere non hoc
Me poſſum caſu, quòd te ſortitus amicum.
Nulla etenim mihi te fors obtulit. optimus olim
Virgilius, poſt hunc Varius dixere quid eſſem.
Vt vêni coram: ſingultim pauca locutus.
(Infans namque pudor prohibebit plura profari,)*
Non ego me claro natum patre, non ego circum
Me Satureiano vectari rura caballo:
Sed, quod eram, narro. reſpondes (vt tuus eſt mos)
Pauca: abeo: & reuocas nono poſt menſe: iubéſque
Eſſe in amicorum numero magnum hoc ego duco,
Quòd placui tibi, qui turpi ſecernis honeſtum,
** Non patre præclaro, ſed vita, & pectore puro.*
Atqui ſi vitijs mediocribus, ac mea paucis
Mendoſa eſt natura, alioqui recta: velut ſi
Egregio inſperſos reprendas corpore næuos:
*Si neque auaritiam, neque ſordeis, ac * mala luſtra*
Obijciet verè quiſquam mihi: purus, & inſons
(Vt me collaudem) ſi viuo, & carus amicis:
*Cauſa fuit pater his: qui macro * pauper agello*
*Noluit in * Flaui ludum me mittere: * magni*
D *Quò pueri magnis è centurionibus orti,*
Læuo ſuſpenſi loculos, tabulámque lacerto,
Ibant octonis referentes idibus æra.
Sed puerum eſt auſus Romam portare, docendum
Arteis, quas doceat quiuis eques, atque ſenator
Semet prognatos: veſtem, ſeruóſque ſequenteis

*In magno vt populo ſi quis vidiſſet, * auita* A
Ex re præberi ſumtus mihi crederet illos.
Ipſe mihi cuſtos incorruptiſſimus omneis
Circum doctores aderat. quid multa? pudicum,
Qui primus virtutis honos, ſeruauit ab omni
Non ſolùm facto, verùm opprobrio quoque turpi:
Nec timuit, ſibi ne vitio quis verteret, olim B
*Si præco paruas, aut, vt fuit ipſe, * coactor*
Mercedes ſequerer. neque ego eſſem queſtus. ob hoc nunc
Laus illi debetur, & à me gratia maior.
Nil me pœniteat ſanum patris huius: eóque
Non, vt magna dolo factum negat eſſe ſuo pars,
Quòd non ingenuos habeat, claróſque parenteis: C
Sic me defendam. longè mea diſcrepat iſtis
Et vox, & ratio. nam, ſi natura iuberet
** A certis annis æuum remeare peractum:*
Atque alios legere ad faſtum quoſcumque parenteis:
Optaret ſibi quiſque: meis contentus, honeſtos
Faſcibus, & ſellis, nollem mihi ſumere, demens D
Iudicio vulgi, ſanus fortaſſe tuo: quòd
Nollem vnus, haud vmquam ſolitus, portare moleſtum.
Nam mihi continuò maior quærenda foret res:
Atque ſalutandi plures: ducendus & vnus,
Et comes alter: vti ne ſolus, rúſve, peregrè-
Ve exirem: plures calones, atque caballi
*Paſcendi: ducenda petorrita. nunc mihi * curto*
Ire licet mulo, vel, ſi libet, vſque Tarentum:
Mantica cui lumbos onere vlceret, atque eques armos.
Obijciet nemo ſordeis mihi, quas tibi Tulli,
Cùm Tiburte via prætorem quinque ſequuntur
Te pueri laſanum portantes, œnophorúmque.
Hoc ego commodius, quàm tu præclare ſenator,
** Multis atque alijs viuo. quacumque libido*
Incedo ſolus: percunctor quanti olus, ac far:
*Fallace * Circum, veſpertinúmque pererro*
Sæpe forum: aſſiſto diuinis: inde domum me
Ad porri, & ciceris refero, lachanique catinum.
Cena miniſtratur pueris tribus: & lapis albus
Pocula cum cyatho duo ſuſtinet: aſtat echinus
*Vilis cum patera guttus, * Campana ſupellex.*
Deinde eo dormitum, non ſollicitus, mihi quòd cras
*Surgendum ſit manè: * obeundus Marſya, qui ſe*
** Vultum ferre negat Nouiorum poſſe minoris.*
*Ad quartam iaceo: poſt hanc vagor, aut ego * lecto,*
*Aut * ſcripto, quod me tacitum iuuet. vngor oliuo,*

Non,

Non, quo fraudatis immundus Natta lucernis.
Aſt, vbi me feſſum ſol acrior ire lauatū
*Admonuit, fugio rabioſi * tempora ſigni.*
Pranſus non auidè, quantum interpellet inani*
Ventre diem durare, domeſticus otior. hæc eſt
Vita ſolutorum miſera ambitione, grauíque:
His me conſolor, victurus ſuauiùs, ac ſi
Quæſtor auus, pater atque meus patruúſque fuiſſent.

Non, qvia Mæcenas, &c.] huius loci hæc ſententia eſt, non ideò Mæcenas, quòd omnium Lydorum, quicumque in Etruriam domicilium ac ſedes tranſtulerunt, generoſiſſimus es, nec, quòd maiores tui magnis legionibus imperauerunt, humilis & obſcuri generis homines deſpicis, ac derides. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 1. ῥωμ. ἀρχαιολ. hæc de Etruſcis ſcribit, Τυῤῥηνοὺς οἱ μὲν αὐτόχθονας Ἰταλίας ἀποφαίνουσιν, οἱ δ' ἐπήλυδας· καὶ τὴν ἐπωνυμίαν αὐτοῖς ταύτην οἱ μὲν αὐθιγενὲς τὸ ἔθνος ποιοῦντες ἀπὸ τῶν ἐρυμάτων, ἃ πρῶτοι τῶν τῇδε οἰκούντων κατεσκευάσαντο, τεθῆναι λέγουσι. τύρσεις γὰρ καὶ παρὰ τυῤῥηνοῖς αἱ ἐντείχιοι, καὶ στεγαναὶ οἰκήσεις ὀνομάζονται, ὥσπερ παρ' Ἕλλησιν, &c. οἱ δὲ μετανάστας μυθολογοῦντες αὐτοὺς εἶναι, τυῤῥηνὸν ἀποφαίνουσιν ἡγεμόνα τῆς ἀποικίας γενόμενον, ἀφ' ἑαυτοῦ θέσθαι τῷ ἔθνει τοὔνομα. τοῦτον δὲ Λυδὸν εἶναι τὸ γένος ἐκ τῆς πρότερον Μηονίας καλουμένης, παλαιόν τινα μεταναστάντα. id eſt, *Tyrrhenos alij indigenas Italiæ populos eſſe aiunt, alij aduenas: atque ij quidem, qui hanc gentem in Etruria natam faciunt, hoc nomen à propugnaculis, quæ primi mortalium, qui in his locis habitarunt, conſtruxêre, impoſitum eſſe dicunt. turſes enim, ſeu turres, etiam apud Tyrrhenos domicilia muris uincta, ſolida, ac valida nominantur, quemadmodum & apud Græcos. Ab euentu porrò nomen impoſitum eſſe volunt, &c. Qui autem eos aduenas eſſe fabulantur, Tyrrhenum aiunt, qui Coloniæ dux fuerit, à ſeipſo genti nomen impoſuiſſe. Hunc autem genere Lydum fuiſſe, antiquum quendam, atque ab ea, quæ anteà Meonia appellabatur, in hæc loca commigraſſe.* Hæc, & longè plura Dionyſius de Etruſcis, ſeu Tyrrhenis, tradit lib. 1. quæ legat apud illum, qui his paucis nondum expletus erit: videat & apud Herodotum nonnulla non iniucunda libr. 1. quæ tamen Dionyſius profert in eodem, vnde illa deprompſi, loco. Ex hac opinione illud Virgilij eſt libr. 2. *Ad terram Heſperiam venies, vbi Lydius arua inter opima virûm leni fluit agmine Tibris.* Mæcenatem autem ab Etruriæ regibus ac principibus eſſe

A prognatum, cùm Horatius multis locis prędicet, vt Od. 1. lib. 1. & Od. 29. libr. 3. tum & Propertius ipſe teſtimonio eſt lib. 3. vt annotauimus ſuprà ad Od. 29. lib. 3.

Lydorvm qvicqvid] id eſt, quantum Lydorum incoluit, &c. quod eiuſmodi eſt, vt ſi dixiſſet, *quicumque* ſeu *quotcumque* Lydi incoluerunt fineis Etruſcos, &c. ſic loquitur ſuprà Od. 5. epod. *At, ô deorum, quicquid in cælo regit Terras.* ſimile eſt illud Catullianum, *O quantum eſt hominum venuſtiorum.* & Terent. Heautont. *At te omnes Dij, Deæque quidem, quantum eſt, Syre, Cum iſtoc inuento, cúmque incepto perduint.*

Olim qvi magn. leg. imp.] hæc è Lucretio ſumta ſunt lib. 3. *Inde alij multi reges,*
B *rerúmque potentes Occiderunt, magnis qui gentibus imperitarant.* *Imperitarint* autem excudi iuſſi, ſecutus aliquot libros manuſcr. quamquam cod. Iann. Torneſ. & Vatic. habent *imperitarent*.

Naso svspend. advn.] derides. Sat. 8. lib. *Balatro ſuſpendens omnia naſo.* Græci dicunt μυκτηρίζειν.

Ignotos] ignobileis, obſcuros, ἀσήμους. vt infrà ead. Sat. *Non minus ignotos generoſis.*

Libertino patre nat.] item infrà, *Nunc ad me redeo libertino patre natum.* & epiſt. ad libr. *Me libertino natum patre.*

Cùm referre negas] ſic habent libri omnes antiqui. hoc eò dico, ne quis ſuppo-
C nat, *neges*.

Dvm ingenvvs] ingenuus erat Horatius, ſi ingenuus eſt is, cuius pater ſeruitutem non ſeruiuit. Nam antiquo iure ciuili libertini à libertis differebant, cùm liberti ſint ſerui manumiſſi: libertini autem libertorum filij, quam dictionem imperatores ſuſtulerunt.

Tvlli] Seruij Tullij regis ſexti, ex captiua nati.

Amplis et hon.] quidam libri veteres habent *multis & hon.*

Contrà Lævinvm Valeri G.] id eſt, contrà Læuinum P. Valerij Læuini Poplicolæ, à quo Tarquinius exactus eſt, filium, perſuades tibi verè, & exploratum habes, hominem
D contemtiſſimum fuiſſe.

Valeri genvs] Valerij filium: vt Tibull. lib. 4. ad Meſſ. de Circe, *Quamuis illa foret Solis genus.* & Propert. libr. 2. *Qualis & Iſomache Lapithæ genus heroine.* & Horat. Oda 14. lib. 2. *& Danaï genus Infame.* Quidam doctiſſ. viri, eum, qui primus in hac nobiliſſima familia, Læuinus dictus eſt, hoc cognomentum à ſiniſtro atque improbo animo, maliſque moribus inueniſſe ſuſpicātur: quod mihi quoque fit veriſimile: ſed tamen per Valerij genus, auctorem huius generis ego intelligi debere: quod illi exiſtimare videntur.

Vnde] à quo, ὑφ' οὗ. ſic Terent. Adelph. *domi habeat, unde diſceret.*

Regno pvls. fvit] quidam libri veteres habent *pulſus fugit*, ego receptam ſcripturam retineo.

Vnivs ass. Non vmqvam, &c.] id eſt, numquam ploris æſtimatum eſſe vno aſſe. verbum *liceo* autem in mancipijs, & rebus maucipi, venalibus denique propriè locum habet, vt obſcurè ſignificare videatur Horat. hunc Læuinum quantumuis nobilem, propterea quòd iners, & ignauus fuerit, ſeruo nihilo meliorem fuiſſe. M. Tull. ad Attic. lib. 12. *De Druſi hortis, quanti licuiſſe tu ſcribis, id ego quoque audieram.*

Notante Ivdice, Q.] amplificatio eſt. hic Læuinus etiam à populo, qui nobilitatem pluris facere ſolet, quàm bonos mores, & virtutem, tamen contemtus, ac præteritus eſt: neque vllum honorem, præter quæſturam, potuit obtinere, propter inertiam, & cetera animi vitia.

Qvi stvltvs hon. Sæ. d.] ſi populus (inquit) qui ſæpe honores defert ad indignos, & famam ſequitur, & ſplendorem generis potiùs, quàm veritatem, ac virtutem, Læuinum hominem nobiliſſimum propterea, quòd à maioribus ſuis degenerauerat, contemſit, ac pro nihilo putauit, quid nos oportet facere, multum à populo ſtudijs, & iudicijs diſcrepantteis, ac diſſidenteis?

Indignis] epiſt. 16. lib. 1. *vt ſi Detulerit faſceis indigno, detrahet idem.*

Et famæ servit ineptvs:] & famæ ſeruit, in eóque ineptus eſt: vel in eo ineptus eſt, quòd famæ, & rumori ſeruit. notauimus alibi hoc loquendi genus.

Stvpet in titvlis] admiratur titulos, & generis antiquitatem. ſuprà Satyr. 4. *ſtupet Albius are.*

Et imaginibvs] ſtatuis, generis antiquitatis indicibus ac teſtibus. Od. 8. epod. *funus atque imagines Ducant triumphales tuum.*

A vvlgo longè, latéqve] omnes ferè libri manuſcr. habent, *longè, longéque remotos?*

Namqvè esto: popvlvs, &c.] redit ad illud ſuperius de populi leuitate, atque errore, qui plerumque nobilitatem pluris facit, quàm integritatem, grauitatem, conſtantiam, ceteráſque virtutes. Eſto, inquit, demus, popolum Læuino homini nobiliſſimo potiùs, quam Decio nouo, & ignobili honores mandaturum: &, ſi ego cùm ingenuo patre natus non eſſem, me ad petendos honores contuliſſem dubium non eſſe, qoin me cẽſor à petẽdo ſummoueat, vt indignum magiſtratu: veruntamen æquè ignobiles, vt nobiliſſimi homines, honoris ſtudio ducuntur.

Decio] P. Decio Muri, qui primus è Decijs conſul fuit, vt teſtatur M. Tull. lib. 1. de diuinat. iccircò nouus ab Horat. appellatur.

Mandare] *mandare honorem, mandare magiſtratum*, vſitatum genus loquendi bonis auctoribus. Admonet me hic locus, vt emendem locum Cicer. in procemio orationis pro lege Manil. qui ita vulgo legitur. *Nunc cum & auctoritatis in me tantum ſit, quantùm vos honoribus mandandum eſſe voluiſtis, & ad agendum facult. &c.* ego *honoris* legendum cenſeo.

A Novo] noui ſunt, quorum maiores ornati non fuerunt populi honoribus.

Moveret] moueret ordine, notaret, iure ſuffragij priuaret, in ærarios referret.

Avtvs] M. Tull. epiſt. ad App. lib. 3. *Vale, & in cenſura, ſi iam es cenſor, (vt ſpero) multum de proauo cogitato tuo.*

Vel meritò, qvoniam] atque id meritò (inquit) qoia mea ſorte contentus non fuiſſem, aut quia maiora, quàm mei generis, ac loci ratio ferat, concupiuiſſem: aut quia prætexta lato clauo, calceis lunatis, & ceteris inſignibus honoris & ſenatorij ordinis ornatus inceſſiſſem. Eraſmus putat natum prouerbium ab aſino Cumano, qui leonina pelle ſumta, leonem ſimu-

B laſſet.

Sed fvlgente trahet] id eſt, ſed æquè cupidi gloriæ & triumphi ſunt homines noui, & ignobiles, vt nobiles. currum gloriæ tribuit vel propter triumphantium currus, vt ſup. Od. 9. epod. *Io triumphe, tu moraris aureos Currus, & intactas boues.* & ideò *fulgente*, accipiendum, pro aureo, ſeu aurato, & quod auro renidet. vel per currum ſignificatur gloriæ altitudo, & præſtantia. Lucret. lib. 6. princip. *Quandoquidem ſemel inſignem conſcendere currum Ventoſum ſpes Hortata eſt, &c.* aliàs, *Incendi ſpes, &c.* Horat. epiſt. ad Auguſt. lib. 1. *Quem tulit ad ſcænam ventoſo gloria curru, &c.* *conſtrictos* autem dixit venuſtè, ſignificans, gloriæ cupidos quaſi vinctos in curru triumpha-

C li portari. Atque ita prior explicatio erit poſteriori anteponenda.

Qvò tibi Tvlli] hunc Tullium Iul. Cæſar rerum potitus, quòd Pompeianas parteis ſecutus eſſet, e ſenatu mouit, cùm præſertim obſcuro, & humili loco natus eſſet. Interfecto autem Cæſare fuerat reſtitutus, atque iterum ſe ad petendos magiſtratus contulerat. Hoc igitur dicit, quò tibi profuit ſumere veſtem ſenatoriam tibi à Cæſare ademtam, & obtinere tribunatum? in eundem inuehitur infrà, *Obijciet nemo ſordes mihi, quas tibi Tulli.*

Clavvm] Latum clauum, de quo mox dicemus. erat enim ſenator.

Fieríqve tribvno] ſic edendum cu-

D raui, codicum aliquot mano ſcr. auctoritatem ſecutus: quam ſcripturam agnoſcit Porphyr.

Nam, vt qvisqve] ſententia hæc eſt. nam ſtatim, vt quis nigris calceis lunatis, & ſenatorio veſtitu vti cœpit nouus, & obſcurus homo, & eo ipſo inſanus, quòd obſcuro loco natus, & nouus inſignia ſenatoria ſibi ſumat, atque arroget: audit hos populi ſermones. *Quis homo hic? &c.* calcei autem ſenatorij vſque ad medium crus producebantur. icircò dixit, *medium impedijt crus.* Noui homines autem adepti magiſtratum, eo ipſo fiebant ſenatores.

Et latvm demiss. pect. clav.] id eſt, tunicam longam atque ad talos demiſſam, latis clauis ornatam induit. clauus (inquit Soſipater Cariſius) impurpurata & inclauata veſtis,

id eſt,

id eſt, ἐκπόρφυρος ἐσθῆς καὶ ἔνηλος. Erant autem A hi claui ornamenta quædam purpurea clauorum ſpeciem præbentia, tunicis attexta, ſeu fortaſſe aſſuta: à quibus latus clauus dictus, id eſt, tunica lati claui: quod erat inſigne maiorum magiſtratuum, vt ædilium maiorum, prætorum, conſulũ, denique ſenatorum. Plin. lib. 33. *Annuli diſtinxere alterum ordinem à plebe, vt ſemel cœperunt eſſe celebres, ſicut tunica ab annulis ſenatum tantùm.* Sueton. in Veſpaſ. *ſumpta toga virili, latum clauum, quamquam fratre adepto, diu auerſatus eſt: nec, vt tandem appeteret, compelli, niſi à matre, potuit.* Idem in C. Claud. *Latum clauum, quamuis initio affirmaſſet non lecturum ſenatorem, non ciuis Rom. abnepotem, etiam libertini filio tribuit, &c.* Idem in Tiber. *ſenatori latum clauum ademit, &c.* Idem in Oct. *liberis ſenatorum, quò celerius reip. aſſueſcerent, protinus à virili toga latum clauũ induere, & curiæ intereſſe permiſit.* erat & anguſtus B clauus, id eſt, tunica anguſti claui, qua vtebantur equites. Sueton. in Octau. *vſus eſt togis neque reſtrictis, neque fuſis: clauo nec lato, nec anguſto.* Paterc. de Mæcen. *non minùs Agrippa Cæſari carus: ſed minùs honoratus, quippe vixit anguſto clauo penè contentus.* à lato, & anguſto clauo laticlauij, & anguſticlauij nomina ducta ſunt. Sueton. in Nerone, *Ac ſæpè in eiuſmodi rixis oculorum, & vitæ periculum adiit, à quodam laticlauio, cuius vxorem attrectauerat, propè ad necem cæſus.* Idem in Othone. *Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis tertiæ decimæ legionis tribunus anguſticlauius.* Ita in Vita C. Suet. Tranquilli C in princip. ſic legendum, *C. Suetonius Tranquillus, patrem habuit Suetonium, cognomento Lenem, tertiæ decimæ legionis tribunum, & anguſticlauium, &c.* Neque verò videtur mihi prætermittendum, quod ſcribit Pomp. Feſtus, tunicam palmatam à latitudine clauorum eſſe dictam, *quæ nunc* (inquit ille) *à genere picturæ appellatur.* quibus verbis ſatis ſignificat, clauos illos in tunicis acu fuiſſe depictos. Idem alibi clauata veſtimenta quædam ait eſſe appellata clauis intertexta. Varro libr. 8. de ling. Lat. *Nam ſi quis tunicam in vſu ita conſuit, vt altera plagula ſit anguſtis clauis, altera latis: vtráque pars in ſuo genere caret analogia.*

Avuit continvò] ſic ſuprà Oda 25. lib. 1. *audis minùs & minùs iam: Me tuo longas pereũte noctes, &c.* D

Qvis homo hic est: qvo p. n.] ſic reperi ſcriptum in decem veteribus cod. vno Vat. Raïnutij Card. Iann. Faërn. Torn. Ruſſard. Cleric. Nicot. 2. meo.

Vt si qvi ægrotet, qvo m.] vt ſi quis (inquit) eo morbo laboret, quo Barrus, homo immodicè formæ ſtudio deditus, & nimis accuratè comtus, & cultus, vt pote libidinoſus, & mulieroſus, & adulter: quacũque incedat, curã afferat puellis, de ſingulis eius corporis partibus quærendi: ſic, qui ſe profitetur idoneum eſſe ad Remp. adminiſtrandam, omneis homines impellit, vt quærant, quo ſit loco natus. morbi igitur nomine morbum animi intelligere nos oportet, quomodo & Catullus vſurpat in Egnatium, ob dentium candorem, vſquequaque renidentem. *Quodcumque agit, renidet* (inquit Catull.) *hunc habet morbum Neque elegantem, vt arbitror, neque vrbanum.* Idem alibi, amorem, tæterrimum morbũ nominat, vt ſuprà admonuimus. Sic Plato in Sophiſta δειλίαν, καὶ ἀδικίαν νόσον, id eſt, morbum appellat. ſic & M. Tullius Verris ſtudium immoderatum in ſignis, & vaſis antiquis comparandis, morbum vocat. Verr. 3. & 6. ſic Horatius ſuprà Oda 25. lib. 1. per *morbum* eunuchorum, & cohortis Cleopatræ, morbum animi ſignificat, nempè impudicitiam, & mollitiem muliebrem. & ſuprà Sat. ſuperiore, *Campanum morbũ* eodem ſenſu nominauit. & infrà Sat. 3. lib. 2. *pœnas inſignis morbi.* ibidem. *Et morbi miror purgatum te illius.* Aiunt quidam hunc Barrum impudicum & mollem fuiſſe: alij adulteriis nobilem, & Æmiliam virginem Veſtalem corrupiſſe, eóque crimine damnatum eſſe.

Vt cvpiat form.] ſic habent omnes ferè libri, quos vidi, manuſcr. aliquanto meliùs, niſi fallor, quàm vulgati, *Et cupiat*, Eſt autem hic ordo, vt ſi qui, id eſt, ſi quis ægrotet eo morbo, quo morbo Barrus ægrotat, ſeu ægrotabat, nempè, vt cupiat haberi formoſus, &c. Poteſt tamen vulgata lectio ferri.

Syri, Damæ,] Syri, Damæ dictum eſt ἀσυνδέτως. ſunt enim nomina duo ſeruilia, id eſt, minimè Romana: vt & Dionyſius. Túne igitur (inquit Horat. aut ciuis aſqis alius Rom.) è ſeruo quopiam natus, audes ciueis Rom. dãnatos vel de ſaxo Tarpeio deiicere, vel carnifici tradere ſecuri feriendos? quòd erat in tribunorum plebis poteſtate ſitum. quamquam hoc iuris nõ moderati, neque populares tribuni pl. ſed turbulentiores, & violentiores vſurpabant.

Deiicere è saxo] Tarpeio: ἐκ πέτρας ταρπηΐας καταῤῥιπτεῖν. hoc igitur ſignificat, audes tribunatu fungi?

Et tradere cadmo] Cadmum lictorem quemdam hoc nomine fuiſſe volut. quamquam nonnulli *catmo* legi malunt. catmo autem id eſt, catenæ. alij *camo*.

At Novivs Collega] reſpondet ignobilis ille, & libertinus, & tamen magiſtratu fungens, hoc modo. At collegam habeo gradu me inferiorem. Eſt enim libertus, cùm ego ſim libertinus.

Namqve est ille, pater q. e m.] ſic mihi videntur hæc accipienda, vt ſint etiam ignobilis illius & libertini, magiſtratum gerentis verba: non Horatij: quamuis reclamet Porph.

Hoc tibi pavllvs, Et Messalla] hoc nomine (reſpondet Horat. aut alius ciuis Rom. aut populus) nempè quòd collega tuo ſnperior ſis vno gradu, & conditione, tibi videris ſummo loco natus.

At hic si pl. d.] verùm quamuis hic Nouius ſit libertinus, & deteriore loco natus, quàm tu: vno tamen te vincit, quòd voce admo-

dum valeat. hoc ſaltem nos retinet, ac delectat: A hoc nos ſolatur. intellige, hæc quoque dici à ciue, aut pupulo Rom. Hoc loco autem Horatius vrbanè & populum Rom. irridet, qui talibus hominibus magiſtratus mandet, & ambitioſos, ac magiſtratus ipſos, qui ſola vociferandi facultate freti dignos ſe honoribus populi eſſe putent.

MAGNA SONAB. CORN. Q. V.] id eſt, vocem edet, quæ plauſtrorum ſtrepitum: cornuũ, & tubarum cantum vincat. clamore, & profuſa dicendi facultate, & linguæ volubilitate te vincet, ſonabit, ſonitus edet. nomen *magna* vel cum voce *cornua* coniungere licet, vel cum verbo *ſonabit*. Nam & M. Tull. ita loquitur multis locis. vt pru Arch. poëta. *vt etiam Cordubæ natis poetis pingue quiddam ſonantibus, atque peregrinum, tamen aures ſuas dederet.* B Idem in Bruto. *Cotta, quia ſe valdè dilatandis litteris à ſimilitudine Græcæ locutionis abſtraxerat, ſonabatque contrarium Catulo ſubagreſte quiddã, planéque ſubruſticum, alia quadam quaſi inculta & ſilueſtri via ad eandem laudem peruenerat.*

SALTEM TENET HOC NOS] id eſt, ſaltẽ hæc vocis magnitudo, & pruſuſa loquacitas, & laterum firmitas, nos retinet, nóſque ſolatur, ſeu à nobis impetrat, vt eius ignobilitatem atque humilitatem feramus.

NVNC AD ME REDEO, &c.] ex his verbis intelligere licet, ne ſuperiora quidem illa, *hoc tibi Paullus, Et Meſſala videris, &c.* eſſe Horatij ver- C ba, ſed eius alicuius alîus, ſeu populi ipſius Romani. Nam quòd ad illa attinet. *Namque eſt ille, pater quod erat meus, &c.* multo minùs Horatij eſſe putanda ſunt.

RODVNT] carpunt, clanculum inſectantur, mordent clanculum, vt loquitur Terent. Eunu. ſup. Sat. 4. *abſentem qui rodit amicum.* epiſt. 18. li. 1. *Dente Theonino cum circumroditur.* Cicer. orat. pro Corn. Balbo. *more hominum inuident: in conuiuiis rodunt.*

NVNC QVIA MÆCEN. T. S.] duobus temporibus, & duabus de cauſis ſe clanculum morderi oſtendit, nunc quidem quòd cum Mæcenate viuat, olim autem, quia tribunus militum fuerit, Bruto imperatore.

DISSIMILE HOC ILLI EST] id eſt, non eſt idem olim tribunum militũ fuiſſe; atque ho- D die cum Mæcenate viuere.

QVIA NON, VT FORSIT, &c.] quia (inquit Horat.) nũ vt fortaſſe quiuis mihi poſſit iure tribunatum, ſeu quemuis alium honorem inuidere, ita mihi tuam amicitiam iure inuideat. bonos enim nonnunquam forte fortuna mandatur etiam indignis: amicitia autem tua neq; indignis, neque caſu contingere ſolet, cùm delectũ amicorum adhibeas, neque quemquam in amicitiam tuam recipias, niſi perſpectum, ſpectatũ, & cognitum. Sciunt autem, qui legerunt Ariſtotelem lib. 2. rhetor. inuidiam locum habere in rebus alterius ſecundis, & fortuitis, nõ in iis, quę ſunt animi viribus, & virtute partæ. ſed ſilentio prætereundum nõ videtur, Priſcianum lib. 15. ita

A hunc locum legere, vt excudendum curauimus. *quia non vt forſit honorem.* forſit autem idem valet, quod fortaſſis: eáque voce vſus eſt ſup. Od. 28. lib. 1. & Virg. lib. 2. Æn. *Forſit vota facit, cumulátq; altaria donis.* atque ita reperi ſcriptum in cod. antiquis, Vatic. Iann. Faer. Torn. Clericano, Nicoriano, ceteris omnibus.

CAVTVM DIGNOS ASSVM.] in amicis deligendis prudentem, conſideratum, ac diligentem: amicos non ambitione, aut alicuius rogatu recipientem: ſed tua ſponte, tuóque iudicio adoptantẽm: videlicet qui tibi viſi ſint amicitia tua digni.

FELICEM DICERE N. H.] non poſſum me hoc nomine felicem prædicare, quòd te amicum nactus ſim. nulla etenim me tibi fortuna B obtulit: ſed certo iudicio, & conſilio me aſciuiſti. tuo igitur conſilio, id eſt, τῇ σῇ προαιρέσει effectum eſt, vt tibi ſim amicus, non mea εὐτυχίᾳ, id eſt, felicitate.

HOC CASV] hoc euentu, vel hac ſorte. ſors enim eſt effectus fortunæ, vt ſuprà annotauimus, etiam ſi aliud ſcribat Nonius. ſignificat tamen interdum cuiuſque viuendi genus, ſiue fortuitò oblatum, ſiue conſultò ſuſceptum.

SORTITVS] ſubintellige, ſim, vt ſæpè aliàs. Sortiri autem eſt λαγχάνειν, naneiſci, conſequi.

NVLLA ETENIM MIHI TE F.] perſpicuè C oſtendit, ſe in amicitiam Mæcenatis receptũ eſſe non alterius commendatione, non gratia, nõ fortuitò: ſed illius conſilio, ac iudicio: ſuáque ipſius virtute. *fors* autem legendum, atque ita habent omnes libri manuſcr. non vt vulg. *ſors*.

SINGVLTIM PAVCA LOCVTVS] ſic ſuprà Sat. 4. dicebat ſe animi puſilli natum eſſe, raro & perpauca loquentem. *ſingultim loqui* eſt ſermone interrupto, & veluti voce identidem compreſſa loqui: quod vſu uenire ſolet verecundis, & timidis natura. talem autem locutionem ἰσχοφωνίαν vocant Græci, παρὰ τὸ ἴσχειν τὴν φωνὴν non ἰσχνοφωνίαν, quæ eſt vocis (vt ita dicam) gracilitas, & ἰσχόφωνοι, qui ita loquuntur, id eſt, qui loquendo hæſitant, à Græcis appellantur, nõ ἰσχνόφωνοι, quemadmodum corruptè, ac mendosè habent libri problematum Ariſtotel. Τμή- D ματι ια΄ περὶ φωνῆς, quod quidem declarat ipſe Ariſtoteles problemate LV. his verbis οἱ δὲ ἰσχόφωνοι φαίνονται μετὰ λόγον δὲ οὐ δύνανται συνείρειν. quo loco tamen libri omnes vulgati habent ἰσχνόφωνοι.

INFANS PVDOR] infantem pudorem appellat, qui fandi facultatem eripit. ab effectu. pudor enim, & timor obſunt locuturo.

NON EGO CIRCVM ME SAT.] id eſt, non ego me meas villas, & meos fundos obire dico, equo Apulo inſidentem: equo in Satureianis, id eſt, Tarentinis, aut Appulis paſcuis nato, & paſto. Satureiam dictam eſſe Tarentum volũt quidam. Seruius ad illum locum, *hyali ſaturo fucata colore*, Georg. 4. notat, Satureium oppidum fuiſſe Tarento vicinum. Porphyrio Satureianos

agros

agros in Appulia fuiſſe, illis temporibus nobileis A tradit: ex quo per equum Satureianum, Appulum ſignificari.

Qvi tvrpi secer. hon. &c.] id eſt, qui honeſtum hominem à turpi ſeparas non generis ſplendore: ſed vitæ innocentia, & animi integritate.

Sed vita, et pectore pvro.] ſed vita integra, ac pura: & animo caſto, ac puro. infrà paucis pòſt verſibus *purus & inſons.* ſic epiſt. 2. lib. 1. *nunc adhibe puro Pectore verba puer.* idē Od. 22. lib. 1. *Integer vitæ, ſceleriſque purus.*

Alioqvi recta] paucis vitiis, iiſque mediocribus exceptis, recta.

Nec mala lvstra] flagitiuſas, & nefarias libidines. luſtra hoc loco ide, quod ganea, furnices. *mala luſtra* dixit, propterea quòd ſunt quædam legibus ciuilibus conceſſæ, & ferendæ voluptates: vt ſupra Sat. 4. *Ne ſequerer mœchas, conceſſa cum Venere vti Poſſem.* nomine luſtrorum vtitur & M. Tull. vt in orat. pro M. Cœlio. *Nulla luxuries reperietur, nulli ſumtus, nullum æs alienum, nulla conuiniorum, ac luſtrorum libido.* & in Orat. puſt reditum in ſenatu. *cur in luſtris, & heluationibus, huius calamiſtrati ſaltatoris tam eximia virtus tamdiu ceſſauit?* & pro Sextio de Gabinio. *hominem emerſum ſubitò ex diuturnis tenebris luſtrorum, ac ſtuprorum, vino, ganeis, lenocinius, adulteriiſque confectum.* & epi. ad Caſſ. lib. 12. *Quæ autem in luſtris, & vino commentatio potuit eſſe?* & Lucret. lib. 4. *Deſidioſè agere ætatem, luſtriſque perire.* & Plautus Bacchid. *atque id pollicetur ſe daturum aurum mihi, Quòd dem ſcorto, quódque in luſtris comedim, & congraecem pater.* Idem in Aſinar. in extrem. *cano capite te cuculum vxor ex luſtris rapit.* Idem Corculione de lenonibus. *hi malè ſuadendo, & luſtris lacerant homines.* ex quo apud eundem verbum *luſtrari.* in Pſeudolo. *nam qui liberos eſſe illico Se arbitrantur, ex conſpectu heri ſui ſi ſe abdiderint, luxuriantur, luſtrantur, comedunt.* Sed mihi reticendum eſſe non puto me reperiſſe in vno & altero codice manu ſcripto *mala lucra*, quam lectionem tamen non valdè probo. quamquam hæc recepta, vt nequid diſſimulem, me ſuboffendit in eo, quòd ſcriptum eſt *ac mala*, non *nec mala.* videtur enim ita loqui debuiſſe Horat. *Si neque auaritiam, neque ſordes, nec mala luſtra, &c.* nam mala luſtra longè aliud ſont, quàm ſordes, & pænè D inter ſe contraria videntur eſſe. At ſi legamus *mala lucra*, vt eſt in nonnullis libris, *ac* non *nec* conuenire videntur, quia mala lucra cum ſordibus ferè conſentiunt, & conſpirant.

Si vivo, et car. am.] coniunge hæc cum ſoperioribus, hoc modo: ſi viuo porus, & inſons, & carus amicis, &c. libri plerique manu ſcr. habent, *ſi & viuo carus amicis.* quæ ſcriptura magis Horatiana eſt, quamuis ſit duriuſcula.

Cavsa fvit pater his] quòd non ſit auarus, non ſordidus, non turpibus, & fœdis libidinibus inquinatus, non impudicus: patri acceptum refert, qui ſe optimè educanduos, & inſtituendum curauerit.

Flavi] hic docebat artem numerandi, ac ratiocinandi. vox autem *magni* cohærere debet cū nomine *pueri.* magni pueri autem, id eſt, magnis, & claris patribus nati. Significat Horatius, alius patribus non id eſſe curæ, vt filij ſui bonis & honeſtis, & liberalibus artibus erudiantur; ſed vt quæſtuoſis, & ſordidis.

Lævo svspensi loc.] hic verſus repetitus eſt in epiſt. 1. lib. 1. tabulam autem accipe, vt ita dicam, ratiocinatoriam, & in qua ratiocinari, & numerare, & ſimilia diſcunt. Iuuenal. Sat. 9. *ponatur calculus: adſint Cum tabula pueri.*

Ibant octonis ref.] omnes ferè hæc verba accipiunt de mercede, quæ daretur Flauio numerandi magiſtro. ego autem putabam intelligenda de pecunia anteà collocata, & in fænore occupata, nunc exacta. caput enim, aut certè vſuræ idibus exigebantur, pecunia Kalendis ponebatur, vt diximus ſup. ad Od. 2. epod. in extr. Itaque hæc verba *referentes æra*, ſic explicabam: referentes à debitoribus vſuras idibus. Iam octonis idibus dixit, quia iduum dies ſunt octo.

Docenovm arteis, qvas] quid Romæ didicerit, oſtendit his verſibus epiſt. ad Loll. lib. 2. *Romæ nutriri mihi contigit, atque doceri, Iratus Grais quantum nocuiſſet Achilles.*

Semet prognatos] ſemet natos. aut propriè pronepotes ſuos à ſe prognatos. hæc enim vis eſt huius nominis. M. Tull. Tuſc. lib. 3. *Qualis enim tibi ille videtur Tantalo prognatus, Pelope natus, qui quondam à ſocero OEnomao rege Hippodamiam raptis nactus nuptiis?* Nam de Thyeſta loquitur.

Vestem, servósqve s.] adeò (inquit) vt ſi quis veſtitum, & comitatum meum in turba videret, exiſtimaret ſumtus illos mihi ex re auita ſuppeditari. ſed nónne fieri poterat, vt ex patrimonio auito ſumtus illi Horatio ſuppeditarentur, quamuis eius auus libertus fuiſſet? poterat. ſed credibilius eſt patrem Horatij nihil, aut pauca à patre accepiſſe, omniáque, quæ haberet, quæſiuiſſe. ordo horum verborum hic eſt, quem alij turbant: adeò, vt ſi quis magno in populo veſtem, & ſeruos ſequenteis vidiſſet, &c.

Præberi] ſuppeditari, πορίζεσθαι, vt ſuprà annotauimus.

Ipse mihi cvstos] ſic M. Tullius de Cœlio in Cœliana, *Nam quoad ætas M. Cœlij dare potuit iſti ſuſpicioni locum, fuit primùm ipſius pudore, deinde etiam patris diligentia, diſciplináque munita.*

Incorrvptissimvs] hoc dicit, quia interdum puerorum cuſtodes & ductores, à pudicitiæ puerilis inſidiatoribus & oppognatoribus corrumpi ſolent: quod in patrem cadere non poteſt. eſt enim pudicitiæ liberorum ſuorum cuſtos integerrimus, & ſanctiſſimus.

Qvid mvlta?] vtuntur auctores hoc interrogandi genere, cùm properant ad euentum rei, & cùm multis ſingillatim enumeratis, & cōmemoratis ſignificant longum eſſe cetera omnia perſequi: vt M. Tull. lib. 1. ad Atticū, *ſi vmquam mihi ἐπιχειρήματα ſuppeditauerunt, illo tempore.*

Quid multa? clamores (etenim hæc erat ὑπόθεσις, *&c.*) *tanti fuerunt, vt ego eo beatior ſim, quod eos vſque iſtinc exauditos putem.* Idem accuſ. lib. 4. *Omnibus curis rebus inſtructum, & paratum vt ſit commodũ. Quid multa? Rex ita, &c.* Idem de Orat. ad Qu. Frat. lib. 1. *Quid multa? nemo in illo iudicio pedẽ ſupploſit, credo, ne Stoicus renuntiaretur.* Idem epiſt. ad Pap. Pætum lib. 9. *Quid multa? non mehercule tam perſcribere poſſum, quàm mihi gratum feceris, ſi otioſum Fabium reddideris.* Iterum Horatius Sat. v. lib. 2. *Quid multa? neque ille Sepoſiti ciceris, neque multa inuidit auenæ.*

Pvdicvm] ab aliena libidine intactum, atque integrum, vt annotatum eſt epiſt. ad Quinct. lib. 1.

Servavit] quidam libri veteres habent, *ſeruabat*, quos non ſequor. B

Non solùm facto, verùm.] ita me pudicum ſeruauit, vt non ſolùm vllam turpitudinem ab altero illatam perpeſſus ſim: ſed ne verbum quidem contumelioſum, aut maledictũ audierim. quod poſuit vt mirũ & pænè ἀδύνατον, & incredibile quiddam. Nam difficillimum eſt maledictum vitare vbi ætas, & formæ maturitas ſuſpicioni dant locum.

Olim] aliquando, ποτέ, vt ſæpe aliàs. & Virg. Æn. 5. *quod tumidis ſummerſum fluctibus olim Tunditur.*

Si præco] præconis munus quale fuerit, notatum eſt infrà ad illum locum, *Præconem tenui cenſu.* epiſt. 7. lib. 1. ad Mæcenatem 2. C

Coactor] coactores dicebantur publicanorum miniſtri, qui vectigalia minuratim exigebant, operámque ſuam in ea re publicanis locabant. appellabantur eodem nomine etiam argẽtariorum miniſtri, qui in auctionibus pretia rerũ venditarum exigebant.

Neqve ego assem. Q.] neque verò de patre meo queſtus eſſem, ſi præco, aut coactor fuiſſem, queſtúmque ex iis artibus feciſſem.

Nil me poeniteat san. p.] id eſt, quandiu ſanus ſim, numquam mihi doleat, aut numquam mihi parùm beatus videar, quòd tali patre natus ſim. nam verbum *pænitet* hanc interdum vim habet, vt apud M. Tull. in Cœliana. *id numquam tam acerbè feret. M. Cœlius, vt eum pæniteat non deformem eſſe natum.* D Idem in diuinat. in Verr. *cuius conſuetudinis, atque inſtituti patres noſtros non pænitebat.* Terent. Phorm. *noſtri noſmet pænitet*, id eſt, nobis noſmet diſplicemus. Iterum M. Tull. lib. 1. ad Attic. *à ſenatu quanti fiam minimè me pænitet*, id eſt, *à ſenatu magni fio: vel non parui æſtimor.* Liuius lib. 28. *Ea veſtra merita, imperatorúmque veſtrorum erga nos fuerunt, vt nos cladium noſtrarum non pæniteat.* Idem eod. libr. *pænitebit te P. Corneli, gloria tuæ, ſi hoſtem eum, qui tot funerum, tot cladium nobis cauſa fuit, tu conſul Italia expuleris?*

Eóqve Non vt m. d.] iccircò (inquit Hor.) non imitabor eos, qui obſcuriore loco, parentibúſque ignobilibus nati, ſolent ita ſe defendere, culpam ſuam non eſſe, quòd ingenuos, & A claros parentes non habeant.

Nam si natvra ivb. &c.] nam ſi liceret aliis hominibus à certis annis repueraſcere, atque ætatem anteactam iterare, alioſque paréteis quoſlibet ad oſtentationem, & gloriam optare, nemo eſt, qui non ſit alios optaturus: ego autem meis parentibus contentus, alios populi honoribus ornatos, & claros nolim mihi ſumere.

Honestos Fascibvs, et sellis] prætorios, conſulareis, ædilitios viros. honeſtos autem valet idem, quod honeſtatos, ornatos. placet autem mihi mirum in modum ea ſcriptura, quæ eſt in cod. Card. Rain. & tribus Vaticanis & aliquot aliis, *onuſtos*. vt ſignificet Horatius, prætores & conſules faſcibus, & ſellis & ceteris inſignibus onerari potiùs, quàm honorari. natum autem mendum eſſe credibile eſt è duarum vocum ſimilitudine, *honeſtus*, & *onuſtus*, ſeu, vt nonnulli ſcribunt, *honuſtus*. nam & Varro lib. 4. de lingua Latina ſcribit, honorem ab onere honeſto dictum eſſe: & honeſtum eò dictum quòd ſit oneratus: & dicuntur magiſtratus geri, tanquam onera. poſtremò hanc lectionem confirmat paullò pòſt ipſe Horat. ibi, *quod Nollem onus, haud vmquam ſolitus, portare moleſtum.* Omninò hæc recepta lectio, tolerabilis quidem eſt, & reperitur in aliquot lib. manuſcriptis, probabilior tamen eſt altera, pluriúmque antiquorum librorum auctoritate confirmata: &, niſi fallor, planè recta & vera..

Fascibvs] quærit Plutarchus quæſt. Ro. quare conſulibus & prætoribus faſces olim præferrentur: & reſpondet vel propterea quòd ſignificabant, magiſtratus iracundiam promtam & ſolutam eſſe non oportere: vel vt magiſtratus interea dum ſoluuntur faſces, ſpatium habeant conſiderandi ſitne ſupplicio dignus is, cui irati ſunt. mora enim iracundiæ iniecta, ſæpe fecit vt magiſtratus ſententiam mutarint. Quoniam autem vitia alia ſunt ſanabilia, alia inſanabilia: faſces quidem ea caſtigant & corrigunt, quæ corrigi & ſanari poſſunt: ſecures verò, ea, quæ ſunt inſanabilia, ac deſperata, amputant atque excîdunt.

Demens ivd. vvlgi] quod nihil admiratur, niſi quod eſt in ſpecie forenſi poſitum.

Sanvs tvo] ſanus tuo iudicio, qui populareis honores non magni admodum æſtimas. Nam Mæcenas nullos vmquam magiſtratus geſſit, vixítque equeſtri dignitate & loco contentus *demens*, *ſanus*, antitheſis.

Nam mihi cont.] nam, ſi ſplendidiore loco natus eſſem, maiores mihi continuò quærendæ facultates eſſent: ſumtus faciendi maiores, &c.

Salvtandi plvres] fortaſſe ſuffragiorum, & ambitionis cauſa. vt epiſt. 6. lib. 1. *Mercemur ſeruum, qui dictet nomina, &c.*

Peregrè-V'exirem] tale illud Od. 16. lib. 2. *neque purpura ve-Nale neq; auro.* & ead. od. *tibi tollit hinni-Tum apta quadrigis, &c.* ſic Homer.

ἰλιαδ.

ἠλιάδ. ξ. Ηφὴς ὡς πεάτοσιν ἀρηγέμδμ εὐήνοπα ζῆν. Ν' ὡς ἡρακλέος, &c.

Calones] qui ſint calones, docet Feſtus: & notauimus ad illum locum epiſt. 14. lib. 1. *inuidet vſum lignorum & pecoris tibi calo argutus.*

Petorrita] vehicula Gallica. epiſt. ad Aug. *Eſſeda feſtinans, pilenta, petorrita, naues.*

Cvrto] curtato, cui cauda eſt decuttata.

Mantica] mantica, peram ſignificat, vt docet Porphir. interdum autem coſtis, ſeu lumbis equi, aut muli imponebatur, vt hîc & apud Lucil. *Mantica canteri coſtas grauitate premebat:* interdum humeris geſtabatur, vt apud Catull. ad Varrum de Suffeno, *Sed non videmus manticæ, quod in tergo eſt.*

Tvlli] iterum Tullio illi, quem paullò antè inſectatus erat, grauiùs inſultat.

Tibvrte via] via, quæ Tibur ducit. à *Tibure Tiburs*, inquit Varro libr. 7. de lingua Latina.

Pveri lasanvm port. oen.] ridiculè hæc duo coniunxit, laſanum, & œnophorum, vt hominis ſordeis indicaret, ac declararet. neque fruſtra hæc vaſa à pueris portari facit. nam hoc ipſo ſignificat, inelegantem & immundam eius familiam, ſordidúmque comitatum fuiſſe. Mercatores enim & ad quæſtum attentiores homines, ne quid à coponibus & hoſpitibus ſumere neceſſe haberent, & vt minore ſumtu peregrinarentur, & iter facerent, vaſa neceſſaria ſeruorum ſuorum humeris imponebant. Eſt autem laſanum vas ad onus ventris excipiendum, comparatum, & eſt vos Græca, qua vtitur Nicarchus lib. 2. epigramm. Ην ὄπον αἰτήσω, δοκὼν. εἰσφέρ' ἂν λάχανον μοι. Εἶπω, δὸς, πεινῶν, εὐθὺ φέρει λάσανον, id eſt, ſi opum, ſeu liquorem poſcâ, docum, id eſt, trabem affert: ſi dicam eſuriens, dato lachanum, id eſt, olus: ſtatim affert laſanum. Alij quidem laſanom, dicunt fuiſſe ollæ podium: ſed nihilo minùs hoc loco vas ſignificare fatentur, quo aluus exoneratur.

Hoc ego commod. &c.] ego hac re, & multis aliis rebus viuo commodiùs, qoàm tu: hac re (inquam) quòd mihi licet ire vel vſq; Tarentum, ſi libeat, vno mulo, cùm id prætori non liceat. omnia autem exempla & typis excuſa, & manu ſcripta, quæ quidem viderim, hîc ſunt mẽdoſa, in quibus hæc ineſt ſcriptura, *Millibus atque aliis*: cùm legendum ſit, *Multis atque aliis.* Quis enim vmquam ita locutus eſt *millia alia*, aut *millibus aliis*? nonne ita potiùs loquuntur omnes Latini ſcriptores, *mille alia*, & *mille aliis*? Adiutus ſum autem ab vno codice manu ſcripto, in quo ita ſcriptum reperi non ſine litura tamen, *Multibus atque aliis.* cuius codicis teſtimonium non eò produco, quòd ex ea ſcriptura de vera fecerim cõiecturam (ego enim multò antè, quàm in illũ librum incidiſſem, ita, vt dico, hunc locum eſſe emendandum iudicaram) ſed nequis religioſior me arrogantiæ, atque audaciæ inſimulet, quaſi libros vulgatos ſine auctoritate veterum librorum pro meo iure corrigam. Sed ſit ita: omninò aut ita hic locus corrigendus eſt codicibus omnibus inuitis, aut dicendum, Horatium Latinè loquendi conſuetudinem vel neglexiſſe, vel ignoraſſe.

Fallacem circvm] cur fallacem? an propterea quòd in eo res furtiuæ vendebantur? vt vult Acro: an propter aſtrologos, & diuinatores, & interpretes ſomniorum, & id genos homines, qui in Circo Romano frequentes erant? qood magis probo. M. Tull. de diuinat. lib. 1. in extr. ex Pacuuio. *non vicanos haruſpices, non de Circo aſtrologos: Non Iſiacos coniectores, non interpretes ſomnium.* Plautus Pœnulo. *Itaque replebo atritate, atrior multo vt ſiet, Quàm Ægyptij aut qui cortinam ludis per circum ferunt.*

Vespertinúmqve pererro] *veſpertinum forum* dixit, vt diſtingueret à matutino, quod erat frequentius, & magis differtum: vt epi. 6. lib. 1. *Gargilius, qui manè plagas, venabula, ſeruos Differtum tranſire forum, populúmque iubebat.* Sed putaui aliquando legendum *veſpertinus*, id eſt, veſperi, vt epiſtol. ad Numicium. *& veſpertinus pete tectum.* & Satyr. 4. lib. 2. *Si veſpertinus ſubito te oppreſſerit hoſpes, &c.* Vtro autem modo legas, nihil refert. vide aunot. ad illum locum Od. 16 epod. *Nec veſpertinus circumgemit vrſus ouile.*

Assisto divinis] id eſt, rebus diuinis, ſacrificiis priuatis, aut publicis: rei diuinæ. Virg. Æn. 8. *Exin ſe cuncti diuinis rebus, ad vrbem, Perfectis, referunt.* T. Liuius lib. 36. *res diuinas facere maioribus hoſtiis iuſſerunt.* M. Tull. Vert. de ſignis, *patera, qua mulieres ad res diuinas vterentur.* Imò dic potiùs *diuinis*, id eſt, diuinatoribus & coniectoribus rerũ futurarum, & interpretibus ſomniorum, qui in Circo verſari ſolebant, vt ſuprà oſtendimus. hanc enim explicationem magis probo. ſignificat autẽ ſibi licere, quod nun licet iis, qui magiſtratum gerunt.

Ciceris] Sat. 6. lib. 2. *neque illi Sepoſiti ciceris, neque longæ inuidit auenæ.* Sed admonet me ciceris facta mentio, & nomẽ ipſum, vt locum illum, qui eſt in epiſt. 1. Ciceronis ad Atticum libr. 1. corruptiſſimum, in quo reſtituendo tot homines doctiſſimi elaborarunt, nos quoque ecquid poſſemus, tentauimus, ex ſententia, ſeu coniectura Simeonis Boſij Lemouicis, planè, vt ego quidem ſentio, diuina, ſanem, atque emendem. ſic igitor legitur locus ille in libris veteribus. *qua tum erit abſoluta ſanè facilè, eum libenter nuntiteri concili acciderunt.* al. *num citeri concili acciderunt.* vnde ſic coniicit ille eſſe legendum, *quæ tùm erit abſoluta, ſanè facile tum & libenter Thermum citeri cuſili accuderim*: vt ſit hæc ſententia, quæ via cùm erit abſolota, ſanè facilè & libenter tum Thermum via Flaminia ſcilicet munita, ciceri cuſili, id eſt, mihi Ciceroni creato conſuli, conſulem adiecerim. primùm alludit ad fabam cuſam, ſeu tuſam: deinde ad nomen Thermi, quòd apud Græcos lupinum ſignificat, poſtremò ad prouerbium, in me cudetur faba. Hæc Boſios.

A Lachaniqve catinvm] Græco nomine vſus eſt: quod non eſt ei nouum. lachanum autem olus ſignificat. ſed non diſſimulabo, me hunc locum in omnibus codic. deprauatum reſtituiſſe, beneficio Rainutij Farnel. Card. in cuius libro ſic eſt emendatus. Nam ſcriptura vulgata, eſt inepta, & abſurda: *laganique catin.* quod non eſt mihi difficile peruincere. Solet Horatius cùm victum tenuem, minimèque ſumtuoſum ſignificare vult, oleris nomen vſurpare. epiſt. 17. libr. 1. *Si pranderet olus patienter, regibus vti Nollet Ariſtippus.* epiſt. ad Torqu. eod. lib. *Nec modica cenare times olus omne patella.* Satyr. 2. lib. 2. *diſtinctâ ludere donec Decoqueretur olus.* Satyr. 6. eiuſd. *O quando faba Pythagoræ cognata, ſimulque Uncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo?* Sat. 2. eiuſd. *Non ego, narrantem* B *temere edi luce profeſta Quicquam, præter olus fumoſæ cum pede pernæ.* Sat. 7. eiuſd. *ſi nuſquam es forte vocatus Ad cenam, laudas ſecurum olus.* ſic Plautus Captiuis, *Æ. Terreſtris cena. E. ſus, terreſtris beſtia eſt. Æ. multis oleribus. E. curato ægrotos domi.* Quòd autem quidam poſt Acronem nugantur hic de lagano, non ſolùm turpiter errant, ſed etiam χακονβειαν ſuam declarant. Nam omnino ita legendum, vt edendum curaui: neque laganum habebatur in cibis parabilibus, & facilibus: cùm ex oleo, & farina, & melle, & pipere, & aliis nonnullis rebus conflaretur. Neque me mouet Iſidorus lib. 20. cap. 1. qui tradit laganum eſſe panem latum C & tenuem, qui primùm in aqua, deinde in oleu frigitur. Nam ſi laganum panis eſt, videtur minùs aptè dixiſſe, *lagani catinum*: ſi frigitur, non eſt panis, neque cibus parabilis, neque eum cicere numerandus.

Pveris tribvs] à pueris tribus. cuius locutionis ſexcenta ſunt exempla: ex quibus pauca carpamus. Od. 6. libr. 1. *Scriberis Vario fortis,* &c. Od. 35. eiuſd. *examen Eois timendum Partibus.* Od. 25. *Auditam moderere arboribus fidem.* Satyr. 10. huius lib. *Illi, ſcripta quibus comœdia priſca viris eſt,* &c. epiſt. 16. *Si quis bella tibi terra pugnata, marique Dicat.* de art. poët. *Nolito ad verſus tibi factos ducere plenum Latitiæ.* ſic Catull. ad ſeipſum. *Amata nobis, quantum amabitur nulla.* ſic Græci. Xenoph. Cyri pæd. 5. ἐμοὶ πεπραγμένον.

Lapis albvs] menſa ex albo marmore, D menſa Delphica: quæ rotunda erat, vt alibi dicemus.

Pocvla cvm cyatho dvo] cur pocula duo? quia pocula ſemper pari numero in menſa delphica ponebantur: Verbi gratia, ſi tres conuiuæ, tria paria: id eſt, ſex pocula: ſi duo, duo paria: ſi vnus, qui cenaret, vnũ par, ſeu duo pocula, vt hîc. cyathus autem adhibebatur ad aquæ & vini temperationem. aquã enim ex vrna, ſeu ſitu, ſeu echino, ſeu quo alio vaſe aquario: vinum ex amphora, ſeu cratere cyatho hauriebant, & in ſcyphos, aut pocula infundebant.

Astat echin. vilis cvm p. g.] locus eſt obſcurus cùm propter ſcripturæ varietatem, tùm propter ignorationem vaſorum Romanorum, quibus vtebantur in cenis, & conuiuiis. oritur alia difficultas ex voce *echinus*: quæ quid hoc loco ſignificet, non eſt facilè explicare. alij igitur libri habent: *aſtat echino Vilis cum patera guttus*: & ita videtur legiſſe Porphir. alij, *aſtat echinus Vilis, cum pat. gutt.* alij mutata interpunctione, *aſtat echinus, Vilis cum patera guttus*: quarum lectionum, quæ ſit optima, difficile, & periculoſum eſt pronuntiare. mihi quidem non liquet. ſecutus ſum autem eam ſcripturam, quam plures codices veteres confirmant, eámque ſic explico. aſtat mihi cenanti echinus ſiue fictilis, ſeu æneus, & vilis guttus, & patera. quòd ſi cui magis placeat altera ſcriptura, *aſtat echino*, &c. eius hanc ſententiam eſſe puto: vilis guttus, & patera aſtant echino, id eſt, propè echinum locati ſunt. Iam echinum alij vas fictile: alij æneum fuiſſe dicunt: ſed ad quem vſum comparatum fuerit, docet nemo: alij thecam, ſeu inuolucrum ſcorteum, in quo vaſa includerentur: alij ampullam vitream. Omninò nihil certi, in quo inſiſtere queas. Ego in tanta librorum, & opinionum varietate, quid afferre poſſum, in quo lector acquieſcat? planè nihil. Verumtamen ne hîc κωφὸν πρόσωπον fuiſſe dicar, quid ſi dicam echinum vas fuiſſe fictile, aut æneum, amplum, rotũdum, humile, in quod vel ciborum reliquiæ conjicerentur: vel id, quod in poculis reliquũ eſſet, effunderetur, à ſimilitudine vel echini illius forenſis, & iudicialis, vel echini marini nominatũ? quid ſi, vt Porphyr. ampullam vitream, aquariam quid ſi, vt alij, æneam? Guttus porrò à guttis dictus: quia ex eo minutatim vinum fundebant, vt docet Varro lib. 4. de ling. Latin. Sed videtur hîc *guttus* vas puſillum ſignificare, in quo oleũ inſie. Pateræ verò in poculis numerabantur, & à patendo dictæ ſunt, vt idem ibidem ſcribit: & eis ad libandum vtebantur. Hæc habui, quæ de hoc loco nunc quidem dicerem: aliàs fortaſſe probabiliora allaturus.

Campana svpell.] ſignificat, vaſa illa omnia fuiſſe fictilia. nam in Campania, ex luto & argilla, cuius propter ſoli bonitatem, magna eſt ibi copia, pulcherrima vaſa fingebantur. Sat. 3. lib. 2. *Qui Veientanum feſtis potare diebus Campana ſolitus trulla.* Alij ænea fuiſſe dicunt, propter æris Campani nobilitatem, ac præſtantiam.

Marsya] Marſyæ ſtatuam in foro fuiſſe poſitam aiunt, vt eius aſpectu improbi, atque iniuſti litigatores deterrerentur. Ad hãc autem ſtatuam ſiſtebant vadimonium. Notiſſima eſt de Marſyæ contentione cum Apolline, & de contentionis illius euentu fabula. *obeundus Marſya,* id eſt, obeunda ea pars fori, in qua Marſyæ ſtatua poſita eſt.

Noviorvm fer. min.] ex duobus Nouiis fratribus probabile eſt minorem fuiſſe improbiſſimum litigatorem, & impudentiſſimum fœneratorem: cuius os ne marmora quidem ferre poſſent.

Vngor olivo, Non qvo] non eo

vngor

vngor oleo, quo Natta, ſeu Naca. vngebatur autẽ ille oleo ex lucernis detracto, quẽadmodum Crates Thebanus ſi quando eum vngi opus eſſet, in balneum ingreſſus, olei ſordibus, & amurca vngebatur. ſic enim de eo Teles libro περὶ συγκρίσεως πλούτου καὶ πενίας. πρὸς ῥῖγος ἡμεῖς ζητοῦμεν παχύτερον ἱμάτιον. ἐκεῖνος δὲ διπλώσας τὸν τρίβωνα περιέβαλε, τρόπον τινὰ δύο ἱμάτια ἔχων. εἰ ἀλείψασθαι χρείαν ἔχοι, εἰσελθὼν εἰς τὸ βαλανεῖον, τῷ γλοιῷ ἠλείψατο: id eſt, ad frigus veſtem craſſiorem quærimus. ille autem duplicato pallio circumibat, quodammodo duas veſteis habens. ſi opus eſſet eum vngi, ingreſſus in balneum, olei ſordibus, & amurca vngebatur:) vel, quod quidam magis probant, oleo lucernario, id eſt, quod lucernis conuenit, quódque ellychniis inſtillatur: tantæ erant hominis ſordes. Tale autem oleum, inſuauis & ingrati odoris eſt, miniméq; ad vngenda corpora accommodatũ. Neque verò aſſentior iis, qui *naca* legendum eſſe contendunt: primùm quòd alteram ſcripturam video ab omnibus codicib. etiam calamo exaratis confirmari: deinde quod probabilius eſt ab Horatio Nattam neſcio quem hoc nomine notari. Scimus autẽ Nattam familiæ Rom. cognomen fuiſſe. M. Tull. libr. 4. ad Attic. *De Natta ex tuis primum ſciui litteris: oderam hominem, &c.* Idem de diuinat. libr. 2. *Natta verò ſtatua, aut æra legum de cælo tacta quid habent obſeruatum ac vetuſtum? Pinarij Nattæ nobiles, à nobilitate igitur periculum.* Idem in orat. pro Muræna *Non igitur ſi L. Natta ſummo loco adoleſcens, qui, & quo animo iam ſit, & qualis vir futurus ſit, videmus, &c.* Nihil prohibet autem, quominùs, vt ex optimo patre ſæpe improbiſſimus naſcitur filius: ſic ex nobili & boneſta familia, turpis aliquis, & infamis homo exſiſtat. Præterea credibile eſt ab Horatio ſordidum aliquem hominem appellatum eſſe nomine alieno, non ſuo, propter metum legis: vel eum iam fuiſſe mortuum.

Ast, vbi me f. s. acr. ire lavatvm] profert hunc verſum Seruius ad illud Virgilij, *vel cum tonſis illotus adhæſit ſudor, &c.* & ait à lauor eſſe lotus & lautus. *inde eſt*, inquit, *lautum eo.* Nam illud ab Horatio ſatis licenter dictum eſt. *Aſt. v. me f. ſ. acr. ire lauatum, &c.*

Admonvit] ὑπέμνησε. nam aliud eſt monere, aliud admonere, ne quis erret: quamquam monitores dicuntur à Latinis, ij, qui admonent.

Rabiosi signi] Caniculæ. ſignum appellauit impropriè. Oda 17. libr. 1. *Hic in reducta valle Caniculæ Vitabis æſtus.*

Prans. non avidè, qvant. int.] huius loci ſententia eſt, Ego tantillum pranſus, quantum interpellet, id eſt, non ſinat, me totum diem inani vẽtre permanere, domi otior. ſignificat, ſe non tantum vorare in prandio, vt cibo & potione ventrem refarciat, atq; oneret: ſed quantum ſatis ſit ad ieiunitatem, faméмque depellendam, vireíſq; corporis reficiendas, donec cenæ tempus adueniat. ſi quis enim non pran-

A deat: ſed cibi, & potionis vſum in veſperum, & cenæ tempus differat, ieiunus, & inanis diem totum durare dicendus ſit: Nunc autem cùm prandet tenuiter, & parcè: ſaltem hoc prandiũ eum interpellat, quominus inanis ad veſperam permaneat. *interpellare* propriè valet interloqui, ſeu loquentis orationem interrumpere. vſurpatur pro eo, quod eſt obſtare, & interrũpere ſimpliciter, & impedimento eſſe, vt hoc loco, & apud M. Tull. lib. 1. epiſt. ad Attic. *ſed hæc tota res interpellata bello refrixerat.* C. Matius ad Cic. lib. 11. epiſt. *ſed quæ hæc eſt arrogantia, quod Cæſar numquam interpellauit, quin, quibus vellem, atque etiam quos ipſe non diligebat, tamen iis vterer: eos, qui mihi amicum eripuerunt, efficere conari, ne, quos velim, diligam?* B Brut. ad Cic. eod. lib. *interpellent me, quo minus honoratus ſim, dum ne interpellent, quo minus reſp. à me commodè adminiſtrari poſſit.* Notiſſimum autem eſt, prandia Romana aut breuiſſima, & parciſſima fuiſſe, aut, ſi qua fuerint ſumtuoſiora, & liberaliora, ea vel feſtis diebus vſurpari ſolita, vel nuptialia fuiſſe, vel ambitionis, & largitionis, vel luxuriæ cauſa inſtituta. his cauſis exceptis, & ſimilibus, parcè admodum prandebant, cenabant liberaliùs. ientaculo autem, merenda, & veſperna puto pueros duntaxat, & operarios homines vſos eſſe. Ne illud quidem prætermittendũ eſt, Græcos illos Heroas, tantiſper dum bellum gerebant, & in caſtris erant, ter die cibum, capere conſueuiſſe: ac primum quidem cibum, & ma-C tutinum, ἄριστον eſſe nominatum: ſecundum, δεῖπνον, id eſt, prandium: tertium, δόρπον, id eſt, cenam: cùm hodie δεῖπνον idem, quod cena valeat: ἄριστον autem prandium. auuot. interpres Hom. ἰλιάδ. β.

Domesticvs] domi. quod erat loci, ad perſonam tranſtulit: vt quod eſt temporis, crebrò ſolet. de quo genere paullò antè diximus.

Victvrvs svavivs] ego victurus. ſic habent aliquot manuſcr. cod. in his duo Vatic. & Iann. quam ſcripturam ſecutus ſum. alij habent *victurum* nempe *me*.

TVRNEBVS.

Ex lib. 4. cap. 9. *-- naſo ſuſpendis adunco*, quod D eſt derides, ideo dicit, quod qui adunci naſi ſunt, homines irriſores habentur. qui quòd irrident, id verò vt lance quadam, ſic naſo ſuſpendere & ponderare videntur: vt enim

-- gemina ſuſpendere lance

Ancipitis libræ, dixit Perſius: Sat. 4. ſic naſo ſuſpẽdere dictum interpretor. *Contra Læuinum Valeri genus*, cùm dicit in Valeriorum familia nobiliſſima eum, qui primus hoc cognomento fuit, ſuſpicamur à ſiniſtro læuoq; & improbo animo, maliſque & nequam moribus cognomen meritum fuiſſe. Cùm autem gloria de ambitioſis & glorioſis honorúmque cupidis triumphare videatur, illique de quibus triumphabatur poſt currum conſtrictis manibus vincti per pompam traherentur: Ideò Horatius ſcripſit,

Sed fulgente trahit conſtrictos gloria curru. At vero. A
— in propria non pelle quieſſem, ſumptuio videtur à veſtiu & caleeis, quæ tanquam hominum Pellis eſt Nam Libertinus latum clauum ſenatorij ordinis proprium & calceos lunatos ſi gerat, intra pellem ſuam quieſcere non putetur: niſi quis à cumano aſino tractum putet, qui leonem metiebatur leonis exunio.

Deijcere è ſaxo ciues, aut tradere Cadmo. dicit, quia Tribuni Tullij antè mentionem feeerat: hoc autem ius tribuni violentiores & importuniores interdum ſumebant, vt ſine iudicio indictâque cauſa è ſaxo Tarpeio ciuem deiicerent: vt tentatum à tribuno in Metellum Macedonieum apud Plinium reperimus, aut carnifici traderent, cùm legitimo iure à carnificis pœna immunes B eſſent ciues Romani, id igitur vt indigniſſimum & tyrannicum ſcripſit.

Ex lib. ıx. cap. 14. *— Iubeſque*
Eſſe in amicorum numero. huius verſus explicatiooem videas ſuper Od. 1. libr. Epodum. 10

Ibis liburnis inter alta nauium
Amice propugnacula.

Ex libr. 4. cap 9. *Laeuo ſuſpenſi loculos tabulamq́; lacerto*, de calculatoria tabula & calculis intelligo. diſcebant enim ratiocinaodi artem, ooo liberales diſciplinas vt in arte,

— dicat
Filius Albini, ſi de quincunce remota eſt
Vncia, quid ſuperat?

Ex lib. 26. cap. x6. *Laeuo* autem *ſuſpenſi. l. q. t. l.* cum ait, monſtrat Romanos nomerandi artem præcipuè ſequi & ediſcere ob auaritię ſtudium, quæreréque tabulam calculatoriam & loeulos calculis refertos, vt in abbaco in promptu rationes expediant. inquit de art. Poët.

— dicat
filius albini ſ. d. q. r. e.
— V, q. ſ?

Ex lib. 13. ca. 3. Hic & alius à me locos explanabitur aliquando fortaſſe leniter tactus,

Cùm Tiburte via prætorem quinque ſequuntur
Te pueri, laſanum portantes œnophorumque.

Hic ſordidus & nimis parua comitatus & inelegante immundâque familia, & indignus prætu- D ræ honore ſignificatur, qui vel vt mercaror, quo minorem ſumptum faceret, domeſticum vinum ſecum portabat, vaſa quoque coquinaria, ne pro his quicquam ſolueret, aut à cauponibus quicquam ſumeret. mercatores autem, qui ad quæſtũ ſunt attentiſſimi peregrè proficiſcentes ſuis pueris imponebant œnophorum. Perſius, Sat. 5.

Iam pueris pellem ſuccinctus & œnophorum
Aptas

Atque vt interea hoc dicam, pellem dicit Perſius pro mantica & inuolucro veſtis ſupellectilis aliorúmque vtenſilium & ſarcinarum. Id intelligi poteſt è Petronio viri clariſſ Memmij, in quo ita ſcribitur, *Ego vos in duas iam pelles conijciam, vinctoſque loris inter veſtimenta pro ſarcinis habebo.* vel potius qui nullos lautiores in comitatu haberet quam vilia ſeruitia & ſordidiſſima mancipia, neque enim honeſtis & lautis ſeruis œnophorum imponebatur, minus etiam laſanum, quo venter exoneratur, quem qui ferebat λασανοφόρος à Græcis vocabatur: etſi interdum etiam laſanum podium ollę ſignificat, quem ebytropoda etiam dicebant, vt ait Ariſtophanis enarrator, quo ſenſu ſi quis accipiat, etiam ſordes hominis agnoſcat: & primò ita acceperam, deinde diſceſſionem in alteram & receptiorem ſignificationem feci, vt aluo ſubſeruiat.

Ex lib. 5. cap, 23. Non aruſpices vicanos, non de circo Aſtrologos, Cicero dixit libr. 1. de Diuinat. Vicani Aruſpices ſunt, qui in vicis & pagis aruſpicinam exercebant, qui vaniſſimi & mendaciſſimi erant. In circo Romano erant Aſtrologi, Iuuenalis, Saty. 6. *Conſulit ante phalas Delphinorúmque columnas*: nec alia de cauſa quàm propter diuinaculos, circum fallacem dicere videtur Horatius hoc verſu,

Fallacem circum veſpertinúmque pererro
Sæpè forum. Illic autem multos diuinos fuiſſe liquet è Iuuenale ita ſcribente, Sat. 6.

Si mediocris erit, ſpatium luſtrabit vtrumque
Metarum, & ſortes ducet, frontemque manúſque
Præbebit vati crebrum poppyſma roganti.

Ex lib 9. cap. 19. Quod Flaccus ait,

Ad porri & ciceris refero laganique catinum, de parabili cibo intelligendum frugique menſa arbi- C tror; nam porrum pro oleribus poſuit, quæ viliſſima ſunt cibaria, & cicer legumen eſt, quo pauperiores veſcebantur. Itaque viles homines & abiectos fricti ciceris emptores alio loco de art. poëtic. vocat, Laganum etiam, quod fictum erat farinaceum, quod in ſartagine ex oleo frigebatur, in parabilibus eſcis numeratum exiſtimo. Id autem Galenus duorum generum ſcribit, vnum ῥύμμα appellat, alterum λάγανον.

— & lapis albus, inquit,

Pocula cum cyatho duo ſuſtinet, Veteres ſolebant Delphicam menſam multis onerare poculis, numeróque ſemper pari, duobus contentus eſt Horat. & cyatho, quo modum potionis metiebantur, & certis cyathis vini certos aquæ cya- D thos miſcebant, quod qui faciebat, ad cyathum ſtare dicebatur. Nam cyatho hauriebant vinum & aquam è vaſis, & in pocula fundebant. quod κυαθίζειν Græci appellant, Plutar. in Marcel. noto Marcelli ioco, cuius naues machinis Archimedis leuatæ in puppim aut proram, deinde illiſæ mari, aquam cum plurimam haurirent, aut grauibus libramentis depreſſæ aeciperent aquã, ludens dixit Archimedem ſuis nauibus pro cyathis vti. Solitos autem eſſe veteres paria pocula in delphica ponere, declarat Agretius ſic ſcribens, *Cicero, iubeo promi vtroſque binos vt habeam: quia in Delphica comparia vaſa ſemper ſunt, vnde ipſe Cicero dicebat, Scyphorum paria complura*

— adſtat, inquit, *Echinus*
Vilis. Echinus Heſychio vas coquinarium eſt, ſed & patella. Interpretibus eſt vas æneum, in quo

in quo calices lauantur, quod etiam Triſilla vocatur. A Tricbilam puto ſcribi debere, vt eo io epigrammate, quod Maroni adſcribitur:

Trichila vmbroſis frigida arundinibus. Et apud Columellam, lib. 10. de cult. hort.

-- *ſub trichila manantem ſerpit ad vndam* Alij vitreá ampullam, alij ſcorteam explicant: Ego hic vas aquarium rotuodum lagenæ ſimile, aut ampullæ crediderim, vt guttum vinarium. Vt Varro de lingua Lat. docet. Patera autem ad libaodum vtebantur, & interdum poſt libatiooem ad bibendum. hoc mihi veniebat in mentem, quod de hoc loco dicerem, quem Echino ſpiooſiorem & aculeatum magis eſſe & ipſe ſentio, & intelligo multis videri: ſed nec illud omittam, Porphyrionem perſpicuè legere Echioo, cùm explicet B propter Echiòum aſtat vilis guttus, qui & Echinum vult hic vitream eſſe ampullam, vt aquariũ vas exiſtimaſſe videatur aquam enim lympidam nitido vitro perlibenter infuodimus. nomen habere videtur à rotuoditate Echini ſe in pilam colligentis.

Ex libr. 27. cap. 15. Inſigne eſt & adnotandum diligenter, ab auctore vocabularij perquam veteris abaci Delphicam explicari μανιστεῖον ὡς ὁ Ιουβενάλιος. Significatur & tanquam digito demonſtratur locus ille Iuuenalis

Lectus erat cedro Procula minor, vrceoli ſex
Ornamentum abaci, necnon & paruulus infrà
Cantharus, & recubans ſub eode marmore Chiron. Delphicam autem menſam lapideam babere ſolebant, vnde coouiuis mininiſtrabatur apud Flaccum, C

-- *& lapis albus*
Pocula cum cyatho duo ſuſtinet. Ea de cauſa Miniſterium interpretatur vocabularij auctor. Iterũ io eodem lexico, Delphica, μανιστεῖον.

Ex lib. 23. cap. 6. Oſci populi erant Campaniæ vbi figlinæ erant, vnde ab Horatio ſcriptum eſt *Vilis cum patera guttus Campana ſuppellex*. id eſt, fictilis.

Ex lib. aa. cap. ta *Ipſe poteſt fieri Marſia cauſidicus*, non ſine quodam naſo à Martiale lib. a. epig. 64. dictum reor: conſtat autem Marſiam bardum & hebetem fuiſſe, qui de muſica cum Apolline certare auſus pœnas dederit. Sed & io vrbe Roma Marſiæ ſtatua erat in foro, vt hic quoque ſenſus D lateat, ſtatuam effici cauſidicum poſſe, & ſaxeum Marſiam Rhetorem. Horatius,

-- *Marſia vultum*
Qui ſe ferre negat Nouiorum poſſe minoris, Plinius, lib. 21. cap. 3. *cuius luxuriam coronatum Marſiam litteræ illius Deigemunt*. Seruius in 4. Æn. refert Marſiam iu ciuitatibus ſignum fuiſſe libertatis, qui erecta maou teſtabatur vrbi nihil deeſſe.

Ex lib. 4. cap. 9. Quid eſt apud Flaccum, *Non quo fraudatus immundus nacta lucernus?* non enim vt opinor, oleum intelligit è lucerna ſumptum. Nec enim in ea ſatis olei eſt ad vnctiooem: deiode, quis è luceroa, quàm ampulla ſumere mallet? Ego geous quoddam olei lucernarium fuiſſe appellatum lego, quod vile & raocidum eſſet, & ad lumioa relegatum: quo tamen ioopes, & ſordidi vngere ſe ſolebant, cùm Horatius optimo oleo primæque notæ vteretur. Nam qui oleo ſe vngit, eo quo ſolent lucernæ accendi, is lucernas deſtaudat alimento ſuo, ſuóque fomento. Ætius, τὸ δὲ λυχνιαῖον ἀπὸ τοῦ μέσου καὶ εὐκράτου, τοῦ γλυκέος λέγω, τοσοῦτον ἐπὶ τὸ θερμότερον νεύει, ὅσον τὸ ὀμφάκινον ἐπὶ τὸ ψυχρότερον.

Ex lib. 23. cap. 23. *Non pudet in morem diſcincti viuere Nactæ*. in antiquis apud Perſium libris ſcribitur, nec ab ratione: nam fullones qui Nactæ vocaotur, veſtimenta pedibus calcata ſaltu ſuo fullonio premuot & denſaot: ſed & veſtis à fullone dum cogitur, conſiliari dicitur. id enim eſt νάττειν Græcè, & νακτὰ vocantur coactilia. Nacta igitur velut νάκτης erit: eodem verbo coactiliarius & pileatius accipi etiam poterit. Quod ſi à νάκος, vt apud Feſtum eſt deducitur, vnico c. ſcribi debet. Sed cùm ea litera duplicata reperiatur, ſuſpicio eſt poſteriorem eſſe *t*: nec officiet veriloquium, cum etiam notatio νακτὸς à νάττειν accerſi poſſit: Vox bæc integra bodie eſt in Apuleio Aſini aurei lib. 9. *Maritus foris apud Nactam proximum cœnitabat*. In ſecunda quoque Apololia. *Quid illi exiſtiment nactæ, non putabo, legendum* cenſeo non *nacti*, vt editur: noo deſunt rameo, qui *naucis* legant. In Horatio quoque ſcribendũ, *Non quo fraudatus immundus nacta lucernus*.

ARGVMENTVM. SAT. 7.

Rixam Rupillij cognomento Regis cum Græculo qoodam Perſio deſcribit. Proſcriptus enim ab Auguſto Rex, fugit ad Brotum, vbi Horatio tunc tribuoo militum ignobilitatem exprobraſſe fertur, qui nunc eam cootumeliam vlciſci velit.

*PRoſcripti Regis Rupili * pus, atque venenum,*
** Hybrida quo pacto ſit Perſius vltus opinor*
Omnibus & lippis notum, & tonſoribus eſſe.
Perſius hic permagna negotia diues habebat
Clazomenis: etiam liteis cum Rege moleſtas:
Durus homo, atque odio qui poſſet vincere Regem:
Confidens, tumidus, adeò ſermonis amari,
*Siſennas, Barros vt * equis præcurreret albis.*
Ad Regem redeo. poſtquàm nihil inter vtrumque

VNIVS ASS. NON VMQVAM, &c.] id eſt, numquam pluris æſtimatum eſſe vno aſſe. verbum *liceo* autem in mancipijs, & tebus mancipi, venalibus denique propriè locum habet, vt obſcurè ſignificare videatur Horat. hunc Læuinum quantumuis nobilem, propteтea quòd iners, & ignauus fuerit, ſeruo nihilo meliorem fuiſſe. M. Tull. ad Attic. lib. 12. *De Druſi hortis, quanti licuiſſe tu ſcribis, id ego quoque audieram.*

NOTANTE IVDICE, Q.] amplificatio eſt. hic Læuinus etiam à populo, qui nobilitatem pluris facere ſolet, quàm bonos mores, & virtutem, tamen contemtus, ac prætetitus eſt: neque vllum honotem, prætet quæſturam, potuit obtinere, proptet inettiam, & cetera animi vitia.

QVI STVLTVS HON. SÆ. D.] ſi populus (inquit) qui ſæpe honores defert ad indignos, & famam ſequitur, & ſplendorem generis potiùs, quàm veritatem, ac virtutem, Læuinum hominem nobiliſſimum propteteà, quòd à maioribus ſuis degenerauerat, contemſit, ac pro nihilo putauit, quid nos oportet facere, multum à populo ſtudijs, & iudicijs diſcrepanteis, ac diſſidenteis?

INDIGNIS] epiſt. 16. lib. 1. *vt ſi Detulerit faſceis indigno, detrahet idem.*

ET FAMÆ SERVIT INEPTVS:] & famæ ſeruit, in eòque ineptus eſt: vel in eo ineptus eſt, quòd famæ, & rumori ſeruit. notauimus alibi hoc loquendi genus.

STVPET IN TITVLIS] admiratur titulos, & generis antiquitatem. ſuprà Satyr. 4. *ſtupet Albius ære.*

ET IMAGINIBVS] ſtatuis, generis antiquitatis indicibus ac teſtibus. Od. 8. epod. *ſummi atque imagines Ducant triumphales tuum.*

A VVLGO LONGÈ, LATÈQVE] omnes ferè libri manuſcr. habent, *longè, longéque remotos?*

NAMQVE ESTO: POPVLVS, &c.] redit ad illud ſuperius de populi leuitate, atque. errote, qui plerumque nobilitatem pluris facit, quàm integritatem, gtauitatem, conſtantiam, cetetáſque virtutes. Eſto, inquit, demus, populum Læuino homini nobiliſſimo potiùs, quam Decio nouo, & ignobili honores mandaturum: &, ſi ego cùm ingenuo patre natus non eſſem, me ad petendos honores contuliſſem dubium non eſſe, quin me cẽſor à petẽdo ſummoueat, vt indignum magiſtratu: veruntamen æquè ignobiles, vt nobiliſſimi homines, honoris ſtudio ducuntur.

DECIO] P. Decio Muri, qui primus è Decijs conſul fuit, vt teſtatut M. Tull. lib. 1. de diuinat. iccitcò nouus ab Horat. appellatur.

MANDARE] *mandare honorem, mandare magiſtratum,* vſitatum genus loquendi bonis auctoribus. Admonet me hic locus, vt emendem locum Cicet. io procemio orationis pro lege Manil. qui ita vulgo legitur. *Nunc cum & auctoritatis in me tantum ſit, quantum vos honoribus mandandum eſſe voluiſtis, & ad agendum facult. &c.* ego *honoris* legendum cenſeo.

A NOVO] noui ſuot, quorum maiotes ornati non fuetunt populi honoribus.

MOVERET] mouèret ordine, notaret, iure ſuffragij priuatet, in ærarios referret.

APPIVS] M. Tull. epiſt. ad App. lib. 3. *Vale, & in cenſura, ſi iam es cenſor, (vt ſpero) multum de proauo cogitato tuo.*

VEL MERITÒ, QVONIAM] atque id meritò (inquit) quia mea ſorte contentus non fuiſſem, aut quia maiora, quàm mei genetis, ac loci ratio fetat, concupiuiſſem: aut quia prætexta lato clauo, calceis lunatis, & ceteris inſignibus honoris & ſenatotij otdinis ornatus inceſſiſſem. Eraſmus putat natum prouerbium ab aſino Cumano, qui leonina pelle ſumta, leonem ſimu-
B laſſet.

SED FVLGENTE TRAHIT] id eſt, ſed æquè cupidi gloriæ & triumphi ſunt homines noui, & ignobiles, vt nobiles. currum gloriæ tribuit vel propter triumphantium curtus, vt ſup. Od. 9. epod. *Io triumphe, tu moraris aureos Currus, & intactas boues.* & ideò *fulgente*, accipiendum, pto aureo, ſeu autato, & quod auro renidet. vel per curtum ſignificatur glotiæ altitudo, & præſtantia. Lucret. lib. 6. princip. *Quandoquidem ſemel inſignem conſcendere currum Ventoſum ſpes Hortata eſt, &c.* aliàs, *Vincendi ſpes, &c.* Horat. epiſt. ad Auguſt. lib. 1. *Quem tulit ad ſcænam ventoſo gloria curru, &c. conſtrictos* autem dixit venuſtè, ſignificans, glotiæ cupidos quaſi vinctos in curtu ttiumpha-
C li portari. Atque ita priot explicatio erit poſteriori anteponenda.

QVÒ TIBI TVLLI] hunc Tullium Iul. Cæſar rerum potitus, quòd Pompeianas parteis ſecutus eſſet, è ſenatu mouit, cùm præſertim obſcuro, & humili loco natus eſſet. Interſecto autem Cæſare fuerat reſtitutus, atque iterum ſe ad petendos magiſtratus contulerat. Hoc igitur dicit, quò tibi profuit ſumere veſtem ſenatoriam tibi à Cæſare ademtam, & obtinere tribunatum? in eundem inuehitut infrà, *Obijciet nemo ſordeis mihi, quas tibi Tulli.*

CLAVVM] Latum clauum, de quo mox dicemus. etat enim ſenator.

FIERÍQVE TRIBVNO] ſic edendum cu-
D raui, codicum aliquot manu ſcr. auctoritatem ſecutus: quam ſcripturam agnoſcit Porphyr.

NAM, VT QVISQVE] ſententia hæc eſt. nam ſtatim, vt quis nigris calceis lunatis, & ſenatorio veſtitu vti cœpit nouus, & obſcurus homo, & eo ipſo inſanus, quòd obſcuro loco natus, & nouus inſignia ſenatoria ſibi ſumat, atque artoget: audit hos populi ſermones. *Quis homo hic? &c.* calcei autem ſenatorij vſque ad medium crus producebantur. icciteò dixit, *medium impedijt crus.* Noui homines autem adepti magiſtratum, eo ipſo fiebant ſenatores.

ET LATVM DEMISS. PECT. CLAV.] id eſt, tunicam longam atque ad talos demiſſam, latis clauis ornatam induit. clauus (inquit Soſipater Catiſius) impurpurata & inclauata veſtis,

id eſt,

id eſt, ἐκπόρφυρος ἐσθὴς καὶ ἔνηλος. Erant autem hi claui ornamenta quædam purpurea clauorum ſpeciem præbentia, tunicis attexta, ſeu fortaſſe aſſuta: à quibus latus clauus dictus, id eſt, tunica lati claui: quod erat inſigne maiorum magiſtratuum, vt ædilium maiorum, prætorum, conſulũ, denique ſenatorum. Plin. lib. 33. *Annuli diſtinxere alterum ordinem à plebe, vt ſemel cœperunt eſſe celebres, ſicut tunica ab annulis ſenatum tantùm.* Sueton. in Veſpaſ. *ſumta toga virili, latum clauum, quamquam fratre adepto, diu auerſatus eſt: nec, vt tandem appeteret, compelli, niſi à matre, potuit.* Idem in C. Claud. *Latum clauum, quamuis initiò affirmaſſet non lecturum ſenatorem, non ciuis Rom. abnepotem, etiam libertini filio tribuit, &c.* Idem in Tiber. *ſenatori latum clauum ademit, &c.* Idem in Oct. *liberis ſenatorum, quò celeriùs reip. aſſueſcerent, protinus à virili toga latum clauũ induere, & curiæ intereſſe permiſit.* erat & anguſtus clauus, id eſt, tunica anguſti claui, qua vtebantur equites. Sueton. in Octau. *vſus eſt togis neque reſtrictis, neque fuſis: clauo nec lato, nec anguſto.* Paterc. de Mæcen. *non minùs Agrippa Cæſari carus: ſed minus honoratus, quippe vixit anguſto clauo penè contentus.* à lato, & anguſto clauo laticlauij, & anguſticlauij nomina ducta ſunt. Sueton. in Nerone, *Ac ſæpè in eiuſmodi rixis oculorum, & vitæ periculum adiit, à quodam laticlauio, cuius vxorem attrectauerat, propè ad necem cæſus.* Idem in Othone. *Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis tertiæ decimæ legionis tribunus anguſticlauius.* Ita in Vita C. Suet. Tranquilli in princip. ſic legendum, *C. Suetonius Tranquillus, patrem habuit Suetonium, cognomento Lenem, tertiæ decimæ legionis tribunum, & anguſticlauium, &c.* Neque verò videtur mihi prætermittendum, quod ſcribit Pomp. Feſtus, tunicam palmatam à latitudine clauorum eſſe dictam, *quæ nunc* (inquit ille) *à genere picturæ appellatur.* quibus verbis ſatis ſignificat, clauos illos in tunicis acu fuiſſe depictos. Idem alibi clauata veſtimenta quædam ait eſſe appellata clauis intertexta. Varro libr. 8. de ling. Lat. *Nam ſi quis tunicam in vſu ita conſuit, vt altera plagula ſit anguſtis clauis, altera latis: vtrãque pars in ſuo genere caret analogia.*

A v u e t c o n t i n v ò] ſic ſuprà Oda 25. lib. 1. *audis minùs & minùs iam: Me tuo longas pereũte noctes, &c.*

Q v i s h o m o h i c e s t: q v o p. n.] ſic reperi ſcriptum in decem veteribus cod. vno Vat. Raïnutij Card. Iann. Faërn. Torn. Ruſſard. Cleric. Nicor. 2. meo.

V t. s i q v i æ g r o t e t, q v o m.] vt ſi quis (inquit) eo morbo laboret, quo Barrus, homo immodicè formæ ſtudio deditus, & nimis accuratè comtus, & cultus, vt pote libidinoſus, & mulieroſus, & adulter: quacũque incedat, curã afferat puellis, de ſingulis eius corporis partibus quærendi: ſic, qui ſe profitetur idoneum eſſe ad Remp. adminiſtrandam, omneis homines impellit, vt quærant, quo ſit loco natus. morbi igitur nomine morbum animi intelligere nos oportet, quomodo & Catullus vſurpat in Egnatium, ob dentium candorem, vſquequaque renidentem. *Quodcumque agit, renidet* (inquit Catull.) *hunc habet morbum Neque elegantem, vt arbitror, neque vrbanum.* Idem alibi, amorem, tæterrimum morbũ nominat, vt ſuprà admonuimus. Sic Plato in Sophiſta δειλίαν, καὶ ἀδικίαν νόσον, id eſt, morbum appellat. ſic & M. Tullius Verris ſtudium immoderatum in ſignis, & vaſis antiquis comparandis, morbum vocat. Verr. 3. & 6. ſic Horatius ſuprà Oda 25. lib. 1. per *morbum* eunuchorum, & cohortis Cleopatræ, morbum animi ſignificat, nempè impudicitiam, & mollitiem muliebrem. & ſuprà Sat. ſuperiore, *Campanum morbũ* eodem ſenſu nominauit. & infrà Sat. 3. lib. 2. *pœnas inſignia morbi.* ibidem. *Et morbi miror purgatum te illius.* Aiunt quidam hunc Barrum impudicum & mollem fuiſſe: alij adulteriis nobilem, & Æmiliam virginem Veſtalem corrupiſſe, eòque crimine damnatum eſſe.

V t c v p i a t f o r m.] ſic habent omnes ferè libri, quos vidi, manuſcr. aliquanto meliùs, niſi fallor, quàm vulgati, *Et cupiat*, Eſt autem hic ordo, vt ſi qui, id eſt, ſi quis ægrotet eo morbo, quo morbo Barrus ægrotat, ſeu ægrotabat, nempè, vt cupiat haberi formoſus, &c. Poteſt tamen vulgata lectio ferri.

S y r i, D a m æ,] Syri, Damæ dictum eſt ἀσυνδέτως. ſunt enim nomina duo ſeruilia, id eſt, minimè Romana: vt & Dionyſius. Tũne igitur (inquit Horat. aut ciuis aliquis alius Rom.) è ſeruo quopiam natus, audes civeis Rom. dãnatos vel de ſaxo Tarpeio deiicere, vel carnifici tradere ſecuri feriendos? quòd erat in tribunorum plebis poteſtate ſitum. quamquam hoc iuris nõ moderati, neque populares tribuni pl. ſed turbulentiores, & violentiores vſurpabant.

D e i i c e r e è s a x o] Tarpeio: ἐκ πέτρας ταρπηΐας καταῤῥιπτεῖν. hoc igitur ſignificat, audes tribunatu fungi?

E t t r a d e r e c a d m o] Cadmum lictorem quemdam hoc nomine fuiſſe volut. quãquam nonnulli *carmo* legi malunt. carmo autem id eſt, catenæ. alij *camo*.

A t N o v i v s C o l l e g a] reſpondet ignobilis ille, & libertinus, & tamen magiſtratu fungens, hoc modo. At collegam habeo gradu me inferiorem. Eſt enim libertus, cùm ego ſim libertinus.

N a m q v e e s t i l l e, p a t e r q v e m.] ſic mihi videntur hæc accipienda, vt ſint etiam ignobilis illius & libertini, magiſtratum gerentis verba: non Horatij: quamuis reclamet Porph.

H o c t i b i p a v l l v s, E t M e s s a l l a] hoc nomine (reſpondet Horat. aut alius ciuis Rom. aut populus) nempè quòd collega tuo ſuperior ſis vno gradu, & conditione, tibi videris ſummo loco natus.

A t h i c s i p l. d.] verùm quamuis hic Nouius ſit libertinus, & deteriore loco natus, quàm tu: vno tamen te vincit, quòd voce admo-

dum valeat. hoc ſaltem nos retinet, ac delectat: A hoc nos ſolatur. intellige, hæc quoque dici à ciue, aut populo Rom. Hoc loco autem Horatius vrbanè & populum Rom. irridet, qui talibus hominibus magiſtratus mandet, & ambitioſos, ac magiſtratus ipſos, qui ſola vociferandi facultate freti dignos ſe honoribus populi eſſe putent.

MAGNA SONAB. CORN. Q. V.] id eſt, vocem edet, quæ plauſtrorum ſtrepitum: cornuũ, & tubarum cantum vincat. clamore, & profuſa dicendi facultate, & linguæ volubilitate te vincet, ſonabit, ſonitus edet. nomen *magna* vel cum voce *cornua* coniungere licet, vel cum verbo *ſonabit*. Nam & M. Tull. ita loquitur multis locis. vt pro Arch. poëta. *vt etiam Cordubæ natis poetis pingue quiddam ſonantibus, atque peregrinum, tamen aures ſuas dederet.* B Idem in Bruto. *Cotta, quia ſe valdè dilatandis litteris à ſimilitudine Græcæ locutionis abſtraxerat, ſonabátque contrarium Catulo ſubagreſte quiddã, planéque ſubruſticum, alia quadam quaſi inculta & ſilueſtri via ad eandem laudem peruenerat.*

SALTEM TENET HOC NOS] id eſt, ſaltẽ hæc vocis magnitudo, & profuſa loquacitas, & laterum firmitas, nos retinet, noſque ſolatur, ſeu à nobis impetrat, vt eius ignobilitatem atque humilitatem feramus.

NVNC AD ME REDEO, &c.] ex his verbis intelligere licet, ne ſuperiora quidem illa, *hoc tibi Paullus, Et Meſſala videris, &c.* eſſe Horatij ver- C ba, ſed ciuis alicuius alius, ſeu populi ipſius Romani. Nam quòd ad illa attinet. *Namque eſt ille, pater quod erat meus, &c.* multo minùs Horatij eſſe putanda ſunt.

RODVNT] carpunt, clanculum inſectantur, mordent clanculum, vt loquitur Terent. Eunu. ſup. Sat. 4. *abſentem qui rodit amicum.* epiſt, 18. li. 1. *Dente Theonino cum circumroditur.* Cicer. orat. pro Corn. Balbo. *more hominum inuident: in conuiuiis rodunt.*

NVNC QVIA MÆCEN. T. S.] duobus temporibus, & duabus de cauſis ſe clanculum morderi oſtendit, nunc quidem quòd cum Mæcenate viuat, olim autem, quia tribunus militum fuerit, Bruto imperatore.

DISSIMILE HOC ILLI EST] id eſt, non eſt idem olim tribunum militũ fuiſſe, atque ho- D die cum Mæcenate viuere.

QVIA NON, VT FORSIT, &c.] quia (inquit Horat.) nõ vt fortaſſe quiuis mihi poſſit iure tribunatum, ſeu quemuis alium honorem inuidere, ita mihi tuam amicitiam iure inuideat. honos enim nonnumquam forte fortuna mandatur etiam indignis: amicitia autem tua neq; indignis, neque caſu contingere ſolet, cùm delectũ amicorum adhibeas, neque quemquam in amicitiam tuam recipias, niſi perſpectum, ſpectatũ, & cognitum. Sciunt autem, qui legerunt Ariſtotelem lib. 2. rhetor. inuidiam locum habere in rebus alterius ſecundis, & fortuitis, nõ in iis, quę ſunt animi viribus, & virtute partæ. ſed ſilentio prætereundum nõ videtur, Priſcianum lib. 15. ita A hunc locum legere, vt excudendam curauimus. *quia non vt forſit honorem.* forſit autem idem valet, quod fortaſſis: eáque voce vſus eſt ſup. Od. 28. lib. 1. & Virg. lib. 2. Æn. *Forſit vota facit, cumulátq; altaria donis.* atque ita reperi ſcriptum in cod. antiquis, Vatic. Iann. Fact. Torn. Clericano, Nicotiano, ceteris omnibus.

CAVTVM DIGNOS ASSVM.] in amicis deligendis prudentem, conſideratum, ac diligentem: amicos non ambitione, aut alicuius rogatu recipientem: ſed tua ſponte, tuóque iudicio adoptantẽm: videlicet qui tibi viſi ſint amicitia tua digni.

FELICEM DICERE N. H.] non poſſum me hoc nomine felicem prædicare, quòd te ami- B cum nactus ſim. nulla etenim me tibi fortuna obtulit: ſed certo iudicio, & conſilio me aſciuiſti. tuo igitur conſilio, id eſt, τῇ σῇ προαιρέσει effectum eſt, vt tibi ſim amicus, non mea εὐτυχίᾳ, id eſt, felicitate.

HOC CASV] hoc euentu, vel hac ſorte. ſors enim eſt effectus fortunæ, vt ſuprà annotauimus, etiam ſi aliud ſcribat Nonius. ſignificat tamen interdum cuiuſque viuendi genus, ſiue fortuitò oblatum, ſiue conſultò ſuſceptum.

SORTITVS] ſubintellige, ſim, vt ſæpè aliàs. Sortiri autem eſt λαγχάνειν, nanciſci, conſequi.

NVLLA ETENIM MIHI TE F.] perſpicuè C oſtendit, ſe in amicitiam Mæcenatis receptu eſſe non alterius commendatione, non gratia, nõ fortuito: ſed illius conſilio, ac iudicio: ſuáque ipſius virtute. *fors* autem legendum, atque ita habent omnes libri manuſcr. non vt vulg. *ſors*.

SINGVLTIM PAVCA LOCVTVS] ſic ſuprà Sat. 4. dicebat ſe animi puſilli natum eſſe, raro & perpauca loquentem. *ſingultim loqui* eſt ſermone interrupto, & veluti voce identidem compreſſa loqui: quod vſu venire ſolet verecundis, & timidis natura. talem autem locutionem ἰσχοφωνίαν vocant Græci, παρὰ τὸ ἴσχειν τὴν φωνὴν non ἰσχνοφωνίαν, quæ eſt vocis (vt ita dicam) gracilitas, & ἰσχόφωνοι, qui ita loquuntur, id eſt, qui loquendo hæſitant, à Græcis appellantur, nõ ἰσχνόφωνοι, quemadmodum corruptè, ac mendoſè habent libri problematum Ariſtotel. Τμή- D ματι ια' περὶ φωνῆς, quod quidem declarat ipſe Ariſtoteles problemate LV. his verbis οἱ δὲ ἰσχόφωνοι φωνοῦσι μετὰ λόγον δὲ οὐ δύνανται συνείρειν. quo loco tamen libri omnes vulgati habent ἰσχνόφωνοι.

INFANS PVDOR] infantem pudorem appellat, qui fandi facultatem eripit. ab effectu. pudor enim, & timor obſunt locuturo.

NON EGO CIRCVM ME SAT.] id eſt, nõn ego me meas villas, & meos fundos obire dico, equo Apulo inſidentem: equo in Satureianis, id eſt, Tarentinis, aut Appulis paſcuis nato, & paſto. Satureiam dictam eſſe Tarentum volũt quidam. Seruius ad illum locum, *hyali ſaturo fucata colore*, Georg. 4. notat, Satureium oppidum fuiſſe Tarento vicinum. Porphyrio Satureianos

agros

agros in Appulia fuiſſe, illis temporibus nobileis A tradit: ex quo per equum Satureianum, Appulum ſignificari.

Q*VI* TVRPI SECER. HON. &c.] id eſt, qui honeſtum hominem à turpi ſeparas non generis ſplendore: ſed vitæ innocentia,& animi integritate.

SED VITA, ET PECTORE PVRO.] ſed vita integra, ac pura: & animo caſto, ac puro. infrà paucis pòſt verſibus *purus & inſons.* ſic epiſt. 2. lib. 1. *nunc adhibe puro Pectore verba puer.* idē Od. 22. lib. 1. *Integer vitæ, ſceleriſque purus.*

ALIOQVI RECTA] paucis vitiis, iiſque mediocribus exceptis, recta.

NEC MALA LVSTRA] flagitioſas,& nefarias libidines. luſtra hoc loco ide, quod ganea, B fornices. *mala luſtra* dixit, propterea quòd ſunt quædam legibus ciuilibus conceſſæ, & ferendæ voluptates: vt ſupra Sat. 4. *Ne ſequerer mœchas, concessa cum Venere vti Poſſem.* nomine luſtrorum vtitur & M. Tull. vt in orat. pro M. Cœlio. *Nulla luxuries reperietur, nullus ſumtus, nullum æs alienum, nulla conuiuiorum, ac luſtrorum libido.* & in Orat. poſt reditum in ſenatu. *cur in luſtris, & heluationibus, huius calamiſtrati ſaltatoris tam eximia virtus tamdiu ceſſauit?* & pro Sextio de Gabinio. *hominem emerſum ſubitò ex diuturnis tenebris luſtrorum, ac ſtuprorum, vino, ganeis, lenociniis, adulteriiſque confectum.* & epi. ad Caſſ. lib. 12. *Quæ autem in luſtris, & vino commentatio potuit eſſe?* & Lucret. lib. 4. *Deſidioſè agere ætatem, luſtriſque perire.* & Plautus Bacchid. *atque id pollicetur ſe daturum aurum mihi, Quòd dem ſcortis, quódque in luſtris comedim, & congræcem pater.* Idem C in Aſinar. in extrem. *cano capite te cuculum vxor ex luſtris rapit.* Idem Curculione de lenonibus. *hi malè ſuadendo, & luſtris lacerant homines.* ex quo apud eundem verbum *luſtrari.* in Pſeudolo. *nam qui liberos eſſe illico Se arbitrantur, ex conſpectu heri ſui ſi ſe abdiderint, luxuriantur, luſtrantur, comedunt.* Sed mihi reticendum eſſe non puto me reperiſſe in vno & altero codice manu ſcripto *mala lucra,* quam lectionem tamen non valdè probo. quamquam hæc recepta, vt nequid diſſimulem, me ſuboffendit in eo, quòd ſcriptum eſt *ac mala,* non *nec mala.* videtur enim ita loqui debuiſſe Horat. *Si neque auaritiam, neque ſordes, nec mala luſtra, &c.* nam mala luſtra longè aliud ſunt, quàm ſordes, & pænè D inter ſe contraria videntur eſſe. At ſi legamus *mala lucra,* vt eſt in nonnullis libris, *ac* non *nec* conuenire videntur, quia mala lucra cum ſordibus ferè conſentiunt, & conſpirant.

SI VIVO, ET CAR. AM.] coniunge hæc cum ſuperioribus, hoc modo: ſi viuo purus, & inſons,& carus amicis, &c. libri plerique manu ſcr. habent, *ſi & viuo carus amicis.* quæ ſcriptura magis Horatiana eſt, quamuis ſit duriuſcula.

CAVSA FVIT PATER HIS] quòd non ſit auarus, non ſordidus, non turpibus, & fœdis libidinibus inquinatus, non impudicus: patri acceptum refert, qui ſe optimè educandum, & inſtituendum curauerit.

FLAVI] hic docebat artem numerandi, ac ratiocinandi. vox autem *magni* cohærere debet cū nomine *pueri.* magni pueri autem, id eſt, magnis, & claris patribus nati. Significat Horatius, aliis patribus non id eſſe curæ, vt filij ſui bonis & honeſtis, & liberalibus artibus erudiantur; ſed vt quæſtuoſis, & ſordidis.

LÆVO SVSPENSI LOC.] hic verſus repetitus eſt in epiſt. 1. lib. 1. tabulam autem accipe, vt ita dicam, ratiocinatoriam, & in qua ratiocinari, & numerare, & ſimilia diſcunt. Iuuenal. Sat. 9. *ponatur calculus: adſint Cum tabula pueri.*

IBANT OCTONIS REF.] omnes ferè hæc verba accipiunt de mercede, quæ daretur Flauio numerandi magiſtro. ego autem putabam intelligenda de pecunia anteà collocata, & in fænore occupata, nunc exacta. caput enim, aut certè vſuræ idibus exigebantur, pecunia Kalendis ponebatur, vt diximus ſup. ad Od. 2. epod. in extr. Itaque hæc verba *referentes æra,* ſic explicabam: referentes à debitoribus vſuras idibus. Iam octonis idibus dixit, quia iduum dies ſunt octo.

DOCENDVM ARTEIS, QVAS] quid Romæ didicerit, oſtendit his verſibus epiſt. ad Loll. lib. 2. *Romæ nutriri mihi contigit, atque doceri, Iratus Graiis quantum nocuiſſet Achilles.*

SEMET PROGNATOS] ſemet natos. aut propriè pronepotes ſuos à ſe prognatos. hæc enim vis eſt huius nominis. M. Tull. Tuſc. lib. 3. *Qualis enim tibi ille videtur Tantalo prognatus, Pelope natus, qui quondam à ſocero OEnomao rege Hippodamiam raptis nactus nuptiis?* Nam de Thyeſta loquitur.

VESTEM, SERVÓSQVE S.] adeò (inquit) vt ſi quis veſtitum, & comitatum meum in turba videret, exiſtimaret ſumtus illos mihi ex re auita ſuppeditari. ſed nónne fieri poterat, vt ex patrimonio auito ſumtus illi Horatio ſuppeditarentur, quamuis eius auus libertus fuiſſet? poterat. ſed credibilius eſt patrem Horatij nihil, aut pauca à patre accepiſſe, omniáque, quæ haberet, quæſiuiſſe. ordo horum verborum hic eſt, quem alij turbant: adeò, vt ſi quis magno in populo veſtem, & ſeruos ſequenteis vidiſſet, &c.

PRÆBERI] ſuppeditari, πορίζεσθαι, vt ſuprà annotauimus.

IPSE MIHI CVSTOS] ſic M. Tullius de Cœlio in Cœliana, *Nam quoad ætas M. Cœlij dare potuit iſti ſuſpicioni locum, fuit primùm ipſius pudore, deinde etiam patris diligentia, diſciplináque munita.*

INCORRVPTISSIMVS] hoc dicit, quia interdum puerorum cuſtodes & ductores, à pudicitiæ puerilis inſidiatoribus & oppugnatoribus corrumpi ſolent: quod in patrem cadere non poteſt. eſt enim pudicitiæ liberorum ſuorum cuſtos integerrimus, & ſanctiſſimus.

QVID MVLTA?] vtuntur auctores hoc interrogandi genere, cùm properant ad euentum rei, & cùm multis ſingillatim enumeratis, & cōmemoratis ſignificant longum eſſe cetera omnia perſequi: vt M. Tull. lib. 1. ad Atticū, *ſi vmquam mihi ἐπιχειρήματα ſuppeditauerunt, illo tempore.*

Quid multa? clamores (etenim hæc erat ...*, &c.) tanti fuerunt, vt ego eo breuior ſim, quod eos vſque iſtinc exauditos putem.* Idem accuſ. lib. 4. *Omnibus curat rebus inſtructum, & paratum vt ſit conuiuiũ. Quid multa? Rex ita, &c.* Idem de Orat. ad Qu. Frat. lib 1. *Quid multa? nemo in illo iudicio pedẽ ſupploſit, credo, ne Stoicis renuntiaretur.* Idem epiſt. ad Pap. Pætum lib. 9. *Quid multa? non mehercule tam perſcribere poſſum, quàm mihi gratum feceris, ſi otioſum Fabium reddideris.* Iterum Horatius Sat. v. lib. 2. *Quid multa? neque illi Sepoſiti ciceris, neque multæ inuidit auenæ.*

Pvdicvm] ab aliena libidine intactum, atque integrum, vt annotatum eſt epiſt. ad Quinct. lib. 1.

Servavit] quidam libri veteres habent, *ſeruabat*, quos non ſequor.

Non solùm facto, verùm.] ita me pudicum ſeruauit, vt non ſolùm vllam turpitudinem ab altero illatam perpeſſus ſim: ſed ne verbum quidem contumelioſum, aut maledictũ audierim. quod poſuit vt mirũ & pænè ἀδύνατον, & incredibile quiddam. Nam difficillimum eſt maledictum vitare vbi ætas, & formæ maturitas ſuſpicioni dant locum.

Olim] aliquando, ποτέ, vt ſæpe aliàs. & Virg. Æn. 5. *quod tumidis ſummerſum fluctibus olim Tunditur.*

Si præco] præconis munus quale fuerit, notatum eſt infrà ad illum locum, *Præconem tenui cenſu.* epiſt. 7. lib. 1. ad Mæcenatem 2.

Coactor] coactores dicebantur publicanorum miniſtri, qui vectigalia minutatim exigebant, operámque ſuam in ea re publicanis locabant. appellabantur eodem nomine etiam argẽtariorum miniſtri, qui in auctionibus pretia rerũ venditarum exigebant.

Neqve ego eſſem. Q.] neque verò de patre meo queſtus eſſem, ſi præco, aut coactor fuiſſem, queſtúmque ex iis artibus feciſſem.

Nil me poeniteat san. p.] id eſt, quandiu ſanus ſim, numquam mihi doleat, aut numquam mihi parùm beatus videar, quòd tali patre natus ſim. nam verbum *pænitet* hanc interdum vim habet, vt apud M. Tull. in Cœliana. *id numquam tam acerbè feret. M. Cœlius, vt eum pæniteat non deformem eſſe natum.* Idem in diuinat. in Verr. *cuius conſuetudinis, atque inſtituti patres noſtros non pænitebat.* Terent. Phorm. *noſtri noſmet pænitet*, id eſt, nobis noſmet diſplicemus. Iterum M. Tull. lib. 1. ad Attic. *à ſenatu quanti fiam minimè me pænitet*, id eſt, *à ſenatu magni fio: vel non parui æſtimor.* Liuius lib. 28. *Ea veſtra merita, imperatorúmque veſtrorum erga nos fuerunt, vt nos cladium noſtrarum non pæniteat.* Idem eod. libr. *pænitebit te P. Corneli, gloriæ tuæ, ſi hoſtem eum, qui tot funerum, tot cladium nobis cauſa fuit, tu conſul Italia expuleris?*

Eóqve Non vt m. d.] iccircò (inquit Hor.) non imitabor eos, qui obſcuriore loco, parentibúſque ignobilibus nati, ſolent ita ſe defendere, culpam ſuam non eſſe, quòd ingenuos, & A claros parentes non habeant.

Nam si natvra ivb. &c.] nam ſi liceret aliis hominibus à certis annis repueraſcere, atque ætatem anteactam iterare, alioſque paréteis quoſlibet ad oſtentationem, & gloriam optare, nemo eſt, qui non ſit alios optaturus: ego autem meis parentibus contentus, alios populi honoribus ornatos, & claros nolim mihi ſumere.

Honestos Fascibvs, et sellis] prætorios, conſulareis, ædilitios viros. honeſtos autem valet idem, quod honeſtatos, ornatos. placet autem mihi mirum in modum ea ſcriptura, quæ eſt in cod. Card. Rain. & tribus Vaticanis & aliquot aliis, *onuſtos*. vt ſignificet Horatius, prætores & conſules faſcibus, & ſellis & ceteris in- B ſignibus onerari potiùs, quàm honorari. natum autem mendum eſſe credibile eſt è duarum vocum ſimilitudine, *honeſtus*, & *onuſtus*, ſeu, vt nonnulli ſcribunt, *honuſtus*. nam & Varro lib. 4. de lingua Latina ſcribit, honorem ab onere honeſto dictum eſſe: & honeſtum eò dictum quòd ſit oneratus: & dicuntur magiſtratus geri, tanquam onera. poſtremò hanc lectionem confirmat paullò pòſt ipſe Horat. ibi, *quod Nollem onus, haud vmquam ſolitus, portare moleſtum.* Omninò hæc recepta lectio, tolerabilis quidem eſt, & reperitur in aliquot lib. manuſcriptis, probabilior tamen eſt altera, pluriúmque antiquorum librorum auctoritate confirmata: &, niſi fallor, planè recta & vera..

C Fascibvs] quærit Plutarchus quæſt. Ro. quare conſulibus & prætoribus faſces olim præferrentur: & reſpondet vel propterea quòd ſignificabant, magiſtratus iracundiam promtam & ſolutam eſſe non oportere: vel vt magiſtratus interea dum ſoluuntur faſces, ſpatium habeant conſiderandi ſitne ſupplicio dignus is, cui irati ſunt. mora enim iracundiæ iniecta, ſæpe fecit vt magiſtratus ſententiam mutarint. Quoniam autem vitia alia ſunt ſanabilia, alia inſanabilia: faſces quidem ea caſtigant & corrigunt, quæ corrigi & ſanari poſſunt: ſecures verò, ea, quæ ſunt inſanabilia, ac deſperata, amputant atque excîdunt.

Demens ivd. vvlgi] quod nihil ad- D miratur, niſi quod eſt in ſpecie forenſi poſitum.

Sanvs tvo] ſanus tuo iudicio, qui populareis honores non magni admodum æſtimas. Nam Mæcenas nullos vmquam magiſtratus geſſit, vixitque equeſtri dignitate & loco contentus *demens, ſanus*, antitheſis.

Nam mihi cont.] nam, ſi ſplendidiore loco natus eſſem, maiores mihi continuò quærendæ facultates eſſent: ſumtus faciendi maiores, &c.

Salvtandi plvres] fortaſſe ſuffragiorum, & ambitionis cauſa. vt epiſt. 6. lib. 1. *Mercemur ſeruum, qui dictet nomina, &c.*

Peregrè V'exirem] tale illud Od. 16. lib. 2. *neque purpura ve-Nale neq; auro.* & ead od. *tibi tollit hinni-Tum apta quadrigis, &c.* ſic Homer. ἰλιαδ.

ἰλιάδ. ξ. Ηφὴς ὡς πρώτοσιν ἀρηγάμδυ εὐρύοπα A
ζῆ-N' ὡς ἠεραλέος, &c.

Calones] qui ſint calones, docet Feſtus: & notauimus ad illum locum epiſt. 14. lib. 1. *inuidet vſum Lignorum & pecoris tibi calo argutus.*

Petorrita] vehicula Gallica. epiſt. ad Aug. *Eſſeda feſtinans, pilenta, petorrita, naues.*

Cvrto] curtato, cui cauda eſt decurtata.

Mantica] mantica, peram ſignificat, vt docet Porphir. interdum autem coſtis, ſeu lumbis equi, aut muli imponebatur, vt hîc & apud Lucil. *Mantica canteri coſtas grauitate premebat:* interdum humeris geſtabatur, vt apud Catull. ad Varrum de Suffeno, *Sed non videmus mantica, quod in tergo eſt.* B

Tvili] iterum Tullio illi, quem paullò antè inſectatus erat, grauiùs inſultat.

Tibvrte via] via, quæ Tibur ducit. à *Tibure Tiburs*, inquit Varro libr. 7. de lingua Latina.

Pveri lasanvm port. oen.] ridiculè hæc duo coniunxit, laſanum, & œnophorum, vt hominis ſordes indicaret, ac declararet. neque fruſtra hæc vaſa à pueris portari facit. nam hoc ipſo ſignificat, inelegantem & immundam eius familiam, ſordidúmque comitatum fuiſſe. Mercatores enim & ad quæſtum attentiores homines, ne quid à coponibus & hoſpitibus ſumere neceſſe haberent, & vt minore ſumtu peregrinarentur, & iter facerent, vaſa neceſſaria ſeruorum ſuorum humeris imponebant. Eſt autem C laſanum vas ad onus ventris excipiendum, comparatum, & eſt vox Græca, qua vtitur Nicarchus lib. 2. epigramm. Ην ὄπον αἰτήσω, δοκῶν, εἰσφέρει ἄν λαχανόν μοι Εἴπω. δὸς, πε.νῶν. εὐθὺ φέρει λάσανον, id eſt, ſi opum, ſeu liquorem poſca, docum, id eſt, trabem affert: ſi dicam eſuriens, dato lachanum, id eſt, olus: ſtatim affert laſanum. Alij quidem laſanum, dicunt fuiſſe ollæ podium: ſed nihilo minùs hoc loco vas ſignificare fatentur, quo aluus exoneratur.

Hoc ego commod. &c.] ego hac re, & multis aliis rebus viuo commodiùs, quàm tu: hac re (inquam) quòd mihi licet ire vel vſq; Tarentum, ſi libeat, vno mulo, cùm id prætori non D liceat. omnia autem exempla & typis excuſa, & manu ſcripta, quæ quidem viderim, hîc ſunt mẽdoſi, in quibus hæc ineſt ſcriptura, *Millibus atque alus*: cùm legendum ſit, *Multis atque aliis.* Quis enim vnquam ita locutus eſt *millia alia*, aut *millibus aliis*? nonne ita potiùs loquuntur omnes Latini ſcriptores, *mille alia*, & *mille alios*? Adiutus ſum autem ab vno codice manu ſcripto, in quo ita ſcriptum reperi non ſine litura tamen, *Multibus atque alus.* cuius codicis teſtimonium non eò produco, quòd ex ea ſcriptura de vera fecerim cõiecturam (ego enim multò antè, quàm in illũ librum incidiſſem, ita, vt dico, hunc locum eſſe emendandum iudicaram) ſed nequis religioſior me arrogantiæ, atque audaciæ inſimulet, quaſi libros vulgatos ſine auctoritate veterum librorum pro meo iure corrigam. Sed ſit ita: omninò aut ita hic locus corrigendus eſt codicibus omnibus inuitis, aut dicendum, Horatium Latinè loquendi conſuetudinem vel neglexiſſe, vel ignoraſſe.

Fallacem circvm] cur fallacem? an propterea quòd in eo res furtiuæ vendebantur? vt vult Acro: an propter aſtrologos, & diuinatores, & interpretes ſomniorum, & id genus homines, qui in Circo Romano frequentes erant? quod magis probo. M. Tull. de diuinat. lib. 1. in extr. ex Pacuuio. *non vicanos haruſpices, non de Circo aſtrologos: Non Iſiacos coniectores, non interpretes ſomniũm.* Plautus Pœnulo. *Itaque replebo atritate, atrior multo vt ſiet, Quàm Ægyptij aut qui cortinam ludis per circum ferunt.*

Vespertinúmqve pererro] *veſpertinum forum* dixit, vt diſtingueret à matutino, quod erat frequentius, & magis differtum: vt epi. 6. lib. 1. *Gargilius, qui mane plagas, venabula, ſeruos Differtum tranſire forum, populúmque iubebat.* Sed putaui aliquando legendum *veſpertinus*, id eſt, veſperi, vt epiſtol. ad Numicium. *& veſpertinus pete tectum.* & Satyr. 4. lib. 2. *Si veſpertinus ſubito te oppreſſerit hoſpes, &c.* Vtro autem modo legas, nihil refert. vide annot. ad illum locum Od. 16. epod. *Nec veſpertinus circumgemit vrſus ouile.*

Assisto divinis] id eſt, rebus diuinis, ſacrificiis priuatis, aut publicis: rei diuinæ. Virg. Æn. 8. *Exin ſe cunctis diuinis rebus, ad vrbem, Perfectis, referunt.* T. Liuius lib. 36. *res diuinas facere maioribus hoſtiis iuſſerunt.* M. Tull. Vert. de ſignis, *patera, qua mulieres ad res diuinas vterentur.* Imò dic potiùs *diuinis*, id eſt, diuinatoribus & coniectoribus rerũ futurarum, & interpretibus ſomniorum, qui in Circo verſari ſolebant, vt ſuprà oſtendimus. hanc enim explicationem magis probo. ſignificat autẽ ſibi licere, quod non licet iis, qui magiſtratum gerunt.

Ciceris] Sat. 6. lib. 2. *neque illi Sepoſiti ciceris, neque longæ inuidit auena.* Sed admonet me ciceris facta mentio, & nomẽ ipſum, vt locum illum, qui eſt in epiſt. 1. Ciceronis ad Atticum libr. 1. corruptiſſimum, in quo reſtituendo tot homines doctiſſimi elaborarunt, nos quoque ecquid poſſemus, tentauimus, ex ſententia, ſeu coniectura Simeonis Boſij Lemouicis, planè, vt ego quidem ſentio, diuina, ſanem, atque emendem. ſic igitur legitur locus ille in libris veteribus. *quæ tum erit abſoluta ſanè facilè, eum libenter nunciateri conciſi acciderunt.* al. *num ciceri conciſi acciderunt.* vnde ſic conicit ille eſſe legendum, *quæ cùm erit abſoluta, ſanè facile tum & libenter Thermum ciceri cuſili accuderim*: vt ſit hæc ſententia, quæ via cùm erit abſoluta, ſanè facilè & libenter tum Thermum via Flaminia ſcilicet munita, ciceri cuſili, id eſt, mihi Ciceroni creato conſuli, conſulem adiecerim. primùm alludit ad fabam cuſam, ſeu tuſam: deinde ad nomen Thermi, quòd apud Græcos lupinum ſignificat, poſtremò ad prouerbium, in me cudetur faba. Hæc Boſius.

Lachaniqve catinvm] Græco nomine vſus eſt: quod non eſt ei nouum. lachanum autem olus ſignificat. ſed non diſſimulabo, me hunc locum in omnibus codic. deprauatum reſtituiſſe, beneficio Rainutij Farneſ. Card. in cuius libro ſic eſt emendatus. Nam ſcriptura vulgata, eſt inepta, & abſurda: *laganique catin.* quod non eſt mihi difficile peruincere. Solet Horatius cùm victum tenuem, minimèque ſumtuoſum ſignificare vult, oleris nomen vſurpare. epiſt. 17. libr. 1. *Si pranderet olus patienter, regibus vti Nollet Ariſtippus.* epiſt. ad Torqu. eod. lib. *Nec modica cenare times olus omne patella.* Satyr. 1. lib. 2. *diſtinctis ludere donec Decoqueretur olus.* Satyr. 6. eiuſd. *O quando faba Pythagoræ cognata, ſimulque Uncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo?* Sat. 2. eiuſd. *Non ego, narrantem temere edo luce profeſta Quicquam, præter olus fumoſæ cum pede perna.* Sat. 7. eiuſd. *ſi nuſquam es forte vocatus Ad cenam, laudas ſecurum olus.* ſic Plautus Captiuis, Æ. *Terreſtris cena.* E. *ſus, terreſtris beſtia eſt.* Æ. *multis oleribus.* E. *curato ægrotos domi.* Quòd autem quidam poſt Acronem nugantur hîc de lagano, non ſolùm turpiter errant, ſed etiam χαχοζηλίαν ſuam declarant. Nam omnino ita legendum, vt edendum curaui: neque laganum habebatur in cibis parabilibus, & facilibus: cùm ex oleo, & farina, & melle, & pipere, & aliis nonnullis rebus conflaretur. Neque me mouet Iſidorus lib. 20. cap. 1. qui tradit laganum eſſe panem latum & tenuem, qui primùm in aqua, deinde in oleo frigitur. Nam ſi laganum panis eſt, videtur minùs aptè dixiſſe, *lagani catinum*: ſi frigitur, non eſt panis, neque cibus parabilis, neque cum cicere numerandus.

Pveris tribvs] à pueris tribus. cuius locutionis ſexcenta ſunt exempla: ex quibus pauca carpamus. Od. 6. libr. 1. *Scriberis Vario fortis,* &c. Od. 35. eiuſd. *examen Eois timendum Partibus.* Od. 25. *Auditam moderere arboribus fidem.* Satyr. 10. huius lib. *Illi, ſcripta quibus comœdia priſca viris eſt,* &c. epiſt. 16. *Si quis bella tibi terra pugnata, marique Dicat.* de art. poet. *Nolito ad verſus tibi factos ducere plenum Lætitiæ.* ſic Catull. ad ſeipſum. *Amata nobis, quantum amabitur nulla.* ſic Græci. Xenoph. Cyripæd. 5. ἐμοὶ πεπραγμένον.

Lapis albvs] menſa ex albo marmore, menſa Delphica: quæ rotunda erat, vt alibi dicemus.

Pocvla cvm cyatho dvo] cur pocula duo? quia pocula ſemper pari numero in menſa delphica ponebantur: Verbi gratia, ſi tres conuiuæ, tria paria: id eſt, ſex pocula: ſi duo, duo paria: ſi vnus, qui cenaret, vnu par, ſeu duo pocula, vt hîc. cyathus autem adhibebatur ad aquæ & vini temperationem. aquã enim ex vrna, ſeu futo, ſeu euchino, ſeu quo alio vaſe aquario: vinum ex amphora, ſeu cratere cyatho hauriebant, & in ſcyphos, aut pocula infundebant.

Astat echin. vilis cvm p. g.] locus eſt obſcurus cùm propter ſcripturæ varietatem, tùm propter ignorationem vaſorum Romanorum, quibus vtebantur in cenis, & conuiuiis. oritur alia difficultas ex voce *echinus*: quæ quid hoc loco ſignificet, non eſt facilè explicare. alij igitur libri habent: *aſtat echino Vilis cum patera guttus*: & ita videtur legiſſe Porphir. alij, *aſtat echinus Vilis, cum pat. gutt.* alij mutata interpunctione, *aſtat echinus, Vilis cum patera guttus*: quarum lectionum, quæ ſit optima, difficile, & periculoſum eſt pronuntiare. mihi quidem non liquet. ſecutus ſum autem eam ſcripturam, quam plures codices veteres confirmant, eámque ſic explico. aſtat mihi cenanti echinus ſiue fictilis, ſeu æneus, & vilis guttus, & patera. quòd ſi cui magis placeat altera ſcriptura, *aſtat echino,* &c. eius hanc ſententiam eſſe puto: vilis guttus, & patera aſtant echino, id eſt, propè echinum locati ſunt. Iam echinnm alij vas fictile: alij æneum fuiſſe dicunt: ſed ad quem vſum comparatum fuerit, docet nemo: alij thecam, ſeu inuolucrum ſcorteum, in quo vaſa includerentur: alij ampullam vitream. Omninò nihil certi, in quo inſiſtere queas. Ego in tanta librorum, & opinionum varietate, quid afferre poſſum, in quo lector acquieſcat? planè nihil. Verumtamen ne hîc χωφὸν πρόσωπον fuiſſe dicar, quid ſi dicam echinum vas fuiſſe fictile, aut æneum, amplum, rotũdum, humile, in quod vel ciborum reliquiæ conijcerentur: vel id, quod in poculis reliquũ eſſet, effunderetur, à ſimilitudine vel echini illius forenſis, & iudicialis, vel echini marini nominatũ? quid ſi, vt Porphyr. ampullam vitream, aquariam quid ſi, vt alij, æneam? Guttus porrò à guttis dictus: quia ex eo minutatim vinum fundebant, vt docet Varro lib. 4. de ling. Latin. Sed videtur hîc *guttus* vas puſillum ſignificare, in quo oleũ inſir. Pateræ verò in poculis numerabantur, & à patendo dictæ ſunt, vt idem ibidem ſcribit: & eis ad libandum vtebantur. Hæc habui, quæ de hoc loco nunc quidem dicerem: aliàs fortaſſe probabiliora allaturus.

Campana svpell.] ſignificat, vaſa illa omnia fuiſſe fictilia. nam in Campania, ex luto & argilla, cuius propter ſoli bonitatem, magna eſt ibi copia, pulcherrima vaſa fingebantur. Sat. 3. lib. 2. *Qui Veientanum feſtis potare diebus Campana ſolitus trulla.* Alij ænea fuiſſe dicunt, propter æris Campani nobilitatem, ac præſtantiam.

Marsya] Marſyæ ſtatuam in foro fuiſſe poſitam aiunt, vt eius aſpectu improbi, atque iniuſti litigatores deterrerentur. Ad hãc autem ſtatuam ſiſtebant vadimonium. Notiſſima eſt de Marſyæ contentione cum Apolline, & de contentionis illius euentu fabula. *obeundus Marſya,* id eſt, obeunda ea pars fori, in qua Marſyæ ſtatua poſita eſt.

Noviorvm fer. min.] ex duobus Nouiis fratribus probabile eſt minorem fuiſſe improbiſſimum litigatorem, & impudentiſſimum fæneratorem: cuius os ne marmora quidem ferre poſſent.

Vngor olivo, Non qvo] non eo vngor

vngor oleo, quo Natta, ſeu Naca. vngebatur autē ille oleo ex lucernis detracto, queadmodum Crates Thebaous ſi quando eum vngi opus eſſet, in balneum ingreſſus, olei ſordibus, & amurca vngebatur. ſic enim de eo Teles libro περὶ συγκρίσεως πλούτου καὶ πενίας. ποῖος; ῥῖγος ἡμεῖς ζητοῦμεν παχύτερον ἱμάτιον. ἐκεῖνος δὲ διπλώσας τὸν τρίβωνα περιεῖλε, τρόπον τινὰ δύο ἱμάτια ἔχων. εἰ ἀλείψασθαι χρείαν ἔχοι, εἰσελθὼν εἰς τὸ βαλανεῖον, τῷ γλοιῷ ἠλείψατο: id eſt, ad frigus veſtem craſſiorem quærimus. ille autem duplicato pallio circumibat, quodammodo duas veſteis habens. ſi opus eſſet eum vngi, ingreſſus in balneum, olei ſordibus, & amurca vngebatur:) vel, quod quidam magis probant, oleo lucernario, id eſt, quod lucernis conuenit, quódque ellychniis inſtillatur: tantæ erant hominis ſordes. Tale autem oleum, inſuauis & ingrati odoris eſt, miniméq; ad vngenda corpora accommodatū. Neque verò aſſentior iis, qui *naca* legendum eſſe contendunt: primùm quòd alteram ſcripturam video ab omnibus codicib. etiam calamo exaratis confirmari: deinde quod probabilius eſt ab Horatio Nattam neſcio quem hoc nomine notari. Scimus autē Nattam familiæ Rom. cognomen fuiſſe. M. Tull. libr. 4. ad Attic. *De Natta ex tuis primum ſciui litteris: oderam hominem, &c.* Idem de diuinat. libr. 2. *Nattæ verò ſtatua, aut æra legum de cælo tacta quid habent obſeruatum ac vetuſtum? Pinarij Nattæ nobiles, à nobilitate igitur periculum.* Idem in orat. pro Muræna *Non igitur ſi L. Natta ſummo loco adoleſcens, qui, & quo animo iam ſit, & qualis vir futurus ſit, videmus, &c.* Nihil prohibet autem, quominùs, vt ex optimo patre ſæpe improbiſſimus naſcitur filius: ſic ex nobili & honeſta familia, turpis aliquis, & infamis homo exſiſtat. Præterea credibile eſt ab Horatio ſordidum aliquem hominem appellatum eſſe nomine alieno, non ſuo, propter metum legis: vel eum iam fuiſſe mortuum.

Ast, vbi me f. s. acr. ire lavatum] profert hunc verſum Seruius ad illud Virgilij, *vel cum conſis illotus adhæſit ſudor, &c.* & ait à lauor eſſe lotus & lautus. *inde eſt,* inquit, *lautum eo.* Nam illud ab Horatio ſatis licenter dictum eſt. *Aſt. v. me f. ſ. acr. ire lauatum, &c.*

Admonvit] ὑπέμνησε. nam aliud eſt monere, aliud admonere, ne quis erret: quamquam monitores dicuntur à Latinis, ij, qui admonent.

Rabiosi signi] Caniculæ. ſignum appellauit impropriè. Oda 17. libr. 1. *Hic in reducta valle Caniculæ Vitabis æſtus.*

Prans. non avidè, qvant. int.] huius loci ſententia eſt, Ego tantillum pranſus, quantum interpellet, id eſt, non ſinat, me totum diem inani ventre permanere, domi otior. ſignificat, ſe non tantum vorare in prandio, vt cibo & potione ventrem refarciat, atq; oneret: ſed quantum ſatis ſit ad ieiunitatem, famémque depellendam, vireíſq; corporis reficiendas, donec cenæ tempus adueniat. ſi quis enim non pran- A deat: ſed cibi, & potionis vſum in veſperum, & cenæ tempus differat, ieiunus, & inanis diem totum durare dicendus ſit: Nunc autem cùm prandet tenuiter, & parcè: ſaltem hoc prandiū eum interpellat, quominus inanis ad veſperam permaneat. *interpellare* propriè valet interloqui, ſeu loquentis orationem interrumpere, vſurpatur pro eo, quod eſt obſtare, & interrūpere ſimpliciter, & impedimento eſſe, vt hoc loco, & apud M. Tull. lib. 1. epiſt. ad Attic. *ſed hæc tota res interpellata bello refrixerat.* C. Matius ad Cic. lib. 11. epiſt. *ſed quæ hæc eſt arrogantia, quod Cæſar numquam interpellauit, quin, quibus vellem, atque etiam quos ipſe non diligebat, tamen iis vterer: eos, qui mihi amicum eripuerunt, efficere conari, ne, quos velim, diligam?* B Brut. ad Cic. eod. lib. *interpellent me, quo minus honoratus ſim, dum ne interpellent, quo minus reſp. à me commodè adminiſtrari poſſit.* Notiſſimum autem eſt, prandia Romana aut breuiſſima, & parciſſima fuiſſe, aut, ſi quæ fuerint ſumtuoſiora, & liberaliora, ea vel feſtis diebus vſurpari ſolita, vel nuptialia fuiſſe, vel ambitionis, & largitionis, vel luxuriæ cauſa inſtituta. his cauſis exceptis, & ſimilibus, parcè admodum prandebant, cenabant liberaliùs. ientaculo autem, merenda, & veſperna puto pueros duntaxat, & operarios homines vſos eſſe. Ne illud quidem prætermittendū eſt, Græcos illos Heroas, tantiſper dum bellum gerebant, & in caſtris erant, ter die cibum, capere conſueuiſſe: ac primum quidem cibum, & ma- C tutinum, ἄριστον eſſe nominatum: ſecundum, δεῖπνον, id eſt, prandium: tertium, δόρπον, id eſt, cenam: cùm hodie δεῖπνον idem, quod cena valeat: ἄριστον autem prandium. annot. interpres Hom. ὀδυσ. β.

Domesticvs] domi. quod erat loci, ad perſonam tranſtulit: vt quod eſt temporis, crebrò ſolet. de quo genere paullò antè diximus.

Victvrvs svavivs] ego victurus. ſic habent aliquot manuſcr. cod. in his duo Vatic. & Iann. quam ſcripturam ſecutus ſum. alij habent *victurum* nempe *me.*

TVRNEBVS.

Ex lib. 4. cap. 9. -- *naſo ſuſpendis adunco*, quod D eſt derides, ideo dicit, quod qui adunci naſi ſunt, homines irriſores habentur. qui quòd irrident, id verò vt lance quadam, ſic naſo ſuſpendere & ponderare videntur: vt enim

--gemina ſuſpendere lance

Ancipitis libra, dixit Perſius: Sat. 4. ſic naſo ſuſpēdere dictum interpretor. *Contra Lauinum Valeri genus*, cùm dicit in Valeriorum familia nobiliſſima eum, qui primus hoc cognomento fuit, ſuſpicamur à ſiniſtro læuoq; & improbo animo, maliſque & nequam moribus cognomen meritum fuiſſe. Cùm autem gloria de ambitioſis & glorioſis honorúmque cupidis triumphare videatur. illique de quibus triumphabatur poſt currum conſtrictis manibus vincti per pompam traherentur: Ideò Horatius ſcripſit,

in quo calices lauantur, quod etiam Triſilla vocatur. Trichilam puto ſcribi debere, vt eo in epigrammate, quod Maroni adſcribitur:

Trichila vmbroſis frigida arundinibus. Et apud Columellam, lib. 10. de cult. hort.

-- ſub trichila manantem ſerpit ad vndam Alij vitreá ampullam, alij ſcorteam explicant: Ego hic vas aquarium rotundum lagenæ ſimile, aut ampullæ crediderim, vt guttum vinarium. Vt Varro de lingua Lat. docet. Patera autem ad libandum vtebantur, & interdum poſt libationem ad bibendum. hoc mihi veniebat in mentem, quod de hoc loco dicerem, quem Echino ſpinoſiorem & aculeatum magis eſſe & ipſe ſentio, & intelligo multis videri: ſed nec illud omittam, Porphyrionem perſpicuè legere Echino, cùm explicet propter Echinum aſtat vilis guttus, qui & Echinum vult hic vitream eſſe ampullam, vt aquariũ vas exiſtimaſſe videatur aquam enim lympidam nitido vitro perlibenter infundimus. nomen habere videtur à rotunditate Echini ſe in pilam colligentis.

Ex libr. 27. cap. 15. Inſigne eſt & adnotandum diligenter, ab auctore vocabularij perquam veteris abaci Delphicam explicari μανιςἑριον ὡς ὁ Ἰυβενάλιος. Significatur & tanquam digito demonſtratur locus ille Iuuenalis

Lectus erat codro Procula minor, vrceoli ſex
Ornamentum abaci, necnon & paruulus infrà
Cantharus, & recubans ſub eode marmore Chiron. Delphicam autem menſam lapideam habere ſolebant, vnde conuiuis miniſtrabatur apud Flaccum, *-- & lapis albus*

Pocula cum cyatho duo ſuſtinet. Ea de cauſa Miniſterium interpretatur vocabularij auctor. Iterũ in eodem lexico, Delphica, μανιςἑριον.

Ex lib. 23. cap. 6. Oſci populi erant Campaniæ vbi figlinæ erant, vnde ab Horatio ſcriptum eſt *Vilis cum patera guttus Campana ſuppellex*. id eſt, fictilis.

Ex lib. 22. cap. 12 *Ipſe poteſt fieri Marſia cauſidicus*, non ſine quodam naſo à Martiale lib. 2. epig. 64. dictum reor: conſtat autem Marſiam bardum & hebetem fuiſſe, qui de muſica cum Apolline certare auſus pœnas dederit. Sed & in vrbe Roma Marſiæ ſtatua erat in foro, vt hic quoque ſenſus lateat, ſtatuam effici cauſidicum poſſe, & ſaxeum Marſiam Rhetorem. Horatius,

-- Marſia vultum
Qui ſe ferre negat Nouiorum poſſe minoris, Plinius, lib. 11. cap. 3. *cuius luxuriam coronatum Marſiam litera illius Deo gemunt*. Seruius in 4. Æn. refert Marſiam in ciuitatibus ſignum fuiſſe libertatis, qui erecta manu teſtabatur vrbi nihil deeſſe.

Ex lib. 4. cap. 9. Quid eſt apud Flaccum, *Non quo fraudatus immundus nacta lucernus?* non enim vt opinor, oleum intelligit è lucerna ſumptum. Nec enim in ea ſatis olei eſt ad vnctionem: deinde, quis è lucerna, quàm ampulla ſumere mallet? Ego genus quoddam olei lucernarium fuiſſe appellatum lego, quod vile & rancidum eſſet, & ad lumina relegatum: quo tamen inopes, & ſordidi vngere ſe ſolebant, cùm Horatius optimo oleo primæque notæ vteretur. Nam qui oleo ſe vngit, eo quo ſolent lucernæ accendi, is lucernas defraudat alimento ſuo, ſuóque fomento. Ætius, τὸ δὲ λυχνιαῖον ἀπὸ τοῦ μέσου καὶ εὐκράτου, τοῦ γλυκέος λέγω, τοσοῦτον ἐπὶ τὸ θερμότερον νεύει, ὅσον τὸ ὀμφάκινον ἐπὶ τὸ ψυχρότερον.

Ex lib. 23. cap. 25. *Non pudet in morem diſcincti viuere Nacta*. in antiquis apud Perſium libris ſcribitur, nec ab ratione: nam fullones qui Nactæ vocantur, veſtimenta pedibus calcata ſaltu ſuo fullonio premunt & denſant: ſed & veſtis à fullone dum cogitur, conſiliari dicitur. id enim eſt νάσσειν Græcè, & ναχτὰ vocantur coactilia. Nacta igitur velut νάκτης erit: eodem verbo coactiliarius & pilicarius accipi etiam poterit. Quod ſi à νάκος, vt apud Feſtum eſt deducitur, vnico c. ſcribi debet. Sed cùm ea litera duplicata reperiatur, ſuſpicio eſt poſteriorem eſſe *t*: nec officiet veriloquium, cum etiam notatio ναχτὸς à νάσσειν acceſſi poſſit: Vox hæc integra hodie eſt in Apuleio Aſini aurei lib. 9. *Maritus foris apud Nactam proximum cœnitabat*. In ſecunda quoque Apologia. *Quid illi exiſtiment nacta, non putabo, legendum* cenſeo non *nacti*, vt editur: non deſunt tamen, qui *nauci* legant. In Horatio quoque ſcribendũ, *Non quo fraudatus immundus nacta lucernus*.

ARGVMENTVM. SAT. 7.

Rixam Rupillij cognomento Regis cum Græculo quodam Perſio deſcribit. Proſcriptus enim ab Auguſto Rex, fugit ad Brutum, vbi Horatio tunc tribuno militum ignobilitatem exprobraſſe fertur, qui nunc eam contumeliam vlciſci velit.

*PRoſcripti Regis Rupili * pus, atque venenum,*
** Hybrida quo pacto ſit Perſius vltus opinor*
Omnibus & lippis notum, & tonſoribus eſſe.
Perſius hic permagna negotia diues habebat (leſtas:
Clazomenis: etiam liteis cum Rege mo-
Durus homo, atque odio qui poſſet vincere Regem:
Confidens, tumidus, adeò ſermonis amari,
*Siſennas, Barros vt * equis præcurreret albis.*
Ad Regem redeo. poſtquàm nihil inter vtrumque

Cónuenit (hoc etenim ſunt omnes iure moleſti.*
Quo fortes, quibus aduerſum bellum incidit. inter
Hectora Priamiden, animoſum atque inter Achillem
Jra fuit capitalis, vt vltima diuideret mors:
Non aliam ob cauſam, niſi quòd virtus in vtroque
Summa fuit. duo ſi diſcordia vexet iner- (tes:*
Aut ſi diſparibus bellum incidat, vt Diomedi
*Cum Lycio Glauco: diſcedat * pigrior, vltro*
Muneribus miſsis.) Bruto prætore tenente
*Ditem Aſiam, RupilI, & PersI * par pugnat: uti non*
Compoſitus melius cum Bitho Bacchius. in ius
Acres procurrunt, magnum ſpectaculum vterque.
Perſius exponit cauſam: ridetur ab omni
Conuentu: laudat Brutum: laudátque cohortem.
Solem Aſiæ Brutum appellat: ſtelláſque ſalubreis
Appellat comites, excepto Rege: canẽ illũ,
Inuiſum agricolis ſidus veniſſe ruebat,*
Flumẽ vt hibernũ, fertur quò rara ſecuris
Tum Prænestinus ſalſo, multumq; fluenti
Expreſſa arbuſto regerit conuicia, durus*
Vindemiator, & inuictus: cui ſæpe viator
Ceſſiſſet, magna compellans voce cucullum,
At Græcus, poſtquàm eſt Italo perfuſus aceto,
Perſius exclamat: per magnos, Brute, deos te
Oro: qui reges conſueris tollere: cur non
Hunc Regem iugulas? operum hoc (mihi crede) tuorum eſt,*

A PROSCRIPTI REGIS RVPILLI] Rupilius cognomento Rex, præturam gerens, ab Auguſto, M. Antonio, M. Lepido proſcriptus eſt: qua calamitate afflictus, ad Brutum confugit, cúmque poſtea perpetuò ſecutus eſt: inter hũc, & Perſium quendam natione Græcum, graue neſcio quod diſſidium natum eſt, moleſtæque lites exſtiterunt. eas lites nunc Horatius vrbaniſſimè, & facetiſſimè nobis exponit, Rupilium Regem, à quo fuerat aliquando in iurgio contumelia affectus, vrbanè vlciſcens.

PVS ATQVE VENENVM] ingenium improbum, mores odioſos, vel maledicentiam impuram, ac peſtilentem: vel potiùs ipſum Rupiliũ Regem ingenio improbo, ac peruerſo, & quaſi

B puris pleno: hominem cõtaminatum, pernicioſum, maledicum, peſtiferum. ſic Lucilius. *In numero quorum nunc primus Trebelli' multum Lucius marcebat febris, ſenium, vomitus, pus.*

HYBRIDA] quia Græcus ciuitate donatus: vel quia ex patre peregrino, & matre Romana natus. tranſlatio eſt ab animalibus rationis expertibus. Hybridæ enim nominantur ex diuerſo genere nata animalia, & maximè canes ex cane venatico & gregatio creati.

OMNIBVS ET LIPPIS NOT. ET TONS.] duo hominum genera poſuit & ipſa loquacia, & ad quæ loquaces conuenire ſolent, alterum propter oculorum morbum, alterum propter artificij naturam. Nam lippi quidem, quia o-

C oculorum ſenſus eis inutilis & otioſus eſt, ideò & loquaces ſunt, & tales homines ad ſe libenter acceſſunt atque alliciũt: quin etiam loquaces ad lippos certatim concurrunt & conuolant, ſcientes, ſe, id quod vnum expetunt, aureis apud eos patulas reperturos: tonſores autem propterea ſunt loquaces, quia ad eos loquaces confluũt, & apud eos reſident, multáſque diei horas conterunt: cuius rei teſtis eſt Plutarchus lib. περὶ ἀδολεσχίας, his verbis, Ἐν κουρείῳ τινὶ λόγων γινομένων περὶ τῆς Διονυσίου τυραννίδος, ὡς ἀδαμαντίνη καὶ ἄρρηκτος ἐστὶ, γελάσας ὁ κουρεὺς, ταῦτα ὑμεῖς, ἔφη, περὶ Διονυσίου λέγετε, οὗ ἐγὼ παρ' ἡμέρας ὀλίγας ἐπὶ τοῦ τραχήλου τὸ ξυρὸν ἔχω; ταῦτα ἀκούσας ὁ Διονύσιος, ἀνεσταύρωσεν αὐτόν. Ἐπιεικῶς δὲ λάλον ἐστὶ τὸ τῶν κουρέων γένος. οἱ

D γὰρ ἀδολεσχότατοι προσρέουσι καὶ προσκαθίζουσιν, ὥστε αὐτοὺς ἀναπίμπλασθαι τῆς συνηθείας. χαριέντως γοῦν ὁ βασιλεὺς Ἀρχέλαος ἀδολέσχου κουρέως περιβαλόντος αὐτῷ τὸ ὠμόλινον, καὶ πυθομένου πῶς σε κείρω βασιλεῦ, σιωπῶν, ἔφη, id eſt, In tonſtrina autem quadam cùm verba fierent de Dioniſij tyrannide, eam eſſe adamantinam, & irruptam, ſubridens tonſor, vos iſta, inquit, de Dionyſio dicere, cuius ego in collo paucis pòſt diebus nouaculam teneo? his auditis Dionyſius, cum in crucem ſuſtulit. Planè loquax & garrulum eſt tonſorum genus. loquaciſſimus enim quiſq; ad eos accurrit, & eis aſſidet, ita vt ij garriendi conſuetudine imbuantur. Venuſtè igitur rex Archelaus, cùm loquax quidem tonſor lineum

ſorlineum pannum humeralem (Plautus inuolucre appellat) ei circumdediſſet, & quæſiuiſſet ab eo, quomodo eum rideret tacens, inquit. Præterea lippi neque domo prodire, neque lucem ferre poſſunt. Eò fit vt ſtudioſè, & curioſè, quæ foris aguntur, ab iis, à quibus inuiſuntur, exquirant. Idem fit à tonſoribus. vtitur hoc prouerbio Ariſtoph. in Pluto, καί τοι λόγος γ' ἦν νὴ τὸν Ηρακλέα πολὺς Επὶ τοῖσι κουρείοισι τῶν καθημένων, Ως ἐξαπίνης ἀνὴρ γεγένηται πλούσιος, id eſt, Atqui multus hercle erat ſermo eorum, qui in tonſtrinis ſedent, eum repente diuitem eſſe factum.

PERMAGNA NEG. D. H.] negotiabatur Clazomenis. aliud eſt autem mercatorem eſſe, aliud negotiatorem.

CLAZOMENIS] vrbs eſt Aſiæ. Strabo libr. 14. ἐπ' αὐτῷ τῷ τῆς Χερρονήσου ἰσθμῷ οἰκοῦσι Τήιοι, καὶ Κλαζομένιοι, id eſt, ad ipſum Cherroneſi iſthmum habitant Teii, & Clazomenij. Iuxta hanc vrbem erat nemus Grynæum, vbi Apollo colitur.

DVRVS] σχέτλιος, στερρὸς, ſæuus, pertinax, peruicax. aliter dicunt Latini, durum patrem: ſat. 2. huius lib. *Sub patribus duris tironum. &c.* paulóque aliter idem Horatius, Vulteium Menam, ruſticum ex vrbano factum, durum appellat epiſt. 7. lib. 1.

ODIO] odioſa oratione, conuicio. Cic. ad Att. libr 4. *ſed tamen cum horas tres fere dixiſſet, & ſtrepitu ſenatus, coactus eſt aliquando perorare.*

ADEÒ SERMONIS AMARI] ſermonis odioſi, inſuauis, iniucundi, mordacis: homo petulans in maledicendo. πικρὸν appellant Græci, hominem amarè iraſci ſolitum. *tumidus* autem excudendum curaui ſine copula *que*, ſecutus auctoritatem 2. cod. Vatic. Iann. & Torn. ſic ſuprà ſat. 3. *habeare inſuauis, acerbus.* & ibid *illi Tardo, cognomen pingue damus.* ſic Hom. ἰλιάδ. γ. ἐν θαλάμῳ εὐώδεϊ, κηώεντι. & ὀδυσ. κ. δεινὴ θεὸς, αὐδήεσσα. Apollon. α. ἀργον. Αὐτίκα τοῖς, ἄχλυν ἐδύσετο νόσφι γαίης. idem libr. β. Ω ἐν ἀμφιδύτοις ἄγιας εὐνάζετο νύκτας. Oppian κυνηγ. μετέπειτα δὲ χερσὶν ἐλαίῳ Παν δέμας εὐώδεϊ, κηώδει.

SISENNAS, BARROS] duo nomina ſunt ἀσυνδέτως poſita. Porphy. videtur legiſſe *Varros.* quod ſi cui magis probabitur, non repugnabo. malim tamen *Varos* quàm *Varros.*

EQVIS PRÆCVRRERIT ALBIS] id eſt, longè ſuperaret. notum prouerbium eſt. Plaut. in Aſinat. *Nam ſi huic occaſionis tempus ſe ſubterduxerit, Numquam pol indipiſcet quadrigis albis.* Iam albis quadrigis vehebantur, qui triumphabant: & equi albi celeritate præſtare putabantur. Quamquam quadrigas albas, docti quidam lunis quadrigas interpretantur.

(HOC ETENIM SVNT O. I.] hæc omnia vſque ad illum locum, *Bruto prætore, &c.* interpoſitionis nota ſunt includenda. moleſti autem ſunt ij ferè, quos alio nomine pertinaceis appel-

A lamus: niſi quis fortè dicat, eo inter ſe differre, quòd pertinaces interdum pertinacia ſua neminem offendunt: moleſti autem quouis ſermone & quouis tempore offendunt, atque adeò enecant. huius igitur loci hæc ſententia eſt: moleſti eodem iure ſunt, id eſt, eandem ſibi libertatem, licentiámque ſumunt, ac vendicant, quam viri fortes, inter quos nata diſſenſio & diſcordia eſt. Nam quemadmodum hi numquam placantur inter ſe, numquámque in gratiam mutuam redeunt, quádiu viuunt: ſic & moleſti nunquá inducere animú queunt, vt reconcilientur inter ſe. ordo verborum hic eſt, moleſti hoc ſunt iure, quo fortes, quibus aduerſum bellum incidit.

INTER HECTORA PRIAM.] quàm
B graues, & implacabiles inter Hectorem, & Achillem inimicitiæ interceſſerint, declarat ipſe Achilles ἰλ. χ. cui cùm Hector polliceretur, ſe, ſi eum interficeret, corpus eius Græcis redditurú, cumque eum oraret, vt idem facturum ſibi promitteret, ſi ille ab eo interficeretur, hæc reſpondentur ab Achille: inter leones, & homines rata fœdera ferri non poſſe, neque vmquam lupis cú agnis conuenturum: ſed eos inimicitias inter ſe ſempiternas gerere. Verùm præſtat Homeri verſus aſcribere: Εκτορ, μή μοι ἄλαστε συνημοσύνας ἀγόρευε· Ως οὐκ ἔστι λέουσι, καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά. Οὐδὲ λύκοι τε, καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν, Αλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς
C ἀλλήλοισι. *animoſumque inter* malim legi, quã vt habent omnes libri, *animoſum atque inter Arch.*

CAPITALIS] quæ non, niſi alterius interitu, ſedaretur: ira peſtifera, pernicioſa, inexpiabilis. M. Tull. Philip. 3. *capitalem, & peſtiferum M. Antonij reditum timeremus.* Idem Off. 1. *capitalis Eteocles.* Idem epiſt. ad Trebat. libr. 7. *Treuiri capitales.* Idem Verr. 4. *Illud, illud eſt capitale: illud formidoloſum, illud optimo cuique metuendum.*

VT VLTIMA DIVIDERET MORS] ita capitalis, vt ſola mors eorum diſſidium, atque offenſionem decideret, ac dirimeret.

DVO] duos, vt ſat. 3. lib 2. *iure-iurando obſtringam ambo.* & ita ſæpe apud M. Tull. & item apud Virgil.

D VEXET] ſic habent tres libr. manuſcr. Don. Faër. Toro. nonnulli alij *verſet.*

INERTES] ignauos, δειλοὺς, ἀνάνδρους.

VT DIOM. CVM LYCIO GL.] quomodo Glaucus ab Horatio & Homero Lycius dicitur, cùm genere eſſet Corinthius? fuit enim Hippolochi filius, cuius pater Bellerophon, auus Siſyphus. Lycius factus eſt hoc modo. Bellerophon à Prœto in Lyciam ad Iobatum Lyciæ regem miſſus, cum litteris in eius necem ſcriptis, propter illam omnibus notiſſimam adulterij calumniam, rebus præclariſſimè geſtis, maximiſq; periculis perfunctus, Iobati filiam Anticleam duxit vxorem, ex qua, ſoceri ſucceſſor, & heres factus, Hippolochum ſuſcepit. cuius filius Glaucus. Præfuiſſe autem Glaucum Lyciis in bello Troiano narrat Homer. ἰλιάδ. β. Σαρπηδὼν δ'

ἦρχε Λυκίων καὶ Γλαῦκος ἀμύμων Τηλόθεν ἐκ Λυκίης Ξάνθου ἄπο δινήεντος. id eſt, Sarpedon autem Lycijs præerat, & Glaucus nulli culpæ affinis Longè ex Lycia à fluuio Xantho vorticoſo.

Discedit pigr. vltrò mun. m.] nemini ignota eſt Glauci, & Diomedis permutatio, niſi ei, qui litteras neſcit. hæc autem ſumta ſunt ex libr. 6. Iliad. vbi ſic Homer. Ἔνθ᾽ αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς, Ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε᾽ ἄμειβε Χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι᾽ ἐννεαβοίων, id eſt, *Iupiter at Glauco mentem ſupremus ademit: Qui cum Tydide Diomede arma inclyta mutans Aurea dat, pretioq; boues æquantia centum: Æra fert, pretióque nouem exæquata iuuencis.* locum autem prouerbij obtinet, ab omnibus ferè ſcriptoribus celebrati. vtitur & Plato in ſympoſio, & Ariſt. lib 5. de moribus ad Nicom. Non celabo lectorem, ſcriptum eſſe in nonnullis codicibus calamo exaratis, *diſcedat* pro *diſcedet*, & pro *pigrior*, *pulchrior*.

B

Pigrior] ignauior: vt Glaucus, qui arma aurea ſua cum æreis Diomedis permutauit. Diomedem autem Glauco meliorem, ac fortiorem fuiſſe, ex Homero cognoſcere licet.

Tenente] κρατοῦντος τῆς Ἀσίας, Aſiam obtinente.

Rupili, et Persi par] vt M. Tullius *gladiatorum par*, ita *Rupilij, & Perſij par.* dixit Horatius. Poterat & ita dicere, ſi per verſum liceret, *Rupilium, & Perſium par*, vt M. Tullius pro domo ſua, *Atque hanc rem par illud ſimile, Piſo & Gabinius, vidit.* iterum Horat. infrà ſaty 3. libr. 2. *Quinti progenies Arri, par nobile fratrum.*

C

Vt non compos. s. m. cum B.] ita pares erant Rupilius, & Perſius, vel par ita ſimile, vt Bithus & Bacchius, gladiatorum par, non meliùs inter ſe compoſiti fuerint. componi dicuntur gladiatores, qui vnà in arenam deſcenſuri, & inter ſe decertaturi ſunt. Auſonius, *Quis Myrmilloni componitur? æquimanus Thrax.* Lucilius, *Cum Placideiano hic componitur.* M. Tull. ad Cœlium lib 2. epiſt. *Quid? tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas, vt mihi gladiatorum compoſitiones, vt vadimonia dilata, & Chreſti compilationem mitteres?* dicuntur itē committi, & comparari. fuerunt autem Bithus & Bacchius nobiles gladiatores, de quibus Suet.

D

Procurrunt] id eſt, foras, & in publicum currunt: vel currendo prodeunt. hæc enim vis eſt interdum præpoſitionis *pro* in compoſitione. *procurrunt* autem edendum curaui, codices veteres ſecutus, in quibus omnibus partim ita ſcriptum reperi, partim *procurrunt*, quod poſterius reieci, vt à recto *procurrunt* deprauatum. *Concurrunt* autem, quod reperitur in vulg. damnaui, vt ſuppoſititium, & adulterinum.

Ridetur ab o. c.] ridetur accipiendū impersonaliter, vt ſit, ridet omnis conuentus.

Canem illum invis. agr.] ceteros omneis (inquit) Bruti comites, ſtellas ſalubreis appellat, præter Regem. hunc autem cum Canicula cōparat, grauiſſimo, & perquàm horribili ſidere, quo ſolis calor magnopere amplificatur. ſic Hom. ἰλιάδ. χ. Achilem in Troianos irruentem, cum cane Orionis comparat, his verſib. Τὸν δ᾽ ὁ γέρων Πρίαμος πρῶτος ἴδεν ὀφθαλμοῖσι Παμφαίνονθ᾽ ὥς τ᾽ ἀστέρ᾽, ἐπεσσύμενον πεδίοιο, Ὅν τε κύν᾽ Ὠρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσι, id eſt, cum autem ſenex Priamus primus oculis vidit, totum collucentem, per campum ruentem, vt aſtrum, quod Orionis canem cognomēto appellant. Propert. lib. 2. eleg 28. *Incipit, & ſicco feruere terra Cane.*

Ruebat, flum. vt hib.] id eſt, fluminis celerrimè, ac rapidiſſimè labentis, ac præcipitantis inſtar loquebatur, ſeu dicebat. vim orationis ſignificat ſic loquitur Demoſthenes in orat. περὶ στεφάνου. ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι πολλῷ ῥέοντι καθ᾽ ὑμῶν, οὐκ εἶξα, οὐθ᾽ ὑπεχώρησα. id eſt, ego Pythoni, qui torrentis inſtar contra nos ruebat, non ceſſi, neque locum dedi. & Plutarchus in Fabio, Τῷ μὲν Μαρκέλλῳ, ὡς ῥέοντι σφοδρῷ ποταμῷ, πολλάκις ἀπαντῶν, ἀπεσείετο, καὶ παρερρηγνύετο τὴν δύναμιν. id eſt, Marcello tanquam rapidè fluenti fluuio ſæpe numero occurrens, repellebatur, ac debilitatur viribus. in quo exemplo tamen ad facta, non ad verba Marcelli referenda eſt ſimilitudo. Dionyſ. Halicarnaſ. libro 7. de Spurio Stennio, αὐτὸς τε πολὺς ἐρρύη κατὰ τῆς βουλῆς, αὔξων, ὡς μάλιστα ἐδύνατο, τὸν κατ᾽ αὐτῆς φθόνον. id eſt, ipſe autem magnam vim orationis in ſenatum profundebat, quam maximè fieri poterat, augens in eum inuidiam. Horat. ſuprà, de torrente, Od. 2. lib. 4. *Monte decurrens velut amnis, imbres Quem ſuper notas aluere ripas, Feruet, immenſuſq; ruit profūdo Pindarus ore.*

Fertur quò rara sec.] vt flumen hibernum, ſeu torrens, qui quacumque labitur, & præcipitat, omnia latè diſſipat, ac diſturbat, & ædificia, & arbores, & (vt ait Virgil.) *ſata læta, boûmque labores.* ad quem torrentem raro admodum, aut potiùs numquam, cum ſecuribus eunt ruſtici, aut calones, vt ligna cædant, cum arbores omneis, quacūq; ruerit, corripuerit.

Prænestinus] Rupilius Rex Præneſte natus.

Expressa arbusto] ex pectore tracta. allegoria eſt ducta à frondatoribus, vinitoribus, ac vindemiatoribus, qui viatores deridere, & in eos conuicia congerere: & viciſſim à viatoribus conuicijs onerari ſolent.

Regerit convicia] ſic ſuprà ſaty. 5. dixit, *pueri conuicia nautæ Ingerere.*

Vindemiator] in nomine *vindemiator* *i* & *a* vocales in vnam ſyllabam coëunt, vt apud Hom. πηληϊάδεω Ἀχιλῆος. idem. καὶ πῦξ ἀγαθὸν πολυδεύκεα. ſic Od. 12. epod. *Quis ſudor vietis, & quàm malus vndique membris Creſcit odor.* ſic infrà ſatyr. 3. libr. 2. *Luſcinias ſoliti impenſo prandere coëmtas.* & ſatyr. 8. huius libr. *& imagine cerea Largior arſerit ignis.* & ſatyt. 2. libr. 2. *pinguem vitiis, albúmque, nec oſtrea, Nec ſcarus, aut poterit peregrina iuuare Lagois.* ſic Lucretius libro 2. *Succus item ſeorſum, & rerum ſapor inſinuatur.* & libr. 3. *At neque ſeorſum oculi,*

oculi, neque nâres, nec manus ipſa Eſſe poteſt anima. ſon · A enim aſſentior P. Victorio, viro alioqui doctiſſimo, qui putat *forſum* eſſe legendum, quantumuis licet codicis ſcripti auctoritatem producat. Idem Lucret. libro 2. de primis corporibus, *Et ſonitu ſterilia, & ſucco ieiuna feruntur.* in *ſterilia*, duę vocales *i* & *a* vnam ſyllabam efficiunt: niſi fortè legendum eſt *ſterila.* idem eod. lib. *Denique cæleſti ſumus omnes ſemine oriundi.* in *oriundi i* & *u* in vnam ſyllabam contrahuntur. ſic in *duellica u* & *e* apud eundem eodem libro. *Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles* niſi quis dicat in. liqueſcere in *equorum.* Idem lib. 3. *Nec nebulam noctu, nec aranei tenuia fila Obuia ſentimus.* Catullus in Priap. *Proin viator, hunc Deum vereberis, Manúmque ſeorſum habebis, hoc tibi expedit.* Virgilius libro 10. *Vna, eadémque via ſanguiſque, animúſque ſequuntur.* Idem libro 6. *Vis & Tarquinios reges, animámque ſuperbam Vltoris Bruti, faſceiſque videre receptos?* Ennius, *Quorum virtuti belli fortuna pepercit, Eorundem me libertati parcere certum eſt.* ſic enim legendus eſt hic proximus verſus, non vt vulgò *Horundem.*

Cvi sæpe viator Cess. magn. comp.] ſolebant viatores, vinitoribus, aut vindemiatoribus de via conuiciari, eóſque vt nimis tardos, aut nimis ſerò vitem colenteis ac putanteis, aut in re aliqua turpi & flagitioſa deprehenſos, inſectari, & increpare, & cucullos appellare: in quos, vindemiatores conuicia interdum ita contumelioſa regerebant, vt illi cedere cogerentur. Plinius libro 18. cap. 26. *In hoc temporis interuallo 15. diebus primis agricolæ rapienda ſunt ea, quibus peragendis ante æquinoctium non ſuffecerit, dum ſciat inde natam exprobrationem fœdam putantium vites per imitationem cantus alitis temporarij, quem cucullum vocant. Dedecus enim habetur, opprobriúmque meritum falcem ab illa volucre in vite deprehendi, vt ob id petulantiæ ſales etiam cum primo vere ludantur. auſpicio tamen deteſtabiles videntur: adeo minima quæque in agro naturalibus trahuntur argumentis.* Auſonius in Moſella, *inde viator Riparum ſubiecta terens, hinc nauita labens Probra canunt ſeris cultoribus.*

Italo perfvs. aceto] ſalibus Italis, aculeatis, & mordacibus. Plautus Bacchidibus, acetum tranſlatè vſurpauit pro iracundia, *Nunc experiar ſitne acetum tibi cor acre in pectore.*

Qvi reg. cons. toll.] L. Iunius Brutus, & P. Valerius Leuinus Tarquinium exegerunt. M. Brutus cum ceteris coniuratis Caium Cæſarem de medio ſuſtulit. M. Tull. pro Planc. *Quid potuit amplius ſi Iunius Brutus eſſet, qui ciuitatem dominatu regio liberauit?* Idem Philipp. 2. *Etenim ſi auctores ad liberandam patriam deſiderarentur, illis auctoribus Brutos ego impellerem? quorum vterque Iunij Bruti imaginem quotidie videret: alter etiam Ahalæ? his igitur maioribus orti, ab alienis potius conſilium peterent, quàm à ſuis? & foris potius, quàm domo?*

Hoc] videlicet hunc Rupilium Regem iugulare. in nomine *Regis* ineſt ambiguum.

TVRNEBVS.

Ex lib. 14. cap. 20. *Siſenius, barros vt e. p. a.* vide ſup. in Od. 12. Epod. explicationem.

Ex lib. 2. cap. 1. *-- ruebat*

Flumen vt hibernum, fertur quo rara ſecuris:

Hic ſenſum eſſe dicebat Gallandius, cui & aſſentior, tam concitata oratione & veloci rapidáque decurriſſe, quàm torrens hibernus deuolui & præcipitari ſolet per loca abrupta & abſciſſa, quò raro ſolent lignatores accedere propter arduam & erectam inacceſſarum rupiũ montiúmque eminentiam. Flumen autem hibernum eſt torrens, qui & Græcè, quòd hyeme fluat, æſtate ſiccetur χειμάῤῥους vocatur: de torrente enim hyemis aquis abundante Ouid. amorum libr. 3.

B ſcribit,

Fontis habes inſtar pluuiáſque niuéſque ſolutas,
Quas tibi diuitias pigra miniſtrat hyems.

Addit *Tum Prœneſtinus ſalſo multúmque fluenti Expreſſa arbuſto regerit conuicia.* Arbuſtum dicitur multum fluere, quòd multum vini fundit: ſed per allegoriam, hoc ad dicacia vinitorum & vindemiatorum retulit conuitia, quibus vel laceſſiuor prætereuntes viatores, vel prouocati vlciſcuntur & remordent. Ergo vindemiatoriis probris & dictis petulanter ei Rupilius reſpondit, cap. 26.

-- cum ſæpè viator

Ceſſiſſet, magna compellans voce cucullum. Viatores ſolebant cultores & vinitores ſerò colentes appel-

C lare cucullos in deſidiæ probrum. Plinius lib. 18. *Dum ſciat inde natam exprobrationem fœdam putantium vites per imitationem cantus alitis temporarij, quam cucullum vocant: dedecus enim habetur opprobriúmque meritum falcem ab illa volucre in vite deprehendi, vt ob id petulantiæ ſales, etiam cum primo vere laudantur auſpicio tamen deteſtabiles videantur.* Auſonius quoque in Moſella iſtius petulantiæ ita meminit,

-- inde viator
Riparum ſubiecta terens, hinc nauita labens,
Probra canunt ſeris cultoribus.

ARGVMENTVM. SATYR. 8.

D Priapum Deum, cuſtodem hortorum, inducit querentem de Canidia & Sagana veneficis, & quæ ab illis in occulto fierent, deſcribentem.

Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum:
Cùm faber incertus ſcamnum, facerétne Priapum:
Maluit eſſe Deum: Deus inde ego, furum, auiúmque
*Maxima formido: nam fures * dextra coërcet,*

Obſcænóque ruber porrectus ab inguine palus:
Aſt importunas volucreis in vertice arundo
Terret fixa: vetátque nouis conſidere in hortis.
*Huc prius anguſtis eiecta cadauera * cellis*
** Conſeruus vili portanda locabat in arca.*
Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulcrum,
Pantolabo ſcurræ, Nomentanóque nepoti.
*Mille pedes in fronte, trecentos * cippus in agrum*
Hîc dabat: heredes monumentum ne ſequeretur
Nunc licet Eſquiliis habitare ſalubribus, atque
Aggere in aprico ſpatiari: quò modò triſtes
Albis informem ſpectabant oſſibus agrum:
*Cùm mihi non tantùm furéſque, feræq; * ſuetæ*
Hunc vexare locum, curæ ſunt, atque labori:
Quantum, carminibus quæ verſant, atque venenis
Humanos animos. has nullo prodere poſſum,
Nec prohibere modo, ſimulac vaga Luna decôrum
Protulit os, quin oſſa legant, herbáſque nocenteis.
Vidi egomet nigra ſuccinctam vadere palla
Canidiam pedibus nudis, paſſóque capillo,
Cum Sagana maiore vlulantem. (pallor vtraſque
Fecerat horrendas aſpectu) ſcalpere terrã
A *Vnguibus, & pullam * diuellere mordicus agnam*
Cœperunt. cruor in foſſam confuſus: vt inde
Maneis elicerent, animas reſponſa daturas.
Lanea & effigies erat, altera cerea: maior
Lanea, quæ pœnis compeſceret inferiorem.
Cerea ſuppliciter ſtabat, ſeruilibus vtq;
Iam peritura modis. Hecaten vocat altera, ſæuam B
Alteram Tiſiphonem. ſerpenteis, atque videres
Infernas errare canes, Lunamq; rubentẽ,
Ne forte his teſtis, poſt magna latêre ſepulcra.
Mentior at ſi quid: merdis caput inquiner albis
Coruorum: atque in me veniant mictum, atque cacatum
C *Iulius, & * fragilis * Pediatia, fúrque Voranus.*
Singula quid memorem: quo pacto alterna loquentes
Vmbræ cum Sagana reſonarent triſte, & acutum?
Vtq; lupi barbam variæ cũ dente colubræ
Abdiderint furtim terris? & imagine cerea
Largior arſerit ignis? & vt non teſtis inultus
D *Horruerim voces Furiarum, & facta duarum?*
*Nam, * diſploſa ſonat quantum veſica, pepedi*
Diffiſa nate ficus. at illæ currere in vrbẽ.
*Canidiæ denteis, altum Saganæ * caliendrum*
Excidere, atque herbas, atque incantata lacertis
Vincula cum magno riſúque, iocóque videres.

Priapum

Priapum Deum, cuſtodem hortorum in hortis Eſquilinis poſitum inducit conquerentem de Canidia & Sagana veneficis, & commemorantem plus ſibi eſſe negotij eas mulieres prohibere, atque arcere, quàm fures, & volucreis.

Olim trvncvs eram fic. invt. l.] ficus, lignum fragile, & infirmum eſt, eóque nullam ad rem vtile: ex quo *ficulnum auxilium* pro auxilio inani, nullíuſque momenti: tralatione ducta à ficu, inquit Theocriti interpres, his verbis: τὸ τῆς συκῆς ξύλον εὔθραυστον, ἀσθενὲς, καὶ ἀδύνατον· ὅθεν καὶ παροιμία, συκίνη ἐπικουρία ἡ μηδὲν ὠφελοῦσα, ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς συκῆς. & homo ficulnus pro inerti, ignauo, inutili. Theocritus ἐργατ. εἰδ. ι. Σφίγγετ' ἀμαλλοδέται τὰ δράγματα, μὴ παριών τις Εἴπῃ, σύκινοι ἄνδρες, ἀπώλετο χ' οὗτος ὁ μισθός. Conſtringite manipulos vos manipulorum colligatores, ne quis prætereuns dicat, ficulni homines: periit hæc merces. & γνώμη συκίνη, id eſt, mens vel ſententia ficulna, apud Lucianum lib. πρὸς τὸν ἀπαίδευτον, καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον. Priapos autem finxiſſe veteres ex ficu, declarat epigramma illud Theocriti, cuius mihi nuper memoriam refricuit Simeo Boſius, cùm me domi nec Lutetiæ conueniſſet, ſæpiúſque, vt eſt perhumanus, & perofficioſus, inuiſeret. Τὴν αὐτὰν λαύραν τήνδ' αἱ δρύες. αἰπόλε κάμψας, Σύκινον εὑρήσεις ἀρτίγλυφες ξόανον Τρισκελὲς, αὐτόφλοιον, ἀνούατον: ἀλλὰ φάλητι Παιδογόνῳ δυνατὸν Κύπριδος ἔργα τελεῖν. i. Eadem via, eodémve angiportu, vbi ſunt quercus, ô caprarie, iter flectẽs, ficulnum reperies modò ſculptum ſignũ, tribus cruribus præditum, cum ipſo cortice, ſine auribus, ſed qui pene, filiorum genitore, poſſit res Veneris abſoluere.

Incertvs scamn. facerétne] incertus ſcamnúmne faceret, an Priapum, ſic autem legendum, & ita habent tres cod. Varic. Faërn. Torneſ. Iannoct. & aliquot alij, non *facerétve*. hunc Priãpũ Dionyſi, & Naïdis nymphæ, aut Chionæ filium eſſe dicunt: prætereà non lõgè à Lampſaco vrbem ſui nominis condidiſſe. Alij eundem eſſe Priapum volunt, & Bacchum: quod ex vocabuli ratione, ac veritate probari poteſt, πρίηπος enim videtur eſſe quaſi βρίηπυος id eſt, clamoſus, propter eos, qui in poculis immoderatis, & bacchationibus edũtur, clamores: aut πρίηπος dictus eſt, quaſi προϊέμενος τὸ σπέρμα, id eſt, ſemen profundens. Præponebatur autem Priapus agris, hortiſque cuſtodiẽdis, atq; è ligno fingebatur, vt hic è ficu, & Catullianus ille è quercu. *Hunc ego iuuenes locum, Villulámque paluſtrem Tectam vimine iunceo, Caricíſque maniplis Quercus arida ruſtica Conformata ſecuri Nutriui, vt magis, & magis Sit beata quotannis, &c.* & item alter eiuſdem Catulli è populo. *Ego hæc, ego arte fabricata ruſtica, Ego arida, ô viator, ecce populus, Agellulum hunc, ſiniſtrà tute quem vides, Herique villulam, hortulúmque pauperis Tuor, maláſque furis arceo manus.*

A eódem pertinet illud incerti auctoris. *Inſulſiſſima quid puella rides? Non me Praxiteles, Scopáſve fecit: Nec ſum Phidiaca manu politus: Sed lignum rude villicus dolauit: Et dixit mihi, tu Priapus eſto.*

Fvrvm, aviúmqve Max. for.] ſic Virg. Georg. lib. 4. *Et cuſtos furum, atque auium cum falce ſaligna Helleſpontiaci ſeruet tutela Pr.* & Tibull. eleg. 1. lib. 1. *Pomoſiſque ruber cuſtos donatur in hortis, Terreat vt ſæua falce Priapus aues.* ſic enim legendum: non, vt vulgò, *ponatur*. & in ſuperiore verſu hexam. *Flaua Ceres tibi ſit, &c.* non vt vulgò *fit*. Profert hunc locum Seruius ad illum Virgilij verſum Georg. 4. paullò antè à nobis commemoratum: additque, Priapum hortis præeſſe dici propter eorum fœcunditatem, quoniam horti B numquam ſine fructu ſunt.

Nam fvres dextra coerc.] qua falcem tenet, ſeu fuſtem: coërcet & palus, id eſt, penis, ſeu mentula: quam in Priapeis columnam & faſcinum bipedale nominant incerti auctores. his duobus telis fures terrebat Priapus, nempe falce & pene: ex quo in epigrammate quodam queritur, falcẽ ſibi à furibus eſſe ſubreptam, dicitque ſe veteri, ne altero etiam telo ſpolietur. *Credere quis poſſet falcem quoque (turpe fateri) De digitis furem ſubripuiſſe meis? Nec mouet amiſſi tam me iactura, pudórque, Quàm præbent iuſtos altera tela metus. Quæ ſi perdidero, patris multabor, & olim Ille tuus ciuis, Lampſace, Gallus ero.* Columella carm. de cul- C tu hortorum: *ſed truncum forte dolatum Arboris antiqua numen venerare Ithyphalli Terribilis membri, medio ſemper in horto Inguinibus puero, prædoni falce minetur.*

Obscænóqve rvbar porr.] & penis ex palo factus, ab inguine protentus & prominens.

Ast importvnas] quæ me quodammodo à potu, & quiete excludunt: per quas mihi conquieſcere non licet: vt annot. ad Odam 16. libri 3.

Novis] nuper à Mæcenate inſtitutis.

Hvc privs angvstis] olim in Eſquiliis humabantur ſerui, cùm ſepulcris priuatis carerent: & plebeij homines ita tenues & egentes, vt non haberent, vbi ſepelirentur: & D ſcurræ decoctores.

Cællis] in quibus habitabãt ſerui. M. Tull. Philipp. 2. *conchyliatis Cn. Pompeij periſtromatis ſeruorum in cellis lectos ſtratos videres.* Terẽtius Eunucho. *Cùm in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum.* Valerius Max. lib. 7. cap. 6. *Cellis ſeruilibus extructa corpora, & à paſtoralibus caſis collecta mancipia, &c.*

Hoc miseræ plebi] hoc (inquit) erat ſepulcrum commune miſeræ, id eſt, inopi & egenti plebi, quæ cùm priuatum & proprium monumentum, ſeu locum, vbi ſepeliretur, non haberet, communi & publico ei opus erat. dicti Puticuli, vbi plebs humilis & infima ſepeliebatur, locus ad Eſquilias, à putreſcendo, ſeu putendo, quòd ibi corpora mortuorum putiſcerent, ſeu putreſcerent.

Sepvlchrvm] ſepulcretum, ſi non vnũ in Eſquiliis erat ſepulchrum, ſed plura. Quòd ſi vnum erat, nempe ſeruis & plebi cõmune, rectè & propriè dixit *ſepulchrum*. ſic Catullus eo carmine, in quo fratris ad Troiam mortui ac ſepulti interitum deplorat, *Troiam, commune ſepulcrum Europæ, Aſiæque dicit*. ſic & Lucretius terram cõmune rerum omnium ſepulcrum libr. 5. *Omniparens, eadem rerum commune ſepulcrum.*

Pantolabo scvrræ, Noment.] Mallium Pantolabũ ſcurram: Caſſium Nomentanum nepotem numerat in miſera plebe, ſatyricè & vrbanè, quia rem ſuam familiarem conſumſerant, & in cinerem verterant. Eos autem ſæpe vellicat & carpit, vt ſat. 1. libr. 2. *triſti lædere verſu Pantolabum ſcurram, Nomentanumq́ nepotem.*

Mille pedes in fronte, &c.] hæc erat formula verborum, quibus teſtatores ſignificabant, ſe certum loci ſpatium è ſuis agris excipere, quod & ſuis heredibus adimerent, & reip. ſeu alicui corpori, & vniuerſitati: ſeu libertis & familiæ ſuæ donarent, vt eſſet vel populi, & vniuerſitatis, vel familiæ ſepulcretum, *hoc monumentũ heredes nõ ſequitur*, vel hę litteræ H.M.H.N.S. quæ tantumdem valent. cuiuſmodi notæ, præterquàm quòd exſtant apud Probum grammaticum de ſcripturis antiquis, reperiuntur etiam hodie in veteribus marmoribus, & lapidibus inciſæ, ex quibus quattuor hoc loco exempla proponam: vnũ ex marmoreo monumento, quod Bononiæ vidi: alterũ ex vno, quod Romæ: duo ex duobus Mutinenſibus, à me ſcripta. ſic igitur inſculptum eſt in Bononienſi. Q. MANSLIO C. F. CORDO LEG. XXI. RAPAC. PRÆF. EQVIT. EXACT. TRIBVT. CIVST. GALL. FAC. CVR. CERTVS LIB. IN AGR. P. XLIV. IN FR. P. XLIV. H. M. H. N. S. (i. hoc monumentũ heredes nõ ſequitur.) Sic in vno Muti. CLODIA PLAVTILLA SIBI ET Q. VARCONIO AGATHONI, MARITO OPTIMO, ET LVCIFERÆ LIBERTÆ IN FR. P. XX. IN AG. P. XX. H. M. H. N. S. ſic in altero. C. STATIVS C. F. SALVIVS SIBI ET C. STATIO, C. FABIO RVSTICO, ET P. POMPONIO P. L. ANTEROTI POMPONIÆ P. L. OPTATÆ, POSTERÍSQVE EORVM F. L. (id eſt, faciendum locauit) IN FR. P. XVI. IN AG. P. XX. quartum, quod eſt Romæ in æde D. Cæciliæ, indicauit mihi Fuluius Vrſinus, vir doctiſſ. & human. DIIS MANIBVS SACRVM. MARIO L. LIB. HERMETI ET DOCETIÆ FASSDI MARSVS L. LIB. FELIX PATRONIS SVIS BENEMERENTIBVS DE SVO FECIT, ET SIBI, ET LIBERTIS, LIBERTABVSQVE SVIS, POSTERISQVE EORVM, ITA NE VNQVAM DE NOMINE FAMILIÆ NOSTRÆ EXEAT HOC MONVMENTVM. HOC

A MONVMENTVM HEREDES NON SEQVITVR IN FRONTE LAT. PED. XX. ET DIC. SI. IN AGR. LONG. *&c.* Eadem autem eſt harum litterarum ſententia apud Probum, quem ſuprà commemoraui. H. M. AD. H. N. TRANS, id eſt, hoc monumentum ad heredes non tranſit. exſtat & hæc ſcriptura apud eundem non admomodum diſſimilis. H. M. H. EX T. N. S. id eſt, hoc monumentum heredes ex teſtamento non ſequitur. Nemo autem (opinor) ignorat, ſepulcrorũ alia fuiſſe familiaria: alia hereditaria. Familiaria erant ea, quæ teſtator ſibi, & familiæ, id eſt, ſibi, & liberis, & libertis: hereditaria, quæ ſibi, & heredibus facienda curabat. non enim ſemper liberi ſcribe-
B bantur heredes, ſed interdum vel alieniſſimi. hæc igitur Horatij verba ſic explico. hîc. id eſt, in Eſquiliis, vbi nunc ſunt horti Mæcenatis, cippus erat defixus, & locatus in terra, qui verbis aut litteris quibuſdam inciſis ſignificabat, mille pedes agri Eſquilini ad ſepulturam plebis tribui: in fronte, id eſt, ea parte, quæ viam publicam attingebat, trecentos in agrũ, id eſt, eam partem verſus, quæ ad agros coniunctos pertinebat, ne heredes hunc ſibi locum vendicarent, néve in hoc monumentum, heredum reliquiæ inferrentur. legendum autem *heredes monumẽtum ne ſequeretur*: non, vt vulgò, *ſequerentur*. Quidam putant iocũ eſſe ex ambiguo in his verbis, *heredes monumentum ne ſequeretur*, & maximè in verbo *heredes*, quaſi ſi-
C gnificet, locupleteis & homines, quibus venerint hereditates, in hoc ſepulcro non ſepeliri, ſed pauperes, nudos, inopes, atque egenteis.

Monvmentvm.] Monimenta, ſeu monumenta ſepulcrorum (inquit Varro) ſecundum viam ponuntur, quo prętereuntes admoneant & ſe fuiſſe, & illos eſſe mortaleis: ab eóque cetera ſcripta, ac facta memoriæ cauſa, monumenta dicta. Nvnc licet Esq. h. s.] nunc autem deſiit hic collis eſſe ſepulcretum, & habitatur, & ædificiorum pulchritudine ac magnitudine, & cæli ſalubritate gratus atque amœnus eſt.

Albis inform.] nonnulli codices antiqui habent, deformem. albis autem epithetum
D eſt oſſibus perpetuum, cuiuſmodi multa ſunt apud poëtas.

Non tantùm] non tam. ſententia huius loci hæc eſt. quo quidem tempore non tantam mihi curam, tantúmque laborem afferunt fures, & feræ, quæ hunc locum vexare conſueuerunt, quantum ſagæ mulieres, & veneficæ, quæ carminibus, & veneris animos hominum immutant.

Süatæ] triſyllabum: vt *Süeuit* apud Lucret. lib. 9. *qui ferri quoque vim penetrare ſueuit.*

Carminibvs] cantionibus, excantationibus, ἐπῳδαῖς.

Vaga Lvna] eam enim putabant eſſe συνεργὸν πρὸς τὰς μαγείας. ſup. Od. 5. epod. *Nox & Diana, quæ ſilentium regis, &c.* vagam autẽ dicit

dicit propterea quod oon eſt rectus, ſed obliquus, & vagus lunæ curſus. icciico Virg. libr. 1. Æneid. *Hic canit errantem Lunam, ſolíſq́; labores.*

Svccinctam] expeditam. vt ſat. 6. lib. 2. *veluti ſuccinctus curſitat hoſpes.* ſimile eſt illud Virgil. libr. 4. *Vnum exuta pedem vinclis in veſte recincta.*

Canidiam] de qua, & in quã Od. 5. epo. *Canidia breuibus implicata viperis Crineis & incomtum caput.* & Od. 17. Et item ſatyr. 1. li. 2. *Canidia Albuci, quibus eſt inimica, venum:* minuatur, ἀπὸ κοινοῦ.

Passóqve cap.] ſparſo, non religato, neque in nodum collecto. Terent. Heaut. *capillus paſſus, prolixus, &c.* ſic dicitur & *paſſis manibus.* Cæſar lib. 1. de bello Gall. *Eò mulieres impoſuerunt: quæ in prælium proficiſcenteis milites paſſis manibus flentes proſequebantur.* Idem libr. 7. *matres familiâs ſuos obteſtari, & more Gallico paſſum capillum oſtentare, liberóſque in conſpectum proferre cœperunt.* Nonius, *Paſſum (præter alias ſignificationes)* ſigoificat *extenſum, patens.* Enoius, *Ægro corde, comis paſſis, &c.* vel *paſſis latè palmis.* locus eſt apud Nonium corruptus.

Cvm sagana maiore.] Ex eo, quòd Saganam maiorem dicit, intellige, duas Saganas fuiſſe, vnam maiorem, quæ hîc deſcribitur, alteram minorem. ſic ſatyra ſuperiore, *qui ſe Vultum ferre negat Siſiorum ferre minorem.*

Scalpere] fodere. aliud eſt ſculpere.

Pvllam divellere m.] diuellere id eſt, diſcerpere, ac diripere, *mord.* i. dentibus. Pullam autem, id eſt, nigram. Et verò nigra eſſe debet, cùm hæc ſacra ſint magica, & fiaot dîis inferis: qua de re alibi.

Crvor] agnæ diuulſæ, ac dilaceratæ.

Vt inde Man. elic. anim.] vt cruore mortuorum animas ab inferis excitarẽt. *inde*, id eſt, è foſſa, vel potiùs, cruore. Maneis lacte, melle, & ſanguine delectari, ex poëtarum Græcorum, & Latinorum lectione intelligere licet. Virg. Æneid. 2. *Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte, Sanguinis & ſacri pateras.* & lib. 5. *Ille è concilio multis è millibus ibat Ad tumulum magna medius comitante caterua. Hîc duo rite mero libans carcheſia Baccho Fundit humi, duo lacte nouo, duo ſanguine ſacro.* ibidem, *huc caſta Sibylla Nigrarum multo pecudum te ſanguine ducet.* & ὀδυσσ. λ. Vlyſſes ad inferos deſceſſurus, de Circes conſilio primùm in foſſam mel cum lacte permiſtum, vinũ, aquam infundit: deinde oueis aliquot mactat, ad quarum ſanguinem animas aduolanteis arcet gladio deſtricto, neque eas ſinit de ſanguine guſtare, immo ne accedere quidem prius, quàm Tireſiam conuenerit, & conſuluerit de ſuo, & ſociorum reditu. verba Vlyſſis ſunt hæc, Αὐτὰρ ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ Ἥμην, οὐδ' εἴων νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα Αἵματος ἆσσον ἴμεν πρὶν Τειρεσίαο πυθέσθαι. Tireſias autem ſtatim, vt ad foſſam lactis, ſanguinis, & ceterorum liquorum plenam acceſſit, Vlyſſem orat, vt ſeſe aliquantiſper à foſſa auferat, gladiúmque abſtineat,

A donec de ſanguine biberit: quo impetrato, & ſanguine hauſto, Vlyſſem ea omnia edocet, quibus ille in patriam redeundi facultatem ſit habiturus: ſic Tireſias eodem loco. Ἀλλ' ἀπο χάζεο βόθρου, ἄπισχε δὲ φάσγανον ὀξὺ, Αἵματος ὄφρα πίω, καί τοι νημερτέα εἴπω. Vmbræ autem aliæ præter Tireſiam, & eos mancis, qui de Letheo flumine non guſtarant, Vlyſſem non agnouerũt, niſi poſt epotum ſanguinem. ſic enim Vlyſſes loquitur de Agamemnone eod. libr. Ἔγνω δ' αἶψ' ἐμὲ κεῖνος, ἐπεὶ πίεν αἷμα κελαινόν. Eurip. Hecuba. ἐλθὲ δ' ὡς πίῃς μέλαν Κόρης ἀκραιφνὲς αἷμ', ὅ σοι δωρούμεθα Στρατός τε, κἀγώ. id eſt, accede autem vt bibas atrum puellæ ſanguinem ſincerum, quem tibi ego & exercitus do-

B namus.

Elicerent] excitarent, inuitarent, extraherent. Manes, animæ ſunt à corporibus ſeiunctæ, & quæ iam inferorum ſedem incoluot.

Lanea et effigies er.] duæ (inquit) etiam erant imagines: vna lanea, altera cerea. ſolebant autem mulieres, quæ veneficiis, & magicis artibus vtebantur, imagines adhibere & cereas, vt is, quem amore ſui capi vellent, inſtar ceræ molleſcerent: & cretaceas, vt is ſe in alias mulieres obfirmaret, atque obdureſceret tãquam creta: & laneas, vt amore ſui incenderetur, atque inflammaretur non aliter, quàm lana. exẽplum imaginis cretaceæ ſimul & ceræ ex-

C ſtat apud Virg. in Pharmac. *Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit Vno, eadémque igni: ſic noſtro Daphnis amore.* ceræ tantùm apud Theocr. εἰδ'. β. Ὡς τοῦτον τὸν κηρὸν ἐγὼ σὺν δαίμονι τάκω, Ὣς τάκοιθ' ὑπ' ἔρωτος ὁ Μύνδιος αὐτίκα Δέλφις. id eſt, quemadmodum autem hanc ceram ego cum dea liqueſacio, ſic continuò liqueſcat amore Daphnis Mindius.

Maior lanaea, qvæ poenis, &c.] maior (inquit) erat lanea effigies, quàm cerea: ita vt lanea inferiorem pœnis coërcere velle videretur.

Cerea svppl. stab. servil. vtqve iam p. m.] cerea (inquit) ſuppliciter ſtabat, & ſeruilibus modis ſtabat, vt iam peritura. ſic lo-

D cus & intelligendus & legendus: errántque vehementer, atque adeò planè cæcutiunt, qui legi volunt, vt quæ, &c. Nam ſi ita eſſet, deeſſet verbum *erat*, ſeu *eſſet*.

Hecaten] Hecaten alij Iouis, & Iunonis, alij Iouis, & Cereris filiam eſſe volunt, ex furtiuo concubitu procreatam: eámque primùm Nymphis à Ioue eſſe traditã, vt aleretur: deinde iam adultam Iunonis vnguentum, quo illa faciem iungere ſolebat, clam ſuſtuliſſe, Europæque Phœnicis filiæ dediſſe: quod cùm Iuno reſciuiſſet, illámque inſequeretur, vt in eam animaduerteret: Hecaten in cuiuſdam puerperæ thalamum ſeſe contuliſſe, ibique aliquantiſper delituiſſe: inde ad homines quoſdam, qui mortuum efferebant, confugiſſe, eáque per mediam funeris pompam dilapſa, Iunonem perſe-

Digitized by Google

quendi finem feciſſe, atque abiiſſe: Cabarnos autem Cereris ſacerdotes eam pauidam, & anxiam Iouis iuſſu recepiſſe, vt expiarent: Quod vt efficere poſſent, ad Acheruſiam paludem detuliſſe: Ex eo natam opinionem, Hecaten eſſe vmbrarum, Maniúmque dominam, atque arbitram: & ob eandem cauſam χθονίαν, id eſt, terreſtrem eſſe nominatã. Itaque Simætha illa apud Theocr. in Pharmaceutr. Daphnidis amore flagrans, cumque venenis, & carminibus, & ceteris magicis artibus ad ſe reuocare cupiens, ait ſe Lunæ primùm, deinde Hecatæ laudes cantaturam, his verbis, τὶν γὰρ ποτᾳείσομαι ἅσυχα δαῖμον, Τᾷ χθονίᾳ θ' Ἑκάτᾳ, τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι, &c. ſolebant præterea Hecaten in triuiis collocare, quoniam rebus pollutis, & expiationibus præeſt. Tradunt etiam nonnulli, Iouis, & Pheræ filiam fuiſſe, eámque à matre in triuiũ proiectam eſſe: ſed bubulcos, & paſtores eam ſublatam, atque exceptam aluiſſe: Ideircò triuia huic deæ ſacra exiſtimari. hæc ex Græcorum commẽtariis Heſiodus autem in Theogon (ſi modò Heſiodi eſt hoc poëma) Hecaten facit Perſei, & Aſteriæ filiam.

Tisiphonen] vnam ex Furiis, inde appellatam, quòd cædeis vlciſcatur. lege annot. ad illum locum Od. 13. lib. 2. *Eumenidum recreantur angues.*

Serpenteis, atque videres Infern] videres ſerpenteis, & canes infernas errare. talis eſt Hecates, ſeu Triuiæ comitatus. ſic Virg. Æn. 6. *viſaque canes vlulare per vmbram.* & Simætha illa apud Theocr. ex canum latratu, & vlulatu Hecatæ aduentum, præſentiámque colligit, his verbis, Θέστυλι, ταὶ κύνες ἄμμιν ἀνὰ πτόλιν ὠρύονται. Ἁ θεὸς ἐν τριόδοισι· τὸ χαλκίον ὡς τάχος ἄχει. i. Theſtyli, canes nobis per vrbem vlulant. Dea eſt in triuiis. æs quàm celerrimè pulſa. eodem pertinet, quod ait Sophron in mimis, θύουσι Ῥέᾳ καὶ Ἑκάτῃ κύνας, ὅτι κύων βαΰζων λύει τὰ φάσματα, ὡς καὶ χαλκὸς κροτηθεὶς, ἤ τι τοιοῦτο. i. Rheæ, & Hecatæ canes immolant, propterea quòd canis latrans Lemures fugat, ac diſſipat, quemadmodum & æs pulſatum, aut aliquid tale.

Lunámque rubentem] vel quòd eo interdum colore eſt, vt ſup. Od. 11 lib. 2. vel rubentem intellige αἰσχυνομένην, id eſt, erubeſcentem, propterea, quod eam talium facinorũ, ac maleficiorum puderet, vt declarat ſubſequens verſus, *Ne foret his teſtis, &c.*

Caput inquinet] κατὰ κεφαλῆς. Helleniſmus. Latinè dixiſſet mihi caput inquinetur.

Veniant] ſic habent omnes ferè libr. vet.

Fragilis Pediatia] mutato genere, & adiecto epitheto *fragilis*, Pediatij impudicitiam, mollitiémque notat. fuiſſe autem hunc Pediatium equitem Rom. vnáque cum patrimonio pudicitiam amiſiſſe dicunt. huc videtur

A pertinere iocus ille à M. Tull. relatus lib. 2. de orat. *Eſt bellum illud quoque, ex quo is, qui dixit, irridetur in eo ipſo genere, quod dixit: vt cum Q. Opimius conſularis, qui adoleſcentulus malè audiſſet, feſtiuo homini Egilio, qui videretur mollior nec eſſet, dixiſſet: Quid tu Egilia mea? Quando ad me venis cum tua colu, & lana? Non pol (inquit) audeo. Nam me ad famoſas vetuit mater accedere.* ſic Catull. in Galliambo de Atti, Cybeles ſacerdotes Gallas vocat, quia mulieribus, quàm viris, eſſent ſimiliores.

Fúrque Voranus] hunc Voranum Q. Lutatij Catuli libertum fuiſſe aiunt, adeò furacem, vt cum à nummulario quodam in furtu deprehenſus eſſet, nummos ei ſubſtractos in calceos abdiderit.

B Alterna] alternis ſermonibus, alternatim.

Acutum?] Ariſt. in problem. ſcribit mulieres, pueros, eunuchos eſſe ὀξυφώνους· & cur ita ſit, cauſam affert. Itaque veriſimile eſt, vmbras quoque, ſi loquerentur, ὀξυφωνοτάτας fore, id eſt, acutiſſimam vocem miſſuras.

Et imagine cerea] ex imagine cerea, vel ob imaginem ceream in ignem coniectam in nomine *cerea* autem ineſt συναίρεσις, ſeu συνίζησις, vt ſup. admonuimus.

Furiarum duarum] furias vocat Canidiam, & Saganam veneficas. Canidia autem mutato nomine Gratidia eſt, vt ſæpe alibi admonuimus.

C Displosa] vtitur eodem nomine Lucret. lib. 6. de nube, ex qua fulmen erumpit, loquens *Tum perterricrepo ſonitu dat miſſa fragorem. Nec mirum: cum plena animæ veſicula parua Sæpe ita dat pariter ſonitum diſploſa repente.*

Diffissa nate] corruptè legitur in quibuſdam exemplar. *diffiſa* vno ſ. cùm *diffiſſa* ſit legendum à verbo diffindo, id eſt, in multas parteis findo.

Ficus] ego Priapus è ficu dolatus: ego Priapus ficulnus.

Currere] currere cœperunt: currebant, ſeu cucurrerunt. ſic loquuntur & hiſtorici, & poëtæ, & oratores. Horat. Od. 5. epod. *Sub hæc puer, iam non, vt antè, mollibus Lenire verbis impias*, ſat. proxima infr. *Ridens diſſimulare: meum iecur vrere bilis.* ibid. in princip. *Ire modo ocyus, interdum conſiſtere.* ſat. 8. libr. 2. *vertere pallor Tum parochi faciem.* ſatyr. 3. eiuſd. libr. *Illa rogare Quantáne.*

D & ſaty. 6. *Currere per totum pauidi conclaue.* M. Tull. frument. *Inſtat Scandilius: poſcere Recuperatores.* Idem de ſignis. *minitari abſenti Diodoro, vociferare palàm, lacrymas interdum vix tenere.* ibid. *Iſte vnumquodque vas in manum ſumere, laudare, mirari. Rex gaudere, &c.*

Canidiæ denteis, &c.] id eſt, tum cuiuis videre liceret Canidiæ denteis non ſuos, ſed alienos, & arte inſitos: Saganæ autem comam προσθετὸν excidere. caliendrũ alij autẽ eſſe comã πρόσθετον, id eſt, appoſitam, non natiuam. quæ declaratio huic loco cõuenit. Alij

per

per caliendrum, capiris operimentum & ornamentum ſignificari volunt, à Græco deflexum καλύπτης, ſeu potiùs καλυπτῆρος. Ego hac voce vtrumuis ſignificari poſſe exiſtimarim. nam etiã coma appoſititia caput operit. Arnobius. *falcecula, claues, caliendra, fomites, talaria.*

V I N C V L A] licia nominat Virgilius, in Pharm. *Terna tibi hac primum triplici diuerſa colore Licia circundo.*

T V R N E B V S.

EX lib. 30. cap. 30. *Orciniana*, inquit Martialis, lib. 10. epig. 5. *qua feruntur ſponda.* Sandapila erat quædam popularis, qua plebei vileſque efferebantur. Suetonius in Domitiano cap. 17. *Cadauer eius populari ſandapila per veſpillones exportatum.* Sed & miſeræ plebis quædam erat Sandapila, de qua Horat.

Huc prius anguſtis eiecta cadauera cellis
Conſeruus vili portanda locabat in arca.

& Lucanus.

Da vilem Magno plebeij funeris arcam.

Erat & Orciniana Sandapila, velut Libertinorũ Sandapila ex illo ordine nomen habens (Quidã enim liberti Orcini vocabantur) quàm Martialem putem intelligere.

Ex lib. 5. cap. 16. Cùm olim qui locupletes erant in ſuis fundis aliquid loci ſepulturæ ſeponerent, & priuata haberent ibi ſepulchra ſibi familiæque ſuæ, aut hæredibus: plebs, quæ agris fundiſque carebat, in loco aliquo communi ſepulturæ deſtinato humabatur: ſepulchrúmque commune vocabatur, vbi ſepeliebatur. ex quo ſcripſit Horatius,

Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulchrum.

Et elegantiſſimus poëta Catullus fata fratris ſui deplorans apud Troiam mortui & conditi, vbi tot quondam heroës belli Troiani tempore ex Aſia & Europa occubuerant & compoſiti fuerant, eam vrbem commune ſepulchrum appellat Europæ & Aſiæ.

Troia, inquit, ad Malliu. *nefas commune ſepulchrũ Europæ Aſiæq́.* Et optimus poëta Lucretius terram mortuos omnes omniaque ſenectutis ſitu carioſa & putrida æuoque feſſa ſuo ſinu gremióque receptantem, commune ſepulchrum eodem modo appellat.

Omniparens, inquit, *eadem rerum commune ſepulchrum.* Lepidè autem iocatur Horatius, vt interpretor ex illa nota inſcriptione ſepulchrorum, *Hoc monumentum hæredes non ſequitur*, cùm in exquilini buſti cippo ſcriptum fuiſſe dicit, *monumentum hæredes ne ſequeretur.* Nam alio ſenſu deflexum quàm intelligi ſoleret, accipit: ſepulchrũ ſcilicet illud eſſe pauperum & exhæredatorum & bonis euerſorum. Hoc, inquit, monumentum non eſt hæredum ſed hominum tenuium & nullum hæredium habentium, nullámque agri perticam vel decempedam poſſidentium.

Ex lib. 21. cap. 23. Scribit Varro de re Ruſtica, A Circum ripas fluuij ambulatio erat pedes lata denos, ab ambulatione in agrum verſus, ornithonis, id eſt, auiarij locus. In agrũ verſus autẽ dicit, à flumine verſus agrum progrediendo & ab ambulatione recedẽdo vt in ſepulchris dici ſolebat, quemadmodum oſtendit Horatius;

Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum.
Hic dabat.

Ex lib. 6. cap. 10. Apud Maronem ſacra inferis magica ſe facturam ſimulans Dido, eſt 4. Æn.

Vnum exuta pedem vinclis in veſte recincta,

videlicet è ritu & cõſuetudine nocturnorũ ſacrorum & veneficiorum, vt & apud Ouid. 7. Metam.

Egreditur tectis veſtes induta recinctas.
Nuda pedem, nudos humeris infuſa capillos.

B Apud Horatium tamen venefica ſuccincta eſt:

Vidi egomet nigra ſuccinctam vadere palla
Canidiam: ſine calceis tamen & capillo paſſo:
-- pedibus, inquit, *nudis paſſóque capillo.*

Vt & apud Ouidium 7. Metam.

-- paſſis Medea capillis. Quod autem addit Horatius

-- ſcalpere terram.
Vnguibus, & pullam diuellere mordicus agnam:

eò facit, quòd veneficæ ſolebant in ſcrobe ſacra facere diis inferis, vt apud Ouidium, 7. Metam.

Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus
Sacra facit. quod quidem & ab Homero in Odyſſea cantatur.

C Ex lib. 15. cap. 8. A nobiliſſimo poëtarum & facilè principe ſcribitur, 4. Æneid.

Nocturniſque Hecate triuiis vlulata per vrbes:

quòd ea dea nocturnis ſacris coli ſoleret, cùm in diis inferis numeretur, quibus noctu ſacra facere religio antiquorum præcipiebat. Veneficæ itaque ei rem operari ſolebant in triuiis, cùm ea τριοδῖτις à Græcis iſta de cauſa vocetur, à Latinis Triuia: cum vlulatu autem ei veneficæ ſacra faciebant. Horatius,

Cum Saganam maiore vlulantem. Apuleius, *ſeu nocturnis vlulatibus horrenda Proſerpina*, Nam Hecate Proſerpina cenſetur.

Ex lib. 13. cap. 12. *-- ſerpentes atque videres*
Nocturnas vlulare canes, dixit Horatius veluti ſignificans comitatum Triuiæ, vt & apud Maronẽ,

D 6. Æneid.

-- viſaque canes vlulare per vmbram,
Aduentante dea: nam & Dianæ, quæ eſt eadem Triuia, canes tribuuntur, & noctiuagæ Triuiæ etiam nocturnæ canes, quas furias quidam interpretantur non inſcitè. Apollonius quoque eius canes χθονίους κύνας vocat. Hecatæ canum mentio quoque eſt apud Orpheum, lib. 1. eleg. 2. σαῖνον δὲ σκύλακες περίπολοι. & apud Tibull.

Sola feros Hecates perdomuiſſe canes.

Ex lib. 16. cap. 4. *Sola feros Hecatès perdomuiſſe canes.* Tibullus dixit. Hecaten veneficiorũ præſidem veneficæ ſuſurro magico eliciunt canibus comitantibus occurrentem vt diximus: Horatius,

--ſerpentes atque videres

Nocturnas errare canes. Maro

-- viſaq́; canes ululare per umbram.

Ex lib. 28. cap. 44. Vetuſtas credidit aduentante Proſerpina vel Hecate, eadem enim eſt, in eius comitatu eſſe canes & ſerpentes. Horatius,

-- ſerpentes a. v.

N. e. c. Maro,

-- viſaq́; canes ululare per umbram.

Canes furias interpretatur Seruius. Sed Theocritus Pharmaceus canes ſimpliciter accipere videtur, cùm ſcribit, τᾷ χθονίᾳ ἐχέτα, τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι.

Ex lib. 22. cap. 23. Exiſtimatum eſt à veteribus Lunam carmine magico ſolicitatam rubore ſuffundi. velut verecundantem, aut etiam noctu veneficarum, facta cernentem: Horatius,

-- Lunámque rubentem,

Ne foret his teſtis, poſt magna latere ſepulchra.

Quod & in defectu quoque ei euenire veneficiis credebant. Ouidius, 2. Amorum eleg. 5.

Quale roſa fulgent inter ſua lilia miſta:

Aut ubi cantatis luna laborat equis. Papinius

-- qualis per nubila Phœbes

Atracia rubet arte color.

Ex lib. 24. cap. 8. Scribit Flaccus, *Iulius & fragilis Pedacia furque Voranus.* quo ſenſu, obſecro, fragilem dixit? Frangere turpe verbum veteribus fuit, vt & diuidere, quod è Catullo cognoſci potuit. Fragilis igitur eſt mollis, qui muliebria patitur, qui pathicus eſt.

Ex lib. 7. cap. 20. *Crepidulam & caliendrum* dixit Tertullianus lib. de Pallio. atque hoc vocabulum, quod operimentũ capitis ſignificat, à Græco κάλυμμα duci videtur. vſurpatur & ab Arnobio, lib. 6. *falcicula, claues, caliendra, fomites, talaria:* & à Flacco,

-- altum Sagana caliendrum: apud quem ſunt qui appoſititiam comam interpretentur.

ARGVMENTVM. *Satyr. 5.*

Deſcribit cuiuſdam, in quem fortè inciderat, importunam & pertinacem garrulitatem: qua iactabundè quædam, nonnulla impudenter, omnia ſtultè deblaterans, diu inuitum detinuerit, & propemodum enecarit.

IBAM fortè via ſacra, ſicut meus eſt mos,
Neſcio quid meditans nugarum, & totus in illis.
Accurrit quidam notus mihi nomine tantùm,
*Arreptáque manu, * quid agis, dulciſſime, rerum?*
A *Suauiter, vt nunc eſt, inquam: & cupio omnia, quæ vis.*
Cùm aſſectaretur: num quid vis? occupo. at ille,
Noris nos, inquit: docti ſumus. hîc ego: pluris
Hoc, inquam, mihi eris. miſerè diſcedere quærens,
Ire modo ocyus: interdum conſiſtere: in aurem
B *Dicere neſcio quid puero. cùm ſudor ad imos*
Manaret talos, ô te, Bollane, cerebri
Felicem, aiebã tacitus. cùm quidlibet ille
Garriret: vicos, vrbem laudaret, vt illi
Nil reſpondebam: miſerè cupis, inquit, abire,
Iamdudũ video: ſed nil agis: vſq; tenebo,
Perſequar. hinc quò nunc iter eſt tibi? nil opus eſt te
C *Circumagi: quemdam volo viſere, nõ tibi notum:*
Trans Tiberim longè cubat is propè Cæſaris hortos.
Nil habeo, quod agam: & non ſum piger. vſque ſequar te.
Demitto auriculas, vt iniquæ mentis aſellus,
Cũ grauius dorſo ſubiit onus. incipit ille.
Si bene me noui, non Viſcum pluris amicum,
D *Non Varium facies. nam quis me ſcribere plureis,*
Aut citiùs poſſit verſus? quis membra mouere
Molliùs? inuideat quod & Hermogenes, ego canto.
** Interpellandi locus hîc erat. eſt tibi mater,*
Cognati, queis te ſaluo eſt opus? haud mihi quiſquam.
*Omnes * compoſui. * felices. nũc ego reſto.*

Confice

Conſice. namque inſtat fatum mihi triſte, Sabella
Quod puero cecinit, diuinâ mota anus vrna.
Huc neque dira venena, nec hoſticus auferet enſis,
Nec laterum dolor, aut tuſsis, nec tarda podagra
Garrulus hunc quãdo conſumet cúmque: loquaceis,
Si ſapiat, vitet, ſimulátq; adoleuerit ætas.
Ventum erat ad Veſtæ, quarta iam parte diei
Præterita: & caſu tũc reſpõdere vadato
Debebat: quod ni feciſſet, perdere litem.
Si me amas, inquit, paulum hic ades. intereant, ſi
Aut valeo * ſtare, aut nôui ciuilia iura:
Et propero, quò ſcis. dubius ſum, quid faciam, inquit:
Téne relinquam, an rem. me ſodes. non faciam ille:
Et præcedere cœpit. ego, vt contendere durum eſt
Cum victore, ſequor. Mæcenas quomodo tecum?
Hinc repetit. paucorum hominum, & mentis bene ſanæ.
Nemo dexterius fortuna eſt vſus. haberes
Magnum adiutorem, poſſet qui ferre * ſecundas,
Hunc hominem velles ſi * tradere. diſpeream, ni
Summoſſes omneis. non iſto viuimus illic,
Quo tu rere, modo. domus hac nec purior vlla eſt,
Nec magis his aliena malis. nil mi officit vmquam,
Ditio hic, aut eſt quia doctior. eſt loc⁹ vni-
Cuique ſuus. magnum narras, vix credibile. atqui
Sic habet.* accẽdis, quare cupiã magis illi
A Proximus eſſe. velis tantũmodo: quæ tua virtus,
Expugnabis. & eſt qui vinci poſsit: eóque
Difficileis aditus primos habet. haud mihi deero:
Muneribus ſeruos corrumpam: non, hodie ſi
Excluſus fuero, deſiſtam: tempora quærã:
Occurram in triuiis: deducam. nil ſine magno
B Vita labore dedit mortalibus. hæc dum agit: ecce
Fuſcus Ariſtius occurrit mihi carus, & illum
Qui pulchrè noſſet. conſiſtimus: vnde venis? &
Quò tendis? rogat: & reſpondet. vellere cœpi:
Et * preſſare manu lentiſſima brachia, nutans,
Diſtorquens oculos, vt me eriperet, malè
C ſalſus
Ridens diſſimulare. meũ iecur vrere bilis.
Certè neſcio quid ſecretò velle loqui te
Aiebas, mecum. memini bene: ſed meliori
Tempore dicam: hodie triceſima ſabbata. vin tu
* Curtis * Iudæis oppedere? nulla mihi, inquam,
Relligio eſt. at mi: ſum paullo infirmior, vnus
Multorum: ignoſces: aliàs loquar. huncine
D ſolem
Tam nigrum ſurrexe mihi? fugit improbus, ac me
Sub cultro linquit. caſu venit obuius illi
Aduerſarius: & quò tu turpiſsime? magna
Exclamat voce: & licet * anteſtari? ego verò
Oppono auriculam: rapit in ius. clamor vtrinque:

Vndique concurſus: ſic me ſeruauit Apollo.

Ibam fortè] Deſcribitur hac Satyra homo odioſè loquax, & moleſtus, iam antè à Theophraſto in libello, qui inſcribitur ἠθικοὶ χαρακτ. magis philoſophico more indicatus, ac demonſtratus.

Via sacra] quæ ferebat ad forum Romanum, vel, vt vult Feſtus, à regia in arcem: ſic autem appellata, quòd in ea fœdus ictum ſit inter Romulum & Tatium. Od. 4. epod. *Videſne ſacram metiente te viam.* & Od. 7. *Sacra catenatus via.*

Nescio, qvid meo. nvgarvm] verſus, nugas appellat, vt Catull. *Námque tu ſolebas meas eſſe aliquid putare nugas.*

Et totvs in illis,] ſic habent omnes libri manuſcr. non à vulg. abeſt copulatio *&*.

Accvrrit] ſic habent omnes libri manuſcrip. Vatic. & ceteri.

Arreptáqve manv] non dixit *apprehenſáque manu*, aut ſimili quodam modo, ſed *arrepta*, vt exprimat hominis impudentiam, & oris duritiem, & ingenium odio dignum.

Qvid agis dvlc.] quid rerum agis, dulciſſimè Horati? inquit ille.

Nvm qvid vis? occvpo] cùm me aſſectaretur, ego præoccupans, num quid vis? id eſt, num quid eſt, quod me tua cauſa efficere velis? inquam. ſolebant autem qui aliquo defungi, C quiue aliquem à ſe dimittere honeſtè vellent, ita loqui. Terent. Eunucho. *Rogo numquid velit: Rectè, inquit, abeo.*

Hic ego] tum, ego inquam, tanto pluris à me fies: tantò mihi eris carior.

Miserè disc. q. ire modò] ego, qui miſerè cuperem ab eo diſcedere, modo celerius incedebam, modò conſiſtebam, modò aliquid puero meo in aurem dicebam, loquaci illi non obſcurè ſignificans, aliquid mihi eſſe ſerij negotij, quod agerem. *miſerè* idē ferè valet, quod vehementer, vſque ad miſeriā. Terent. in Heaut. *Vt ſtultæ, & miſerè omnes ſumus religioſæ. miſere religioſæ* valet, ſupra modum religioſæ. ſimile eſt illud *miſerè amare*, quod ferè æquale eſt illi, perditè D amare. Theophraſtus libello inſer. ἠθικοὶ χαρακτ. ad hanc ſententiam accommodatè, ſcribit oportere manibus dimiſſis, & quaſi gralatoriis paſſibus taleis homines fugere, quiſquis velit ſine febri eſſe. Difficile eſt enim (inquit ille) æquo animo cum iis verſari, aut commorari, qui neque otium, neq; negotiū diſcernunt. verba Theophr. ſunt hæc: Ἐκτείναντα δὲ χρὴ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων καὶ διαράμενον ἀπαλλάττεσθαι, ὅστις ἀπύρετος βούλεται εἶναι. ἔργον γὰρ συναρκεῖσθαι τοῖς μήτε σπουδὴν μήτε σχολὴν διαγινώσκουσι.

In avrem] Dicere in aurem ſolemus, quæ ab aliis nolumus exaudiri. notus ille Homeri verſus. ὀδ. δ. & alibi iteratus, Ἄγχι σχὼν κεφαλὴν, ἵνα μὴ πευθοίαθ' οἱ ἄλλοι, id eſt, admoto propiùs capite, ne alij exaudirent. ſic Euripid.

A Ione, δεῦρ' ἔλθ'. ἐς οὖς γὰρ τοὺς λόγους εἰπεῖν θέλω. id eſt, huc ades. in aurem enim tecum loqui volo. M. Tull. Verr. de ſupplic. *atque eum vident ſedere ad latus prætoris, & ad aurem familiariter, vt ſolitus erat, inſuſurrare.* Idem lib. 2. de Finib. *ad aurem admonere.* Virg. Æneid. 5. *& fidam ſic fatur ad aurem.* Plautus Trin. *Idque, quod in aurem rex regina dixerit, ſciunt.*

Cùm svdor ad imos] ſudor ſua ſpōte, id eſt, nullo corporis labore antegreſſo, manans ſignificat æſtum, & perturbationem, & angorem animi, vt alibi annotabimus.

Ô te, Bollane, cerebri fel.] aiunt hunc Bollanum ea animi libertate, ac ſim- B plicitate fuiſſe præditum, vt ſine diſſimulatione, quicquid ſibi in quoque homine ineptum, inſolens, odioſum videretur, reprehenderet, damnaret, reiiceret, ac reſpueret, nihilque, quod ſibi moleſtum, aut iniucundum eſſet, ab altero ferre ſoleret. *felicem cerebri* autem dixit eadem ratione qua illa dicuntur, *integer mentis egregius animi, ſanus animi, &c.* quæ annotata ſunt ad Od. 22. lib. 1. In oratione ſoluta diceremus hominem ſanæ mentis, & cerebri felicis: vel ſana mente, &c. poteſt etiam dici, Horatium imitatum eſſe Græcorum genus loquendi, μακαρίζω σε τῆς παρρησίας, καὶ τῆς γενναιότητος: vbi ſubintelligitur ἕνεκα.

Vicos] vicos vrbis Romæ, vt epiſto. ad Fu- C ſcum Ariſt. *Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum, &c.* ſignificat, hunc loquacem nihil habuiſſe negotij ſerij, de quo cum Horatio loqueretur aut ageret, ſed planè moleſtum, & odioſè garrulum fuiſſe.

Vt illi nil resp.] id eſt, poſteaquā illi nil reſpondebam: cùm illi nihil reſponderem. quo ſatis ſignificabat Horatius, ſe eo defungi, & diſſolui velle.

Sed nil agis] ſed nihil aſſequeris, fruſtrà cupis effugere, inanem operam ſumis.

Vsqve tenebo] non te relinquam: perpetuò tibi affixus hærebo.

Persequar. hinc quò nvnc] ita ſunt hæc diſtinguenda, Perſequar te quocunque D iturus es. ab hoc loco autem quò te confers?

Nil opvs est te circ.] verba Horatij hunc garrulum à ſe amandare & amoliri cupientis. nihil eſt opus, inquit, te circumire, & mecum longo itinere, & magno amfractu & flexu venire.

Prope Cæs. hortos] C. Cæſaris horti non lōgè aberāt à flumine Tiberi, in ea regione vrbis, quæ Ianiculus appellabatur à veteribus.

Nil habeo, qvod] reſpondens moleſtus ait ſe vacuum eſſe, & impigrum.

Demitto avricvlas,] demiſſæ auriculæ in iumentis ſignificant defatigationem corporis, ſenſuúmq; torporē, ac lāguorem. Itaq; ſi quis ad homines transferens, dicat, aliquem demiſſis auriculis eſſe, ſignificat, eum animo laborare, languere, demiſſo animo eſſe, quippiam

ægré

ægrè ferre. Plato lib. 10. de rep. Τὰ μὲν πρῶτον ὀξέως ἀποπηδῶσι, τελευτῶντες δὲ καταγέλαστοι γίγνονται, τὰ ὦτα ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχοντες id eſt, primò quidem celeriter exſiliunt: ad extremum verò ridiculi fiunt, auriculas in humeros demittentes. ſup. Oda 14. lib. 2. *Demittit atras bellua centiceps Aureis.*

Vt iniqvæ mentis as.] vt iniquo animo onus impoſitum ferens aſellus. vel dic iniquæ mentis, id eſt, pigro ingenio. tales enim aſini ſunt. itaque inepti ſunt ad equitem, ſeu ſeſſorem vehendum. ex quo illud κέλης ὄνος: de eo, qui ſit ineptus ad munus aliquod adminiſtrandum. Eſt autem κέλης, equus ephippiatus, & frenatus ad vehendum ſeſſorem aptus, differens ab eo, qui cū altero iunctus eſt currus trahendi gratia. Videtur autem hoc prouerbium M. Tullius vſurpaſſe epiſt. 15. lib. 10. ad Attic. vt quidem locum illum legit Simeo Boſius Lemouix. Nā vbi vulgò legitur, Scytha ὄνον, ille coniectura ductus, & veteris ſcripturæ veſtigia ſecutus, putat à Cicerone ſcriptum eſſe. habes κέλητα ὄνον: id eſt, habes equum, quo veharis, tardum, tanquā aſinum: vel habes ſaltem aſinum, quo vehi poſſis, & qui tibi loco equi ephippiati eſſe poſſit: vel aliqua alia ſententia eſt reconditior. nempe Atticum ſua ſponte ad proficiſcendum eſſe tardiorem.

B

Svbiit onvs] ſc. o.nus, trochæus, ſeu tribrachus pro dactylo, vt ſup. Sat. 4. *Qui non defendit alio culpante.* & Od. 3. lib. 2. *Cæca timet aliunde fata.* & Sat. 3. lib. 2. *amator Excluſus, quî diſtat, agit vbi ſecum, &c.*

C

Viscvm] Sat. vlt. huius lib. *& hæc vtinam Viſcorum laudet vterque.* & Sat. vlt. lib. 2. *Summus ego, & propè me Viſcus Thurinus.*

Qvis membra movere] ſaltare. Lucret. lib. 4. *vt videantur Cernere ſaltanteis, & mollia membra mouenteis.*

Invidrat qvod et Herm.] ego ita bellè canto, vt vel Hermogenes ipſe, qui cantor eſt optimus, mihi inuideat. Attende vt Horatius hunc garrulum ac moleſtum, faciat etiam arrogantem, atque ineptè, & glorioſè multa de ſe prædicantem.

Interpellandi locvs] hîc erat interloquendi (inquit Horatius) & ſermonis interrumpendi locus. itaque quæſiui ab eo, materne eius viueret? cognatóſne haberet? &c.

D

Qveis] quibus tua ſalus eſt vtilis, ac neceſſaria? vel quibus tua opera opus eſt? quidam libri veteres habent ordine verborum conuerſo, *quibus eſt te ſaluo opus?*

Havd mihi qv.] reſpondet garrulus, propinquum ſibi ſupereſſe neminem, omneis à ſe eſſe compoſitos, id eſt, conditos & humatos.

Omneis composvi.] id eſt, omneis cognatos, & propinquos meos condidi ſeu omnium illorum oſſa, & reliquias in vrna cōpoſui. Virg. lib. 1. Æneid. *nunc placida cōpoſtus pace quieſcit.* ibidem tranſlatè, *Ante diem clauſo componet veſper Olympo, &c.* Catullus propriè ad Malleum.

A *Quem nunc tam longè non inter nota ſepulcra Nec propè cognatos compoſitum cineres, &c.*

Felices] mortuos appellant Græci μακαρίτας, vel κατ' εὐφημισμὸν, id eſt, boni ominis cauſa, quemadmodum iidem Furias, Eumenidas vocant: vel quaſi beatos, & omnibus calamitatibus, & miſeriis humanis defunctos, ac liberatos. Idcircò putant nonnulli hæc eſſe cōiunctim legenda: *omneis compoſui feliceis.* à quibus diſſentio, arbitrórque Horatium reſpondere, illos eſſe, vt mortuos feliceis, quippe quorum aureis huius hominis non ferenda loquacitas non ſit amplius verberatura: atque ob eam cauſam nunc verè dici poſſe feliceis, id eſt, μακαρίτας, non eo ſolùm nomine, quòd mortui, ſed quòd maxima moleſtia, nēpè huius loquacitate, defuncti ſunt. Theocr. φαρμακ. καί μ' ἁ Θευχαρίλα Θρᾷσσα τρόφος ἁ μακαρῖτις ἀγχίθυρος ναίοισα κατεύξατο. id eſt, & me Theocharila Thracia nutrix felix, id eſt, quæ mortua eſt, hîc in propinquo habitans, orauit, &c. Lucian. περὶ πένθους. ἐάσον ἀναπαύσασθαι τοὺς τοῦ μακαρίτου δαίμονας. id eſt, ſinito quieſcere felicis, id eſt, mortui genios. Vtrum autem mortui, felices ac beati dici poſſint, nécne, diſputat Ariſtoteles lib. 1. de moribus ad Nicom.

Pvero] tùm, cùm puer eſſem.

Divina vrna] ſortibus in vrnam coniectis, quibus diuinantur, id eſt, præſentiuntur, & prædicuntur futura: de quibus diſputans M. Tull. de diuinat. lib. 2. ait totam rem eſſe inuentam fallaciis aut ad quæſtum, aut ad ſuperſtitionem, aut ad errorem.

Hvnc] puerum Horatium. ſunt etenim verba anus Sabinæ ex ſortibus Horatio ſua fata canentis.

Latervm dolor πλευρῖτις. M. Tull. lib. 2. de orat. ad Qu. fr. *diéque ſeptimo eſt laterum dolore conſumtus.* Horat. Sat 3. lib. 2. *vt ſolet in cor Trajecto lateris miſeri, capitiſque dolore.* de lateris doloribus lege Corn. Celſ. lib. 4. cap. 6.

Tvssis] βήξ. infrà Sat. 5. lib. 2. *ſi quis Fortè coheredum ſenior malè tuſſiet.* De tuſſis generibus, & remediis lege Corn. Celſum lib. 4. cap. 4.

Avt tarda pod.] Nodoſam appellat epiſt. 1. lib. 1. de articulorum doloribus in manib. & pedib. idem Celſus lib. 4. cap. 24.

Garrvlvs nvnc qvando, &c.] quando, id eſt, quandoquidem, ſeu quoniam homo garrulus hunc quouis tempore conſumet. Porp. & Acr. *quando conſumet cumque* dictum eſſe volunt κατὰ τμῆσιν, cùm vox *quandocumque* huic loco nullo modo conuenire poſſit, niſi abſolutè accipias pro quouis tempore. *cumque* igitur, ſi ſeparatim accipias, idem valebit, quòd *quandocumque* abſolutè, ſeu quouis tempore, vt Od. 32. li. 1. *Dulce lenimen mihi cúmque ſalue Ritè vocanti.* & ita Lucret. lib. 4. *Omne genus quoniam paſſim ſimulacra feruntur, Partim ſponte ſua, quæ ſiunt aëre in ipſo, Partim quæ variis ab rebus cúmque recedunt:* niſi ſi quis apud Lucret. particulam *cúmque* cum prono-

cabulo *quæ* coniungendam eſſe dicat.

AD VESTÆ] ædem, vt M. Tull. lib. 6. epiſt. ad Att. *atqui nihil habuit inſcriptum niſi cenſor, ea ſtatua, quæ ad Opis aperte poſita in excelſo eſt.* Catull. de Vari ſcorto, *volo ad Serapis ferri mane.* Terent. Adelph. *ubi ad Dianæ veneris, ito ad dexteram.* Iterum M. Tull. pro Cluent. *ſicut in ſtatuis inauratis, quas ad Iuturnæ poſuit.* Idem ad Att. lib. 14. *Rapinas ſcribis ad Opis fieri.*

QVARTA IAM PARTE D. P.] id eſt, hora tertia diei præterita. ſinguli enim dies in duodecim horas inæqualeis diuiduntur.

VADATO] ei, cui vadimonium promiſerat: ei, qui ſe in ius vocauerat, vadibus acceptis. nam vadari eſt in ius vocare, vadibus, id eſt, fideiuſſoribus acceptis. M. Tull. pro Quinctio, *hic hominem in præſentia non vadatur: ita ſine vadimonio diſceditur.* ibid. *debere tibi dicis Quinctium: procurator negat: vadari vis, promittit: in ius vocas, ſequitur iudicium poſtulas, non recuſat.* ſunt autem vades, qui promittunt ſuo periculo aliquem vadimonium obiturum, ita, vt, ſi ille non obeat vadimonij diem, vas æſtimationem litis ſubeat, ac ſufferat, quemadmodum ſuprà annot. ad Sat. 1. vel breuius, (vt Varro) *vas appellatus, qui pro altero vadimonium promittebat.* omninò vas interdum videtur ſimpliciter pro ſponſore vſurpari, vt M. Tull. epiſtol. ad Brut. *Maximo autem, cum hæc ſcribebam, afficiebar dolore, quòd, cum me pro adoleſcentulo, ac pæne puero reſp. accepiſſet vadem, vix videbar, quod promiſerã, præſtare poſſe.*

SI ME AMAS] vocalis e hîc non ſolùm nõ eliditur: verùm etiam corripitur, tametſi longa ſit, vt ſuprà annot. ad Od. 11. epod. ſunt autem huius loquacis verba.

INTEREAM, SI] reſponſio Horatij omnia facientis, vt hunc loquacem à ſe abigat: ſed fruſtrà.

STARE] in iudicio, ſeu in iure. non ſatis validus vt in iure multas horas ſtare poſſim.

ET PROPERO, QVÒ SCIS] ad Cæſaris hortos, vt ſuprà dixit.

AN REM] litem, ſiue cauſam: vnde rei ſunt appellati, quorum res agitur. vide Feſtum, & Ciceron. in lib. 2. de oratore: idque duobus locis.

ME SODES] me relinque, amabo te, inquit Horatius, potiùs quàm rem, id eſt, cauſam tuam. *ſodes* pro ſi audes, inquit M. Tull. perf. Or. infrà epiſt. 7. *veſcere ſodes.*

SEQVOR] victorem, videlicet garrulum. nã ſuperiora illa ſic ſunt diſtinguenda: *vt contendere durum eſt cum victore*, id eſt, cum pertinaci, qui me odio vicit, vt ſuprà Satyr. 7. *atque odio qui poſſet vincere regem.*

MÆCEN. QVOMODO TEC. HINC R.] ſermonem intermiſſum ab hoc principio repetit his verbis, Quomodo tecum agit Mæcenas? quomodo ſe aduerſus te gerit? qualem ſeſe erga te præbet Mæcenas?

PAVCOR. HOMIN.] reſpondet Hor. Mæcenas paucorum eſt hominum, id eſt, paucis hominibus familiaris eſt, paucos homines in conſuetudinem, & familiaritatẽ ſuam recipit: paucis hominibus patet ad Mæcenatem aditus, & familiaritas. ſic Terent. Eunuch. *Imo ſic homo eſt, perpaucorum hominum.* GNATHO. *imo nullorum eſt, ſi tecum viuit.* Cicero fragment. lib. de fato. *Cum autem Scipio vnum & alterum ex iis, qui eum ſalutatum venerant, inuitaſſet, pluresque etiam inuitaturus videretur: in aurem Pontius: Scipio, inquit, vide quid agas: acipenſer iſte, paucorum hominum eſt.* refert Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 16.

NEMO DEXTERIVS F.] verba loquacis. fortunatus (inquit) fuiſti in eo, quòd te Mæcenas admiſit in amicorum ſuorum numerum.

ADIVTOREM] συνεργὸν, συμπαράκτορα ἢ συλλήπτορα.

FERRE SECVNDAS] parteis ſubiret, id eſt, qui tibi ſecundus eſſe, ſeu inſeruire poſſet. qui dicantur hiſtriones primarum & ſecundarum partium, dicemus ad illum locum, *vel potens mimum tractare ſecundas*, epiſt. 17. ad Lollium 2. lib. 1.

HVNC HOMINEM] me δεικτικῶς. pergit autem loqui garrulus hunc verſum in omnibus libris excuſis, præpoſtera verborum poſitura deprauatum, reſtitui, ex auctoritate omnium librorum manuſcr.

TRADERE] commendare. vide annot. ad epiſt. ad Claud. Neron. lib. 1.

SVMMOSSES OMNEIS] omneis, qui tibi obſtant, & qui te antecedũt gratia apud Mæcenatem, dudum perculiſſes, aut certè loco depuliſſes. Od. 10. lib. 2. *informes hiemes reducit Iupiter: idem ſummouet.* Quemadmodũ in diuitũ, & potentiorũ virorũ domibus familiares, & comites diuitis inter ſe æmulentur, & alter alterũ euertere conetur, pulchrè deſcribit Lucianus in li. περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν τῇ διαβολῇ, his verbis, πάντες οὖν ἀλλήλοις ὀξὺ δεδόρκασι, καὶ ὥσπερ οἱ μονομαχοῦντες, ἐπιτηροῦσιν ὅπου τι γυμνωθὲν μέρος θεάσαιντο τοῦ σώματος, καὶ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος εἶναι βουλόμενος παρωθεῖται, καὶ παραγκωνίζεται τὸν πλησίον, καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ, εἰ δύναιτο, ὑποσπᾷ, καὶ ὑποσκελίζει, &c. id eſt, omnes igitur acutè intuentur, &, quemadmodum qui ſingulari certamine inter ſe depræliantur, obſeruant ſi quam partem corporis nudam, atque apertam cernere queant: & vnuſquiſque primus eſſe volens, pellit, & cubito trudit vicinũ, eúmque, qui antecedit, ſi poteſt percellit, & ſupplantat, &c.

NON ISTO VIVIMVS] reſpondens Horat. Nulla eſt (inquit) in familia Mæcenatis talis æmulatio, nulla obtrectatio, nullæ inſidiæ, nulla inuidia.

NEC MAG. HIS ALIENA MALIS] æmulatione, obtrectatione, inuidia, criminationibus occultis, inſidiis, & calumniis. quorum malorum plene ſunt potentiorum virorum, & principum aulæ.

NIL MI OFFICIT VNQ.] libri manuſcripti aliquot habent, *nil mi officit, inquam.*

MAGNVM

Magnvm narras] hæc dicuntur à garrulo. magnum eſt id, quod narras.

Atqvi Sic ii.] reſpondentur hæc ab Hor. etiam ſi hoc, quod dico, magnum tibi, & propè incredibile videatur, ſic eſt tamen. quidam libri veteres habent. *atquin.*

Accendis] verba garruli. incendis me (inquit) ſtudio, & cupiditate talis familiaritatis.

Velis tantvmmodò] ſatis eſt te hoc velle, inquit Horat. virtute enim tua facilè apud Mæcenatem, honeſtiſſimum locú obtinebis, omneiſque difficultates ſuperabis, & perfringes. Iam verò obſeruatione dignum eſt hoc loquendi genus, *qua tua virtus, expugnabis*: quod tantundem valet, quantum, ſi diceret, ea eſt tua virtus, vt facilè ſis expugnaturus: vel ea, qua præditus es, virtute, facilè ad Mæcenatis amicitiam peruenies. ſic ſæpe loquitur M. Tull. vt epiſt. ad Rufum lib. 5. *tamen, qua tua eſt ſuauitas, quique in me amor, nolles à me hoc tempore æſtimationem accipere.* Idem ad Trebat. lib. 7. *Moriar ni (qua tua gloria eſt) puto te malle à Cæſare conſuli, quàm inaurari.* Idem pro Sylla, *Qua ſi de vno me cogitaſſet, qua mollitia ſum animi, ac lenitate, numquam me hercule illius lacrymis ac precibus reſtitiſſem.* Idem pro Cœlio, *Genus orationis facultatem, copiam ſententiarum, atque verborum (qua veſtra prudentia eſt) perſpexiſtis.* Idem ad Att. lib. 7. *& ſi eſſet factum, (quæ tua eſt humanitas) aſcripſiſſes.*

Havd mihi deero] loquitur hæc garrulus. non mihi (inquit) deero, id eſt, omnem diligentiam adhibebo, vt eò perueniam. non prætermittam facultates eò perueniendi, quæ ſeſe mihi offerent. quid ſit, deeſſe ſibi, diximus ad Sat. 4. huius lib. ibi. *neque enim cum lectulus, aut me Porticus excepit, deſum mihi.*

Tempora qværam] καιροφυλακήσω, καιροφυλακτήσω: tempus occupabor, ſeu obſeruabo, ſeu, vt Liuius, captabo.

Nil sine magno Vita l. d.] ſententia eſt multorum veterum ſcriptis celebrata. Pindar. εἰδ. ε. ὀλυμπ. αἰεὶ δ' ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνος, δαπάνα τε μάρναται πρὸς ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον. id eſt, ſemper autem ob virtutes labor ſuſcipitur, & ſumtus fit in rem cum periculo coniunctam. Idem εἰδ. ι. ibid. ἄπονον δ' ἔλαβον χάρμα παῦροι τινές. id eſt, lætitiam ſine labore pauci ceperunt. Sophocl. in Electr. πόνου τοι χωρὶς οὐδὲν εὐτυχεῖ: id eſt, ſine labore nihil fortunatum eſt. Heſiod. Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι, &c. noti enim ſunt verſus: & profert eos M. Tull. libr. 6. epiſt. ad familiar. epiſt. ad Leptam. i. *Virtutem dij immortales ſudore parari, Atque labore volunt.* protulimus & ſup. Oda 24. lib. 3. ibi, *Virtutiſque viam deſerit arduæ*: ſeu *arduam.* Sed videtur Horatius ex Epicharmo potiùs, quàm è quouis alio expreſſiſſe. ſic enim ille, τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγαθ' οἱ θεοί. id eſt, dij nobis omnia bona laboribus vendunt. Sic & Phocylides, οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον. Cum his congruunt & illa Virgiliana lib. 1. Georg. *pater ipſe colendi Haud facilem eſſe viam voluit: primuſque per artem Mouit agros, curis acuens mortalia corda: Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno.* & prouerbium illud à Platone vſurpatum libr. 6. de Rep. Τὰ καλὰ τῷ ὄντι χαλεπά: id eſt, quæ pulcra ſunt, planè ſunt difficilia. Contrà qui mollia quærunt, & ſequuntur, ferè dura reperiunt, vt admonet Epicharmus, his verbis, quæ mendoſa leguntur apud Xenoph. lib. 2. Ἀπομνημ. ὦ πονηρὲ μὴ τὰ μαλακὰ μῶσο, μὴ τὰ σκλήρ' ἔχῃς. ſic autem ſunt emendanda, ὦ πονηρὲ μήτι μαλακὰ μῶσο, μὴ τὰ σκλήρ' ἔχῃς: id eſt, ô infelix, ne tu mollia quære, ne dura habeas.

Hæc dvm agit] hæc dum loquitur. ſic habent omnes ferè libr. vet. vnus & item alter, *Hæc dum ait*, quos non ſum ſecutus. neque id temerè. nam qui loquitur, agit. præterea ſic locutus eſt Sat. 3. lib. 2. *amator Excluſus qui diſtat, agit vbi ſecum, eat, an non, &c.* Fvscvs Aristivs] ad quem exſtat Horatij epiſt. libr. 1. hoc principio, *Vrbis amatorem Fuſcum ſaluere iubemus.*

Rogat] Ariſtius: & à me rogatus, vnde veniret, & quò tenderet, viciſſim reſpondet.

Vellere coepi] ſignificans me cupere ab hoc garrulo eripi.

Pressare] ſic reſtitui ex auctoritate cod. duor. Vatic & Rainurij Card. Don. Torn. Clericani, Nicotiani, ceteris.

Lentissima brachia] quid ſibi vult vox *lentiſſima*? an molliſſima? an potiùs preſſationem minimùm ſentientia? aut certè ita lenta, vt ſentire non viderentur?

Nvtans, Distorq. oc.] innuens ei, & oculos huc, & illuc mouens, διΐλλων, obſcurè & tacitè admonens, vt me eriperet. vide annotationem ad illum locum, *Deme ſupercilio nubem*, epiſt. 18.

Malè salsvs R. d.] nimiùm ſalſus, vel in meam fraudem ſalſus, diſſimulabat ſe intelligere quid vellem.

Mevm iecvr vr. b.] iecur vrebat. atqui iecur, ſedes bilis non eſt, ſed libidinis, vt annot. ſup. ad Od. 13. lib. 1.

Certè nescio qvid] hæc dicebat Horatius Fuſco, vt per ſpeciem colloquij ſecreti hoc garrulo defungi poſſet.

Memini bene] reſpondet Fuſcus planè aliud, quàm cupiat Horatius, idque dedita opera, cum eo perfacetè, & perurbanè iocans, vt is magis, ac magis ab hoc garrulo vrgeatur, & pæne dicam, eneceтur.

Hodie tricesima Sabbata] Sabbata dicunt Latini numero multitudinis, vt cetera dierum feſtorum nomina, Saturnalia, Floralia, Palilia, Faunalia, Terminalia tricesima autem appellantur fortaſſis à dierum numero, quibus menſes conſtant. quamuis enim Iudæorum menſes cum lunæ curſu congruentes, viceſimo nono quoque circiter die compleantur, tricenarius tamen numerus rotundior, & aptior erat verſui, quàm vicenarius nouenarius. Quinetiam dici

poteſt, Iudæorum menſeis cum lunæ curſu congruiſſe,& tamen triginta diebus cōſtitiſſe, quemadmodum & Athenienſium. credibile eſt autem prima cuiuſque menſis Sabbata, Iudæis fuiſſe religioſiſſima. Iam verò ne illud quidem dubium eſt, quin plerique etiam Latini ac Romani, temporibus illis Iudæorum religionem, ac cæremonias coluerint. ſed cùm hæc explicatio mihi non ſatisfaceret, Iudæum quendam de ſuis Sabbatis, & de annorum, menſiúmq; ſuorum ratione conſului. ex ijs, quæ mihi reſpondit, collegi, triceſima Sabbata ea eſſe intelligenda, quæ ab ijs maxima religione coluntur, atque obſeruantur: quo die agnum immolant,ſeu mandunt potiùs,& comedunt. quod Sabbatum, (vt barbarè loquar) triceſimum eſt ordine, ſi Sabbata à principio anni B numeres. annus enim apud illos initium capit à menſe Septembri. Alij per triceſima Sabbata, neomeniam ſignificari volunt: quæ feriæ triceſimo quoque die menſis redeunt. Iam quod Plutarchus συμποσ. Δ. προβλ. ϛ. putat Sabbata dicta à voce Bacchantium σάββα, ignoratione linguæ Syriacæ,errat. dicta ſunt enim Sabbata à verbo ſabbat, quod valet ceſſare, & feriatum eſſe.

Vin' tv Cvrris Ivd. opp.] id eſt, vin' tu Iudæorum religionem contemnere, irridere, ac pro nihilo putare? oppedere eſt ventris crepitum in alterius odiom,& contumeliam edere: quod dicunt Græci καταπέρδειν, & ἀντικαταπέρδειν. Ariſtoph. Pluto, καὶ τῇ πενίᾳ ἀντικαταπαρδεῖν. id eſt, paupertati oppedere. Idem νεφελ. C καὶ βούλομαι ἀντικαταπέρδειν πρὸς τὰς βροντάς.

Cvrtis] ſuprà Saty. 5. *apellas* nominauit: quod tantundem valet: vt quidem vulgus explicat. nam illic admonuimus de Scaligeri ſententia, Apellam Iudæi alicuius, qui tum viueret, nomen proprium fuiſſe. *Curtos* igitur Iudæos intellige, recutitos, verpos, ἀπεψωλημένοις. Curtos autem appellat, quòd pellem eam, quæ glandem caudæ ſalacis tegit, habeant circumciſam,& quaſi decurtatam, ſic ferè ſuprà Saty. 6. mulum curtum dixit, cui cauda eſſet breuior, & decurtata, non hæc ſalax, ſed illa, quæ nateis operit. quamquam in illa Satyra quidam mulum, curtum volunt eſſe dictum, cui non eſſet integra pellis, ſed quadam parte lacera,& detrita: cum quibus non D pugnabo.

Nvlla mihi (inqvam Rell.] multis locis perſpicuè oſtendit Horatius, ſe omneis religiones contemnere.

At mi. svm pavllo] at mihi (inquit Ariſtius) religio eſt aliqua: ego religionibus aliquantum ſum deditus: aliquanto ſum ſuperſtitioſior.

Vnvs Mvltorvm] vnus è multis, epiſtola ad Numicium lib. 1. *Vnus vt è multis populo ſpectante referret Emtum mulus aprum.* & infrà Satyra 10. *Vnus vinorum*. neque verò ijs aſſentior, qui putant dictum eſſe ab Horatio, *vnus multorum* pro eo, quod Græci dicunt, εἷς τῶν πολλῶν, id eſt, vnus è plebe, ſeu vnus è vulgo. ſed arbitror

eſſe poſitum. pro illo εἷς πολλῶν, id eſt, egó vnus egregiè præter ceteros.

Hvncine solem Tam nigr.] loquitur Horatius, ſuum caſum deplorans. *nigrum ſolem* pro die infauſto, triſti, & inauſpicato dixit: quemadmodum diem atrum veteres appellabant ad res gerendas ineptum, & nefaſtum: quales erant Kalendæ, Nonæ, Idus, quòd his diebus imperatores infeliciter rem geſſiſſent. Catullus contrà *ſoles candidos* vſurpauit, pro diebus lætis, optatis, & iucundis, vt carm. ad ſeipſum. *Miſer Catulle deſinas ineptire, Et, quod vides periſſe, perditum ducas. Fulſere quondam candidi tibi ſoles, &c.* & Propert. libr. 2. *O me felicem, nox ô mihi candida, & ô tu Lectule delicijs facte beate meis.* & Tibull. *auroram candidam.* lib. 1. eleg. 3. *Hoc precor: hunc illum nobis aurora nitentem Luciferum roſeis candida portet equis.* vide annot. ad Od. 36. lib. 1.

Svrrexe] id eſt, ſurrexiſſe: vt ſup. *erepſemus*, pro erepſiſſemus, Sat. 5. ad quem locum lege, ſi tibi lubet, quæ annotauimus.

Svb cvltro linqvit] id eſt, in extremo diſcrimine, ductum à victimis iamiam mactandis. Tale ferè illud eſt apud Homerum Ἰλιάδ. κ. ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς: id eſt, in acie nouaculæ ſtat.

Et licet amtestari?] huius loquacis aduerſarios quærit à me, vtrùm ſibi liceat me teſtem in eum ſumere, nécne? id eſt, an ego paſſurus ſim illum meo teſtimonio vti. eſt enim amteſtari vnum aliquem ex ijs, qui aſſunt, prehenſa auricula, teſtem ſumere. quo facto licebat ei, qui vadibus acceptis quempiam in ius vocaſſet, manus ei inijcere, eúmq; in ius rapere. Quòd ſi quis non amteſtatus, manu iniecta aduerſarium ſuum in ius raperet, iniuriarum actione tenebatur. Plautus in Perſa, satvr. *age, ambula in ius leno.* D. *Quid me in ius vocas?* S. *Illic dicam apud prætorem. ſed ego in ius voco.* D. *nónne amteſtaris?* S. *tuan' ego cauſa carnifex Quoiquam mortali libero aureis atteram, Qui hic cōmercaris ciueis homines liberos?* idem declarat lex xij. tabul. quamquam deprauata ſit, neque facile ſit eam reſtituere. Hæc igitur verba legis videntur fuiſſe, Si vis vocationi pvat, avt si te in ivs vocantem non seqvatvr, amtestatvs em capito, ſeu, in ivs em rapito. Turn. ſic reſtituendam putat, si in ivs vocat, ni it, amtestatvs manvm iniicito, avrem amtestati capito. compoſitum autem eſt hoc verbum ab *am*, quod in compoſitione valet *circum*. & *teſtari*. quanquam Priſcian. aliter libr. 8. proferens illud Liuij Andron. *Impubes librepens eſſe non poteſt, neque amteſtari.* vult enim Latinum *amteſtari*, Græco illi προδιαμαρτυρηθῆναι reſpondere. ſed errat. Vſus eſt & M. Tullius hoc verbo in Miloniana.

Ego verò Opp. avric.] ego præbeo illi auriculam, vt me teſtem ſumat.

Rapit in ivs] garrulum. *rapit* autem vim

vim ſignificat, & actius eſt, quàm *ducit*. rapere au- A tem in ius ſuum aduerſarium hîc licet litigatori, qoia amteſtatus eſt. alioqui non liceret, vt diximus. ſic Sat.3.lib.2. *Cum rapies in ius malis ridentem alienis.* Plaut. Aſinat. *Nam vadi hunc ipſum abducere, & rapere in eius Exarambum.* Idem Aulul. *Iam quidem ad Prætorem hercle te rapiam: & tibi ſcribam dicam.* Ad prætorem trahere autem, & in ius trahere, idem valere. ſciunt qui pandectas iuris ciuilis vel extremis digitis attigerunt. Ios enim ſignificat etiam tribunal, aut certè locum, vbi prætor ius dicit.

SIC ME SERV. AP.] qoidam hæc referunt ad Apollinis ſtatuam eburneam, quæ poſita erat in foro Augoſti, vt ſignificet Horatius, ſe rapto tandem in ius adoerſatio, quaſi beneficio fo- B renſis Apollinis liberarum eſſe: à quibus diſſentite oolim. habebatur enim deus ἀλεξίκακος & ἀποτρόπαιος Apollo, id eſt, malorum depulſor, & ſeruator. ſed tameo credibile eſt, Horatiom vna opera ad illum Homeri locum reſpexiſſe, vbi Ænean cum Achille congreſſum eripit Apollo. verſus ſunt hi, ἰλιάδ. υ. τὸν δ' ἐξήρπαξεν Ἀπόλλων ῥεῖα μάλ', ὥστε θεὸς, ἐκάλυψε δ' ἄρ ἠέρι πολλῇ, id eſt, hunc autem valde facile eripuit Apollo, vt deus. multa autem caligioe obtexit. ſic & ἰλιάδ. γ. Paridem, qui Menelaum ad ſingulare certamen prouocarat, ab eóque pæne victus, atque ad naueis pertractus erat, eripit Venus. τὸν δ' ἐξήρπαξ' Ἀφροδίτη ῥεῖα μάλ', ὥστε θεὸς ἐκάλυψε δ' ἄρ ἠέρι πολλῇ, id eſt, eum autem eri- C puit Venus valde facile, &c.

TVRNEBVS.

EX lib. 15.cap.18. In illo elegantiſſimo & ſuauiſs. feſtiuiſſimóque ſermone Horatij, quo graphicè exprimitur importuni ſcurræ & hominis odioſiſſimi moleſtia, *- nunquid vis occupo,* more Romano dictom eſt. Sic n. loqui ſolebat, qui vel diſcedere ab aliqoo, vel aliquem à ſe dimitere volebat. Terentios, Eunucho act. 2. ſc. 3. *Rogo nunquid velit: rectè inquit, ab eo.* ait Horatius,

- ô te Bollane cerebri

Felicem aiebam tacitus. Vbi græcari videtur. Nam illi μακαρίζω σε τοῦ φρονήματος. dicunt, ſubaudiuntque ἕνεκα, vt & hic ſubintelligitur cauſa. D Cerebroſum autem fuiſſe Bollanum indicat, apertæque & ingenuæ libertatis & bilis hominem, qui moleſtos ferre nullo modo poſſet: ſed eos obiorgaret audacter, & à ſe contumelioſè dimitteret amandaretque.

Sed nec illud omittam, quod leoe dictu eſt,

- & totus in illis, legi in antiquis exemplaribus, cùm ab editionibus exulet eoniunctio, qua quidem ſcio & ſententiam carere poſſe. *Trans Tiberim longè cubat is propè Cæſaris hortos.* Iulij Cæſaris horti trans Tiberim erant prope portam Portuenſem: de ioduſtria autem locum longinquum in vltima vrbis regione ſitum meotitus eſt extra Ianiculum, vt aſſectatorem à ſe abigeret atque remoueret.

- eſt tibi mater?

Cognati? quis te ſaluo eſt opus? habéſne charos & propinquos, qui tuo auxilio egeant, quos à te curari oporteat, quorum negotia à te geri, potius quàm me otioſè comitari, qui niſi te ſaluo & incolumi ſalui eſſe non poſſunt, nec ſi te careant. Importunus ille & odioſus oebulo te omnes ſuos ſepeliſſe ait, neque quicquam ſe negocij habere.

Ex lib. 10. cap.11. *Ante diem clauſo componet veſper olympo*, vt de die mortuo dicitur à Marone 1. Æneid. Nam componi mortui dicuntur. Horatius, *Omnes compoſui, fælicer, nunc ego r. ſto.*

Ex lib. 18. cap. 27. Noctu cælum claudi cenſebant, hioc illod Maronis,

Ante d. c. c. v. o. Ac vt illud *componet* obiter explanem, à cadaueribus ductum eſſe reor, quorum oſſa & reliquiæ in vrna componebantur. Horatius, *Omnes c. ſ. n. e. r.*

Confice. Nam de die emetito & exacto, vt mortuo loqoi plerumque conſueuerant. Plautus, Menæchi. ſc. Ni mala, ni ſtulta. *Dies quidem iam ad vmbilicum dimidiatus eſt mortuus.*

Ex lib. 15. cap. 18. Illud porro, *Aut valeo ſtare*, eſt: cùm homines cogantur ſtare in Iure ante prætoris tribunal, neque ibi ſedere liceat, aut honeſtom ſit, tandiu ego illic ſtare non poſſim, oec te iuuare queam, qui ius neſcio. Ait apud Flaccum ille ſcurra, *- paucorum hominum & mentis benè ſanæ*, quod eſt, paucos in amicitiam recipit, neque vulgo ad eum familiariter aditus patet, neque ſe multis communicat, ſed paucis, iiſque valde prudentibus ſaniſque Apud Cic. de Fato, acipenſer paucorum hominum perfacetè dicitor, ad cuius dapes multi conuiuæ oon ſont adhibendi, quaſi acipenſer multis communicari nolit. Cicero apud Macrob. lib. 3. Sat. cap. 16. *Nam cum eſſet apud ſe ad lacum Auernum Scipio vndique Pontius, allatus eſt fortè Scipioni acipenſer, qui admodum raró capitur: ſed eſt piſcis, vt ferunt, imprimis nobilis. Cùm autem Scipio vnum & alterum ex his qui eum ſalutatum venerant, inuitaſſet, pluréſque etiam inuitaturus videretur, in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas: acipenſer iſte paucorum hominum eſt.*

-- eóque

Difficiles aditus primos habet, qui ſe facilè vinci expugnarique ſentiunt, cùm quid ab ipſis petitur, ſe muniont aduerſus fallacium & audacium hominum poſtulationes, aditum ad ſe intercludendo. *- vnde venis &*

Quo tendis, rogat & reſpondet: hoc ita interpretor, rogauit me vnde venirem & quo tenderem: & mihi quoque roganti vnde veniret & quo tenderet, reſpondit: Vtrumque enim miro orationis compendio conſtrinxit. Quod, inqoit, ſolet rogari viciſſim & reſponderi, vnde venis & quo tendis, rogauit & reſpondit.

Ex lib.1.cap.19. *Et preſſare manu lentiſſima brachia*, valet pigra, tarda, ſorda, ſegnia, nihil commota meo preſſu, vt ab Ouidio ſcriptum eſt, epiſt. 1. Penelop. Vlyſſi. *Aut vbi lentus habes*. vide Odam 15. Epod.

Digitized by Google

Ex lib. 15. cap. 18. At vero *- tricesſima ſabbata,* ſignificare videntur neomeniam, vt quidam non ineleganter cenſent, quæ feriæ triceſimo quoque die, menſis initio repetunt. Nam Iudæorum menſes triginta dierum erant, vt menſes Athenienſium: ac ſabbatum pro feſto die hic ponitur, ob ſabbati cultum: & neomeniæ triceſima ſabbata vocantur, ad diſcrimen ſabbati ſeptimi. Satyricum autem vocabulum eſt, *oppedere*, honos auribus, ioci cauſa & riſus poſitum, in ſeria oratione & honeſta & graui te non vſurpandum.

Ex libr. 6. cap. 24. *- ſic me ſeruauit Apollo.* nam qui mala depellit, ſeruat. Vide ſuper Odam 21. lib. 1. carminum.

ARGVMENT. SAT. 10.

Hac ſatyra reſponder ijs quos offenderat ſuprà, ſatyra quarta, cùm Lucilij verſus reprehenderet, ac ſuæ reprehenſionis rationem reddit, qua eam fuiſſe iuſtam oſtendit.

Nempe incompoſito dixi pede currere verſus
Lucili quis tam Lucili fautor ineptè eſt,
*Vt non hoc fateatur? at idem, quod * ſale multo*
Vrbem defricuit, charta laudatur eadem.
Nec tamen hoc tribuens, dederim quoque cetera. nam ſic
Et Laberi mimos, vt pulchra poëmata mirer.
Ergo non ſatis eſt riſu diducere rictum
Auditoris: & eſt quædam tamen hîc quoque virtus.
Eſt breuitate opus, vt currat ſententia, neu ſe
Impediat verbis laſſas onerantibus aureis.
Et ſermone opus eſt modò triſti ſæpe iocoſo,
Defendente vicem modo rhetoris, atque poëtæ
Interdum vrbani parcẽtis viribus, atque
Extenuantis eas conſultò. ridiculum acri
Fortius: & melius magnas plerumque ſecat res.
Illi ſcripta quibus comœdia priſca viris eſt,
A *Hoc * ſtabant: hoc ſunt imitandi: quos neque pulcher*
*Hermogenes vmquam lègit, neque * ſimius iſte*
Nil præter Caluum, & doctus cantare Catullum.
*At * magnum fecit, quòd verbis Græca Latinis*
*Miſcuit. ô * ſeri ſtudiorum, * qui ne putetis*
B *Difficile, & mirum, Rhodio quod Pitholeonti*
Contigit. at ſermo lingua concinnus vtraque
Suauior: vt Chio nota ſi commiſta Falerni eſt.
Cùm verſus facias, teipſum percontor: an, & cùm
Dura tibi peragenda rei ſit cauſſa Petilli:
Scilicet oblitus patriæque, patriſque, Latinè
C *Cùm Pedius cauſſas * exſudet Poplicola, atque*
Coruinus patrijs intermiſcere petita
*Verba foris malis, * Canuſini more bilinguis?*
Atqui ego, cùm Græcos facerem, natus mare citra,
Verſiculos, vetuit me tali voce Quirinus,
Poſt mediam noctem viſus, cùm ſomnia vera:
D *In ſiluam non ligna feras * inſanius, ac ſi*
Magnas Græcorum malis implere cateruas.
*Turgidus Alpinus, * iugulat dum Memnona, dúmque*
Defingit Rheni luteũ caput, hæc ego ludo:
Quæ nec in æde ſonent certantia iudice Tarpa:
Nec redeant iterum, atque iterum ſpectanda theatris.

Arguta

Arguta meretrice potes, Dauóque Chremeta
Eludente ſenem, comis garrire libellos
Vnus virorum Fundani. Pollio regum
*Facta canit * pede ter percuſſo. forte epos acer,*
Vt nemo, Varius ducit. molle, atque facetum
Virgilio annuêrunt gaudentes rure camœnæ
** Hoc erat, experto fruſtra Varrone Atacino,*
Atque quibuſdam alijs, melius quod ſcribere poſſem,
Jnuentore minor: neque ego illi detrahere (auſim
Hærentem capiti multa cum laude coronam.
At dixi fluere hunc lutulentum. ſæpe ferentem
Plura quidem tollenda relinquendis. age, quæſo,
C *Tu nihil in magno doctus reprendis Homero?*
Nil comis Tragici mutat Lucilius AttI?
Non ridet verſus EnnI grauitate minores,
Cùm de ſe loquitur, non vt maiore reprenſis?
Quid vetat, & noſmet LucilI ſcripta legenteis
Quærere, num illius, num rerum dura negarit
*Verſiculos natura magis * factos & eunteis*
Mollius? aut ſi quis pedibus quid claudere ſenis,
Hoc tantùm contentus: amet ſcripſiſſe ducentos
Ante cibum verſus, totidem cenatus: Etruſci
Quale fuit CaßI rapido feruentius amni
A *Jngenium: capſis quem fama eſt eſſe, libriſque*
Ambuſtum proprijs: fuerit Lucilius, inquam,
*Comis & vrbanus: fuerit * limatior idem,*
Quàm rudis, & Græcis intacti carminis auctor,
Quámque poëtarum ſeniorum turba: ſed ille,
B *Si foret hoc noſtrum fato dilatus in æuum:*
Detereret ſibi multa: recîderet omne, quod vltra
Perfectum traheretur: & in verſu faciendo
Sæpe caput ſcaberet: viuos & roderet vngueis.
*Sæpe * ſtilum vertas, iterum quæ digna legi ſint,*
Scripturus: neque, te vt miretur turba, (labores,
Contentus paucis lectoribus. an tua demens
Vilibus in ludis dictari carmina malis?
Non ego. nam ſatis eſt equitem mihi plaudere: vt audax,
*Contemtis alijs, exploſa * Arbuſcula dixit.*
*Men' moueat * cimex Pantilius? aut crucier, quòd*
Vellicet abſentem Demetrius? aut quòd ineptus
D *Fannius Hermogenis * lædat conuiua TigellI?*
Plotius, & Varius, Mæcenas, Virgiliúſque,
Valgius, & probet hæc Octauius optimus atque
Fuſcus: & hæc vtinam Viſcorum laudet (vterque.
Ambitione relegata te dicere poſſum
Pollio, te Meſſalla tuo cum fratre, ſimúlq;
Vos Bibuli, & ServI, ſimul his te candide Furni:

Complureis alios, doctos ego quos, & amicos
Prudens prætereo: quibus hæc, ſint qualiacumque,
Arridere velim, doliturus, ſi placeant ſpe
Deterius noſtra. Demetri, téque Tigelli
Diſcipularum inter iubeo plorare cathedras.
I puer, atque meo citus hæc ſubſcribe libello.

Nempe incomp. dixi p. c.] dixetat Horat. ſuprà Saty. 4. Lucillium duriuſculum eſſe in componendis verſibus: quo nomine fuerat à nonnullis accuſatus. ijs igitur nunc reſpondet, & ſe ita purgat, vt oſtendat, ſe, quòd de Lucillio dixerit, iure dixiſſe. In nonnullis libris manuſcriptis reperiuntur hîc verſus octo, quorum hic primus eſt, *Lucili, quàm ſit mendoſus, &c.* verùm non ſunt Horatiani, ſed ab aliquo ſemidocto nebulone adiecti, qui, propterea quòd hæc ſatyra initium capit à voce *Nempe*, putauit hîc aliquid deſiderari, cùm planè nihil deſideretur. Neque eſt quòd quemquam moueant veteres libri, ſi qui hos verſus habent. Nam plureis libros producere teſteis poſſum, in quibus non reperiuntur. Præterea ſi in omnibus libris antiquis reperirentur, non tamen iccircò neceſſe haberem fateri eſſe huius poëtæ germanos verſus. Nam nullus ferè eſt liber Latinus manuſcr. qui annos quadringentos ſuperet. At hos alienos verſos, puto annos abhinc quadringentos eſſe factos, aut ſuprà. Non eſt igitur mirum, ſi in veteribus libris reperiuntur. Ineſt autem multo plus lepôris & venuſtatis in talibus principijs, præciſis (inquam) atque abruptis, quàm planis, atque integris, propterea quòd quædam relinquuntur auditori, ſeu lectori potiùs, ſubintelligenda, quæ ſubintelliguntur concinniùs, quàm à poëta exprimerentur. Hæc enim ſcilicet ſunt ſubintelligenda. Quid eſt quamobrem tam grauiter accuſet? aut quid eſt quòd ita de me querantur homines? *nempe incompoſito, &c.* id eſt, planè fateor, me dixiſſe Lucillij verſus eſſe incompoſitos, &c. Verſus autem, quos dixi, ſunt hi, ſi quis fortè eos requirer.

Lucili, quàm ſis mendoſus, teſte Catone
Defenſore tuo peruincam: qui malè factos
Emendare parat verſus: hoc lenius ille,
Quo melior vir eſt, longè ſubtilior illo,
Qui multum puer & loris, & funibus vdis
Exoratus, vt eſſet opem qui ferre poëtis
Antiquis poſſet contra faſtidia noſtra,
Grammaticorum equitum doctiſſimus. vt redeam illuc:
Nempe incompoſito, &c. Hos verſus ſi quis non videt non eſſe Horatianos in his literis parùm videt. Primus verſus in pleriſque libris antiq. habet, *Lucili quòd ſis mendoſus.* Quartum nemo non videt claudicare. deſinat autem claudicare, & recto ſtet talo, ſi ſic legatur, *Quo melior vir is eſt.* Quintus in quibuſdam alijs libr. antiq. ita legitur, *Qui paullum puer, &c.* In ſexto quædam exemplaria habent, *Exhortatus*. Septimus hoc habet initium in quibuſd. *Ambiguus poſſet.* Octauus ita legitur in quibuſd. lib. *Romanorum equitum, &c.* Ego igitur hos verſus ἀϑετῶ, & delendos cenſui: quin etiam edi vetui, vt ſuppoſititios & adulterinos. mihi aſſentiuntur Io. Auratus, M. Antonius Muretus, Simeo Boſius, Io. Paſſeratius.

Qvod sale mvl. Vrb. defr. ch. l.] idem, quòd ſalsè & vrbanè ciuium Romanorum vitia notarit, eadem ſatyra laudatur, nempe illis verſibus, *Hinc omnis pendet Lucillius hoſce ſecutus, Mutatis tantum pedibus, numeriſque facetus*, non dixit, *ſalibus*, ſed *ſale*, vt eſſet tota ἀλληγορία. quòd ſi ſalibus dixiſſet, tranſlatio fuiſſet in verbo *defricuit*. quamquam negari non poteſt, ſalem etiam in numero ſingulari, vrbanitatem & dicta ſalſa ſignificare. Prætereà vrbem poſuit pro ciuitate, ſeu ciuibus.

Nam sic Et Laberi mim.] nam ſi proptereà, quòd vrbanè, & facetè vitia reprehendit Lucillius, habendus eſſet in numero bonorum poëtarum, eadem ratione Laberij mimi quoque eſſent in bonis poëmatis numerandi. fuit autem Laberius, mimorum ſcriptor dicaciſſimus, ac maledicentiſſimus: à Iulio Cæſare tamen donis auctus, & annulo aureo ornatus. M. Tull. ad Trebat. ſcribens, ſignificat eſſe metuendum, ne, ſi diutius ille cum Cæſare commoratus, ab eo redeat inanis, derideant eum Laberius, & Catullus his verbis, *Sin fruſtra diutius afueris, non modò Laberium, ſed etiam ſodalem noſtrum Valerium pertimeſco. mira enim perſona induci poteſt. Britannici iuriſconſulti.*

Ergo non s. est res. did.] non eſt igitur ſatis auditoris os riſu dilatare. i. auditori riſum profuſum mouere, quamuis inſit in hoc etiam quædam virtus: ſed opus eſt, &c. breuitas deſideratur duabus de cauſis: primùm vt ſententia currat, id eſt, ne claudicet, néve inſiſtat: deinde ne & verborum multitudine ſe impediat, & oneret auditorem.

Defendente vocem] id eſt, tuente munus, ac parteis, &c. id eſt, ea cumulatè præſtante, quæ propria ſunt rhetoris, aut poëtæ.

Vrbani p. v.] εἴρωνος, qui multo minus contendit, quàm poteſt.

Ridic. acri Fortivs: et mel.] plus interdum valet riſus opportunus, quàm vis & ſeueritas, & acrimonia. ſcribit Ariſtoteles libr. 3. de arte dicendi, Gorgiam Leontinum dicere ſolitum, res ſeueras, & ſerias riſu: riſum, rebus ſeueris diſcutiendum eſſe. M. Tullium pro Murena dicentem, riſu mouendo, & auctoritate Catonis, qui erat vnus ex accuſatoribus, illudenda, cauſam obtinuiſſe, locupletes auctores tradiderunt.

Secat]

Secat] decidit, terminat, finit. epiſt. 10. li. 1. A *Quo multa, magnaq́ ſecantur iudice lites.*

Illi scripta qvibvs] poëtæ veteris comœdiæ, Eupolis, Cratinus, Ariſtophanes vt ſup. Sat. 4. in princip. *quibus*, id eſt, à quibus.

Stabant] placebant, probabantur, non explodebantur, οὐκ ἐξεπίπτον. tranſlatum ab actoribus, ſeu hiſtrionibus, qui exſibilantur, & exploduntur, cùm inepti & imperiti ſunt: id eſt, eijciuntur. contrà ſtare dicitur fabula, cùm probatur epiſt. ad Auguſt. *Securus, cadat, an recto ſtet fabula talo.*

Pvlcher] εὐπρεπικῶς, homo bellus.

Simivs] ineptus imitator. Demetrium ſignificat, de quo infrà eadem Satyra vel ſimium fortaſſe appellat à forma, ſeu potiùs deformita- B te corporis.

Nil præter Calvvm, et doct.] qui nihil aliud cantare didicit, quàm Caluum, & Catullum. neque verò eſt, quòd quiſquam exiſtimet ab Horatio Caluum, & Catullum improbari: ſed ineptos, & ſtultos imitatores. ordo eſt, nihil cantare doctus, id eſt, qui nihil cantare didicit, præter Caluum & Catullum.

At magnvm fecit] Lucillius verba Græca Latinis miſcebat, vt apparet ex his verſibus à me ſic emendatis. *Quam lepidè lexes compoſtæ, vt teſſerulæ omnes, Endo pauimento, atque emblemate vermiculato?* quos profert M. Tull. in orat. perf. ſed corruptos. & ex his Χαῖρε, *inquam, Tite lictores, turma omnis cohórſque:* Χαῖρε *hinc Muci hoſtis Albucius, hinc inimicus.* quamquam in his poſterioribus Albucium, qui Græcus dici malebat, quàm C Romanus, Scæuula de induſtria Græcè ſalutat. vide libr. 1. de finibus. & in his. *In quo Lælius clamores ſophos ille ſolebat Edere*, qui citantur à Cicer. lib. 2. de finibus. Idem Lucillius M. Craſſum, qui ſemel in vita riſiſſe dicitur, ἀγέλαστον in ſatyra quadam nominauit, teſte M. Tull. libr. 5. de finib. exſtant & hi Lucillij verſus ad hanc rem magnopere pertinentes, apud Nonium in voce, *compernes. Num cenſes* καλλιπλόκαμον, καλλίσφυρον *illam, Non licitum eſſe vterum, atque etiam inguina tangere mammis? Compernem aut varam fuiſſe Amphitryonis* ἄκοιτιν, *Alcmenam atque alias: Ledam ipſam denique nolo Dicere, tute vide, atque* δισύλλαβον *elige quoduis.* Τυροῦ εὐπατέρεια *aliquam rem inſignem habuiſſe: Verrucam, næuum, dicta eſt,* D *dentem eminulum vnum.* ſic enim hos verſus emendo.

O seri stvdiorvm] ὀψιμαθεῖς vno verbo appellant Græci, qui ſerò didicerunt. M. Tull. epiſt. ad Papir. Pætum. Ὀψιμαθεῖς *autem homines ſcis quàm inſolentes ſint.* contrà παιδομαθεῖς qui à pueris didicerunt.

Qvine pvtetis, &c.] ſic habent tres cod. Vatic. & Iann. Faër. Torn. & aliquot alij. Et Priſ. lib. 6. ſic legit hunc locum, & ait *ne* coniunctionem eſſe neque dubitantem, neque interrogantem: ſed confirmantem, aut certè enuntiantem. alterum exemplum profert ex ſat. 3. libr. 2. *Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens ne etiam, & rex.* vbi vulgò aliter legitur tamen.

Vt, Chio nota si commista Fal.] Vt ſi vino Chio Falernum temperatum eſt, quod fieri ſolebat, vt vini Falerni auſteritas vino Chio, quod erat lenius, ac mitius, obtunderetur. cur autem notam Falerni dixerit, vide ſuprà Od. 3. libr. 2. ad illum locum, *Interiore nota Falerni.*

Dvra] difficilis: vt Terent. Phorm. *Verùm ſcientem, tacitum cauſam tradere aduerſarijs, Etiámne id lex coëgit? PHÆD. Illud durum. GET. ego expediam.*

Cvm versvs facias teipsvm perc. &c.] ordo verborum & ſententia huius loci hæc eſt. te ipſum percunctor, id eſt, ex te ipſo quæro, cùm verſus facturus ſis, & cùm Petillij cauſa tibi ſit agenda, an tu patriæ, & patris oblîtus verba Græca, patrijs, id eſt, Latinis intermiſcere malis, quàm puro ſermone latino vti, cùm Pedius Poplicola, & Meſſalla Coruinus cauſas agant Latinè multo cum ſudore?

Patriæqve, patrísqve] oblîtus Italiæ, quæ patria tua eſt, & patris tui, qui Romanus, aut certè Latinus eſt, vel erat, &c.

Latinè Cvm Pedivs cavs. &c.] id eſt, cùm hi duo præſtantiſſimi, & clariſſimi oratores, Petillij accuſatores, Pedius Poplicola, & Meſſalla Coruinus, multùm ſudent in cauſis Latino ſermone componendis, & agendis: id eſt, cùm multum laborem, multámque operam ſumant in cauſis Latinè componendis, atque agendis, &c. Cùm anteà in omnibus libris vulgatis legeretur, *patriſque Latini*, ego admonitus à duobus cod. Vat. & Torneſ. veram ſcripturam reſtitui: de qua dubitaturum politum litteris arbitror neminem. quis enim non videt aduerbium *Latinè* ad verbum *exſudet* pertinere? ídque ignorantem confidentem aliquem librarium, aut lectorem, hunc locum corrupiſſe?

Canvsini more bil.] Canuſinorum more, qui partim Græcè, partim Latinè loquebantur. vide Feſtum in nomine *bilingues.* δίγλωσσον appellant Græci.

Natvs mare citra] in Apuliæ finibus, non in Sicilia, aut Græcia.

Post m. n. v. cùm somnia vera] hoc etenim maximè tempore, cùm & confectus, depulſúſque è pectore cibus eſt, & liber animus, ac ſolutus à contagione corporis futura prouidere poteſt, vera videntur in ſomnis ſic Theocritus in Europa, εἰδ. κ. Εὐρώπῃ ποτὲ Κύπρις ἐπὶ γλυκὺν ἧκεν ὄνειρον, Νυκτὸς ὅτε τρίτατον λάχος ἵσταται, ἐγγύθι δ' ἠώς, Ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάροισιν ἐφίζων Λυσιμελὴς πεδάᾳ μαλακῷ κατὰ φάεα δεσμῷ, Εὖτε καὶ ἀτρεκέων ποιμαίνεται ἔθνος ὀνείρων, id eſt, Europæ quondam Cypris dulce ſomnium miſit: cùm tertia pars noctis ſtaret, aurora autem appropinquaret: quo tempore ſomnus melle dulcior palpebris inſidens, membra ſoluens oculos molli

Kk

ſomno deuincit: cùm verorum ſomniorum oatio paſcens vagatur.

In ſilv. non ligna feras inſan.] id eſt, æqoè fueris inſanus, ſi tu Latinus Græcos verſus ſcribas, atqoe ſi in ſiluam ligna feras.

Tvrgidvs] inflatus. A. Corœlium Alpinum deſignat.

Ivgvlat] dum ita inſcitè, & ineptè Memnonis ab Achille iugulati hiſtoriam, ſeu potiùs fabulam narrat, vt Memnonem ipſe iogulare videaıor: & dum Rhenum fluuium ita ineleganter deſcribit, vt luto conſpurcare videatur, vel dum è luto caput Rheni defingit, hoc eſt, deformat, cùm è marmore potiùs fingendum eſſet: hæc ego ludibundus ſcribo. Memno, & Hemathio fratres, Tithoni & Auroræ filij: quorum hic ab Hercule: ille ab Achille interfectus eſt. Heſiodus in Theog. Τιθωνῷ δ' Ἠὼς τέκε Μέμνονα χαλκοκορυστὴν Αἰθιόπων βασιλῆα, καὶ Ἠμαθίωνα ἄνακτα.

Defingit] deformat, illepidè deſcribit, & inuenuſtè. In quibuſdam codicibus legitur *deffingit*: in cod. Don. *depingit* in Torn. & aliquot alijs, *deffingit*. ego *defingit* verum eſſe puto.

Lvtevm capvt] per caput Rheni, ſignificatur fons & origo Rheni: & tamen fluuij ſpecie humana figurabantur: vt annotauimus ſuprà ad Odam 14. lib. 4. luteum dixit, vel ad naturam fluminis ſpectans, quod turbidum eſt, vel ad inſcitiam poëtæ, qui hunc fluuium inuenuſtè, & impolitè deſcriberet. licet etiam dicere, ſpectaſſe Horatium ad opera fictilia, & è luto facta, quæ præ marmoreis contemnuntur, & iacent.

Qvæ nec in æde s. cert.] Quæ nec in æde Apollinis recitentur, vt ſubeant Mecij Tarpæ iudicium, nec iterum atque iterum ſpectentur à populo. de Mecio in epiſt. de art. poët. *Si quid tamen olim Scripſeris, in Meci deſcendat iudicis aures.*

Itervm atqve itervm spectanda] quidam libri veteres habent, *ſpectata*.

Argvta meretr. pot. D. qi. Chr.] id eſt, tu Fundani vnus ex ijs, qui hodie viuunt, potes omnium optimè comœdiam ſcribere: tu omnibus hominibus præſtas in ſcribendis comœdijs: in quibus inducuntur meretrices argutæ, & ſerui dominos fallentes dolis. *vnus viuorum.* εἷς ζώντων.

Comis garr. lib.] nonnulli *comis libellos* coniunctè legunt, vt ſit *comes libellos*, & interpretantur, vrbanos, facetos, hilaros. ego nullius ſententiam reprehendo. vtatur ſuo quiſque iudicio. Verumtamẽ magis mihi placet, *comis* eſſe numeri ſingul. caſus recti, vt cohæreat cum his, *tu vnus viuorum potes garrire libellos.* comis, id eſt, comiter, hilariter, facetè, & comicè. Illam Varro lib. 5. de lingua Latina à Græco nomine Κῶμος, qui Deus hilaritatis, ſaltationis, laſciuiæ, intemperantiæ, & ſimilium eſſe dicitur, ait Latinum *comus* ortum eſſe, indéque dictam à Latinis comaſ-

A ſatiooem, ſeu potiùs comiſſationem, quemadmodum & à Græcis comœdiam. Præterea hac eadem ſatyra Lucillium bis comem appellat, ſemel ibi. *Nil comis tragici mutat Lucilius Atti?* iterum ibi. *fuerit Lucilius, inquam, Comis & vrbanus.* Poſtremò puto Horatium Græcum verbum κωμῳδεῖν quod eſt res vrbanas, & Como dignas canere, ſeu dicere, his verbis *comis garrire libellos*, exprimere voluiſſe. Non ignoro tamen M. Tull. vocem *comis* aliter interpretari in orat. pro Corn. Balbo: cuius hæc verba ſunt. *in quo erat accuſatoris interpretatio indigna reſponſione, qui ita dicebat, comiter eſſe communiter. quaſi vero priſcum aliquod, aut inſolitum verbum interpretaretur. comes, benigni, faciles, ſuaues homines eſſe dicuntur, qui errantes comiter*
B *monſtrant viam, benignè, non grauate: communiter certe non conuenit.* Sed in ijs, quæ in iudicijs habentur, orationibus, hominum auctoritates non ſunt conſignatæ. omnes enim illæ orationes, cauſarum ſunt, & temporum, non hominum ipſorum, ac patronorum, vt ait idem Tullius in Cluentiana. Varronem igitur hîc ſequamur. Incidi etiam aliquando in quendam virum doctum, qui diceret *comis* hîc eſſe ſeptimi caſus à Græco κώμοις, *comis* numeri multitudinis, quod nomen ſignificat cantilenas laſciuas, delicatas, molles, impudicas, conuiuio, & conuentu hominum intemperantium, & Como dignas: cum quo nolui pugnare.

Pollio reg. fact. can.] Pollio
C tragœdias Latinas, id eſt, Prætextas, ſcribit. Perſonæ tragicæ ſunt, reges, principes, conſules, prætores, tribuni pl. & ſimiles perſonæ publicæ: res, & argumentum prætextarum, facta regum, & principum, & clarorum virorum.

Pede ter percvsso.] id eſt, ſenarijs iambicis, qui trimetri appellantur. hæc malè diſtinguuntur in omnibus libris vulgatis.

Forte epos] carmen longum, hexametrum, Mæonium, ſeu Homericum, heroicum. nam tametſi hoc nomine quilibet verſus ſignificetur κατὰ πλάτος, tamen ferè ſemper Ariſtoteles, & Plato pro hexametro vſurpant. ille enim ἔπη, id eſt, epopœiam in libello περὶ ποιητικῆς, tragœdiæ opponit, his verbis: καί τοι τὸ
D πρῶτον ὁμοίως ἐν ταῖς τραγῳδίαις τοῦτο ἐποίουν, καὶ ἐν τοῖς ἔπεσιν, id eſt, *atque primò ſimiliter in tragœdijs hoc faciebant, & in* ἔπεσιν, *id eſt, verſibus heroicis.* vnde poëtæ epici dicti. Sic M. Tullius epiſtola vltima libri 3. epiſtol. ad Q. Fratr. *Quod me hortaris, vt abſoluam, habeo abſolutum ſuaue, mihi quidem vt videtur* ἔπος *ad Cæſarem.* Plato item in Phædro, aliiſque locis non quoduis carmen ἔπος appellat, ſed hexametrum. ſic Plato in illo dial. cùm verſum illum protuliſſet, ὡς λύκοι ἄρνα φιλοῦσ', ὣς παῖδα φιλοῦσιν ἐρασταί, Vt lupus agnum, ſic puerum expetit, ardet amator: rogatus à Phædro, cur finem loquendi feciſſet, reſpondet, οὐκ ᾔσθου, ὦ μακάριε, ὅτι ἤδη ἔπη φθέγγομαι, ἀλλ' οὐκέτι διθυράμβους; id eſt, non ſenſiſti, ô beate, me iam

epe,

epe, id eſt, verſus longos loqui, non dithyrambos? vide Euſtath. in lib. α. ιλ.

Vt nemo] ita vt nemo melius. ſup. Od. 6. lib. 1. *Scribêris vario fortis, & hoſtium Victor Mæonij carminis alite.* [al. *aliti*] dixit autem *ducere epos* vel propterea quod verſus heroici ferè alijs ſunt longiores, ac productiores: itaque longi appellantur: vel (quod magis probo) quia epos dictum eſt παρὰ τὸ ἐπιτεθῆναι ἐν αὐτῷ τὰ ἑξῆς μέτρα τοῖς πρώτοις, id eſt, ob id quòd in eo primas parteis ceteræ conſequuntur. Denique (vt ſemel dicam) fortaſſe intelligendus eſt Horat. vel ita dixiſſe *epos ducere*, vt ſolemus dicere, *lineam ducere*: quemadmodum enim mathematici aiunt lineam eſſe punctum productum: ita verſus heroicus conſtat ex numeroſo ſermone ad iuſtam longitudinem, lineæ in modum producto. vel ita, vt *lanam, ſeu filum ducere, ac trahere*: ex quo Horat. alibi dixit *tenui deducta poëmata filo*. & M. Tull. *genus orationis tractum*. vel vt aurum, argentum, ferrum, & ſimilia, duci dicuntur, quod eſt Græcis ἐλαύνεσθαι.

Molle, atqve facetvm] carmen tenerum, elegans, & politum. hæc ſunt referenda ad Bucolica, & Georgicorum libros.

Gavdentes rvre] ruſticæ, paſtorales, bucolicæ. nondum ſcilicet hoc tempore Virgilius Æneida ediderat, & fortaſſe ne ſcripſerat quidem. Hoc erat, experto.] id eſt, ego nihil habui, quod potiùs, aut meliùs ſcribere poſſem, quàm ſatyras: quod quidem genus Varro Atacinus fruſtrà expertus eſt, & quidam alij, quos neceſſe non eſt nominare. De Varrone Atacino Quinct. lib. 10. dictus eſt autem Atacinus ab Atace Narbonenſis Galliæ fluuio. fuit enim Varro ille, Narbonenſis.

Inventore minor] Lucilio. infrà eadem Sat. *Græcis intacti carminis auctor.* & Satyr. 1. libr. 2. *me pedibus delectat claudere verba Lucilli ritu, noſtrûm melioris vtroque.* ibid. *quid, cum eſt Lucillius auſus Primus in hunc operis componere carmina morem?* &c.

At dixi fl.] hæc pertinent ad illum locum Satyr. 4. *Nam fuit hoc vitioſus: in hora ſæpe ducentos, Vt magnum, verſus dictabat ſtans pede in vno. Cùm flueret lutulentus, erat, quod tollere velles.*

Sæpe ferentem plvr. q. toll.] quaſi ita dicat, non tantùm hoc dixi, illum fluere lutulentum, ſed etiam illud addidi, ſæpe proferentem plura digna, quæ excipiantur, ſumantur, & probentur, quàm quæ reijciantur. vel ſic. At dixi Lucillium verſus effundere ineleganteis, incompoſitos, & incultos, vt torrens fluuius, lutulentus & turbidus fluit: ſeu aquam turbidam & lutulentam deuoluit, & præcipitat: Fateor, me hoc dixiſſe: ſed addidi: *plura ferentem tollenda relinq.* id eſt, plura proferentem digna quæ ſumantur, & excipiantur, quàm quæ omittantur, & negligantur. ſignificat illum verſum, qui paullo antè à me commemoratus eſt, *Cum flueret lutulentus, erat quod tollere velles*: cuius hæc ſententia eſt, quantumuis alij reclament, immò verò rumpantur licet: Cùm Lucillius verſus effunderet lutulentos, id eſt, impolitos, & ineleganteis (tralatio ducta à fluuio turbido, & lutulento) erat tamen aliquid, quod humi iacens tollere, & ſumere velles. ſic vſurpauit hæc verba *tollere* & *relinquere* epiſt. 7. ibi, *at tu quantumuis tolle*. deinde ſequitur non longè, *hæc parcis hodie comedenda relinques*. eſt enim hæc illorum verborum ſententia, tolle, id eſt, ſume pirorum quantum libet: ſi non tolles, ea relinques parcis comedenda. En tibi: tollere perſpicuè idem valet illic quod accipere, ſibi ſumere, ſecum auferre: contrà relinquere, idem ferè quod aſpernari, reijcere, omittere, *tollenda* igitur, id eſt, ſumenda. excipienda, vt de arte poëtica. *hoc tibi dictum. Tolle memor.*

Age, qvæso] Dic mihi (amabo te) nihilne interdum reprehendis in Homero? nónne viri docti quædam in Homero improbât, quædam deſiderant? Nónne Lucillius ipſe, vrbaniſſimus, ac facetiſſimus poëta, nonnulla mutat in L. Attio tragico? Nònne verſus Ennij notat interdum, & irridet, vt leuiores?

Tv nihil in magno d. r. H.] Horatius epiſtol. de arte poëtic. ait ſe indignari quandocumque Homerus dormitat. Dormitat igitur interdum Homerus.

Qvid vetat et nosmet, &c.] ſi licuit Lucillio Attium, & Ennium reprehendere: quid vetat quo minus & nos Lucillij ſcripta examinemus, videamúſque num vel ſua culpa, vel earum rerum, quas tractauit, vitio non ſit aſſecutus compoſitum, & politum ſcribendi genus?

Magis factos] magis elaboratos, accuratos, expolitos. Græci dicunt πεποιημένους, ídque annotauit Muretus, & alij. ita M. Tull. in Bruto, *ſed vt intellectum eſt, quantam vim haberet accurata, & facta oratio,* &c.

Evnteis moll.] molliores, concinniores, leniores. tralatio eſt à rebus animatis iter facientibus per loca plana. habent autem etiam carmina ſuos pedes. Quare non immeritò ire & currere dicuntur. ſic Martial. *Carmina nulla probas, molli quæ tramite currunt, Sed quæ per ſalebras, altáque ſaxa cadunt.*

At sit qvis] ſic legendum, non *at ſi quis*, vt habent vulgati codices. Eſt autem totius huius loci ſententia, At ſit aliquis hoc vno contentus, nempe verſus facere, qui ſinguli ſenis pedibus conſtent: ſcribat ducentos verſus ante cenam, totidem à cena, &c. demus præterea Lucillum fuiſſe limatum, & accuratum ſcriptorem, quod non ita eſt: tamen ſi hodie viueret, multa inania, & ſuperuacanea ſibi amputaret, &c.

Pedibvs qvid cl.] ſic ferè loquitur Satyr. 1. lib. 2. *me pedibus delectat claudere verba Lucilli ritu.*

Dvcentos] ſuprà Sat. 4. *in hora ſæpe ducentos, Vt magnum, verſus dictabat ſtans pede in vno.*

ETRVSCI QVALE FVIT] id eſt, qua- A lis fuit Caſſius Etruſcus, Parmenſis, de quo in epiſt. ad Alb. Tibull. *Scribere, quod Caſſi Parmenſis opuſcula vincat?* quo verſu laudat eum Horatius, cùm & hoc, & proximo vituperare videatur. vel dicendum non eò vituperari, quòd ei celeritatem ingenij tribuat, nec quòd tam multa eum ſcripſiſſe dicat, vt ſuis chartis, ſine lignis, combuſtus fuerit: vel aſſentiendum ijs, qui hunc Caſſium Etruſcum, alium à Parmenſi fuiſſe dicunt: quod mihi non videtur. Reperti autem ſunt in Brutijs verſus aliquot huius Caſſij Parmenſis non ita pridem à Quadrimano quodam erudito iuuene: deinde ab Achille Statio, editi poſt libr. Suetonij de claris rhetoribus: quos putaui hic quoque non alieno loco aſcribendos. *Caſſij Par-* B *menſis Orpheus. Arguta primùm cum plectra parentis & auro Diſtinctam ſumſit citharam Rhodopeius heros: Reſidebant ſegnes pulſus, digitóſque micantes Serius, & chordis indocta diſſona vocis. Mox pudor exardens, & gloria dulcis hinc ſſi Luſibus auertit puerilibus, omnis & illuc Perditus incumbens Muſa pallebat amore. Et nunc maternis inhiat, nunc ille paternis Cantibus, hinc illinc diſcens dependet vtrimque. Nulla Venus faciem cepit mentita doloſis Compedibus. ſomnis fuerat, parcúſque Lyæi: Donec ridiculus dudum modulamine ſiluas, Euulſoſque ſuis ſcopulos radicibus egit. Auſus & ire viam viuentibus inconceſſam: Pœnarum obliuos demulſit carmine manes. Non leuis aſcenſus, ſiquis petit ardua: ſudor Plurimus hunc tollit, nocturno exſomnis oliuo Immo-* C *ritur, delet quod mox laudauerit in ſe, Qui cupit æterno dongre frondis honore.*

CAPSIS QVEM FAMA EST, &c.] qui tam multa ſcripſit, vt ſuis libris fuerit ambuſtus, ſeu, vt habent quidam cod. *combuſtus.*

FVERIT] conceſſio. demus, eum fuiſſe vrbanum, ac facetum: demus, eundem fuiſſe limatum & politum ſcriptorem.

FVERIT LIMATIOR IDEM, QVÀM] hunc locum, quem ſcio difficilem, & impeditum haberi, ſic expedio, atque explico. Demus (inquit Horatius) Lucilium limatorem fuiſſe, quàm auctorem ſatyræ Græcis intactæ eſſe videmus: quod idem ferè valet, ac ſi dicat, demus, Lucillium fuiſſe limatiorem, quàm ipſe ſit: atque ita D nomen *rudis* in patrio caſu accipio, & cum voce *carminis* coniungo. Nam quod alij faciunt *rudis*, recti caſus, hoc modo: *fuerit limatior idem, Quàm rudis*, id eſt, fuerit limatus potius, quàm rudis, & impolitus, hoc illi non rectè. Sic enim locutus eſſet Horatius, *fuerit limatior, quàm rudior*, vt docent exempla. T. Liuius. libr. 28. annalium. *Acrior impetu, atque animis, quàm compoſitior ordine vlla pugna fuit.* Idem lib. 30. de Fabio Max. *cautior tamen, quàm promtior hic habitus fuit.* Valer. Max. libr. 3. cap. 3. *tutior Porſenæ ſalute, quàm ſua lætior.* idem eod. lib. cap. 8. *Laſiuus ad idem opus aggrediendum maiore cupiditate, quàm ſpe certiore tentare auſus eſt.* Colum. libr. 6. *ſi longior fuerit, quàm latior.* Quinctil. *ſalubrior ſtudijs, quam dulcior.* Paterculus, *Feſtinationem itineris eius aliquandiu morata Maſſilia eſt, fide melior, quàm conſilio prudentior.* ſic & Græci Euripid. Medea, εἰς Ἰώλκον ἱκόμην Σὺν σοὶ πρόθυμος μᾶλλον, ἢ σοφωτέρα. Lyſias. ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφ. χρημ. ὅτι οἱ πολλοὶ βελτίονα ἡγοῦνται εἶναι ἢ πι.ῦ κάτερον. *carminis rudis* autem, id eſt, ſatyræ nondum perfectæ.

GRÆCIS INTACTI] quod Græci non attigerunt. Satyra enim (inquit Quinctil.) tota noſtra eſt.

DILATVS] magna eſt hic librorum antiq. varietas. in alijs enim ſcriptum eſt *delapſus*: in vno *delapſus*: in vno *dilatus*: in quattuor *dilatus*: quos ſecutus ſum: & hunc locum ſic explico. ſed ſi Lucilius ad noſtram ætatem eſſet reſeruatus, ſi noſtra demùm ætate introiuiſſet in vitam, ſeu natus eſſet, &c.

DETERERET SIBI MVLTA] detraheret, limaret, demeret.

RECIDERET] reſecaret, amputaret, circumcideret.

QVOD VLTRA PERF. TRAH.] quod ſuperuacaneum eſſet, quod redundaret.

CAPVT SCABERET, VIVOS ET] eſt, ſæpe torqueretur: ſeu multum ſudaret, multúmque laboraret in verſibus ſcribendis. vt epiſt. 2. lib. 2. *Ludentis ſpeciem dabit, & torquebitur.* geſtus ſunt hominum in attentiſſima cogitatione defixorum, & eorum maximè, qui ſummam curam in ſcribendo ponunt.

VIVOS ET ROD. VNG.] vngueis vſque ad viuum roderet.

SÆPÈ STILVM VERTAS, &c.] monet hic Horat. vt ſua quiſque ſcripta mutet, limet, corrigat, & emendet. Eſt enim *ſtilum vertere*, ſcriptum mutare, inducta priore ſcriptura. M. Tull. lib. 2. accuſation. *Vertit ſtilum in tabulis ſuis; quo facto cauſam omnem euertit ſuam.* natum hoc loquendi genus à veterum conſuetudine, qui ſtilo inuerſo, id eſt, ſuperiore ſtili parte, quæ erat obtuſior, id, quod acumine, ſeu acie ſtili exaratum erat in tabulis ceratis, delebant, & ceram rurſum complanabant. Ad hunc locum pertinet, quod eſt in epiſtola ad Auguſtum: vbi queritur ſuæ ætatis poëtas turpe ſibi ducere, ea quæ ſemel ſcripſerint, immutare, his verbis: *Nam ſpirat tragicum ſatis, & feliciter audet: Sed turpem putat in ſcriptis, metuitque lituram*: cui conſentanea ſunt illa in epiſt. de arte poët. *Nec virtute foret, clariſve potentius armis, Quàm lingua, Latium, ſi non offenderet vnum. Quemque poëtarum limæ labor.*

NEQVE TE VT MIRETVR TVRBA, LAB.] contrà ſe res habet in oratore: qui ſi probatur multitudini, non eſt, quòd doctorum iudicium magnopere deſideret, vt multis verbis docet M. Tull. in Bruto.

VILIBVS] parui pretij, contemtis.

DICTARI CARMINA MALIS?] Perſius Sat. 1. *Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe Pro nihilo pendas?*

EXPLOSA]

Explosa] à plebe, & multitudine: ab equi- A tibus autem probata.

Arbvscvla] mima: de qua M. Tull. ad Attic. libr. 4. *Quæris nunc de Arbuſcula. Valde placuit.* & meretrix, vt ſcribit Seruius commentat. in Gallum, ad illum verſum: *Incipe, ſollicitos Galli dicamus amores.* vbi hæc notat. *poſt Cytheridis diſceſſum, quam Lycorin vocat. Fuerunt autem vno tempore meretrices tres Citheris, Origo, Arbuſcula. Horat. exploſa Arbuſcula.*

Cimex] credibile eſt, hunc Pantilium ab Horatio ob immunditiam, aut fœtorem, aut maledicentiam, cimicem eſſe nominatum: quod inſectum eſt fœtidum & mordax.

Avt crvcier qvod] nonnulli libri veteres habent, *aut cruciet quòd*, quod ſi quis pro- B babit, ſubintelligendum erit, *me*, vt ſit cruciet me, id eſt, doleat mihi: omninò ſcriptura recepta mihi probatur magis.

Demetrivs] quem ſuprà ſimium appellauit.

Fannivs] de quo ſuprà Sat. 4. *beatus Fannius vltrò Delapſis capſis.*

Octavivs] poëtam Octauium intellige, non Octauianum eum, qui Cæſar Auguſtus poſteà dictus eſt, vide P. Victor. Var. lect. lib. 14.

Ambitione relegata] id eſt, Sublata omni ambitione, depoſitóque omni ſtudio tuæ gratiæ colligendæ, beneuolentiæque aucupandæ. C

Complvreis alios] aliquot libri manu ſcripti habent, *Complureiſque alios.*

Prvdens] ſciens: non per imprudentiam, aut ignorantiam.

Arridere] probari, placere. quibus (inquit) hæc ſcripta mea, qualiacumque ſint, placere velim, non fœminis, & viris fœminarum ſimilibus.

Discipvlarvm inter, &c.] ſic ſcriptum eſt in trib. cod. Vat. & Iann. Faër. Torn. Ruſſard. Nicot. Cleric. neque verò dubium cuiquam debet eſſe, quin hæc ſit recta, & vera lectio, tot codicibus confirmata, vt taceam, quòd eam Porphyr. agnoſcit. ſignificat autem Horatius hunc Hermogenem, vel fœminis probari tan- D tùm, non viris: vel diſcipulos habere impudicos, & parùm mares, & fortaſſe, qui magiſtro flagitioſè morigerarentur.

Plorare] οἰμώζειν. Quemadmodum quibus bene cupiunt Græci, eos iubent χαίρειν, εὖ πράττειν, id eſt, gaudere, & bene rem gerere: ſic, quibus malum precantur, eos iubent οἰμώζειν, id eſt, plorare. vide annot. ad Od. 5. epod. ibi, *O multa fleturum caput.*

Citvs] citò.

Svbscribe] in infima parte ſcribe: poſt alia ſcripta ſcribe.

TVRNEBVS.

Ex lib. 15. cap. 19. Satyra Horatij cuius principium eſt, *Nempe incompoſito*, vt appendix quædam & acceſſio libro priori ſubſcribitur, vt Horatius fingit: hinc illud,

I puer, atque meo citus hæc ſubſcribe libello. Nam cùm audiſſet aliquos iniquo animo ferre Lucilij reprehenſionem, pro apollogia imperat amanuenſi ſuo, aut ſcribæ, vt hunc ſermonem, quem dictauit, vel ſcripſit pro clauſula adiungat ſuperioribus Satyris. Vrbem autem ſale defricare in eo venuſtè & ſalsè dictum eſt. Nam cùm ſal dicta ſignificet & faceta & ridicula mordaciáque, & ſoleamus interdum marino aut foſſirio ſale, quo in cibis & medicamentis vtimur, aliquid defricare, vt palatum pecoris, qui dictis facetis perſtringitur, eum dixit ſale defricari. Columella, lib. 6. cap. 11. *totúmque eorum palatum ſale defricato.* Sic apoplectici ſale defricari ſolent, vt dolore excitetur ſenſus qui torpet.

— magnas, autem, *plerúmque ſecat res.* ſignificat res magnas decidit & tranſigit, melius quàm acris & ſeuera ſententia: quaſi διαιρεῖν, τέμνειν, διακρίνειν dicat.

Ex lib. 29. cap. 24. Maro ſcribit, *— quam quiſque ſecat ſpem.* quod quo ſenſu modò accipiendum eſt? Secare interdum tranſigere, definire, abſoluere, vt apud Horatium *— ridiculum acri Fortius & melius magnas plerúmque ſecat res.*

Hic videtur eſſe deſecare & proinde ſumere. qui n. quid deſecat, ſibi id ſumit. quod & Græci ἀποτέμνεσθαι dicunt.

Ex lib. 15. cap. 19. *— Seri*, autem, *ſtudiorum*, ſunt indocti, qui ſerò diſcunt, aut didicerunt ſcilicet, neque ſunt παιδομαθεῖς: ſed ὀψιμαθεῖς. Fabius, lib. 1. cap. 12. *quare qui in ſua quidque arte optimè facit*, παιδομαθὴς dicitur.

At vero, *Cum verſus facias, teipſum percunctor*, præcisè dictum eſt, ſententiáque ſic explenda eſt, cùm verſus facis, an decorum putas & concinnum intermiſcere Latinis Græca, quod Lucilius fecit, & ludens poſtea Auſonius, ſed ſine reprehenſione, cum de induſtria & opera dedita.

— Intermiſcere petita, igitur ad duo pertinet per ſubiunctionem: vel potius quod in verſu facis, interrogo te an faceres in cauſis agendis, ſi aduerſarium haberes Meſſalam aut Pedium, eſſeſque orator & patronus cauſæ duriſſimæ Ergo *Cum verſus facias*, eſt, Tu qui poëta es, an in cauſis id faceres, vt verba foris petita patrijs admiſceres *oblitus patriæ patriſque Latini.* *Latinè* tamen antiqui videntur interpretes legiſſe, & vir politiſſimæ orationis & doctrinæ Lambinus eleganter legit.

Defingit Rheni luteum caput, venuſtè dixit. Nam & caput de fluminibus dicitur, vt Cæſar libr. 4. de bello Gall. Rhenum duobus capitibus in Oceanum dicit effundi, oſtia ſignificans: & capita

Digitized by Google

fluuiorum etiam dicuntur eorum fontes: ſed & A
fluuij humana forma aquam vrna effundentes pingebantur, fingebantúrque: & fingi dicuntur, quæ è materia molli in ſtatuas formantur, vt è luto & cera. At iſte malus poëta & inelegans non tam fingebat quàm velut figmenta deformabat deturpabátque: nec tam è cera egregia faciebat opera, quàm è luto fingebat, nam & luteum negotium de vili toreumate dixit Cicero in Verrem act. 6.

-- *Garrire libellos* dicitur, vt garrire ſermonem, garrire garritum, argutè & dicaciter effundere & eloqui: vt γαρύειν ἄεθλα dixit Pindarus: vnde & garrire ortum videri poteſt. Denique vt dicimus, ludere poëma.

Ex lib. 10. cap. 21. -- *Pollio regum* B
facta canit pede ter percuſſo, quod iambicis ſenarijs tres habentibus menſiones, regum calamitates tragicè caneret. Vide ſup. lib. 2. Carm. in interpretatione primæ Odæ.

Ex lib 21. cap. 3. Ter pede terram ferire pro ſaltare à poëtis non rarò dicitur. Flaccus, libr. 3. Od. 18.

Gaudet inuiſam pepuliſſe foſſor

Ter pede terram. Idem de iambico carmine dicitur, quòd quanquam ſenos reddat ictus, tamen ad tres percuſſiones inſignes redigatur. *Pollio regum.*
Facta canit pede ter percuſſo, ſcripſit Horat. vid. ſup. Odam 18. lib. 3. Carm.

Ex lib. 18. cap. 11. -- *fortè epos acer* C
Ut nemo ducit Varius, quo ſenſu dictum accipimus? Equidem illud ducere tralatitium arbitror, vt ex metallo multa dicuntur duci: vnde & ἐλάσματα etiam laminæ dicuntur, quia ducuntur. Nam cudendo malleis, ita aliquando metalli materia ducitur, & informatur in effigiem aliquam: quod quia operosè fit, & dura materia eſt, eòque magis, quo maius opus informatur, idcirco de heroico Varij opere dixit,

-- *forte epos acer Ut nemo ducit Varius.*

Non eſt tamen ſupprimenda librorum antiquorum auctoritas, in quibus reperio,
Ut nemo Varius: dictu molle atque facetum. Etiam de marmore duci aliquid dicitur, ſed æquè tranſlatè, vt apud Maronem, 6. Æneid.

-- *viuos ducent è marmore vultus*

Ex libr. 15. cap. 9. *Plura quidem tollenda relinquendis*, quod eſt plura remouenda vt redundantia, quàm in poëmate relinquenda. Suprà hoc libro. Satyra. 4. explicatur verbum Tollere à Fabio.

Ex lib. 14. cap. 24. Stilo ſcribebant in cerata tabella, cuius ſtili pars, qua ſcribebatur, acumen dicebatur. Cicero, lib. 1. de orat. *Omnis ſub acumen ſtili ſubeant neceſſe eſt*: altera pars erat obtuſa, qua in cera delebant verba, quæ non placebant, ac ceram rurſum complanabant atque æquabant ad ſcripturam nouam veteri deleta. Prudentius, hymno 9. περὶ στεφάνων.

Inde alij ſtimulos & acumina ferrea vibrant,
Qua parte aratis cera ſulcis ſcribitur,
Et qua ſcripti apices abolentur & æquoris hirti
Rurſus niteſcens innouatur area. atque inde Horatius ſcripſit,
Sæpe ſtilum vertas, iterum quæ digna legi ſint,
Scripturus. Vertit enim ſtilum, qui cùm antè eius acumine ſcriberet, vertit, & alteram ad delendum partem adhibet. Præcipit ergo Horatius inter ſcribendum eſſe ſæpenumerò delendum, ſi quis hominum lectione digna ſcribere velit.

Ex lib. 15. cap. 19. -- *Cimex*, autem, *Pantilius*, & ad contemptum dixit Flaccus, ex inſecti nomine fœtoréque omnibus inuiſi, & quod ab eo roderetur morderetúrque.

SATYRARVM LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM SATYRÆ I.

Sibi datum à Trebatio conſilium de ſcribendis rebus geſtis Auguſti potiùs, quàm Satyris (vt pote in quibus alij aliud deſiderent) exponit: & cur ei parere non poſſit, oſtendit.

SVNT quibus in ſatyra videar nimis acer: & vltra
Legem tendere opus: ſine neruis altera, quicquid
Compoſui, pars eſſe putat: ſimileiſque meorum
Mille die verſus deduci poſſe. Trebati,
Quid faciam, præſcribe. quieſcas. ne faciam, inquis,
Omninò verſus? aio. peream male, ſi non
Optimum erat. verùm nequeo dormire. ter vncti
Tranſnato Tiberim, ſomno quibus eſt opus alto:
Irriguúmque mero ſub noctem corpus habento.
Aut, ſi tantus amor ſcribendi te rapit, aude
Cæſaris inuicti res dicere, multa laborum
Præmia laturus. cupidum, pater optimè, vires
Deficiunt. neque enim quiuis horrentia pilis
Agmina, nec fracta pereunteis cuſpide Gallos,
Aut labentis equò deſcribat vulnera Parthi.
Attamen & iuſtum poteras, & ſcribere fortem,
** Scipiadam vt ſapiens Lucilius. haud mihi deero,*
Cùm res ipſa feret. niſi dextro tempore, (Flacci
Verba per attentam non ibunt Cæſaris aurem:
A ** Cui, malè ſi palpere, recalcitrat vndique tutus.*
Quanto rectius hoc, quàm triſti lædere verſu
Pantolabum ſcurram, Nomentanúmque nepotem:
Cùm ſibi quiſque timet, quamquam eſt intactus, & odit?
Quid faciã? ſaltat Milonius, vt ſemel icto
Acceſſit feruor capiti, numerúſq; lucernis.
B *Caſtor gaudet equis: ouo prognatus eodem*
*Pugnis. * quot capitum viuunt, totidem ſtudiorum*
Millia. me pedib' delectat claudere verba
Lucili ritu, noſtrûm melioris vtroque.
Ille velut fidis arcana ſodalibus, olim
Credebat libris: neque, ſi malè ceſſerat vmquam

Decurrens * aliò, neque ſi bene. quo fit, A
vt omnis
Votiua pateat veluti deſcripta tabella,
Vita ſenis. ſequor hunc, * Lucanus, an
Appulus, anceps:
Nam Venuſinus arat finem ſub vtrumq;
* colonus,
Miſſus ad hoc, pulſis (vetus eſt vt fa-
ma) Sabellis:
Quo ne per vacuum Romano incurreret
hoſtis:
B
Siue quòd Appula gens, ſeu quòd Lu-
cania bellum
Incuteret violenta. ſed hic ſtlus haud
petet vltrò
Quemquam animantem: & me veluti
cuſtodiet enſis
Vagina tectus: quẽ cur deſtringere coner
Tutus ab infeſtis latronibus? ô pater, &
rex
Iupiter, vt pereat poſitũ rubigine telum:
Nec quiſquam noceat Cúpido mihi pacis.
at ille,
Qui me commôrit, (melius non tangere,
clamo)
* Flebit: & inſignis tota cantabitur vrbe.
Seruius iratus leges minitatur, & vrnã:
Canidia AlbucI, quibus eſt inimica, ve-
nenum:
Grande malum Turius, ſi quis ſe iudice
certet.
Vt, quo quiſque valet, ſuſpectos terreat:
vtque
Imperet hoc natura potẽs, ſic collige mecũ.
Dente lupus, cornu taurus petit. vnde, ni-
ſi * intus
Monſtratum? * Sceuæ viuacem crede
nepoti
Matrem: nil faciet ſceleris pia dextera,
* mirum:
Vt neque calce lupus quemquam, neque
dente petit bos.

A Sed mala tollet anum vitiato melle cicuta.
Ne longum faciam: ſeu me tranquilla ſe-
nectus
Exſpectat, ſeu mors atris circũuolat alis:
Diues, inops, Romæ, ſeu fors ita iuſſerit,
exſul,
Quiſquis erit vitæ, ſcribam, color. * ô
puer, vt ſis
Vitalis metuo, & * maiorũ ne quis amicus
* Frigore te fertat. quid cùm eſt Lucilius
auſus
Primus in hunc operis componere carmi-
na morem
Detrahere & pellem, nitidus qua quiſ-
que per ora
Cederet, introrſum turpis? num Lælius,
aut qui
Duxit ab oppreſſa meritum Karthagine
nomen
C Ingenio offenſi? aut læſo doluere Metello?
Famoſiſq; Lupo cooperto verſibus? atqui
Primores populi arripuit, populúmque
* tributim,
Scilicet vni æquus virtuti, atque eius a-
micis.
Quin, vbi ſe à vulgo, & ſcena, in ſecreta
remorant
Virtus Scipiadæ, & mitis ſapiẽtia LælI:
Nugari cũ illo, & diſcincti ludere, donec
Decoqueretur olus, ſoliti. quicquid ſum
ego, quamuis
D Infra LucilI cenſum, ingeniúmque ta-
men me
Cũ magnis vixiſſe inuita fatebitur vſ-
que
Inuidia: & * fragili quærens illidere
dentem,
Offendet ſolido. niſi quid tu, docte Tre-
bati,
Diſſentis. equidem nihil hîc diffindere
poſſum.
Sed tamen vt monitus caueas, ne fortè

Incutiat

Incutiat tibi quid ſanctarum inſcitia legum:
Si mala condiderit in quem quis carmina, ius eſt,
Iudiciúmque. eſto, ſi quis mala: ſed bona ſi quis
Iudice condiderit laudatur Cæſare. ſi quis
*Opprobriis dignum * latrauerit, integer ipſe:*
Soluentur riſu tabulæ: tu miſſus abibis.

VIDEAR NIMIS ACER] videar nimis vehemens in reprehendendis, & inſectandis hominibus, nimiùm ſæuus, & aſper: χαλεπώτερος τοῦ δέοντος. quidam libri vet. habent *videor*.

ET VLTRA LEGEM TENO.] & quibus videar vltra ſatyræ legem opus intendere. & verò in quibuſdam libris manuſcriptis ita legitur, *intendere*. ductum à neruis, aut fidibus nimiùm intentis. Eſt autem ſatyræ lex, vt comiter, & vrbanè, & per ludum, ac iocum, mores, vitiáque hominum notet, ac reprehendat: non aſperè, non ſeriò, non petulanter, non contumelioſè, nõ iracundè, vt Perſ. & Iuuenal. Et attende, legem non temerè commemorari ab eo, qui loquatur cum Iuriſconſ.

SINE NERVIS ALTERA] altera pars, quicquid ſcripſi, nimis laxum, & propemodum eneruе eſſe exiſtimat. & attende, eum in tralatione manere.

TREBATI] hunc Trebatium, clarum Iuriſconſultum fuiſſe conſtat. eundem M. Tullio Ciceroni admodum familiarem fuiſſe ex ipſius Ciceronis ad illum epiſtolis perſpicere licet lib. 7.

DEDVCI] tanquã lineas: vel potiùs tanquã lanam, ſeu linum. epi. ad Auguſt. *tenui deducta poëmata filo*: ad quem locum hanc de re plura.

TER VNCTI TRANSN. TIB.] quoniã hæc à Trebatio iuriſconſulto pronuntiãtur, quaſi edicta quædam, & leges: facetè ſimili verborum formula concipiuntur, atque leges componi ſolent. Iam verò nemini eſt obſcurum à labore, & cibo, vinóque ſomnum eſſe dulciſſimum, ac placidiſſimum. quod cur ita fiat, docet Lucret. lib. 4. his verſibus, *Deinde cibum ſequitur ſomnus, quia, quæ facit aër, Hæc eadem cibus, in venas dum diditur omneis, Efficit: & multo ſopor ille grauiſſimus exſtat, Quem ſatur, aut laſſus capias: quia plurima tum ſe Corpora conturbant magno contuſa labore. Fit ratione eadem coniectus porrò animai Altior, atque foras eiectus largior eius, Et diuiſior inter ſe, ac diſtractior intus.*

ALTO] Homerus, & Græci ὑπνον νήδυμον appellant, id eſt, vel altum, vel iucundum: quamquã interdum pro eo, quem iidem νήγρετον nominãt, vſurpatur. Virgil. lib. 8. Æneid. princip. *pecto*-

A *ráque genus ſuper altus habebat.*

IRRIGVVM] nõ dixit obtutum. eſſet enim tum ſomnus implacidus, inſuauis, iniucundus, atque (vt ita dicam) inſomnis: ſed irriguum. rectè igitur Alcæus τέγγε πνεύμονας οἴνῳ, id eſt, vino pulmones irriga. tralatio autem eſt ab horto irriguo. Sat. 4. lib. 2. *irriguo nihil eſt elutius horto.*

SVB NOCTEM] paullò ante noctem, vt alibi docuimus.

RAPIT] ſignificantiùs dixit, quàm ſi dixiſſet, *capit*.

LATVRVS] conſequuturus, accepturus, vt ſæpè alibi.

CVPIDVM, PATER OPT.] reſpondens
B Horatius, cupiétem (inquit) pater optimè Trebati, vires deſeruńt: præclara quidem eſt voluntás, ſed deeſt nobis facultas. Debet autem poëta ſua vireis diligenter explorare, neque rem vllam ſcribendam ſuſcipere maiorem viribus, & facultate. ſic epiſt. ad Piſon. *Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam Viribus, & verſatè diu, quid ferre recuſent, Quid valeant humeri.*

NEQVE ENIM QVIVIS HORR. PIL.] ſic ferè Oda 6. lib. 1. *Nos, Agrippa, neque hæc dicere, nec grauem Pelidæ ſtomachum cedere neſcij*, &c. & Od. 12. lib. 2. *Nolis longa feræ bella Numantiæ, &c.*

AVT LABENTIS EQVO D. VVLN. P.] Parthi enim ex equis pugnabant, & erãt equites. Od. 2. lib. 1. *Neu ſinas Medos equitare multos Te duce Cæſar.* & Od. 19. eiuſd. *Nec patitur Scythas, Et verſis*
C *animoſum equis Parthum dicere, nec quæ nihil attinent.* ad quem locum, & item ad alios odarum lib. Parthos equites fuiſſe, & ex equis pugnare ſolitos notauimus. *labentis* autem *equo Parthi vulnera* dixit ad laudem Auguſti ſpectans, quaſi Auguſti virtute Parthi, qui in pugnis equeſtribus multũ valere & pollere putabantur, ſuperati ex equis ſuis deiecti fuerint. *deſcribat* autem edendum curaui, libros aliquot veteres ſecutus: nonnulli tamen non minùs vetuſti habent *deſcribit*, quod æquè probo.

FRACTA CVSPIDE] cuiuſmodi tela dicitur Marius excogitaſſe, vt & eſſent hoſtibus inutilia, & ne è corporibus ſauciorum euelli poſſent: qua de re ſic Plutarchus in Mario, Λέγεται δὲ εἰς ἐκείνην τὴν μάχην πρῶτον ὑπὸ Μα-
D ρίου καινοτομηθῆναι τὸ περὶ τοὺς ὑσσούς. τὸ γὰρ εἰς τὸν σίδηρον ἔμβλημα τοῦ ξύλου πρότερον μὲν ἦν δυσὶ περόναις κατειλημμέναις σιδηραῖς. Τότε δὲ ὁ Μάριος τὴν μὲν, ὥσπερ εἶχεν, εἴασε· τὴν δὲ ἑτέραν ἐξελὼν, ξύλινον ἧλον εὔθραυστον ἀντ' αὐτῆς ἐνέβαλε, τεχνάζων προσπεσόντα τὸν ὑσσὸν τῷ θυρεῷ τοῦ πολεμίου, μὴ μένειν ὀρθὸν, ἀλλὰ τοῦ ξυλίνου κλασθέντος ἥλου καμπὴν γίνεσθαι περὶ τὸν σίδηρον, καὶ παρέλκεσθαι τὸ δόρυ, διὰ τὴν στρεβλότητα τῆς αἰχμῆς ἐνεχόμενον. id eſt, *Dicitur tum ad id prælium illud à Mario ac iaculis innouatum eſſe. Nam ea pars ligni, quæ in ferrum inſeritur, antea duabus fibulis ferreis continebatur: Tunc autem Marius, alteram quidem, quemadmodum erat, reliquit: altera autem exempta, clauum ligneum fragilem in*

eius locum immiſit, eo conſilio, vt iaculum ad clypeum hoſtis adiectum, non manet rectum, ſed clauo ligneo fracto, curuaretur ferrum, & lignum tranſuerſa cuſpide hærens, deorſum penderet.

Attamen et ivst.] loquitur Trebatius. Si bella ab Auguſto geſta ſcribere non potes: at poteras eius fortitudinem, iuſtitiam, animi magnitudinem, ceteráſque virtutes laudare, ac prædicare: quemadmodum Scipionis laudes Lucilius ſuis ſcriptis poſteritati commendauit, ac memoriæ prodidit.

Et ivstvm poteras, et scribere fortem] Auguſtum iuſtitiæ, & fortitudinis nomine laudare poteras.

Scipiadam vt sap. Lvcil.] quemadmodum Lucilius ſapiens deſcripſit Scipiadam, id eſt, Scipionem. infrà eadem Sat. *Virtus Scipiadæ, &c.*

Havd mihi deero] id eſt, operam huic rei nauabo, inquit Horat.

Nisi dextro temp. Flacci verba] ordo verborum hic videtur eſſe quibuſdam, & ſententia ab illo loco, *haud mihi deero.* Non me præbebo negligentem, neque ignauum in laudandis Auguſti virtutibus, cùm opus erit, ſi modò mea verba tempore opportuno attentè audientur ab Auguſto. atque ita hic locus pendêre è ſuperioribus verbis intelligetur, *haud mihi deero, niſi dextro tempore Flacci verba non ibunt, &c.* id eſt, haud mihi deero, ſi mea verba opportunè ibunt per attentam Cæſaris aurem. Alij ſic, & fortaſſe melius, explicant, vt ſeparatim legatur, & per ſe, hoc modo. Verba mea non niſi dextro, ſeu opportuno tempore per attentam Cęſaris aurem ibunt: carmina mea ad aureis Cæſaris peruenire non ſinam niſi tempore opportuno. Itaque attentam aurem interpretantur ad audiendum erectam. *dextro tempore* poſuit pro opportuno, vt *læuo tempore*, Sat. 4. huius lib. pro contrario. *cùm te ſic tempore læuo interpellarim.*

Cvi malè si palp.] cui ſi quis blandiatur ineptis, aut immoderatis laudibus: ita omni ex parte tectus, ac ſeptus eſt aduerſus aſſentationis dulcedinem, atque illecebram, itaque eam odit, ac reiicit, vt ab ea capi non poſſit. blâditias, & aſſentationem aſpernatur, ac reſpuit. tralatio eſt ab equis *calcitroſis.* ſic M. Tull. de Cœlio Clodiam amantem ſpernente, *calcitrat.*

Qvanto rectivs hoc] Trebatius loquens, quanto præſtat (inquit) hoc ſcribendi genus tractare, quàm ſatyras ſcribere, quibus vitioſos homines lædas?

Qvid faciam?] reſpondens Horat. oſtendit ſuo quemque ſtudio delectari, ſua quemque voluptate teneri. & ἐν παρόδῳ vrbanè, & ſatyricè Milonium quendam ætatis ſuæ ſcurram, notat, hominem temulentum, & cùm temulentus eſſet, ſaltare ſolitum.

Vt icto acc. ferv. cap. nvm. qve lvc.] id eſt, vbi, ſeu poſteaquàm nimio vini potu caput eius concaluit, & ebrius factus

A binas ſe lucernas videre exiſtimat, pro ſingulis. Sic Iuuen. *& geminis exſurgit menſa lucernis.* Ariſtoteles problem. τμημ. γ. quærit cur ita fiat, & rationem affert his verbis, Διὰ τί τοῖς μεθύουσιν ἐνίοτε πολλὰ φαίνεται τὸ ἓν ὁρῶσιν; ἢ ὅτι αἱ ἀρχαὶ τῆς ὄψεως ἔσωθεν κινοῦνται ὑπὸ τοῦ οἴνου, καθάπερ ἡ ὅλη κεφαλή. κινουμένων δὲ τῶν ἀρχῶν οὐκ εἰς ταυτὸ συμβάλλουσιν αἱ ὄψεις, ἀλλ' οἷον ἐπὶ μέρος ἑκάτερον τοῦ ὁρωμένου· διὸ δύο φαίνεται· ταυτὸ δὲ τοῦτο γίνεται, καὶ ἐάν τις κάτωθεν πιέσῃ τὴν ὄψιν. κινεῖ γὰρ τὴν ἀρχὴν τῆς ὄψεως· ὥστε μηκέτι εἰς ταυτὸ συμβάλλειν τῇ ἑτέρᾳ. ἡ μὲν οὖν τοιαύτη κίνησις ἔξωθεν γίνεται· ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ οἴνου, ἔσωθεν. διαφέρει δὲ οὐδέν. ταυτὰ γὰρ ποιεῖ ὁπωσοῦν κινηθεῖσα. quæ ſic in-
B terpretor, Quam ob cauſam ebriis cùm vnū cernunt, multa videntur? an quoniam aſpectuum principia intrinſecus à vino mouentur, quemadmodum caput totum: cùm principia autem mouentur, non in idem conueniunt aſpectus, ſed ad vtrámque quodammodo partem eius, quod cernitur? iccircò duo appârent? hoc idem porrò etiam accidit, ſi quis infernè aſpectum premat. nam principium ipſius aſpectus mouit, ita vt is non ampliùs in eandem rem, atque alter, conueniat. Ac talis quidem motio fit extrinſecus. ea autem, quæ à vino gignitur, intrinſecus. verùm nihil intereſt. viſus enim quomodocúmque motus fuerit, hæc ita efficiet. Lucretius autem lib. 4. ho-
C rum, & ſimilium cauſam opinioni, & errori animorum aſcribit. ſenſus enim numquam falli affirmat. ſic Lucret. *At ſi fortè oculo manus vni ſubdita ſubter Preſſit eum: quodam ſenſu fit vti videantur Omnia, quæ tuemur, fieri tum bina tuendo: Bina lucernarum flagrantia lumina flammis, Binâque per totas ædeis geminare ſupellex, Et duplices hominum facies, & corpora bina, &c.* ſequitur ſtatim, *Cetera de genere hoc mirando multa videmus, Quæ violare fidem quaſi ſenſibus omnia quærunt: Ne quicquam, quoniam pars horum maxima fallit Propter opinatus animi, quos addimus ipſi Pro viſis vt ſint, quæ non ſint ſenſibus viſa.*

Castor gavdet eqvis, ovo p.] etiam geminorum fratrum diuerſa ſtudia ſolent eſſe, vt appâret in Caſtore, & Polluce, quorum hic pugil clariſſimus, ille optimus eques fuiſſe
D dicitur. exiſtimant nonnulli, ætate Horatij geminos fratres fuiſſe ſic nominatos, quorum alter equis, alter cæſtibus delectaretur. mea nihil refert. ſed mihi tamen ſimplicius videtur, vt fratres Helenæ intelligamus.

Me pedibvs delect. clavd.] ſic locutus eſt ſatyra ſuperiore. *At ſit quis pedibus quid claudere ſenis, Hoc tantùm contentus.*

Credebat] committebat. tralatio eſt. vide annot. ad Od. 5. lib. 3. ibi, *Qui perfidis ſe credidit hoſtibus.*

Neqve si malè cesserat, vsqvam dec.] id eſt, neque ſi quid ei malè euenerat, neque ſi proſperè, vſquam aliò confugiens, quàm ad ſcribendum, aut legendum. mendosè in quibuſdam libris legitur *geſſerat.* Iam *decurrens*

currens aliò, id eſt, conferens ſe aliò, confugiens a-lio. ita hoc participio vſus eſt Oda 19. lib. 3. *Non eſt meum ſi mugiat Africis Malus procellis, ad miſeras preces Decurrere, &c.* Præterea *vſquam* edendum curaui potiùs, quàm *vmquam*, libros pluteis ve-teres ſecutus: quamquam *vmquam* non damno, in nonnullis libris etiam vet. repertum.

Qvo fit, vt omnis Vot.] quo fit, vt omnis Lucillij vita pateat, veluti in tabula vo-tiua, deſcripta, atque expreſſa. *votiuæ tabulæ* ap-pellantur, quæ ſunt votæ, quæve ex voto ſuſpen-duntur in fanis, quales ſunt naufragorum, aut eo-rum, qui ex graui & periculoſo morbo recreati conualuerunt. ſuprà Od. 5. lib. 1. *me tabula ſacer. Votiua paries indicat humida Suſpendiſſe potenti Veſti-menta maris Deo.*

Lvcanvs, an Appvlvs anceps] inter Lucaniam, & Appuliam interiectus, vtriuſ-que particeps, ita, vt dubium ſit, Lucanúſne ſim, an Appulus, nempe Venuſinus: quia Venuſinus colonus inter vtroſque fineis Lucaniæ ſcilicet, & Appuliæ, arat. Intellige, coloniam è populo Rom. in Venuſiam eſſe miſſam, ne eà hoſtes in Romanos incurrerent.

Qvo ne, &c.] id eſt, vt ne hoſtes populi Ro. in Romanos inuaderent. quidam libri manu ſcri-pti habent, *Quà ne*, id eſt, ne aliquà, ſeu per aliquā partem, ſeu viam.

Sive qvòd] ſiue quia Appuli, ſiue quia Lucani bellum populo Ro. inferrēt. alij *quod* po-ſitum eſſe putant pro *aliquod*. ſed eos fefellit co-dex vnus Vatic. & Torneſ. in quibus ita ſcriptum eſt, *Siue quia Appula gens, ſeu quòd Lucania bellum, &c. incutere bellum* autem, id eſt, inferre, Horatio vſitatum.

Havd petet vltrò] non petet quē-quam, niſi ſim laceſſitus. hæc enim vis eſt, vocis *vltrò*.

Qvemqvam animantem] quem-quam viuum, quemquam anima & corpore con-ſtantem. M. Tull. in Timæo, *à quo enim animante reliquos omneis continere vellet animanteis: hunc ea for-ma figurauit, quâ vna omnes reliquæ formæ concludun-tur.* aliàs animās, & fæminini generis eſt, & neu-trius.

Destringere] propriè, & vſitatè, vt ſup. annot. ad Od. 35. lib. 1.

Tvtvs ab infestis latron.] ſic loquitur ſup. Od. 4. lib. 3. *Vt tuto ab atris corpore viperis Dormirem, &c.* & Sat. 6. huius lib. in extr. *Tu-tus ab inſidiis.* vide annotationem ad Odam 16. lib. 3. ibi, *munierant ſatis Nocturnis ab adult.*

Vt pereat positvm rvb. f.] vti-nam telum in vagina cónditum, rubigine exeda-tur. Priſcian. hunc locum teſtem producit lib. 15.

Nec qvisqvam noc. cvp.] & vtinā nemo me laceſſat iniuria: vtinam nemo mihi vl-trò iniuriam inferat, pacis cúpido.

At ille, Qvi me com.] at, qui me prouocarit, plorabit, & erit fabula totius popu-li. Plato in Minoë, monet eum, qui bonæ exiſti-A mationis cupidus eſt, ne poëtas offendat, néve laceſſat, Minois exemplo, qui quamuis fuerit rex clementiſſimus, iuſtiſſimus, optimus: tamen pro-ptereà quòd offenſionem, odiúmque tragicorum poëtarum ſubierit: & clementiæ, iuſtitiæque ſuæ fructu caruit, & iniuſtus eſt inhumanitatis, cru-delitatis, iniuſtitiæ notis in poſterum ſempiter-nis. Verba Platonis ſunt hæc, Διό καὶ σὺ, ὦ βέλτιστε, ἐὰν σωφρονῇς, εὐλαβὴς ἔσῃ, καὶ ἄλλος πᾶς ἀνὴρ, ὅτῳ μέλει τοῦ εὐδόκιμον εἶναι, μηδέποτε ἀπεχθάνεσθαι ἀνδρὶ ποιητικῷ μηδενί. οἱ γὰρ ποιηταὶ μέγα δύνανται εἰς δόξαν ἐφ' ὁπότερ' ἂν ποιῶσιν εἰς τοὺς ἀνθρώπους εὐλογοῦντες, ἢ κακηγοροῦντες. id eſt, Quapropter etiam tu ô vir op-timè, ſi ſapis, caue, & quiuis alius, cui curæ ſua B exiſtimatio eſt, ne vllius poëtæ inimicitias in te conſſes. poëtæ enim multum valent ad famam in vtrámque partem, ſiue laudent, ſiue maledicant. Itaque Archilochus ille ad maledicendum egre-giè promtus, ac paratus, cùm à quodam contu-melioſè appellatus eſſet, ita reſpondit, τὸν τέττιγα πτεροῦ συνείληφας, id eſt, cicadam ala cōpre-hendiſti. huius autem animalis mirus eſt ſtridor, ſi ala prehendatur. Huc pertinet & illud, quod ſcribit Plutarchus in Theſeo, ἔοικε γὰρ ὄντως χαλεπὸν εἶναι φωνὴν ἐχούσῃ πόλει, καὶ μοῦσαν, ἀπεχθάνεσθαι, id eſt, reuera moleſtum & durum eſt cum ciuitate, quæ vocem & muſam habeat, inimicitias ſuſcipere.

Flebit] οἰμώξει, dolebit, miſeriam ſuam C conqueretur, ac deplorabit. miſer erit, vide an-no. ſup. ad Od. 5. epod. ibi, *O multa fleturum caput.*

Et insignis tota cantab. vr.] perueniet in ora virûm: nobilitabitur meis ver-ſibus ad ignominiam, & infamiam ſui nominis ſempiternam.

Servivs iratvs] quæſitor. intelliga-mus, hunc ætate Horatij fuiſſe prætorem, & quæ-ſtioni alicui rei capitalis præfuiſſe. Virgil. 6. Æn. *Quæſitor Minos vrnam mouet.* adhibebatur autem vrna ad ſortitionem, ſubſortitionémque iudi-cum. Alij accuſatorem & calumniatorem fuiſſe volunt.

Canidia Albvci] Albucij filia venefi-ca, Gratidia nomine: de qua ſup. Od. 3. epod. *an* D *malas Canidia tractauit dapes?* & tota Od. 5. & 17. & Sat. 8. lib. 1.

Grande malvm Tvr.] quia iudex leuis, & nūmarius, & venalis, & δωροδόκος. Quòd autem Porphyrio notat, apud hunc C. Turiū ac-cuſatum eſſe C. Verrem à Cicerone, Hortenſio defendente, mihi non probat. Poteſt tamen fieri, vt diſcoloribus ſignis iuratorum hominum ſen-tentias, ſeu tabellas notarit: quod factū eſſe Ro-mæ cùm ſenatorius ordo iudicaret, quæritur Ci-cero proœmio actionis primæ in Verr. non lon-gè ab extremo.

Vt, qvo qvisqve valet, &c.] id eſt, quo modo, qua re quiſque plurimùm poteſt, ea te inimicos ſuos, eóſque, quibus ſe inuiſum eſſe ſentit, aut quos metuit, terreat, & vlciſcatur: &

Digitized by Google

quemadmodum imperet hoc ipſa natura, cuius A maxima vis eſt, ſic ratiocinare mecum: οὕτω συλλογίζου μετ' ἐμοῦ.

Dente lupus, &c.] ſic M. Tull. libr. 2. de nat. deor. *Jam illa cernimus vt contra metum, & vim ſuis ſe armis quæque defendat. cornibus tauri, apri dentibus, morſu leones, aliæ fuga, aliæ occultatione ſe tutantur; atramenti effuſione ſepiæ, torpore torpedines: multa etiam inſectanteis odoris intolerabili fœditate repellunt.* & Lucret. lib. 5. *Principio genus acre leonum, ſæuáque ſæcla Tutata eſt virtus, vulpes dolus, & fuga ceruos, &c.* Hac eadem de re lege Ariſtot. lib. 2. de partibus animalium cap. 9. & lib. 3. cap. 1. & 2. locum autem tantùm indicabo. Sic igitur cap. 9. lib. 2. συνέγγυς δὲ κατὰ τὴν ἁφήν ἐστι τοῖς ὀστοῖς καὶ τὰ B τοιάδε τῶν μορίων, οἷον ὄνυχές τε καὶ ὁπλαὶ, καὶ χηλαὶ, καὶ κέρατα, καὶ ῥύγχη τὰ τῶν ὀρνίθων. πάντα δὲ ταῦτα βοηθείας ἔχουσι χάριν τὰ ζῷα. τὰ γὰρ ἐξ αὐτῶν συνεστηκότα, &c. οἷον ὁπλή τε ὅλη καὶ κέρας ὅλον μεμηχάνηται πρὸς τὴν σωτηρίαν ἑκάστοις. ἐν τούτῳ δὲ τῷ γένει καὶ ἡ τῶν ὀδόντων ἐστὶ φύσις, τοῖς μὲν ὑπάρχουσα πρὸς ἓν ἔργον, τὴν τῆς τροφῆς ἐργασίαν· τοῖς δὲ πρός τε τοῦτο καὶ πρὸς ἀλκὴν οἷον τοῖς καρχαρόδουσι, καὶ χαυλιόδουσιν: id eſt, proximè autem ad oſſium naturam, quod ad tactum attinet, accedunt etiam tales partes, verbi gratia, vngues, & vngulæ, tum ſolidæ, tum biſulcæ, & cornua, & roſtra auium. Omnia autem hæc præſidij gratia habent animã- C tes. Quæ enim ex iis conſtant, &c. verbi cauſa, vngula tota, & cornu totum, ad ſalutem cuiuſque animalis à natura excogitatum & comparatum eſt. In hoc genere autem etiam dentes numerandi ſunt, aliis quidem attributi ad vnum munus obeundum, nempè ad cibum conficiendum: aliis & ad hoc, & ad prælium, vireiſque exprom endas, vt iis animalibus & quibus ſerrati, & quibus exſerti ſunt dentes. Eodem ferè pertinent quæ 1. cap. vbi de dentibus, & que. 2. libr. 3. vbi de cornibus, ſcripta ſunt: quæ, ne ſim longior, lectori relinquo ſuo loco, & apud auctorem ipſum legenda, niſi quòd tẽperare mihi nõ potui quin aſcriberem, quæ de Momo affert Ariſtotel. cap. illo 2. lib. 3. naturam reprehendente quod cornua tauris affinxiſſet in capite, nõ in humeris. ſic Ariſt. Ὀρθῶς δὲ καὶ τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ποιῆσαι D τὴν τῶν κεράτων φύσιν, ἀλλὰ μὴ καθάπερ ὁ Αἰσώπου μῶμος διαμέμφεται τὸν ταῦρον, ὅτι οὐκ ἐπὶ τοῖς ὤμοις ἔχει τὰ κέρατα, ὅθεν τὰς πληγὰς ἐποιεῖτ' ἂν ἰσχυροτάτας, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ἀσθενεστάτου μέρους τῆς κεφαλῆς. οὐ γὰρ ὀξὺ βλέπων ὁ μῶμος ταῦτα ἐπιτιμᾷ. ὥσπερ γὰρ καὶ εἰ ἑτέρωθί που τοῦ σώματος κέρατα ἐπεφύκει, βλάβος ἂν παρεῖχε, καὶ ἄλλως οὐδὲν ὄντα χρήσιμα, κἂν ἐμπόδια τῶν ἔργων πολλοῖς ἦν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων πεφυκότα. οὐ γὰρ μόνον χρὴ σκοπεῖν πόθεν ἰσχυρότεραι αἱ πληγαὶ, ἀλλὰ καὶ πόθεν πορρώτεραι, &c. id eſt, Rectè autem etiam in eo à natura prouiſum & conſultum eſt, quòd cornua in capite locarit, non vt Momus Æſopi volebat, qui taurẽ improbabat, quòd non in humeris cornua habêat, vnde plagas incuſſiſſet acriores, ſed in infirmiſſima parte capitis. Nam cùm hæc reprehendedat, parum videbat. Quemadmodum enim ſi vel in quauis alia corporis parte cornua innata eſſent, oneri eſſent, damnúmque importarent, neque quicquam prodeſſent, multiſque operis functionibus impedimento eſſent: ſic & ſi in humeris eſſent à natura collocata. Non ſolùm enim videre oportet, vnde plagæ acriores fiant, ſed etiam vndè longiores.

Intus] non foris, ſed à natura inſitum.

Scevæ, &c.] ſignificat, hunc fuiſſe impium in parenteis, & matrem veneno necaſſe: veneficúmque, non ſicarium fuiſſe. Non admodum diſſimile eſt illud Ciceronis pro Scauro. *Libertus pa-* B *tronum non occidit, ſed duobus digitulis gulam obliſit.* Sceuæ (inquit) luxurioſo & perdito homini ſuã matrem crede, id eſt, committe, & permitte: manus quidem, & ferrum ab illa abſtinebit: ſed cicuta cum melle confuſa matrem necabit.

Nil faciet scel. pia dext.] pura quidem manus erit à ſanguine materno: ſed cicuta eam de medio tollet.

Mala] ἐπίθετον perpetuum. nulla enim cicuta bona eſt. ſic alibi *mala luſtra, mala ambitio, mali fures.* apud Hom. λευκοῖο γάλακτος.

Tollet] necabit, occîdet. ſic Varro, *quis patrem decem annos natus tollet, niſi veneno?*

Ne longum faciam] ne ſim lon- C gior: vt paucis expediam. ſic loquitur M. Tull. lib. 1. de legib. *Non faciam longius: hoc enim pertinet, animal hoc prouidum, ſagax, multiplex, acutum, memor: plenum rationis, & conſilij, præclara quadam ratione generatum eſſe à ſupremo Deo.*

Tranqvilla senect.] quæ optanda eſt, & à diis petenda: vt carmine ſæcul. poſt epod. *Dij ſenectuti placidæ quietem,* [*date.*]

Sev mors atr. circumv. al.] ſiue mors mihi impendet, atque imminet, jamiam aduentans. Alas affinxit morti ad ſignificandam eius celeritatem. atras autẽ appellauit, quia omnia, quæ ad inferos. & ad mortem pertinent, triſtia, iniucunda, & horribilia ſunt: cuiuſmodi ſunt & nigra, ſeu atra: quod ſæpè alibi notauimus. Cõtrà Od. 17. lib. 2. *volucriſque fati Tardauit alas.*

D Fors] fortuna. caue legas, *ſors.* & vide annot. ad illum locũ Sat. 1. *Seu ratio dederit, ſeu fors obiecerit.*

Qvisqvis erit vitæ scr. col.] ordo eſt, quiſquis erit vitæ color, ſcribã. *vitæ colorem* intellige vitæ genus, conditionem viuendi, ſortem, perſonam non enim vna eſt omnium hominum perſona, non idem vitę color, non eadem ſpecies: aliúdq; vitæ genus eſt imperatoris, aliud oratoris: aliud negotiatoris, aliud poëtæ. rectè autem colorem appellauit, quia ſingulorum vitæ degendæ genera, plerúmque tamquam colores quidam, in nobis immutantur, neque quicquam ad animum pertinent: ſed ad corpus, aut fortunam. Quamuis autem ſua quemque natura ad certum vitæ genus fingere videatur: neque tamen ſemper in deligendo vitæ genere naturam ſequimur,

ſequimur, & ſæpe, ad quam nos ætatis agendæ viam vel propinqui impulerint, vel fortuna, veluti tempeſtas quædam, detulerit, in ea conſtantiæ cauſa, repugnante natura, cogimur conſeneſcere, & ad extremum vitæ ſpiritum permanere. epiſt. 17. *Omnis Ariſtippum decuit color, & ſtatus, & res.*

O PVER, VT SIS VITALIS, METVO] ô puer (inquit Trebatius) ne non ſis vitalis, metuo. nomen *vitalis* autem, id propriè ſignificat, quod ad vitam pertinet, quod ad vitam adiuuat, quod vitæ vtile eſt. Lucret. lib. 3. *Eſt igitur calor, ac ventus vitalis in ipſo Corpore, qui nobis moribundos deſerit artus.* ibid. *mors omnia præbet, Vitalem præter ſenſum, calidúmque vaporem.* ibid. *Et caput abſciſſum calido, viuentéque trunco, Seruat humi vultum vitalem, oculóſque patenteis, Donec relliquias animai reddidit omnes.* Et libr. 5. *Nudus humi iacet infans indigus omni Vitali auxilio.* & libr. 6. *primùm multarum ſemina rerum Eſſe ſuprà docui, quæ ſint vitalia nobis.* M. Tullius lib. de nat. deor. 2. *ex quo intelligi debet, eam caloris naturam, vim in ſe habere vitalem, per omnem mundum pertinentem.* ibid. *& ceteris naturis omnibus ſalutarem impertit, & vitalem calorem.* Idem de diuination. libr. 1. *Luce ſerenanti vitalia lumina liquit.* quanquam legendum eſt eo loco, *vitai lumina liquit:* itaque edendum curauimus. Virg. Æneid. 1. *Quiſquis es, haud (credo) inuiſus cæleſtibus auras Vitaleis carpis.* Plaut. in Pœnulo, *Iupiter, qui genus colis, aliſque hominum, per quem Viuimus vitale æuum.* Interdum etiam vitale appellamus, quod vita præditum eſt, & viuax: vt Plaut. in Bacchid. *Da, ſi eſſe ſaluum vis me, aut vitalem tibi.* M. Tull. in Lælio ex Ennio, *Qui poteſt eſſe vita vitalis, vt ait Ennius, qui non in amici mutua beneuolentia conquieſcat?* & ita hoc loco ponitur ab Horat. itémque in ſat. 7. huius lib. *ita, Dauus, amicum Mancipium domino, & frugi, quod ſit ſatis, hoc eſt, Vt vitale putes.*

MAIORVM NE QVIS AMICVS] ne quis gratioſus apud maiores, & potentiores viros, &c.

FRIGORE TE FERIAT] mortem tibi inferat: te de medio tollat. ſic Lucr. lib. 3. *& diſcedit in auras, Et gelidos artus in lethi frigore linquit.* Idem lib. 4. *namque iacêret Æterno corpus perfuſum frigore lethi.* Virgil. lib. 9. Æn. *voluitur ille vomens calidum de pectore flumen Frigidus*, id eſt, moribundus, atque adeò mortuus, vt explicat Nonius Marcell. Idem in diris. *Et calor infuſo decedit frigore mortis.* Idem li. 4. Æn. *Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus.* Horat. Od. 8. libr. 2. *gelidáque diuos Morte carenteis.* Itaque docet Varro lib. 4. de ling. Lat. *ignem à naſcendo dictum, quòd hinc naſcitur, quicquid naſcitur: ideóque calet: vt, qui denaſcitur, ignem amittit, & frigeſcit.*

QVID? CÙM EST LVCIL. AVSVS, &c. Quid? (inquit Horat.) cùm Lucilius primus auſus eſt ſatyras ſcribere?

DETRAHERE ET PELL. NITID. Q.] & cùm auſus eſt ea integumenta detrahere, quibus quiſque ſua flagitia, ſuámque turpitudinem tegeret,

A ac celaret? auſus eſt omnia, aut plurima improborum peccata nudare, & in publico quodam modo proponere? ſic epiſt. 16. lib. 1. *Specioſum pelle decora.*

CEDERET] incederet. ſic Plautus. *Vt tranſuerſus, non prouerſus cedit, quaſi cancer ſolet.* citat Varro lib. 6. de ling. Lat.

INTRORSVM TVRPIS] epi. ad Quinctium li. 1. *Introrſum turpem, ſpecioſum pelle decora.*

AVT, QVI DVXIT AB] P. Scipio Africanus poſterior, qui Karthaginem deleuit. Od. 8. lib. 4. *Non incendia Karthaginis impia, Eius, qui domita nomen ab Africa Lucratus rediit, clarius indicant Laudes, quàm calabra Pierides.*

INGENIO OFFENSI?] num ingenio
B Lucillij offenſi, ſubintell. ſunt?

FAMOSÍSQVE LVPO COOP.] & num doluere ob Rutilium Lupum famoſis verſibus conſciſſum? exſtant Lucilij verſus non integri apud M. Tull. libr. 1. de nat. Deor. in quibus hic Lupus, & aliquot alij commemorantur. M. Tull. *Quid de ſacrilegis, quid de impiis, periuríſque dicemus? Tubulus ſi Lucius vnquam, Si Lupus, aut Carbo, aut Neptuni filius, vt ait Lucilius, putaſſet eſſe Deos: tam periurus, aut tam impius fuiſſet?*

POPVLÚMQVE TRIBVTVM] per populum tributum, plebem infimam, &, vt M. Tullius ſæpe nominat, vrbanam, ſignificat. erant enim tribus vrbanæ omnium infimæ, & longè minùs honeſtæ, quàm ruſticæ. Itaq; in eas con-
C iecti fuerunt à Gracchorum patre libertini, vt ſcribit M. Tull. lib. 1. de orat. ad Q. Fr. Denique tributum populum hîc dicit, quem in epiſt. 7. li. 1. *tunicatum popellum. Vilia vendentem tunicato ſcruta popello.* Sic autem eſſe legendum peruincunt pleríque codices manuſcr. in aliis eſt *tribunum:* quæ ſcriptura tamen ferri poteſt.

SCILICET VNI ÆQVVS] ſcilicet vni virtuti placatus, æquabilis, atq; amicus: non iratus, neque offenſus: ſed propitius, & ad fauendum propenſus. vide annot. ad Od. 3. lib. 2.

A VVLGO, ET SCENA] à ſcena, id eſt, à luce forenſi, ab oculis ciuium, à conſpectu populi, & multitudinis. tralatio eſt à ludis ſcenicis. ſic loquitur M. Tull. oratione pro Plancio: *Omitto illa, quæ ſi minùs in ſcena ſunt, at certè cùm ſunt*
D *prolata, laudantur.* ſic enim hunc locum emendaui ex auctoritate librorum manuſcri. qui ſic legebatur in vulgatis, *quæ ſi minus neceſſaria ſunt, &c.*

VIRG. SCIP. ET MITIS SAP. LÆL.] id eſt, Scipio, & Lælius: περιφράσεις: quod genus ſuprà annotauimus ad Od. 5. lib. 3. Priſcian. lib. 2. ſcribit dicendû fuiſſe *Scipionida.* Vſus tamen eſt eadem voce & Lucilius. *Cornelius Publius noſter Scipiadas dicto, &c.* & Lucr. lib. 3. *Scipiades belli fulmen, Karthaginis horror.* ſuprà iterum Horat. *Scipiadam vt ſapiens Lucilius.*

DISCINCTI] cur non dixit *diſcinctæ*? quia per virtutem Scipionis, & ſapientiam Lælij, Scipio, & Lælius ſignificantur, vt diximus. ſic Homerus ὀδ. λ. Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τει-

ϱεσίαο Χρύϲεον σκῆπτϱον ἔχων. id eſt, Veoir au-
tem poſtea Tireſiæ anima aureum ſceptrum te-
neos. & ἰλ. μ. Ἐλθὼν γὰρ ῥ' ἐκάκωσε βίη ἡρα-
κληείη: id eſt, Virtus enim Herculea profectus
Pylios ioſeſtos babuit, ac diuexauit. quib. locis
videbatur dicendum ἔχουσα, & ἐλθοῦσα. & Eu-
ripi. apud Stobæū, Ἴδοιμι δ' αὐτὴν ἐχθρὸν ἀρ-
ϱεν' ἀϱϱένων, Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιος τυραννί-
δος. videbatur dicendum, ἄῤῥενα ἀξία. ſic M.
Tull. orat. pro Sextio. *duo importuna prodigia, quos
egeſtas, quos æris alieni magnitudo, &c. tribuno pl. con-
ſtrictos addixerat.* diſcinctus hoc loco non ponitur
in vitio, vt Ode 1. epod. *Diſcinctus aut perdam vt
nepos*: ſed ad aoimi laxamentum, ac remiſſionem
dumtaxar pertioet, vt ibidem docuimus. *diſcincti*
igitur valet boc loco idem, quod remiſſi ac rela-
xati: animo à rebus ſeriis, & à reip. curis ſoluto;
omni ſeueritate poſita.

Lvdere] ludebāt, ludere ſolebāt. M. Tull.
de Orat. 2. *Non audeo dicere de talibus viris* (Scipio-
ne & Lælio) *ſed tamen ita ſolet narrare Scæuola, con-
chas eos & vmbilicos ad Caietam, & ad Laurentum le-
gere conſueuiſſe, & ad omnem animi remiſſionem ludúm-
que deſcendere.*

Donec] interea dum, vel tantiſper dum, vt
Od. 9. lib. 3. *Donec gratus eram tibi.*

Decoq. olvs] ex apparatu, qualis eſſet
eorum cena ſignificat, nempe frugi, minimėq;
ſumtuoſa. vide quæ annotata ſunt ad illū locum
Iachanique catinum. ſat. 6. lib. 1. *ſoliti* autem ſubin-
tell. erant.

Qvamvis infra Lvcili c. ing.]
quamuis & cenſu, & ingenio Lucilio inferior.
fuit autem Lucilius boneſto loco natus, nempe
familia equeſtri.

Cvm magnis vixisse] ſic infra epi.
vlt. lib. 1. *Me primis vrbis belli placuiſſe, domíque.*

Et fragili qvær. ill. d.] allego-
tia eſt. ſignificat autem, inuidis, qui conabantur
eum, obtrectando, & clanculum mordendo, in
crimeo vocare, ſuæ vitæ integritatem, caſtitatē,
& innocentiam reſponſuram, ac reſtituram. du-
cta allegoria eſt à dente, qui res teneras, molleis
ac fragileis perfringere, & comminuere poteſt:
duras & ſolidas oon poteſt. vtitur alia quidē ſi-
militudine M. Tull. orat. pro Roſcio Com. in
eadem re: ſed non minus apta, bis verbis, *Nónne,
vt ignis in aquam coniectus continuo reſtinguitur, & re-
frigeratur: ſic referuens falſum crimen in puriſſimam, &
caſtiſſimam vitam collatum, ſtatim concidit & exſtin-
guitur?*

Offendet solido.] in ſolidum in-
curret, ita vt lædatur potiùs, quàm lædat.

Eqvid. nihil hîc diffind. possvm]
ita reperi ſcriptum in vno cod. Vatic. & Tornei.
vno Nicotiano. non, vt habent vulgati libri,
diffingere. Et ſanè hanc (quam dico) ſcripturam
agnoſcere videtur ſiue Acro, ſiue Porpbyrio.
diffindere autem verbum eſt antiqui iuris ciuilis,
quod valet differre, quamquam nonnulli ma-
lunt dici *diffundere*: à quibus diſſentio. Verba ſunt

A hæc ex lege ſecunda Numæ Pompilij: *Si quid bo-
rum fuit vitium iudici, arbitróve, reóve, is dies diffiſ-
ſus eſto*, T. Liuius lib. 9. *atque ei legem Curiatam de
imperio ferenti, triſte omen diem diffidit.* Aul. Gellius
lib. 14. cap. 2. *Atque in dierum quidem diffiſſionibus,
&c.* vbi vulgo legitur *rerum diffuſionibus.*

Sed tamen vt mon.] hæc pertinent
ad verſum, qui ſtatim ſequitur, *Si mala cond.* hoc
ſenſu: ſed tamē, vt cautior ſis, idque à me moni-
tus, ne fortè ignorantia legum te in fraudem im-
pellat: ſi quis in aliquem famoſa carmina ſcripſe-
rit, datur in eum actio, & pœna eſt in eum lege
ſancita. M. Tull. lib. 4. Tuſcul. *quamquam id qui-
dem etiam XII. tabulæ declarant, condi iam tum ſolitum
eſſe carmen: quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam, le-
B ges ſanxerunt.* idem libr. 4. de Rep. *Noſtra contrà
XII. tabulæ cùm perpaucas res capite ſanxiſſent, in his
hanc quoque ſanciendam putauerunt, ſi quis actitauiſſet,
ſiue carmen condidiſſet, quod infamiam afferret, flagitiúm-
ve alteri. præclarè. Iudiciis enim, ac magiſtratuum diſ-
ceptationibus legitimis propoſitam vitam, non poëtarum
ingeniis habere debemus, nec probrum audire, niſi ea lege,
vt reſpondere liceat, & iudicio defendere.* ſic epiſt. ad
Auguſt. *quin etiam lex, Pœnáque lata, malo quæ nollet
carmine quemquam Deſcribi.* Arnob. lib. 4. aduerſ.
Gent. *Carmen malum conſcribere, quo fama alterius
coinquinetur, & vita decemuiralibus ſcitis euadere no-
luiſtis impunè: ac ne veſtras aures conuicio aliquis petu-
lantiore pulſaret, de atrocibus formulas conſtituiſtis iniu-
riis.*

C Sanctar. insc. leg.] ſanctæ leges
dicuntur, quæ aliquid iubent, aut vetant pœna
irrogata, & ſancita, ſi quis ſecus faciat. *inſcitia le-
gum*, id eſt, inſcientia, ſeu ignorantia legum. ſic
loquitur infrà ſat. prox. io extr. *aut vafri inſcitia iu-
ris.* & ſat. 3. eiuſd. libr. *& quæcumque inſcitia veri
Cæcum agit.* & epiſt. 3. lib. 1. *ſeu rerum inſcitia vexat.*
niſi fortè in bis omnibus locis legendum eſt, *in-
ſcientia*, vt *inſcientia* ſit quatuor ſyllabarum, per
συνίζησιν, quod item fieri in aliis vocibus alibi
indicauimus, verbi gratia, in *Vindemiator.* ſaty. 7.
lib. 7. lib. 1. in *Luſcinias.* ſat. 3. huius lib. & ſimilib.

Ivs est, ivdiciúmqve] lex lata eſt,
& actio in eum dātur.

D Esto] demus ita eſſe, inquit Horat. videli-
cet pœnam eſſe conſtitutam in eum, qui mala in
quempiam carmina ſcripſerit: ſed ſi quis bona
ſcripſerit, laudatur iudice Cæſare, ambiguū in-
eſt io voce *mala.* Trebatius enim *mala* accipit fa-
moſa: Horat. autem indocta, atque incondita,
ſeu malè nata.

Opprobriis] quidam libri veteres ha-
bent, *Opprobrio*: in his Morellianus, & Clerica-
nus, & Ruſſardinus vnus.

Latraverit] ſic reperi ſcriptum in ſe-
ptem codicibus calamo exaratis: trib. Vatic. &
Iann. Nicot. Ruſſ. Cleric. vnus Vat. & Faërn. &
quidam alij habent *laceraverit.* ego priorem ſcri-
pturam ſecutus ſum, quia à pluribus libris com-
probatur. placet mihi tamen & altera, *lacerave-
rit*: cui ex aduerſo reſpondet nomen *integer*: hoc
modo,

A modo, lacerauerit homines improbos, ideóque lacerandos, cùm ipſe ſit integer, id eſt, innocens, & caſtus. Præterea M. Tull. Philipp. 11. ita loquitur, *verborum contumelijs lacerare*, niſi quis dicat *lacerare*, grauius eſſe, quàm *latrare*: & hoc huic loco conuenire: illud non conuenire. Hæc autem *ſi quis oppr. dign. lac.* & reliqua, quæ ſequuntur, videntur dici à Trebatio, hoc modo, ſi quis improbum, impudicum, periurum, atque impium latrauerit, ſeu lacerauerit, cùm ſit ipſe purus, & innocens, leges ipſę XII. tabularum riſu diſſoluētur, & pœnam remittent: tu autem omni moleſtia liberatus, abibis: tu miſſus fies: tu abſoluéris. Ego ſuſpicatus ſum aliquando, etiam ſuperiora illa verba, *ſed bona ſi quis, &c.* eſſe Trebatij, continentémque iam eſſe, & perpetuam Trebatij ad extremam orationem, vt aduerſentur ſcilicet illis, *ſi mala condiderit.* alij omnia volunt eſſe Horatij.

Tabulæ] id eſt, vel ipſæ leges riſu diſſolutæ ſupplicium remittēt, vel ipſi iudices, qui ſunt legum cuſtodes, atque adeò leges loquentes, effuſè ridebunt ob carmina abs te in quempiam opprobriis dignum ſcripta.

TVRNEBVS.

Ex lib. 7. cap. 11.

SCribit Flaccus, *-- atqui Primores populi arripuit populúmque tributim*: quo verſu ſignificat ſummos & infimo à Lucilio ſtili ſatyrici acerbitate vulneratos fuiſſe: ſed cùm primores dixerit & plebem ſignificare proximo caſo debuerit, haud inuitus ſcripturæ accedo, quam in quodam exemplari reperi, *-- populumq; tributum.* Tribus. n. ignobiliorum erant: qui ſenſus etiam efficietur *tributim* legenti, etſi non tam commodè reſpondebit. Vtraque certè ſcriptura patronos habet, vna Porphyrionem, altera Acronem. Ergo ſic illud *tributum* amplector, vt tamen tributim non omninò aſperner, nec improbem. Plinius lib. 19. cap 4. quoque vt quodam loco docemus, tribus pro pauperioribus dixit, & eadem notione à Flacco lib. 1. epi. 14 conuiuia tribulis appellatur, non diues.

Ex lib. 9. cap. 7. *-- Sanctarum inſcitia legum.* eſt ignoratio earum legum, quæ ſanctè aliquid cogunt aut vetant metu pœnæ, quęque ſupplicia pœnaſque ſanciunt & irrogant. Itaque ſancta lex eſt, quæ aliquid cogit aut vetat fieri, nocentique & ſonti minatur. Cornificius ad Herennium, lib. 2. de par. Legit. conſtit. *Infirma erit eius defenſio, qui negabit ſe feciſſe, quod cogeretur, cùm altera lex permitteret, plus enim valet ſanctio permiſſione.*

ARGVMENTVM. SATYR. 2.

Sub Ofelli perſona, luxui deditos ac luxu modo non perditos inſectatur: & quidem de eo loquens, qui gulæ ſeruit. Non certo iudicio, ſed ex opinione quadam ſtultè concepta delicias in nonnullis cibis conſectari dicit. Atque vt incommoda recenſet, quæ comitantur hunc, qui circa victum eſt luxum, ita commoda, quæ tenui & frugali inſunt enumerat.

* *Quæ virtus, & quanta, boni, ſit viuere paruo:*
B *Nec meus hic ſermo eſt: ſed, quem præcepit Ofellus*
*Ruſticus, * abnormis ſapiens, craſſáque Minerua:)*
Diſcite non inter lances, menſáſque nitenteis,
Cùm ſtupet inſanis acies fulgoribus, & cùm
Acclinis falſis animus, meliora recuſat:
Verùm hîc impranſi mecum diſquirite. cur hoc?
C *Dicam ſi potero. malè verum examinat omnis*
Corruptus iudex. léporem ſectatus, equóve
Laſſus ab indomito: vel, ſi Romana fatigat
*Militia aſſuetum * græcari, ſeu pila velox,*
* *Molliter auſterum ſtudio fallente laborem,*
D *Seu te diſcus agit: pete cedentem aëra diſco.*
*Cùm labor * extuderit faſtidia: ſiccus, inanis*
Sperne cibum vilem: niſi Hymettia mella Falerno
Ne biberis diluta foris eſt promus: & atrum
Defendens piſceis hiemat mare. cum ſale panis

Latrantem ſtomachum bene leniet. vnde putas, aut
Qui partum? non in caro nidore voluptas
Summa, ſed in te ipſo eſt. tu * pulmentaria quære
Sudando. pinguem vitiis, albúmque, nec oſtrea,
Nec ſcarus, aut poterit peregrina iuuare lagois.
Vix tamen * eripiam, poſito pauone, velis quin
Hoc potius, quàm gallina tergêre palatum,
Corruptus vanis rerum: quia veneat auro
Rara auis: & picta pandat ſpectacula cauda:
Tãquam ad rem attineat quicquam. num veſceris iſta,
Quam laudas, pluma? cocto num adeſt * honor idem?
Carne tamen quamuis diſtat nihil: * hac magis illa,
Imparibus formis deceptum te pater. eſto,
Vnde datum ſentis, lupus hic, Tiberinus, an alto
Captus hiet? ponteiſne inter iactatus, an amnis
Oſtia ſub Tuſci? laudas inſane trilibrem
Mullum: in ſingula quem minuas pulmenta, neceſſe eſt.
* Ducit te ſpecies, video. quò pertinet ergo
Proceros odiſſe lupos? quia ſcilicet illis
Maiorem natura modum dedit: his breue pondus.
* Ieiunus rarò ſtomachus vulgaria temnit.
Porrectum magno magnum ſpectare catino
Vellem, ait harpyiis gula digna rapacibus. at vos
A Præſentes Auſtri * coquite horum obſonia quamquam
Pûtet aper, rhombúſque recens, mala copia quando
Ægrum ſollicitat ſtomachum: cùm rapula plenus,
Atque acidas mauult inulas. nec dum omnis abacta
* Pauperies epulis regum. nam vilibus ouis,
B Nigríſque eſt oleis hodie locus. haud ita pridem
GalloniI præconis erat accipenſere menſa
Infamis. quid? tum rhombos minùs æquor alebat?
Tutus erat rhombus, tutóque ciconia nido:
Donec vos auctor docuit * prætorius. ergo
Si quis nunc mergos ſuaueis edixerit aſſos:
C * Parebat praui docilis Romana iuuentus.
Sordidus à tenui victu diſtabit, Ofello,
Iudice. nam fruſtra vitium vitaueris illud,
Si te alio prauum detorſeris. Auidienus,
Cui Canis ex vero dictum cognomen adhæret:
D Quinquenneis oleas * eſt, & ſilueſtria corna:
Ac, niſi * mutatum, parcit defundere vinum: &c,
Cuius odorem olei nequeas perferre (licebit
Ille repotia, nataleis, alióſve dierum
Feſtos albatus celebret) cornu ipſe bilibri
Caulibus inſtillat, veteris non parcus aceti.

Quali igitur victu ſapiens vtetur? & horum
Vtrum imitabitur? hâc vrget lupus, hâc canis, aiunt.
** Mundus erit, qui non offendet ſordibus: atque*
In neutram partem cultus miſer, hic neque ſeruus,
*Albuci ſenis exemplo, dum * munia didit,*
*Sæuus erit: neque ſic, vt ſimplex Næuius, * vnctam*
Cōuiuis præbebit aquam. vitium hoc quoque magnum
Accipe nunc, victus tenuis quæ, quantáque ſecum
*Afferat: inprimis * valeas bene. nam, variæ res*
Vt noceant homini, credas, memor illius eſcæ,
*Quæ ſimplex olim tibi * ſederit. at, ſimul aſſis*
Miſcueris elixa: ſimul conchylia turdis:
Dulcia ſe in bilem vertent: ſtomachóque tumultum
Lenta feret pituita. vides, vt pallidus omnis
Cena deſurgat dubia? quin corpus onuſtum
Heſternis vitiis animum quoque prægrauat vnà:
Atque affigit humo diuinæ particulam auræ:
Alter, vbi dicto citiùs curata ſopori
Membra dedit: vegetus præſcripta ad munia ſurgit.
Hic tamen ad melius poterit tranſcurrere quondam:
Siue diem feſtum rediens aduexerit annus:
Seu recreare volet tenuatum corpus: vbique
A *Accedent anni, & tractari mollius ætas*
Imbecilla volet. tibi quidnam accedet ad iſtam,
*Quam puer, & validus * præſumis, mollitiem, ſeu*
Dura valetudo inciderit, ſeu tarda ſenectus?
Rancidum aprum antiqui laudabant: non quia naſus
B *Illis nullus erat: ſed, credo, hac mente, quòd * hoſpes*
Tardius adueniens, vitiatum commodiùs, quàm
Integrum edax dominus conſumeret. hos vtinam inter
Heroas natum tellus me prima tuliſſet.
** Das aliquid famæ, quæ carmine gratior aurem*
Occupat humanam? grandes rhombi, patinæq;
C *Grande ferunt vnà cum damno dedecus. adde*
Iratum patruum, vicinos, te tibi iniquum,
Et fruſtra mortis cupidum, cùm deerit egenti
*As, laquei pretium. * iure, inquis, Traſius iſtis*
Iurgatur verbis ego vectigalia magna,
D *Diuitiáſque habeo tribus amplas regibus. ergo,*
*Quod * ſuperat, non eſt, meliùs quò inſumere poſſis?*
Cur eget indignus quiſquam te diuite? quare
** Templa ruunt antiqua deûm? cur, improbe, caræ*
Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo?
** Vni nimirum rectè tibi ſemper erunt res?*

O magnus poſthac inimicis riſus. vtérne
Ad caſus dubios fidet ſibi certiùs: hic, qui
Pluribus aſſuerit mentem, corpúſque ſuperbum:
An, qui contentus paruo, metuénſque futuri,
In pace, vt ſapiens, aptarit idonea bello?
Quo magis his credas: puer hunc ego paruus Ofellum B
Integris opibus nôui non latiùs vſum,
Quam nunc acciſis. videas metato in agello
Cum pecore, & natis fortem mercede colonum,
Non ego, narrantem, temerè edi luce profeſta
Quicquam, præter olus fumoſæ cum pede pernæ.
Ac, mihi ſeu longum poſt tempus venerat hoſpes,
*Siue operum vacuo gratus conuiua per *imbrem*
*Vicinus: *bene erat, non piſcibus vrbe petitis,*
Sed pullo, atque hœdo: tum penſilis vua ſecundas,
Et nux ornabat menſas, cum duplice ficu,
*Poſt hoc *ludus erat cuppa potare magiſtra:*
Ac venerata Ceres, vti culmo ſurgeret alto,
Explicuit vino contractæ ſeria frontis.
Sæuiat, atque nouos moueat fortuna tumultus:
Quantum hinc imminuet? quanto aut ego parciùs, aut vos
*O pueri * intuiſtis, vt huc nouus incola venit?*

A *Nam propriæ telluris herum natura neque illum,*
Nec me, nec quemquam ſtatuit. nos expulit ille:
Illum aut nequities, aut vafri inſcitia iuris.
Poſtremò expellet certè viuacior heres
Nunc ager Vmbreni ſub nomine, nuper Ofelli
Dictus, erit nulli proprius: ſed cedet in vſum
Nunc mihi, nunc alij. quocirca viuite fortes:
Fortiáque aduerſis opponite pectora rebus.

QVÆ VIRTVS] hæc ſatyra ſub Ofelli perſona luxurioſos vrbanè reprehendit atque obiurgat.

BONI] in tribus Vatic. cod. & Faër. & Torn. ſcriptum repetitur *boni*, vt ſit vocandi cáſus, quos ſecutus ſum.

VIVERE PARVO] ſic Tibull. eleg. 1. lib.
C 1. *contentus viuere paruo.*

NEC M. HIC SERMO, &c.] hi duo verſus, qui deinceps ſequuntur, includendi ſunt interpoſitionis nota.

PRÆCEPIT] præſcripſit, docuit, præmonſtrauit. hoc enim ſignificat verbum *præcipere*, non id, quod vulgus putat.

ABNORMIS SAPIENS] hæc duo coniúctè ſunt legenda, *ſapiens abnormis*, id eſt, qui ſapiẽs quidem eſt, ſed non ad iſtorum philoſophorum normam. ſic M. Tull. in Lælio, *Numquam ego dicã C. Fabricium, M. Curium, T. Coruncanium, quos ſapientes noſtri maiores iudicabãt, ad iſtorũ normã fuiſſe ſapientes. abnormis* autem excudendum curaui, ſecutus auctoritatem quinque codicum veterum. Sed
D non eſt diſſimulandum ſcriptum eſſe in aliquot libris manuſcr. *abnormi.* quod ſi quis probabit (mihi quidem non diſplicet) hic erit ordo verborum, Ruſticus ſapiens, abnormi, craſſáque Minerua: vt *abnormi* cohæreat cum voce *Minerua.*

CRASSÁQVE MINERVA] & ſapiens craſſa Minerua. i. non politus, neq; excultus doctrina, ſed factus natura: non productus è ſchola, ſed ex caula. in Priapeiis, *Simplicius multo eſt, da verbum turpe Latinè Dicere. quid faciam? craſſa Minerua mea eſt* M. Tull. in Lælio, *Agamus igitur, vt aiunt, pingui Minerua.*

NITENTEIS] λιπαρὰς, pingueis, vnctas, opiparas.

CÙM STVP. INSAN. ACIES FVLG.] id eſt,

id eſt, cùm oculorum acies epularum, & deliciarum, & vaſorum pretioſorum ſplendore obtuſa eſt, allegoria eſt. nam per aciem oculorum, quæ nimio ſplendore præſtringuitur, iudicium rationis ſignificat obtuſum, & corruptum luxu, & voluptatibus.

INSANIS.] ab effectu. quia animum ſpoliant ſanitate.

ACCLINIS] propenſus ad aſſentiendum falſis propterea, quòd corpus multo cibo, multáq; potione completum eſt: quod cùm accidit, minùs expeditè ſuo munere mens fungi poteſt, *acclinis* legendum eſſe, non *acclinis* peruincunt omnes codices veteres & Vaticani, & alij nullo excepto. *acclinis* autem ſignificat incumbentem, & propenſum. quo nomine vtitur Virg. li. 10. Æn. *Vulnera ſiccabat Lymphis, corpúſque leuabat Arboris acclinis trunco.* quo loco tamen in lib. vulgatis legitur mendoſè *acclinis.* hinc verſum acclino & acclinatus. Cæſ. lib. 6. de bello Gallico, *huc cùm ſe conſuetudine acclinauerint, &c*, & ſup. *atque ita paul. lum modo acclinatæ quietem capiunt.* Atque hæc omnia Adr. Turne. cùm probaſſet, quadriennio poſt in cap. 19. lib. 3. Aduerſ. retulit.

IMPRANSI] ſicci, ieiuni. epiſt. ad Nummonium Vall. lib. 1. *impranſus non qui ciuem dignoſceret hoſte.* & infr. ſat. prox. *impranſi correptus voce magiſtri.*

MALÈ VERUM EXAM. O. C.] corruptus autem eſt animus hominis vino, ciboque conferti, & ſaturi: Itaque expeditè verum à falſo diſtinguere non poteſt. huc pertinent, quæ ſcribit Ariſtot. περὶ ἐνυπνίων. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐν ὀργαῖς, καὶ πάσαις ἐπιθυμίαις εὐαπάτητοι γίνονται πάντες, καὶ μᾶλλον, ὅσῳ ἂν μᾶλλον ἐν τοῖς πάθεσιν ὦσι. id eſt, eodem autem modo & in iris, & in omnibus cupiditatibus facilè decipi poſſunt omnes, tantóque magis, quanto magis in perturbationibus ſint.

LÉPOREM SECTATUS, EQUÓUS, &c.] huius loci hæc ſententia eſt. qui labore corpus exercuit, ſumtuoſas epulas non deſiderat: ſed tenuiſſimu apparatu, & quolibet cibo ſibi appoſito contentus eſt. notum eſt illud Hippocratis ὁ πόνος σίτῳ ἡγείσθω. labor cibum antecedat. & Cyrus apud Xenoph. libro ſecundo ἀπομνημ. curam adhibebat, ne vnquam ſui ad prandium, aut cenam ἀνίδρωτοι. i. ſine ſudore venirent. & Hippolytus ille apud Eurip. ait, redeuntibus è venatione, plenas menſas eſſe iucundas: ſignificans, opinor, exercitatione, & labore corporis cibi cupiditatem excitari. verba Eurip. ſunt hæc, Σίτων μέλεσθε τερπνὸν ἐκ κυναγίας Τράπεζα πλήρης. enumerat autem hoc loco Horatius quattuor exercitationis genera, venationem, equitationem, ludum pilæ, diſci iactum; quorum duo ſuperiora, Romana: poſteriora, Græca ſunt.

VEL SI ROM. FAT.] id eſt, vel ſi Romana exercitatio te aſſuetum pila ludere, & diſcum iácere, qui ſunt ludi in Græcia vſitati, fatigat, id eſt, delaſſat, & nimio labore conficit: & iccirco A ab ea refugis, atque abhorres: ſiue pilæ ludo delectaris, in quo ſtudium ludendi ſenſum laboris adimit, ſubint. lude pila. ſiue diſci iactu duceris iace diſcum: & cùm labor expulerit faſtidia, cibique appetitionem excitarit, tum tu mihi aſpernare cibum vilem, & tenuem victum, & vulgarem, paruúmque apparatum: quaſi dicat, non facies: ſed primo quoque cibo, & fortè oblato cõtentus eris. fatigare, id eſt, valde exercere, & delaſſare. ſic Virg. Georg. 3. *Sæpe etiam curſu quatiunt & ſole fatigant.* & Æneid. 1. *vel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalyce.* Per Romanam militiam autem equitationem & venationẽ ſignificat: quæ duæ exercitationes valde ſunt laborioſæ, minimèq; molles, vt Græcorum. ſic Oda 24. lib. 3. *neſcit equo rudis* B *Hærere ingenuus puer: Venaríque timet, ludere doctior, Seu Græco iubeas trocho, Seu malis vetita legibus alea.*

GRÆCARI] Græcari interdum valet intẽperantiùs potare, Græcorum more bibere. M. Tull. Verr. 3. *Fit ſermo inter eos, & inuitatio, vt Græcorum more biberetur.* Plautus Moſtell. *Dies, noctéiſque bibite: pergræcamini, Amicas emite, liberate, paſcite Paraſitos, obſonate pollucibiliter.* Idem Bacchid. *atque id pollicetur, ſe daturum aurum mihi: Quod dem ſcortis, quódque in luſtris comedim, & congræcem pater.* ſed hîc Græcari poſuit, pro Græcos ludos ludere, ſeu Græcis ludis exerceri. Græci autem ludi, ſunt pila & diſcus.

MOLL. AUSTERUM STUD. FALL.] C id eſt, ſtudio pilæ obliuionem quandam, & ἀναισθησίαν laboris afferente. non enim ſentitur labor ab eo, qui pila ludit, propter eam, quam ex luſione percipit, voluptatem. Totus autem hic locus videtur claudicare. nã primùm in his verbis: *ſeu pila velox*, ſubintelligendum, ſeu ſumendum ἀπὸ κοινοῦ te agit: Deinde. poſt hunc verſum *Molliter auſterum ſtudio fall. lab.* ſubintelligendum *Lude pila*: vt reſpondeat ei, quod ſequitur, *pete cedẽtem aëra diſco.* Quod ſi pro *Molliter*, poſuiſſet Horatius, *Lude pila*: & facilior eſſet huius loci explicatio, & molliùs curreret ſententia, neque quicquam ſubintelligendum, aut ſupplendum eſſet. Neque verò mihi ſoli hic locus ſcrupoſus viſus eſt, verum etiã doctiſſimo cuidam, eidémque optimo viro: qui putabat legendũ, vel *Mollito* D *auſterum ſt. f. l.* vel *Molire auſterum ſtudio fallente laborem.* quam poſteriorem coniecturam magis probarem. ſententia autem & huius, & illius ſuperioris verſus plana eſt. volebat enim ille hoc intelligi per illum, *Mollito auſterum, &c. pila ludito* quia qui pila ludit, laborem exercitationis mollẽ reddit ſtudio ludendi, quod laborem fallit. ex poſteriore autem eandem ſententiam eliciebat, ſed alia ratione. nã qui pila ludit, laborem molitur, id eſt, laborem ſuſcipit grauem illum quidẽ, ſed quem ſtudium ludendi fallit & obſcurat. Molire igitur laborem auſterum ſtudio fallente eum ipſum laborem, id eſt, ludo pilæ.

CEDENTEM] cedit enim aër corporibus, præſertim grauioribus.

Cvm labor extvderit] id eſt, depulerit nauſeam, quæ ex ſatietate, & crapula naſcebatur, famémq; irritarit, ac prouocarit. vſus eſt Virg. hoc verbo paullo aliter Georg. 1. *Vt varias vſus meditando extunderet artes.* vbi tamen nonnulli legi volunt, *excuderet.*

Sperne cibvm vilem] verbum *ſperne* pertinet ad illa ſuperiora, *leporem ſectatus, equóve, &c.* & ineſt in his verbis εἰ ἀντὰ. hoc modo, cum venatu, equitatione, pilæ luſione, diſco te exercueris, ac fatigaris, cibiq; faſtidium depuleris, tum tu, ſodes, ſperne tenuem apparatum, & nega te biblturum, niſi tibi vinum falernum melle mitigatum miniſtretur. quod ſimile eſt, vt ſi dicat, numquam tu hoc facturus es, immò viliſſimum quemque cibum auidiſſimè voraturus, & quodlibet vinum, atque adeò aquam, ſi vinum deſit, æquiſſimo animo bibiturus. ad hanc ſententiam pertinet id, quod Dionyſio tyrãno reſpondit cocus quidam Lacedæmonius. *Cum cenaſſet ille in Phiditiis, negarétne ſe iure nigro neſcio quo delectatum, quod erat caput cenæ: tum is, qui illa coxerat, minimè mirum (inquit:) condimenta enim defuerunt. Quæ tandem, inquit ille? Labor in venatu, ſudor, curſus ab Eurota, fames, ſitis: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.* hæc M. Tull. Tuſcul. lib. 5. codẽ illud Varronis de liberis educandis ex Nonio, *vel maximè illuc didici, & ſitienti videri aquam, mulſum: & eſurienti, panem cibarium, ſiligineum: & exercitato ſomnum ſuauem.* quem locum ſic reſtituit Muretus.

Niſi Hymettia mella Fal.] ne biberis, ne quicquam bibito, niſi vinum Falernum melle conditum. Erat autem Falernum aliquanto auſterius. idcircò melle admiſto leniri ſolitum erat Virg. Georg. 4. *Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum Et liquida, & durum Bacchi domitura ſaporem.* Hymettia mella à monte Hymettio in Attica. Od. 6. libr. 2. *vbi non Hymetto Mella decedunt.*

Foris eſt promvs] is qui dapes, & vinum promit, non eſt domi: tempeſtas ad piſcandum non eſt idonea Tu igitur eſuriens, & ſitiens, neque, dum promus redeat: neque, dum ex longinquo, & concitato mari tibi piſces afferantur, exſpectabis: ſed pane, & ſale famem ſedabis. ſal autem pauperum eſt condimentum, vt ſuprà diximus ad Odam 15. libr. 2. Perſæ verò nihil ad panem adhibebant præter naſturtium. Promus dictus eſt à promendo, vt condus à cõdendo: quibus duabus vocibus vtitur Plautus.

Latrantem ſtom. b. l.] ſal cum pane ſtomachum latrantem, id eſt, inanem, & idcircò quaſi latrando poſcentem cibum, bene leniet, & iratum placabit ſic enim loquitur ſaty. vlt. huius lib. *Quæ prima iratum ventrem placauerit eſca.* Latrare autem etiam apud Lucr. poſcere ſignificat princip. lib. ſecund. *Nil aliud ſibi naturam latrare, &c.*

Vnde pvtas, avt Quî p.] vnde

A putas hanc in tam tenui, & vili cibo, naſci voluptatem?

Non in caro nid.] id eſt, non in carorum obſoniorum nidore, ſiue carnes ſint, ſiue piſces, &c. eò dico quòd in quibuſdam libris ſcriptum eſt, *in carnis nidore.*

Tv pvlmentar. qvære ſvd.] id eſt, ſuda priùs, quàm pranſum, aut cenatum eas, & pulmentaria non magnopere deſiderabis. Nã ei, qui ſudauerit, faméimq; labore prouocarit, faſtidio depulſo, cibus quantumuis tenuis, ac vilis, erit quouis pulmento ſuauior: vt Ptolemæo panis in caſa quadã datus comitibus eum non conſecutis: & aqua etiam impura ſitienti vino præſtantiſſimo erit dulcior, vt Dario: qui in fuga

B cùm aquam turbidam, & cadaueribus inquinatam bibiſſet, negauit ſe vnquam bibiſſe iucundius. Rectè igitur Cyrus: de quo ſic Xenoph. Παιδ. βιβ. β. ἐπεμέλετο δὲ καὶ τοῦτο ὁ Κῦρος, ὅπως μήποτε ἀνίδρωτοι γενόμενοι ἐπὶ τὸ ἄριστον, καὶ τὸ δεῖπνον εἰσίοιεν. quæ verba paullo antè interpretati ſumus. Pulmenta à pulte dicta ſunt; qua voce etiam vſus eſt epiſt. ad Loll. 2. libr. 1. *Cenes vt putter pulmenta laboribus empta.* Siue autem ſola puls, ſiue quid aliud cum pulte permiſtum ſit, pulmentum rectè dici poteſt, teſte Iſidoro. Erat autem puls, Romanus & Italus cibus, vt polenta Græcus.

Pingvem vitiis] obeſum, vitioſo, & graui abdomine oneratum.

C Albúmqve] pallidum, vt infrà eadem ſat. *vides vt pallidus omnis Cena deſurgat dubia?* vel vt alij volunt, ἀργόν, tardum, aut pigrum, vt Od. 2. lib. 2 *& aquoſus albo Corpore languor.*

Oſtrea] συναίρεσις eſt in nomine *oſtrea*, vt ſuprà admonuimus. oſtrea autem loco & tempore inter ſe diſtinguuntur. ea enim ſunt optima quæ & in mari, & vere, aut ſub æſtatem capiuntur, vt docet Athen. lib. 3.

Nec ſcarvs] de Scaro ſic Athen. lib. 8. ὁ δὲ Σκάρος ἁπαλόσαρκος, ψαθυρός, γλυκύς, χυλός, εὔπεπτος, εὐκατάδοτος, εὐκοίλιος. quę verba ſuprà ſumus interpretati ad Od. 2. epod. quã rarus autem, & carus Romæ fuerit hic piſcis, ex Macrobio cognoſces libr. 3. cap. 16.

D Lagoïs] leporem Græci λαγωόν, ſeu λαγῶ nominant, à cuius ſimilitudine piſcis quidam hoc nomine appellatus eſt.

Vix tamen eripiam, &c.] vix tamẽ expugnabo, vt non malis pauone appoſito, palatum tuum delectare, ac permulcere, ſeu, vt vult Turnebus, quod tamen minùs probo, quaſi ſordeis aut ex inedia, aut ex alio cibo contractas detergêre, & faſtidium diſcutere, quàm gallina famem explere, vanis rebus corruptus. tergêre autem dixit in ſecunda inflexione, vt Lucr. multis locis. exempli cauſa lib. 4. *Et quaſi perterget pupillas, atque ita tranſit.*

Corrvptvs vanis rervm] id eſt, vanitatibus rerum, vel vanis rebus. ſic loquitur Od. 12. lib. 4. *cadus Spes donare nouas largus, amaráque*

maráque Curarum eluere efficax. Idem epiſt. de arte poët. *ſi fortè neceſſe eſt Indiciis monſtrare recentibus abdita rerum.* id eſt, res abditas. & ſaty. vlt. huius lib. *diúmque Ridetur fictis rerum Balatrone ſecundo.* Lucretius lib. 6. de fulmine, *Inter enim fugit, & penetrat per rara viarum.* vide annot. ad Odam illam 12. lib. 4.

Et picta pandat spect. c.] Athen. lib. 9. de pauonis pennis, & ala, hæc ſcribit ex Antiphonte, εἴ τις ἐθέλοι καταβαλεῖν εἰς πόλιν τοὺς ὄρνιθας, οἰχήσονται ἀναπτάμενοι· ἐὰν δὲ τῶν πτερύγων ἀποτέμῃ, τὸ κάλλος ἀφαιρήσεται. τὰ πτερὰ γὰρ αὐτῶν τὸ κάλλος ἐστὶν, ἀλλ' οὐ τὸ σῶμα. id eſt, ſi quis velit in vrbe has aueis continere, auolabunt: quòd ſi alas circuncîdat, formā adimet. alæ enim earum ſunt pulchritudo, non corpus. Sic & Chryſipp. vt refert Plutarch. 10 li. σωικῶν ἐναντιωμ. ὁ ταὼς ἕνεκα τῆς οὐρᾶς γέγονε, διὰ τὸ κάλλος αὐτῆς. id eſt, Pauo caudæ gratiā natus eſt, propter pulchritudinem eius.

Nvm vesceris ista, Qvam l. p.] oſtendit, heluonū, luxurioſorúmq; cupiditates non eſſe naturaleis, neque rectas: ſed ab opinione, & vitio natas, ac deprauatas: propterea, quòd ea obſonia maximè conquirunt, vehementiſſiméque expetunt, quæ vel rariſſima, & cariſſima ſunt, vel à naturali magnitudine diſceſſerūt: verbi gratia, pauonibus malunt veſci, quàm gallinis: lupos proceros oderunt, qui proceri ſunt natura: minores magno redimunt, magnóque ſtudio conſectantur: mullos contrà deſiderant inuſitata magnitudine, quia parui ſunt, & lupis minores natura.

Cocto nvm adest hon.] ita ſcriptū eſt in tribus cod. Vatic. & Iann. Faer. Torn. & ita legendum. neque eſt quòd quēquam moueat *m* ante vocalem, non eliſum. nam hoc non eſt aut nouū, aut inuſitatum. Enn. lib. 10. annal. *Inſignita ferè tum millia militum octo.* Lucre. libr. 1. *Corporum augebit numerum, ſummámque ſequetur.* ſic enim ſcriptum eſt in exemplaribus Lucretianis manuſcriptis, vt diximus in noſtris ad illum poetam ſcholiis.

Carne tamen qvamvis d.] horum verborum hæc ſententia eſt, Quamuis tamē nihil differat pauo à gallina carne, (nam gallinæ caro, carni pauonis eſt ſimillima) perſpicuum eſt te hac forma (pauonis inquā) magis, quàm illa, nempe gallinæ, quæ formæ ſunt impares, deceptum, & captum eſſe. non igitur te carnis diſſimilitudo, cùm inter hanc, & illam nihil interſit, ſed formæ, decipit, quia pauonis plumæ ſunt pulchriores, ac ſpecioſiores, quàm gallinæ. At cocto pauone non manent illæ plumæ.

Vnde datvm sentis,] vnde tuo palato iſta vis data eſt, qua iudices vtrū lupus hic ſit in mari, an in fluuio Tiberi captus, &c. Lupū Græci λάβρακα nominant παρὰ τὴν λαβρότητα. piſcis eſt boni ſucci, neque tamen multi alimenti, litterarum ſtudioſis perutilis, & valdè accōmodatus: de quo Ariſtophanes, Λάβραξ

A ὁ πάντων ἰχθύων σοφώτατος. i. lupus, omnium piſcium ſapientiſſimus. Iam verò illud didici ex Macrobio lib 3. cap. 16. Lupum Tiberinum, eo, qui quouis alio loco captus ſit, eſſe meliorem: eo autē, qui circa oſtia Tiberis captus ſit, eū, qui inter pontes fuerit agitatus, eſſe potiorem, credibile eſt, & ita Macrob. ibidem ex C. Titio, & Lucilio poëta: cuius poëtæ verſus aſcribam. *Fingere præterea afferri quod quiſque volebat. Illum ſumma ducebant, atque altilium lanx.* : *Hunc pontes Tiberinus duo inter captu' catillo.* lupum *Catillonem* appellauit, quaſi ligu tritorem. Titij autem verba ſunt hęc: *Quid mihi negotij eſt cum iſtis nugatoribus potius, quam potamus mulſum miſtum vino Græco? edimus turdum pinguem, bonúmque piſcem lupum germanum, qui inter*

B *duos pontes captus fuit?* Alij tamen aliter ſentiunt, quibuſcum non pugnabo. Quòd autem dixit, *captus hiet*, hoc fortaſſe ex hiſtoria. Nam laudatur coquus quidam apud Euphronem, quod ſolus artem ac rationem inuenerit, qua ratione lupus fruſtra non hiet. τοῦ γὰρ μὴ χασκεῖν λάβρακα διὰ κενῆς, σὺ μόνος εὕρηκας τέχνην: id eſt, tu enim ſolus artem repetiſti, qua arte coquus non hiet fruſtrà.

Lavdas insan. trilibr.] mulli non ita ſunt magni ponderis natura: tu trilibreis mullos conquiris, lupi magni, & proceri ſunt natura: tu paruos conſectaris. ſed quid attinet te mullum trilibrem comparare, cùm ſit tibi in pul-

C menta minuendus? dices te ſpecie, id eſt, magnitudine delectari. cur igitur magnos lupos reſpuis? Aſinius Celer vir conſularis mullum vnum ſeptem millibus nummûm mercatus eſt: vt refert Macrob. libr. 3. ex Sammonico.

In sing. qvem min.] quantumuis (inquit) magnum, & magni ponderis mullum emeris, non edes integrum, ſed erit tibi in fruſta ſecandus, ac minuendus, vt ex iis fiant pulmenta.

Ieivnvs rarò stomachvs] hoc verborū ordine ſcriptus eſt hic verſus in tribus cod. Vatic. Faër. & Torneſiano, & Nicotiano, & Clericano: cuius ſcripturæ fortaſſe alia ſententia eſt, quàm vulgatæ. Vulgata enim *Ieiunus ſtom.*

D *rarò vulg. &c.* ſignificat, eos, qui famem exſpectant, & qui ieiuni ad menſam accedunt, non temerè vulgareis cibos faſtidire. hæc verò longè aliud, nempe eos, qui rarò ieiuni ſunt, id eſt, qui ferè ſemper ſaturi, & conferti cibo ſunt, cibos vulgareis contemnere & faſtidire.

Porrect. magno magnvm] ſubintell. mullum. reſpondet ὁ ψοφάγος, quem gulam Harpyiis dignam appellat.

Ait Harpviis gvla digna rap.] id eſt, ait obſoniorum beluo, per appoſitionem, ſeu κατὰ σύνθεσιν, gula Harpyiis digna. Harpyiæ (inquit Homeri interpres) aut venti peſtilentes, aut Deæ rapaces fuerunt, quarum nomina ſunt hæc, Celæno, Aëllo, Ocypete, Podarge: ſi modò hæc quoque vna eſt ex Harpyiis, & non vnius Harpyiæ epithetum, ἅρπυια ποδάργη.

Digitized by Google

A Hæ quondam Phineo (ſi fabulis credimus) moleſtiſſimæ fuerũt propter hanc cauſam. Phineus liberos ſuos ex Cleopatra ſuſceptos Euryriæ eorum nouercæ, quam mortua Cleopatra, vxorem duxerat, apud ſe falſò accuſatos, necandos tradidit. Quo facto Iupiter offenſus, hanc ei tulit optioné, vt eligeret, vtrum mallet, Solem nõ videre an cæcus eſſe. At ille maluit Solem non videre. quod cùm Sol grauiter, moleſtéq; tuliſſet, Harpyias in eum immiſit, quæ, quoties cibũ capturus eſſet, vnguibus, & roſtris, quicquid erat appoſitum, ioquinabãt, & corripiebant. Has poſtea Zetes, & Calaïs abegerunt. vide Apóllon. Argonaut. libr. 2. & ſcholiaſten. Earum autem deformitatem, ingluuiem, fœditatem pulchre deſcribit Virgil. 3. Æneid. Apud Hom. porrò, B nulla fit de Harpyiis mentio, niſi quòd in Odyſ. Telemachus & Eumæus Vlyſſis deſiderio affecti, longáque exſpectatione defeſſi ſæpe ita loquuntur, illum vel à feris eſſe deuoratum, vel naufragio periiſſe, vel ab Harpyiis eſſe diſcerptũ, ac dilaceratum. Nam iteratur hic verſus aliquoties in ὀδυσ. Νῦν δέ μιν ἀκλειῶς ἅρπυιαι ἀνηρέψαντο. gula igitur Harpyiis digna, id eſt, digna cuius dapes Harpyiæ ſuo contactu contaminent atque inquinent.

At vos Præsentes Avstri] Auſtri venti ſunt inſalubres, ac peſtilentes. precatur igitur, vt hi venti ſuo afflatu gurgitum iſtorum obſonia percoquant, ac putrefaciant. *præſentes* C autem dicit, quia præſentes plus poſſunt, quàm abſentes. ſic dicimus *præſentia numina*.

Qvamqvam] ſeipſum reprehendit: & id, quod dixerat, corrigit hoc modo, Quid opus eſt Auſtrorum afflatu ad iſtorum beluonum obſonia corrumpenda, cùm apri, & rhombi, qui eis apponuntur, quantumuis ſint recentes, & integri, tamen eis putreant, & nauſeam moueant, adeo vt ſint eis epulæ inſuaues, & iniucundæ? quid ita? propterea ſcilicet, quia nimia copia conferti, ſatietate, & cruditate corrupti, ac languidi, de ciborum bonitate verè iudicare non poſſunt. Ita ſæpe eis vſuuenit, vt rapula, & inulas acidas, pauonibus, ac rhombis anteponant.

Mala copia qvando] ſic ſatyr. 7. D huius libr. *Nempe inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ.* malam copiam dixit; quoniam quędam bona eſt, & laudabilis. Cum his congruunt illa Lucretiana lib 6. *Tum penuria deinde cibi languentia letho Membra dabat: contrà nunc rerum copia merſat.*

Sollicitat] malè habet, legit, grauat, onerat, & quaſi de ſua ſede mouet.

Invlas] quas amaras appellat ſaty. vltima huius libri, *Erucas virides, inulas ego primus amaras Monſtraui incoquere,* quamobrem igitur hîc *acidas* dicit? fortaſſe ab effectu.

Galloni] *Galloni* legendum, non *Gallonis*. vt habent quædam exempla mendoſa. De hoc Gallonio præcone M. Tull. in orat. pro Quinctio, *qui relicta bonorum virorum diſciplina, & quæſtum, & ſumtum Gallonij ſequi maluerunt: atque etiã,* A *quod in illo non fuit, cum audacia, perfidiáque vixerunt.* & Lucillius apud M Tull. lib. 2. de finib, *O Publi, gurges Galloni: es homo miſer, (inquit) Cenaſti in vita numquam bene, cùm omnia in iſta conſumis ſquilla, atque acipenſere cum decumano.* & ipſe M. Tul. de eodem multa ibidem.

Acipensere] apparet ex iis verſibus Lucilij, quos modò protuli, hunc Gallonium, obſoniorum gurgitem, acipenſere, vt cariſſimo, & ſuauiſſimo piſce, ornaſſe, inſtruxiſſéque conuiuium. Verùm quis ſit piſcis, acipẽſer, ambigitur. Archeſtratus apud Athenæum lib. 8. exiſtimat γαλεὸν eundem piſcem eſſe, atque eum, qui apud Romanos cum tibiis, & coronis ad cœnas cum pompa quadam circumfertur, coronatis etiam iis, qui eum ferũt: qui appellatur acipenſer. B Verba Athenæi ſunt hæc, Ἀρχέστρατος δὲ ὁ τὸν αὐτὸν Σαρδαναπάλῳ ζήσας βίον, περὶ τῦ ἐν Ῥόδῳ γαλεῦ λέγων, τὸν αὐτὸν εἶναι ἡγεῖται τῷ παρὰ Ῥωμαίοις μετ᾽ αὐλῶν καὶ στεφάνων εἰς τὰ δεῖπνα περιφερομένῳ, ἐστεφανωμένων καὶ τῶν φερόντων αὐτὸν, καλούμενον δὲ ἀκιπήσιον. Sed Appio Grammaticus (vt idem Athen. refert) in libr. de Apicij deliciis & luxuria, eum piſcẽ, quẽ ἔλλοπα vocant Græci, acipenſerem Romanorũ dicit eſſe. Aullus Gel. quidem li. 7. ca. 16. ἔλλοπα Ῥόδιον inter cibos lautos, opiparos, & exquiſitos numerat. Sed quòd ad acipenſerem attinet, libet aſcribere etiam illa Ciceronis verba ex li. de Fa- C to, quæ leguntur apud Macrob. libr. 13. & inter fragmenta Ciceronis. *Nam, cùm eſſet apud ſe ad Lauernium Scipio, vnáque Pontius, allatus eſt forte Scipioni acipenſer, qui admodum raro capitur: ſed eſt piſcis, vt ferunt, in primis nobilis. Cùm autem Scipio vnum, & alterum ex iis, qui eum ſalutatum venerant, inuitaſſet, pluresque etiam inuitaturus videretur, in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas: acipenſer iſte paucorum hominum eſt.* de hoc piſce lege plura apud Macrob. lib. 3. cap. 16.

Infamis] nam malè audiebat Gallonius ob cęnas ſumtuoſas, & luxuriam, & maximè ob acipenſerem.

Rhombos] de rhombo vide quæ annotata ſunt ſuprà ad Od. 2. epod.

D Minvs æqvor aleb] ſic habent omnes libri manuſcr. quos quidem viderim: vulgati, *æquora alebant*.

Avctor prætorivs] Sempronius Rufus. quem irridens, prætorium appellat, quia in petitione præturæ repulſam tulerat. in quem hus verſus elegãtiſſimos profert Porphyrio: *Ciconiarum Rufus iſte conditor. Hic eſt duobus elegantior Plancis. Suffragiorum puncta non tulit ſeptem: Ciconiarum populus vltus eſt mortem.*

Pravi docilis] quæ docilis eſt ad prauum.

Edixerit] quaſi ſuo iure, & pro imperio dixerit. vide annot. ad ſat. proximè ſequentem.

Sordidvs à tenvi] inter ſordidum, & ſumtuoſum victũ, medius interiectus eſt. tenuis, &

nuis, & modicus, & mundus: qui laudabilis eſt. duo illa extrema ſuot vituperanda, & fugieoda.

Nam frustra vitium vit.] ſtuſtra enim (inqnit) luxuriam & profuſionem vitaueris, ſi in alterum vitium cootrarium incidas. medioctitatem igitur ſequi, & ſumere oportet, in qua virtus poſita eſt.

Cui can. ex vero dictum] videtur legendum *ductum*, non *dictum*, vt habent vulgata exempla, & nonnulla manu ſcripta. *ductum ex vero*, id eſt, ex veritate, & proprietate iogenij, & motum tractum. Sic ferè Plautus Sticho: *Murtrogos nomine ex vero vocor.* Hic igitur Auidienus ex veto, id eſt, ex re ipſa, & immunditia, & ſotdibus canis cognomen traxerat.

Est] comedit. vt epiſt. ad Loll. 1. *ſi quod Eſt animum, differs curandi tempus in annum?* quamquam illud tranſlatè poſitum eſt.

Ac, nisi mut. parcit defund] non conſentiunt hic codices veteres. alij enim habent *diffundere*, vt vulgati: alij *defundere*. ego hanc ſcripturam veriotem iudicaui. & refero ad morem veterum illorum Rom. qui ſolebant vinum nouum libare diis immortalibus, priuſquã ipſi guſtarent: cuius rei exemplum eſt in Oda 31. lib. 1. *quid orat de patera nouum Fundens liquorem?* & in Od. 5. lib. 4. *Te multa prece, te proſequitur mero Defuſo pateris.* Tantum abeſt igitur, vt hic Auidienus vioum oouum Diis libaret, deinde ipſe biberet, vt non niſi mutatum, id eſt, corruptum, & acidum, quod Græci οἶνον ἐκτροπίαν appellãt, defunderet. quòd ſi quis *diffundere* mallet, referendum erit ad aliam conſuetudinem: de qua dicemus ad illum locum, *Vina bibes iterum Tauro diffuſa* epiſt. ad Torq. lib. 1.

Et Cuius odorem olei n. p.] ordo hic eſt verborũ, Et inſtillat caulibus oleum, cuius olei odorem nequeat quiſquam perferre: inſtillat, inquam, cornu bilibri. ſignificat, hoc oleum, quod Auidienus infundit in cauleis, odoris eſſe tæterrimi: quale erat illud ſatyr. 6. libr. 1. *quo fraudatis immundus Natta lucernis* vngebatur.

Cornu ipse bilibri] vaſculo corneo, quod duarum olei librarum capax erat. cornua tamen more Ro. erant libralia, vt intelligere licet ex Galeno, qui ea κέρατα λιβραῖα appellat. addidit prouocabulum, ipſe, vt ſignificet eum ſeruis ſuis diffidere.

Licebit Ille repotia, &c.] hæc verba vſque ad vocem *cornu*, includenda ſunt interpoſitionis nota, aut certè legenda ſunt poſt verſum *Caulibus inſtillat*, &c. hoc modo, & oleũ odoris tæterrimi cornu bilibri ipſe inſtillat, vinúmque acidum bibit, licet repotia, aut natalitia, aut alios dies feſtos celebret.

Repotia] diem poſterum à nuptiis, quo apud nouum maritum cenatur, *quia quaſi reficitur potatio.* Feſtus. alij ſeptimum, quo iterum potabatur: alij ſecundum quidem, ſed quo virgo muliebri veſtitu ornabatur: alij diem, quo liberi ſuſce-

A pti dati eraot tollendi, ſeu alendi. nam licebat pareotibus in Græcia liberos exponere, παιδοτροφίαν nominant Græci, idque voluit Acro dicere, apud quem corruptè legitur παδοτροφία. Atque hæc interpretatio magis huic loco conuenit.

Albatus] veteres, albari conuiuia inibant, vt declarat locus in orat. M. Tull. in Vatinium, vbi obiicit illi, quòd cenauerit atratus: eaq; conſuetudo nõ ſolũ in oatalitiis, & repotiis, & nuptialibus, aut ſponſalibus cenis ſeruabatur: verùm etiam in epulis funebribus. ſed præſtat M. Tullij verba aſcribere. ſic igitur ille, *Atque illud etiam ſcire ex te cupio, quo conſilio, aut qua mente feceris, vt in epulo Qu. Arrij familiaris mei cum toga pulla ac-*
B *cumberes? quem vmquam videris, quem audieris, quo exemplo, quo more feceris? Dicis, ſupplicationes te illas non putaſſe. optime. nullæ fuerint ſupplicationes, &c. quis vmquam cenauit atratus? ita enim illud epulum eſt funebre, vt munus ſit funeris, epulæ quidem ipſæ dignitatis. ſed omitto epulum, populi Ro. feſtum diem argento, veſte, omni apparatu viſendo: quis vmquam in luctu domeſtico, quis in funere familiari cenauit cum toga pulla? cui de balneis exeunti, præter te, toga pulla vmquam data eſt? cum tot hominum millia accumberent, cum ipſe epuli dominus Qu. Arrius albatus eſſet, tu in templum Caſtoris te cum C. Fidulo atrato, ceteriſque tuis furiis funeſtum intuliſti. quis tum non ingemuit? &c. hunc tu morem ignorabas? numquam epulum videras?*
C *numquam puer, aut adoleſcens inter cocos fueras? Fauſti adoleſcentis nobiliſſimi paullo antè ex epulo magnificentiſſimo famem illam veterem tuam non expleras? quem accumbere atratum videras, dominum cum toga pulla, & eius amicos, ante conuiuium?*

Vtetur] χρήσεται.

Hàc vrget lupus, hàc] ἀμηχανίας quandam, id eſt, inopiam conſilij, & ancipitem cogitationem, vtrum potiſſimum ſequaris, aut fugias, ſignificat hoc prouerbium. nam cui lupus inſtat à tergo, canis latrator, & mordax, infeſtus eſt à fronte, is non facilè effugiẽdi conſilium explicare poteſt. contrahi autem poteſt huius prouerbij ſententia, & ad hunc locum propius accõmodari, vt per lupũ, edacitatẽ, inglu-
D uiémque: per canem, ſordeis, & immundiciam, & auaritiam intelligamus. Nam lupus quidem, animal eſt edaciſſimum ac voraciſſimum: canis autem, immundum. Quocirca ſuprà Auidienũ, canem ex re, & ex veritate nominatum eſſe dixit. Non diſſimulabo, me in pleriſque libris manuſcr. reperiſſe ſcriptum, *lupus, aiunt*. quæ ſcriptura videtur receptæ, *hàc canis angit*, anteponenda, iccirco eam hac editione ſecutus ſum.

Aiunt] φασί.

Mundus erit] mundus eſt medius inter ſordidũ, & luxurioſum, ſeu profuſum in victu. Cicero de Finibus 2. *mundos, eleganteis, optimis cocis, piſtoribus, piſcatu, aucupio, venatione: his omnibus exquiſitis, vitanteis cruditatem.* Idem epiſt. ad Papyr. Pætum. libr. 9. *Nos iam ex te tantum artis habemus, vt Verrium tuum, & Camillum, qua mun-*

ditia homines? qua elegantia? vocare ſapius audeamus. A Ideio perſ. otat. *fucati medicamenta candoris, & ruboris omnia repellentur: elegantia modò, & munditia remanebit* Horat. epiſt. ad Alb. Tibull. *Et mundus victus non deficiente crumena. ſordibus* autem legeodum eſt potiùs, quàm *ſordidus.* ita enim ſcriptum eſt in codic. manu ſcriptis. Atque huius loci hæc ſententia eſt, *Mundus erit, qui non offendet ſordibus,* id eſt, immoderata, atque indecora parſimonia: &qui in neutram cultus partem miſer erit, id eſt, neque nimis ſumtuoſè viuet, neque nimis parcè. nam vterque, & is, qui ſumtuoſius, luxurioſiúſque viuit, quàm oporteat: & is, qui parſius, miſer eſt. vocem *cultus* igitur ita accipio, vt ſit patrij caſus. cultum enim appellant interdum Latini, vitæ colendæ rationem. Itaque ſæpe coniun- B git M. Tullius hæc duo, *victum,* & *cultum:* vt Off. 1. *quod ſi omnia nobis, quæ ad victum, cultúmque pertinent, quaſi virgula diuina (vt aiunt) ſuppeditarentur, tamen optimo quiſque ingenio, negotijs omnibus omiſſis, totum ſe in cognitione, & ſcientia collocaret.* Idem libr. 2. *quibus rebus exculta hominum vita tantum diſtat à victu, cultúque beſtiarum.* Idem epiſt. ad Varron. libr. 9. *dabunt as ſermonem ij, qui neſciunt, nobis, quocumque in loco ſimus, eundem cultum, eundem victum eſſe.* Idem in Lælio. *multi diuitias deſpiciunt, quos paruo contentos tenuis victus, cultúſque delectat.* Horat. ſeparatim poſuit, item vt hic, ſat. 3. huius libr. *cultum Maiorem cenſu.* & Od. 10. lib. 10. *Qui feros cultus hominum recentum Voce formaſti.*

Hic neque serv. Alb. s. exemp.] hic, quem mundum appellamus (inquit) neque ſæuus erit in ſeruos interea dum eis muneta diſtribuit, ac deſcribit: dum ſuas cuiq; parteis dat: dum ſuum cuique negotium imponit, quod agat: neque vt ſimplex Næuius, homo ineptè, & ſtultè ſumtuoſus, aquam vnguento perfuſam cunuiuis præbebit. Non aſſentior autem iis qui Albucium luxurioſi exemplar ab Horatio propoſitum eſſe putant: Næuium auari. Nam Albucius quidem Gratidiæ, ſeu Canidiæ pater, homo fuit inſigniter auarus, ac ſordidus: Næuius autē ſuprà ſat. 1. lib. 1. ab ipſo Horatio cum luxurioſiſſimo illo nepote, Caſſio Nomentano, tanquā par & geminus, componitur, his verbis, *Quid mi* D *igitur ſuades? vt viuam Næuius, aut ſic, Vt Nomentanus?* ſic enim ſcriptum eſt in quibuſdam lib. Iam verò vnctam conuiuis aquam præbere, luxuriæ eſt non ferendæ, ſiue ea aqua adhibeatur ad manus lauandas, ſiue ad balneum. Plutarchus in Cæſare ſcribit, Valerium Leontem quendam, cùm Cæſari cenam daret, aſparago appoſito vnguēntum pro oleo infudiſſe, idq; ſimpliciter Cæſarem ediſſe, neque iniquo animo tuliſſe: immò verò familiareis, & comites ſuos, qui indignabátur, moleſtéq; ferebant, obiurgaſſe. Narrat autē hæc de Cæſare Plutarchus, vt inſignem eius lenitatem, patientiam, facilitatem denique in victu declaret. Verba Plut. ſunt hæc, τῆς δὲ περὶ τὴν δίαιταν εὐκολίας κἀκεῖνο ποιοῦνται σημεῖον, ὅτι τοῦ δειπνίζοντος αὐτὸν ἐν Μεδιολάνῳ ξένου Οὐαλερίου Λέοντος παραθέντος, ἀσπάραγον, καὶ μύρον αὐτὸς μὲν ἀφελῶς ἀντ' ἐλαίου καταχέαντος, ἔφαγε, τοῖς δὲ φίλοις δυσχεραίνουσιν ἐπέπληξεν· ἤρκει γὰρ, ἔφη, τὸ μὴ χρῆσθαι τοῖς ἀπαρέσκουσιν· ὁ δὲ τὴν τοιαύτην ἀγροικίαν ἐξελέγχων, αὐτός ἐστιν ἄγροικος. Quòd si vnguentum pro oleo apponere, luxuriam præ ſe fert ineptam, odioſā, inſolentem: quanto ineptius, & intolerabilius eſt aquam vnguento perfuſam pro aqua pura conuiuis præbere?

Didit] diſtribuit. non enim, vt linguæ Latinæ ignati homines explicant, *didit* poſitum eſt pro diuidit, κατὰ συγκοπήν: ſed *didit* verbum eſt integrum, compoſitū ex præpoſitione di, & do, das, dat. quo verbo vtuntur optimi linguæ Lati- B næ auctores. Lucret. lib. 3. de quarta quadam natura nominis experte, ex qua conſtat animus. *Qua neque mobilius quicquam, neque tenuius extat, Nec magis è paruis, aut leuibus ex elementis, Senſiferos motus quæ didit prima per artus.* Idem ibid. *Denique cur hominem cum vini vis penetrauit Acris, & in venas diſceſſit diditus ardor, Conſequitur grauitas membrorum?* lib. 4. *Nunc ea, quæ dico, rerum ſimulacra feruntur Vndique, & in cunctas iaciuntur didita parteis.* ibidem. *Nec refert quicquam, quo victu corpus alatur; Dummodo, quod capias, concoctum didere poſſis Artubus, & ſtomachi humectum ſeruare tenorem.* eodem libr. *quia quæ facit aër, Hæc eadem cibus, in venas dum diditur omneis, Efficit.* & lib. 5. *Partim quod ſubter per terras diditur* C *omneis.* eodem libr. *Fulmen detulit in terras mortalibus ignem Primitus: inde omnis flammarum diditur ardor.* Virg. Æne. 7. *Diditur hic ſubitò Troiana per agmina rumor.* Idem octauo. *Sed mea me virtus, & ſancta oracula diuûm, Cognatique patres, tua terris didita fama Coniunxere tibi.*

Sævvs erit] aſper, χαλεπός. ſic Liuius libr. 13. *ſæua, & iniuſta in ſeruos imperia* dixit. vide annotata ad Od. 33. lib. 1.

Vnctam convivis præb. aq.] quod eſt luxuriæ non ferendæ.

Acc. nvnc, vict. ten. q.] nunc victus tenuis & commoda enumerat, eáque cum incommodis ſumtuoſarum, & immoderatarum epularum comparat. ſimilia ſunt his illa M. Tul- D lij Tuſcul. lib. 5. *Adde ſiccitatem, quæ conſequitur hanc continentiam in victu: adde integritatem valetudinis, confer ſudanteis, ructanteis, refertos epulis tamquam opimos boues.* deinde ſequitur paucis interiectis, *Quid, quòd ne mente quidem rectè vti poſſumus, multo cibo, & potione repleti?*

Nam, var. res vt noc. h.] id eſt, nam quemadmodum, vel quantum res variæ noceant homini, tum credas, ſi cibum illum ſimplicem recorderis, quem tu aliquando adhibueris. continentia in victu, & tenuis apparatus, naturæ vireis calore natiuo & penitus inſito imminutas, & labefactas reficit, reſarcit, ac recreat: nimia copia verò, & luxuria opprimit, obruit, atque extinguit. quod quidem his verſibus cōfirmat Theognis, Πολλῶν τοι πλέονας λιμοῦ κόρος ὤλεσεν ἤδη Ἄνδρας, ὅσοι μοίρας πλέιον ἔχειν

ἔχειν ἤθελον, id eſt, multò plureis ſatietas perdidit quàm fames: qui plus, quàm par erat, habere voluerunt. ſed præclare Euripides, Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυοῖν μόνον, Δήμητρος ἀκτῆς, πώματός θ' ὑδρηχόου; Ἅπερ πάρεστι, καὶ πέφυχ' ἡμᾶς τρέφειν. Ὧν οὐκ ἀπαρκεῖ πλησμονή· τρυφῇ γέ τοι Ἄλλων ἐδεστῶν μηχανὰς θηρεύομεν. quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt. Nam quid mortales deſiderant, præter duo ſola, fruges, & aquam? Quæ in medio poſita ſunt, & eò à natura ſunt producta, vt nos alant. Quorum non ſatis eſt nobis ſatietas: ſed luxuria deprauati, alias epulas ſummo ſtudio excogitamus, & conſectamur. Ariſtot. problem. τμη. α. ποικίλη τροφὴ νοσώδης. ταραχώδης γὰρ οὐ μία πέψις, id eſt, cibus varius, morboſus. turbulentus enim eſt, neque eius vna concoctio eſt.

Q V Æ S I M P L E X O L I M T I B I S E D E R I T] placuerit. Virgil. lib. Æneid. 5. *Idque pio ſedet Æneæ.*

D V L C I A S E I N B I L E M V E R T V N T,] quæ concoqui non poſſunt à ventriculo, vertuntur in bilem: ſed maximè dulcia.

S T O M. Q V Æ T V M V L T. L E N T A F E R. P I T.] pituita è cerebro fluens, quæ incenſa febrim gignit, ſtomachum conturbabit. in voce *pituita*, fit ſyneresis vocalium *u* & *i*, vt alibi annotauimus.

V I D E S, V T P A L L I D V S O M N. &c.] licet hæc legere ſine interrogatione: licet & interrogando pronuntiare, vt libet.

C E N A D V B I A] quid ſit cena, declarat Phormio apud Terent. *cena dubia apponitur? G E T A. Quid iſtuc verbi eſt? P H O R M. vbi tu dubites, quid ſumas potiſſimum. cena autem dubia deſurgat*, id eſt, de cena dubia ſurgat. Nam quamuis *deſurgere* ſignificet interdum ἀποπατεῖν, id eſt, ſecedere ad exonerandam aluum, hîc tamen non puto ita accipiendum, niſi dicamus, Horatium more ſuo, id eſt, Satyrico, & vrbano, hoc verbum etiam in hanc ſignificationem vſurpaſſe ad exprimendam hanc quoque cenarum dubiarum & magnificorum apparatuum cum ceteris, quæ enumerat, incommodis, pœnam, quòd epulis onuſti, ſtatim eas effundere, atque egerere neceſſe habent.

Q V I N C O R P. O N V S T. H E S T. V I T.] Itaque meritò Theopompus ille vir clarus Athenis, & princeps ciuitatis, cenas laudabat Platonicas, quia non ſolùm in præſenti: ſed etiam poſtero die iucundæ eſſent, vt tradit Hegeſander. refert Ath. lib. 10. his verbis, Ἡγήσανδρος δ' ἐν τοῖς ὑπομνήμασί φησι, ὡς καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ὁ Τιμόθεος ἀπαντήσας τῷ Πλάτωνι εἶπεν, ὑμεῖς, ὦ Πλάτων, εὖ δειπνεῖτε μᾶλλον εἰς ὑστεραίαν, ἢ τὴν παροῦσαν ἡμέραν. refert & M. Tull. Tuſc. 5. *Timotheum clarum hominem Athenis, & principem ciuitatis, ferunt, cùm cenauiſſet apud Platonem, eóque conuiuio admodum delectatus eſſet, vidiſſetque eum poſtridie, dixiſſe. Veſtræ quidem cenæ non ſolùm in præſenti,*

A *ſed etiam poſtero die iucundæ ſunt.* Eodem pertinet, quod ſcripſit Theopomp. lib. 5. Philipp. τὸ ἐσθίειν πολλὰ καὶ κρέα φαγεῖν, τοὺς μὲν λογισμοὺς ἐξαιρεῖ, καὶ τὰς ψυχὰς ποιεῖται βραδυτέρας· ὀργῆς δὲ, καὶ σκληρότητος, καὶ πολλῆς σκαιότητος ἐμπίπλησι, id eſt, multa edere, & carnibus veſci, rationis & conſilij vſum adimit, animóſque efficit tardiores, & eos immani quadam duritia, ac ſtultitia complet.

A T Q V E A F F L I G I T H V M O] ita legendũ & ita reperimus olim ſcriptum in quattuor codicibus calamo exaratis, duob. Vat. Rainurij Card. Iann. & poſterius, in Clerie. Ruſſar. Nicot. meo. non, vt in vulgaris, *affigit*. atque hãc meam emen-

B dationem, vt rectam, & veram, Paulus Manutius, & M. Muretus vehementer approbarunt: neque me mouent ij, qui dicunt, Horatium exprimere voluiſſe illa Græcorum, προσπερονᾶν, προσηλοῦν: id eſt, fibulis & clauis affligere. Nam primùm hoc eſt diuinare. Deinde non negamus aut verbum *affigere* eſſe Latinum, aut affigere humo, Latinè, & luculentè dici; ſed cùm veteres codices ſequimur, tum eorum auctoritatem ratione confirmamus, contendimúſque hanc antiquam ſcripturam, vulgatæ eſſe anteponendam. Eſt autem affligere non ſolùm deiicere, ſed etiam graui quodam ictu, & impetu ad humum abiicere. προσουδίζειν dicunt Græci: Homerus οὔδεϊ ἐρείδειν. ſic ἰλ. μ. Πλῆξ' αὐτοσχεδίην, ὁ δ' ἄρ' ὕπτιος οὔδεϊ ἐρείσθη, id eſt, percuſſit [Antiphatem] cõ-

C minus & è propinquo loco: ille âutem ſupinus ſolo firmatus & afflictus eſt. Plautus Moſtell. *cedo manum: nolo equidem te affligi.* Idem milite glorioſ. *obſecro te, mulierem ſine, ne affligatur.* Pyrg. *quid iſtuc?* Pal. *poſtquam abs te abiit, animo malè factum eſt huic repente miſeræ.* Idem in Rudente. *Ni hunc amittis, exſugebo, quicquid humoris tibi eſt. Tange: affligam te ad terram, ſcitum ut piſcem ſoleo polypum.* idem in Perſa. *Næ ego, ſi me vno digito attigeris, te ad terram affligam, ſcelus.* Cæſar lib. 6. de bello Gall. de alcibus. *mutilæ ſunt cornibus, & crura ſine nodis, articulíſque habent, neque quietis cauſa procumbunt, neque, ſi quo afflictæ caſu conciderint, erigere ſeſe, aut ſubleuare poſſunt.* ibidem de eiſdem. *earum ex veſtigiis cùm eſt animaduerſum à venatoribus, quò ſe recipere conſueuerint, omneis eo loco aut à radicibus ſubruunt, aut*

D *accidunt arbores, tantùm vt ſumma ſpecies earum ſtantium relinquatur: huc cùm ſe conſuetudine reclinauerint, infirmas arbores pondere affligunt, atque vnà ipſæ concidunt.* idem lib. 5. *qui nuntiarent, ſuperiore nocte maxima coorta tempeſtate propè omneis naueis afflictas atque in littus eiectas eſſe.* Liuius lib. 4. *repetitúmque ſæpius cuſpide ad terram affixit.* Idem lib. 2. *vt neque ſuſtinere ſe à lapſu poſſent, nec, ſi qui paullum titubaſſent, hærere afflicti veſtigio ſuo.* Idem lib. 28. *Vbi Mars communis & victum ſæpè erigeret, & affligeret.* Lucretius lib. 2. *Præterea quamuis animantem grandior ictus, quam patitur natura, repente affligit, & omneis Corporis, atque animi pergit confundere ſenſus.* M. Tull. de lege Agrar. tranſlatè. *Hæc, quæ procul erant à conſpectu imperij, non ſolùm afflixerunt, ſed etiam,*

ne quando recreata exſurgere, atque erigere ſe poſſent, funditus (vt dixi) ſuſtulerunt. Idem lib. 2. de Orat. ad Qu. Fr. *ita cum ſinguli caſus humanarum miſeriarum grauiter accipiuntur, ſi dicuntur dolenter, tum afflicta, & proſtrata virtus maximè luctuoſa eſt.* Idem frumentaria: *Tu tuis factis & conſiliis illam prouinciam afflictam erexiſti, atque recreaſti.* Idem ad Attic. lib. 12. *Vt me leuarat tuus aduentus, ſic diſceſſus afflixit.* Idem orat. pro C. Rabirio perduell. r. *numquam profectò iſtam imaginem, quæ domi poſita peſtem, atque exitium Sex. Titio attuliſſet, in roſtra, atque in concionem attuliſſes: nec tuas vnquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos Sext. Titij afflictam nauem, & in quibus C. Decians naufragium fortunarum videres.* Idem pro Cœlio. *ne adoleſcentiam plenam ſpei maximæ non modò non aluiſſe vos, ſed etiam perculiſſe, atque afflixiſſe videamini.* Idem Catilin. 2. *quanto tandem illum mærore afflictum eſſe, & profligatum putatis?* P. Cornelius Tacitus lib. 2. *Idem placere Annio Gallo, paucos ante dies lapſu equi afflicto miſſi, qui conſilium eius ſciſcitarentur, retulerant.* Nihil autem me mouet vox *humo.* Nam *humo* poſitum pro, ad humum: quemadmodum apud Virgil. in illo, *It clamor cælo*, grammatici veteres *cælo* interpretantur, in cælum. ſic Valerius Maximus lib. 9. cap. 2. *Infanteiſque alios in conſpectu parentum humo infligi, alios ſuperiactatos pilis excipi iuſſit.* Quòd ſi quis quærat ex me quid interſit inter *percellere*, & *affligere*, hoc dicam intereſſe, quòd percello idem ferè valet, quòd peruerto, euerto, protuo: affligere autem eſt (vt dixi) ira vehementer in terram deiicere, ac protuere, vt eo caſu, id, quod deiicitur, contundatur, neque facilè excitari queat. Ita fit vt grauius ſit affligere, quàm percellere, vt licet ex hoc exemplo intelligere. M. Tull. Tuſcul. 3. *Exiſtimant enim Diis immortalibus ſe facilius ſatisfacturos, ſi eorum plaga perculſi, afflictos ſe & ſtratos eſſe fateantur.* Itaque *infligere*, idem ferè valet, quod illidere, aut ineutere Valerius lib. ſuprà commemorat. cap 4. Idem ſignificare cupiens quanto inter ſe odio Karthago & Roma diſſiderent, inflicto in terram pede, ſuſcitatóque puluere, tunc inter eas fere finem belli dixit, cum alterutra vrbs in habitum pulueres eſſet redacta. Cum hæc ſuperiore editione annotaſſem, quidam ſimius vulgatam lectionem hac meliorem eſſe probare conatus eſt, cùm diceret, eam in vno codice manuſcr. reperiri. Ego verò cum illo non pugnabo, neque moror χαλκοῖθεις, & μελανύρους, & ἀλαζῶνας. hoc vnum aſſeuerabo, hanc, quam dico, in XII. libris antiquis eſſe à me repertam.

D I V I N Æ   P A R T I C V L A M   A V R Æ] animum, ſeu potiùs mentem. Virgil. Æneid. 6. *Æthereum ſenſum, atque auraï ſimplicis ignem.* Lucret. lib. 2. *Denique cæleſti ſumus omnes ſemine oriundi.* Iterum Virgil. Æneid. 6. *Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo Seminibus.* Póſtremò Pindarus ſic orditur ſextum carmen Nem. Ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος, ἐκ μιᾶς δὲ πνέομεν ματρὸς ἀμφότεροι, id eſt, vnum virorum, vnum deorum genus: ex vna autem matre ſpiramus vtrique. Iam Plato multis locis auctor eſt, animam humanam eſſe ἀπόσπασμα, τμῆμα, μορίον τῆς τοῦ παντὸς ψυχῆς, id eſt, ſegmentum, ſeu ramentum, fragmentum, particulam animæ totius mundi. At animam mundi non ſolùm à Deo creatam eſſe, ſed etiam Dei partem eſſe idem vbique demonſtrat: & teſtatur Plutarchus quæſt. Platon. his verbis, ἡ δὲ κόσμου ψυχὴ νοῦ μετασχοῦσα, καὶ λογισμοῦ, καὶ ἁρμονίας, οὐκ ἔργον ἐστὶ τοῦ θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέρος, οὐδ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀπ᾽ αὐτοῦ, καὶ ἐξ αὐτοῦ γέγονεν: id eſt, Anima autem mentis, & ratiocinationis, & harmoniæ particeps facta, non ſolùm Dei opus eſt, verùm etiam pars, neque ab eo, ſed de eo, & ex eo facta eſt. Poſtremò Stoici noſtros animos quædam eſſe deorum ἀποσπάσματα, id eſt, delibramenta, ſeu parteis auulſas dicunt.

A L T E R] qui tenuiter, & parcè viuit.

C V R A T A] cibo, & potione refecta, & recreata.

S V R G E T] libri aliquot manu ſcr. habent, *ſurget.*

A D   M E L I V S] ad lautiorem, & elegantiorem victum, cultúmque.

Q V O N D A M] aliquando, olim, vel poſthac, ποτέ.

R E D I E N S] Homer. περιπλομένων ἐνιαυτῶν. vtitur hoc eodem argumento Simonides apud Xenophontem in Hierône, ad oſtendendum, tyrannorum voluptates priuatorum voluptatibus minores eſſe, his verbis: τὸ γὰρ τὰ εἰωθότα ὑπερβάλλειν, τοῦτο παρέχει τὰς ἡδονάς. διὸ καὶ πάντες ἄνθρωποι ἡδέως προσδέχονται τὰς ἑορτάς, πλὴν οὐχ οἱ τύραννοι. ἔκπλεῳ γὰρ αὐτοῖς ἀεὶ παρεσκευασμέναι οὐδεμίαν ἐν ταῖς ἑορταῖς ἐπίδοσιν ἔχουσιν αὐτῶν αἱ τράπεζαι· ὥστε ταύτῃ πρῶτον τῇ εὐφροσύνῃ τῆς ἐλπίδος μειονεκτοῦσι τῶν ἰδιωτῶν, id eſt, namque vſitata, & ſollennia ſuperare, hoc præbet voluptates. Icciréò etiam omnes homines diebus feſtis delectantur, præterquam tyranni. eorum enim menſæ omnibus epulis ſemper inſtructæ, ac refertæ, nullũ in diebus feſtis augendi apparatus relinquunt locum. Itaque hac primùm ſpei iucunditate priuatis cedant neceſſe eſt.

A D V E X E R I T] ſic reperi ſcriptum in duob. cod. Vatic. & Faër. Nicot. Ruſſard. Cleric. meo. quæ ſcriptura mihi mirum in modum placet. Ita autem locutus eſt Od. 29. libr. 4. *Quod fugiens ſemel hora vexit.* Vulgati autem habent *adduxerit.*

V B I Q V E   A C C E D E N T   A N N I] id eſt, & vbi ætate fueris pronectior.

E T   T R A C T A R I   M O L L.   Æ T A S, &c.] non admodum diſſimilis ſententia eſt verſus illius integri, & dimidiati, apud Plutarch. πῶς δαὶ τὸν νέον πλοῦτον. φίλοις τε δοῦναι σῶμά τ᾽ εἰς νόσους πεσὸν δαπάναισι σῶσαι, id eſt, diuitiæ eò sũt vtiles: vt & amicis largiaris & corpus morbo implicitum ſumtibus ſerues.

P R Æ S V M I S] antè tempus ſumis προλαμβάνεις.

Gάνυς, eùm tam molliter, & delicatè viuas: eum A tam lauto & ſumtuoſo, & accurato victu, cultúque vtaris, quis erit tibi ſuperandi relictus locus, ſiue diem feſtum agere, ſiue corpus extenuatum reficere, ſiue te annis, aut morbo affectum paullo lautius tractare voles? ſic hoc verbo eſt vſus Virgil. Æneid. 11. *Arma parate animis, & ſpe præſumite bellum.*

RANCIDVM APRVM ANTIQVI] rancentem aprum (inquit) antiqui laudabant, non quòd odoratu carerent, ſeu quòd exiſtimarent præſtare vitiatum apponi hoſpiti, qui ſerò veniſſet, quàm integrum, & recentem ab edaci domino comedi.

HOS VTINAM, &c.] vtinam primis illis téporibus quaſi heroïcis natus eſſem: vtinam inter B antiquos & primos illos homines, heroïca virtute præditos, & qui minùs longè aberant à diis ſuis auctoribus, natus eſſem. per heroas, homines ſignificat ſuæ ætatis hominibus præſtanteis: quales erant heroes. ſic Ariſtot. lib. 7. de moribus ad Nicom. virtutem humana virtute potiorem, & ſuperiorem, heroïcam, & diuinam appellat: eámque opponit θηριότητι, id eſt, feritati. aut eos, quos antiquos appellauit.

TELLVS ME PRIMA TVLISSET.] hoc referendũ eſt ad eorum philoſophorum opinionem qui aliquam mundi originem & principium aliquod, terréque nouitatem fuiſſe opinan- C tur: in quibus fuit Epicurus, quemadmodũ etiam ex Lucretio appâret, lib. 5. *Nunc redeo ad calmonitatem, & molliæ terræ Arua, nouo fœtu quid primum in luminis oras Tollere, &c.* & paullò poſt. *Sic nouã tum tellus herbas, virgultáque primum ſuſtulit: inde loci mortalia ſæcla creauit, Multa modis multis, varia ratione coorta.* Eodem pertinet illud Virg. Georg 1. *túque ò cui prima frementem Fudit equum tellus magno percuſſa tridente.*

DAS ALIQVID FAMÆ] ſi famæ conſulẽdum eſſe putas: ſi famæ aliquid tribuendum eſſe exiſtimas: magnifici iſti & ſumtuoſi apparatus magno ſunt etiam dedecori, non ſolùm damno.

QVÆ CARM. GR. AVR. &c.] i. quæ auri humanæ gratior ſit, quã quoduis carmen. Themiſtoclem aiunt dixiſſe, cùm ex eo quæreretur, quod acroama, aut cuius vocem libentiſſimè audiret, D eius, à quo ſua virtus optimè prædicaretur. bona fama autem, ſeu bona exiſtimatio, quàm εὐδοξίαν Græci nominant, à laude non admudum longè abeſt. Pind. εὖ ἀκούειν. ſi quis in rebus ſecundis bene audiat, ſuadetur, ne optet Deus eſſe. omnia enim eum conſecutum eſſe, quæ mortalem fas ſit obtinere. ſic Pindarus: εἴ τις εὖ πάσχων λόγον ἐσθλὸν ἀκούῃ, μὴ μάτευε Ζεὺς γενέσθαι· πάντ᾽ ἔχεις, εἴ σε τούτων μοῖρ᾽ ἐφίκοιτο καλῶν. Quemadmodum autem honorifica, & laudis plena oratio noſtris auribus grata accidit: ſic contrà maledicta, & contumeliæ nobis iram commouent. Quocirca præclarè illud dictum eſt ab Herodoto Polyhymn. *iram in auribus hominum habitare:* quæ ſi bona quidem audiat, oblectatione corpus A complet: ſin contraria, tumore. legendum autem *Occupet*, potiùs quàm *Occupat*. Sic enim habent libri veter.

PATRVVM] eum, cuius ſub imperio es, vt annot. ſuprà ad Od. 12. li. 3.

INIQVVM] inimicum, & infenſum, propter ægritudinem, & moleſtiam ex luxuria præterita & egeſtate præſente naſcentem.

CÙM DEERIT EGENTI AS L. P.] cùm tanta erit tua egeſtas, vt ne tantillum quidẽ pecuniæ habeas, vnde laqueum, quo animam tibi intercludas, compares: hoc eſt, cùm ad extremam egeſtatem redactus eris.

IVRE (INQVIS) TRASIVS ISTIS] dices (inquit Horatius) iure ita obiurgari Traſium B hominem profuſum, & ſumtuoſum, eundémque egẽtem: hominem ſumtuoſiorem, quàm res eius familiaris ferre queat: te verò magnis vectigalibus inſtructum eſſe: & ſumtus tuos cenſu nõ eſſe maiores. hæc eſt aſoti, ſeu luxurioſi hominis oratio, ſibi in ſua luxuria veliſicantis, ac blandientis. Porph. legit *Trauſm*: nonnulli libri habent *Trallum*. Sed nihil refert.

EGO VECTIG. MAGNA, &c.] cũ his congruunt ea, quæ ſcribit Ariſt. lib. 4. de moribus ad Nicomachum, ea, quæ profuſionis propria ſunt, nempè plus, quàm par ſit donare, & minus quàm oporteat, accipere, non admodum inter ſe cohæ- C rere poſſe, neque facilè amplificari: quia non ſit facilè, eum, qui à nemine accipiat, omnibus donare. nam celeriter (inquit) deficiunt eis facultates, qui cùm priuati ſint, plus æquo largiuntur: qui quidem prodigi videntur eſſe. Reges autem (inquit eodem libro paullo antè) prodigos dicere non ſolemus. Rerum enim, quas poſſident, vim & copiam, non videtur eis eſſe facilè donationibus & ſumtibus ſuperare.

ERGO, QVOD SVPERAT] reſpondet huic aſoto Horatius eſto: demus te eſſe abundantiſſimum, ac pecunioſiſſimũ: demus, te plus habere in nummis, quàm in victum, cultúmque inſumere queas, quantumuis ſumtuoſum, & luxurioſum: nihilne eſt, in quod id, quod tibi ſupereſt è tuo ſumtu quotidiano, meliùs inſumas, quàm in cenas luxurioſas, & ceteras delicias?

D QVOD SVPERAT] ſupereſt. Virg. Georg. 2. *ſuperat tener omnibus humor.* M. Tull. parad. ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος. *vter igitur eſt diuitior, cui deeſt, an cui ſuperat?* Idem de finibus 5. *déque eo, quod ipſis ſuperat, aliis gratificari volunt.*

NON EST, MELIVS QVÒ] ordo eſt: an non eſt aliquid, in quod id, quod ſuperat, melius inſumere poſſis, quàm in epulas ſumtuoſas?

INDIGNVS] indignus, qui egeat: indignus egeſtate, ſeu paupertate. Atque ita explicat hunc verſum Seruius, qui eum profert ad illum Virg. lib. 7. Æneid. *Nec partem poſuere ſuis.* ſic loquitur M. Tull. lib. 4. Tuſcul. *miſericordiam d'aram eſſe dicunt ad opem ferendam, & calamitates hominum indignorum ſubleuandas.* vbi tamen quidam legendum cenſent *indigorum*, à quibus diſſentiu. Sic enim

Lucretius lib. 2. *quod ſæpè nocenteis Præterit, exanimáſque indignos, inque merteis.*

CVR TEMPLA RV. ANTIQ. DEÛM?] Theocritus εἰδ. ιζ. laudans Ptolemæi Philadelphi liberalitatem, ait illum diuitias ſuas conferre partim adornamēta templorum, partim ad munificentiam in reges, in ciuitates, in amicos & familiareis. ſic Theocr. Οὐ μὰν ἀχρεῖός γε δόμῳ ἐνὶ πίονι χρυσός, Μυρμάκων ἅτε πλοῦτος ἀεὶ κέχυται μογεόντων, Ἀλλὰ πολὺν μὲν ἔχοντι θεῶν ἐρικυδέες οἶκοι, Αἰὲν ἀπαρχομένοιο σὺν ἄλλοισι γεράεσσι· Πολλὸν δ' ἰφθίμοισι δεδώρηται βασιλεῦσι. Πολλὸν δὲ πολίεσσι, πολὺν δ' ἀγαθοῖσιν ἑταίροις.

TANTO EMETIRIS ACERVO] id eſt, è tanto metiris aceruo: vt annot. ſup. ad Od. 7. lib. 2. venuſtè autem verbo *metiris* vſus eſt, cùm de aceruo loqueretur, pro largitis, præbes, πορίζεις.

VNI NIMIRVM TIBI RECTÈ] vſque adeòne es ſtolidus, & rerum humanarum imperitus, vt ſperes tuas res eodem ſemper ſtatu manſuras? vt ſperes fortunam vno ſemper vultu in te futuram? vt exiſtimes te meliore eſſe conditione, quàm ceteros homines, in quorum vita magnas quotidie videmus rerum commutationes, magnáſque fortunæ varietates exſiſtere? in quibuſdam libris ſcriptum eſt *recta*, quam lectionem nõ damno.

O MAGNVS POSTHAC] nempè vbi quippiam tibi aduerſi acciderit. credibile enim non eſt, te vnum fortunæ eximium futurum. Intolerabile eſt autem ab inimicis irrideri, inquit Euripid. Medea Οὐ γὰρ γελᾶσθαι τλητὸν ἐξ ἐχθρῶν, φίλαι.

VTÉRNE] ſic reperi ſcriptum in omnibus libris manu ſcriptis: & ita legendum. *ne* autè hoc loco non interrogat: ſed additur interrogationi: vt & Sat. 3. *Illa rogare Quantáne?* vel ornatus cauſa ponitur, vel otioſum eſt. vt ſup. Satyr. 10. lib. 1. *O ſeri ſtudiorum, quine putetis Difficile, & mirũ, Rhodio quod Pitholeonti Contigit.*

AD CASVS DVBIOS] *dubij caſus, dubiæ res, dubia tempora*, quæ ſint, declarant vbique ex bonis ſcriptoribus exempla. vide annot. ad Od. 9. lib. 4. Nam vter (inquit) in rebus dubiis, & aſperis conſtantior, & meliore ſpe erit, hícne, qui corpus & animum aſſuefecerit abundantiæ, & copiæ rerum omnium, an, qui paruo contentus vixerit? *aſſuerit* dictum pro aſſuefecerit: vt Virgil. Æneid. 6. *ne tanta animis aſſueſcite bella.* eſt enim illo loco hypallage pro *aſſueſcite animos bellis*. & Georg. 3. *de hinc vbi libera colla Seruitio aſſuerint.* poteſt etiam dici aſſuerit abſolutè poſitum eſſe, vt intelligamus in illis *mentem, corpuſque ſuperbum*, ineſſe hellenitmum. κατὰ τὸν νοῦν, καὶ κατὰ τὸ σῶμα.

IN PACE, VT SAPIENS, APT. IDON. B.] ſignificat, ſapientis eſſe in pace, & rebus ſecundis, ea præparare, quæ in bello & rebus aduerſis vſui eſſe poſſint. nihil eſt enim in hominũ vita ſtabile, nihil perpetuum, nihil conſtans. Sa-

A pientis igitur hominis eſt & in rebus ſecundis ea arma parare, quibus te aduerſus res dubias tegere, ac tueri poſſis: & in aduerſis ſecundam fortunam ſperare, vt Od. 10. lib. 2. *Sperat infeſtis, metuit ſecundis Alteram ſortem bene præparatum pectus.*

INTEGRIS OPIBVS] incolumi re ſua familiari.

NON LATIVS] non largius, nõ profuſius.

METATO] vel metis, limitibus, ac terminis circumſcripto: vel perticis, ſeu decempedis definito, ac terminato, ſeu potiùs dimenſo: vt poſteà Vmbreno aſſignaretur, & vt Vmbrenus eius eſſet dominus: Ofellus autem, colonus. Vtebantur veteres hoc verbo in agrorum dimenſionibus, diuiſionibus, atque aſſignationibus. Virg. Diris,

B *Pertica, quæ noſtros metata eſt impia agellos.* & Horat, Oda 15. lib. 2. *nulla decempedis Metata priuatis opacam Porticus excipiebat arcton.*

FORTEM MERCEDE COLON.] Ofellũ nunc colonum, fortem, id eſt, patientem, & fortiter iniuriam temporum, atque incommodum ſuum ferentem, qui antea dominus erat.

NON EGO, NARRANTEM] narrantem hæc: *ego non temere edi die profeſto quicquam, &c.* Eſt autem Ofelli totus, qui deinceps ſequitur, ſermo.

LVCE PROFESTA] die profeſto, id eſt, nõ feſto. ſup. Od. 15. lib. 4. *Noſque & profeſtis lucibus, & ſacris Inter iocoſi munera Liberi, &c.*

SEV LONGVM POST TEMPVS] id eſt,

C ſiue longo pòſt temporis interuallo, &c. non temerè hoc poſitum. nam hoſpites, qui crebrò nos inuiſunt, minùs interdum optati veniunt. contrà qui rarò, & longo interuallo nobis veniunt, eos & videre libentiùs, & liberaliùs accipere ſolemus quidam hic legi volunt *longò poſt tempore.* ego nihil muto. ſic enim potiùs loqui ſolet Horatius vt alibi *poſt paullum*, non *poſt paullo.*

OPERVM VACVÓ] cùm eſſem ab opere ſolutus, & otioſus propter imbrem. ſup. Od. 17. li. 3. *Cum famulis operum ſolutis.*

PER IMBRSM] imbris tempore: vel quamdiu imbres è cælo decidebant: quamdiu pluebat.

BENE ERAT] bene erat nobis, bene cura-

D bamur. ſic Plautus in Menæch. *ſi ſapiam, hinc intrò abeam, vbi mihi bene ſit.* Terent. Adelph. *vxor ſi ceſſes, aut te amare cogitat, At tete amari, aut potare, aut animo obſequi, Et tibi bene eſſe ſoli, cùm ſibi ſit malè.* Catull. ad Furium. *Quare non tibi ſit bene ac beatè?* Horat. epi. 1. *iurat bene ſolis eſſe maritis.* & Sat. 8. huius lib. *ſic vt mihi numquam In vita fuerit melius.* ibidem. *pulchrè fuerit tibi.* iterum Catull. ad Fur. *Eſt pulchrè tibi cum tuo parente.* poteſt & ſic intelligi. bene erat vicinus, id eſt, bene accipiebatur. nam etiam hoc modo loquitur Plaut. in Menæch. *quid multis verbis opus eſt? minore nuſquam bene fui diſpendio.* M. Tull. epiſt. lib. 13. ad Att. *Quid quæris? delectatus eſt, & libenter fuit.* & lib. 16. *cum vnum diem Veliæ conſtitiſſem: vbi quidè fui ſanè libenter apud Talnam noſtrum: nec potuit accipi, illo abſente præſertim,*

præſertim, liberaliùs. ſic & Catull. in fundum. *Fui libenter in tua ſuburbana Villa.*

Non piscibvs vrbe petitis] apud veteres illos Romanos, lautiores & apparatiores habebantur menſæ, piſcibus, quàm carnibus, exſtructæ. Cic. in Piſonem. *exſtructa menſa non conchyliis, aut piſcibus, ſed multa carne ſubrancida.* quo loco Piſonis ſordeis oſtendere conatur.

Cvm dvplice ficv] id eſt, vt docet Turnebus, cui aſſentior, cum duplicibus ficubus. ſunt autem ficus duplices, maiores, & quaſi gêminæ, quas mariſcas appellant. Vegetius libr. 1. artis veterin. *ficus duplices viginti, ruta faſciculum.*

Post hoc lvd. erat cvppa post.] hunc locum in omnibus ferè libris corruptum ego vna littera detracta emendaui. cuius emendationis ſpero omneis politos, & eruditos homines approbatores fore. ab Adriano quidem Tornebo eam magnopere olim probatam memioi. Horum igitur verborum hæc ſententia eſt. poſtea (inquit) noſter ludus hic erat, coppa magiſtra, id eſt, nullo alio bibendi magiſtro adhibito, quàm ipſa cuppa, potare : nullus erat, qui bibendi leges conuiuis daret: ſuo qoiſque arbitratu bibebat, & quantum volebat, *ſolutus legibus inſanis*, vt air Sat. 6. hoc libro. De hoc more autẽ, & de magiſteriis, bibendique legibus vide annor. ad Od. 4. lib. 1. Sic igitur hunc locum explicandum cenſeo. Sed Turnebus mutata poſtea ferè ſententia, non ita pridem ſcripſit, *culpa potare magiſtra*, (ſic enim legitur in codicibus omnibus vulg. & pleriſque manuſcr. ludi genus fuiſſe à veteribus excogiratom, quo non magiſtri imperio conuiuæ bibere cogebantur, ne in ebrietatem inciderent: ſed vt ab ea coërcerentur, nemo, niſi qui aliqua in re peccarar, calicẽ ducebar: vt bibere pœnæ & dedecoris eſſet, non inuitationis, aut magiſterij. Sic apud Plautum in Sticho, qui peccat, poculo multatur: *vter* (inquit) *demutaſſit, poculo multabitur.* Idem Turnebus ſtatim ſubiicit: legitur & apud Flaccom *cuppa*, quod vas eſt pororium etiã linguæ vernaculæ vſurpatum pro patera : & io epigrammat. *Sunt cuppæ, calices, cyathi.* quam ſcripturam Lambinus ſeqoitur : vt libertatem bibendi accipiamus poculo imperante, non bibendi arbitro. Poculum enim oon cogit niſi volentem, cùm magiſter etiam inuitum bibere cogeret. *Cuppa* etiam Porphyrio agnoſcere videtur. Hæc ille: ex quibus verbis intelligere licet, ita illum à me diſſentire, vt tamen meam explicationem probet. quod mihi ſatis eſt : neqoe oeceſſe habeo vulgatam lectionem, eiúſque explicationẽ refellere.

Et venerata ceres] id eſt, & orata Ceres, vt culmo, &c. ſequitur deinceps, *Explicuit vino contr. ſer. fr.* id eſt, ſeueritatem noſtram exhilarauit, nobis ſcilicer libanribus, & poſtea compotantibus: vel ſic, orata Cerere, & libatione facta, compotatione triſtitiam diſcuſſimus, & frontis rugas explicuimus. verbum *venerari* autẽ idem valere, quod *orare, & precari*, declarant exempla

A è bonis ſcriptoribus producta. Plaor. in Aulul. Lar. *Auri theſaurum clam omneis in medio foco Defodit, venerans me, vt id ſeruarem ſibi.* Idem Rudente, *Eſt Deus : veneror, vt nos ex hac ærumna eximat miſeras, inopes, ærumnoſas, aut aliquo auxilio vt adiuuet.* Idem ibidem. *Venus, veneror te, vt omnes miſeri lenones ſient.* Idem Bacchid. *ſaluto te vicine Apollo, qui ædibus Propinquos noſtris accolis, venerorque te, Ne Nicobulum ſinas noſtrum ſenem prius Me conuenire, quàm ſodalem viderim Mneſilochi Piſtoclêrum.* Idem Trinum. *Larem corona noſtrum decorari volo. vxor venerare, vt Nobis hæc habitatio bona, fauſta, felix, fortunatáque eueniat.* Virgil. Æneid. 3. *Nymphas venerabar agreſteis, Gradiuúmque patrem, Geticis qui præſidet aruis, Rite*

B *ſecundarent viſus, omẽnque leuarent.* Idem eod. libr. *curſúſque dabit venerata ſacerdos.* & libr. 4. Georgic. *tu munera ſupplex Tende petens pacem, & faciles venerare Napæas. Nàmque dabunt veniam votis, iráſque remittent.* A Cæcinna ad M. Tull. Ciceronem lib. 6. epiſt. *quid iraſcitur ei, qui ſcripſerit aliquid contra ſuam voluntatem, cum ignorit omnibus, qui multa Deôs venerati ſunt contra eius ſalutem?* id eſt, qui molta à diis precati ſunt. ſic Horat. infr. Sat. 6. *Si veneror ſtultus nihil horum*, id eſt, ſi nihil tale à Diis precor: vt ſuo loco dicemus.

Ceres] Cererem Græci Δημήτερα appellant, cuius ἔτυμον afferens Plato in Cratylo, φαίνεται (inquit) κατὰ τὴν δόσιν τῆς ἐδωδῆς διδοῦσα ὡς μήτηρ, Δημήτηρ κεκλῆσθαι, id eſt, viderur enim propter donationem cibi, quæ largiatur

C nobis cibum vt mater, δημήτηρ, quaſi donans marer eſſe appellata.

Contr. seria frontis] id eſt, ſeueritatem frontis: ſeu ſeueram, ſeriam, & contractam frontem. Nam contrahitur frons rebus ſeriis, ac triſtibus: compotationibus, conoiuiis, riſu, ioco & ſimilibus explicatur.

Sæviat atqve novos, &c.] id eſt, iterum atque iterum ſeſe nobis præbeat iniquã, atque infeſtam fortuna, oouos nobis terrores incutiat, nouos motus excitet : quantum poterit de hoc noſtro tenui victu, & parſimonia detrahere? quaſi dicat, aut nihil, aut parum.

Qvantvm hinc imminvet?] Quidam libri manu ſcr. habent, *Quantum hinc eminuet?* vnde coniicere poſſis, legendum *deminuet.*

D Qvanto avt ego parc. avt] poſteaquam Vmbrenus nos de vetere poſſeſſione deturbauit, nobiſque eiectis agrum noſtrum occupauit : quanto minus aut ego, aut vos ſplendide vixiſtis? quanto deterior fuit noſtri corporis nitor? nihilo ſcilicet. Quemadmodum ex lautiore, & liberaliore victu, cultúque nitent corpora : ita ex parciore, & malígniore ſquallent. Non diſſimolabo lectori tamen, in quibuſdam libris calamo exaratis ſcriptum eſſe, *O pueri vixiſtis, &c.* quos non ſequor.

Hvc novvs incola] Vmbrenum ſignificat. aliquot libri manu ſcripti habẽt, *hic nouus inc.* quam ſcripturam non improbo: & fortaſſe recta eſt. alij cum vulgatis conſentientes, *huc.*

NAM PROPRIÆ TELLVRIS] ſic M. A Tuli. off. 1. *ſunt autem priuata nulla natura : ſed aut vetere occupatione, vt, qui quondam in vacua venêrunt: aut bello, vt, qui victoria potiti ſunt, aut lege, aut pactione, conditione, ſorte.*

NOS EXPVLIT ILLE] ille Vmbrenus nos agro expulit per vim : nempè facta aſſignatione agrorum ab Imperatore. Sic Atrius Virgilium, vt ſignificat in Mœride. *ô Lycida, viui peruenimus, aduena noſtri (Quod nunquam veriti ſumus) vt poſſeſſor agelli Diceret : hæc mea ſunt, veteres migrate coloni.*

NEQVITIES] mollities, luxuries, libido, profuſio, ἀκολασία. Nam hominem nequam appellant Latini, inertem, nullius vſus, inutilem. B

VAFRI INSCITIA IVRIS] ignorantia, ſeu inſcientia iuris callidi, & verſuti, vt M. Tull. appellat in orat. pro Cæcina. quattuor igitur hoc loco enumerat, quibus mutatur dominus, quibúſque poſſeſſio rerum ſoli, & aliarum amittitur : vim, per quam exactus eſt Ofellus : profuſum ſumtum, & luxuriam : iuris verſuti ignorationem : mortem. non admodum huic diſſimilis eſt locus ille epiſt. ad Iul. Florum lib. 2. *tanquã Sit proprium cuiquam, puncto quod mobilis hora Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema Permutet dominos.* ſic Theognis, Πολλοί τοι πλουτοῦσι κακοὶ, ἀγαθοὶ δὲ πένονται· Ἀλλ' ἡμεῖς τούτοις οὐ διαμειψόμεθα Τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον, ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδον αἰεί. C Χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει, id eſt, multi improbi diuitiis circumfluunt : viri boni autem egent. Verùmtamen cum horum diuitiis virtutem non commutabimus. Quoniam virtus quidem fixa, & ſtabilis eſt : pecunias autem aliàs alius habet. Quamquam hos verſus Plutarchus in libello, πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο, aſcribit Soloni, vt iam alibi diximus. inſcitia autem pro inſcientia poſitum, vt ſæpè alibi.

TVRNEBVS.

EX lib. 3. cap. 19. Decimo lib. Æneid. legendum cenſeo, *Arboris acclinis trunco*, potius quàm accliuis. D quem eundem errorem præclarè emendauit apud Horatium collega meus vir eruditiſſimus Lambinus. Nam Virgilio hoc loco, acclinis, eſt quod Cæſari acclinatus. Eius verba ſunt, lib. 6. de bell. Gal. *Atque ita paulum modo acclinatæ quietem capiunt*, Iterum *huc cum ſe conſuetudine acclinarunt.* malè vtrobique reclinarunt excudi reor, contra auctoritatem veterum librorum.

Ex lib. 7. cap. 9. Ibidem *Græcari* eſſe reor Græcanicis exercitationibus diſci & pilæ, aliíſque Græcorum nationi vſitatis vti. Eas. n. militiæ Romanæ opponit, id eſt, militaribus exercitationibus. Scribit enim,

—vel ſi Romana fatigat
Militia aſſuetum græcari : mox duas Græcorum ſubiungit exercitationes, diſcum & pilam.

—ſeu pila velox,
Seu te diſcus agit. id eſt, ſiue delectaris luſu pilæ ſeu diſci.

Ex lib. 18. cap. 12. At verò, *quàm gallina tergêre palatum*, ſic dictum accipio, quaſi quædam in eo ſordes eluantur cibi ſucco & ſapore. Sic detergeri dicitur faſtidium, quaſi in palato inſideat humor aliquis faſtidium pariens, quo detracto auiditas & appetentia gignatur. Columella, lib. 8. cap. 10. *Quæ in auiariis quoque deſidentium detergent faſtidia, faciúntque auidiorem volaturam, quod maximè expedit.*

Ex lib. 9. cap. 6. *—Et pictis pandat ſpectacula cauda.* hic locus explicatur in libello de Arte poëtica ſuper eo in verſiculo,

—Traxitque vagus per pulpita veſtem.

Ex lib. 20. cap. 34. *—at vos*
Præſentes auſtri coquite horum obſonia: huius verſus explicationem videbis infrà ſermone octauo huius poſterioris libri.

Ex lib. 7. cap 8. Eſt lib. 9. Metamorph. Bona copia abundantiæ dea, quæ cornu Amaltheæ vel Acheloï gerit : eáque dicitur ratione, vt bonus euentus : & apud Catonem & Plautum bona ſalus, quæ ad Euphemiſmum ſic ficta ſunt. Nam & à Flacco ſcribitur,

—mala copia quando
Ægrum ſollicitat ſtomachum —Ouidius autem ita ſcribit,

—diueſque meo eſt bona copia cornu.

Ex lib. 7. cap. 9. *Cui canis ex vero dictum cognomen adhæret*, hunc arbitror propter ſordidam immũdámque vitam eſſe canem appellatum : ſed & Cynici non tantum quia obuios adlatrabant, ſed etiam ob vitam illiberalem ab humanitate remotam & munditia appellabantur in Græcia. In ead. Ecloga. *Ac niſi mutatum parcit defundere vinum*, cùm dicit, vinum à Græcis ἐκτροπίαν vocatum & τροπίαν circumloquutus eſt. Ita autem intelligitur vinum vapeſcens, & degenerans exoleſcénſque, & in acetum aut vappam tranſiens.

Ex lib. 1. cap. 1. Defundere vinum eſt de dolio in craterem aut de cratere in pateram fundere. In Horatio igitur rectè conicit vir doctiſſ. Lambinus ſcribendum, *Ac niſi mutatum parcit defundere vinum.* Id enim eſt in pateram vel trullam fundere & bibere. & lib. 2. de Finib. *Quibus vinum defuſum ſit è pleno Oenophoro*, id eſt, deorſum in pateram aut poculum fuſum. & apud Maronem, 4. Georgic.

Hæc ait & liquidum Ambroſiæ defudit odorem.

Ex lib. 3. cap. 6. Ad conuiuiorum claſſem etiã pertinent Repotia, de quib. Horatius, *—licebit*
Ille repotia, natales, aliòſque dierum
Feſtos albatus celebret. Feſtus quoq; Pompeius, repotia poſtridie nuptias interpretatur, cũ apud nouũ maritum cœnatur, quia quaſi reficitur potatio : adfertq́ue exemplũ Pacuuij, *Ab hoc depulſum mamma pædagogandum accipit Repotialis liber. & in-*

& interpretantur Grammaticorum tribules, ſeptimum à nuptijs diem, quo iterum epulabantur: alij ſecundum, quo virgo in muliebrem habitum componebatur. Sed crediderim etiam repotia celebrari ſolita liberis natis, & cùm maritis noua quotannis propè ſoboles naſcatur, vt renouanda ſit epulatio, idcircò ea conuiuia repotia appellata: cui interpretationi Pacuuij exemplum non repugnat. Nec vero Auidieni perſonæ conuenit nuptiale conuiuium. Ea, niſi me fallit augurium, dicere voluit Acro Grammaticus, *παιδοτρόφια* Græcè vocari, velut ſublatis & ſuſceptis liberis, & parentibus eos alere decernentibus. Nam in Græcorum poteſtate erat liberos exponere, nec alere. Vt autem repotia ita interpreter, mihi perſuadet Auſonius ſic ſcribens, epiſt. ad Pau.
Coniugióque dapes & ſacra repotia patrum. Ecce eorum epulas dicit, qui ſuſceptis liberis facti ſunt parentes.

Ex lib. 17. cap. 17. Apud Horatium cùm Sermonum lib. 2. ſcribitur,

-vides vt Pallidus omnis
Cœna deſurgat dubia? exponitur ab interpretibus optimis rectè de cœna ſurgat. legi tamen in Lexico Latinogræco interpretationem, quam ſi negligerem, piacularem me putarem. Conſtat cruditates & alui profluuia parari epulis dubijs & varijs. expoſitum igitur reperi *deſurgat*, in receſſum ear ad exonerandam aluum. Sic enim ſcribitur: *ἀφοδεύῃ ὡς ὀρέγετος*. Sic deſurgere à Scribonio vſurpatur, *Teneſmus eſt irritatio vltima partis inteſtini directi, in quo ſæpius libet deſurgere ſine cauſa.*

Ex lib. 28. cap. 4. Cœna dubia etiam paraſitorum verbum eſt, lautámque & opiparam ſignificat: atque adeò id cùm ſatis non intelligeretur, declarauit eam eſſe Terentius, Phormio. act. 2. ſc. 2. *In qua dubites quid potiſſimum ſumas.* Sed & illud paraſiticum verbum Terentij vſurpauit Horatius

- vides vt Pallidus omnis
Cœna deſurgat dubia?

Ex lib. 7. cap. 9. Cùm autem ait, — *tellus me prima tuliſſet*, cuipiam fortaſſe videatur ſignificari tellus illa, quæ antiquorum ætate erat, non tellus ſæculi Horatiani, nec culpari fortaſſe is ſenſus poſſit. Sed tellus prima videtur eſſe, quæ à chao prima ante elementa omnia, etiam ante cœlum (ſi Heſiodo in Theogonia credimus) extitit, Maro,

- Prima & tellus & pronuba Iuno
Dant ſignum & lib. 1. Georgicôn,
- tuque, ô cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti. Etſi enim in Attica hoc factum fuiſſe legimus, quam antiquiſſimam terram indigenarum altricem audiuimus: tamen abſolutè de terra accipiendum exiſtimamus, cui primatus originis tribuitur. At libro 3. Æneid. *- quæ vos à ſtirpe parentum*
Prima tulit tellus, aliter exponitur, & rectè: poſſet tamen etiam eodem ſenſu commodè conſeruari.

Ex lib. 13. cap. 1. Eſt intellectu difficile quod ſcribitur,

Quam nunc acciſis videas metato in agello
Cum pecore & gnatis fortem mercede colonum.
Hic intelligo Ofelli agrum diuiſum & aſſignatum fuiſſe Vmbreno, ipſumque eius agri, cuius antè dominus fuerat, factum eſſe mercenarium colonum. Nam in agrorum diuiſione & aſſignatione, modum metiebantur, quod eſt metari: ſed & metis & limitibus ſolebant centurias & agrorum formas includere. Vnde & metationem hac in re his verbis nominat Siculus Flaccus. De diuiſis & aſſig.

Ex lib. 15. cap. 6. *Siquidem*, inquit Plautus, Penu. ſc. Negotij ſibi qui volet, *tu es mecum futurus pro vua paſſa penſilis.* Vuæ ſæpenumerò ſuſpenduntur, vt paſſæ fiant: etſi alia ratio earum faciendarum eſt. Vnde illud Varronis, libr. 1. de re ruſt. cap. 68. *Penſilia, vt vua, ſorba, ipſa oſtendunt quando ad vſum oporteat promi.* Horatius,

- tum penſilis vua ſecundas
Et nux ornabat menſas.

Ex lib. 13. cap. 1. Ambigitur quæ ſit apud Horatium duplex ficus in hoc verſu,

Et nux ornabat menſas, cum duplice ficu. & plerique ſunt in hac ſententia, vt cenſeant duo genera ficus ſignificari, ego verò ficum puto ſignificari maiorem, vt quæ mariſca vocabatur. Vt enim Maro ſcripſit, 1. Georgic.

-duplici dentalia dorſo, &
At duplex agitur per lumbos ſpina: cùm & craſſum dorſum dentalis, & latam ſpinam equi demonſtrare vellet: ſic duplicem ficum ab Horatio appellari ſuſpicor, quæ maior eſt & vberior, quæque formæ amplioris eſt. Sed ad teſtimonium veniendum, & vt ita dicam, tabellare ſcriptorum ſuffragium. Vegetius libr. artis veterinariæ 1. *Addiſque nouem duplices ficus*, iterum, *ficus duplices, 20. rutæ faſciculum.* Plinius naturalis hiſtoriæ lib. 20. cap. 6. *Diocles hydropicis cum centaurea, aut in duplici fico.* Mariſca autem ficus vilior erat ſaporiſque fatui. Martialis, lib. 7. epig. 24.
Infantis melimela dato fatuaſque mariſcas. Sic vilioribus bellarijs explicatam fuiſſe menſam ſecundam Horatius demonſtrat.

Ex lib. 30. cap. 3. Refert Seneca ſolitos fuiſſe veteres etiam ruſticos poſt prandium aut cœnam bibere. Quod ex Horatio caliginem aliquam remouet ita canente.
Poſt hoc ludus erat culpa potare magiſtra. verba ſũt Senecæ, *Poſt prandium aut cœnam bibere, vulgare eſt: hoc patresfam. ruſtici faciunt & veræ voluptatis ignari.*

Ex lib. 7. cap. 9. Quæſitum de me aliquando recordor, quid apud Horatium eſſet,
Et venerata Ceres, vt culmo ſurgeret alto,
Explicuit vino contracta ſeria frontis. & vt verum fatear, non ſatis in præſentia quicquam ad enodandum tam implicatum ſenſum ſuccurrebat: tamen ſimilis illis, qui nulla in re hærent & celeritate reſpondendi ad omnia, emunt doctrinæ famam,

ego quoque ex tempore aliquid garrij & effutij: Nunc te apud me diutius & accuratius exacta & cogitata, ſenſum euoluere è ſuis tegumentis, quibus velut obductus eſt conabor. Significari igitur libationem puto, qua antiqui poſt epulas vti ſolebant. Nam pateram tenentes, ex ea aliquid in honorem dei, vt hic ruſticus in honorem Cereris, venerantes precantéſque fundebant: deinde bibebant, inuitatióque fiebat. Hic ergo colonus ait ſe cum ſuis conuiuis veneratum Cererem, vinum poſt cœnam bibiſſe, & contractæ frontis rugas vino explicaſſe. *– Culpa verò, potare magiſtra*, excogitatum erat ludi genus poſt cœnam, quo non magiſtri imperio ad bibendum cogebantur, ne nimium ebrietati indulgeretur: ſed vt ea coerceretur, nemo niſi qui qua in re peccarat, calicem ducebat: vt bibere pœnæ & dedecoris eſſet, non inuitationis aut magiſterij, Plautus in ſticho, ſc. Agite, ite foras.

Qui peccat poculo multatur.

Vter, inquit, *demutaſſit poculo multabitur.*

Legitur & in Flacco, *cuppa*, quod vas eſt potorium vernaculæ linguæ etiam vſurpatum pro patera. & in epigrammate, *Sunt cuppæ, calices, cyathi*: quam ſcripturam ingenioſiſſimus & doctiſſimus interpres Lambinus ſequitur. vt libertatem bibendi accipiamus poculo imperante, non bibendi arbitro. Poculum enim non cogit niſi volentem cùm magiſter inuitum potare cogeret: *cuppam* etiam Porphyrio videtur agnoſcere.

ARGVMEN. SATYR. 3.

Sub perſona Damaſippi Stoicum paradoxum tractat, à Cicerone quoque tractatum: quo ſtultos omnes inſanire dicebant. Ipſe autem his verbis hunc eorum ſententiam proponit,

Quem mala ſtultitia & quæcunque inſcitia veri
Cæcum agit, inſanum Chryſippi porticus & grex
Autumat. Initio Damaſippum inducit ipſum accuſantem, quòd præ deſidia nihil ſcriberet: deinde quomodo ad Stoicam ſectam ſe contuliſſet, narrantem. De qua etiam nonnulla per ironiam ſub eius perſona dicit, vt, *ſapientem paſcere barbam*: &, *Stertinius ſapientum octauus*. Tandem verò ita claudit ſatyram, vt ſub ipſius Damaſippi nomine cæteros omnes apertè irridere videatur, cùm varijs inſaniæ generibus ab eo commemoratis, aliquot ſuæ quoque audiens, reſpondet, *O maior tandem parcas inſane minori.*

**SIc raro ſcribis, vt toto non quater anno,*
Membranam poſcas, ſcriptorum quæque retexens,
*Iratus tibi, quòd * vini, ſomníque benignus*
A *Nil dignum ſermone canas. quid fiet? * ab ipſis*
Saturnalibus huc fugiſti. ſobrius ergo
Dic aliquid dignum promiſſis: incipe: nil eſt:
Culpantur fruſtra calami: immeritúſque laborat
*Iratis natus * paries dijs, atque poëtis.*
Atqui vultus erat multa, & præclara minantis,
B *Si vacuum tepido cepiſſet villula tecto.*
Quorſum pertinuit ſtipare Platona Menandro?
Eupolin, Archilochum, comites educere tantos?
**Inuidiam placare paras virtute relicta?*
Contemnére miſer. vitanda eſt improba Siren
Deſidia: aut, quicquid vita meliore paraſti,
C *Ponendum æquo animo. dij te Damaſippe, deæq;*
*Verum ob conſilium donent * tonſore. ſed vnde*
Tam bene me noſti? poſtquam omnis res mea Ianum
Ad medium fracta eſt, aliena negotia curo,
Excuſſus proprijs. olim nam quærere amabam,
Quo vafer ille pedes lauiſſet Siſyphus ære:
D *Quid ſculptum infabrè, quid fuſum durius eſſet.*
Callidus huic ſigno ponebã millia centum.
Hortos, egregiáſque domos mercarier vnus
*Cum lucro noram. vnde frequẽtia * Mercuriale*
Impoſuere mihi cognomen compita. noui:
Et morbi miror purgatum te illius. atqui
** Emouit veterem mirè nouus: vt ſolet, in cor*

traiecto

A Traiecto lateris miſeri, capitiſque dolore:
Vt lethargicus hic cùm ſit pugil, & medicum * vrguet.
Dum ne quid ſimile huic, eſto, vt libet. ô bone, ne te
Fruſtrere, inſanis & tu: ſtultique propè omnes:
Si quid Stertinius veri crepat: vnde ego (mira
Deſcripſi docilis præcepta hæc, tempore, quo me
B Solatus iuſſit * ſapientem paſcere barbam,
Atque à Fabricio non triſtem ponte reuerti.
Nam, malè re geſta cum vellem mittere operto
Me capite in flumen: dexter ſtetit: &, caue faxis
Te quicquam indignum. pudor, inquit, te malus vrget:
Inſanos qui inter vereare inſanus haberi.
C Primùm nam inquiram, quid ſit furere. hoc ſi erit in te
Solo * nil verbi pereas quin fortiter, addam.
Quem mala ſtultitia: &, quemcumque inſcitia veri
Cæcum agit: inſanum Chryſippi porticus, & grex
Autumat. hæc populos, hæc magnos formula reges,
D Excepto ſapiente, tenet. nũc accipe, quare
Deſipiant omnes æquè ac tu, qui tibi nomen
Inſani poſuere. velut ſiluis, vbi paſſim
Palanteis error certo de tramite pellit:
Ille ſiniſtrorſum, hic dextrorſum abijt: vnus vtrique
Error: ſed varijs illudit partibus: hoc te
Crede modo inſanum: nihilo vt ſapientior ille,
Qui te deridet, * caudam trahat. eſt genus vnum
Stultitiæ, nihilum metuènda timentis: vt igneis,
Vt rupeis, fluuióſque in campo obſtare queratur.
Alterum & huic varium, & nihilo ſapientius, igneis
Per medios, fluuióſque ruentis. clamet amica
Mater, honeſta ſoror, cum cognatis, pater, vxor,
Hîc foſſa eſt ingens: hîc rupes maxima: * ſerua:
Non magis audierit, quàm Fufius ebrius olim
Cùm * Ilionam edormit, Catienis mille ducentis,
Mater te appello, clamantibus. huic ego vulgum
Errori ſimilem cunctum inſanire docebo.
Inſanit, veteres ſtatuas Damaſippus emendo: (eſto:
Integer eſt mentis Damaſippi creditor?
Accipe, quod numquam reddas mihi, ſi tibi dicam:
Túne inſanus eris, ſi acceperis? an magis excors
* Reiecta præda, quam præſens Mercurius fert?
Scribe decem à Nerio. non eſt ſatis: adde Cicutæ
Nodoſi tabulas centum: mille adde catenas:
Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Proteus:
Cùm rapies in ius * mális ridentem alienis:
Fiet aper: modò auis, modò ſaxum: & cùm volet, arbor.
Si malè rem gerere inſani eſt: * contrà, bene ſani:
Putidius multo cerebrum eſt (mihi crede) Perilli

*Dictantis, quod tu numquam * reſcribere poſſis.
Audire, atque * togam iubeo componere, quiſquis
Ambitione mala, aut argenti pallet amore:
Quiſquis luxuria, triſtíve ſuperſtitione,
Aut alio mentis morbo calet: huc propius me,
Dum doceo inſanire omneis, vos ordine adite.
Danda eſt ellebori multo pars maxima auaris:
Neſcio an Anticyram ratio illis deſtinet omnem.
Heredes StaberI ſummam incidêre ſepulcro.
Ni ſic feciſſent, gladiatorum dare centum
Damnati populo paria, atque epulum, arbitrio ArrI:
Frumenti, quantum metit Africa. ſiue ego praue,
Seu rectè: hoc volui: * ne ſis patruus mihi. credo
Hoc StaberI prudentem animum iuſſiſſe. quid ergo
Senſit, cùm ſummam patrimonI inſculpere ſaxo
Heredes voluit? quoad vixit, credidit ingens
Pauperiem vitium: & cauit nihil acrius: vt ſi
Forte minus locuples vno quadrante periſſet,
Ipſe videretur ſibi nequior. omnis enim (res,
Virtus, fama, decus, diuina, humanáque pulcris
Diuitijs pârēt: quas, qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiénſne etiam, & rex,
Et, quicquid volet. hoc, veluti virtute paratum,
A Sperauit magnæ laudi fore. quid * ſimile iſti
Græcus Ariſtippus? qui ſeruos proijcere aurum
In media iuſſit Libya: quia tardius irent
Propter onus ſegnes. vter eſt inſanior horum?
Nil agit exemplum, * litem quod lite reſoluit.
Si quis emat citharas, emtas comportet in vnum,
B Nec ſtudio citharæ, nec Muſæ deditus vlli:
Si ſcalpra, & formas non ſutor: nautica vela
Auerſus mercaturis: delirus, & amens
Vndique dicatur meritò. quid diſcrepat iſtis,
Qui nummos, aurúmque recondit, neſcius vti
C Compoſitis, metuénſque velut contingere ſacrum?
Siquis ad ingentem frumenti ſemper aceruum.
Porrectus vigilet cum longo fuſte: neque illinc
Audeat * eſuriens * dominus contingere granum:
Ac potiùs folijs parcus veſcatur amaris:
Si poſitis intus Chij, veteríſque Falerni
Mille cadis: nihil eſt, tercentum millibus, acre
D Potet acetum: age, ſi & ſtramentis incubet, vnde-
Octoginta annos natus, cui ſtragula veſtis,
Blattarum, ac tinearum epulæ, putreſcat in arca:
Nimirum inſanus paucis videatur eò, quod
Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.

Filius,

A *Filius, aut etiam hæc libertus vt ebibat heres,*
Dijs inimice ſenex cuſtodis? ne tibi deſit?
Quantulum enim ſummæ curtabit quiſque dierum,
Vngere ſi cauleis oleo meliore, capútque
Cœperis impexa fœdum porrigine? quare,
*Si * quiduis ſatis eſt, periuras, ſurripis, aufers*
Vndique tun' ſanus? populum ſi cædere ſaxis
B *Incipias, ſeruóſue tuos, quos ære pararis:*
Inſanũ te omnes pueri, clamentq́; puellæ.
Cùm laqueo vxorem interimis, matrémque veneno,
Incolumi capite es? quid enim? neque tu hoc facis Argis,
Nec ferro: vt demens genitricem occîdit Oreſtes.
An tu reris eum occiſa inſaniſſe parente?
C *Ac non antè malis dementem actum furijs, quàm*
In matris iugulo ferrum tepefecit acutum?
*Quin ex quo eſt habitus * malè tutæ mentis Oreſtes:*
Nil ſanè fecit, quod tu reprendere poſſis:
Non Pyladen ferro violare, auſúſve ſororem
*Electram: tantùm * malè dicit vtrique, vocando*
D *Hanc furiam, hunc aliud, iuſſit quod ſplẽdida bilis.*
Pauper Opimius argenti poſiti intus, & auri,
Qui Veientanum feſtis potare diebus
Campana ſolitus trulla, vappámque profeſtis:
Quondam lethargo grandi eſt oppreſſus: vt heres
Iam circum loculos, & claueis lætus, ouánſque
Curreret hunc medicus multùm celer, atque fidelis
Excitat hoc pacto: menſam poni iubet: atque
Effundi ſaccos nummorum, accedere plureis
*Ad numerandum: hominem ſic * erigit. addit & illud,*
Ni tua cuſtodis, auidus iam hæc auferet heres.
Men' viuo? vt viuas igitur, vigila: hoc age. quid vis?
Deficient inopem venæ te, ni cibus, atque
Ingens accedat ſtomacho fultura ruenti.
Quid ceſſas? agedum ſume hoc ptiſanarium oryzæ.
Quanti emtæ? paruo. quanti ergo? octo aſſibus. eheu:
Quid réfert, morbo: an furtis, pereámque rapinis?
Quiſnam igitur ſanus? qui non ſtultus. quid? auarus?
Stultus & inſanus. quid? ſi quis non ſit auarus:
** Continuò ſanus? minimè. cur Stoice? dicam.*
Non eſt cardiacus, Craterum dixiſſe putato,
Hic æger: rectè eſt igitur, ſurgétque negabit:
Quòd latus, aut renes morbo tentantur acuto.
Non eſt periurus, neque ſordidus. immolet æquis
Hic porcum Laribus. verùm ambitioſus, & audax.
*Nauiget Anticyram. quid enim differt, * barathróne*
Dones, quicquid habes, an numquam vtare paratis?
Seruius Oppidius Canuſi duo prædia diues

Antiquo cenſu, natis diuiſſe duobus
Fertur. & hæc moriens pueris dixiſſe vocatis
Ad lectum: poſtquàm te talos, Aule, nucéſque
Ferre ſinu laxo: donare, & ludere vidi:
Te Tiberi, numerare: cauis abſcondere triſtem:
Extimui, ne vos ageret veſania diſcors:
Tu Nomentanum, tu ne ſequerere Cicutam.
Quare per diuos oratus vterque Penateis,
Tu caue ne minuas: tu ne maius facias id,
*Quod ſatis eſſe putat pater: & natura * coërcet.*
*Præterea ne vos titillet * gloria, iure-*
Iurando obſtringam ambo: vter ædilis, fuerítve
Veſtrûm prætor: is inteſtabilis, & ſacer eſto.
**In cicere, atque faba bona tu, perdáſque lupinis,*
Latus vt in circo ſpatiere, aut æneus vt ſtes,
Nudus agris, nudus nummis, inſane, paternis:
Scilicet vt plauſus, quos fert Agrippa, feras tu,
** Aſtuta ingenuum vulpes imitata leonem?*
** Ne quis humaſſe velit Aiacem Atrida vetas cur?*
** Rex ſum. Nil vltrà * quæro plebeius. Et æquam*
Rem imperito: ac, ſi cui videor non iuſtus, inulto
Dicere, quæ ſentit, permitto. Maximè regum,
Dij tibi dent capta claſſem redducere Troia:
*Ergo * conſulere, & mox reſpondere licebit?*
A *Conſule. Cur Aiax heros ab Achille ſecundus*
Putreſcit, toties ſeruatis clarus Achiuis:
Gaudeat vt populus Priami, Priamúſque inhumato:
Per quem tot iuuenes patrio caruere ſepulcro?
** Mille ouium inſanus morti dedit, inclytum Vlyſſem,*
B *Et Menelaum vnà mecum ſe occidere clamans.*
Tu, cùm pro vitula ſtatuis dulcem Aulidonatam
Ante aras, ſpargíſque mola caput, improbe, ſalſa:
** Rectum animi ſeruas? Quorſum? * Inſanus quid enim Aiax*
Fecit, cùm ſtrauit ferro pecus? abſtinuit vim
C *Vxore, & nato, mala multa precatus Atridis:*
Non ille aut Teucrum, aut ipſum violauit Vlyſſem.
Verùm ego, vt hærenteis aduerſo littore naueis
Eriperem, prudens placaui ſanguine diuos.
** Nempe tuo furioſe. meo, ſed non furioſus.*
D *Qui ſpecies * alias veris, ſceleríſque tumultu*
Permiſtas capiet, commotus habebitur: atque,
Stultitiáne erret, nihilum diſtabit, an ira.
** Aiax immeritos dum occîdit, deſipit, agnos?*
Cùm prudens ſcelus ob titulos admittis inaneis:
Stas animo? & purum eſt vitio tibi, cùm tumidum eſt cor?

Si quis

A *Si quis lectica nitidam geſtare amet agnam:*
Huic veſtem, vt natæ. paret ancillas: paret aurum:
** Pupam, aut pupillam appellet, fortíque marito*
Deſtinet vxorem: interdicto huic omne adimat ius
Prætor & ad ſanos abeat tutela propinquos.
B *Quid? ſi quis natam pro muta deuouet agna:*
Integer eſt animi? ne dixeris. ergo, vbi praua
Stultitia, hîc ſumma eſt inſania. qui ſceleratus:
** Et furioſus erit. quem cepit vitrea fama,*
*Hunc * circumtonuit gaudens Bellona cruentis.*
C *Nunc age luxuriam, & Nomentanum arripe mecum.*
Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes.
Hic ſimul accepit patrimonî mille talenta:
Edicit piſcator vti, pomarius auceps,
Unguentarius, aut Tuſci turba impia vici.
D *Cum ſcurris fartor, cum * velabro omne macellum,*
Manè domum veniant. quid tum? venêre frequentes.
Verba facit leno. quicquid mihi, quicquid & horum
Cuique domi eſt, id crede tuum, & vel nunc pete, vel cras.
*Accipe, quid contrà iuuenis reſponderit * æquus.*
In niue Lucana dormis ocreatus, vt aprum
Cœnem ego: tu piſceis hiberno ex æquore verris:
Segnis ego, indignus, qui tantum poſſideam: aufer:
*Sume tibi * decies: tibi tantumdem: tibi triplex,*
Unde vxor media currat de nocte vocata.
Filius Æſopi detractam ex aure Metellæ,
Scilicet vt decies ſolidum exſorberet, aceto
*Diluit inſignem * baccam: quî ſanior, ac ſi*
Illud idem in rapidum flumen, iacerétve cloacam?
Quincti progenies ArrI, par nobile fratrum
*Nequitia & nugis, * prauorum & amore gemellum:*
** Luſcinias ſoliti impenſo prandere coëmtas.*
*Quorſum abeant ſani? creta, an carbo*ne notandi?*
Ædificare caſas, ploſtello adiungere mures,
Ludere par impar, equitare in arundine longa
Si quem delectet barbatum: amentia verſet.
Si puerilius his ratio eſſe euincet amare:
Nec quicquam differre, vtrúmne in puluere, trimus
Quale prius, ludas opus: an meretricis amore
Sollicitus plores: quæro, faciáſne, quod olim
Mutatus Polemo? ponas inſignia morbi,
Faſciolas, cubital: focalia? potus vt ille

Dicitur ex collo furtim carpſiſſe coronas:
*Poſtquàm eſt impranſi correptus voce *magiſtri?*
Porrigis irato puero cùm poma, recuſat.
Sume Catelle: negat. ſi non des, optat. amator
Excluſus quî diſtat: agit vbi ſecum, eat, an non,*
Quò rediturus erat non arceſſitus: & hæret
Inuiſis foribus? nec nunc, cùm me vocet vltro,*
Accedam? an potiùs mediter finire dolores?
Excluſit: reuocat: redeam? non, ſi obſecret. ecce
Seruus non paullo ſapientior. ô here, quæ res
Nec modum habet, neque conſilium, ratione, modóque
Tractari non vult. in amore hæc ſunt mala, bellum,
Pax rurſum. hæc ſiquis tempeſtatis propè ritu
Mobilia, & cæca fluitantia ſorte, laboret
Reddere certa: ſibi nihilo plus explicet, ac ſi*
Inſanire pâret certa ratione, modóque.
Quid? cùm Picenis excerpens ſemina pomis
Gaudes, ſi cameram percuſſi forte: penes te es?
Quid? cùm? balba feris annoſo verba palato:*
** Ædificante caſas quî ſanior? adde cruorem*
Stultitiæ; atque ignem gladio ſcrutare: modò, inquam,
Hellade percuſſa Marius cùm præcipitat ſe,
A *Cerritus fuit: an commotæ crimine mẽtis*
Abſolues hominem: & ſceleris damnabis eundem,
Ex more imponens cognata vocabula rebus?
*Libertinus erat, qui circum compita * ſiccus*
Lautus manè ſenex manibus currebat. & vnum
** Quiddam magnum addens, vnum me ſurpite morti:*
B *Dijs etenim facile eſt, orabat: ſanus vtriſque*
Auribus, atque oculis: mentem, niſi litigioſus,
*Exciperet dominus, cùm venderet. hoc quoque * vulgus*
Chryſippus ponit fæcunda in gente Menenî.
Jupiter, ingenteis qui das, adimíſque dolores:
C *Mater ait pueri menſeis iam quinque cubantis,*
Frigida ſi puerum quartana reliquerit: illo
Manè die, quo tu indîcis ieiunia, nudus:
In Tiberi ſtabit. caſus, medicúſve leuarit
Ægrum ex præcipiti: mater delira necabit*
In gelida fixum ripa: febrímque reducet.
D *Quóne malo mentem concuſſa?* timore deorum.*
Hæc mihi ſtertinius ſapientum octauus amico*
Arma dedit: poſthac ne compellarer inultus.
Dixerit inſanum qui me, totidem audiet: atque
** Reſpicere ignoto diſcet pendentia tergo.*
Stoice, poſt damnum ſic vendas omnia pluris:*

Quam

Quam me ſtultitiam (quoniam non eſt genus vnum)
Inſanire putas? ego nam videor mihi ſanus.
Quid? caput abſciſſum demens cùm portat Agaue
Nati infelicis, ſibi tum furioſa videtur?
Stultum me fateor (liceat concedere veris)
Atque etiam inſanum: tantum hoc ediſſere, quo me
Ægrotare putes animi vitio. accipe: primùm
*Ædificas: hoc eſt * longos imitaris, ab imo*
Ad ſummum totus moduli bipedalis: & idem
Corpore maiorem rides Turbonis in armis
** Spiritum, & inceſſum: quî ridiculus minus illo?*
*An, quodcumque facit Mæcenas, * te quoque verum eſt,*
Tanto diſſimilem, & tanto certare minorem?
** Abſentis ranæ pullis vituli pede preſſis,*
Vnus vbi effugit: matri denarrat, vt ingens
Bellua cognatos eliſerit. illa rogare,
Quantáne? num tandem, ſe inflans, ſic magna fuiſſet.
Maior dimidio. num tanto? cùm magis, atque
Se magis inflaret: non, ſi te ruperis, inquit,
Par eris. hæc à te non multum abludit imago.
Adde poëmata nunc: hoc eſt oleum adde camino:
Quæ ſi quis ſanus fecit: ſanus facis A *& tu.*
** Non dico horrendam rabiem. iam deſine cultum*
Maiorem cenſu. teneas Damaſippe tuis te:
Mille puellarum, puerorum mille furores.
O maior tandem parcas inſane minori.

Poëta in hac ſatyra Damaſippum quendam facit loquentem, qui aliquando exercuerat ſigno- B rum, & vaſorum antiquorum, atque hortorum mercaturam: in qua cùm rem ſuam minùs bene geſſiſſet, relicto lucri ſtudio ſeſe ad philoſophiam contulerat. Ego eum eſſe puto, de quo M. Tull. ſcribit in epiſt. ad M. Fabium Gallum lib. 7. qui mandatu Ciceronis quædam ei ſigna emerat haud illi grata, nempe Bacchas, & Martis ſignum. Itaque optabat M. Tull. aut vt ea eſſent inemta, aut vt aliquis eorum emtor ſeu Damaſippus, ſeu quis alius reperiretur. verba M. Tull. ſunt hæc, *ſed tamen ſi iſta mihi ſunt habenda, certiorem velim me facias, vbi ſint, quando arceſſantur, quo genere vectura. Si enim Damaſippus in ſententia non manebit, aliquem Pſeudodamaſippum vel cum iactura* C *reperiemus*, de eod. lib. 12. epiſt. ad Attic. *ſi & Silius is fuerit, quem tu putas, nec Druſus facilem ſe præbebit, Damaſippum velim aggrediare.*

MEMBRANAM POSCAS] ſcribis tu quidem multa, ſed quicquid ſcribis, retexis ac deles; neque ex aduerſarijs, aut tabulis ceratis, aut palimpſeſto in membranam refers. Ita rarò aliquid dignum oculis, & lectione ſcribis, vt toto anno membranam non quater poſcas, id eſt, vt toto anno membranam tibi à puero dari non iubeas, in quam referas ea, quæ in palimpſeſto, aut tabula cerata ſcripſeris.

SCRIPTORVM QVÆQVE RETEXENS] ea omnia, quæ à te ſcripta ſunt, mutans, vertens, delens. & eſt tralatio à tela texta, & poſtea retex- D ta. *telam retexere* autem eſt ἀναλύειν, diſſoluere. nemini eſt inaudita Penelopæ tela.

VINI, SOMNIQVE BENIGNVS] id eſt, plus quàm par ſit, vino, ſomnóque deditus. largius æquo bibens, & ſupra modum dormiens. dictum eſt autem *vini & ſomni benignus*, vt *profuſus ſui, parcus temporis, largus pecuniæ*. *benignus* enim idem ferè eſt, quòd largus, vt ſuprà annotauimus: *malignus* contrà parcus.

NIL DIGNVM SERMONE] ſic loquuntur Græci, οὐδὲν ἄξιον λόγου. Ariſt. ῥητορ. β. τὸν λόγον εἶναι ἀσυδαιότατον, ὅτι οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες οὐ χρημάτων, ἀλλὰ λόγου ἄξιοί εἰσι. τὸ γὰρ λόγου ἄξιον οὐχ ἁπλῶς λέγεται. id eſt, ſermonem eſſe rem optimam, quia viri boni non pecunia, ſed ratione aut ſermone digni ſunt.

Nam λόγου ἄξιον, ſeu ſermone dignum non ſimpliciter dicitur. Plato in Euthydemo, ἐνθυμοῦ δὴ μή τι παραλείπωμεν τῶν ἀγαθῶν, ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου. cogita igitur numquid aliquod bonum prætermittamus, quod & dignum ſermone ſit. idem in Alcibiade 1. ἐπιμέλειά τε, καὶ σοφία, ταῦτα μόνα ἄξια λόγου ἐν Ἕλλησιν. id eſt, diligentia, & ſapiĕtia, hæc ſola digna ſunt ſermone apud Græcos. idem lib. 1. de repub. λυσιτελεῖ μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα ἐὰν περ λανθάνῃ· ἔστι δ' οὐκ ἄξια λόγου, id eſt, proſunt igitur etiam talia, ſi quidem lateant. ſunt autem non digna ſermone. Titus Liuius ἄξια λόγου, *digna dictu* ſolet dicere. vt lib. 35. annal. in princip. *crebra magis, quàm digna dictu prælia fecit*. Idem lib. 27. *certamina haud ſatis digna dictu ferebant*.

SATVRNALIBVS] quæ agebantur 14. Kalend. Ianuarias: de quibus alibi dicemus pluribus verbis.

SOBRIVS ERGO] ſi propter vini, & ſomni liberaliorem vſum ad ſcribendum tardior, atque ineptior es: nunc igitur, dum ſobrius, & ſiccus es, profer aliquid promiſſis dignum.

CVLPANTVR FR. CAL.] fruſtra culpa in calamos confertur, quaſi ad ſcribendum, ſeu pingendum minus aptos.

IMMERITÚSQVE LABORAT] ſic ferè Virgil. Moreto, *& immerito dicit conuicia fumo*. Solebant veteres illi, maximè poëtæ, & ſcriptores, parietes habere ceratos, vt ſi quid fortè noctu in mentem veniret, ſtatim in eo inſcriberent. paries igitur tuus ceratus immeritò abs te vexatur: iniuriáque in eum culpam confers.

IRATIS NATVS PARIES DIIS] cùm tibi nihil in mentem veniat, quod in eo inſcribas, videtur Dijs, & poëtis iratis natus eſſe. ſic loquitur infrà Saty. 7. de Priſco quodam ingenij mobiliſſimi. *Vertumnis, quotquot ſunt, natus iniquis*. & ſup. Sat. 5. lib. 1. *dehinc Gnatia Lymphis Iratis extructa*. *Dijs iratis* fieri dicitur id, quod infeliciter geritur. Hæc enim opinio ſemper fuit hominum animis inſita, Dijs iratis, aut inuitis nihil proſperè euenire, nihil feliciter geri, nihil denique benè procedere, quod Homerus confirmat cùm alibi, tum ἰλ. μ. princip. vbi de muro, quem Græci ante naueis duxerant, loquitur: θεῶν δ' ἀέκητι τέτυκτο ἀθανάτων· τῶ κ' οὔτι πολὺν χρόνον ἔμπεδον ἦεν: id eſt, Dijs autem inuitis factus fuerat immortalibus. idcirco neque diu firmus & ſtabilis fuit. Virgil. Æneid. 2. *Heu nihil inuitis fas quemquam fidere Diuis*. & Catull. ad Manlium, *Nil mihi tam valdè placeat Rhamnuſia virgo: Quod temerè inuitis ſuſcipiatur heris*, id eſt, Dijs. ex quo nata ſunt hæc loquendi genera. Terent. And. *neſcio, Niſi mihi Deos ſatis ſcio fuiſſe iratos, qui auſcultauerim*. Idem Phorm. *mihi vſu venit hoc, ſcio, Memini relinquis me, Deo irato meo*. M. Tull. orat. pro Cœlio. *Quamobrem ſi quem forte inueneritis, qui aſpernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore vllo, non tactu, non ſapore capiatur, excludat auribus omnem ſuauitatem: huic homini ego fortaſſe & pauci Deos propitios, pleri que autem iratos putabunt*. Plaut. Pœnulo, *Nam ego hodie infelix dijs meis iratiſſimis Sexagenos immolaui*. T. Liuius li. 3. *Sin periurio gaudeant, Dijs magis iratis, quàm hoſtibus bellum geſturos*. Idem lib. 9. *nec moror, quo minus in ciuitatem obligatam ſponſione commiſſa iratis omnibus Dijs, quorum eluditur nomen, redeant*. M. Tull. epiſt. ad Attic. lib. 4. *De Apollonio quod ſcribis, qui illi Dij irati homini Græco? qui conturbare quidem putat ſibi licere, quod equitibus Romanis*. videtur autem locus ille cum interrogatione legendus, vt dicam ὁδοῦ πάρεργον. *qui illi Dij irati*? id eſt, qui Dij ſunt illi irati? quos ille Deos ſibi habet iratos? quamquam alij cenſent genus eſſe loquendi antiquum, & eſſe legendum enuntiando. Perſius Satyr. 4. *Hunc ais? hunc, dijs iratis, genióque ſiniſtro, Qui quandoque iugum pertuſa ad compita figit, &c.* Dolore animi impulſus, & perturbatus dixit illud Catullus ad ſeipſum, *Quin te animo obfirmas, teque aſtringiſque, reducisque, Et Dijs inuitis deſinis eſſe miſer?* Solent enim homines interdum perturbati impiè loqui, vt Chremes ille Terentianus in Heaut. *Deos neſcio*. eòdem pertinet illud, quod eſt ſuprà Od. 18. lib. 1. *non ego te, candide Baſſareu, inuitum quatiam*. & illud de art. poët. *Tu nihil inuita dices, faciesve Minerua*.

ATQVI VVLTVS ERAT, &c.] atqui vultu, & fronte ſignificabas, te præclara quædam ſcripturum, ac prolaturum. *minantis*, id eſt, promittentis: vt epiſt. ad Celſum lib. 1. *dic multa & pulchra minantem, Viuere nec rectè, nec ſuauiter*, ad quem locum plura. Et verò ſic *minantis* explicat Seruius ad illum Virgilij verſum lib. 2. Æneid. *Promiſi vltorem, & verbis odia aſpera moui*. hæc enim ille. *promiſi*, per contrarium dixit, pro minatus ſum: quia minamur mala, promittimus bona. Sic Horatius contrà, *Atqui vultus erat multa & præcl. min.* id eſt, promittentis. Quidam libri veteres habent, *Atquin*.

SI VACVVM] ſi te vacuum, id eſt, omnibus negotiis, & curis ſolutum tua villula accepiſſet, id eſt, cùm te in villam tuam expeditum, & otioſum recepiſſes. *ſi* valet, *cum*, vt alibi annotauimus. *tepido tecto* autem vel quòd loca tecta apertis tepidiora ſunt natura: vel *tepido* propter focum luculentum, quo delectabatur Horatius.

QVORSVM PERTINENT STIPARE] quid fuit opus cum Platone Menandrum, Eupolim, Archilochum tecum deportare, ſi nihil lecturus, nihil tuo nomine dignum ſcripturus eras? Quod autem Platoni adiunxerat Menandrum, Eupolim. Archilocum, ex eo intelligere debemus, conſilium hoc eius fuiſſe, vt ſatyras ſcriberet, comitatis, & vrbanitatis plenas: & præterea iambos. Sed animaduertendum eſt, Horatium ita dixiſſe *ſtipare Platona Menandro: Eupolim, Archilocum, &c.* quibus verbis ſignificat, coniunxiſſe cum Platone Menādrum, non etiam Eupolim, neque Archilochum: quamuis hos etiam poëtas ſecum portarit. An cenſebimus temerè, aut fruſtrà hoc ab eo eſſe dictum, & Menandrum cùm Platone iunxiſſe, quia Menandri

nomen

nomen aptè cadebat in hunc verſum? Licet vta- A tur ſuo quiſque in hac re, vt in alijs, arbitratu. Mihi videtur Menandrum, vt nouæ comœdiæ comicum, & magis moratum, & grauiorem, & (vt Græco nomine vtar) politicoreron, & ſeueriorem, quàm veteres comœdiæ poëtas, cum Platone, Socraticorum omnium grauiſſimo, potiſſimùm copulaſſe, & coniunxiſſe. Adiuuat meam opinationem Dion Chryſoſtomus in ea oratione, quæ inſcripta eſt περὶ λόγου ἀσκήσεως, his verbis, καὶ μηδεὶς τῶν σοφῶν αἰτιάσηταί με ὡς προκρίναντα τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας τὴν Μενάνδρου, ἢ τῶν ἀρχαίων τραγῳδῶν τὴν Εὐριπίδου. οὐδὲ γὰρ οἱ ἰατροὶ τὰς πολυτελεστάτας τροφὰς συντάττουσι τοῖς δεομένοις θεραπείας, ἀλλὰ τὰς ὠφελίμους. πολὺ δ' ἂν ἔργον εἴη τὸ λέγειν ὅσα B ἀπὸ τούτων χρήσιμα· ἥ τε γὰρ τοῦ Μενάνδρου μίμησις, ἅπαντος ἤθους καὶ χάριτος πᾶσαν ὑπερβέβληκε τὴν δεινότητα τῶν παλαιῶν κωμικῶν ἥ τε Εὐριπίδου, &c. id eſt, Neque verò me quiſquam doctorum reprehendat, quòd aut Menandri comœdiam nouam, veteri anteponam, aut tragœdias Euripidis, antiquis. Nam ne medici quidem victum ſumtuoſiſſimum, & apparatiſſimum curationе egentibus præſcribunt, ſed vtiliſſimum. Difficillimum autem ſit verbis conſequi, quanta ex his poëtis vtilitas percipi poſſit. Nam & Menandri virtus quædam & facultas omnium motum imitandorum, omniſque lepôris & venuſtatis exprimendæ, omnem antiquorum comicorum ſollertiam ſuperauit: & Euri- C pidis, &c.

Invidiam placare paras] Quēadmodum res ſecundæ inuidiam conflant: ita aduerſæ exſtinguunt, & miſericordiam commouent. Cùm ſit autem nihil calamitoſius, nihil miſerius animo vitioſo, nullàque virtute ornato: credibile eſt, ignauiam, atque inertiam ad placandam, ſedandámque inuidiam multum valere. nam contrà vſu experimur quotidie virtute præſtanteis viros acerrima inuidia laborare, quamuis Ariſtot. lib. 2. rhetor. doceat, inuidiam locum habere ſæpius in fortunæ, quàm in animi bonis. Sed, vt cœperam dicere, nō eſt id, quod ſcribit. Ariſtot. perpetuò, neque vſquequaque verum. vno exemplo erimus contenti. quid fuit D in Ariſtide admirabilius, quid præſtantius, quàm iuſtitia, & patientia paupertatis? attamen cùm pauper eſſet, iuſtique cognomen factis & vita conſecutus eſſet, hoc vno nomine, non odio potentiæ, aut diuitiarum, exſulio illo decennali Athenienſibus viſitato, quod διὰ ὀστράκων fiebat, multatus eſt. rectè igitur hoc loco Damaſippus ait, Horatium inuidiam placare conari ignauia, deſidia, & inertia: hoc eſt, virtute relicta. Non eſt illud Pindari à multis poſterioribus ſcriptoribus vſurpatum, inuidiam miſeratione meliorem, atque optabiliorem eſſe. verba Pindari ſunt hæc Pyth. ᾠδ. α. ἀστῶν δ' ἀκοὰ κρύφιον θυμὸν βαρύνει μάλιστ' ἐσλοῖσιν ἐπ' ἀλλοτρίοις. ἀλλ' ὅμως κρέσσων οἰκτιρμῶν φθόνος· μὴ παρίει καλά, id eſt, ciuium autem animos occultè grauat inuidia, cùm alienas virtutes audiunt. Verùm tamen melior miſeratione inuidia eſt. ne prætermitte res præclaras, ex quibus expreſſum eſt illud epigramma Græcum lib. 1. ὁ φθόνος οἰκτιρμοῦ κατὰ Πίνδαρόν ἐστιν ἀμείνων. Οἱ βασκαινόμενοι λαμπρὸν ἔχουσι βίον, Τοὺς δὲ λίαν ἀτυχεῖς οἰκτείρομεν. ἀλλὰ τίς εἴη; Μήτ' ἄγαν εὐδαίμων, μήτ' ἐλεεινὸς ἐγώ. id eſt, Inuidia, ex ſententia Pindari, miſericordia melior eſt. Ii, quibus inuidetur, opiparè, & ſplendidè viuunt. Eorum autem, qui miſeri & calamitoſi ſunt, miſeremur. at quē me eſſe velim? neque valde fortunatum, neque valdè miſerabilem. cum quibus congruunt illa Plautina in Trucul. *Mauelim mihi inimicos inuidere, quàm me inimicis meis. Nam inuidere alij bene eſſe, tibi malè eſſe, miſeria eſt. Qui inuident, egent: illi, quibus inuidetur, rem habent.* Idem Pindarus Νεμ. ᾠδ. η. ait inuidiam ſemper inuadere viros forteis, & virtute præſtanteis: cum deterioribus autem non certare. ἅπτεται δ' ἐσλῶν ἀεί, χειρόνεσσι δ' οὐκ ἐρίζει. & Pyth. ᾠδ. ια. ἴσχει τε γὰρ ὄλβος οὐ μείονα φθόνον· ὁ δὲ χαμηλὰ πνέων ἄφαντον βρέμει. id eſt, opes enim & res valdè ſecundæ, non paruam inuidiam habent: qui autem humilia ſpirat, & & humi iacet, obſcurum fremit. cum his concinit illud Æliani lib. 2. ποικίλης ἱστορ. ὅστις δ' ἐρᾷ φθονεῖσθαι, τοῦτο δή τοι τὸ Εὐριπίδου περιβλέπεσθαι σπεύδει. id eſt, quiſquis cupit inuideri, planè (quod ait Euripides) clarus, atque inſignis eſſe ſtudet. Propterea autem quòd veteres exiſtimabant, inuidiam, ijs, quibus inuidebatur, eſſe damnoſam, pernicioſam, ac peſtiferam, (ſolo enim aſpectu inuido, & maligno inuidos hominibus, & maximè pueris, nocuiſſe vſu didicerant) iccirco eam multis modis placare, atque exſtinguere ſtudebant: vt ridiculo aliquo ſpectatoribus obiecto, fortunæ ſecundæ diſſimulatione, aut occultatione, caſu aliquo aduerſo ſponte ſuſcepto & contracto, & ſimilibus: quorum libet mihi ſubiicere ex bonis auctoribus exempla. ridiculi exemplum eſt, mentula, ſeu ſimilis aliqua res turpicula, quæ collo puerorum appendebatur ad inuidiam auertendam. Varro, *Pueris turpicula res quædam ſuſpenditur, nequid obſit, bonæ ſcæuæ cauſa.* Nam res turpis, qualis eſt ea pars, quam diximus, ſpectatorum oculis obiecta, riſu commoto inuidiam diſcutit, atque auertit. huc pertinent illa ex epiſt. 14. lib 1. *Rident vicini glebas & ſaxa mouentem.* fortunæ ſecundæ occultationis exemplum ſuppeditabit Catullus, carm. ad Leſbiam, *Dein cum millia multa fecerimus: Conturbabimus illa, ne ſciamus, Aut nequis malus inuidere poſſit.* Exemplum caſus aduerſi eſt apud Herodotum de Polycrate in Thalia: cui nihil acciderat, quod nollet, niſi quòd annullum, quo delectabatur, in mare ſua voluntate de Amaſis conſilio abiecerat, vt deorum inuidiam (ſic enim Herodotus) exſtingueret. Etiam Cunina dea puerorum cunis addita, à pueris faſcinum arcebat, vt teſtatur Lactantius, his verbis, *Et Cunina, quæ infanteis in*

cunis tuetur, & faſcinum ſummouet. Putabant etiam A eum, qui ter deſpueret in ſinum, faſcinum poſſe auertere, vt ille apud Theocr. εἰδ´ ἕκτῳ. Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον. Ταῦτα γὰρ ἁ γραῖά με Κοτύτταρις ἐξεδίδαξε: id eſt, Vt ne autem faſcinati poſſem, ter in ſinum meum deſpui. Hæc enim me anus Cotyttaris edocuit. Tale ferè illud Perſij Sat. 2. *Ecce auia, aut metuens diuûm matertera cunis, Exemit puerum, frontemque, atque vda labella Infami digito, & luſtralibus antè ſaliuis Expiat, vrentes oculos inhibere perita.* Sic igitur hoc loco Damaſippus quęrit ab Horatio, paretne inuidiam placare, inertia, & deſidia, & virtutis derelictione.

Improba Siren.] deſidiam hîc Sireni ſimilem facit. alibi voluptates cum Sirenibus B comparantur: quia vtraque & deſidia, & voluptas vno ferè modo animos hominum permulcet, lactat, corrumpit. de Sirenibus plura dicemus ad epiſt. 2. libr. 1. ad illum verbum, *Sirenum voces, &c.* Nunc autem mihi venit in mentem mirari, quamobrem M. Tull. lib. 5. de finib. quo loco de ſcientia, & rerum cognitione diſputat, ſcribat, Sirenum cantibus nihil aliud ab Homero ſignificari, quàm diſcendi ſtudium, ſciendique voluptatem. ſic enim M. Tull. *Mihi quidem Homerus huiuſmodi quiddam vidiſſe videtur in ijs, quæ de Sirenum cantibus finxerit. Neque enim vocum ſuauitate videntur, aut nouitate quadam, & varietate cantandi reuocare eos ſolitæ qui prætereuehebantur: ſed quia* C *multa ſe ſcire profitebantur, vt homines ad earum ſaxa diſcendi cupiditate adhæreſcerent. ita enim inuitant Vlyſſem (nam verti, vt quædam Homeri, ſic iſtum ipſum locum) O decus Argolicum quin puppim huc flectis Vlyſſes, Auribus vt noſtros poſſis agnoſcere cantus? Nam nemo hæc vnquam eſt tranſuectus cærula curſu, Quin prius aſtiterit vocum dulcedine captus. &c.* Hactenus M. Tull. Ego autem hoc mihi perſuadere non poſſum. Cùm enim voluptates aliæ ſint turpes, aliæ honeſtæ: hæque expetendæ, illæ fugiendæ: fugiendæ profectò non ſunt eæ voluptates, quæ è rerum cognitione, ſcientiáque naſcuntur, quippe quæ ſint honeſtiſſimæ. At Vlyſſes, ne Sirenum cantibus caperetur, vinciri ſe iuſſit: ſociósque, quibus aureis cera, ne cantus illos exaudirent, obſtruxerat, vincla ſibi ſoluere vetuit, etiam ſi poſte- D riùs, vt id facerent, magnopere contenderet, atque adeò imperaret. Quod non feciſſet, niſi in ijs cantibus inſignem turpitudinem, peſtem, calamitatem ineſſe, atque ab eis magnum ſibi, ſuíſque detrimentum importatum iri ſciret. Poſtremò vt Sirenum cantus pernicioſos, ac calamitoſos fuiſſe facilius intelligere poſſis, ſcribit Homerus, quotquot homines Sirenibus canentibus aureis præbuiſſent, in ijs patriam redeuntibus neque vxores, neque liberos obuiam lætos procedere, reditúmque gratulari: locum autem, vbi verſentur, & commorentur Sirenes, hominum, qui illic contabuerint, ac putruerint, oſſibus eſſe coopertum. Quorum omnium nihil eis, qui diſcendi ſtudio ducuntur, impendere, aut accidere ſolere dicendum eſt: niſi fortè dicat aliquis, Vlyſſem, quemadmodum immortalitatis, ſic & rerum cognitioni patriam, vxoriſque & liberorum complexum prætuliſſe. Xenophon autem Ἀπομνημ. β. exiſtimare videtur, in carminibus Sirenum vim quandam eorum, qui nauigabant, retinendorum fuiſſe propterea, quòd ſcirent illæ, quibus quiſque cantibus duceretur, ac delectaretur: & quòd ad eas arteis, ac virtutes, quas quiſque coleret, ſuos cantus accommodarent, propriiſque, & conuenientibus vnumquemque laudibus ornarent. Itaque cùm ſcirent, Vlyſſem eſſe veræ laudis, ſolidæque gloriæ cupidiſſimum, eo carmine vſas eſſe, quod ad illius virtutem prædicandam, famáque ſempiterna celebrandam valde pertineret: alios autem Vlyſſis diſſimileis tali carmine neque allici, neque retineri vllo modo potuiſſe: imò verò exiſtimaturos fuiſſe ſeſe à Sirenibus derideri. verba Xenophontis ſunt hæc, Ἃς μὲν οὖν Σειρῆνες ἐπῇδον τῷ Ὀδυσσεῖ ἤκουσας Ὁμήρου, ὧν ἐστιν ἀρχὴ τοιάδε τις. Δεῦρ᾽ ἄγε δὴ πολύαιν᾽ Ὀδυσσεῦ· Ταύτην οὖν, ἔφη, τὴν ἐπῳδήν, ὦ Σώκρατες, οὐ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις αἱ Σειρῆνες ἐπᾴδουσαι κατεῖχον, ὥστε μὴ ἀπιέναι ἀπ᾽ αὐτῶν τοὺς ἐπασθέντας; Οὔκ, ἀλλὰ τοῖς ἐπ᾽ ἀρετῇ φιλοτιμουμένοις οὕτως ἐπῇδον. σχεδόν τι λέγεις τοιαῦτα χρῆναι ἑκάστῳ ἐπᾴδειν οἷα μὴ νομιεῖ ἀκούων τὸν ἐπαινοῦντα καταγελῶντα λέγειν. Athen. quoque lib. 1. ſcribit Sirenes ea Vlyſſi cecinC iſſe, quæ ad eius ambitionem, & plurimarum rerum ſtudium eſſent accommodata. ſic Athen. καὶ αἱ Σειρῆνες δὲ ᾄδουσι τῷ Ὀδυσσεῖ τὰ μάλιστα αὐτὸν τέρψοντα, καὶ τὰ οἰκεῖα τῇ φιλοτιμίᾳ αὐτοῦ, καὶ πολυμαθείᾳ λέγουσαι.

Pone novum] amittendum, abijciendum, vt epiſt. ad Quinct. *Pone meum eſt (inquit) pono, triſtiſque recedo.*

Dii te Damasippe] loquitur Horat. ſignificat autem huius Damaſippi, vt iam philoſophi, barbam fuiſſe admodum magnam, & longam. iccircò ei vrbanè tonſorem optat, qui eius barbam ad vmbilicum fortaſſe, aut ad pubem, demiſſam radat, aut certè tondeat.

Verum ob cons.] tectum, bonum. annot. infrà eadem ſat.

D Postquàm omnis res mea] reſpondet Damaſippus hoc modo. Poſtquàm rem malè gerendo, & ære alieno contrahendo, & verſuris faciendis ad inopiam redactus ſum, &c. tralatio eſt à naufragio, quod ferè fieri ſolet ad ſcopulos, coorta in mari tempeſtate. ſic M. Tull. pro Sylla. *Sed vt aliquis patrimonio naufragus, inimicus otij, &c.* idem Philipp. 12. *qui ex naufragio luculenti patrimonij ad hæc Antoniana ſaxa proiectus eſt.*

Ianum ad medium fr.] in Iano medio habitabant, vel magnam diei partem conterebant fæneratores. Erat autem medius Ianus, locus, ſic appellatus à Iano, Deo bifrôte, in quem locum conueniebant mercatores & fæneratores: vt declarant verba illa Ciceronis Philipp. 6. *Iano medio in L. Antonij clientela ſit? quis vnquam in illo*

Iano

Iano inuentus eſt, qui L. Antonio mille nummûm ferret A *expenſum?* Erant enim duo Iani, ſuperior, & inferior: quos ſummum, & imum appellat idem epiſt. 1. libr. 1. *hæc Ianus ſummus, ab imo Prodocet.* Alij treis fuiſſe volunt, in quibus eſt Acron: idque etiam ex Liuio intelligere licet lib. 41. annalium. Ianus medius igitur intelligendus eſt locus medius inter duos Ianos, quo in loco erant argentarij, & fœneratores, Ouid. *Qui puteal, Ianúmque timet celereiſque Kalendas.* Idem lib. 1. Faſt. *Cum tot ſint Iani, cur ſtas ſacratus in vno, Hic vbi iuncta foris tẽpla duobus habes?* hoc igitur ait Damaſippus, ſe poſtea quàm naufragium fecerit ſuarum fortunarum, verſutiis & fæuore, & mercaturis, aliena negotia curare. ineſt autem in verbo *fracta*, tralatio à naui fracta. B

Aliena neg. c. Exc. fr.] quia nihil habeo domi, quod agam, vtpote naufragio facto totius rei meæ familiaris, aliena negotia curo. Tales homines deſcribuntur à paraſito illo Plautino in Sticho, his verbis, *Sed curioſi ſunt hic complures mali, Alienas res qui curant ſtudio maximo. Quibus ipſis nulla eſt res, quam procurent, ſua.* Talis inducitur & Dimarchus ille in Trucul. *expedibo. Rem perdidi: cum re meum negotium abſtuliſtis. Si rem ſeruaſſem, fuit vbi negotioſus eſſem.* Itaque ſcitum eſt illud Platonis lib. 4. de Republ. ὅτι τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν, δικαιοσύνη ἐστι, id eſt, res ſuas agere, & alienas non curare, iuſtitiam eſſe. Et Ariſtoteles lib. 6. de moribus ad Nicom. eo loco, vbi diſputat de prudentia, & C ſcientia, ſeu prudentia ciuili, quam Græci πολιτικὴν appellant, oſtendit, probabiliter dici poſſe, politicos homines, id eſt, qui rempub. tractant, atque adminiſtrant, nõ eſſe prudenteis, ſed potius πολυπράγμονας, ſeu φιλοπράγμονας. quia prudentis ſit res ſuas agere, & ſuis rationibus conſulere: illi autem negotiis alienis implicentur: & ad hanc opinionem confirmandam profert aliquot verſus Euripidis ex Philocteta, dimidiatos, & truncatos.

Vafer Sisyphvs.] à quo prouerbium Σισύφου μηχαναί, id eſt, Siſyphi machinæ. de Siſypho Æoli filio vide annotata ſuprà ad Od. 14. lib. 2. ſignificat autem Damaſippus, ſeſe olim ſtudioſum fuiſſe vaſorum antiquorum. Et Æſ- D chines oratione περὶ παραπρεσβείας.

Qvid scvlptvm] ita habent duo codices Vatic. & Ia●noct. Faër. Torn. Nicot. Ruſſar. quos ſecutus ſum. nam *ſcalptum* aliud eſt: vt ſup. *ſcalpere terram Vnguibus*. Sat. 8. lib. 1. id eſt, fodere.

Infabrè] ſine arte. cuius contrarium *affabrè*.

Qvid fvsvm dvrivs] quid minus eleganter conflatum. contrà Virgil. Æn. 6. *Excudent alij ſpirantia mollius æra, &c.* Pauſan. Arcadicis ſcribit, Rhœcum Phiei filium, & Theodorum Teleclei, Samios, primos æs conflare inſtituiſſe, atque ex eo fuſo, & conflato ſtatuas feciſſe. fuit autem hic Theodorus annuli illius opifex, quo tantopere delectabatur Polycrates Samius, & quem in mare olim à ſe abiectum, rurſus in præcordiis piſcis poſteà reperit, vt tradunt Herodotus in Thalia, & M. Tull. lib. 5. de finib. Antequã autem æneæ ſtatuæ ſculpi, conflarique cœptæ eſſent, ex ebeno (vt ait idem Pauſan.) cupreſſo, cedro, omni genere quercuum, taxo, loto fiebant: Mercurij ex ea ſola arbore, quam θύον nominant Græci. Vnde prouerb. *non ex quouis ligno Mercurius*.

Callidvs hvic signo] ego quoduis ſignum, quanti eſſet, dicere noueram. ego cuiuſlibet ſigni pretium ſciebam: & in eo callidus eram. nomen eſt verbum adiuuans: vt ſi diceret, callidè ſciebam: vel in eo callidus eram, quòd ſciebam, &c.

Mercvriale] Mercurius præeſt mercaturis, & lucra adiuuat, vt infrà eadem Satyr. *an magis excors, Reiecta præda, quam præſens Mercurius fert?* Plaut. in Sticho. *Quàm bene re geſta ſaluos conuortor domum, Neptuno grates habeo, & tempeſtatibus, ſimul Mercurio, qui me in mercimoniis iuuit, lucriſque quadruplicauit rem meam.* vnde Ἕρμαιον apud Græcos, pro lucro inſperato. Atque huc referendum eſt illud Ciceronis in epiſt. 23. lib. 7. ad familiareis. *Martis vero ſignum quo mihi pacis auctori? gaudeo nullum Saturni ſignum fuiſſe. hæc enim duo ſigna putarem mihi æs alienum attuliſſe. Mercurij mallem aliquod fuiſſet, felicius, puto cum Auianio tranſigere poſſemus.* Iccircò Damaſippus, qui ſtatuas, vaſa, fundos, hortos mercabatur, vt pluris reuenderet, in eòque benè rem ſuam gerere putabatur, Mercurius vulgò dicebatur. *Mercuriale* autem excudendum curaui, ſecutus decem codices manuſcriptos: vt intelligamus, Damaſippum cognomento Mercurium dictum eſſe. Nam Mercuriale nomen dictum, pro Mercurij nomen. ſic apud A. Gell. lib. 15. cap. 29. ex Piſonis annalib. quia Tarquinium ei nomen eſſet: mihi Iulium ſeu Gelliũ nomen eſt. alij habent *Mercuriali*: vt ſignificet Horatius Damaſippum Mercurialem eſſe nominatum.

Novi, et morbi] verba Horatij. Lucri autem ſtudium, & operam aſſiduam in vaſis, & ſignis, & ſimilibus emendis poſitam, morbum appellat. Iam verbum *purgare* coniunxit & Liuius cum patrio caſu lib. 37. *Quibus purgantibus ciuitatem omnis facti, dictique hoſtilis aduerſus Rom. &c.* In quibuſdam lib. antiquis ſcriptum eſt ordine verborum conuerſo, *Et miror morbi purg.*

Atqvi Emovit veterem] reſpondet Damaſippus, morbum ſuum veterem à nouo eſſe depulſum. vtitur hoc eodem verbo Od. 15. li. 4. *emouítque culpas*. etiam hoc loco libri veteres aliquam multi habent *atquin*.

Vt solet in cor.] id eſt, vt fieri ſolet cùm lateris, & capitis dolor in cor transfertur, fitque ex pleuritico quiſpiam cardiacus. ſecutus eſt autem Horat. hoc loco opinionem, ſeu potiùs errorem communem in eo, quòd cardiacis cor dolere exiſtimat. nam non eſt ita. καρδίαν enim veteres appellabant ſtomachum, vt docet

Galenus: ex cuius affectu ac dolore καρδιακοὶ dicti ſunt, non ex cordis. nam & Corn. Celſ. lib. 3. cap. 19. morbum καρδιακὸν ait eſſe nimiam imbecillitatem corporis, quod immodico ſudore digeritur.

Vt lethARG. hic cùm fit pvgil.] variè explicatur hic locus, à quibuſdam ſic: vt cùm ego lethargo laborans fio pugil, & phreniticus. lethargicus hic, id eſt, ego lethargicus, vt intelligamus, Damaſippum ſe demonſtrare, atque ita loquitur Satyr. 9. lib. 1. *Hunc hominem velles ſi tradere, &c. hunc hominem*, id eſt, me, δεικτικῶς. alij ſic: vt cũ aliquis lethargicus morbo commutato fit phreniticus, quæ explicatio mihi magis placet. Quidam vir doctus, idémque ſummom dignitatis gradum in Eccleſia Roma. obtinens, mihi nuper Lutetiæ in ſermone, cùm huius poëtæ mentio incidiſſet, dicebat, ſibi videri, hunc locum ſimpliciter ſic eſſe explicandũ: vt, cùm hic, qui anteà lethargicus erat, nunc lethargo liberatus eſt, fit pugil, id eſt, pugilatum exercet: & pugnis, cæſtúq; dimicat: vt *pugil* propriè accipiatur pro eo, qui ad pugilatiunem exercendam, pugnoque dimicandum aptus eſt: non pro phrenitico. Quòd ſi quis dicat, non poſſe verbis Horatij hanc explicationem conuenire, proptereà quòd, cùm loquatur Horatius de morbo nouo, qui veterem emouet, & videatur exempla morborum veterum, qui pelluntur à nouo ſubiicere: exemplum quidem doloris lateris in cardiacum conuerſi, ſatis aptè quadrat ad rem propoſitam: pugilis verò ex lethargico facti exemplum non item, quia pugilem eſſe, non ſit ægrum eſſe: huic argumento reſpondebat vir ille ampliſſimus, Horatium ſuo more, id eſt, Satyricè, & vrbanè ſignificare, pugiles morbo animi laborare: atque ita etiam hoc exemplum ad hunc locum accommodatum eſſe. λήθαργος autem eſt pæne inexpugnabilis ſomni neceſſitas, Latinè veternus, id eſt, mentis torpor, omnium propemodum rerum obliuionem afferens. lethargici dicũtur, à Græcis, qui tali morbo ſunt affecti, quos veternoſos appellant Latini.

Et medicvm vrget] & medicum pugnis, & plagis inſequitur, quod facere ſolent phrenitici: vel, ſi *pugil* propriè accipiatur, vt volebat vir ille in ſummo dignitatis gradu locatus, quod facere & poſſunt, & amant pugiles.

Dvm ne qvid sim. hvic] hunc quoque locum variè video explicari, & intelligi. alij ſic: eſto, vt libet, id eſt, per me licet ſis lethargicus, & phreniticus, dum modò nihil phrenitico ſimile facias, ac me pugnis cædas: dum modo nihil ſimile facias huic, qui ex lethargico fit pugil. & ita Porph. alij ſic: eſto vt libet: ſit ita vt dicis, dum nequid ſimile huic, id eſt, mihi accidat: dum modò in ſimilem morbum non incidam. quibus verbis ſignificat, Damaſippum non eſſe ſanum.

O bone, ne te frvstr.] loquitur Damaſippus.

Si qvid Stert. veri crep.] ſi quid veri loquitur, vt annot. ſup. ad Od. 18. lib. 1. Vnum eſt è decretis Stoicorum, ſtultos omneis inſanire. fuerat autem hic Stertinius, philoſophus Stoicus: de quo epiſt. ad Iccium lib. 1. *Empedocles, an Stertinium deliret acumen.* & fortaſſe Stertinius ille eſt, quem commemorat Cœlius in orat. ad populum. *equúſque mihi ſub feminibus occiſus erat: oreas detraho inſpectante Lucio Stertinio.* citat Feſtus in voce *orea*. Non celabo lectorem in quibuſdam lib. veteribus ſcriptum eſſe, *verum crepat.* quemadmodum contrà Od. 3. lib. 1. vbi libri vulg. habent, *Nil mortalibus arduum eſt, &c.* pleriqué veteres habent, *Nil mortalibus ardui eſt.*

Vnde] à quo, vt ſæpè aliàs.

Sap. pasc. barb.] barbam philoſophicam. ſolebant enim philoſophi, vt ſeueriore, ac triſtiore aſpectu eſſent, barba maiore, & longiore capillo in publicum prodire. Atque etiam ceteris in rebus, ac perſonis, mœroris, triſtitiæ, luctus indicium erat barba longior, vt declarant illa apud M. Tull. Verr. 4. de iuredicundo. *Heraclius ille Syracuſanus, & hic Bidinus Epicrates, expulſi bonis omnibus Romam venerunt: ſordidati, maxima barba, & capillo Romæ propè biennium fuerunt.* idem in orat. de lege Agrar. contra Rull. *concio tandem expectata P. Rulli, quod & princeps erat Agrariæ legis, & truculentius ſe gerebat, quàm ceteri. iam, deſignatus alio vultu, alio vocis ſono, alio inceſſu eſſe meditabatur. veſtitu obſoletiore, corpore inculto, & horrido: capillatior quam antè, barbáque maiore, vt oculis & aſpectu denuntiare omnibus vim tribunitiam, & minitari reip. videretur.* Suetonius in Auguſto. *Adeò namque conſternatum ferunt, vt per continuos menſes, barba, capillóque ſummiſſo, caput interdum foribus illideret, vociferans, Quinctili Vare redde legiones.* T. Liuius lib. 2. *ad hoc promiſſa barba, & capilli efferauerant ſpeciem oris.* Idem lib. 6. *Coniecto in carcerem Manlio ſatis conſtat magnam partem plebis veſtem mutaſſe, multos mortaleis capillum, ac barbam promiſiſſe.* Idem lib. 27. de M. Liuio Salinatore. *ſed erat veſte obſoleta, capillóque, & barba promiſſa, præferens in vultu, habitúque inſignem memoriam ignominiæ acceptæ.* Plutarch. in Catone Vticenſi. ἀπ᾽ ἐκείνης δὲ τῆς ἡμέρας λέγεται μήτε κεφαλὴν ἔτι κείρασθαι, μήτε γένεια, μήτε στέφανον ἐπιθέσθαι· πένθους δὲ καὶ κατηφείας, καὶ βαρύτητος, ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς τῆς πατρίδος, ἓν σχῆμα, νικώντων ὁμοίως καὶ νικωμένων, ἄχρι τελευτῆς διαφυλάξαι, id eſt, *Ab illo vero die fertur neque caput, neque barbam totondiſſe: neque coronam capiti impoſuiſſe: luctus autem, & mœroris, & triſtitiæ ob calamitates patriæ, vnam perpetuam ſpeciem, ſiue vincerent, ſiue vincerentur, vſque ad ſupremum vitæ diem, ſeruaſſe.*

Fabricio] pontem Fabricium, hodie Iudaïcum nominant.

Mittere operto me capite] capite operto: ἐγκαλυψάμενος. Qui ſibi mortẽ conciſcere volebant, & qui mortis periculũ ſibi immi-

imminere videbant, & quos alicuius facti valde pudebat, qui ſe dis manibus deuouebant, ij caput ſibi operiebant. M. Tull. lib. 2. de nat. deor. *vt quidam imperatores etiam ſeipſos dijs immortalibus capite velato verbis conceptis pro repub. deuouerint.* Et Socrates apud Platonem de Amore dicturus. Et qui Veris ſacri voto erant obligati, liberos ad ætatem adultam progreſſos velabant, atque ita extra fineis agri Rom. exigebant, cùm velatos antea interficere ſolerent. Tum qui extremo ſupplicio damnati erant, iis caput velabatur, ſeu obnubebatur. T. Liuius, lib. 1. annal. *i lictor, colliga manus, caput obnubito, infelici arbori ſuſpendito.* refert M. Tull. oratione pro C. Rabirio perduellionis reo. Huc pertinet illud Plaut. Moſtell. Facturum me vt ne etiam aſpicere in ædeis audeat: capite obuoluto vt fugiat cum ſummo metu.

Dexter] opportunus, æquus, amicus, propitius. Virg. Æneid. 4. *Adſis, ò, placidúſque iuues, & ſidera cælo Dextra feras.* dextra etiam Pythagoréi ponebant in ordine bonorum, vt læua in malorum. Itaque tum Græci, tum Latini dextera pro bonis & commodis: læua pro malis, & incommodis vſurpant. ſuprà Sat. 9. *Nemo dexterius fortuna eſt vſus.* epiſt. 7. *puer hic non læuè iuſſa Philippi Accipiebat.* epiſt. ad Piſon. *ò ego læuus, Qui purgo bilem ſub verni temporis horam.* & Sat. 4. hoc lib. *cum te ſic tempore læuo interpellarim.*

Pudor (inquit) te malus urget.] pudore vitioſo afficeris: de quo lege quæ annotata ſunt ad epiſt. ad Quinct. lib. 1.

Quid ſit furere:] quidam libri manuſcripti habent, *quid ſit furor.* ego lectionem receptam retineo, præſertim aliorum librorum auctoritate confirmatam.

Nil verbi, &c.] nihil prætereà afferam: nihil loquar, quo tibi diſſuadeam, ne tibi mortẽ conciſcas: non prohibebo, quo minùs forti animo moriaris.

Pereas q. fortiter] *pereas fortiter.* i. forti animo mortem oppetas: quaſi fortis viri ſit ob res aduerſas lucem fugere, & mortem ſibi conciſcere: quod negat Ariſt. lib. 3. de mori ad Nicom..

Mala stultitia] mala. epithetum eſt perpetuum. nulla enim ſtultitia bona eſt: niſi fortè ſimulata, qualis ea, quam Brutus ſimulauit, aut qualis Solonis furor.

Et quemcumque] ſic habent tres libri Vat. & Iann. Faër. Torn. vulgati *quæcumque* mendosè. *agit* autem, id eſt, agitat, impellit, vexat.

Inscitia veri] *inſcitia*, id eſt, inſcientia: niſi fortè legendum, *inſcientia*, vt notauimus ſuprà ad illum locum, Sat. 1. eiuſd. lib. *ſanctarum inſcitia legum.*

Qui tibi nomen Ins. pos.] epiſt. 7. *Si velles (inquit) verum mihi ponere nomen.*

Chrysippi porticus] ſchola Stoica. στοὰ enim porticus eſt. Chryſippus autem Stoicorum porticum fulcire putabatur, inquit M.

A Tullius lib. 2. Academ. quæſtion. quamuis Zeno Citieus Stoicæ diſciplinæ ſit auctor, & princeps.

Autumat] id eſt, dicit, vel putat. Nonius,

Hæc magnos formulæ r.] tranſlatio à formulis prætoriis.

Tibi nomen Insani pos.] libri vulgati habent, *Inſano poſuere, &c.* quam lectionem quamuis non damnem, hanc tamen malo: atque ita locutus eſt Sat. 4. lib. 1. *ille Tardo cognomine pinguis damnis, &c.*

Velut silvis ubi passim] quemadmodum (inquit) in ſiluis, & locis impeditis, ij omnes, qui à recta, ſeu certa via deflexerunt, æ- B què à via aberrant, etiã ſi alius aliorſum feratur: ita varia quidem ſunt ſtultitiæ atq; inſaniæ genera, & totidem, quot vitiorum nomina: ſed peræquè omnes ſtulti, atque inſani ſunt. huc pertinet illud Simonidis, quod cõmemorat Plato in Protag. τῶν ἠλιθίων ἄπειρα γενέθλα, id eſt, ſtultorum infinita ſunt genera.

Palanteis] vaganteis: quo verbo ſæpè vtitur T. Liuius: & Lucretius lib. 2. *atque viam palanteis quærere vitæ.*

Certo de tramite] quidam legi volunt, *recto de tramite*: & verò etiam mihi ita legendum iam pridem viſum eſt. quin ita legi debere contenderim. adiuuat me locus ſimillimus Sat. 5. libr. 2. *Quam nequiere proci recto depellere curſu.* Di- C xit tamen M. Tullius procemio actionis primæ, *Habeo autem certam viam, & rationem, qua omnes illorum conatus inueſtigare & conſequi poſſim.*

Sed variis illud. partib. id eſt, ſed error ille in variis partibus verſatur, quaſi ludibundus. ſic Virgil. Georg. 2. *Cui ſuper indignas hiemes, ſolémque potentem, Silueſtres vri aſſiduè, capreæque ſequaces Illudunt.*

Hoc te crede modo insan.] ita te inſanum eſſe crede, vt is, qui te deridet, nihilo minus ſit ridiculus, nihilóque ſapientior, quàm tu.

Caudam trahat] ſibilis & riſu dignus ſit. natum à puerorum more. ſolent enim eorum, quos irrideri, ſiniſtróque vulgi clamore D excipi volunt, tergo, animantium caudas aſſuere, aut alligare, iiſque vſque eò acclamare, dum hi clamoris cauſa cognita, caudam ſibi auellant, vel caudam trahat, id eſt, caudam à tergo habeat, vt bellua quadrupes: ſit ſtolidus, & ſtultus, vt pecus. Turnebus autem *Caudam trahere* poſitum eſſe putat pro magnificè ſe oſtentare, ſibique valde placere, ducta tranſlatione ab iis, qui longas veſteis trahunt: vt in epiſt. ad Piſon. *traxitque vagus per pulpita veſtem*: & Od. 4. epod. *Vidéſne ſacram metiente te viam, Cum bis ter vlnarum toga, &c.* vel à pauonibus, vt Satyr. ſuperiore, *quia veneat auro Rara auis, & picta pandat ſpectacula cauda.* & Perſius. *Ante diem blando caudam ſpectare popello.* A quò diſſentio. Mouet me genus loquendi. non enim dicit Horatius, caudam iactet, aut pandat, vt videri poſſit à pauonibus tractum: neque ve-

ſtem trahat, vt ab iis, qui veſtem longam induti, incedunt, vt in illa epiſt. *traxitque vagus, &c.* & Apud Ariſt. lib. 7. de morib. ad Nicom. ὃς ἕλκει τὸ ἱμάτιον, ἵνα μὴ πονήσῃ τὴν ἀπὸ τοῦ αἴρειν λύπην, &c. id eſt, *qui veſtem trahit nequid in ea tollenda laboris ſuſcipiat, ac doloris*: & apud Varr. Modio. *Quòd tum erant in Græcia coma promiſſa, raſa barba, pallia trahentes*: ſed *caudam trahat*. Eſt autem longè aliud *caudam trahere*, quàm *veſtem trahere*.

A

Est genvs vnvm Stvltitiæ] duo ſtultitiæ genera admodum diſſimilia, ac diuerſa proponit: vnum eius, quæ ea extimeſcit, in quibus nihil periculi eſt: alterum eius, quæ certiſſima pericula non meruit. Atque hæc multo antè à Xenophonte fuerant occupata. ἀπομνημ. α. B his verbis, τῶν τε γὰρ μαινομένων, τοὺς μὲν οὐδὲ τὰ δεινὰ δεδιέναι, τοὺς δὲ καὶ τὰ μὴ φοβερὰ φοβεῖσθαι. &c. id eſt, eorum, qui inſaniunt, alios ne horribilia quidem metuere; alios ea, quæ non ſunt metuenda, metuere, &c. Ad hoc genus etiã referri poſſunt ij, quos commemorat Ariſtotel. lib. 7. de moribus ad Nicom. qui metuunt ſtridorem muris, & qui felem extimeſcunt.

In campo] in planitie. vt ſuprà Sat. 2. *vt ſi quis aſellum in campo doceat parentem currere frenis*. aliàs campi appellatione Martius intelligitur.

Hvic varivm] ab hoc ſuperiore diuerſum.

Amica Mater] *amica mater*, vno ſpiritu, & ſine interpunctione legendum, & ſcribendum eſt. Nam ſic loquuntur & Græci, φιλημήτηρ. C Heſiod. in Theog. de Tritone, ὅς τε θαλάσσης πυθμέν᾽ ἔχων παρὰ μητρὶ φίλῃ, καὶ πατρὶ ἄνακτι ναίει χρύσεα δῶ δεινὸς θεός. id eſt, qui maris fundum habitans apud amicam, ſeu caram matrem, & patrem dominũ incolit aureas ædeis horribilis Deus.

Serva] caue. φυλάττου: vel ſerua te.

Non mag. avd. qvàm Fvf. ebr.] non magis audietir, quàm Fufius ille actor tragicus: qui, cùm aliquando Hecubam Priami vxorem dormientem ageret, & Polydorus à Polymneſtore interfectus Hecubam matrem, & Ilionam ſororem dormienteis inclamaret, ille ſeriò dormiens, neque reſpondere potuerit, neque exaudierit. Polydorum autem Priami filium interfecerat Polymneſtor rex Thraciæ, auri vnà cùm D puero apud ſe depoſiti cupiditate impulſus: quod & Virgil. narrat Æneid. 3. *Fas omne abrumpit: Polydorum obtruncat, & auro vi potitur*. & Polydorus Euripidis in Hecuba his verbis, Κτείνει με χρυσοῦ τὸν ταλαίπωρον χάριν ξένος πατρῷος. Erãt autem hæc verba Polydori mortui ex aliqua vetere tragœdia, fortaſſe Attij. quæ ponuntur etiam in oratione pro Sextio, quo loco oſtendit M. Tullius, quàm inuiſus populo fuerit P. Clodius. ſic M. Tull. de Clodio. *is, cùm quotidie gladiatores ſpectaret, numquam eſt conſpectus: cùm veniret, emergebat ſubitò, cùm ſub tabulas ſubrepſerat, vt, Mater te appello, dicturus videretur*. innuit autem verbis illis M. Tull. P. Clodium, in eo, quòd ita po- A puli aſpectum fugeret, & latebras aſſiduè quæreret, cùm ſpectatum gladiatores veniens ſubitò è tabulis prodiret, Polydoro illi ab inferis exeunti, matrẽmque appellanti ſimilem fuiſſe. extãt duo verſus integri ad hunc locum pertinentes, quos primo libro Tuſcul. profert idem M. Tull. *Ecce alius exoritur è terra, qui matrem dormire non ſinat. Mater te appello, quæ curam ſomno ſuſpenſam leuas: Neque te mei miſeret: ſurge, & ſepeli natum*. Idem Acad. 2. *Quid Iliona ſomno illo? Mater te appello. Nònne illa credit filium locutum, vt verè experrecta etiam crederet?* ſed quòd hoc loco Ilionam nominat Horatius, vt & in ſuperiore loco Cicero, dicendum Hecubam Ilionam quoque fuiſſe no- B minatam. Alioqui non facilè hic locus poterit explicari, cùm Iliona Priami filia fuerit, Polydori ſoror. Iam non admodum his diſſimile eſt, illud Virgil. Georg. 3. *nec miſeri poſſunt reuocare parentes*.

Catienis mille dvcentis] Catienus Polydori parteis agebat. totius igitur huius loci hæc ſententia eſt. ſunt rurſus quidam hoc inſaniæ genere laborantes, vt nullum periculum extimeſcant, non igneis, non rupem, non foſſam: quos, ſi propinqui moneant, vt ſibi caueant, nihilo magis audierint, quàm Fufius ille tragœdiarum actor, Ilionæ, aut Hecubæ perſonam ſuſtinens, & ſomnum ſimulans (quemadmodũ perſonæ, & tragœdiæ ratio ferebat) audiuit Catienũ tragœdum Polydori parteis agentem, cùm hæc C verba magno clamore loqueretur, *Mater te appello*. obſcurè autem, & vrbanè Fufium irridet, qui cũ ſomnum ſimulare deberet, ſeriò dormierit, vino obrutus.

Hvic ego vvlgvm Err. simil.] docebo, atque oſtendam, vulgum, ſimilem huic errori errorem errare, id eſt, ſimili atque hic laborat, inſania laborare. *Inſanire errorem* genus loquendi Horatianum, qualia ſunt illa, *currere curſum, ludere ludum*. Terent. Eunocho, *& quia conſimilem luſerat Iam olim ille ludum, &c.* Plaut. Moſtell. ſub extrem. *Scis ſolere illam ætatem tales ludos ludere*. vbi tamen vulgò legitur *tali ludo*. M. Tull. pro lege Agr. ad Pop. *Quod ſi Alexandria petebatur, cur non eoſdem curſus hoc tempore, quos L. Cotta L. Torquato Coſſ. cucurrerunt?* Ita infrà eadem Saty. le- D gendum cenſeo: *Quam me ſtultitiam (quoniam non eſt genus vnum) Inſanire putas?*

Insanit, veter. stat.] fateor Damaſippum non eſſe ſanum, qui tanto ſtatuarum emendatarum ſtudio ducatur: ſed Damaſippi creditor longè inſanior eſt, qui ſpe quæſtus ei homini credat, qui numquam ſit id, quod creditum eſt, ſoluturus. inſanus eſt emtor: venditor inſanior, qui Damaſippi fidei credat. *integer mentis* autem ex eo genere eſt, quod ſuprà collegimus ad Od. 22. lib. 1. *integer vitæ, maturus æui, &c.*

Accipe, qvod nvmqvam, &c.] ſi te accipere iubeam, quod numquam reddas mihi, vtrum tu inſanus eris, ſi accipias, an potius inſanus, ſi prædam æquo Mercurio oblatam reiicias?

Præ-

PRÆSENS] æquus, fauens.

SCRIBERE DECEM à NERIO, &c.] ſic habent codic. duo Vatic. & Card. Raïnut. Iann. Tornes. Ruſſard. Clericanus, & Nicotianus. Nerium, & Cicutam fæneratores accipio, hoc modo: Scribat debitot ſe à Nerio fæneratore accepiſſe decem: decem Nerio ferat accepta, id eſt, caueat Netio per ſyngrapham, vel per argentariorum ſcriptutam, ſe pecuniam ei cettam debere. non eſt ſatis. accedant centum tabulæ Cicutæ fæneratoris nodoſi, id eſt, ſupra modum diligeotis, & acris in oominibus, & ſyngraphis faciendis: qui debitores multis caotionibus, & perſcriptiombus, & litteris, veluti oodis quibuſdam obſtriogebat. adde mille cantiones, & formulas, & iuris laqueos, quibus debitor conſtrictus teneatur: hæc omnia vincula tamen hic fugaciſſimus debitor effugiet. ita futuræ ſunt inanes, atque inutiles creditori omnes illæ tabulæ, formulæ, cautiones, ſcripturæ. Cicutæ tabulas intellige, litteras, & ſyngraphas, quibus ſibi caueri iubebat Cicuta, cùm pecuniam fænerabatur. Iam verba illa, *ſcribe decem à Nerio*, ſic accipienda ſunt, quaſi dictentur debitori ab ipſo Nerio fæneratore. nam *ſcribere* dicebatur debitor, qui mutuum ſumebat, cùm vel ipſe, vel argentarius eius oomine, ferebat acceptum creditori: & idem *reſcribere* dicebatur, cùm æs alienum diſſoluebat, id eſt, pecuniam mutuam reddebat vel per ſe, vel per argentarij ſcripturam, qui in codicem ſuum refetebat, æs alienum à debitore creditori eſſe diſſolutum. Alij Nerium & Cicutam iuriſconſultos fuiſſe volunt. Seruius honc locum profert ad illum Virgilij verſum Æn. 7. *Et tua Dardaniis transſcribi ſceptra colonis.*

PROTEVS] tergiuerſatorem, & fugacem debitorem cum Proteo comparat, qui, vt eſt apud Hom. ὀδ. δ. modò leo, modò pardalis, modò aper, modò, quicquid voles, fiebat. vide annot. ad epiſt. 1. lib. 1. ſimilis igitur erit Proteo debitor Damaſippus, cùm vocabitur in ios ex omnibus enim cautionibus, & formulis, & ſyngraphis, & tabulis elabetur.

CÙM RAPIES IN IVS MALIS RID. A L.] ſic legendum eſſe, non vt vulgò, *Cùm rapies in iura malis rid. &c.* admonoi iam anteà in commeotariis Lucretianis. quod antea facere me fugerat, quamuis in vno atque altero libro ita ſcriptum reperiſſem, dum ſcilicet aliis curis, cogitationibúſque ſuſpenſus ac diſtrictus in lectione recepta nihil vitij ineſſe arbitror. ſumtum autem eſt, & ferè expreſſum ex illo Homeri verſu ὀδ. υ. Οἱ δ' ἤδη γναθμοῖσι γελώων ἀλλοτρίοισιν. id eſt, illi autem malis iam ridebant alienis. Iam verò malis alienis ridere, eſt id, quod dixit Oda 11. lib. 3. *vultu mutuo*, ſeu potius, non ex animo, quo modo rident, qui lætitiam ſimulant. vultum enim componunt illi quidem ad riſum, & riſus veſtigia in vultu præbent, ſed ita vt facilè appareat, riſum eſſe quaſi alienis maxillis confictum, & conformatum. Talis eſt & riſus Ar-

A gyrippi illius apud Plaotum in Aſin. Arg. *Hem, aſpettas: rideo.* Dem. *Vtinam malè qui mihi volunt, ſic rideant.* Huius autem loci reſtitutio, nequid diſſimulem, Simeoni Boſio Lemouici debetur. Ille enim Auratum admonuit per litteras, ita ſe reperiſſe ſcriptum in optimo, & antiquiſſimo cod. eadémque opera, ſe animaduertiſſe ſumtum eſſe ab Homero: quod ſubindicat & Porphyrio. Auratus, autem, qui ſciret, hoc mihi gratiſſimum futurum, cuius hoc ſcire in primis intereſſet, mihi impertiuit. Quod cùm ego item cum Turnebo collega meo in ſermone, vt fit, comonomicaſſem, & iam cuidam loco meorum in Locretium commentariorum, aſperſiſſem, ita probauit, vt in caput. 5.23. lib. Aduerſ. retulerit.

B RAPIES IN IVS] quamobrem *rapies*? nam nemo in ius rapi, id eſt, manu iniecta & inuitus & per vim in ius trahi poteſt, alioquin iniuriarum actionem habebit in eum, qui rapuerit. reſpondeo vel inuitum in ius duci poſſe eum, quem aduerſarius vadatus ſit, id eſt, vadibus acceptis in ius vocarit, ſi ille ſe ad diem non ſiſtat in iudicio, & ſi aduerſarius amteſtatus ſit, id eſt, prehenſa auricula aliquem ex preſentibus teſtem ſumſerit. vt ſuprà Satyr. 9. lib. 1. *& licet anteſtari? ego verò Oppono auriculam: rapit in ius.*

PVTIOIVS MVLTO, &c.] multo ſtolidior, atque inſanior eſt Perillius, qoi id credit alteri, quod ille numquam ſit diſſoluturus. *dictare* eſt creditoris. dictat enim creditor, cùm iubet C ſcribere, ſibique acceptum ferre debitorem: vel cùm dictat argentario nomen ſuum, vt perſcribat ille in codice ſuo nomina creditoris, & debitoris. Satyr. 7. eiuſd. *Nō dices hodie quorſum hæc tam putida tendant, Furcifer?*

RESCRIBERE] reddere per argentarij codicem, & ſcripturam.

TOGAM COMPONERE] toga compoſita attendere: ſe ad audiendum parare.

ARGENTI PALLET AMORE] epiſtol. 19. lib. 1. *Quod ſi pallerem caſu, &c.*

CALET] æſtuat. tralatio ducta eſt à morbis corporis, & maximè à febri. ſuprà tranſtulit ad amorem, morbum animi tæterrimum Od. 11. lib. 4. *Non enim poſthac alia calebo Femina.*

D VOS ORDINE AOITE] vos, qui morbis animi affecti eſtis, ſuo quiſque ordine ad me accedite.

DANOA EST ELLEBORI] ſignificat, auaros omnium, qui animo laborant, inſaniſſimos eſſe, auaritiámque, maximam eſſe ioſaniam.

NESCIO AN ANTICYRAM] amplificatio eſt. non ſolùm hoc dico, multo maximam ellebori partem auaris eſſe dandam: verumetiam exiſtimo totam Anticyram, in qua naſcitur elleborus, iis eſſe tribuendam epiſt. ad Piſon. de arte poët. *Si tribus Anticyris caput inſanabile numquam Tonſori Licino commiſerit.* Sic Perſ. *Anticyras melior ſorbere meracas.*

HEREDES STRABERI. &c.] Staberij

heredes iuſſi ſunt à teſtatore incidere in eios ſepulcro, quantum ab illo ex teſtamento accepiſſent: quod niſi feciſſent, damnati ſunt ab eodem teſtatore Staberio, centum paria gladiatorū populo Rom. dare. ſic autem cōcipi ſolebant verba teſtamentorum: hoc, vel illud faciat heres meus: ſi non fecerit, hoc, vel illud dare, ſeu facere damnas eſto.

Svmmam incidère sep.] inciderunt, iuſſu teſtatoris ſcilicet, in ſepulcro ſummam pecuniæ, ſeu bonorum, quæ ex illo teſtamento acceperant.

Atqve epvlvm] & damnati ſunt epulū præbere populo Rom. arbitratu Arrij hominis ſumtuoſi, & luxurioſi: & item maximam vim frumenti.

Frvm. qvant. m. Afr.] dixit ὑπερβολικῶς *Frumenti quantum metit Africa.* fuiſſe autem Africam frumenti feracem, ac frumentoſam, notauimus ad illum locum Odæ 1. lib. 1. *Quicquid de Libycis verr. ar.*

Sive ego pravé, Sev r.] Staberium loquentem facit.

Nisis patrvvs mihi] ne me reprehende. vide annot. ad Od. 12. lib. 3.

Credo Hoc Staberi Pr. a.] id eſt, credo Staberium hoc prudenter iuſſiſſe. *iuſiſſe* autem legendum eſt, aut *voluiſſe*: non *vidiſſe*, vt vulgò ſcriptum eſt. ſic enim loquebantur veteres: eiúſque rei extant cōplura apud ſcriptores exempla. Cicero accuſ. lib. 2. *heredem ſtatuas iuſſum eſſe in foro ponere: niſi poſuiſſet, Veneri Erucinæ eſſe multatum.* Caius tit. de legat. & fideicomm. lib. 30. Pandect. *Et ſi æquo pretio emere, vel vendere iuſſerit teſtator, adhuc vtile legatum eſt.* Iulianus eodem lib. *Si Sempronius Titium heredem inſtituerit, & ab eo poſt biennium fundum dari iuſſerit Mauio.* Paulus lib. 31. *ſi teſtator dari quod iuſſiſſet, aut opus fieri, &c.* Idem lib. 32. *præterea ſi ſine liberis Hermippus moreretur, aliam poſſeſſionem dari iuſſerat.* licet legere & *voluiſſe*: quod hoc ipſo loco confirmari poteſt, ſemel ibi *ſiue ego prauè, Seu rectè, hoc volui.* iterum infrà *cum ſummam patrimonii inſculpere ſaxo Heredes voluit.* De altera autem ſcriptura dubitaturum arbitror neminem, in probatis linguæ Latinæ auctorib. verſatū, quin ſit inepta, & corrupta. nā ita quidē loquimur, *plus vidit, multum vidit*, pro his intelligentior fuit, valde intelligēs fuit: *prudens vidit* autem, numquā dicunt Latini, quod ſciam. Cùm autē ita dicimus, *hoc vidit*, ſimile eſt, ac ſi diceremus, hoc intellexit. quæ ſententia huic loco non conuenit. Nam hæc verba, *credo hoc Stab. pr. anim. iuſſ.* referuntur ad illa ſuperiora, quæ dixerat Staberius, *ſiue prauè, ſiue rectè: hoc volui*, id eſt, hæc eſt mea vltima voluntas, ſiue ſit praua, ſiue recta. reſpondet nunc Damaſippus, ſiue quis alius. credo Staberium id, quod iuſſit, ac voluit, rectè voluiſſe, prudentérque iuſſiſſe: ſed quid ſeoſir, cùm, &c. id eſt, quid ſpectauit? quæ fuit eius mens? quæ ſententia? &c. Animaduerte autem, animum Staberij prudentem, pro eo, quod eſt, Staberiū pru-

A dentem, poſitum eſſe. quod genus alibi notauimus.

Qvoad vixit] quoad, hoc loco, vnius ſyllabæ eſt, vt apud Lucret. lib. 5. *Sentit enim vim quiſque ſuam, quoad poſſit abuti.* ibid. *Et ſimul eſſe quæ ſit finis, quoad mœnia mundi, Et taciti motus poſſint hunc ferre laborem.*

Credidit ing. Pavp. vit.] qua in re magnopere fallebatur. Non eſt enim paupertas ea vitio vertenda, quæ à Deo immortali in nos profecta eſt, quæque nulla noſtra ignauia, aliáve culpa nobis accidit. Itaque vetat eā Heſiodus maledicti loco alteri obiicere, aut exprobare, tanquā Dei munus, his verbis, Μηδέποτ' οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ Τέτλαθ' ὀνει-
B δίζειν μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων. quos verſus interpretati ſumus ad illum locum Od. 24. libr. 3. *Magnum pauperies opprobrium, &c.* ſic & Theognis, Μηποτέ τοι πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ χολωθεὶς, Μηδ' ἀχρημοσύνην οὐλομένην πρόφερε, id eſt, ne vnquam animi peſtem paupertatem cuiquā maledicti loco obiice, neque pecuniæ pænuriā pernicioſam.

Et cavit nihil acrivs] quàm paupertatem. acrius, id eſt, vehementius.

Vt, si forte] adeò, vt ſi forte vno quadrante minus diues mortuus eſſet, &c. *periſſet* excudendum curaui, ſecutus auctoritatem duorum
C Vatic. & Ram. Card. Iann. Torneſ. Ruſſard. Nicotiani.

Omnis enim res] hæc dicuntur ex perſona Staberij, hominis auariſſimi. his autem Horatianis non eſt diſſimile admodum Theognidis illud, nullam aliam vulgò virtutem haberi, nihilque aliud eſſe opinione hominum laudabile, & glorioſum, quàm diuitias: ceteras res inutileis duci, etiam ſi quis Rhadamanthum continentia, & æquitate vincat, Siſypho ſcientia antecellat. ſic Theogn. Πλήθει δ' ἀνθρώπων ἀρετὴ μία γίνεται ἥδε, Πλουτεῖν, τῶν δ' ἄλλων οὐδὲν ἄρ' ἦν ὄφελος, Οὐδ' εἰ σωφροσύνην μὲν ἔχοις Ῥαδαμάνθυος αὐτοῦ, πλεῖονα δ' εἰδείης Αἰολίδου Σισύφου. ſic Eurip. Phœniſſ. ait, pecuniam ab hominibus plurimi fieri, maximámque vim habere rerum humanarum. Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι
D τιμιώτατα, Δύναμιν δὲ πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει. Heſiodus autem pecuniam mortalibus animam dicit eſſe, Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι. adde his illud, πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ. id eſt diuitias virtus & gloria, ſeu decus comitantur.

Qvas qvi constrvxerit, ille &c.] falſa ſententia, ex auari ſenſu, & iudicio, non de poëtæ ſententia pronuntiata. Nam ſic ipſe poëta, Sat. 1. lib. 1. *At ni id fit, quid habet pulchri conſtructus aceruus?* Et Oda 2. lib. 2. *Nullus argento color eſt, auaris Abdito terris inimice lamnæ, &c.*

Sapiens ne, etiam et] ſic habent omnes libri manuſcripti. ſed in aliis poſt particul. *ne*, ſcripta eſt interrogationis nota: in aliis non item. itaque dicendum eſt vel eam vacare, aut

certè

certè ornatus cauſa adiectam eſſe, vt, ſat. 10. li. 1. *O ſeri ſtudiorum, quin ne putetis Difficile, & mirum,* &c. & ſæpe aliàs: vel interrogandi vim habere. ſed ego arbitror ornatus cauſa adiectam eſſe. In lib. Card. Rain. non erat copulatio *&* ante *rex.*

QVID SIMILE ISTI GRÆC. ARISTIPP.] M. Tull. de inuent. rhet. lib. 2. *Et pecuniam in mare deicere: inutile: at non eo conſilio, quo Ariſtippus fecit.* Laërtius in Ariſtippo, τοῦ θεράποντος ἐν ὁδῷ βαστάζοντος ἀργύριον, καὶ βαρυνομένου, ἀπόχει (ἔφη) τὸ πλεῖον, καὶ ὅσον δύνασαι, βάσταζε. id eſt, cùm ſeruus eius in via argentum portaret, eóq; onere grauaretur, abiice (inquit) quod vireis tuas ſuperat: & quantum potes, gere Idem fere de Crate Thebano ferunt. Tradit quidem idem Diogenes ſcriptum eſſe à Diocle quodam perſuaſiſſe ei Diogenem Cynicum, vt agros ſuos incultos relinqueret, & quicquid pecuniæ haberet, in mare proiiceret.

PROIICERE AVRVM] epiſtol. de arte poët. ad Piſon. *Proiicere ampullas, & ſeſquipedalia verba.* περιϊέναι dicunt Græci.

NIL AGIT EXEMPLVM, LITEMQVE] nihil prodeſt; inane, & inutile eſt exemplum, quod æquè in controuerſiam vocari poteſt, atque id, de quo dubitatur. nam quod eiuſmodi eſt, lite priore dirempta, ac diſſoluta, nouam ex ſe gignit. at dubia debent apertis, & certis, & incontrouerſis doceri, demonſtrari, ac declarari; quod hîc non fit. nam vt Staberius vitioſus eſt, qui pecuniam rebus omnibus anteponat, ita & Ariſtippus, qui eam contemnat, & in mare abiiciat. Ariſtippum laudat epiſt. 17. lib. 1. non lõgè à principio. Significat autem, vtrumque inſanire, & eum, qui aurum ita conſectatur, & amplectitur, vt bonis quæſitis vti non audeat, & eum, qui ſua bona profundit, diſſipat, pro nihilo putat. Sic loquitur M. Tull. li. 3. de Oratore. *Ars enim cùm à natura profecta ſit, niſi naturam moueat ac delectet, nihil ſanè egiſſe videatur.*

SI QVIS EMAT CITHARAS, &c.] totus hic locus videtur ex Oeconomico Xenophontis petitus in principio, vbi multis verbis docet, χρήματα, id eſt, pecunias, non eſſe χρήματα ei qui neſciat vti, quemadmodum neque tibias ei, qui tibiis canere neſciat, eſſe vtileis. ſic Xenoph. ὥσπερ γε αὐλοὶ τῷ μὲν ἐπισταμένῳ ἀξίως λόγου αὐλεῖν, χρήματά ἐστι· τῷ δὲ μὴ ἐπισταμένῳ, οὐδὲν μᾶλλον, ἢ ἄχρηστοι λίθοι, εἰ μὴ ἀποδιδοῖτό γε αὐτούς, id eſt, quemadmodum tibiæ ei quidem, qui ſcit probè tibia canere, ſunt vtiles: ei autem, qui neſcit nihilo magis vtiles ſunt, quàm lapides inutiles, niſi fortè eos vendat. Semper vſum bonorum partorum ſuadet & commendat Horatius: vide annot. ad illum locum ſaty. 1. li. 1. *& tanquam parcere ſacris.*

SI SCALPRA, ET FORMAS] ſcalpra, ſcalpendo dicta ſunt. cultri ſunt ſutorij, qui duas habent acies, vnam inflexam, & incuruam: alteram rectà procurrentem.

ADVERSVS MERCAT.] abhorrens à

A mercaturis. Oda 4. libr. 2. *Sic lucro auerſum potuiſſe naſci, &c.*

QVID DISCREPAT ISTIS, QVI N.] in diuitiis ſemper vſum deſiderat Horat. vt ſat. 1. li. 1. *Neſcis quo valeat nummus, quem præbeat vſum? Panis ematur,* &c. vſum autem diuitiarũ præclarè Pindarus in eo ſitum eſſe ait Νεμ. εἰδ. α. non, vt aurum domi conditum, atque in terram defoſſum serues: ſed vt tibi imprimis benè facias, primúsq; fruare: ſecundo loco, vt egentibus amicis largiẽs benè audias. Verba Pindari ſunt hæc, Οὐκ ἔραμαι πολὺν ἐν μεγάρῳ πλοῦτον κατακρύψαις ἔχειν, ἀλλ' ἐόντων εὖ τε παθεῖν, καὶ ἀκοῦσαι φίλοις ἐξαρκέων ſunt & alia quædam ab ipſo Horatio poſita in ſuperiore ſatyra: quæ cum his conferat

B ſtudioſus lector.

NESCIVS VTI COMPOS.] neſciens vti bonis quæſitis, paratis, congeſtis, & cõditis. epi. 1. lib. 1. *Condo & compono, quæ mox depromere poſſim* tranſlatè poſuit. propriè Od. 17. libr. 3. *dum potes, aridum Compone lignum.* aliter ſatyra 9. libr. 1. *Omnes compoſui.*

MET. QVE, VELVT CONT. SAC.] ſic ſat. 1. lib. 1. *congeſtis vndique ſaccis Indormis inhians, & tanquam parcere ſacris Cõgeris, & tanquam pictis gaudere tabellis.*

PORRECTVS] ſtratus, iacens, extenſus, vt ſaty. ſuperiore: *Porrectum magno magnum ſpectare, &c.* & Oda 10. lib. 3. *Porrectum ante fores, &c.*

FOLIIS AMARIS] non oleribus horten-

C ſibus, ſed agreſtibus, & iccirco amaris.

NIHIL EST] nihil eſt mille optimi vini cados domi conditos habere.

VNDE-OCTOGINTA] tmeſis. vndeoctoginta enim dicimus, pro lxxix. vt vnde viginti, pro xix. & ſimilia. BLACTAR. AC TIN. EP.] ſtragula veſtis à blattis, & tineis corroſa. quidam ſcribi volunt hoc nomen hoc modo, *blaptis*, & non *blattis*, à verbo βλάπτειν.

FIL. AVT ETIAM HÆC LIB.] ſic ſuprà Od. 14. lib. 2. *Abſumet heres Cæcuba dignior Seruata centum clauibus, & mero Tinguet pauimentum ſuperbum Pontificum potiore cenis.* Tales homines heredibus quidem ſunt diuites, ſibi autem pauperes vt indicat Græcorum epigramma, Πλοῦτον μὲν

D πλουτοῦντος ἔχεις, ψυχὴν δὲ πένητος· Ω τοῖς κληρονόμοις πλούσιε, σοὶ δὲ πένης, id eſt, *Diuitias locupletis habes, animum ſed egentis. O miſer heredi diues, inópſque tibi.* Sic autẽ vertit Thomas Morus Anglus, ſeu Britannus.

DIIS INIMICE] θεοῖς ἐχθρέ. Diis inuiſe. Nã Dij immortales grauiſſimè offenduntur tua immoderata parſimonia. vel credibile eſt, te inuiſum eſſe Diis immortalibus, ſeu tibi iratos eſſe Deos, qui ita miſer ſis. ſic enim loquuntur Græci Demoſt. περὶ στεφάν. ὁ δὲ παμπόνηρος, καὶ θεοῖς ἐχθρὸς, καὶ βάσκανος ὄντως. id eſt, omnibus vitiis coopertus, & diis inimicus, & planè improbus ſycophanta.

CVSTODIS?] hîc eſt ſcribenda interrogationis nota, duo enim quærit, vtrũ ſua cuſtodiat,

vt abſumat heres, an, ne ſibi quippiam deſit.

Qvantvl. enim svmmæ cvrt.] quantum de ſumma, & de aceruo deminuet vnuſquiſque dierum, ſi paullo mundiore, & liberaliore victu, cultúque vtêris?

Oleo meliore] oleo meliore, quàm ſoles: non tali, quali vtebantur Auidienus ille, nempe odoris tæterrimi, & quem nemo perferre poſſet. vide ſatyra ſuperiore de Auidieno Cane, & ſat. *6.* lib. 1. de Natta, qui oleo lucernario, ſeu de lucernis detracto vngebatur.

Porrigine] porriginem putant quidam à porrigẽdo dictam, propterea quòd porrigi ac dilatari ſolet, niſi mature curetur: alij à porro olendo. morbus eſt capitis furfuribus, & quaſi farina obſiti. naſcitur autẽ inter pilos, vt in capillo, idque ſæpius: in barba autẽ, & ſupercilio rariùs: ſurgunt in locis porrigine affectis ſquamulæ quædam (vt ſcribit Corne. Celſus lib. *6.*) eæque à cute reſoluuntur, & interdum madent, multo ſæpius ſiccæ ſunt. repurgatur hic morbus ſæpe pectendo, & medicamentis leniter reprimentibus, vt aceto cum oleo, & ſimilibus. In vno codice calamo exarato ego ſcriptum reperi *prurigine*: quam ſcripturam tametſi non damnẽ, alteram tamen ei antepono. vtitur ea voce Lucill. lib. 30. *Triſte, & corruptum ſcabie, & porrigne plenum.*

Qvare, Si qvidvis satis est, pervr.] quamobrem ſi quouis victu, & quantumuis tenui, ſordidóque cultu contentus es, omnia facis, & pateris, vt rem augeas? cur peieras, furaris, eripis vndique?

Parivras] hoc verbo etiam Plautus vtitur Aſinaria. *pernegabo, atque obdurabo, periurabo denique.* & Mercat. *nolim quidem: verùm homo periurabit.* & Pœnulo. *Perge. optumè hercle periuras.* & in Ciſtell. *Periurare me patiere?* Vſitatius tamen peierandi verbum.

Pararis] paraueris, emeris notauimus alibi.

Cùm laqveo vxorem, &c.] credibile eſt, quempiam hic ab Horatio tacito nomine deſcribi, qui vxorẽ laqueo exſtinxerit, vt dote potiretur: quemadmodum & alium, qui matrem veneno necarit, vt pecunia materna citiùs frueretur.

Incolvmi capite es?] ſanus ne es? ſanæ ne mentis es?

Qvid enim? neqve tv hoc f. &c.] ridicula auari ſcelerati, atq; impij defenſio, dedita opera ab Horatio conficta, vt oſtendat ſtatim, eius inſaniam eum Oreſtis furore eſſe comparãdam: immò verò eſſe acriorem & grauiorem. dices te (inquit Damaſippus) non eſſe impium, neque inſanum, quia neque Argis matrem tuam interfeceris, neque ferro, quomodo Oreſtes. malim autem ita legi, *quidni? neque enim hoc facis Argis.* quam ſcripturam probant doctiſſ. viri, & ratio tuetur ac confirmat. reſpondet enim pro aduerſario ridiculè, hoc modo, quidni incolu-A mi capite ſis? Neq; enim Argis matrem interficis, vt Oreſtes. ſignificat autem, eum æquè matricidam, & inſanum eſſe, atque Oreſtem, cùm locus matricidam non diſtinguat.

Genitricem occîdit Orestes] Ita nota eſt Oreſtis, & Clytemneſtræ ab Oreſte necatæ hiſtoria, vt ſuperuacaneæ operæ ſit plura hac de re annotare. Præterea ex Euripide, ſi quis eam ignorat, petere licet. veruntamen hæc aſcribam ad hunc locum, quæ non ſunt fortaſſe cuiuis notiſſima: Oreſtem, cùm patri eius interficeretur, annum ætatis decimum tertium agentem, vt vult Pherecydes, à nutrice Laodamia, vt Pindarus ait εἰδ. ια Πυθ. ab Ærſinoa, ex oculis, & manibus Clytemneſtræ ſublatum, atq; ereB ptum fuiſſe: deinde (id quod omnibus eſt notũ) corroborata iam ætate, Apollinis iuſſu patris vlciſcendi cauſa ſupplicium de matre ſumſiſſe: poſtremò non ſolùm diuina, ſed etiam deæ ſapientiſſimæ ſententia eſſe liberatum, vt ait M. Tull. in orat pro Milone, & Demoſthen. ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους λόγῳ.

An tv reris fvm] exiſtimáſne (inquit) matre demum à ſe necata inſaniſſe Oreſtẽ, & non antequam facinus admitteret, dementẽ, atque inſanum fuiſſe? vult, Oreſtem, antequàm materno ſanguine manus contaminaret, inſanũ fuiſſe, nõ ex ſcelere inſaniam natam eſſe, vt poëtæ fabulantur: qui faciunt Oreſtem, Athamantem, & ceteros matricidas, in tragœdiis à Furiis C agitari, eorúmque tædis ardentibus perterreri. ſed M. Tull in orat. in *L.* Piſonem, & ora. pro Roſc. Amerino negat illa eſſe credenda de Furiis, ac facibus, aitque *ſua quemque fraude, ſuo facinore, ſuo ſcelere, ſua audacia, de ſanitate, ac mente deturbari: has eſſe impiis aſſiduas, domeſticáſque Furias: has eſſe impiorum flammas, tædas, & faces.* ſic ferè Æſchines orat. κατὰ Τιμάρχου, in extrem. Μὴ γὰρ οἴεσθε, ὦ Ἀθηναῖοι, τὰς τῶν ἀδικημάτων ἀρχὰς ἀπὸ θεῶν, ἀλλ' ὑπ' ἀνθρώπων ἀσελγείας γίνεσθαι, μηδὲ τοὺς ἠσεβηκότας, καθάπερ ἐν τραγῳδίαις, ποινὰς ἐλαύνειν, καὶ κολάζειν δᾳσὶν ἡμμέναις, ἀλλ' αἱ προπετεῖς τοῦ σώματος ἡδοναὶ, καὶ τὸ μηδὲν ἱκανὸν ἡγεῖσθαι· ταῦτα πληροῖ τὰ λῃστήρια· ταῦτ' εἰς τὸν ἐπακτροκέλητα ἐμβιβάζει· ταῦτά D ἐστιν ἑκάστῳ ποινή· ταῦτα παρακελεύεται τοῖς νέοις, σφάττειν τοὺς πολίτας, ὑπηρετεῖν τοῖς τυράννοις, συγκαταλύειν τὸν δῆμον· id eſt, *Nolite enim exiſtimare, Athenienſes, iniuſtorum, & audaciũ facinorum principia à Diis, non à petulanti hominum improbitate naſci: neque impios, & ſceleratos homines Furiarum tædis ardentibus agitari, atq; excruciari, ſed profuſæ & prorupta corporis libidines, ac voluptates: vaſtæ, & immenſæ cupiditates: hæc ſunt, quæ terras omneis latronibus, & graſſatoribus complent: hæc nauibus piraticis maria infeſta reddunt: hæc ab vtroque pœnas repetunt: hæc iuuentem impellunt atque hortantur, vt ciueis trucidet, vt tyrannis inſeruiat, vt populi libertatem opprimat, &c.* ex tragicorum fonte manauit illud Virgilianum libr. 4. Æneid. *Aut Agamemnonius ſcenis agitatus Oreſtes Armatam facibus matrem, &c.*

& ſerpentibus atris Cùm fugit, vltriceſque ſedent in limine Diræ.

ACTVM] agitatum: impulſum: vt od. 6. epod. *Agam per altas aure ſublata niues.*

QVAM IN MAT. IVG. FERR. TEP.] id eſt, quàm matrem ferro necauit. ſic Virgil. lib. Æn. 9. *atro tepefacta cruore Terra, torique madent.* ibi. *& fixo ferrum in pulmone tepeſcit.* Ad hanc rem pertinet neſcio cuius poëtæ verſus, quem profert Cariſius li. 1. vbi de communibus ſyllabis diſputat. *Túne Clytemneſtræ fœdaſti viſcera ferro?*

MALÈ TVTÆ MENTIS] parùm tutæ mentis, id eſt, furioſus. non enim tutum eſt ſeſe furioſo committere.

VOCANDO HANC FVRIAM] hanc videlicet Electram. hic locus ſumtus eſt ex Euripide in Oreſte. Μέθες μ' οὖσα τῶν ἐμῶν ἐρινύων. Μέσον μ' ὀχμάζεις, ὡς βάλῃς εἰς τάρταρον, id eſt, omitte me tu, quæ vna es mearum furiarum. Medium me tenes, & portas, vt in Tartarum deiicias.

HVNC, ALIVD] hunc autem, videlicet Pyladem, alio nomine appellat, quo nomine bilis atra eum appellare iuſſit.

SPLENDIDA] referendum ad atræ bilis naturam, quæ ſplendida eſt, vt docet Galenus περὶ αἰτίων συμπτωμ. β. v. Μέλαινα χολὴ στιλπνοτέρα αὐτοῦ τοῦ αἵματός ἐστιν, ὥσπερ καὶ ἡ ἐκ τῆς νεκρᾶς θαλάττης ἄσφαλτος, ἣν Ἰουδαϊκὴν ὀνομάζουσιν, id eſt, atra bilis ſplendidior eſt ipſo ſanguine: quemadmodum & bitumen, quod ex mari mortuo naſcitur: quod Iudaicum nominant. Idem lib. 4. ἀφορ. XXIII. Μέλανα αἵματι μεμελασμένῳ παραπλήσια φέρεται, διαφέροντα τῷ κεχύσθαι καὶ μὴ πεπηγέναι, καθάπερ ἐκεῖνο. Μέλαινα δὲ χολή, καὶ τῷ κεχύσθαι χωρὶς τοῦ πεπῆχθαι, καὶ τῷ στίλβειν τὸ μέλαν, ἔτι δὲ δακνώδης εἶναι, καθάπερ ὄξος, ἀναζέουσα τῆς ζυμοῦν τὴν γῆν· ὧν οὐδὲν ὑπάρχει τοῖς μέλασιν, id eſt, atramenta ei ſanguini, qui niger factus eſt, ſimilia dicuntur eſſe: cùm eo differant, quòd fundantur, neque concreſcant, quomodo ſanguis. Atra bilis autẽ his à ſanguine nigro differt, & quòd ita liquida ſit, vt non concreſcat, & quòd ſplendida ſit, & mordax inſtar aceti: prætereáque terram glubat, ac fermentet: quorum nihil in atramentis ineſt.

PAVPER OPIMIVS] hominis auari ingenium ſub Opimij cuiuſdam perſona pulchrè deſcribit. pauperem autem argenti dicit, quia eo vti vel nequibat, vel non audebat, ne quid de aceruo detraheret, néue dominueret. ſic Od. 16. lib. 3. *Magnas inter opes inops.*

POSITI INTVS] domi conditi: ἔνδον κειμένου.

VEIENTANVM] vinum tenuiſſimum, viliſſimum, peſſimum denique, à Veiento oppido.

CAMPANA TRVLLA] fictili poculo: alij æneo. ſuprà ſaty. 6. lib. 1. *Campana ſupellex.* trulla genus eſt vaſis, ſeu poculi vinarij, vt declarat hic

A locus apud M. Tull. quarto lib. accuſ. *Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi, trulla excauata cum manubrio aureo.* vide Varron. li. 4. de lingua Latina.

LETHARGO] veterno, vt ſup. diximus.

HVNC] Opimium lethargicum, ſeu lethargo oppreſſum, ſeu veternoſum.

ERIGIT] veterno oppreſſum, atq; afflictũ excitat.

ADDIT ET ILLVD] addit orationem ad factum medicus. nam nihil ſanè locutus erat. ſic infrà eadem ſatyr. *& vnum Quiddam magnum addens, vnum me ſurpite morti, &c.*

HÆC AVFERET] ſic habent omnes libri veteres: vulgati autem *hoc.*

B MEN' VIVO?] méne viuo, auferet heres? (inquit Opimius æger)

HOC AGE] in hanc curam incumbe (inquit medicus): huic rei da operam aſſiduam; totum ſtudium tuum eò confer, vt conualeſcas, & viuas. nam hæc verba, *hoc age*, eam, quam dixi, vim habent, vt & alibi oſtendemus.

QVID VIS?] quid vis faciam? (inquit Opimius.)

DEFICIENTE INOP. VENÆ TE] deſtituent te inopem (inquit medicus) venæ, niſi cibo vireis reficies, & recreabis. Lucret. libr. 4. *His igitur rebus rareſcit corpus, & omnis Subruitur natura, dolor quam conſequitur rem. Propterea capitur cibus, vt ſuffulciat artus, Et recreet vireis interdatus, atque patentem Per membra, ac venas vt amorem obturet*

C *edendi.* in vno cod. manuſcripto legitur *Deſtituent inopem.* quam ſcripturam non ſum ſecutus, vt ſuppoſitam.

SVME HOC PTISANAR. ORYZÆ] πτίσαν, ſeu πτισσάνην geminato σ pultis genus eſt ex farina hordeacea. veruntamen fit & ex aliis frugibus. docent autem medici, hordeaceam omnium eſſe ſaluberrimam, atque ad concoquendam facillimam. nam quæ ex oryza conſtat, cùm copioſiùs alat ægrum, quàm plerumq; vires ferre queant, tùm ventriculum prægrauare ſolet. ptiſanarium nomen eſt ὑποκοριστικὸν à ptiſana, quaſi puſilla ptiſana. Accipiendum eſt

D autem ptiſanæ nomen hoc loco, non pro oryzæ ſucco, qui in potionem præbeatur, cuiuſmodi hodie fieri conſueuit ex hordeo, in qua nihil ineſt præter aquam, & hordei cremorem: ſed pro pulte, in qua ſolidæ partes ipſius oryzę maneant, quæ detur in cibum.

QVANTI EMTÆ?] quærimus quanti emta ſit oryza, morbo & fame moriturus potiùs, quàm aſſeis octo in ſalutem, & vitam æquo animo inſumturus. *emtæ* autem patrij caſus eſt, numeri ſingularis.

OCTO ASSIBVS] octuſſis numero ſingulari, & aſſes octo, vnum ſunt, aut certè idem valent. itaque ſic loquuntur Latini, *ptiſanam octuſſe emi*, numero ſingulari, id eſt, octo aſſibus. Quòd ſi quis ita loquatur, emi octuſſibus numero multitudinis, ineptè loquatur, niſi cũ hac adiectio-

ne, verbi gratia, duobus, tribus, quattuor, &c. o- A ctuſſibus. duo octuſſes autem ſedecim aſſeis valeor, & ita deinceps. Iccircò ſcripturam vulgatam reieci, vt corruptam, & ineptam. mihi ſuffragantur aliquot veteres codic. in quibus in nomine *octuſſibus u* noo vacabat litura. ex qua feci coniecturam, ſcriptum fuiſſe initio *oct' aſſibus*: deinde ab aliquo audaciore, quàm doctiore, factũ eſſe *octuſſibus*. as autem principio nummus erat libralis æreus, & per L ſcriptum notabatur, valebátque quattuor noſtros Turoneoſcis: vnum Marketum Venetum. Itaq; ſeſtertius, qui duos aſſeis & ſemiſſem valet, per duo LL & S à veteribus notabatur hoc modo LLS, vel iis litteris linea trauerſa notatis: vel ſic, IIS. vt pluribus verbis oſtendemus annot. ad illum locum, *Dum ſe-* B *ptem donat ſeſtertia.* epiſt. 7. lib. 1. oon vt hodie, idque inſcienter, H—S

Ehev: Qvid réfert morbo, &c.] quid réfert (inquit Opimius) vtrùm morbo, nempe lethargo, peream, an furtis, ac rapinis? multo certè mihi optabilius eſſe debet morbo perire, quàm furtis, & rapinis quaſi hoc ſignificet Opimius, tanti emere oryzam, eſſe ſua furto amittere, ſuiſq; bonis ſpoliari. ſine igitur me, ó medice, (inquit Opimius) morbo exſtingui, & interire. tantam enim impenſam æquo animo ferre non poſſum. morte mihi longè grauius, atque acerbius eſt, mea ſic diripi, & compilari videre.

C Pereámqve rapinis] ita reperi ſcriptum in quattuor codicibus calamo exaratis, vno Vatic. Rain. Card. Iann. Toroeſ. non, vt in vulgatis, *peredmne?*

Qvid? si qvis non sit avarvs,] nunc incipit docere alios præterea eſſe ſtultos, & inſanos, quàm auaros: neque eum, qui non ſit auarus, continuò eſſe ſanum: quemadmodũ non efficitur ex eo, ſi quis non ſit cardiacus, vt benè valeat, cùm ſint alij quamplurimi corporis morbi. vnà autem colloquuntur Horat. & Damaſippus hoc loco. quærit enim Horat. reſpondet Damaſippus.

Non est cardiacvs] qui ſint cardiaci, ſuprà abhinc non longè, diximus. D

Craterum] medicum, de quo M. Tull. lib. 12. epiſt. ad Att. *commonet me Attica, etſi aſſentior Cratero.* & Perſius ſaty. 3. *venienti occurrite morbo. Et quid opus Cratero magnos promittere monteis?* huius ſeruum ſcribit Porphyrius Tyrius lib. 1. περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, morbo inuſitato affectu, cùm medicamenta non prodeſſent, vipera piſcis in formam figurata, & ab eo vorata, ſanũ factũ. Verba Tyrij hæc ſunt, Κρατεροῦ τοῦ ἰατροῦ οἰκέτης ξένῳ περιπεσὼν νοσήματι, τῶν σαρκῶν ἀποστασῶν λαβουσῶν ἐκ τῶν ὀστῶν, τοῖς μὲν φαρμάκοις ὠφέλητο οὐδέν· ἰχθύος δὲ τρόπῳ, ἔχιν σκευασθέντι, καὶ βρωθέντι διεσώθη, τῆς σαρκὸς συγκολληθείσης. i. Crateri autem medici ſeruus nouo & inuſitato morbo affectus, nempe carne ab oſſibus diuulſa ac diſtracta, pharmacis quidem nihilo A melius ſe habuit: ſed vipera in piſcem conformata, & comeſa conualuit, carne de integro conglutinata.

Rectè est igitvr] .i. valétne igitur hic æger, quòd cardiacus non ſit? & è lectulo ſurget?

Nagabit] medicus Craterus.

Qvod latvs, avt renes M. T. ac. ep. 6. libr. 5. *Si latus aut renes morbo tentatur acuto.* morbus acutus eſt, aut quia vel citò hominem exanimat, vel citò periculo vacat: aut quia tanquam gladius, ſeu telũ, corpus ęgri dolore quaſi tranſuerberat: ex quo etiam à Latinis telum appellatur. Serenus. *Eſt ea vis morbi, quod telum nominatur, Cum ſubitò dolor inſanus ſurit motus aſtu.* ὀ- B ξεῖα νόσος etiam à Græcis appellatur. Celſ. lib. 4. cap. 6. *Sed interdum id malum intra dolorem eſt, iſque modo tardè modo celeriter ſoluitur: interdum ad perniciem quoque procedit, oriturque acutus morbus, qui pleuriticus.* [*al.* πλευρῖτις] *à Græcis nominatur.* De renum morbis legito eundem Celſum eod. libr. cap. 10.

Immolet æqvis hic p. L.] qui non eſt periurus, id eſt, qui periurio rem non auget, neque ſordidus eſt, videtur habere deos Lares ſibi propitios, æquos, amicos, placatos. Quare meritò debet eis, vt ab inſania liber, porcum immolare, gratiáſque agere: verùm eſt ambitioſus, &c. Porcum ab inſanis, & furioſis immolari ſo- C litum eſſe, declarat locus Plautinus Menæchm. *Quibus hic pretiis veneunt porci Sacres ſinceri? nummum vnum en à me accipe. iube te piari de mea pecunia. nam ego quidem inſanum eſſe te certò ſcio.* Iam à Laribus Larnæ dicuntur, à laruis laruati, id eſt, furioſi atque inſani. Ob hanc fortaſſe cauſam inſani Laribus ſacrificare iubebantur, vt eum placarent. Alij hanc cauſam afferunt. Mania Larum mater, aut auia eſt ſiue à Manibus dicatur, qui iidem ſunt & Lares, ſiue ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι, quod eſt inſanire, ſiue, ἀπὸ τοῦ μανοῦ, quod eſt rarum, & remiſſum, ſiue ἀπὸ τοῦ μονοῦσθαι, quòd ſolitudine delectentur. Cùm igitur Larum mater ſit Mania, quæ inſaniæ dea eſt, atque iccirco Lares & Mania templum commune, arámque communẽ D habeant, non immeritò etiam ſacra habent inter ſe communia & ab inſanis communiter placantur. Porcus autem potiſſimùm Laribus immolabatur, quia lares, Grundules dicebantur, Romæque publicè Grundules erant conſtituti, & conſecrati ob eam porcam, quæ triginta pepererat, vt docet Nonius. Arnobius libr. 1. aduerſus Genteis, *Melioriſne ſunt cauſa qui Grundulcis adorant Lares, Aios locutios, Libentinos, quàm ſumus nos omnes, qui Deum colimus rerum patrem? &c.* ſed de Laribus plura apud eundem Arnob. libr. 3. ſub extrem.

Navig. Antscy.] vt purgetur veratro, ſeu elleboro. innuit ambitioſum alio genere inſaniæ inſanum eſſe, quàm auarum: quia hic nunquam vtatur bonis quæſitis: ille ſua largiatur, & profundat, vt honores à populo obtineat.

Qvid

A Qvid enim diff. barathrone] quantum ad inſaniam attinet, nihil intereſt, vtrùm quis ſua profundat, an ſuis abſtineat, vt alienis, aut ſacris. Vterque enim eſt inſanus. barathrum locum fuiſſe altitudine immẽſa, in quem nocentes, & malefici demittebantur, notum eſt.

Canvsi] Canuſij oppidi nomen eſt, de quo ſuprà ſat. 5. lib. 1.

Natis divisse dvobvs] corruperant hunc locum inſolentes, & audaces quidam homines, ſuppoſuerántq; *diuiſſe*, planè vitioſè, & contra auctoritatem codicum non ſolùm antiquorum, & calamo exaratorum, verùm etiam typis excuſorum melioris notæ. *diuiſſe* autem rectum eſt, dictúmque, vt *promiſſe* apud Catullum. *Aut facere ingenuæ eſt, aut non promiſſe pudicæ*, *Auſilens, ſint*. & apud Terent. *produxe*, & ſimilia exẽpla bonis ſcriptoribus vſitata: ex quibus collegimus nonnulla ſuprà ad ſat. 5. lib. 1.

Tv Nomentanvm] tu Aule, ne Nomentanum ſequerere, veritus ſum. Erat autem Caſſius Nomentanus profuſus nepos: vt ſuprà diximus ad ſaty. 8. lib. 1.

Tv ne seqverere Cicvt.] tu Tiberi, ne ſequerere Cicutam, ſordidiſſimum, atque auariſſimum, cuiuſuis ſectorem, & fœneratorem.

Qvare per divos or. vterq. pen.] ſic epiſt. 7. libr. 1. *Quod te per Genium dextrámque, deoſq; penateis, Obſecro, &c.*

Tv cave ne min. tv, &c.] hic Oppidius duos habebat filios diſſimileis admodum moribus, & natura. in Aulo enim indoles quædam inerat præſignificatrix largitionis futuræ & profuſionis: Tiberius contrà ad parſimoniam, atq; auaritiã natura factus videbatur. Pater igitur vtriuſque ingenio perſpecto, & cognito, vtilia vtrique præcepta dat, quibus naturæ vitium tẽperare, atque ad mediocritatẽ inflectere queat. Aulum monet, ne rem à patre acceptam largitione, & profuſione minuat: Tiberium, ne immoderata parſimonia, & nimio lucri ſtudio augeat. Cephalus ille apud Platonem li. 1. de rep. quærenti à ſe Socrati, qualis fuiſſet χρηματιστής id eſt, quantum ſtudij adhibuiſſet in pecunia quærenda, & in faciendare, reſpondet ſe mediũ fuiſſe χρηματιστὴν inter auũ, & patrem. Auũ enim tãto ferè patrimonio à maioribus ſuis accepto, quantum ipſe nunc poſſideat, multo maius feciſſe, atque auxiſſe: Lyſaniam autem patrẽ rem, quam acceperit, aliquanto minorem, quàm nunc ſit, feciſſe: ſibi verò ſatis eſſe, ſi liberis non pauciora quidem, ſed aliquantulò plura, quàm acceperit, relinquat. verba Platonis ſunt hæc, ſi quis forte magis delectatur Græcis. quàm Latinis, præſertim noſtris. μέσος τις γέγονα χρηματιστὴς τοῦ τε πάππου, καὶ τοῦ πατρός. ὁ μὲν γὰρ πάππος τε, καὶ ὁμώνυμος ἐμοὶ, σχεδόν τι, ὅσην ἐγὼ νῦν οὐσίαν κέκτημαι, παραλαβὼν, πολλάκις τοσαύτην ἐποίησε· Λυσανίας δὲ ὁ πατὴρ, ἔτι ἐλάττω αὐτὴν ἐποίησε τῆς νῦν οὔσης. ἐγὼ δὲ ἀγαπῶ, ἐὰν μὴ ἐλάττω καταλίπω τούτοισιν, ἀλλὰ βραχεῖ τινι πλείω, ἢ παρέλαβον.

Natvra coarcet] quia modico contenta eſt.

Titillet] ne vos gloriæ dulcedo alliciat ad petendos magiſtratus. μὴ ὑμᾶς γαργαλίζῃ. tralatio eſt.

Ambo] antiquum pro *ambos*. ſic M. Tull. epi. ad M. Fabium Gallum lib. 7. *præter duo nos, loquitur iſto modo nemo*. nam ita habent codices emendati, tum excuſi, tum calamo ſcripti. ſic & Virg. Æneid. xj. *Si duo præterea taleis Idæa tuliſſet Terra viros.* ſic ſuprà ſatyr. vij. libr. 1. *duo ſi diſcordia vexet inerteis.*

Intestabilis] inteſtabilis eſt is, cui nemo
B iure cogitur teſtimonium dicere: cui teſteis nulla ſua in re adhibere licet. nam ciui Rom. incolumi capite, & fama licebat teſtimonium iis denũtiare, quos ſciret aliquid compertum habere earum rerum, de quibus quæreretur, aut controuerſia eſſet. licebat ei & teſteis omnibus in rebus quas agere vellet, adhibere: ex quo natus eſt iocus ille apud Plautum in Curculione. *Semper curato ne ſis inteſtabilis. Quod amas, ama teſtib. præſentibus*. inteſtabilis, illo loco, valet ſine teſtibus. Sed ambiguè dictum eſt. propterea autem quòd teſtamentum non niſi aliquot teſtibus præſentibus fieri poteſt: iccircò, qui ſunt inteſtabiles, teſtamentum facere non poſſunt, cùm eis teſteis in
C ſuis rebus adhibere non liceat. Atque eadem ratione ne ad teſtamentum quidem, quod quis alius facere velit, adhiberi poſſunt: quod auctoritate Vlpiani comprobatur. Nam id ſenatuſcõſultum, quo decretum eſt, vt damnatus ob carmen famoſum, ſit inteſtabilis, ſic interpretatur, vt dicat, ei neque teſtamentum facere licere, neque ad teſtamentum ab altero adhiberi.

Sacer] exſecrandus. vt ſup. Od. vij. epod. *Sacer nepotibus cruor.*

In cicere, atqve faba] ædiles & ambitioſi homines ſolebant Floralibus, vel in annonæ caritate id genus legumina vel populo viritim metiri, vel vulgò ſpargere. M. Tull. frumentaria. *nunquam tam grati hi ſeſquimodij, Qu. Hor-*
D *tenſi fuiſſent: quos tu, cùm ad menſura tam exiguam rationem populo Ro. in capita deſcripſiſſes, gratiſſimum omnibus feciſti. Caritas enim annonæ faciebat, vt iſtuc, quod re paruum videbatur, tempore magnum videretur.* Ego tamen hæc Horatij verba de iis, quæ ſpargebantur in vulgus, & de miſſilibus accipienda eſſe arbitror: quamuis traditum ſit Milonem tria ampliſſima patrimonia in delinienda plebe conſumſiſſe, & P. Craſſum populo Rom. epulum præbuiſſe, ac treis minas in ſingula ciuium capita diſtribuiſſe. ſed hæc Horatiana, ſunt referenda ad ſuperiora tempora.

Latvs vt in Circo spatiere] vt ſis ædilis, vt præſis ludis; vt in Circo multis antè euntibus, & turbam ſummouentibus, ambules. ſup. Od. 16. lib. 2. *Non enim Gazæ, neque conſularis Summouet lictor miſeros tumultus Mentis, &c.*

Latus autem excudendum curaui ſeptem codicum auctoritate fretus, duorum Vatic. Ian. Facr. Torneſiani, Clericani, Nicotiani, & aliorum. interpretórque ita, vt dixi, lictoribus turbam ſummouentibus. alij referunt ad togæ latitudinem, atque amplitudinem, vt ſup. Od. 4. epod. *cum bis ter vlnarum toga.*

AVT ÆNEVS VT STES] aut vt tibi ſtatua ænea ponatur. ſic loquuntur & Græci. ἱςαϑαι χαλκῶν, ſtatuæ æneæ honore affici: & ἱςάναι χαλκῶν, erigere alicui ſtatuam æneam.

NVDVS AGRIS, NVD. P. R.] ſpolians te agris, & pecuniis à patre acceptis?

SCILICET VT PLAVSVS] ſcilicet vt populus Roma. tibi eodem modo applaudat, quo modo Agrippæ applaudere ſolet.

ASTVTA INGENIVM VVLPES IMIT. L.] quid tam diſſimile, quàm vulpes leoni? Illa imbecilla, hic valentiſſimus: illa dolis, hic viribus confidit. plerique tamen vbi pellis leonina non ſatis valet, vulpinam adhibent, nituntúrque & viribus & dolis. quod feciſſe L. Syllam accepimus, eíq; bene proceſſiſſe videmus. Sed inſigniter ij ſtulti ſunt, qui cùm ingenio, & ſollertia locum aliquem inter ſuos ciueis obtinere poſſint, viribus ſimulatis, potentiæque ſpecie oſtentata, cum ſuperioribus, atque illuſtrioribus viris malunt contendere.

NE QVIS HVMASSE VELIT] inducitur nunc nouus dialogus, nouáq; diſputatio inter priuatum aliquem, ac plebeium, & Agamẽnonem: cuius hæc ſumma & ſententia eſt, reges, & principes, & huiuſmodi perſonas claras, & illuſtreis ob ſpeciem gloriæ inanem multa quotidie peccare, immania ſcelera ſuſcipere, denique vehementer inſanire. Totus autem hic locus ex Sophoclis Aiace adumbratus eſt, apud quem, cũ Aiacem ſua ipſiusmanu interfectum Teucer tollere, vt ſepeliret, conaretur, interueniens Menelaus Agamẽnonis iuſſu, vetat Aiacis corpus loco mouere propterea, quòd (inquit ille) cùm ſperaremus eum belli adiutorem, & nobis amicum vnà nobiſcũ veniſſe domo, comperimus re quæſita inimicũ nobis fuiſſe Troianis ipſis acriorem: qui vniuerſi exercitus cædem meditatus, noctu nos adortus eſt, vt armis opprimeret. Quòd ſiquis Deus hunc eius conatum nõ compreſſiſſet, (inquit) nos in eius locum indigniſſima nece affecti iaceremus: iſte autem viueret. at nunc Deus immortalis iſtius contumeliam, petulantiámq; à nobis in oueis, & greges auertit. Quapropter nemo eſt quantumuis viribus præſtans, & pollens, qui corpus eius ſepultura afficere audeat: ſed omninò in arena proiectus, ac proſtratus mergis, & reliquis auibus maritimis eſcã ſuo corpore, pabulũq; præbebit. Sed præſtat Sophoclis verſus aſcribere. Mεν. Οὗτος, σὲ φωνῶ τόνδε τὸν νεκρὸν χεροῖν Μὴ συγκομίζειν, ἀλλ' ἐᾶν ὅπως ἔχει. Τευκ. Τίνος χάριν τοσόνδ' ἀνήλωσας λόγον; Μεν. Δοκοῦντ' ἐμοὶ· δοκοῦντα δ', ὃς κραίνει στρατοῦ. Τευκ. Οὔκουν ἂν εἴποις, ἥντιν' αἰτίαν προθείς; Με. Ὁθ' οὕνεκ' αὐτὸν ἐλπίζοντες οἴκοθεν Ἄγειν Ἀχαιοῖς ξύμμαχόν τε καὶ φίλον, Ἐξεύρομεν ζητοῦντες ἐχθίω Φρυγῶν, &c. i. M. Heus tu: te appello. hoc cadauer ne manibus humo tollito, ſed vt eſt humi poſitum, relinquito. T. quamobrem tantam orationem conſumſiſti? M. Ita mihi viſum eſt, ita à toto exercitu decretum eſt. T. Non igitur dices quæ vos cauſa impulerit? M. Quia, &c. reliqua ſuprà ſunt à nobis Latinè reddita. Idem facit poſtea Agamemnon: cui fortiter in os aduerſatur, & reſiſtit Teucer, quoad Vlyſſes clamore, & iurgio exaudito adueniens mitigatus iam, ac placatus in Aiacem mortuum, Agamemnonem quoque flexit, atque exorauit, vt Aiacem ſineret ſepeliri. *Atrida* autem hîc caſus vocatiuus Latinus eſt. alioqui produceretur: vt Anchiſa apud Virg. li. 3. Æn. *Coniugio Anchiſa veneris dignate ſuperbo.* ad quem lege Seruium.

REX SVM] rex ſum, inquit, Menelaus. Quare licet mihi pro meo iure, quicquid libet, & iubere, & vetare: & pro ratione, mea eſt voluntas. deſcribit perſonam Regiam, orationémque imitatur. talia ſunt illa, *Si te ſe ſecundo lumine hic offendero. Præter rogitatum ſi loquare;* ſeu, *non loquare.*

NIL VLTRÀ QVÆRO PLEB.] verba ſũt eius, qui quærens hæc dixerat, *Ne quis humaſſe velit, &c.* cui cùm Agamemnon nihil aliud reſpõdiſſet, quàm ſe regem eſſe, neque cauſam facti ſui attuliſſet: ſic viciſſim excipit ille, nihil vltrà quæro, ego, qui plebeius ſum. Itaque ab iis diſſentio, qui hic legi volunt, nil vltrà quære plebeiua, quaſi etiam hæc verba ſint Agamemnonis. Agamemnon tamen, quaſi orationem perpetuans, ſubiungit: *& æquam rem imperito, &c.* proinde quaſi dicat, non ſolùm quia rex ſum, id, quod feci, probari debet, verumetiam, quia rem æquam impero.

DII TIBI DENT CAPTA, &c.] hæc ſunt ex Homero ferè expreſſa ἰλιάδ. α. Ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες, Ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι. hic igitur plebeius primùm Agamemnoni bene precatur, & quidem illi precatur & exoptat id, quod ſcit ei eſſe optatiſſimum: deinde rogat, liceátne quædam ex eo quærere: poſtremò quærit quæ putat eſſe quærenda. *reddiscere* excudendum curaui omnibus ferè codicibus antiq. fretus.

ERGO CONSVLERE, ET MOX RESP. LIC.] id eſt, ergo licebítne mihi & interrogare, & reſpondere? Videtur tractum ab iis, qui iuriſconſultos conſulebant, & ab eorum more. ſolebant enim ita ab illis quærere, *licet conſulere.*

CVR AIAX HER. AB ACH. SEC.] Cur Aiax vno Achille inferior iacet inſepultus, qui toties Græcos in maximas anguſtias redactos ſeruauit? Homerus ἰλιάδ. β. Aiacem Telamonium, de quo nunc verba facimus, teſtatur omnium Græcorum fuiſſe longè fortiſſimum, quamdiu Achilles iratus prælio abſtinebat. Illum enim Aiaci præſtitiſſe. ſic Hom. Ἀνδρῶν δ' αὖ μέγ' ἄριστος ἔην Τελαμώνιος Αἴας, Ὄφρ' Ἀχιλλεὺς

χιλλεὺς μάχοιτο· ὁ γὰρ πολὺ φέρτατος ἦεν. Erat igitur ab Achille ſecundus. Quin etiam ipſe Vlyſſes, cùm apud inferos ὀδυσσ. λ. Aiacis vmbrā vidiſſet ſolam, aliarumque cœtum fugientem, & etiam tum indignantem, atque iratā propterea, quod Græci Achillis arma Vlyſſi potius, quā ſibi adiudicaſſent, optat vt, ſi fieri poſſit, ne in illo certamine ſuperior Aiace fuerit, quia talis vir propter eam victoriā exceſſerit è vita, qui & forma corporis, & rebus geſtis (inquit Vlyſſes) ceteris Grecis omnibus antecellebat, vno Achille excepto. ſic Vlyſſes, cuius grauiſſimum teſtimoniū eſſe debet. Αἴαντ', ὃς πέρι μὲν εἶδος, πέρι δ' ἔργα τέτυκτο Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα. Idem Vlyſſes eadem de Aiace prædicat apud Sophoclem his verbis. Ἀλλ' αὐτόν ἔμπας ὄντ' ἐγὼ τοιόνδ' ἐμοὶ Οὐκ ἂν ἀτιμάσαιμ' ἄν, ὥστε μὴ λέγειν Ἕν' ἄνδρ' ἰδεῖν ἄριστον Ἀργείων, ὅσοι Τροίαν ἀφικόμεσθα πλὴν Ἀχιλλέως, id eſt, Veruntamē nolim Aiacē, quāuis mihi inimicum atque infeſtum, huiuſmodi contumelia afficere, vt negem eum vnum à me viſum eſſe omnium Græcorum, qui ad bellū Troianū venimus fortiſſimum, Achille excepto. Eodem pertinet illud Pindari Νεμ. εἰδ. ζ. de Aiace. ὃν κράτιστον Ἀχιλλέος ἄτερ, μάχᾳ ξανθῷ Μενελάῳ δάμαρτα κομίσαι θοαῖς ἐν ναυσὶ πόρευσαν εὐθυπνόου Ζεφύροιο πομπαὶ πρὸς Ἴλου πόλιν, id eſt quem præſtantiſſimum ac fortiſſimum Achille excepto Zephiri recta regione flātis ſpiritus proſequentes ad vrbem Troianam nauibus celeribus detulerunt, vt flaui Menelai vxorem prælio recuperaret, atque in patriam referret.

Pvtrescit] πύθεται. Hom. ἰλ. λ. πύθεται οἰωνοὶ δὲ περὶ πλέες, ἠὲ γυναῖκες: id eſt, putreſcit: aues autem circum eū plures ſunt, quàm mulieres. *Putreſcit* autem, id eſt, iacet inſepultus, neque humatur, neque ei terra iniicitur. Hac de re lege, ſibi tibi commodum eſt, quæ ſuprà à nobis annotata ſunt ad illum locum Oda 28. li. 1. *licebit Iniecto ter pul. curras.* quibus hæc adde ex Ennio in Creſphonte: *Neque terram inijcere, neque cruenta Conueſtire mihi corpora licuit, Neque miseræ lauere lacrymæ ſalſum ſanguinem.*

Toties serv. clar. Ach.] Cùm alibi, tùm in defenſione nauium maximè virtus Aiacis apparuit, atque enituit: qui ceteris ferè Græcis omnibus metu perterritis, atq; in fugam verſis, ſolus Hectoris, & Troianorum impetum tardauit, ac repreſſit. quod narratur ab Homer. ἰλ. ο. Præterea apud Sophoclem in ea, quam dixi, tragœdia, præclara Aiacis à Teucro exponuntur facinora his verſibus Οὐ μνημονεύεις οὐκέτ' οὐδὲν, ἡνίκα Ἑρκέων ποθ' ὑμᾶς οὗτος ἐγκεκλῃσμένους Ἤδη τὸ μηδὲν ὄντας ἐν τροπῇ δορὸς Ἐρρύσατ' ἐλθὼν μοῦνος; &c. quorū hæc ferè ſententia, oblitúſne es illius temporis, cùm vos intra munitiones, & vallum incluſos, profligatos iam, & in extremum diſcrimen adductos, acie verſa ſolus hic liberauit, ac ſeruauit, tranſtris quidem nauium iam incendio conflagrantibus, irrumpente autem in naueis, foſſis ſuperatis, Hectore? quis hæc propulſauit? nonne hic erat, qui has res geſſit, quem ais ne pedem quidem vſquam contuliſſe?

Gavd. vt pop. Pr. Pr.] expreſſum ex Homero. ἰλιάδ. α. Ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος, Πριάμοιό τε παῖδες, Ἄλλοι τε Τρῶες μέγα κεν κεχαροίατο θυμῷ. tale eſt & Virgilianum illud ſub perſona Sinonis. *Iam dudum ſumite pœnas. Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.* Iterum Hom. ἰλ. β. Οὕτω δὴ οἶκόνδε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν Ἀργεῖοι φεύξονται ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης; Κὰδ δέ κεν εὐχωλὴν Πριάμῳ, καὶ Τρωσὶ λίποιεν Ἀργείην Ἑλένην, id eſt, itane domum in patriam terram fugient Græci nauigantes? gloriandi autem materiam Priamo & Troianis relinquent Argiuam Helenam? &c. quæ exempla eò maximè valent, quòd omnes, qui modò ſapiunt ac prudenter ſentiūt, operam dare ſolent, ne quid admittāt, quod & inimicis voluptatem afferat, & amicis acerbum ſit, atque iniucundū. quod ſibi eueniſſe lamentatur Theognis. Ὤμοι ἐγὼ δειλός, καὶ δὴ κατάχαρμα μὲν ἐχθροῖς· Τοῖς δὲ φίλοισι πόνος, δειλὰ παθὼν, γενόμην, id eſt, hei mihi, infelix ego homo: ludibrio & lætitiæ fui inimicis: amicis autem dolori calamitate accepta. Et Ariſtoteles rhetor. 1. καὶ ὅλως ὃ οἱ ἐχθροὶ βούλονται, ἢ ἐφ' ᾧ χαίρουσι, τοὐναντίον τούτῳ ὠφέλιμον φαίνεται. διὸ εὖ εἴρηται· ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος, id eſt, *Et omnino contrarium eius, quod inimici volunt, aut quo lætantur, vtile videtur. Quapropter pulchrè illud ab Homero dictum eſt, Gaudeat haud dubiè Priamus.* Et Demoſth. in orat. περὶ παραπρεσβείας oraculum quoddam profert, quod monet, nihil eſſe committendum, quamobrem gaudeant inimici. φησὶ δὲ γε ἡ μαντεία ἀεὶ δεῖν, ὅπως μὴ χαίρωσιν οἱ ἐχθροί, ποιεῖν. eodem pertinet illud, Heſiod. ἔργ. καὶ ἡμ. Πάντα μάλ' ἀμφὶς ἰδὼν, μὴ γείτοσι χάρματα γήμῃς, id eſt, omnia valde circumſpiciens, ne vicinis lætitiam præbeas vxorem ducens: ſeu ne vxorem ducas, ex qua vicinis, qui te oderunt, lætitiam præbeas.

Mille ovivm] hæc dicuntur hîc ab Agamemnone. eadem loquitur Menelaus apud Soph. quem locum ſuprà produxi: & item Vlyſſes his verbis, Ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν Λείας ἁπάσας, καὶ κατηναρισμένας Ἐκ χειρὸς, αὐτοῖς ποιμνίων ἐπιστάταις id eſt, pecora omnia modò interfecta, & necata reperimus vnà cum pecorum magiſtris. *mille ouium* autem, id eſt, mille oueis. talia ſunt illa, quæ proferunt Gellius lib. 1. cap. 16. & Macr. lib. 1. Saturn. ex bonis & probatis ſcriptoribus, M. Tullio, Quadrigario, Lucilio, *mille hominum, mille nummûm, mille paſſuum.*

Insanvs] cùm in iudicio illo, & diſceptatione armorum Achillis nemo præter Vlyſſem cum Aiace contenderet, ceterique ei omnes cederent, Aiacem è iudicio diſceſſiſſe ab Vlyſſe victum, armáque Vlyſſi adiudicata fuiſſe, atque ex

ea iniquitate Aiacē incredibili animi dolore affectum in furorem incidiſſe, cùm multa auctores litteris, & memoriæ prodiderunt, tùm ea de re pulcherrima exſtat ea, quam ſæpe iam commemoraui, Sophoclis tragœdia, quæ inſcribitur Αἴας μαστιγοφόρος. Pindarus quoq; Nem. ὠδ. η. oſtendens, quanta vis ſit callidæ & artificioſæ orationis, dicit, Græcos eloquentia Vlyſſis, non æquitate, aut veritate rei adductos Vlyſſem Aiaci prętuliſſe. Ἐχθρὰ δ᾽ ἄρα πάρφασις ἦν καὶ πάλαι, αἱμύλων μύθων ὁμόφοιτος δολοφραδὴς κακοποιὸν ὄνειδος· ἃ τὸ μὲν λαμπρὸν βιᾶται, τῶν δ᾽ ἀφάντων κῦδος ἀντείνει σαθρόν, id eſt, Sed nimirū odioſa olim quoque eloquentia erat, blandorum ſermonum ſocia, fallacium cogitationū plena, opprobrium maleficium: quæ id quidem quod clarum & ſplendidum eſt, per vim deprimit: eorum autem, quæ ſunt obſcura, decus victum attollit.

Inclytvm Vlyssem] in eadem tragœdia Aiax Palladi, quid fecerit, roganti, reſpōdet ſe Vlyſſem domi habere vinctum eo conſilio, vt eum domus interioris columnæ aſtrictū, flagellis ad necem cædat.

Et Menel. vnà mecvm] eo ipſo in loco Aiax percunctanti Palladi non ſolùm fatetur, verùm etiam, vt glorioſum quiddam prædicat, ſe ſanguine Græcorum ferrum tinxiſſe: in eis autem Agamemnonem, ac Menelaum interfeciſſe. Ἀθη. ἦ καὶ πρὸς Ἀτρείδαισιν ᾔχμασας χέρα; Αἰ. Ὥστ᾽ οὔποτ᾽ Αἴανθ᾽ οἵδ᾽ ἀτιμάσουσ᾽ ἔτι. Ἀθη. Τεθνᾶσιν ἄνδρες, ὡς τὸ σὸν ξυνῆκ᾽ ἐγώ.

Tv cùm pro vitvla] verba Plebeij. Cùm Græci Aulide detinerentur aduerſa tempeſtate, neq; vlla eis nauigandi facultas daretur, Agamemnon partim Chalcantis reſponſo adductus, partim ambitione impulſus filiam ſuam Iphigeniam ſimulatione nuptiarum domo arceſſitam Dianæ immolare inſtituit: quam Diana ad Tauros vſque ductam, ceruа in eius locum ſubſtituta eripuit. Agamemnon apud Euripidem in ea tragœdia, quæ Iphig. in Aulide inſcribitur, ſic de hoc Chalcantis reſponſo, ſuóq; conſilio loquitur. Ἠθροισμένου δὲ, καὶ ξυνεστῶτος στρατοῦ Ἥμεσθ᾽ ἀπλοίᾳ χρώμενοι κατ᾽ Αὐλίδα. Κάλχας δ᾽ ὁ μάντις ἀπορίᾳ κεχρημένοις Ἀνεῖλεν Ἰφιγένειαν, ἣν ἔσπειρ᾽ ἐγὼ, Ἀρτέμιδι θῦσαι τῇ τόδ᾽ οἰκούσῃ πέδον. Καὶ πλοῦν τ᾽ ἔσεσθαι, καὶ κατασκαφὰς Φρυγῶν Θύσασι, μὴ θύσασι δ᾽ οὐκ εἶναι τάδε, id eſt, congregato autem, & vnum in locum contracto exercitu, ſedebamus, nauigandi facultatem non habentes ad Aulidem. Chalcas autem vates, conſilij inopia laborans, reſpondit oportere me Iphigeniam, filiam meam, Dianæ, quæ huic ſolo præſidet, immolare: quòd ſi Iphigeniam immolaremus, & nauigandi facultatem nobis fore, & Phrygum euerſionem: ſin minus, ea, quæ nunc ſunt. Apud Sophoclem autē in ea tragœdia, quæ Electra inſcribitur, Clytemneſtra ab Electra accuſata, quòd virum ſuum interfecerit, ſic reſpondet, atque hac ſui facti defenſione vtitur: quia ille filiam ſuam ſolus Græcorum mactandam præbere non dubitarit. verba Sophoclis ſunt hæc: Ὡς ἐξ ἐμοῦ τέθνηκεν, ἐξ ἐμοῦ, καλῶς Ἔξοιδα, τῶνδ᾽ ἄρνησις οὐκ ἔνεστί μοι. Ἡ γὰρ Δίκη νιν εἷλεν, οὐκ ἐγὼ μόνη· Ἧ χρῆν σ᾽ ἀρήγειν, εἰ φρονοῦσ᾽ ἐτύγχανες· Ἐπεὶ πατὴρ οὗτος σὸς, ὃν θρηνεῖς ἀεὶ, Τὴν σὴν ὅμαιμον μοῦνος Ἑλλήνων ἔτλη Θῦσαι θεοῖσιν, id eſt, à me interfectum eſſe pręclare ſcio, neque negare poſſum. Iuſtitia enim eum de medio ſuſtulit, non ego ſola: cui te opitulari oportebat, ſi ſaperes. Nam pater iſte tuus, quem ſemper luges, tuam ſororem ſolus Græcorum diis auſus eſt immolare. At Pindarus, quaſi res in dubium veniat, quærit vtrúmne dolor ex Iphigeniæ filiæ nece ſuſceptus Clytemneſtram, vt virum interficeret, impulerit, an nocturnę adulteri blanditiæ: his verbis, πότερόν νιν ἄρ᾽ Ἰφιγένει᾽ ἐπ᾽ Εὐρίπῳ σφαχθεῖσα τῆλε πάτρας ἔκνισεν βαρυπάλαμον ὄρσαι χόλον, ἢ ἑτέρῳ λέχει δαμαλιζομέναν ἔννυχοι πάραγον κοῖται; Lucretius libr. 1. Iphigeniæ mactandæ cauſam in religionem confert his verſibus. *Aulide quo pacto Triuiaï virginis aram Iphianaſſaï turparunt ſanguine fœdè Ductores Danaûm delecti, prima virorum* Sequuntur illa deinceps aliquot verſibus interpoſitis. *Nec miſeræ prodeſſe in tali tempore quibat, Quod patrio princeps donarat nomine regem. Nam ſublata virûm manibus, tremebundáque ad aras Deducta eſt, non vt ſollenni more ſacrorum Perfecto, poſſet claro comitari Hymenæo: Sed caſta inceſtè nubendi tempore in ipſo Hoſtia concideret mactatu mæſta parentis, Exitus vt claſſi felix, fauſtúſque daretur. Tantum relligio potuit ſuadere malorum.* M. Tull. item ſtultam Agamemnonis religionē reprehendit libr. 3. off. his verbis. *quid Agamemnon? cum deuouiſſet Dianæ, quod in ſuo regno pulcherrimum natum eſſet illo anno, immolauit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius. promiſſum potiùs non faciendum, quàm tam tetrum facinus admittendum fuit.*

Mola salsa] farre cum ſale. Feſt. *Mola vocatur etiam far toſtum, & ſale ſparſum, quod eo molito, hoſtiæ aſpergantur.*

Rectvm animi] τὸ ὀρθὸν, id eſt, τὴν ὀρθότητα. rectitudinem diceremus, ſi eſſet vſitatum. *rectum animi*, eſt ſanitas & conſtantia. ſup. ſat. 1. lib. 1. rectum vſurpauit nullo alio adiuncto. *ſunt certi denique fines, Quos vltra, citráque nequit conſiſtere rectum.* rectum animi ſeruas? igitur, id eſt, túne mentis compos es? túne ſanus es?

Qvorsvm?] inquit Agamemnon.

Insanvs] quem inſanum dicis fuiſſe. verba ſunt plebeij.

Verùm ego, vt hærenteis] hunc locum paullò antè ex Euripide, & Lucretio illuſtrauimus. eodem pertinent & illa ex eadem tragœdia, quæ reſpondet Agamemnon filiæ mortem deprecanti. Ὁρᾶθ᾽ ὅσον στράτευμα ναύφαρκτον τόδε. Χαλκέων θ᾽ ὅπλων ἄνακτες Ἑλλήνων ὅσοι· Οἷς νόστος οὐκ ἔστ᾽ Ἰλίου πύργους ἔπι, Εἰ μή σε θύσω, μάντις ὡς Κάλχας λέγει, id eſt, vide quāta ſit hæc claſſis: quam multi Græcorum

corum duces: quibus non licet ad Troiam nauigare, niſi te mactem, vt vaticinatur Chalcas. Sed quod diximus ſuprà, Euripidem, & Euſtathium ſecuti, Iphigeniam à Diana fuiſſe liberatã, ac ſublatam, non immolatam, Pauſanias quoque in Arcad. narrat ab Arcadibus idem vulgo dictitari. prætereà teſtatur Heſiodus Iphigeniam nõ eſſe mortuam, ſed Dianæ beneficio, ac munere inferorum eſſe Deam, quam Hecaten appellamus. *hærenteis* autem, id eſt, à ventis aduerſis impeditas, & in littore iacenteis.

PRVDENS] ſciens, iudicio ac voluntate: vel prudenter.

QVI SPECIES ALIAS VERIS, &c.] ex iis duobus, quæ Agamemnoni plebeius, ſeu priuatus obiecerat, videlicet eum & diuos placaſſe ſuo, id eſt, filiæ ſuæ ſanguine, & furioſum in eo fuiſſe: prius illud faſſus eſt Agamemnon: hoc poſterius negauit, ſe furioſum propterea fuiſſe. Nunc igitur probare conatur plebeius quod ille negauerat, hoc modo. Sed mihi priùs admonendus eſt lector, hunc locum in omnibus libris, quos quidem viderim, tum excuſis, tum calamo exaratis eſſe corruptum: à me autem vnius litterȩ adiectione reſtitutum. Cùm enim anteà ita legeretur, *Qui ſpecies alias veri*, &c. ego ſic emendaui, *Qui ſpecies alias veris*, meam cõiecturam doctis omnibus approbãtibus, &, quod caput eſt, ipſa veritate, ac ſententia hanc ſcripturã poſtulante. ſpecies autem aliȩ veris, ſeu aliæ à veris (vtroq; enim modo loquuntur Latini, vt mox dicemus) ſunt ſpecies à veris differentes, ſpecies falſæ: quib. nobis occurrentibus decepti falſa, & praua pro rectis, & veris ſequimur, expetimus, probamus. ſic M. Tull. off. 3. de Regulo, *Is cum Romam veniſſet vtilitatis ſpeciem videbat: ſed eam, vt res declarabat, falſam iudicauit.* ibid. *apud ſuperiores, vtilitatis ſpecies falſa ab honeſtatis auctoritate ſuperata eſt.* eadem ratione, falſa viſa idem M. Tull. nominat in Lucullo, quæ cùm habeant quandam veri ſimilitudinem nos inducunt, vt falſa pro veris habeamus. Iam verò hoc genus loquendi, *aliud vero*, aut, *aliud à vero*, Latinis eſt vſitatũ: vt docuimus in annotationibus noſtris in lib. 1. Ariſt. de morib. ad Nicom. ex quibus licet (opinor) nobis exempla in hunc locum transferre. M. Brut. epi. ad M. Tull. lib. 2 *Nos ab initio ſpectaſſe otium, nec quicquam aliud à libertate communi quæſiſſe, exitus declarat.* *aliud à libertate*, id eſt, diuerſum, diſcrepans, & differens à libertate. Tibull. lib. 3. eleg. 4. *Hoc tibi cõiugium promittit Delius ipſe, Felix: hoc alium deſine velle virum.* hoc alium, id eſt, alium ab hoc, alium quàm hunc. ſic enim & emendat, & explicat M. Muretus mihi aſſentiens. Atque ita loquuntur Græci. Plato in Menone. ἄλλο ἐπιστήμης, aliud à ſcientia. Ariſtot. rhetor. 2. τὸ γὰρ δεινὸν ἕτερον τοῦ ἐλεεινοῦ, id eſt, horribile enim aliud eſt à miſerabili. & de morib. ad Nicom. lib. 10. ὁ φίλος ἕτερος ὢν τοῦ κόλακος, id eſt, amicus cùm ſit alius ab aſſentatore, &c. Idem lib. 5. ἢ γὰρ τὸ δίκαιον οὐ σπουδαῖον, ἢ τὸ ἐπιεικὲς οὐχ, εἰ δίκαιον ἄλλο, ἢ A εἰ ἄμφω σπουδαῖα, ταὐτόν ἐστι, id eſt, aut enim iuſtum non eſt bonum, aut æquum non, ſi aliud eſt à iuſto: aut ſi ambo iuſta ſunt, idem ſunt. Iterum Plato in Parmenide. οὔτ᾽ ἂν οὐδ᾽ ἂν οὕτως εἴη ὅ, περ ἐστίν, ἕν, ἀλλ᾽ ἕτερον ἑνός, id eſt, itaque ne ſic quidem fuerit vnum, quod eſt, ſed aliud ab vno. & in eodem dialogo iterum, ac ſæpius. Idẽ in Sophiſta. πονηρία ἕτερον ἀρετῆς, id eſt, improbitas aliud eſt a virtute. & Horat. epiſtol. ad Quinctium lib. 1. *Néve putes alium ſapiente, bonóque beatum.* Idem ad Auguſt. libr. 2. *Edicto vetuit ne quis ſe, præter Apellem, Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra.* Ita igitur probat, Agamẽnonẽ furioſum eſſe. *Qui ſpecies alias veris*, id eſt, vt diximus, à veris differenteis, ſeu non veras, & præterea ſceleris tumultu permiſtas, id eſt, cum ſcelere coniun- B ctas capiet, commotus habendus eſt, & furioſus. at tu ſecutus es ſpeciem religionis falſam, & cum ſcelere coniunctam, tum cùm filiam tuam diis immolare inſtituiſti, quaſi eos eius ſanguine placaturus, & tuæ claſſi ſecundum exitum, fauſtámque nauigationem ab illis impetraturus. furioſus igitur fuiſti. Porphirio quidem quamuis aliquantum ſit corruptus hoc loco, vt & multis aliis locis, meam coniecturam, meámq; interpretationem adiuuat, & confirmat. ſic enim ille: *Qui concepit animo ſpecies falſas, & vera non videt, is demens eſt.* Poſtremò in cod. Torneſ. quãuis hic locus ſit itidem corruptus, tamen his verbis explicatus eſt: *Species veritati diſſimiles.* Quòd autem ſimius quidam, indignus, qui à me nominetur, nuper C ſcripſit, nihil hîc eſſe mutandum, & quia ſcriptum ſit in omnibus libris manuſcr. *alias veri*: & quia tale ſit hoc *alias veri*, quale apud Lucr. *aliena ſalutis*, nȩ ille valde deſipit. Nam primùm longè diſſimilis ſignificatio eſt vocis *alienus*: deinde longè alia ſtructura. dicunt enim Latini, *alienus vero, à vero, veri: & alius vero, alius a vero:* nunquã autem *alius veri*. Tum verò *aliud à vero*, ſeu *aliud vero*, eſt id, quod eſt vero diſſimile, ſeu quod nõ eſt verum: *alienum à vero* autem, quod eſt contrarium & inimicum vero: quemadmodum apud Lucretium, *aliena ſalutis*, dicuntur inimica ſaluti, peſtifera, & letalia: apud Horatium autẽ *ſpecies alias à veris* dicuntur, aliæ quàm veræ, differentes à veris, & ita non veræ: & apud eundem in illo verſu, *Néue putes alium ſapiente, bonóque bea-* D *tum*: alius ſapiente, & bono dicitur is, qui alius eſt, quàm ſapiens & bonus: ſeu alius præter ſapientem, bonúmque. Deniq; non poteſt dici aliud iis de rebus, de quibus alienum, neque alienum de quibus aliud, in eandem ſententiam. Verbi gratia, conſuetudo aliud quiddam eſt à natura, non tamen alienum eſt à natura. Vulgò enim dici ſolet, conſuetudinem eſſe alteram naturam. Ars aliud eſt à natura: ſed non eſt alienũ à natura: dicere enim ſolemus, artem imitari naturam. Æquum & bonum, id eſt, τὸ ἐπιεικές, aliud eſt à ſummo, ſeu ſcripto iure. non eſt tamen alienum à ſummo iure: ſed eſt melius, quàm ſummum ius. Sexcenta alia exempla ſi-

Digitized by Google

milia proferre poſſum. Sed hęc panca ſint inſtar mulrotum. Fui autem ea cauſa paullò longior, vt comprimerem quorundam impudétiam, qui cùm ſint in lingua Latina peregrini atq; hoſpites, quaſi Romæ cum Varrone, ac Cicerone viaerint de has lingua magno ſupercilio ſententiam pronuntiant, & ceteros, qui in ea bonam partem ætatis conſumſerunt, arroganter & faſtidioſè tertio quoque verbo damnant.

Aiax, immeritos dvm occ.] licet legere húc verſum ſine interrogatione, vt ſit conceſſio, boc modo: demus, Aiacem deſipere intereà dum agnos immeritos occîdit: tu cùm ſcelus admittis, id eſt, cùm filiæ ſanguine manus tuas cruentas ob titulos inaneis, ſanæ mentis es? & videtur argumentum eſſe à minori, hoc modo: ſi Aiax inſanus babetur eò quòd agnos iugulauerit: quanto tu inſanior, qui filiam tuam mactauiſti ambitione adductus? licet & interrogando pronuntiare. Aliquot libri veteres habent, *cùm occidit*, quam ſcripturam magnopere probo.

Scelvs admittis] filiam occîdis. ſcelus enim cædem ſemper aliquam, aut impietatem continet, vt alibi admonuimus. patriam prodere: parentes violare: Deos contemnere: hominem, qui non læſit, & ciuem occidere, ſcelus eſt.

Stas animo?] idem valet, quod illud ſuperius, *Rectum animi ſeruas?* eſne compos mẽtis? minimè verò.

Et pvrvm est vitio] expers vitij. mendoſè nonnulli coniungunt nomen *vitio* cũ voce *tumidum. purum* iunxit cum patrio caſu Oda 22. lib. 2. *ſceleriſque purus*.

Cùm tvmidvm est cor?] tale eſt illud M. Tullij Tuſcul. lib. 3. *Itaque non inſcitè Heracleotes Dionyſius ad ea diſputat, apud Homerum queritur Achilles, hoc (vt opinor) modo. Córque meum penitus turgeſcit triſtibus iris, Cùm décore, atque omni me orbatum laude recordor. Num manus affecta rectè eſt, cùm in tumore eſt? aut num aliquod membrum tumidum, ac turgidum non vitiosè ſe habet?* ſic igitur inflatus & tumens animus in vitio eſt. Sunt autem verſus illi Homeri, quos M. Tullius Latinos fecit, ex ἰλιάδ. ι. Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὁππότ' ἐκείνου Μνήσομαι, ὅς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξε.

Si qvis lectica] aliud argumentum à minori.

Pvpam, avt pvpillam] ſic habent nonnulli codices calamo exarati, quos ego ſecutus ſum. nam vulgata quidem ſcriptura, *Ruſam, aut puſillam*, quæ repetitur etiam in nonnullis veteribus cod. mendoſa eſt, cùm prima ſyllaba nominis *puſillam*, ſit breuis. circumfertur & hæc *Ruſam, & Ruſillam*, quam non improbo. pupus autem idem, quod puer: ex quo pupulus & pupillus. Catull. ad Caton. *Deprendi modò pupulũ puellæ Truſantem.*

Interd. hvic omne adim. ivs

A Pr.] prætor ei interdicat ſuorum bonorum adminiſtratione, tanquam furioſo, & det curatorem bonis. ſed quid opus eſt prætoris interdicto, cùm lex ipſa interdicat, vt mox dicemus?

Et ad sanos abeat tvt. pr.] tutelam poſuit pro curatione. nam propriè tutorem appellant Iuriſconſulti, qui datur pupillis: curatorem, qui puberibus, vſque ad annum 25. Datur etiam prodigis, & furioſis curator: ſed nõ ita, vt puberibus. bonis enim eorum datur, non ipſis, ſeu perſonis, quemadmodum ex pandectarum libris intelligere licet. vetabant autẽ XII. tabulæ furioſum dominum eſſe rerum ſuarum. earúmq; curatio ad illius gẽtileis, & propinquos
B pertinebat. Cornificius lib. 1. ad Herenn. *ſi furioſus exſiſtit* [aliàs *eſſe incipit*,] *agnatorum, gentiliúmque in eum, pecuniáque eius poteſtas eſto*. Columella lib. 1. cap. 3. ſcribit, Catonem dicere ſolitum, eum, qui agrum coleret nec ſalubri cęlo, nec fertilem, velut commotæ mentis ad agnatos, ac gentileis eſſe deducendum. ſic & Varro libr. 1. de re ruſtica. *Qui ſalubrem locum negligit, mente captus eſt, atque ad agnatos, & gentiles deducendus.* Iuſtinianus Inſtitutionum iuris ciuilis lib. 1. Tit. de curat. *furioſi quoque, & prodigi, licet maiores vigintiquinque annis ſint, tamen in curatione ſunt agnatorum ex lege duodecim tabularum.* ſic epiſtola ad Iulium Florum lib. 2. *Hic, vbi cognatorum opibus, curiſque refectus, &c.*
C Quòd ſi deſint propinqui, dantur curatores à prætore, vt ſuprà epiſt. 1. libr. 1. *Nec medici credis, nec curatoris egere A prætore dati.*

Qvid? si qvis natam] ſic legendũ eſt, & ita habent libri calamo exarati, vt vulgati, *Quòd ſi quis*.

Mvta] ἀλόγως, vt idem ſaty. 3. lib. 1. *Mutum & turpe pecus*, homines ſignificans quaſi mutos, id eſt, orationis & rationis expertes ante inuentum ſermonis vſum.

Integer est animi?] vt ſuprà ead. ſat. *Integer eſt mentis*, &c.

Hìc svmma est insania.] ſic reſtitui ex libris manuſcr. Nam vulgati omnes habẽt, hîc eſt ſumma inſ. planè inconcinnè, atque in-
D compoſitè.

Qvi sceleratvs:] qui ſceleratus erit idem & furioſus erit.

Qvem cepit vitr. f.] qui fama populari ducitur, quæ fragilis, & leuis eſt, hic & furore concitatus eſt. Vitream poſuit pro fragili: Od. 17. libr. 1. pro pellucida, aut ſplendida aut marina, quia vitri color, aquæ colori ſimilis ſit.

Hvnc circvmt. gavd. bell. cr.] id eſt, hic inſanus & mente captus eſt. *Circumtonuit*, id eſt, attonitum reddidit, ſeu ἐμβρόντητον. Nam interdum tonitru homines de gradu, & ſtatu mentis deturbat. Bellona Martis ſoror, ſacerdotibus ſuis, & ſuorum ſacrorum cultoribus bonam mentem adimebat, ita vt deſtrictis gladiis cruenti circumcurſarent. Feſtus. *Bellona dicebatur*

batur

Digitized by Google

batur dea bellorum, ante cuius templum erat columella, quæ bellica vocabatur: ſupra quam, haſtam iaciebant, cùm bellum indicebatur. ſignificat Agamemnonem populari fama adductum & bellum Troianis intuliſſe, & filiam ſuam mactauiſſe, ideóqu furioſum eſſe.

NVNC AGE] nunc docet, luxurioſos quoque, & aſôtos inſanire.

VINCIT ENIM, STVLTOS RAT.] ſic loquitur ſaty. 3. lib. 1. *Nec vincet ratio, tantundem vt peccet, idémque, &c.* Nonnulli libri veteres habent *Vincet*.

HIC] Nomentanus, aut quiuis alius ei ſimilis.

EDICIT, PISCATOR VTI, PO.] edicere eſt palàm, & clarè, & veluti pro imperio dicere. Terent. Eunucho. *miles, nunc adeo edico tibi: Ne vim facias vllam in illam.* Virg. Æn. 3. *ſociis tunc arma capeſſant, Edico.* Itaque dicuntur edicere prætores, & conſules, cùm proponendum in publico, vel publicè prædicandum, ac proclamandũ, curant quid ſint obſeruaturi, vel quid fieri velint vel aliud ſimile. hic igitur luxurioſus nepos ſimul atque ampliſſimi patrimonij heres factus eſt atque hereditatem adiit, edicit vt piſcatores, aucupes, vnguentarij, coqui, cupediarij, lenones, ſcurræ, & id genus deliciarum, ac libidinum miniſtri, ſibi præſtò ſint, domúmq; veniãt. Ad hæc quæ hîc ab Horatio dicuntur, pertinet illud, quod dicebat Diogenes Cynicus, prodigos & nepotes ficubus in loco edito & præcipiti natis eſſe ſimiles, quia, quemadmodum harum fructibus non homines veſcuntur, ſed corui & vultures: ita & profuſorum ac nepotum bonis non viri boni, ſed aſſentatores, lenones, meretrices, tales peſtes fruuntur.

TVSCI TVRBA IMPIA VICI] homines, qui emunt vt pluris reuendant, id eſt παλιγκάπηλοι. Plaut. in Curculione, *In Tuſco vico ibi ſunt homines, qui ipſi ſeſe venditant.* turbam Tuſci vici impiam, id eſt, periuram, ſceleratam Deorum contemtricem, nominat, propterea quòd hoc genus hominum nihil proficiat, niſi ſtrenuè mẽtiatur, & peieret. alij lenones malunt ſignificari, qui omnium maximè ſunt periuri, atque impij, quod videtur verius. ſequitur enim mox *Verba facit leno.* Iam vnde appellatus ſit vicus Tuſcus, docet T. Liuius libr. 2. & Varro libr. 4. de ling. Lat. & Seruius ad illum locum Virg. Æn. 5. *Tres equitum numero turmæ.* vbi hunc locum profert.

CVM SCVRRIS] ſcurræ ſunt βωμολόχοι, paraſiti, qui riſum mouent diuitibus pabuli cauſa.

FARTOR.] à farciendo fartores appellati, qui farcimina conficiunt.

CVM VELABRO] velabrum, locus Romæ à vehendo dictus, quòd cùm paludibus mõs Auentinus à reliquis eſſet diſcluſus, eò ex vrbe, quadrante ſoluto per paludes illas aduchebantur. Alij à velis, propterea quòd viam, quæ è foro ad hippodromum ferebat, velis obtendere ſo-

A lebant. In eo habitabant vnguentarij, vt vult Porphir.

MACELLVM] macellum dictum vel à voce Græca μάγειρος paucis litteris immutatis, vel à Macello quodam, qui exercebat in vrbe latrocinia: quo damnato cenſores, Æmilius, & Fuluius, ſtatuerunt, aut vt in domo eius obſonia venderentur: aut vt ex eius pecunia locus publicus obſoniis vendendis accommodatus extrueretur. ſic ferè Varro lib. rerum Romanarum, & Plutarchus quæſtion. Rom.

ACCIPE QVID CONTRA] quidam libri veteres habent, *Accipe quid contra hæc &c.* Accipe autem, id eſt audi, ſeu cognoſce. ſic Virg. libr. 2. Æneid. *Accipe nunc Danaûm inſidias.* notat Seruius ad illum locum, *da Tityre nobis*, in

B Tityro.

ÆQVVS] placidus, facilis, aſſentiens huic lenoni, æquiſſimo animo orationem lenonis audiens. eſt enim hæc vis huius nominis interdum vt ſæpe anteà admonuimus.

IN NIVE LVCANA] alloquitur venatorem, dormis ſub dio, αἰθριοκοιτεῖς. ſuprà Od. 1. libr. 1. *manet ſub frigido Venator.*

TV PISCEIS] hæc oratio habetur ad piſcatorem.

HIBERNO EX ÆQVORE] ex mari piſces euerris tẽpore hiberno. hieme piſcaris, quo tẽpore difficilior, laborioſior, periculoſior denique eſt piſcatio. Scriptura, quã in quattuor codic. manuſcriptis, vno Vatic. Rain. cardin. Iann.

C Torneſ. reperi, *hiberno ex æquore verris*, ita mihi, & omnibus viris doctis, quibuſcum communicaui, probata eſt, vt temperare mihi non potuerim, quin ita excudendum curarim: quamquam vulgatam *vellis* non damno. a verbo verrendi autem euerriculum eſſe nominatum, retis genus, quod, quicquid piſcium nactum fuerit, euerrit, docet Nonius: citatque locum illum Cicer. ex orat. de ſignis. *Quod vnquam, iudices, huiuſcemodi euerriculum illa in prouincia fuit?*

DECIES] decies centena ſeſtertiûm nummûm millia.

TIBI TRIPLEX] triplum: & ita fortaſſe legendum. lenonem alloquitur.

MEDIA DE NOCTE] infrà epiſt. ad Mæcenatem 2. lib. 1. *media de nocte caballum Arripit.*

D FILIVS ÆSOPI] Clodius Æſopus, Clodij Æſopi tragœdi filius, luxurioſus nepos: cui Æſopum patrem hiſtrionem ducenties ſeſtertiûm reliquiſſe conſtat. Dignus planè fuit pater filio, ſiquidem illius patina ſexcentis ſeſtertiis fuit æſtimata, filius autem margaritas deuorauit.

DECIES] id eſt, decies centum millia ſeſtertiûm nummûm.

SOLIDVM] integrum, non comminutum, vno hauſtu.

DILVIT] aceto macerauit, & liquefecit.

BACAM] vnionem, margaritam. ſup. Od. 8. epod. *Nec ſit marita, quæ rotundioribus Onuſta baccis*

ambulet. Tradit Suetonius C. Cæſarem Caligulã ſimiliter portentoſiſſima ciborum genera eſſe commentum, vt pretioſiſſimas margaritas aceto liquefactas obſorberet. Tale quiddam & de Cleopatra narrant.

NEQVITIA, ET NVG. PRAVOR. ET AM. GEM.] nequitia, (id eſt, luxuria, & profuſo vitæ genere) & ingenij leuitate, & ſtudio rerum malarum ſimillimum. vide annot. ad illũ locum *ad cetera pene gemelli.* epiſt. ad Fuſcum Ariſt. libr. 1. malè enim Porphirio, ſi modò eius oratio eſt, putat *gemellum* poſitum eſſe pro *gemellorum.* Iam nequam homines dicuntur libidinoſi, luxurioſi lurcones, & voluptatibus liquefacti homines, ad nullam rem vtiles, vt alibi diximus.

LVSCINIAS] hîc fit συναίρεσις duarum vocalium *i* & *a*, vt alibi docuimus. hoc idem factitaſſe Æſopum hiſtrionem tradidit Plin. libr. 10. his verbis, *In patina poſuit aues cantu aliquo, aut humano ſermone vocales ſex nummis ſingulas coëmtas nulla alia inductus ſuauitate, niſi vt in his imitationem hominis manderet.*

IMPANSO COËM] impenſo pretio coëmtas: magno pretio comparatas.

QVORSVM ABEANT SANI?] id eſt, nónne ſit abſurdum, ſi iudicentur, aut cenſeantur ſani?

CRETA, AN CARBONE NOTANDI?] laudandíne ſunt, an vituperandi? in tribus cod. antiquis ſcriptum reperi, *Quorſum abeant ſani, vt creta, an carbone notati?* vt fortaſſe ita legendum ſit, *Quorſum abeant? creta, vt ſani, an carbone notandi?* verùm iudicet lector potiùs. Vnũ teſtabor, in omnibus libris antiquis ſcriptum eſſe *notati.*

ÆDIFICARE CASAS] hæc ſolent à pueris factitari. Tibull. lib. 2. elegia 1. *Turbaq; vernarum ſaturi bona ſigna coloni Ludet, & ex virgis exſtruet arte caſas.* Conatur autem oſtendere, puerilius eſſe amare, viro barbato, quàm hos ludos pueriles ludere.

PLOSTELLO] ploſtellum, puſillum plauſtrum: ſic ſup. dixit *ploſtra ducenta.*

EQVITARE IN ARVNDINE LONG.] Valerius Maximus libr. 8. cap. 8. *Socrates non erubuit tunc cum interpoſita arundine cruribus ſuis cum paruulis filiolis ludens ab Alcibiade viſus eſt.* Idémq; de Ageſilao traditum eſt à Plutarcho in apophthegm. Laconicis. φιλοτεκνότατος δ' ὢν διαφερόντως λέγεται ὅτι μικροῖς τοῖς παιδίοις κάλαμον ἐπιβεβηκὼς ὥσπερ ἵππον, οἴκοι συνέπαιζεν. &c. hoc etiam ab Æliano relatum eſt lib. 12. ποικίλης ἱστορίας.

AMENTIA VERSET] id eſt, is dicendus ſit amens, vel non dubium fuerit, quin eum amentia agitet. duo cod. calamo exarati habent *amentia vexet.* quæ ſcriptura non eſt reiicienda: neque tamen admodum refert vtro modo legas, quod ad ſententiam attinet.

SI PVERIL. HIS RATIO ESSE EVIN.] admonitum lectorem velim, libros omneis vulgatos eſſe corruptos, in quibus hæc ſcriptura inueterauit: *Sic puerilius:* cùm legendum ſit, *Si puerilius his ratio eſſe euincet am.* vt habẽt quatuor cod. antiqui, vnus Vatican. Ianno. Faër. Tornæſ. & item Clericanus, & Nicotianus. Hoc igitur ſentit Horatius, ſi doceo, ac peruinco rationibus & argumentis firmiſſimis, puerilius & ſtultius eſſe homini barbaro amare, quàm ædificare caſas & ſimilia: nec quicquam intereſſe, vtrùm talem nunc, barbatus, & grandis natu ſcilicet, ludum ludas, qualem olim ludebas, cùm puer eſſes trium annorum, an meretricis amore captus plores: quæro ex te, ſi ſic facturus, quod olim fecit Polemo, qui, cùm anteà molliſſimè, ac diſſolutiſſimè viueret, aſſiduéque in conuiuiis, & luſtris verſaretur: poſteaquàm à Xenocrate philoſopho Academico reprehenſus & obiurgatus eſt, omiſſo priore illo viuendi genere, dicitur ſeſe totum ad ſapientię ſtudium contuliſſe?

TRIMVS] puer trium annorum. coniungẽdum eſt autem nomen *trimus* cum aduerbio *prius* hoc modo, vtrúmne in puluere tale nunc opus ludas, quale prius ludebas, cùm trimus eras. itaque tollenda eſt diſtinctionis nota, quam habẽt vulgati codices poſt vocem *trimus*, & poſt nomen *puluere* locanda.

POLEMO] hanc rem ſic Laërtius, καί ποτε συνθέμενος τοῖς νέοις ἐστεφανωμένος, καὶ μεθύων εἰς τὴν Ξενοκράτους ἦλθε σχολήν· ὁ δὲ οὐδὲν διατραπεὶς συνεῖρε τὸν λόγον ὁμοίως. ἦν δὲ περὶ σωφροσύνης. ἀκούον δὲ τὸ μειράκιον, κατ' ὀλίγον ἐθηράθη, καὶ οὕτως ἐγένετο φιλόπονος, ὡς ὑπερβάλλειν τοὺς ἄλλους, καὶ αὐτὸν διαδέξασθαι τὴν σχολήν, id eſt, *Et aliquando re cum iuuenibus conſtituta, coronatus, & ebrius in Xenocratis ſcholam venit. Ille autem oculis immotis, ſimiliter orationem contexebat: erátque ſermo de temperantia. Adoleſcens autem audiens paulatim captus eſt: & vſque adeò fuit induſtrius, ſtudióque ac labori deditus, vt ceteros ſuperarit & magiſtro in ſchola ſucceſſerit.*

INSIGNIA MORBI] deliciarum, & amoris indicia, ornamenta amatoria: quæ ſtatim enumerantur.

FASCIOLAS] quibus coronæ præligabantur, ſeu quibus crura vinciebantur. M. Tull. lib. 2. epiſt. ad Attic. *& Epicratem ſuſpicor (vt ſcribis) laſciuum fuiſſe. etenim mihi caligæ eius, vt faſciæ cretatæ, non placebant.* Idem in orat. de Haruſpic. reſponſ. *P. Clodius à crocôta: à mitra, à muliebribus ſoleis, purpureiſque faſciolis, à ſtrophio, à pſalterio, à flagitio, à ſtupro eſt factus repente popularis.* Idem in Oratione in Clod. & Curionem. *Túnc cùm vincerentur pedes faſcis, cùm calanticam capiti accommodares, cùm ſtrophio accuratè præcingerere, &c.* Græci vocant ταινίας. Ita apud Platonem in ſympoſio interuenit Alcibiades ebrius, coronatus, & faſciis redimitus. verba Platonis hæc ſunt, καὶ ἐπιστῆναι ἐπὶ τὰς θύρας ἐστεφανωμένον αὐτὸν κιττοῦ τινι στεφάνῳ δασεῖ καὶ ἴων, καὶ ταινίας ἔχοντα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πάνυ πολλάς, &c. & Archytas apud Stobæum declarat, faſciarũ vſũ ad mollitiē pertinere. διὰ

τὸ

τῦτο ὐδαμῶς καλὸν ὔτε ἐσθῆσι πολλαῖς κα-ταϲκέπειν τὸ σῶμα, ὔτε ταινίαις κατειλεῖν, id eſt, icciro nullo modo honeſtum eſt, multis veſtibus corpus tegere, neque faſciis inuoluere. Vtebantur etiam faſciis homines infirma valetudine, & qui ex morbo ſurrexerant, & conualuerant, necdum ſatis firmi erant.

Cvbital] ſic legendum, non *cubitale*. quamuis enim vtrumque ſit Latinum, tamen *cubitale*, non patitur carminis lex. nam prima nominis *focalia* ſyllaba producitur, cùm à faucibus ſint appellata. eſt autem cubital à cubito nominatũ. erat enim puluinus, cui innitebãtur inter cenandum: quamquam hîc tegmentum brachiorum potiùs ſignificat, quod περιβραχίονα, ſeu περιβραχιόνιον Græci appellant. focalia autem ſolita erant adhiberi ab imbecillis ad arcendum frigus à collo, & faucibus. eiſdem vtebantur mulieres, molléſque, & voluptarij homines, paullùm à mulieribus differentes. Quintil. libr. 11. cap. 3. *Palliolum ſicut faſcias, quibus crura veſtiuntur, & focalia, & aurium ligamenta, ſola excuſare poteſt valetudo.*

Coronas] quibus vtebantur in conuiuiis & compotationibus, vt alibi oſtendimus. Plaut. in Menæch. *Non ego te modo hic ante ædes cum corona florea vidi Aſtare?* Idem Amphitr. *Spectatores, vobis ſpectantibus Capiam coronam mi in caput: aſſimulabo me eſſe ebrium.* Idem Aſinaria. *Poſſis, ſi forte accubantem tuum virum conſpexeris, Cum corona amplexum amicam ſi videas cognoſcere?* Ariſtoph. Pluto de iuuenello, qui amicã vetulã diues factus aſpernabatur. ἔοικε δ' ἐπὶ κῶμον βαδίζειν. Χρ. φαίνεται, στέφανόν γέ τοι, καὶ δᾷδ' ἔχων πορεύεται. lege annotata ad illum locum *nec tenedis apium coronis*. Od. 11. lib. 4.

Correptvs] libri aliquot veteres habent *correctus*. quod magis probo: & ita excudi iuſſeram. poteſt tamen recepta ſcriptura ferri.

Magistri] Xenocratis. M. Tull. de finib. lib. 5. *Hic Xenocrates, hic eius auditor Polemo.* Fuit autem Xenocrates, continentiſſimus: de quo cùm Lais meretrix aliquando ſponſionem feciſſet, *ne eum ad ſuos amplexus pelliceret, atque adeò perpelleret*, & ſub noctem metu ſimulato ad eum confugiſſet, vt apud illum totam noctem manendi, & cum eo cubandi cauſam probabilem, ſeu neceſſariam potiùs haberet: ille eam quidem domum recepit, & ſecum cubare paſſus eſt: ſed ne tantillũ quidem commotus eſt. qua re comperta cùm ij, qui cum ea ſponſionem fecerant, quaſi ſponſione victa, pecuniam ſtipulatam flagitarent: reſpondit illa, ſe de homine, non de lapide, ſponſionem feciſſe.

Porrigis irato p.] confert iterum amatorem cum puero.

Agit vbi secvm, eat, an non] totus hic locus ex Eunucho Terent. ferè ad verbum expreſſus eſt, vbi ſic Phædria, *Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem Cum arceſſor vltrò? an potius ita me comparem, non perpeti meretricum contu-*

A *melias? Excluſit, reuocat. redeam? non ſi me obſecret.* imitatus eſt & Perſius Sat. 5. *Nunc ferus & violens: at ſi vocet, haud mora, dicat. Quidnam igitur faciam? nec nunc cùm arceſſor, & vltro Supplicat, accedam?* in verſu Horat. *Excluſit: reuocat: redeam? non ſi obſecret:* ſubintelligendum eſt *me*, vt ſit integra oratio, qualis eſt apud Terent. *non ſi me obſecret. agit* porrò reſtitui auctoritate nouem codic. antiq. adductus, vnius Vaticani, Rain. Card. Torneſ. 2. Nico. 2. Ruſſard. Cleric. mei: *agit ſecum* autem, id eſt, loquitur ſecum. nam qui loquitur, agit, vt infrà annot. ad epiſt. 2. lib. 2. verſu 3. *Tibure vel Gabiis, & tecum ſic agat, &c.* Plato Cratylo. τὸ λέγειν μία τις τῶν πράξεων ἐστὶ, id eſt, loqui, ſeu, dicere, vna quædam eſt actio.

B O here, qvæ res Nec modvm h.] ſic Terentius, *Here, quæ res in ſe neque conſilium, neque modum Habet vllum, eam conſilio regere non poteſt, &c.*

Sibi nihilo plvs explicet] Terent. *Nihilo plus agas, quàm ſi des operam, vt cum ratione inſanias.*

Picenis] Satyr. proxima, *Picenis cedunt pomis Tiburtia ſucco.*

Gavdes, si cameram] Quid? (inquit) cùm tu excerpens ſemina ex pomis Picentinis, gaudes ſi quo caſu cameram. i. tectũ in curuitatẽ formatũ, vt exponit Feſtus, percuſſiſti? *penes te es?* id eſt, éſne mentis compos? profectò non es. *gaudes*, igitur, nempe quaſi ea res ſignificet, omnia
C tibi læta & ſecunda in amore euentura. Atque hunc locum ita eſſe intelligendum argumento erit id, quod à Iulio Polluce lib. 8. eo capite, in quo conuiuiorum luſus enumerat, traditum eſt Ἔτι τοίνυν τὸ σπέρμα τῶν μήλων, ὅπερ ἔγκειται τοῖς μήλοις ἔνδοθεν, ἄκροις τοῖς πρώτοις τῆς δεξιᾶς δύο δακτύλοις συμπιέζοντες ἐπὶ ὑγρὸν ἔτι καὶ ὀλισθηρὸν ὂν εἰ πρὸς ὕψος πηδήσειεν, ἐσημαίνοντο τούτῳ τὴν εὔνοιαν τὴν παρὰ τῶν παιδικῶν, &c. id eſt, Præterea ſemen malorũ, ſeu pomorum, quod ineſt in intimis eorum partibus, ſummis primis duobus manus dexteræ digitis comprimentes adhuc madidum, & lubricum, ſi ad laquear, aut cameram ſubſiluiſſet, ex eo ſignificari putabant, puellarum ſuarum erga ſe bene-
D uolentiam, &c. Alij ſimpliciter intelligunt, ſignificare Horatium, ſani hominis non eſſe, tempus conterere in mittendis, & exprimendis in cameram ſeminibus: quod ferè facere ſolemus cùm ceraſa edimus: neque tamen iccircò extra mentis poteſtatem eſſe dicimur, maximè ſi in regno noſtro id faciamus: aliud agere fortaſſe, & operam ludere videri poſſimus.

Qvid? cvm balba] hypallage eſt. erat enim recta locutio, Quid? cùm balbis verbis annoſum palatũ feris, & verberas, id eſt, cùm grandis natu iuuenum more puellam blandè appellas, quî ſanior es eo, qui caſas ædificat? *feris* autem reperi ſcriptum in quinque cod. vet. vno Vatic. Iann. Torn. Clericano, Nicotiano. alij libri habent, *feris* quod tamen non damno.

A Adde cruorem Stultitiæ] accedat (inquit) ad ſtultitiam amatoris, ſcelus, cædes, cruor, vt ſæpe fieri ſolet, nempe cùm miſcetur cum amore odium. Tum ſcilicet malum ingraueſcit: tum fit inſanabile, ac mortiferum amoris vulnus.

Atque ignem gladio scrut.] idem dicit, ſed obſcurius, & Pythagoreorum more, ἀλληγορικῶς, & συμβολικῶς. amor ignis eſt. ſi quis ad amoris inſaniam ſcelus addat, dici poterit ignem gladio ſcrutari.

Modò (inquam) Hellade perc.] Marius quidam Helladem impotenter amabat: à qua cùm ſe ſperni, & contemni putaret, eam B interfecit. quo facto incredibili mærore & ægritudine affectus, atque afflictus, ſeſe è ſublimi præcipitem demiſit. en tibi cruor cura ſtultitia coniunctus. Marij igitur exemplo oſtendit plerúmque homines ab amore ad cædem, & ſcelus progredi.

Cerritus fuit, an] id eſt, fuitne furioſus & inſanus, an ſceleratum quidem fuiſſe iudicabis, & tamen inſanum negabis, & ſanum fuiſſe dices? perinde ac ſi dicat: quo pacto poteſt eſſe ſanus, & ſceleratus? an hoc dices, Mariũ non fuiſſe inſanum, ſed ſceleratum, diſtinguens ſceleratum ab inſano, & ſuo quámque rem nomine volens appellare? quod quidem ineptum, & abſurdum eſt. nam ſatis probatum eſt, eum ſanum C non eſſe dicendum, qui ſit ſceleratus, & cæde pollutus, χαὶ μιαιφόνος; *Cerritus* dictum quaſi Cereritus, id eſt, à Cerere percuſſus, Δημητριακὸς, νυμφόληπτος. Itaque duæ ſyllabæ breues, *ce* & *re* in vnam longam coïerunt. Plautus Amphit. *quæſo, quin tu iſtanc iubes Pro Cerrita circumferri?* Idem in Pœnulo. *Ne tu opinere, haud quiſquam hodie noſtrûm curret per vias: Neque nos populus pro Cerritis inſectabit lapidibus.* Idem in Rudente, *Elleboroſus ſum. G. at ego Cerritus: hunc non mittam tamen.* Non. Marcel. Cerritos, & laruatos dici maleſanos, & aut Cereris ira, aut laruarum incurſatione vexatos ait. Sed ne quis miretur, me *Cerritus* excudendum curaſſe, liquidò confirmo ſic eſſe ſcriptum in omnibus libris antiquis. Oblata occaſione non pigebit me lectori indicare Simeonis Boſij Le- D mouicis coniecturam de quodã Cic. loco in epi. 5. lib. 8. epiſt. ad Attic. non longè à princip. vbi ſic legitur in noſtra editione, vt & in vulgata, niſi quòd verſum Græcũ emendauimus. *Et ſi ſolet eũ, cum aliquid furioſè fecit, pœnitere. numquã autem* [al. *tamen*] *certior fuit, quàm in hoc negotio. Nam, quod ad te non ſcripſeram, poſtea audiui, à tertio miliario tũ eum iſſe,* Πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμήναντα, &c. Ille igitur pro *certior fuit*, legendũ cenſet *cerritior fuit*, id eſt, inſanior: & pro *eum eſſe, euomuiſſe, &c.* Verſum etiam Græcum immutandũ cenſet: *in quo* ab eo diſſentimus. Sed hac de re aliàs.

Libertinus erat, qui] nunc ad ſuperſtitioſos veniamus: vel, vt quidam volunt, ad eos, qui ſupra modum mortem extimeſcunt. verùm tamen potiùs de ſuperſtitioſis ſermonem nunc haberi puto, præſertim cùm teſtetur Porphyr. libertinos ab Auguſto his ſacris præfuiſſe, & ex eo Auguſtaleis eſſe dictos.

Circum compita] in quibus erant Lares ab Auguſto poſiti. Imò verò ante Auguſti tempora Compitalia ſunt appellati dies feſti Laribus attributi. Ouid. lib. 2. Faſt. *qui compita ſeruant, Et vigilant noſtra ſemper in æde Lares.*

Siccus] ne quis dicat eum vino madidum, & ebrium fuiſſe.

Lautis manè senex manibus] oratori manus lauabant. prætereà Heſiodus vetat illotis manibus Ioui manè libare: quoniam (inquit ille) non audiunt, ſed reſpuunt preces. B μηδέ ποτ' ἐξ ἠοῦς Διὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον Χερσὶν ἀνίπτοισιν, μηδ' ἄλλοις ἀθανάτοισι. Οὐ γὰρ τοίγε κλύουσιν ἀποπτύουσι δέ τ' ἀράς.

Et vnum Quiddam m. ad.] ad illa ſuperiora hoc addebat, quod ſequitur. addebat ad facta, hæc verba, quibus Deos orabat, vt ſolus à morte vindicaretur. quid poteſt autem mortalis à Diis petere maius, quàm immortalitatem? Quidam libri manu ſcripti habent, *& vnum, Quid tam magnum? addens: vnum me, &c.* quę ſcriptura ſicui probabitur, videtur hæc eius eſſe ſententia, & orabat deos his verbis, vnũ me, me (inquam) vnum, morti ſurripite, id eſt, à morte vindicate. quid tam magnum eſt, quàm immortalitatem conſequi? vel ſic diſtingue: quid? tam C magnum? id eſt, quid? eſtne hoc tam magnum à diis immortalitatem conſequi, cùm dij omnia poſſint? *Diis etenim facile eſt, &c.*

Vnum me surpite morti] me vnũ ab inferis & Orco vindicate. me vnum immortalitate donate: vel me vnum aliis omnibus ſuperſtitem eſſe iubete. his verbis ſuperſtitioſum deſcribi putabat Simeo Boſios, quia quemadmodum parentes, qui totos dies deos orabant, vt ſibi filij eſſent ſuperſtites, iccirco ſuperſtitioſi dicti ſunt: ita hic, qui ſe vnum omnibus ſuperſtitem eſſe exoptat, ſuperſtitioſus eſt appellandus, à quo diſſentio. *ſurpite* autem dictum pro *ſurripite*, id eſt, ſubducite, eripite.

Diis etenim facile est] ex his in- D telligimus, hunc libertinum ſuperſtitioſum fuiſſe. ſed non videtur mihi omittendum, aut diſſimulandum, quod quidam vir doctus mihi dixit aliquando in ſermone: hunc libertinum non eò poni ab Horatio, vt nobis ſuperſtitioſi exemplum ſuppeditet: ſed potius vt hominis nimium mortem extimeſcentis. mouebatur autem verbis illis, *vnum me ſurpite morti.* Iam ne hoc quidē dubium eſt, quin mortem ſupra modum horrere, vitioſum, & vituperabile ſit. ego nihil pronuntio, & ſuum cuique liberum iudicium relinquo.

Sanus vtrisque Aur. a. o. m.] ſanus toto corpore quidem ille, ſed mente non item.

Mentem, nisi litigiosus, Excip. d.] id eſt, mentem autem Dominus in ven-

vendendo, exciperet, id eſt, excepiſſet, niſi litigare veller, vel niſi liteis amaret. Vt hic locus autẽ planius intelligatur, ſciendum eſt, venditorem mancipij, qui in vendendo, ſerui vitia, quæ ſcire debuit, & quæ non ſunt in promtu, tacuit, præſtare edicto ædilium: videlicet, ſi non ſit ſanus ſiue corpore, ſiue animo, ſi fugitiuus, ſi fur. qua de re vide annot. ad illum locum, *In ſcalis latuit metuens pend. hab.* epiſt. 11. libr. 2. ſed quæret aliquis. quî poterat hic à domino venire, aut omnino dominum habuiſſe, cum eſſet libertinus, vt hic dicitur, nã libertini nũquã ſeruierant ſeruitutem, quippe qui eſſent liberti filij. (loquor autem ex eorum ſententia, qui volunt inter libertos, & libertinos diſcrimen fuiſſe.) Puto reſpõderi poſſe, aut libertinum pro liberto hic eſſe poſitum: itaque cùm ſeruus eſſet venditus: ab emtore, cui venditor in legem mancipij receperat, eſſe ſanum corpore, & furtis, noxáque ſolutum, fuiſſe manumiſſum. aut Horatium, ſiue potius Damaſippum non dicere, hunc libertinum aliquando fuiſſe à domino venditum: ſed hoc tantùm, ſi hic libertinus, ſeruus eſſet, & à domino ſuo venderetur, dominum fuiſſe in vendendo mentem exceptorum, id eſt, hoc ſerui vitium emtori dictatum ac pronuntiaturum, videlicet non eſſe ſanæ mentis: niſi ab emtore redhibitoriæ actionis periculum ſibi impendere vellet. Itaque ſignificat Damaſippus ſuperſtitioſos non eſſe ſanos animo: quod verum eſt. De ſuperſtitione, quam δεισιδαιμονίαν, id eſt, timorem deorum appellãt Græci, ſcripſit libellum vtiliſſimum Plutarchus.

Hoc qvoqve vvlgvs] nempe ſuperſtitioſos, vt omnes ferè intelligũt: vel, vt quidã, mortem nimiùm extimeſcenteis.

Fæcvnda in gente Meneni] credibile eſt hunc Menenium fuiſſe ætate Horatij quendam mente captum omnibus notum. Alij quia Dionyſ. Halicarnaſſeus ſcribit libr. 9. in gente Menenia, fuiſſe conſulem quendam Menenium non ſatis ſanæ mentis, iccirco per Menenios ſtultos ſignificari putant. alij ſtultos, Menenios dictos, vel à verbo Græco μέμηνα, id eſt, inſanio: vel à nomine ἀδύνατος, id eſt, iræ impotens, & iracundia elatus, vel à ἀφήνιος, id eſt, frenis & habenis patens, vt quadrupes. Ego exiſtimaui aliquando per gentem Meneniam, ſtultos ideò ſignificari, quia quemadmodum gens Menenia, fuit fæcunda Romæ, & multarum familiarum, ita ſtultorum maxima eſt multitudo, &, vt vulgò dicimus, numerus infinitus. Sed ſiue hoc, ſiue illud, aut illud probe nus, hoc dicit Horatius: hoc quoque vulgus, id eſt, ſuperſtitioſos ponit Chryſippus in numero ſtultorum, qui numerus eſt multiplex, atque adeò infinitus.

Ivpiter ingenteis] alterum exemplum ſuperſtitionis.

Frigida] aptiſſimum epithetum. nam hæc febris ab atra bili oritur, quæ frigida eſt. Febris autem quartanæ depellendæ rationem miram, & paucis fortaſſè inauditam, quam, cùm in Italia eſſem, à quodam Vmbro accepi, hîc referre volo. Sumatur totum id lotium, quod æger febre vigente, ſeu παροξυσμοῦ tempore ſemel effuderit. hoc lotio in locum aquæ, tantum farinæ, quantum ſatis ſit ad exiguum panem conficiendum, temperetur: ſubigatur, ac piſatur: paniſque fiat, & coquatur: coctus & refrigeratus cani maſculo, eſurienti, ſi æger ſit mas: fœminæ, ſi fœmina ſit, præbeatur: idque ter fiat. hoc facto æger conualeſcet, canis febri quartana corripietur.

Illo manè die, qvo] id eſt, die Iouis, Iupiter enim non alio die, quàm ſuo, ieiunium indicit. Eſt autem loquendi genus poeticum: pro eo, quod eſt, illo die, quo Conſules, aut alij magiſtratus ieiunium in honorẽ Iouis indicunt. T. Liuius lib. 36. *Eorum prodigiorum cauſa libros Sibyllinos ex S. C. decemuiri cum adiiſſent, renuntiarunt ieiunium inſtituendum Cereri eſſe: & id quinto quoque anno ſeruandum.*

Casvs, medicúsve lev.] id eſt, ſiue caſus aliquis, ſiue medicus hunc puerum morbo leuarit, ac liberarit. in cod. Iann. Torneſ. & vno Vatic. legitur *caſus, medicuſque.* non probo.

Ex præcipiti] ex periculoſo & ancipiti morbo: quamuis Cornelius Celſus ſcribat, quartanam neminem iugulare.

Mater delira nec.] mater ſtulta puerum exiſtimans Iouis beneficio conualuiſſe, atque icciircò ſe voti religione obſtrictam eſſe: vt ſe voto exſoluat, ac liberet, eum in Tiberi nudum ſtatuet, ac necabit. in Tiberi autem nudum ſtatuet, vt puer aqua præterfluente ablutus, & viuo flumine perfuſus, & ita purus, ad ſacra accedat. Virgil. Æneid. 2. *Me bello e tanto degreſſum, & cæde recenti Attrectare nefas, donec me flumine viuo Abluero.*

Qvóne malo mentem conc.] quo malo commota, & concitata mente reſpondet, *timore deorum.* vim nominis Græci expreſſit, δεισιδαιμονίας. nam, quam ſuperſtitionem appellant Latini, eam δεισιδαιμονίαν nominant Græci. quam illi pietatem, eam hi εὐσέβειαν. ſed nos Galli pietatem, δεισιδαιμονίαν, id eſt, timorem numinis diuini appellamus, *crainte de Dieu*, Iudæos fortaſſe ſecuti. Iam illud, *concuſſa mentem*, helleniſmus eſt, qualia ſunt illa *ſuſpenſi loculos, crineis religata.* Virg. Æn. 1. *Os, humeróſque Deo ſimilis*, & ſexcenta alia. nonnulli hæc verba, *Quóne malo*, ita explicant, *Quónam malo.* alij putãt illud *ne* abundare, & à veteribus ornatus cauſa nominibus adiici ſolitum eſſe, vt Satyr. 10. libr. 1. *O ſeri ſtudiorum, quine putetis Difficile, & mirũ, &c.* alij ſeruire interrogationi, vt hîc, & infr. ead. Sat. *Quantáne.*

Hæc mihi Stertinivs sapient. oct.] ſeptem duntaxat numerãtur totius Græciæ ſapientes nobiliores, & clariores. Horatius ſub perſona Damaſippi, Stertinium irridens,

Digitized by Google

quaſi magnam, ob ſapientiam, laudem meruerit, A octauum ei in ſapientibus locum tribuit.

DIXERIT INSANVM QVI ME, TOT. AVD.] vetus dictum, & Terentianum in Andr. *Si mihi pergit ea, quæ volt, dicere, ea, quæ non volt, audiet*. Sed ſuperior Terentio Sophocles, hanc ſententiam ſic expreſſerat in Aiace, Ἐγὼ γὰρ ἀνδρὶ συγγνώμην ἔχω Κλύοντι φλαῦρα, συμβαλεῖν ἔπη κακά. id eſt, ego enim ei ignoſco, qui cùm mala audierit, mala regerat. Homerus autẽ omnium antiquiſſimus ſic, ἰλ. ψ. Ὁπποῖόν κ' εἴπῃσθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις. id eſt, Quale verbũ mihi dixeris, tale & audies. & Heſiod. Εἰ δὲ κακὸν τ' εἴποις, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις. id eſt, Si autem male dixeris, citò & tu ipſe peius audieris.

ATQVE RESP. IGNOTO, &c.] id eſt, audiet ſua peccata: vel diſcet ſua peccata, quæ in poſteriore mantica condi ſolent, reſpicere. Æſopus dicebat duas vnumquemque noſtrûm manticas ferre, alteram à tergo, alteram à fronte: atque in ea quidem, quæ ante nos eſt, aliena peccata reponere: in poſteriore, noſtra. Hæc ſic leguntur Græcè apud Stobæum, Αἴσωπος ἔφη δύο πήρας ἕκαστον ἡμῶν φέρειν, τὴν μὲν ἔμπροσθεν, τὴν δ' ὄπισθεν, καὶ εἰς μὲν τὴν ἔμπροσθεν ἐντιθέναι τὰ τῶν ἄλλων ἁμαρτήματα εἰς δὲ τὴν ὄπισθεν τὰ ἑαυτοῦ. διὸ οὐδὲ καθορῶμεν αὐτά. Catull. ad Varum, *Sed non videmus, manticæ quod in tergo eſt*.

STOICE POST DAMN. SIC] Stoice (inquit Horatius) ſic tibi poſt damnum quæſtuoſa eueniat mercatura. *ſic*, eſt benè precantis, vt annotauimus ſup. ad Od. 3. lib. 1.

QVA ME STVLTITIA] ſic omnes quidem habent, quos vidi, libri. Sed iis inuitis legẽdum cenſeo, *Quam me ſtultitiam*, &c. ſic loquitur ſup. ead. Sat. *hunc ego vulgum Errori ſimilem cunctum inſanire docebo*.

QVID? CAPVT ABSC.] quid? (inquit Damaſippus) exiſtimáſne te continuò ſanum eſſe, ſi tibi videris ſanus? Agaue, quæ Pentheum filium diſcerpſit, eique caput præcîdit, ſibine tum furioſa videbatur? minimè verò. ſic tu tibi videris ſanus, cum ſis tamen inſanus, ac furioſus.

NATI INFELICIS] Penthei, quem diripuerunt, ac dilacerarunt mulieres Thebanæ bacchâtes (in quibus erat & Agaue mater) propterea quòd ille ex arbôre, vel (vt alij volunt) ex edito ſaxo, eas ſacrificanteis proſpectare auſus erat. Quod autem ait hîc Horatius matrem Agauen caput eius abſciſſum tuliſſe, id confirmat Theocrit. εἰδ. λϛ. quod inſcribitur Λῆναι, ἢ βάκχαι. Μάτηρ μὲν κεφαλὰν μυκήσατο παιδὸς ἑλοῖσα, Ὅσσον περ τοκάδος πέλεθ' μύκημα λεαίνης. Ἰνὼ δ' ἔῤῥηξεν σὺν ὠμοπλάτα μέγαν ὦμον Λὰξ ἐπὶ γαστέρα βᾶσα, καὶ Αὐτονόας ῥυθμὸς ωὑτός, Αἱ δ' ἄλλαι τὰ περισσὰ κρέα νομέοντο γυναῖκες, Ἐς Θήβας δ' ἀφ' ἀφίκοντο πεφυρμέναι αἵματι πᾶσαι, Ἐξ ὄρεος πένθημα, καὶ οὐ Πενθῆα φέροισαι. cetera petat lector ex ipſo Theocr. atque adeò totum eidyllion legat. quod ſi faciet, non mediocrem voluptatem ex lectione capiet, ſed tamen ſuperiores illos Græcos verſus totidem Latinis interpretabor. *Correpto nati capite ingentem edit Agaue Rugitum, grauida quantum ſolet eſſe leæna. Ino autem magni oſſa humeri candentia frangit, Calcibus in ventrem inſultãs, quam deinde ſecuta eſt Autonoa: aſt aliæ matres depaſcere carnis Reliquias, Thebáſque ire omnes ore cruento, Ex illo luctum, non Penthea monte ferentes.*

ÆDIFICAS] ædificas ſumtuoſè, inſolenter, magnificè.

LONGOS IMIT.] allegoria eſt: diuites, & opulentos, & potenteis viros imitaris, cùm ſis B tenuis, & obſcuro loco natus. Erat autem Horatius parua quidem corporis ſtatura, ſed non ita humili tamen, vt ad bipedalem magnitudinem non perueniret, quod hic dicit. per breuitatem igitur ſtaturæ, tenuitatem, & anguſtias rei familiaris ſignificat, ſi conferantur cum opibus Mæcenatis & aliorum principum ciuitatis.

TVRBONIS] gladiatoris: quem aiunt breui corporis ſtatura fuiſſe, eundémque animoſum, & pugnacem.

SPIRITVM] φρόνημα. ſpiritus numero multitudinis dicere ſolet M. Tullius.

QVI RIDICVLVS MINVS ILLO?] vel ſubintelligere *es*, hoc modo, & tu idem, Turbonis C ſpiritum & inceſſum corpore maiorem rides. quî minùs illo ridiculus es? vel potiùs coniunge cum verbo *rides*, hoc modo, & tu idem rides Turbonis corpore maiorem ſpiritum & inceſſum: qui minus ridiculus, illo rides? *minus ridiculus*, ὢν ſubintell. teſtificor tamen me in cod. Nicot. & meo reperiſſe *es*.

VERVM EST] æquum eſt, par eſt, rectum eſt: vt epiſt. ad Mæcen. 2. lib. 1. *Metiri ſe quemque ſuo modulo, ac pede verum eſt*. ſic ſuprà ead. Sat. *Dij te Damaſippe, Deæque Verum ob conſilium donent tonſore*. M. Tull. orat. pro Murena, *Negat verum eſſe allici beneuolentiam cibo*. Idem ad Attic. lib. 2. *Quid verius, quàm in iudicium venire, qui ob rem iudicandam, pecuniam acceperit?* T. Liuius lib. 32. *Ceterum & ſociorum* D *audire poſtulata verum eſſe*. Virg. lib. 12. Æneid. *me verius vnum Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro*. Terent. Andr. *Idne verum eſt? imò id genus hominum eſt peſſimum* Homer. ἰλ. μ. Ἀλλ' ἔχον ὥστε τάλαντα γυνὴ χερνῆτις ἀληθής· Ἥτε σταθμὸν ἔχουσα καὶ εἴριον ἀμφὶς ἀνέλκει· id eſt, ſed ita erãt, ſeu ita ſe habebant, vt mulier manu victum quærens, vera, [id eſt, iuſta] Quæ pondus & lanam tenens, libram ſuſpendit, ſeu ſuſtollit. horum igitur verborum hæc ſententia eſt: an ſi Mæcenas ædificat, te quoque ædificare, & cum eo certare par eſt, qui tanto ei diſſimilis, & tanto eo inferior es, ſi cum eo certes?

ABSENTIS RANÆ PVLLIS] ranæ exẽplo, quæ ſeſe inflando vituli magnitudinem imitari, atque aſſequi conabatur, deterret nos, ne potentiorum,

tentiorum, ac ſuperiorum cultum, magnificentiam, & ſplendorem æmulemur.

Denarrat] *de* auget vim verbi: vt ſupr. *deſæuit, delitigat.* & apud Terent. *deamare, deuerberare.* Sic Plaut. Trucul. *numquam Ædepol mihi quicquam homo mortalis poſthac ſuarum rerum creduit, Ni ego veſtra hero amara facta denarrauero.*

Cognatos] συγγενεῖς, fratres: quod tamen videtur ἄκυρον. dic igitur, vt Porphyrio, ſecum natos, congeneratos.

Qvantáne? rogabat tantáne eſſet, quanta ipſa eſſet. quidam legunt *Tantáne*, quæ ſcriptura longè expeditior eſſet. eam tamen nullis in libris reperi. alij *Quantáne* dictum volunt pro *quantánam*, vt & ſuprà, *Quóne malo mentem concuſſa?* id eſt, quónam malo, quemadmodum illi explicãt. alij *ne* abundare, aut ornatus cauſa poſitum dicunt: quod probabilius eſt.

Nvm tandem se inflans, &c.] aliquot libri manuſcr. habent, *num tandem ſufflans, &c.*

Sic] δεικτικῶς, vt Od. 11. lib. 2. *Cur non ſub alta vel platano? vel hac Pinu iacentes ſic temerè, &c.*

Maior dimidio] reſpondet pullus.

Nvm tanto? ſubaudi, maior eſt? ait mater.

Non, si te rvperis] non, ſi diſrumparis, διαῤῥαγείης dicunt Græci. Demoſthen. orat. περὶ στεφάνου. ἐπειδὴ τοίνυν ἐκ τῆς Εὐβοίας ὁ Φίλιππος ἐξηλάθη, τοῖς μὲν ὅπλοις ὑφ' ὑμῶν, τῇ δὲ πολιτείᾳ καὶ τοῖς ψηφίσμασι, κἂν διαῤῥαγῶσί τινες τούτων, ὑπ' ἐμοῦ. id eſt, poſteaquam igitur eiectus ex Eubœa Philippus, armis quidẽ à vobis: conſilio autem reip. adminiſtrandæ, & decretis, (etiam ſi quoſdam iſtorum diſruptum iri videam) à me, &c. Virgil. in Melibœo, *inuidia rumpantur vt ilia Codro.* Propius autem ad hunc locum accedit exemplum illud ex epiſt. ad Mæcen. 3. lib. 1. *Rupit Hiarbitam Timagenis æmula lingua.* Martialis, *Rumpitur inuidia quidam cariſſime Juli, &c.* Sed idem Martialis lib. 10. hanc eandem de boue & rana fabulam ad ſtultam cuiuſdam Otacilij imitationem, ita vt Horatius, facetiſſimè accommodauit hoc epigrammate, *Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum: Ad quartum breue rus emit Otacilius. Torquatus nitidas vario de marmore thermas Exſtruxit: cucumam fecit Otacilius. Diſpoſuit daphnona ſuo Torquatus in agro: Caſtaneas centum ſeuit Otacilius. Conſul Torquatus: vici fuit ille magiſter: Nec minor in tanto viſus honore ſibi. Grandis vt exiguam bos ranam ruperat olim: Sic (puto) Torquatus rumpet Otacilium.*

Olevm adde camino] oleum camino addere, eſt malum alio malo cumulare, atque augere: aut malo ſatis graui per ſe, materiam, ac pabulum præbere. Notat hic Porphyr. *viſus eſt vulgari prouerbio, oleum in incendium.* ſignificat itaque Damaſippus, Horatium ſuaptè natura inſanire: & ad eius naturalem inſaniam poëmata accedere, tanquam pabula, quibus illa amplificetur, & maior fiat.

Qvæ si qvis sanvs fecit, s. t.] ſi quis vnquam ſanus fecit verſus, tu quoque ſanus facis verſus: ſed nemo ſanus fecit vnquam verſus: nemo enim poëta ſanus: Ergo, &c. alij ſic. demus, aliquem ſanum poëtam reperiri: non continuò tu quoque ſanus es, cùm verſus facis. non continuo ſequitur, ſi quis ſanus aliquando verſus fecit, te quoque ſanum verſus facere. & hoc ſenſu hæc legenda ſunt interrogando. ſed nõ eſt reticendum, in ſex libris manuſcriptis ita legi, *Quæ ſi quis ſanus facit, & ſanus facies tu.*

Non dico horrend. rab.] prætermitto iracundiam tuam, cum rabie comparandam. ſic M. Tull. lib. 4. Tuſcul. quæſt. *definitione fortitudinis aperta, quis eſt, qui aut bellatori, aut imperatori, aut oratori quærat aliquid, neque eos exiſtimet ſine rabie quicquam fortiter facere poſſe?* ibidem. *atque hi collocuti inter ſe, priuſquam manum conſererent, leniter & quietè, nihil, ne in ipſa quidem pugna iracundè rabioſeve fecerunt.* Quidam libri veteres habẽt, *Non dicam.*

Iam desine] verba Horatij ſua vitia à Damaſippo inuitè audientis, hoc modo. Deſine Damaſippe in me tot maledicta congerere, aut tot mea vitia enumerare.

Cvltvm maiorem censv] continuans orationem Damaſippus, omitto (inquit) cultum maiorem cenſu. ſignificat autem his verbis, Horatium ſumtuoſius & viuere, & veſtiri, quàm cenſus eius ferat. Non dubium eſt autem, quin Horat. dum ſibi parum parcit, aliorum vitia vrbanè notet, atque inſectetur. huc pertinet illud epiſt. 17. lib. 1. *Gloria quem ſupra vires, & veſtit, & vnguit, &c.*

Teneas Damasippe tvis tr.] id eſt, tuis te vitiis contineto: aliena autem ne tangito. ſatis multa habes vitia: noli eſſe in alienis exquirendis, & aperiendis curioſus. habes domi, quod agas.

Mille pvellarvm] Hæc quoque ſunt Damaſippi Horatio libidinem, & inſanos amores obiicientis. nam repetendum eſt ἀπὸ κοινοῦ non dico.

O maior tand. parc. insane] tertiò Horatius iubet Damaſippum finem facere ſui obiurgandi, ac reprehendendi, hoc modo: ô Damaſippe, quæſo deſinas tandem tu, qui me inſanior es, mihi minùs inſano maledicere: parciùs me obiurgato, cùm tu ſis me vitioſior, ſtultior, atque inſanior. tale ferè eſt illud ex Satyr. 3. lib. 1. *quid tu? Nullâne habes vitia? imo alia, & fortaſſe minora.*

TVRNEBVS.

EX lib. 7. cap. 10. Poſcere membranam ille videtur, qui ea ſcripſit, quæ in membranam efferenda ſint, nec retinenda in aduerſariis, aut palimpſeſto, nec delenda ſint, ſed edenda, & hominum lectioni committenda,

Sic, inquit apud Flaccum Damaſippus, *raro ſcribis vt toto non quater anno*

Membranam poſcas, ſcriptorum quæque retexens. A
teprehendit. n. Horatium, quòd quæ ſcribebat, tetexebat omnia, aut delebat: neque quicquam eorum dignum membrana putabat, & hominũ lectione.

Ex libr. 9. cap. 6. *-- ſtipare Platona Menandro,* eſt tanquam ſtipatorem & comitem Platoni Menandrum adiungere: quòd non philoſophandi tantum cauſa, ſed etiam ſermones ſcribendi in villam ſeceſſiſſet, cùm in ſermonibus imitari ſoleret lepores ſaléſque Menandri, Eupolidis, Archilochi.

Ex lib. 9. cap. 28. Inuidiæ magnam vim ad nocendum antiqui putabant, cùm eam ſola voluntate, & ipſo afflatu & contagione maleficam & B
venenatam eſſe, & hominibus, quibus malè vellet, obeſſe grauiter cenſerent: hinc illa Horatij,

Inuidiam placare paras virtute relicta? Leniendum enim & demulcendum hoc vitium quòd crederent, ita loquutus eſt. Rurſum, lib. 1. epiſt. 14.

Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam
Limat, non odio obſcuro morſuque venenat.

Catullus epigr. 7. baſia conturbat, ne quis malus inuidere poſſit, & ne mala faſcinare lingua. Diſcidium ſibi eueniſſe quadā ſuſpicatur inuidia Propertius, lib. 1. eleg. 11.

Inuidiæ fuimus, an me Deus obruit, an quæ
Lecta Prometheis diuidit herba iugis? Commemorat rerum geſtarum Auguſti magnitudinem Maro 3. Georgic. tantam eſſe, vt inuidia ſuum li- C
uorem in eas non ſit auſura expromere,

Inuidia infælix furias amnémque ſeuerum
Cocyti metuet.

Ex lib. 6. cap. 10. *Qui puteal Ianique timet celeréſque Calendas,* cùm Ouidius 1. De remed. amor ſcribit, vtrum de Iani templo, an de Iano, id eſt, de tranſitione quadam, quæ ad puteal Libonis eſſet intelligendum eſt? nihilo ſecius illud Horatianum,

-- poſtquam omnis res mea Ianum
Ad medium fracta eſt. Nam & in fori Romani regione legimus fuiſſe Iani templum, & prope puteal Ianos duos celebrem mercatorum locum auctore Victore. De vrb. Rom. reg. & locis. Ego igitur de templo non crediderim accipiendum: D
Eorum autem alter ſuperior dicebatur, alter inferior eodem Victore auctore. Vnde & ab Horatio ſcriptum, lib. 1. epiſt. 1.

-- Hæc Ianus ſummus ad imum
Perdocet. quod eſt ſuperior ad inferiorem vſque: ac medium eorum ſpatium, Ianus medius dicitur, vt ſuſpicor ab Horatio & à Cicerone lib. 2. officiorum, *à quibuſdam viris optimis ad medium Ianum ſedentibus.* Non deſunt, qui ibi tres Ianos fuiſſe ſcribant. Eſſe etiam Ianus cuipiam videretur in Ouidio pars portæ peruia, vt ſi duos in ea diſcrimine interpoſito poſtis medij, Ianos diceres. Inquit enim 2. Faſtorum

Carmentis porta dextro eſt via proxima Iano:
Ire per hanc noli, quiſquis es, omen habet. & Liuius 2. ab vrb. con. *Infelici via è dextro Iano portæ Carmentalis profecti.* Proinde quaſi vetus illa Carmentalis porta continuò duas haberet in proximo vias ſuis adiunctas Ianis: dextram, quæ ſcelerata eſt appellata ob calamitatem trecentorum Fabiorum, & alteram ſiniſtram: Sed his in locis de templo Iani proximo Carmentali portæ verba accipienda ſunt auctore Feſto, Pomp. lib. 16. cuius hæc verba ſunt, *Religioni eſt quibuſdam porta Carmentali egredi, & in æde Iani, quæ eſt extra eam ſenatum habere.*

Ex lib. 26. cap. 26. lib. 1. epiſt. 1.

-- Hæc Ianus ſummus ab imo
Perdocet. In regione fori Romani duo Iani erant ad arcum Fabianum vt ait Victor, incruſtati & adornati ſignis, ſuperior & inferior: celebris mercatorum locus & fœneratorum: apparétque ſpatium inter illos duos Ianos ſuperiorē & inferiorem, vocatum fuiſſe Ianum medium. Vt Ianus ſummus imúſque appellatus ideò ſit, quòd & medius eſſet. Horatius,

-- poſtquam omnis res mea Ianum
Ad medium fracta eſt. Cicero 2. Offic. 6. Philipp. *Commodius à quibuſdam viris optimis ad medium Ianum ſedentibus. Iterum, Ianus medius in Antonij clientela ſit?*

Ex lib. 22. cap. 1. *Quid ſculptum infabre, quid fuſum durius eſſet.* Supra lib. de Art. poëtic. In explicatione verſus *Excudent alij ſpirantia mollius æra.* ſcribuntur nonnulla hunc in locum.

Ex lib. 7. cap. 10. Scribitur eadem ecloga,
Dum ne quid ſimile huic, eſto vt libet: in quo obliquè quidem & acriter tamen perſtringitur Damaſippus vt inſanus: vt & alio loco,

-- qui tibi nomen
Inſano poſuêre: quo cognomine vulgo notabatur, vt apparet, cùm inquit,

Dixerit inſanum qui me, totidem audiet,
Morſum autem perſenſit, Horatiúmque vlciſcitur, & de iuſtitia inſaniáque diſſerit.

Ex lib. 9. cap. 6. *-- nihilo vt ſapientior ille,*
Qui te deridet, caudam trahat. explicatus eſt hic locus ſuprà in libello de Art. poëtic. in verſu.

-- traxitque vagus per pulpita veſtem.

Ex lib. 23. cap. 5. Qui non ex animo ridet, neq; exhilaratur: ſed coacto tanquam & inuito vultu renidet: non ſuo, ſed alieno vultu gaudere dicitur, vt apud Valerium Flacc. lib. 8. argon.

Errantéſque genæ, atque alieno gaudia vultu.
Sic & Horatius.

Cum rapies in iura malis ridentem alienis.

Non enim ſuis ridere malis videtur, qui inuitus lætitiam ſimulat, cùm eius priſtinus non agnoſcatur vultus, nec priſtinus ridentis habitus.

Ex lib. 4. cap. 13. Ait Plautus, Aſinaria Sc. Quid hoc ſit negot. *Adducit domum etiam vltrò, & reſcribit nummos.* Scribere nummos eſt, nummos non præſentes ſoluere, ſed pro his incertum diem ſoluendis apud Trapezitam ſe obligare, & per argentarium in certam diem cauere redditum iri nummos, qui debeantur. Quæritur enim pro pecunia præſenti cautionem ſoluendæ per menſam

Digitized by Google

menſam pecuniæ apud argentarium factam: & antè dictum erat, Plaut. ibidem. *Nam vidi huc ipſum adducere ad Trapezitam Exærambum.* Itaque apud Terentium in Phormione, act. 5. ſc. 7. *Illud mihi argentum iube rurſum reſcribi*, valet, caue mihi à menſa redditum iri: Et apud Horatium, *Putidius multò cerebrum eſt, mihi crede, Perilli Dictantis quod tu numquam reſcribere poſſis.* valet, quod tu nominibus ad menſam factis non poſſis ei per argentarium poſtea renumerare: ſic, Phormione act. 5. ſc. 8. *Quid ne ego perſcripſi porro illis, quibus debui?* Eſt, quod ad Trapezitam attuli, & totus ſcripſi, quibus diuumeraret certa die, vt nihil iam mihi reliquum ſit, atque ita expunxi nomina, quibus debebam.

Ex lib. 9. cap. 6. Cùm ait; *Audire atque togam iubeo componere*, attentionem poſtulat, vt in vera & longa reprehenſione. Qui enim ſe comparat ad audiendum attentius, togam primum colligit, & circum ſe componit, ne defluat, & ſoluta laxáque aliqua parte decidat: Qui etiam ad dicendum aggrediuntur, togam ſolent componere. Quintilianus, lib. 11. cap. 4. *Ergo cùm iudex in priuatis, aut præco in publicis dicere de cauſa iuſſerit, leuiter conſurgendum: tum componenda toga, vel ſi neceſſe erit, etiam ex integro ijcienda.*

Ex lib. 30. cap. 5. *--centum paria ob res*
Egregiè geſtas induco, dixit Perſius, Saty. 6. vbi duplicem ſignificare videtur hecatomben: ſed fortaſſe ludos gladiatorios ſignificat, cùm paria dicat. vt apud Horatium,

-- gladiatorum dare centum
Damnati populo paria. munera autem gladiatoria ludóſque in religionis parte numerabant.

Ex lib. 28. capite 3. Scribit Cic. in orat. quam poſt reditum ab exilio in Senatu habuit, *nondum palam factum erat concidiſſe Rempub. cùm tibi arbitraria funeris perſoluebantur.* & in Piſonem. *Atque eo in templo, eodem & loci veſtigio & temporis arbitraria non mei ſolum, ſed patriæ abſtuliſti.* Ego his in locis arbitraria ſignificare exiſtimo impenſam & precium funeris: quæ quidem res ita appellata eſt, propterea quòd in arbitrium alicuius ab eo, qui teſtatus fuerat, conferebatur: vt & Sepulchrum interdum. Horat. Saty. 5. huius libri.

--Sepulchrum
Permiſſum arbitrio, ſine ſordibus extrue: Sic & epulum funebre arbitrio alicuius permitti ſolebat à teſtatore. Horatius,

-- Atque epulum arbitrio Arri. quo factum eſſe arbitror, vt arbitrium præmium & precium ſignificet: vt arbitria victoriæ, pro præmijs victoriæ Q. Curtius dixit.

Ex lib. 3. cap.. 22. *Formam qua ludum gladiatorum erat ædificaturus conſiderauit*, cum dicit Tranquillus, in Iul. Cæſ. cap. 31. ſimulachrum ſignificat & adumbratam vel effictam ſpeciem (ichnographiam vocat Vitruuius libr. 1. cap. 2. atque orthographiam) qua ludum erat ædificaturus gladiatorum. Cicero, libr. 4. epiſt. famil. *vt ex tuis literis cùm formam Reipub. viderim, quale ædificium futurum*

A *ſit, ſcire poſſim*: eſt & forma, ad quam calceus conficitur: Horatius, Si ſcalpra & formam ſutor.

Ex libr. 7. cap. 10. *Si ſcalpra & formas*: Scalpra ſunt, quas Græci σμίλας vocant, ferramenta ſutoria primore parte curua & à flexu procurrentia acie recta, quibus corium ſecant: ſed & à ſimilitudine in falce vinitoria pars illa quæ ſic acie eſt recta poſt ſinum curuum ſcalprum vocatur à Columella, lib. 4. cap. 25. *quæ*, inquit, *à flexu procurrit ſcalprum.* nomen adeptum eſt à Scalpendo. Eo enim commodius ſic poſt flexum procurrente quàm directo ſcalpi poteſt.

Ac potius folijs parcus veſcatur amaris. puto hic ſignificari olera agreſtia, quæ amariora ſunt quam vrbana: vt omnia ſiluatica. Nam cultu & irri-
B gatione proficiunt atque manſueſcunt.

Ex lib. 23. cap. 22. Non eſt oſcitanter prætereundum cur à Perſio vitrea bilis dicatur 3. Satyra cum ſcribit,

--turgeſcit vitrea bilis,
Finditur. ea eſt bilis ſplendida & clara, id eſt quæ ſe clariſſimè è ſplendore prodit, quæ & ſplendida bilis à Flacco dicitur: quidam tamen putant, quæ ſtatim euaneſcit & frangitur, etſi emicat & ſplendet vt in verſu illo Publiano,

Fortuna vitrea eſt, cùm ſplendet, frangitur.
verùm vt expoſui, eodem modo Græci ὑαλέον clarum & pellucens appellans. Scio & apud medicos eſſe pituitam vitream, quam quis hic bilem vocari à poëta ſuſpicaretur: ſed id nimis lon-
C gè repetitum eſſet. non ſunt tam ex alto ducendi ſenſus, de quibus poëta nihil cogitarit.

Ex lib. 7. cap. 10 *Non eſt periurus, neque ſordidus: Immolet æquis Hic porcum Laribus.* Si, inquit, non eſt auarus (nam auari ſtudio rei augendæ quacumque ratione peierant & ſordidiſſimè viuunt) rem diuinam dijs Laribus porco faciat qui ei talem inſaniam non immiſerunt. Nam à laribus laruæ, à laruis furioſi inſanique vocantur.

Ex lib. 29. cap. 32. Porcis in expiationibus veteres vti ſolebant. Varro de re ruſt. lib. 2. cap. 4. Itaque *apud Plautum in Mnechmis, cùm inſanum quem putat vt pictus in oppido Epidamno, interrogat, Quanti hic ſunt porci ſacres?* & apud Cic. lib. 2. de legib. *Porco fœmina piaculum hæres patitur.* immolabatur &
D laribus, vt illud oſtendit,

-- immolet æquis
Hic porcum laribus

Ex lib. 26. cap. 14. Eleganter epiſtola 120. apud Senecam, *Sinum laxa* eſt ſinum veſtis extende & expande, vt eum lucro compleas. Sed audiendum coràm ipſe Seneca eſt,

Sinum laxa, merum lucrum eſt. Secus in Flacco ſinus laxus illius eſſe dicitur, qui ſinum non adſtringit, ideoq́ue quæ in eo gerit, effluere & excidere ſinit & perdit. Flaccus ait,

Ferre ſinu laxo donare & ludere vidi.

Ex libr. cap. 10. Nomen Iuriſiurandi etiam veteres poſuiſſe in execratione videntur: vt Seruius Oppidius apud Flaccum execrans natos ſi præturam aut ædilitatem peterent, eo: ſe dicit

Membranam poſcas, ſcriptorum quæque retexens. reprehendit. n. Horatium, quod quæ ſcribebat, tetexebat omnia, aut delebat: neque quicquam eorum dignum membrana putabat, & hominũ lectione.

Ex libr. 9. cap. 6. *-- ſtipare Platona Menandro,* eſt tanquam ſtipatorem & comitem Platoni Menandrum adiungere: quòd non philoſophandi tantum cauſà, ſed etiam ſermones ſcribendi in villam ſeceſſiſſet, cùm in ſermonibus imitari ſoleret lepores ſaléſque Menandri, Eupolidis, Archilochi.

Ex lib. 9. cap. 28. Inuidiæ magnam vim ad nocendum antiqui putabant, cùm eam ſola voluntate, & ipſo afflatu & contagione maleficam & veneratam eſſe, & hominibus, quibus malè vellet, obeſſe grauiter cenſerent: hinc illa Horatij,

Inuidiam placare paras virtute relicta? Leniendum enim & demulcendum hoc vitium quòd crederent, ita loquutus eſt. Rurſum, lib. 1. epiſt. 14.

Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam
Limat, non odio obſcuro morſuque venenat.

Catullus epigr. 7. baſia conturbat, ne quis malus inuidere poſſit, & ne mala faſcinare lingua. Diſcidium ſibi eueniſſe quadã ſuſpicatur inuidia Propertius, lib. 1. eleg. 11.

Inuidiæ fuimus, an me Deus obruit, an quæ
Lecta Prometheis diuidit herba iugis? Commemorat rerum geſtarum Auguſti magnitudinem Maro 3. Georgic. tantam eſſe, vt inuidia ſuum liuorem in eas non ſit auſura expromere,

Inuidia infælix furias amnémque ſeuerum
Cocyti metuet.

Ex lib. 6. cap. 10. *Qui puteal Ianique timet celeréſque Calendas,* cùm Ouidius 2. De remed. amor ſcribit, vtrum de Iani templo, an de Iano, id eſt, de tranſitione quadam, quæ ad puteal Libonis eſſet intelligendum eſt? nihilo ſecius illud Horatianum,

-- poſtquam omnis res mea Ianum
Ad medium fracta eſt. Nam & in fori Romani regione legimus fuiſſe Iani templum, & prope puteal Ianos duos celebrem mercatorum locum auctore Victore. De vrb. Rom. reg. & locis. Ego igitur de templo non crediderim accipiendum: Eorum autem alter ſuperior dicebatur, alter inferior eodem Victore auctore. Vnde & ab Horatio ſcriptum, lib. 1. epiſt. 1.

-- Hæc Ianus ſummus ad imum
Perdocet. quod eſt ſuperior ad inferiorem vſque: ac medium eorum ſpatium, Ianus medius dicitur, vt ſuſpicor ab Horatio & à Cicerone lib. 2. officiorum, *à quibuſdam viris optimis ad medium Ianum ſedentibus.* Non deſunt, qui ibi tres Ianos fuiſſe ſcribant. Eſſe etiam Ianus cuipiam videretur in Ouidio pars portæ peruia, vt ſi duos in ea diſcrimine interpoſito poſtis medij, Ianos diceres. Inquit enim 2. Faſtorum

Carmentis portæ dextro eſt via proxima Iano:
Ire per hanc noli, quiſquis es, omen habet. & Liuius 2. ab vrb. con. *Infelici via è dextro Iano portæ Carmentalis profecti.* Proinde quaſi vetus illa Carmentalis porta continuò duas haberet in proximo vias ſuis adiunctas Ianis: dextram, quæ ſcelerata eſt appellata ob calamitatem trecentorum Fabiorum, & alteram ſiniſtram: Sed his in locis de templo Iani proximo Carmentali portæ verba accipienda ſunt auctore Feſto, Pomp. lib. 16. cuius hæc verba ſunt, *Religioni eſt quibuſdam porta Carmentali egredi, & in æde Iani, quæ eſt extra eam ſenatum habere.*

Ex lib. 26. cap. 26. lib. 1. epiſt. 1.

-- Hæc Ianus ſummus ab imo
Perdocet. In regione fori Romani duo Iani erant ad arcum Fabianum vt ait Victor, incruſtati & adornati ſignis, ſuperior & inferior: celebris mercatorum locus & fœneratorum: apparétque ſpatium inter illos duos Ianos ſuperiorẽ & inferiorem, vocatum fuiſſe Ianum medium. Vt Ianus ſummus imúſque appellatus ideò ſit, quòd & medius eſſet. Horatius,

-- poſtquam omnis res mea Ianum
Ad medium fracta eſt. Cicero 2. Offic. 6. Philipp. *Commodius à quibuſdam viris optimis ad medium Ianum ſedentibus. Iterum, Ianus medius in Antonij clientela ſit?*

Ex lib. 22. cap. 1. *Quid ſculptum infabre, quid fuſum durius eſſet.* Supra lib. de Art. poëtic. In explicatione verſus *Excudent alij ſpirantia mollius æra.* ſcribuntur nonnulla hunc in locum.

Ex lib. 7. cap. 10. Scribitur eadem ecloga,

Dum ne quid ſimile huic, eſto vt libet: in quo obliquè quidem & acriter tamen perſtringitur Damaſippus vt inſanus: vt & alio loco,

-- qui tibi nomen
Inſano poſuêre: quo cognomine vulgo notabatur, vt apparet, cùm inquit,

Dixerit inſanum qui me, totidem audiet,

Morſum autem perſenſit, Horatiúmque vlciſcitur, & de iuſtitia inſaniáque diſſerit.

Ex lib. 9. cap. 6. *-- nihilo vt ſapientior ille,*
Qui te deridet, caudam trahat. explicatus eſt hic locus ſuprà in libello de Art. poetic. in verſu.

-- traxitque vagus per pulpita veſtem.

Ex lib. 23. cap. 5. Qui non ex animo ridet, neq; exhilaratur: ſed coacto tanquam & inuito vultu renidet: non ſuo, ſed alieno vultu gaudere dicitur, vt apud Valerium Flacc. lib. 8. argon.

Errantéſque genæ, atque alieno gaudia vultu.

Sic & Horatius.

Cùm rapies in iura malis ridentem alienis.

Non enim ſuis ridere malis videtur, qui inuitus lætitiam ſimulat, cùm eius priſtinus non agnoſcatur vultus, nec priſtinus ridentis habitus.

Ex lib. 4. cap. 13. Ait Plautus, Aſinaria Sc. Quid hoc ſit negot. *Adducit domum etiam vltrò, & reſcribit nummos.* Scribere nummos eſt, nummos non præſentes ſoluere, ſed pro his incertum diem ſoluendis apud Trapezitam ſe obligare, & per argentarium in certam diem cauere redditum iri nummos, qui debeantur. Quæritur enim pro pecunia præſenti cautionem ſoluendæ per

menſam

menſam pecuniæ apud argentarium factam: & antè dictum erat, Plaut. ibidem. *Nam vidi huc ipſum adducere ad TrapeZitam Exærambum*. Itaque apud Terentium in Phormione, act. 5. ſc. 7. *Illud mihi argentum iube rurſum reſcribi*, valet, caue mihi à menſa redditum iri: Et apud Horatium, *Putidius multò cerebrum eſt, mihi crede, Perilli Dictantis quod tu numquam reſcribere poßis*. valet, quod tu nominibus ad menſam factis non poſſis ei per argentarium poſtea renumerare: ſic, Phormione act. 5. ſc. 8. *Quod ne ego perſcripſi porro illis, quibus debui?* Eſt, quod ad Trapezitam attuli, & totus ſcripſi, quibus dinumerarer certa die, vt nihil iam mihi reliquum ſit, atque ita expunxi nomina, quibus debebam.

Ex lib. 9. cap. 6. Cùm ait; *Audire atque togam Iubeo componere*, attentionem poſtular, vt in vera & longa reprehenſione. Qui enim ſe comparat ad audiendum attentius, togam primum colligit, & circom ſe componit, ne defluat, & ſoluta laxaque aliqua parte decidat: Qui etiam ad dicendum aggrediuntur, togam ſolent componere. Quintilianus, lib. 11. cap. 4. *Ergo cum iudex in priuatis, aut præco in publicis dicere de cauſa iuſſerit, leuiter conſurgendum: tum componenda toga, vel ſi neceſſe erit, etiam ex integro eyciends.*

Ex lib. 30. cap. 5. *-- centum paria ob res*

Egregiè geſtas Induco, dixit Perſius, Saty. 6. vbi duplicem ſignificare videtur hecatomben: ſed fortaſſe ludos gladiarorios ſignificat, cùm paria dicat. vt apud Horatium,

-- gladiatorum dare centum

Damnati populo paria. munera autem gladiatoria ludóſque in religionis parte numerabant.

Ex lib. 28. capite 3. Scribit Cic. in orat. quam poſt reditum ab exilio in Senatu habuit, *nondum palam factum erat concidiſſe Rempub. cùm tibi arbitraria funeris perſoluebantur*. & in Piſonem. *Atque eo in templo, eodem & loci veſtigio & temporis arbitraria non mei ſolum, ſed patriæ abſtuliſti*. Ego his in locis arbitraria ſignificare exiſtimo impenſam & precium funeris: quæ quidem res ita appellata eſt, propretea quòd in arbitrium alicuius ab eo, qui teſtatus fuerat, conferebatur: vt & Sepulchrum interdum. Horat. Sary. 5. huius libri.

-- Sepulchrum

Permiſſum arbitrio, ſine ſordibus extrue: Sic & epulom funebre arbitrio alicuius permitti ſolebat à teſtatore. Horatius,

-- Atque epulum arbitrio Arri. quo factum eſſe arbitror, vt arbitrium præmium & precium ſignificet: vt arbitria victoriæ, pro præmijs victoriæ Q. Curtius dixit.

Ex lib. 3. cap.. 22. *Formam qua ludum gladiatorum erat ædificaturus conſiderauit*, cum dicit Tranquillus, in Iul. Cæſ. cap. 31. ſimulachrum ſignificat & adumbraram vel effictam ſpeciem (ichnographiam vocat Vitruuius libr. 1. cap. 2. atque orthographiam) qua ludum erat ædificaturus gladiatorom. Cicero, libr. 4. epiſt. famil. *vt ex tuis literis cùm formam Reipub. viderim, quale ædificium futurum*

A *ſit, ſcire poßim*: eſt & forma, ad quam calceus conficitur: Horatius, Si ſcalpra & formam ſutor.

Ex libr. 7. cap. 10. *Si ſcalpra & formas*: Scalpra ſunt, quas Græci σμίλας vocant, ferramenta ſutoria primore parte curua & à flexu procurrentia acie recta, quibus corium ſecant: ſed & à ſimilitudine in falce vinitoria pars illa quæ ſic acie eſt recta poſt ſinum curuum ſcalprum vocatur à Columella, lib. 4. cap. 25. *quæ*, inquit, *à flexu procurrit ſcalprum*. nomen adeptum eſt à Scalpendo. Eo enim commodius ſic poſt flexum procurrente quàm directo ſcalpi poteſt.

Ac potius folijs parcius veſcatur amaris. puto hic ſignificari olera agreſtia, quæ amariora ſunt quam vrbana: vt omnia ſiluatica. Nam cultu & irri-
B gatione proficiunt atque manſueſcunt.

Ex lib. 23. cap. 22. Non eſt oſcitanter prætereundum cur à Perſio vitrea bilis dicatur 3. Satyra cum ſcribit,

-- turgeſcit vitrea bilis,

Finditur. ea eſt bilis ſplendida & clara, id eſt quæ ſe clariſſimè è ſplendore prodit, quæ & ſplendida bilis à Flacco dicitur: quidam tamen putant, quæ ſtatim euaneſcit & frangitur, etſi emicat & ſplendet vt in verſu illo Publiano,

Fortuna vitrea eſt, cùm ſplendet, frangitur.

verùm vt expoſui, eodem modo Græci ὑαλόεν clarum & pellucens appellans. Scio & apud medicos eſſe pituitam vitream, quam quis hic bilem vocari à poëta ſuſpicaretur: ſed id nimis lon-
C gè repertum eſſet. non ſunt tam ex alto ducendi ſenſus, de quibus poëta nihil cogitarit.

Ex lib. 7. cap. 10 *Non eſt periurus, neque ſordidus: Immolet æquis Hic porcum Laribus*. Si, inquit, non eſt auarus (nam auari ſtudio rei augendæ quacumque ratione peierant & ſordidiſſimè viuunt) rem diuinam dijs Laribus porco faciat qui ei talem inſaniam non immiſerunt. Nam à laribus laruæ, à laruis furioſi inſanique vocantur.

Ex lib. 29. cap. 32. Porcis in expiationibus veteres vti ſolebant. Varro de re ruſt. lib. 2. cap. 4. Itaque *apud Plautum in Mnechmis, cùm inſanum quem putat vt pietur in oppido Epidamno, interrogat, Quanti hic ſunt porci ſacres?* & apud Cic. lib. 2. de legib. *Porco fœmina piaculum hæres patitur*. immolabatur &
D laribus, vt illud oſtendit,

-- immolet æquis

Hic porcum laribus

Ex lib. 26. cap. 14. Eleganter epiſtola 120. apud Senecam, *Sinum laxa* eſt ſinum veſtis extende & expande, vt eum lucro compleas. Sed audiendum coràm ipſe Seneca eſt,

Sinum laxa, merum lucrum eſt. Secus in Flacco ſinus laxus illius eſſe dicitur, qui ſinum non adſtringit, ideoque quæ in eo gerit, effluere & excidere ſinit & perdit. Flaccus ait,

Ferre ſinu laxo donare & ludere vidi.

Ex libr. cap. 10. Nomen Iuriſiurandi etiam veteres poſuiſſe in execratione videntur: vt Seruius Oppidius apud Flaccum execrans natos ſi præturam aut ædilitatem peterent, eo: ſe dicit

obſtringere iureiurando. Ita aotem ſcribitur, A

-- Iure -

Iurando obſtringam ambo: vter ædilis fuerit, vel
Veſtrum prætor, is inteſtabilis & ſacer eſto.

Concipi tameo videtur iuriſiurandi formula, in quam iuraturi erant eius filij: & iureiurando exe-cratio addi ſolebat, vt dita deteſtatione ſanctius redderetur.

Ex lib. 29. cap. 14. *Inteſtabilis*, vt inquit Caius, L. cum lege ff. qui teſtam. fac. poſſ. & qui teſt. *eſt & qui lege iubetur, ne eius teſtimonium recipiatur, neue ipſi dicatur teſtimonium.* Puto autem ratione plecti eum, qui teſtimoniom defugerit, vt nemo ei cogarur teſtimonium dicere, ex eo inde factum eſt, vt inteſtabilis homo, inuiſus, ſceleratus, flagitioſos & execrabilis eſſet. Horat. B

-- is inteſtabilis, & ſacer eſto. Plautus, Curculione ſc. quo te hoc noctis, *Semper caueto ne ſis inteſtabilis*. Salluſtius, in orat. Lepidi ad populum, *neque ſe aliter tutum putat, quàm ſi peior atque inteſtabilior metu veſtro fuerit.*

Ex lib. 7. cap. 10. *Ergo conſulere & mox reſpondere licebit.* Hic Flaccus imitatus eſt venuſtè iuriſconſultos, & eorum conſultores: qui enim ad eos adibant, dicere ſolebant, Licet conſulere? Cic. pro Murena. *Itaque non modò beneficij collocandi ſpem, ſed etiam illud quod aliquando fuit, licet conſulere? iam perdidiſti.*

Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis, valet, hic inſanus & furioſus eſt, ἐμβρόντητός ἐστι, vt C Græci dicunt, id eſt, attonitus eſt. nam tonitru homines de ſtatu mentis & prudentia deijciuntur.

Ex lib. 21. cap. 15. Lego apud Cic. in Piſonem, *non Senatum? non ciuitatem? cruentare corpus ſuum?* Nam Phrygijs numeris in ſacris Cibeles ſtimulati & in furorem acti ſe ſauciebant & cruentabant, Simile illud Flacci. *Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis.*

Ex libr. 25. cap. 17. Bellonæ miniſtri ſibi brachia cruentare ſolebant, Horatius,

Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis. Id tamen non tam faciebant, quàm artificio aliquo conſequebantur, vt facere viderentur. verum autem brachiorum cruentationem exegit Commodus. Lampridius, in Commodo. *Bellonæ ſeruientes verè D execare brachium præcepit ſtudio crudelitatis.*

Ex libr. 13. cap. 5. Immane precium, impenſum precium dicitur. Sed & impenſo emere tacita pretij voce vſurpauit Horatius cùm dixit, *Luſcinias ſolitus impenſo prandere coëmptas.*

Ex lib. 7 cap. 10. *- ponas inſignia morbi*
Faſciolas, cubital, focalia: hoc ego explano de hominibus, qui morbo laborarunt, quo liberati refocillatis recuperatiſque viribus, ponunt faſciolas, quib. crura obuoluebāt: ponunt & cubital, quod eſt brachiale, Græcis περιβραχιόνιον appellatum: vt enim faſciolæ crurum ſunt, ita cubitalia, tegmenta ſunt brachiorum. Abſque morbo enim faſcijs crura pedéſque inuoluere, viris indecorum erat, molléſque & muliebre cenſebatur. Ciceto in Clodium.

Tunc cum vincirentur pedes faſcijs, cùm calanticam capiti accommodares, Focalia aotem operimenta colli & faucium ſunt. Plutarchus de Demoſthene, καὶ μεθ' ἡμέραν εὖ καὶ καλῶς ἐρίοις καὶ ταινίαις κατὰ τοῦ τραχήλου κατειλιξάμενος. Fabius, *Palliolum ſicut faſciæ, quib. crura veſtiuntur, & focalia & aurium ligamenta, ſola excuſare poteſt valetudo.* Apud Fabium autem, vt interim hoc dicam, aurium ligamenta eſſe videntur, quæ à Græcis ἀμφωτίδες appellantur: ſed in Græcia pugilibus tribuebantur & luctatoribus.

Ex lib. 23. cap. 2. *Quid tum magnum*, vt in libro antiquo vidi, mallem quàm *Quiddam*, vt intelligatur, non eſſe magnum dijs & operoſum vnum B hominem ſeruare, & morti ſurripere.

Inexplicabile autem videtur nonnullis quod de libertino ſcribit Horat.

- mentem niſi litigioſus
Exciperet dominus, cùm venderet.

Serui n. inquiunt non libertini vænire ſolebant. Ego hoc explicatu facile puto. conſtat. n. cum antè ſeruum fuiſſe, & emptitium Horatius ponit. Cùm ergo dominus, ei qui emptum poſtea manumiſit, cum ſanum eſſe furtis noxiſque ſolutum ſponderet, aliáque præſtaret & caueret, quæ in mancipijs alienandis præſtari ſolent, mentem excepit. Mutatio igitur temporis eſt, pro excepiſſet, cum vendebat.

C *-- Hoc quoque vulgus*
Chryſippus ponit fœcunda in gente Meneni, ab Horatio perbellè ænigmatis more dictum eſt de ſuperſtitioſis, quos Chryſippus numero ſtultorum habet.

Nomina autem familiarum Romanarum quædam Græcanica erant, vt Æmiliorum, Pompeiorum. Sic & Meneniorum. Nam & αἱμύλος Græcum verbum eſt, & πομπή: & μενήνιος, qui tanquam frænis ſtultus habeniſque patet, ad nutumque & voluntatem aliorum flectitur, vel à μένειν deducitur, qui ira & cupiditate nimium intemperantérque effertur, ideoque inſanit: aut à μαίνεσθαι, quod eſt inſanio, vno elemento mutato ad euphomiſmū. Maniæ etiā & meniæ & meneniæ vicina nomina ſunt, quæ in ſtultitia & ineptijs ponebantur: vt gens Menenij ſit natio ſtul- D torum, quę longè latéque patet, neque vnius prouinciæ finibus continetur, ſed orbis terrarum, qua ſol vtrúmque recurrens aſpicit Oceaoum, amplitudine ſpatiatur. Ita ex familiæ nomine & veriloquio luſit poëta. Quidam etiam Menenium fuiſſe ea tempeſtate hominem inſanum ſuſpicantur. Eſt & apud Halicarnaſſeum libr. 9. conſul Menenius, qui ab hiſtorico ſtultitiæ inſimulatur aperriſſimè. *Mater.* inquit, quæ votum fecerit Ioui, vt eo ſe ream liberet, filium nudum, vt vouit, viuo flumine perfundet ſacrorum cauſa, vt caſtus & purus rem diuinam Ioui faciat, morbúmque, reuocabit, quo liberatus erat. *In gelida*, autem, *fixum ripa* dicit, ex antiquorum ritu, qui ſacris operaturi ſe in flumine purificabant.

Ex lib.

Ex li7.c.10. Obſeruandum autem arbitror eſſe, A Flaccum in percontatione particulis ſua ſponte interrogantibus, quis & quantus, addere ex ſuperuacuo etiam interrogatricem particulam, ne. vt, *Quóne malo mentem concuſſa?* id eſt, quo malo? &, *quantáne?* id eſt, quanta?

ARGVMEN. SATYR. 4.

Catium Epicureum inducit quædam artis culinariæ præcepta tradentem. Sub huius Catij perſona ſectam illam irridet, vt quæ in huiuſmodi rerum cognitione, tanquam maximi facienda, valde ſibi placeret, & lautæ menſæ honorem affectaret. Interim tamen pleraque à vera culinariæ artis ſcientia aliena hic ei tribuere exiſtimatur, vt illos eam quoque falsò ſibi arrogare oſtendat. B

*VNde, & quò Catius? non eſt mihi * tempus, * auenti*
Ponere ſigna nouis præceptis: qualia vincant
Pythagoran, Anytique reum, doctúmque Platona.*
Peccatum fateor, cùm te ſic tempore læuo
Interpellarim: ſed des veniam bonus, oro.
*Quòd ſi * interciderit tibi nunc aliquid, repetes mox:* C
** Siue eſt naturæ hoc, ſiue artis, mirus vtroque.*
Quin id erat curæ, quo pacto cuncta tenerem.
*Vt pote res * tenueis, tenui ſermone peractas.*
Ede hominis nomen, ſimul & Romanus, an hoſpes.
Ipſa memor præcepta canam: celabitur auctor. D
Longa quibus facies ouis erit, illa memento,
Vt ſucci melioris, & vt magis alba rotundis,
Ponere. namque marem cohibent calloſa vitellum.
Cole ſuburbano qui ſiccis creuit in agris,
*Dulcior, irriguo nihil eſt * elutius horto.*
Si veſpertinus ſubitò te oppreſſerit hoſpes,
Ne gallina malùm reſponſet dura palato,
Doctus eris viuam miſto merſare Falerno.
Hoc teneram faciet. pratenſibus optima fungis
Natura eſt: alijs malè creditur. ille ſalubreis
*Æſtates peraget, qui nigris * prandia moris*
Finiet, ante grauem quæ legerit arbore ſolem.
Aufidius forti miſcebat mella Falerno:
Mendoſè: quoniam vacuis committere venis
Nil, niſi lene, decet. leni præcordia mulſo
Prolueris melius. ſi dura morabitur aluus:
Mitulus, & viles pellent obſtantia conchæ,
*Et lapathi breuis herba, ſed albo non ſine * Coo.*
Lubrica naſcentes implent conchylia lunæ.
*Sed non omne mare eſt * generoſæ fertile teſtæ.*
Murice Baiano melior Lucrina Peloris.
Oſtrea Circæis, Miſeno oriuntur echini.
Pectinibus patulis iactat ſe molle Tarentum.
Nec ſibi cenarum quiuis temerè arroget artem,
Non prius exacta tenui ratione ſaporum.
*Nec ſatis eſt cara piſceis auerrere * menſa,*
Ignarum quibus eſt ius aptius, & quibus aſſis
*Languidus * in cubitum iam ſe conuiua reponet.*
Vmber, & iligna nutritus glande rotundas

*Curuat aper lanceis carnem * vitantis inertem.*
Nam Laurens malus eſt, vluis, & arundine pinguis.
*Vinea ſummittit * capreas non ſemper edules.*
*Fœcundi lèporis * ſapiens ſectabitur armos.*
Piſcibus, atque auibus quæ natura, & foret ætas,
Ante meum nulli patuit quæſita palatum.
** Sunt, quorum ingenium noua tantùm cruſtula promit.*
Nequaquam ſatis in re vna conſumere curam:
Ut ſi quis ſolum hoc, maláne ſint vina, laboret,
Quali perfundat piſceis ſecurus oliuo.
Maſſica ſi cælo ſupponas vina ſereno:
Nocturna, ſi quid craſſi eſt, tenuabitur aura:
Et decedet odor neruis inimicus: at illa
*Integrum perdunt * lino vitiata ſaporem.*
Surrentina vafer qui miſcet fæce Falerna
*Vina, colũbino limum benè colligit * ouo:*
*Quatinus ima petit, * voluens aliena vitellus.*
Toſtis marcentem ſquillis recreabis, & Afra
Potorem cochlea. nam lactuca innatat acri
Poſt vinum ſtomacho: perna magis, ac magis hillis
Flagitat in morſus refici. quin omnia malit,
Quæcumque immundis feruent allata popinis.
Eſt operæ pretium duplicis pernoſcere iuris
Naturam. ſimplex è dulci conſtat oliuo:

A *Quod pingui miſcere mero, muriáque decebit:*
*Non alia, quàm, quâ Byzantia * putruit orca.*
Hoc vbi confuſum ſectis inferbuit herbis:
Corycióque croco ſparſum ſtetit: inſuper addes
Preſſa Venafranæ quod baca remiſit oliuæ.
B *Picenis cedunt pomis Tiburtia ſucco.*
*Nam facie præſtant. Vennucula conuenit * ollis.*
Rectiùs Albanam fumo duraueris vuam.
** Hanc ego cum malis, ego fæcem primus, & alec,*
Primus & inuenior piper album cum ſale nigro
Incretum, puris circumpoſuiſſe catillis.
Immane eſt vitium, dare millia terna macello:
C *Anguſtóque vagos piſceis vrgere catino.*
Magna mouent ſtomacho faſtidia, ſeu puer vnctis
*Tractauit calicem manibus, dum * furta ligurrit:*
*Siue grauis veteri * crateræ limus adhæſit.*
*Vilibus in ſcopis, in mappis, in * ſcobe * quantus*
D *Conſiſtit ſumtus? neglectis, flagitium ingens.*
** Ten' lapides * varios lutulenta radere palma:*
Et Tyrias dare circum illota toralia veſteis,
Oblîtum, quanto curam, ſumtúmque minorem
Hæc habeant, tanto reprendi iuſtius illis,
Quæ, niſi diuitibus, nequeant contingere menſis?

Docte Cati per amicitiam, diuóſque rogatus,
Ducere me auditum, perges quocumque, memento.
Nam quamuis referas memori mihi pectore cuncta:
Non tamen interpres tantumdem iuueris. adde
Vultum, habitúmque hominis: quem tu vidiſſe beatus
Non magni pendis, quia contigit: at mihi cura
Non mediocris ineſt, fonteis vt adire remotos,
Atque haurire queam vitæ præcepta beatæ.

VNDE, ET QVÒ] ſic orditur Phædrum Plato. φίλε Φαῖδρε ποῖ δὴ, καὶ πόθεν; id eſt, care Phædre, quò, & vnde?

CATIVS] Catius philoſophos Epicuréus Inſuber: de quo M. Tull. epiſt. ad Caſſium libr. 15. *Nam, ne te fugiat, Catius Inſuber Epicuréus, qui nuper eſt mortuus, quæ ille Gargettius, etiam antè Democritus εἴδωλα, hic ſpectra nominat.* Idem eodem libro, cundem Catium, & Amafanium, ſeu Amafinium,] *malos verborum interpretes* appellat, Hunc inducit Horatius apud ſe quærentem, & cogitantem quibus nominibus vtatur in interpretandis, & Latinè exprimendis Epicureis quibuſdam præceptis, quæ ad artem culinariam, conuiuij apparatum, obſonia, condimenta, & ſimilia pertinent. Itaque interroganti Horatio vnde veniat, quò eat, reſpondet, ſe eſſe occupatiſſium in appellandis, & exprimendis ijs, quæ dixi, præceptis.

NON EST MIHI TEMP.] non eſt mihi tempos vacuum: non ſum vacuus, dum cupio litteris & memoriæ mandare noua quædam præcepta Pythagoréis, Soctaticis, Platonicis potiora.

AVENTI PONERE SIGNA] cupienti imponete nomina nouis præceptis, numquam à quoquam traditis, eadémque litteris mandare. *ſigna* interpretor nomina, & vocabula rerum. nomina enim ſunt rerum notæ, & σημεῖα, id eſt, ſigna, vt docet Ariſtoteles. Iccirco ea appellat Horatius indicia epiſt. de arte poët. *ſi fortè neceſſe eſt Indicijs monſtrare recentibus abdita rerum.* eodem pertinet illud in ead. epiſt. *licuit, ſempérque licebit Signatum præſente nota producere*, ſeu (vt alij legunt) *procudere nomen.* licet etiam interpretari *ſigna ponere*, litteris mandare. Nam etiam litteræ ſunt notæ, & ſigna rerum. Vir quidam doctiſſimus, idémqoe amplo ſacerdotio præditus dicebat, per ſigna ſignificari imagines, quæ adhibebantur ab ijs, qui artificialem memoriam colebaor. quam ſententiam quamuis non improbem (nam vt litteris, ita & imaginibus memoria adiuuatur, & conſeruatur: præterea vtræque ad res ſigoificandas comparatæ ſunt, quemadmodum & vocabula) tamen ſignorum appellatione mihi magis placet, voces, & nomina aur litteras, quàm imagines hoc loco intelligi, maximè cùm conſter, hunc Catium nomioibus, & vocabulis Latinis diſciplinam Epicuream explicuiſſe, litteriſque mandaſſe, vt ſuprà ex M. Tullio oſtendimus. Adiuuat ſententiam meam Arnobius: cuius hæc ſunt verba libr. 4. *An numquid iamdudum ſine nominibus dij erant: & poſtquàm res naſci terriſque meſſe cœperunt, his à vobis dignati ſunt ſignis, atque appellationibus nuncupari?*

QVALIA VINCANT PYTH. ANYT.] id eſt, quæ talia ſunt, vt Pythagoræ, Socratis, Platonis diſciplinam vincant: vel ſimpliciter, cuiuſmodi præcepta vincere poſſint, &c. in cod. Iann. ſcriptum erat *vincant*: itaque poſtea ſcriptum reperi in Nicotianis, & Clericano, & duobus alijs: in Ruſlardinis duobus, & tribus alijs *vincent*: in vulg. *vincunt*. ego *vincent* non improbo. *vincant* tamen malo. Verumtamen iudicent docti.

ANYTÍQVE REVM] Socratem: cuius tres fuerunt accuſatores, Melitus ſycophanta, Anytus ſophiſta, iratus Socrati quòd ab eo conuictus & reprehenſus eſſet, Lycon Rhetor, & concionator popularis.

TEMPORE LÆVO] tempore inopportuno: intempeſtiuè. cuius contrar. *dextro tempore.* ſat. 1. huius lib.

INTERCIDERIT] è memoria interea effluxerit. hæc enim vis eſt huius verbi: quemadmodum interceptæ litteræ dicuntur, quæ interea dum afferuntur ad eum, ad quem datæ ſunt, ab alio capiuntur.

REPETES MOX.] vel memoria repetes, vel ſimpliciter retractabis, & recoles.

SIVE EST NAT. H. SIVE ART. M. V.] qui, ſiue memoria natura conſtet, ſiue arte, vtroque mirum in modum excellis: vel ita: qui, ſiue hæc res, in qua tu occupatus es, ſit naturæ, ſiue doctrinæ, in vtraque præſtas.

QVIN ID ERAT CVRÆ] immò (inquit Catius) hoc ipſum agebam, quemadmodum omnia memoriæ mandarem. Itaque non erit mihi moleſtum, neque alienum à meo inſtituto, & conſilio, tibi illa narrare. ſic enim faciliùs memoriæ infigam.

RES TENVEIS] res ſubtileis, tenuiérque limatas, & quæ ſub aſpectum non cadunt: tantùm cogitatione comprehenduntur. λεπτὰ νοήματα, τὰ μὴ πολλοῖς εὔληπτα.

TENVI SERM.] λεπτοῖς λόγοις. vnde λεπτολόγοι, qui res tenueis & argutas, & minutas loquuntur: & λεπτολογεῖν, arguta minuta, & tenuia loqui.

Lᴏɴɢᴀ ǫᴠɪʙ. ғᴀᴄ. ᴏᴠɪs] Primùm, A quid hac de re tradiderint probati ſcriptores, proponam: deinde ſententiam Horatij (ſi id conſequi potero) explicabo. Ariſtoteles igitur ita ſcribit lib. ſexto de hiſtor. animal. ἔστι δὲ τὰ μὲν μακρὰ, καὶ ὀξέα τῶν ᾠῶν, θήλεα· τὰ δὲ στρογγύλα, καὶ περιφερῆ ἔχοντα κτ̀ τὸ ὀξὺ, ἄρρενα, id eſt, ea quidem oua, quæ longa ſunt, & acuta, fæminam excludunt: quæ autem rotunda, & obtuſa ab ea parte, quæ acuta ſolet eſſe, marem. Plinius autem lib. 10. cap. 52. planè pugnantia tradit his verbis, *fæminam edunt, quæ rotundiora gignuntur: reliqua marem*. Columella lib. 9. cap. 5. cum Plinio congruit his verbis, *Cum volet quis quamplurimos mares excludi, longiſſima quæque, & acutiſſima oua ſubyciet, & rurſus cum fæminam, quàm rotundiſſima.* B Veniamus nunc ad Horat. qui non videtur à Plinio, & Columella diſcrepare. hoc enim dicit, mea quidem ſententia: oua, quibus longa eſt figura, ſeu forma, meliore ſunt ſucco, & candidiora, quàm rotunda. ea igitur memento apponere potius, quàm rotunda. nam hæc, quæ dico, longa, cùm ſint veluti callo obducta, id eſt, dura, marem vitellum continent, ijs meliora, & ſalubriora ſunt, quæ fæmineum quid videtur ſignificare Plinius eodem loco. ſic enim ille, *Quæ oblonga ſunt oua, gratioris ſaporis putat Horat. Flaccus*. Immò fortaſſe hoc potius ſentit Horatius, & cum Ariſtotele conſentit: hoc modo, *namque marem cohib. call. vit.* oua enim calloſa, id eſt, rotunda, vitellum marem cohibent: quæ autem talia ſunt, C minus ſalubria ſunt, quàm fæminea, & longa: quia ſcilicet, nimis calida ſunt.

Pᴏɴᴇʀᴇ.] id eſt, apponere: vt ſat. 2. lib. 1. *poſitum ſic tangere nolit.*

Iʀʀɪɢᴠᴏ] qui irrigari ſolet. ſat. 1. huius lib. *Irriguúmque mero ſub noctem corpus habento.*

Cᴏʟᴇ sᴠʙᴠʀʙ. ǫᴠɪ sɪᴄᴄ. ᴄʀ.] ordo verborum, & ſententia hæc eſt: caulis, ſeu colis, qui creuit in agris ſiccis, id eſt, minimè irrigatis, dulcior eſt ſuburbano, vt pote qui creuit in hortis irriguis. quid ita? quia hortus ſuburbanus, qui crebrò irrigari ſolet, multùm deperdit de naturali ſoli bonitate. in quibuſd. lib. antiqu. legitùr *Cole*: quos ſecuti ſumus. nam vulg. ferè habent omnes *Caule*. D

Sɪ ᴠᴇsᴘᴇʀᴛɪɴᴠs sᴠʙɪᴛò] id eſt, ſi veſperi te imparatum occupauerit: ſi improuiſo aduenerit hoſpes, &c. *veſpertinus* dictum pro veſperi. nomen pro aduerbio, vt ſup. Od. 15. epod. *Nec veſpertinus circumgemit vrſus ouile.* & Virgil. de lupo, Georg. 3. *nocturnus obambulat.*

Nᴇ ɢᴀʟʟɪɴᴀ ᴍᴀʟᴠᴍ.] ne gallina dura malè reſponſet palato, id eſt, aduerſetur, & ob duritiem ingrata ſit palato. tralatio eſt in verbo *reſponſandi*. reſponſant enim, qui ferociter & aſperè alteri compellanti reſpondent. epiſt. 1. libr. 1. *An qui fortunæ te reſponſare ſuperbæ Liberum & erectum, &c.* & ſat. 7. huius lib. *Reſponſare cupidinibus, contemnere honores.*

Dᴏᴄᴛᴠs ᴇʀɪs ᴠɪᴠᴀᴍ] licet & alia ratione qua ſuis carneis duras, reddere teneras, ad veſcendum aptas, atque ad mandendum facileis. ſume quodlibet lapathi genus. hanc herbam in ollam, in qua gallinam, ſeu quas alias carneis coquere cogitabis, imponito. hoc teneras faciet.

Mɪsᴛᴏ] aqua diluto. quidam legunt *mulſo*. quam ſcripturam minus probo. verumtamen iudicet lector.

Aʟɪɪs ᴍᴀʟè ᴄʀᴇᴏ.] id eſt, alij non ſunt tuti: aliis non eſt tutum veſci. tralatio eſt in verbo *creditur*.

Qᴠɪ ɴɪɢʀ. ᴘʀᴀɴᴅ. ᴍᴏʀɪs ғɪɴ.] non dicit Catius, eum ſalubreis æſtates traducturum, qui, poſteaquam ſe obſonio expleuerit, prandium moris claudet, ac terminabit: (mea quidem ſententia) ſed, qui nihil præter mora nigra, & matura manè ex arbore decerpta, in prandio comedet. Nam perſpicuè Galenus docet, mora eſſe principio apponenda.

Aɴᴛᴇ ɢʀᴀᴠᴇᴍ sᴏʟᴇᴍ] quæ legerit antè quàm ſolis ardor ingraueſcat: quod eſt manè.

Aᴠғɪᴅɪᴠs ғᴏʀᴛɪ ᴍɪsᴄ.] Aufidius (inquit) mulſum ex Falerno, quod eſt auſterum, & ex melle conficiebat: mendoſè: quia nihil niſi lene venis vacuis committendum eſt. auſteritas autem illa vini Falerni etiam in mulſo remanebat.

Fᴏʀᴛɪ] auſtero. erat enim vinum Falernum auſterius, vt ſcribit Athen. Itaque illam auſteritatem veteres melle lenire, & mitigare, ex eóque mulſum melle addito conficere ſolebant. Verùm tamen non ita poterat ea auſteritas minui, neque temperari, vt vini Falerni, ſeu mulſi ex eo confecti potus in primis poculis ſalubris eſſet, vt quidem ait Catius: Vel dic epithetum *auſterum* eò additum eſſe, quòd erat & alterum Falerni genus dulce, vt idem Athen. tradit.

Mɪsᴄᴇʙᴀᴛ.] eóque ita temperato, & mulſo, quod ex eo vino, & melle conſtaret, vtebatur in primis poculis.

Lᴇɴᴇ] quod contrarium eſt auſtero: cuiuſmodi eſt vnum genus Falerni, quantumuis melle temperetur.

Lᴇɴɪ Pʀᴀ́ᴄ. ᴍ.] leni mulſo: cuiuſmodi eſſe non poterat id, quod eſſet ex vino auſtero, & melle temperatum.

Pʀᴏʟᴠᴇʀɪs] ſuprà ſat. 5. libr. 1. *Multa prolutus vappa nauta, atque viator.*

Mɪᴛᴠʟᴠs] Apud Athen. libr. 3. ſi locus eſt emendatus, hoc nomen ita ſcribitur μύτλος. verba Athenæi ſunt hæc, τὴν τελλίναν λεγομένην ἴσως δηλοῖ ἣν Ῥωμαῖοι μύτλον ὀνομάζουσι, id eſt, fortaſſe tellinam, quæ nominatur, ſignificat, quam Romani mutlum appellant. ego autem locum eſſe mendoſum arbitror, legendúmque apud Athenæum adiecto ἰῶτα μύτιλος. vel potius tranſlatis litteris μύτυλος. nam vtrumque reperitur in libris calamo ſcriptis, & *mutilus*, & *mitulus*: quorum vtrum ſit verum, non eſt facile, mihi quidem, pronuntiare. apud Martialem lib. 5. ita ſcribitur

ſcribitur hoc nomen, mytulus: quod idem eſt, ac A ſi *mutulus* ſcriptum ſit. nam y, & u, idem valent. Verſus Martialis ſunt hi, *Oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata Lucrino: Sumitur inciſo mytulus ore mihi.* Sed ego hanc quoque ſcripturam vitioſam eſſe puto. Quidam mitulos arbitrantur eoſdem eſſe, atque muſculos: quos Græci μῦας appellãt: de quibus Ariſtoteles lib. 4. de hiſt. animal. & Athen. lib. 3. quos videtur ſatis refellere Athen. nam perſpicuè τελλίνας ἀπὸ τῶν μυῶν, id eſt, mitulos à muſculis diſtinguit his verbis, τῶν τελλινῶν λεπτότεραι μὲν εἰσὶν αἱ βασιλικαί, διαχωρητικαὶ τε καὶ κοῦφαι. ἔτι δὲ καὶ τρόφιμοι. αἱ δὲ ποτάμιαι γλυκύτεραι. οἱ δὲ μύες μέτριοι εἰσὶ τρόφιμοι, διαχωρητικοί, οὐρητικοί, &c. id eſt, mitulorum tenuiores ſunt quidem regij, & aluum mouent, & B leues ſunt, tum prætereà valdè alunt: fluuiales autem ſunt dulciores: at muſculi mediocriter alunt, mediocritérque aluum, & vrinam mouent. ex his igitur verbis Athenæi perſpicuum eſt inter mitulos, & muſculos aliquid intereſſe.

Conchæ.] concharum nomen generale eſt, & quidem Græcum. κόγχαι autem videntur eſſe appellatæ παρὰ τὸ κεχηνέναι, quod eſt, hiare.

Et lapathi brav. herba] lapathum rumicem vocant Latini: quem laudat Lucillius apud M. Tull. lib. 2. de finibus, non quòd eius ſuauitas in ciborum delicijs locum habeat, quod quidam exiſtimauit: ſed quòd frugalitatem, C & parſimoniam in victu luxuria præſtabiliorem eſſe ducat. ſic Heſiodus maluam laudat, & aſphodelum, herbas parabileis, plebeias, & vileis, ſignificans idem, quod Lucillius, tenuem, ac modicum victum ſumtuoſis, & opiparis diuitum cenis eſſe anteponendum. dictus autem lapathus ἀπὸ τοῦ λαπάζειν, quod eſt exinanire, vt ſuprà notauimus ad illum locum, *Aut herba lapathi prata amantis, &c.* Oda 2. epod. Addidit autem hîc epithetum *breuis*, per breuem lapathum, rumicem minorem ſignificans, quem ὀξυλάπαθον vocant Græci.

Lvbrica nasc. impl. conch.] cur lubrica? an quia aluum leuant, molliunt, & lubricam reddunt? an, vt alij volunt, quòd ſunt D intus læuia, & polita?

Generosæ testæ] conchyliorum generoſorum: quæ ſunt ὀστρακόδερμα, id eſt, vt ſcriptores Latini recentiores appellant, teſtacea.

Lvcrina pelôris] peloris, oſtrei genus chama maius, vt ait Euſtathius. διὸ πελωρὶς λέγεται διὰ τὸ μέγεθος. iccircò (inquit) peloris propter magnitudinem appellatur. cum quo cõgruens Athen. lib. 3. ita ſcribit, πελωρίδες ὠνομάσθησαν παρὰ τὸ πελώριον. μείζων γάρ ἐστι χήμης καὶ παρηλλαγμένη ἡ πελωρίς. Pelorides nominatæ ſunt à voce πελώριον, quod ſignificat magnum, ſeu ingens. maior enim eſt chama peloris, & aliquanto ab ea differt magnitudine. Varro libr. 4. de ling. Lat. *in conchylijs* (inquit) *aliqua ex Græcis, vt pelorus, oſtrea, echinus.* Lucrinam autem intellige in lacu Lucrino captam.

Miseno orivntvr echini] de Echinis ſic Athen. lib. 3. Echinos autem tum terrenos, tum marinos, aduerſus eos, à quibus captantur, eſſe muniriſſimos, atque vndique ſepros ſpinas ſuas, tanquam vallum, opponenteis, teſtatur Ion Chius his verbis. At in terra quidem leonis arteis laudo, ſed magis echini, quamuis miſeras: qui cùm aliorum valentiorum in ſe imperum ſenſit, conuoluto ſpinoſo vndique corpore, rotundus iaceat aduerſus morſus, & tactus omnium animantium tutiſſimus. verba Græca retulimus ad Od. 4. epod. Echinorum autem marinorum cùm plura genera ſint, ſcribit Ariſtoteles, vnum genus eſſe, quod in cibum apponi poſſit, ac debeat, illud videlicet, in quo inſint ea, quæ oua magna nominantur. verba Ariſtot. ſunt hæc lib. 4. ζῴων ὅσον ἐν ἐχίνων γένος ἐσθιόμενον. τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν ᾧ τὰ καλούμενα ὠὰ μεγάλα γίνεται, καὶ ἐδώδιμα. Miſenus autem, ſeu Miſenum potiùs, Baiarum portus eſt. Plin. lib. 3. cap. 5.

Pectinib. patvlis] Pectines piſceis, etiam κτένας appellant Græci. Athenæus libr. 3. τῶν κτενῶν ἁπαλώτεροι μέν εἰσιν οἱ λευκοί. ἄβρωμοι γὰρ καὶ εὐκοίλιοι· τῶν δὲ μελάνων, καὶ πυῤῥῶν οἱ μείζονες * εὔστομοι. κοινῶς δὲ πάντες εὐστόμαχοι, εὔπεπτοι, εὐκοίλιοι λαμβανόμενοι μετὰ κυμίνου καὶ πεπέρεως, id eſt, Pectinum ij quidem ſunt tenuiores, qui albi ſunt. ſalſuginem enim non olent. ex nigris autem & rufis, qui ſunt maiores * guſtatu ſunt grariores. Communiter verò ſtomacho ſunt accommodati, faciles ad concoquendum, aluo vtiles, ſi ſumantur cum cumino & pipere.

Patvlis] cur pectines patulos dicat, ex Ariſtotel. lib. 4. intelligere licet, vbi ſic ſcribit: τῶν δὲ διθύρων τὰ μέν ἐστιν ἀναπτυκτά, οἷον οἱ κτένες καὶ οἱ μύες, &c. id eſt, eorum, quæ duabus teſtis continentur: alia ſunt patula, vt pectines, & muſculi, &c.

Molle Tarentvm] epiſtola 7. libr. 1. *imbelle Tarentum.*

Nec sibi cenar. qvivis] in cod. Rain. Card. & 1. Vat. ſcriptum eſt, *quiſque*: ex quo feceramus olim *quiſquam*, quod quamuis valdè probabile ſit, malùi tamen re diligentiùs conſiderata, ſequi lectionem receptam, *quiuis*, præſertim multo plurium antiquorum codicum auctoritate confirmatam. Superiora illa pertinent ad præcepta de ferculis ante cenam: nunc de ijs, quæ cenæ fercula dicuntur.

Ex'acta] exquiſita, explorata. Virgil. Æn. 1. *ſociiſque exacta referre.* idem lib. 4. *tempus ſecum ipſe modumque exigit.*

Cara pisc. averr. mensa] menſa, vbi exponuntur venales, vt vult Acron. non eſt ſatis (inquit Catius) piſceis è macello magna impenſa coëmere, & quaſi euerriculo ad te transferre, niſi ſcias, quibus piſcibus quod ius conueniat, & qui piſces aſſi, qui elixi, ſint meliores.

Quidam putant per menſam caram, menſam diuitum ſignificari, vt ſit hic ſenſus, non eſt ſatis eos piſceis emere, qui diuitibus ſolis apponi ſolent, & piſceis diuitibus deſtinatos præripere pretio perſoluto, & ita ab eorum mēſis auerſos in tuam transferre. à quibus diſſentio multis quidem de cauſis, ſed eò maximè, quòd illi legunt, vt vulgò *auertere*, & ita eis neceſſariò legendum. Ego autem auctoritate complurium librorum manuſcr. fretus *auerrere*. Itaque ſic hunc locum explico, nec ſatis eſt piſceis caro pretio emtos è macello in tuam domum conuerrere: ſed præterea tenēdum quibus piſcibus ius conueniat, id eſt, qui piſces in patina iure merſi apponi debeant, & qui aſſati.

IGNARVM QVIBVS EST IVS] id eſt, ignarum qui piſces debeant cum iure in patina apponi: (patinarios appellat Plautus in Aſinaria) & qui aſſi.

ET QVIB. ASS. LANG. IN CVB. SESE c.] id eſt, & qui piſces illati ita ſint conuiuis ſuaues, & grati futuri, vt illi etiam cibo, vinóque conferti, ac ſaturi & pænè dicam, nauſeantes, in eum tamen corporis ſitum ſeſe deintegro componant: quo ſitu eſſe ſolent conuiuæ tantiſper dum cibum capiunt. qua de re tametſi ſup. Od. 27. lib. 1. nonnihil diximus, ad illum locum, *Et cubito remanete preſſo*, tamen, vt hunc locum explicemus, pauca quædam præterea nobis dicenda ſunt. Hoc igitur in primis ſciendum eſt, inter prandendum & cenandum, non ſediſſe veteres illos Romanos, ſed accubuiſſe. Accumbebant autem ſingulis in lectis terni, aut quaterni, hoc modo (nam eadem opera huius verbi vis aperietur) ſuperiore parte corporis modicè inflexa, capite leuiter erecto, tergóque aliquantum ſubleuato, nempe ceruicalibus, aut puluillis ſubiectis: reliqua parte corporis in lectos reclinata, & iacente, in cubito altero nitebantur: atque vtramque manum quidem ad epularum & poculorum vſum adhibebant, ſed maximè dexteram. fingamus igitur treis lectos eſſe diſcubitorios, & in ſingulis quaternos conuiuas diſcumbere, & menſam rotundam mediam inter treis lectos eſſe collocatam: ita fient duodecim conuiuæ, ex vna menſa communi cibum capientes. iam ſingulorum lectorum conuiuæ, quos quaternos eſſe poſuimus, hoc modo diſcumbebant, vt eius, qui ſummus accumberet, pedes ponè ſecundum porrigerentur, & ſecundi ponè tertium, & ita deinceps: rurſus eius, qui ſecundus accumberet, occiput ad vmbilicum, aut pectus primi obuerſum eſſet: & ſic deinceps ceteri accubabant. Quandiu igitur veſcebantur, & potabant, eo corporis ſitu manebant. vbi verò cibum capere vel deſierant, vel intermiſerant, tum dorſi ſpinam, quæ antea erat inflexa, & ad epulandum compoſita, reponebant, & caput in ceruical reclinabant. nonnumquam etiam ſedentium inſtar erigebant. Itaque ſuprà Oda illa 27. lib. 1. quam paullo antè commemorauimus, vnus è conuiuis ſodaleis ſuos Lapitharum, ac Centaurorum in morem tumul-

A tuanteis, atque inter ſe decertare paranteis, corpore iam ad pugnam compoſito, & expedito, hortatur vt cubito preſſo remaneant, hoc eſt, vt ſe eo corporis ſitu contineant, quo eſſe & bibere poſſent, non quo dimicare. Hæc igitur verba, *& quibus aſſis lang. in cub. &c.* ſic explico, (dicendum eſt enim ſæpius) & qui piſces aſſi futuri ſint conuiuis gratiores, quàm ſi eſſent patinarij, & elixi, eóſque quamuis iam cibo languidos, de integro ad epulandum inuitaturi. Quòd autem hîc à Catio præcipitur de piſcibus quibuſdam aſſandis, Athenæus item libr. 3. ſcribit piſceis quoſdam eſſe, quos aſſari conueniat potiùs, quàm elixari.

B VMB. ET ILIGNA NVT. GL.] aprum ex Vmbria, & glande iligna nutritum laudat: Laurentem improbat. hoc igitur dicit: qui carne pingui non delectatur, ſeu qui abhorret à carne pingui, ſuas patinas implendas curat fruſtis apri in Vmbria capti, & iligna glande paſti.

CVRVAT] implet, onerat. verbo curuandi pondus exprimere voluit. in quibuſdam codicibus vulgatis impreſſum eſt, *Curuet*. cod. duo Vatic. & Iann. Faer. Torn. habent *Curuat*. ſed parùm refert.

LAVRENS] in agro Laurenti captus, & in locis illis paluſtribus natus, ac nutritus. Laurentum Latij eſt oppidum, Oſtiæ vicinum.

VLVIS] herbis maiuſculis, quæ in palubibus
C naſcuntur. Virg. Georg. 3. *Nec veſcas ſalicum frondeis, vluámque paluſtrem, Sed frumenta manu carpes ſata.* Idem Æn. 2. *Limoſóque lacu per noctem obſcurus in vulua Delitui.*

VINEA SVMM. CAPR.] locus, in quo inſunt vites, ſuppeditat capreas non ſemper ad edendum vtileis. neque verò dubitādum eſt, quin capreæ animalia ſint intelligenda hoc loco. Virg. Georg. 2. de vite. *Texendæ ſepes etiam, & pecus omne tenendum eſt: Præcipuè dum frons tenera, imprudénſque laborum, Cui ſuper indignas hiemes, ſolémque potentem, Siluestres vri aſsiduè, capreæque ſequaces Illudunt, paſcuntur oues, auidæque iuuencæ.* Quod autem dicit, capreas à vineis ſummitti, id eſt ſuppeditari, aut præberi, non eſt intelligendum eas ibi naſci, ſed è ſiluis vicinis pabuli cauſa progreſſas, in vinetis
D capi. alij capreolos ſignificari putant, qui ſunt vitium cincinni intorti.

FÆCVNDI LEP. SAP. SECT. ARM.] ſapiens, id eſt, cui palatum ſapit fortaſſe magis, quàm cor. cuiuſmodi homines in conſuetudinem victus recipere nolebat M. Cato, qui Cenſorius dictus eſt, quod refert Plutarchus in eius vita his verbis, Τῶν δὲ φιλήδονόν τινα βουλόμενον αὐτῷ συνεῖναι, παραιτούμενος ἔφη μὴ δύνασθαι ζῆν μετ' ἀνθρώπου τῆς καρδίας τὴν ὑπερῴαν εὐαισθητοτέραν ἔχοντος. id eſt, *voluptarium quendam, qui cum eo viuere volebat, recuſans Cato, dixit ſe cum eo viuere non poſſe, cui palatum magis, quàm cor ſapiat.* quamquam Marc. Tull. libr. 2. de finibus, negat ſequi, *vt, cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatum.* ſignificat autem,

leporis

A lèporis armos reliquis partibus eſſe palato gratiores, & ſuauiores. Iam quamobrem lèporem fœcundum appellet, ex Ariſtotelis, & Varronis, & Plinij lectione intelligere licet. Plinius ſic lib. 9. cap. 55. *Lepus omnium prædæ naſcens, ſolus præter daſypodem, ſuperfœtat, aliud educans, aliud in vtero pilis veſtitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter.*

P i s c i b v s, a t q v e a v i b v s] ait ſcita ſubtili eſſe palato, vt piſcium, atque auium naturam & ætatem ſolo guſtatu cognitam habere poſſit: quod neminem è veteribus, quamuis ei rei operam dederit, conſequi potuiſſe.

N v l l i p a t v i t q.] à nullo cognita fuit, quamuis quæſierit.

B C r v s t v l a] placentas, & cetera pemmata ex farina, melle, oleo, lacte, ſeu caſeo confecta. vtitur ſat. 1. lib. 1. *dant cruſtula blandi Doctores, elementa velint vt diſcere prima.*

Q v a l i p e r f. p. s e c v r v s o l.] non admodum ſollicitus, ſeu non curàs, quo oleo piſceis condiat.

M a s s i c a s i c æ l o] ſi vina Maſſica (inquit Catius) cælo ſereno ſubijcias, & totam noctem ſub cælo puro & nitido maneant, ſi quid in eis craſſi eſt, extenuabitur & liqueſcet aura nocturna. idem ferè tradit Athen. libr. 1. his verbis, οἰνοποιητέον δὲ πάντας (τὸν Ἀλβανὸν, καὶ τὸν Φαλέρνον, καὶ τὸν Ἀδριανὸν) πρὸ τινὸς χρόνου, καὶ εἰς ἀναπεπταμένον τόπον θετέον, εἰς τὸ ἀποπνεῦσαι τὸ πολὺ τῆς δυνάμεως. id eſt, faciẽda autem C ſunt ea vina (videlicet Albanum, Falernum, Adrianum) ante certum quoddam tempus, & in aperto loco, id eſt, ſub dio ponenda, vt vis eorum multa exſpirando minuatur. videtur tamen aliud hoc loco à Catio dici, nempe ſi quid inſit craſſi in vino Maſſico, aura nocturna extenuari, & odorem neruis aduerſarium decedere. De vino Maſſico diximus ad Odam 1. lib. 1. ibi. *Eſt qui nec veteris pocula Maſſici, &c.* Quidam libri veteres habent *ſuppones*, quos ſequor. alij *ſupponas*, ijque pauciores.

A t i l l a i n t e g r v m p e r o.] at illa, videlicet Maſſica, colo lineo extenuata, ſaporem amittunt naturalem. exiſtimabant autem veteres colo, ſeu ſacco lineo, vina craſſiora exte- D nuari: quod declarat verſus ille Mart. lib. 12. *Turbida ſollicito tranſmittere Cæcuba ſacco* Lucret. libr. 2. *Et quamuis ſubitò per colum vina videmus Perfluere: at contrà tardum cunctatur oliuum.*

S v r r e n t i n a] vina Surrentina fuiſſe admodum laudata, declarant hi verſus Martialis lib. 14. *Surrentina bibis? nec murrhina picta, nec aurum Sume: dabunt calices hæc tibi vina ſuos* Totius autem huius loci hæc ſententia eſt, Qui Surrentina vina cum Falerna fæce miſcet, fortaſſe vt vinum Surrentinum ex fæce Falerna aliquid boni contrahat, & combibat, & hoc pacto melius & ſuauius fiat: vitello columbino in cadum cõiecto fæcem collectam, atq; in vnum conductam, ab eo, quod liquidius eſt, ſecernit, & ita vinum turbidum, liquidum & ſincerum reddit: quoniam vitellus ſuapte natura in fundum decidens, quicquid eſt à liquido vino alienum, vnà ſecum trahit. Sic igitur fiet vt & ſapor vini Falerni cum vino Surrentino commiſceatur ac confundatur, & quicquid eſt turbidi, vi vitelli ab eo, quod eſt liquidum, ſecernatur, idque ſine colo vinario. Atqui ego contrà didici ex ijs, qui vina vendunt, ſumenda eſſe ſex aut ſeptem ouorum albumina, (non vitellos) eàque primùm in dolium conijcienda: deinde virga, aut bacillo vinum, quod eſt in dolio, eſſe aliquamdiu agitandum: nihil præterea, nam poſt illam ſatis longam, verbi gratia, vnius horæ agitationem, fæcem, & quicquid eſt alienum, ſubſeſſurum.

B Q v a t i n v s] quoniam, vt ſat. 3. lib. 1. *quatenus excidi, penitus vitium iræ, Cetera item nequeunt ſtultis hærentia.* Lucret. libr. 3. *Quatenus eſt vnum inter ſe, coniunctáque res eſt.* annotatum alio loco.

A l i e n a] aliena à natura vini, turbida.

T o s t i s] aſſis, aut frictis, à torrendo.

M a r e n t e m] languentem, cibo & potione confertum.

S q v i l l i s] καρίδας nominant Græci quarum Ariſtot. lib. de hiſtor. anim. plura genera eſſe tradit, & refert in numerum μαλακοστράκων, id eſt, eorum piſcium, qui cruſta molli teguntur, quos Gaza cruſtatos appellat. Paruas ſquillas ſcribit Athen. li. 3. repetiri in conchis patulis pinnarum cuſtodes, vt & paruos cancros. & M. Tull. lib. 2. de natu. deor. *Pinna verò (ſic enim Græcè dicitur) duabus grandibus patula conchis cum parua ſquilla quaſi ſocietatem coit comparandi cibi.* Idem eadem ferè lib. 3. de finib. Hunc admirabilem duorum piſcium conſenſum, atque has operas mutuas pulchrè deſcribit Oppian. lib. 2. ἁλιευτ. Ὄστρακα δ' αὖ βυθίας μὲν ἔχει πλάκας, ἐν δέ οἱ ἰθὺς Πίννη τερπομένη κεκλῃμένος, ἢ μὲν ἄναλκις, Οὔτε τι μητίσασθαι ἐπίσταται, οὔτε τι ῥέξαι. Ἀλλ' ἄρα οἱ ξυνόν τε δόμον, ξυνήν τε καλύπτρην Καρκίνος οἰκήσει, φέρβει δέ μιν, ἠδὲ φυλάσσει. Τῷ καὶ πιννοφύλαξ κικλήσκεται, &c. id eſt, teſta autem profundas habet cruſtas. habitat autem in ea piſcis, qui pinna appellatur: quæ eſt imbecilla, neque quicquam prouidere, aut facere poteſt. ſed D cancer communem cum eo domum, & commune tectum incolit, paſcitque eam, & cuſtodit. Quocirca pinnophylax, id eſt, pinnæ cuſtos appellatur.

R e c r e a b i s] ad edendum ac potandum innouabis, ac redintegrabis.

C o c h l e a] cochlearum genera omnia vno nomine appellat Ariſtoteles lib. 4. hiſtor. anim. στρομβώδη, id eſt, vt Gaza vertit, turbinata.

N a m l a c t v c a i n n a t a t] occupatio eſt. poterat enim quiſpiam dicere, lactucam ad eandem rem valere. hoc autem per occupationem refellit, cum dicit, lactucam poſt epulas, & largiorem potum ſumtas, ſtomacho innatare, neque ſubſidere: quæ res concoquendi vim debilitat, atque obtundit, quia ore ventriculi laxo

Digitized by Google

& patente, calor innatus, qui ad cibi & vini concoctionem neceſſarius erat, non continetur, ſed diſſipatur, ac difflatur. Itaque nos quoque hodie lactucas in prima menſa apponimus, eáſque primas omnium guſtare & eſſe conſueuimus, ſiue crudas, ſiue coctas. hûc pertinet Martialis diſtich. lib. 13. *Claudere quæ cenas lactuca ſolebat auorum, Dic mihi cur noſtras inchoat illa dapes?*

PERNA MAGIS, ET MAG. HIL.] hoc dicit, conuiua languens & nauſeans, in morſus reficiendus eſt, id eſt, ad epulas de integro excitandus perna, & hillis, id eſt, tenuiſſimis inteſtinis fartis, potiùs, quàm lactuca. *hilla ab hilo, id eſt, à minimo dicta*, inquit Varro lib. 4. de ling. Lat. Feſtus autem *hillam diminutiuè dictam eſſe ab hira, quod eſt inteſtinum ieiunum*. Nonius porrò, *hillas, inteſtina veteres eſſe dixerunt. Unde Bobilla oppidum in Italia, quòd eò bos inteſtina vulnere trahens aduenerit.* Iam *in morſus* duæ ſunt voces, non vna, vt quidam volunt, qui legunt *inmorſus* pro eo, quod eſt, impranſus: quod nomen non repetitur in tota lingua Latina. *in morſus* igitur idem valet, quod ad morſus. appellant autem Græci hanc (vt ita dicam) in morſus refectionem, atque inſtaurationem, ἀναστόμωσιν, id eſt, relaxationem. Athenæus lib. 4. ἐχρῶντο γὰρ οἱ παλαιοὶ καὶ τοῖς εἰς ἀναστόμωσιν βρώμασιν, ὥσπερ ταῖς ἁλμάσιν ἐλαίαις, ἃς κολυμβάδας καλοῦσιν, id eſt, vtebantur enim veteres etiam cibis ad irritandam ac redintegrandam edendi cupiditatem accommodatis, vt oleis ſale conditis, quas natatrices, ſeu vrinatrices appellant. Idem paullo pòſt, Εἴσθιον δὲ καὶ τέττιγας, καὶ κέρκωπας ἀναστομώσεως χάριν. id eſt, comedebant autem & cicadas & cercopas aperiendæ aut redintegrandæ appetitionis cibi gratia. Idem paullo pòſt ex Nicandro probat, ad eundem vſum rapas aceto, & ſinapi maceratas adhiberi ſolitas. Nam ἀναστομοῦν idem ferè valet, quod aperire, & laxare. Diphilus apud eundem Athen. eod. lib. τῶν πρεσβυτέρων γὰρ ταῦτα τῶν ἡδυσμάτων Ἀναστομοῖ τάχιστα τ' αἰσθητήρια Τό, τε νωχαλῶδες καὶ κατημβλυωμένον Ἐσκέδασε, καὶ ποιοῦσιν ἡδέως φαγεῖν. id eſt, verera enim hæc condimēta laxant celerrimè eas parteis, in quibus ineſt vis ſentiendi: languorem, & quicquid eſt obtuſum in appetitione, diſcutiunt, edendique cupiditatem, ac iucunditatem redintegrant. Euripides in Cyclope, εὐρείας φάρυγγος, ὦ Κύκλωψ, ἀνάστομου τὸ χεῖλος· ὡς ἕτοιμά σοι Ἑφθὰ καὶ ὀπτὰ, &c. id eſt, lati gutturis ô Cyclops, aperi labrum, nam en tibi parata ſunt elixa & aſſata.

IN MORSVS REFICI.] ſic dictum ab Horat. *in morſus refici*, vt à Virg. Æneid. 11. *reficitque ad prælia menteis.*

QVIN OMN. MAL. QVÆC. IMM.] immò (inquit) ne mireris, me dixiſſe ſuperiora illa adhibenda eſſe ad excitandam edendi cupiditatem, tanquam ſaturis conuiuis gratiora, & optatoria, hoc dico amplius, illis placitura magis, quæcumque coquuntur in popinis, quæ ſolent eſſe immundæ, quàm eſcas optimas, ac lautiſſimas.

ALLATA] allata è popinis. quidam libri typis excuſi habent *illata*, quæ ex ſcriptura ſuſpicatus ſum aliquando legendum *illota*. omnes autem veteres partim *adlata*, partim *allata*: quos ſequor.

EST. OP. PRET. DVPL. PERN. IVR.] duo proponit iuris genera: vnum ſimplex, quod ex ſolo oleo conſtat: alterum duplex, quod ex oleo, vino, muria, herbis conciſis, croco, conflatum eſt.

QVOD PINGVI] his, quæ deinceps, ſequuntur, iuris duplicis naturam deſcribit. Sed quid ſibi vult hoc, *pingue mero?* cur non dixit, *Simplex e pingui conſtat oliuo: Quod dulci miſcere mero, &c.* Nam vt pingue, epithetum eſt oleo accommodatius, Virg. Æn. 6. *Pingue ſupérque oleum fundens ardentibus extis*: idem Daphnide, *Cratерáſque duos ſtatuam tibi pinguis oliui*: ita & dulce, vino. Hor. Oda 12. libr. 3. *Neque dulci mala vino lauere*. idem Oda 13. eod. lib. *Dulci digne mero*. quin pinguitudo in vino, vitium eſt. An hoc dicemus, ad hoc ius, quod duplex ab Horatio appellatur, componēdum, vinum pingue eſſe aptius, quàm purum & liquidum, atque (vt ita dicam) ſiccum? dulce autem oliuum ab Horatio eſſe dictū, quod Lucretius appellat *inolens*, id eſt, ἄοσμον, ſeu odoris expers, cui opponitur tætrum, & graue, ſeu grauis & tætri odoris oleum: quemadmodum aqua dulcis à Latinis, ὕδωρ γλυκὺ à Græcis vocatur, aqua non amara, aut non ſalſa? an Simeoni Boſio, Lemouici aſſentiemur, qui ſic legendum ex vno antiq. cod. exiſtimat? *Quod pingue immiſcere mero, muriæq; decebit*: id eſt, quod oleum pingue, decebit mero immiſcere, & muriæ? vel, vt ille mauult, quod ius pingue, id eſt, duplex. quanquam idem ait, in ſuo codice eſſe dilucidè ſcriptum, *At pingue immiſcere, &c.* atque ita *pingue* interpretatur, ius duplex, à quo diſſentio.

NON ALIA, QVÀM, QVÂ BYZ.] non qualibet muria, ſed ea, quæ facta ſit ex orca Byzantia. Quidam autem mendosè legunt *quæ*. nam neceſſariò *quâ* legendum eſt: & ita habent codices calamo ſcripti. *Byzantia orca* porrò ſunt numeri ſingul. recti caſus, hoc modo: non alia muria ius illud miſcere, id eſt, temperare decebit, quàm ea, quâ orca Byzantia, verbi cauſa, thynnus Byzantius putruit, hoc eſt, liquefactus eſt: laudabatur enim muria ex thynno Byzantio liquefacto: ſed longè erat laudatiſſima ex ſcombris, quæ proprio nomine garum appellabatur. *Orca* (inquit Plin. lib. 9. ca. 6.) *infeſta balenis bellua: & cuius imago nulla repræſentatione exprimi poſſit alia, quàm carnis immenſa dentibus truculentæ.*

CORYCIO] Cilicio. Corycus, Ciliciæ, ſeu Pamphiliæ mons eſt: à quo Corycæi ſpeculatores, & exploratores appellati.

SPARSVM STETIT] *ſparſum*, iunxit enim caſu ſexto, vt ſatyra vlt. huius libr. *Membra gruis ſparſi ſale multo.* & Od. 20. lib. 3. *Sparſum odoratis humerum*

merum capillis. ſic & verbum *ſpargo* Od. 6. libr. 2. A *Debita ſparges lacryma fauillam Vatis amici*. ſtetit autem, id eſt, propemodum, concreuit.

Insvp. add. Pressa Venafr.] id, addes prætereà oleum Venafranum, oleum ex baca Venafrana expreſſum. Præſtitiſſe ceteris oleum Venafranum declarat hoc diſtichon Martialis, *Hoc tibi Campani ſudauit baca Venafri: Vnguentum quoties ſumis, & iſtud olet*. Horat. ſaty. 8. huius lib. *His miſtum ius eſt, oleo, quod prima Venafri Preſſit cella*. & ſup. Od. 6. lib. 2. laudans agrum Tarentinum, *vbi non Hymetto Mella decedunt, viridique certat Baca Venafro*.

Picenis cedvnt malis] ab hoc loco enumerantur ſecundæ menſæ fercula. ſecundas autem menſas etiam apud veteres fuiſſe alibi oſtendimus.

Vennvcvla] vua Vennucula meliùs in ollis conſeruatur, quàm ſi ex ea fiat vua paſſa.

Rect. Alban. fvmo dvr.] vua Albana meliùs ſeruatur, & diutius permanet, ſi fumo duretur, & fiat vua paſſa. vide Plin. lib. 14. cap. 2.

Hanc ego] vuam Albanam. ordo verborum hic eſt, Ego primus inuenior circumpoſuiſſe puris catillis vuam Albanam, cum malis: fæcem, & alec, & piper album cum ſale nigro incretum.

Alec] genus eſt liquaminis ex piſcium inteſtinis ſale colliquefactis, & tabefactis. fiebat etiam alec ex muriæ fæce. Nonius Marcell. in voce *alec* teſtem citat hunc dimidiatum verſum, *ego fæcem primus, & halec*, ſiue *alec*. infrà ſat. 8. *piſer, alec, fæcula, coa*. quamquam Priſcianus hunc verſum proferens, ait eſſe genus piſcis.

Primvs et invenior] ſic habent omnes libri manuſcripti, & ij quos Romæ, & ij, quos in Gallia conſului: quos ſecutus ſum: quanquam Nonius Marcellus in voce *halec* videtur legiſſe *inuens*, vt eſt in vulgatis. ſic enim ille. *halec genere neutro*. Plautus Aulul. *Qui mihi olera cruda ponunt, halec dant*. Horat. lib. 2. ſerm. *ego fæcem primus & halec inuêni*. Sed Cariſius Soſipater videtur velle ſcribi *allex* libr. 1. Inſtitu. grammat. Sic enim ille, *hoc allex*, ἄλλεξ ἰχθὺς ταριχευμένος, id eſt, allex piſcis ſale maceratus & cōditus. D

Et pip. alb.] piper aliud eſt album, aliud nigrum: quorum nigrum candido ſuauius eſſe tradit Dioſcorid. lib. 2. cap. 189.

Incretvm] incerniculo purgatum. eſt autem incerniculum cribri genus, ab incernendo nominatum.

Circvmposvisse] id eſt, ſingulis conuiuis appoſuiſſe, vt ſinguli conuiuæ ſingulos haberent catillos ſibi appoſitos: vel circum catillos poſuiſſe, vt alij malunt. mihi magis illa altera explicatio placet. circumpoſuiſſe dixit fortaſſe propterea quòd menſæ erant rotundæ.

Immane est vitivm, &c.] reprehendit eos, qui in obſonijs quidem coëmendis magnum faciunt ſumtum: in ſupellectili autem comparanda, in patinis, lancibus, catinis, cantharis, & ſimilibus conquirendis, neque vllam curam adhibent, neque inſumere quicquam volunt. magnum (inquit) vitium eſt, tria millia ſeſtertium inſumere in piſceis emendos: piſceis autem illos grandeis, & caros anguſtis patinis coërcere. par eſt enim, ſi grandes ſint piſces, grandeis quoque patinas eſſe. Nonnulli arbitrantur hîc ſumtum duntaxat reprehendi, hoc modo, Indignum eſt facinus, ſumtus ingenteis facere in coëmendos piſceis, vt in anguſtis patinis apponantur, & edantur, qui ſuapte natura liberè vagari ſolent. ego priorem explicationem huic antepono.

Vrgere] quaſi in anguſtias redigere, & con- B trahere. quidam libri vet. habent *vrguere*.

Magna movent stom. fast.] nunc præcepta dat, quæ ad munditiam, nitorem, elegantiámque pertinent: magnam (inquit) nauſeam mouent hæc, ſiue puer poculum, aut calicem tractauerit manibus vnctis, dum carnium fruſta ſuffuratur, & ligurrit: ſiue crater limo ſit oblitus. danda igitur opera eſt, vt pueri ac miniſtri ſint mundi, loti, politi, culti, à ſordibus, omnique deformitate vacui, ad omnem munditiem & hilaritatem ſpecioſam aſſuefacti, atque eruditi.

Dvm fvrta] libri aliquot veteres habent *dum fruſta ligurrit*, quos malim ſequi. *fruſta* autem, carnium & piſcium intellige.

C Ligvrrit.] ſic habent omnes cod. manuſcrip. quo de verbo ſuprà ad ſat. 3. lib. 1.

Veteri crat.] & tanto pretioſiori. nam pocula antiqui artificij laudabantur: vt priore ſat. *Quo vafer ille pedes lauiſſet Siſyphus ære*. & Saty. 3. lib. 1. *catillum Euandri manibus tritum*. in alijs codic. eſt *crateræ*, in alijs *crateri*, vtrumque eſt vſitatum.

Vilib. in scop. in mapp. in sc.] danda eſt opera, vt pauimentum ſit mundum: vt conuiuatori mapparum mundarum copia ſuppetat, quæ diſtribuantur conuiuis ad manus vnctas tergendas: vt patinæ, & cetera vaſa ſcobe defricata ſint, ac ſplendeant. quantulus enim ſumtus ineſt in ſcopis, mappis, ſcobe? certè minimus. alij (in quibus eſt Turnebus) putant, ſcobem hîc commemorari ad lacunas pauimenti explendas, ex humore effuſo natas, vt humor omnis ſcobe inſperſo exſiccetur: quod probabilius eſt. talem munditiem, qualem hîc deſiderat Catius, ſe ſtudioſè adhibiturum in ea cena, ad quam Torquatum inuitat, pollicetur Horat. epiſt. 5. lib. 1. *Hæc ego procurare & idoneus imperor & non Inuitus, ne turpe toral, ne ſordida mappa Corruget nareis: ne non & cantharus, & lanx Oſtendant tibi te*.

Tèn' lapid. var. lvtvl. r. p.] præciſa locutio eſt, vt illa Od. 8. epod. *Rogare longo putidam te ſæculo, &c.* ſubintelligendum eſt enim verbum aliquod, *oportet? verum eſt? par eſt* aut aliud ſimile. Tale eſt illud Virgil. 1. Æneid. *méne incepto deſiſtere victam?* lege quæ annotata

& patente, calor innatus, qui ad cibi & vini concoctionem neceſſarius erat, non continetur, ſed diſſipatur, ac difflatur. Itaque nos quoque hodie lactucas in prima menſa apponimus, eáſque primas omnium guſtare & eſſe conſueuimus, ſiue crudas, ſiue coctas. hûc pertinet Martialis diſtich. lib. 13. *Claudere quæ cenas lactuca ſolebat auorum, Dic mihi cur noſtras inchoat illa dapes?*

Perna magis, et mag. hil.] hoc dicit, conuiua languens & nauſeans, in morſus reficiendus eſt, id eſt, ad epulas de integro excitandus perna, & hillis, id eſt, tenuiſſimis inteſtinis fartis, potiùs, quàm lactuca. *hilla ab hilo, id eſt, à minimo dicta*, inquit Varro lib. 4. de ling. Lat. Feſtus autem *hillam diminutiuè dictam eſſe ab hira, quod eſt inteſtinum ieiunum*. Nonius porrò, *hillas, inteſtina veteres eſſe dixerunt. Vnde Bobilla oppidum in Italia, quòd eò bos inteſtina vulnere trahens aduenerit.* Iam *in morſus* duæ ſunt voces, non vna, vt quidam volunt, qui legunt *immorſus* pro eo, quod eſt, impranſus: quod nomen non repetitur in tota lingua Latina. *in morſus* igitur idem valet, quod ad morſus. appellant autem Græci hanc (vt ita dicam) in morſus refectionem, atque inſtaurationem, ἀναςόμωσιν, id eſt, relaxationem. Athenæus lib. 4. ἐχρῶντο γὰρ οἱ παλαιοὶ καὶ τοῖς εἰς ἀναςόμωσιν βρώμασιν, ὥσπερ ταῖς ἁλμάσιν ἐλαίαις, ἃς κολυμβάδας καλοῦσιν, id eſt, vtebantur enim veteres etiam cibis ad irritandam ac redintegrandam edendi cupiditatem accommodatis, vt oleis ſale condîtis, quas natatrices, ſeu vrinatrices appellant. Idem paullo pòſt, Ἤσθιον δὲ καὶ τέττιγας, καὶ κέρκωπας ἀναςομώσεως χάριν. id eſt, comedebant autem & cicadas & cercopas aperiendæ aut redintegrandæ appetitionis cibi gratia. Idem paullo pòſt ex Nicandro probat, ad eundem vſum rapas aceto, & ſinapi maceratas adhiberi ſolitas. Nam ἀναςομοῦν idem ferè valet, quod aperire, & laxare. Diphilus apud eundem Athen. eod. lib. τῶν πρεσβυτέρων γὰρ πάντων τῶν ἡδυσμάτων Ἀναςομοῖ τάχιςα τ' αἰσθητήρια Τὸ, τε νωχελῶδες καὶ κατημβλυμμένον Ἐσκέδασε, καὶ ποιοῦσιν ἡδέως φαγεῖν. id eſt, vetera enim hæc condimēta laxant celerrimè eas parteis, in quibus ineſt vis ſentiendi: languorem, & quicquid eſt obtuſum in appetitione, diſcutiunt, edendique cupiditatem, ac iucunditatem rediutegrant. Euripides in Cyclope, εὐρείας φάρυγγος, ὦ Κύκλωψ, ἀναςόμου τὸ χεῖλος· ὡς ἕτοιμά σοι Ἑφθὰ καὶ ὀπτὰ, &c. id eſt, lati gutturis ô Cyclops, aperi labrum, nam en tibi parata ſunt elixa & aſſata.

In morsvs refici.] ſic dictum ab Horat. *in morſus refici*, vt à Virg. Æneid. 11. *reficitque ad prælia mentem*.

Qvin omn. mal. Qvæc. imm.] immò (inquit) ne mireris, me dixiſſe ſuperiora illa adhibenda eſſe ad excitandam edendi cupiditatem, tanquam ſaturis conuiuis gratiora, & optatoria, hoc dico amplius, illis placitura magis, quæcumque coquuntur in popinis, quæ ſolent eſſe immundæ, quàm eſcas optimas, ac lautiſſimas.

Allata] allata è popinis. quidam libri typis excuſi habent *illata*, quæ ex ſcriptura ſuſpicatus ſum aliquando legendum *illota*. omnes autem veteres partim *adlata*, partim *allata*: quos ſequor.

Est. op. pret. dvpl. pern. ivr.] duo proponit iuris genera: vnum ſimplex, quod ex ſolo oleo conſtat: alterum duplex, quod ex oleo, vino, muria, herbis conciſis, croco, conflatum eſt.

Qvod pingvi] his, quæ deinceps, ſequuntur, iuris duplicis naturam deſcribit. Sed quid ſibi vult hoc, *pingui mero?* cur non dixit, *Simplex è pingui conſtat oliuo: Quod dulci miſcere mero, &c.* Nam vt pingue, epithetum eſt oleo accommodatius, Virg. Æn. 6. *Pingue ſupérque oleum fundens ardentibus extis*: idem Daphnide, *Cratera̋ſque duos ſtatuam tibi pinguis oliui*: ita & dulce, vino. Hor. Oda 12. libr. 3. *Neque dulci mala vino lauere.* idem Oda 13. eod. lib. *Dulci digne mero.* quin pinguitudo in vino, vitium eſt. An hoc dicemus, ad hoc ius, quod duplex ab Horatio appellatur, componēdum, vinum pingue eſſe aptius, quàm purum & liquidum, atque (vt ita dicam) ſiccum? dulce autem oliuum ab Horatio eſſe dictū, quod Lucretius appellat *molens*, id eſt, ἄοσμον, ſeu odoris expers, cui opponitur tætrum, & graue, ſeu grauis & tætri odoris oleum: quemadmodum aqua dulcis à Latinis, ὕδωρ γλυκὺ à Græcis vocatur, aqua non amara, aut non ſalſa? an Simeoni Boſio, Lemouici aſſentiemur, qui ſic legendum ex vno antiq. cod. exiſtimat? *Quod pingue immiſcere mero, muriaq́; decebit*: id eſt, quod oleum pingue, decebit mero immiſcere, & muriæ? vel, vt ille mauult, quod ius pingue, id eſt, duplex. quanquam idem ait, in ſuo codice eſſe dilucidè ſcriptum, *At pingue immiſcere, &c* atque ita *pingue* interpretatur, ius duplex, à quo diſſentio.

Non alia, qvàm, qvâ Byz.] non qualibet muria, ſed ea, quæ facta ſit ex orca Byzantia. Quidam autem mendosè legunt *quæ*. nam neceſſariò *quâ* legendum eſt: & ita habent codices calamo ſcripti. *Byzantia orca* porrò ſunt numeri ſingul. recti caſus, hoc modo: non alia muria ius illud miſcere, id eſt, temperare decebit, quàm ea, quâ orca Byzantia, verbi cauſa, thynnus Byzantius putruit, hoc eſt, liquefactus eſt: laudabatur enim muria ex thynno Byzantio liquefacto: ſed longè erat laudatiſſima ex ſcombris, quæ proprio nomine garum appellabatur. *Orca* (inquit Plin. lib. 9. ca. 6.) *infeſta balenis bellua: & cuius imago nulla repræſentatione exprimi poſſit alia, quàm carnis immenſa dentibus truculenta.*

Corycio] Cilicio. Corycus, Ciliciæ, ſeu Pamphiliæ mons eſt: à quo Corycæi ſpeculatores, & exploratores appellati.

Sparsvm stetit] *ſparſum*, iunxit cum caſu ſexto, vt ſatyra vlt. huius libr. *Membra gruis ſparſi ſale multo.* & Od. 20. lib. 3. *Sparſum odoratis humerum*

Digitized by Google

merum capillis, ſic & verbum *ſpargo* Od. 6. libt. 2. A
Debita ſparges lacryma fauillam Vatis amici. ſtetie autem, id eſt, propemodum, concteuit.

Insvp. aoo. Pressa Venafr.] id, addes prætereà oleum Venafranum, oleum ex baca Venafrana expreſſum. Præſtitiſſe ceteris oleum Venafranum declarat hoc diſtichon Martialis, *Hoc tibi Campani ſudauit baca Venafri: Vnguentum quoties ſumis, & iſtud olet*. Horat. ſaty. 8. huius lib. *His miſtum ius eſt, oleo, quod prima Venafri Preſſit cella*. & ſup. Od. 6. lib. 2. laudans agrum Tatentinum, *vbi non Hymetto Mella decedunt, viridique certat Baca Venafro*.

Picenis ceovnt malis] ab hoc loco enumetantur ſecundæ menſæ fercula. ſecundas autem menſas etiam apud veteres fuiſ- B
ſe alibi oſtendimus.

Vennvcvla] vua Vennucula meliùs in ollis conſeruatur, quàm ſi ex ea fiat vua paſſa.

Rect. Alban. fvmo ovr.] vua Albana meliùs ſeruatur, & diutius permanet, ſi fumo duretur, & fiat vua paſſa. vide Plin. lib. 14. cap. 2.

Hanc ego] vuam Albanam. ordo verborum hic eſt, Ego primus inuenior circumpoſuiſſe puris catillis vuam Albanam, cum malis: fæcem, & alec, & piper album cum ſale nigro incetetum.

Alec] genus eſt liquaminis ex piſcium inteſtinis ſale colliquefactis, & tabefactis. fiebat etiam alec ex muriæ fæce. Nonius Marcell. in C
voce *alec* teſtem citat hunc dimidiatum verſum, *ego fæcem primus, & halec*, ſiue *alec*. infrà ſat. 8. *piſces, alec, fæcula, cos*. quamquam Priſcianos hunc verſum proferens, air eſſe genus piſcis.

Primvs et invenior] ſic habent omnes libri manuſcripti, & ij quos Romæ, & ij, qoos in Gallia conſului: quos ſecutus ſum: quanquam Nonius Marcellus in voce *halec* videtur legiſſe *inueni*, vt eſt in vulgatis. ſic enim ille. *halec genere neutro*. Plautus Aulul. *Qui mihi olera cruda ponunt, halec danunt*. Horat. lib. 2. ſerm. *ego fæcem primus & halec inuêni*. Sed Cariſius Soſipater videtur velle ſetibi *allex* libr. 1. Ioſtitu. grammat. Sic enim ille, *hic allex*, ἄλλιξ ἰχθὺς ταριχευ-μένος, id eſt, allex piſcis ſale maceratus & côditus. D

Et pip. alb.] piper aliud eſt album, aliud nigrum: quotum nigrum candido ſuauius eſſe tradit Dioſcorid. lib. 2. cap. 189.

Incretvm] incerniculo purgatum. eſt autem incerniculum cribri genus, ab incetnendo nominatum.

Circvmposvisse] id eſt, ſingulis conuiuis appoſuiſſe, vt ſinguli conuiuæ ſingulos haberent catillos ſibi appoſitos: vel circum catillos poſuiſſe, vt alij malunt. mihi magis illa altera explicatio placet. circumpoſuiſſe dixit fortaſſe propterea quòd menſæ erant rotundæ.

Immane est vitivm, &c.] reprehendit eos, qui in obſonijs quidem coëmendis magnum faciunt ſumtum: in ſupellectili autem comparanda, in patinis, lancibus, catinis, canthatis, & ſimilibus conquitendis, neque vllam curam adhibent, neque inſumere quicquam volont. magnum (inquit) vitium eſt, tria millia ſeſtertium inſumere in piſceis emendos: piſceis autem illos grandeis, & caros anguſtis patinis coërcere. par eſt enim, ſi grandes ſint piſces, grandeis quoque patinas eſſe. Nonnulli arbitrantur hîc ſumtum duntaxat teprehendi, hoc modo, Indignum eſt facinus, ſumtus ingenteis facete in coëmendos piſceis, vt in anguſtis patinis apponantur, & edantur, qui ſuapte natura liberè vagari ſolent. ego priorem explicationem huic antepono.

Vrgere] quaſi in anguſtias redigere, & contrahere. quidam libri vet. habent *vrguere*.

Magna movent stom. fast.] nunc præcepta dat, quæ ad munditiam, nitorem, elegantiámque pertinent. magnam (inquit) nauſeam mouent hæc, ſiue puer poculum, aut calicem tractauerit manibus vnctis, dum carnium fruſta ſuffuratur, & ligurrit: ſiue crater limo ſit oblitus. danda igitur opera eſt, vt pueri ac miniſtri ſint mundi, loti, politi, culti, à ſordibus, omnique deformitate vacui, ad omnem munditiem & hilaritatem ſpecioſam aſſuefacti, atque eruditi.

Dvm fvrta] libri aliquot veteres habent *dum fruſta ligurrit*, quos malim ſequi. *fruſta* autem, carnium & piſcium intellige.

Ligvrrit.] ſic habent omnes cod. manuſcrip. quo de verbo ſuprà ad ſat. 3. lib. 1.

Veteri crat.] & tanto pretioſiori. nam pocula antiqui artificij laudabantur: vt priore ſat. *Quo vafer ille pedes lauiſſet Siſyphus ære*. & Saty. 3. lib. 1. *catillum Euandri manibus tritum*. in alijs codic. eſt *cratera*, in alijs *crateri*, vttumqoe eſt vſitatum.

Vilib. in scop. in mapp. in sc.] danda eſt opera, vt pauimentum ſit mundum: vt conuiuatori mapparum mundatum copia ſuppetat, quæ diſtribuantur conuiuis ad manus vnctas tergendas: vt patinæ, & cetera vaſa ſcobe defricata ſint, ac ſplendeant. quantulus enim ſumtus ineſt in ſcopis, mappis, ſcobe? certè minimus. alij (in quibus eſt Turnebus) putant, ſcobem hîc commemorari ad lacunas pauimenti explendas, ex humore effuſo natas, vt humor omnis ſcobe inſperſo exſiccetur: quod probabilius eſt. talem munditiem, qualem hîc deſiderat Catius, ſe ſtudioſè adhibiturum in ea cena, ad quam Torquatum inuitat, pollicetur Horat. epiſt. 5. lib. 1. *Hæc ego procurare & idoneus imperor & non Inuitus, ne turpe toral, ne ſordida mappa Corruget nareis: ne non & cantharus, & lanx Oſtendant tibi te*.

Tén' lapid. var. lvtvl. r. p.] præciſa locutio eſt, vt illa Od. 8. epod. *Rogare longo putidam te ſæculo, &c*. ſubintelligendum eſt enim verbum aliquod, *oportet? verum eſt? par eſt* aut aliud ſimile. Tale eſt illud Virgil. 1. Æneid. *méne incepto deſiſtere victam?* lege quæ annotata

Digitized by Google

ſunt ad illum locum, *Rogare longo*. &c. quibus adde illud ex Plauto Caſina, princip. *Non mihi licere meam rem me ſolum, vt volo, Loqui, atque cogitare, ſine tedarbitro?* Sed, antè, quàm huius loci ſententiam explicemus, videndum eſt, quid ſignificet per varios lapides, quid per palmam. Ego arbitror, per varios lapides ſignificari pauimenta marmorea verſicoloria. erant enim quædam marmora varij coloris, vt ex Plinio intelligere licet. palmam autem ſcopam ex palma accipio. Martialis libr. 14. *In pretio ſcopas teſtatur palma fuiſſe.* Itaque hæc erit horum verborum ſententia, Tène vſqueadeò munditiam negligere, vt triclinium marmore pauimentatum, palma lutulenta verri patiaris? pauimenta autem ſolita eſſe fieri marmorea ex M. Tullio, & ex M. Catone cognoſcere licet. M. Tull. lib. 2. de leg. *Equidem, qui nunc primùm huc venerim, ſatiari non queo, magnificáſque villas, & pauimenta marmorea, & laqueata tecta contemno.* Idem paradox. vlt. *illi autem tecta in villis, & ſola marmorea facient, fructus ad ſumtum exiguus eſt.* Cato in ea orat. quam habuit, ne quis conſul bis fieret. *dicere poſſum quibus villæ atque ædes ædificatæ, atque expolitæ maximo opere, citro atque ebore, atque pauimentis Pœnicis ſtent.* Pauimenta autem Pœnica marmore Numidico conſtrata intelligenda ſunt, vt docet Feſtus. Horat. ſup. Od. 14. lib. 2. *& mero tinget pauimentum ſuperbum Pontificum potiore cœnis.* vbi ſuperbum nos Porphyrionem ſecuti, marmoreum explicauimus. quamquam idem Porph. alteram illius loci explicationem poſuit, vt ibidem retulimus. Lucillius, *Quàm lepidè lexes compoſtæ? vt teſſerulæ omnes Endo pauimento, atque emblemate vermiculato?* ſic enim emendaui hos verſus. quamquam licet etiam legere *emblemata vermiculata*, vt quidam malunt, pro *emblemate vermiculato.*

Et Tyr. dare circ. ill. tor.] locus eſt obſcurus, & variè explicatus. Quidam ſic: & circum toros dare, id eſt, circumdare toris illota toralia, videlicet veſteis ſtragulas purpureas illotas? & ita toralia, & veſtes Tyriæ vnum erunt. quam explicationem non probo. plerique per Tyrias veſteis, ſignificari putant conuiuarum veſteis hoc ſenſu, & tène oportet committere, vt conuiuæ veſteis ſuas Tyrias toralibus illotis, atque immundis inquinent? ſed errant. nam primùm verba Horatij non recipiunt hanc ſententiam, quod cùm ſit perſpicuum, non eſt, quòd eos pluribus verbis refellam. Deinde veteres non ſolebant cenare purpurati, ſed albati potiùs, vt alibi docuimus. Omninò purpureas veſteis inter cenandum, & dum accumberent, non habebant. Contrà autem lecti, in quibus diſcombebant, & in quibus dormiebant, ſtragulis veſtibus textilibus, aut purpureis inſternebantur. M. Tull. lib. 5. Tuſcul. q. *collocari iuſſit hominem in aureo lecto, ſtrato pulcherrimo textili ſtragulo magnificis operibus picto.* Catull. de Pell. & Thet. nupt. *Hæc veſtis priſcis hominum variata figuris, Heroum mira virtutes indicat arte.* ibidem. *Purpureáve tuum conſternens veſte cubile.* T. Liuius lib. 34. annalium, *Et, cùm tibi viro li-*

A *ceat purpura, in veſte ſtragula, vti, matremfamiliâs tuam purpureum amiculum habere non ſines?* Lucret. li. 2. *Nec calidæ citius decedunt corpore febres, Textilibus ſi in picturis, oſtróque rubenti iacteris, quàm ſi plebeia in veſte cubandum.* Virg. Æneid. 1. *Arte laboratæ veſtes, oſtróque ſuperbo.* ibidem. *ſtratóque ſuper diſcumbitur oſtro.* Horat. Sat. 6. infrà, *ponit vterque In locuplete domo veſtigia, rubro vbi cocco Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos.* quo loco perſpicuè veſtem intelligit eam, qua lecti inſternerentur: vt & ibidem, *Ergo vbi purpurea porrectum in veſte locauit Agreſtem.* & Plautus in Bacch. lectos ſtratos appellat. *Animaduertite, Mneſiloche, & tu Piſtoclere: iam facite In biclinio cum amica ſua vterque accubitum eat: Ita negotium eſt: atque ibi in lectis ſtratis potetis cito.* Ego au-

B tem putabam, hæc potiùs ita intelligi poſſe, vt toralia, & Tyriæ veſtes, duo ſint: nempe vt tori primùm toralibus inſternerentur, deinde toralia illa purpureis veſtibus, ſeu ſtragulis operirentur ornatus gratia. nam primùm toral, ſtragulum eſt, quod toro inijcitur, vt docet Feſtus: deinde verba hanc ſententiam ferre poſſe mihi videntur, hoc modo, Tène decet Tyrias veſteis toralibus illotis circumponere, & circundare? vt ſit hic ordo verborum, dare Tyrias veſteis circum ill. tor. pro eo, quod eſt, circundare, & circumijcere Tyrias veſteis toralibus, id eſt, tororum inuolucris, illotis? quam explicationem magis probat Turnebus, eámque nuper quadriennio poſt quàm hæc ſcripſiſſem, in Aduerſaria ſua re-

C tulit: & his Ouidianis verſib. confirmauit, *in medio torus eſt de mollibus vlue Impoſitus lecto ſponda, pedibúſque ſalignis Veſtibus hunc velant, quas non niſi tempore feſto Sternere conſuerant.*

Oblitvm] participium *oblitum* coniungendum eſt cum prouocabulo *te*. tène illa facere oblitum, quanto minorem curam, ſumtúmque munditia deſiderat, tanto iuſtiùs reprehendendum, ſi negligatur: magiſque adeò, quàm ſi non adhibeatur magnificus ille, & ſumtuoſus apparatus, quem nulli, præterquàm diuites, adhibere poſſint? *nequeant* autem edendum curaui, veterum librorum auctoritatem ſecutus, pro quo vulgati habent, *nequeunt*, minùs rectè.

Docte Cati] iocatur Horatius, & vrba-

D nè hunc Catium deridet.

Non tamen interpr. tantvnd. iv.] id eſt, non tamen renuntiando, & referendo, quæ ab illo audiuiſti, tantùm mihi profueris, quantùm magiſter ipſe loquens. notum prouerbium ζώσης φωνῆς μείζω ἐνέργειαν εἶναι. & illud Æſchinis de Demoſthen. τί δ' ἂν, εἰ τοῦ θηρίου ἠκηκόειτε, id eſt, quid ſi beſtiam audiuiſſeris?

Non magni pendis] id eſt, non magni facis: tractum ab antiquorum conſuetudine, qui ante vſum ſignatæ pecuniæ, æs & argentum pendebant.

Qvia contigit.] nam bonum, quo fruimur, ferè minoris facimus: neque tam attendimus aut ſentimus, quantus inſit in eo fructus,

cùm

cùm fruimur, quàm cùm caremus. Itaque verè illud à M. Tullio diſputatum, & demonſtratum eſt in oratione, quam habuit ad Quirites poſt reditum, non longè à princip. nos carendo magis, quàm fruendo, quid quæque res habeat voluptatis, intelligere. ſic ille: *Res familiaris ſua quemque delectat: reliquæ meæ fortunæ recuperatæ plus mihi nunc voluptatis afferunt, quàm tunc incolumes totæ afferebant. Amicitiæ, conſuetudines, vicinitates, clientelæ, ludi denique & dies feſti quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quàm fruendo, &c.*

FONTEIS VT ADIRE REMOTOS] fonteis vltimos, & capita fontium vltima, vt deſinam riuulos conſectari, & ab ipſis fontibus hauriam, id eſt, vt ipſum auctorem, & inuentorem huius diſciplinæ, horúmque præceptorum adire poſſim, atque ab ipſo præcepta vitæ beatæ ſumere. eſt autem totus hic ſermo vrbanitatis & ſatyricæ irriſionis plenus.

TVRNEBVS.

EX lib. 1. cap. 24. Culinaria Catij Epicurei philoſophia ab Horatio ſcitè irridetur, qui non ſapientiæ doctrinam, ſed voluptatis indulgentiam profitetur, & non tam intelligendi, quã cœnandi ſcientiam & artem docet. is conuiuium ſuum à promulſide incipit: ſic enim eos cibos vocabant, quibus ante primum hauſtum veſcebantur, quem è mulſo ducebant, quòd vacuis & inanibus venis initio dulcem eſſe potionem putarẽt infundendam. Itaque ex auſtero vino mulſum conditum reprehenditur.

Aufidius, inquit, *forti miſcebat mella falerno,*

Mendoſè: Alij promulſidem interpretantur, quod vice mulſi conuiuis ad appetentiam prouocandam dabatur. *Ponere*, autem, *ſigna*, eſt literis conſignare & conſcribere. inſtituerat. n. hæc literis mandare Catius, ſed tamen antè mauult Horatio ea reddere & narrare, vt quæ accepit recomminiſcatur, cùm vereatur, ne quid è memoria excidat: id enim eſt quod ſcribit,

Quid id erat cura quo pacto cuncta tenerem.

Et tibi narrando, inquit, memoriæ infigam meæ tenacius & firmius. Promulſidem autem, quam Macrobius lib. 3. cap. 13. Satur. etiam antecœnã vocat, appellare videtur feſtiuè prandium, quòd quam propriè cœnam vocabant, antecedat. Primã.n. illam menſam æſtate terminari ſalubriter moris ait, --*ille ſalubres*

Æſtate peraget, qui nigris prandia moris.

Finiet: Niſi quis cenſeat æſtate nihil vltra mora prandendum eſſe, abſtinendúmque tum pulmento & alio obſonio: quod & verius videtur.

Ex lib. 28. cap. 23. Promulſidem, vnde iuriſconſultis L. etſi non ſunt §. ſed ſi vaſa. ff. de aur. & arg. leg. Promulſidiaria vaſa, puto cibum fuiſſe, qui initio vel prandij vel cœnæ ſumebatur loco mulſi: quod caput & principium olim cœnæ erat, vt ex Horatio intelligimus ſcribente,

Aufidius forti miſcebat mella falerno

[A] *Mendoſe: quoniam vacuis committere venis*
Nil niſi lene decet. leni præcordia mulſo
Proluoris melius.

Ex lib. 1. cap. 24. Cùm autem breue lapathũ dicitur, intelligo rumicem minorem, vt oxylapathum, & oxalida, ad maioris rumicis, quẽ hippolapathum vocant, diſtinctionem.

Lubrica conchylia dicuntur, totus polita, læuia, nitida, & ſi quædam foris ſcabra ſunt, & aſpera, vt ex his, quæ ſubiicit Flaccus, apparet: alioquin ſunt politæ foris conchæ, & quædam ab Hiſtoricis vocantur lioſtrea, quod eorum ſit læuigatior & æquabilior foris teſta.

Ex lib. 21. cap. 21. *Lubrica naſcentes implent conchy-*
[B] *lia lunæ.* Vide ſuper. Odam 19. lib. 1. Carminum. in explicatione verſus *Et vultus nimium lubricus aſpici.*

Ex lib. 1. cap. 24. *Molle*, autem, *Tarentum*, cum dixit, ſi Macrobio lib. 1. Satyr. cap. 8. credimus, erraſſe videri poteſt, qui etymologiam reſpiciens idem eſſe Terentum & Tarentum crediderit. Nam quæ dicuntur oues Tarentinæ, eas Terentinas dici debere credit, quòd Terentum Sabinorum lingua ſit molle: Sed Flaccus potius ad populi fortaſſe mores, quàm vocis notationem reſpexit.

Nec ſibi, inquit, *cœnarum quiuis temerè arroget artem.* Ecce, quæ adhuc dixit, & memorauit, ante cœnam eſſe putat, quæ ſequuntur cœnæ fercula cenſet. Nam & Macrobius cœnam, & antecœ-
[C] nam diſtinguit: ſed & miſſus piſcium, cœna piſcium: miſſus auium, cœna auium dicebatur. *Ignarum quibus eſt ius aptius*, de patinariis piſcib. qui in patina iure merſi apponebantur dicit. *Eũ*, inquit Comicus, Aſinaria Sc. Vnum iſtorũ quoque verbum, *quouis pacto condias, vel patinarium, vel aſſum.*

Si, inquit Flaccus, Surrentino vino Falernum fæcatum & turbidius miſceas, aut ei fæcem vini falerni, vt eius ſaporem combibat, & vt iucundior potio temperetur, addas, ſine colo vinario defæcare vinum poteris ouo columbino. Nam fæcem deuoluet vitellus: hodie tamen qui limpidas defæcatáſque reddunt potiones, decocta & diluta, albumine potius, quàm vitello ſolent vti. At

[D] *Corticóque croco ſparſum ſtetit*, elegantèr dixit. Nam quæ liquidiora erant & humidiora, vt aliquam adepta ſunt coquendo concretionem, ſtare dicuntur. Hinc deſcribit ſecundam menſam, quæ & menſa pomorum dicitur.

Picenis cedunt pomis Tiburtia ſucco. Scobem porrò à Catio credo imperari, vt ſi in pauimento lacuna ſit facta effuſo humore, inſperſa protinus Scobs humorem exiccet.

Toralibus autem lectorum, veſtes ſtragulæ, aut conchyliatæ, aut purpureæ, aut Babilonicæ à locupletiſſimis patribusfamilias circũdabantur: ſed tam honeſta veſtis parum decebat, ſi toral, quod ſubeſſet, turpe & ſordidum, aliqua parte non opertum vel retectum appareret. Toral. n.

inuolucrum erat thori, id eſt, congeſtæ plumæ, A
vel herbæ, vel arundinis operimentum, quod &
elegantiore rurſus ſtragulo obducebatur, conui-
uij cauſa, aut feriarum: Ouidius, 8. Metamor.

—in medio torus eſt de mollibus vluis,
Impoſitus lecto, ſponda pedibúſque ſalignis,
Veſtibus hunc velant, quas non niſi tempore feſto,
Sternere conſuerant.

ARGVMENTVM. Satyr. 5.

Sub perſona Vlyſſis (quem inducit ſciſcitantem ex Tireſia apud inferos, quibus artibus res amiſſas reparare queat) deſcribit varias artes quibus vtebantur qui hæreditates captabant.

B

HOc quoque, Tireſia, præter narrata petenti
Reſponde: quibus amiſſas reparare queam res
Artibus, atque modis. quid rides? iámne doloſo
Non ſatis eſt Ithacam reuehi: patrióſque Penateis
Aſpicere? ô nulli quicquam mentite, vides, vt C
Nudus, inopsq́; domum redeam te vate: neque illic,
Aut apotheca procis intacta eſt, aut pecus. atqui
Et genus, & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.
Quãdo pauperiẽ miſſis ambagibus horres:
Accipe, qua ratione queas diteſcere. turdus,
*Siue aliud * priuum dabitur tibi: deuolet illuc,* D
Res vbi magna nitet domino ſene: dulcia poma,
Et, quoſcumque feret cultus tibi fundus honores,
Ante Larem guſtet venerabilior Lare diues,
*Qui quamuis periurus erit, * ſine gente, cruentus*
Sanguine fraterno, fugitiuus: ne tamẽ illi
*Tu comes * exterior, ſi poſtulet, ire recuſes.*
A *Vtne tegam ſpurco Damæ latus? haud ita Troiæ*
Me geſſi, certans ſemper melioribus. ergo
Pauper eris. fortem hoc animum tolerare iubebo.
*Et quondam maiora tuli. tu * protinus, vnde*
Diuitias, æríſque ruã, dic augur, aceruos.
Dixi equidem: & dico: captes aſtutus vbique
B *Teſtamenta ſenum: neu, ſi vafer vnus, & alter*
Inſidiatorem præroſo fugerit hamo:
Aut ſpem deponas, aut artem illuſus omittas:
Magna, minórve foro ſi res certabitur olim:
*Viuet vter locuples ſine natis, * improbus vltrò*
C *Qui meliorẽ audax vocet in ius: illius eſto*
Defenſor. fama ciuem, cauſáque priorem
Sperne, domi ſi natus erit, fœcundáue coniux.
** Quincte puta, aut Publi (gaudent prænomine molles*
Auriculæ) tibi me virtus tua fecit amicũ.
Ius anceps nôui? cauſas defendere poſſum:
Eripiet quiuis oculos citius mihi, quàm te
*Contentum caſſa nuce * pauperet, hæc mea cura eſt,*
Ne quid tu perdas, neu ſis iocus. ire domum, atque
D *Pelliculam curare iube. * ſi cognitor ipſe.*
Perſta, atque obdura: ſeu rubra canicula findet
Infanteis ſtatuas: ſeu pingui tentus omaſo
*Furius * hibernas cana niue conſpuet Alpeis:*
Nónne vides, aliquis cubito ſtantem propè tangens
Inquiet, vt patiens? vt amicis aptus? vt acer?

* Plures annabunt thynni : & cetaria creſcent.
Sicut præterea * validus malè filius in re
Præclara ſublatus aletur: ne manifeſtum
Cælibis obſequium nudet te: leniter in ſpem
Arrepe * officioſus, vt & ſcribare ſecũdus
Heres : & , ſi quis caſus puerum egerit Orco,
* In vacuũ venias. perrarò hæc alea fallit.
Qui teſtamentum tradet tibi cúmque legendum:
Abnuere, & tabulas à te remouere memento,
Sic tamen vt * limis rapias, quid prima ſecundo
Cera velit verſu. ſolus, multíſne coheres,
Veloci percurre oculo. plerúmq; * recoctus
Scriba ex quinqueuiro coruum deludet biantem:
Captatórque dabit riſus Naſica Corano.
Num furis : an prudens ludis me, obſcura canendo?
O Laërtiade, * quicquid dicam ; aut erit, aut non.
Diuinare etenim magnus mihi donat Apollo.
Quid tamen iſta velit ſibi fabula, ſi licet, ede.
* Tempore, quo iuuenis Parthis horrendus ab alto
Demiſſum genus Ænéa, tellure, maríque
Magnus erit: * forti nubet procera Corano
Filia Naſicæ metuentis reddere ſoldum.
Tum gener hoc faciet : tabulas ſocero dabit : atque
Vt legat, orabit. multùm Naſica negatas
Accipiet tandem : & tacitus leget, inueniétque
Nil ſibi legatum, præter * plorare, ſuíſque.
Illud ad hæc iubeo : mulier ſi forte doloſa,
Libertúſve ſenem delirum * temperet : illis
Accedas ſocius: laudes, lauderis vt abſens.

A Adiuuat hoc quoque : ſed vincit longè prius, ipſum
Expugnare caput. ſcribet mala carmina vecors?
Laudato. ſcortator erit? caue te roget: vltro
Penelopam facilis potiori trade. putáſne?
Perduci poterit, tam frugi, támq; pudica,
Quã nequiere proci * recto depellere curſu?
Venit enim magnum donandi parca iuuentus.
B Nec tantùm Veneris, quantùm ſtudioſa culinæ.
Sic tibi Penelope frugi eſt : quæ ſi ſemel * vno
De ſene guſtarit, tecum partita lucellum:
Vt canis, à corio numquam absterrebitur vncto.
Me ſene, quod dicam, factum eſt. anus improba Thebis
Ex teſtamento ſic eſt elata : cadauer
C Vnctum oleo largo nudis humeris tulit heres:
Scilicet elabi ſi poſſet mortua : credo,
Quòd nimiùm inſtiterat viuenti. cautus adito:
Neu deſis operæ : néve immoderatus abundes.
Difficilem, & moroſum offendet * garrulus. vltrò
Non etiam ſileas. Dauus ſis comicus: atq;
D Stes capite obſtipo, multùm ſimilis metuẽti
* Obſequio graſſare : mone, * ſi increbruit aura,
Cautus vti velet carum caput. extrahe turba
Oppoſitus humeris. aurem ſubſtringe loquaci.
Importunus amat laudari? donec ohe, iam
Ad cælũ manibus ſublatis, dixerit, vrge: &
Creſcentem tumidis infla ſermonibus vtrem.

Cùm te ſeruitio longo, curáque leuarit:
Et certum vigilans, quartæ ſit partis V-
lyſſes
Audieris, heres: * *ergo nũc Dama ſodalis*
Nuſquã eſt? vnde mihi tam fortem, tám-
que fidelem?
Sparge ſubinde: & ſi paulum potes, illa-
crymare. * *eſt*
Gaudia prodentem vultum celare. ſepul-
crum
Permiſſum arbitrio, ſine ſordibus exſtrue.
funus
Egregiè factum laudet vicinia. ſi quis
Forte coheredum ſenior * *malè tuſſiet:*
huic tu
Dic, ex parte tua, ſeu fundi, ſiue domus ſit
Emtor, * *gaudentem nummo, te addicere.*
ſed me
Imperioſa trahit Proſerpina: viue, va-
léque.

Hac ſatyra deſcribit ſub Vlyſſis perſona inſidiatores, & captatores hereditatum: quorum magna quidem iam erat turba ætate Horatij, ſed lõgè maior poſteà exſtitit, dominantibus Romæ impotentiſſimis, ſceleratiſſimis, flagitioſiſſimis, impuriſſimis tyrannis. Ad hanc rem pertinent illa, quæ ſunt epiſt. 1. lib. 1. *Fruſtu* [ſeu *Cruſtu*] *& pomis viduas venentur auaras, Excipiántque ſenes, quot in viuaris mittant.* facit autem Tireſiam Vlyſſi cõſulenti apud inferos, quibus rationibus, atque artibus damna præterita ſarcire, & diteſcere poſſit, reſpondentem, nullam eſſe rei faciendæ viam breuiorem, atque expeditiorem, quàm ſenes diuites vel orbos, vel quibus liberi ſint parùm firma valetudine, omni ſtudio, atque officio proſequi, aucupari, captare.

Hoc qvoqve Teresia.] proinde quaſi multa alia inter ſe locuti ſint, & quaſi non ſit hoc ſermonis principium, à media quodammodo narratione orditur: quo in genere frequẽtes ſunt comici. Terent. And. *Quid igitur ſibi vult pater? cur ſimulat?* & ibidem. *Ita pol quidem res eſt, vt dixti, Leibia.* ibid. *Mitte orare, &c.* Sciendum eſt autem, Horatium alludere ad ea, quæ finxit Homerus de Vlyſſis ad inferos deſcenſu, quæ ſunt ὀδυσ. κ. vbi Circe Vlyſſi omnibus precibus obſecranti, vt ſibi in patriam redeundi poteſtatem faciat, viámque oſtendat, reſpõdet, illi per ſe quidem reuerti licere: ſed non antè id fieri poſſe, quàm ad inferos deſcenderit, Tireſiámque vatẽ conſuluerit: quem ait numquam labi, numquam

A errare: cui ſoli Proſerpinam etiam mortuo prudentiam, ſapiẽtiámque dediſſe: ceteros verò vmbras eſſe, atque huc & illuc vagari, ac volitare. Homeri verba ſunt hæc: Ἀλλ' ἄλλην χρὴ πρῶτον ὁδὸν τελέσαι καὶ ἱκέσθαι Εἰς Ἀΐδαο δόμους, καὶ ἐπαινῆς Περσεφονείης, Ψυχῇ χρησομένους Θηβαίου Τειρεσίαο Μάντιος ἀλαοῦ, τοῦ τε φρένες ἔμπεδοί εἰσι· Τῷ καὶ τεθνειῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια, Οἴῳ πεπνῦσθαι· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι. cũ quibus congruunt illa Pindarica εἰδ. ἴχ. ἰσθμ. Τειρεσίαο πυκιναῖς βουλαῖς, id eſt, Tireſiæ prudentibus conſiliis.

Amissas rep. qv. res] iacturas præteritas ſarcire poſſim. omnium autem damnorũ,
B quæ fecit Vlyſſes, grauiſſimum fuit illud, quod ei accidit ob ſolis boues ab eius ſociis violatos, ac mactatos. Nam propter huius facinoris culpam ſocios omneis ſuos amiſit, ipſe vix nudus ligno vuo nauis nixus ad Calypſonem peruenit: quæ narrátur ὀδυσ. μ. & nos attigimus annot. ad epi. 5. lib. 1.

Doloso] noti quidem ſunt Vlyſſis doli vel pueris, & diximus ſup. quiddam hac de re ad Od. 6. lib. 1. ſed non me pigebit tamen loco a duos ex Homero proponere lectori, quibus ingenium Vlyſſis tale fuiſſe declaratur. Neſtor. ὀδ. γ. ipſius Vlyſſis filio Telemacho Vlyſſem fallaciarum, atque aſtutiarum omnium varietate, & multitudine Græcis omnibus antecelluiſſe dicit, his ver-
C bis, Ἔνθ' οὔτις ποτὲ μῆτιν ὁμοιωθήμεναι ἄντην Ἤθελ', ἐπεὶ μάλα πολλὸν ἐνίκα δῖος Ὀδυσσεὺς Παντοίοισι δόλοισι, πατὴρ τεός, id eſt, Vbi nemo vmquam conſilio & ſollertia cum eo ſe comparare vellet, quoniam multò ſuperior erat Vlyſſes pater tuus variis dolis. & Pallas ὀδυσ. ν. poſita paſtoris, cuius ſimilitudinem & ornatum ſibi ſumſerat, perſona, aſtutiſſimum, & callidiſſimum omnium futurum eſſe ait, qui vllo aſtutiarum genere Vlyſſem ſuperare queat, etiam ſi Deus ei obuiam fiat. Κερδαλέος κ' εἴη, καὶ ἐπίκλοπος, ὅς σε παρέλθοι Ἐν πάντεσσι δόλοισι, καὶ εἰ θεὸς ἀντιάσειε, Σχέτλιε, ποικιλομῆτα, δόλων ἆτ', οὐκ ἄρ' ἔμελλες Οὐδ' ἐν σῇ περ ἐὼν γαίῃ λήξειν ἀπατάων, Μύθων τε κλοπίων, οἵ τοι πεδόθεν
D φίλοι εἰσίν, id eſt, Aſtutus ſit ille, & valde fallax, qui te omnibus dolis prætereat, etiamſi Deus tecum certet. infelix, ſeu miſerabilis, variorum conſiliorum artifex, dolis inexplebilis: ergo ita futurum fuit, vt ne in tua quidem patria fallaciarum ſermonúmque doloſorum, qui tibi natura ſoli cari ſunt, modum conſtitueres?

Iámne dol. Non satis est Ith. rev.] Iámne doloſo Vlyſſi (inquit Tireſias) non ſatis eſt, in patriam natibus reuerti, patriámque aſpicere? Verùm tamen Ithacam vt videret, patriam ſuam, vir ille ſapientiſſimus immortalitatem ſcribitur repudiaſſe, ait M. Tull. lib. 2. de legib. & Homer. ὀδυσ. α. αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς Ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρῴσκοντα νοῆσαι Ἧς γαίης, θανέειν ἱμείρεται, id eſt, At Vlyſſes cupiẽs etiam fumũ patriæ ſuæ exſilientem aſpicere, mori exoptat.

O nvlli qvicqv. ment.] ſic Sophocl. in OEdip. tyranno de Tireſia, Τὸν θεῖον ἤδη μάντιν ὧδ' ἄγουσιν, ᾧ τἀληθὲς ἐμπέφυκεν ἀνθρώπων μόνῳ, id eſt, huc iam diuinum vatem adducunt, cui homini ſoli verum eſt inſitum.

Apotheca] ἀποθήκη locus, vbi quippiam cónditur, vt vinum, arma, fruges. *apotheca vinaria*, freqoentes voces apud Plinium, & Columellam. M. Tull. Philipp. 2. *apothecæ totæ nequiſſimis hominibus condonabantur.*

Avt pecvs] primo libro ὀδυσ. queritur Pallas, procos Penelopæ, oueis, & boues Vlyſſis mactare. οἵ τέ οἱ αἰεὶ Μῆλ' ἀδινὰ σφάζουσι, καὶ εἰλίποδας, ἕλικας βοῦς. & eodem libro Telemachus. οἱ δὲ φθινύθουσι ἔδοντες Οἶκον ἐμόν· τάχα δή με διαῤῥαίσουσι καὶ αὐτόν. i. hi autem domũ meam comedentes abſumunt: fortaſſe verò etiã meipſum interficient. in quibuſdam libris ſcriptum eſſe *penus*, quidam, qui habetur doctus, mihi dicebat Romæ, & ita legendum vero vultu contendebat.

Alga] ſup. Od. 17. lib. 3. *& alga littus inutili Demiſſa tempeſtas ab Euro Sternet*. Virgil. Melibœo, *Horridior ruſco, proiecta vilior alga.*

Qvando pavper m.] Quoniam igitur (inquit Tireſias) omiſſa longa verborum circuitione, paupertatem pertimeſcis, ac reformidas: audi, & cognoſce ex me, qua ratione poſſis rem facere, & locupletari.

Sive alivd priv.] priuatum, proprium: vt epiſt. 1. lib. 1. *quem ducit priua triremis*. Siue, hoc loco non geminatur, vt nec Od. 6. lib. 1. *Cantamus vacui, ſiue quid vrimur Non præter ſolitum leues.* ſiue turdus (inquit) ſiue quid aliud propriũ tibi ſuppetet, mittatur illico ad diuitem ſenem. Priuum eſt proprium vniuſcuiuſque: vnde & res priuata, inquit Nonius aliàs priuum idem valet, quod ſingulare, ſeu ſingulum, vt loquebantur veteres.

Devolet] deferatur illuc, idque quàm primùm, & celerrimè. verbo accommodatiſſimo ad nomen *turdus*, quod antecedit, vſus eſt.

Nitet] nitor domus ſignificat copiam, & diuitias: vt nitor corporis, victum mundum, lautum, & elegantem. ſic Lucret. lib. 1. & item alibi, fruges nitidas appellat, ſignificans, pingueis, opimas, & vberes.

Dvlcia poma] Virgil. Tityro, *ſunt nobis mitia poma.*

Honores] optimos quoſqoe fructus, atq; adeò primos, quibus ſignifices, te optimè de eo exiſtimare, beneqoe ei cupere.

Venerabilior Lare] quem priùs & potiùs venerari debes, quàm Larem, ſi quidem quàm primùm diteſcere velis. Lares & Penates, dij, qui à quoque domi colebantur: quibus è cena libare, & fructuum primitias conſecrare ſolebant. vide annot. ad epiſt. 7. lib. 1.

Sine gente] vt pote libertus, aot libertinus. gentiles ſunt, qui inter ſe eodem nomine ſunt, qui ab ingenuis oriundi ſunt, quorum maiores nulli ſeruitutem ſeruierunt, vt definit Scæuula. Inter gentem autem, & familiam, tantũdem intereſt, quantum inter genus & ſtirpem. Nam quemadmodum latiùs patet gens, quàm familia: ita & genus plus continet, quàm ſtirps. denique familiæ multæ poſſunt eſſe vnius gentis, vt in gẽte Valeria erant Maximi, Meſſallæ, Leuini, Flacci: in Cornelia Scipiones, Cinnæ, Lentuli, Sullę. Itaque ſi de hęreditate aliqua controuerſia ſit, propiores, ac priores ſunt agnati, quoniam eiuſdem familiæ ſunt, quàm gentiles, qui duntaxat eiuſdem ſunt gentis. qua de re qood inter Marcellos, & Clandios patricios, litigatum eſſe ſcriptum reliqoit M. Tullius lib. 1. de oratore ad Qu. Fr. cùm Marcelli ab liberti filio, ſtirpe: Claudij patricij, eiuſdem hominis hereditatem gente ad ſe rediiſſe dicerent: non dubito, quin ea hereditas à centumuiris fuerit Marcellis adiudicata. ius enim ſtirpis, & familiæ, iure generis, & gentilitatis potius, atque interius eſt. gentem igitur eorũ fuiſſe, qui eiuſdem nominis eſſent, quorúmque maiores ſeruitutem non ſeruierant: familiam autem eorum, qui eioſdem nominis eſſent, & cognominis, inter omnes cõnoenit. Itaq; ſine gente erant liberti, libertini, libertinorum filij, tametſi hi, quos vltimo loco poſui, eſſent ingenui.

Crvent. Sang. frat.] fratricida. Virg. lib. 1. Æneid. *primo quæ prodita ſomno Tydides multa vaſtabat cæde cruentus. Cruentus* autem & hîc & apud Virgil. idem valet, quod, contaminatus & inquinatus. ſanguis enim inquinat. Itaque qui occiderunt aliquem, impuri ſunt. Ex eo cruentum pro impuro vſurpatur, vt à Lucretio lib. 6. de nat. rer. *An cælum nobis vltro natura cruentum, &c.* vbi vulgò *corruptum* legebatur.

Fvgitivvs] id eſt, ſeruus. nam ſeruum, fugitiuum appellabant per contumeliam, ab affectu. Terent. Eunuch. *fugitiue prodi, malè conciliate.* Interdum etiam liberum ab effectu, atque euentu, vt idem Heautont. *Quamobrem me rogas? homini fugitiuo dabo?* nam ibi de Clinia loquitur. Omninò fugitiui propriè ſerui appellantur. ex quo in edicto ædilium curulium titulus eſt ſeruorum fugitiuorum, *Si quis fugitiuus, erróve ſit, noxáve ſolutus non ſit.*

Exterior] inferior: vt cum eo ambules, & iter facias minùs honorato loco: vt incedas ab eius ſiniſtro látere: vt ei claudas, & tegas læuũ latus. quod declarat proximus verſus. tranſlatio autem ducta eſt à circulis, quorum ij, qui ſunt exteriores, ſunt poſteriores: interiores autem, priores. Sic igitur qui in ingreſſu dextram partem obtinent, interiorem circulum, & iccircò minorem faciunt: qui læuam, exteriorem, & maiorem.

Vtne tegam] ſic habent cod. 2. Vatic. & Iannoct. Faërn. Torneſ. Ruſſard. cuius lectionis elegantiam quidam non intelligentes ſuppoſuerant, *Víſne tegam.* Nam ſic loqoontur boni ſcriptores: in his Liuius libr. 4. *Illine vt impune primò diſcordias ſerentes concitent finitima bella? deinde, &c.*

Horat. Od. 16. epod. reſponſ. Canid. *Inultus vt tu riſeris Cotyttia Vulgata, ſacrum liberi Cupidinis?* & fortaſſe M. Tullius lib. 4. accuſation. ita locutus eſt non loogè à princip. mutata ſcilicet interpūctiooe, *Quid ſi magnitudine pecuniæ perſuaſum eſt? veriſimile non eſt. Vt ille homo tam locuples, tam honeſtus religionis ſuæ, monumentiſque maiorum pecuniam anteponeret?* nam hæc legi coniunctè, *veri ſimile non eſt, vt ille homo tam locupl. &c.* non placet. quamquam non ſum oblitus, me nuper, cùm M. Tullij opera omnia edidi, paulò aliter hunc locum legendū eſſe putauiſſe.

D a m æ] ſeruili genere nato. ſup. Sat. 6. lib. 1. *Túne Syri, Damæ, Dionyſi filius, audes Deiicere è Saxo ciues?*

C e r t a n s s e m p. m e l i o r i b.] vt cum Aiace. participium *certans* cum dandi caſu coniunxit, vt ſolet ſimilia.

F o r t e m h o c a n i m v m t o l e r. i v b.] mihi, meóque animo imperabo, vt præter meam cōſuetudinem, meámque dignitatem, Damam, & infimum quémque hominem colam rei faciendæ, & diteſcendi cauſa. Alludit autem ad illud Homericum, quod dicit Vlyſſes ὀδυσσ. υ. Τέτλαθι μοι κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης, id eſt, dura & perfer mihi animè: & etiam grauius aliud aliquando pertuliſti.

R v a m] eruam, effodiam, cómparem: vel dic *ruam aceruos*, id eſt, corruam, colligam, conſtruam. tale illud eſt Sat. 1. lib. 1. *diues, Vt metiretur nummos.* eodem pertinet illud ex ead. Sat. *At ſi id fit, quid habet pulchri conſtructus aceruus?* tralatio eſt.

I n s i d i a t o r e m] te captatorem hereditatis: inſidiatorem bonorum.

P r æ r o s o f v g. h a m o] tranſlatum à piſcibus, qui plerúmque hamo vnà cum eſca vorato, vel certè eſca circumroſa, effugiunt manus piſcatoris. huc pertinet diſtichum illud Martialis de captatore lib. 6. *Munera magna quidem miſit, ſed miſit in hamo, Et piſcatorem piſcis amare poteſt?*

A v t s p e m d e p.] profert hunc locum Priſcian. lib. 1. *ſpem deponas* autem, id eſt, deſperes, ſpem abiicias.

A v t a r t e m] τέχνην, captandi ſcilicet.

I l l v s v s] ab eo, quem captabas. Ars omnis incerta eſt, & in coniectura poſita. Quare non debet artifex, ſi quando præceptis artis minus reſpondeat euentus, artem deſinere: ſed aliam viam experiri, & tamen præcepta, quibus ars ea, quam tractat, conſtat, accuratiſſimè ſeruare.

M a g n a, m i n ó r v e, &c.] id eſt, ſiue de magna, ſiue de parua re olim diſceptabitur, litigabitur, iudicio contendetur: eius, qui ſit audax, improbus, & ſceleratus, cauſam, & patrocinium ſuſcipito, ſi modò ſit locuples, & ſine liberis: alterum autem, qui ſit vir bonus, deſerito, ſi liberos habebit. verbum *certabitur* hoc loco perſonale eſt (vt appellant) παθητικόν. ſic Liu. lib. 35. *Tribuni plebis multam M. Poſtumio dixerunt. cuius certandæ cum dies aduenifſet, &c.*

O l i m] poſthac: vt epiſt. ad Iul. Florum lib. 1.

A *Ne, ſi forte ſuas repetitum venerit olim Grex auium plumas, &c.* & Od. 10. lib. 2. *non, ſi malè nunc, & olim Sic erit.* & epiſt. ad Fuſc. Ariſtium. *vt calceus olim Si pede maior erit, ſubuertet: ſi minor, vret.* Virgil. Æn. 1. *Hunc tu olim cælo ſpoliis orientis onuſtum Accipies ſecura.* & 4. *gentique meæ data mœnia cernam, Cognatas vrbes olim, populóſque propinquos.*

V l t r o] qui non laceſſitus, non læſus, nulla iniuria, nullóque damno affectus, virum ſe multo meliorem in ius vocet: quod eſt improbi hominis.

F a m a c i v e m, c. q; p r.] ciuem, cuius ſit & fama melior, & cauſa verior.

Q v i n c t e, p v t a, e t P v b l i] inſtituit, & docet captatorem Tireſias, qua ſe oratio-
B ne ad aureſ, & amicitiam diuitis ſit inſinuaturus. Nemini autem inauditum eſt, Romanos illos veteres ingenuos, tribus appellationibus eſſe nominatos, habuiſſéque prænomen, id eſt, nomen commune: nomen, quod erat gentis: cognomen, quod erat familiæ nomen. Prænomina erant exempli cauſa Caius Cn. Dec. Hoſtus, L. M'. id eſt, Manius, M. Num. Poſt. Proc. P. Q. Ser. Sextos, Sp. Tib. Titus, &c. quamquam nonnulla ex his longo pòſt tempore pro cognominibus cœpta ſunt vſurpari. ſed de his Carol. Sigonius, & Onofr. Panuinus, viri doctiſſimi, ſunt conſulendi.

G a v d e n t p r æ n o m i n e M. A v r.] prænomina enim maximè erant ingenuorū pro-
C pria. Quin ſerui prænominibus carebant. Vnde longè honorificentius erat prænominibus ſalutare, quàm nominibus, aut cognominibus. contrà familiarius, & commonius cognominibus ſalutare, vt ſalue Caſca, ſalue Pulcher, Cicero, Cæſar.

T i b i m e v i r t v s t v a f. a.] virtus tua, non pecunia tua.

M o l l e s] quæ delectantur aſſentatione: libertate orationis offenduntur.

I v s a n c e p s] M. Tull. *ius varium* in oratione pro Cæcina: pro Murena *ius controuerſum nominat*: id eſt, ius ambiguum, & quod in vtrámque partem trahi poteſt.

E r i p. q v i v i s o c v l. c i t.] prouerbia-
D liter dixit. nam etiam ita loquimur, to mihi carior es bis oculis. Catull. ad Quinct. *Eripere ei noli, multo quod carius illi Eſt oculis, ſeu quid carius Eſt oculis.* idem ad C. Licin. Caluum, *Ni te plus oculis meis amarem Iucundiſſime Calue, munere iſto Odiſſem te odio Vatiniano.* Iccircò Phædromus ille apud Plaut. in Curculione, amicæ ſuæ oſtium *oculiſſimum* appellat, id eſt, cariſſimum.

C a s s a n v c e] inani. caſſum idem valet, quod inane, & vacuum: ex quo, *lumine caſſi* appellantur mortui. Virg. Æneid. 2. *nunc caſſum lumine lugent.* Lucret. lib. 4. *Nam nihil eſſe poteſt aliud, niſi lumine caſſus Aër id, quod nos vmbram perhibere ſuëmus.* idem lib. 5. *Nec potis eſt cerni, quia caſſum lumine fertur.* ibidem. *corpus, quod caſſum lumine ſemper.* Idem lib. 3. *Sollicitámque geris caſſa formidine mentem*

mentem. Iterum lib. 4. *Illa tibi eſt igitur verborum copia caſſa.* Pacuuius de teſtudine, *Terrigenam, herbidam, domiportam, ſanguine caſſam.* M. Tullius lib. 5. Tuſcul. *vt omne, quod honeſtum nos, & laudabile eſſe dicimus, id illi caſſum quiddam, & inanis vocis ſono decoratum eſſe dicant.* Plautus Aulul. *virginem habeo grandem, dote caſſam, atque illocabilem.* Idem Pſeud. *Te amatorem inuentum eſſe inanem, quaſi caſſam nucem.* Idem in Rud. *Caſſam glandem.*

Pavperet] pauperem, ſeu pauperiorem reddat. vtitur hoc verbo & Plautus Mil. glorioſo, *merx, Quæ improba eſt, pro mercis vitio, dominum pretio pauperat.* Idem in Pſeud. *nam boni viri Me pauperant, improbi alunt: augent rem meam mali.*

Nev sis iocvs] id eſt, néve ſis cuiquã ludibrio: néve te quiſquam habeat pro delectamento. ſic loquitur Catull. in quandam, *Iocum me putat eſſe mœcha turpis.*

Ire domvm, atqve, &c.] ſuperiora illa intelligenda ſunt eſſe dicta a Tireſia, quaſi orationem captatori præſcribente, qua hic ſibi diuitis beneuolentiam côciliet: & captatoris orationem imitante: Nunc autem loquitur Tireſias ex ſua perſona.

Pellicvlam cvrare] cibo & potione ſe explere: inuitare ſe liberaliter, & lautè molliter & delicatè viuere: ſibi benefacere. infrà epiſt. 2. lib. 1. *In cute curanda plus æquo operata iuuentus.* & epiſt. ad Alb. Tibull. *Me pinguem & nitidum bene curata cute viſes.*

C

Et cognitor ipse]. cognitor eſt is, qui iura alterius habet cognita, eáque alios docet, quos ſcire illius intereſt. hoc autem differt cognitor à procuratore, quòd hic eſt abſentis, ille præſentis. M. Tull. pro Qu. Roſc. com. *in hãc rem me cognitorem dediſti.* Idem pro Cæcin. de Æbutio. *cognitoris viduarum, defenſoris nimium litigioſi.* legendum autem eſt non *ſis*, vt habent libri vulgati, ſed *ſi*, vt manu ſcr. quod cùm indicaſſet mihi Io. Daniel Aurelianus in vno codice, ita reperi poſtea in ſex aliis: itaque memini ſcriptum eſſe in iis ferè omnibus, quibus Romæ vſus ſum. Vtitur eodem imperatiuo & Plautus Curculione, *Sequere hac Palinure me ad foreis. ſi mi obſequens.* ibid. paullò pòſt, *Potate, ſite mihi volentei propitiæ.* idem Perſa: *Age, ſi benignus, ſubueni.* & Cn. Mattius apud Nonium libr. 16. Iliad. *Nunc ſocij, nunc ſite viri.*

D

Sev rvbra canicvla, &c. ſiue æſtas erit, & anni tempus ardore ſolis immoderato æſtuoſum, ſiue bruma, & cælum perfrigidũ. rubram Caniculam nominat, quia calida, & ignita rubent. poſt Caniculæ autem ortum acerrimi ſolent eſſe totius anni temporis calores. ſuprà ode 13. lib. 1. *Te flagrantis atrox hora Caniculæ Neſcit tangere.* & Od. 17. eiuſd. libr. *Hic in reducta valle Caniculæ Vitalis æſtus.*

Sev pingvi tentvs omaso] Furium Bibaculum poëtam vrbanè, ſatyricéque inſectatur, & irridet: & ex eo, quòd vilibus obſoniis ſeſe expleret, ac ſaginaret, contemtum ſi-

A gnificat: qui, cùm brumæ tempus deſcriberet, hoc verſu fuerat vſus, *Iupiter hibernas cana niue côſpuit Alpes.* Huius tamen Furij verſus aliquot profert Macrob. lib. 6. Satur. cap. 1. non malos: quippe quos Virg. mutuatus ſit; vt 6. annalium. *Quod genus hoc hominum Saturno ſancte create?* & 1. *Interea Oceani linquens Aurora cubile.* & 10. *Rumoréſque ferunt varios, & multa requirunt.* ibidem. *Confirmat dictis ſimul, atque exſuſcitat acreis Ad bellandum animos, reficítque ad prœlia menteis.* Profert & hos Aul. Gellius lib. 18. cap. 10. *Sanguine diluitur tellus, caua terra luteſcit. Omnia nocteſcunt tenebris caliginis atræ. Increſcunt animi, vireſcit vulnere virtus. Sicut fulca leuis, volitat ſuper æquora claſſis. Spiritus Eurorum virideis cùm purpurat vndas. Quo magis in patriis*

B

poſsint opuleſcere campis. Iam omaſum bubulum cômemorat Plinius lib. 8. cap. 46. *damnatus eſt à populo Rom. die dicto, qui concubino procaci rure omaſum edíſſe ſe negante, occiderit bouem, actúſque in exſilium, tanquam colono ſuo interemto.* Nonius, *Præciſum & omaſum partes carnis & viſcerum.* ſignificat Horatius, hunc Furium hominem fuiſſe obeſum, & pinguem.

Nonne vides, aliqvis] dicet aliquis de te, vel diuitem illum, vel alium ſibi proximum cubito tangens, non vides, *vt patiens*, id eſt, quo modo, vel quàm ſit patiẽs, & laborioſus Vlyſſes? quàm officioſus, & vtilis, & opportunus amicis? quo modo, ſeu quàm acer, id eſt, quàm acriter in eo, quod ſuſcepit, perſeuerans? vel quàm fortis, ac diligens? *Nonne vides* autem principium verſus, à Lucretio térque, quatérq; iteratum.

Plvres annab. thynni] allegoria eſt. per thynnos, ſenes diuites ſine liberis ſignificat. captatorem autem cum piſcatore côparat. Thunnum Athenæus libr. 7. ſcribit appellatum eſſe ἀπὸ τοῦ θύειν τι, ἢ ὁρμᾶν, id eſt, impetum facere, irruere. hunc piſcem enim admodum concitatum & celerẽ eſſe, propterea, quòd certo anni tempore ſtimulum, ſeu œſtrum quoddam habeat in capite, à quo concitetur, atque impellatur: quod item ſcribit Ariſtoteles lib. 8. cap. 19. his verbis, οἱ δὲ θύννοι, καὶ οἱ ξιφίαι οἰστρῶσι περὶ Κυνὸς ἐπιτολήν· ἔχουσι γὰρ ἀμφότεροι τηνικαῦτα παρὰ τὰ πτερύγια, οἷον σκωλήκιον, τὸ καλούμενον οἶστρον ὅμοιον μὲν σκορπίῳ, μέγεθος δὲ ἴσον ἀράχνῃ. τοῦτο δὲ ποιεῖ αὐτοὺς ἐξάλλεσθαι, οὐκ ἔλαττον τοῦ δελφῖνος: καὶ τοῖς πλοίοις πολλάκις ἐμπίπτουσι, id eſt, Thunni & gladij concitantur œſtro quodam, ſeu aſilo, circiter ortum Caniculæ. habent enim tum vtrique ad alas ſeu pinnas tanquam vermiculum, qui œſtrum, ſeu aſilum appellatur, ſcorpio ſimile, magnitudine autem araneo æquale. Hoc autem ita eos vrit, & cruciat, vt exſiliant, & ſubſiliant non minùs quàm delphinus. Tum ſæpe in nauigia irruunt. Iidem auctores tradunt, thynnis oculi dextri aciem acriorem eſſe, quàm læui.

Cetaria] vel vaſa, in quibus grandiores piſces ſale conditi ſeruantur: vel ſtagna, in qui-

bus viui aluntur.

Valiovs malè] parùm firmus, infirma valetudine, & ita non vitalis.

Svblatvs aletvr] tolli dicuntur pueri, qui, cùm in lucem editi ſunt, ſtudioſè, & magna cura dantur alendi, vt adoleſcant, & ad ætatis florem, ac pubertatem perueniant. natum ex eo, quòd patres ſi filios ſibi natos alere vellent, eos humi iacenteis, tollere, & complecti ſolebāt: ſin nollent, exponi iubebant: exponi autem, id eſt, domo exportatos in loco publico, vt in via publica, aut in littore maris, aut in ripa fluminis aut in ſilua aliqua ponere, & fortunæ committere, ac permittere. nam parentibus licebat liberos nuper natos vel exponere, ac necare, vel tollere, id eſt, alendo, ad pubertatem, & adultam ætatem perducere. Terent. in Andr. *nam, quod peperiſſet, iuſsit tolli.* & Heaut. *meminiſti me eſſe grauidam, & mihi te magnopere interminatum, ſi puellam parerem, nolle tolli?* Chr. *ſcio quid feceris. ſuſtuliſti.* ibi. *ſed hic erat anus Corinthia haud impura. ei dedi exponendam.* ibid. *Nam iam primùm, ſi imperium meum exſequi voluiſſes, interemptam oportuit.* Idem Adelph. *Tu illos duos pro re olim tollebas tua, Quod ſatis putabas tua bona ambobus fore.* Virgil. lib. 9. Æneid. *Non ita me genitor bellis aſſuetus Opheltes Argolicum terrorem inter Troiæque labores Sublatum erudijt.* Et poëta quidam vetus apud M. Tull. Ciceronem lib. 3. Tuſc. qu. niſi fortè Cicero ipſe vertit ex Eurip. *Ego cùm genui, tum moriturum ſciui, & ei rei ſuſtuli.* Notum illud eiuſdem Ciceronis dictum ambiguum in Octauianum. *ornandum, & tollendum adoleſcentem* quòd ipſum Octauianum Cęſarem eſſe queſtum ſcribit D. Brutus ad Cicer. epiſt. lib. 9. & refert Paterculus libr. poſter. & Suetonius in Auguſto.

In re præcl.] in re familiari lauta, & ampla.

Ne manifeſt. cælib. obſeqv. nvo.] id eſt, ne cuiius ſenis cælibis tam apertus ac manifeſtus declaret, te eſſe captatorem hereditatis. nudet te, id eſt, prodat te: conſilium tuum aperiat, ac patefaciat: tuam artem & fallaciam, quam tegi expedit, retegat.

Len. in ſpem Arr.] ſenſim ad ſpem hereditatis accede: officiis tuis paullatim aſſequere, vt iam ſperare audeas, fore, vt ſecundus heres ſcribaris. ſic dixit Horat. *arrepere in ſpem,* vt Mar. Tullius in Frumentar. *arrepere ad amicitiam. quibus rebus non ſenſim, atque moderatè ad iſtius amicitiam arrepſerat, ſed breui tempore totum hominem poſſederat.*

Secvndvs Heres] ſecundi heredes dicebantur à veteribus iuriſconſultis, qui ſubſtituebantur primis heredibus, ita fortaſſe dicti, quia in ſecunda cera ſcribebantur, id eſt, ſecunda parte ceræ, ſeu in ſecundis tabulis: vel in ſecundo gradu.

Egerit Orco] ad Orcum egerit, id eſt, ad inferos: de medio ſuſtulerit: è numero viuorum expulerit.

A In vacvvm venias] in vacuum, mortuo filio primo herede, locum ſubeas.

Perr. hæc al. fall.] id eſt, perrarò hic euentus fruſtratur. tractum à cubis, in quibus fortuna quidem dominatur, ſed tamen nonnihil ars adiuuat, & digitorum mobilitas, & cetera, quæ tenent callidi aleatores.

Qvi teſt. tr. t. cvmqve] quicūque teſtamentum tibi tradet, &c. tmeſis.

Abnvere, et tabvlas] id eſt, memento id recuſare, & tabulas abs te reiicere, ita tamen, vt raptim, & ſimis, hoc eſt, obliquis oculis inſpicias, quid prima cera, id eſt, prima tabula teſtamenti, in qua ſcribuntur primi heredes cōtineat, vt ſcias, verùm ſolus ſis heres inſtitutus, B an tibi dati ſint coheredes. Sciendum eſt autem in prima cera ſcribi ſolitos primos heredes, in ſecunda ſecūdos, & ita deinceps.

Qvid prima ſecvndo] in primo verſu, teſtatoris nomen: in ſecundo, heredis, aut heredum ſcribebatur. neq; verò iis aſſentior, qui *ſecundo verſu* interpretantur ſecundo gradu. nam qui ſecundo gradu erant inſtituti, ſecundi heredes dicebantur, quos etiam ſubſtitutos appellāt. prætereà hîc vnus eſt gradus dumtaxat, non plures. Iam verò in tabulis ceratis ſcribere conſueuiſſe antiquos, conſtat. itaque ſic loquebantur, *prima cera, media cera, vltima cera.* quo genere loquendi ſignificabant primam, mediam, vltimam partem, ſeu tabulam teſtamenti. Sueton. in C. C Iulio, *ſed nouiſſimo teſtamento treis inſtituit heredes ſororum nepotes, C. Octauium ex dodrante, & L. Pinariū & Q. Pedium ex quadrante: reliquos in ima cera.* Idémque de aliis tabulis ſentiendum. M. Tull. libr. Accuſ. 1. *deinde in codicis extrema cera nomen infimum in flagitioſa litura fecit.* Plaut. Curcul. *Dum ſcribo, explebo totas ceras quattuor.* Idem Aſinar. *Aut quod illa dicat peregrè allatam epiſtolam: Ne epiſtola quidem vlla ſit in ædibus: Nec cerata adeò tabula.* Et paucis verſibus pòſt, *Ne vlla ſit cera, vbi facere poſſit litteras.* Idem Bacchid. *cedò tu ceram, ac linum actutum. age obliga, obſigna citò.* Idem ibidem, *Ceræ quidem haud parsit, neque ſtilo: ſed quicquid eſt, perlegere eſt certum.*

Veloci perc. oc.] celeriter perlegi-
D to tacitus.

Pler. recoct. Scriba] Coranum ſignificat, qui ex ſcriba quinqueuiratum adeptus mox ex quinqueuiro, ſcriba iterum factus erat. Ita dicuntur autē quinqueuiri, vt duumuiri, triumuiri, decemuiri, & ſimiles. Recoctum igitur ſcribam appellat, vel quòd ex quinqueuiro refectus erat ſcriba, quod munus ante quinqueuiratum geſſerat: vel quia hic Coranus, quamuis aliquantùm eſſet ætate prouecta, ita firmus erat tamen, & validus, vt recoctus eſſe videretur: vel quia erat callidus, atque aſtutus, multis in negotiis exercitatus, tritus, ac verſatus veterator: vel per recoctum, ſimpliciter ætate grandem ſignificat. quod videtur Seruius velle, qui hunc locū profert ad illum Virgilij locum libr. 11. Æneid.

ſolidum

ſolidum nodis, & robore cocto. Nota autem eſt omnibus de Æſone à Medea recocto fabula: itemq; de Pelia, quam ſic explicabat Diogenes Cynicus, vt diceret, Medeam non fuiſſe veneficam, ſed eruditam & ſapientem fæminam. illam enim ſumere ſolitam homines molleis, & deſidia, luxuria, voluptate fractos: eóſque labore & exercitatione fatigare, atque ita validos & robuſtos efficere. vnde hanc opinionem, famámque de ea fluxiſſe, illam hominum carnibus coctis, eos iuuenes reddere conſueuiſſe. Plaut. in Pſeud. *Quia ſorbitione faciam ego te hodie mea, Item vt Medea Peliã concoxit ſenem: Quem medicamento, & ſuis venenis dicitur Feciſſe ex ſene adoleſcentulum.* M. Tull. in Catone Maiore, *quò quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facilè retraxerit, néve tamquam Peliam, recoxerit.* B Varro Marcip. *Peliam Medeæ permiſſe, vt ſe viuum deglaberet, dummodo puellum redderet.* Ita Catullus Suffecium quendã, ſenem recoctum dicit, quaſi iterum iuuenem factum. Quòd ſi per recoctum vaſtum, & callidum intelligemus, erit tranſlatio à rebus coctis, & recoctis. ſententia autẽ huius loci hæc eſt: Sæpe áccidet, vt ſenex aliquis diues & aſtutus à captatore inſidiis appetitus, eius ſpẽ fallat, vt Coranus Naſicam deluſit. Simile exẽplum commemorat Cornelius Tacitus libr. 13. Annalium de Pomponio Siluano, repetundarũ accuſato, & abſoluto loquens, *valuitq; pecunioſa orbitate & ſenecta: quam vltra eorum vitam produxit, quorum ambitu euaſerat.*

C CORV. HELVO. HIANTEM] captatorem inhiantem, & inſidiantem hereditati deludet, ac fruſtrabitur.

DABIT RISVS] præbebit riſus, præbebit argumentum ridendi.

NVM FVRIS, AN] Vlyſſes non ſatis intelligens, quid ſibi velit Tireſias, quærit, vtrùm furat, vt ſolent vates: an prudens, & ſciens eum ludificet. Plato in Timæo ſcribit, neminem mẽtis compotem vaticinium diuinum ac verum attingere: ſed aut in ſomnis prudentiæ facultate impedita, aut morbo affectum, aut diuino aliquo afflatu cõcitatum. Verba Platonis ſunt hęc, οὐδεὶς γὰρ ἔννους ἐφάπτεται μαντικῆς ἐνθέου, καὶ ἀληθοῦς, ἀλλ' ἢ καθ' ὕπνον τὴν τῆς φρονήσεως πεδηθεὶς δύναμιν, ἢ διὰ νόσον, ἢ τινα ἐνθουσιασμὸν παραλλάξας. D

QVICQVID DICAM, AVT] videtur diuinatores, & vaticinia irridere, atq; adeò ipſum Apollinem: ſi intelligamus, hoc eum dicere, diuinos, & vates ambigua loqui, & quæ in hanc, vel in illam partem trahi poſſint. Alij non putant eſſe iocum, ſed ſerio dici à Tireſia, quicquid dicturus ſit, id aut fore, aut non fore, fore, ſi fore dixerit: non fore, ſi negarit fore. qui fortaſſe falluntur. Nam Horatius vbique ſui ſimilis eſt: id eſt, comis, facetus, & vrbanus. Verumtamen vtatur ſuo quiſque iudicio.

DIVINARE ETENIM] ridiculum erat, quod iamiam dixerat, iuxta priorem explicationem. magis ridicula eſt ratio: quaſi verò magnæ A diuinationis ſit, id dicere, quod ſit vel futurum, vel non futurum. nonnulli tamen, vt iam dixi, ſuperiorem verſum ſic explicant, *quicquid dicam,* id eſt, quicquid dicam futurum, id eueniet: quicquid non futurum, non eueniet: vt nullus inſit in his verbis iocus, nulláque irriſio.

SI LICET, EDE] ſic habent omnes libri vulg. cum quibus conſentiut pleriq; manuſcripti pauci quidam diſcrepantes habent, *ſi licet, edam,* quam ſcripturam ſiquis fortè probabit, ea ſic mihi videtur explicanda. ſed tamen (inquit Vlyſſes) quid ſibi velit iſta fabula, ſubintellige, *ede.* cui reſpondens Tireſias, *edam,* inquit. Tale eſt illud apud Ciceronem de P. Victorij ſententia libr. 4. epiſt. ad famil. epiſtola 11. *poſtea ſe à Marcello ad me* B *miſſum eſſe, qui hæc nuntiaret, & rogaret, vti medicos. Coëgi, & è veſtigio, &c.* ſic enim legendum putat vir ille doctiſſ. ex auctoritate codicis antiquiſſimi: non, vt vulgò, *vti cogerem medicos.* Nam verbũ *cogerem* dicit ille natum eſſe ex annotatione, atq; ſubintelligendum.

TEMP. QVO IVVENIS PARTHIS] Auguſtum ſignificat, quo imperium obtinente Parthi ſigna, quæ Craſſus, & Antonius amiſerant, vltrò Romam remiſerunt. epiſt. ad Auguſt. lib. 2. *Et formidatam Parthis, te principe, Romam.* his verſibus autem tempus notat.

FORTI NVB. PROC. COR.] Naſica ſocer captabat Corani generi teſtamentum: Coranus C gener à Naſica ſocero captabatur, doliſq; petebatur. Iam verò propterea quòd Vlyſſes multis ſæculis ætatem Auguſti anteceſſit: cum Vlyſſe autem Tireſias apud inferos verba facit, iccircò inducitur Tireſias hæc narrans non tãquam præſentia (cùm tempora repugnent) ſed tanquam multis poſt annis euentura.

MET. REDD. SOLD.] id eſt, non libenter reddentis, à reddendo abhorrentis. *metuentis* enim idem valet, quod φυλαττομένου, id eſt, cauentis, fugientis, vt ſæpe iam admonuimus. ſignificat, hunc Naſicam, fuiſſe fraudatorem, & infitiatorem lentum, neq; bona fide, neq; ad diem æs alienum diſſoluere conſueuiſſe. *ſolidum* accipio ſolidum æs alienum, ſiue dotem deberet, ſiue D quid aliud. ſic loquitur M. Tull. pro C. Rabirio Poſt. *ita bona veneant, vt ſolidum ſuum cuique ſoluatur.*

GENER] Coranus: cui Naſicæ filia nuptura eſt. SOCERO] Naſicæ, Corani captatori, & inſidiatori bonorum.

MVLTÙM NEGATAS] quas multùm & ſæpe negauerit ſe inſpicere velle.

PRÆTER PLORARE] id eſt, præter ploratum, & fletum, propterea quòd ſpe ſua deciderit. οἰμώζειν iubent eum Græci, cui malum & damnum precantur. annot. ſup. ſat. vlt. lib. 1. *Demetri, téque Tigelli Diſcipularum inter iubeo plorare cathedras.* vide & quæ annotauimus ad illum locũ, *O multa fleturum caput.* ad Od. 5. epod.

ILLVD AD HÆC IVBEO,] Alia diteſcendi ratio, quam Vlyſſi præſcribit Tireſias, quæ

tamen ad idem genus refertur.

MVLIER SI FORTE] mulier vel vxor, vel concubina.

TEMPERET] regat. Nam hoc proximo modo locutus eſt Od. 24. lib. 3. *Nec dotata regit virum Vxor.* altero Od. 3. eius lib. *qui mare temperat.*

LAVDES LAVD. VT ABS.] laudes mulierem, aut libertum, abſentem ſcilicet: (immò præſentem. magis enim hoc aſſentatori & captatori conuenit) vt vel ab hoc, vel ab illa laudetis abſens. Non temerè autem hoc dictum. nam nemo abſentem laudat, qui non amet. quocirca ſi te abſentem laudet mulier, aut libertus, dubitare non debes, quin ab eis ameris. Iam hamus ad capiendum amicum efficaciſſimus eſt, laus, quamuis eam aſſentatores valde ſuſpectam reddiderint, vt oleum, vnguentarij. Quemadmodũ enim hi oleum: ſic illi laudem, ad decipiendum alterum corrumpunt. Quare vt vino, ſic laude modicè vtendum eſt, & hîc veritatis, & illic temperantiæ fineis tranſeamus. Minimè igitur præſentem laudare debet is, qui & verus amicus eſſe, & verum amicum parare ſtudet, ſed abſentem potiùs. Neq; verò exiſtimanda eſt laus abſentis minùs valere ad eius, qui laudetur, amicitiam conciliandam, quàm præſentis. Immò verò contrà ſe res habet. Quemadmodum enim acriùs feriunt, qui è longinquo loco iaculantur, quàm qui è nimis propinquo: ſic magis hominũ amorem beneuolentiámque commouet atque excitat, qui abſenteis, quã qui præſenteis laudat.

ADIVVAT] συμβάλλεται, συνεργεῖ, confert, conducit.

SED VINC. LONGÈ PR. IP. EXP.] ſed longè præſtat, ſenem ipſum capere. tralatio ab expugnatione oppidorum. ſic ſat. 9. lib. 1. *velis tantummodo: quæ tua virtus, Expugnabis.* Eodem ferè ſimili vſus eſt Themiſtius iunior oratione tertia his verbis, προσακτέον δὲ οὐκ αὐτῷ μόνῳ τῷ θηρευομένῳ τὰς μηχανάς, ἀλλὰ καὶ τοῖς, οἳ προσελθόντες εὐπάροδον ἡμῖν ἔργον ποιήσουσιν: id eſt, admouendæ autem ſunt machinæ non ei ſoli, qui captatur, ſeu oppugnatur, ſed etiam illis, qui antè capti rem nobis facilem ad ingrediẽdum reddent. qui locus ad hæc Horatiana maximè accommodari poteſt, vt intelligamus, maximè eſſe optandum, ſenem ipſum expugnare: ſecundo loco, eos, qui facilem aditum ad eum capiendum præbeant.

VAECORS] excors, ſtultus: quaſi mali cordis, inquit Feſtus.

CAVE TE ROGET] poſteriorem ſyllabam verbi *caue* corripuit, vt & epiſt. 13. lib. 1. *Vade vale, caue ne titubes, &c.* non celabo lectorem tamen me in quibuſdam libris manuſcriptis reperiſſe ſcriptum *caueas roget.*

VLTRÒ] noli exſpectare dum rogeris, ſed vltrò, id eſt, non rogatus, ἀπαράκλητος, vxorem ei tuam trade, vt potiori.

PERDVCI P. T.] poteritne perpelli ad hoc flagitium Penelope, tam frugi, & tam pudica? A perſuaderine ei poterit, vt adulteretur, mulieri tam temperanti, & pudicæ? à verbo perducendi, perductores ſunt appellati, qui mulieres nobileis vel promiſſis inductas, vel vi, & minis coactas ad potentiores viros perducunt. Cic. 1. li. accuſ. *lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat*, quamquam docti quidam *productores* illo loco legendum cenſent, vt Latinum Græco reſpondeat, προαγωγοῖς.

TAM FRVGI, TAMQVE PVD.] pudicitiam Penelopæ omnes ferè ſcriptores prædicant, Homerum ſecuti: qui eam paſſim hac pudicitiæ laude afficit, pudiciſſimámque deſcribit, vſque adeò, vt neque ex eius oratione, neque ex factis vel tenuiſſima impudicitiæ ſuſpicio in eam iure conſtitui, aut accommoueri poſſit. B Occurrit mihi locus ille ὀδ. σ. in quo Eurynomam eam hortantem, vt loto corpore, facieq; vnguento, ſeu oleo perfuſa in conſpectum filij prodeat, & cum eo loquatur, malè accipit verbis. aitq; formam ſuam, poſteaquàm Vlyſſes ad bellum Troianum profectus ſit, defloruiſſe, atque exaruiſſe: itaque ſibi talem munditiam eſſe negligendam: quæ verba locuta, ancillas euocari iubet, vt ſibi præſtò ſint: nam ſe ſolam in cœtum virorũ prodire nolle. ſic Hom. Τὴν δ' αὖτε προσέειπε περίφρων Πηνελόπεια· Εὐρυνόμη, μὴ ταῦτα παραύδα κηδομένη περ, Χρῶτ' ἀπονίπτεσθαι, ἠδ' ἐπιχρίεσθαι ἀλοιφῇ. & eodem libro Eurymacho vni e procis formam ipſius laudanti, atque affirmanti, ſi ab omnibus Argiuis, & Græcis ſpectata eſſet, C multo plureis in eius ædibus procos epulaturos: reſpondet, formam ſuam defluxiſſe poſt initium belli Troiani. quòd ſi Vlyſſes domi ſit, maiorem ſuam gloriam futuram ex viri præſentia, quàm ex forma. Sed Pauſanias Arcad. narrat ſua ætate poëtin quandam Θεσπρωτίδα inſcriptam exſtitiſſe, in qua ſcriptum eſſet, Penelopam Vlyſſe ex Troia reuerſo filium peperiſſe nomine Ptoliporthum. addit & illud, Mantinenſeis vulgò dicere, Penelopam ab Vlyſſe domo eiectã, & ſibi ſuas res habere iuſſam, quòd viros à ſe quæſitos, & arceſſitos domũ intromiſiſſet: atque illam quidem primò Lacedæmonem ſe contuliſſe: deinde relicta Lacedæmone Mantineam profectam eſſe, ibique diem ſuum obiiſſe.

D QVAM NEQV. PR. &c.] quam proci corrumpere, & labefactare non potuerunt: quam ad adulterium impellere nequiuerunt.

RECTO DEPELL. CVRSV] ex hoc loco illum puto eſſe emendandum, qui eſt ſat. 3. eiuſd. lib. *Palantes error certo de tramite pellit*: & legendum, *recto de tramite.*

VEN. EN. MAGNVM DON. P.] reſpondet Tireſias. atq; hæc ſubintelligenda aut ſimilia quædam, Quid mirum, procos non potuiſſe vxorem tuam ad ſtuprum perducere? *Venit enim, &c.* i. venerunt enim ad eam iuuenes illiberales, & parci ac reſtricti in magnum donando. proci Penelopæ nõ admodum effuſè, nec largè donabãt: parcè & illiberaliter donabant: fortaſſe quia

donandi

A donaodi facultatē non habebant, non quòd donare nollent. De largitione procorum vnus mihi duotaxat locus ſuccurrit, qui eſt ὀδ. σ. eo loco mittit quiſque ſuum ad Penelopam munuſculū per puerum: Antinous veſtem muliebrem elegātiſſimā duodecim fibulis aureis nexam: Eurymachus monile aureum, electro intertextum, affabrè factum, ac perpolitum: Eurydamas duo aurium ornamenta pulcherrima, ſummoq; artificio elaborata: Piſander torquem: alij aliud. Verba Homeri ſunt hæc, Δῶρα δ' ἄρ' οἰσέμεναι προέηκε κήρυκα ἕκαστος· Ἀντινόῳ μὲν ἔνεικε μέγαν περικαλλέα πέπλον Ποικίλον, ἐν δ' ἄρ' ἔσαν περόναι δυοκαίδεκα πᾶσαι Χρύσειαι, κληῖσιν εὐγνάμπτοις ἀραρυῖαι· Ὅρμον δ' Εὐρυμάχῳ πολυδαίδαλον αὐτίκ' ἔνεικε Χρύσεον ἠλέκτροισιν ἐερμένον, ἠέλιον ὥς. Ἕρματα δ' Εὐρυδάμαντι δύω θεράποντες ἔνεικαν Τρίγληνα, μορόεντα. χάρις δ' ἀπελάμπετο πολλή, &c. Sed non celabo lectorem, Simeonem Boſium Lemouicē, virum doctū, quem iam anteà ſæpè commemoraui, Aurati olim contubernalem conuictorem & diſcipulum, exiſtimare hîc eſſe legendū, *Venit enim magno, donandi parca iuuentus*: vt ſit hæc ſententia. Penelope magno venalis eſt, id eſt, non niſi magno pretio emi, ſeu non niſi magna mercede conduci poteſt: at iuuentus, parca eſt donandi: id eſt, at proci Penelopæ, ſunt illiberales & reſtricti in donando: non donant liberaliter.

Nec tantùm Ven. qvant. st.] C multis locis commemorantur ab Homero procorum prandia, cenæ, compotationes, epulæ: exempli cauſa, ὀδ. β. ſic queritur de procorum conuiuiis Telemachus in concione, Οἱ δ' εἰς ἡμέτερον πωλεύμενοι ἤματα πάντα, Βοῦς ἱερεύοντες, καὶ ὄϊς, καὶ πίονας αἶγας Εἰλαπινάζουσιν, πίνουσί τ' αἴθοπα οἶνον Μαψιδίως, id eſt, hi autem domi noſtræ aſſiduè verſantes, boues immolantes, & oueis, & pingueis capras epulantur, & vinum rubrum bibunt, &c. & ὀδ. γ. Pallas Vlyſſi eandem procorum in ædibus alienis intemperantiam, inſolentiam, ac luxuriam narrat ipſi Vlyſſi, Ἀνδρῶν μνηστήρων, οἵ τοι βίοτον κατέδουσι.

Sic tibi Penel. frvgi est] id eſt, D quia proci pauca munera largiuntur, & quia ſtudioſiores ſunt poculorum, & obſoniorū, quàm rerum Venerearum, iccircò tibi Penelope caſta & pudica eſt, alioqui ceterarum mulierum ſimilis futura.

Qvæ, si semel vno] ſi ſemel munera ab vno ſene acceperit, lucro tecum communicato: ſi ſemel experta ſit, quantus ſit fructus in conſuetudine ſenis diuitis: numquam poterit ab hoc quæſtu demoueri. *de ſene guſtarit* autem videtur è Græco imitatum, τοῦ γέροντος γεύσηται. Significat, mulieres ferè omneis, quantumuis caſtæ, ac pudicæ habeantur, muneribus capi, & labefactari ſolere.

Vt canis, à corio nvmq.] prouerbium eſt, quod in eos cōuenit, qui poſtea-A quam rem aliquam iucundam, & optabilem guſtarunt, ab ea ægrè auelli, aut deterreri poſſunt. ſic autem efferūt Græci, χαλεπὸν μαθοῦσα κύων σκυτοτραγεῖν, id eſt, periculoſa res eſt canis, quæ corium rodere didicerit. Theocritus paullo aliter εἰδ. ι. χαλεπὸν χορίω κύνα γεῦσαι, id eſt, periculoſum eſt, canem de inteſtinis guſtauiſſe.

Ex testamento] iuſſu, aut voluntate ipſius. teſtatrix ipſa ſic ſe voluerat efferri.

Elata] elata è domo ad rogum. Terent. Andr. *Effertur, imus*. Plautus Aſinar. *Vtinam ſic efferamur*. Idē Moſtell. *vidi efferri mortuum* M. Tull. epiſt. ad Att. lib. 15. epiſt. 1. *Cn. Lucullus familiaris noſter matrem efferebat*. Etiam Græci ἐκφέρεσθαι dicunt, ex quo ἐκφορά.

B Scilic. el. &c.] ſi fortè anus illa mortua ex humeris heredis elabi poſſet.

Creoo Qvod nimiùm instit.] credo (inquit Tireſias) iccircò anum illam voluiſſe ſe ita efferri ab herede, quia is fuerat ſupra modum in ipſam officioſus: quia odioſè, & moleſtè viuam coluerat: nimio officio eam proſecutus fuerat. Monet igitur hoc exemplo Vlyſſem Tireſias, vt in officio ſenibus, aut vetulis præſtādo, operáq; danda, modum ſeruet, videatq; ne ſedulitate peccet, néve, dum officio, & ſtudio, ſenis, anus diuitis gratiam aucupatur, offendat, atq; abalienet. credibile eſt autem, verbis teſtamenti hoc fuiſſe expreſſum, ne captator ille ab anu inſtitutus heres, & iuſſus corpus eius oleo C perfuſum nudis humeris ad rogum ferre, heres eſſet, ſi corpus excideret, aut ſub ea conditione inſtitutum eſſe, ſi teſtatricis corpus oleo multo perfuſum nudis humeris portaret.

Ne oesis operæ, néve] caueto ne officio tuo deſis, néve ſuprà modum ſis officioſus id eſt, ne ſuperes modum in opera tua præſtanda, atque obtrudenda. Nam (vt ait alibi) *ſedulitas, ſtultè quem diligit, vrget*.

Difficil. et moros.] difficilem, χαλεπόν, δύστροπον, moroſum, δύσκολον. ſuprà Od. lib. 1. ſenectutem moroſam appellat. moroſi enim ferè ſunt, ſenes: & item difficiles. epiſt. ad Piſon. *Difficilis, querulus, laudator temporis acti*.

D Off. garrvlvs. vltro Non] ſi illam diſtinctionem, & lectionem probamus, *garrulus vltro*, hæc ſententia eſt: qui vltrò garrit, id eſt, qui non prouocatus, aut interrogatus loquitur, idque ſupra modum, offēdet. ſin, vt hîc ſcriptum eſt: *vltro* pertinebit ad ea, quæ ſequuntur, *Non etiam ſileas*. Sed quid erit, *Non etiam vltro ſileas*? arbitror, eum *vltro ſilere* dicendum, qui appellatus, aut interrogatus, aut alioqui ad loquendum prouocatus, tacet. ab eo enim ſilentium oritur: & ipſe ſine cauſa tacet: immò cùm cauſam nactus ſit loquendi à diuite oblatam, tacet. Itaq; vltro ſilet. Vetat igitur Tireſias Vlyſſem captatorem vltro ſilere, id eſt, cauſam & originem ſilentij eſſe. Et verò mediocritatem ſeruare iubet. Nam primùm monet, vt garrulitatem vitet: deinde deterret à nimia taciturnitate, qualis eſt eius

qui ad ſermonem prouocatus, tacet. In cod. Ian. & Torneſij ſcriptum reperi *vltrà*. quam ſcripturã ſi quis probabit, interpretabimur vltrà quàm ſatis eſt, vltra modum. Nam ineſt etiam hæc in hoc loco difficultas, quòd in aliis cod. interpunctionis nota poſt nomen *garrulus*: in aliis poſt vocem *vltrò*, ſiue *vltrà*, locatur. iudicet igitur lector.

Davvs sis comicvs] talis eſto, qualis inducitur Dauus in comœdus, nempe ſeruiliter, & timidè cum domino loquens, eiq; non niſi ad rogata reſpondens, neq; enim interrogare audens. talis etiam ab ipſo Horatio inducitur ſat. 7. infr. *Iamdudum auſculto: & cupiens tibi dicere ſeruus Pauca, reformido.*

Capite obstipo] incuruato, inflexo, inclinato: qui geſtus eſt hominis animum demittentis, & ad palpandum parati. M. Tull. in Arato, *Obſtipum caput, & tereti ceruice reflexum, Obtutum in caudam maioris figere dicas.* Lucret. libr. 4. *Deniq; vt in fabrica, ſi praua eſt regula prima: Normáque ſi fallax rectis regionibus exit: Et libella aliqua ſi ex parti claudicat hilum: Omnia mendosè fieri, atque obſtipa neceſſum eſt, Praua, cubantia, prona, ſupina, atque abſona tecta.* quem Lucretij locum teſtem producens Feſtus, legit *obſtita*, in voce *obſtitum*. ſed puto, Feſtũ eo loco eſſe mendoſum, & legendum, *obſtipum*, & *obſtipa*. nam aliud eſt *obſtipum*, aliud *obſtitum*. Sueton. de Tiberio, *Incedebat ceruice rigida & obſtipa, adducto ferè vultu.*

Obseqvio grassare] *graſſari*, vt Nonius Marcellus docet ex Næuio & Afranio, idẽ ferè valet, quod ambulare, & iter facere. Feſtus autem ait antiquos *graſſari poſuiſſe pro adulari: præterea graſſari latrones dici vias obſidentes. gradi ſiquidem ambulare eſt. vnde tractum graſſari, videlicet ab impetu gradiendi.* quod item ex Salluſtio probari poteſt, prooœmio belli Iugurth. *Sed dux, atque imperator vitæ mortalium, animus eſt: qui vbi ad gloriam virtutis via graſſatur, abundè pollens, poténſque, & clarus eſt, neque fortuna eget.* & ita Liuius libr. 10. *conſilio graſſandum, ſi nihil vires iuuarent, ratus.* Idem libr. 45. *Etiam apud vos fuiſſe audiui, qui aſſentando multitudini graſſarentur*, Itaque hæc verba *obſequio graſſare*, hanc ſententiam videntur continere, Obſequio, opera, officio aditum tibi ad diuitem pate facito: nulla alia ratione, aut via diuitem capta, quàm obſequendo: inſidiare diuiti obſequio. nam graſſari valet interdum inſidioſè, & doloſè ambulare. vnde graſſatores ſunt nominati, qui vias obſident, vt repente viatores inermeis, neque ſatis inſtructos, ac paratos adoriantur, vt paullò antè ex Feſto oſtendimus.

Si increbrvit avra] hæret etiam nunc in nonnullis libris impreſſis hæc mendoſa ſcriptura *increbuit*: vſque adeò difficile eſt inueterata vitia exſtirpare. Nos autem multis verbis docuimus ἐν παρόδῳ in annotationib. ad lib. Ariſtot. de moribus, ad Nicomac. hoc verbum ſic eſſe ſcribendum, non, vt vulgò, *increbuit*. libri autem calamo exarati alij habent *increbuit*, vt & nos curauimus excudendum: alij *increpuit*, quæ ſcriptura corrupta eſt. *ſi increbuit aura*, id eſt, ſi ventus factus eſt acrior, ac vehementior. ſic loquitur & M. Tull. lib. 7. epiſt. ad Trebat. *ventus increbreſcit. cura vt valeas.* & Virgil. lib. 3. Æneid. *Crebeſcunt optatæ auræ, portúſque pateſcit, Iam propior.*

Cavtvs] valetudini conſulens, ſibi cauens ab iniuria cæli.

Carvm capvt] φίλην κεφαλήν. Omnia quæ in homine præcipuam vim habent ſalutis & vitæ conſeruandæ, aut quæ ſummam præbent voluptatem atque vtilitatem, cara dicuntur à poëtis Græcis, vt φίλη ψυχή, φίλον κῆρ, φίλος θυμὸς, φίλα γούνατα, φίλη κεφαλὴ, φίλα ὄμματα, φίλοι ὀφθαλμοί, φίλη πατρὶς, φίλος οἶκος, vel φίλα οἰκία in numero multitud. φίλη μήτηρ, φίλα τέκνα, &c. id eſt, cara anima, carum cor, carus animus, cara genua, carum caput, cari oculi, cara patria, cara domus, ſeu caræ domus, cara mater, cari liberi, &c.

Extr. tvrba oppos. hvm.] nequis eum in turba iactet, aut impellat. *oppoſitu humeris* tuis ſcilicet, προβαλὼν τοὺς ὤμους ſc. obiectis humeris, tamquam ſcuto aduerſus pulſum multitudinis & turbæ. Theophraſtus ἠθικ. χαρακτ. in deſcribendo aſſentatore etiam hoc argumentum commemorat non admodum diſſimile, καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ἐπιστῆναι κελεῦσαι ἕως αὐτὸς παρέλθῃ: id eſt, & proprium eſt aſſentatoris iubere eos, qui obuiam eunt, conſiſtere, donec ille præterierit.

Avrvm svbstr. loq.] ſi tibi res eſt cum loquaci ſene, aureis tuas, ſi fieri poteſt, cõprime, vel obtura, vt ne eius loquacitate offendaris: ſed potiùs, vt eum, quandiu ei videatur, loquentẽ perferre, ac perpeti poſſis. aureis tuas ei præbe verberandas, atque obtundendas: verùm tamen ne te loquacitate ſua obtundat, & exſurdet, eas ſubſtringe, & ſupprime, vt minus moleſtè & ſine periculo ſurditatis eius garrulitatem ferre poſſis. Sic mihi videtur hic locus eſſe explicandus, non, vt Acr. & Porphir. *aurem admoue, & intende.* Iam qui aureis ſuas obturant, facilius quemuis clamorem, ſonitum, ſtrepitum, fragorem excipiunt, ac perferunt, neque vllo pacto commouentur, quemadmodum Satyrus ille Clazomenius apud Ariſtot. problem. τμημ. γ. quod eſſet ad maledicendum promtus ac propenſus, cùm ſibi in iudicio cauſa dicẽda eſſet, ne ad maledicẽdum aduerſario, ſi eum audiret, impelleretur, ac potius vt de re ipſa diceret, aureis ſibi obturauit. Ita dicimus clauſis oculis periculũ adire, id eſt, ſine vllo metu, ac dubitatione, propterea quòd, qui clauſis oculis, vt Andabatæ illi, ſeu Antanabatæ potius, ſeſe periculo offerunt aut laborem aliquem ſuſcipiunt, facilius vtroque defunguntur, quàm ſi periculi, aut laboris magnitudinem oculis cernant: & ægri, qui ſunt teneriores, pharmaca ſolent clauſis oculis deuorare. Sic apud Platon. in Gorgia, Socrates probat, vnumquemque, qui aliqua in re peccarit, vltrò ad iudicem ire, atque ad pœnam à lege conſtitutam

rutam ſubeundam occurrere, & quodammodo clauſis oculis, & fortiter ſeſe vrendum ac ſecandum medico præbere oportere. verba Platonis hæc ſunt, παρέχειν μὴ ζαλεύειν καὶ ἀνδρείως ὥσπερ τέμνειν καὶ καίειν ἰατρῷ. vt igitur ad Horatium reuertar, ſic hunc locum explico, aurem, videlicet tuam, ſubſtringe loquaci ſeni, id eſt, aure tua ſubſtricta & compreſſa, ſine ſenem iſtum loquacem, quandiu volet, verba fundere: aureis tuas ei præbe totum diem, ſi ei libebit, longis & odioſis narrationibus tundendas, ac verberandas. Atque ita in codice quodam manu ſcrip. ad notam aſcriptum vidi, *ſubſtringe aurem:* id eſt, præbe aurem. Licet dicere, quod mihi hac ſecunda editione venit in mentem, *aurem ſubſtringere*, poſitum ab Horatio pro aurem vellere, quod eſt admonere: vt ſit hæc ſententia, aurem ſubſtringe loquaci, id eſt, ſenem paullo loquaciorem, & quædam fortaſſe expromẽtem, vel euulgantem, quæ taceri præſtabat, & quædam effundentem, atque afferentem, quorum enuntiatio ei periculum ſit allatura, admone, vt linguæ temperet: vel ſic, multitudine verborum eos, qui adſunt, offendentem, nullámque loci, neque temporis, neque perſonarum rationem habentem, admone vt modum orationi conſtituat. Ita autem ſubſtringere, idem atque aurem vellere, valere dicemus: quo vſus eſt Virg. Sileno, *Cum canerem reges & prælia, Cynthius aurem vellit, & admonuit, &c.* idem in Copa, *Mors aurem vellens, viuite, ait, venio.* Adr. Turnebus autem vir ſingulari doctrina præditus, aliter hunc locum explicandum putabat, nempe hoc modo: *aurem ſubſtringe loquaci:* id eſt, aurem ſenis loquacis leniter tracta, ſeu prehende, vel molliter attinge: quod faciebant qui adulabantur, & qui ſe amare ſimulabant. Ego memini, apud Plautum *prehendere crineis & auriculas*, eſſe amatoriè, & blandè aliquẽ delinire, & permulcere, ſed *ſubſtringere aurem* fortaſſe non idem valet. Verum tamen iudicet lector eruditus.

Importunus amat laudari?] ſi in eo importunus, quòd cupit laudari: ſi aſſiduè vult laudari, &c. Importunus is eſt, (vt alibi annotauimus) qui numquam conquieſcit, neque alus conquieſcendi poteſtatem facit. ſi igitur tali ingenio eſt, vt ſuis laudibus ſupra modum delectetur, tamdiu eius laudes perſequere, donec, manibus ad cælum ſublatis, dixerit ſatis eſſe.

Manibus sublatis] geſtus lætantis, & Diis immortalibus gratias agentis, vt Dionyſ. Halicar. lib. 3. de patre Horatiorum tergeminorum, ὁ δὲ πατήρ, ὡς ἔμαθε τὴν διάνοιαν αὐτῶν, περιχαρὴς γενόμενος, καὶ τὰς χεῖρας ἀνασχὼν εἰς τὸν οὐρανὸν, πολλὰς ἔφη χάριτας εἰδέναι τοῖς θεοῖς, ὅτι παῖδας ἔδωκαν αὐτῷ γενέσθαι καλοὺς, καὶ ἀγαθούς. id eſt, Pater autem vt eorum ſententiam cognouit, lætitia elatus, & manibus ſublatis in cælum, magnam ſe diis habere gratiam dixit, quòd ſibi hoc beneficij dediſſent,

A vt filij ſui eſſent pulchri & fortes. eſt etiam orantis geſtus, vt docuimus ad Od. 23. lib. 3. itémque ad epiſto. ad Loll. 2. lib. 1. admonebimus.

Et Cresc. tvm. infla] ingenium hominis inanis, qui ſuprà modum cupit laudari, quíque aſſentatione nimis delectatur, expreſſit. Itaque eiuſmodi quidem ingenium cum vtre comparauit: aſſentatoris autem orationem ad huiuſmodi homines inflandos valere declarauit.

Cùm te servitio longo, &c.] cùm moribundus iam in lecto decubuerit, téque heredem inſtituerit ex quadrante.

Et certvm vigilans] & tu certò vigilans non ſomnians audieris, &c. ſolent enim B plerumque, qui quippiam magnopere exoptãt, id in ſomnis cernere. Virgil. in Pharm. *Credimus? an qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?* & piſcator ille pauperculus apud Theocritum εἰδ. κα. ſomniat procerum quendam, & grandem piſcem ad hamum decurriſſe. quemadmodum (inquit) in ſomnis canis omnis prædam vaticinatur. ſic Theocritus, καθεζόμενος δὲ δόκευον ἰχθύας, ἐκ καλάμων δὲ πλάνον κατέσειον ἐδωδάν· Καί τις τῶν τραφερῶν ὠρέξατο· καὶ γὰρ ἐν ὕπνοις Πᾶσα κύων ἄρκτον μαντεύεται, ἰχθύα κἠγών. id eſt, ſedens piſcis excipiebam, ſeu captabam: ex calamo autem fallacem eſcam concutiebam. Atque aliquis è piſcium pinguium numero eſcam appetiuit. Namque in ſomnis om- C nis canis prædam vaticinatur: ſic & ego piſcem. *certum vigilans* igitur valet id, quod dicunt Græci vno verbo, ὕπαρ cuius contrarium eſt κατ᾽ ὄναρ. Plat. lib. 2. de Repub. in extremo, οὔτ᾽ ἄλλους ἐξαπατᾷ ὁ θεὸς, οὔτε κατὰ φαντασίας, οὔτε κατὰ λόγους, οὔτε κατὰ σημείων πομπάς, οὔθ᾽ ὕπαρ, οὔτ᾽ ὄναρ. id eſt, neque alios decipit Deus, neque per viſiones, neque per ſermones, neque per ſignorum miſſiones, neque vigilanteis, neque in ſomnis.

Qvartæ sit partis, &c.] ordo verborum eſt, cum tu certò vigilans audieris hæc verba: quartæ partis heres ſit Vlyſſes. ſic ſuprà locutus eſt Od. 25. lib. 1. *audis minus & minus iam, Me tuo longas pereunte noctes, Lydia dormis?* quidam libri veteres habent, *quartæ eſto partis, &c.*

D Ergo nvnc Dama sod.] ſic dices voce flebili, & queribunda, itàne eſt? ergo ſodalis meus, quicum mihi erat menſa, victúſque cõmunis, mihi ereptus eſt, & interiit? Dama autem nomen eſt Serui le.

Nvsqvam est?] id eſt, periit: Helleniſmus eſt, οὐδαμοῦ ἐστι· οὐκ ἔστι.

Vnde m. tam fort. támqve] ordo eſt, *ſparge ſubinde*, id eſt, deinde ſubiunge iterans hæc verba, vnde mihi tam fortem, ac fidelem amicum parabo? ſolennis autem oratione præciſa vti in comminationibus, conqueſtionibus, obiurgationibus, & ſimilibus animi motibus, vt infrà ſat. 7. *vnde mihi lapidem? vnde ſagittas?*

Terent. in Eunuch. *Egóne illam? quæ illum? quæ me? quæ non? ſine modò: mors me malim.* Germanus Valẽs A autem hæc verba, *Sparge ſubinde*, referenda eſſe putat ad veterum conſuetudinem in funeribus procurandis: in quibus præter alia, quæ factitare ſoliti erant, flores ſpargebant. Virg. lib. 6. Æn. *manibus, date lilia, plenis Purpureos ſpargam flores: animámque nepotis His ſaltem accumulem donis.* Idem Daphnide, *Spargite humum foliis, inducite fontibus, [aliàs frondibus] umbras Paſtores: mandat fieri ſibi talia Daphnis: Et tumulum facite, &c.*

Est gavdia prodentem] eſt, vt Græci, ὄζειν, ἐξέσειν, id eſt, licet animi lætitiã fronte tegere: nihil vetat, quo minus quis vultum lætitiæ indicem, diſſimulatione & fictis lacrymis celare poſſit. notus verſiculus ille ex mimo Pub. B *Heredis fletus ſub perſona riſus eſt.*

Perm. arbitrio] tuo. interdum teſtatores, quæ poſt mortem ſuam fieri volunt, ea permittunt arbitrio vel heredis, vel legatarij: quæ verba eandem vim habent, ac ſi arbitrio boni viri res eſſet permiſſa. ſecutus ſum autem libros omneis veteres, qui habent *Permiſſum*, nõ, vt vulgati, *Commiſſum*: & recte. committere enim fidei dicimus potius, permittere poteſtati, & arbitrio. Horat. O. 9 lib. 1. *Permitte diuis cetera: qui ſimul, &c.* Idem lib. 1 epiſt. 18. *Arcanum neque tu ſcrutaberis ullius unquam, Commiſſumque teges.* idem ſat. 4. *Commiſſa tacere Qui nequit.*

Sene soroibvs] magnificè, ſplendidè, C non ſordidè.

Malè tvssiet] tuſſi graui, & periculoſa laborabit, quam βηχα nominant Græci. *malè* hoc loco valet, grauiter, valdè.

Hvic tv dic ex p. t. &c.] id eſt, huic coheredi dic, ſi fundum, aut domum, quæ tibi ex teſtamento obuenerit, habere cupiat: te ei libentiſſimè vendituturum, & quanti velit, addicturum, atque adeò, ſi videatur, donaturum. *nummo*, id eſt, pretio viliſſimo. Atque ita ferè omnes hunc locum explicant: quam explicationem adiuuans Porphyrio, ſcribit, ſi quidem eius verba ſunt, legem fuiſſe, quæ vetaret, quicquam teſtamento acceptum alteri donare. Itaque qui donare volebant, & tamen contra legem com- D mittere nolebant, aut non audebant, venditionem ſimulabant: & quod erat, verbi gratia, centum millibus ſeſtertiûm nummûm æſtimabile, nummo addicebant. Sed Germanus Valẽs, hæc putat eſſe nugatoria, & *nummo* coniungendum eſſe cum participio *gaudentem*, hoc modo, *Dic te gaudentem nummo*: id eſt, malentem nummum, quàm fundum, addicere ei fundum pecunia. quam explicationem ego magis probo.

Proserpina] Proſerpina mortis, & vitæ arbitra eſt, vt ſuprà diximus ad Od. 28. lib. 1. imperiúmq; in primis habet in mortuos, quod & Homerus oſtendit ὀδυσσ. λ. Ἤ τί μοι εἴδωλον τόδ᾽ ἀγαυὴ Περσεφόνεια Ὤτρυν᾽, ὄφρ᾽ ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στεναχίζω; id eſt, aut quid ad me hoc ſimulacrum impulſum miſit Proſerpina? an vt magis ac magis lamentans gemam? Tibull. libr. 3. *At mihi Perſephone nigram denuntiat horam. Immerito iuueni parce nocere Dea.* Virg. Æn. 4. *Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem Abſtulerat, Stygióq; caput damnauerat Orco.*

TVRNEBVS.

Ex lib. 2. cap. 19. *Ante larem guſtet venerabilior lare diues*, Ex antiquorum pietate ſuperſtitioſa dictum eſt, qui de cœna lari libare ſolebant, ita & fructum primitias ei ſacrabant libabántq; ei.

Ex lib. 14. cap. 24. *Ne comes exterior, ſi poſtulet ire recuſes.* Quis hic eſt exterior comes? nempe qui ad læuam eſt, qui locus inferioris eſt: nam cùm quicquid agimus ad dextram ferè nos conuertamus, cuius maior eſt habilitas & agilitas quàm læuæ, fit proinde vt flexus & gyrus ſit eius minor & interior, à circi conſuetudine, vbi ad metam flectebant in dextram curſum, vnde & dextratio appellata eſt. Ita dexter qui erat, interiore flectebat gyro, vt læuus exteriore: ſed & equa ſiniſterior ampliorem luſtrabat: orbem quàm dexterior, itideo & rota: Ouidius ait, 3 amo. eleg. 2.

Nunc ſtringam metas interiore rota, id eſt, breuiore curſu. niſi ſi quis dicat interiorem cuique & proximiorem eſſe dextram partem, exteriorem læuam: indéque exteriorem comitem dici, quod & verius puto. Ouidius dextrum hominem, qui in honeſtiore loco eſt, interiorem putauit, cùm qui ad læuam eſſet, exteriorem vocauit, 5. Faſt.

Et medius iuuenum non indignantibus ipſis
Ibat, & exterior, ſi comes unus erat.

Viſne tegam ſpurco Damæ latus? Sermonum ſecundo ſcribit Horatius, quod quidem illic ab Horatio fingitur ab vlyſſe, vt Heroe indignum recuſari: & Oppius ait libr. 4. de bell. Alexandr. *deinde poſt Racilium, nam is latus Caßij tegebat, quaſi reſponſum ab eo peteret celeriter dato loco, cùm ſe inſinuaſſet, ſiniſtra corripit eum, dextráque bis ferit pugione.* his locis velut chirographis aut teſtationibus, tegere latus intelligimus eſſe latus ſiniſtrum alterius, qui vel ætate vel honore ſuperior eſt, claudere: quod qui facit, tanquam pro ſcuto ſit, quo latus prætertimque ſiniſtrum tegitur, latus tegere dicitur: aut vt qui in acie nobis ad læuam adſtat, dum ſcutum ad dextram vertimus, nudum latus ſiniſtrum protegit.

Ex lib. 6. cap. 4. Ex Senecæ loco perſpici poteſt, cur ab Horatio ſcriptum ſit,

Viſne tegam ſpurco Damæ latus? Nam cùm Dama diminutionis forma à Demetrio deductum ſit, nomen ſeruile eſt, & in Horatio libertini hominis, quales multi ad opes perueniebant, & ſi pro viliſſimis & ſordidiſſimis ſemper habebantur. Adſcribam Senecæ verba, libr. 4. Controuerſ. *Idem res dicebat omnes ſordidiſſimas, acetum & puleiũ, & Damam & philerotem, lucernas & ſpongias.* Cùm igitur Horatiani mihi loci in mentem inter legendum

Digitized by Google

gendum veniſſet, in articulo opprimendum putaui & huic ſchedulæ inſerendum, cùm ei nonnulla lux è Seneca adfulgere videatur. A

Ex libr. 2. cap. 19. *Quinte puta aut Publi*, quod Horatius ait, expreſſit mores Romanorum, qui cùm aliquem honorificè, vt liberum aut ingenuum appellabant, prænomine ſalutabant. Nam ſalutare cognomine, familiaris erat, vt apud Ciceronem *Cæſar Pulchro*: & Polybius in hiſtoria ſemper ſuperiorem Africanum honoris credo, gratia, Publium appellat, & apud Perſium ſcribitur ſalsè & venuſtè; Saty. 5.

Marco ſpondente recuſas. & Ibidem.

-- has ſigna Marce tabellas & Saty. 5.

Ingentes trepidare Titos: & quaſi dignitas ingenuorum in prænomine tota poſita ſit, quo ſerui carebant. Scribit idem, Sat. 5. B

Verterit hunc dominus, momento temporis exit

Marcus Dama. Poteſt tamen & in eo interdum quiddam familiaritatis latere.

Ex lib. 24. cap. 28. *De cute quid faciat ille, vel ille ſua* apud Martialem, lib. 7. epig. 9. eſt de corpore, vt & apud Flaccum, *Pelliculam curare iube.* Sic & χρὼς Græce cutis & corpus eſt, nam Latini Græcanicum ſermonem æmulari gaudebant.

Ex lib. 26. cap. 27. Pellicull. c. i. Hic locus explicatur ſuprà Epiſtola 2. lib. 1. in verſu,

In cute curanda plus æquo operata iuuentus.

Ex lib. 13. cap. 17. *Si cognitor ipſe*, è chirographis exemplis repertum aliquanto concinnius erit, C quàm vt peruulgatum *Sis cognitor?* nec vero ſi inuſitatum eſt in imperandi modó, eóque comicus Plautus vtitur.

Ex lib. 2. cap 19. *-- ſeu pingui tentus omaſo*, ad contemptum dicitur de eo, qui obſoniis ſe ſaturat vilibus, vt li. 1. epiſ. 15. *-- tabulas cœnabat omaſi.* Qui autem è Romanis teſtamenta faciebant, tabulas his, quos vel legato, vel parte hæreditatis proſequebatur, interdum oſtendebant, vt poſtea obſignatas reponerent, nec niſi ipſis mortuis aperirentur: quibus autem oſtendebantur, inſpicere abnuebant & recuſabant, ne hæredipetæ & captatores viderentur.

Horatius tamen monet oculis limis primæ ceræ ſecundum verſum ſaltem percurrat captator, ne illudatur vana ſpe. Nam qui teſtantur & D vltrò inſpectandas offerunt tabulas, cùm putent negaturum recuſaturúmque inſpicere verecundè captatorem, cui ſimulant ſe aliquid reliquiſſe, vana ſpe lactant, nihilque interdum relinqunt: quod deprehenſum in Naſica eſt, cui impudenter captanti tabulas teſtamenti ſui Coranus gener oſtendit, legeréque ſæpius renuẽrem, tandem coëgit: qui intellexit nil ſibi legatum, ſed fruſtrà ſibi eueniſſe captatorias artes. Ne igitur qui in teſtamento aliquid ſibi relictum credit, fallatur, vt Naſica, obliquo oculo celeriter rapiat quid ſcriptum ſit in prima cera, ne ludibrio habeatur.

Ex libro 21. cap. 26. *Sed non omnia diſplicere vellem*

A *Tibi, & Suffetio ſeni recocto*, Catullus in clauſula epigrammatis 50. cùm iocos frigidiores videret ſeuerioribus fortaſſe non placituros, perſonam quæſiuit, cui eos attribueret & ad veniam dixit, id eſt, tibi homini ſerio, & Suffetio veteri ſeni: tibi ſeuero & acri iudicio prædito & Suffetio homini multo rerum vſu trito, nimiúmque graui. Quibuſdam videtur tranſlatio eſſe ducta à metallis, quæ recoquendo meliora & puriora fiunt, omníque ſcoria liberantur & aliena materia. Sed hic potius ab his ferramentis ducitur, quæ cùm inueterarunt, recoquuntur, vt reficiantur ac reformentur, aut in aliam ſpeciem mutentur. Itaque quod multi temporis eſt, exponitur à Seruio. In lib. 11. Æn. Horatius

B *Scriba ex quinque viro, coruum deludet hiantem*, id eſt, qui ſæpe factus & refectus eſt ſcriba. Sic recoxiſſe Peliam dicitur Medea, id eſt, reformaſſe atque renouaſſe, vt recoctus ſenex ſit hic annoſus, antiquus, longæ ætatis, & plurimi vſus, multis in rebus tritus & verſatus, ideóque ſeueri & acris iudicij. Quinque virum primi nominis Iuriſconſulti, vt hoc etiam appingam in Horatio ſignatorem explicant quòd quinque ſignatores adhiberi ſolebant: ego verò puto nomen eſſe magiſtratus, vt in coloniis deducendis & agris aſſignandis. Nam Triumviros, Quinqueviros, Decemviros, Vigintiviros legi aſſignatores agrorum fuiſſe. Cicero Quinqueviri meminit in

C Lucullo. *neminem eſſe prætorem, imperatorem, neſcio an ne Quinquevirum quidem quemquam niſi ſapientem.* Sed & quinqueviri de exilio iudicabant, vt & elegantiſſimè docuit Pithœus. Erant & quinque viri menſarij, & quinque viri muris turribuſque reficiendis, quod paruum erat & exiguũ munus. Sed qui ſcribe ſæpe fuerant & quinque viri, veteratores & callidi habebantur. Scribis, qui ſunt γραμματεῖς, poſtea adiecti ſunt Cancellarij, qui erant, vt vetus criticus explicat, ἀντιγραφεῖς. Erant & quinque viri cis & vltra Tiberim, quorum non admodùm magnum munus erat, cùm quidam magiſtratuum vicarij forent, de quib. Horatium potiſſimum locutum eſſe credo: ac fortaſſe Coranus ſcriba & quinque vir fuerat.

D Ex lib. 2. cap. 19. O Laërtiade quicquid dicam, aut erit, aut non. Ita apud Horatium vùlgo accipi video, quaſi vates illudantur: Sed, niſi fallor ſtultiſſimus eſſet Tireſias, ſi vltrò ſibi detraheret. Potius opinor eum dicere, ſe non eſſe aliis vatibus ſimilem, qui diuinorum nomen ementiuntur, homineſque fallunt: Idcircóque ambagibus, ne in mendacio deprehendantur, ſua reſponſa inuoluunt, & draconem neſcio quem vel aquilam ænigmate inexplicabili loquuntur, nec res ſuis appellant nominibus: quod ſe contrà facturum Tireſias pollicetur, ſéque ſine figura & anfractu locuturum, id quod erit, aut non erit, cùm & ſibi ab Apolline diuinandi ars data ſit, quæ vulgaribus iſtis non ſit tributa vatibus. Proinde apertè & ſine vlla figura captatoris Naſicæ & Corani nomen elocutus eſt: nec

Naſica aut Cotanus aliud quicquam, quàm qund recto nudóque ſermone ſooant, ſignificant.

Ex lib. 26. cap. 31. Quod Horatius perlepidè ſctipſit, *Vt canis à corio nunquam abſterrebitur vncto.* nónne eſſe putares, quod Theocritus Idyll. 10. eadem vrbanitate facetè luſit χαλεπὸν χόριον κύνα γεῦσαι; Sed quis perſuaderet ſibi corium apud Horatium eſſe χόριον Theocriti, cùm hoc ſignificet membranas partum inuoluentes, à quibus agnos ſerotinos Chordos putat vocaros Varro, libr. 2. de re ruſt. cap. 2. Crediderim Horatium prouerbium Græcum eſſe ſecutum: tamen nonnihil ſignificationem deflexiſſe in id quod æquè conueniret. Sed & σκυτοβαλεῖν id coarrator interpretatur, quod Horatiano ſenſui conuenit.

B

Ex lib. 16. cap. 17. *Sols gerendum cenſeo morem, & capiundos crines* Plautus ait, Moſtell. Sc. iamprîdē mecaſtor. Vbi ego capere crines eſſe ſuſpicor blanditi & aſſentati leníque capillorum tractu ac mulcente delenire, & amabiliter attingere: ſic etiam autes leniter ttactabant iis, quibus adulabantur, quóſque captabant & admirabantur, & quibus indicabant vel ſimulabant amotem, & quos oſculabantur.

-- aurem inquit Flaccus, *ſubſtringe loquaci.*

Plautus Aſinaria, Sc. Cur me retentas.

Prehende auriculas, compara labella cum labellis.

Ex lib. 19. cap. 13 *Sols cenſeo gerendum morem & capiundos crines.* Capete crines eſt blandè & amato-

C

riè oſculandi cauſa capillos amatotis prendete, vt & aures ſolebant, quod ante annotaſſe me recordor. apud Hotatium quoque *-- aurem ſubſtringe loquaci*, eodem modo accipimus. vetus tameu magnæque auctoritatis liber, *ſubſtringe* præbe interpretatur, vt dicat loquaci præbendas autes.

Ex li. 30. ca. 27. *-- aurem ſubſtringe loquaci* apud Hor. blandientis & adulãtis eſt, vt exiſtimo, & mirabundè aſſentantis. nā qui oſculabantur, amatoriè auticulas prehendebant vt apud Plautum eſt. *Prende auriculas.* ſignificat igitut quaſi amplexeris & admireris, auriculam eius ſubſtringe.

Ex lib. 28. cap. 3. *-- ſepulchrum*

Permiſſum arbitrio &c. recurre ad Satyr. 3. huius libri in explanatione verſiculi

D

-- atque epulum arbitrio Arri. Scribit Ciceto in oratione pro Rab. Poſth.

Tua poſthume numo ſeſtertio à me addicuntur. Si quis magnum æs alienum conflauiſſet plerumque eius bona alicui numo ſeſtertio addicebantur hac lege, vt creditoribus ſatisfaceret, in quotum fraudem vendere non licebar, itaque ſubiicit, *ita bona veneant vt ſolidum ſuum cuique ſoluatur: nihil tam aliud niſi fidem curat.* Sic ſcribit Aſconius, *Bona Milonis propter magnitudinem æris alieni ſemuncia veniſſe* cùm ſemuncia etiam minor ſit ſeſtertio, quamquam fortaſſe in Aſconio *ſeſtertio nummo* legendum eſt, etſi id non auſim adfirmare. Flagitioſiſſimum & ſceleratiſſimum habebatur olim fidē

A

in credita pecunia fallere: ad famam igitur debitorum tuendam ſic bona vendebaotur & emptori onus ſoluendi imponebatur: eandem venditiooem & in captatione poſuit Horatius,

-- huic tu

Dic ex parte tua, ſeu fundi ſiue domus ſit

Emptor, gaudentem nummo te addicere. id eſt, vt vulgo loquimur, fruſto panis minimóque precio, vt in captatoria venditione. Quo ſanè loco hoc adnotant interpretes, quod an verum ſit, ipſi viderint, ego neque fidem detrahere, neque addere decreui, lege cautum fuiſſe, ne res vel agrum vel domum teſtamento donatam, quis donaret: & vt viderentur emiſſe, nummum date ſolitos, ſi quibus donabant.

ARGVMENTVM. SATYR. 6.

Se contentum iis quæ habet, viuere, ac plura non optare dicit. Deinde otij ſui, quo ruri fruitur, commoda cum incomoiodis negotiorum & moleſtiarum, quæ vitam vrbanam comitantur, comparat.

HOc erat in votis: modus agri non ita magnus,
Hortus vbi, & tecto vicinus iugis aquæ fons,
Et paullum ſiluæ ſuper his foret. auctius, atque
Dij melius fecere. bene eſt. nihil amplius oro,
Maia nate, niſi vt propria hæc mihi munera faxis:
Si neque maiorem feci ratione mala rem:
Nec ſum facturus vitio, culpáve minorem:
Si veneror ſtultus nihil horum: ô ſi angulus ille
*Proximus accedat: qui nunc * denormat agellum:*
*O ſi vrnam argenti fors * quà mihi monſtret: vt illi,*
Theſauro inuento qui mercenarius agrum
Illum ipſum mercatus arauit, diues amico
*Hercule: ſi, quod adeſt, * gratum iuuat: hac prece te oro*
*Pingue pecus domino facias, * & cetera, præter*

Ingenium

Ingenium: vtq; ſoles, cuſtos mihi maximus adſis
Ergo vbi me in monteis, & in arcem ex vrbe remoui:
*Quid prius illuſtrem ſatyris, * Muſáque pedeſtri?*
*Nec mala me ambitio perdit, nec * plumbeus Auſter,*
Auctunnúſq; grauis, Libitinæ quæſtus acerbæ.
Matutine pater, ſeu Iane libentius audis,
*Vnde homines * operum primos, vitæq; labores*
Inſtituunt (ſic diis placitum) tu carminis eſto
*Principium. * Romæ ſponſorem me rapis: eia,*
Ne prior officio quiſquam reſpondeat, vrges:
Siue Aquilo radit terras: ſeu bruma niualem
Interiore diem gyro trahit: ire neceſſe eſt.
Poſt modò, quod mi obſit, clarè, certúmque locuto,
Luctandum in turba, facienda iniuria tardis,
Quid vis inſane? & quas res agis? improbus vrget
Iratis precibus. tu pulſes omne, quod obſtat,
Ad Mæcenatem memori ſi mente recurras.
Hoc iuuat: & melli eſt: non mentiar. at ſimul atras
Ventum eſt Eſquilias: aliena negotia centum
Per caput, & circa ſaliunt latus. ante ſecundam
Roſcius orabat ſibi adeſſes ad puteal cras.
De re communi ſcribæ magna, atque noua te
A *Orabant hodie meminiſſes Quincte reuerti.*
Imprimat his, cura, Mæcenas ſigna tabellis.
Dixeris, experiar? ſi vis, potes, addit: & inſtat.
Septimus octauo propior iam fugerit annus,
Ex quo Mæcenas me cœpit habere ſuorum
B *In numero: dumtaxat ad hoc, quem tollere rheda*
*Vellet iter faciens: & cui concredere * nugas*
Hoc genus. hora quota eſt? Thrax, an Gallina Syro par?
Matutina parùm cautos iam frigora mordent:
Et, quæ rimoſa bene deponuntur in aure.
Per totum hoc tempus ſubiectior in diem, & horam
C *Inuidiæ: * noſter ludos ſpectauerat vnà:*
Luſerat in campo, fortunæ filius, omnes.
Frigidus à roſtris manat per compita rumor?
Quicumque obuius eſt, me conſulit: ô bone (nam te
Scire, deos quoniam propius contingis, oportet)
Numquid de Dacis audiſti? nil equidem. vt tu
D *Semper eris deriſor. at omnes dij exagitent, me,*
*Si quicquam. quid? * militibus promiſſa, Triquetra,*
Prædia Cæſar, an eſt Itala tellure daturus?
Iurantem me ſcire nihil, mirantur, vt vnum
Scilicet egregij mortalem, altíq; ſilenti.
Perditur hæc inter miſero lux, non ſine votis.

Orus, quando ego te aſpiciam? quandoq; licebit A
Nunc veterum libris, nunc ſomno, & inertibus horis
Ducere ſollicitæ iucunda obliuia vitæ?
*O, quando faba Pythagoræ * cognata, ſimulq;*
Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo?
O noctes, cenæq; deûm: quibus ipſe, méique
Ante Larem proprium veſcor: vernáſque procaceis
*Paſco * libatis dapibus. * prout cuique libido eſt,*
Siccat inæqualeis calices conuiua, ſolutus
Legibus inſanis: ſeu quis capit acria fortis
Pocula: ſeu modicis vueſcit lætius. ergo
Sermo oritur non de villis, domibúſve alienis:
Nec malè, nécne Lepos ſaltet: ſed, quod magis ad nos
Pertinet, & neſcire malum eſt, agitamus: vtrúmne
Diuitiis homines, an ſint virtute beati:
*Quídue ad amicitias, * vſus, rectúmne trahat nos:*
Et quæ ſit natura boni: ſummúmque quid eius.
Ceruius hæc inter vicinus garrit anileis
** Ex re fabellas. nam ſi quis laudat Arelli*
Sollicitas ignarus opes, ſic incipit, olim
Ruſticus vrbanum murem mus paupere fertur
Accepiſſe cauo, veterem vetus hoſpes amicum,
*Aſper, & attentus quæſitis: * vt tamen arctum*
Solueret hoſpitiis animum. quid multa? neque illi
Sepoſiti ciceris, neque longæ inuidit auenæ:
Aridum & ore ferens acinum, ſemeſáque lardi
Fruſta dedit, cupiens varia faſtidia cœna
*Vincere, tangentis * malè ſingula dente ſuperbo:*
Cùm pater ipſe domus palea porrectus in horna
** Eſſet ador, loliúmque, dapis meliora relinquens.*
Tandem vrbanus ad hunc, quî te iuuat, inquit amice, B
Prærupti nemoris patientem viuere dorſo?
** Vin' tu homines, vrbémque feris præponere ſiluis?*
Carpe viam (mihi crede) comes: terreſtria quando
Mortaleis animas viuunt ſortita: neque vlla eſt
*Aut magno, aut paruo lethi fuga, * quo, bone, circà,* C
Dum licet, in rebus iucundis viue beatus:
Viue memor, quàm ſis æui breuis. hæc vbi dicta
Agreſtem pepulere: domo leuis exſilit. inde
Ambo propoſitum peragunt iter, vrbis auentes
Mœnia nocturni ſubrepere. iámque tenebat
Nox medium cæli ſpatium, cùm ponit vtérque D
In locuplete domo veſtigia: rubro vbi cocco
Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos:
Multáque de magna ſupereſſent fercula cenæ:
Quæ procul exſtructis inerant heſterna caniſtris.
Ergo, vbi purpurea porrectum in veſte locauit

Agreſtem

Agreſtĕ: veluti ſuccinctus curſitat hoſpes: A
*Continuátque dapes: nec non * vernaliter ipſis*
Fungitur officiis, prælambens omne, quod affert.
Ille cubans gaudet mutata ſorte: boniſq;*
Rebus agit lætum conuiuam, cùm ſubitò ingens
Valuarum ſtrepitus lectis excuſſit vtrumque
Currere per totum pauidi conclaue: maGiſque B
Exanimes trepidare, ſimul domus alta Moloſſis
Perſonuit canibus. tum ruſticus, haud mihi vita
Eſt opus hac, ait: & valeat. me ſilua, cauúſque
Tutus ab inſidiis tenui ſolabitur eruo.

HOC ERAT IN VOTIS] hoc erat in optatis: hoc optabam. C

MODVS AGRI] agrum optabam breuibus, & paucis decempedis menſum: agrum non admodum latum. modus in agro ſignificat longitudinem ac latitudinem deſcriptam, ac dimenſam. exſtat titulus in Pandectis iuris ciuilis. *Si menſor falſum modum dixerit.* M. Tull. in orat. pro Flacco, *voluiſti magnum agri modum cenſeri.* Cœlius lib. 8. epiſt. *de ſignis, & tabulis, de agri modo, de are alieno acerrimè agere.* Plautus Aulul. Prologo, *Agri reliquit ei non magnum modum.*

IVGIS AQVÆ FONS.] fons aquæ perennis. ſic M. Tull. dixit aquã de iugi puteo hauſtã.

SVPER HIS.] ἐπὶ τούτοις, ad hæc, vel præter hæc.

AVCTIVS] amplius, benignius, cumulatius. D

MAIA NATE] Mercuri. Oda. 2. libr. 1. *Siue mutata iuuenem figura Ales in terris imitaris alma Filius Maia.* & Oda 10. eiuſd. *Mercuri facunde, nepos Atlantis, &c.* Mercurium appellat, quia creditur amplificationem rei familiaris, & lucra adiuuare, & fortunare. vide annot. ad Satyr. 3. huius libri.

PROPRIA] fixa, ſtabilia, perpetua. vide annot. ad illum locum, *Si proprium eſt, quod quis libra, &c.* epiſt. 2. lib. 2. infrà.

SI NEQVE MAIOREM, &c.] ſic precatur Horatius. Si neque rem meam auxi per cuiuſquam iniuriam, aut per dedecus, aut turpitudinem, neque ſum imminuturus nequitia, & luxuria: ſi non opto iis, quæ habeo, plura, aut maiora, neque agrum vicinum concupiſco. neque

A thefaurum inuenire aueo, ſeu inuenturio: ſi deniqueiis, quæ mihi ſuppetunt, contentus viuo: te oro, vt, &c. ſolebant autem preces cum condicione concipi à veteribus. ſic Thetis apud Homer. lib. α. Iliad. Ζεῦ πάτερ, εἴποτε δή σε μετ' ἀθανάτοισιν ὄνησα Ἢ ἔπει, ἢ ἔργῳ, τὸ δέ μοι κρήηνον ἐέλδωρ. id eſt, Iupiter pater, ſi quando te inter immortaleis iuui aut verbo, aut facto: hoc, quod peto, mihi perficito. ſic Horat. Od. 18. lib. 3. *Faune Nympharum fugientum amator Per meos fines, & apr. &c. Si tener pleno, &c.*

RATIONE MALA] turpitudine aliqua, iniuria, vt lenocinio, impudicitia, cæde, & ſimilibus. Pindarus εἰδ. η. Νεμ. ait, diuitias honeſtis rationibus, & cum Diis volentibus partas, ſta- B biliores eſſe. ſic Pind. σὺν θεῷ γάρ τοι φυτευθεὶς ὄλβος ἀνθρώποισι παρμονώτερος.

SI VENER. STVLT. NIHIL HORVM] id eſt, ſi huiuſmodi vota, quæ ſtatim ſequuntur, non facio: ſi talia non opto. ſuprà ad illum locum, *Et venerata Ceres, &c.* Sat. 2. huius libri, oſtendimus, *venerari* interdum idem valere, quod precari, & vota facere. precari autem Græci εὔχεσθαι dicunt: quod nòn ſolùm à diis aliquid precibus expetere ſignificat, αἰτεῖν τοὺς θεοὺς, vt loquitur Plato in Euthypt. ſed etiam optare. itaque, quæ Latini optata, Græci εὐχὰς quoque nominant, vt ſciunt Græcè docti. ſic igitur hunc locum explicandum cenſeo, ſi nihil horum opto, ſeu ſi C quis malit, ſi nihil horum à Diis precor, non vt Eraſmus, qui legendum putat, *venor*, lam *veneror ſtultus*, ſic dictum, vt illa, *parce malignus*, Od. 28. lib. 1. *& non te negliget horridus*, Od. 21. lib. 3. & ſimilia, quæ collegimus ad Od. 8. lib. 3. Exiſtimabant autem veteres illi, diuitias, & cetera bona fortunæ à Diis immortalibus donari, & ab iiſdem incommoda, damna, & egeſtatem hominibus importari, quod & Theog. approbat. Οὐδεὶς, Κύρν', ἄτης καὶ κέρδεος αἴτιος αὐτὸς, Ἀλλὰ θεοὶ τούτων δώτορες ἀμφοτέρων. id eſt, Nullus eſt, Cyrne, detrimenti & lucri ſibi ipſe cauſa: ſed Dij horum vtriuſque ſunt donatores. Itaque quemadmodum bona à Diis votis, ominibúſque expetebant, ita mala & aduerſam fortunam de- D precabantur.

O SI ANGVLVS ILLE, &c.] talia ſunt auarorum vota, atque optata. *ô ſi*, optantis, & precantis eſt. Virg. Æneid. 8. *O, mihi præteritos referat ſi Jupiter annos.* & *ſi.* vt Æneid. 6. *& ſic fortè precatur, Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus Oſtendat nemore in tanto*: vt apud Græcos, εἴθε γένοιτο. vtinam áccidat, vtinam mihi contingat. & ita Euripid. Oreſte, Εἰ γὰρ γένοιτο, Φωκέων δ' ἔλθοι πόλιν. Et ô ſolum. Idem Virg. li. 5. Æneid. *nec vincere certo* (*Quamquam ô.*)

DENORMAT AGELLVM.] Denormat, legunt Porphyr. & Acro, & ita reperi ſcriptum in omnibus ferè codicibus calamo exaratis, & nonnullis vulg. eámque ſcripturam, præſertim à viris doctis comprobatam ſecutus ſum. denormare autem idem valet, quod denormem, &

inæqualem, & normæ expertem efficere. huc pertinet, quod ſcribit Ariſtot. lib. 1. de arte dicẽdi, ea quæ nobis deſunt, etiam ſi parua ſint, nobis eſſe bona, & optabilia, *καὶ ἃ ἐλλείπειν οἴονται, καὶ ἂν μικρὰ ᾖ, αἱρετά.*

Fors] fortuna. vt ſup. annot. ad Sat. 1. lib. 1.

Quâ] aliqua via, aliqua ratione, aut aliqua parte potiùs. quidam libri veteres tamen habent *qua.*

Amico Hercule.] æquo, & propitio Hercule. beneficio Herculis diues factus. nam & Hercules eorum rem familiarem fortunare, atque augere credebatur, qui bonorum ſuorum decimas ad eum detuliſſent. Alij dicunt eum præeſſe theſauris. Alij hoc referunt ad fabulam B de quodã ruſtico, cui viſus eſt Hercules in ſomnis locum, vbi eſſet theſaurus, demonſtraſſe. Herculem autem theſauris, & lucris inſperatis, item vt Mercurium, ideò præeſſe volunt, quòd Hercules diuitias & bona externa viribus & virtute adeptus eſt. hunc locum imitatus eſt Perſius Sat. 2. *& ô ſi Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule.*

Thesavro invento] theſaurum ſic definit Paullus Iuriſconſultus lib. 41. Digeſtor. tit. 1. de acquir. rer. domin. *Theſaurus eſt quædam vetus depoſitio pecuniæ, cuius non exſtat memoria, vt iam dominum non habeat. Sic enim fit eius, qui inuenerit, quod non alterius ſit. alioquin ſi quis aliquid vel lucri, vel metus, vel cuſtodiæ cauſa condiderit ſub terra, non eſt theſaurus: cuius etiam furtum fit.*

C Si, qvod adest, gratvm ivvat:] id eſt, ſi, quod mihi ſuppetit, gratum, & iucundum eſt: ſi eo, quod adeſt, delector & contentus ſum. nomen *gratum* coniungendum eſt cum verbo *iuuat*, hoc modo, *gratum iuuat*, id eſt, cùm ſit gratum iuuat: *κεχαρισμένον ἂν ἀγαπητὸν ὃ τέρπει.* gratum eſt enim id, in quo acquieſcimus; quo contenti ſumus.

Hac prece te oro. [ſic loquitur epiſt. ad Vinn. Aſell. libr. 1. *oratus multa prece nitere porrò.*

Præter Ingen.] nam ingenium pingue, id eſt, hebes, neque laudabile, neque optabile eſt.

Vtqve soles] nam poëtæ omnes ſub Mercurij tutela ſunt. quos ſup. Od. 17. li. 2. *viros* D *Mercuriales* appellat: vbi Faunum, Mercurialium virorum cuſtodem dicit.

Et in arcem] in locum editum, qui mihi arcis loco eſſe poſſit: vel villam ſuam ſignificat, vbi rex eſt, & in quam ſe recipit, tamquam in arcem, longè à ſtrepitu vrbano, longè à negotiis vrbanis.

Mvsâqve pedestri.] Muſam pedeſtrem, verſus, quibus vtitur in Satyris, & in epiſtolis appellat, quia ſolutæ orationi ſunt ſimillimi. infrà epiſt. ad Auguſt. in extrem. *nec ſermones ego mallem Repentes per humum, quàm res componere geſtas.* & Ode 12. lib. 2. hiſtorias pedeſtreis dicit, quæ ſunt oratione ſoluta conſcriptæ, *tuque pede-*

A *ſtribus Dices hiſtoriis prælia Cæſaris, Mæcenas, melius.* *πεζὸν λόγον* appellant Græci.

Mala me ambitio] *mala* epithetũ eſt ambitionis perpetuum: vel diſtinguit ambitionẽ honeſtam, & laudabilem, à turpi & vituperanda. vide Ariſtot. lib. 4. de moribus ad Nicomach. vbi de ambitione diſputat, quam *φιλοτιμίαν* nominant Græci.

Nec plvmbevs Avst.] inſalubris, peſtilens, & quo corpora ingraueſcunt. M. Tull. per tranſlationem ſermonis *plumbeos* appellat, tardos & hebetes lib. 1. Tuſcul. *niſi plane plumbei ſumus in philoſophia.* vel refer ad colorem oris, & corporis, quæ efficiuntur pallida Auſtri flatu. B ſuprà Ode 14. lib. 2. *Fruſtra per auctumnos nocentem Corporibus metuemus Auſtrum.* Ariſtoteles problem. lib. 2. *τμημ. κϛ.* quærit cur Auſter ſit *δυσώδης*, id eſt, fœtidi, & tætri odoris: & reſpondet, fortaſſe eò fieri, quòd humida, & calida corpora efficiat, hæc enim maximè putreſcunt. ſignificat autem fortaſſe Horatius, ſe continentia, & frugalitate conſequi, vt à tempore anni minùs ſalobri, non offendatur ſua valetudo. Nam & Socratem ferunt ita continentem in victu, cultúque fuiſſe, vt ſæpe Athenis orta peſtilentia, multiſque vi morbi abſumtis, ſolus intactus, & integer à peſte fuerit. Vel dic, quòd rectè valeat anni tempore inſalubri, id eum loco aſcribere, & cælo.

Libit. qvæst. acerbæ] quia Au- C ſtro flante complures in morbum incidunt, atque intereunt. Libitina, Dea funerum, à qua dicti Libitinarij, qui in funeribus procurandis ſunt occupati. Plaut. ſenes decrepitos *libitinarios* appellat in Bacchid. *Blandulæ, facetæ, pulchræ: incuruos, libitinarios, veternoſos ſenes illorum traherent patres.* Ode 30. lib. 3. *magnáque pars mei Vitabit Libitinam.* Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 4. ſcribit, Venerem neſcio quam à Romanis appellatam eſſe Libitinam. & item Plutarchus *Ῥωμαϊκοῖς.*

Avdis] appellaris, vt epiſt. ad Mæcen. 2. lib. 1. *réxque, patérque Audiſti coràm.*

Matvtine] à Iano diei, & anni principiũ ducitur. de quo vide Plutarch. *ῥωμαϊκοῖς*, & Macrob. lib. 1. Saturn. [Herod. lib. 1. *διπρόσωπον δὲ αὐτοῦ ἵδρυται τὸ ἄγαλμα ἐπειδὴ εἰς αὐτὸν ὁ ἐνιαυτὸς ἄρχεταί τε καὶ παύεται.* Seruius D ad illum Virgil. verſum lib. 7. Æneid. *Sunt geminæ belli portæ, &c.* notat, *Ianum apud aliquos bifrontem apud aliquos quadrifrontem eſſe non mirum eſt. Alij enim eum diei dominum eſſe volunt, in quo eſt ortus & occaſus: Horat. Matutine pater, ſeu Iane libentius audis: alij anni totius, quem in quattuor tempora conſtat eſſe diuiſum. Anni autem eſſe Deum illa res probat, quod ab eo prima pars anni nominatur. Nam à Iano Ianuarius nuncupatus eſt* M. Tull. lib 2. de nat. Deor. *Cùmque in omnibus rebus vim haberent maximam prima & extrema, principem in ſacrificando Ianum eſſe voluerunt, quod ab eundo nomen eſt ductum; ex quo tranſitiones peruiæ Iani, foréſque in liminibus profanarum ædium, ianuæ nominantur.* [ſic Arnob. lib. 3. *Ianum quidam*

ex vobis

Digitized by Google

ex vobis mundum, annum alij, ſolem eſſe prodidere nonnulli, &c. ſequitur paucis poſt. *quem (Janum) in cunctis anteponitis precibus, & viam nobis pandere deorum ad audientiam creditis, &c.*] Incipit hinc narrare ſuas totius diei actiones à tempore matutino ad veſperam.

VNDE] à quo, vt ſup. Sat. 3. *unde ego mira Deſcripſi docilis præcepta hæc.* ibid. *Unde uxor media ſurgat de nocte vocata.*

ROMÆ SPONSOREM] cum Romæ ſum, inquit, ſponſorem me rapis, ſponſorem iuriſconſulti recentiores Paullus, Vlpianus, & ceteri, fideiuſſorem appellant. infrà epiſt. 2. lib. 2. *Hic ſpõſum vocat.*

RAPIS] verbum *rapis* ſignificat neceſſitaré, non illam quidem vi impoſitam, ſed ab officio natam: quæ plurimum valet apud viros bonos. rapis igitur, id eſt, cogis me ex officij ratione. ſpõdere autem pro altero, graue onus eſſe, declarat prouerbium Græcum ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα, id eſt, ſponde: at propinquum eſt damnum.

EIA, NE PRIOR OFFICIO] ſi legemus *vrge*, vt habent omnes libri vulgati: horum verborum hæc mihi videtur fore ſententia. eia (inquit Horatius) Matutine vrge, atque impelle me acriter ad hoc officium ſpondendi alicui amico præſtandum, ne quis me officioſior exſiſtat, atque hanc mihi laudem præripiat. Sin, vt nonnulli libri manu ſcripti, *vrges*: quam ſcripturam ego magnopere probo: huius loci hæc erit ſententia: tu Matutine me ſic hortando vrges: eia Horati noli committere, vt quiſquam officio ſatisfaciat prior, quàm tu. poteſt & ſic explicari, ſeruata vulgata, & communi ſcriptura, vt intelligamus, Horatium ſeipſum hortari, eia: vrge quod agis, vrge officium tuum, ne quis te ſit officioſior. ſed ego *vrges* legi mâlo.

SIVE AQVILO RAD. TERR.] ſiue fiat Aquilo, &c. ſed cur terras dicit ab Aquilone radi, cùm hic ventus à ſuperiore parte ſpiret, vt docet Aulus Gell. lib. 3. cap. 30? fortaſſe reſponderi poteſt, radendi verbo vſum eſſe Horatium non quòd ſignificet, per extremas maris, aut terræ parteis hunc ventum ſpirare, ſed vt eius vim exprimat. ſic de Euro dixit Od. 16. epod. *vt neque largis Aquoſus Eurus arua radat imbribus.*

SEV BRVMA NIVAL. INTERIORE] id eſt, ſiue dies totius anni ſunt frigidiſſimi, ac breuiſſimi, niuibus denique infeſtiſſimi, &c. *Interiore gyro*, id eſt, breuiore circulo. nam compluribus ab vno communi puncto medio deſcriptis circulis, interiores, ſunt breuiores, ſeu minores. neque tamen hoc ita accipiendum eſt, quaſi dicamus ſolis circulos parallelos, id eſt, æqualiter inter ſe diſtanteis, quos quotidie motu cæli ſol efficit, hieme, quàm vere, atque æſtate eſſe breuiores: (quouis enim tempore anni ſunt æquales, quia quanto ſunt minores ſemicirculi ſuprà finientem noſtrũ, tãto ſunt maiores ij, qui ſunt infrà, & ſub pedibus noſtris) ſed quòd minores ſint ſupra finientem noſtrum hieme, quàm ceteris anni partibus, ſemicirculi: idq; propter orbẽ ſigniferum, quẽ ζωδιακὸν Græci appellant: quo fit vt dies ſint contractiores, noctéſque lõgiores. Itaque hæc verba, *niualem, interiore diem gyro trahit*, hanc vim habent, dies efficit contractiores, ac breuiores, ſimúlque frigidos, & niuibus informeis, ac turbulentos. Vel dic, omnino eos circulos, quos cæli motu ſol hieme efficit, eſſe minores, quàm quos vere, & auctunno, propterea, quòd illi ſunt tropico capricorni, ſeu brumali ſigno, proximi. Quòd ſi quis dicat, eadem ratione etiam eos circulos, quos ſol æſtate cæli motu cõficit, eſſe iis breuiores, quos verè, & auctunno: quia ſint ſigno ſolſtitiali, ſeu tropico cancri vici-

A

B

niores: fatebor, & concedã, ſed hoc intereſt, quòd dies æſtiui ſunt noctibus longiores propter ſitũ orbis ſigniferi, ſeu zodiaci, cuius pars maior æſtiuis diebus exſtat ſupra terram: quam partem dum ſol permetitur & perambulat, dies efficit noctibus longiores, & propter vicinitatem ſuam ardenteis, & torridos: dies brumales autem contrà propter contrariam rationem ſunt noctibus breuiores, ſimúlque turbulenti & frigidi. Itaq; ſignificans Horatius hos dies brumaleis, rectè, & εὐλόγως addit ad nomen *diem*, epithetum *niualem*.

PÒST MODÒ, QVOD MI OBSIT, &c.] poſtea mihi id locuto, quod mihi damnum afferat, ita clarè, & apertè, vt inficiari non poſſim, lu-

C

ctandum eſt in turba. Sed quid de ſe locutum eſſe ſentit Horat. quod ei obeſſe poſſit? vel intellige vniuersè, & generatim de quouis ſermone, cuius hæc natura eſt, vt, maximè ſi multus ſit, & cum multis, non poſſit non nocere ei, qui ſit locutus: vel ad ſponſionem refer, quæ, vt paullò antè diximus, ſponſori plerúmque damnoſa eſt. alij referunt ad defenſionem clientis, quaſi Horatius alicuius cauſam defenderit in iudicio, & defendendo clientem, aduerſarium læſerit: alij ad conuicia, quæ fieri ſolent in turba, dum alij tardius, alij celerius eunt: quarum explicationum poſteriores duas non probo: duarum autem priorum mihi placet magis ea, quæ ad ſponſionem refertur: & ita Ouidius, *Unius & verbi grandia damna ferat.* Iam *poſtmodo* Seruius ad il-

D

lum locum Virgilij Tityro *longo poſt tempore venit*, vult eſſe vnam vocem, & hunc verſum Horatij profert.

LVCTANDVM IN TVRBA] id eſt, laborandum, & contendendum eſt in turba.

FACIENDA INIVR. TARD.] dum propero, non poſſum effugere, quin faciam iniuriam iis, qui antecedunt, tardius euntibus. fit enim, vt eos impellam & pulſem: quod illi moleſtè ferentes, mihi conuiciantur & maledicunt his verbis, *quid vis inſane, &c.*

QVID VIS INSANE? ET QVAS] verba ſunt (vt dixi) eius, qui ab Horatio properante impulſus, excandeſcit, per imitationem quandã expreſſa.

IMPROBVS VRGET] improbè, & ſine

Digitized by Google

qui ad ſermonem prouocatus, tacet. In cod. Ian. & Toroeſij ſcriptum reperi *vltrà*. quam ſcripturã ſi quis probabit, interpretabimur vltrà quàm ſatis eſt, vltra modum. Nam ineſt etiam hæc in hoc loco difficultas, quòd in aliis cod. interpunctionis nota poſt nomen *garrulus*: in aliis poſt vocem *vltrò*, ſiue *vltrà*, locatur. iudicet igitur lector.

Davvs sis comicvs] talis eſto, qualis inducitur Dauus in comœdiis, nempe ſeruiliter, & timidè cum domino loqueos, eiq; non niſi ad rogata reſpondens, neq; cum interrogare audens. talis etiam ab ipſo Horatio inducitur ſat. 7. infr. *Iamdudum auſculto: & cupiens tibi dicere ſeruus Pauca, reformido.*

Capite obstipo] incuruato, inflexo, inclinato: qui geſtus eſt hominis animum demittentis, & ad palpandum parati. M. Tull. in Arato, *Obſtipum caput, & tereti ceruice reflexum, Obtutum in caudam maioris figere dicas.* Lucret. libr. 4. *Deniq; vt in fabrica, ſi praua eſt regula prima: Normáque ſi fallax rectis regionibus exit: Et libella aliqua ſi ex parti claudicat hilum: Omnia mendosè fieri, atque obſtipa neceſſum eſt, Praua, cubantia, prona, ſupina, atque abſona tecta.* quem Lucretij locum teſtem producens Feſtus, legit *obſtita*, in voce *obſtitum*. ſed puto, Feſtũ eo loco eſſe mendoſum, & legendum, *obſtipum*, & *obſtipa*. nam aliud eſt *obſtipum*, aliud *obſtitum*. Suetoo. de Tiberio, *Incedebat ceruice rigida & obſtipa, adducto ferè vultu.*

Obseqvio grassare] *graſſari*, vt Nonius Marcellus docet ex Næuio & Afranio, idẽ ferè valet, quod ambulare, & iter facere. Feſtus autem ait antiquos *graſſari poſuiſſe pro adulari: præterea graſſari latrones dici vias obſidenteis. gradi ſiquidem ambulare eſt. vnde tractum graſſari, videlicet ab impetu gradiendi.* quod item ex Salluſtio probari poteſt, procemio belli Iugurth. *Sed dux, atque imperator vitæ mortalium, animus eſt: qui vbi ad gloriam virtutis via graſſatur, abundè pollens, poténſque, & clarus eſt, neque fortuna eget.* & ita Liuius libr. to. *conſilio graſſandum, ſi nihil vires iuuarent, ratus.* Idem libr. 45. *Etiam apud vos fuiſſe audio, qui aſſentando multitudini graſſarentur,* Itaque hæc verba *obſequio graſſare*, hanc ſententiam videntur continere, Obſequio, opera, officio aditum tibi ad diuitem patefacito: nulla alia ratione, aut via diuitem capta, quàm obſequendo: inſidiare diuiti obſequio. nam graſſari valet interdum inſidioſè, & doloſè ambulare. vnde graſſarores ſunt nominati, qui vias obſident, vt repeote viatores ioermeis, neque ſatis inſtructos, ac paratos adoriantur, vt paullò antè ex Feſto oſtendimus.

Si increbrvit avra] hæret etiam nunc in nonnullis libris impreſſis hæc mendoſa ſcriptura *increbuit*: vſque adeò difficile eſt inueterata vitia exſtirpare. Nos autem multis verbis docuimus ἐν παρόδῳ in annotationib. ad lib. Ariſtot. de moribus, ad Nicomac. hoc verbum ſic eſſe ſcribendum, non, vt vulgò, *increbuit*. libri autem calamo exarati alij habeot *increbuit*, vt & nos curauimus excudendum: alij *increpuit*, quæ

A ſcriptura corrupta eſt. *ſi increbuit aura*, id eſt, ſi veotus factus eſt acrior, ac vehementior. ſic loquitur & M. Tull. lib. 7. epiſt. ad Trebat. *ventus increbreſcit. cura vt valeas.* & Virgil. lib. 3. Æneid. *Crebeſcunt optatæ auræ, portúſque pateſcit, Iam propior.*

Cavtvs] valetudini conſulens, ſibi cauens ab iniuria cæli.

Carvm capvt] φίλην κεφαλήν. Omnia quæ in homine præcipuam vim habent ſalutis & vitæ conſeruandæ, aut quæ ſummam præbent voluptatem atque vtilitatem, cara dicuntur à poëtis Græcis, vt φίλη ψυχὴ, φίλον κῆρ, φίλος θυμὸς, φίλα γούνατα, φίλη κεφαλὴ, φίλα ὄμματα, φίλοι ὀφθαλμοὶ, φίλη πατρὶς, φίλος οἶκος, vel φίλα οἰκία in numero multitud. φίλη

B μήτηρ, φίλα τέκνα, &c. id eſt, cara anima, carum cor, carus animus, cara genua, carum caput, cari oculi, cara patria, cara domus, ſeu caræ domus, cara mater, cari liberi, &c.

Extr. tvrba oppos. hvm.] ne quis eum in turba iactet, aut impellat. *oppoſitu humeris* tuis ſcilicet, προβαλὼν τοὺς ὤμους ſc. obiectis humeris, tamquam ſcuto aductſus pulſum multitudinis & turbæ. Theophraſtus ἠθικ. χαρακτ. in deſcribendo aſſentatore etiam hoc argumentum commemorat noo admodum diſſimile, καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ἐπιστῆσαι κελεῦσαι ἕως αὐτὸς παρέλθῃ: id eſt, & proprium eſt aſſentatoris iubere eos, qui obuiam eunt, conſiſtere, donec il-

C le prætericrit.

Avrvm svbstr. loq.] ſi tibi res eſt cum loquaci ſene, aureis tuas, ſi fieri poteſt, cõprime, vel obtura, vt ne eius loquacitate offendaris: ſed potiùs, vt eum, quandiu ei videatur, loquentẽ perferre, ac perpeti poſſis. aureis tuas ei præbe verberandas, atque obtundendas: verùm tamen ne te loquacitate ſua obtundat, & exſurdet, eas ſubſtringe, & ſupprime, vt minus moleſtè & ſine periculo ſurditatis eius garrulitatem ferre poſſis. Sic mihi videtur hic locus eſſe explicaudus, non, vt Acr. & Porphir. *aurem admoue, & intende.* Iam qui aureis ſuas obturant, facilius quemuis clamorem, ſonitum, ſtrepitum, fragorem excipiunt, ac perferunt, neque vllo pacto

D commouentur, quemadmodum Satyrus ille Clazomenius apud Ariſtot. problem. τμημ. γ. quod eſſet ad maledicendum promtus ac propenſus, cùm ſibi in iudicio cauſa dicẽda eſſet, ne ad maledicẽdum aduerſario, ſi eum audiret, impelleretur, ac potius vt de re ipſa diceret, aureis ſibi obturauit. Ita dicimus clauſis oculis periculũ adire, id eſt, ſine vllo metu, ac dubitatione, propterea quòd, qui clauſis oculis, vt Aodabatæ illi, ſeu Antanabatæ potius, ſeſe periculo offerunt aut laborem aliquem ſuſcipiunt, facilius vtroque defunguntur, quàm ſi periculi, aut laboris magnitudinem oculis cernant: & ægri, qui ſunt teneriores, pharmaca ſolent clauſis oculis deuorare. Sic apud Platon. in Gorgia, Socrates probat, vnumquemque, qui aliqua in re peccarit, vltrò ad iudicem ire, atque ad pœnam à lege conſti-

tutam

tutam ſubeundam occurrere, & quodammodo clauſis oculis, & fortiter ſeſe vrendum ac ſecandum medico præbere oportere. verba Platonis hæc ſunt, *παρέχειν μάλα εὖ καὶ ἀνδρείως ὥσπερ τέμνειν καὶ καίειν ἰατρῷ*. vt igitur ad Horatium reuertar, ſic hunc locum explico, aurem, videlicet tuam, ſubſtringe loquaci ſeni, id eſt, aure tua ſubſtricta & compreſſa, ſine ſenem iſtum loquacem, quandiu volet, verba fundere: aureis tuas ei præbe totum diem, ſi ei libebit, longis & odioſis narrationibus tundandas, ac verberandas. Atque ita in codice quodam manu ſcrip. ad oram aſcriptum vidi, *ſubſtringe aurem:* id eſt, præbe aurem. Licet dicere, quod mihi hac ſecunda editione venit in mentem, *aurem ſubſtringere*, poſitum ab Horatio pro aurem vellere, quod eſt admonere: vt ſit hæc ſenteotia, aurem ſubſtringe loquaci, id eſt, ſenem paullo loquaciorem, & quædam fortaſſe expromētem, vel euulgantem, quæ taceri præſtabat, & quædam effundentem, atque afferentem, quorum enuntiatio ei periculum ſit allatura, admone, vt linguæ temperet: vel ſic, multitudine verborum eos, qui adſunt, offendentem, nullámque loci, neque temporis, neque perſonarum rationem habentem, admone vt modum orationi conſtituat. Ita autem ſubſtringere, idem atque aurem vellere, valere dicemus: quo vſus eſt Virg. Sileno, *Cùm canerem reges & prælia, Cynthius aurem vellit, & admonuit,* &c. idem in Copa, *Mors aurem vellens, viuite, ait, venio.* Adr. Turnebus autem vir ſingulari doctrina præditus, aliter hunc locum explicandum putabat, nempe hoc modo: *aurem ſubſtringe loquaci:* id eſt, aurem ſenis loquacis leniter tracta, ſeu prehende, vel molliter attinge: quod faciebant qui adulabantur, & qui ſe amare ſimulabant. Ego memini, apud Plautum *prehendere crineis & auriculas*, eſſe amatoriè, & blandè aliquē delinire, & permulcere, ſed *ſubſtringere aurem* fortaſſe non idem valet. Veruntamen iudicet lector eruditus.

Importvnvs amat lavdari?] ſi in eo importunus, quòd cupit laudari: ſi aſſiduè vult laudari, &c. Importunus is eſt, (vt alibi annotauimus) qui numquam conquieſcit, neque aliis conquieſcendi poteſtatem facit. ſi igitur tali ingenio eſt, vt ſuis laudibus ſupra modum delectetur, tamdiu eius laudes perſequere, donec, manibus ad cælum ſublatis, dixerit ſatis eſſe.

Manibvs svblatis] geſtus lætantis, & Diis immortalibus gratias agentis, vt Dionyſ. Halicar. lib. 3. de patre Horatiorum tergeminorum, *ὁ δὲ πατὴρ, ὡς ἔμαθε τὴν διάνοιαν αὐτῶν, περιχαρὴς γενόμενος, καὶ τὰς χεῖρας ἀνατείνας εἰς τὸν οὐρανὸν, πολλὰς ἔφη χάριτας εἰδέναι τοῖς θεοῖς, ὅτι παῖδας ἔδωκεν αὐτῷ γενναίους καλούς, καὶ ἀγαθούς.* id eſt, Pater autem vt eorum ſententiam cognouit, lætitia elatus, & manibus ſublatis in cælum, magnam ſe diis habere gratiam dixit, quòd ſibi hoc beneficij dediſſent,

A vt filij ſui eſſent pulchri & fortes. eſt etiam orantis geſtus, vt docuimus ad Od. 23. libr. 3. itémque ad epiſto. ad Loll. 2. libr. 1. admonebimus.

Et Cresc. tvm. infla] ingenium hominis inanis, qui ſuprà modum cupit laudari, quíque aſſentatione nimis delectatur, expreſſit. Itaque eiuſmodi quidem ingenium cum vtre comparauit: aſſentatoris autem orationem ad huiuſmodi homines inflandos valere declarauit.

Cùm te servitio longo, &c.] cùm moribundus iam in lecto decubuerit, téque heredem inſtituerit ex quadrante.

Et certvm vigilans] & tu certò vigilans non ſomnians audieris, &c. ſolent enim
B plerumque, qui quippiam magnopere exoptát, id in ſomnis cernere. Virgil. in Pharm. *Credimus? an qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?* & piſcator ille pauperculus apud Theocritum *εἰδ. κα.* ſomniat procerum quendam, & grandem piſcem ad hamum decurriſſe. quemadmodum (inquit) in ſomnis canis omnis prædam vaticinatur. ſic Theocritus, *καθεζόμενος δὲ δόκευον ἰχθύας. ἐκ καλάμων δὲ πλάνον κατέσειον ἔδωδάν· Καί τις τῶν τραφερῶν ὠρέξατο· καὶ γὰρ ἐν ὕπνοις Πᾶσα κύων ἄρκον μαντεύεται, ἰχθύα κ' ἠγών.* id eſt, ſedens piſceis excipiebam, ſeu captabam: ex calamo autem fallacem eſcam concutiebam. Atque aliquis è piſcium pinguium numero eſcam appetiuit. Namque in ſomnis om-
C nis canis prædam vaticinatur: ſic & ego piſcem. *certum vigilans* igitur valet id, quod dicunt Græci vno verbo, *ὕπαρ* cuius contrarium eſt *κατ' ὄναρ*. Plat. lib. 2. de Repub. in extremo, *οὔτ' ἄλλους ἐξαπατᾷ ὁ θεὸς, οὔτε κατὰ φαντασίας, οὔτε κατὰ λόγους, οὔτε κατὰ σημείων πομπάς, οὔθ' ὕπαρ, οὔτ' ὄναρ.* id eſt, neque alios decipit Deus, neque per viſiones, neque per ſermones, neque per ſignorum miſſiones, neque vigilanteis, neque in ſomnis.

Qvartæ sit partis, &c.] ordo verborum eſt, cum tu certò vigilans audieris hæc verba: quartæ partis heres ſit Vlyſſes. ſic ſuprà locutus eſt Od. 25. lib. 1. *audis minus & minus iam, Me tuo longas pereunte nocteis, Lydia dormis?* quidam libri veteres habent, *quartæ eſto partis,* &c.

D Ergo nvnc Dama sod.] ſic dices voce flebili, & queribunda, itáne eſt? ergo ſodalis meus, quicum mihi erat menſa, victúſque cōmunis, mihi ereptus eſt, & interiit? Dama autem nomen eſt Seruile.

Nvsqvam est?] id eſt, periit: Helleniſmus eſt, *οὐδαμόθι ἐστί; οὐκ ἔστι;*

Vnde m. tam fort. támqve] ordo eſt, *ſparge ſubinde*, id eſt, deinde ſubiunge iterans hæc verba, vnde mihi tam fortem, ac fidelem amicum parabo? ſolemus autem oratione præciſa vti in comminationibus, conqueſtionibus, obiurgationibus, & ſimilibus animi motibus, vt infrà ſat. 7. *vnde mihi lapidem? vnde ſagittas?*

Terent. in Eunuch. *Egóne illam? quæ illum? quæ me? quæ non? ſine modò: mori me malim.* Germanus Valés autem hæc verba, *Sparge ſubinde*, referenda eſſe putat ad veterum conſuetudinem in funeribus procurandis: in quibus præter alia, quæ factitare ſoliti erant, flores ſpargebant. Virg. lib. 6. Æn. *manibus, date lilia, plenis Purpureos ſpargam flores: animámque nepotis His ſaltem accumulem donis.* Idem Daphnide, *Spargite humum folijs, inducite fontibus,* [alijs *frondibus*] *umbras Paſtores: mandat fieri ſibi talia Daphnis: Et tumulum facite, &c.*

Est gavdia prodentem] eſt, vt Græci, ἐξεῖν, ἐξέσται, id eſt, licet animi lætitiā fronte tegere: nihil vetat, quo minus quis vultum lætitiæ indicem, diſſimulatione & fictis lacrymis celare poſſit. huius verſiculus ille ex mimo Pub. *Heredis fletus ſub perſona riſus eſt.*

Parm. arbitrio] tuo. interdum teſtatores, quæ poſt mortem ſuam fieri volunt, ea permittunt arbitrio vel heredis, vel legatarij: quæ verba eandem vim habent, ac ſi arbitrio boni viri res eſſet permiſſa. ſecutus ſum autem libros omneis veteres, qui habent *Permiſſum*, nō, vt vulgati, *Commiſſum*: & rectè. committere enim fidei dicimus potius, permittere poteſtati, & arbitrio. Horat. Od. 9 lib. 1. *Permitte diuis cetera: qui ſimul, &c.* Idem lib. 1 epiſt. 18. *Arcanum neque tu ſcrutaberis ullius unquam, Commiſſúmque teges.* idem in ſat. 4. *Commiſſa tacere Qui nequit.*

Sine sordibvs] magnificè, ſplendidè, non ſordidè.

Malè tvssiet] tuſſi graui, & periculoſa laborabit, quam βηχα nominant Græci. *malè* hoc loco valet, grauiter, valdè.

Hvic tv dic ex p. t. &c.] id eſt, huic coheredi dic, ſi fundum, aut domum, quæ tibi ex teſtamento obuenerit, habere cupiat: te ei libentiſſimè venditurum, & quanti velit, addicturum, atque adeò, ſi videatur, donaturum. *nummo*, id eſt, pretio viliſſimo. Atque ita ferè omnes hunc locum explicant: quam explicationem adiuuans Porphyrio, ſcribit, ſi quidem eius verba ſunt, legem fuiſſe, quæ vetaret, quicquam teſtamento acceptum alteri donare. Itaque qui donare volebant, & tamen contra legem committere nolebant, aut non audebant, venditionem ſimulabant: & quod erat, verbi gratia, centum millibus ſeſtertiûm nummûm æſtimabile, nummo addicebant. Sed Germanus Valés, hæc putat eſſe nugatoria, & *nummo* coniungendum eſſe cum participio *gaudentem*, hoc modo, *Dic te gaudentem nummo*: id eſt, malentem nummum, quàm fundum, addicere ei fundum pecunia. quam explicationem ego magis probo.

Proserpina] Proſerpina mortis, & vitę arbitra eſt, vt ſuprà diximus ad Od. 28. lib. 1. imperiúmq; in primis habet in mortuos, quod & Homerus oſtendit ὀδυσσ. λ. Ἤ τί μοι εἴδωλον τόδ' ἀγαυὴ Περσεφόνεια Ὤτρυν', ὄφρ' ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος στεναχίζω; id eſt, aut quid ad me hoc ſimulacrum impulſum miſit Proſerpina? an vt magis ac magis lamentans gemam? Tibull. libr. 3. *At mihi Perſephone nigram denunciet horam. Immerito iuueni parce nocere Dea.* Virg. Æn. 4. *Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem Abſtulerat, Stygióq; caput damnauerat Orco.*

TVRNEBVS.

Ex lib. 2. cap. 19. *Ante larem guſtet venerabilior lare diues*, Ea antiquorum pietate ſuperſtitioſa dictum eſt, qui de cœna lari libare ſolebant, ita & fructuum primitias ei ſacrabant libabántq; ei.

Ex lib. 14. cap. 24. *Ne comes exterior, ſi poſtulet ire recuſes.* Quis hic eſt exterior comes? nempe qui ad læuam eſt, qui locus inferioris eſt: nam cùm quicquid agimus ad dextram ferè nos conuertamus, cuius maior eſt habilitas & agilitas quàm læuæ, fit proinde vt flexus & gyrus ſit eius minor & interior, à circi conſuetudine, vbi ad metam flectebant in dextram curſum, vnde & dextratio appellata eſt. Ita dexter qui erat, interiore flectebat gyro, vt læuus exteriore: ſed & equs ſiniſterior ampliurem luſtrabat: orbem quàm dexterior, itidem & rota: Ouidius ait, 3 amo. eleg. 2.

Nunc ſtringam metas interiore rota, id eſt, breuiore curſu. niſi ſi quis dicat interiorem cuique & proximiorem eſſe dextram partem, exteriorem lęuam: indéque exteriorem comitem dici, quod & verius puto. Ouidius dextrum hominem, qui in honeſtiore loco eſt, interiorem putauit, cùm qui ad læuam eſſet, exteriorem vocauit, 5. Faſt.

Et medius iuuenum non indignantibus ipſis
Ibat, & exterior, ſi comes vnus erat.

Viſne tegam ſpurco Damę latus? Sermonum ſecundo ſcribit Horatius, quod quidem illic ab Horatio fingitur ab vlyſſe, vt Herοe indignum recuſari: & Oppius ait libr. 4. de bell. Alexandr. *deinde poſt Racilium, nam is latus Caſſij tegebat, quaſi reſponſum ab eo peteret celeriter dato loco, cùm ſe inſinuaſſet, ſiniſtra corripit eum, dextráque bis ferit pugione.* his locis velut chirographis aut teſtationibus, tegere latus intelligimus eſſe latus ſiniſtrum alterius, qui vel ætate vel honore ſuperior eſt, claudere: quod qui facit, tanquam pro ſcuto ſit, quo latus prætertimque ſiniſtrum tegitur, latus tegere dicitur: aut vt qui in acie nobis ad læuam adſtat, dum ſcutum ad dextram vertimus, nudum latus ſiniſtrum protegit.

Ex lib. 6. cap. 4. Ex Senecæ loco perſpici poteſt, cur ab Horatio ſcriptum ſit,

Viſne tegam ſpurco Damæ latus? Nam cùm Dama diminutionis forma à Demetrio deductum ſit, nomen ſeruile eſt, & in Horatio libertini hominis, quales multi ad opes perueniebant, & ſi pro viliſſimis & ſordidiſſimis ſemper habebantur. Adſcribam Senecæ verba, libr. 4. Controuerſ. *Idem res dicebat omnes ſordidiſſimas, acetum & puleiū, & Damam & philerotem, lucernas & ſpongias.* Cùm igitur Horatiani mihi loci in mentem inter legendum

gendum veniſſet, in articulo opprimendum putaui & huic ſchedulæ inſerendum, cùm ei nonnulla lux è Seneca adfulgere videatur.

Ex libr. 2. cap. 19. *Quinte puta aut Publi*, quod Horatius ait, expreſſit mores Romanorum, qui cùm aliquem honorificè, vt liberum aut ingenuum appellabant, prænomine ſalutabant. Nam ſalutare cognomine, familiaris erat, vt apud Ciceronem *Caſar Pulchro:* & Polybius in hiſtoria ſemper ſuperiorem Africanum honoris credo, gratia, Publium appellat, & apud Perſium ſcribitur falsè & venuſtè, Saty. 5.

Marco ſpondente recuſas. & Ibidem.

-- has ſigna Marce tabellas & Saty. 5.

Ingentes trepidare Titos: & quaſi dignitas ingenuorum in prænomine tota poſita ſit, quo ſerui carebant. Scribit idem, Sat. 5.

Verterit hunc dominus, momento temporis exit
Marcus Dama. Poteſt tamen & in eo interdum quiddam familiaritatis latere.

Ex lib. 24. cap. 28. *De cute quid faciat ille, vel ille ſua* apud Martialem, lib. 7. epig. 9. eſt de corpore. vt & apud Flaccum, *Pelliculam curare iube.* Sic & χρὼς Græce cutis & corpus eſt. nam Latini Græcanicum ſermonem æmulari gaudebant.

Ex lib. 26. cap. 27. Pellicull. c. i. Hic locus explicatur ſuprà Epiſtola 2. lib. 1. in verſu,
In cute curanda plus æquo operata iuuentus.

Ex lib. 13. cap. 17. *Si cognitor ipſe*, è chirographis exemplis repetitum aliquanto concinnius erit, quàm vt peruulgatum *Sis cognitor?* nec vero ſi inuſitatum eſt in imperandi modó, eóque comicus Plautus vtitur.

Ex lib. 2. cap 19. *-- ſeu pingui tentus omaſo*, ad contemptum dicitur de eo, qui obſoniis ſe ſaturat vilibus, vt li. 1. epiſ. 15. *-- tabulas cœnabat omaſi.* Qui autem è Romanis teſtamenta faciebant, tabulas bis, quos vel legato, vel parte hæreditatis proſequebatur, interdum oſtendebant, vt poſtea obſignatas reponerent, nec niſi ipſis mortuis aperirentur: quibus autem oſtendebantur, inſpicere abnuebant & recuſabant, ne hæredipetæ & captatores viderentur.

Horatius tamen monet oculis limis primæ ceræ ſecundum verſum ſaltem percurrat captator, ne illudatur vana ſpe. Nam qui teſtantur & vltrò inſpectandas offerunt tabulas, cùm putent negaturum recuſaturúmque inſpicere verecundè captatorem, cui ſimulant ſe aliquid reliquiſſe, vana ſpe lactant, nihilque interdum relinquunt: quod deprehenſum in Naſica eſt, cui impudenter captanti tabulas teſtamenti ſui Coranus gener oſtendit, legeréque ſæpius renuétem, tandem coëgit: qui intellexit nil ſibi legatum, ſed fruſtrà ſibi eueniſſe captatorias artes. Ne igitur qui in teſtamento aliquid ſibi relictum credit, fallatur, vt Naſica, obliquo oculo celeriter rapiat quid ſcriptum ſit in prima cera, ne ludibrio habeatur.

Ex libro 21. cap. 26. *Sed non omnia diſplicere vellem*

A *Tibi, & Suffetio ſeni recocto*, Catullus in clauſula epigrammatis 50. cùm iocos frigidiores videret ſeueriotibus fortaſſe non placituros, perſonam quæſiuit, cui eos attribueret & ad veniam dixit, id eſt, tibi homini ſerio, & Suffetio veteri ſeni: tibi ſeuero & acri iudicio prædito & Suffetio homini multo rerum vſu trito, nimiúmque graui. Quibuſdam videtur translatio eſſe ducta à metallis, quæ recoquendo meliora & puriora fiunt, omníque ſcoria liberantur & aliena materia. Sed hic potius ab his ferramentis ducitur, quæ cùm inueterarunt, recoquuntur, vt reficiantur ac reformentur, aut in aliam ſpeciem mutentur. Itaque quod multi temporis eſt, exponitur à Seruio. In lib. 11. Æn. Horatius
B *Scriba ex quinque viro, coruum deludet hiantem*, id eſt, qui ſæpe factus & refectus eſt ſcriba. Sic recoxiſſe Peliam dicitur Medea, id eſt, reformaſſe atque renouaſſe, vt recoctus ſenex ſit hic annoſus, antiquus, longæ ætatis, & plurimi vſus, multis in rebus tritus & verſatus, ideóque ſeueri & acris iudicij. Quinque virum primi nominis Iuriſconſulti, vt hoc etiam appingam in Horario ſignatorem explicant quòd quinque ſignatores adhiberi ſolebant: ego verò puto nomen eſſe magiſtratus, vt in coloniis deducendis & agris aſſignandis. Nam Triumuiros, Quinqueviros, Decemviros, Vigintiviros legi aſſignatores agrorum fuiſſe. Cicero Quinqueviri meminit in
C Lucullo. *neminem eſſe pratorem, imperatorem, neſcio an ne Quinquevirum quidem quemquam niſi ſapientem.* Sed & quinqueviri de exilio iudicabant, vt & elegantiſſimè docuit Pithœus. Erant & quinque viri menſarij, & quinque viri muris turribuſque reficiendis, quod paruum erat & exiguũ munus. Sed qui ſcribe ſæpe fuerant & quinque viri, veteratores & callidi habebantur. Scribis, qui ſunt γραμματεῖς, poſtea adiecti ſunt Cancellarij, qui erant, vt vetus criticus explicat, ἀντιγραφεῖς. Erant & quinque viri cis & vltra Tiberim, quorum non admodùm magnum munus erat, cùm quidam magiſtratuum vicarij forent, de quib. Horatium potiſſimum locutum eſſe credo: ac fortaſſe Coranus ſcriba & quinque vir fuerat.

D Ex lib. 2. cap. 19. O Laërtiade quicquid dicam, aut erit, aut non. Ita apud Horatium vulgo accipi video, quaſi vates illudantur: Sed, niſi fallor ſtultiſſimus eſſet Tireſias, ſi vltrò ſibi detraherer. Potius opiner eum dicere, ſe non eſſe aliis vatibus ſimilem, qui diuinorum nomen ementiuntur, homineſque fallunt: Idcircóque ambagibus, ne in mendacio deprehendantur, ſua reſponſa inuoluunt, & draconem neſcio quem vel aquilam ænigmate inexplicabili loquuntur, nec res ſuis appellant nominibus: quod ſe contrà facturum Tireſias pollicetur, ſéque ſine figura & anfractu locuturum, id quod erit, aut non erit, cùm & ſibi ab Apolline diuinandi ars data ſit, quæ vulgaribus iſtis non ſit tributa vatibus. Proinde apertè & ſine vlla figura captatoris Naſicæ & Corani nomen elocutus eſt: nec

Naſica aut Coranus aliud quicquam, quàm quod recto nudóque ſermone ſonant, ſignificant.

Ex lib. 26. cap. 31. Quod Horatius perlepidè ſcripſit, *Vt canis à corio nunquam absterrebitur vncto.* nónne eſſe putares, quod Theocritus Idyll. 10. eadem vrbanitate facetè luſit χαλεπὸν χορίων κύνα γεῦσαι; Sed quis perſuaderet ſibi corium apud Horatium eſſe χόριον Theocriti, cùm hoc ſignificet membranas partum inuoluentes, à quibus agnos ſerotinos Chordos putat vocatos Varro, libr. 2. de re ruſt. cap. 2. Crediderim Horatium prouerbium Græcum eſſe ſecutum: tamen nonnihil ſignificationem deflexiſſe in id quod æquè conueniret. Sed & σκυτοδέψειν id enarrator interpretatur, quod Horatiano ſenſui conuenit.

B

Ex lib. 16. cap. 17. *Soli gerendum cenſeo morem, & capiundos crines* Plautus ait, Moſtell. Sc. iamptidê mecaſtor. Vbi ego capere crines eſſe ſuſpicor blandiri & aſſentari lenique capillorum tractu ac mulcente delenire, & amabiliter attingere: ſic etiam aures leniter tractabant iis, quibus adulabantur, quóſque captabant & admirabantur, & quibus indicabant vel ſimulabant amorem, & quos oſculabantur.

-- *aurem* inquit Flaccus, *ſubſtringe loquaci.*
Plautus Aſinaria, Sc. Cur me retentas.

Prehende auriculas, compara labella cum labellis.

Ex lib. 19. cap. 13 *Soli cenſeo gerendum morem & capiendos crines.* Capere crines eſt blandè & amatoriè oſculandi cauſa capillos amatoris prendere,

C

vt & aures ſolebant, quod ante annotaſſe me recordor. apud Horatium quoque -- *aurem ſubſtringe loquaci*, eodem modo accipimus. vetus tamen magnæque auctoritatis liber, *ſubſtringe* præbe interpretatur, vt dicat loquaci præbendas aures.

Ex li. 30. ca. 27. -- *aurem ſubſtringe loquaci* apud Hor. blandientis & adulãtis eſt, vt exiſtimo, & mirabundè aſſentantis. nã qui oſculabantur, amatoriè auriculas prehendebant vt apud Plautum eſt. *Prende auriculas.* ſignificat igitur quaſi amplexeris & admireris, auriculam eius ſubſtringe.

Ex lib. 28. cap. 3. -- *ſepulchrum*
Permiſſum arbitrio &c. recurre ad Satyr. 3. huius libri in explanatione verſiculi

D

-- *atque epulum arbitrio Arri.* Scribit Cicero in oratione pro Rab. Poſth.

Tua poſthume numo ſeſtertio à me adducuntur. Si quis magnum æs alienum conflauiſſet plerumque eius bona alicui numo ſeſtertio addicebantur hac lege, vt crediroribus ſatisfaceret, in quorum fraudem vendere non licebat, itaque ſubiicit, *ita bona veneant vt ſolidum ſuum cuique ſoluatur: nihil iam aliud niſi fidem curat.* Sic ſcribit Aſconius, *Bona Milonis propter magnitudinem æris alieni ſemuncia veniſſe* cùm ſemuncia etiam minor ſit ſeſtertio, quamquam fortaſſe in Aſconio *ſeſtertio nummo* legendum eſt, etſi id non auſim adfirmare. Flagitioſiſſimum & ſceleratiſſimum habebatur olim fidē

A

in credita pecunia fallere: ad famam igitur debitorum tuendam ſic bona vendebantur & emptori onus ſoluendi imponebatur: eandem venditionem & in captatione poſuit Horatius,

-- *huic tu*

Dic ex parte tua, ſeu fundi ſiue domus ſit

Emptor, gaudentem nummo te addicere. id eſt, vt vulgo loquimur, fruſto panis minimóque precio, vt in captatoria venditione. Quo ſanè loco hoc adnotant interpretes, quod an verum ſit, ipſi viderint, ego neque fidem detrahere, neque addere decreui, lege cautum fuiſſe, ne res vel agrum vel domum teſtamento donatam, quis donaret: & vt viderentur emiſſe, nummum dare ſolitos, ſi quibus donabant.

ARGVMENTVM. SATYR. 6.

Se contentum iis quæ habet, viuere, ac plura non optare dicit. Deinde otij ſui, quo tuti fruitur, commoda cum incommodis negotiorum & moleſtiarum, quæ vitam vrbanam comitantur, comparat.

HOc erat in votis: modus agri non ita magnus,
Hortus vbi, & tecto vicinus iugis aquæ fons,
Et paullum ſiluæ ſuper his foret. auctius, atque
Dij melius fecere. bene eſt. nihil amplius oro,
Maia nate, niſi vt propria hæc mihi munera faxis:
Si neque maiorem feci ratione mala rem:
Nec ſum facturus vitio, culpáve minorem:
Si veneror ſtultus nihil horum: ô ſi angulus ille
D *Proximus accedat: qui nunc * denormat agellum:*
*O ſi vrnam argenti fors * quà mihi monſtret: vt illi,*
Theſauro inuento qui mercenarius agrum
Illum ipſum mercatus arauit, diues amico
*Hercule: ſi, quod adeſt, * gratum iuuat: hac prece te oro*
*Pingue pecus domino facias, * & cetera, præter*

Ingenium

Ingenium: vtq; ſoles, cuſtos mihi maximus adſis
Ergo vbi me in monteis, & in arcem ex vrbe remoui:
*Quid prius illuſtrem ſatyris, * Muſáque pedeſtri?*
*Nec mala me ambitio perdit, nec * plumbeus Auſter,*
Auctunnúſq; grauis, Libitinæ quæſtus acerbæ.
Matutine pater, ſeu Iane libentius audis,
*Vnde homines * operum primos, vitæq; labores*
Inſtituunt (ſic diis placitum) tu carminis eſto
*Principium. * Romæ ſponſorem me rapis: eia,*
Ne prior officio quiſquam reſpondeat, vrges:
Siue Aquilo radit terras: ſeu bruma niualem
Interiore diem gyro trahit: ire neceſſe eſt.
Poſt modò, quod mi obſit, clarè, certúmque locuto,
Luctandum in turba, facienda iniuria tardis,
Quid vis inſane? & quas res agis? improbus vrget
Iratis precibus. tu pulſes omne, quod obſtat,
Ad Mæcenatem memori ſi mente recurras.
Hoc iuuat: & melli eſt: non mentiar. at ſimul atras
Ventum eſt Eſquilias: aliena negotia centum
Per caput, & circa ſaliunt latus. ante ſecundam
Roſcius orabat ſibi adeſſes ad puteal cras.
De re communi ſcribæ magna, atque noua te
A *Orabant hodie meminiſſes Quincte reuerti.*
Imprimat his, cura, Mæcenas ſigna tabellis.
Dixeris, experiar? ſi vis, potes, addit: & inſtat.
Septimus octauo propior iam fugerit annus,
Ex quo Mæcenas me cœpit habere ſuorum
B *In numero: dumtaxat ad hoc, quem tollere rheda*
*Vellet iter faciens: & cui concredere * nugas*
Hoc genus. hora quota eſt? Thrax, an Gallina Syro par?
Matutina parum cautos iam frigora mordent:
Et, quæ rimoſa bene deponuntur in aure.
Per totum hoc tempus ſubiectior in diem, & horam
C *Inuidiæ: * noſter ludos ſpectauerat vnà:*
Luſerat in campo, fortunæ filius, omnes.
Frigidus à roſtris manat per compita rumor?
Quicumque obuius eſt, me conſulit: ô bone (nam te
Scire, deos quoniam propius contingis, oportet)
Numquid de Dacis audiſti? nil equidem. vt tu
D *Semper eris deriſor. at omnes dij exagitent, me,*
*Si quicquam. quid? * militibus promiſſa, Triquetra,*
Prædia Cæſar, an eſt Itala tellure daturus?
Iurantem me ſcire nihil, mirantur, vt vnum
Scilicet egregij mortalem, altíq; ſilenti.
Perditur hæc inter miſero lux, non ſine votis.

Orus, quando ego te aſpiciam? quandoq́; licebit
Nunc veterum libris, nunc ſomno, & inertibus horis
Ducere ſollicitæ iucunda obliuia vitæ?
*O, quando faba Pythagoræ * cognata, ſimulq́;*
Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo?
O noctes, cenæq́; deûm: quibus ipſe, meique
Ante Larem proprium veſcor: vernáſque procaceis
*Paſco * libatis dapibus. * prout cuique libido eſt,*
Siccat inæqualeis calices conuiua, ſolutus
Legibus inſanis: ſeu quis capit acria fortis
Pocula: ſeu modicis vueſcit lætius. ergo
Sermo oritur non de villis, domibúſve alienis:
Nec malè, nécne Lepos ſaltet: ſed, quod magis ad nos
Pertinet, & neſcire malum eſt, agitamus: vtrúmne
Diuitiis homines, an ſint virtute beati:
*Quídue ad amicitias, * vſus, rectúmne trahat nos:*
Et quæ ſit natura boni: ſummúmque quid eius.
Ceruius hæc inter vicinus garrit anileis
** Ex re fabellas. nam ſi quis laudat Arell I*
Sollicitas ignarus opes, ſic incipit, olim
Ruſticus vrbanum murem mus paupere fertur
Accepiſſe cauo, veterem vetus hoſpes amicum,
*Aſper, & attentus quæſitis: * vt tamen arctum*
Solueret hoſpitiis animum. quid multa? neque illi
Sepoſiti ciceris, neque longæ inuidit auenæ:

A *Aridum & ore ferens acinum, ſemeſáque lardi*
Fruſta dedit, cupiens varia faſtidia cena
*Vincere, tangentis * malè ſingula dente ſuperbo:*
Cùm pater ipſe domus palea porrectus in horna
** Eſſet ador, loliúmque, dapis meliora relinquens.*
Tandem vrbanus ad hunc, quî te iuuat, inquit amice,
B *Prærupti nemoris patientem viuere dorſo?*
** Vin' tu homines, vrbémque feris præponere ſiluis?*
Carpe viam (mihi crede) comes: terreſtria quando
Mortaleis animas viuunt ſortita: neque vlla eſt
*Aut magno, aut paruo lethi fuga, * quo, bone, circà,*
C *Dum licet, in rebus iucundis viue beatus:*
Viue memor, quàm ſis æui breuis. hæc vbi dicta
Agreſtem pepulere: domo leuis exſilit. inde
Ambo propoſitum peragunt iter, vrbis auentes
Mœnia nocturni ſubrepere. iámque tenebat
D *Nox medium cæli ſpatium, cùm ponit vtérque*
In locuplete domo veſtigia: rubro vbi cocco
Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos:
*Multáque de magna supereſſent * fercula cena:*
Quæ procul exſtructis inerant heſterna caniſtris.
Ergo, vbi purpurea porrectum in veſte locauit

Agreſtem

Agreſtē: veluti ſuccinctus curſitat hoſpes: A
*Continuátque dapes: nec non * vernaliter ipſis*
Fungitur officiis, prælambens omne, quod affert.
*Ille cubans gaudet mutata ſorte: * boniſq;*
Rebus agit lætum conuiuam, cùm ſubitò ingens
Valuarum ſtrepitus lectis excuſſit vtrumque
Currere per totum pauidi conclaue: magiſque B
Exanimes trepidare, ſimul domus alta Moloſſis
Perſonuit canibus. tum ruſticus, haud mihi vita
Eſt opus hac, ait: & valeat. me ſilua, cauúſque
Tutus ab inſidiis tenui ſolabitur eruo.

Hoc erat in votis] hoc erat in optatis: hoc optabam.

C Modvs agri] agrum optabam breuibus, & paucis decempedis menſum: agrum non admodum latum. modus in agro ſignificat longitudinem ac latitudinem deſcriptam, ac dimenſam. exſtat titulus in Pandectis iuris ciuilis. *Si menſor falſum modum dixerit.* M. Tull. in orat. pro Flacco, *voluiſti magnum agri modum cenſeri.* Cœlius lib. 8. epiſt. *de ſignis, & tabulis, de agri modo, de ære alieno acerrimè agere.* Plautus Aulul. Prologo, *Agri reliquit ei non magnum modum.*

Ivgis aqvæ fons.] fons aquæ perennis. ſic M. Tull. dixit aquã de iugi puteo hauſtã.

Svper his.] ἐπὶ τούτοις, ad hæc, vel præter hæc.

D Avctivs] amplius, benignius, cumulatius.

Maia nate] Mercuri. Oda. 2. libr. 1. *Siue mutata iuuenem figura Ales in terris imitaris alma Filius Maiæ.* & Oda 10. eiuſd. *Mercuri facunde, nepos Atlantis, &c.* Mercurium appellat, quia creditur amplificationem rei familiaris, & lucra adiuuare, & fortunare. vide annot. ad Satyr. 3. huius libri.

Propria] fixa, ſtabilia, perpetua. vide annot. ad illum locum, *Si proprium eſt, quod quis libra, &c.* epiſt. 2. lib. 2. infrà.

Si neqve maiorem, &c.] ſic precatur Horatius. Si neque rem meam auxi per cuiuſquam iniuriam, aut per dedecus, aut turpitudinem, neque ſum imminuturus nequitia, & luxuria: ſi non opto iis, quæ habeo, plura, aut maiora, neque agrum vicinum concupiſco. neque

A theſaurum inuenire aueo, ſeu inuenturio: ſi denique iis, quæ mihi ſuppetunt, contentus viuo: te oro, vt, &c. ſolebant autem preces cum condicione concipi à veteribus. ſic Thetis apud Homer. lib. α. Iliad. Ζεῦ πάτερ, εἴποτε δή σε μετ' ἀθανάτοισιν ὄνησα Ἢ ἔπει, ἢ ἔργῳ, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ. id eſt, Iupiter pater, ſi quando te inter immortaleis iuui aut verbo, aut facto: hoc, quod peto, mihi perficito. ſic Horat. Od. 18. lib. 3. *Faune Nympharum fugientum amator Per meos fines, & apr. &c. Si tener pleno, &c.*

Ratione mala] turpitudine aliqua, iniuria, vt lenocinio, impudicitia, cæde, & ſimilibus. Pindarus ᾠδ. η. Νεμ. ait, diuitias honeſtis B rationibus, & cum Diis volentibus partas, ſtabiliores eſſe. ſic Pind. σὺν θεῷ γάρ τοι φυτευθεὶς ὄλβος ἀνθρώποισι παρμονώτερος.

Si vener. stvlt. nihil horvm] id eſt, ſi huiuſmodi vota, quæ ſtatim ſequuntur; non facio: ſi talia non opto. ſuprà ad illum locum, *Et venerata Ceres, &c.* Sat. 2. huius libri, oſtendimus, *venerari* interdum idem valere, quod precari, & vota facere. precari autem Græci εὔχεσθαι dicunt: quod non ſolùm à diis aliquid precibus expetere ſignificat, αἰτεῖν τοὺς θεοὺς, vt loquitur Plato in Euthypr. ſed etiam optare. itaque, quæ Latini optata, Græci εὐχὰς quoque nominant, vt ſciunt Græcè docti. ſic igitur hunc locum explicandum cenſeo, ſi nihil horum opto, ſeu ſi C quis malit, ſi nihil horum à Diis precor, non vt Eraſmus, qui legendum putat, *venor*, Iam *veneror ſtultus*, ſic dictum, vt illa, *parce malignus*, Od. 28. lib. 1. *& non te negliget horridus*, Od. 21. lib. 3. & ſimilia, quæ collegimus ad Od. 8. lib. 3. Exiſtimabant autem veteres illi, diuitias, & cetera bona fortunæ à Diis immortalibus donari, & ab iiſdem incommoda, damna, & egeſtatem hominibus importari, quod & Theog. approbat. Οὐδεὶς Κύρν' ἄτης, καὶ κέρδεος αἴτιος αὐτὸς, Ἀλλὰ θεοὶ τούτων δώτορες ἀμφοτέρων. id eſt, Nullus eſt, Cyrne, detrimenti & lucri ſibi ipſe cauſa: ſed Dij horum vtriuſque ſunt donatores. Itaque quemadmodum bona à Diis votis, ominibúſque expetebant, ita mala & aduerſam fortunam de- D precabantur.

O si angvlvs ille, &c.] talia ſunt auarorum vota, atque optata. ô ſi, optantis, & precantis eſt. Virg. Æneid. 8. *O, mihi præteritos referat ſi Iupiter annos.* & ſi. vt Æneid. 6. *& ſic fortè precatur, Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus Oſtendat nemore in tanto:* vt apud Græcos, εἰ γὰρ γένοιτο. vtinam accidat, vtinam mihi contingat. & ita Euripid. Oreſte, Εἰ γὰρ γένοιτο, Φωκέων δ' ἔλθοι πόλιν. Et ô ſolum. Idem Virg. li. 5. Æneid. *nec vincere certo (Quamquam ô.)*

Denormat agellvm.] Denormat, legunt Porphyr. & Acro, & ita reperi ſcriptum in omnibus ferè codicibus calamo exaratis, & nonnullis vulg. eámque ſcripturam, præſertim à viris doctis comprobatam ſecutus ſum. denormare autem idem valet, quod denormem, &

Sſ

ex vobis mundum, annum alij, ſolem eſſe prodidere non-nulli, &c. ſequitur paucis poſt. *quem (Ianum) in cunctis anteponitis precibus, & viam nobis pandere deorum ad audientiam creditis, &c.*] Incipit hinc narrare ſuas totius diei actiones à tempore matutino ad veſperam.

V N D E] à quo, vt ſup. Sat. 3. *unde ego mira Deſcripſi docilis præcepta hæc.* ibid. *Unde uxor media ſurgat de nocte vocata.*

R O M Æ   S P O N S O R E M] cum Romæ ſum, inquit, ſponſorem me rapis, ſponſorem iuriſconſulti recentiores Paullus, Vlpianus, & ceteri, fideiuſſorem appellant. infrà epiſt. 2. lib. 2. *Hic ſpõſum vocat.*

R A P I S] verbum *rapis* ſignificat neceſſitatẽ, non illam quidem vi impoſitam, ſed ab officio natam: quæ plurimum valet apud viros bonos. rapis igitur, id eſt, cogis me ex officij ratione. ſpõdere autem pro altero, graue onus eſſe, declarat prouerbium Græcum ἐγγύα, παρὰ δ' ἄτα, id eſt, ſponde: at propinquum eſt damnum.

E I A ,   N E   P R I O R   O F F I C I O] ſi legemus *vrge*, vt habent omnes libri vulgati: horum verborum hæc mihi videtur fore ſententia. eia (inquit Horatius) Matutine vrge, atque impelle me acriter ad hoc officium ſpondendi alicui amico præſtandum, ne quis me officioſior exſiſtat, atque hanc mihi laudem præripiat. Sin, vt nonnulli libri manuſcripti, *vrges*: quam ſcripturam ego magnopere probo: huius loci hæc erit ſententia: tu Matutine me ſic hortando vrges: eia Horati noli committere, vt quiſquam officio ſatisfaciat prior, quàm tu. poteſt & ſic explicari, ſeruata vulgata, & communi ſcriptura, vt intelligamus, Horatium ſeipſum hortari, eia: vrge quod agis, vrge officium tuum, ne quis te ſit officioſior. ſed ego *vrges* legi mâlo.

S I V E   A Q V I L O   R A D.   T E R R.] ſiue fiat Aquilo, &c. ſed cur terras dicit ab Aquilone radi, cùm hic ventus à ſuperiore parte ſpiret, vt docet Aulus Gell. lib. 3. cap. 30? fortaſſe reſponderi poteſt, radendi verbo vſum eſſe Horatium non quòd ſignificet, per extremas maris, aut terræ parteis hunc ventum ſpirare, ſed vt eius vim exprimat. ſic de Euro dixit Od. 16. epod. *vt neque largis Aquoſus Eurus arua radat imbribus.*

S E V   B R V M A   N I V A L.   I N T E R I O R E] id eſt, ſiue dies totius anni ſunt frigidiſſimi, ac breuiſſimi, niuibus denique infeſtiſſimi, &c. *Interiore gyro*, id eſt, breuiore circulo. nam compluribus ab vno communi puncto medio deſcriptis circulis, interiores, ſunt breuiores, ſeu minores. neque tamen hoc ita accipiendum eſt, quaſi dicamus ſolis circulos parallelos, id eſt, æqualiter inter ſe diſtanteis, quos quotidie motu cæli ſol efficit, hieme, quàm vere, atque æſtate eſſe breuiores: (quouis enim tempore anni ſunt æquales, quia quanto ſunt minores ſemicirculi ſuprà finientem noſtrũ, tãto ſunt maiores ij, qui ſunt infrà, & ſub pedibus noſtris) ſed quòd minores ſint ſupra finientem noſtrum hieme, quàm cete-A ris anni partibus, ſemicirculi: idq; propter orbẽ ſigniferum, quẽ ζωδιακὸν Græci appellant: quo fit vt dies ſint contractiores, noctéſque lõgiores. Itaque hæc verba, *niualem, interiore diem gyro trahit*, hanc vim habent, dies efficit contractióres, ac breuiores, ſimúlque frigidos, & niuibus informeis, ac turbulentos. Vel dic, omnino eos circulos, quos cæli motu ſol hieme efficit, eſſe minores, quàm quos vere, & auctunno, propterea, quòd illi ſunt tropico capricorni, ſeu brumali ſigno, proximi. Quòd ſi quis dicat, eadem ratione etiam eos circulos, quos ſol æſtate cæli motu cõficit, eſſe iis breuiores, quos verè, & auctunno: quia ſint ſigno ſolſtitiali, ſeu tropico cancri vici-B niores: fatebor, & concedã, ſed hoc intereſt, quòd dies æſtiui ſunt noctibus longiores propter ſitũ orbis ſigniferi, ſeu zodiaci, cuius pars maior æſtiuis diebus exſtat ſupra terram: quam partem dum ſol permetitur & perambulat, dies efficit noctibus longiores, & propter vicinitatem ſuam ardenteis, & torridos: dies brumales autem contrà propter contrariam rationem ſunt noctibus breuiores, ſimúlque turbulenti & frigidi. Itaq; ſignificans Horatius hos dies brumaleis, rectè, & εὐλόγως addit ad nomen *diem*, epithetum *niualem.*

P O S T   M O D Ò ,   Q V O D   M I   O B S I T , &c.] poſtea mihi id locuto, quod mihi damnum afferat, ita clarè, & apertè, vt inficiari non poſſim, lu-C ctandum eſt in turba. Sed quid de ſe locutum eſſe ſentit Horat. quod ei obeſſe poſſit? vel intellige vniuersè, & generatim de quouis ſermone, cuius hæc natura eſt, vt, maximè ſi multus ſit, & cum multis, non poſſit non nocere ei, qui ſit locutus: vel ad ſponſionem refer, quæ, vt paullò antè diximus, ſponſori plerúmque damnoſa eſt. alij referunt ad defenſionem clientis, quaſi Horatius alicuius cauſam defenderit in iudicio, & defendendo clientem, aduerſarium læſerit: alij ad conuicia, quæ fieri ſolent in turba, dum alij tardius, alij celerius eunt: quarum explicationum poſteriores duas non probo: duarum autem priorum mihi placet magis ea, quæ ad ſponſionem refertur: & ita Ouidius, *Vnius & verbi grandia damna ferat.* Iam *pòſtmodo* Seruius ad il-D lum locum Virgilij Tityro *longo pòſt tempore venit*, vult eſſe vnam vocem, & hunc verſum Horatij profert.

L V C T A N D V M   I N   T V R B A] id eſt, laborandum, & contendendum eſt in turba.

F A C I E N D A   I N I V R.   T A R D.] dum propero, non poſſum effugere, quin faciam iniuriam iis, qui antecedunt, tardius euntibus. fit enim, vt eos impellam & pulſem: quod illi moleſtè ferentes, mihi conuiciantur & maledicunt his verbis, *quid vis inſane, &c.*

Q V I D   V I S   I N S A N E ?   E T   Q V A S] verba ſunt (vt dixi) eius, qui ab Horatio properante impulſus, excandeſcit, per imitationem quandã expreſſa.

I M P R O B V S   V R G E T] improbè, & ſine

Sſ ij

Græco deduci non poteſt, ſed à verbo nouandi ortum haberet, quod analogia reſpuit.

Dixeris, experiar] id eſt, ſi ego ei reſpondero, me experturum, poſsimne à Mæcenate impetrare: addit, me poſſe, & vrget.

Septim. oct. prop.] id eſt, parum abeſt, quin ſeptimus annus prætereierit, poſteaquàm cœpi eſſe in numero familiarium & amicorum Mæcenatis: octauus propemodum annus agitur, ex quo, &c.

Dvmtax. ad hoc] ſignificat, ſe non eò acceſſitum eſſe à Mæcenate, atque in amicitiam receptum, vt ei eſſet vſui in rebus magnis ac ſeriis: ſed, vt cũ eo nugaretur, ac iocaretur. ſic Ariſtoteles lib. 8. de morib. ad Nicomach. ait opulentos & potẽteis viros diſtinctis, ac diuiſis amicis vti ſolere. alios enim eſſe, qui & dicantur, & ſint vtiles: alios ſuaueis & iucundos, & videlicet comeis, & vrbanos.

Tollere rheda] recipere in rhedã. ſic loquitur T. Liu. lib. 22. *cape hunc equũ, dum & tibi virium aliquid ſupereſt, & comes ego te tollere poſſum.* vide quæ annotata ſunt ad illum locũ, *Tollite, non ludo, crudeles, tollite claudũ*, epiſt. ad Scæuam lib. 1.

Concredere] committere, πιστεύειν, vt annotatum eſt ad Od. 5. lib. 3.

Nvgas] res non admodum magni põderis, neque reconditas: res leueis, videlicet huius generis, *hora quota eſt?*

Thrax, an Gall.] Gallina vel nomen eſt proprium gladiatoris, vel dicendum per Gallinam Mirmillonem ſignificari, ſeu Gallum. Mirmillones enim Galli dicebantur, & Gallica armatura vtebantur. hunc igitur mirmillionem, Gallinã appellat vrbanè, fortaſſe impudicitiæ notans, & parùm virum eſſe ſignificans, vel parùm validum, parúmque fortem arguens. Thrax autem ſeu Threx, nomen quorumdam gladiatorũ commune: vt epiſt. 18. ad Loll. 2. lib. 1. *ad imum Thrax erit.* Threces autem dicti ſunt gladiatores (inquit) Sext. Pomp. à ſimilitudine parmularum Threïciarum. Thrax cum Mirmillone comparabatur: quod declarat locus M. Tullij Philipp. 6. de L. Antonio loquentis. *Tantúmne ſibi ſumſit, quia Miliſsi Mirmillo Threcem iugulauit familiarem ſuum?* & Auſonij verſiculus, *Quis Mirmilloni componitur? æquimanus Thrax.* Nonnulli legunt *Threx*, ſeu *Thrax*, ſeu *Trex*, Præterea pleriq; libri manuſcripti habent *Threx, an Gallina, &c.* quos ſequor.

Matvtina par. cavt.] vt ſub exitum menſis Septembris. parùm cautos autem intellige eos, qui vtuntur adhuc veſte æſtiua, neque ſe muniunt aduerſus frigoris auctumnalis initia.

Et, qvæ rim. bene dep.] & ea, quæ poſſunt impunè, & ſine periculo homini rimarum pleno, & hac & illac perfluenti (vt ait Terentius) committi: id eſt, quæ nõ ſunt admodum recondita, quæ licet proponere in publico, & diuulgare. Georgius Torodes vir bonus, & doctus, & mihi amicus, quem nuper Lugduni mors immatura nobis eripuit, horum verborum hanc ſententiam eſſe putabat à priore differentem. Et cetera mihi ſolet committere Mæcenas, quorum licet obliuiſci, quæ non eſt neceſſe memoria tenere, quæ licet è memoria dilabantur, nihil ſit periculi aut mali futurum: ea, quæ mihi narrat, aut quæ mecum loquitur Mæcenas, non deſiderant attentum admodum, nec memorem auditorem: ſed ea licet & negligenter audire, & audita è memoria deponere. de qua explicatione iudicet lector.

Per tot. hoc temp. svbiect.] per totum hoc ſeptennium inuidiæ fui magis ac magis opportunus: ad inuidiam expoſitus: inuidia laboraui.

In diem et horam,] debuerat dicere in dies, aut in horas: ſed hæc duo, *in diem*, & *in horam*, pro alterutro, vel *in dies*, vel *in horas*, poſita eſſe intelligenda ſunt. aliud eſt enim *in diem*, aliud *in dies*, vt ſciunt Latinè docti.

Nost. lvd. spect. vnà: Lvs.] nõnulli ſic explicant hunc locum. ſi fortè Mæcenas noſter vnà mecum ludos ſpectauerat: ſi vnà in campo Martio luſerat, & ſe exercuerat: dicebant ſtatim omnes, En Horatius omnium mortalium eſt fortunatiſſimus. Ego autem puto eſſe μίμησιν, id eſt, imitationem ſermonis inuidorum, ac maleuolorum, hoc modo, noſter Horatius vnà cum Mæcenate ludos ſpectauerat, vnà in campo luſerat. ô hominem fortunatum. Atq; ita videtur Acro explicare. Adr. Turneb. μίμησιν quidem orationis inuidorum eſſe fatebatur, ſed hoc modo. Horatius homo noſtri ordinis & loci, vnà nobiſcum in vltima cauea inter pauperum cuneos, ludos olim ſpectauerat, vnà in campo luſerat: nunc autem fortunatiſſimus eſt, qui cum Mæcenate coniunctiſſime, & familiariſſimè viuit.

Omnes] omnes maleuoli & inuidi hæc dicunt.

Fortvnæ fil.] homo fortunatiſſimus (inquiunt illi.)

Frigidvs à rostris] id eſt, ſi quis rumor, aut nuntius triſtior à roſtris profectus increbreſcit per compita, ſtatim vt quiſque mihi fit obuius, ecquid de Daciis, & ceteris populi Rom. hoſtibus audierim, rogat. nam (inquiunt) veriſimile eſt te ſcire, quandoquidem Mæcenati familiaris & amicus es intimus.

Me consvlit] ex me quærit, me rogat, num aliquid de Dacis audierim: vt Sat. 3. ſup. *Ergo conſulere, & mox reſpondere licebit? Conſule.*

Deos] Mæcenatem, Agrippam, Auguſtum, ſic Virgil. Tityro, *Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos.*

Nil eqvidem] reſpondet Horatius, fortaſſe εἰρωνικῶς.

Vt tv semper eris] vt, ὡς, id eſt, quàm ſemper eris deriſor! verba ſunt illius percunctatoris.

At omnes Dii exag.] at omnes Dij (inquit Horatius) me perdant, ſi quicquam cõ-

petti habeo. iurandi formula per diram precatio- A
nem. ſic ſup. Sat. 9. lib. 1. *diſperean, ni Summoſſes omnois.* mendoſè habent nonnulli libri, *deriſor ad omnes.* ſæpe autem ita loquuntur boni auctores, *Dij omnes*, vt Terent. Heautont. *At te omnes quidem Dij, Deaque, quantum eſt, Syre, cum iſtoc inuento, cúmque incæpto perdunt.* Virgil. lib. 6. Æneid. *Díque, Deaque omnes, quibus obſtitit Ilium & ingens, &c.* & lib. 1. Georgic. *Díique, deaque omnes, ſtudium quibus arua tueri.*

Qvid militibvs, &c.] ordo & ſententia verborum hæc eſt, Quid? (inquit percunctator ille) vtrùm prædia militibus promiſſa daturus eſt Cæſar ex Sicilia, an ex Italia? Siciliam di-
ctam eſſe Triquetram à tribus promuntoriis, Pa- B
chino, Lilybæo, Peloro, notum eſt. Lucret. lib. 1. de Empedocle, *Inſula quem Triquetris terrarum geſſit in oris.* τριναχίαν eadem ratione appellant Græci, ſeu θρινακίαν, ſeu τρινακρίαν, nempe à tribus promuntoriis. Lycophron τρίδειρον, quaſi trium iugorum, ſeu collorum: Pindarus τριγλώχινα, id eſt, trium angulorum.

Altiqve silenti] ſic Virg. Æneid. 10. *quid me alta ſilentia cogis Rumpere?*

Non sine votis] non ſine optatis, οὐκ ἄνευ εὐχῶν, non ſine precibus.

O rvs, qvando ego te asp.] hæc ſunt optata Horatij, vt liceat ruri ætatem agere, ibique nunc legere, nunc dormire, & ceſſare, & nihil agere.

Dvcere soll. ivc. obl.] id eſt, ſol- C
licitudines huius vitæ obliuione quadam oblitterare, & vitam curarum & moleſtiarum plenam, animi remiſſione dulcem efficere. quod ſuader Matius in mimiambis, his verſibus, *Quapropter edulcare conuenit vitam, Curáſque acerbas ſenſibus gubernare.* Porphyrio ad hunc locum notat, *ducere obl. vita, id eſt, potare.* quod non eſt ita intelligendum, quaſi ille intelligat, Horatium è vini potu malorum præteritorum, & præſentiũ obliuionem quærere, vt ſuprà Od. 7. lib. 2. *Obliuioſo læuia Maſſico Ciboria exple*: ſed omnia huius vitæ mala, omneiſq; curas, & moleſtias obliuiſci velle: quemadmodum dixit Virg. Æneid. 6. *Lethei ad fluminis vndam Securos latices, & longa obliuia potant.* Sic igitur hic locus explicandus eſt, & quidem
facilius. Quando mihi licebit ruri traducentem D
tempus ætatis, nunc lectione librorum veterum, nunc ſomno, & otio, obliuiſci huius vitæ ſollicitudines, ac moleſtias? vult enim, curarum, & ſollicitudinum memoriam oblitterari, atque obrui poſſè tribus rebus: veterum libris, ſomno, otio, ſeu ceſſatione: vel duabus, ſi quis fortè ſomnum, & inerteis horas pro vno accipere malit. Nam ordo verborum hic eſt, quando licebit ruri ſollicitæ vitæ obliuia ducere nunc libris, nũc ſomno, & inertibus horis? Eſſet autem ineptiſſimum ita loqui, Quando licebit rure meo potantem curas meas obliuiſci nunc libris, nunc ſomno, &c. *ducere obliuia* porrò ſic dictum (opinoe) vt apud Virgil. Æneid. 4. *ducere ſomnos.* Nã *ducere ſomnos* videtur illis eſſe ſimile *ducere nectaris ſuccos.* Od. 3. lib. 3. & *ducere Liberum*, Od. 12. lib. 4. & *innocentis pocula Lesbij Duces*, Od. 17. lib. 1. & *ducere ſpiritum, ducere animam* apud Cic. pro Sex. Roſc. Amer. Ita *ducere obliuia vita ſollicita, &c.* idem quodammodo valebit, quod potare, ſeu haurire obliuia curarum, nunc veterum libris, nunc ſomno, &c. i. nunc legendo, nunc dormiendo.

Faba Pythag. cognata] Horatius facetè cognatam Pythagoræ fabã dicit, quaſi Pythagoras exiſtimarit, fabã animal eſſe, vel certè in fabis mortuorũ animas ineſſe: atque iccircò ab hoc cibo ſe abſtinuerit, veritus, ne in fabam aliquam animus paternos immigraſſet. Variæ tamen cauſæ afferuntur, cur Pythagoras & ipſe à fabis abſtinuerit, & alios voluerit abſtinere: quas refert Laërtius ex Ariſtotele, his verbis, φησὶ δ' Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ τῶν κυάμων, παραγγέλλειν αὐτὸν ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων, ἤτοι ὅτι αἰδοίοις εἰσὶν ὅμοιοι, ἢ ὅτι ᾅδου πύλαις· ἄγονον γάρ· ἢ ὅτι φθείρει, ἢ ὅτι τῇ τοῦ ὅλου φύσει ὅμοιον, ἢ ὅτι ὀλιγαρχικόν· κληροῦνται γοῦν αὐταῖς, &c. i. ait autẽ Ariſtot. in lib. de fabis, Pythagorã iubere à fabis abſtinere, aut quòd partibus virilibus inhoneſtis ſimiles ſunt, aut quòd Orci portis (ſterile enim quiddam eſt faba) aut quòd corrumpit, aut quod naturæ vniuerſi ſimilis eſt, aoe quòd ad paucorum principatum pertinet. fabis enim ſortiuntur magiſtratus. Feſtus ait, fabâ nec tangere, nec nominare Diali flamini licere, quòd ea putetur ad mortuos pertinere. *Nam & Lemuralibus iacitur larua (inquit) & parentalibus ſacrificiis adhibetur, & in flore eius, luctus littera apparere videntur.* M. Tull. lib. 1. de Diuinatione aliam cauſam affert his verbis, *Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, nec faba veſcerentur, quòd habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quærentis vera, contrarium.* Ne illud quidem omittendum eſt, litteris eſſe proditum, fabam in vaſculo æreo ſeruatam, certo temporis ſpatio in ſanguinem verti: atque iccirco Pythagoram, cùm eum latrones perſequerentur, maluiſſe in eorum poteſtatem venire, quàm, cùm alia via effogere non liceret, per agrum fabis obſitum euadere. Fabam igitur Pythagoræ cognatã appellat fortaſſè Horatius, quòd ille ſe ab ea abſtinuerit, quaſi ſibi cum ea cognatio aliqua eſſet. [ſed A. Gellius lib. 4. cap. 11. ex Ariſtoxen. & Plutarcho opinionem falſam animos hominum occupaſſe, Pythagoram non comediſſe animalium carnes, & ſe à fabis abſtinuiſſe.]

Simúlqve Vncta satis p. p. o. l.] ſignificatur his omnibus tenuis, & minimè ſumtuoſos, miniméque exquiſitus apparatus. *ponentur* autem, id eſt, apponentur. Et animaduerte, oluſcula ſemper locum habere in tali apparatu ſignificando: de quo lectorem admonuimus aunot. ad Sat. 6. lib. 1. ibi. *lachanique catinum.*

O noctes, cenæqve Deûm] cur nocteis cum cenis coniunxit? an quòd cenæ ve-

terum

terum plerumque noctu agitabantur, totámque noctem producebantur, vt ſuprà annotauimus? nunc autem cenas ruſticas, tenueis ſcilicet, & minimè ſumtuoſas, & nocteis placidas ac tranquillas, cenis illis nocturnis opiparis anteponit? an hoc ſignificat, cenas ſuas ruſticas, breueis eſſe, & modicas, atque ex eo ſe nocteis ducere quietas, ac tranquillas, ſomnóſque capere placidiſſimos, neque à cibo immoderato, nimiaque potione interruptos? Præterea cur cenas Deorum dixit? an ſignificans tenueis, minimé q; apparatas, aut opiparas, quòd tales eſſent cenæ, quæ dijs apponi ſolebant? an ſuaueis & iucundas, quales deorum cenas eſſe credibile eſt?

VERNÁSQVE] Vernas (inquit Nonius) appellabant veteres, qui vere ſacro fuerint nati: & habebatur nomen hoc pro vitabili maledicto. Feſtus, *Vernæ appellabātur ex ancillis ciuiū R. vere nati.*

PROCACEIS] proteruos, audaculos. Procari, poſcere eſt (inquit Feſtus) vnde procaces meretrices ab aſſiduè poſcendo. ſup. Od. 1. lib. 2. Muſam, procacem appellauit, & Catull. Feſceninam locutionem, procacem. M. Tull. libr. 4. de Rep. apud Nonium. *Itaque à petendo petulantia, à procando, id eſt, poſcendo, procacitas nominata eſt.*

LIBATIS DAPIBVS] ex quibus ego deguſtaui, quantum volui, & quantum ſatis eſt: atque ita explicat Acro, ſeu quis alius nomine Acronis, & alij. Turnebus autem ſic: ea quibus particulam dijs Penatibus libaui. Veteres enim de eo quod in cenam paratum habebant, partem aliquam detrahebant, quam Lari, & ceteris dijs domeſticis, atque etiam alijs, donabant. Varro ex Nonio. *Quocirca oportet bonum ciuem legibus parêre, & deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας.*

PROVT CVIQVE LIB.] hæc pertinent ad verſum proximè ſequentem, non ad ſuperiorem.

SICCAT INÆQVALEIS CALICES] bibit quiſque quantum libet, ſiue multum, ſiue parum. nemo cogitur à bibendi magiſtro calices æqualeis exhaurire, ſed ſuo quiſque arbitratu bibit. nemo neceſſe habet ex magiſtri præſcripto bibere. Solebat autem magiſter ille, quem alio nomine regem appellabant, conuiuis omnibus æqualeis calices ebibendos dare, & bibendi leges ferre, quas inſanas proximo verſu vocat.

SOLVTVS LEGIBVS INSANIS] hac de re vide, quæ annotata ſunt ad illum locum, *Olim ludus erat cuppa potare magiſtra*, ſat. 2. huius lib.

SEV QVIS CAPIT, &c.] ſiue quis liberaliorem potum ferre poteſt, ſiue modico magis delectatur. per *acria pocula* ſignificat vel grandia, & immoderata, & nimia: & ad quæ ferenda, acri & robuſto potore ſit opus: (nam infrà Satyr. 8. *acreis potores* appellat eos, qui multum & ſtrenuè bibunt) vel parum diluta, atque adeò mera. ego tamen priorem, explicationem malo. *capit acria pocula* autem, id eſt, capax eſt acrium poculorum.

VVESCIT] ſic reperi ſcriptum in cod. vno Vatic. & Iann. & nonnullis alijs. alij habent *humeſcit* illud alterū magis mihi probatur. Nam & *vuidos* dixit Od. 5. lib. 4. potos & madidos. *dicimus integro Sicci manè die: dicimus vuidi, Cū ſol Oceano ſubeſt.*

SERMO ORITVR NON DE VILLIS, &c.] Cuiuſmodi de rebus ſermones in conuiuijs haberi debeant, iam olim docuerat Varro ſat. Menipp. qui referuntur ab A. Gell. li. 13. c. 11. & commemorabuntur à nobis ad epiſtolam 5. lib. 1.

LEPOS] ſaltator quidam hoc nomine. reperi in duobus libris manuſcr. *nepos*: quos non ſum ſecutus.

VTRÚMNE DIV. HOM.] ſi quis in hac quæſtione diſceptatore, ac iudice Zenone vtatur, non dubium eſt, quin ille iudicaturus ſit, in virtute vitam beatam eſſe poſitam: ſin ad vulgum referat, alij in voluptate, alij in bona valetudine, alij in diuitijs locatam eſſe dixerint. ſed profectò, cùm diuitiæ ſint ad vſum corporis comparatæ, corpus animi cauſa natum, & ita animi bona, primum locum: corporis, ſecundum: diuitiæ tertium, obtineant, iniquum, atque abſurdum ſit, in bonis deterrimis, ac tertijs vitam beatam collocare. his conſentanea ſcripta ſunt à Platone lib. 9. de legib.

VSVS, RECTÚMNE] aut quid nos ad amicitias trahat, vtilitáſne, an rectum, atque honeſtum. Negat M. Tullius, amicitiam ab vtilitate naſci. Ariſtoteles tot amicitiæ genera conſtituit, quot ſunt amabilia. quicquid enim amabile ſit, id eſſe vel honeſtum, vel vtile, vel iucundum, ita treis amicitias eſſe: aliam, cui ſolum honeſtum ſit propoſitum: aliam, cui vtile: aliam, cui iucundum. Ait tamen idem, eam amicitiam, quæ honeſti cauſa conſtituta eſt, cùm multis alijs rebus reliquas duas ſuperet, tum hoc maximè præſtare, quòd eadem & honeſta, & vtilis, & iucunda eſt. Pindarus videtur amicitiam vtilitate ponderare atque æſtimare. nam hoc vno nomine amicitiam commendat, quòd multæ ac variæ ſint amicorum vtilitates, atque opportunitates, verba eius ſunt hæc, Νεμ. εἰδ. η. Χρεῖαι δὲ παντοῖαι φίλων ἀνδρῶν. Homerus ὀδ. θ. in extremo ait, amicum ſuauem, & prudentem fratre nō eſſe deteriorem, ἐπεὶ οὐ μέν τι κασιγνήτοιο χερείων Γίνεται, ὅς κεν ἑταῖρος ἐὼν πεπνυμένα εἰδῇ. id eſt, Nam nihilo fratre deterior eſt is, qui cùm amicus ſit, tum cordatus & prudens ſit. Horatius amicum iucundum rebus omnibus anteponit, ſuprà Sat. 5. li. 1. *Nil ego cōtulerim iucundo ſanus amico.* ad quem locum lege quæ annotauimus, ſi tibi cōmodum eſt.

ET QVÆ SIT NAT. BONI] bonum definit ex ſententia veterum Ariſtoteles libr. 1. de Morib. ad Nicomachum, quod omnia deſiderant, ſeu appetūt. ἀγαθὸν, οὗ πάντα ἐφίεται. Idem libr. 1. ῥητορικ. huic definitioni addit alias deſcriptiones. M. Tull. lib. 2. de finib. *bonum ipſum etiam quid eſſet, fortaſſe, ſi opus fuiſſet, definiſſes: aut quod eſſet natura appetendum, aut quod prodeſſet.* Idem *lib. 5. Bonum appello, quicquid ſecundum naturam eſt.*

SVMMÚMQVE QVID EIVS] de ſummo bono diſputat Ariſtot. lib. 1. de Morib. ad Nicomach. & M. Tull. in libris de finib.

Ex re] vulgus interpretatur *ex re*: id eſt, A non alienas à propoſito ſermone. Ego autem ſic, *ex re*, id eſt, ex vſu, vtileis.

Arelli] auari cuiuſdam nomen eſt, Arellius

Sollicitas ign. op.] ſollicitas opes, ab effectu, quia ſollicitum & anxium reddunt eum, qui habet. *ignarum* autem rectè addidit. Nam inſipientes laudãt diuitias quantumuis licet poſſeſſoribus moleſtas: ſapientes non item, qui vitam beatam in animo paucis contento poſitam eſſe ducunt, non in copia bonorum externorum. vide quæ annotata ſunt ad illum locum Od. 16. lib. 3. *Contemtæ dominus ſplendidior rei, &c.* & ad illum, *Creſcentem ſequitur cura pecuniam, &c* eadem Oda paullo antè.

Olim] quondam. *Olim* (inquit Æl. Donatus B ad illum locum Terent. Andria, *Artium quidam olim, &c.*) *fabulæ principium*. & citat hunc locum Horat. Sic epiſt. ad Mæcen. 2. lib. 1. *Olim, quod vulpes ægroto cauta leoni Reſpondit, referam.*

Cavo] epiſt. ad Mæcen. 2. lib. 1. *Macra cauum repetes arctum, quem macra ſubiſti. paupere cauo.* autem ſic dictum ab Horatio, vt à Virgil. *pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen.*

Asper] durus, laborioſus. aliter dixit epiſt. ad Piſon. munitoribus aſper.

Arctum] ad rem attentum, parcum, reſtrictum, anguſtum. libri veteres plerique habent *artum.*

Solveret] laxaret. ita tamen parcus, & ad rem attentus, vt in hoſpitibus accipiẽdis largum C ſe, ac liberalem præberet.

Neqve illi Sepositi etc.] libri ferè omnes calamo exarati, quos quidem viderim, & emendatiores excuſi, ſic habent, non *ſepoſitis*, vt nonnulli corrupti. Eſt autem hoc genus loquendi planè Græcum. Sic enim loquuntur Græci, φθονῶ σοι τῆς εὐτυχίας, id eſt, inuideo tibi ſecundum fortunam. Plutarchus in Cæſare, ὦ Κάτων, φθονῶ σοι τοῦ θανάτου, καὶ γὰρ ἐμοί σὺ τῆς σεαυτοῦ σωτηρίας ἐφθόνησας. o Cato, inuideo tibi mortis, ſeu mortem. nam etiam tu mihi tuæ ſalutis, ſeu tuam ſalutem inuidiſti. Plato in Hipparcho, οὐκ οἰόμενος δεῖν οὐδενὶ σοφίας φθονεῖν. non putans oportere cuiquam ſapientiæ, ſeu ſapientiam inuidere. præterea *illi* repoſuimus ex D eorundem libr. auctoritate. iungunt etiaã interdum hoc verbum cum infinitiuo. Euripid. Med. τί δ' ἔστιν ὦ γεραιέ; μὴ φθόνει φράσαι. id eſt, quid eſt, ſenex? ne inuide dicere, ſeu dixiſſe. Homerus ἰλ. ν. Κυανοχαῖτα Ποσείδαον βιότοιο μεγήρας id eſt, Neptunus cæſariem cæruleam habens cùm ei vitæ inuidiſſet. Horatius Latinorum more locutus eſt epiſt. ad villicum ſuum libr. 1. *inuidet vſum Lignorum & pecoris tibi calo argutus, & horti.* ſic Virg. Æneid. 4. *Aſcanione pater Romanas inuidet arceis?* Idem lib. 8. *Sed mihi tarda gelu, ſæcliſque effecta* [al. *effæta*] *ſenectus Inuidet imperium.* & Catull. nupt. Pel. *Sic nimis inſultans, extremo tempore ſæua Fors etiam noſtris inuidit queſtibus aureis.* M. Tull. Tuſcul. 3. *tum planè inficimur opinionum pra-*

uitate, à naturáque ipſa deſciſcimus, vt nobis optimam naturam inuidiſſe videantur qui nihil melius homini, nihil magis expetendum, nihil præſtantius honoribus, imperijs, populari gloria iudicauerunt. propterea autem quod qui rem aliquam alteri inuident, eam, ſi habeant in ſua poteſtate, illi nullo pacto, nulláque conditione impertire velint, iccircò & inuidere vſurpant Latini, pro denegare, & non largiri, quod ſine tuo incommodo dare poſſis: & contrà, non inuidere, pro largiri. horum igitur verborum hæc ſententia eſt, magnam illi ciceris & auenæ copiam appoſuit. cicer, quod ſepoſitum habebat, & longam auenam ei appoſuit liberaliter, & prolixè.

Semesa] ſemi eſa. ſat. 3. libr. 1. *Semeſos piſceis, tepidúmque ligurrierit ius.*

Cvpiens varia fastid. cena] cupiens muris vrbani dente ſuperbo ſingula ligurrientis, & languidè deguſtantis faſtidia epularum varietate diſcutere. Vt ſimilitudo faſtidium parit, ita varietas depellit, ac diſcutit.

Tangentis malè] non libenter guſtantis, ſed languidè, & faſtidioſè.

Cùm pater ipse domvs] mus ruſticus ſat. 8. *at ciebat cenæ pater.*

Porrectvs] ſtratus, vt ſup. Od. 1. libr. 1. *nunc viridi membra ſub arbuto Stratus, &c.* Sic ſatyr. 3. huius libr. *Si quis ad ingentem frumenti ſemper acervum Porrectus vigilet.* & hac eadem ſat. *purpurea porrectum in veſte locant.*

Horna] huius anni, vt Od. 2. epo. *Et horna dulci vina promens dolio.* & Od. 23. libr. 3. *Si ture placaris, & horna Fruge Lareis, auidáque porca.*

Esset] ederet, ab edo es, eſt. Epiſt. 2. lib. 1. *ſi, quod Eſt animum, differt curandi tempus in annum.* ſic es pro edis. Catull. ad Aurell. *Pedicare cupis meos amores, Nec clam: nam ſimul eſt, iocaris vnà* vbi vulgò legitur, *ſimul &.*

Ador] farris genus, ab edendo dictum, ſeu potius ab adurendo. adurebatur enim, & torrebatur, vt commodiùs moleretur, ac ſubigeretur.

Vin' tv] ſic habent duo cod. Vat. & Rain. Card. Iann. Nicot. Ruſſardin. quos ſecutus ſum vulgati, *Vis tu*, minùs concinnè.

Carpe viam] ſic Virg. Georg. 3. *Iniuſto ſub faſce viam cùm carpit.* vide annotat. ad Od. 11. lib. 1. de verbo carpendi.

Terrestr. qvando Mortal.] id eſt, quandoquidem animalia terreſtria mortaleis animos habent. anima dicta à nomine Græco ἄνεμος, id eſt ventus. putabant enim nonnulli veteres, animum nihil aliud eſſe, quàm ſpiritum, aut ventum. Cùm homines autem terreſtria ſint animalia, videtur Horatius hominum quoque animos, mortaleis eſſe arbitrari: quæ ſententia non modò à religione Chriſtiana aſt aliena, verùm etiam à Platone improbata ac reiecta. Pauſanias Meſſenicis ſcribit primos omnium Chaldæos & Magos, dixiſſe animum hominis eſſe immortalem, iiſque cùm alios Græcos compluteis, tùm Platonem maximè, Ariſtonis filium,

aſſenſum

aſſenſum eſſe. Plato quidem in Phædro, & Phædone plurimis argumentis ita eſſe probare conatur. ſed neque illa ita firma ſunt, vt refelli non poſſint, & non minùs ad ceterarum animantium, quàm ad hominum animos, videntur pertinere. Chriſtiani igitur hominis eſt, cum hæc quæſtio à philoſophis diſputetur in vtramque partem, ſacrarum literarum auctoritatem, nudamque veritatem amplecti, rationes humanas ad eam confirmandam non deſiderare.

Neqve vlla est Avt magno] ſic ſup. Od. 4. li. 1. *Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas, Regúmque turreis*: vide annotat. ad Od. 28. eiuſdem libri, quibus adde illud Menandri, Ἀθανασία δ' οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἂν συναγάγῃς Τὰ Ταντάλου τάλαντα ἱκανὰ λεγόμενα· Ἀλλ' ἀποθανῇ, καὶ ταῦτα καταλείψεις τινί: id eſt, immortalitas autem non eſt, ne ſi Tantali quidem talenta coaceruaueris: Sed morieris, & hæc alicui relinques.

Dvm lic. in rec. ivc. v. b.] creber eſt in hac ſententia Hor. vide exempla, quæ collegimus ad illum locum, *Donec virenti canities abeſt Moroſa, nunc & campus, & areæ, &c.* Oda 9. libr. 1.

Vive memor qvàm sis ævi br.] epiſt. ad Auguſt. lib. 2. *Tellurem porca, ſiluanum lacte piabant: Floribus & vino Genium memores breuis æui.* al. *memorem.*

Pepvlere] impulerunt, vt vitæ genus, & locum commutaret.

Nocturni] νύχιοι, noctu, vt annot. ſuprà ad illum locum, *Nec veſpertinus circumgemit vrſus ouile*, Od. 16. epod.

Svbrepsre] quaſi rependo ſubire.

Cocco] coccum Galatiæ rubens granum, aut circa Emeritam Luſitaniæ, in maxima laude eſt, inquit Plin. lib. 9. cap. 4.

Canderet vestis] ſtragula veſtis ſplenderet, ruberet. *canderet veſtis* dixit, vt dicimus, *ferrum candens.* & M. Tull. Offic. 2. *candente carbone.* & idem, *lamina candentes.* Verr. de ſupplic. & Horat. epiſt. 15. *lamna candente.*

Exstrvctis] exaggeratis, cumulatis, refertis, completis. ſuprà Od. 3. lib. 2. *& exſtructis in altum Diuitijs potietur heres.* Virg. Georg. 1. *Ter pater exſtructos diiecit fulmine monteis.* Lucret. lib. 6. *Fulmina gignier è craſsis, altéque putandum eſt Nubibus exſtructis.* Plautus Menæch. *Cerealeis cenas dat, ita menſas exſtruit, Tantas ſtruices concinnat patinarias.* M. Tull. in Catone. *caret epulis, exſtructiſque menſis, & frequentibus poculis.* Idem pro Sextio, *tantos corporum aceruos exſtructos.* Idem libr. 2. epiſt. ad Attic. *& hercule magnum aceruum Dicæarchi mihi ante pedes exſtruxeram:* Idem Tuſcul. 5. *menſæ conquiſitiſsimis epulis exſtruebantur.*

Ergo, vbi pvrpvr.] in ſtragula veſte purpurea, qua lectus erat inſtratus.

Velvti svccinct. cvrs. h.] mus vrbanus, quaſi altè præcinctus, & ad miniſtrandum expeditus circumcurſat. ſup. ſat. 8. lib. 1. *Vidi egomet nigra ſuccinctam vadere palla Canidiam.* & ſat. vlt. huius libr. *His vbi ſublatis, puer altè cinctus acernam Gauſape purpureo menſam pterterſit, &c.* Ouidius lib. 8. metamorph. *menſam ſuccincta, treménſque Ponit anus.*

Continvátqve dapes] vno, & perpetuo ordine dapes apponit. nouas aſſiduè dapes apponit: dapes dapibus accumulat.

Nec non vern. ipsis Fvng.] id eſt, atque adeò vernarum in morem, ipſe miniſteria, & munera necenaria obit. *vernaliter* (inquit Nooius Marcellus) *valet adulatorie, à vernis.* vbi tamen quidam legi volunt, *verniliter.* de ſcriptura autem huius loci, ſi quid ſentiam, quæris: vulgata quidem, quæ eſt, *vernaliter ipſis Fungitur officijs*, omnium librorum veterum auctoritate confirmatur: ſed, ſi mihi liceat, ego libcoter legam, *vernaliter*, ſeu, *verniliter ipſe Fung. &c.* quæ vox exprimeret, ac declararet ſtudium, & ſedulitatem muris vrbani: qui non per alios, ſed ipſe per ſe hoſpiti ſuo vernaliter inſeruiret, ac miniſtraret.

Prælambens] prægustans. an, vt hoſpitem ad liberaliter epulandum inuitet, ac prouocet? an, vt omnem veneni ſuſpicionem remoueat? quod eſt ridiculum dictu in animantibus rationis expertibus, ſed ſi quis apologorum & & fabularum naturam, legémque conſideret, in quibus animantes ratione carentes inducuntur noſtro more loquentes, & pleraque agentes, minus abſurdum videbitur.

Ille cvbans] recubans. accommodat enim conſuetodinem hominum ad mures, quo ad eius fieri poteſt.

Bonísqve Rebvs agit l. c.] & ob res proſpetas & ſecundas: ſeu in rebus proſperis & ſecundis, *agit. l. c.* id eſt, præbet ſe lætum conuiuam: ſeu præbet ſpeciem læti conuiuæ: ſeu ſimulat & fingit ſe lætum conuiuam: ὑποκρίνεται.

Valv. str. lectis] lectis diſcubitorijs, vt epiſt. ad Torquatum lib. 1. *Si potes archaicis conuiua recumbere lectis, &c.* & ſuprà non longè *Tincta ſuper lectos canderet veſtis eburnos.* valuæ dictæ ſunt, vel quaſi voluæ, à voluendo, quia geminæ fores introrſus reuoluuntur, cùm aperiuntur: vel à valendo, quia talis ianua, quæ biforis eſt, quæque duabus partibus conſtat, & vtrinque aperitur, validior ea eſt, quæ vna eſt, vnáque ex parte clauditur & aperitur: præſertim cùm intrinſecus repagulis obfirmatur. Sed vnde natus eſt hic valuarum ſtrepitus, ſeu crepitus? fortaſſe à domino, qui foris cenarat, aut qui rus iuerat, domum redeunte. talis eſt ianuæ ſtrepitus, & canum latratus lib. 1. ſat. 1. ibi, *Ianua frangatur, latret canis, &c.*

Magísqve Exan.] id eſt, multóque magis trepidare, & pauere cœperunt, ſimulatque canum latratu domus perſonuit. Non eſt perpetuò verum, quod notat Ælius Don. in Andr. Terent. *examinem* dici *mortuum, exanimatum, perturba-*

tum. Nam proculdubio hoc loco *exanimes* interpretari aliter non poſſumus, quàm metu perturbati. A

Domvs alta] fortaſſe expreſſit Græcam vocem *μέγαρον*, id eſt, domum altè ſublatam: quales eſſe ſolent diuitum, & potentium, & principum domus.

Et valeat] ſic legendum, non, vt vulgò,* *valeas*, nam primùm ſic habent ferè omnes libri manuſcript. deinde ſignificat Horatius, murem ruſticum aſpernari & improbare vitam vrbanam, vtpote turbulentam, ſollicitam, & timoris plenam. valere enim iubere ſolemus ea, quæ ſpernimus, & reijcimus, quæ nolumus denique. ſic Tibull. *O valeant ſiluæ, deficiántque canes.* vide quæ notaui ad illum locum, *valeat res ludicra, ſi me. &c.* epiſt. ad Auguſt. B

Cavusqve] latebra mea, locus excauatus, foſſa, cauerna. epiſt. ad Mæcen. 2. libr. 1. rimam cumeræ, cauum nominat. *Macra cauum repetes arctum, quem macra ſubiſti.*

Tvtvs ab insio.] ſic loquuntur Latini. ſic ipſe Horat. vt Oda 4. lib. 3. *Vt tuto ab atris corpore viperis Dormirem.* & ſat. 1. huius libri. *Tutus ab infeſtis latronibus.*

Solabitvr] ſic Virg. Georg. 1. *Concuſſáque famem in ſiluis ſolabere quercu. Eruum, herdei genus, quod Græci ὄροβον appellant.* Feſtus.

TVRNEBVS.

Ex libr. 29. cap. 35. Dextra cùm erant numina, fauere credebantur: cùm læua, non fauere. hinc illud, Iuuenal. ſat. 10.

-- quid tam dextro Ioue concipis, vt non Conatus te pœniteat factique peracti? Atque in eo quidem numine, quod præpotens eſt, idem & in alijs faciebant. vt dextro Hercule, & amico Hercule, vt Perſius, Saty. 2.

Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule. Horatius, *-- qui mercenarius agrum Illum ipſum mercatus arauit, diues amico Hercule*, hic Hercules inuocatur, quòd propter ærumnas & labores, quos fœliciter exantlauit & perfuuctus eſt: in agro arando & incipiendis omnib. conatibus eius inuocatio fœlicis auſpicij videtur. Dextro etiam Caſtore fieri dicitur propitio & fauente Caſtore. Sed & in equitando, cùm optimus eques fuerit Caſtor. Papinius, 4. Siluarum, *Signa frænata moderatus ala. Caſtore dextro.* Ex contrario igitur etiam intelligi poſſunt numina apud Maronem læua: etſi aliter explicari etiam animaduerto cùm ſcribit,

-- Siquem Numina læua ſinunt, auditque vocatus Apollo. Sic etiam, *Dextra ſtrenuit approbatione*, in Catullo legimus, vt auſpicij & ominis fortunati.

Ex lib. 28. cap. 26. Pinguis, hebes & tardus dicebatur. Horat.

Pingue pecus domino facias, & cætera præter Ingenium.

Ex li. 13. c. 17. Hoc elegantius & verius fuerit, *-- Romæ ſponſorem me rapis*: nō *Roma*. Etenim quibus Romę negotijs implicat⁹ & impeditus ſoleat eſſe, ſcribit: quibus ruri quòd careat, ſe fœlicē & beatum putat. Etiam pari conſtantia & aſſeueratione illud affirmandum,

Ne prior officio quiſquam reſpondeat vrges.

Quis n. hoc non malit, quàm *vrge?* neque tamen hoc excogitatum proferimus, ſed ex antiquis libris prolatum edimus.

Ex lib. 22. cap. 7. *-- at ſimul atras Ventum eſt Exquilias.* i. odioſas mihi & moleſtas ob negotia. vide ſuper Odam 1. libr. 3. Carminum.

Ex lib. 6. cap. 7. Quid? non & illud negotium faceſſit, *-- noſter ludos ſpectauerat, vna Luſerat in campo?* Non tamen operosè velut è cuniculo latebroſo effodiendus eſt ſenſus. Imitatur enim ſermonem hominum ſibi inuidentium, & mirantium tam proſperam ſecundámque fortunam ſuam. Horatius, inquiunt, noſtri ordinis, & loci erat, & in vltima cauea nobiſcum ſpectabat ludos inter pauperum cuneos, in campo Martio nobiſcum ſeſe exercebat, qui fortunæ filius nunc videtur, tantis auctus ſucceſſibus eſt. Nam Senatores ludos theatrales ſpectabant ex orcheſtra: è quatuordecim ordinibus equites: & plebeiorum lautiores & ditiores commodius ſedebant, pauperiorum deterior vt conditio, ſic & in cauea locus: in campo quoque generoſi cum generoſis ſe exercebant, pauperes cum pauperibus. ergo iuuenem Horatium olim ſui fuiſſe ordinis dicebant, qui fortunæ indulgentia ad amicitiam Mœcenatis opéſque peruenerit, & fortunæ beneficio prouectus ſit ad tantam fœlicitatem. C

Ex lib. 13. cap. 17. Exclamat Horatius, *O noctes cœnæq; Deum.* Suas frugi modicáſque ſed iucundas & ſuaues cœnas comparans epulis, quæ in honorem Deûm in templis Romæ apponebantur tenues & parabiles, non ſumptuoſæ neque ſplendidæ. Dionyſ. Halicarnaſſeus Ἐγὼ γοῦν ἐθεασάμην ἐν ἱεραῖς οἰκίαις δεῖπνα προκείμενα θεοῖς, ἐν τραπέζαις ξυλίναις ἀρχαϊκαῖς, ἐν κανοῖς καὶ πινακίσκοις κεραμέοις ἀλφίτων μάζας καὶ πόπανα καὶ ζέας καὶ καρπῶν τινων ἀπαρχὰς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα λιτὰ, καὶ εὐδάπανα, καὶ πάσης ἀπειροκαλίας ἀπηλλαγμένα. D

Ex li. 17. c. 17. *O noctes cœnæq; Deū*, Horati⁹ ſcripſit: eas cœnas è Dionyſio expoſuimus: ſunt tamen qui cœnas Deorū interpretātur epulas illas eſſe, quæ deorum nomine in templis dabantur, aut ædibus ſacris: vt epulum Iouis legimus. Apparatiſſimæ autem erant illæ cœnæ & lautiſſimæ. Sed & dijs ipſis ſternebantur lecti, quibus ſimiles dicat eſſe ruſticas & frugi menſas Horatius. Citatur & à Priſciano lib. 6. Cornificius de cœnis Deorum.

Ex lib. 6. cap. 7. Quid ſit apud Flaccum, libatis dapibus paſcere, non tam facilè fortaſſe repetias,

tias, qui tibi explanet, quàm vel in littore algam, vel in ſentibus ſpinam inuenias. Proinde operam mihi hanc ſumendam putaui, vt eos edocerem, qui facilius à vero aberrarent, quàm tectam viam inſtarent: Sic autem ſcribit, A

Ante Larem proprium veſcor, vernáſque procaces
Paſco libatis dapibus. Ego hoc crediderim referendum ad antiquorum pietatem, qui partem cœnæ lari, diiſque donabant, & in focum mittebant lari ſacrum, vt conſtat, id enim erat libare dapes: ex ea conſuetudine, vt arbitror, ſcribit Varro, vt à Marcello citatur, in diſtinctio. Patella. libr. 2. de finib. *quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, & deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας* Et Cicero de finibus *Atqui reperiemus Aſotos primum ita non religioſos, vt edant de patella*, id eſt, vt edant ea, quæ dijs è cœna libata ſunt: Sed ritus ille optimè intelligente è Plutarcho, ita in libello de Fortuna Romanorum ſcribente, οἱ δ' οὔ φασιν, ἀλλὰ παρθένον τὴν ὀκρισίαν ἀπάργματα καὶ λοιβὴν ἑκάστοτε λαμβάνουσαν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς τραπέζης, ἐπὶ τὴν ἑστίαν κομίζειν, καὶ τότε τυχεῖν, ὥσπερ εἰώθει, τῷ πυρὶ τὰς ἀπαρχὰς ἐπιβάλλουσαν. Ea igitur ſe caſtitate & ſanctimonia ruri dicit cœnare Horatius, vt dapibus niſi ante deo piè libatis, veſci non ſoleat. inde & dij patellarij à *Plauto* Ciſtellaria. ſc. Credi ego amorem. feſtiuè iocante ſunt dicti, quibus in patella libabatur, non magna ſacrificia fiebant. Tales dij erant in Larario domeſtici penates & lares. B

ARGVMEN. SATYR. 7.

Inducit ſeruum liberè (pro ea nimirum libertate, quæ Saturnalium tempore concedebatur ſeruis) vitia heri ſui reprehendentem, atque oſtendentem talem eius eſſe vitam, vt ſuam illi meritò anteponere poſſit.

IAmdudum auſculto: & cupiens tibi dicere ſeruus
Pauca, reformido. Dauus ne? ita, Dauus, amicum
*Mancipium domino, & * frugi, quod ſit ſatis: hoc eſt,*
Vt vitale putes. age, libertate Decembri,
(Quando ita maiores voluerunt) vtere: narra.
Pars hominum vitijs gaudet conſtanter? & vrget
*Propoſitum: pars multa * natat, modò recta capeſſens,*
Interdum prauis obnoxia. ſæpe notatus

A *Cum tribus annellis, modò læua Priſcus inani*
*Vixit * inæqualis, clauum vt mutaret in horas*
*Ædibus ex magnis ſubitò ſe * conderet, vnde*
Mundior exiret vix libertinus honeſtè.
Iam mœchus Romæ, iam mallet doctus Athenis
*Viuere: * Vertumnis, quotquot ſunt, natus iniquis.*
B *Scurra Volanerius, poſtquàm illi iuſta chiragra*
Contudit articulos: qui pro ſe tolleret, atque
*Mitteret in * pyrgum talos, mercede diurna*
Conductum pauit. quanto conſtantior idem
In vitijs, tanto leuius miſer: ac prior illo,
Qui iam contento, iam laxo fune laborat.
C *Non dices hodie, quorſum hæc tam * putida tendant,*
Furcifer? ad te inquam. quo pacto peſſime? laudas*
Fortunam, & mores antiquæ plebis: & idem,
Si quis ad illa deus ſubitò te agat, vſque recuſes:
Aut quia non ſentis, quod clamas rectius eſſe:
D *Aut quia non firmus rectum defendis: & hæres,*
Necquicquam cœno cupiens euellere plantam.
*Romæ rus optas: abſentem * ruſticus vrbem*
Tollis ad aſtra leuis. ſi nuſquam es fortè vocatus
Ad cœnam, laudas ſecurum olus: ac, velut vſquam
Vinctus eas, ita te felicem dicis, amáſque

Quòd

Quòd nuſquã tibi ſit potãdũ. iuſſerit ad ſe.
Mæcenas ſerum ſub lumina prima venire
Conuiuam? nemon' * *oleum feret ocyus? ecquis*
Audit? cum magno blateras clamore: fugíſque.
Miluius, & ſcurræ tibi non referenda precati,
Diſcedunt. etenim fateor, me dixerit ille
*Duci ventre leuem. naſum nidore * ſupinor,*
Imbecillus, iners, ſiquid vis, adde, popino:
Tu, cùm ſis, quod ego, & fortaſſis nequior: vltro
Inſectere velut melior? verbíſque decôris
Obuolas vitium? quid ſi me ſtultior ipſe
Quingentis emto drachmis deprenderis? auſer.
*Me vultu terrere: * manum, ſtomachúmque teneto,*
*Dum, quæ Criſpini docuit me * ianitor, edo.*
Te coniux aliena capit: meretricula Dauum.
Peccat vter noſtrûm cruce dignius? acris vbi me
Natura incendit: ſub clara nuda lucerna
Quæcumque excepit turgentis verbera caudæ,
Clunibus aut agitauit equum laſciua ſupinum:
Dimittit neque famoſum, neque ſollicitum, ne
Ditior, aut formæ melioris meiat eodem.
Tu, cùm proiectis inſignibus, annulo equeſtri,
Romanoque habitu, prodis ex iudice Dama
*Turpis, * odoratum caput obſcurante lacerna,*
*Non es, quod ſimulas? metues * induceris: atque*

A *Altercante libidinibus tremis oſſa pauore.*
Quid réfert vri virgis, ferróque necari
* *Auctoratus eas: an turpi clauſus in arca,*
Quò te demiſit peccati conſcia herilis
Contractum, genibus tangas caput? éſt ne marito
Matronæ peccantis, in ambos iuſta poteſtas?
*In * corruptorem vel iuſtior? illa tamen ſe*
B *Non habitu, mutárve loco: peccárve ſupernè,*
Cùm te formidet mulier: neque credat amanti.
*Ibis ſub furcam prudens: * dominóque furenti*
Committes rem omnem, & vitam, & cum corpore famam.
* *Euaſti? * credo, metues: doctúſque cauebis.*
C *Quæres quando iterum paueas: iterúmque perire*
Poſſis. ô toties ſeruus. quæ bellua, ruptis
Cùm ſemel effûgit, reddit ſe praua catenis?
Non ſum mœchus, ais. neque ego hercule fur, vbi vaſa
Prætereo ſapiens argentea. tolle periclum,
Iam vaga proſiliet frenis natura remotis.
Túne mihi dominus, rerum imperiis, hominúmque
Tot, tantíſque minor? quem ter vindicta, quatérque
D *Impoſita haud vmquam miſera formidine priuet?*
Adde ſuprà dictis, quod non leuius valeat. nam
Siue vicarius eſt, qui ſeruo pâret, vti mos
Veſter ait: ſeu conſeruus: tibi quid ſum ego? nempe
Tu mihi qui imperitas, aliis ſeruis miſer: atque
Duceris, vt neruis alienis mobile lignum.

Quiſnam

Quiſnam igitur liber? ſapiens, ſibíque imperioſus: A
Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent:
** Reſponſare cupidinibus, contemnere honores*
*Fortis, & in ſeipſo totus * teres, atque rotundus,*
Externi nequid valeat per læue morari:
In quem manca ruit ſemper fortuna. poteſne B
Ex his, vt proprium quid noſcere? quinque talenta
Poſcit te mulier: vexat: foribúſque repulſum
Perfundit gelida. rurſus vocat. eripe turpi
Colla iugo. liber: liber ſum, dic age. non quis.
Vrget enim dominus mentem non lenis: & acreis
Subiectat laſſo ſtimulos, verſátque negantem.
*Vel cùm * Pauſiaca torpes inſane tabella:*
** Quî peccas minùs, atque ego? cùm Fului, Rutubæque,*
Aut Placideiani, contento poplite, miror
Prœlia rubrica picta, aut carbone: velut ſi
Re vera pugnent, feriant, viténtque mouentes
*Arma viri: nequam, & ceſſator * Dauus. at ipſe*
Subtilis veterum iudex, & callidus audis.
** Nil ego, ſi ducor libo fumante: tibi ingens*
Virtus, atque animus cenis reſponſat opimis.
Obſequium ventris mihi perniciofius eſt. cur?
*Tergo plector enim. * quid? tu impunitior illa,*
Quæ paruo ſumi nequeunt, obſonia captas?
*Nempe * inamareſcunt epulæ ſine fine petitæ:*
Illuſíq; pedes vitioſum ferre recuſant
Corpus. an hic peccat, ſub noctem qui puer vua
Furtiuam mutat ſtrigilem? qui prædia vendit,
Nil ſeruile gulæ pârens habet? adde, quòd idem
Non horam tecum eſſe potes: non otia rectè
Ponere: téque ipſum vitas fugitiuus, & erro,
Iam vino quærens, iam ſomno fallere curam,
C *Fruſtra: nam comes atra premit, ſequitúrque fugacem.*
** Vnde mihi lapidem? quorſum eſt opus? vnde ſagittas?*
Aut inſanit homo: aut verſus facit. ocyus hinc te
Ni rapis: accedes opera agro nona Sabino.

IAMDVDVM AVSCVLTO] Iamdudum audio te loquentem: nihil ipſe, cùm pauca habeam tibi dicenda, loqui audeo.

ITA, DAVVS] ita eſt, ego Dauus cupio te
D paucis cõuenire: vel, ita, inquam, Dauus. ſic enim loquuntur Latini, cùm liquidius quippiam affirmare volunt. M. Tull. Verr. de ſignis. *qui tamen* (de Catone loquitur) *cùm conſul fuiſſet, condemnatus eſt, ita, C. Cato, duorum hominum clariſſimorum nepos, L. Paulli, & M. Catonis, & P. Africani ſororis filius.* & Philipp. 14. *tot legionibus caſis, tanta multitudine interfecta, hoſtium dico: ita, inquam, hoſtium: quamuis hoc iſti hoſtes domeſtici nolint, clariſſimis ducibus, ſupplicationum honorem tribuemus, imperatorum nomen adimemus?* Idem frumentar. *an me ad M. Antonij æſtimationem frumenti, exactionémque pecuniæ reuocaturus es? ita* (inquit) *ad M. Antonij.* nonnumquam omittitur vox *ita.* vt Priap. *licet indignere, ferâſque Propter olus, dicas, hoc ego? propter olus.*

A Frvgi] M. Tull. lib. 3. Tuſcul. frugi homines χρησίμους à Græcis ait appellari: latius tamen eſſe nomen frugi, quàm χρήσιμον. nam ceteras propemodum virtutes, nomine frugalitatis contineri: eamque à fruge eſſe appellatam, qua nihil melius è terra oritur: cui contrarium vitium nequitiam dici. & nequam hominem, id eſt, nihili frugi homini contrarium. nequam autem dictum eſſe ab eo, quod nec quicquam, ſeu nequicquam, id eſt, nihil, ſeu nonquicquam eſt in tali homine. Idem in oratione pro Deiotaro, *frugi hominem dici non multum habet laudis in Rege: fortem, iuſtum, ſeuerum, grauem, magnanimũ, largum, beneficum, liberalem, hæ ſunt regiæ laudes: illa priuata eſt. ego tamen frugalitatem, id eſt, modeſtiam, & temperantiam, virtutem eſſe maximam iudico.* Porrò ita ſolent laudari maximè ſerui. Plaut. Caſina, *Pol, bene frugi hominem te iampridem eſſe arbitror.* Terent. Heautont. *de fallacia dicis? eſt. inuêni nuper quandam.* Chr. *frugi es.* Idem Adelph. Syrus. *factum eſt, quod iuſſi, Demea.* D. *frugi homo es.* B

Qvod sit satis, hoc est, Vt vit. p.] id eſt, tanta frugalitate præditus, quanta in ſeruo poſtuletur, id eſt, ita frugi, vt in vita retinendum, ac ſeruandum, minimé que occidendum eſſe putes. Conſtat autem, dominis in ſeruos olim fuiſſe vitæ, neciſque poteſtatem. ſeruum frugi igitur dominus non temerè occiderit: inutilem autem, & nequam, non mirum ſi occiderit. vel ſic: frugi, quantum ſatis ad bonam valetudinem, & ad ſalutem. nam vt edaces, & intemperantes, & nequam homines corrumpunt valetudinem, nec diu viuunt: ſic & qui nimis tenui, & præparco victu vtuntur, quique ad rem domini familiarem bene gerendam nimis attenti ſunt, nimis vigilantes, nimiùm diligenter domino conſulentes: quaſi hoc, iocans cum domino, ſignificet Dauus, ſe nõ præſtare ceteris ſeruis frugalitate, neque immoderato frugalitatis ſtudio immori velle, ſed ſatis habere, ſi tam frugi ſit, quàm vulgus ſeruorum eſſe ſolet. vel ſic: mediocriter, & intra modum frugi: non immoderatè, neque ſupra modum: vt ſpes ſit me diu victurum. C Nam contrà, opinio eſt hæc omnium animis inſita, eos qui frugalitate, aut alia aliqua virtute præſtant, nõ diu in terris ætatem agere, tamquam Dijs immortalibus omnem præſtantiam, vtpote à ſe profectam, ſuo iure repetentibus. Omnino locus eſt, mihi quidem, perobſcurus. Sed non diſſimulabo quibuſdam videri ita legendum, *frugi, quoad ſit ſatis, &c.* hoc ſenſu, vſque eo frugi, quoad ſit ſatis. Nam, *quoad*, vnius ſyllabæ eſt etiam apud Lucret. D

Vt vitale putes] vt putes poſſe viuere, neque ante diem moriturum. ſat. 1. lib. 1. *O puer, vt ſis Vitalis, metuo*.

Libertate Decembri] quæ datur ſeruis, Saturnalibus. agitabantur autem Saturnalia XIIII. Kal. Ianuarias, vt ſcribit Macrob. libr. 1. cap. 10. Eo die domini ſeruos ſuos conuiuijs liberalibus, & epiparis accipiebant, ipſi muneribus ſeruilibus fungebantur: ſeruis impune, quicquid libêret, loqui licebat, vt & ſcribit idem Macrob. lib. 1. & Athenæus lib. 14. his verbis, ταῖς τῶν Κρονίων ἡμέραις ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίων παισὶν ἑστιᾶν τοὺς οἰκέτας, αὐτοὺς τὰς τῶν οἰκετῶν ἀναδεχομένους λειτουργίας, id eſt, Saturnaliorum diebus ſolent Romani famulis cenas opiparas & apparatas dare, cùm ipſi ſeruilibus muneribus fungantur. quo loco idem Athenæus multarum nationum dies feſtos ſimileis commemorat. Catull. ad C. Licinium Caluum, Saturnalia, optimum dierum appellat, propterea (opinor) quòd aurei illius ſæculi, quod Saturno regnante fuiſſe dicitur, imaginem referebat, memoriámque repræſentabat: quo nondum erat auditum nomen ſeruitutis. ſed de his vide plura apud Macrobium, & apud Lucianum ἐν τοῖς περὶ Κρόνον. vbi primo dial. ſic Saturnus, καὶ διὰ τοῦτο ἁπανταχοῦ κρότος, καὶ ᾠδὴ, καὶ παιδιὰ, καὶ ἰσοτιμία πᾶσι καὶ δούλοις, καὶ ἐλευθέροις· οὐδεὶς γὰρ ἐπ' ἐμοῦ δοῦλος ἦν, id eſt, *Atque ideirco vbique plauſus, & cantus, & ludus, & honoris æqualitas omnibus tum ſeruis, tum liberis. Neque enim me regnante ſeruus erat.*

Constanter] καταχρηστικῶς, pro pertinaciter: vel dicendum *conſtanter* eſſe poſitum pro æquabiliter, & conuenienter vitæ ſuperiori: vt quinto abhinc verſu, inæqualem vſurpabit pro eo, qui ſibi non conſtat. & infrà ead. ſatyr. *quanto conſtantior idem in vitijs, &c.* & M. Tull. Tuſcul. 5. de Epicuro, *quàm ſibi conſtanter, conuenienterque dicat, non laborat.*

Et vrget Propositvm] perſequitur id, quod ſibi ab initio propoſuit: perſtat in conſilio ſuſcepto.

Natat] modò ad vitia propenſa eſt, modò ad virtutes incumbit: incerta & inſtabilis eſt: non perſtat in vitijs, ſed modò vitia, modò virtutes ſequitur. Sic ferè loquitur M. Tull. lib. 1. de natur. deorum. *Mihi quidem etiam Democritus, vir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit, natare videtur in natura deorum. Tum enim cenſet, imagines diuinitate præditas ineſſe vniuerſitati rerum, tum principia, menteiſque quæ ſunt in eodem vniuerſo, deos eſſe dicit.* vbi tamen quidam legi volunt, *nutare*. Ioſephus Scaliger Iulij Cæſaris filius, iuuenis in primis doctus, putat hîc *natare* idem valere, quod ἐπιπολάζειν, crebrum eſſe, frequens eſſe, abundare, quia, inquit, quæ ſunt ἐπιπολῆς, maximè apparent. Ego, vt quæ ſunt ἐπιπολῆς, ea in promtu eſſe & fateor, & ex Ariſtotele docui in annotatione quadam ad libros Ariſt. de morib. ad Nicom. ἐπιπολάζοντα, ea quæ increbruerunt, ſeu quæ frequentia ſunt, verti: ita hoc etiam ſcio ἐπιπόλαια alibi dici à Græcis & ab ipſo Ariſtotele, quæ ſunt infirma, & non diuturna, & quæ non habent altas admodum radices. non tamen fateor, natare idem valere hoc loco, quod crebrum eſſe: ſed potiùs poſitum eſſe puto pro, ſibi non conſtare, incertum eſſe. tralatione ducta à natatoribus, qui in elemento molli, cuiuſmodi eſt aqua, verſantes, ſtabiles & certi

eſſe non poſſunt. Taleis autem deſcribit inconti- A
nenteis Ariſtot. lib. 7. de moribus ad Nicom. vt mox dicemus.

INÆQVALIS] ſibi non conſtans, ſuprà ſat. 3. li. 1. *Nil æquale homini fuit illi.* ibid. *nil fuit vmquam Sic impar ſibi.* inæqualis igitur, in victu, & cultu, & conſilijs omnib.

SÆPE NOT. CVM TRIB. ANN.] Hoc quidem conſtat, læua manu duntaxat, non etiam dextera, annulos geſtari ſolitos: ſed nec quibus digitis, nec quot annulos geſtare conſueuerint, conſtat. Scribit Plinius libr. 33. cap. 1. primò ijs digitis, qui ſunt minimis proximi, geri morem fuiſſe: poſteà eo, qui pollici proximus eſt, geſtatos eſſe: deinde iuuiſſe etiam minimum digitum annulo ornare: ſua ætate ſolum hanc B
digitum exceptum fuiſſe, ceteros omneis oneratos eſſe. Iam de multitudine, alios eorum pondera oſtentaſſe: alijs plureis, quàm vnum, geſtare laborioſum fuiſſe: nonnullos treis minimo congeſſiſſe. [A. Gellius lib. 10. ca. 10. ex Appione cauſam quare annulum eo ſiniſtræ manus digito, qui minimo proximus eſt, geſtarint veteres, exponit his verbis. inſectis, apertiſque humanis corporibus vt mos in Ægypto fuit, quas Græci *ἀνατομάς* appellant, repertum eſt, neruum quendam tenuiſſimum ab eo vno digito, de quo diximus, ad cor hominis pergere, ac peruenire, &c.] Ex hoc Hor. loco videri pateſt turpe fuiſſe treis annulos geſtaſſe. hanc enim vim puto ineſſe in voce *notatus*. Iam verò illud non eſt du- C
bium, quin annuli initio ferrei inſtituti & facti ſint etiam illud certum eſt, initiò ſignandi cauſa eſſe comparatos. [Quòd autem hic *annellus*, & *annulus*, &c. duobus nn. impreſſum eſt, in eo conſuetudinem vulgi ſecutus ſum. Nam ſi libros veteres ſequi, & rationem audire volumus, *anulus*, & *anellus* ſcribi debet vno n. anus, ani, enim, ex quo ancilus, dicebant veteres pro annus, ni.

CLAVVM] ſiue anguſtum, ſiue latum. nam erat & latus clauus, & anguſtus, vt dixi ſuprà ad illum locum ſatyræ 6. libri primi, *& latum demiſit pectore clauum.*

SE CONDERET, VNDE, &c.] ſe conderet, ſubintellige, in eum locum, ſeu in eam du- D
mum, *vnde*, id eſt, ex qua, &c.

MVNDIOR] lautior, elegantior: non egentiſſimus, neque abiectiſſimus.

DOCTVS ATH.] Vatic. cod. vetus Torneſ. Morellianus, Nicotianus, Clericanus, habent, *doctor*: quæ lectio mihi vehementer placet, vt intelligamus Horatium dicere, hunc Priſcum modò Romæ mœchari ſolitum, modò Athenis docere. *doctus* tamen ferri poteſt.

VERTVNNIS, QVOTQVOT SVNT, NAT. INIQV.] Vertunnum ei iratum eſſe dicebant veteres. vel eum irato Vertunno natum, qui mobili eſſet ingenio, qui ſecum pugnaret, qui ſententiam mutaret in horas. vide plura de Vertunno ad epiſt. vltim. lib. 1.

VOLANERIVS] hic erat in vitijs pertinax, & perſeuerans.

IVSTA CHIRAGRA] iuſtam chiragram dixit magnam, & grauem, vt ſuis (vt ita dicam) numeris omnibus abſolutam: quemadmodum dicimus *iuſtum exercitum, iuſtum poema, iuſtum iter, iuſtam victoriam*: non (vt alij) debitam, aut, quæ meritò ei accidiſſet.

ARTICVLOS] chiragram, & podagram morbum articulorum nominant Latini, quia vtraque in articulis inſidet. M. Tull. lib. 1. epiſt. ad Attic. *Terentia magnos articulorum dolores habet.* Itaque *ἀρθρῖτιν* appellant Græci. *contudit articulos* autem, tralatè dictum pro *debilitauit*. propriè poſuit in epiſt. ad Auguſt. lib. 2. *diram qui contudit hydram, &c.* & Cicero pro Flacco: *manus, quas contudit: digitis, quos confregit: neruos, quos confregit, reſtituere non poteſt.*

TOLLERET] ex alueo ſumeret, & in pyrgum demitteret.

PYRGVM] pyrgus non eſt tabula, luſoria, ſeu alueus, vt quidam putãt: ſed vaſculum in turriculę figuram conformatũ, ex quo tali in alueum conijciebantur, ne ſi manu iacerentur, fraus à luſoribus admitteretur. turriculam appellat Martialis Latino nomine, quod Græco *πύργος* ferè æqualiter reſpondet. *Quærit compoſitos manus improba mittere talos: Si per me miſit, nil niſi vota facit.* dicitur & fritillus. [Sed non celabo lectorem, me reperiſſe ſcriptum in aliquot libris manu- C
ſcriptis partim, *mitteret in fimum*: partim, *mitteret in phimum*. Eſt autem phimus vox Græca *φιμός*; quam vſurpauit Æſchines in oratione *κατὰ Τιμάρχου*, octaua ferè pagina orationis, cùm ea oratio in exemplo meo Aldino viginti quattuor paginas compleat. Ex quo loco licet intelligere, *φιμόν*, vas luſorium fuiſſe, in quod aleatores cubos conijciebant. Verba Æſchinis ſubijciam, vt huius vocis ſignificatio fiat planior, *μεθυσθέντες γάρ ποτε καὶ αὐτοί, καὶ τῶν συγκυβευτῶν τινές, καὶ ἄλλοι, ὧν οὐ βούλομαι τὰ ὀνόματα λέγειν, εἰσπηδήσαντες, νύκτωρ εἰς τὴν οἰκίαν, οὗ ᾤκει ὁ Πιττάλακος, πρῶτον μὲν συνέτριβον τὰ σκευάρια καὶ διερρίπτουν εἰς τὴν ὁδὸν ἀστραγάλους τέ τινας διασείστους, καὶ φιμοὺς καὶ κυβευτικὰ ἕτερα ὄργανα*, &c. id eſt, ebrij enim facti aliquando etiam ipſi, & nonnulli ex colluſoribus, & alij, quorum nominibus parco, noctu in ædeis, in quibus Pittalacus habitabat, impetu facto, primùm quidem vaſcula contriuerunt, & talos quoſdam ſonoros, & phimos, & alia inſtrumenta aleatoria in viam diſiecerunt. Ex quibus verbis licet intelligere, phimum alueolum fuiſſe, in quem cubos, ſeu talos potiùs, conijcere ſolebant: quem alio nomine etiam camum nominant Græci, vt teſtantur Heſychius, & Suidas, & Harpocration. Nunc ſi quis ex me quærat, vtram ſcripturam magis probem, dubitanter & timidè reſpondeam, fortaſſe *phimum* verum & rectum eſſe: loco autem eſſe motum in quibuſdam libris, ab ijs, qui

Digitized by Google

eius vocis vim non intellexerint, & in eius locum pyrgum eſſe ſubſtitutum. verumtamen iudicent doctores.]

QVANTO CONSTANTIOR IDEM IN VIT.] quanto obſirmatior in vitijs, tanto minus miſer, & prior illo, qui modò ita contendit funem, vt periculom ſit, ne rumpatur: modò nimis laxat: id eſt, qui modò virtutem ſtudioſiſſimè colit, modò in omni vitiorum genere volutatur.

AC PRIOR ILLO, QVI, &c.] diſſentiunt, hîc codices veteres. alij enim habent, *ac prior illo*: quos ſecuti ſumus: alij *ac prior ille*: quam lectiooem tamen oon damno. licet enim eam ſic interpretari: tanto leuius miſer, id eſt, minùs miſer, quàm prior ille, qui, &c.

NON DICES HODIE] Quamdiu (inquit Horatius) me tam longo ſermone obtundes, non dicens ad quem pertineat? aut de quo loquare?

TAM PVTIDA] tam odioſa, moleſta, inepta, abſurda, inſolentia, φορτικά. Cicer. orat. perf. *Cum Demoſthenes Athenis exagitetur, vt putidus*, id eſt, nimis exquiſitè, & elaboratè loquens: inuſitatis & odioſis verbis vtens. Putidum (inquit Nonius) non ſolùm ab ore fœtido & graui, quod naribus probatur: ſed & quod auribus triſte, & inſuaue, auſterum, rancidum, &c.

FVRCIFER] de hac voce mox dicemus, ibi: *Ibis ſub furcam prudens.*

ANTIQ. PLEB.] &c. fortunam (inquit Dauus) & mores antiquorum, laudas. mores antiqui, & homines antiqui, & antiquum officium, ſemper in laude ponuntur à ſcriptoribus Latinis. Plaut. in Trin. *meo modo, & moribus viuito antiquis*. Terent. Andr. *O optime hoſpes, pol, Crito antiquum obtines*. Idem Adelph. *Na illiuſmodi iam nobis magna ciuium penuria eſt: homo antiqua virtute, ac fide*. M. Tull. pro Sex. Roſcio Amer. *Homines antiqui, qui ex ſua natura ceteros fingerent*. Idem pro Quinctio. *Quid tum? tu aliquem patronum inuenies, hominem antiqui officij, qui ſplendorem noſtrum, & gratiam neglegat?* Iterum pro Roſcio Amer. *in qua muliere veſtigia antiqui officij remanent*. Idem ad Attic. lib. 9. *vide quàm ſim antiquorum hominum*. T. Liuius lib. 43. *ceterum & mihi vetuſtas res ſcribenti neſcio quo pacto antiquus ſit animus, &c.*

TE AGAT] te ducat, ſeu compellat, ſeu transferat.

AVT QVIA NON S. Q. CLAM. R. E. AVT Q.] id eſt, aut quia non idem ſentis, quod loqueris, pugnátque cum ſentētia tua oratio: aut quia facile ab eo, quod rectum eſſe ſtatuiſti, deſciſcis, neque in ſententia permanes. animaduerte, hoc loco deſcribi ab Horatio duo malorum genera: vnum eorum, qui de induſtria flagitioſè, turpiter, & vitioſè viuunt: alterum eorum, qui flagitium quidem, & turpitudinem, & vitium oderunt & natura, & conſilio: ſed animi perturbatione impulſi ab honeſtate, & recto conſilio deſciſcunt, vitiúmque perſequuntur. ſic diſtinguit

A Ariſtoteles lib. 7. de moribus ad Nicom. ἀκόλαστον, id eſt, intemperantem ab incontinente, quem ἀκρατῆ nominant Græci. ille enim ſibi perſuaſit, turpiter, & libidinoſè eſſe viuendum: itaque inſanabilis eſt: hic contrà frugalitatem quidem, & temperantiam libidini & flagitio anteponendam eſſe putat: ſed in ſentētia non manet, quoniam in eo ſuperat rationem cupiditas. ſic Euripides in Hippolyto, ait pleroſque bene ſentire, & quæ recta ſint, noſſe: ſed non facere, alios inertia, alios propterea, quòd aliā quandam voluptatem honeſto anteponāt. ſed præſtat Eurip. verba aſcribere, ἔστι γὰρ τό γ' εὖ φρονεῖν Πολλοῖσιν ἀλλὰ τῇδ' ἀθρητέον τάδε. Τὰ χρήστ' ἐπιστάμεσθα καὶ γιγνώσκομεν, Οὐκ ἐκπονοῦμεν δ', οἱ
B μὲν ἀργίας ὕπο. Οἱ δ' ἡδονὴν προθέντες ἀντὶ τοῦ καλοῦ Ἄλλην τιν'. Eodem pertinent illa Plutarchi libr. πῶς δεῖ τὸν νέον τῶν ποιημ. θηριῶδες μὲν οὖν, καὶ ἄλογον, καὶ οἰκτρὸν, εἰδότα τὸ βέλτιον, ὑπὸ τοῦ χείρονος ἐξ ἀκρασίας, καὶ μαλακίας ἄγεσθαι, id eſt, immò verò ferinum, & à ratione alienum, & miſerabile eſt, ſcientem id, quod melius eſt, ab eo, quod deterius eſt, propter incontinentiam, & mollitiem trahi.

NON FIRMVS] id eſt, non certus, neque ſtabilis: vel vt ſuprà dixit, *natans*: οὐ βέβαιος, οὐδ' ἀσφαλής.

NEQVICQVAM COENO CVP. EVELL. PL.] id eſt, nequicquam cupiens ex vitioſo habitu, quem ex aſſiduis actionibus improbis ac
C vitioſis contraxiſti, emergere, & ad bonam frugem redire. tralatio perpetua eſt ab ijs, qui in luto ita alto ac profundo hærent, vt ſeſe ex eo expedire, aut euoluere nequeant. Terent. Phorm. *In luto hæres, verſuram ſolues*. Quanta autem ſit luti, præſertim profundi, tenacitas, declarat Catullianum illud carmen ad Coloniam, *Et ſupinum animum in graui derelinquere cœno, Ferream vt ſoleam in tenaci voragine mula.*

ROMÆ RVS OPTAS] ſic infrà epiſt. ad Celſum lib. 1. *Romæ Tibur amem ventoſus, Tibure Romam.*

RVSTICVS] rure. quod eſt loci ad perſonam tranſtulit: vt ſup. ſat. 6. lib. 1. in extr. *domeſticus otior*, id eſt, domi otioſus ſum.

D TOLLIS AD ASTRA] ad cælum laudibus effers. epiſt. ad Fuſcum Ariſt. lib. 1. *Quæ vos ad cælum effertis rumore ſecundo*. Virgil. Daphn. *Daphnimque tuum tollemus ad aſtra.*

LEVIS] in eo leuis, quòd cùm es rure, vrbem abſens miris laudibus ad cælum effers, quam faſtidiebas præſens, & cùm in vrbe eſſes.

AC, VELVT VSQVE VINCTVS EAS] & quaſi, quò vocaris, eò conſtrictus, & vi coactus, & inuitus eas, ita lætaris, quòd à nemine ſis vocatus. non diſſimulabo, in nonnullis libris & manuſcript. & vulg. reperiri *vſquam*.

AMÁSQVE] quid ſibi vult hoc *amáſque*? aut cum quibus debet cohærere? Verùm cum ſuperioribus, hoc modo, te felicem dicis, & te amas, quòd

A

quòd nuſquam, &c. an cum ijs, quæ ſequuntur? hoc modo, amáſque, id eſt, & tibi iucundum eſt, & lætaris, quòd nuſquam, &c.

SERVM] ſerò: vt ſæpe aliàs. ſic epiſt. ad Auguſt. *Serus enim Græcis admouit acumina chartis*. verumtamen *ſerum*, ſeu *ſerò*, intellige veſperi.

SVB LVMINA PRIMA] paullò ante veſperam: paullò ante ſolis occaſum, quod erat tempus cenæ epiſt. ad Torq. lib. 1. *Supremo te ſole domi Torquate manebo*. ſic loquitur epiſt. 2. li. 2. *Lento Samnites ad lumina prima duello*.

NEMON' OLEVM FERET OC] *μίμησις* verborum Horatij, cum ad Mæcenatem ire properat, ab eo vocatus. lauabantur autem & vngebantur cenaturi. iccircò poſcit oleum, quo perunctus, cenatum eat apud Mæcenatem.

B

ECQVIS AVDIT?] numquis eſt, qui audiat? nemóne audit? errant, qui putant *ecquis* idem valere, quod *quis*. licet tamen hîc legere, *& quis audit?* quamquam minùs probo. mendoſè autem habent nonnulli libri vulg. *hæc quis*.

BLATERAS] blaterare eſt ſtultè, & cupidè loqui, inquit Feſtus Pompeius. Cæcil. in Hymnide, *deſiſe blaterare*. Afranius. *Ten' blaterare, & abloqui?* Plaut. Aulul. *vbi tu es, quæ deblateraſti iam vicinis omnibus Me meæ filiæ daturum dotem?* Alij blaterare volunt eſſe furioſè clamare.

FVGISQVE] cod. Iann. & vnus Vat. *furiſque* quod ſi cui probibitur, *furis* interpretabor furenter iraſceris, inſanis, vt apud Terent. Adelph. *non inſanis?* Nam ira, furor breuis eſt: vt eſt in epiſt. 2. ſic hæc duo coniunxit Varro, *blaterare*, & *rabere*. *Quid eſt? quid blateras? quid rabis? quid vis tibi? fugis* autem, quod, quamquam in pluribus libris veteribus reperitur, minùs probo tamen, interpretor, ad cenam properas.

C

MILVIVS, ET SCVRRÆ] qui erant apud te cenaturi.

TIBI NON REF. PR.] tibi multa mala precati: quæ tibi referre vel nolo, vel non debeo, vel non audeo.

ETENIM ME DIXERIT ILLE] id eſt, etenim dicere poſſit aliquis, me ventre duci, id eſt, ventri indulgere, & ſeruire. Daui etiam nunc ſunt verba, non Horatij. vox *ille* autem, idem ferè valet hoc loco, quod apud Græcos ὁ δεῖνα, id eſt aliquis, neſcio quis. vno Demoſthenis, & altero Cicer. exemplo contenti erimus. Demoſthen. περὶ; Αἰσχίνη. σὺ δὲ ποιεῖς, ὃ λέγεις κακῶς τοὺς τετελευτηκότας, τοὺς εὐεργέτας τοῦ δεῖνα μεμφόμενος, καὶ τὸν δεῖνα ἀνάξιον εἶναι φάσκων, ὧν οὐδὲν ἐκείνοις περιῆσαν, id eſt, tu autem facis, non dicis malè mortuis, cùm illum, aut illum ex bene meritis reprehendis, & illum aut illum eorum, qui beneficio affecti ſunt, indignum beneficio dicis. Cicero pro Roſc. Amer. *quæſiſſe num ille, aut ille defenſurus eſſet*.

D

LEVEM] coniunge cum verbo *duci*, & prouocabulo *me*: vt ſit *me leuem duci vẽtre*: me duci ventre, & in eo leuem eſſe, quòd ventre ducar.

NASVM NIDORE SVPINOR] id eſt, naſus mihi nidore cibi ſupinatur: hoc eſt, excitatur, attollitur. Virgil. Georg. 2. *Antè ſupinatas Aquiloni oſtendere glebas*. in nonnullis libris legitur *ſupino*. cod. Don. autem, & Vat. 3. Torn. Faër. Cleric. habent *ſupinor*, vt vulgati: quæ ſcriptura recta eſt. hoc enim ſignificat, quod dixi, *naſum ſupinor*: id eſt, naſus mihi ſupinatur, ſeu excitatur nidore obſonij. helleniſmus eſt.

SI QVIDVIS, ADDE, POPINO] libri vulgati, nulli ferè manuſcrip. habent *ſim quiduis, adde popino*, id eſt, ſim etiam quoduis: ſim popino. popinones à popinis ſunt appellati: qui popinas conſectantur. ſed non eſt reticendum ſcriptum eſſe in duobus codicib. Vatic. Iannoct. Faërn. Torneſ. Clericano, Nicotianis duobus Ruſſard. *ſi quiduis*, non *ſim quiduis*, vt habent vulgati. ego tamen olim hanc ſecutus eram, vt ſit hæc ſententia, ego nidore ciborum moueor, (inquit Dauus) fateor: naſus mihi excitatur nidoribus, vt imbecillo, & infirmo. iners ſum & ignauus, & ſim quicquid aliud voles: adde, ſi tibi videtur, me eſſe popinonem, &c. ſic loquitur epiſt. 6. lib. 1. *frater, pater adde*. nunc autem hac editione ſcripturam veterem ſequi malui: quam ſic explico: naſum nidore ſupinor: ſum imbecillus, ſum iners, adde ſiquid aliud vis, ſum popino. licet etiam cõiungere hæc nomina *imbecillus*, *iners* cum verbo *ſupinor*, hoc modo, naſum nidore ſupinor ego imbecillus, iners, &c. vt verbum *ſum*, non ſit neceſſe foris aſſumere.

QVOD EGO] id eſt, ſeruus.

VLTRO INSECTERE, &c.] ſubintelligẽ *me*, vt ſit, cùm ſis ſeruus, & nequam, & fortaſſis nequior quam ego, vltro me inſectere, velut melior? id eſt, debéſne me vltro inſectari velut melior? nequior, & melior opponuntur. nam nequam & frugi opponuntur. bonus autem cùm de ſeruo dicitur, idem valet, quod frugi: χρηστὸς, χρήσιμος.

VERBÍSQVE DECORIS OBVOLVIT.] verbis ſpecioſis vitium tuum tegas?

AVFER ME VVLTV TERRERE] cùm Horatius liberiore ſerui oratione offenderetur, terrorem ei vultu denuntiabat, eique minabatur: qua re animaduerſa orat Dauus ne ſtomachetur, ne ſibi terrorem intentet, & vt manus contineat. *aufer me terrere*, id eſt, ne me terre: noli me terrere.

MANVM, STOMACHÚMQVE TEN.] & manum contineto, id eſt, ne me pulſato: & ſtomachum, id eſt, ne iraſcitor, ne ſtomachator, iram comprimito.

DVM QVÆ CRISP.] de Criſpino philoſopho ſat. 1. libr. 1. in extr. *ne me Criſpini ſcrinia Lippi Compilaſſe putes*. Sed cur ſe à Criſpini ianitore edoctũ eſſe dicit, non ab ipſo Criſpino? quia ſeruis nõ licebat cum ingenuis audire philoſophos, neque vllos alios ingenuarum artiũ magiſtros publicè profitenteis. quæ igitur Dauus à Criſpino diſcere non potuit, ab eius ianitore item ſeruo didicit. Pares autem cum paribus, vetere prouerbio, &c.

Te coniux aliena] ex contentione, & comparatione oſtẽdit Danus, dominum ſuum ſe eſſe deteriorem, & grauius peccare.

Crvce dignivs?] grauius? vtrius peccatum cruce dignius eſt?

Acris natvra] id eſt, naturalis cupiditas, vehemens. φυσικὴ ἐπιθυμία ἰσχυρά.

Svb clara lvcerna] Mart. libr. 11. *ludere teſte lucerna*.

Excepit] excipere, præter illam, quam ſuprà notauimus, ſignificationẽ, valet etiam idem ferè, quod *recipere*, & id, quod extrinſecus venit, aut obiectum eſt, capere: vt *verba loquentis excipere, excipere ſanguinem patera, excipere tela, excipere pericula*. nonnulli libri tamen manuſcript. habent, *accepit*.

Tvrgentis] tumentis. ſuprà ſat. 2. lib. 1. *tument tibi cùm inguina*. fortaſſe verbo Latino *turgere* reſpondet Græcum ὀργᾶν, quo ſæpe vtitur Ariſtoteles pro verbo ἐπιθυμεῖν, & ἐφίεσθαι, cuiuſcunque rei ſit cupiditas: vt problem. τμημ. δ. διὰ τί οὐ δεῖ μὴ ὀργῶντα οὔτε ἀφροδισιάζειν, οὔτε ἐμεῖν, οὔτε πταρνύσθαι, οὔτε φῦσαν ἀφιέναι; id eſt, quamobrem non oportet eum, qui minimè turgeat, neque Veneri operam dare, neque vomere, neque ſternutare, neque flatum emittere? caudam autem ſalacem intellige, vt ſat. 2. lib. 1. *teſtes caudámque ſalacem Demeteret ferrum*.

Clvnibvs avt agitavit] aut me ſuccumbentem agitauit, tanquam equo inſidẽs. genus eſt Veneris. Mart. lib. 2. *Hectoreo quoties ſederat vxor equo*. Ouid. de arte amandi libr. 3. *Parua vehatur equo. quòd erat longiſſima numquam Thebais Hectoreo nupta reſedit equo*. infrà ead. ſatyr. *Non habitu, mutáve loco, peccáve ſuperne*.

Dimittit, &c.] me miſſum facit incolumi fama.

Meiat eodem] cum eadem rem habeat. Catull. *Qui ipſe ſui patrui minxerit in gremium*. Horat. ſuprà ſatyr. 2. lib. 1. *Hunc perminxerunt calones*. Perſius. *Patritia immeiat vulua*.

Tv, cvm proiect. insignib.] tu, cùm poſita equitis Rom. aut iudicis perſona: proiectis ornamentis equeſtribus, poſito anguſto clauo, quo vtebantur equites, ab Auguſto allecti in iudicum numerum, poſito annulo, ſumis cultum, ac veſtitum ſeruilem: non is es, cuius habitum, & ſimilitudinem geris? Non ſunt autem hęc ita accipienda, quaſi Horatius ſignificet, ſe equitem Romanum: ſed eò dicuntur tantùm, vt intelligamus, pleróſq; dominos ſeruis ſuis eſſe deteriores, & nequiores, vtpote, qui turpiſſimis cupiditatibus, & libidinibus ſeruientes, multa ſe indigna, ſuæque perſonæ indecora perpetiantur, ac perferant. hæc igitur verba pertinent ad omneis dominos, nobileis & honeſtos.

Proiectis insignibvs, &c.] poſitis & abiectis ornamentis equeſtribus, poſita perſona, poſitóque veſtitu iudicis.

Annvlo eqvestri] Plinius libr. 33. cap. 1. *Annuli diſtinxere alterum ordinem à plebe, vt*

A *ſemel cœperant eſſe celebres, ſicut tunica ab annulis ſenatum tantum, &c.*

Prodis ex tvd. dama.] ſumis veſtitum ſeruilem, ne ab alijs agnoſcaris, poſito iudicis habitu, ac veſtitu, prodis ſeruus ex eo, qui eras, nempe ex iudice, & equite. hoc tempore etiam equites iudicabant.

Odoratvm] odore aliquo imbutum: vt Od. 11. lib. 2. *& roſa Canos odorati capillos*.

Lacerna] lacerna, pallium fimbriatum, quo olim ſoli milites vtebantur.

Indvceris] intromitteris in ædeis mulieris.

Altercante libid.] hinc te impellit libido ad flagitium: illinc reuocat pœnæ

B metus. Ita pugnat metus cum cupiditate, & libidine.

Qvid refert vri virgis] quid intereſt (inquit) vtrùm eas obligatus pacto gladiatorio, quod erat huiuſmodi, *vri flammis, ſecari virgis, ferro necari*: an turpi clauſus in arca, in quam te demiſit ancilla contractum, genibus caput tangas? id eſt, quid intereſt inter gladiatorem, & adulterum? Sic hunc locum Acro explicat, & rectè.

Ferróqve necari,] quidam legunt, *ferróque ſecari*: quod non placet. nam *ſecari* virgis, quod eſt, vri, & cruciari virgis, cõnenit: *ſecari ferro*, non item, ſed *necari*.

C Avctoratvs] obnoxius, obligatus nempe mercede accepta. auctorati dicuntur milites poſteaquàm iurarunt in verba imperatoris. exauctorati, vbi militiæ ſacramento ſunt liberati. ſed propriè dicuntur auctorati gladiatores, qui mercedem acceperunt, vt depugnent in ludo, & vt vrantur flammis, virgis ſecentur, ferro necentur. hæc enim lex fuit gladiatoria, vt notat Acro. C. Aſinius Pollio libr. 10. epiſtol. *ob Fadium quendam militem Pompeianum, quia, cùm depreſſus in ludum bis gratis depugnaſſet, auctorari ſeſe nolebat, & ad populum confugerat, primum Gallos equites immiſit, &c. Merces ipſa* (inquit M. Tull. Offic. 1.) *in mercenarijs auctoramentum eſt ſeruitutis*. Quid igitur réfert (inquit) vtrùm tanquàm quidam gladiator, eas quò velit is, qui te auctorauit, & conduxit, tu, inquam, pa-

D ratus vri flammis, ferróque necari: an clauſus in arca ita contracto ſis corpore, vt genibus caput tangas?

Contractvm] te contractum, propter arcæ anguſtias. caue coniungas participium *contractum* cum voce *caput*.

Qvò te demisit] in quam te ancilla contractum demiſit, fortaſſe propter ſubitum domini ſui aduentum.

Conscia] ancilla, vt ſuprà ſat. 2. lib. 1. *miſeram ſe conſcia clamet*.

Genibvs tang. cap.] participium *contractum* non eſt coniungendum cum voce *caput*, quæ ſequitur, vt diximus, ſed cum prouocabulo *te*, quod antecedit, hoc modo: & quidem altius repetamus, totúmque hunc locum explanemus.

nemus. quid réfert (inquit) quòd ad miſeriam & turpitudinem attinet, vtrùm quis eat in ludū, depugnare, vri flammis, virgis ſecari, ferro necari accepta mercede obligatus, an in arca incluſus ab ancilla conſcia corpore contracto, genibus tāgat caput? proinde quaſi dicat, vtrobique manifeſta ineſt turpitudo: ſed maiòr in homine libero, qui libidinis cauſa, tanto in periculo, tantáq; in miſeria verſatur. libri Rain. Card. & Iann. & Turneſian. aliquantum ab aliis diſcrepant. ſic enim in illis ſcriptum eſt, *Contractum, vt genibus tangas caput*. quam ſcripturam olim non ſum ſecutus, quòd exiſtimarem particulam *vt* adiectam eſſe ab aliquo, qui non videret verbum *tangas* pendêre à ſuperioribus illis *an turpi clauſus, &c.* Et mea quidem ſententia ſine hac particula hic totus locus legi poteſt. Verumtamen cùm videā, plureis libros veteres eam habere, peccaturū non arbitror, qui eos ſequatur: vt ſit hic ordo verborum & repetatur ἀπὸ κοινοῦ verbum *eas*, hoc modo: *an turpi clauſus in arca eas, Quò te demiſit*, &c. ita, inquam, clauſus, vt *genibus tangas caput*.

Estne marito matronæ peccantis, &c] Lege Iulia de adulteriis, marito adulterum quidem cum vxore deprehenſum occidere licet: non tamen quemlibet, ſed eum, qui leno fuerit, quíve artem ludicram fecerit, vel in ſcenam ſaltandi, cantandive cauſa prodierit: iudicióve publico damnatus, neque in integrum reſtitutus erit: quíve libertus eius mariti, vxoríſve, patris, matris, filij, filiæ vtrius eorum fuerit, quíve ſeruus erit: non autem vxorem. Eadem lex tamen patri vtriuſque occidendi poteſtatem permittit, filiæ, inquam, & adulteri.

Illa tamen se Non hab. m.] huius loci hæc mihi videtur eſſe ſententia, tu cùm libidinem tuam explere vis, in alienas ædeis non ſine periculo ingrederis, veſtitū mutas, ne à quoquam agnoſcaris: illa autem nulla conditione adduci poteſt, vt domum tuam veniat, neque vt habitum, cultúmque matronæ mutet, cùm te metuat, neque tibi credat.

Peccátve svparnè] id eſt, ſi eam velis tibi morem gerere, & obſequi à ſuperiore parte: ſi iubeas eam tibi incubare, aut inſidêre ſubiacenti, nulla conditione eſt factura: ita ſui iuris eſt, ita libera, & contumax. ſuprà ead. Sat. *aut agitauit equum laſciua ſupinum*. quidam putāt deſcribi αἰσχρουργίαν τὴν διὰ στόματος, καὶ τὸν λεσβιασμόν, ſeu fellationem: & ita declarant, *non peccat ſupernè*, id eſt, ore tibi non morigeratur. Alij *nō peccat ſupernè*, ſic explicant, non proiicit inſignia nobilitatis, vt tibi morem gerat: neque eius flagitiū in ſublimi eminet, propter dignitatem: ſed contrà vilis & contemta mulier eſt: neque quicquam de ſua dignitate deperdit, vt tu, qui proiectis inſignibus prodis ex iudice Dama. ſed hæc explicatio planè reiicienda eſt, vt ſuo auctore indigna, & pugnans cum Horatij verbis & ſenſu. Quidā legunt *peccátve ſupinè*.

Svb fvrcam] vt ſeruus. Donat. in Andr.

A *Furciferi dicebantur ſerui, qui ob leue delictum cogebantur à dominis, ignominiæ magis, quàm ſupplicij cauſa, circa vicinos furcam in collo ferre, ſubligatis ad eam manibus, &c.* Plutarch. Ρωμαϊκοῖς, Διὰ τί τοὺς ἀπεγνωσμένους ἐπὶ κλοπαῖς, ἢ δουλικοῖς τισὶν ἄλλοις ἁμαρτήμασι, φουρκιφέρους καλοῦσιν; ἢ καὶ τοῦτο τῆς τῶν παλαιῶν ἐπιμελείας τεκμήριον ἐστίν; ὁ γὰρ οἰκότριβος ἰδίου καταγνοὺς τινα μοχθηρίαν, ἐκέλευε διπλοῦν ξύλον, ὃ ταῖς ἁμάξαις ὑφιστᾶσιν, ἀράμενον διὰ τῆς συνοικίας, ἢ τῆς γειτνιάσεως διεξελθεῖν ὑπὸ πάντων ὁρώμενον, ὅπως ἀπιστοῖεν αὐτῷ καὶ φυλάττοιντο πρὸς τὸ λοιπόν. τὸ δὲ ξύλον ἡμεῖς μὲν στήριγμα, Ῥωμαῖοι δὲ φοῦρκαν ὀνομάζουσιν. διὸ καὶ φουρκίφερ ὁ τοῦτο περιενεγκὼν καλεῖται, id eſt. Quam-
B obrem eos ſeruos, qui in furando, aut ſimilibus aliis delictis ſeruilibus ſunt inſanabiles & deſperati, furciferos appellant? an etiam hoc antiquorum diligentiæ argumentum eſt? Nam qui ſeruum ſuum compertum habebat vitio aliquo eſſe affectum, iubebat lignum duplex, quod curribus ſupponunt, tollentem per viciniam tranſire in omnium oculis, vt ne ei fidem haberent, & vt ſibi ab eo cauerent in reliquum. lignum autem tale nos quidem ſterita, Romani autem furcam nominant. quare & furcifer qui hoc circumtulit, appellatur.

Prvdens] ſciens, vt Sat. 3. huius lib. *Cùm prudens ſcelus ob titulos admittis inanes, Stas animo?*

Dominóqve fvrenti] vel marito, vel
C amori, & libidini. ſed marito malo.

Credo, metves] ſcilicet tu metues, tuóque malo, & periculo doctus, cauebis. proinde quaſi dicat, non metues, imò verò cogitabis, quo tempore te iterum in periculum coniicias. *doctus*, periculo ſcilicet, aut malo accepto Heſiod. παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω: id eſt, malo accepto ſtultus cognouit.

Qvæ bellva, &c.] oſtendit, amanteis & libidinoſos belluis eſſe incautiores, & inconſideratiores, cùm hæ ferè numquam, poſteaquàm è laqueis effugerunt, iterum capiantur: illi autem vitato periculo, iterum, atque iterum in idem genus fraudis incurrant. notum eſt prouerbium, & refertur à Plutarcho, ἀλώπηξ διαφυγοῦσα
D πάγας, αὖθις οὐχ ἁλίσκεται, id eſt, vulpes, quæ tendiculas, aut laqueos effūgit, iterum non capitur.

Reddat] ſiue legas *reddit*, ſiue *reddet*, nihil réfert. & vtraque ſcriptura codicum manu ſcriptorum auctoritate nititur.

Non svm moechvs, ais] ſi dices, te non eſſe mœchum, licebit mihi quoque dicere, me non eſſe furem. nam quemadmodum ego me à furtis abſtineo, neque vaſa argentea tango metu pœnæ: ſic tu propter periculum ab vxoribus alienis te abſtines, non conſilio, aut ratione.

Sapiens] mihi ſapiens, vt Sat. 1. lib. 1. *Non vſquam prorepit, & illis vtitur ante Quæſitis ſapiens*: vel dic ſapiens, id eſt, cautus, conſideratus, cōſultus.

Euripid. Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός, id eſt, odi ſapientem, qui ſibi non ſapit.

Tolle periculum] ſi nullum ſit periculum, tum natura ad vitium procliuis, & præceps, ſeſe ad quoduis facinus audēdum effrenata profundet. ſignificat Horatius, aut nullos, aut pauciſſimos eſſe, qui iudicio ac voluntate à flagitio, & maleficio temperent. qua de re plura ad epiſt. ad Quinct. lib. 1.

Túne mihi dom. rerum imp. &c.] cùm tot tibi res, atque homines imperent, videlicet pecunia, libido, gloria, metus, viri potentiores, & locupletiores, túne te mihi dominū eſſe dicis?

Quem ter vindicta] vindicta dicebatur ea virga, qua prætor ſeruum liberabat. natum autem nomen eſt vel à ſeruo illo Vindicio, qui coniurationem adoleſcētum aduerſus populi R. libertatem, pateſecit: vel à vindicando, propterea, quòd vindicta ſeruus à prætore in priſtinam, & naturalem libertatem vindicabatur, vt docet Theophilus lib. 1. Inſtitutionum iuris ciuil. ſignificat porrò, duriorem, ac turpiorem eſſe libidinum, & cupiditatum ſeruitutem, quàm legitimam, & iuriſgentium. *ter, quatérque* autem, id eſt, ſæpius. Virgil. 1. Æneid. *O terque quatérq; beati.*

Nam, Sive vicarius est] ſeruorum alij erant ordinarij, alij vicarij. vicarius erat is, qui in alterius erat peculio, & pæne dicā, ſerui ſeruus. ordinarius, qui ſeruum habebat in peculio ſuo. Quamuis autem vicarius, eſſet ordinarij κτῆμα, id eſt, poſſeſſio, ordinarióque parēret: erat tamen eius conſeruus propterea, quòd ordinarij dominus, erat & vicarij dominus, & communis vtriuſque dominus: id eſt, vtrumque habebat in ſua poteſtate. Nam cùm ſeruus omnis ſit in alterius poteſtate: & vicarius, ſeruus ſit: is autem, qui in alterius poteſtate eſt, alterum in ſua habere non poſſit: efficitur, vt vicarius, eiuſdem domini, cuius & ordinarius, ſeruus ſit.

Atque Duceris, ut nerv. alien. m.] lignum neruis alienis mobile omnes ferè accipiūt turbinem, qui ſcutica torqueri, & impelli ſolet à pueris. quam ſententiam poſſem Tibulli tabulis confirmare lib. 1. eleg. 5. *Námque agor, vt per plana citus ſola verbere turbo, Quem celer aſſueta verſat ab arte puer.* & Virgilij Æneid. lib. 7. *Ceu quondam torto volitans ſub verbere turbo: Quem pueri magno in gyro vacua atria circum, Intenti ludo exercent: ille actus habena Curuatis fertur ſpatiis, &c.* ſed mihi magis placet, quod M. Antonius Muretus prior quidem annotauit, & protulit: ego. autem iampridem in aduerſariis meis habueram, per mobile lignum, &c. hoc loco ſignificari ab Horatio id, quod appellant Græci νευρόσπαστον. erant autem νευρόσπαστα, parua quædam animalium ſimulacra, quorum vel ſingula, vel vniuerſa membra certis neruis, aut fidiculis in hanc vel illam partem cum quadam venuſtate, & conuenientia ſua ſponte mouebantur. quæ etiam αὐτόματα & αὐτοκίνητα dicuntur à Græcis, quòd

A ſua ſponte moueātur. Qui huiuſmodi ſimulacra vulgo oſtentabant, νευροσπάσται dicebantur, vt intelligere licet ex Ariſtot. in libr. de mondo ad Alexandrum, ſi modò eſt Ariſtotelis. cuius hæc verba ſunt, καὶ οἱ νευροσπάσται μίαν μήρινθον ἐπισπασάμενοι ποιοῦσι καὶ αὐχένα κινεῖσθαι, καὶ χεῖρα τοῦ ζώου, καὶ ὦμον, καὶ ὀφθαλμὸν, ἔστι δ' ὅτε πάντα τὰ μέρη, μετά τινος εὐρυθμίας, id eſt, neuroſpaſtæ vna fidicula tracta faciunt, vt ceruix & manus, & humerus, & oculus animalis: interdum autem & omnes corporis partes cum quadam venuſtate, & moderatione moueantur. Vſurpat hanc vocem Herodotus Euterpe, ἀντὶ δὲ φαλλῶν ἄλλα σφί ἐστι ἐξευρημένα ὅσον τε πη-
B χυαῖα ἀγάλματα νευρόσπαστα, τὰ περιφορέουσι κατὰ κώμας αἱ γυναῖκες, id eſt, pro Phallis autē alia ſunt eis inuenta cubitalia ſimulacra, neruis tractis ſua ſponte mobilia, quæ circumferunt per vicos mulieres. hinc νευροσπαστεῖσθαι, neruis & fidiculis trahi ac moueri.

Quisnam igitur liber? &c.] hæc dicuntur ex ſententia Stoicorum.

Sibi quæ imper.] & qui ſibi, ſuiſque appetitionibus & affectibus imperat. al. *ſibiqui.*

Responsare] obſiſtere, vt epiſt. ad Mæcen. 1. lib. 1. *fortuna reſponſare.* & Sat. prox. *cenas reſponſat opimis. fortis reſponſare*, id eſt, fortis ad reſpōſandum, ſeu in reſponſando, vt alibi, & ſæpius admonuimus.

C Et in seipso totus teres, atque] id eſt, totus ex ſe aptus, & pendens: in ſe vniuerſus, non ſpectans foras, ſui ſimilis, æquabilis, perfectus, perpolitus, nihil habēs aſperum, nihil inæquale, nihil laciniosum. ductum à forma conglobata, in qua nihil externi hærere poteſt, propterea quòd tota in ſe collecta, & vndique læuis ac polita eſt. M. Tull. in orat. perf. aureis Atticorum teretes nominat, propterea quòd nihil ferre poſſunt inſolens, nihil putidum, nihil inelegans, nihil inuenuſtum. & in lib. de optimo gen. oratorum, ita loquitur, *qui teretes aureis habent, intelligénſque iudicium.* Iam rotunda figura, omneis alias figuras complectitur, eique formæ minimè noceri poteſt. ſignificat igitur, talem debere eſſe hominem verè liberum, & ſapientem,
D nempe ſe ipſo contentum, & omni ex parte aduerſus externas iniurias ſeptum ac munitū. apud eundem in oratore perf. *rotundum* valet idē, quod cultum, politum, perfectum. ſic enim ille, *Thucydides praeſ actor, nec ſatis, vt ita dicam, rotundus.* & in Bruto, *verborum copia, & quaſi rotunda conſtructio.* idem de natura deorum, *figura rotunda, nihil habens inciſum angulis, nihil eminens, nihil laciniosum:* ſeu, vt alij legunt, *lacunoſum.* ſic Plato in Phædro, ἐκεῖνο μόνον ἐπαινεθῆναι δεῖ τοῦ λόγου, ὅτι σαφῆ καὶ στρογγύλα καὶ ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν ὀνομάτων ἀποτετόρνευται. i. illa ſolùm ratione laudari debet oratio, quòd dilucida, & rotunda, & exquiſitè tornata ſunt ſingula nomina. & Ariſtot. libr. 2. rhetor. στρογγύλα τὸ διότι στρογγυλώτατα. Rotundum (inquit Nonius) *à rota dictum, vel rota à rotundo.*

A *rotundo. & eſt rotundum, collectum & per omnem circuitum ſine offenſione aſperi, aut anguli læue, &c.*

Externi neqvio valeat] nequid externum eum commoueat: vt is omnia externa contemnat, neque concupiſcat, neque pertimeſcat, cùm ſit animo ab omni perturbatione & cõcitatione vacuo, ac libero. talis deſcribitur vir bonus à Virgilio, ſi modò Virgilij ſunt verſus illi, *Securus, mundi inſtar habens, teres atque rotundus, Externa nequid labis per læuia ſidat.*

Morari] hærere, reſidere, abſolutè poſitum eſt.

Manca] debilis, fracta, ſine viribus. in quẽ nihil valet fortuna. ſic M. Tull. in epiſt. ad Pætum lib. 9. de fortuna. B *Quam exiſtimo leuem & imbecillam, ab animo firmo & graui, tanquam fluctum à ſaxo, frangi oportere.*

Foribúsqve repvlsvm] à foribus reiectum.

Eripe tvrpi Colla ivgo] tranſlatio à bubus, qui iugum ſubierunt. vide annotation. ad illum locum Odæ 33. lib. 1. *atque animos ſub iuga ahenea Sæuo mittere cum ioco.*

Vrget enim dom. m.] Dominus ſæuus, & immitis te premit, videlicet cupiditas, ſeu libido, vt paullò antè, *dominóque furenti Committes rem omnem.* quamquam illic per dominum videtur potiùs ſignificari vir matronæ, cum qua quis facit adulterium.

C Et acreis Svbiectat] tranſlatum ab equis, quos curſu iam defeſſos, equites interdum calcaribus fodere ſolent, &, velint, nolint, vt currant ſubigere.

Vel cùm Pavsiaca] alium domini ſui morbum commemorat, nempe immoderatum tabularum pictarum ſtudium: quòd item reprehendit M. Tull. parad. ὅτι οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, his verbis, *Aetionis tabula te ſtupidum detinet, aut ſignum aliquod Polycleti. omitto vnde ſuſtuleris, & quomodo habeas: intuentem te, admirantem, clamores tollentem cùm video, ſeruum te eſſe ineptiarum omnium iudico.* &c. Verr. de ſignis, *Venio nunc ad iſtius, quemadmodum ipſe appellat, ſtudium, vt amici eius, morbum, & inſaniam.* fuit autem Pauſias pictor inſignis, de quo Plin. lib. 21. cap. 2. & Varro de re ruſtica D lib. 3.

Qvî peccas minvs, atqve ego?] ſic habent ferè omnes libri manuſcr. & vulgati: niſi quòd in aliquot vulgatis interrogationis nota poſita eſt non poſt vocem *ego*, ſed quinto abhinc verſu poſt vocem *viri.* hunc autem locũ ſic omnes explicant. Quî peccatis minùs, quàm ego? ſed ea, quæ ſequuntur, videntur eſſe curta. deberent enim hæc ſubſequi. *Atqui cùm ego Fului Rutubaq́, Aut Placid. cont. popl. m. Pr. r. p. aut carb. v. ſi R. v. p. f. v. q́. m. A. viri, nequam, &c.* Itaque ſic aliquando legendum putaui, Quî peccas minus? *Atqui ego cum, &c.* Verumtamen nihil auſim mutare. ſubintelligendum igitur eſt. atqui, vt oratio currat hoc modo, *Atqui cùm ego, &c.* vel mutanda duntaxat interpũctionis nota eſt, & ſic legendum, *qui peccas minùs? atque ego cum, &c.* ſubintelligendúmque in his *qui peccas minùs,* quàm ego. *atq;* autem interpretandum, atqui. Nam ſæpe apud probatos ſcriptores Latinos *atque* valet atqui: quod ignorantes multi ſæpe apud M. Tull. fecerunt *atqui*, vbi erat *atque*. ſic igitur totus hic locus videtur legi debere. *Vel cù n Pauſiaca torp. inſ. tab. Qui pecc. minus?*] ſubintell. quàm ego?] deinde *atque ego cum Fului, Rutubaue Aut Placideiani contento poplite miror Prælia, rubr. picta, aut carb. velut ſi Re vera pugn. fer. vitent que mou. Arma viri, nequam, &c.*

Cùm Fvlvi, Rvt.] de Fuluio, & Rutuba equidem nihil me legiſſe fateor: ſed Placideianum, ſeu Pacidianum (nam ſic reperio ſcriptum in codicibus Ciceronianis excuſis) conſtat fuiſſe gladiatorem, & eum quidem præſtantiſſimum, ex Lucilij verſibus, quos profert Nonius Marcellus in declaratione verbi *compono* verſus ſunt hi, *Samnis, ſpurcus homo vita illa dignu' locóque, Cum Placidiano componitur? optimu' longe Poſt homines natos gladiator qui fuit vnus.* eundem commemorat M. Tull. lib. 3. epiſt. ad Qn. frat. his verbis, *non putaſſet ſibi Pompeius de illius ſalute, ſed de ſua dignitate mecum eſſe certamen: in vrbem introiuiſſet: ad inimicitias res veniſſet: cum Æſernino Samnite Placideianus comparatus viderer.* & de optimo gen. orat. *A me autem (vt cum maximis minima conferam) gladiatorum par nobiliſſimum inducitur. Æſchines, tanquam Æſerninus (vt ait Lucillius) non ſpurcus homo, ſed doctus & acer Cum Placideiano componitur, optimu' longè Poſt homines natos, &c. nihil enim illo oratore arbitror cogitari poſſe diuinius.* & Tuſcul. lib. 4. *An verò vir fortis, niſi ſtomachari cœperit, non poteſt fortis eſſe? gladiatorum id quidem eſt. quanquam in eis ipſis videmus ſæpe conſtantiam: colloquuntur, congrediuntur, aliquid poſtulant, vt magis placati, quàm irati eſſe videantur. ſed in illo genere ſit Placideianus aliquis hoc animo, vt narrat Lucilius, Occidam illum equidem, & vincam, ſi id quæritis, inquit. Verum illud credo fore: in os prius accipiam ipſe, Quàm gladium in ſtomacho, ſura, & pulmonibu' ſiſto. Odi hominem: iratus pugno: nec longiu' quicquã Nobis, quàm dextra gladium dum accommodet alter. Vſque adeò ſtudio, atque odio illius efferor ira.* De Placideiano igitur nemini dubium eſt, quin fuerit gladiator: De Fuluio autem & Rutuba, de quibus nihil exſtat, quod ſciã, nihil affirmare poſſum: hoc tantùm licet ſuſpicari, eos quoque fuiſſe gladiatores, propterea quòd cum Placideiano gladiatore numerentur. huius loci autem hæc ſententia eſt, cùm admireris tabulam aliquam à Pauſia pictam, quid eſt cur minùs peccare exiſtimandus ſis, quàm ego, cùm gladiatorum prœlia in pariete nimio, aut rubrica, aut carbone depicta erecto corpore contemplor?

Contento poplite] quidam hæc ad Dauum referunt, ita ſtudioſè & cupidè ſpectantem, vt poplites contendat: alij ad gladiatorum imagines contẽtis poplitibus pugnãtium. Acron vtrámque ſententiam complectitur, & proponit. Ego malo referri ad gladiatores pictos, vel ad

Placidianum tãtùm. Nam certè ita ſolent pugna- A re gladiatores, nempe altero poplite contento, altero leuiter inflexo. atque hanc ſeotentiam confirmat id quod ſequitur, *velut ſi Reuera pugnent, &c.* ſi quis tamen alteram malet, non pugnabo.

N e q v a m] paullò antè diximus, homioem nequam, homini frugi eſſe contrarium.

S v b t i l i s] ἀκριβὴς, ſubtilis, & limati iudicij. tranſlatio eſt à filo, ſeu tela ſubtiliter texta. epiſt. ad Auguſt. lib. 2. *Iudicium ſubtile videndis artibus.*

A v d i s] diceris, vt *rexque paterque Audiſti coràm.* epiſt. ad Mæceo. 2. lib. 1.

N i l e g o, s i d v c o r l i b o f.] ſi libi B nidore, ſeu vapore ducor, homo oihili ſum, vel homo nihili audio, vel, hominem nihili me dicis eſſe. Græci hominem nullius pretij, contemtiſſimum, oullius bonæ frugi, ignobilem, οὐδὲν, id eſt, nihil, nominant. τοῦτ' ἔστιν, οὐτιδανὸν, τοὺς οὐδὲν χρήσιμον, εὐτελῆ, δυσγενῆ, hoc eſt, nullius pretij, ad nullam rem vtilem, vilem, obſcuro genere, & humili loco natum. quid ſit libum, dicemus ad illum locum, *Vtque ſacerdotis fugitiuus liba recuſo.* epiſt. ad Fuſcum lib. 1. in lib. Don. Morell. vno Nicot. & Rullard. ſcriptum eſt. *Nil ſum ego.*

T i b i i n g e n s V i r t v s] Solent hæc legi enuntiando, & ſine interrogationis oota, hoc ſenſu, Tu autem tanta virtute, ac temperantia præditus es ſcilicet, vt cenas lautiores, & ſum- C tuoſiores contemnere queas. ironia eſt. ſentit enim planè contrarium eius, quod dicit, nempe herum ſuum tam imbecillum eſſe, & propè nullius virtutis, vt cenis opiparis facillimè capiatur, & vincatur. iam verò *cenis reſponſare opimis*, eadem ratione, & ſignificatiooe dictum, qua *reſponſare fortunæ*, epiſt. 1. lib. 1. & *Reſponſare cupidinibus*, ſuprà hac ead. Satyr. pro non cedere, non obſequi, ſed contemnere potiùs. ſignificat autē, non eam in illo ineſſe virtutem, & continentiam, & fortitudinem, & conſtantiam, vt cenas opiparas contemnere queat. Quòd ſi quis malet hæc legi ioterrogando, & ſine ironia, hoc modo, Quantumuis licet virtus tibi magna ſit, potéſne ea fretus cenas apparatas, & opiparas cootemnere? non improbabo. Licet etiam hoc modo D hunc locum explicare, & ſine ironia, ſi ducor libro fumante, nihili ſum, vel homo nihili audio. tu autem ingenti virtute præditus diceris, cùm cenis opimis reſponſas, ſeu cùm cenas opimas aſpernaris. quaſi ita dicat: non ſine ingenti & admirabili virtute cenas opimas reiicis: vel ita, cùm cenas opiparas reiicis, tum ingens tibi virtus adhibenda atque expromenda eſt. quod rarò euenit. nam plurimom, ſeu plerúmque vinceris à cenis ſumtuoſis, eáſque libenter, & cupidè ſequeris. qood cùm facis, non leuiùs peccas, vel non minùs nequam es, quàm ego, qui libi nidore ducor.

O b s e q v v m v e n t r i s, &c.] huius A loci hæc ſententia eſt, dices me maiore meo malo ventri obſequi, quàm te, quia, ſi quando eſcas aliquas lautiores ligurriero, ſcapulæ meæ operientur loris. at tu cùm cara, & ſumtuoſa obſonia conſectaris, num impunè ferre ſoles? minime verò. nam talem victum conſequitur cruditas, & infirma corporis valetudo. longè igitur grauiùs plecteris, quàm ego, qui vapolo.

C v r ?] cur grauiùs plector, cùm ventri morē geſſero, quàm tu? quaſi dicat, non eſt ita.

Q v i d ? t v i m p v n i t i o r, &c.] quid? (inquit Dauus) túne impunitior, id eſt, impuniùs, illa obſooia conſectaris, & concupiſcis, quæ magno conſtant? ſic autem edendum curaui cod. B veteres omneis ſecutus. vulgati enim ſic habent, *Qui tu impunitior, illa, Quæ paruo ſumi nequeunt cum obſon. capt.*

N e m p e i n a m a r e s c v n t] noo eſt ita (inquit Dauus) id eſt, non eſt tibi minùs impunita iſta victus intemperantia, ac luxuria, quàm mihi mea edacitas: non minoris tibi conſtaot cara iſta obſonia, cenæque ſumtuoſæ, quàm mihi mea auiditas, propterea, quòd oimia ciborum copia tibi ægrè concoquitur à ventriculo. ita naſcitur cruditas: ex qua totius corporis conſtitutio perturbatur. his ſimilia ſunt illa Sat. 2. huius lib. *Putet aper, rhombúſque recens, mala copia quando Ægrum ſollicitat ſtomachum.* ibid. *at ſimul aſſis miſcueris elixa, ſimul conchylia turdis, Dulcia ſe in bilem vertent, &c.*

I l l v s i q v e p e d. v i t. f e r r. &c.] C propterea quòd ventriculus cruditate laborans, ſuo munere probè fungi non poteſt. quo fit vt corpus non alatur, debilitentur pedes, & reliquæ corporis partes. Sic autem legendum, non *Illuſique.*

A n h i c p e c c a t, &c.] argumentum eſt à minore: Demus, puerum ſeruum, qui furtiua ſtrigili vuam emit, peccare: quanto grauiùs peccat is, qui prædia ſua vendit, eorúmque pretium io coëmenda obſonia, & in cenas ſumtuoſas apparandas inſumit, ac profundit? nauclerus quidam apud Menandrum (vt refert Athenæus lib. 4.) vota facit, vt qui agros, & prædia veodunt, & bona ſua comedunt, ſemper nauigent, oumquam terram tangant, vt ita ſentiant, quaſi bo- D no accepto non pepercerint. ſic Menander, Ὦ φιλτάτη γῆ μῆτερ, ὡς σεμνὸν σφόδρ' εἶ Τοῖς νοῦν ἔχουσι κτῆμα, πολλοῦ τ' ἄξιον. Ὡς δῆτ' ἐχρῆν, ὅστις πατρῴαν παραλαβὼν Γῆν καταφάγοι, πλεῖν τοῦτον διὰ τέλους, Καὶ μηδ' ἐπιβαίνειν γῆς, ἵν' οὕτως ᾔσθετο Οἷον παραλαβὼν ἀγαθὸν οὐκ ἐφείσατο. id eſt, ô cariſſima mater, terra: quàm magnifica es prudentibus poſſeſſio, & magni pretij. Quàm oportebat ſi quis agrum à patre relictum deuorauerit, eum perpetuò nauigare, & numquam terram tangere, neque io ea iter facere, vt hoc pacto tandem cognoſceret, quanto bono accepto, ei oon pepercerit.

Q v i p v e r v v a F v r t i v a m m v t.

S t r i-

STRIGILEM] ſic edendum cutaui, nouem libros manuſcr. ſecutus, vbi vulgati habebaut, *qui puer vuam Furtiua mutat ſtrigili.* minùs rectè. Ita enim loqui ſolet Horatius verbo *mutare*: vt Oda 29. lib. 1. *Socraticam & domum Mutare loricis Iberis*, id eſt, Socratica domo omiſſa, ſumere loricas Iberas, quod genus loquendi notauimus ad Odam 16. eiuſd. lib. ibi, *nunc ego mitibus Mutare quæro triſtia.* Sic igitur hunc locum explico, puer, qui ſub noctem data ſtrigili furtiua vuam accipit. [Priſcianus tamen lib. 7. legit vt vulgò, *qui puer vuam Furtiua mutat ſtrigili.*]

NIL SERV. GVL. P. H.] nil ſeruile habet, cùm gulæ paret, ac ſeruit? quaſi dicat, plurimum.

ADDE, QVOD IDEM] ſic Ariſtoteles de improbis ac vitioſis hominibus lib. nono de moribus ad Nicom. *Et vitioſi homines quærunt quibuſcum totos dies traducant: ſeipſos autem fugiunt. multa enim grauia & horrenda recordantur. & cum ſoli ſunt, talia exſpectant altera: cum aliis autem obliuiſcuntur: & cùm ſit nihil in eis amabile, nullo erga ſe amoris affectu commouentur.* verba Græca ſunt hæc, ζητοῦσί τε οἱ μοχθηροὶ μεθ᾽ ὧν συνημερεύσουσιν· ἑαυτοὺς δὲ φεύγουσιν. ἀναμιμνήσκονται γὰρ πολλῶν καὶ δυσχερῶν· καὶ τοιαῦθ᾽ ἕτερα ἐλπίζουσι καθ᾽ ἑαυτοὺς ὄντες· μεθ᾽ ἑτέρων δ᾽ ὄντες ἐπιλανθάνονται· οὐδὲν δὲ φιλητὸν ἔχοντες, οὐδὲν φιλικὸν πάσχουσι πρὸς ἑαυτούς. Sic Lucret. lib. 3. *Hoc ſe quiſque modo fugit: at quod ſcilicet, vt fit, Effugere haud potis eſt, ingratis hæret, & angit, Propterea morbi quia cauſam non tenet æger.* vide ſuprà Od. 16. lib. 2. *patriæ quis exſul Se quoque fugit.*

NON OTIA RECTÈ PONERE] nulla in re ſeria, atque honeſta otium tuum ponere potes. [Non eſſe autem cuiuſuis hominis, neque cuiuſlibet ciuitatis otium rectè ponere, & bene otiari, oſtendit Ariſtoteles lib. 1. Polit. Et hac de re exſtant Ennij verſus elegantes apud Aull. Gell. lib. 19. cap. 10.]

TÈQVE IPSVM VITAS FVG. ET] tu te ipſum fugis, vt ſerui improbi ſolent à domino fugere, & huc, & illuc errare. ſeruos errones diſtinguunt Iuriſconſulti à fugitiuis, quòd hi ita fugiunt à dominis, vt non habeant in animo ad eos vnquam reuerti: errones eo conſilio fugiũt, vt aliquando reuertantur. ſed hoc loco Horatius hanc diſtinctionem non ſeruat: vtitúrque his nominibus tranſlatè, hoc modo: tu te ipſum, vt fugitiuus, & erro, vitas: ſeruorum erronum, & fugitiuorum inſtar, qui dominum reliquerũt, te ipſum fugis. ſecutus ſum autem ſcripturam librorum manuſcriptorum Donati, Facini, 2. Vaticanorum, Torneſij. nam excuſi omnes, quos quidem viderim, habent *fugitiuus vt erro.* quam ſcripturam ſi quis probabit, ſic explicabo, Te ipſum vitas, vt erro fugitiuus, id eſt, vt ſeruus erro, qui fugit à Domino: vel te ipſum vitas, fugiens à te, vt erro: vel teipſum vitas, vt ſeruus fugitiuus errabundus. quod ſi placebit, idem ferè valebit hoc loco fugitiuus, quod fugax, aut fu-

A gere ſolitus, quemadmodum Terent. in Heautont. *argentum fugitiuum*: & Varro lib. 1. de ling. Lat. *obliuionem fugitiuam* appellat. ego tamẽ priorem ſcripturam magis probo.

FALLERE] leuare, lenire, βουκολεῖν. vt Virg. Æneid. 4. *ſi fallere poſſit amorem.*

NAM COMES ATRA PR. SEQ. F.] ſic Od. 16. lib. 2. *quid terras alio calentes Sole mutamus? patriæ quis exſul Se quoque fugit?* & epiſtol. ad Villic. lib. 1. *Stultus vterque locum immeritum cauſatur inique: In culpa eſt animus, qui ſe non effugit vnquam.*

VNDE MIHI LAPIDEM?] loquitur Horatius, ſerui oratione nimis libera offenſus. ſignificat autem, ſua vitia neminem libenter audi- B re. *Vnde mihi lapidem*, ſubint. ſumam?

AVT VERSVS FACIT] ſignificat, verſuũ faciendorum ſtudium, inſaniæ eſſe proximum atque ad inſaniam propemodum hominem adigere, vt ſuprà Sat. 3. huius libri, *Adde poëmata nunc, hoc eſt, oleum adde camino, Quæ ſi quis ſanus fecit, ſanus facis & tu.*

ACCEDES OPERA AGRO] mittam te in agrum Sabinum, vt nonus accedas ad ſeruos octo operarios, qui in opere ruſtico faciendo verſantur. ſic Plaut. Moſtell. *Cis hercle paucas tempeſtates, Tranio Augebis ruri numero genus ferratile.*

TVRNEBVS.

C EX lib. 18. cap. 27. Mediocritatem frugalitatis laudaſſe videtur in ſeruo Horatius cùm ſcripſit, *-- amicum*

Mancipium domino, & frugi quod ſit ſatis, hoc eſt, vt vitale putes: proinde quaſi frugalitas nimia & attentio acrior ad rem diligentiáque noceat. & quamuis, qui nequam & diſſoluti ſunt, perditi profligatique ſint, neque vita digni, quos ne ſalus quidem ipſa ſeruare poſſe videatur, cum contrà viuere videantur & vitales eſſe qui ſunt frugi & attenti: tamẽ nimia auiditate & auaritia & nimia parſimonia exitium ſæpe acerbum accerſitur. Seneca eodem ſenſu lib. 5. Epiſtolarum ſcribit, epi. 39. *magni animi magna contemnere, ac mediocria malle quàm nimia. Illa n. vtilia vitaliáque ſunt, at hæc* D *eo quo ſuperfluunt nocent.* quæ verba multum lucis adferunt Horatio niſi fallor. Simile eſt illud Lactantij libr. 6. *Vnum eſt enim ſapientis & iuſti & vitalis viri opus, diuitias ſuas in ſola iuſtitia collocare.*

Ex lib. 13. cap. 17. Cùm ſcribit Horatius,

Iam mæchus Romæ, iam mallet doctus Athenis

Viuere, ſi ſileam quod in Arenoſo ſitúque pleno legi libro piaculare videatur, *iam mallet doctor Athenis*: vt eum dicat tam inconſtantem incertúmque ſententiæ fuiſſe, vt modò mœchari, modò docere vellet. equidem *doctus* illud non moueo loco, puto tamen mihi fraudi nõ futurum, quod aliud quiddam me reperiſſe dixerim. *Vertumnis* autem legendum arbitror, non *Vertumnis*, vt Portunnus, Saturnus, Neptunus dicitur.

In eodem Sermone ſcriptum eſt diſertè *-- ac prior ille*: non vt publicatum eſt, *ille*: nec mehercule inepro ſenſu, quòd dicetur illi anteponendus. hoc etiam monentis tantùm, non ſtatuentis more dico.

Cæterùm cùm ait, *Ne quicquam cæno cupiens euellere Plantam*, ad prouerbium Græcum adluſit, ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχεις: quod eſt, extra lutum pedes habes, de his, qui aliunde ſe expedierunt, & è moleſtia euaſerunt.

Ex lib. 2. cap. 20. In Apocolocynthoſi à Seneca luditur, *Et proximo munere inter nouos auctoratos ferula vapulare placet*. In quo ambigitur à noſtris literatis, qui ſint auctorati. Quòd ſi in eorum tanquam ſenatulo dicendæ ſententiæ mihi ius eſt, eos exiſtimo, qui ſuam ad gladium operam mercede locarant, & qui ſe ludo gladiatorio ad depugnandum mercede addixerant: quod & à veteribus Grammaticis in Horatium ſcriptum eſſe recordor, vt Helenio, Acrone & Porphyrione, qui tradunt eos, qui ſe vendunt ludo auctoratos appellari, quæ quidem ſignificatio belliſſimè conuenit Senecæ loco. Nam & auctoramentum merces eſt, apud Paterculum poſterio. volumine, *In ea iugulati ciuis Reip. conſtitueretur auctoramentum*, id eſt, conſtitueretur merces, & præmium ei, qui proſcriptum trucidaret. Iterum ibidem, *auctoramentóque funebri ad conſeruatoris quondam Reip. tantique Coſ. irritando necem*. Hic auctoramentum funebre propoſitum præmium funeſtum ſignificat ei, qui Ciceronem iugularet: & Auctorare pro præmium mercedémque ſibi quærere idem vſurpauit, vt de Perpenna Sertorij interfectore: *Romaniſque certam victoriam, partibus ſuis excidium, ſibi turpiſſimam mortem peſſimo auctorauit facinore*, id eſt, mortem veluti mercedem ſibi quæſiuit & arceſſiuit vt debitam. Auctorati quoque dicuntur milites & exauctorati, illi ſacramento militiæ & ſtipendio obligati, hi tanquam ære diruti & ſacramento ſoluti. Quin & auctoramentum etiā in artibus mercenariis & opificiis obligatio quædam eſt, interpoſita mercede contracta. Inquit enim Tullius, 1. Offic. *Merces ipſa in mercenariis auctoramentum eſt ſeruitutis* His ita explanatis, quod in Horatio ſalebroſum eſt, & interpunctionibus librariorum tenebroſum, æquatum ad planitiem reddetur & diſtinctione commoda internotatum lucem accipiet. Nam ſic vulgo diſtingunt.

Quid refert vri virgis ferróque necari?
Auctoratus eas, an turpi clauſus in arca,
Quo te demiſit peccati conſcia herilis.
Contractum genibus tangas caput?

Ego ſic interpuncta collocanda contendo,

Quid refert vri virgis ferróque necari
Auctoratus eas? Hoc ſenſu, quid refert vtrum te ludo gladiatorio obligaris & vendideris hac lege, vt ius ſit te virgis cædere & ferro interficere? Conſtitui enim ſic debet, *auctoratus eas vri*. Etiam Grammatici veteres poſt *vri* diſtinxiſſe videntur, & coniunxiſſe duo ſequentia, *virgis ferróque necari*. Legem enim gladiatoriam & cautionem fuiſſe referunt, vt vrerentur, virgis ſecarentur, ferro necarentur. Hunc Horatij locum adſcripſi, vt ſenſum elegantem incuria ſcripturæ conturbatum atque confuſum digererem atque ordinarem. Concipitur & apud Petronium Iuriſiurandi formula, huic, quam Grammatici narrant, perſimilis, & ad Horatianam legem compoſita, quæ & gladiatorium ſacramentum quale fuerit, oſtendit. *In verba Eumolpi ſacramentum iurauimus vri, vinciri, verberari ferróque necari, & quicquid aliud Eumolpus iuſſiſſet, tamquam legitimi gladiatores domino corpora animóſque religioſiſſimè addicimus.* Scribendum tamen potius in Petronio videtur, *virgis ferróque necari*.

Ex lib. 14. cap. 1. *Vri virgis ferróque necari.* vide quæ adnotata ſunt ſuper in Od. 4. Epod. ad locum

Ibericis peruſte funibus latus.

Ex lib. 2. cap. 18. In varios trahitur ſenſus ab hominibus eruditis, quod ab Horatio ſcribitur,

Non habitu mutátve loco, peccátve ſupernè. Nam illud peccare ſupernè in varias deducitur interpretationes: quæ fortaſſe & vna creſcent, ſi quis noſtram fortè aliquo in numero habere dignabitur. Hic ergo peccare ſupernè dicitur, qui quòd inſignis aut nobilis, aut dignitate præditus eſt, in ſublimi eminet, vt proinde eius flagitia nullo modo latere poſſint, cùm in ſpecula quadam conſtitutus alta & ardua, vt è ſuperiore loco, ita ex ea peccet, vt eius probra omnibus pateant. Nam de eo loquitur, qui proiectis inſignibus & annulo equeſtri & toga, è iudice ſelecto, dum libidini lacernatus ſeruit, ſe abiicit infra liberrinos damas. Mulieris autem vt vulgaris aut libertinæ, aut plebeiæ & vilis, minus notū eſt & peruulgatum opprobrium.

In eodem ſermone verbum Græcum elegantiſſima circuitione expreſſum animaduertiſſe videor,

Duceris vt neruis alienis mobile lignum. id enim Græci dicunt νευροσπαστεῖσθαι. vt inquit, fidiculis neuroſpaſta mouentur, ſic tua libidine, vt neruia aut fidicula traheris. Verbum autem illud Græcum in ea re frequenter vſurpatur à Philoſophis, præſertim Stoïcis. Antonius Imperator de vita ſua, ὅτι κρεῖττόν τι καὶ δαιμονιώτερον ἔχεις ἐν σαυτῷ τῶν τὰ πάθη ποιούντων, καὶ καθάπαξ τῶν νευροσπαστούντων σε. & Simplicius in Epictetum. ὅταν μὲν ἑαυτὴν ἐνδῷ τοῖς σώμασι, καὶ τοῖς ἀλόγοις καὶ τοῖς σωματικοῖς κινήμασι, καὶ αὐτὴ νευροσπαστεῖται καὶ ὠθεῖται. Quid quod *-- in ſeipſo totus teres atque rotundus*, eſt totus in ſe conuerſus & ex ſe pendens, non è fortuna, nec foras ſpectans & vergens? nam figura rotunda in ſe tota collecta eſt, nihilque in ea angulis eminet quod fortunæ & iniuriæ ſit obnoxium, & in quo quicquam externū hærere poſſit, in læui & conglobata connexitate.

Ex lib. 8.

Ex lib. 5. cap. 13. In verſibus Lucillianis, quos adhibet Cicero, de opt. gene. oratorum, parú emendatum mihi viderur, quod ſic legitur. *Cum Pacideiano hic componitur*: vetus puto & incorruptius *Cum Placideiano* vel Horatio auctore, qui de eodem gladiatore agens ſcribit,

Aut Placideiani contento poplite miror
Prælia rubrica picta aut carbone. quamquam ſi ſola adductus coniectura ſic corrigerem, à me faceret ſyllaba, quæ in Pacidiano producta eſt, in Placideiano breuis & verſui accommodata.

ARGVMENTVM. SAT. 8.

Fundanium inducit deſcribentem cenam Naſidieni, & quidem ita vt multa ſint, quæ riſum ipſi audienti mouere poſſint. Præſertim verò putidam lautitiarum oſtentationem, atque adeò lautitias minimè lautas, ſiue luxum lautitiis & omni gratia carentem, Horatius ſub Fundanij perſona irridere videtur.

*VT Naſidieni iuuit te cena * beati?*
Nam mihi quærenti conuiuam, dictus here illic
De medio potare die. ſic, vt mihi numquam
C *In vita fuerit melius. * da, ſi graue non eſt,*
Quæ prima iratum ventrem placauerit eſca.
In primis Lucanus aper, leni fuit Auſtro
*Captus, vt aiebat * cenæ pater. acria circùm*
Rapula, lactucæ, radices, qualia laſſum
Peruellunt ſtomachum, ſiſer, alec, fæcula Coa.
His vbi ſublatis, puer altè cinctus, acernam
Gauſape purpureo menſam perterſit: & alter
Sublēgit, quodcumque iacēret inutile, quódque
Poſſet cenanteis offendere: vt Attica virgo,
Cum ſacris Cereris, procedit fuſcus Hydaſpes
A *Cæcuba vina ferens, Alcon Chium * maris expers.*
Hic herus, Albanum Mæcenas, ſiue Falernum
Te magis appoſitis delectat: habemus vtrumque.
** Diuitias miſeras. ſed queis cenantibus vnà*
Funndani, pulchrè fuerit tibi, noſſe laboro.
B ** Summus ego, & prope me Viſcus Turinus, & infrà,*
Si memini, Varius. cum Seruilio Balatrone
Vibidius: quos Mæcenas adduxerat vmbras:
Nomentanus erat ſuper ipſum, Porcius infrà,
** Ridiculus totas * ſimul obſorbere placentas.*
C *Nomentanus * ad hoc, qui, ſi quid fortè lateret,*
Indice monſtraret digito. Nam cetera turba,
Nos, inquam, cenamus aueis, conchylia piſceis,
Longè diſſimilem noto celantia ſuccum:
*Vt vel continuò patuit, cùm * paſceris, atque*
Inguſtata mihi porrexerat ilia rhombi.
Poſt hoc me docuit melimela rubere minorem
D *Ad lunam delecta. quid hoc interſit, ab ipſo*
Audieris melius. tum Vibidius Balatroni.
Nos, niſi damnosè bibimus, moriemur inulti.
Et calices poſcit maiores. vertere pallor
*Tum * parochi faciem nil ſic metuentis, vt acreis*
Potores: vel, quòd maledicunt liberiùs: vel,

Feruida quòd ſubtile exſurdant vina palatum.
**Jnuertunt Alliphanis vinaria tota*
Vibidius, Balatróque, ſecutis omnibus imis.
Conuiuæ lecti nihilum nocuere lagenis.
Affertur ſquillas inter muræna natanteis
Jn patina, porrecta. ſub hoc herus, hæc grauida, inquit,
Capta eſt, deterior poſt partum carne, futura.
His miſtum ius eſt oleo, quod prima Venafri
*Preſſit cælla, garo de ſuccis *piſcis Iberi,*
Vino quinquenni, verùm citra mare nato,
Dum coquitur: cocto Chium ſic cónuenit, vt non
Hoc magis vllum aliud: pipere albo, non ſine aceto,
Quod Methymnæam vitio mutauerat vuam,
Erucas virideis, inulas ego primus amaras
Monſtraui incoquere: illutos Curtillus echinos,
Vt melius muria, quam teſta marina remittit.
Intereà ſuſpenſa graueis aulæa ruinas
In patinam fecere, trahentia pulueris atri,
Quantum non Aquilo Campanis excitat agris.
Nos maius veriti, poſteaquàm nihil eſſe pericli
*Senſimus, erigimur. Rufus *poſito capite, vt ſi*
*Filius immaturus obiſſet. flere. * quis eſſet*
Finis, ni ſapiens ſic Nomentanus amicum
A **Tolleret? heu Fortuna, quis eſt crudelior in nos*
Te Deus? vt ſemper gaudes illudere rebus
Humanis! Varius mappa compeſcere riſum
Vix poterat. Balatro ſuſpendens omnia naſo,
Hæc eſt condicio viuendi, aiebat: eóque
Reſponſura tuo numquam eſt par fama labori
B *Téne, vt ego accipiar lautè, torquerier omni*
Sollicitudine diſtrictum? ne panis aduſtus,
Ne malè conditum ius apponatur? vt omnes
Præcincti rectè pueri, comtiq; miniſtrent?
Adde hos præterea caſus: aulæa ruant ſi,
Vt modò: ſi patinam pede lapſus frangat agaſo.
Sed conuiuatoris, vti ducis, ingenium res
C *Aduerſæ nudare ſolent, celare ſecundæ.*
Naſidienus ad hæc: tibi dij, quæcumque preceris,
Commoda dent: ita vir bonus es, conuiuáque comis.
Et ſoleas poſcit. tum in lecto quoque videres
Stridere ſecreta diuiſos aure ſuſurros.
** Nullos his mallem ludos ſpectaſſe: ſed illa*
** Redde age, quæ deinceps riſiſti. Vibidius dum*
D *Quærit de pueris, num ſit quoque fracta lagena,*
Quòd ſibi poſcenti non dentur pocula: dúmque
*Ridetur *fictis rerum Balatrone ſecundo:*
Naſidiene redis mutatæ frontis, vt arte
*Emendaturus *fortunam. deinde ſecuti*
MaZonomo pueri magno diſcerpta ferentes
Membra gruis ſparſi ſale multo, non ſine farre:

Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi,
Et léporum auulſos, vt multo ſuauiùs, armos,
Quàm ſi cum lumbis quis edit. tum pectore aduſto
Vidimus & merulas poni, & ſine clune palumbes,
* *Suaueis res, ſi non cauſas narraret earum, &*
Naturas dominus: quem nos ſic fugimus vlti,
Vt nihil omninò guſtaremus: velut illis
* *Canidia afflaſſet peior ſerpentibus Afris.*

Vt Nasidieni ivvit.] Si hæc ſcriptura, vera eſt, in nomine *Naſidiens* tertia, & quarta ſyllaba contrahuntur, in vnam, videlicet i, & e, quod ſæpe aliàs fieri ſolere ſuprà oſtendimus. præterea ſecunda eiuſdem nominis ſyllaba hîc producitur, cùm infrà corripiatur ibi, *Naſidienus ad hæc*: & ibi, *Naſidiene redis*. verùm ego incidi in duos libros manuſcriptos Romæ, in quibus ſic legitur. *Naſidiens qui iuuit te cena beati?* Quin etiam hîc in Gallia in tribus item manuſcript. eandem ſcripturam reperi. Vnde ſuſpicari poſſit aliquis, eam non eſſe reiiciendam. ſed quia & Priſcianus lib. 17. priorem, ac receptam ſcripturam agnoſcit, & ceteri omnes libri veteres comprobant, hanc de poſſeſſione deiiciendam eſſe non putaui. Notat autem Acro, Naſidienum equitem Rom. cetera elegantem, in commemorandis & prædicandis ſuis lautitiis fuiſſe putidū. Videtur tamen hic Naſidienus, non ſatis liberalis, neque elegans fuiſſe, vt ſuis locis indicabimus. Deſcribitur hîc fortaſſe Saluidienus ille Rufus, quem commemorat Suetonius in Auguſto, his verbis. *Neque enim temerè ex omni numero in amicitia eius afflicti reperientur, præter Saluidienum Rufum: quem ad conſulatum vſque, & Cornelium Gallum, quem ad præfecturam Ægypti ex infima vtrumque fortuna prouexerat. Quorum alterum, &c. alteri* (Saluidieno) *ob ingratum & maleuolum animum domo & prouinciis ſuis interdixit.*

Beati] ὀλβίοι, μάκαρος, vt apud Homer. ἰλ. Λ. Ογμον ἐλαύνωσιν ἀνδρὸς μάκαρος κατ᾽ ἄρουραν, Πυρῶν, ἢ κριθῶν, &c. diuitis copioſi. vt Od. 7. li. 3. *Thyna merce beatum.* & epiſt. ad Loll. 2. lib. 1. *beatus enim iam Cum pulchris tunicis, &c.* & epiſt. 2. eiuſd. lib. quæ eſt 1. ad Loll. *Quæritur argentum, puerisque beata creandis Uxor.*

Dictvs here illic] dictus es mihi heri illic apud Naſidienum à meridie potare. *he-*

A *re pro heri*, notat Priſcil. libr. 15. & hunc locum profert. quamquam in aliquot libr. veteribus ſcriptum eſt *heri*.

Sic vt mihi nvmq.] ſic me iuuit, vt numquam iucundius vixerim: vt numquam libentius cenarim: vt numquam liberalius acceptus fuerim. ſic locutus eſt ſuprà ſat. 2. huius li. *bene erat non piſcibus vrbe petitis, &c.*

Da] dic. vt Virg. in Tityro. *Sed tamen, iſte Deus qui ſit, da Tityre nobis.*

Qvæ prima irat. ventr. plac.] ſuprà ſat. 2. *cum ſale panis Latrantem ſtomachum bene leniet.* Vlyſſes apud Alcinoum ait vêtre nihil eſſe impudentius, qui etiam in luctu, ac mærore, ſui meminiſſe iubeat. ſic Hom. ὀδ. η. Ἀλλ᾽ ἐμὲ μὲν
B δορπῆσαι ἐάσατε κηδόμενόν περ. Οὐ γάρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο Ἔπλετο, ἥτ᾽ ἐκέλευσεν ἕο μνήσασθαι ἀνάγκῃ, Καὶ μάλα τειρόμενον. id eſt, ſed me cenare ſinitote, quamuis mærentem. Non enim quicquam aliud ventre improbius eſt: qui iubet, ſui meminiſſe neceſſariò etiam eum, qui malis conficitur, ac vexatur.

Avstro] Auſtro leniter flante carnes efficiuntur teneriores. Νότος γὰρ σήπει. ait Ariſtoteles quodam loco, id eſt, Auſter enim putrefacit.

Cenæ pater] cenæ pater, conuiuator, parochus in hac ſaty. idem valent.

Qvalia lass. pervell. st.] cuiuſmo-
C di res ſtomachum languentem, ac nauſeantem laceſſunt, ac prouocant. adhibebantur enim illa ἀναστομώσεως χάριν, vt ſuprà oſtendimus ex Athenæo, commẽt. ſat. 4.

Siser] genus eſt paſtinacæ, *quæ mulſo in cibis temperata etiam in gratiam vertitur*, inquit Plin. lib. 19. Soſipater autem libr. 1. inſtitut. grammat. *Siſer*, inquit, ἄγριον σέλινον, id eſt, agreſte apium.

Alec] genus liquaminis eſſe diximus ſuprà ſat. 4.

Fæcvla coa] ex vino Coo: genus condimenti.

Altè cinctvs] εὔζωνος, expeditus ad miniſtrandum. ſup. ſat. 6. *veluti ſuccinctus curſitat hoſpes.* vel, vel, vt ego malo, cultu minimè mol-
D li, habitu ipſo pudicitiam præ ſe ferens, ſtrenuus virilis.

Acernam] ex acere arbore factam. acernas menſas etiam fuiſſe in pretio, quamuis citreis inferiores, declarat diſtichum illud Martialis libro 14. *Non ſum criſpa quidem, nec ſilua filia Maura: Sed norunt lautas & mea ligna dapes.*

Gavsape pvrpvreo] Priſc. libro ſeptimo, eo capite, vbi docet in ſextis caſibus nominum neutrorum tertiæ declinationis in e. reperiri e. & i. hunc verſum profert. ſic & Lucillius. *Purpureo terſit tunc latas gauſape menſas.* Varro. *Clauditur Oceano, Lybico mare, flumine Nilo.* Lucretius libro 1. *E mare primùm homines, è terra poſſet oriri Squammigerum ge-*

diuitem! quam ſententiam magis probat Muretus (A); & mihi quoq; probabilior eſt, vt intelligamus, ab Horatio vrbaoè Naſidienum derideri, qui cùm babeat Falernum, & Albanum, vina laudatiſſima, & fortaſſe appoſitis meliora, non apponat tamen. Diuitiæ autem miſeræ ſunt eius, qui eis non vtitur. Sic *Areil I Sollicitas opes* dixit Sat. 6. eiuſd. lib.

Seo qveis cenantibvs vnà] id eſt, ſed quibus aliis conuiuis vnà cenantibus libenter, & iucundè cenaris, liberalitérque acceptus ſis, ſcire peruelim.

Pvlchrè fverit tibi] benè fuerit tibi, iucundè vixeris. vide ſup. annot. ad ſaty. a. huius lib. *benè erat non piſcibus vrbe petitis.*

Svmmvs ego] i. in eſt, ſummo lecto, & (B) tamen medius ioter Viſcum Turinum & Varium.

Cvm Servilio Bala.] Balatro & Vibidius erant in imo lecto: & inter eos medius cubabat Naſidienus conuiuator.

Qvos Mæcenas addvx. vmbr.] vmbræ appellantur, vt dicemus ad epiſt. ad Torq. lib. i. conuiuæ oon vocati illi quidem à conuiuatore: verùm tamen eũ, qui vocatus eſt, ſecoti. ſed quæri poteſt quos dicat Fundauius vmbras fuiſſe Mæcenatis, Balatronémoe & Vibidium: an Nomentanum, & Porcium: ao hos omneis? ſi Balatronem & Vibidium, prouocabulum *quos* referetur ad ea, quæ antecedunt; ſi Nomentanum & Porcium, hic erit ordo verborum, & Nomenta- (C) nus erat ſupra ipſum Mæcenatem, Porcius infrà, quos quidem Mæcenas ſeeum adduxerat nõ inuitatos à Naſidieno: & ita Aldus Manutius. Si hos omneis, mira erit verborum implicatio. Puto autem hîc treis lectos fuiſſe: in ſummo lecto Fũdanium medium, Viſcum Turinum ſuperiorẽ Varium inferiorem accubuiſſe: in imo Balatronem, Vibidium, Naſidienum conuiuatorem: in ſecundo, ſeu medio, Mæceoatem medium, Nomentum ſuprà, Porcium infrà diſcubuiſſe. media inter lectos erat menſa. Et credibile eſt, lectum, in quo Mæceoas medius accumbebat, ſecundũ fuiſſe. Nam vt medius in lecto accumbeotium locus erat honoratior, ſic & ſecũdus lectus. quod & Seruius admonet ad illum Virg. locum, *mediámque locauit*: (D) vbi hæc profert ex Salluſtio: *Igitur diſcubuere, Sertorius inferior in medio: ſuper eum Fabius Hiſpanienſis ſenator ex proſcriptis: in ſummo Antonius, & infrà ſcriba Sertorij Verſius, & alter ſcriba Mæcenas ſuprà: in imo medius inter Tarquinium & Ouium* [al. *Denatium*] *Perperna.* Erant ſcilicet (vt etiam diſpoſitionem huius triclinij: & ordinem conuiuatim accumbentium declarem ἐν παρόδῳ) hîc quoq; tres lecti. In medio lecto duo accumbebant duntaxat, Sartorius, & T. Fabius Hiſpanienſis ſeoator. Sartorius in medio lecto accũbebat infra Fabium. & ita ille ſecundus erat Fabio. In ſummo lecto tres erant conuiuæ: medius cubabat Antonius: ſuprà eum ſcriba Mæcenas, infrà Verſius. in imo tres quoq; cõuiuæ: Perperna medius. ſuprà Tarquinius, infrà Denatius, ſeu Ouius. Conſtat autem, Caſſium Nomentanum fuiſſe luxurioſum, & perditum nepotem: de quo ſuprà ſat. 8. lib. 1. & alibi. Nomentanus igitur erat ſupra Mæcenatem, Porcius infrà. Mæcenas igitur medius: & præterea in medio lecto. atque ita in loco accumbebat honoratiſſimo.

Svper ipsvm] ſic habent libri veteres, non ſuprà: quod malim tamen. & ita loquitur M. Tull. epiſt. ad Papirium Pætum lib. 9. *& quidem ſupra me Atticus, infrà Verrius familiares tui.* omnioò ego ſuſpicor ab Horatio ſcriptum eſſe ſuprà, vel certè ſuper', id eſt, ſupera, ſeu ſupra, docent tamen nobiles grammatici, veteres vſurpaſſe *ſuper* & *ſupera.* pro *ſupra* quemadmodum vſurpauit Salluſtius in ſuperiore illo exemplo à nobis modò relato.

Ridicvlvs totas] Porcius in eo ridiculus, quòd totas vno hauſtu placeotas abſorbebat, quaſi nimis liquidas libri aliquot veteres, in his Vatic. vnus, & Torn. habent *obſorbere.* quam ſcripturam probo: vt *obligurrire* apud Terent.

Nomentanvs ad hoc] Nomentanus ad hoc fuerat à Naſidieno vocatus, vel à Mæcenate ductus, vt ſi quid eſſet obſonij lautioris, quod aliis obſcurum, atque incognitum eſſet, digito indicaret. vel, vt alij explicant, in eo erat ridiculus, vt ſi quid ineſſet in cibis inſipidũ, aut illorum, aut vulgare, digito indicaret. erat enim hic Nomentanus, inſiguis obſooiorum artifex, iudex, & helluo.

Nam cetera tvrba] nam nos harum deliciarum rudes, & imperiti, comedimus aueis, conchylia, &c.

Longè dissimilem noto] quæ omnia ſuccum continebant nobis iocognitum, longæque ei ſucco diſſimilem, qui vulgo eſt notus.

Paseris] piſcis plani: qui à rhombo, hoc tantùm differt, quòd rhombo ſitus corporis dexter reſupinatus eſt: paſſeri læuus. Plin. lib. 9.

Atqve Ingvst.] aliquot libri manuſcr. habent, *cum paſſeris aſſi, & Inguſt.*

Porrexerat] ſic reperi ſcriptum in trib. cod. Var. & Iann. & Ruſſard. & Cleric. nam vulgati habent, *porrexerit.*

Melimela] μελίμηλα, mâla mellei ſaporis.

Damnosè] plurimum. nam damno conuiuatoris ſupra modum bibunt conuiuæ.

Moriemvr invlti] iocus: quaſi ita dicat. par eſt nos Naſidieno, qui oos inuitauit, támque ineleganter. & illiberaliter accepit, hanc gratiam referre, vt plurimum bibamus, quod niſi faciemus, Naſidienus nos impune cibis tam vilibus, & vulgaribus, & illotis pauerit. vel dic iocum in eo conſiſtere, quòd oratio eorum, qui in ancipiti, & aduerſo prœlio, quamplurimis hoſtibus interfectis, mori decreuerunt, ad certamen poculorum transfertur. Virgil. Æn. 2. *numquam*

omnes hodie moriemur inulti. ego illud mâlo.

Et calices poscit] ſic efferunt Græci, αἰτεῖ μείζοις. ſubaudi κύλικας. vide annot. ad Od. 9. epod. *poſcit* autem habet cod. vnus Vatica. Rain. Card. Torn. quos ſecutus ſum. alij, *poſcunt*. Apud M. Tullium poſcere pro inuitare vſurpatum eſt. lib. 4. accuſ. *fit ſermo inter eos, & inuitatio, vt Græco more biberetur: hoſpes hortatur. poſcũt maioribus poculis.*

Vertere pallor] tum cœpit Naſidienus pallere.

Parochi] conuiuatoris, qui cenam præbebat. aliàs parochum appellant παρὰ τὸ παρέχειν, eum, qui ſalem, acetum, oleum, ligna, & ſimilia præbet legatis, aut magiſtratibus, vt diximus ſup. ad ſat. 4. li. 1. M. Tull. epiſt. ad Att. li. 13. epiſt. 1. *Omnino eum Sextius noſter, parochus publicus, occupauit, quod quidem facilè potuit. Veruntamen, quòd mihi magno beneficio meo magna cũ fratribus illius neceſſitudo eſt, inuito eum per litteras, vt apud me deuerſetur.*

Acreis] qui largiter, & ſupra modum bibunt. vt ſat. 2. huius lib. *acria pocula.*

Exsurdant] hebetant, obtundunt. tralatio eſt ab aurium ſenſu ad guſtatum. palato enim iudicantur ſapores.

Invertunt Allifanis, &c.] i. vini cados inuertentes, totos exhauriunt poculis Allifanis. alij per vinaria lagenas ſignificari, volunt, quod magis probo. M. Tull. orat. pro Plancio. *totus ille tractus celeberrimus Venefranus, Allifanus.* iam illud *inuertunt vinaria*, dictum, vt vertere cados, Od. 29. libr. 3. *Non antè verſo lene merum cado.* Vertebantur enim cadi, & ſimilia vaſa vinaria, cùm vinum ex iis promebatur: & cùm exhauriebantur, ita inuertebantur, vt os terram tangeret, vt docet Acro, ſiue quis alius nomine Acronius.

Imis] qui accumbebant in imis lectis, ſeu in infimis lectorum partibus, vt epiſt. ad Loll. a. lib. 1. *imi Deriſor lecti.* ſeu infimi loci, atque ordinis hominibus.

Convivæ lecti] conuiuæ honoratiores, qui ſummi & medij accumbebant, videlicet Mæcenas, Viſcus Turinus, Varius, ego Fundanius.

Squillas] ſupra ſat. 4. *Toſtis marcentẽ ſquillis recreabis, &c. Potorem.*

Natanteis] in iure, quod iamiam deſcriber.

Porrecta] muræna procera, in patina expoſita: elixa ſcilicet, & patinaria. participium *porrecta* declarat murænæ magnitudinem, ac proceritatem. ſic ſup. ſat. 2. huius libr. *Porrectum magno magnũ ſpectare catino Vellem, ait Harpyiis gula, &c.*

Hæc gravida (inquit)] ſi verum eſt, quod de muræna traditum eſt, eam cum ſerpente commiſceri, cibus eſt non tã ſuauis, quàm periculoſus. Oppianus quidẽ lib. 1. ἁλιευτ. hãc vulgatam de muræna opinionem non prætermiſit. ſic enim ſcribit, Ἀμφὶ δὲ μυραίνης φάτις ἔρ-
A χεται οὐκ ἀΐδηλος, Ὡς μὲν ὄφις γαμέει τε, καὶ ἐξ ἁλὸς ἔρχεται αὐτὴ Πρόφρων ἱμείρουσα παρ' ἱμείροντι γάμοιο, &c. id eſt, de muræna fama dimanat non obſcura, ſerpentem cum ea cõmiſceri, & eam ipſam ex mari prodire libenter & cupidè, & ad ſerpentem accedere coniunctionis cupiditate affectam.

Sub hoc] cùm allata eſſet muræna, atque appoſita. *ſub hoc*, id eſt, hoc ipſo tempore: vel circiter hoc tempus.

Deterior carne] deteriore carne futura, ſi poſt partum capta eſſet.

His mistum ius est] ex his, quæ ſequuntur, temperatum eſt: ex his conſtat, nempe ex oleo Venafrano, garo optimo, vino quin-
B quenni Italico, & Chio, pipere albo, aceto Methymnæo. Hæc muræna, elixa erat, & icircò in ius immerſa, & in patina porrecta. ſuprà ſatyra 4. eod. libr. *Nec ſatis eſt cara piſceis auertere menſa Ignarum quibus eſt ius aptius, & quibus aſſis Languidus in cubitum ſeſe conuiua reponat.*

Oleo, quod prima Ven. P.] oleo totius Venafrani tractus præſtantiſſimo: vel potiùs eo oleo, quod primùm ex oliuis Venafranis manauit verius, quàm expreſſum eſt: quod noſtro ſermone parentem, ſeu matrem guttam appellamus. oleum Venafranum in primis laudabatur: vt ſup. ſaty. 4. *inſuper addes, Preſſa Venafranæ quod baca remiſit oliuæ.* Martialis lib. 13. *Hoc tibi Campani ſudauit baca Venafri. Vnguentum quoties ſumis, &*
C *iſtud olet.*

Piscis Iberi] id eſt, ſcombri. Laudatiſſimum fuiſſe garum, quòd ex ſcombris maceratis, ac liquefactis eſſet confectum, ſuprà notauimus: quod item teſtatur Strabo lib. tertio. cuius verba refert Athenæus lib. 3. δειπνοσοφ. Στράβων δ' ἐν τρίτῳ γεωγραφικῶν πρὸς ταῖς Ἡρακλείοις φησὶ νήσοις κατὰ Καρχηδόνα τὴν καινὴν πόλιν εἶναι Σεξιτανίαν, ἐξ ἧς καὶ τὰ ταρίχη ἐπωνύμως λέγεσθαι· καὶ ἄλλην σκομβροαγρίαν ἀπὸ τῶν ἁλισκομένων σκόμβρων· ἐξ ὧν τὸ ἄριστον σκευάζεσθαι γάρον, id eſt, *Strabo autem lib. 3. Geograph. ait, ad Herculis inſulas circa Karthaginem nouam, vrbẽ eſſe Sexitaniam: ex qua ſalſamenta quadam quaſi gentili*
D *nomine appellari. & aliam ſcombrorum prædam, à ſcombris, qui eo loco capiantur: ex quibus optimum garum confici.*

Citra mare nato] Italico. ſignificat, vinum Italicum quinquenne adhibitum eſſe in hoc iure coquendo: ſed eidem iam cocto vinum Chium eſſe infuſum. Verùm ſi legamus *cocta*, hic erit ſenſus: in muræna coquenda vinum Italicum adhibitum eſſe, ſed ei iam coctę, vinum Chium.

Dum coquitur] ius: vel muræna, ſi legamus *cocta*.

Cocto] iuri cocto vinum Chium eſt aptiſſimum, ſed quidam libri calamo exarati habent *cocta*, videlicet murænæ.

Ac. Quod Mathym.] aceto, ex vino Leſbio corrupto.

Eru-

Ervcas viridеis invlas ego pr.] Sic omnes quidem habent libri, præter vnum & alterũ, in quibus eſt, *inuláſque ego primus amaras, &c.* Sed ego olim hunc locum in omnibus libris deprauatum eſſe putabam; & duarum litterarum dumtaxat, in duabus vocibus, immutatione emendandũ arbitrabar, & pro eo, quod vulgo legitur, *inulas ego Primus amaras*, ego *inulis ego primus amaris*, reſtituendum curarã, coniecturam meam nonnullis viris doctiſſ. approbantibus: vt horum verborum, atq; adeò huius totius loci hic ordo, hæcq; ſententia eſſet. Ego primus omniũ monſtraui, hoc eſt, docui incoquere inulis amaris erucas virideis, vt melius, quod Græci dicunt, ὡς ἄμεινόν τι, id eſt, tanquã melius quiddã ea muria, quã teſta marina, nẽpe echinus, remittit. B Curtillus autẽ monſtrauit incoquere illotos, ſeu illutos echinos inulis. hæc igitur verba, *illutos Curtillus echinos*, includenda eſſent interpoſitionis nota. Iã hoc loquendi genus, *erucas inulis incoquere*, cùm ſit aliis Latinis vſitatum, tum Horatio. Virgil. Georg. 4. *Huius odorato radices incoque Baccho.* Horat. Od. 3. epod. *Num viperinus his cruor incoctus herbis me fefellit?* Nũc autem mihi videtur antiqua ſcriptura, à qua non diſcrepat vulgata, retinenda, vt intelligamus, erucas virideis, & inulas amaras incoqui iuri illi, quod deſcriptum eſt: & *erucas virideis, inulas amaras* poſitum eſſe ἀσυνδέτως. Quod autẽ ad hoc attinet, *vt melius*, tale eſt illud, quod eſt in hac eadem ſat. *Et leporũ auulſos, vt multo ſuauius, armos*, id eſt, vt rem multo ſuauiorẽ: vel, vt multo ſuauius quiddam. C Echinum piſcem porrò diximus eſſe ex genere teſtaceorum, ad illum locum, *Horret capillis, vt marinus aſperis Echinus*, Od. 5. epod. Quod autem in nõnullis libris veteribus, vt in duobus Vatic. & in Iann. ſcriptum eſt, *Erucas virideis, inuláſque ego prim. am. &c.* hanc ſcripturam ideò non ſequor: quia fit mihi veriſimile copulationem *que* ab aliquo ſemidocto ſcripturæ receptę fuiſſe additam. Verumtamen iudicet lector eruditus.

Illvtos Cvrtillvs echinos] illutos, id eſt, non liquatos, non maceratos, non delutos, ἀτήκτους, non labefactos, non liquefactos, id eſt, echinos integros, non muriam ex eis factam. Interea svspensa graveis avlæa] quæ cameris tricliniorum ſubtendebatur, ſeu potius ſuſpandebantur, & ſuſpendebantur, vt ſi quid pulueris ſupernè caderet, exciperent. D *ſuſpanda* malim legi, à verbo *ſuſpando*, quàm *ſuſpenſa*, à *ſuſpendo*. Seruius ad illum Virgil. locum Æneid. 1. *aulæis iam ſe regina ſuperbis*, aulæa interpretatur vela picta: docetque, aulæa eſſe dicta quod primùm in aula Attali regis Aſiæ, qui populum Ro. ſcripſit heredẽ, inuenta ſunt. *ideò enim in domibus tendebantur* (inquit) *aulæa, vt imitatio tentoriorum fieret, ſub quibus bellantes ſemper habitauere maiores. Varro tamen dicit, vela ſolere ſuſpendi, ad excipiendum puluerem, quia tum vſus cameræ ignorabatur. Unde Horatius: Interea ſuſpenſa graueis aulæa ruinas, &c.*

A In patinam] in eam patinam, in qua inerat muræna illa porrecta, elixa, & patinaria.

Pvlveris atri, Qvantvm] tãtùm, ſubintellige. vt ſat. 3. huius lib. *Frumenti, quãtum metit Africa.* Sed dicere poſſit aliquis, hoc tricliniũ, in quo hi cõuiuæ cenabãt, nõ fuiſſe cameratũ, ſi vera ſunt, quæ modò retulimus ex Seruio & Varrone. cameræ enim nõ facilè puluerẽ colligebant. Iccirco in tricliniis cameratis non erat opus aulæis. At in hoc triclinio erant aulæa.

Maivs veriti] fortaſſe totius domus aut certè tabulati, aut tecti, aut cameræ, ſi hoc triclinium erat cameratum, ruinam.

Rvfvs] Naſidienus cõuiuator. cenæ pater.

Posito capite] demiſſo capite, & ita mæſtus. καταβαλὼν τὴν ὄψιν, ἢ τὴν κεφαλήν.

B Immatvrvs] ætate ad mortẽ immatura.

Flare] flebat: vel flere cœpit.

Sapiens] vel ſapiens in ea diſciplina, quæ ad obſoniorum apparatum, & ventris, gutturiſque voluptatem pertinet: vel *ſapiens*, cui palatum ſapiebat: vel quòd ſapientis eſſe velit, hilariter & iucundè viuere, vt Od. 11. lib. 1. *ſapias, vina liques, &c.*

Tolleret] in ſpem meliorem erigeret, demiſſum excitaret, mæſtum ſolaretur. ſup. enim dixerat, *Rufus poſito capite, vt ſi fil. imm. eliſſ. flere.*

Vt semper, &c.] quàm, ὡς. ſic ſup. ſat. 6. *vt tu Semper eris deriſor!*

Svspend. omnia naso] omnia deridens. ſup. ſat. 6. lib. 1 *naſo ſuſpendis adunco Ignotos.*

C Hæc est condicio viv.] hac condicione (inquit) nati ſumus, vt multis & variis caſibus expoſita ſit vita noſtra. ſermo diſſimulationis, & vrbanitatis plenus.

Tvo] alloquitur Naſidienum conuiuatorem.

Téne, vt ego] téne æquum eſt ſollicitari, & laborare, vt lautè accipiar? ne panis, &c. ſic Phorm. ille apud Terẽ. Phorm. *Tene aſymbolũ venire vnctum, atque lautum è balneis, Otioſum ab animo: cùm ille & cura, & ſumtu abſumitur, Dum tibi ſit, quod placeat? ille ringitur, vt tu rideas, Prior bibas, prior decumbas? cena dubia apponitur?* tale & illud loquendi genus eſt Od. 8. epod. *Rogare longo putidam ſeculo, &c.*

D Accipiar lavtè] ſic Virg. Æn. 3. *Illos porticibus rex accipiebat in amplis.*

Torqverier] cruciari, angi. vt epi. ad Loll. lib. 1. *Ludentis ſpeciem dabit, & torquebitur.*

Ne panis advstvs, &c.] hæc fortaſſe peccata fuerant à Naſidieno, quæ diſſimulanter & vrbanè reprehendit Balatro.

Vt omnes præc.] fortaſſe pueri Naſidieni, qui in hoc conuiuio miniſtrabant, erant minùs rectè præcincti, erant incomti, ineptique ad miniſtrandum.

Si patinam pede l. f.] ſi quis puer, ſeu miniſter non minus ineptus, aut abſurdus, quàm agaſo aliquis, offenſo pede patinã frangat. Naſidienum notat, qui taleis miniſtros haberet.

Digitized by Google

Sed convivatoris, &c.] id eſt, quẽadmodum imperatoris ingenium in rebus aduerſis perſpicitur, & elucet, in ſecundis obſcurũ eſt: ſic & conuiuatoris prudentiam declarat caſus aliquis aduerſus, qui in cõuiuio interuenerit. Non pugnat hoc cum eo, quod ſcribit Cæſar li. 7. de bell. Gall. *res aduerſas imperatorum auctoritatem minuere.*

Quæc. preceris] quæcumque optes: ὅσα εὔχοιο. Dij faxint, vt omnia tibi ex ſententia ſuccedant. omnia optata tibi à Diis contingant. ſic Plautus Aſin. *Dij tibi dent quæcumque optes.*

Comis] vrbanus, εὐτράπελος, facetus. ſat. 4. libr. 1. *Hic tibi comis, & vrbanus, liberque videtur.*

Et soleas posc.] ex hoc loco intelligere, & colligere licet, veteres illos Ro. ſoleis in triclinio vſos eſſe, non calceis. his enim vtebantur foris, & in publico. Vtebantur ſoleis & qui morbo impediti, vel alioqui minus firmi, minúſque rectè valentes, publico abſtinebant, & domi ſe continere propter morbum, & corporis infirmitaté cogebantur, ſic meretrix illa apud Plautum in Trucul. puerperam ſimulans, ſoleas poſcit. *Date ſoleas, atque me intro actutum ducite.* Deniq; vtebantur ſoleis in cubiculo & triclinio. Idcirco Verri obiicit M. Tull. libr. 5. accuſ. ſteriſſe eum ſoleatum in littore cũ pallio purpureo, &c. Præterea hinc etiam intelligimus, cõuiuas ſoleas ponere ſolitos eſſe antequàm accumberent.

In lecto qvoqve] ex hoc loco perſpicuum eſt, non omneis conuiuas in vno lecto accubuiſſe; ſed plureis lectos fuiſſe. *videres* autem videtur poſitum pro *audires*. audiuntur enim ſuſurri, non videntur.

Stridere] à verbo *ſtrido*. ſic Virg. Georg. 4. *Stridere apes vtero, & ruptis efferuere coſtis.* licebat (inquit) videre, ſeu audire conuiuas in ſingulis lectis conſuſurranteis. Secreta autem ante diuiſos ſuſurros dicit, quia non communiter inter ſe conſuſurrabant, ſed ſeparatim terni in ſingulis lectis: neq; collatis omnium capitibus, ſed pro numero lectorum ſeparatis.

Nvllos his mall. l. s.] Horatius loquitur. *his*, id eſt, quàm hos.

Redde] renuntia, refer. tralatio eſt. nã reddere, is propriè dicitur, cui datum eſt, vel qui eripuit, aut abſtulit.

Nvm sit qvoqve fracta lag.] num, quemadmodum aulæa corruerunt, ita etiam lagenæ fractæ ſint.

Ridetvr] dum ridetur à conuiuis: dum rident conuiuæ, & cachinnantur.

Fictis rervm] ob res confictas: rebus confictis: quia Naſidienus commendabat ſuas epulas, ſuáq. condimenta, quæ reuera non erant commendanda: quæque talia non erant, qualia mentiebatur. ſimilia ſunt illa, *abdita rerum, amara curarum, opaca domorum, &c.* quæ notauimus ad Od. 12. lib. 4.

Balatrone secvndo] id eſt, Balatrone approbante: ex ſententia Balatronis: fauente, & applaudente, ſeu adiuuante Balatrone. ſic ſuprà *rumore ſecundo*. lege annot. ad epiſto. ad Fuſcum Ariſt. lib. 1. M. Tull. ad Q. Frat. lib. 2. *Vatinium arbitratu noſtro concidimus, Dijs, hominibúſque applaudentibus.* vel die ſecundas quaſi parteis agẽte, vt quamuis eſſet magnus deriſor, hîc tamen ad alios in ridendo ſecundum locum obtineret, & ſecundarum partium eſſet.

Nasidiene redis mvt. fr.] ἀποστροφὴ ad Naſidienum. ſed hoc ſcorſit: Naſidienus mutatæ frontis redit, id eſt, Naſidienus hilarior & lætior redit.

Mazonomo.] genus lancis prægrande.

Sparsi] aſperſi, conſperſi, vt ſat. 4. huius li. B *Corycióque croco ſparſum ſtetit.*

Pingvib. et ficis past. iec. ans.] iecur ſaginatum, & auctum pinguibus ficis. Athẽ. lib. 9. ſcribit, tanto in pretio fuiſſe veteribus anſeris iecur, vt eſſent apud eos χηνοβοσκοί, id eſt, anſerum paſtores, qui anſeres ita alerent, vt eorum iecur mirificè augeretur: quod item tradit Plinius. Ego in Italia idem vidi factitari. ſed quo modo, aut qua arte id fieret, non admodũ quæſiui: niſi quòd audiebam, dulcia ad eam rẽ multum conferre. Itaque hodie in Gallia mulier quædam potens & ſumtuoſa gregem anſerum domi melle paſcit. Martialis lib. 13. *Aſpice quàm tumeat magno iecur anſere maius. Miratus dices: hoc rogo, creuit vbi?* C Iam pingueis ficus dixit, quia ficcis ſunt meliores.

Vt mvlto svav.] tamquam ſuauius quiddam. ſic ſat. 4. huius lib. *Fecundæ leporis ſapiẽs ſectabitur armos.* cod. Torneſ. & duo alij habent, *Et leporis vulſos.*

Edit] in duob. cod. Vat. Iannoct. Tor. Ruſſard. Nicot. legitur, *edit*, ab edim is, it, vt ſup. Od. 3. epod. *Edit cicutis allium nocentius.* ſic & Plaut. in Pœnulo, *Eſt domi, quod edimus.*

Vidimvs et mervlas poni] poni, id eſt, apponi: vt ſaty. 2. libr. 1. *poſitum ſic tangere nolit.*

Svaveis res] appoſitio eſt, vt gramm. appellant. *merulas & palumbes, ſuaueis res.* merulæ D illæ, & palumbes ſine clune (inquit) ſuaues res eſſent, niſi dominus ineptè, & loquaciter de earum naturis & cauſis diſſereret: vel niſi nobis narraret natum palumbium, ſeu palumborum naturas, & quamobrem clunes eis deeſſent. Sed quid ſignificat his verbis Horatius? verùm conuiuatorum quorumdam ineptias, inſcitiam, & ſtultitiam notat, qui ſingularum rerum, quæ apponuntur, naturas & cauſas nimis ſubtiliter, & odioſè commemorant? Ita fit interdum, vt, dum vel ingenium ſuum intempeſtiuè, atque ineptè oſtentant, vel imprudentes aliquid de cibis appoſitis proferunt, quod parum placeat: conuiuas ab edendo abſterreant? atque huc fortaſſe pertinet, quod ſcribit Plutarch. libro ſeptimo ſympoſ. καὶ περὶ οἴνων διαφορᾶς, καὶ μύρων ἐρωτᾷν, καὶ διαπυνθάνεσθαι, φορτικὸν κομιδῇ, καὶ

δῆ, ϗ νεόπλουτοι, id eſt, *& de vinorum, vnguentorumq́; differentia rogitare, & quærere, prugue, & ineptum, & hominis nuper diuitis factis proprium eſt.* an
clunes illæ iceirco detractæ erant palumbibus,
quòd putebant, cùm tamen partes eſſent omnium
ſuauiſſimæ naturâ: & ita carpitur inſcitia
conuiuatoris, qui palumbium parteis eas apponeret,
quæ minus lautæ eſſent: eas, quæ ſuauitate
præſtarent, apponi vetuiſſet, ſiue ſua voluntate,
ſiue ob eam cauſam, quam diximus?
an in clunibus illis vermeis exſtitiſſe dicemus,
quod Acroni placet: & ideò deſectas eſſe?

Cantoia affl.] Gratidiam, ſeu Canidiam
veneficam, quam, vt apparet, odio Vatiniano
perſequebatur, etiam hîc inſectatur, mordet,
& lacerat non mimico, aut ſatyrico, hoc
eſt, vrbano, ſed planè hoſtili, & Theonino
dente.

Prior serpentib. Afr.] hoc eò
pertinet, quòd quæ à ſerpentibus afflata ſunt,
quantumuis ſalutaria ſint licet, venenata, &
mortifera redduntur. Columella, *cauendúmque
ne à ſerpentibus afflentur, quarum odor tam peſtilens eſt,
vt interimat vniuerſos.* in quibuſdam codicibus manuſcript.
repeti ſcriptum *Atris* pro *Afris.* ego
nihil muto: quamquam atras viperas dixit Oda
4. lib. 3. *Vt tuto ab atris corpore viperis, &c.*

TVRNEBVS.

EX lib. 20. cap. 34. Vltima Satyra conuiuium
Naſidieni Rufi ab Horatio lepidè deſcribitur,
cum irriſione conuiuatoris oſtentatoris meri,
& mendaciter epulas commendantis malè
apparatas & rancidas pleráſque ac putidas. *Aper*,
igitur, *Lucanus* captus auſtro flante, caput, vt loquebantur,
cœnæ fuit, quo quidem Horatius
indicat fœtidum fuiſſe, vt & alio ait loco, lib. 2.
Sat. 2.

-- at vos
Præſentes auſtri coquite horum obſonia. Sed vitium
tamen à conuiuatore in laudem conuerſum fuiſſe,
qui meliores aptos eſſe auderet affirmare leni
auſtro captos. Acria autem appoſita ei erant
condimenta ad diſſimulandum vitium ſaporis,
appetitúmque excitandum. In iis fecula, quod
erat condimentum è fece vini factum acrimoniam
habens, φέκλη à Græcis medicis dicitur.

Ex lib. 15. cap. 23. *His vbi ſublatis puer altè cinctus
acernam Gauſape purpureo menſam perterſit*: id eſt
fortis & ſtrenuus ſeruus menſam terſit. &c. vide
ſup. in explanatione verſus,
*Hoc iter Ignaui diuiſimus, altius ac nos,
Præcinctis vnum.* Saty. 5. lib. 1.

Ex lib. 2. cap. 14. *-- vt Attica virgo
Cum ſacris Cereris, procedit fuſcus Hydaſpes.*
Explicatio huius verſus repetenda eſt ſuper Satyr.
3. lib. 1.

Ex lib. 20. cap. 34. Mox illudit velut ſacri cuiuſdam
cerimonias & pompam, cùm ita inferât
in triclinium miniſtri vinum in capitibus repoſi-

A tum, vt apud Atticos virgines canephoræ ſacra
Cereris gerebant. Iam Cecubum & Chium
mentitur Rufus, ac peruenuſtè ludit in poſteriore
Horatius, quòd maris expers ait ambigua
cauillatione. Nam cùm vino Græco miſceretur
marina, Chio non miſceretur, hinc negat admixtam,
ſimúlque negat mari aduectum, vt vernaculum
vinum, non Græcum. vino autem Chio
non ſolitum fuiſſe aquam miſceri; ex his Plauti
verbis intelligi poteſt, ita in Curgulione Sc. quo
te hoc noctis. ſcribentis,
Nomen eſt lenæ multibiba, atque merobiba.
*Pa. Quaſi tu lagenam dicas, vbi vinum ſolet Chium
eſſe.*

Ex lib. 11. cap 7. *Vbi vinum ſolet Chium eſſe* inquit
B Plautus, Iocatur ex eo quòd cum vino Græco
ferè aqua maris admixta eſſet, Chio tamen non
addebatur, ſed meracum erat: Horatius,
-- Alcon Chium maris expers.

Ex lib. 20. cap. 34. Nec ſatis Naſidienus ſe habere
in cella Albanum & falernum gloriatur inſolenter
moleſta conuiuis vanitate: puto autem
Mœcenatem ſediſſe medium inter vmbras ſuas
Balathronem & Vibidium: & in tertio lecto
medium ſediſſe conuiuatorem.
Igitur *-- ſuper ipſum.* eſt ſuper Naſidienum.
Ridiculus porro hoc erat *Porcius*, quod placentas
quaſdam cremoris aliquanto liquidioris ſolus
totas ſimul abſorberet *Nomentanus* autem hoc e-
C rat ridiculus quòd ſi quid in cibis eſſet vel vitioſi
vel vulgaris ſaporis, indicaret digito, cùm alij
conuiuæ tam ſapientis non eſſent palati. Proinde
inguſtata illi porrexit, quæ tam mali ſucci erant,
vt inguſtabilia eſſent. Ergo exclamat Vibidius,
Nos niſi damnosè bibimus, moriemur inulti. niſi, inquit,
detrimentum ciborum inſuauium & fœtidorũ
farciamus largo vini hauſtu, velut inulti ab hoc
conuiuatore & enecati peribimus cùm eius diſcos
attingere non poſſimus.

Cum autem ait, *-- exurdant vina palatum*, id
inquit, quod ſuo iudicio in apparitione epulatum
ſibi ſapere videretur Rufus, qui tamen malè
conditos vel mali ſucci cibos apponebat. me-
D tuebat igitur ne hebeſcens & exurdeſcens nimio
madida vino lingua ſubtilitatem ſaporum
& iucunditatem minus perciperet.
Vinaria autem lagenas intelligit cùm mox ſequatur,
Conuiuæ lecti nihilum nocuêre lagenis. Omnes enim
lagenas aliphanis calicib. qui fictiles & capaciores
erant, exhauſerant, vt nihil inde biberint
conuiuæ lecti, Fundanus, Viſcus, Mœcenas,
ſed vmbræ tantùm Balatbro & Vibidius, & Imus
primi lecti, & conuiuæ imi lecti porcius & Nomentanus.

Ex lib. 4. cap. 21. *De ſubito cadus verti poteſt*, inquit
Plautus, Sticho Sc. Agite, ite foras. quod
eſt exhauriri ſi tam magnis nos poculis ingurgitaremus,
vt apud Horatium,
Inuertunt Alliphanis vinaria tota, id eſt exhau-

tiunt, nam cadus, qui inanitur, inuertitur.

Ex lib. 16. cap. 11. *Quamuis de ſubito vel cadus verti poteſt.* valet, exhauriri, quæ enim exhauriuntur vertuntur, hinc verſus ille Lucillij

Vertitur Oenophoris fundus ſententia nobis.

& apud Horatium,

Inuertunt Aliphanis vinaria tota.

Ex lib. 20. cap. 34. In eo autem iure, in quo natabat muræna cum ſquillis, incoquuntur erucæ virides & inulæ amaræ Naſidieni magiſterio, vt Curtilli echini ad excitandum ſaporem, qui alias langueret: melius autem multo eſſe ait ei iuri incoquere erucas & inulas vel echinos, quàm illam muriam, quam reddunt remittúntque oſtrea quæ tamen vulgo admiſceri ſolebat.

Dehinc venuſtè narrat ruina aulæorum fractam fuiſſe patinam, & Vibidium de pueris quærere, num ſit quoque fracta lagena.

Ex lib. 24. cap. 17. *Et ſoleas poſcit.* vide ſuprà quæ adnotauimus ad locum epiſtolæ 13. lib. 1.

-- Soleas conuiua tribulis.

Ex lib. 30. cap. 38. Vide eadem epiſtola 13. lib. 1. quæ ad hunc faciunt locum.

Ex libr. 20. cap. 34. Illud autem, *Ridetur fictis rerum*, eſt, ridentur à conuiuis mendacia & figmenta Naſidieni, qui ſua iura & condimenta falſo laudabat, cùm ita vt loquebatur, parata nõ eſſent *-- Balathrone* autem, *ſecundo* dicit, quòd tã offusè cachinnarentur alij, vt Balathro magnus alias deriſor, & ſuſpendens omnia naſo, vt dixit primas non teneret, ſed in ridendo ſecundus eſſet.

Iam diſcerptam gruem apponere aſperſam ſale farrato, & nouum & ineptum eſt: ſubtraxerat autem quædam odoris grauitate nimium offenſura conuiuas. Iecur autem anſeris paſtificis erat in deliciis, quod ementitus eſt Rufus.

A Ex libr. 13. cap. 17. Merus oſtentator erat & mendax inſoléſque iactator Horatianus ille Naſidienus, qui cùm peſſimas adponeret epulas, eas tamen immodicè impenſéque laudibus efferebat. Is cùm iecur anſeris ficis paſti, quod συκωτὸν à Græcis, ficatum à Latinis vocatur, ſciret in deliciis haberi, quod adpoſuerat, vt aliorum delitias & lautitiam ſuperare videretur, mẽtiri eſt auſus non quibuſcumque vulgaribus ficis ſed pinguibus ſaginatum fuiſſe. Sic enim Flaccus ſcribit,

Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi. Fici enim pingues & pluris ſunt, & ſucci melioris & abundantioris de quibus apud Plinium eſt mentio lib. 23. cap. 7. his verbis, *Carcinomati, ſi ſine vlcere eſt,* B *quàm pinguiſſimam ficum imponi penè ſingulare remedium eſt.* Vulgares autem fici & caricæ, ſiccæ ſunt minoriſque precij. Siccatum meminit Plinius libr. 23. cap. 7. his verbis, *Siccæ fici ſtomachum lædunt.*

Ex lib. 20. cap. 34. Armileporum ſine lumbis & palumbes ſine clunibus putres eas partes indicant fuiſſe: Sed & merulæ aduſto pectore, quæ pars in eis opima eſt, & eſculenta, malè coctas eſcas arguunt. Iſta autem diſſimulabat Rufus, curque ita fierent, cauſificabatur. Sic conuiuæ nihil omninò guſtarunt cibi, velut malis venenis infecti.

Ex lib. 18. cap. 12. Illud Horatianum,

C *Canidia afflaſſet peior ſerpentibus Afris*, ex eo tractũ eſt, quòd quæ alioqui ſalutaria ſuo habitu afflauit ſerpens, venenata redduntur, vt fungi, quẽadmodum ſcribit Plinius, lib. cap. 22. & 23. Sed & ſolo afflatu ſerpentis interimuntur pulli. Columella, lib. 8. cap. 5. *Cauendúmque ne à ſerpentibus afflentur, quarum odor tam peſtilens eſt, vt interimat vniuerſos.*

Q. HORATII FLACCI EPISTOLARVM LIBER PRIMVS.

AD MÆCENATEM EPIST. I.

ARGVMENTVM.

Se ludicra ſua ſtudia miſſa facere dicit, & ea, quæ ad virtutem ducunt, amplecti: ſic tamen vt in nullius magiſtri verba iuret. Eiuſmodi autem eſſe hæc ſtudia, vt nemo ſit, qui non illis excoli poſſit, ſi modò patientem aurem commodet. Tandem prauum hominum iudicium, virtutem opibus & honoribus poſtponentium, & quæ corporis ſunt, non quæ ſunt animi, curantium, reprehendit.

*PRIMA dicte mihi, ſumma dicende camœna,
*Spectatum ſatis, & donatum iam * rude, quæris*
Mæcenas iterum antiquo me includere ludo.
Non eadem eſt ætas, non mens. Veianus, armis
Herculis ad poſtem fixis, latet abditus agro:
Ne populum extrema toties exoret arena.
Eſt, mihi purgatam crebrò qui perſonet aurem:
Solue ſeneſcentem maturè ſanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.
Nunc itaque & verſus, & cetera ludicra pono: A
Quid verum, atque decens, curo, & rogo, & omnis in hoc ſum.
** Condo & compono quæ mox depromere poſſim.*
Ac, ne fortè roges, quo me duce, quo Lare tuter:
Nullius addictus iurare in verba magiſtri, B
** Quò me cumque rapit tempeſtas, deferor hoſpes*
*Nunc agilis fio, & merſor * ciuilibus vndis,*
Virtutis veræ cuſtos, rigidúſque ſatelles:
Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor,
*Et * mihi res, non me rebus ſubiungere conor.*
Vt nox longa, quibus mentitur amica, diéſque
Longa videtur opus debentibus: vt piger annus
Pupillis, quos dura premit cuſtodia matrum:
Sic mihi tarda fluunt, ingratáque tempora, quæ ſpem,
Conſiliúmque morantur agendi nauiter id, quod (què:
Æquè pauperibus prodeſt, locupletibus æ-

Digitized by Google

Æquè neglectum, pueris, ſenibúſque nocebit.
** Reſtat, vt his ego me ipſe regam, ſolérque elementis.*
Non poſſis oculos quantum contendere Lynceus:
Non tamen iccirco contemnas lippus inungi:
Nec, quia deſperes inuicti membra Glyconis,
Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra.
Eſt quâdam prodire tenus, ſi non datur vltrà.
Feruet auaritia, miſeróque Cupidine pectus?
Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem
Poſſis, & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? ſunt certa piacula, quæ te
*Ter purè lecto poterunt * recreare libello.*
Inuidus, iracundus, iners, vinoſus, amator:
Nemo adeò ferus eſt, vt non miteſcere poſſit,
Si modò culturæ patientem commodet aurem.
Virtus eſt vitium fugere: & ſapientia prima,
Stultitia caruiſſe. vides, quæ maxima credis
*Eſſe mala, exiguum cenſum, turpémque * repulſam,*
Quanto deuites animi, capitíſque labore.
Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per igneis:
*Ne * cures ea, quæ ſtultè miraris, & optas.*
Diſcere, & audire, & meliori credere non vis?

A *Quis circum pagos, & circum compita pugnax*
Magna coronari contemnat Olympia, cui ſpes,
Cui ſit conditio dulcis ſine puluere palmæ?
Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum.
O ciues, ciues: quærenda pecunia primùm eſt,
B *Virtus poſt nummos. hæc * Ianus ſummus ab imo*
Prodocet: hæc recinunt iuuenes dictata, ſenéſque,
Læuo ſuſpenſi loculos, tabulámque lacerto.
** Si quadringentis ſex, ſeptem millia deſunt,*
Eſt animus tibi, ſunt mores, & lingua, fidéſque:
Plebs eris. at pueri ludentes, rex eris, aiunt,
C *Si rectè facies. hic murus aheneus eſto,*
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.
Roſcia, dic ſodes, melior lex, an puerorum eſt
Nænia, quæ regnum rectè facientibus offert.
Et maribus Curiis, & decantata Camillis?
*Iſne tibi melius ſuadet, * qui rem facias, rem*
D *Si poſſis rectè: ſi non, quocumque modo rem:*
Vt propius ſpectes lachrymoſa poëmata Puppi:
An, qui fortunæ te reſponſare ſuperbæ
Liberum, & erectum præſens hortatur, & optat?
Quòd ſi me populus Romanus fortè roget, cur
Non, vt porticibus, ſic iudiciis fruar iiſdem,

Nec

Nec ſequar, aut fugiam, quæ diligit ipſe, vel odit: A
Olim, quod vulpes ægroto cauta leoni
*Reſpondit, referam: * quia me veſtigia terrent,*
Omnia te aduerſum ſpectantia, nulla retrorſum.
** Bellua multorum es capitum. nam quid ſequar? aut quem?*
Pars hominum geſtit conducere publica, ſunt, qui B
** Fruſtis,& pomis viduas venentur auaras,*
** Excipiántque ſenes, quos in viuaria mittant.*
Multis occulto creſcit res fænore. verùm
** Eſto aliis alios rebus, ſtudiíſque teneri:*
Iidem eadem poſſuntne horam durare probantes?
Nullus in orbe ſinus Baiis prælucet amœnis,
Si dixit diues: lacus, & mare ſentit amorem C
Feſtinantis heri. cui ſi vitioſa libido
*Fecerit * auſpicium: cras ferramenta Teanum*
Tolletis fabri. lectus Genialis in aula eſt?*
Nil ait eſſe prius, melius nil cælibe vita.
Si non eſt: iurat bene ſolis eſſe maritis.
Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?
Quid pauper? ride. mutat cenacula, lectos, D
Balnea, tonſores: conducto nauigio æquè
*Nauſeat, ac locuples, quem ducit * priua triremis.*
*Si * curtatus inæquali tonſore capillos*
*Occurri: rides. ſi fortè ſubucula * pexæ*
** Trita ſubeſt tunicæ: vel ſi toga diſſidet impar:*
*Rides. * quid, mea cùm pugnat ſententia ſecum?*
Quod petiit, ſpernit: repetit, quod nuper omiſit: A
Æſtuat, & vitæ diſconuenit ordine toto:
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.
Inſanire putas ſollemnia me, neque rides:
Nec medici credis, nec curatoris egere
A prætore dati: rerum tutela mearum
Cùm ſis, & prauè ſectum ſtomacheris ob vnguem
De te pendentis, te reſpicientis amici. B
Ad ſummam, ſapiens vno minor eſt Ioue, diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum:
*Præcipuè ſanus, niſi cùm * pituita moleſta eſt.*

In hac epiſtola plurima elucent verborum, & ſententiarum lumina: elegantiſſimæ inſunt in ea tranſlationes, & allegoriæ, aliæque verborum immutationes, & ſententiarum formæ. Res quidem ipſæ è media philoſophia petitæ, atque è liquidiſſimis Academiæ fontibus hauſtæ ſunt, vt facilè appareat, Horatium iam natu grandem, iocis, & nugis relictis, ad ſtudium ſeuerius, & ſene C dignius tranſire meditari. Perpetua autem eſt in hoc principio tralatio: quã ſic explico, Mæcenas, quem ego primis meis verſibus prædicaui, laudaui, atq; ornaui: quémq; meis vltimis ſcriptis laudate, & ad immortalitatem cõſecrare inſtitui, debeo qoidẽ certè, tu me ad priſtinũ illud ſcriptionis genus, nempe ad verſus lyricos, & (ſi Satyræ in ſcriptis ludicris numerandæ ſunt, vt quidã volunt) ad Satyras reuocare, & perpellere conatis, me (inquam) ex meis ſcriptis, quæ ad hominum manus peruenerunt, ſatis à populo cognitũ. verũ hæc ætas aliam vitam, alios mores, aliud ſtudium denique poſtulat. verſus lyricos feci partim iouenis, partim ætate virili, ac media: Satyras ſcripſi lodibundus: quibus comiter, & vrbanè hominũ D mores reprehendi. neque mihi ſcribendi vel voluptatem turpem, vel laborem recuſandom eſſe duxi. Nunc autem ætate iam ad ſenectutem præcipitata, periculum eſſe puto, ne, ſi me iterum ad verſus ſcribendos, & ceteras res ludicras conferam, & ita me popoli iudicio deintegro cõmittam, meam canitiem populo deridendam propiuem.

PRIMA DICTE MIHI, &c.] ſic Hom. ἐπὶ τοῦ βασιλέως, Ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι. id eſt, in te quidem deſinam, abs te autem initium ducam. idem de muſis Iouem canentibus. Ἀρχόμεναι δ' ὑμνεῦσι θεαὶ, λήγουσί τ' ἀοιδῆς

id eſt: Muſæ principio carminis ſui Iouem laudant, & eius laudibus cantum finiunt. & Theocrit. ἐγκωμ. πτολεμ. Ἀνδρῶν δ' αὖ Πτολεμαῖος ἐνὶ πρώτοισι λεγέσθω, Καὶ πύματος, καὶ μέσσος· ὁ γὰρ προφερέστατος ἀνδρῶν, id eſt, Virorum autem in primis Ptolemæus dicatur, & vltimus, & medius. hic enim eſt hominum præſtantiſſimus. & Theognis, Ὦ ἄνα Λητοῦς υἱέ, Διὸς τέκος, οὔποτε σεῖο Λήσομαι ἀρχόμενος, οὐδ' ἀποπαυόμενος, id eſt, O rex Latonæ fili, Iouis ſuboles: numquam tui obliuiſcar, neque in principio meorum carminum, neque in extremo. Ex hoc loco argumentantur quidam epiſtolas poſtremo loco ab Horatio eſſe ſcriptas, & poſtremo loco eſſe locandas.

SVMMA] ſuprema, vltima, vt Ode 28. lib. 3. *Summo carmine, quæ Cnidon, Fulgenteiſque tenet Cycladas.*

SPECTATVM SATIS] ſatis perſpectum, & cognitum, δοκιμασθέντα. nota ſunt illa loquendi genera apud M. Tull. *ſpectata virtus, ſpectata fides, ſpectata nobilitas*, quæ tranſlata ſunt ab hiſtrionibus, & gladiatoribus. Terent. in Andr. *enimuerò ſpectatum ſatis putabam, & magnum exemplum cõtinentiæ.* pertinet etiam interdum ad nummos. Plaut. in Perſa. *Non hercle quos nunc hoc dem ſpectandum, ſcio.* Ouid. 1. de Triſt. eleg. 4. *Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum, Tempore ſic duro eſt experienda fides.*

ET DONATVM IAM RVDE] liberati gladiatores, rude donabantur. M. Tull. Philip. 2. *Tam bonus gladiator rudem tam cito accepiſti?*

ITERVM ANTIQV. M. IN CL. L.] tranſlatio ſumta à gladiatoribus. ſignificat autem per ludum antiquum, verſus lyricos, atque amatorios, & fortaſſe etiam Satyras, & omne genus verſuum. Iam hoc genus loquendi *quærit includere*, Horatio vſitatum, vt annotauimus ad Od. 15. libr. 1.

VEIANIVS] gladiatoris nomen.

HERCVLIS AD POSTEM FIXIS] Herculi conſecratis, & ad eius ædem ſuſpenſis. Nam qui artem aliquam deſinebant, eius artis inſtrumenta eiuſdem artis præſidi Deo ſacrabãt, & in eius Dei templo ſuſpendebant. Virgil. Melibœo, *Hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu.* per poſtem autem templum ſignificatur. Virg. Æneid. 5. *Neptuni ſacro Danais de poſte refixum.*

LATET ABDITVS AGRO] deliteſcit in agro, arte armorum ludicra omiſſa.

NE POPVL. EXTR. TOTIES] id eſt, ne toties populo ſupplicet, vt eum libertatem exoret. ſed poteſtne ſæpius exorari, ſeu obtineri libertas? eueniebat interdum, vt boni gladiatores, tametſi à populo libertatem obtinuiſſent, tamen propter excellẽtiam, in ludum iterum, atque iterum reuocarentur, atque adeò retraherentur. quam explicationem ſi probabimus, intelligentur hæc eſſe dicta ad laudem Veianij, tamquam boni gladiatoris: & ita Acro & Porphyrio. Sed mihi magis placet Turnebi, viri ingenio & doctrina excellentis, ſententia: qui hunc locum ſic explicat: ne Veianius à pari ſuo victus, & ita iã iam ab eo iugulandus, à populo ſupplex ſalutem petat: quam quidem ſæpius victus Veianius, ſæpenumerò exorauit. & ita malus gladiator fuit. Iam locus, in quo gladiatores decertabant, arena appellabatur. *extrema* autem dixit, quia ab extrema parte arenæ boni, & victores gladiatores à populo libertatem, mali, & victi, ſalutem petere ſolebant. Sed non diſſimulabo lectori, me reperiſſe ſcriptũ in plerique libris manu ſcript. *exornet*: vbi alij habent *exoret*. quæ fortaſſe vera & recta ſcriptura eſt. hanc quidem vulgatæ antepoſnit Simeo Boſius. *exornet* autem, vt reperi annotatum in duobus libr. manu ſcr. id eſt, ludo decoret. gladiatores enim dabantur populo: ex quo munus gladiatorium.

PVRGATAM] ſic Plautus mil. glor. *Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus.* contrà epiſt. prox. *Auriculas citharæ collecta ſorte dolenteis.*

PVRG. CR. Q. PERS. AVREM] id eſt, qui me crebrò moneat non auerſum à monitis. *perſonet aurem* autem idem valet. quod per aurem ſonet: quale eſt illud Od. 7. lib. 2. *quis vdo Deproperare apio coronas, Curátve myrto?* pro eo, quod eſt, de vdo apio properare coronas curat, aut myrto. cuius generis aliquot exempla ad illum locum collegimus. alioqui *perſonare* verbum eſt abſolutum & compoſitum: quod cum ſexto caſu iungi ſolet, vt Od. 17. lib. 1. *dulci Tyndari fiſtula valles, & vſticæ cubantis Leuia perſonuere ſaxa.* & M. Tull. in Piſonem. *cum collegæ tui domus cantu, & cymbalis perſonaret.* vide plura ad Odam illam 17. lib. 1. Videtur autem hic locus non abſimilis illi Platonico in Critone, in extr. vbi Socrates poſteaquam leges fecit loquenteis, multáque dicenteis, quam obrem Socrates non debeat mortem fugere, ſed ſententiæ iudicum obtemperare, ſubiungit hæc ταῦτα, ὦ φίλε ἑταῖρε Κρίτων, εὖ ἴσθι ὅτι ἐγὼ δοκῶ ἀκούειν, ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες τῶν αὐλῶν δοκοῦσιν ἀκούειν· καὶ ἐν ἐμοὶ αὕτη ἡ ἠχὴ τούτων τῶν λόγων βομβεῖ, καὶ ποιεῖ μὴ δύνασθαι τῶν ἄλλων ἀκούειν: Hæc ſcito amice Crito, me mihi audire videri, quemadmodum Bonæ deæ aut Bacchi ſacerdotes tibias ſibi videntur audire. Etiam hic ſonus horum verborum meis auribus inſonat, & facit, ne alia audire poſſim.]

SOLVE SENESCENTEM] huc pertinent verſus Ennij, *Sicut fortis equus, ſpatio qui ſæpe ſupremo vicit Olympia, nunc ſenio confectu' quieſcit.* Solue autem, id eſt, deiunge à curru. Atque ita Homer. λύειν ἵππους ἐξ ὀχέων: vt ἰλ. ῦ. Λύσας ἐξ ὀχέων: & item ſæpe alibi.

ILIA DVCAT] ægrè ſpiritum ducat, ſpiritus difficultate laboret, ilia trahat, vt loquitur Plin. lib. 26. & item Lucanus quodam loco: anhelet, propterea ſcilicet, quòd ſeptem illa Circi ſpatia decurrere non poſſit.

VERSVS, ET CETERA LVDICRA] omnes ferè per verſus, & ludicra, carmina lyrica

ſignificari

A ſignificari putant. Nõ deſunt tamen, iique docti, qui etiam Satyras in numero ſcriptorũ ludicrorum habent, multóque adeò magis, quàm Odarũ libros. Sic enim diſputant illi, Satyrarum locutio ſermo merus eſt, nihilq; ex Satyris Horatius, prę terquàm riſum legentium, quærit. Prætereà duobus locis ſatis apertè declarat, Satyras ſcriptionis genus eſſe ludicrum: vno, qui eſt Sat. 10. lib. 1. *hæc ego ludo, Quæ nec in æde ſonent*, *&c.* altero, qui eſt Satyr. 5. eiuſd. *vbi quid datur oti, illudo chartis.* Ego iudicium meum non interponam. hoc tãtùm dicam, in Satyris multum quidem ineſſe vrbanitatis, & comitatis, & ioci: ſed Horatium tamen, dum ridere, & iocari, & ludere videtur, plerúmque in eis res ſerias agere: hîc autem ſatis planè

B (vt mihi quidem videtur) quid ſentiat, verbis exprimere, atque eloqui, nempe ſe verſuum faciendorum finem facere, iocos omneis, amores, conuiuia, nugas, res omneis ludicras denique omittere, ſeſeque totum ad philoſophiam, tanquam vitæ ſuperioris emendatricem, & omnium virtutum; vitæque adeò beatæ effectricem, conferre in animo habere: quibus conſentaneum eſt illud in epiſt. 2. lib. 2. in extremo. *Nimirum ſapere eſt abiectis vtile nugis: Et tempeſtiuum pueris concedere ludum. Ac non verba ſequi fidibus modulanda Latinis: Sed veræ numeróſque, modóſque ediſcere vitæ.* Idem eadem epiſt. duabus antè pagellis, ait annos, & ætatem ingraueſcentem ſibi eripuiſſe *iocos* omneis *Venerem, conuiuia, ludum, Tendunt* præterea (inquit) *extorquere poëmata.*

C Atqve decens] atque honeſtum, ſeu decorum. τί καλὸν καὶ πρέπον, ἢ τοῦτό τί ἐστι.

Omnis in hoc svm] totus in hoc ſum. ſic Sat. 9. lib. 1. *Neſcio quid meditans nugarum, totus in illis.* Nam omnem hîc poſuit pro toto. Sic Homerus, ἰλ. λ. πᾶς δ' ἄρα χαλκῷ λάμπ', ὥστε στεροπή id eſt, omnis vtrique ferro Splendebat, vt fulgur. ſic idem Horat. Od. vlt. lib. 3. *Non omnis moriar, magnáque pars mei Vitabit Libitinam, &c.*

Condo, et comp. qvæ m. &c.] non dicit, ſe ea ſcribere, quæ mox in lucem edere, & diuulgare poſſit, ſed ea congerere, & recondere in animo, quæ mox ad vſum ſuum, & ad rectè, ſapienter, & virtuti conuenienter viuendi fa-

D cultatem ſumere, & depromere queat. allegoria eſt ducta ab agricolis, qui fructus perceptos, & frumentum condunt. M. Tull. in Catone maiore. *non ſerendis, non percipiendis, nõ condendis fructibus.* vel ab iis, qui in penu, ſeu in apotheca recondũt res ad victum neceſſarias, quas ſuo tempore depromant: & quibus, cùm opus ſit, vtantur. vt epiſt. 2. huius lib. *valeat poſſeſſor oportet, ſi comportatis rebus bene cogitat vti.* His adde exemplum formicæ, quod eſt Sat. 1 lib. 1.

Qvo me dvce] quo duce, id eſt, quo auctore, & principe, τίνι ἀρχηγέτῃ.

Qvo lare] qua familia: ſeu quo familiæ duce. erant enim plures philoſophorum familiæ, vt familia Platonis, & Academicorum, familia Ariſtotelis, & Peripateticorum, Zenonis,

A & Stoicorum, &c. familiæ autem dicebãtur, quia quemadmodum qui ſunt eiuſdem familiæ, eiuſdem ſunt nominis, atque adeò cognominis: ita qui eundem in Philoſophia ducem atque auctorem ſequuntur, communi nomine, ſeu cognomine appellantur: vt Zenonis diſcipuli & ſectatores, Stoïci: Arceſilæ, noui Academici: Ariſtotelis Peripatetici: Ariſtippi, Cyrenaici. ſic Od. 29. lib. 1. *Socraticam domum* dixit, pro familia Academica, & iis, qui à Socrate orti ſunt.

Nvllivs addict.] videtur ſignificare ſe eſſe Academicum, quorum eſt nulli rei aſſentiri. qua de re M. Tull. lib. de finibus. Sed quòd ait ſe nullius in verba magiſtri iuraſſe, idem ferè dicit M. Tull. aliis verbis, in procem. lib. 4. Tuſ-

B cul. *nos inſtitutum tenebimus, nulliſque vnius diſciplinæ legibus aſtricti, quid ſit in quaq; re maximè probabile, maxime requiremus.* Idem in procem. lib. 2. notans, ac deſcribens eos philoſophos, qui vni diſciplinæ ſeſe dediderunt, eodem verbo vtitur, quo Horat. *nóſque ipſos redargui, refellique patiamur, quod ii ferunt iniquo animo, qui certis quibuſdam, deſtinatiſq; ſententiis quaſi addicti, & conſecrati ſunt, eáque neceſſitate conſtricti, vt etiam, quæ non probare ſoleant, ea cogantur conſtantiæ cauſa defendere.* In voce *addictus* quidam ſubintelligunt *ſum*, ſed minùs rectè. nã pertinet ad verbum *deferor*, quod ſequitur. Addicti autem propriè dicebantur debitores, qui, cùm damnati iudicatum ſoluere non poſſent, nexi, creditoribus in ſeruitutem addicebantur.

C Ivrare in verba] ſuprà Od. 16. epod. *Sed iuremus in hæc.* & Od. 15. *In verba iurabas mea.*

Qvò me cvmqve rapit, &c.] tralatio perpetua eſt à nauigantibus ducta. ſignificat, ſe ſeruire temporibus, id eſt, pro natura, & ratione temporum hanc, vel illam diſciplinam, non ſemper vnam, eandémque ſequi ac probare.

Agilis] quaſi ad agendum promtus, & expeditus, πρακτικός, vt epiſt. ad Loll. 2. hoc libro, *agilem, nauémque remiſſi.* & epiſt. ad Iul. Flor. eod. lib. *Quæ circumuolitas agilis thyma?*

Et mersor civilib. vndis] idem dicit. ſignificat enim, ſe interdum Stoicorum, aut

D Peripateticorum diſciplinam colere, ac probare, qui ſapientem à reip. adminiſtratione non auocant, vt mox ex M. Tullio oſtendemus: interdum Cyrenaicis & Epicureis aſſentiri, qui ſapientem ad remp. acceſſurum negant. M. Tull. in orat. pro Sext. de Epicuro, *ſapientem omnia ſua cauſa facere, remp. capeſſere hominem bene ſanum non oportere.* *merſor* autem ſcriptum reperi in trib. cod. Vat. & Iann. Clericano, Nicotianis, Ruſſard. & ſanè magis conuenit *vndis* hoc verbum, quàm *verſor*. ſic ferè Catull. ad Manlium, *Accipe, quem merſor fortunæ fluctibus ipſe.*

Vir. veræ cvst.] quales ſunt Stoici, qui ſummum bonum, & vitam beatam in virtute ponunt: aiúntque etiam ſapientem ad remp. adminiſtrandam acceſſurum. M. Tullius lib. 3.

de finib. ſub Catonis perſona, *Cùm autem ad tuendos, conſeruandóſque homines hominem natum eſſe videamus: conſentaneum eſt huic naturæ, vt ſapiens velit gerere, & adminiſtrare remp.* [Quidam hîc legi volunt, *Virtutis verè cuſtos.* Non deſunt qui hoc modo, *Virtutis verus cuſtos.*]

NVNC IN ARIST.] à quo Cyrenaica diſciplina manauit. M. Tullius Offic. 3. *Atqui ab Ariſtippo Cyrenaici, atque Anniceri nominati omne bonum in voluptate poſuerunt, &c.* de quo plura dicemus ad epiſt. ad Scæuam, hoc lib.

SVBIVNGERE] ſic habent tres lib. Vatic. & item Iann. Faët. Torneſ. Rain. Card. Clericanus, Nicotiani, Ruſſard. quam ſcripturam probo, vt germanam, & veram, reiecta altera, vt ſuppoſititia: quamuis & verbum *ſummittere* ſciam huic ſententiæ cõuenire. Sed quomodo Ariſtippus res ſibi ſubiungebat, non ſe rebus? eò quòd nulli certo generi vitæ, nullo certo veſtitui, nec cultui addictus, aut alligatus erat: ſed liberè & ſine vllo reprehenſionis metu pro tempore, hunc, vel illum vitæ cultum ſequebatur ac probabat: vt epiſt. 17. eod. lib. *Omnis Ariſtippum decuit color, & ſtatus & res, Tentantem maiora, ferè præſentibus æquũ, &c.* paullò pòſt de eodem, *Alter purpureum non exſpectabit amictum, Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet, Perſonámq. feret non inconcinnus vtrámque,* Atque hæc nuper mihi indicauit Simeo Boſius Lemouix.

VT NOX LONGA] ſimilitudo, ſeu παραβολὴ multiplex, ducta ab amantibus: ab iis, qui ſuas operas locarunt, quique operas dant diurnas mercede conducti: & à pupillis, quos matris cuſtodia coërcet.

NOX LONGA.] Artemidorus τοῖς λυπουμένοις τε καὶ μεριμνῶσιν ἅπασα νὺξ ἔοικε φαίνεσθαι μακρά: id eſt, iis, qui moleſtiis & curis ſollicitantur, nox omnis longa videtur eſſe.]

AMICA] ἑταίρα, vt epiſtol. ad Vallam eod. lib. *Quod me Lucana iuuenem commendet amica.* [M. Tull. lib. 2. de Diuinatione. Alcibiades cùm eſſet proiectus, inhumatus, ab omnibúſque defectus iaceret, amica corpus texit ſuo pallio.]

OPVS DEBENTIB.] iis, qui conducti ſunt, vt opus faciant.

MORANTVR] id eſt, retardant.

SIC MIHI TARDA FL.] ἀνταπόδοσις. tarda fluunt. i. tardè eunt, tarda ſunt, ſeu videntur. tralatio à fluminibus. talle illud, *Tempora labuntur, &c.*

AGENDI NAVITER ID, QVOD, &c.] philoſophandi. nam ſapientiæ ſtudiũ æquè pauperibus, ac diuitibus prodeſt, eiuſdémque neglectio æquè pueris, ac ſenibus nocet.

RESTAT, VT HIS EGO ME, &c.] cùm impeditus duris temporibus, & potentiorum, ac principum amicitia non poſſim operam omnem in ſtudium ſapientiæ conferre, reſtat vt his primordiis, & elementis philoſophiæ me contentũ eſſe oporteat.

NON POSSIS OCVLOS] à ſimili. Et ſi aA liquis (inquit) tantùm oculorum aciem intendere, ſeu contendere nõ poſſit, quantũ Lynceus, non tamen oculorum morbum negligere debet. *Contendere oculo* autem in omnibus quidem libris manuſcriptis ſcriptum reperi, (niſi quòd in vno videbatur deletum fuiſſe *s.* poſt *o.* in voce *oculo*) non potui tamen non probare Ioannis Paſſeratij coniecturam, qui putat legendum potiùs, *oculos,* vt dicimus contendere neruos, vireis, aciem oculorum. Quin ego cùm diligentiùs attendi, contendo legendum eſſe *oculos.* Quemadmodum enim Latinè dici non poteſt, *non poſſis oculo tantum certare, quantum Lynceus:* ita neque, *tantum contendere oculo, quantum Lynceus.* Confirmari poteſt hæc B lectio auctoritate Afran. Homin. *Contendit oculos, derepente abit calo:* & Attij, Tereo. *video ego te, mulier, more multarum vtier, Vt vim contendas tuam ad maieſtatem viri.* Sed quid pluribus teſtimoniis opus eſt? vnus Lucretius erit nobis inſtar omniũ. Sic igitur politiſſimus ille ſcriptor lib. 1. *Primum Graius homo mortaleis tendere contra Eſt oculos auſus, &c.* ſic enim legendum, & ita ſcriptum eſſe à Lucr. teſtantur grammatici veteres: & ita edendum propediè curabo, quamuis prioribus editionibus religione quadam impeditus, id facere non ſim auſus.

LVNCEVS] de Lynceo notiſſima fabula eſt, eum vſque adeò ceteris oculorum acie præſtitiſſe, vt, quæ apud inferos agerentur, videret. ſed C plura de eo diximus ad Sat. 2. lib. 1.

INVNGI] quidam libri vet. habent *inungui.*

NEC, QVIA DESP. INVICTI. &c.] Glyconem athletam, aut pugilem fuiſſe veriſimilius eſt quàm gladiatorem. De quo nihil equidem me legere memini: de Glaucone multa memoriæ prodita ſunt. commemorat eum Demoſthenes in Oratione περὶ στεφάνου: de eodem multa Suidas.

NODOSA] quæ veluti nodis quibuſdam vſum manuum, & articulorum impedit. ceſſantem morbum appellat epiſt. 15. eiuſd. lib.

EST QVADAM PROD. TEN.] licet vſque ad certum aliquem finem progredi, ſi non licet ſuperare, aut tranſgredi. in tribus codic. Vatic. & Torn. & aliquot aliis, ſcriptum eſt, *Eſt quodam,* D ex qua ſcriptura feci *Eſt quâdam,* quæ ſine dubio vera eſt.

VERBA ET VOCES] id eſt, carmina, & cantiones, &c, (vt Græci vocant) ἐπῳδαί; ſed ſignificat ἀλληγορικῶς ſermones philoſophicos. M. Tull. ἐπῳδὰς quas appellant Græci, cantiones videtur nominare in libr. de claris Orator. *Cùm ego pro Titinia Cottæ perorauiſſem: ille* [Curio] *contra me pro Seruio Næuio diceret, ſubitò totam cauſam oblitus eſt, idque veneficiis & cantionibus Titiniæ factum eſſe dicebat.* Horatius hîc voces, alibi carmina appellat, vt & Virg. Pharmaceutria: *Carmina vel cælo poſſunt deducere lunam.* Tibullus cantus lib. 1. eleg. 8. *Cantus vicinis fruges traducit ab agris: Cantus & iratæ detinet anguis iter.* ſic nutrix illa apud Euripidem in Hippolyto, Phædram amore Hippolyti

Digitized by Google

polyti captam, & ex eo amore grauiter laborantem conſolans dicit, voces eſſe nonnullas, & quædam carmina, qoibus illa ægritudinem ſuam leuare poſſit, his verbis, εἰσὶ δ᾽ ἐπῳδαὶ, καὶ λόγοι θελκτήριοι· φανήσεταί τι τῆσδε φάρμακον νόσου, id eſt, ſuut autem voces, ſeu cantiones, & ſermones, ad muleendum compoſiti. Reperietur aliquod huius morbi remedium. Veteres autem tantam vim in huiuſmodi carminibus, ſeu cantionibus ineſſe putabant, vt eas etiam morbis, & vulneribus mederi exiſtimarent. Itaque Homerus ὀδ. τ. ſanguinem ex eo vulnere, quod Vlyſſis femori aper inflixerat, manantem, facit ἐπῳδῇ, id eſt, carmine, ſeu cantione, & quibuſdam vocibus cohiberi, his verbis, Ὠτειλὴν δ᾽ Ὀδυσῆος ἀμύμονος ἀντιθέοιο Δῆσαν ἐπισταμένως, ἐπαοιδῇ δ᾽ αἷμα κελαινὸν Ἔσχετον, id eſt, vulnus autem Vlyſſis omni culpa carentis, & diis comparandi, obligarunt ſcienter: carmine autem ſanguinem nigrum repreſſerunt. Et Pindarus ᾠδ. γ πυθ. cū expoſuiſſet, Æſculapium Chironi in diſciplioam eſſe traditum, vt ab eo medendi ſcientiam diſceret, atque ad Æſculapium poſteà cōuenire & cōcurrere ſolitos, qui aut morbis affecti, aut vleeroſi, aut ſaucij eſſent, ſubiungit ad extremum, eam fuiſſe in Æſculapio artis præſtantiā, vt quotquot ad ſe venirēt ægri, aut debiles, aut vulnerati, omneis malis ac laboribus leuatos abs ſe dimitteret, alios carminibus curans, alios potionibus, alios pharmacis, & medicamentis foris admotis, alios adhibita ſectione. verba Pindari ſunt hæc, τοὺς μὲν μαλακαῖς ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων, τοὺς δὲ προσανέα πίνοντας, ἢ γυίοις περάπτων πάντοθεν φάρμακα, τοὺς δὲ τομαῖς ἔστασεν ὀρθούς. Idē ᾠδ. η. Νεμ. ἐπαοιδαῖς δ᾽ ἀνὴρ νώδυνον καί τις κάματον θῆκεν, id eſt, carminibus autem, ſeu cantionibus quiſpiam doloris ſenſum ademit. Habuit, & Medea ſuas ἐπῳδὰς, de quibus Pauſan. in Corinth. Plato quoque in Euthydemo eorum artem, qui orationes componunt, cum arte excantatorum comparat, quia, quemadmodum hæc viperas, phalangia, ſcorpios, & huiuſmodi animalia peſtifera, & morbos lenit, ac permulcet: ita illa iudicum, contionis, & multitodinis animos delinire ſolet. verba Platonis ſunt hæc, ἡ μὲν γὰρ τῶν ἐπῳδῶν, ἔχεών τε, καὶ φαλαγγίων, καὶ σκορπίων, καὶ τῶν ἄλλων θηρίων τε καὶ νόσων κήλησίς ἐστι. ἡ δὲ δικαστῶν τε, καὶ ἐκκλησιαστῶν, καὶ τῶν ἄλλων παραμυθία τυγχάνει οὖσα.

Lavdis amore tvmes?] φιλοτιμεῖς; ambitioſus es? ambitione laboras? apto verbo vſos eſt, ad exprimendum ambitioſi morbum.

Piacvla] καθάρματα. ſup. lib. 1. Od. xxviij. *Téque piacula nulla reſoluent.*

Ter] τρίς. numerus eſt perfectus, vt anootauimus ad Od. 1. lib. 1.

Pvrè] ſacra enim omnia debent tractari à puris. At philoſophiæ ſtudium, ſacrum eſt: & libri philoſophici, ſacri ſunt. Quare nemo ad eorum lectionem accedere debet, illotis, & impuris manibus: hoc eſt, animo impuro. iecircò dixit *purè lecto.*

Recreare] ἀναζωπυρεῖν. Satyr. 2. lib. 2. *Seu recreare voles tenuatum corpus.* & 4. eiuſd. *Toſtis marcentem ſquillis recreabis, & Afra Potorem cochlea.*

Amator] ἐραστής. *amator* (inquit Donat.) *corporis eſt, amicus animi.*

Nemo adeò fervs est] nemo adeò vitioſus eſt, quin virtutem conſequi: nemo adeò immanis & ferus, quin exuere feritatem, & humanitate expoliri poſſit. Eſt autem vſus duabus tranſlationibus, quæ mutuò non reſpondent, *ferus*, & *miteſcere*, cùm fera, id eſt, ἄγρια, manſueſcant potiùs, ſeu cicurentur: acerba miteſcant. præterea in voce *cultura* alia tranſlatio ineſt: qoa & M. Tull. vſus eſt Tuſcul. 2. *cultura porrò animi philoſophia eſt.* Theognis autem ait, animi morbos nulla medicina ſanabileis eſſe. quòd ſi Deus (inquit) hanc medicis vim, ac facultatem dediſſet, vt vitium tollere, & malam mentem ſanare poſſent, magnam mercedem ferrent.

[Patientem commodet avr.] ſic locutus eſt Arnob. lib. 4. aduerſus genteis, *Vos aureis patientiſſimas commodatis, &c.*]

Virtvs est vitivm fvg.] Quinctil. lib. 9. cap. 3. vbi diſputat de figuris verborū, ita hunc locum explicat. *Interim etiam dubitari poteſt, cui ſimile vitio ſit ſchema: vt in hoc. Virtus eſt vitiū fugere. Aut enim partes orationis mutat ex illo. Virtus eſt fuga vitiorum: aut caſus ex illo, virtutis eſt vitium fugere.* Lucilius apud Lactantium Firm. molto plura in definitionem virtutis incluſit. ſic enim ille, *Virtus, Albine, eſt pretium perſoluere verū Queis in verſamur, queis viuimu' rebu' poteſſe: Virtus eſt homini, ſcire id, quod quaque habeat res: Virtus ſcire homini rectum, vtile, quid ſit honeſtum: Quæ bona, quæ mala item, quid inutile, turpe, inhoneſtum: Virtus quærendæ rei finem ſcire, modúmque: Virtus diuitiis pretium perſoluere poſſe: Virtus id dare, quod re ipſa debetur honori, Hoſtem eſſe, atque inimicum hominum, morúmque malorum, Contra defenſorem hominum, morúmque bonorū: Magnificare hos, his bene velle, his viuere amicum: Commoda præterea patriæ ſibi prima putare: Deinde parentum, tertia iam, poſtremáque noſtra.*

Exigvvm censvm] infrà epiſt. 7. eiuſdem lib. *Præconem tenui cenſu.* & Od. 15. lib. 2. *Priuatus illis cenſus, erat breuis.* vbi quid ſit cenſus, docuimos.

Tvrpémqve repvlsam] cur turpem? quia turpe eſt petiiſſe magiſtratum, & non obtinuiſſe. ſed M. Tull. in orat. de Haruſp. reſpon. eos repulſos eſſe dicit, non qui aliquando honorem vitio ciuitatis, non ſuo, non ſunt aſſecuti: *nam id quidem* (inquit) *multis ſæpe optimis, atque honeſtiſſimis viris accidit: Repulſi ſunt ij, quos ad omnia progredientis, quos munera contra leges gladiatoria paranteis, quos apertiſſimè largienteis non ſolum alieni, ſed etiam ſui, vicini, tribules, vrbani, ruſtici repulerūt.* Hæc igitur dumtaxat repulſa, Ciceronis ſententia, turpis eſt. eſt & ſordida, & eius expers virtus eſt:

vt Oda 2. lib. 3. *Virtus repulſæ neſcia ſordidæ, in-Contaminatis fulget honoribus.*

Capitisqve] id eſt, & corporis. ex parte corporis nobiliſſima ac præſtãtiſſima totum corpus intelligitur. Sic ſæpe Homerus, Virgil. & item alij.

Impiger extr. cvrr. mer.] nauigas ad Indos. nam currere, & curſum, ad nauigationem pertinere: & currum pro naui vſurpari ſuprà oſtendimus. mercatores autem (ἐμπόρους nominant Græci) à mercibus & mercando ſunt appellati, quòd merces aliunde petant, ſiue emẽtes, ſiue permutantes, quas in patriam ſuam deportent, vt eas pluris diſtrahant. cui rei multùm diſſimilis eſt negotiatorum ratio. negotiantur enim vel arando, vel paſcendo, vel pecuniis occupandis, vel vectigalibus conducendis. *Impiger* autem nomen eſt adiectum ad verbi vim adiuuandã atque augendam: quaſi *impiger curris* dictum ſit pro impigrè curris.

Per mare, pavperiem fvgiens] &c.] Theognidem videtur expreſſiſſe: χρὴ γὰρ ὁμῶς ἐπὶ γῆν τε, καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης Δίζεσθαι χαλεπῆς, Κύρνε, λύσιν πενίης, id eſt, oportet enim ſimiliter & ſuper terram, & ſuper lata terga maris paupertatis ſolutionem, ſeu liberationem Cyrne quærere. Idem alibi non ſolùm per mare currendum cenſet, vt paupertatem fugiamus, verùm etiam in mare deſiliendum, & ex altis, ac præruptis ſaxis præcipitandum, his verbis, Ἣν δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον Ῥιπτεῖν καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

Per igneis] per ignem, ſeu per igneis ire dicuntur, qui quippiam magno cum ſui capitis periculo moliuntur. Ariſtoph. in Lyſiſtrata κἄν με χρῇ διὰ τοῦ πυρὸς, ἐθέλω βαδίζειν. etiam ſi me opus ſit per ignem, volo ire. Hom. ἰλ. κ. τούτου δ' ἑσπομένοιο καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο Ἄμφω νοστήσαιμεν, ἐπεὶ περὶ οἶδε νοῆσαι, id eſt, Hoc autẽ (Vlyſſe) comitante vel ex igne ardẽte nos ambo incolumes reuertamur: quoniam ſupra omneis mortaleis eſt intelligens. M. Tull. Tuſcul. lib. 2. in extr. *Quid de noſtris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar? quæ flamma eſt, per quam non cucurrerint ij, qui hæc olim punctis ſingulis colligebant?*

Ne cvres ea, qvæ, &c.] hæc eſt huius loci ſententia, vt rem familiarem augeas, paupertatémque fugias, terras omneis, & maria omnia peragras: vt non cures autem, & vt contemnas ea, quæ ſtultè admiraris, & concupiſcis, quales ſunt diuitiæ, honores, opes, potentia: diſcendi laborem perferre non vis, nec prudentiori, ſapientiorique credere? *ne* hoc loco valet vt non, ne quis putet prohibendi vim habere: éſtque hic ordo verborum, non vis diſcere, & audire, & meliori credere, ne cures, id eſt, vt deſinas curare, ſeu vt ne cures ea, quæ immeritò & inſipienter miraris & exoptas? nempe bona externa.

Qvis circ. p. et circ. com. pvgnax Magna cor. contemn.] Quis homo pugnax, & vir fortis, in paruis, & vulgatis certaminibus ætatem ſuam conſumere, vireiſque conterere velit: certamina autem nobiliſſima, qualia ſunt Olympica, contemnat, præſertim cui vincendi ſpes proponatur, conditióque feratur non magno admodum labore ſuſcepto? profectò nemo. Ita ſtultarum eſt pecuniarum, & inaniſſimarum rerum gratia totam vitam in moleſtiſſimis curis, ac laboribus traducere: animorum autem ſanandorum, & ſapientiæ parandæ cauſa diſcendi laborem perferre nolle. M. Tull. in orat. pro Flacco ait iocans, & Græcos irridẽns, Olympicorum certaminum victoriam Græcis maiorem, & glorioſiorem fuiſſe, quàm Romanis triumphum. Et Plato Olympionicarum vitam pro beatiſſima poſuit, libr. 5. de rep. vbi enumeratis iis commodis, quibus fruentur: & incommodis, quibus liberabuntur ciues ij, quibus inter ipſos bona fuerint communia, ſubiicit: ab his igitur malis omnibus erunt liberi, vitámque viuent Olympionicarum vita beatiorem. verba Platonis ſunt hæc, ζήσουσί τε τοῦ μακαριστοῦ βίου, ὃν οἱ ὀλυμπιονῖκαι ζῶσι, μακαριώτερον. *coronari Olympia* autem, genus eſt loquendi Græcum, pro coronari Olympiorum nomine. ſic enim loquuntur illi, στεφανοῦσθαι Ὀλύμπια. Simonides, Ἴσθμια, δὶς Νέμεα, δὶς Ὀλύμπια ἐστεφανώθην, id eſt, Iſthmia, bis Nemea, bis Olympia coronatus ſum. ex Hephæſtione: quem locũ mihi indicauit Simeo Boſius.

Sine pvlvere] ſine labore, Græci ἀκονιτὶ dicunt. Pauſan. Ἠλιακ. β. τότε μὲν δὴ τοῦ Παγκρατίου τὴν νίκην ἀνὴρ ἐκ Μαντινείας Δρομεὺς ὄνομα πρῶτος, ὃν ἴσμεν, ἀκονιτὶ λαβεῖν λέγεται. Tunc igitur Pancratij victoriam vir Mantineus, nomine Dromeus, ſeu Curſor primus, quem quidem ſciamus, ſine puluere conſecutus eſſe dicitur. & Lucianus in dialog. quodam, ἀκονιτὶ κρατήσομεν, id eſt, ſine puluere vincemus. Horatius Oda 1. lib. 1. *Sunt quos curriculo puluerem Olympicum Collegiſſe iuuat, &c.*

Dvlcis palmæ] dulcis victoriæ. M. Tull. accuſ. lib. 5. *Ipſe autem triumphus quamobrem omnium triumphorum gratiſſimus populo Rom. fuit, & iucundiſſimus? quia nihil eſt victoria dulcius.* Sed licet etiam dicere Horatium palmæ naturam ſpectaſſe, cuius fructus guſtatu dulcis eſt, dulcis medulla, quæ appellatur. lege Plinium lib. 13. cap. 4.

Vilivs arg.] argento carius eſt aurum: vilius, εὐτελέστερον.

O cives cives] Epanaphora.

Virtvs post nvmmos] huc pertinet illud Phocylidis, quod refert Plato lib. 3. de rep. his verbis, Φωκυλίδου γὰρ, ἦν δ' ἐγὼ, οὐκ ἀκούεις πῶς φησὶ δεῖν, ὅταν τῳ ἤδη βίος ᾖ, ἀρετὴν ἀσκεῖν; id eſt, Phocylidem (inquam) nõ audis, quemadmodum dicat, cùm alicui ſuppetunt viuendi

viuendi facultates, tum virtutem colere, atque A exercere oportere?

IANVS SVMMVS AB IMO] via quædam à Iani templo, ſeu à duobus Ianis, qui poſiti erant in foro Romano, non longè à Puteali, Romæ Ianus ſummus, medios, infimus, fuit appellata, in qoa trapezitæ, & fœneratores habitabant. M. Tull. offic. lib. 2. in extremo, *ſed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda pecunia, etiam de vtenda, commodius à quibuſdam optimis viris ad medium Ianum ſedentibus, qu àmab vllis philoſophis vlla in ſchola diſputatur.* & Philipp. 6. *Ianus medius in Antonij clientela ſit? quis vmquam in illo Iano inuentus eſt, qui L. Antonio mille nummûm expenſum ferret?* erat autem templum Iaoi in foto Romano: vt & duo Iani: à quibus Ianum ſummum, & Ianum imum, B & Ianum medium eſſe dictos, veriſimilius eſt, quàm à Iani templo.

PRODOCET] ſic eſt legendum, & ita ſcriptom reperi in trib. cod. Vatic. & Rain. Card. Iann. Faer. Torn. *prodocere* autem eſt foris, & palam, & publicè docere. *pro* enim, vt alibi admonuimus, ſæpe idem valet io compoſitione, quod foris, ſeu foras, & palàm.

RECINVNT] id eſt, iterum atque iterum canunt. Od. 12. libr. 1. *cuius recinet iocoſa nomen imago?* & Od. 28. lib. 3. *Tu curua recines lyra Latonam, &c.*

DICTATA] tralatio eſt à magiſtrorom dictatis. epiſt. ad Loll. 2. huius libr. *Sic iterat voces, &* C *verba cadentia tollit, Vt puerum credas ſæuo dictata magiſtro Reddere.* M. Tull. de finib. 4. *quæ quidem res efficit, ne neceſſe ſit iiſdem de rebus ſemper quaſi dictata decantare.* Idem ad Q. Frat. libr. 3. *Præſertim cùm illam orationem nemo lecturus ſit: meam in illum pueri omnes tanquam dictata, perdiſcant.*

LÆVO SVSPENSI LOCVLOS] hic verſus repetitur ſat. 6. lib. 1.

SI QVADRING. SEX SEPT. MILL. NES.] id eſt, ſi quadringẽtis millibus ſeſtertiûm, qui cenſus erat equeſtris, ſex, aot ſeptem millia deſunt, non eris eques: at plebs eris, id eſt, de plebe, ſeu plebeius: beatè autem viuere licet, etiam ſi quis non ſit eques. Nonnulli libr. vet. habent, *Sed quadring.* quam ſcripturam ſi probabimus, D erit obiectio. ſunt qui habent *deſint*: : & tum erit conceſſio. Iam *ſex ſeptem* dictum pro ſex, aot ſeptem ſic M. Tull. ad Attic. lib. 10. ep. cuius principium eſt, *Et ſi res ipſa monebat, &c. quippe qui floventiſſimus, ac nouus VI. VII. diebus ipſi illi egenti, ac perditæ multitudini in odium acerbiſſ. venerit.* Terent. Eunucho, act. 2. *illum liquet mihi deierare His menſibus ſex ſeptem prorſum non vidiſſe proximis.* Lucret. li. 4. *Sex etiam ſeptem loca vidi reddere voces.* Sed videntur potiùs hæc verba & diſtinguenda, & ſic eſſe intelligenda. *Si quadringentis ſex, ſeptem millia deſunt, &c.* id eſt, Si quadringentis millibus deeſt vnum mille. Nam ſi de quadringentis ſex millibus demantur ſeptem millia, remanebunt duntaxat trecenta nonaginta nouem millia. Atque hanc huius loci explicationem magis probo, & item viri docti. in his Iulianus Mediceus, vir clatiſſimus, idémque caſtiſſimis & integerrimis moribus, antiſtes eccleſiæ Biterrenſis. verùm non celabo lectotem, me repetiſſe ſcriptum in octo libris manuſcr. *Sed quadringentis, &c.* vt paullò antè admonui: quæ ſcriptura ſi cui ptobabitur, ſic erunt hæc accipienda, quaſi ſint eius verba, qui dicat ſe non poſſe peruenire ad equeſtris ordinis dignitatem, quia non habeat quadringenta millia æris: quem voluit eſſe cenſum equeſtris ordinis L. Roſcius Otho.

SVNT MORES ET LINGVA, FID.] quidam lib. vet. hab. *ſunt mores, eſt lingua, fideſque.*

[FIDES Q.] quæ pluris eſt, quàm pecunia, & diuitiæ: vel Demoſth. teſte or. πρὸς Λεπτίνην. cuius verba aſcribam. χωρὶς δὲ τούτων, νυνὶ τῇ πόλει δυοῖν ἀγαθοῖν ὄντοιν πλούτου τε καὶ τοῦ πρὸς ἅπαντας πιστεύεσθαι μεῖζόν ἐστι τὸ τῆς πίστεως ὑπάρχον ἡμῖν. Εἰ δέ τις οἴεται δεῖν, ὅτι χρήματα οὐκ ἔχομεν, μηδὲ δόξαν ἔχειν ἡμᾶς χρηστὴν, οὐ καλῶς φρονεῖ. Ἐγὼ μὲν γὰρ, εὔχομαι τοῖς θεοῖς μάλιστα μὲν ἡμῖν καὶ χρήματα πολλὰ γενέσθαι: εἰ δὲ μὴ, τό γε πιστοὺς εἶναι καὶ βεβαίους δοκεῖν διαμένειν]

PLEBS ERIS:] plebeius eris, de plebe eris.

AT PVERI LVD.] quidam lib. veter. habent, *vt pueri lud.*

REX ERIS] vel referendum eſt ad veterem loquendi conſuetudinem, quæ etiam ad noſtram ætatem perueoit: *rex ſum*: pro, fortunatiſſimus, & beatiſſimus ſum: vt apud Plautum in Pænulo. *Rex ſum, ſi ego illum hodie hominem ad me allexero.* ſic & Auſonius. *Qui rectè faciet, non qui dominatur, erit rex.* vel ad ludum illom puerorum, qui commeratur à Platone in Theæteto. cuius verba mox ponemus.

HIC MVRVS AHENEVS ESTO] id eſt, in hac vna te totius vitæ tuæ præſidium ſit poſitum, vt nullius flagitij tibi conſcius ſis, & ab omni culpa vaces. hæc ſit tua arx, tuúmqoe propugnaculom, nullius turpitudinis tibi eſſe conſcium. Videtur autem ſpectaſſe Horatius locum illum Platonis lib. 6. de legibus, vbi dicit Socrates, ſe Spartæ aſſentiri, muros io terra iacenteis, eſſe negligendos, neque deintegro excitandos: laudátque cuiuſdam poëtæ dictum, τὸ χαλκᾶ καὶ σιδηρᾶ δεῖν εἶναι τὰ τείχη μᾶλλον, ἢ γήινα, id eſt, aheneos & ferreos eſſe muros opottere potiùs, quàm terrenos. ſignificabat autem poëta ille, quiſquis fuit. per muros aheneos, viros armatos.

NIL CONSCIRE SIBI, NVLLA PALL.] huc pertinet illud Diphili, ὁ συνιστορῶν αὐτῷ, κἂν ᾖ θρασύτατος, ἡ συνείδησις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ: id eſt, qui ſibi ipſi conſcius eſt alicuius mali, etiam ſi ſit audaciſſimus, conſcientia eum facit timidiſſimum.

ROSCIA DIC SODES, &c.] de lege Roſcia ſup. diximus ad Od. 4. epod.

AN PVERORVM EST] ſic habent duo

lib. Vatic. & Faërn. & Torn. & Nicot. & Ruſſ. in alijs deeſt verbum *eſt*. A

Nænia] cantilena puerilis: carmen leue. ſup. ad Od. 1. libr. 2. aliàs Nænia carmen, quod in funere cantabatur ad tibiam, laudandi gratia. vide Feſtum. videtur autem reſpexiſſe (& ita M. Ant. Moretus putabat) ad locum illum Platonis qui eſt in Theæteto, his verbis, ὁ μὲν ἁμαρτὼν, καὶ ὃς ἂν ἀεὶ ἁμαρτάνῃ, καθεδεῖται, ὥσπερ φασὶν οἱ παῖδες σφαιρίζοντες, ὄνος· ὃς δ᾽ ἂν περιγένηται ἀναμάρτητος, βασιλεύσει ἡμῶν, καὶ ἐπιτάξει, ὅ, τι ἂν βούληται, id eſt, qui peccauit, & qui ſemper peccauerit, ſedebit aſinus, vt aiunt pueri pila ludentes: qui verò non peccando ſuperior fuerit, rex erit noſter, & quicquid volet, imperabit. cui Platonis loco ſimilis eſt ille Dionis Chryſoſt. orat. de regno quarta, Οὐδὲ γὰρ τῶν παίδων ὁ νικήσας, ὅταν παίζωσιν, ὡς αὐτοί φασι βασιλέα, τῷ ὄντι βασιλεύς ἐστιν, &c. id eſt, neque enim ex pueris is, qui vicit cùm vnà pila ludunt, vt eum regem dicunt, ita re vera rex eſt, &c. B

Et mareb. Cvriis, et decantata] à priſcis illis Romanis maſcula virtute præditis, non mollibus, neque effæminatis decantata. quemadmodum hîc mares Curios dixit, ſic Od. 12. *incomtis Curium capillis*. Nam vt comti capilli ſignificant mollitiem, ſic incomti, ſeueritatem & temperantiam, ſimileíſque virtutes.

Isne tibi melivs svadet,] puta Roſcius Otho, Roſciæ legis auctor. C

Qvi, rem facias] qui ſuadet, vt rem facias, ſi poſſis rem rectè facere. Sic autem edendum curaui: *qui rem facias ſi, &c.* ſine particula *vt*: quia illam nullo in antiquo cod. reperi. Et verò facilè apparet ab aliquo ſemidocto eſſe adiectam. facile enim ſubintelligitur, cùm ſit hic ordo, qui hortatur, vel qui ſuadet rem facias.

Vt prop. spect.] vt habeas cenſum equeſtrem, & ſis equeſtris ordinis, atque hoc pacto ſpectes ludos & gladiatores in quatuordecim ordinibus: vel vt, quamuis ſis de plebe, ſpectes tamen de propiore loco, quàm pauperes: quaſi ij, qui de plebe eſſent ditiores, propius ludos ſpectarent, quàm tenuiores: quod poſterius minus mihi placet quàm prius. D

Lacrymosa poëmata.] tragœdias Puppij. de Puppio tragico poëta nihil me legere memini, præter id, quod exſtat apud Acronem. *Flebunt amici & bene noti mortem meam. Nam Puppius in me viuo lacrymatus eſt.* Lacrymoſa igitur poëmata, intellige vel propter Puppium lacrymoſum, vel lacrymas ſpectatoribus excutientia.

Responsare] repugnare, obſiſtere, non ſuccumbere. ſic dixit, *Reſponſare cupidinibus*. ſaty. 6. lib. 2.

Præsens hortatvr] qui præſens hortatur alterum, magis commouet, quàm qui abſens per nuntium, aut per litteras. Sic Vlyſſes apud Hom. ὀδυσ. μ. vnumquemque ſociorum hortatur aſtans, & præſens, vt remis enixè impulſis Scyllam, & Charibdin vitent. Αὐτὰρ ἐγὼ διὰ νηὸς ἰὼν ὤτρυνον ἑταίρους Μειλιχίοις ἐπέεσσι παρασταδὸν ἄνδρα ἕκαστον, id eſt, At ego per nauem iens ſocios meos blandis verbis hortabar aſtans, vnumquemque, id eſt, ſingillatim. & ἰλιάδ. μ. Δὴ τότε πουλυδάμας θρασὺν ἕκτορα εἶπε παραστάς, id eſt, Tunc Polydamas audentem Hectorem appellauit aſſiſtens. Præterea maiorem vim habent, & plus valent, qui præſentes ſunt. ex quo præſentes Diuos dicimus. vide annot. ad Od. 35. lib. 1. ſic etiam loquitur M. Tull. lib. 3. accuſat. *neque, cùm præſens oraret, vt quamplurimum ferret, &c.* ibidem. *niſi litteras miſiſſem: non eſt ſatis: niſi præſens confirmaſſem.*

Optat] quidam lib. ſcripti habent *orat*. nonnulli, *aptat*. quod tamen poſtremum non probo.

Olim qvod vvlp. ægr.] Notiſſimus eſt hic Æſopi apologus, commemorat eum Plato in Alcibiade primo, ſeu de natura humana, eo loco, vbi oſtendit, Lacedæmonem omnium Græcarum vrbium auri, argentique eſſe pleniſſimam, atque opulentiſſimam, propterea quòd iam diu cùm ex omni Græcia, tùm interdum etiam ex Barbaria aurum eò ingrediatur, atque influat: effluat numquam: quin planè (inquit) vt fabulatur Æſopus vulpem leoni dixiſſe: nummorum ingredientium quidem veſtigia omnia ad Lacedæmonem verſa apparent: egredientium autem nulla exſtant. verba Platonis ſunt hæc, Ἀλλ᾽ ἀτεχνῶς κατὰ τὸν Αἰσώπου μῦθον, ὃν ἡ ἀλώπηξ πρὸς τὸν λέοντα εἶπε, καὶ τοῦ εἰς Λακεδαίμονα νομίσματος εἰσιόντος μὲν ἴχνη τὰ ἐκεῖσε τετραμμένα, δῆλα· ἐξιόντος δ᾽ οὐδαμῇ ἄν τις ἴδοι. cum his Horatianis conſentanei ſunt illi Lucilij verſus, qui exſtãt apud Nonium. *Quid ſibi vult, quare fit vt introuerſus, vt ad te Spectent, atque ferent veſtigia ſe omnia prorſus?* ſic enim hos verſus reſtituendos & legendos cenſeo, non vt vulgò leguntur, *vt introuerſus & ad te Spectent atque ferant veſtigia, & omnia prorſus?* neque ſunt emendati ab alijs, quamuis id ſe facturos promiſerint. eodem pertinent & hi eiuſdem Lucilij verſus. videntur enim eſſe verba leonis vulpem ad ſe euocantis, atque allicientis. *Deducta hunc ſic voce leo. cur tu ipſa venire Non vis huc?*

Bellva mvltórvm es capit.] θηρίον πολυκέφαλον. Plato libr. de repub. Xenocrates autem in Axiocho populum appellat, ἀχάριστον, ἀψίκορον, ὠμὸν, βάσκανον, ἀπαίδευτον: id eſt, ingratum, faſtidioſum, ſeu qui citò ſatietate afficitur, crudelem, inuidum, indoctum.

Cavta] epiſt. 16. lib. 1. *Cautus enim metuit foueam lupus*. paullò aliter ſat. 5. libr. 2. *Cautus vti velet carum caput.* [aſtutam appellat ſat. 3. lib. 2. *Aſtuta ingenuum vulpes imitata leonem.*]

Condvcere pvblica] ex quo dicti ſunt publicani, qui vectigalia populi Rom. conducebant, vt, quo plus exigerent, quàm conduxiſſent, eo plus lucri facerent. conducunt etiam publica,

A publica, qui opus aliquod publicum faciendum, qui exercitum alendum, ac veſtiendum ſuſcipiũt: cuius poſterioris exemplum pulcherrimum exſtat apud T. Liuium libr. 23. ad finem.

SVNT, QVI FRVSTIS, ET POMIS, &c.] captatores: quod genus hominum deſcribit ſat. 5. lib. 2. & M. Tull. paradox. ὅτι οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, &c. his verbis: *hereditatis ſpes quid indignatis in ſeruiendo non ſuſcipit? quem nutum locupletis orbi ſenis non obſeruat? loquitur ad voluntatem, quicquid denuntiatum ſit, facit, aſſentitur, aſſidet, miratur. quid horum eſt liberi?* Quidam legunt *Cruſtis, & pomis*, & ita habent aliquot libri manuſcr.

EXCIPIÁNTQVE SENES] aptiſſimum verbum ad exprimendam captatorum calliditatem, ac ſollertiam in ambiendis, & colendis ſeni- B bus orbis. dicimus enim excipere, & exceptare piſceis. M. Tull. eod. parad. *& videat aliquem ſummis populi beneficijs vſum, barbatulos mullidos exceptantem de piſcina, & pertractantem, & muranarum copia gloriantem*. vel dicendum potiùs excipere, eſſe hic inſidioſè adoriendo capere, vt excipere aprum venabulo, & excipere è prœlio fugienteis. vide annot. ad Od. 12. lib. 3.

VIVARIA] viuaria, ſepta quædam loca, in quibus feræ viuæ paſcuntur. leporaria appellat Varro, vt refert Gell. lib. 2. cap. 20.

MVLTIS OC. CR. R. FÆN.] i. multi rem ſuam familiarem occulto fænore, ex quo intelligendum, non eſſe legitimom, ſeu legibus conceſſum, amplificant: vt ille ſat. 2. libr. 1. *Quinas hic capiti mercedes exſecat*. C

VERÙM ESTO ALIIS ALIOS, &c.] verùm (inquit) cùm tot ſint hominum capita, & tam varia ingenia, concedendum eſt, vt alij alijs ſtudijs dediti ſint. Quid autem minùs ferendum, quàm vnum, eudémque hominem nunc hoc, nunc illud probare? neque in vna ſententia perpetuò manere? neque vnum conſilium diutius amplecti? Plato in Gorgia Socratem ita facit loquentem, καί τοι ἔγω σε οἶμαι ὦ βέλτιστε, καὶ τὴν λύραν μοι κρεῖττον εἶναι ἀνάρμοστόν τε, καὶ διαφωνεῖν, καὶ χορὸν, ᾧ χορηγοίην, καὶ πλείστους ἀνθρώπους μὴ ὁμολογεῖν μοι, ἀλλ' ἐναντία λέγειν μᾶλλον, ἢ ἕνα ὄντα ἐμὲ ἐμαυτῷ ἀσύμφωνον εἶναι, καὶ ἐναντία λέγειν, id eſt, D *Atqui equidem arbitror multo præſtare lyram mihi diſconuenire & diſcordem eſſe, & chorum, cui ego præpoſitus ſim, & compluress homines mihi non aſſentiri, ſed potius aduerſari ſua oratione, quàm me, qui vnus ſim, à meipſo diſcrepare, mecúmque pugnantia loqui.*

POSSÚNTNE] ſecutus ſum hîc vnum cod. Vatic. & Ran. Card. nam ceteri non habẽt particulam interrogantem *ne*.

BAIIS PRÆL. AM.] Baiiæ, vrbs Campaniæ, aquis calidis nobilitata, ac celebrata: de qua infrà epiſt. 15. eod. lib. *amœnis* autem, id eſt, ad ſe amandas allicientibus.

PRÆLVCET] amœnior eſt: præſtat. Sic *præniteat* dixit Od. 33. li. 1. pro eo, quod eſt, formoſior ſit, ſeu videatur. *cur tibi iunior Læſa præniteat fide?*

A LACVS, ET MARE SENT. AM.] quia dies ſtatim eo materiam, cæmenta, ferramenta, & cetera comportari iubet, vt ibi ædificet. Lacus eſt, qui perennem & perpetuam habet aquam. Od. 15. lib. 2. *vndique latius Extenta viſentur Lucrino Stagna lacu.*

FESTINANTI HERI:] non dixit *properantis, ſed feſtinantis. Nam qui vnum quid maturè tranſigit, is properat: qui multa ſimul incipit, nec perficit, is feſtinat*. Nonius.

CVI SI VITIOSA LIB. F. AVSP.] propterea, quòd olim nihil ſuſcipiebat populus Rom. inauſpicatò: alioqui minùs ſecundos rerum ſuſceptarum exitus, contemtioni religionis aſcribebat, at vt auſpicium pro rei gerendæ ratio- B ne, & principio ſumatur. hoc igitur ſignificat Hor. ſi diuiti initium huius conſilij à vitioſa libidine natum ſit: ſi vitioſa libido, tanquam auis cantu, aut volatu, auſpicium ratum fecerit, id eſt, diuitem impulerit, vt ædificet: ſtatim mutato conſilio fabros iubet ferramenta, ceteraqùe ad ædificandum neceſſaria Teanum tranſportare. Teanum Sidicinum, non Apulum, accipiendum eſt. quorum hoc Apuliæ, illud alterum, etiam Campaniæ oppidum fuit, & ob aquas quoque calidas viſendum.

LECTVS GEN. IN AVLA EST?] maritus eſt? vxor eſt domi? *lectus Genialis* (inquit Feſtus) *qui nuptijs ſternitur, ex quo etiam appellatur*. M. Tull. in Cluentiana. *lectum illum Genialem, quem* C *biennio antè filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari, & ſterni iubet*. Virg. Æn. 6. *lucent Genialibus altis Aurea fulcra toris.*

NIL AIT ESSE PR. MEL. NIL, &c.] quantum mali afferat mulier, & quæ ſint matrimonij incommoda, quæ ruſum commoda, & quæ ex vita cælibe naſcuntur incommoda, pulchrè explicat Heſiod. in Theog. Omninò pudica & commoda vxor, magnum bonum: impudica, ſeu peruicax, ſæua, & moroſa, magnum malum. Atque in hac re Varronis conſilium ac præceptum tenendum eſt, quod refert A. Gellius lib. 1. cap. 17. *Vitium vxoris aut tollendum eſt, aut ferendum. Qui tollit vitium, vxorem commodiorem præſtat: Qui fert, ſeſe meliorem facit.*

D IVRAT BENE SOLIS] id eſt, iurat eos ſolos, qui vxorem duxerunt, beatos eſſe. notauimus alibi hoc genus loquendi, *bene eſſe alicui.*

QVO TEN. VVLTVS M.] ordo eſt, Quo nodo teneam Protea mutantem voltus, & formam?

PROTEA] ad notiſſimam de Proteo fabulam pertinent ea, quæ ſunt ſat. 3. libr. 2. *Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Proteus, Cum rapies in ius malis ridentem alienis: Fiet aper, modò auis, modò ſaxum & cum volet, arbor*. eius auctor eſt Homer: ὧδε λ. Ἀλλ' ἤτοι πρώτιστα λέων γένετ' ἠϋγένειος. Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων, καὶ πάρδαλις, ἠδὲ μέγας σῦς Γίνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ, καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον: quam Virgil. expreſſit his verſib. Georg. 4. *Fiet enim ſubitò ſus horridus, atráque tigris, Squammoſúſq;*

Æquè neglectum, pueris, ſenibúſque nocebit.
** Reſtat, vt his ego me ipſe regam, ſolérque elementis.*
Non poſſis oculos quantum contendere Lynceus:
Non tamen iccirco contemnas lippus inungi:
Nec, quia deſperes inuicti membra Glyconis,
Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra.
Eſt quâdam prodire tenus, ſi non datur vltrà.
Feruet auaritia, miſeróque Cupidine pectus?
Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem
Poſſis, & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? ſunt certa piacula, quæ te
*Ter purè lecto poterunt * recreare libello.*
Inuidus, iracundus, iners, vinoſus, amator:
Nemo adeò ferus eſt, vt non miteſcere poſſit,
Si modò culturæ patientem commodet aurem.
Virtus eſt vitium fugere: & ſapientia prima, (credis
Stultitia caruiſſe. vides, quæ maxima
*Eſſe mala, exiguum cenſum, turpémque * repulſam,*
Quanto deuites animi, capitiſque labore.
Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per igneis:
*Ne * cures ea, quæ ſtultè miraris, & optas.*
Diſcere, & audire, & meliori eredere non vis?
A *Quis circum pagos, & circum compita pugnax*
Magna coronari contemnat Olympia, cui ſpes,
Cui ſit conditio dulcis ſine puluere palmæ?
Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum.
O ciues, ciues: quærenda pecunia primùm eſt,
B *Virtus poſt nummos. hæc* Ianus ſummus ab imo*
Prodocet: hæc recinunt iuuenes dictata, ſenéſque,
Læuo ſuſpenſi loculos, tabulámque lacerto.
** Si quadringentis ſex, ſeptem millia deſunt,*
Eſt animus tibi, ſunt mores, & lingua, fidéſque:
Plebs eris. at pueri ludentes, rex eris, aiunt,
C *Si rectè facies. hic murus aheneus eſto,*
Nil conſcire ſibi, nulla pallеſcere culpa.
Roſcia, dic ſodes, melior lex, an puerorum eſt
Nænia, quæ regnum rectè facientibus offert.
Et maribus Curiis, & decantata Camillis?
*Iſne tibi melius ſuadet, * qui rem facias, rem*
D *Si poſſis rectè: ſi non, quocumque modo rem:*
Vt propius ſpectes lachrymoſa poëmata Puppi:
An, qui fortunæ te reſponſare ſuperbæ
Liberum, & erectum præſens hortatur, & optat?
Quòd ſi me populus Romanus fortè roget, cur
Non, vt porticibus, ſic iudiciis fruar iiſdem,

Nec

A *Nec ſequar, aut fugiam, quæ diligit ipſe,*
vel odit:
Olim, quod vulpes ægroto cauta leoni
*Reſpondit, referam: * quia me veſtigia*
terrent,
Omnia te aduerſum ſpectantia, nulla re-
trorſum.
** Bellua multorum es capitum. nam quid*
ſequar? aut quem?
B *Pars hominum geſtit conducere publica,*
ſunt, qui
** Fruſtis, & pomis viduas venentur aua-*
ras,
** Excipiántque ſenes, quos in viuaria*
mittant.
Multis occulto creſcit res fænore. verùm
** Eſto aliis alios rebus, ſtudiíſque teneri:*
Iidem eadem poſſuntne horam durare pro-
bantes?
Nullus in orbe ſinus Baiis prælucet amœ-
nis,
C *Si dixit diues: lacus, & mare ſentit amo-*
rem
Feſtinantis heri. cui ſi vitioſa libido
*Fecerit * auſpicium: cras ferramenta Tea-*
num
Tolletis fabri. lectus Genialis in aula eſt?*
Nil ait eſſe prius, melius nil cælibe vita.
Si non eſt: iurat bene ſolis eſſe maritis.
Quo teneam vultus mutantem Protea
nodo?
Quid pauper? ride. mutat cenacula, le-
ctos,
D *Balnea, tonſores: conducto nauigio æquè*
*Nauſeat, ac locuples, quem ducit * priua*
triremis.
*Si * curtatus inæquali tonſore capillos*
*Occurri: rides. ſi fortè ſubucula * pexæ*
** Trita ſubeſt tunicæ: vel ſi toga diſſidet*
impar:
*Rides. * quid, mea cùm pugnat ſententia*
ſecum?
Quod petiit, ſpernit: repetit, quod nuper
omiſit:
Æſtuat, & vitæ diſconuenit ordine toto:
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.
Inſanire putas ſollemnia me, neque rides:
Nec medici credis, nec curatoris egere
A prætore dati: rerum tutela mearum
Cùm ſis, & prauè ſectum ſtomacheris ob
vnguem
De te pendentis, te reſpicientis amici.
Ad ſummam, ſapiens vno minor eſt Ioue,
diues,
Liber, honoratus, pulcher, rex denique re-
gum:
*Præcipuè ſanus, niſi cùm * pituita mole-*
ſta eſt.

In hac epiſtola plurima elucent verborum, & ſententiarum lumina: elegantiſſimæ inſunt in ea translationes, & allegoriæ, aliæque verborum immutationes, & ſententiarum formæ. Res quidem ipſæ è media philoſophia petitæ, atque è liquidiſſimis Academiæ fontibus hauſtæ ſunt, vt facilè appareat, Horatium iam natu grandem, iocis, & nugis relictis, ad ſtudium ſeuerius, & ſene dignius tranſire meditari. Perpetua autem eſt in hoc principio tralatio: quã ſic explico, Mæcenas, quem ego primis meis verſibus prædicaui, laudaui, atq; ornaui: quémq; meis vltimis ſcriptis laudare, & ad immortalitatem cõſecrare inſtitui, debeo quidẽ certè, tu me ad priſtinũ illud ſcriptionis genus, nempe ad verſus lyricos, & (ſi Satyræ in ſcriptis ludicris numerandæ ſunt, vt quidã volunt) ad Satyras reuocare, & perpellere conaris, me (inquam) ex meis ſcriptis, quæ ad hominum manus peruenerunt, ſatis à populo cognitũ. verũ hæc ætas aliam vitam, alios mores, aliud ſtudium denique poſtulat. verſus lyricos feci partim iuuenis, partim ætate virili, ac media: Satyras ſcripſi ludibundus: quibus comiter, & vrbanè hominũ mores reprehendi. neque mihi ſcribendi vel voluptatem turpem, vel laborem recuſandum eſſe duxi. Nunc autem ætate iam ad ſenectutem præcipitata, periculum eſſe puto, ne, ſi me iterum ad verſus ſcribendos, & ceteras res ludicras conferam, & ita me populi iudicio deintegro cõmittam, meam canitiem populo deridendam propinem.

Prima dicte mihi, &c.] ſic Hom. ἐπὶ τοῦ βασιλέως, Ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι. id eſt, in te quidem deſinam, abs te autem initium ducam. idem de muſis Iouem canentibus. Ἀρχόμεναι δ' ὑμνεῦσι θεαὶ, λήγουσί τ' ἀοιδῆς

Digitized by Google

id eſt: Muſæ principio carminis ſui Iouem laudant, & eius laudibus cantum finiunt. & Theocrit. ἐγκωμ. πτολεμ. Ἀνδρῶν δ᾽ αὖ Πτολεμαῖος ἐνὶ πρώτοισι λεγέσθω, Καὶ πύματος, καὶ μέσσος· ὁ γὰρ προφερέστατος ἀνδρῶν, id eſt, Virorum autem in primis Ptolemæus dicatur, & vltimos, & medius. hic enim eſt hominum præſtantiſſimus. & Theogo is, Ὦ ἄνα Λητοῦς υἱὲ, Διὸς τέκος, οὔποτε σεῖο Λήσομαι ἀρχόμενος, οὐδ᾽ ἀποπαυόμενος, id eſt, O rex Latonæ fili, Iouis ſuboles: numquam tui obliuiſcar, neque in principio meorum carminum, neque in extremo. Ex hoc loco argumentantur quidam epiſtolas poſtremo loco ab Horatio eſſe ſcriptas, & poſtremo loco eſſe locandas.

SVMMA] ſuprema, vltima, vt Od e 28. lib. 3. *Summo carmine, quæ Cnidon, Fulgenteiſque tenet Cycladas.*

SPECTATVM SATIS] ſatis perſpectum, & cognitum, δοκιμασθέντα. nota ſunt illa loquendi genera apud M. Tull. *ſpectata virtus, ſpectata fides, ſpectata nobilitas*, quæ tranſlata ſunt ab hiſtrionibus, & gladiatoribus. Terent. in Andr. *enimuerò ſpectatum ſatis putabam, & magnum exemplum cõtinentiæ.* pertinet etiam interdum ad nummos. Plaut. in Perſa. *Non hercle quos nunc hoc dem ſpectandum, ſcio.* Ouid. 1. de Triſt. eleg. 4. *Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum, Tempore ſic duro eſt experienda fides.*

ET DONATVM IAM RVDE] liberati gladiatores, tu de donabantur. M. Tull. Philip. 2. *Tam bonus gladiator rudem tam cito accepiſti?*

ITERVM ANTIQV. M. IN CL. L.] tranſlatio ſumta à gladiatoribus. ſignificat autem per ludum antiquum, verſus lyricos, atque amatorios, & forraſſe etiam Satyras, & omne genus verſuum. Iam hoc genus loquendi *quærere includere*, Horatio vſitatum, vt annotauimus ad Od. 15. libr. 1.

VEIANIVS] gladiatoris nomen.

HERCVLIS AD POSTEM FIXIS] Herculi conſecratis, & ad eius ædem ſuſpenſis. Nam qui artem aliquam deſinebant, eius artis inſtrumenta eiuſdem artis præſidi Deo ſacrabat, & in eius Dei templo ſuſpendebant. Virgil. Melibœo, *Hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu.* per poſtem autem templum ſignificatur. Virg. Æneid. 5. *Neptuni ſacro Danais de poſte refixum.*

LATET ABDITVS AGRO] deliteſcit in agro, arte armorum ludicra omiſſa.

NE POPVL. EATR. TOTIES] id eſt, ne toties populo ſupplicet, vt eum libertatem exoret. ſed poteſtne ſæpius exorari, ſeu obtineri libertas? eueniebat interdum, vt boni gladiatores, tametſi à populo libertatem obtinuiſſent, tamen propter excellẽtiam, in ludum iterum, atque iterum reuocarentur, atque adeò retraherentur. quam explicationem ſi probabimus, intelligentur hæc eſſe dicta ad laudem Veianij, tamquam boni gladiatoris: & ita Acro & Porphyrio. Sed mihi magis placet Turnebi, viri ingenio & doctrina excellentis, ſententia: qui hunc locum ſic explicat: ne Veianius à pari ſuo victus, & ita iam ab eo iugulandus, à populo ſupplex ſalutem petat: quam quidem ſæpius victus Veianius, ſæpenumerò exorauit. & ita malus gladiator fuit. Iam locus, in quo gladiatores decertabant, arena appellabatur. *extrema* autem dixit, quia ab extrema parte arenæ boni, & victores gladiatores à populo libertatem, mali, & victi, ſalutem petere ſolebant. Sed non diſſimulabo lectori, me repperiſſe ſcriptũ in plerisque libris manuſcript. *exornet*: vbi alij habent *exoret*. quæ fortaſſe vera & recta ſcriptura eſt. hanc quidem vulgatæ anteponit Simeo Boſius. *exornet* autem, vt reperi annotatum in duobus libr. manuſcr. id eſt, ludo decoret. gladiatores enim dabantur populo: ex quo munus gladiatorium.

PVRGATAM] ſic Plautus mil. glor. *Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus.* contrà epiſt. prox. *Auriculas citharæ collecta ſorte dolenteis.*

PVRG. CR. Q. PERS. AVREM] id eſt, qui me crebrò moneat non auerſum à monitis. *perſonet aurem* autem idem valet. quod per aurem ſonet: quale eſt illud Od. 7. lib. 2. *quis vdo Deproperare apio coronas, Curát ve myrto?* pro eo, quod eſt, de vdo apio properare coronas curat, aut myrto. cuius generis aliquot exempla ad illum locum collegimus. alioqui *perſonare* verbum eſt abſolutum & compoſitum: quod cum ſexto caſu iungi ſolet, vt Od. 17. lib. 1. *dulci Tyndari fiſtula valles, & vſticæ cubantis Leuia perſonuere ſaxa.* & M. Tull. in Piſonem. *cum collega tui domus cantu, & cymbalis perſonaret.* vide plura ad Odam illam 17. lib. 1. Videtur autem hic locus non abſimilis illi Platonico in Critone, in extr. vbi Socrates poſteaquam leges fecit loquenteis, multáque dicenteis, quam obrem Socrates non debeat mortem fugere, ſed ſententiæ iudicum obtemperare, ſubiungit hæc ταῦτα, ὦ φίλε ἑταῖρε κρίτων, εὖ ἴσθι ὅτι ἐγὼ δοκῶ ἀκούειν, ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες τῶν αὐλῶν δοκοῦσιν ἀκούειν· καὶ ἐν ἐμοὶ αὕτη ἡ ἠχὴ τούτων τῶν λόγων βομβεῖ, καὶ ποιεῖ μὴ δύνασθαι τῶν ἄλλων ἀκούειν: Hæc ſcito amice Crito, me mihi audire videri, quemadmodum Bonæ deæ aut Bacchi ſacerdotes tibias ſibi videntur audire. Etiam hic ſonus horum verborum meis auribus inſonat, & facit, ne alia audire poſſim.]

SOLVE SENESCENTEM] hunc pertinent verſus Ennij, *Sicut fortis equus, ſpatio qui ſæpe ſupremo vicit Olympia, nunc ſenio confectu' quieſcit.* Solue autem, id eſt, deiunge à curru. Atque ita Homer. λῦσαν ἵππους ἐξ ὀχέων: vt ἰλ. νυ. Λῦσας ἐξ ὀχέων: & item ſæpe alibi.

ILIA DVCAT] ægrè ſpiritum ducat, ſpiritus difficultate laboret, ilia trahat, vt loquitur Plin. lib. 26. & item Lucanus quodam loco: anhelet, propterea ſcilicet, quòd ſeptem illa Circi ſpatia decurrere non poſſit.

VERSVS, ET CETERA LVDICRA] omnes ferè per verſus, & ludicra, carmina lyrica ſignificari

ſignificari putant. Nō deſunt tamen, iique docti, qui etiam Satyras in numero ſcriptorū ludicrorum habent, multóque adeò magis, quàm Odarū libros. Sic enim diſputant illi, Satyrarum locutio ſermo merus eſt, nihilq; ex Satyris Horatius, præterquàm riſum legentium, quærit. Prætereà duobus locis ſatis apertè declarat, Satyras ſcriptionis genus eſſe ludicrum: vno, qui eſt Sat. 10. lib. 1. *hæc ego ludo, Quæ nec in æde ſonent, &c.* altero, qui eſt Satyr. 5. eiuſd. *vbi quid datur oti, Illudo chartis.* Ego iudicium meum non interponam. hoc tātùm dicam, in Satyris multum quidem ineſſe vrbanitatis, & comitatis, & ioci: ſed Horatium tamen, dum ridere, & iocari, & ludere videtur, plerúmque in eis res ſerias agere: hîc autem ſatis planè (vt mihi quidem videtur) quid ſentiat, verbis exprimere, atque eloqui, nempe ſe verſuum faciendorum finem facere, iocos omneis, amores, conuiuia, nugas, res omneis ludicras denique omittere, ſeſeque totum ad philoſophiam, tanquam vitæ ſuperioris emendatricem, & omnium virtutum, vitæque adeò beatæ effectricem, conferre in animo habere: quibus conſentaneum eſt illud in epiſt. 2. lib. 2. in extremo. *Nimirum ſapere eſt abiectis vtile nugis: Et tempeſtiuum pueris concedere ludum. Ac non verba ſequi fidibus modulanda Latinis: Sed veræ numeróſque, modóſque ediſcere vitæ.* Idem eadem epiſt. duabus antè pagellis, ait annos, & ætatem ingraueſcentem ſibi eripuiſſe *iocos* omneis *Venerem, conuiuia, ludum, Tendunt* prætereà (inquit) *extorquere poëmata.*

Atqve decens] atque honeſtum, ſeu decorum. τί καλὸν καὶ πρέπον, ἢ τοὐναντίον.

Omnis in hoc svm] totus in hoc ſum. ſic Sat. 9. lib. 1. *Neſcio quid meditans nugarum, totus in illis.* Nam omnem hîc poſuit pro toto. Sic Homerus, ἰλ. λ. πᾶς δ' ἄρα χαλκῷ λάμπ', ὥστε στεροπὴ id eſt, omnis vtrique ferro Splendebat, vt fulgur. ſic idem Horat. Od. vlt. lib. 3. *Non omnis moriar, magnáque pars mei Vitabit Libitinam, &c.*

Condo, et comp. qvæ m. &c.] non dicit, ſe ea ſcribere, quæ mox in lucem edere, & diuulgare poſſit, ſed ea congerere, & recondere in animo, quæ mox ad vſum ſuum, & ad rectè, ſapienter, & virtuti conuenienter viuendi facultatem ſumere, & depromere queat. allegoria eſt ducta ab agricolis, qui fructus perceptos, & frumentum condunt. M. Tull. in Catone maiore. *non ſerendis, non percipiendis, nō condendis fructibus.* vel ab iis, qui in penu, ſeu in apotheca recondūt res ad victum neceſſarias, quas ſuo tempore depromant: & quibus, cùm opus ſit, vtantur. vt epiſt. 2. huius lib. *valeat poſſeſſor oportet, Si comportatis rebus bene cogitat vti.* His adde exemplum formicæ, quod eſt Sat. 1 lib. 1.

Qvo me dvce] quo duce, id eſt, quo auctore, & principe, τίνι ἀρχηγέτῃ.

Qvo lare] qua familia: ſeu quo familiæ duce. erant enim plures philoſophorum familiæ, vt familia Platonis, & Academicorum, familia Ariſtotelis, & Peripateticorum, Zenonis, & Stoicorum, &c. familiæ autem dicebātur, quia quemadmodum qui ſunt eiuſdem familiæ, eiuſdem ſunt nominis, atque adeò cognominis: ita qui eundem in Philoſophia ducem atque auctorem ſequuntur, communi nomine, ſeu cognomine appellantur: vt Zenonis diſcipuli & ſectatores, Stoïci: Arceſilæ, noui Academici: Ariſtotelis Peripatetici: Ariſtippi, Cyrenaici. ſic Od. 29. lib. 1. *Socraticam domum* dixit, pro familia Academica, & iis, qui à Socrate orti ſunt.

Nvllivs addict.] videtur ſignificare ſe eſſe Academicum, quorum eſt nulli rei aſſentiri, qua de re M. Tull. lib. de finibus. Sed quòd ait ſe nullius in verba magiſtri iuraſſe, idem ferè dicit M. Tull. aliis verbis, in prooemio lib. 4. Toſcul. *nos inſtitutum tenebimus, nulliſque vnius diſciplinæ legibus aſtricti, quid ſit in quaq; re maximè probabile, maximè requiremus.* Idem in procem. lib. 2. notans, ac deſcribens eos philoſophos, qui vni diſciplinæ ſeſe dediderunt, eodem verbo vtitur, quo Horat. *nóſque ipſos redargui, refellique patiamur, quod ij ferunt iniquo animo, qui certis quibuſdam, deſtinatiſq; ſententiis quaſi addicti, & conſecrati ſunt, eáque neceſſitate constricti, vt etiam, quæ non probare ſoleant, ea cogantur conſtantiæ cauſa defendere.* In voce *addictus* quidam ſubintelligunt *ſum*, ſed minùs rectè. nā pertinet ad verbum *deferor*, quod ſequitur. Addicti autem propriè dicebantur debitores, qui, cùm damnati iudicatum ſoluere non poſſent, nexi, creditoribus in ſeruitutem addicebantur.

Ivrare in verba] ſuprà Od. 16. epod. *Sed iuremus in hæc.* & Od. 15. *In verba iurabas mea.*

Qvò me cvmqve rapit, &c.] tralatio perpetua eſt à nauigantibus ducta. ſignificat, ſe ſeruire temporibus, id eſt, pro natura, & ratione temporum hanc, vel illam diſciplinam, non ſemper vnam, eandémque ſequi ac probare.

Agilis] quaſi ad agendum promtus, & expeditus, πρακτικός, vt epiſt. ad Loll. a. hoc libro, *agilem, nauémque remiſſi.* & epiſt. ad Iul. Flor. eod. lib. *Quæ circumuolitas agilis thyma?*

Et mersor civilib. vndis] idem dicit. ſignificat enim, ſe interdum Stoicorum, aut Peripateticorum diſciplinam colere, ac probare, qui ſapientem à reip. adminiſtratione non auocant, vt mox ex M. Tullio oſtendemus: interdum Cyrenaicis & Epicureis aſſentiri, qui ſapientem ad remp. acceſſurum negant. M. Tull. in orat. pro Sext. de Epicuro, *ſapientem omnia ſua cauſa facere, remp. capeſſere hominem bene ſanum non oportere.* *merſor* autem ſcriptum reperi in trib. cod. Vat. & Iann. Clericano, Nicotianis, Ruſſard. & ſanè magis conuenit *vndis* hoc verbum, quàm *verſor.* ſic ferè Catull. ad Manlium, *Accipe, quem merſor fortuna fluctibus ipſe.*

Vir. veræ cvst.] quales ſunt Stoici, qui ſummum bonum, & vitam beatam in virtute ponunt: aiúntque etiam ſapientem ad remp. adminiſtrandam acceſſurum. M. Tullius lib. 3.

de finib. ſub Catonis perſona, *Cum autem ad tuendos, conſeruandóſque homines hominem natum eſſe videamus: conſentaneum eſt huic naturæ, vt ſapiens velit gerere, & adminiſtrare remp.* [Quidam hîc legi volunt, *Virtutis verè cuſtos.* Non deſunt qui hoc modo, *Virtutis verus cuſtos.*]

Nunc in Ariſt.] à quo Cyrenaica diſciplina manauit. M. Tullius Offic. 3. *Atque ab Ariſtippo Cyrenaici, atque Anniceri nominati omne bonum in voluptate poſuerunt, &c.* de quo plura dicemus ad epiſt. ad Scæuam, hoc lib.

Svbivngere] ſic habent tres lib. Vatic. & item Iann. Faët. Torneſ. Rain. Card. Clericahus, Nicotiani, Ruſſard. quam ſcripturam probo, vt germanam, & veram, reiecta altera, vt ſuppoſititia: quamuis & verbum *ſummittere* ſciam huic ſententiæ cõuenire. Sed quomodo Ariſtippus res ſibi ſubiungebat, non ſe rebus? eò quòd nulli certo generi vitæ, nullo certo veſtitui, nec cultui addictus, aut alligatus erat: ſed liberè & ſine vllo reprehenſionis metu pro tempore, hunc, vel illum vitæ cultum ſequebatur ac probabat: vt epiſt. 17. eod. lib. *Omnis Ariſtippum decuit color, & ſtatus & res, Tentantem maiora, ferè præſentibus æquũ, &c.* paullò pòſt de eodem, *Alter purpureum non exſpectabit amictum, Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet, Perſonámq. feret non inconcinnus vtrámque,* Atque hæc nuper mihi indicauit Simeo Boſius Lemouix.

Vt nox longa] ſimilitudo, ſeu παρα-βολὴ multiplex, ducta ab amantibus: ab iis, qui ſuas operas locarunt, quíque operas dant diurnas mercede conducti: & à pupillis, quos matris cuſtodia coërcet.

Nox longa.] Artemidorus τοῖς λυπουμένοις τι καὶ μεριμνῶσιν ἅπασα νὺξ ἔοικε φαίνεσθαι μακρά: id eſt, iis, qui moleſtiis & curis ſollicitantur, nox omnis longa videtur eſſe.]

Amica] ἑταίρα, vt epiſtol. ad Vallam eod. lib. *Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicæ.* [M. Tull. lib. 2. de Diuinatione. Alcibiades cùm eſſet proiectus, inhumatus, ab omnibúſque defectus iaceret, amica corpus texit ſuo pallio.]

Opvs debentib.] iis, qui conducti ſunt, vt opus faciant.

Morantvr] id eſt, retardant.

Sic mihi tarda fl.] ἀργαπόδεσις. tarda fluunt. i. tardè eunt, tarda ſunt, ſeu videntur. tralatio à fluminibus. talle illud, *Tempora labuntur, &c.*

Agendi naviter id, qvod, &c.] philoſophandi. nam ſapientiæ ſtudiũ æquè pauperibus, ac diuitibus prodeſt, eiuſdémque neglectio æquè pueris, ac ſenibus nocet.

Restat, vt his ego me, &c.] cùm impeditus duris temporibus, & potentiorum, ac principum amicitia non poſſim operam omnem in ſtudium ſapientiæ conferre, reſtat vt his primordiis, & elementis philoſophiæ me contentũ eſſe oporteat.

Non possis ocvlos] à ſimili. Et ſi A aliquis (inquit) tantùm oculorum aciem intendere, ſeu contendere nõ poſſit, quantũ Lynceus, non tamen oculorum morbum negligere debet. *Contendere oculo* autem in omnibus quidem libris manuſcriptis ſcriptum reperi, (niſi quòd in vno videbatur deletum fuiſſe *s.* poſt *o.* in voce *oculo*) non potui tamen non probare Ioannis Paſſeratij coniecturam, qui putat legendum potiùs, *oculos*, vt dicimus contendere neruos, vireis, aciem oculorum. Quin ego cùm diligentiùs attendi, contendo legendum eſſe *oculos.* Quemadmodum enim Latinè dici non poteſt, *non poſſis oculo tantum certare, quantum Lynceus:* ita neque, *tantum contendere oculo, quantum Lynceus.* Confirmari poteſt hæc B lectio auctoritate Aſran. Homin. *Contendit oculos, derepente abit calo:* & Attij, Tereo. *video ego te, mulier, more multarum vtier, Vt vim contendas tuam ad maieſtatem viri.* Sed quid pluribus teſtimoniis opus eſt? vnus Lucretius erit nobis inſtar omniũ. Sic igitur politiſſimus ille ſcriptor lib. 1. *Primum Graius homo mortaleis tendere contrà Eſt oculos auſus, &c.* ſic enim legendum, & ita ſcriptum eſſe à Lucr. teſtantur grammatici veteres: & ita edendum propediè curabo, quamuis priorib. editionibus religione quadam impeditus, id facere non ſim auſus.

Lyncevs] de Lynceo notiſſima fabula eſt, eum vſque adeò ceteris oculorum acie præſtitiſſe, vt, quæ apud inferos agerentur, videret. ſed C plura de eo diximus ad Sat. 2. lib. 1.

Invngi] quidam libri vet. habent *inungui.*

Nec, qvia desp. invicti. &c.] Glyconem athletam, aut pugilem fuiſſe veriſimilius eſt quàm gladiatorem. De quo nihil equidem me legere memini: de Glaucone multa memoriæ prodita ſunt. commemorat eum Demoſthenes in Oratione περὶ στεφάνου: de eodem multa Suidas.

Nodosa] quæ veluti nodis quibuſdam vſum manuum, & articulorum impedit, ceſſantem morbum appellat epiſt. 15. eiuſd. lib.

Est qvadam prod. ten.] licet vſque ad certum aliquem finem progredi, ſi non licet ſuperare, aut tranſgredi. in tribus codic. Vatic. & Torn. & aliquot aliis, ſcriptum eſt, *Eſt quodam,* D ex qua ſcriptura feci *Eſt quâdam*, quæ ſine dubio vera eſt.

Verba et voces] id eſt, carmina, & cantiones, &, (vt Græci vocant) ἐπῳδαί; ſed ſignificat ἀλληγορικῶς ſermones philoſophicos. M. Tull. ἐπῳδὰς quas appellant Græci, cantiones videtur nominare in libr. de claris Orator. *Cùm ego pro Titinia Cotta perorauiſſem: ille* [Curio] *contra me pro Seruio Næuio diceret, ſubitò totam cauſam oblitus eſt, idque veneficiis & cantionibus Titiniæ factum eſſe dicebat.* Horatius hîc voces, alibi carmina appellat, vt & Virg. Pharmaceutria: *Carmina vel cælo poſſunt deducere lunam.* Tibullus cantus lib. 1. eleg. 8. *Cantus vicinis fruges traducit ab agris: Cantus & iratæ detinet anguis iter.* ſic nutrix illa apud Euripidem in Hippolyto, Phædram amore Hippolyti

polyti captam, & ex eo amore grauiter laborantem conſolans dicit, voces eſſe nonnullas, & quædam carmina, quibus illa ægritudinem ſuam leuare poſſit, his verbis, εἰσὶν δ' ἐπῳδαὶ, καὶ λόγοι θελκτήριοι· φανήσεταί τι τῆσδε φάρμακον νόσου, id eſt, ſunt autem voces, ſeu cantiones, & ſermones, ad mulcendum compoſiti. Reperietur aliquod huius morbi remedium. Veteres autem tantam vim in huiuſmodi carminibus, ſeu cantionibus ineſſe putabant, vt eas etiam morbis, & vulneribus mederi exiſtimarent. Itaque Homerus ὀδ. τ. ſanguinem ex eo vulnere, quod Vlyſſis femori aper inflixerat, manantem, facit ἐπῳδῇ, id eſt, carmine, ſeu cantione, & quibuſdam vocibus cohiberi, his verbis, Ὠτειλὴν δ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος ἀντιθέοιο Δῆσαν ἐπισταμένως, ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν Ἔσχεθον, id eſt, vulnus autem Vlyſſis omni culpa carentis, & diis comparandi, obligarunt ſcienter: carmine autem ſanguinem nigrum repreſſerunt. Et Pindarus ὠδ. γ πυθ. cũ expoſuiſſet, Æſculapium Chironi in diſciplinam eſſe traditum, vt ab eo medendi ſcientiam diſceret, atque ad Æſculapium poſteà cõuenire & cõcurrere ſolitos, qui aut morbis affecti, aut vlceroſi, aut ſaucij eſſent, ſubiungit ad extremum, eam fuiſſe in Æſculapio artis præſtantiã, vt quotquot ad ſe venirẽt ægri, aut debiles, aut vulnerati, omneis malis ac laboribus leuatos abs ſe dimitteret, alios carminibus curans, alios potionibus, alios pharmacis, & medicamentis foris admotis, alios adhibita ſectione. verba Pindari ſunt hæc, τοὺς μὲν μαλακαῖς ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων, τοὺς δὲ προσανέα πίνοντας, ἢ γυίοις περάπτων πάντοθεν φάρμακα, τοὺς δὲ τομαῖς ἔστασεν ὀρθούς. Idẽ ὠδ. η. Νεμ. ἐπαοιδαῖς δ' ἀνὴρ ὀδύναν καί τις καμάτων θῆκεν, id eſt, carminibus autem, ſeu cantionibus quiſpiam doloris ſenſum ademit. Habuit, & Medea ſuas ἐπῳδὰς, de quibus Pauſan. in Corinth. Plato quoque in Euthydemo eorum artem, qui orationes componunt, cum arte excantatorum comparat, quia, quemadmodum hæc viperas, phalangia, ſcorpios, & huiuſmodi animalia peſtifera, & morbos lenit, ac permulcet: ita illa iudicum, concionis, & multitudinis animos delinire ſolet. verba Platoniſ ſunt hæc, ἡ μὲν γὰρ τῶν ἐπῳδῶν, ἐχέων τε, καὶ φαλαγγίων, καὶ σκορπίων, καὶ τῶν ἄλλων θηρίων τε καὶ νόσων κήλησίς ἐστι. ἡ δὲ δικαστῶν τε, καὶ ἐκκλησιαστῶν, καὶ τῶν ἄλλων ὄχλων παραμυθία τυγχάνει οὖσα.

Lavdis amore tvmes?] φιλοτιμεῖς; ambitioſus es? ambitione laboras? apto verbo vſus eſt, ad exprimendum ambitioſi morbum.

Piacvla] καθάρματα. ſup. lib. 1. Od. xxviij. *Téque piacula nulla reſoluent.*

Ter] τρίς. numerus eſt perfectus, vt annotauimus ad Od. 1. lib. 1.

Pvrè] ſacra enim omnia debent tractari à puris. At philoſophiæ ſtudium, ſacrum eſt: & libri philoſophici, ſacri ſunt. Quare nemo ad eorum lectionem accedere debet, illotis, & impuris manibus: hoc eſt, animo impuro. iccircò dixit *purè lecto.*

Recreare] ἀναζωπυρῶν. Satyr. 2. lib. 2. *Seu recreare volet tenuatum corpus.* & 4. eiuſd. *Tostis marcentem ſquillis recreabis, & Afra Potorem cochlea.*

Amator] ἐραστής. *amator* (inquit Donat.) *corporis eſt, amicus animi.*

Nemo adeò fervs est] nemo adeò vitioſus eſt, quin virtutem conſequi: nemo adeò immanis & ferus, quin exuere feritatem, & humanitate expoliri poſſit. Eſt autem vſus duabus tranſlationibus, quæ mutuò non reſpondent, *ferus*, & *miteſcere*, cùm fera, id eſt, ἄγρια, manſueſcant potiùs, ſeu cicurentur: acerba miteſcant. præterea in voce *cultura* alia tranſlatio ineſt: qua & M. Tull. vſus eſt Tuſcul. 2. *cultura porrò animi philoſophia eſt.* Theognis autem ait, animi morbos nulla medicina ſanabileis eſſe. quòd ſi Deus (inquit) hanc medicis vim, ac facultatem dediſſet, vt vitium tollere, & malam mentem ſanare poſſent, magnam mercedem ferrent.

[Patientem commodet avr.] ſic locutus eſt Arnob. lib. 4. aduerſus genteis, *Vos aureis patientiſſimas commodatis, &c.*]

Virtvs est vitivm fvg.] Quinctil. lib. 9. cap. 3. vbi diſputat de figuris verborũ, ita hunc locum explicat. *Interim etiam dubitari poteſt, cui ſimile vitio ſit ſchema: vt in hoc. Virtus eſt vitiũ fugere. At enim partes orationis mutat ex illo. Virtus eſt fuga vitiorum: aut caſus ex illo, virtutis eſt vitium fugere.* Lucilius apud Lactantium Firm. multo plura in definitionem virtutis incluſit. ſic enim ille, *Virtus, Albine, eſt pretium perſoluere verũ Queis in verſamur, queis viuimu' rebu' poteſſe: Virtus eſt homini, ſcire id, quod quaque habeat res: Virtus ſcire homini rectum, vtile, quid ſit honeſtum: Quæ bona, quæ mala item, quid inutile, turpe, inhoneſtum: Virtus quærendæ rei finem ſcire, modúmque: Virtus diuitiis pretium perſoluere poſſe: Virtus id dare, quod re ipſa debetur honori, Hoſtem eſſe, atque inimicum hominum, morúmque malorum, Contra defenſorem hominum, morúmque bonorũ: Magnificare hos, his bene velle, his viuere amicum: Commoda præterea patriæ ſibi prima putare: Deinde parentum, tertia iam, poſtremáque noſtra.*

Exigvvm censvm] infrà epiſt. 7. eiuſdem lib. *Præconem tenui cenſu.* & Od. 15. lib. 2. *Priuatus illis cenſus, erat breuis.* vbi quid ſit cenſus, docuimus.

Tvrpémqve repvlsam] cur turpem? quia turpe eſt petiiſſe magiſtratum, & non obtinuiſſe. ſed M. Tull. in orat. de Haruſp. reſpon. eos repulſos eſſe dicit, non qui aliquando honorem vitio ciuitatis, non ſuo, non ſunt aſſecuti: *nam id quidem* (inquit) *multis ſæpe optimis, atque honeſtiſſimis viris accidit: Repulſi ſunt ij, quos ad omnia progredienteis, quos munera contra leges gladiatoria paranteis, quos apertiſſimè largienteis non ſolùm alieni, ſed etiam ſui, vicini, tribules, vrbani, ruſtici repulerũt.* Hæc igitur duntaxat repulſa, Ciceronis ſententia, turpis eſt. eſt & ſordida, & eius expers virtus eſt:

Digitized by Google

vt Oda 2. lib. 3. *Virtus repulſæ neſcia ſordidæ, in-Contaminatis fulget honoribus.* A

Capitis qve] id eſt, & corporis. ex parte corporis nobiliſſima ac præſtātiſſima totum corpus intelligitur. Sic ſæpe Homerus, Virgil. & item alij.

Impiger extr. cvrr. mer.] nauigas ad Indos. nam currere, & curſum, ad nauigationem pertinere: & currum pro naui vſurpari ſuprà oſtendimus. mercatores autem (ἐμπόρους nominant Græci) à mercibus & mercando ſunt appellati, quòd merces aliunde petant, ſiue ementes, ſiue permutantes, quas in patriam ſuam deportent, vt eas pluris diſtrahant. cui rei multùm diſſimilis eſt negotiatorum ratio. negotiantur enim vel arando, vel paſcendo, vel pecuniis occupandis, vel vectigalibus conducendis. *Impiger* autem nomen eſt adiectum ad verbi vim adiuuandā atque augendam: quaſi *impiger curris* dictum ſit pro impigrè curris. B

Per mare, pavperiem fvgiens] &c.] Theognidem videtur expreſſiſſe: χρὴ γὰρ ὁμῶς ἐπὶ γῆν τε, καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης Δίζεσθαι χαλεπῆς, Κύρνε, λύσιν πενίης, id eſt, oportet enim ſimiliter & ſuper terram, & ſuper lata terga maris paupertatis ſolutionem, ſeu liberationem Cyrne quærere. Idem alibi non ſolùm per mare currendum cenſet, vt paupertatem fugiamus, verùm etiam in mare deſiliendum, & ex altis, ac præruptis ſaxis præcipitandum, his verbis, Ἣν δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον Ῥιπτεῖν καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων. C

Per igneis] per ignem, ſeu per igneis ire dicuntur, qui quippiam magno cum ſui capitis periculo moliuntur. Ariſtoph. in Lyſiſtrata κἄν με χρῇ διὰ τοῦ πυρὸς, ἐθέλω βαδίζειν. etiam ſi me opus ſit per ignem, volo ire. Hom. ἰλ. κ. τούτου δ' ἑσπομένοιο καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο Ἄμφω νοστήσαιμεν, ἐπεὶ περὶ οἶδε νοῆσαι, id eſt, Hoc autē (Vlyſſe) comitante vel ex igne ardēte nos ambo incolumes reuertamur: quoniam ſupra omneis mortaleis eſt intelligens. M. Tull. Tuſcul. lib. 2. in extr. *Quid de noſtris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar? quæ flamma eſt, per quam non cucurrerint ij, qui hæc olim punctis ſingulis colligebant?* D

Ne cvres ea, qvæ, &c.] hæc eſt huius loci ſententia, vt rem familiarem augeas, paupertatémque fugias, terras omneis, & maria omnia peragras: vt non cures autem, & vt contemnas ea, quæ ſtultè admiraris, & concupiſcis, quales ſunt diuitiæ, honores, opes, potentia: diſcendi laborem perferre non vis, nec prudentiori, ſapientiorique credere? *ne* hoc loco valet vt non, ne quis putet prohibendi vim habere: eſtque hic ordo verborum, non vis diſcere, & audire, & meliori credere, ne cures, id eſt, vt deſinas curare, ſeu vt ne cures ea, quæ immeritò & inſipienter miraris & exoptas? nempe bona externa.

Qvis circ. p. et circ. com. pvgnax Magna cor. contemn.] Quis homo pugnax, & vir fortis, in paruis, & vulgatis certaminibus ætatem ſuam conſumere, vireiſque conterere velit: certamina autem nobiliſſima, qualia ſunt Olympica, contemnat, præſertum cui vincendi ſpes proponatur, conditióque feratur non magno admodum laborare ſuſcepto? profectò nemo. Ita ſtultarum eſt pecuniarum, & inaniſſimarum rerum gratia totam vitam in moleſtiſſimis curis, ac laboribus traducere: animorum autem ſanandorum, & ſapientiæ parandæ cauſa diſcendi laborem perferre nolle. M. Tull. in orat. pro Flacco ait iocans, & Græcos irridēns, Olympicorum certaminum victoriam Græcis maiorem, & glorioſiorem fuiſſe, quàm Romanis triumphum. Et Plato Olympionicarum vitam pro beatiſſima poſuit, libr. 5. de rep. vbi enumeratis iis commodis, quibus fruentur: & incommodis, quibus liberabuntur ciues ij, quibus inter ipſos bona fuerint communia, ſubiicit: ab his igitur malis omnibus erunt liberi, vitámque viuent Olympionicarum vita beatiorem. verba Platonis ſunt hæc, ζήσουσί τε τοῦ μακαριστοῦ βίου, ὃν οἱ ὀλυμπιονῖκαι ζῶσι, μακαριώτερον. *coronari Olympia* autem, genus eſt loquendi Græcum, pro coronari Olympiorum nomine. ſic enim loquuntur illi, στεφανοῦσθαι Ὀλύμπια. Simonides, Ἴσθμια, δὶς Νέμεα, δὶς Ὀλύμπια ἐστεφανώθην, id eſt, Iſthmia, his Nemea, bis Olympia coronatus ſum. ex Hephæſtione: quem locū mihi indicauit Simeo Boſius.

Sine pvlvere] ſine labore, Græci ἀκονιτὶ dicunt. Pauſan. Ἠλιακ. β. τότε μὲν δὴ τοῦ Παγκρατίου τὴν νίκην ἀνὴρ ἐκ Μαντινείας Δρομεὺς ὄνομα πρῶτος, ὃν ἴσμεν, ἀκονιτὶ λαβεῖν λέγεται. Tunc igitur Pancratij victoriam vir Mantineus, nomine Dromeus, ſeu Curſor primus, quem quidem ſciamus, ſine puluere conſecutus eſſe dicitur. & Lucianus in dialog. quodam, ἀκονιτὶ κρατήσομεν, id eſt, ſine puluere vincemus. Horatius Oda 1. lib. 1. *Sunt quos curriculo puluerem Olympicum Collegiſſe iuuat, &c.*

Dvlcis palmæ] dulcis victoriæ. M. Tull. accuſ. lib. 5. *Ipſe autem triumphus quamobrem omnium triumphorum gratiſſimus populo Rom. fuit, & iucundiſſimus? quia nihil eſt victoria dulcius.* Sed licet etiam dicere Horatium palmæ naturam ſpectaſſe, cuius fructus guſtatu dulcis eſt, dulcis medulla, quæ appellatur. lege Plinium lib. 13. cap. 4.

Vilivs arg.] argento carius eſt aurum: vilius, εὐτελέστερον.

O cives cives] Epanaphora.

Virtvs post nvmmos] huc pertinet illud Phocylidis, quod refert Plato lib. 3. de rep. his verbis, φωκυλίδου γὰρ, ἦν δ' ἐγὼ, οὐκ ἀκούεις πῶς φησὶ δεῖν, ὅταν τῳ ἤδη βίος ᾖ, ἀρετὴν ἀσκεῖν; id eſt, Phocylidem (inquam) nō audis, quemadmodum dicat, cùm alicui ſuppetunt viuendi

viuendi facultates, tum virtutem colere, atque exercere oportere?

Ianvs svmmvs ab imo] via quædam à Iani templo, ſeu à duobus Ianis, qui poſiti erant in foro Romano, oon longè à Puteali, Romæ Ianus ſummus, medius, infimus, fuit appellata, in qua trapezitæ, & fœneratores habitabant. M. Tull. offic. lib. 2. in extremo, *ſed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda pecunia, etiam de vtenda, commodius à quibuſdam optimis viris ad medium Ianum ſedentibus, quàm ab vllis philoſophis vlla in ſchola diſputatur.* & Philipp. 6. *Janus medius in Antonij clientela ſit? quis vmquam in illo Iano inuentus eſt, qui L. Antonio mille nummûm expenſum ferret?* erat autem templum Iani in foro Romano: vt & duo Iani: à quibus Ianum ſummum, & Ianum imom, & Ianum medium eſſe dictos, veriſimilius eſt, quàm à Iaoi templo.

Prodocet] ſic eſt legendum, & ita ſcriptom reperi in trib. cod. Vatic. & Rain. Card. Iann. Faër. Torn. *prodocere* autem eſt foris, & palam, & publicè docere. *pro* enim, vt alibi admonuimus, ſæpe idem valet in compoſitione, quod foris, ſeu foras, & palàm.

Recinvnt] id eſt, iterum atque iterum canunt. Od. 12. libr. 1. *cuius recinet iocoſa nomen imago?* & Od. 28. lib. 3. *Tu curua recines lyra Latonam, &c.*

Dictata] tralatio eſt à magiſtrorum dictatis. epiſt. ad Loll. 2. huius libr. *Sic iterat voces, & verba cadentia tollit, Vt puerum credas ſæuo dictata magiſtro Reddere.* M. Tull. de finib. 4. *quæ quidem res efficit, ne neceſſe ſit iiſdem de rebus ſemper quaſi dictata decantare.* Idem ad Q. Frat. libr. 3. *Præſertim cùm illam orationem nemo lecturus ſit: meam in illum pueri omnes tanquam dictata, perdiſcant.*

Lævo svspensi locvlos] hic verſus reperitur ſat. 6. lib. 1.

Si qvadring. sex sept. mill. des.] id eſt, ſi quadringẽtis millibus ſeſtertiûm, qui cenſus erat equeſtris, ſex, aut ſeptem millia deſunt, non eris eques: at plebs eris, id eſt, de plebe, ſeu plebeius: beatè autem viuere licet, etiam ſi quis non ſit eques. Nonnulli libr. vet. habent, *Sed quadring.* quam ſcripturam ſi probabimus, erit obiectio. ſunt qui habent *deſint*: & tum erit conceſſio. Iam *ſex ſeptem* dictum pro ſex, aut ſeptem ſic M. Tull. ad Attic. lib. 10. ep. cuius principium eſt, *Et ſi res ipſa monebat, &c. quippe qui florentiſſimus, ac nouus* VI. VII. *diebus ipſi illi egenti, ac perditæ multitudini in odium acerbiſſ. venerit.* Terent. Eunucho, actû 2. *illum liquet mihi deierare His menſibus ſex ſeptem prorſum non vidiſſe proximis.* Lucret. li. 4. *Sex etiam ſeptem loca vidi reddere voces.* Sed videntur potiùs hæc verba & diſtinguenda, & ſic eſſe intelligenda. *Si quadringentis ſex, ſeptem millia deſunt, &c.* id eſt, Si quadringentis millibus deeſt vnum mille. Nam ſi de quadringentis ſex millibus demantur ſeptem millia, remanebunt duntaxat trecenta oonaginta oouem millia. Atque hanc huius loci explicationem magis probo, & item viri docti. in his Iulianus Mediceus, vir clariſſimus, idémque caſtiſſimis & integerrimis moribus, antiſtes eccleſiæ Bliterenſis. verùm non celabo lectorem, me reperiſſe ſcriptom in octo libris manuſcr. *Sed quadringentis, &c.* vt paullò, aotè admonui: quæ ſcriptura ſi cui probabitur, ſic erunt hæc accipienda, quaſi ſiot eius verba, qui dicat ſe non poſſe peruenire ad equeſtris ordinis dignitatem, quia non habeat quadringenta millia æris: quem voluit eſſe cenſum equeſtris ordinis L. Roſcius Otho.

Svnt mores et lingva, fid.] quidam lib. vet. hab. *ſunt mores, eſt lingua, fidéſque.*

[Fidésq.] quæ pluris eſt, quàm pecunia, & diuitiæ: vel Demoſth. reſte or. πρὸς Λεπτίνην. cuius verba aſcribam. χωρὶς δὲ τούτων, καὶ τῇ πόλει δυοῖν ἀγαθοῖν ὄντοιν πλούτου τε καὶ τοῦ πρὸς ἅπαντας πιστεύεσθαι μεῖζόν ἐστι τὸ τῆς πίστεως ὑπάρχον ἡμῖν. Εἰ δέ τις οἴεται δεῖν, ὅτι χρήματα οὐκ ἔχομεν, μηδὲ δόξαν ἔχειν ἡμᾶς χρηστὴν, οὐ καλῶς φρονεῖ. Ἐγὼ μὲν γὰρ, εὔχομαι τοῖς θεοῖς μάλιστα μὲν ἡμῖν καὶ χρήματα πολλὰ γενέσθαι: εἰ δὲ μή, τό τε πιστοὺς εἶναι καὶ βεβαίους δοκεῖν διαμένειν]

Plebs eris:] plebeios eris, de plebe eris.

At pveri lvd.] quidam lib. veter. habent, *ve pueri lud.*

Rex eris] vel referendum eſt ad veterem loquendi conſuetudinem, quæ etiam ad noſtram ætatem peruênit: *rex ſum*: pro, fortunatiſſimus, & beatiſſimus ſum: vt apud Plautum in Pænulo. *Rex ſum, ſi ego illum hodie hominem ad me allexero.* ſic & Auſonius. *Qui rectè faciet, non qui dominatur, erit rex.* vel ad ludum illum pueorum, qui commeratur à Platooe in Theæteto. cuius verba mox ponemos.

Hic mvrvs aheneus esto] id eſt, in hac vna re totius vitæ tuæ præſidium ſit poſitum, vt nullius flagitij tibi conſcius ſis, & ab omni culpa vaces. hæc ſit tua arx, tuúmque propugnaculum, nullius turpitudinis tibi eſſe conſcium. Videtur autem ſpectaſſe Horatius locum illum Platonis lib. 6. de legibus, vbi dicit Socrates, ſe Spartæ aſſentiri, muros in terra iacenteis, eſſe negligendos, neque deintegro excitandos: laudátque cuiuſdam poëtæ dictum, τὸ χαλκᾶ καὶ σιδηρᾶ δεῖν εἶναι τὰ τείχη μᾶλλον ἢ γήϊνα. id eſt, aheneos & ferreos eſſe muros oportere potiùs, quàm terrenos. ſignificabat autem poëta ille, quiſquis fuit. per muros aheneos, viros armatos.

Nil conscire sibi, nvlla pall.] hoc pertinet illud Diphili, ὁ συνιστορῶν αὑτῷ, κἂν ᾖ θρασύτατος, ἡ σύνεσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ: id eſt, qui ſibi ipſi conſcius eſt alicuius mali, etiam ſi ſit audaciſſimus, conſcientia eum facit timidiſſimum.

Roscia dic sodes, &c.] de lege Roſcia ſup. diximus ad Od. 4. epod.

An pverorvm est] ſic habent duo

publica, qui opus aliquod publicum faciendum, A qui exercitum alendum, ac veſtiendum ſuſcipiũt: cuius poſterioris exemplum pulcherrimum exſtat apud T. Liuium libr. 23. ad finem.

SVNT, QVI FRVSTIS, ET POMIS, &c.] captatores: quod genus hominum deſcribit ſat. 5. lib. 2. & M. Tull. paradox. ὅτι οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, &c. his verbis: *hereditatis ſpes quid indignatis in ſeruiendo non ſuſcipit? quem nutum locupletis orbi ſenis non obſeruat? loquitur ad voluntatem, quicquid denuntiatum ſit, facit, aſſentitur, aſsidet, miratur. quid horum eſt liberi?* Quidam legunt *Cruſtis, & pomis*, & ita habent aliquot libri manuſcr.

EXCIPIÁNTQVE SENES] aptiſſimum verbum ad exprimendam captatorum calliditatem, ac ſollertiam in ambiendis, & colendis ſeni- B bus orbis. dicimus enim excipere, & exceptare piſceis. M. Tull. eod. parad. *& videat aliquem ſummis populi beneficijs vſum, barbatulos mullulos excepcantem de piſcina, & pertrectantem, & murænarum copia gloriantem*. vel dicendum potiùs excipere, eſſe hic inſidioſè adoriendo capere, vt excipere aprum venabulo, & excipere è prœlio fugienteis. vide annot. ad Od. 12. lib. 3.

VIVARIA] viuaria, ſepta quædam loca, in quibus feræ viuæ paſcuntur. leporaria appellat Varro, vt refert Gell. lib. 2. cap. 20.

MVLTIS OC. CR. R. FÆN.] i. multi rem ſuam familiarem occulto fænore, ex quo intelligendum, non eſſe legitimum, ſeu legibus conceſſum, amplificant: vt ille ſat. 2. libr. 1. *Quinas hic capiti mercedes exſecat*. C

VERÙM ESTO ALIIS ALIOS, &c.] verùm (inquit) cùm tot ſint hominum capita, & tam varia ingenia, concedendum eſt, vt alij alijs ſtudijs dediti ſint. Quid autem minùs ferendum, quàm vnum, eundémque hominem nunc hoc, nunc illud probare? neque in vna ſententia perpetuò manere? neque vnum conſilium diutius amplecti? Plato in Gorgia Socratem ita facit loquentem, καί τοι ἔγω σε οἶμαι ὦ βέλτιστε, καὶ τὴν λύραν μοι κρεῖττον εἶναι ἀνάρμοστόν τε, καὶ διαφωνεῖν, καὶ χορὸν, ᾧ χορηγοίην, καὶ πλείστους ἀνθρώποις μὴ ὁμολογεῖν μοι, ἀλλ' ἐναντία λέγειν μᾶλλον, ἢ ἕνα ὄντα ἐμὲ ἐμαυτῷ ἀσύμφωνον εἶναι, καὶ ἐναντία λέγειν, id eſt, *Atqui equidem arbitror multo præſtare lyram mihi diſconuenire & diſcordem eſſe, & chorum, cui ego præpoſitus ſim, & complures homines mihi non aſſentiri, ſed potius aduerſari ſua oratione, quàm me, qui vnus ſim, à meipſo diſcrepare, mecúmque pugnantia loqui*. D

POSSÚNTNE] ſecutus ſum hîc vnum cod. Vatic. & Rain. Card. nam ceteri non habẽt particulam interrogantem *ne*.

BAIIS PRÆL. AM.] Baiiæ, vrbs Campaniæ, aquis calidis nobilitata, ac celebrata: de qua infrà epiſt. 15. eod. lib. *amœnis* autem, id eſt, ad ſe amandas allicientibus.

PRÆLVCET] amœnior eſt: præſtat. Sic *præniteat* dixit Od. 33. li. 1. pro eo, quod eſt, formoſior ſit, ſeu videatur. *cur tibi iunior Læſa præniteat fide?*

LACVS, ET MARE SENT. AM.] quia dies ſtatim eo materiam, cæmenta, ferramenta, & cetera comportari iubet, vt ibi ædificet. Lacus eſt, qui perennem & perpetuam habet aquam. Od. 15. lib. 2. *vndique latius Extenta viſentur Lucrino Stagna lacu*.

FESTINANTI HERI:] non dixit *properantis, ſed feſtinantis. Nam qui vnum quid maturè tranſigit, is properat: qui multa ſimul incipit, nec perficit, is feſtinat*. Nonius.

CVI SI VITIOSA LIB. F. AVSP.] propterea, quòd olim nihil ſuſcipiebat populus Rom. inauſpicatò: alioqui minùs ſecundos rerum ſuſceptarum exitus, contemtioni religionis aſcribebat, at vt auſpicium pro rei gerendæ ratione, & principio ſumatur. hoc igitur ſignificat Hor. ſi diuiti initium huius conſilij à vitioſa libidine natum ſit: ſi vitioſa libido, tanquam auis cantu, aut volatu, auſpicium ratum fecerit, id eſt, diuitem impulerit, vt ædificet: ſtatim mutato conſilio fabros iubet ferramenta, ceteraque ad ædificandum neceſſaria Teanum tranſportare. Teanum Sidicinum, non Apulum, accipiendum eſt. quorum hoc Apuliæ, illud alterum, etiam Campaniæ oppidum fuit, & ob aquas quoque calidas viſendum.

LECTVS GEN. IN AVLA EST?] maritus eſt? vxor eſt domi? *lectus Genialis* (inquit Feſtus) *qui nuptijs ſternitur, ex quo etiam appellatur*. M. Tull. in Cluentiana. *lectum illum Genialem, quem biennio antè filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari, & ſterni iubet*. Virg. Æn. 6. *lucent Genialibus altis Aurea fulcra toris*.

NIL AIT ESSE PR. MEL. NIL, &c.] quantum mali afferat mulier, & quæ ſint matrimonij incommoda, quæ rurſum commoda, & quæ ex vita cælibe naſcuntur incommoda, pulchrè explicat Heſiod. in Theog. Omninò pudica & commoda vxor, magnum bonum: impudica, ſeu peruicax, ſæua, & moroſa, magnum malum. Atque in hac re Varronis conſilium ac præceptum tenendum eſt, quod refert A. Gellius lib. 1. cap. 17. *Vitium vxoris aut tollendum eſt, aut ferendum. Qui tollit vitium, vxorem commodiorem præſtat: Qui fert, ſeſe meliorem facit*.

IVRAT BENE SOLIS] id eſt, iurat eos ſolos, qui vxorem duxerunt, beatos eſſe. notauimus alibi hoc genus loquendi, *bene eſſe alicui*.

QVO TEN. VVLTVS M.] ordo eſt, Quo nodo teneam Protea mutantem vultus, & formam?

PROTEA] ad notiſſimam de Proteo fabulam pertinent ea, quæ ſunt ſat. 3. libr. 2. *Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Proteus, Cum rapies in ius malis ridentem alienis: Fiet aper, modò auis, modò ſaxum & cùm volet, arbor*. eius auctor eſt Homer: ὀδυσσ. δ. Ἀλλ' ἤτοι πρώτιστα λέων γένετ' ἠϋγένειος. Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων, καὶ πάρδαλις, ἠδὲ μέγας σῦς Γίνετο δ' ὑγρὸν ὕδωρ, καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον: quam Virgil. expreſſit his verſib. Georg. 4. *Fiet enim ſubitò ſus horridus, atráque tigris, Squamméſuſq;*

draco, & fulua ceruice leæna: Aut acrem flamma ſonitum dabit, atque ita vinclis Excidet, aut in aquas tenueis dilapſus abibit. A

Qvid pavper? r.] dixi de diuitum inconſtantia. dicamus nunc etiam de pauperum mobilitate. ride, inquit. ſignificat, pauperum inconſtantiam longè magis eſſe ridiculam, quàm diuitum: quia ſcilicet diuites in rebus ſuis: pauperes in alienis & conductis inconſtantiam ſuam declarant, & exprom unt.

Mvtat cenacvla,] pauperes, qui non habebant ædeis proprias, in quibus habitarent, cenacula conducebant, id eſt, ſuperiores ædium parteis. Nam diuites, quorum erant ædes locatæ, parteis inferiores vſque ad ſecundum tabulatum ſibi excipiebant, ac reſeruabant: ſuperiores B pauperibus locabant.

Æqvè navseat] æquè faſtidioſus eſt: æquè faſtidio afficitur.

Priva] ſua, propria. priuos, priuáſque antiqui dicebant pro ſingulis, vt ſcribit Feſtus. Lucretius libr. 4. *In multas igitur voces vox vna repente Diffugit in priuas quoniam ſe diuidit aureis.* Horat. ſat. 5. lib. 2. *turdus, Siue aliud priuum dabitur tibi: deuolet illuc, Res vbi magna nitet domino ſene.* Iterum Lucret. lib. 5. *Aëra nunc igitur dicam, qui corpore toto Innumerabiliter priuas mutatur in horas.* T. Liuius libr. annalium 30. *ſenatuſconſultum in hæc verba factum eſt, vt priuos lapides ſilices, priuáſque verbenas ſecum ferrent.*

Si cvrtatvs] curtatus capillos, helle- C niſmus eſt, quale eſt *odoratus capillos*, & alia ſexcenta. reclamantibus ferè omnibus libris manu ſcriptis, qui habent *curatus*, ego vulgatam ſcripturam tenui, curtatus.

Inæqvali tonsore] ex efficiente effectum intellige. capilli igitur ab inæquali tonſore decurtati, intelligendi ſunt inæqualiter decurtati: quemadmodum infrà epiſt. ad Mæcen. 3. huius lib. per textorem exiguæ togæ; exiguam togam ſignificat. *Exiguæque togæ ſimulet textore Catonem.*

Si fortè svbvc. pexæ trita] ſi ſubucula mea trita eſt, tunica autem comta, elegans, munda, atque ita veſtitus incedo, rides, D quaſi hoc cultus genus ineptum ſit; & indecorum propter inæqualitatem, & diſcrepantiam. pexum oppoſuit trito. pexæ veſtes, lanoſæ, villoſǽque ſint neceſſe eſt, nempe tales, vt in eis neque ſtamen, neque ſubtemen appareat: & à pectendo, vel à pectine ſunt appellatæ: à quibus pexati, qui pexis veſtibus amicti ſunt. Mart. *Pexatus pulchrè rides mea zole trita.* vnde pexitas, id eſt, vt ita dicam, villoſitas. Plin. lib. 11. cap. 24. *quàm non ad hoc videtur pertinere cribrata pexitas tela, & quadam politura arte ipſa per ſe tenax ratio tramæ?*

Æstvat] commouetur, & agitatur animi perturbatione, & inconſtantia. tralatio ducta eſt à maris æſtibus nunc accedentibus, nunc recedentibus. ſic M. Tull. accuſ. lib. 2. de iuredicundo, *æſtuare illi, qui dederant pecuniam.* ibid. *Itaque æſtuabat dubitatione: verſabat ſe in vtramque partem non ſolùm mente, verùm etiam corpore.*

Disconvenit] diſſidet, diſcrepat: vt *diſconducit* apud Plaut. in Trinummo.

[Mvtat qvadr. rot.] reſpexit fortaſſe Laconicum illud, quod Ageſilao aſcribitur. Hic enim cùm in Aſia domum trabibus quadratis rectam vidiſſet, quæſiuit à domino, num ligna quadrata naſcerentur in Aſia: cùm autem reſpōdiſſet non, ſed rotunda: quid tum poſtea? inquit, ſi quadrata naſcerētur, rotunda faceretis? ſic Plutarch. ἀποφθ. λακων. θεασάμενος δ' ἐπὶ τῆς Ἀσίας οἰκίαν τετραγώνοις ὠροφωμένην δοκοῖς, ἠρώτησε τὸν κεκτημένον εἰ τετράγωνα παρ' αὐτοῖς φύεται ξύλα, φαμένου δὲ, οὔ, ἀλλὰ στρογγύλα: τί οὖν εἶπεν, εἰ τετράγωνα ἦν, στρογγύλα ἐποιεῖτε;]

Insanire pvtas soll. me] id eſt, putas inſaniam mihi eſſe ſollennem, & vſitatam: iccircò neque miraris, neque rides. dictum *ſollennia* pro ſollenniter: vel putas me communi omnium hominum more inſanire. alij legendum putant *ſollen nimi*, pro *mihi*. hoc ſenſu, putas mihi rem eſſe ſollennem, & vſitatam mutare in horas ſententiam, & inſanire. alij poſt vocem *ſollennia* diſtinctionis notam ponunt, hócque modo hunc locum explicant: inſanire, putas eſſe res omnibus mortalibus ſollenneis, & vſitatas: id eſt, rem omnibus hominibus ſollennem: neque me rides. vocabuli autem *ſollenne* hæc ſignificatio eſt, quam oſtendimus. ſic epiſt. ad Loll. 2. hoc lib. *Romanis ſollenne viris opus, vtile famæ, Vitæq; & membris.* ſic Tibull. libr. 2. *Ille leuis ſtipulæ ſollenneis potus aceruos Accendet, flammas tranſilietque ſacras.* Cic. ad Attic. lib. 7. *tantum illud noſtrum ſollenne ſeruemus, vt neminem ſine cuiuſquam ſine litteris dimittamus.* Iterum Horatius epiſt. 1. lib. 2. *Romæ dulce diu fuit, & ſollenne, recluſa Manè domo, vigilare.* [Arnob. lib. 2. aduerſus genteis, *Nónne vocem ſi fuerit neceſſitate aliqua coactus emittere, vt ſollenne eſt mutis, inarticulatum neſcio quid ore hiante clamabit?*]

Nec medici] qui me ſanet, qui elleboro purget.

A prætore dati] Prætoris erat furioſis, & mente captis curatores dare, ſi deeſſent agnati & gentiles. nam, vt ſcribit M. Tull. Tuſc. 3. *qui ita ſit affectus, eum dominum eſſe rerum ſuarum vetant xij. tabulæ.* vide Caium iuriſconſ. in inſtitution. iuris ciuilis.

Tvtela] tutor, defenſor. aliter dixit Od. 6. lib. 4. *Deliæ tutela deæ, &c.*

Et pravè sect. stom.] ob rem leuem, ob rem nihili iraſcaris. ordo autem verborum eſt: cùm ob vnguem amici de te pend. & te reſpicientis, prauè ſectum ſtomacheris. ſignificat, homines leuia ſuorum amicorum incommoda, vt quæ ad corpus pertinent: ad eámque corporis particulam, quæ non ita magnam curam deſiderat, iniquo animo ferre: maxima autem, & quæ ad animum referuntur, negligere.

Te respic.] oculos & aſpectum ad te referentis,

referentis, vt patronum & parentem.
Ad ſvmmam, ſap. vno min.
eſt Io.] hac de re diximus ſat.3. lib.1. ad illum
locum *ſi diues, qui ſapiens eſt.* Quòd autem ad ge-
nus loquendi attinet, *vno minor eſt Ioue*, id eſt, vni
Ioui cedit: vno Ioue inferior eſt: vni Ioui ſecun-
dus eſt: tale eſt illud Od. 12. libr. 1. *Te minor lætum*
reget æquus orbem. & Od. 6. libr. 3. *Dijs te minorem*
quod geris, imperas. & ſat. 10. lib. 1. *Inuentore minor.*
non multò aliter epiſt. 10. lib. 1. *donec minor in cer-*
tamine longo. aliter Od. 5. libr. 3. *Paruóſque natos, vt*
capitis minor Aſe remouiſſe. aliter & ſat. 3. libr. 2. in
extr. *O maior tandem parcas inſane minori.*
Præcipvè ſanvs] nomen *ſanus* ad cor-
pus propriè pertinet, transfertur autem etiam
ad animum. ad corpus retulit Horat. epiſtola ad
Mæcen. 2. huius lib. *Si me viuere vis ſanum, rectéque*
valentem. Et certè mihi videtur hoc loco ita po-
ſuiſſe, vt vtroque modo intelligi vellet, & pro eo,
qui corpore valet, & pro eo, qui ſanæ mentis eſt.
nam nomen pituita, quod ſtatim ſequitur, quam-
uis morbum corporis propriè ſignificet, per tra-
lationem tamen etiam ad animi morbum perti-
net, inanémque quandam laudis, & gloriæ cupi-
ditatem ſignificat, vt κόρυζα apud Græcos. Lu-
cianus in dialogo Μενίππε καὶ Αἰάκε. ἀλλὰ
κενοδοξία, καὶ τῦφος, πολλὴ κόρυζα. fortaſſe au-
tem Stoicos irridet, qui affirment, ſapiẽtem non
ſolùm diuitem, &c. ſed etiam ſanum ſemper fu-
turum: cùm id neque in ſapientis, neque in cu-
iuſquam ſit poteſtate poſitum. in nomine *pituita*
autem cùm prima ſyllaba longa ſit, dubium non
eſt quin duæ vocales ſequentes, u, & i, contrahan-
tur, & coëant in vnam ſyllabam κατὰ συναίρεσιν.
qua de re alibi diximus.

TVRNEBVS.

Ex libr. aduerſar. 6. cap. 17. Quod Heſiodus
dicit Ἀρχόμεναι δ' ὑμνεῦσι θεαί, λήγουσί τ'
ἀοιδῆς, nónne id eſt, quo ſuas exorſus eſt epiſto-
las Horatius?
Prima dicte mihi ſumma dicende Camena.
Quod enim in Iouis honorem poëta Græcus
facere Muſas prædicat, illud idem ſe Mœcenati
facturum dicit Horatius.
Ex eod. lib. 6. cap. 9. Apparet ad gladiatorios
ludos fuiſſe Herculis ædem aliquam, vel ædicu-
lam, aut etiam ludos ei dicatos fuiſſe: aut cur ſcri-
pſit Varro? Apud Nonn. in Vet.
Ex his atque huiuſmodi inſtitutis & vita, vel ad
Herculis athleta facti erant. &
- Veianius armis
Herculis ad poſtem fixis, ab Horatio dictum eſt,
pro relicto ludo gladiatorio. qui enim artem ali-
quam deſinebant, eius inſtrumenta dijs ſuſpen-
debant, ſacrabántque: Maro, eclog. 7.
Hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu. Potiſſi-
mum tamen artis præſidibus eum honorem ha-
bebant, vt è 6. Epigrammat. libr. conſtat: Sic &
gladiatores, qui ſe virtutem Herculis æmulari
A cenſebant, cùm erant rude donati, arma Hercu-
li ſua dicabant, quod furtim fecit Veianius rude
non donatus.
Ex lib. 26. cap. 26. Veianius Horatianus gla-
diator arma ſua arte depugnandi relicta, conſe-
crat Herculi, quòd Hercules gladiatoribus &
omnibus corpus exercentibus præeſſe exiſtima-
retur. Sic fiſtulam Pani eius repertori paſtores
conſecrabant. Eum Veianium multarum pal-
marum gladiatorem fuiſſe antiqui interpretes
prædicant: Sed id non mihi ſatis ex Horatij ver-
bis liquet ſcribentis,
Ne populum extrema toties exoret arena. Quæ ver-
ba ſignificant eum, qui fortaſſe pugnaciſſimus
fuerat & nobiliſſimus, miſericordia populi ne iu-
B gularetur in arena ſæpè precario ſeruatum. Ne
igitur vitam ſæpius impetrare cogeretur armis
ab aduerſario victus, ipſe ſibi rudem furtim de-
dit, artémque deſijt. Rude autem donati gladia-
tores iam non cogebantur ferro dimicare, ſed
rudibus tantùm batuere. Ludis autem include-
bantur familiæ gladiatoriæ: quales erant Æmi-
lius ludus: Ludus Mantuanus: & ludus Galli-
cus.
Ex lib. 17. cap. 9. *Peccet ad extremum ridendus, &*
ilia ducat.
Vt de equis circenſibus vel curulibus, eſt à Flacco
dictum, qui cùm pares non ſunt ſeptem circi ſpa-
tijs deficiunt exanimati, nec tanto curſui ſuppe-
tit ſpiritus & anhelitus: equi autem vel ſuſpirio-
C ſi, vel denſioris ſpiritus, dum animam ducunt,
ilia trahunt: atque ea potiſſimum parte ſentitur
quam liber & facilis commeet anhelitus. Luca-
nus lib. 4.
Pectora rauca gemunt, quæ creber anhelitus vrget,
Et defecta grauis longè trahit ilia pulſus.
Plinius in verbaſco loquens de ſuſpirioſis e-
quis: libr. 26. cap. 6. *Tanta huic vis eſt, vt iumen-*
tis etiam non tuſsientibus modò, ſed ilia quoque trahenti-
bus auxilietur potu. Papinius de equis curuli cer-
tamine fatigatis,
-- nec iam integer illis
Impetus, & longi ſuſpendunt ilia flatus. Id de
ægris pecudibus etiam Maro dixit, 3. Georg.
— Imaque longo
D *Ilia ſingultu tendunt.*
Ex lib. 26. cap. 26. *Quid verum atque decens cu-*
ro, cùm ait, ſe philoſophiæ vtrique operam dare,
declarat, & ei, quæ in contemplatione poſita eſt,
verúmque acquirit: & ei, quæ mores confingit
& officia præſcribit, quæ temperatione decori &
moderatione continetur.
Ex libr. 30. cap. 19. *Nullius addictus iurare in*
verba magiſtri, ab Horatio per tranſlationem di-
ctum, ab his ductam, qui in ducum & impera-
torum verba iurabant. Id ſatis è Symmacho ap-
paret ita ſcribente, in epiſt. ad Valent. Theodoſ.
& Arcad. Aug. *Vbi in leges veſtras & verba iura-*
bimus, quæ religione mens falſa terrebitur, ne in teſtimo-
nijs mentiatur.
Ex libr. 24. cap. 23. *Purè propera*, dictum eſt à

Plauto, Aulularia ſc. Vbi tu es, qui, &c. vt *purè* A *lautum*, quod è Feſto antè annotauimus & nunc reperimus, ne mendacij ſuſpitio hîc vlla hæreat, ſic apud Horatium purè lectus dicitur,

- Sunt certa piacula, quæ te

Ter purè lecto poterunt recreare libello. Nam ſacris operam daturi ſe purificare prius ſolebant.

Ex libr. 26. cap. cap. 26. At,

Ter purè lecto poterunt recreare libello. Hîc purè lectum libellum dicit, quem qui legit ſe aqua purificauit ea caſtimonia ad legendum accedens, vt ſi rem diuinam eſſet facturus: vnde & piacula dixit, ſunt enim propriè hoſtiæ aut libamenta, quibus aliquid luitur & expiatur, exporgatúrq; fraus aliqua & ſcelus. Sic & puri loti à Feſto dicuntur, ſacrorum cauſa mundati aqua & caſti. B

Virtus, inquit, *eſt, vitium fugere.* Vitium fugere non eſt poſtrema laus, & virtutis pars eſt, virtúſque adeò cenſetur, vt Sapientia iam quædam eſt, carere ſtultitia.

Cui ſit conditio dulcis ſine pondere palmæ?

id eſt, cui liceat ſine puluere palmam adipiſci.

- hæc Ianus ſummus ab imo

Perdocet. In regione fori Romani duo Iani erant ad arcum Fabianum, vt ait Victor, incruſtati & adornati ſignis: ſuperior & inferior: celebris mercatorum locus & fœneratorum: apparérque ſpatium inter illos duos Ianos ſuperiorem & inferiorem vocatum fuiſſe Ianum medium: vt Ianus ſummus imúſque appellatus ideò ſit, quòd C & medius eſſet, Horat. lib. 2. ſaty. 3.

- poſtquam omnis res mea Ianum

Ad medium fracta eſt. Cic. libr. 2. offic. *Commodius à quibuſdam optimis viris ad medium Ianum ſedentibus.* Iterum, 6. Philipp. *Ianus medius in Antonij clientela ſit? Iano ſuſpenſi loculos tabulámque lacerto*, cùm ait, monſtrat Romanos numerandi artem præcipuè ſequi & ediſcere ob auaritiæ ſtudium: gereréque tabulam calculatoriam & loculos calculis refertos, vt in abaco in promptu rationes expediant. Inquit alio loco, de arte poët.

Filius Albini ſi de quincunce remota eſt

Vncia, quid ſuperat?

Ex lib. 6. cap. 10. *Qui puteal Ianúmque timet celeréſque Calendas*, cùm Ouid. ſcribit, vtrum de Ia- D ni templo, an de Iano, id eſt, de tranſitione quadam, quæ ad puteal Libonis eſſet, intelligendum eſt? nihilo ſecius iſtud Horatianum, lib. 2. ſat. 3.

- poſtquam omnis res mea Ianum

Ad medium fracta eſt. Nàm & in fori Romani regione legimus fuiſſe Iani templum, & prope puteal Ianos duos, celebrem mercatorum locum, auctore Victore. De vrbis Ro. regionib. & loc. Ego igitur de templo non crediderim accipiendum: eorum autem alter ſuperior dicebatur, alter inferior eodem Victore auctore, vnde & ab Horat. ſcriptum ſuſpicor.

-- hæc Ianus ſummus ad imum.

Perdocet. quod eſt ſuperior ad inferiorem vſque: ac medium eorum ſpatium, Ianus medius dicitur, vt ſuſpicor ab Horatio & à Cicerone lib. 2. Offic. *à quibuſdam viris optimis ad medium Ianum ſedentibus.* Non deſunt qui ibi tres Ianos ſcribant. Eſſe etiam Ianus cuipiam videretur in Ouidio pars portæ peruia, vt ſi duos in ea diſcrimine interpoſito poſtis medij Ianos diceres, inquit enim 2. Faſtor.

Carmentis porta dextro eſt Via proxima Iano:

Ire per hanc noli quiſquis es, omen habet.

Ex lib. 4. cap. 9. *Iano ſuſpenſi loculos tabulámque lacerto*, de calculatoria tabula & calculis intelligo. Diſcebant enim ratiocinandi artem, non liberales diſciplinas, vt in Arte,

-- Dicat

Filius Albini ſi de quincunce remota eſt

Vncia, quid ſuperat?

Ex lib. 24. cap. 29. Varro inquit,

Quartus vbi eſt aditus & ſumma regis. qui ad quattum, ait, gradum peruenerit, is rex fuerit, & planè modis omnibus rem abſoluerit. Tale eſt illud Horatianum,

- Rex eris, aiunt,

Si rectè facies. Auſonius, Edyllio 16.

Qui rectè faciet, qui non dominatur, erit rex.

Ex lib. 14. cap. 9. Equites maioris dignitatis, vt qui Tribuni militum erant, aut Tribunitij, aut maioris cenſus, ſedebant in primis ſubſellijs 14. ordinum, ſed & ditiores propios ſpectabãt, quàm pauperes è plebis cuneis: hinc illud ab Horatio ſcriptum eſſe puto,

Vt propius ſpectes lacrymoſa poëmata Puppi.

Propius enim ſpectat, qui in ſedilibus primis ſedet: etſi de equeſtri cenſu accipi poteſt, quem adepti, cùm in 14. ſederent, propius quam reliqua plebs, ſpectabant.

Ex lib. 26. cap. 26. *- præſens hortatur & aptat*, in vetuſto legi libro. quod non minus probandum quàm *optat*: imò verò commodius habendum, quòd plus eſt inſtruere & informare præceptis, quàm optatis & votis proſequi.

Ex lib. 30. cap. 12. *Vti via vulgi*, quodam prouerbio poni videtur, pro communia vſurpare, nec ſententiam ſuam diſceptationibus de Repub. aut legum rogationibus interponere, vt apud Flaccum,

-- cur

Non vt porticibus ſic iudicijs fruar iiſdem.

ac mihi illud Horatianum ab eodem populi ſermone ductum profectúmque videtur.

Ex eod. lib. 30. cap. 9. Extat Lucilij quædam ſententia, quàm Flacc. qui eum poëtam fluere lutulentum calumniatur, æmulatus eſt.

Quid ſibi vult? quare ſit vt intus verſus & ad te

Spectent. atque ferant veſtigia ſe omnia prorſus?

Flaccus hoc breuius adſtrinxit.

Omnia te aduerſum ſpectantia nulla retrorſum.

Ex lib. 26. cap. 26. *- cui ſi vitioſa libido*

Fecerit auſpicium, valet ſi libido ei ſuaſerit. Ab auibus autem ductum, qui auſpicium faciunt & monent vt aliquid agamus, aut non agamus vt vetuſtus credit Feſtus.

Auſpicium faciunt.

Ex lib.

Digitized by Google

Ex lib. 13. cap. 11. Homines Romæ mediocris A fortunæ ſuarum ædium partem ſuperiorem inquilinis locare ſolebant, imam ſibi retinebant: ſed & erant qui cœnaculariam faciebant. Itaque pauperes cœnacula conducebant, cùm in ſuo non habitarent. Iuuenalis, ſat. 10.

– rarus venit in cœnacula miles. Horatius,

Quid pauper? rides mutat cœnacula. Prudent.

Omnis qui celſa ſcandit cœnacula vulgus.

Ex lib. 30. cap. 3. Vt Horat. dixit.

Inſanire putas ſolemnia me, quod eſt, more aliorum ita Seneca, epiſt. 123.

Nolunt ſolita peccare, quibus peccandi præmium infamia eſt.

Ex lib. 26. cap. 26. *Ad ſummum ſapiens vno minor eſt Ioue*, cùm inquit, declarat eſſe philoſophiæ in- B cumbendum, quæ paratur ſapientia, quæ vni Ioui cedit, & omnibus alijs maior eſt. Eſt autem Philoſophiæ finis cõparatio & adeptio ſapientiæ,

Præcipuè ſanus niſi cum pituita moleſta eſt.

quod iocatur. Sic accipio ſanum eſſe ſapientem maximè tantùm, quia philoſophorum ſapiens, pannoſus, malè veſtitus, interdum alget hibernis menſibus: pituita tentatur frigore contracta. nam ſapiens ſi algebis, non ſolùm tremes, ſed etiam pituita laborabis. non deeſt, qui βλεννώδη & κορυζώδη, id eſt, mucoſum & ſtupidum & ſtultum & ineptum explicet: Sed in priorem ſum propenſior ſententiam.

EPIST. II. AD LOLIVM. I. C

ARGVMENTVM.

Homerum in ſuis poëmatis pleniùs ac melius quàm quoſdam philoſophos, quid honeſtum ſit, docere dicit. Amborum afferens argumenta, Iliade quidem, quales ſint in ſtultis regibus & populis animi motus, deſcribi: in Odyſſea autem, Vlyſſis exemplo, quid virtus & ſapientia poſſint, oſtendi. Deinde ad ſtudium ſapientiæ hortatur, vt pote quos recenſet animi morbos ſanaturæ. Sed à teneris aſſueſcendum huiuſmodi præceptis eſſe docet.

TRoiani belli ſcriptorem, maxime D
Lolli,
Dum tu declamas Romæ, Præneſte relegi:
Qui, quid ſit pulchrum, quid turpe: quid
vtile, quid non:
Plenius, ac melius Chryſippo, & Crantore dicit.
Cur ita crediderim, niſi quid te detinet,
audi.
Fabula, quâ Paridis propter narratur
amorem,
Græcia barbariæ lento colliſa duello,
Stultorum regum, & populorum continet
æſtus.
Antenor cenſet belli præcidere cauſam.
Quid Paris? vt ſaluus regnet, viuátque
beatus,
Cogi poſſe negat. Neſtor componere li-
tes
Inter Peleidem feſtinat, & inter Atrei-
den:
Hunc amor, ira quidem communiter vrit
vtrumque.
Quicquid delirant reges, plectuntur A-
chiui.
Seditione, dolis, ſcelere atque libidine, &
ira
Iliacos intra muros peccatur, & extra.
Rurſus quid virtus, & quid ſapientia
poſſit,
*Vtile propoſuit nobis exemplar * Vlyſ-*
ſem:
Qui domitor Troiæ, multorum prouidus
vrbeis,
Et mores hominum inſpexit: latúmque
per æquor,
Dum ſibi, dum ſocijs reditum parat, aſpe-
ra multa
Pertulit, aduerſis rerum immerſabilis vn-
dis.
Sirenum voces, & Circæ pocula noſti:
*Quæ ſi cum ſocijs * ſtultus, cupidúſque bi-*
biſſet:
Sub domina meretrice fuiſſet turpis, &
excors:
Vixiſſet canis immundus, vel amica lu-
toſus.
Nos numerus ſumus, & fruges conſumere
nati,
** Sponſi Penelopæ, nebulones, Alcinoi-*
que
In cute curanda plus æquo operata iu-
uentus:

Cui pulchrum fuit in medios dormire dies, &
Ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam.
Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte latrones:
Vt teipſum ſerues, non expergiſceris? atqui,
Si noles ſanus, curres hydropicus: & ni
Poſces ante diem librum cum lumine: ſi non
Intendes animum ſtudijs, & rebus honeſtis:
Inuidia, vel amore vigil torquebere. nam cur,
Quæ lædunt oculos feſtinas demere: ſi quid
* *Eſt animum, differs curandi tempus in annum?*
Dimidium facti, qui cœpit habet. ſapere aude:
Incipe. viuendi rectè qui prorogat horam
Ruſticus exſpectat dum defluat amnis: at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis æuum.
Quæritur argentum, puerísque beata creandis
Vxor & incultæ pacantur vomere ſiluæ.
Quod ſatis eſt, cui contigit, hic nihil amplius optet.
Non domus, & fundus, non æris aceruus, & auri
* *Ægroto domini deduxit corpore febreis,*
Non animo curas. valeat poſſeſſor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitat vti.
Qui cupit, aut metuit, iuuat illum ſic domus, aut res:
Vt lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram,
A *Auriculas citharæ collecta ſorde dolenteis.*
Sincerum eſt niſi vas, quodcumque infundis, aceſcit.
Sperne voluptates. nocet emta dolore voluptas.
Semper auarus eget. certum voto pete finem.
Inuidus alterius macreſcit rebus opimis.
Inuidia Siculi non inuenere tyranni
B *Maius tormentum. qui non moderabitur iræ,*
* *Infectum volet eſſe, dolor quod ſuaſerit, & mens,*
Dum pœnas odio per vim feſtinat inulto.
Ira furor breuis eſt. animum rege: qui, niſi páret,
Imperat: hunc frenis, hunc tu compeſce catena.
C *Fingit equum tenera docilem ceruice magiſter,*
Ire viam, quam monſtrat eques. venaticus, ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula,
Militat in ſiluis catulus. nunc adbibe puro
Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.
D *Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem*
Teſta diu. quod ſi ceſſas, aut ſtrenuus anteis:
Nec tardum opperior, nec præcedentibus inſto.

TROIANI BELLI SCRIPTOREM, &c.] Iliadem Homeri relegi.

PRÆNESTE] quod frigidum appellas Od. 4. libr. 3. *ſeu mihi Præneſte, ſeu Tibur ſupinum, &c.*

PVLCHRVM] honeſtum, χαλὸν. ſic apud M. Tull. *pulchritudo factorum.*

PLENIVS]

PLENIVS] vberius, copioſius. lib. 1. Vat. habet *Plenius*. cum quo & quidam alij congruunt. A

CHRYSIPPO] qui fulcire putatur porticum Stoicorum, vt ſcribit M. Tull. lib. 2. Academ. hic ſeptingentos libros, & plureis edidit. Ita autem claruit in dialecticis, vt plerique exiſtimarint, ſi apud Deos locus eſſet dialecticæ, non aliam dialecticam futuram, quàm Chryſippeam. extat & de eo hic ſenarius apud Laërtium, Εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν στοά, id eſt, niſi enim eſſet Chryſippus, non eſſet porticus.

CRANTORE] Academico, de quo M. Tull. Tuſcul. 3. his verbis, *Nec abſurdè Crantor ille, qui in noſtra Academia vel in primis fuit nobilis. Minimè* (inquit) *aſſentior ijs, qui iſtam neſcio quam indolentiam magnopere laudant: quæ non poteſt vlla eſſe, nec debet. Ne* B *ægrotus ſim* (inquit) *ſed ſi fuerim, ſenſus adſit, ſiue ſecetur quid, ſiue auellatur à corpore. nam iſtuc nihil dolere, non ſine magna mercede contingit immanitatis in animo, ſtuporis in corpore.* verba Crantoris Græca reperiuntur apud Plutarch. ἐν τῷ παραμυθ. πρὸς Ἀπολλών. μὴ γὰρ νοσοίημεν (φησὶν) ὁ Ἀκαδημαϊκὸς Κράντωρ. νοσήσασι δὲ παρείη τις αἴσθησις, εἴτ' οὖν τέμνοιτό τι τῶν ἡμετέρων, εἴτ' ἀποσπῷτο. τὸ γὰρ ἀνώδυνον τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἐγγίνεται μισθῶν τῷ ἀνθρώπῳ. τεθηριῶσθαι γὰρ εἰκὸς ἐκεῖ μὲν σῶμα τοιοῦτον, ἐνταῦθα δὲ ψυχήν. Idem Tullius libr. 5. de Finibus, *tamen audebo te ab hac Academia noua ad veterem illam vocare: in qua, vt dicere Antiochum audiebas, non ij ſoli numerantur, qui* C *Academici vocantur, Speuſippus, Xenocrates, Polemo, Crantor, &c.*

DETINET] Vatican. vnus habet *deſtinet*, vt fortaſſe legendum ſit *diſtinet*.

BARBARIÆ] Phrygiæ. aliàs per barbaros Perſæ & Medi ſignificantur: vt Oda 29. libr. 1. *quæ tibi virginum Sponſo necato barbara ſeruiet?* Ex quo loco intelligere licet, falli eos, qui per barbariam ſemper Phrygiam ſignificari putant.

COLLISA] conflictata, contrita, ſeu commiſſa. vt Homer. ἰλιάδ. α. τίς τ' ἄρ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι, id eſt, quis vos deus commiſit vt inter vos contenderetis, ac decertaretis?

DVELLO] bello. *Duellum* (inquit Feſtus) *bellum: videlicet, quòd duabus partibus de victoria con-* D *tendentibus dimicatur.* M. Tullius oratore perf. *Nam vt duellum bellum, & duis bis, ſic Duellium eum, qui claſſe Pœnos deuicit, Bellium nominauerunt.* Sic iterum Feſtus teſtatur *duonum* dictum eſſe à veteribus pro *bonum*.

ÆSTVS] animorum motus, perturbationes. in quibuſdam li. ſcriptis legitur *æſtum*. ſed parum refert.

ANTENOR CENSET] ſic Antenor ἰλ. η. Κέκλυτέ μευ Τρῶες, καὶ Δάρδανοι, ἠδ' ἐπίκουροι, Ὄφρ' εἴπω, τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει. Δεῦτ', ἄγετ', Ἀργείην Ἑλένην, καὶ κτήμαθ' ἅμ' αὐτῇ Δώομεν Ἀτρείδῃσιν ἄγειν, &c. id eſt, Audite me Troiani, & Dardani, & ſocij, vt ego vobis exponam quod ſentio. Eia, agite: Argiuam Helenam, & cum ea, bona, quæ huc ſecum aduexit, Atridis reddamus, &c.

BELLI PRÆCID. CAVS.] reddere Helenam Græcis cum ijs rebus, quas ſecum Troiam aduexerat, vt declarant ſuperiores Homeri verſus.

QVID PARIS?] apud eundem ſic reſpondet Antenori Paris, Ἀντῆνορ, σὺ μὲν οὐκ ἔτ' ἐμοὶ φίλα ταῦτ' ἀγορεύεις, &c. id eſt, Antenor tu quidem mihi grata iſta non loqueris.

VT SALV. REGN. VIVÁTQVE BEATVS, COGI P. N.] id eſt, negat ſe poſſe cogi, vt reddat Helenam Menelao, quod ſi feciſſet, ſaluus regnaſſet, beatúſque vixiſſet, vel ſic: Quid Paris? cogi ſe poſſe negat, vt ſaluus regnet, & viuat beatus, Helenam reddendo ſcilicet. vulgò, ſic, Quid Paris? negat ſibi hanc vim poſſe inferri, & neceſſitatem imponi, ſi futurum eſt, vt viuat beatus, & ſaluus regnet.

NESTOR COMPONERE LITES] ἰλ. α. Ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος, Πριάμοιό τε παῖδες, Ἄλλοι τε Τρῶες μέγα κεν κεχαροίατο θυμῷ, Εἰ σφῶιν τάδε πάντα πυθοίατο μαρναμένοιιν, &c. id eſt, Profectò gaudeat Priamus, & Priami filij, ſi intelligant, vos hoc modo inter vos contendere.

HVNC AMOR,] Agamemnonem vrit amor: ita communiter vtrumque incendit, Agamemnonem & Achillem.

PLECTVNTVR] eius luunt pœnas. ſuprà Od. 28. lib. 1. *Venuſinæ Plectantur ſiluæ.*

VTILE PROPOSVIT N. EXEMPL.] in Odyſſea. *Exemplar Vlyß.* id eſt, Vlyſſem, quem ſibi quiſque proponere debeat ad imitandum. & attende eum non dicere *exemplum*. Sic Alcidamas Odyſſeam, καλὸν ἀνθρωπίνου βίου κάτοπτρον appellabat, nomine tranſlato, ſed longiùs petito, vt notat Ariſtot. li. 3. Rhetor. id eſt, pulchrum humanæ vitæ ſpeculum.

DOMITOR TROIÆ] id eſt, poſteaquàm Troiam domuit, ac ſubegit. Homer. ὀδ. α. ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε. id eſt, poſteaquàm Troiam expugnauit.

DVM SIBI, DVM SOC. RED. PARAT] Hom. ibid. Ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν, καὶ νόστον ἑταίρων. id eſt, eripere cupiens vitam ſuam, & reditum ſociorum ſuorum.

ADVERS. RER. IMMERSAB.] qui numquam ſuccubuit rebus aduerſis. immerſabilis, ἀβάπτιστος Pindarus ᾠδ. β. πυθ. Horat. epiſtol. ſuperiore, *merſor ciuilibus vndis*. aliter ſat. 4. lib. 2. *Doctus eris viuam muſto merſare Falerno.*

SIRENVM VOCES, &c.] Sirenas alij Acheloi, & Steropæ, alij eiuſdem Acheloi & Terpſichoræ vnius nouem Muſarum, filias eſſe tradiderunt. quam opinionem ſequitur Apollon. lib. 4. Argon. Euripid. autem in Helena, Terræ filias facit, ε, ε, πτεροφόροι νεανίδες, Παρθένοι χθονὸς κόραι Σειρῆνες, id eſt, e, e, pennigeræ puellæ, virgines terræ filiæ, Sirenes. Illæ, cùm integram, & inuiolatam virginitatem ſeruare conſtituiſſent,

in odium Veneris acerbiſſimum venerunt. Itaque alas nactæ, in oram littoris Etruſci euolarunt, inſulámque Anthenuſam incoluerunt. earum nomina ſunt Aglaophonia, Thelxiepea, Piſinoa, Ligea. Hæ (vt ait Homerus ὀδυσσ. μ.) eos, qui ad illa loca nauigarent, aureiſque faciles, & vacuas eis præberent, ita ſuo cantu demulcebāt, ac retinebant, vt numquam poſteà de reditu in patriam cogitarent, ibique conſeneſcerent, mortem obirent. Vlyſſes autem ne quid ſibi tale accideret, cùm à Circe præmonitus eſſet, ſocijs aureis cera obturauit, ſibi pedes, & manus vinciendos curauit, vetuitque ſe ſolui, ſi fortè earum cantu delectatus, ad eas nauigare vellet. ſic Homer. Σειρῆνας μὲν πρῶτον ἀφίξεαι, αἵ ῥά τε πάντας ἀνθρώπους θέλγουσιν, ὅτις σφέας εἰσαφίκηται. Ὅστις ἀϊδρείῃ πελάσῃ, καὶ φθόγγον ἀκούσῃ Σειρήνων· τῷ δ᾽ οὔτι γυνὴ καὶ νήπια τέκνα Οἴκαδε νοστήσαντι παρίσταται, οὐδὲ γάνυνται· Ἀλλά τε Σειρῆνες λιγυρῇ θέλγουσιν ἀοιδῇ Ἥμεναι ἐν λειμῶνι. id eſt, Ad Sirenas primùm peruenies, quæ omneis homines mulcent, quiſquis ad eas aduenerit, qui per imprudentiam & ignorantiam ad eas acceſſerit, & vocem Sirenum audierit. Ei autem nequaquam vxor & paruuli pueri domum reuerſo obuiam procedunt, neque reditum gratulantur: Sed eum perpetuò Sirenes ſuaui, & liquido cantu mulcent, in prato ſedentes. fuit autem talis (vt ſcribit Homer. eodem libro) Sirenom cantus, quo Vlyſſem allicere conatæ ſunt. Δεῦρ᾽ ἄγ᾽ ἰὼν πολύαιν᾽ Ὀδυσεῦ, μέγα κῦδος Ἀχαιῶν, Νῆα κατάστησον, ἵνα νωϊτέρην ὄπ᾽ ἀκούσῃ. Οὐ γάρ πω τις τῇδε παρήλασε νηῒ μελαίνῃ, Πρίν γ᾽ ἡμέων μελίγηρυν ἀπὸ στομάτων ὄπ᾽ ἀκοῦσαι. Ἀλλ᾽ ὅγε τερψάμενος νεῖται, καὶ πλείονα εἰδώς. Ἴδμεν γάρ τοι πάνθ᾽, ὅσ᾽ ἐνὶ Τροίῃ εὐρείῃ Ἀργεῖοι Τρῶές τε θεῶν ἰότητι μόγησαν. Ἴδμεν δ᾽ ὅσσα γένηται ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ. Quos verſus vertit M. Tull. libr. 5. de Finibus, vbi docet, nihil aliud à Sirenibus hoc cantu promitti, quàm cognitionem rerum, ac ſcientiam. vide quæ ſcripſimus ad illom locum, *vitanda eſt improba Siren Deſidia*: ſaty. 3. libr. 2. Pauſanias Atticis poëmatum, & orationum illecebram, Sirenam appellari ſolere ſcribit his verbis, εἰώθασι δὲ καὶ νῦν ἔτι ποιημάτων καὶ λόγων τὸ ἐπαγωγὸν Σειρῆσι εἰκάζειν. Apud Apollon. lib. 4. Argon. Orpheus citharæ cantu Sirenum vocem auertit, ne ab Argonautis audiatur.

CIRCÆ POCVLA] Circe Solis, & Perſæ filia, Æëtæ Colchorum regis, Medeæ patris, ſoror: alij Æëtę & Hecatæ filiam, Medeæ ſororem eſſe volunt, vt refert interpr. Apollonij in Argonaut. M. Tull. libr. 3. de natura deorum, ſcribit Circen, & Paſiphaën è Perſeide Oceani filia natas eſſe, patre Sole. de ea ſic Homer. ὀδ. κ. Κίρκη ἐϋπλόκαμος δεινὴ θεὸς αὐδήεσσα, Αὐτοκασιγνήτη ὀλοόφρονος Αἰήταο· Ἄμφω δ᾽ ἐκγεγάτην φαεσιμβρότου ἠελίοιο. id eſt, Circe comta coma, horribilis dea, diſerta, ſoror germana Æëtæ perdita cogitantis. Ambo autem à Sole hominibus lucem ſuppeditante nati ſunt. Hæc ſocios aliquot Vlyſſis, qui ea loca, in quibus commorabatur, exploratum miſſi fuerant, virga illa ſua percuſſos, epotóque pharmaco, ſtatim in ſues vertit, præter Erylochum, qui, ceteris eius domum ingreſſis, ſuſpicatus dolum ſubeſſe, extra foreis remanſerat. auctor Hom. lib. quem ſuprà commemoraui his verbis, Αὐτὰρ ἐπεὶ δῶκέν τε, καὶ ἔκπιον, αὐτίκ᾽ ἔπειτα Ῥάβδῳ πεπληγυῖα κατὰ συφεοῖσιν ἐέργνυ. Οἱ δὲ συῶν μὲν ἔχον κεφαλάς, φωνήν τε, δέμας τε, Καὶ τρίχας· αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος, ὡς τὸ πάρος περ. id eſt, Porrò autem poſteaquàm Circe pharmacum dedit, & illi ebiberunt, tum illa eos virga percuſſos in haris concluſit. Illi autem ſuom quidem habebant capita: ſed mens eis erat ſtabilis, vt anteà. ſic Virgil. lib. 8. Æneid. *Hinc exaudiri gemitus, iræque leonum, Vincla recuſantum, & ſera ſub nocte rudentum, Setigerique ſues, atque in præſepibus vrſi Sæuire, ac forma magnorum vlulare luporum: Quos hominum ex facie dea ſæua potentibus herbis Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.* Dion. Chryſoſtomos oratione, quæ inſcribitur διογένης, ἢ περὶ ἀρετῆς, id eſt, de virtute, per Circen vult ſignificari voluptatem, quæ non gladijs, neque haſtis, neque bipennibus, neque ſagittis homines oppugnat, ſed luxu, delicijs, epulis, illecebris, mollitie, rebus venereis, & ſimilibus illicit in fraudem, ineſcat, decipit, effœminat, liquefacit, & eneruat. Multa alia præclara de Circe & voluptate dicuntur ab illo politiſſimo & dulciſſimo ſcriptore M. Tull. in Diuinatione contra Cæcilium, alludens ad hanc de Circe fabulam, ita loquitur. *Eſt adhuc, id, quod vos omneis admirari video, non Verres, ſed Q. Mucius, quid enim facere potuit elegantius ad hominum exiſtimationem? æquius ad leuandam mulieris calamitatem? vehementius ad quæſtoris libidinem coërcendam? ſummè hæc omnia mihi videntur laudanda: ſed repentè è veſtigio ex homine tanquam aliquo Circæo poculo factus eſt Verres: redit ad ſe, atque ad mores ſuos.* Xenophon ἀπομνημ. α. hanc de Circe fabulam iocans transfert ad edacitatem, & cibi, potúſque immoderationem. eos enim, qui intemperantiùs edant, & bibant, ſues ab illecebris epularum fieri: Vlyſſem autem tùm ſua ſponte, tum Mercurij præceptis ac monitis temperantem effectum cauiſſe, ne ſe ſupra modum cibo expleret. Omnino credibile eſt, Circen illam, ſi vnquam fuit, mulierem fuiſſe impudicam, & libidinoſam, quæ arte meretricia, blanditijs & illecebris homines à ſe illectos & irretitos, à rebus agendis, & ab officio abduceret, atque ad vitam voluptariam traduceret. quod & Seruius exiſtimat commentar. ad lib. 7. Æneid. noo longè à princip. *Circæ* autem excudendum curaui, ſecutus treis cod. Vatic. & Iannoct. Faër. Torneſ. & alios, quibus hîc in Gallia vſus ſum.

QVÆ SI CVM SOCIIS STVLT. &c.] Hom. ὀδ. κ. Mercurium indocit iuuenis ornatu, & ſpecie, Vlyſſi ad Circen eunti, ſociòſque ſuos in ſues

in ſues verſos repetituro ea præcipientem, quibus eos reſtitutos in priſtinam formam, recuperare poſſit: ſimúlque remedium præbentem aduerſus Circæ veneficia.

Stvltvs, cvpioúsqve bibisset] ſi in eo ſe ſtultum, cupidúmque præbuiſſet, vt pharmaca Circæ biberet, &c. Atqui bibit Vlyſſes, vt eſt apud Hom. ſed ea in eum nihil valuerût, vtpote ſalutari illo Mercurij pharmaco præmunitum.

Svb domina meretr.] rectè addidit *domina*. nam quiſquis meretricio amore deuinctus eſt, ſeruitutem ſeruit, eámque turpiſſimam. profert hunc verſum Seruius ad illum Virgil. Æneid. 7. locum, quem paullo antè commemorauimus.

Tvrpis, et excors] amens. Homer. ibid. κακὸν, καὶ ἀνήνορα θῆιν, id eſt, malum, & nihil viri habentem. cor enim pro mente ſæpe vſurpatur, vt cùm dicimus quempiam cor non habere. Lucret. li. 5. *Ingenio qui præſtabant, & corde vigebant*. vſus eſt hoc nomine etiam ſatyra 3. lib. 2. *Tune inſanus eris, ſi acceperis, an magis excors, &c.*

Amica lvto svs] Homerus ibid. σύας appellat χαμαιευνάδας, id eſt, humi cubanteis. ſic immundos ſues appellat Virgil. Georgic. 1. id eſt, vt interpretatur Seruius, luto gaudenteis: & profert Hunc locum Horatij. [vide Brodæum libr. 3. cap. 15. de verſibus in monoſyllaba nomina deſinentibus in ἀμβροσίη νὺξ ἀλλότριος φώς.]

Nos nvmervs svmvs] ſumus turba ſine nomine, ſine virtute, ac dignitate. nam apud ſcriptores multitudo, numero, non pondere, aut dignitate æſtimatur, vt infrà epiſt. de arte poët. *numero plures, virtute, & honore minores*. Homerus vocat πληθὺν, vt ἰλ. α. ὡς φάσαν ἡ πληθύς. Carent igitur illi quidem omni dignitate, atque auctoritate, qui numerum explent dumtaxat: ſed longè ſunt ij deterrimi, ac poſtremi homines, qui nullo numero ſunt, ſeu qui ne numeri quidem locum obtinent. quod de Megarenſibus olim ab Apolline reſpōſum eſt, Ὑμεῖς δ' ὦ Μεγαρεῖς, οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι, Οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. id eſt, vos autem Megarenſes, neque tertij, neque quarti, neque duodecimi eſtis, neque vlla in ratione, nequit in numero. Sic Æſchines ille apud Theocrit. εἰδ. ιδ. queritur ſe apud Cyniſcam puellam nullo numero eſſe, his verbis, Ἄμμες δ' οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι οὔτ' ἀριθμητοί, Δύστηνοι Μεγαρῆες ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρῃ. id eſt, nos autem neque vlla ratione digni, neque vllo in numero habiti ſumus, tanquam infelices Megarenſes, in loco infimo, ſeu in condicione deterrima, & contemtiſſima. Euripid. in quadam tragœdia, quæ non exſtat, Δειλοὶ γὰρ ἄνδρες οὐκ ἔχουσιν ἐν μάχῃ Ἀριθμὸν, ἀλλ' ἄπεισι κἂν παρῶσ' ὅμως. id eſt, ignaui enim homines non habent in prœlio numerum: ſed abſunt etiam ſi adſint. Idem Euripid. Heracl. ἀριθμὸν poſuit, pro homine nihili, cùm de vno loqueretur: Εἰδὼς μὲ οὐκ ἀριθμὸν, ἀλλ' ἐτητύμως Ἄνδρ' ὄντα τὸν σὸν παῖδα. id eſt, cùm ſcirem filium tuum non eſſe numerum, ſed verè virum eſſe. Non admodum autem diſſimile eſt illud Homeri ἰλιάδ. σ. ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης, id eſt, inutile onus terræ. quod vſurpauit Plato in Theæteto. καὶ οἴονται ὅτι οὐ λῆροί εἰσι, γῆς ἄλλως ἄχθη, ἀλλ' ἄνδρες, οἵους δεῖ ἐν πόλει τοὺς σωθησομένους, id eſt, putant ſe audire, ſeu ſibi dici, ſe non eſſe nebulones, aut nugatores, cùm alioqui ſint onera terræ: ſed taleis viros, qualeis eos eſſe oportet in ciuitate, qui ſalui ſint futuri.

Sponsi Penelopæ] Penelopæ reperi ſcriptum in quinque codicibus manuſcript. 3. Vatic. Iann. Torneſ. non Penelopes. Iam verò ſponſorum appellatione procos ſignificat, quos Homerus μνηστῆρας nominat. Procorum autem Penelopes viuendi genus fuiſſe inertiſſimum, deſidioſiſſimum, molliſſimum, diſſolutiſſimum, declarat Homerus multis ὀδυσσ. libris. exempli cauſa, libr. 1. Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος, καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο Μνηστῆρες, τοῖσιν μὲν ἐνὶ φρεσὶν ἄλλα μεμήλει, Μολπή τ' ὀρχηστύς τε· τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός. Κῆρυξ δ' ἐν χερσὶν κίθαριν περικαλλέα θῆκε Φημίῳ, ὅς ῥ' ᾖδε παρὰ μνηστῆρσιν ἀνάγκῃ. id eſt, Porrò autem poſteaquàm potionis & cibi deſiderium depulerunt proci: eis quidem alia curæ fuerunt, cantus, & ſaltatio: hæc enim ſunt epularum additamenta. Præco autem citharam Phemio in manus tradidit: Qui apud procos canebat neceſſitate coactus. ibidem. Οἱ δ' εἰς ὀρχηστύν τε, καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδὴν Τρεψάμενοι τέρποντο, μένον δ' ἐπὶ ἕσπερον ἐλθεῖν. id eſt, illi autem ad ſaltationem, & amabilem cantum conuerſi oblectabantur, & ita tempus veſpertinum exſpectabant. & libr. β. ſenibus illis Ithacenſibus conuocatis, Οἱ δ' εἰς ἡμέτερον πωλεύμενοι ἤματα πάντα Βοῦς ἱερεύοντες, καὶ ὄϊς, καὶ πίονας αἶγας Εἰλαπινάζουσι, πίνουσί τε αἴθοπα οἶνον. id eſt, hi autem in domo noſtra dies omneis commorantes & verſantes, boues mactantes, & oueis, & pingueis capras epulantur, & vinum rubrum, ſeu calidum bibunt. Athen. libr. 4. procorum cenas, & prandia cum Phæacum conuiuijs comparans, taleis illorum eſſe compotationes ait, qualeis probabile eſt eſſe luxurioſorum, vinolentorum, amatorum: Phæacum autem cōuiuia eſſe illa quidem delicata, & voluptaria, verumtamen grauiora, & temperatiora.

Alcinoiqve, &c.] Alcinous rex Phæacum apud Hom. ὀδ. θ. dicit, ſibi, ac populo ſuo conuiuia, citharam, choréas, cultum corporis varium, ac ſæpe mutatum, calida balnea, Venerem placere his verbis, Αἰεὶ δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη, κίθαρίς τε, χοροί τε, Εἵματά τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ, καὶ εὐναί. id eſt, Semper autem nobis & conuiuium placet, & cithara, & chori, & veſtes ſubinde mutatæ, & lavacra calida, & lecti. *Alcinoi* autem patrij caſus eſt, numeri ſingularis, cohærétque cum nomine *iuuentus*, quod proximo

verſu ſequitur. quædam exemplaria habent *Antinoique*: quæ lectio ſi placebit, erit numeri multitudinis, recti caſus, id eſt, Antinoi ſimiles. fuit autem Antinous vnus è procis Penelopæ, ferox, & arrogans, & contumelioſus.

PLVS ÆQ. OPER.] id eſt, plus æquo occupata: quæ plus æquo laboris ſumſit. operari, eſt opus facere, operam in re aliqua ponere. ſic Lucret. libr. 4. *Et quibus in rebus conſuerunt eſſe operati.* interdum & pro ſacrificandi verbo vſurpatur, quemadmodum & facere, & ῥέζειν apud Græcos. Virgil. Georgic. 1. *latis operatus in herbis.* Tibull. lib. 2. *Tunc operata deo pubes diſcumbet in herba.*

ET AD STREP. CITHARÆ CESSATVM] quidam *ceſſantum*, legendum putant, non *ceſſatum*, vt habent vulgati, & manuſcripti codices: & interpretantur otioſorum, & feriatorum hominum curas traducere: quod eſt, nihil agere, nihil curare: rebus ludicris, ac voluptarijs operam dare, ſaltare, cantare, &c. quam ſcripturam nullo in codice vetere reperi. Ego alteram, & receptam, veram eſſe puto. Porrò autem *ceſſatum ducere*, valet κοιμίζειν, ſopire. ſic enim loquuntur Græci, κοιμίζειν τὰς λύπας, ἢ τὰς φροντίδας. id eſt, ſopire dolores, aut curas.

DE NOCTE] id eſt, ſtatim poſt noctem. ſic lib. 2. ſat. vlt. *De medio potare die.*

SI NOLES SAN. CVRR. HYDROP.] *noles* ſcriptum reperi in tribus codicibus manuſcriptis. 1. Vatic. & Iann. Torneſ. eámque putaui rectam, & germanam ſcripturam. ſententia autem huius loci hæc eſt: ſi te non ſeruabis intereà dum ſanus es (inquit) cogéris te ſeruare, & ad medicum currere, tibique conſulere, cùm factus eris hydropicus. Allegoria eſt, per quam hoc ſignificat, ſi operam ſtudio ſapientiæ dare noles interea dum animum à vitijs purum habes: ſi librum cum lumine ante diem non poſces: vitia contrahes, quæ non facilè poſtea abſtergebis, & quæ te vigilem aſſiduè torquebunt. mendoſè (opinor) habent quidam libri *cures*, niſi addas *te*, & legas *nolis*. alioqui legendum *curres*, nempe ad medicum, id eſt, ad philoſophum, verumtamen iudicet lector.

ET NI POSCES ANTE DIEM] ἑρμηνεία, ſeu interpretatio eſt ſuperiorum. inuidia & amor ſunt animorum morbi, & quaſi hydrôpes: poſcere librum, & ire ad philoſophum, ſunt remedia expetere, & medicum conſulere. Sic Dion Chryſoſt. in orat. quæ inſcribitur. Διατριβὴ τῆς ἐν συμποσίῳ, oſtendit, quemadmodum nemo pharmaca medicorum ſibi comparat, aut mercatur, niſi ægrotet: ita neminem ad philoſophum audiendum accedere, niſi ægritudine aliqua oborta, & in rebus aduerſis.

NAM CVR, QVÆ LÆDVNT OCVLOS, &c.] cur leuia mala, leueiſque morbos depellere properas: morborum autem animi, qui ſunt longè grauiſſimi, curationem in annum differs? Huc pertinent illa ex oratione Dionis Chryſoſt. Διογεν. ἢ περὶ ἀρετῆς, non longè

A à principio, Καὶ ἔλεγε θαυμάζειν [Διογένης ὅτι εἰ μὲν ἔφη ὀδόντας ἰᾶσθαι, πάντες ἂν αὐτῷ προσιέναι οἱ δεόμενοι ὀδόντα ἐξελέσθαι καὶ νὴ Δία εἰ ὑπέσχετο ὀφθαλμοὺς θεραπεύειν, πάντες ἄνθρωποι ὀφθαλμοὺς αὐτῷ ἐπεδείκνυον. ὁμοίως δὲ εἰ σπληνὸς, ἢ ποδάγρας, ἢ κορύζης ἔλεγεν εἰδέναι φάρμακον· ἐπεὶ δὲ ἔφη παύσειν τοὺς πεισομένους αὐτῷ ἀγνοίας καὶ πονηρίας, καὶ ἀκολασίας, οὐδεὶς αὐτῷ προσῄειν, οὐδὲ ἐκέλευσεν ἰᾶσθαι αὐτὸν, οὐδὲ εἰ πολὺ προσλήψεσθαι ἀργύριον ἤμελλεν, ὥσπερ ἧττον ὑπὸ τούτων, ὑπὸ ἐκείνων ἐνοχλούμενος, ἢ χαλεπώτερον ὂν ἀνθρώπῳ σπληνὸς ἀνέχεσθαι οἰδοῦντος ἢ διεφθαρμένου ὀδόντος, ἢ ψυχῆς ἄφρονος, καὶ ἀμαθοῦς, καὶ δειλῆς, καὶ
B θρασείας, καὶ φιληδόνου, καὶ ἀνελευθέρου, καὶ ὀργίλης, καὶ λυπηρᾶς, καὶ πανούργου, καὶ πάντα τρόπον διεφθαρμένης id eſt, & dicebat ſe mirari Diogenes, ſiquidem profiteretur dentium ſanandorum ſcientiam, omneis dolore affectos ad ſe acceſſuros, rogatneis, vt dentem corruptum ſibi eximeret, atque euelleret: & ſi polliceretur ſe oculis medicinam facturum, omneis homines ſibi oculum curandum commiſſuros: ſimiliter ſi ſplenis, aut podagræ, aut pituitæ, ſeu grauedinis medicamentum, remediúmque ſe nouiſſe diceret, omneis morbis illis implicitos ad ſe concurſuros: poſteaquàm autem dixit ſe eos, qui ſibi fidem haberent, ignorantia, & nequitia, & intemperantia liberaturum, nemo ſibi
C bi anteis admouit, animúmue attendit, neque ſeſe ſanandum tradidit, ne ſi pecuniam quidem vnà cùm valetudine aut ſanitate accepturus eſſet, quaſi ab his malis minus conflictetur, quàm ab illis, aut quaſi grauius ac difficilius ſit homini lienem tumentem, vel dentem putridum, ſeu corruptum patienter ferre, quàm animum inſipientem, & indoctum, & timidum, & audacem, & voluptatum ardore flagrantem, & illiberalem, & iracundum, & anxium, & vafrum ac ſubdolum.

SIQVID EST ANIMVM] ſi quid animum exeſt, abſumit, tabefacit, &c. ſic & verbo ἔδω, ſeu ἔδομαι vtuntur Græci. Homer. ἰλ. ω. τέκνον ἐμὸν, τεο μέχρις ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων
D Σὴν ἔδεαι κραδίην; id eſt, ô fili mi, quouſque lamentans & mærens cor tuum edes? M. Tull. libr. 3. Tuſc. quæſt. *Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans*: quem verſum cum illo ſuperiore, *Qui miſer in campis mærens errabat Aleis*, vertit ex Homeri ἰλ. ζ. Ἤτοι ὁ καππεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων. Aliquot libri veteres habent *ſi quod*: quæ ſcriptura non eſt reijcienda. nam & probabilem ſententiam continet. neque tamen multum ab altera differentem. hoc enim ea ſignificatur, cur quæ lædunt oculos ſtudes & properas detrahere, ſi id, quod conſumit & corrumpit animum, curare ceſſas & cunctatis?

DIMID. FACTI, QVI CŒPIT, &c.] Heſiod.

Heſiod. Ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός. id eſt, principium autem dimidium totius. Plato lib. de Repub. ſecundo, ἀκούω οἶσθα ὅτι ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον, ἄλλως τε καὶ νέῳ καὶ ἁπαλῷ ὁτῳοῦν; id eſt, ſciſne igitur principium cuiuſque operis maximum quiddam eſſe, præſertim & iuueni, & cuiuis, qui tener ſit, & flexibilis? & Ariſtote. lib. 1. de morib. ad Nicomach. δοκεῖ οὖν πλεῖον, ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχή: id eſt, videtur igitur principium plus eſſe, quàm dimidium totius. A

Sapere avde] quaſi ad rem magnam & arduam excitans, dixit *aude*. Virgil. Æneid. 9. *Euryale audendum dextra*. epiſt. 3. infrà. *ipſe quid audes?* [*Aude hoſpes contemnere opes.*]

Rvsticvs exspect. dvm def.] nomen *ruſticus* cum verbo *exſpectat* coniungendum mihi eſſe videtur, hoc ſenſu, *Ruſticus exſpectat*, id eſt, ruſtico ſimilis eſt, qui exſpectet: vel eò ruſticus eſt, quòd exſpectet: ruſticè exſpectat: ruſticum ſe in eo eſſe oſtendit, qui exſpectet, dum defluat amnis, &c. quod genus annotauimus ſuprà ad Od. 8. lib. 3. B

Volvbilis] ſic ſuprà Od. 1. lib. 4. *te per aquas, aure, volubiles*: repete verbum *ſequor*, ἀπὸ κοινοῦ.

Beata] benè dotata, diues, & pecunioſa. ſic ſæpè Horat. Sat. vlt. lib. 2. *Vt Naſidieni iuuit te cena beati?*

Et incvltæ pac. vom. silvæ] ſic Virgil. Georg. 2. *Aut vnde iratus ſiluam deuexit arator, Et nemora euertit multos ignaua per annos, Antiquáſque domos auium cum ſtirpibus imis Eruit: illa altum nidis petiere relictis. At rudis enituit impulſo vomere campus.* C

Qvod satis est cvi contingit, hic nihil] ſic legendum eſt, & ita ſcriptum reperi in tribus libris antiquiſſ. omnes quidem habent *contigit*, non vt vulg. *contingit*.

Non dom. avt fvnd. &c.] eandem ſententiam propemodum expreſſit ſuprà Od. 1. lib. 3. *Quod ſi dolentem nec Phrygius lapis, Nec purpurarum ſidere clarior Delenit vſus*, &c. & Lucret. lib. 1. *Nec calidæ citius decedunt corpore febres, Textilibus ſi in picturis, oſtróque rubenti Iacteris, quàm ſi plebeia in veſte cubandum eſt. Quapropter quoniam nil noſtro in corpore gaza Proficiunt, neque nobilitas, neque gloria regni, Quod ſupereſt, animo quoque nil prodeſſe putandum eſt.* Varro ἀσπρωπτων. *Non fit Theſauris, non auro pectu' ſolutum: Non demunt animi curas ac religiones Perſarū montes, non atria diuiti' Craſſi.* Tibull. *Non opibus mentes hominis, curæq; leuantur, Nam fortuna ſua tempora lege regit.* D

Qvi cvpit, avt met. &c.] Qui cupiditate (inquit) aut metu, aut ceteris animi morbis affectus eſt, is nihilo maiorem ex fortunæ bonis, & poſſeſſione diuitiarum, fructum percipit, quàm lippus ex tabulis pictis, &c. in lib. Iann. & Torn. & Nicot. Ruſſard. Cleric. Morell. ſcriptum eſt. *ſic domus & res.*

Fomenta podagram] Sed nónne fomenta ſiue calida, ſiue refrigerantia, nempe pro ratione & natura podagræ, iuuant podagrā? iuuant quidem, ſed ita, vt dolorem leuent, & minuant ad tempus, non vt funditus & in perpetuum tollant. Fomenta enim admouentur ſummis corporis partibus, vt & malagmata, & cataplaſmata. at mali cauſa non eſt in ſummo corpore, ſed longiùs oritur, & altiùs inſedit. Quocirca non qui fomentis vtitur, iuuat verè podagram, ſed qui cauſam morbi funditus exſtirpat: vt qui Venere & vino ſeſe abſtinet, & tenuiter, frugaliter, continenter viuit. Vbi autem ſentiri cœpta eſt podagra, ſanguinis miſſio adhibita ſæpe annuam, nonnumquam perpetuam valetudinem præſtat: *quidam etiam cum aſinino lacte poto ſe eluiſſent, in perpetuum hoc malum euaſerunt*, inquit Celſus lib. 4. cap. 24. *quidam*, vt idem ait ibidem, *cum toto anno à vino, mulſo, Venere ſibi temperaſſent, ſecuritatem totius vitæ conſecuti ſunt*, &c.

Sincer. est n. vas, qvo oc.] ſic Lucret. lib. 6. in princip. de Epicuro, *Intellexit ibi vitium vas efficere ipſum, Omniáque illius vitio corrumpier intus, Quæ collata foris, & commoda cùmque venirent: Partim quòd fluxum, pertuſúmque eſſe videbat, Vt nulla poſſet ratione explerier vnquàm: Partim, quòd tetro quaſi conſpurcare ſapore Omnia cernebat, quæcumque receperat, intus*, &c.

Sperne volvpt.] In quibus ſpernendis & repudiandis virtus vel maximè cernitur, inquit M. Tullius lib. 1. de legibus, ſub extremum, quibúſque ſæpe vincuntur qui alioqui viribus & ferrò erant inexpugnabiles atque inuicti. Exemplo ſit Annibal, quem luxuria, & deliciæ Campanæ fregerunt, atque eneruarunt, bello inſuperabilem atque indomitum. Itaque præclarè dictum eſt illud à quodam, μία τοῖς ἀσθενέσιν ὁδὸς, τὸ τῇ ἡδονῇ περιγίνεσθαι τῶν μειζόνων: id eſt, vna eſt infirmioribus, & imbecillioribus via, qua potentiores aduerſarios ſuperare poſſint, voluptas. Hoc cùm ſcirent prudentiſſimi illi viri M. Curius, & T. Coruncanius cùm audiſſent, eſſe quemdam ſapientem, qui diceret, omnia quæ faceremus, ad voluptatem eſſe referenda, meritò optabant, vt id Samnitibus, & Pyrrho perſuaderetur, quo facilius vinci poſſent, cùm ſe voluptatibus dediſſent.

Nocet emta dolore vol.] atqui omnis voluptas corporis, emitur ſubſequente dolore, & cum dolore ſubſequente coniuncta eſt, ſeu dolorem comitem & quaſi connexum habet. omnis igitur corporis voluptas nocet. ſubſequente autem idcirco dixi, quia ſi voluptatem anteiret labor, ea voluptas non eſſet aſpernanda, aut fugienda: immò, vt ſtabilis & ſolida, vehementer amplectenda, plurimique facienda. Itaque qui ſapiunt, voluptati laborem anteponunt, vt laboribus ſuſceptis atque exantlatis, ſolida gaudia gaudeant. Contrà inſipientes voluptatem expetunt, laborem fugiunt: ex quo fit vt eorum vita ſit calamitoſa & miſera. Sed, vt ad inſtitutum redeam, ſcitè & feſtiuè in hanc ſen-

Digitized by Google

tentiam Plato in Phædone ait, mirabiliter affe- A ctum eſſe naturâ id, quod iucundum dicitur, ad id, quod ei contrarium videtur eſſe, moleſtum, ſeu dolorem, propterea quòd, inquit, ea ſimul homini adeſſe nolunt: ſi quis autem perſequatur alterum, & conſequatur, propemodum cogitur etiam alterum paullò pòſt recipere, tanquam ambo ex vno capite, ſeu extremo apta atque inter ſe connexa ſint. Ac mihi videtur (inquit) ſi ea animaduertiſſet Æſopus, fabulam huiuſmodi compoſiturus fuiſſe, Deum, cùm ea vellet inter ſe in gratiam reducere & reconciliare, bellum inter ſe gerentia, quoniam id conſequi non poſſet, eorum extrema in vnum conduxiſſe & coniunxiſſe: atque iccirco, ad quemcumque alterum B eorum peruenerit, ad eum ſubſequi etiam alterũ. Verba Platonis Græca ſi quis requirat, petat ex Platonis Phædone non longè à principio, illo loco: καὶ τρίβων ἅμα, ὡς ἄτοπον, ἔφη, ὦ ἄνδρες, ἔοικέ τι εἶναι τοῦτο, ὃ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι ἡδύ· ὡς θαυμασίως πέφυκε πρὸς τὸ δοκοῦν ἐναντίον εἶναι τὸ λυπηρόν, &c. ſic & Plaut. Amphitr. *Satin parua res eſt voluptatum in vita, Atque in ætate agunda, Præquàm quod moleſtum eſt? Ita quoique comparatum eſt in ætate hominum, Ita dijs placitum, voluptatem mæror vt comes conſequatur, Quin incommodi plus, malique illico adſit, boni ſi obtigit quid.*

Semper avar. eg.] ſemper auaro aliquid deeſt. numquam enim expletur diuitiarum ſitis. quin etiam iis, quæ habet, eget. Nihil refert C vtrùm auarus habeat, an non habeat, cùm ei deſint ea, quæ habet, id eſt, cùm iis rebus, quas vel ſuo labore peperit, vel beneficio fortunæ nactus eſt, vti frui non audeat, ſed hac de re plura dicemus ad illum locum obſcuriſſimum, & nondum à quoquam explicatum, qui eſt epiſtol. 2. lib. 2. *ſed, quod non deſit, habentem, &c.*

Cert. voto pete fin.] cùm ſit immenſa, & infinita in hominibus auaris pecuniæ cupiditas, certum (inquit) diuitiarum finem expete: id eſt, cupiditatem, & ſtudium pecuniæ defini, ac termina: vel certam aliquam ac definitam pecuniæ ſummam opta & expete, quam vbi conſecutus fueris, plura quærere deſine, boniſque partis fruere, & viue. ſic Sat. 1. lib. 1. *Denique ſit finis* D *quærendi, cùmque habeas plus, Pauperiem metuas minus.* non eſt autem intelligendus hoc loco Horatius ſignificare, diuitias nobis tamquam finem, propoſitas eſſe oportere: ſed earum modum eſſe quendam conſtituendum, quo contenti eſſe debeamus.

Invidvs alt. macr. reb.] ſic Lucret. lib. 3. *Macerat inuidia ante oculos illum eſſe potentem, Illum aſpectari, claróque incendit honore: Ipſi ſe in tenebris volui, cœnóque queruntur.* Horat. Sat. 5. lib. 1. *Quódque aliena capella gerat diſtentius vber, Tabeſcat? &c.* Videtur autem quædam eſſe non inuenuſta in his duobus, *opimis macreſcit*, antitheſis.

Invid. Sic. non inven.] Pindarus εὐδ. ια πυθ. φθονεροὶ δ' ἀμύνονται ἄται, id eſt, inuidi autem damno plectuntur. & Plato lib. no- A no de Legibus, inuidiam ait eſſe contubernalem grauem, ac moleſtam, maximè quidem ac primo loco ei, qui inuideat, ſecundo loco viris optimis, & clariſſimis ciuitatis. [Et Iſocrates in Euagora dicit, hoc tantum boni in inuidis ineſſe, quòd inuidis maximo eſt malo. φθόνῳ τοῦτο μόνον πρόσεστιν ἀγαθόν, ὅτι μέγιστον κακὸν τοῖς ἔχουσίν ἐστι. Demoſth. περὶ λεπτ.] Appellat autem Horatius hoc loco inuidiam eam, quam M. Tull. ambigui nominis fugiendi cauſa, *inuidentiam* nominat lib. Tuſcul. 3. & 4. Sententia porrò huius loci hæc eſt, quamuis Siciliæ tyranni grauiſſima tormenta ad cruciãdos homines inuenerint, nullum tamen tormentorum illorum grauius inui- B dia fuiſſe.

Qvi non moder. iræ] id eſt, qui iræ moderationem non adhibebit, & veluti frenum iniiciet. hæc enim vis eſt huius verbi cum dandi caſu coniuncti, vt M. Tull. Partit. *nam auditorum aures moderantur oratori prudenti, & prouido: &, quod reſpuunt, immutandum eſt.*

Infect. vol. esse, dol. qvod, &c.] id eſt, nolet id eſſe à ſe admiſſum, vel optabit ne id ſit à ſe admiſſum, quod dolore, & ira impulſus fecerit: pœnitebit eum facti. [Sic Donatus ad illum locum Terent. Andr. *Haud muto factum vetuſtè*, inquit, *haud me pœnitet, nã ſi quid pœniteret, infectum velle dicebant.*] epiſt. de arte poët. *Commiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret.* infectum, C id eſt, non factum. Plaut. Moſtell. *Egóne* [ſomnio] *at quidem tu, qui iſtoc te ſperas modo poteſſe diſſimulando infectum hoc reddere.* Sed cur dolorem & mentem concurrenteis facit in ira, & in pœnis expetendis? De dolore, docet Ariſtoteles multis locis, iram cum dolore eſſe coniunctam: & tum dolore hominem iratum leuari, cùm iniuriam acceptam retulerit. de mente, idem docet lib. 7. de moribus ad Nicomachum, eum, qui iratus ſit, à ratione quodammodo perſuaderi, & induci, vt pœnas ab eo, qui iniuſtè læſerit, expetat. Vel eò reſpexit, quòd ex veteribus alij iracundiam definierunt feruorem mentis, alij cupiditatem puniendi doloris.

Dvm pœnas odio, &c.] id eſt, dum odio prouectus pœnas de eo, qui læſiſſe videtur, D ſumere feſtinat: vel ſic, dum iniuriæ, quam ipſe ſibi accepiſſe videtur, dolorem multum, & iccirco grauem & moleſtum, vlciſci properat, vt animũ dolore leuet. Nam quamdiu is, qui ſe accepiſſe iniuriam exiſtimat, inultus eſt, tamdiu graui quaſi onere premitur: vbi iracundiam ſuam expleuit, dolorémque ſuum punitus eſt, tum exoneratus eſt. verbum *feſtinat* coniunxit cum quarto caſu, vt Virgil. Æn. 4. *Feſtinare fugam tortóſque incidere funes.* idem de verbo *maturare* ſentiendum. Æn. 1. *Maturate fugam.* Horat. epiſt. prox. ſeq. *Hoc opus, hoc ſtudium parui properemus, & ampli.* & Od. 7. li. 2. *Deproperare apio coronas.* ſic Græci verbum σπεύδειν. Pindarus Πυθ. γ. μὴ φίλα ψυχὰ βίον ἀθάνατον σπεῦδε, τὰν δ' ἔμπρακτον ἄντλει μαχανάν: id eſt, ne care anime vitam immortalem feſtina: facilem

facilem autem hauri machinam. & Homerus ἰλ. ν. ταῦτα δ' ἅμα χρὴ σπεύδειν, αἴκ' ὄφελός τι γενώμεθα καὶ δύ' ἐόντε, id eſt, hæc autem vnà nos properare oportet, ſi poſſimus aliquid prodeſſe nos etiam duo.

IRA FVR. BR. EST] ſic Themiſtius in oratione de amicitia, ἐγὼ δὲ οἶμαι (inquit) τὴν ὀργὴν μανίαν ὀλιγοχρόνιον εἶναι. quod notat M. Anton. Muretus. M. Tull. Tuſcul. 4. *An eſt quicquam ſimilius inſaniæ, quàm ira? quam bene Ennius initium dixit inſaniæ.* Et Apollonius dicebat, Τῆς ὀξυθυμίας τὸ ἄνθος εἶναι μανίαν, id eſt, iracundiæ florem eſſe inſaniam. Et Plutarchus in Romulo, ὀργῆς τάχος ἄβουλον, id eſt, iræ celeritatem incõſideratam, & conſultationis expertem. vide annot. ad Od. 16. libr. 1.

ANIMVM] τὸν θυμὸν, vt Homer. ἰλιάδ. β. Θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διοτρεφέων βασιλήων. Cæcilius, *Nunc enim demum mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira.* Nam & apud Latinos animus interdum accipitur pro quauis libidine à ratione auerſa, vt Plaut. in Trinummo, *ſi animus hominem perculit, actum eſt, ſi animo ſeruiunt, non ſibi. ſi ipſe animum perculit: dum viuit, victor victorum cluet.*

HVNC FRENIS, &c.] tamquam equum ferocem & indomitum.

COMPESCE] comprime. ſup. Sat. 8. lib. 1. *quæ pœnis compeſceret inferiorem.* Od. 16. lib. 1. *Compeſce mentem.*

FINGIT] format, inſtituit, docet, vt libr. de arte poëtica, *quamuis & voce paterna Fingeris ad rectum.*

TENERA] molli, & facili ad domandum.

EQVVM TEN. DOCIL. CERV.] equũ iuuenem, & iccircò ad domandum facilem.

MAGISTER] ἱπποδάμος, qui domat equos.

IRE VIAM] ſic loquebantur veteres. Cicer. pro Murena, *Ite viam: Præſtò aderat ſapiens ille, qui ire viam doceret:* ſic enim legendum, non, vt vulgò, *mite viam*, neque *inire viam*.

VENATICVS] vtitur hoc nomine Plautus in Mil. glorioſo, *ſi ita non reppero, ibo odorans, quaſi venaticus vſque, donec perſecutus volpem fuero.* & M. Tull. Verr. de ſignis, *quò poſtea, quàm venerant, mirandum in modum canes venaticos diceres: ita adorabantur omnia, & peruestigabant, vt, vbi quicquid eſſet, aliqua ratione inuenirent.*

CERVINAM PELL.] pellem cerui alga, aut centonibus refertam, quæ cerui ſimilitudinem gerit.

MILITAT] ſeriò feras inſequitur, vel veros ceruos inſectatur. catulos, id eſt, canis, vt ſupr. Od. 1. lib. 1. *Seu viſa eſt catulis cerua fidelibus.*

NVNC ADBIBE] vitioſa eſt eorum codicũ ſcriptura, qui habent *adhibe*. eſt enim legendum *adbibe*: quo verbo & Terent. vtitur in Heauton. *Vbi mihi adbibit plus paullo, ſua quæ narrat facinora?* tralatio eſt ab animantibus ſitientibus, & ſitim explentibus. adbibe enim, hoc eſt, attende, audi, & celeriter percipe: quemadmodum fecẽ ſuprà locutus eſt Oda 13. lib. 2. *pugnas & exactos tyrãnos Denſum humeris bibit aure vulgus.* vel dic adbibe, id eſt, animo imbibe, vt dicuntur lanæ colorem, & candorem bibere. & vt Dido apud Virg. lib. 1. Æneid. *longum bibebat amorem.*

PVRO PECTORE] nondum vitiis inquinato. Lucret. lib. 5. proœm. *At bene non poterat ſine puro pectore viui.*

PVER] vult nos ſtatim à pueris philoſophiæ, & rectè honeſtéque viuendi ſcientiæ operam dare, ne ſimus ὀψιμαθεῖς. i. ſeri ſtudiorum, vt loquitur epiſt. 19. huius lib. ſed παιδομαθεῖς, id eſt, à pueritia inſtituti & erudiri. Plurimum autẽ intereſt, vtrùm aliquid diſcas puer, an iam ætate grandis: quamquam præſtat ſerò diſcere, quàm numquam, vt dicebat Socrates.

QVO SEMEL EST IMB. R. S. OD.] ſic Plato lib. 4. de rep. ſeu de iuſto, ait, tinctores, ſeu infectores, vbi lanam purpura inficere volunt, primùm lanam ſumere candidiſſimam, deinde eam accuratè præparare, vt florem purpuræ quã maximè imbibere poſſit: & tum denique purpureo colore lanam illam tingere: quo facto purpuram lanæ inſitam atque inditam nulla ratione nullo nitro, nullóve lomento, aut ſapone abſtergeri, neque deleri poſſe, &c. verba Platonis poſita ſunt 5. ferè pagina libri, ibi, οὐκοῦν οἶσθα ἦν δ' ἐγὼ, ὅτι οἱ βαφεῖς ἐπειδὰν βουληθῶσι βάψαι ἔρια, ὥστε εἶναι ἁλουργὰ, πρῶτον μὲν, &c.

NVNC TE MELIORIB. OFF.] nunc (inquit) dum tenera eſt ætas, dum mollis & tractabilis, & cerea, dede, ſeu præbe te honeſtis & ſalutaribus diſciplinis erudiendum, boniſque & rectis opinionibus imbuendum, malis artibus & prauis opinionibus reiectis.

NEC TARD. OPP. NEC PRÆC.] nec eos exſpecto, qui ſunt ignauiores: nec eos vrgeo, qui antecedunt: id eſt, non excito, neque impello, cùm ſua ſpõte ſatis properent, meáque cohortatione non egeant. Vel, quod mihi magis placet, non inſto præcedentibus, vt eos anteuertam: non conor eos anteuertere: vt Sat. 1. lib. 1. *Inſtat equis auriga ſuos vincentibus.* eſt enim tralatio perpetua ducta à curſoribus, ſeu quadrigis. falluntur autem qui *inſto* interpretantur *obſto*, id eſt, *impedio*. [Huc pertinet illud Ariſtotelis: qui interrogatus, quomodo diſcipuli magnos progreſſus faciant, ſi & antecedenteis perſequantur, inquit, & poſteriores non exſpectent. Ἐρωτηθεὶς, πῶς ἂν προκόπτοιεν οἱ μαθηταὶ, ἔφη, ἐὰν τοὺς προέχοντας διώκοντες τοὺς ὑστεροῦντας μὴ ἀναμένωσιν.

TVRNEBVS.

EX lib. 9. cap. 18. *Græcia Barbariæ lento colliſa duello.*

Hic locus declaratur Oda nona Epod.

Ex lib. 26. cap. 27. *In cute curanda plus æquo operata iuuentus*, cùm dicit Horat. cutem, corpus intelligit, vt χρὼς & χροῦς apud Græcos cutem

& corpus declarant. Ita autem intelligere Hora- A
tium ex Homero notum eſt, apud quem Phæa-
ces & proci Penelopæ genio indulgent, corpúſ-
que luxurioſè epulis curant: etiam illi Demodo-
ci, hi Phemij modis & cythara ſeſe oblectãt, quod
intellexit Horatius cùm

Ad ſtrepitum cytharæ ceſſatum ducere curam,

èlegantet, vt nihil ſuprà ſcripſit. Nam ad Phæa-
cas & procos referendum eſſe arbitror. Vt autem
curare cutem, ſic & curare pelliculam dixit, lib.
2. Satyr. 5. *Pelliculam curare iube.* id etiam ex eo,
quod, qui benè habiti & benè paſti ſunt, eorum
cutis nitet, curatáque videtur.

Me pinguem & nitidum benè curata cute viſes.

Vt enim coriarij arte, aluta vel corium pul-
chrius & politius eſt: ſic pulchrior & nitidior B
cutis obeſorum ac benè habitorum curata vide-
tur fuiſſe. *-- atqui*

Si noles ſanus, cures hydropicus, quod ait, puto
hanc continere ſententiam: ſi noles expergiſci
dum ſanus es, & capeſſere ſtudium philoſophiæ
quæ animi medicina eſt, cures vt hydropicus &
graui laborans morbo, expergiſcaris. vel potius,
Si non vis te ſeruare dum ſanus es, velis hydropi-
cus: & cures vt te ſerues. Sed Porphyrio planè
apertéque legit, *curres*, quod & probabile eſt: ac
tum *noles* in futuro legendum erit, quod vidit
Lambinus.

Si comportatis rebus benè cogitas vti,

more Græco id videtur dixiſſe, apud quos συſκο-
μίζειν, quod eſt comportare, ſignificat fruges C
colligere & συγκομιδὴ eſt fructuum collectio.
Itaque hîc res comportatas appellat repoſitos &
conditos fructus.

Inuidia Siculi non inuenêre tyranni

Maius tormentum. Phalaris, Agathocles, Dio-
nyſius Siciliæ tyrannus multa inuenêre atrociſſi-
ma tormenta ad homines cruciandos & excarni-
ficandos: ſed nullum eſt, quod crudelius torqueat
animum quàm inuidi hominis contubernalis &
tabifica inuidia

— ceruinam pellem latrauit in aula. Sic ad ſe-
ctandas feras venatici catuli conſuefiebant in au-
la dominorum leporinis & ceruinis pellibus ad
venandum, vt odore & colore imbuti in ſiluis
eas feras appeterent. Quiddam in Gratiano eſt D
non diſſimile. De venatio.

Sed præceps virtus ipſa venabitur aula.

EPIST. II. AD IVLIVM FLORVM.

ARGVMENTVM.

Iulium Florum de Claudio Nerone, vbi mili-
tet, & de quorundam amicorum ſcriptis inter-
rogat. Deinde ipſum Florum ad ſapientiæ ſtu-
dium, & ad redeundum in gratiam cum fratre
hortatur.

IVli Flore, quibus terrarum militet oris
Claudius Auguſti priuignus, ſcire laboro.
Thracáne vos, Hebrúſque niuali compede vinctus,
*An freta vicinas inter currentia * turreis,*
*An pingues Aſiæ campi, colléſque * morantur?*
Quid ſtudioſa cohors operum ſtruit? hoc quoque curo.
Quis ſibi res geſtas Auguſti ſcribere ſumit?
Bella quis, & paces longum diffundit in æuum?
Quid Titius, Romana breui venturus in ora?
Pindarici fontis qui non expalluit hauſtus,
Faſtidire lacus, & riuos auſus apertos:
*Vt valet? vt meminit noſtri? * fidibúſne Latinis*
Thebanos aptare modos ſtudet auſpice Muſa?
An tragica deſæuit, & ampullatur in arte?
Quid mihi Celſus agit? monitus, multúmque monendus,
Priuatas vt quærat opes, & tangere vitet
*Scripta, Palatinus quæcumque recepit * Apollo:*
Ne, ſi fortè ſuas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula riſum
Furtiuis nudata coloribus. ipſe quid audes?
*Quæ * circumuolitas agilis thyma? non tibi paruum*
Ingenium eſt: non incultum, nec turpiter hirtum.
Seu linguam cauſis acuis, ſeu ciuica iura
Reſpõdere paras, ſeu condis amabile carmẽ:

Prima

Prima feres ederæ victricis præmia. quòd ſi
Frigida curarũ fomenta relinquere poſſes:
Quò te cæleſtis ſapientia duceret, ires.
Hoc opus, hoc ſtudium parui properemus, & ampli:
Si patriæ volumus, ſi nobis viuere cari.
Debes hoc etiam reſcribere, ſi tibi curæ,*
Quantæ conueniat Munatius. an malè ſarta
Gratia ne quicquam coït, & reſcinditur? at vos
*Seu * calidus ſanguis, ſeu rerum inſcitia vexat,*
Indomita ceruice feros: vbicumque locorum
Viuitis, indigni fraternum rumpere fœdus,
Paſcitur in veſtrum reditum votiua iuuenca.

IVLI FLORE] ad hunc eundem ſcripſit & epiſtolam 2. lib. 2. *Flore bone, &c.*

CLAVD. AVG. PRIVIGN.] Tib. Claudius Nero Cæſar, cuius matrem Liuiam Druſillam vxorem duxerat Octauianus Auguſtus Scribonia dimiſſa. Sueton. in Auguſt.

SCIRE LABORO] ſcire ſtudeo, ſeu, vt ſæpe loquitur, quæro.

THRACA] θρήκη. vt epiſto. ad Quinctium. *vt nec Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus.* vide annot. ad Od. 16. lib. 2.

HEBRÚSQVE] idem Oda 25. lib. 3. *Hebrum proſpiciens, & niue candidam Thracem.*

NIVALI COMPEDE VINCTVS] ſic loquitur Virg. Georg. 4. *Et cum triſtis hiems etiam tunc frigore ſaxa Rumperet, & glacie curſus frenaret aquarum.*

AN FR. VICIN. INTER CVRR. TVRR.] turreis, πύργοις: nempe Seſtum & Abydũ. *vicinas inter curr. turr.* pro inter vicinas turreis currentia, more vſitatiſſimo dixit, vt annotauimus ſuprà ad Od. 7. lib. 2. tale eſt illud, *Inter fuſa nitentes Vites æquora Cycladas*, Od. 14. lib. 1.

MORANTVR?] detinent? vt ſuprà annot. ad Od. 7. lib. 2.

SCRIBERE SVMIT?] ſumit vt ſcribat, vel ſcribendas ſuſcipit?

LONGVM DIFF. IN ÆVVM?] prodit memoriæ? mandat litteris ad memoriam poſteritatis ſempiternam?

VENTVRVS IN ORA?] qui honorifico omnium ciuium Rom. ſermone celebrabitur? aliàs *venire in ora*, ad vitium, ac vituperationẽ pertinet: vt apud Catull. ad Rauidum, *An ne vt per-*

A *uenias in ora vulgi?* ſic Liuius [illegible] 2. *timorem iniecit, ne in ora hominum pro ludibrio* [illegible] in laude ponit. [idem Catull. primo carmin. [illegible] *decumque quidem eſt per ora vulgi, Plus vno maneat perenne ſæclo.*] & Propert. ad Mæcen. *Crede mihi, magnos æquabunt iſta Camillos Iudicia, & venies* [illegible] *que in ora virûm.* his ſimilia ſunt illa M. Tull. [illegible] ul. 1. *Harmodius in ore & Ariſtogiton.* Et Ennius [illegible] illud, *Nemo me lacrymis decoret, nec funera f*[illegible]*xit: cur? Volito viuus per ora virûm.* & Virg. Æ[illegible] 12. *Ille quidem ad ſuperos, quorum ſe deuouet a*[illegible] *Succedet fama, viuúſque per ora feretur.* Idem Georgic. 3. *tentanda via eſt, qua me quoque poſſim Tollere humo, victórque virûm volitare per ora.* Iterum M. Tull. Philippic. 10. de Bruto, *erat enim in deſiderio*
B *ciuitatis, in ore, in ſermone omnium.* T. Liuius lib. 9. *Poſtumius in ore erat: eum laudibus ad cælum ferebant.* contrà ad probrum pertinet illud Cicer. Verr. 3. de Verre, [ſeu 1. lib. Accuſ.] *Iſtius nequitiam eum in ore vulgi, & in communibus prouerbiis verſatam eſſe.* [& lib. 4. *numquam enim ſi denariis quadringentis Cupidinem illum putaſſet, commiſiſſet vt propter eum in ſermonem hominum atque in tantam vituperationem veniret.*]

PIND. FONTIS QVI NON, &c.] qui nõ dubitauit Pindarum proponere ſibi ad imitandũ. *non expalluit hauſtus Pind. font.* id eſt, non extimuit haurire è fonte Pindari: vt Od. 27. lib. 3. *mediáſque fraudes Palluit audax.* allegoria eſt & in hoc, & in proximo verſu. hoc enim ſignificat, qui auſus
C eſt Pindarum Latinis verſibus imitari, atque exprimere?

FIDIBÚSNE LATINIS THEB. &c.] id eſt, ſtudétne ad exemplum Pindari verſus Latinos Lyricos ſcribere, poëtica facultate fretus?

THEBANOS] id eſt, Pindaricos. Od. 2. lib. 4. *Multa Dircæum leuat aura cycnum.*

DESÆVIT] deſæuire, eſt valde ſæuire. *de* enim in compoſitione interdum auget: vt *deſæuire, deamare, deuitare, deperire, delitigare, &c.* Iam ſæuire, eſt χαλεπαίνειν, vt & ſæpe admonuimus, & docent exempla probatorum ſcriptorum. ſolent autem pleráque omnia in tragœdiis eſſe ſæua, dura, difficilia, atrocia, immitia, iracunda, horribi-
D lia, δεινὰ, χαλεπὰ. icciricò hoc verbum ad tragœdiarum ſcriptorem accommodauit. vide ſupr. annot. ad Od. 33. lib. 1.

AMPVLLATVR] turget, inflatus, atque elatus eſt. Quas ληκύθους Græci, eas ampullas appellant Latini. Quemadmodũ igitur illi ληκύθους vſurpant pro orationis ornamentis, iiſque omnibus dicendi figuris, quibus altior, grandior, amplior denique fit oratio: ita & ampullas Latini. Horat. in lib. de arte poëtica, *Proiicit ampullas & ſeſquipedalia verba.* M. Tull. ad Attic. lib. 1. *Quid multa? totum hunc locum, quem in Ariſtocratia ego variè in meis orationibus, quarum tu Ariſtarchus es, ſoleo pingere, de flamma, de ferro (noſti illas ληκύθους) valde grauiter pertexuit.* auctor ſcholiorum in Hephæſtionem, cauſam afferens cur dimetrum tro-

Digitized by Google

A INDIGNI RVMP.] indigni, qui rumpatis, vel qui non debetis rumpere, ſic loquuntur Græci ἀνάξιοι ὄντες λύειν. Admonendus autem eſt adoleſcens, ſententiam vſque ad verſum vltimum pendêre hoc modo, ſiue vos feruor ſanguinis, ſiue inſcientia rerum agitat, vbicumque locorũ viuitis vos, quos non decet fraternam neceſſitudinem diſſoluere, paſcitur in veſtrum, &c. ab iis enim diſſentio, qui ad nomen *indigni*, ſubintelligunt *eſtis*.

FRATERN. FOEDVS.] quod longè firmius ac ſanctius eſſe debet, quam amicorum neceſſitudo: & vetat Heſiodus tantidem amicorum neceſſitudo: & vetat Heſiodus tantidem amicum, quanti fratrem facere. Μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον. Quanti autem fratres faciendi ſint, declarauit vxor Intaphernis apud
B Herodotum, cui cùm à Dario facta poteſtas eſſet ſeruandi, aut viri ſui, aut fratris, aut liberorũ, (quos omneis in vincula Darius coniici iuſſerat, & capitis damnarat,) maluit fratrem ſeruare. cuius rei cauſam cùm quæſiſſet Darius, reſpondit, ὦ βασιλεῦ, ἀνὴρ μέν μοι ἄλλος γένοιτο, εἰ δαίμων ἐθέλοι, καὶ τέκνα ἄλλα εἰ ταῦτα ἀποβάλλοιμι· πατρὸς δὲ, καὶ μητρὸς οὐκέτι μευ ζωόντων, ἀδελφεὸς ἂν ἄλλος οὐδενὶ τρόπῳ γένοιτο, id eſt, O rex, vir quidem mihi alius contingere poſſit, ſi ita deo viſum ſit, & alij liberi, ſi hos amiſerim: ſed cùm mihi pater & mater è vita deceſſerint, nulla ratione fieri poſſit, vt mihi frater
C alius naſcatur. Hæc Herodotus Thalia, A quo ſumſit illud Euripides, Μητρὸς τ' ἐν ᾅδου καὶ πατρὸς τεθνηκότων, Οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς, ὅστις ἂν βλάστοι ποτέ, id eſt, Patre & matre mortuis, non poteſt mihi frater vllus, naſci. Extat libellus à Plutarcho ſcriptus, vtiliſſimus, περὶ φιλαδελφίας. id eſt, de amore fraterno.

TVRNEBVS.

EX lib. 26. cap. 27. *Faſtidire lacus & riuos auſus apertos*, cùm ait, Titium imitari auſum eſſe Pindarum dicit, quem tamen inimitabilem putat conſueta tractare poemata aſpernatum. Latēt
D enim plerumque fontes, à quorum capite riui in apertum exeunt, qui & in lacus ſparguntur cùm dilatantur. Ad fontem igitur eum dicit maluiſſe venire, quàm è populari lacu & publico riuo haurire. Sic lib. 1. ſaty. 4.

Geſtat à furno redeuntes ſcire lacuq́. Quod autem *ampullatur*, dicit, id verò facit Græcorum æmulatione, qui ληκυθίζειν dicunt, quod eſt, tumida vti oratione. nàm λήκυθος ampulla eſt olearia, quæ, pertumida eſt. Vnde & Lais quia buccis erat tumentibus πρὸς τοῖς γνάθοις λήκυθον habere dicebatur.

— *moueat cornicula riſum.* hic corniculum vocat, quem Græci κολοιὸν, id eſt, Graculum appellant. Huius fabulæ Æſopicæ ne meminit Themiſtius, Καθάπερ τῷ κολοιῷ περιτίθησιν ὁ μῦθος τὰ πτίλα ἐν τῷ ἀγῶνι τοῦ κάλλους ἀλλότριον αὐτοῦ
A περιεργαζομένῳ κόσμον χάριτι τῆς οἰκείας καὶ συγγενοῦς id eſt, quemadmodum fabula corniculæ plumas circundat in pulchritudinis certamine alienum ſectanti ornamentum ſui & proprij inopia, &c.

EPIST. IIII. AD ALBIVM TIBVLLVM.

ARGVMENTVM.

Albium Tibullum compellat, cui ſtudium philoſophiæ laudare videtur, atque id facere, vt eius amore illum accendat. Recenſet quibus donibus illum dij ornauerint: deinde ita vi-
B uendum illi eſſe dicit, vt vnumquemque diem extremum ſibi fore putet.

ALbi: noſtrorum ſermonum candide iudex,
Quid nunc te dicam facere in regione Pedana?
Scribere, quod Caßl Parmenſis opuſcula vincat?
*An tacitum ſiluas inter * reptare ſalubreis,*
C *Curantem quicquid dignum * ſapiente bonóque eſt?*
*Non tu * corpus eras ſine pectore. dij tibi formam:*
Dij tibi diuitias dederant, artémque fruendi.
Quid voueat dulci nutricula maius alumno,
*Quàm ſapere: & fari vt poßit, quæ ſentiat, * vtq;*
D *Gratia, fama, valetudo contingat abundè,*
Et mundus victus non deficiente crumena?
Inter ſpem, curámque, timores inter, & iras
Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.
Grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur, hora.
Me pinguem, & nitidum bene curata cute viſes:

quotidie te moriturum. hoc ſi animo eris, quicquid tibi temporis ad vitam accedet, id tibi deputabis eſſe in lucro: nec perpetuò quærendæ & augendæ pecuniæ ſeruies, ſed bonis quæſitis, aut à patre relictis fruêris. hæc enim ſententia ſignificatur per ſubſequentem verſum, *Grata ſuperueniet, &c.* cuius rei exemplum capere licet ex cæteris rebus ſecundis. finge, aliquem ſperare, & exſpectare ampliſſimam hereditatem, eique id, quod ſperauit, tandem euenire: longè minor eſt huius voluptas, quàm ſi nō ſperanti veniſſet. Ita longè maior eſt eius hominis vitæ iucunditas, qui in diem viuit, qui diē craſtinum ad ſe pertinere non exiſtimat, qui diei præſentis vſura contentus eſt, ſi ad diem craſtinū vitā produxerit, quàm eius, qui vitæ ſpem in multos annos profert, ac producit. Gratiſſima enim erit eius diei vita, ad quē quis ſe peruēturum eſſe non ſperabat. Sic igitur viue, & ita bonis tuis fruere, vt hodie moriturus. quantumcumque tibi dierum ad vitam præteritam accedet, id erit tibi multo iucundiſſimum. præclarè igitur Anacr. Τὸ σήμερον μέλει μοι. Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν; id eſt, *Hodierna curo tantum. Cui craſtina hora nota eſt?* ſic Horat. ſup. Od. 7. libr. 4. *Quis ſcit, an adiiciant hodiernæ tempora ſummæ Craſtina Dij ſuperi?* & epiſt. 2. lib. 2. *Vtar & ex modico, quantum res poſcet, aceruo Tollam, &c.* ſequitur mox, *Diſtat enim ſpargas tua prodigus, an neque ſumptum Inuitus facias, neque plura parare labores, &c.*

SVPREMVM] vltimum. vt epiſt. proxima, *Supremo te ſole domi Torquate manebo.* & ſat. 1. libr. 1. *ad vſque Supremum tempus, ne ſe penuria victus Deficeret, metuebat.* & Od. 13. lib. 1. *Quos irrupta tenet copula, nec malis Diuulſus querimoniis Suprema citius ſoluet amor die.* & Od. 17. libr. 2. *ſupremum Carpere iter comites parati.* & epiſt. ad Auguſt. *Comperit inuidiam ſupremo fine domari.* & epiſtol. 2. libr. 2. *Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema Permutet dominos.*

NITIDVM] corpore nitido, & ſolido: carne læui, & polita, non horrida, neque ſquallida. tranſlatè fruges nitidas dixit Lucre. lib. 1. pro opimis, pinguibus, amplis, & tamquam geminis. *At nitidæ ſurgunt fruges, ramique vireſcunt.* Virgil. libr. 3. Æneid. *ſuperóque nitentem Cælicolûm regi mactabam in littore taurum.* nitentem, id eſt, opimum.

EPICVRI DE GREGE PORCVM] hominem in voluptate abdominis, & gutturis ſummum bonum ponentem. eadem ratione dixit illud M. Tullius in L. Piſonem, *Confer nunc Epicure noſter ex hara producte, non ex ſchola, confer, ſi audes, abſentiam tuam cum mea.* Quamuis enim Epicurus videretur interdum in quadam animi voluptate ſummum bonum conſtituere, hanc de eo opinionem tamen ipſius refellit oratio. eius enim verba ſunt, quæ retulit Athen. libr. 2. οὐ γάρ ἔγωγε δύναμαι νοῆσαι τἀγαθόν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονάς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς διὰ τῶν ἀφροδισίων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀκροαμάτων, ἀφαιρῶν δὲ καὶ τὰς διὰ μορφῆς κατ' ὄψιν ἡδείας κινήσεις. quæ ſic interpretatur M. Tull.

A libro ſecundo de finib. *non enim intelligo quid ſit, vbi ſit ſummum bonum præter illud, quod cibo aut potione, & aurium delectatione, & obſcena voluptate capiatur.*

TVRNEBVS.

EX lib. 1. ca. 18. In epiſtola Horatij ad Albium Tibullum, quod ſcribitur,

An tacitum ſiluas inter reptare ſalubres,
Curantem quicquid dignum ſapiente bonóque eſt?

ſub ipſo verborum tectorio ſanè vulgari ſententiam occultat multitudini non ſatis apertam: Et vt ſub putamine nucleus latet, ita quoque ſub ipſa velut nuce, quæ frangenda eſt, quiddam tanquàm ſalubre, eduléque reconditur. Puto autem ſenſum Epicureum eſſe: exiſtimat enim dignum eſ-
B ſe ſapiente & bono, amœnitate & ſalubritate receſſus frui, potiùs quàm rem familiarem auidè augere, prudentiæque eſſe indulgere ſibi ambulationum ſpatia delicatarum conficientem, quales in Pedana regione Tibullus habebat, qui tamen videbatur eſſe parcior. Tu enim, inquit, qui ſapis, profectò iſta vitæ gaudia libenter vſurpabis, præſertim qui abundes, vt tibi quæſito non ſit opus, & ſcias quemadmodum ſumptum, facere oporteat, & ea præditus ſis (deorum munere) corporis forma & dignitate, vt corpori inſeruire debeas indulgentiùs & liberaliùs. Illa enim forma curam meretur, dignáque eſt, quæ bonis potiatur. Nihil eſt, inquit, quod maius optare alumno dulciſſimo chariſſima poſſit nu-
C tricula, quàm formam & diuitias & artem fruendi, cùm iam ſapit & eloquens eſt: Inſipienti enim & indiſerto atque infanti facundiam & ſapientiam nutrix ante omnia optare [f]ortaſſè deberet: nunc vtraque tibi ſupereſt. Præterea gratia, fama, valetudo, diuitiis, & diuitiarum fructui & vſuræ eſſent anteponendæ, quæ tibi abūdè contigerunt. Cùm igitur iſtum ſenſum eliciā, velut lomento quodam & nitro detergendam puto maculam, quæ in Horatio inſedit, Se tibi enim video,

Quam ſapere & fari poſſit, quæ ſentiat,

Ego autem emendandum cenſeo

Cùm ſapere & fari poſſit. Sic & Muretus lib. 1. de Legib. emendauit, *Qui conſuluntur cùm eſt neceſſarium.* Addit porro, cùm in humana vita quoti-
D diè ſperetur, timeatur, curarum moleſtiis & iræ feruore hominum pectora ſollicitētur, cúmque his crucientur perturbationibus homines potiſſimum ob opes, & copias, fortunas & facultates, inter iſtos animi morbos & æſtus, quem præſentem degis cúmque diem, eum tibi vltimum putato. Sic fiet vt & non iniucundè eum traducas, nec elabi ſinas, ſed hilariter potius trāſigas quàm intentus rei in miſeria & ærumna trahas: & gratior erit poſterior ætas quàm tibi non promittebas, nec tibi, vt in futurum incumbenti, & diuitiis inhianti, præſentis diei peribit voluptas. Frui enim voles paratis, ſi breuem tibi vitam ſpondeas, nec ei tem-

pori, quod non tibi pollicceberis, viaticum, & opes congeres.

Ex lib. 26. cap. 27. *Me pinguem, & nitidum benè curata cute viſes.*. Vide ſup. Epiſt. 2. huius loci explicatiooem.

EPIS. V. AD TORQVATVM.

ARGVMENTVM.

Torquatum ad cœnam inuitat, quam frugalem eſſe dicit. Hortatur vt curis & cupiditati diuitiarum vale dicens, hilaritati ſe tradat: & laudes ebrietatis addit. Tria eſſe dicit, quorum ſtudioſus ſit in apparatu conuiuij: primam autem ponit munditiem.

*SI potes * archaïcis conuiua recumbere*
lectis,
Nec modica cenare times olus omne patella
Supremo te ſole domi, Torquate, manebo.
*Vina bibes iterum, * Tauro * diffuſa, paluſtreis*
Inter Minturnas, Sinueſſanúmque Petrinum.
Sin melius quid habes, arceſſe, vel imperium fer.
Iandudum ſplendet focus, & tibi munda ſupellex.
Mitte leueis ſpes, & certamina diuitiarum,
Et Moſchi cauſam. cras nato Cæſare feſtus
Dat veniam, ſomnúmque dies, impune licebit
Æſtiuam ſermone benigno tendere noctem.
** Quò mihi fortunas, ſi non conceditur vti?*
Parcus ob heredis curam, nimiúmque ſeuerus
** Aſſidet inſano. potare, & ſpargere flores*
Incipiam: patiárque vel inconſultus haberi.
Quid non ebrietas deſignat? operta recludit:
A *Spes iubet eſſe ratas: in prœlia trudit inermem:*
Sollicitis animus onus eximit: addocet arteis.
Fœcundi calices quem non fecere diſertum?
Contracta quem non in paupertate ſolutum?
Hæc ego procurare & idoneus imperor, & non
B *Inuitus: ne turpe toral, ne ſordida mappa*
Corruget nareis: ne non & cantharus, & lanx
** Oſtendat tibi te: ne fidos inter amicos*
Sit, qui dicta foras eliminet: vt coëat par,
*Iungatúrque pari. * Brutum tibi, Septimiúmque,*
Et niſi cena prior, potiorq́; puella Sabinum
Detinet, aſſumam. locus eſt & pluribus vmbris;
C *Sed * nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ.*
Tu, quotus eſſe velis, reſcribe: & rebus omiſſis,
Atria ſeruantem, poſtico falle clientem.

SI POTES ARCHAÏCIS] hæc eſt vera, & germana ſcriptura: quê ego in duobus codicib. manuſcr. repeti, io vno in ipſo contextu: in altero, ſuprà *Archaicis* poſitam, vt meliorem, & veram. ſunt autē Græco nomine archaïci lecti, Latino antiqui, id eſt, antiquo modo, & more fabricati. vtitur hoc nomine Diooyſ. Halicarn.
D βιβ. β. ἀρχαιολ. Ῥωμ. ἐγὼ γοῦν ἐθεασάμην ἐν ἱεραῖς οἰκίαις δεῖπνα προκείμενα θεοῖς ἐν τραπέζαις ξυλίναις ἀρχαϊκαῖς. i. ego igitur ſpectaui in ſacris ædibus cenas diis propoſitas in menſis ligneis, archaïcis. quo modo autem menſæ archaïcæ, eodem modo, & lecti archaïci ſunt appellati: ſuntque intelligendi lecti imperitè, durè, & parùm elegāter, & quaſi antiquè facti. nos Galli dicimus *à la vieille mode.* Horat. ep. 2. lib. 2. *Si quædam nimis antiqua, ſi pleraque durè, &c.* Qui autem legunt *Archiacis*, ſecuti codices non emēdatos, & explicaot, ab Archia artifice factis, diuioaot, & [illegible].

RECVMBERE] accumbere. vide quę ſuprà notaui ad Od. 27. lib. 1.

TIMES] fogis, abhorres, φυλάττῃ. vt alibi docuimus.

MODICA]

M o d i c a] mihi ſatis magna, mediocri. con- A
trà ſat. 2. libr. 2. *Porrectum magno magnum ſpectare*
catino Vellem ait, &c. ibid. *grandes rhombi, patinæq;*.
& Perſius ſat. 2. *ſed patinæ grandes, turtæque craſſæ.*
Erat & patella, in quam conijciebant, quod dijs
libabant. Varro apud Nonium. *Quocirca oportet bo-*
num ciuem legibus parere, deos colere, in patellam dare
μεχρὶν χρίας. Cic. libr. 2. de finibus, *ita non reli-*
gioſos, vt edant de patella.

O l v s o m n e] primùm tenuem apparatũ
fore oſtendit, deinde paucũ, & minimè varium,
ita vt olus omne comedendum ſit ei, qui famem
ſedare velit, cùm præter olus nihil admodum a-
liud appoſitum ſit. olera autem, apparatum &
victum fuiſſe tenuiorum, cùm alibi docuimus,
tum ad illum locum, *lachanique catinum.* ſaty. 6. B
libr. 1.

S v p r e m o s o l e] ſub veſperã. hora diei
xj. aut duodecima. Varro libr. 5. de lingua Lat.
ſupremum, & ſummum diei. i. ſuperrimum. Hoc tem-
pus 12. tabulæ dicũt occaſum eſſe ſolis. Obſeruet autem
hoc loco politus humanitate lector, in hac epi-
ſtol. in qua Horat. Torquatum ad cenam inui-
tat, ea ferè omnia ſeruari, quæ Varro diſputat &
præcipit in ſatyra quadam de apto conuiuarum
numero, déque ipſius conuiuij habitu, cultúque:
Dicit autem conuiuarũ numerum (vt teſtatur A. Gell.
lib. 13. cap. 11.) *incipere oportere à Gratiarum numero,*
& progredi ad Muſarum: id eſt, proficiſci à tribus, &
conſiſtere in nouem: vt, cùm pauciſſimi conuiuæ ſunt, non C
pauciores ſint, quàm tres: cùm plurimi, non plures quàm
nouem. Nam multos, inquit Varro, eſſe non conuenit,
quòd turba plerumque eſt turbulenta, vt Romæ quidem
conſtat, ſed & Athenis: nuſquam autem (inquit Gel-
lius) *plures cubabant. Ipſum deinde conuiuium conſtat,*
inquit Varro, ex rebus quattuor: & tum denique omni-
bus ſuis numeris abſolutum eſt. ſi belli homunculi collecti
ſunt: ſi lectus locus: ſi tempus lectum: ſi apparatus non
neglectus. Nec loquaces autem (inquit) *conuiuas, nec*
mutos legere oportet, quia eloquentia quidem, in foro &
apud ſubſellia: ſilentium vero, non in conuiuio, ſed in
cubiculo debet eſſe. Sermones igitur (inquit Gellius) *id*
temporis habendos cenſet non ſuper rebus anxiis, aut tor-
tuoſis, ſed iucundos atque inuitabileis, & cum quadam
illecebra & voluptate vtileis: ex quibus ingenium no- D
ſtrum venuſtius fiat & amœnius. Quod profectò (in-
quit Varro) *eueniet, ſi de id genus rebus ad commu-*
nem vitæ vſum pertinentibus confabulemur, de quibus in
foro, atque in negotiis loqui non eſt otium. Dominum au-
tem (inquit) *conuiuij eſſe oportet non tam lautum, quàm*
ſine ſordibus: & in conuiuio legi non omnia debent, ſed
ea potiſſimum, quæ ſimul ſint βιωφελῆ, & delectent.
Neque non de ſecundis quoque menſis: &c. Hæc Gel-
lius ex Varr. Primùm igitur quattuor conuiuæ
futuri ſunt, iiſque apti, & commodi, bellíque
homines, Torquatus, Brutus, Septimus, Sabi-
nus, quibus quintus accedet Horatius, dominus.
Et tamen Torquato permittit quot conuiuas in-
tereſſe velit: modò ne nimiùm multi ſint: ibi, *Tu*
quotus eſſe velis, &c. & ibi, *locus eſt & pluribus vm-*
bris: Sed nimis arcta, &c. Ad tempus cenæ & locũ

A pertinent illa *Supremo te ſole domi Torquate manebo:*
Ad apparatum illa: *Hæc ego procurare & idoneus*
imperor & non inuitus, ne turpe toral, &c. Ad ſer-
mones, illa: *Aſtiuam ſermone benigno*, &c. Cetera,
quæ congruunt cum præceptis Varronis, conſi-
derabit in hac epiſtola lector eruditus.

M a n e b o] exſpectabo, vt ſuprà diximus ad
Od. 28. lib. 1.

I t e r v m T a v r o d i f f.] diffuſa iterum cos.
T. Statilio Tauro. ſic notabatur ætas, & bonitas
vini, conſulum (inquam) nominibus, vt nota-
uimus ad Od. 3. lib. 2. ibi, *Interiore nota Falerni.* vn-
de nota Opimiana, & Aniciana apud M. Tul-
lium libr. de claris orat. fuit autem T. Statilius
Taurus iterum conſul anno ab vrbe condita
B d c c x x v i i i. Cæſaris Auguſti collega. conſul
primùm fuerat anno ab vrbe cond. d c c x v i i.
ſubſtitutus in locum L. Caninij Galli, qui abdi-
cauerat ſe magiſtratu: collega autem M. Vipſa-
nij Agippæ. Itaque hæc vina non admodum e-
rant vetera, nempe ſuperioribus annis proximis
diffuſa.

D i f f v s a] è torculari, vel lacu, vel dolio in
amphoras fuſa. Solebant enim veteres è doliis
vinum in cados, teſtas, & ſimilia vaſa diffundere
in multos annos. vtitur eodem verbo ſat. 2. libr.
2. ſed paullò aliter, *Et niſi mutatum parcit diffundere*
vinum. vtitur & M. Tull. lib. 2. de finib. *quibus vi-*
num diffuſum è pleno ſit œnophoro: niſi quis & apud
C M. Tull. putet legendum *defuſum*, & apud Hor.
defundere. Quid ſit autem vinum diffundere, ex
Iuriſc. intelligere licet. Proc. de tritico, vino, &
oleo legatis. *Illud verum eſſe puto, cui vinum cum*
vaſis legatum erit, et amphoras & cados, in quibus vina
diffuſa ſeruamus, legata eſſe. Vinum enim in amphoras
& cados hac mente diffundimus, vt in his ſit donec vſus
cauſa comprobetur, & ſcilicet cum his amphoris, & ca-
dis id vendimus. In dolia autem alia mente conijcimus,
ſcilicet vt ex his poſtea vel in amphoras & cados diffun-
damus, vel ſine ipſis doliis veneat. Idem. *Qui vinum*
Surrentinum in vrnalibus habebat diffuſum, is tibi vi-
num legauerat in amphoris. Omne illud quoque vinum,
quod in vrnalibus fuiſſet, legatum eſſe Labeo, & Treba-
tius reſponderunt. Pomponius, *vino legato ea demum*
D *vaſa ſequuntur, in quæ vina ita diffuſa ſunt, vt non ad*
perpetuum vſum reſeruentur, veluti amphoræ & cadi.
Iterum Proculus, *Cui vinum heres dare damnatus*
eſt: quod in amphoris & cadis diffuſum eſt, dare debet,
etiam ſi vaſorum mentio facta non eſt. Africanus in ti-
tulo de legatis & fideicomm. 3. *Nam & ſi vina*
diffudiſſet habiturus vſus ipſe & heres eius, tamen in pe-
nu omne exiſtimari. In amphoris autem & cadis,
& ſimilibus vinum in multos annos ſeruari ſoli-
tum eſſe à veteribus illis, non in doliis, decla-
rat etiam locus ille M. Tull. in Bruto. *Vt ſi quis*
Falerno vino delectetur, ſed eo nec nouo, vt proximis
conſulibus natum velit, nec rurſus ita vetere, vt Opi-
mium, aut Anicium conſulem quærat: Atqui ea no-
tæ ſunt optimæ, credo: ſed nimia vetuſtas nec habet eam,
quam quærimus ſuauitatem, nec eſt iam ſanè tolerabilis.
Num igitur qui hoc ſentiat, ſi is potare velit, de dolio ſibi

hauriendum putet? minimè: ſed quandam ſequatur ætatem, &c.

Inter Minturnas] ſignificat vinum hoc non eſſe admodum magni pretij, neque admodum generoſum, vt pote in paludibus natũ. Minturnæ oppidum Liri fluuio, & Sinueſſæ oppido propinquum, in Campaniæ finibus.

Sin melius] quidam libri veteres habent, *Si melius.*

Arcesse, vel imper. fer.] id eſt vel arceſſe vinum, quod habes, melius meo, id eſt, iube tecum afferri ad me: vel pátere tibi meũ miniſtrari, id eſt, vtere eo vino, quod tibi apponam. verbo arceſſendi ſic vtitur M. Tull. libr. 6. epiſt. ad Attic. epiſt. cuius initium eſt, *Nonis accepi, &c. Ego autem & eius librum arceſſiui, & ad Athenodorum Caluum ſcripſi, vt ad me τὰ κεφάλαια mitteret.* & epiſt. ad M. Fab. Gallum lib. 7. *ſed tamen, ſi iſta mihi ſunt habenda, certiorem velim me facias, vbi ſint, quando arceſſantur, quo genere vecturæ:* Alij hunc locum ſic explicant, ſin mel. q. h. arc. vel imp. fer. ſin quod vinũ melius habes, aut ſi quid aliud melius habes in cenam, quàm quæ habeo, arceſſe me, id eſt, voca me domum tuam, vel domi meæ cõtentus eſto iis, quæ tibi apponentur ac miniſtrabuntur. arceſſendi verbũ Priſcianus docet lib. 1. ab arcio deflexum eſſe: *arcio* autem dici pro *accio*, ſeu *adcio*. *ar* enim dicebant veteres pro *ad*, in verbis compoſitis, vt *arferre, aruenire, arcedere, &c.* pro adferre, aduenire, accedere. Turpil. *Quî verba mea venantur peſſu? arcedat, & ſermonem hunc ſublegat.* & in XII. *arduito*, pro addito. & ſexcenta alia. Quòd autem verbo *accerſere*, pro *arceſſere* vulgus vtitur, ettat. nam vitioſa ſcriptura eſt, & vbicumque *accerſere* ſcriptum eſt, *arceſſere* reſtituendum. Denique hoc loco omnia antiqua exemplaria habent *arceſſe.*

Certamina divitiarum] id eſt, nimium ſtudium, nimiámque contentionem in diuitiis comparandis.

Et Moschi causam] clientis tui, cuius tu patronus es: cuius cauſam recepiſti.

Cras nato Cæsare festus] dies natalis Cæſaris.

Somnúmque] vt tibi non ſit neceſſe manè ſurgere.

Sermone benigno] ſermone multo, & liberali, & largo. vt ſuprà ad Od. 17. libr. 1. annotauimus, *tendere* autem poſitum pro extendere, id eſt, producere, extrahere.

Quo mihi fortunas, si non conc.] ita legendum eſſe indicauit Muretus, & vt ita legatur, conſuetudo Latini ſermonis, & ratio poſtulant. ſubaudiendum enim verbum expetam, vel optem, & ſimilia. omiſſum autem eſt à librariis s. nominis *fortunas*, propter s. vocis ſequentis: vt in multis aliis ſimilibus accidit. P. Victorius porrò aliter legit: à quo diſſentio. Ex libris manu ſcr. autem alij habent, *fortuna*, alij *fortunam*, alij *fortuna eſt*. Omnino *fortunas* legendum cenſeo, quamuis reclamẽt licet cornicula quæ-

A dam alienis plumis onuſtæ.

Parcus ob heredis curam] ſic ſuprà Od. 7. lib. 4. *Cuncta manus auidas, &c.* & ſat. vlt. lib. 1. *nec metuam, quid de me iudicet heres.*

Severus] rebus ſeriis nimis deditus, triſtis.

Assidet insano] proximus eſt inſano id eſt, ſimilis, ἀσχήμων.

Et spargere flores] Od. 19. lib. 3. *Parcentes ego dexteras Odi: ſparge roſas.*

Patiárque vel inconsultus haberi] Græcorum more locutus eſt, vt ſup. Od. 11. libro 1. *patiens vocari Cæſaris vltor.* nam Latinè diceremus, patiárque me vel inconſultum haberi.

B Quid non ebr. design.] innouat, efficit: tralatio eſt, vt Terent. Adelph. *modo quid deſignauit?* nam deſignare eſt inuſitatum, & nouum quiddam efficere.

Operta reclvdit, &c.] huc pertinent ea, quæ collegimus ad Od. 18. libr. 1. ibi, *Arcanique fides prodiga perlucidior vitro.* & ſatyr. 4. lib. 1. ibi, *Condita cum verax aperit præcordia Liber.* Sic & Hom. ὀδ. ξ. ait hominem etiam valdè prudẽtem a ſapientem à vino impelli, vt & cantet, & molliter rideat, & ſaltet, & nonnulla loquatur, quæ tacere præſtitiſſet. Homeri verba ſunt hæc, οἶνος γὰρ ἀνώγει ἠλεός, ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ' ἀεῖσαι, Καί θ' ἁπαλὸν γελάσαι, καί τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκεν. Καί τι ἔπος

C προέηκεν, ὅπερ τ' ἄρρητον ἄμεινον.

Spes ivbet esse ratas] ſic ſup. Od. 21. lib. 3. *Tu ſpem reducis mentibus anxiis.* Ariſt. ἠθικ. Νικομαχ. ἐυέλπιδες γὰρ γίνονται οἱ μεθυσκόμενοι, id eſt, bona ſpe freti ſunt qui ebrij facti ſunt. Idem problem. de atra bile, ὅτι πάντας ὁ οἶνος εὐέλπιδας ποιεῖ, id eſt, quia vinum omneis bona ſpe complet. huc pertinent ea, quæ ſunt apud Platon. lib. 1. de legib. extrem. de vino, ἆρ' οὖν τοὐναντίον ἔχει τοῦτο τοῦ νῦν δὴ λεγομένου πάντα τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν αὑτοῦ ποιεῖ, σφοδρὸν ἵλεων εὐθὺς μᾶλλον ἢ πρότερον; καὶ ὁπόσῳ ἂν πλείονος γεύηται, τοσούτῳ πλειόνων ἐλπίδων ἀγαθῶν πληροῦται καὶ δυνάμεως εἰς δόξαν; &c. i. an etiam hoc contra ſe habet quàm id, quod nunc

D dicebatur, vt vinum hominem, qui ex eo biberit, ipſum ſeipſo ſtatim placidiorẽ reddat, quàm erat anteà? & quanto plus de eo guſtauerit tanto maiore, & meliore ſpe compleatur, & facultate ad bonam de ſe exiſtimationem? & ad extremũ omni oratinnis licentia, proinde ac ſi ſapiens ſit, inſtruatur, & libertate, & audacia, ita vt ſine dubitatione ac metu quiduis loquatur, & item agat? quæ cùm ſuprà eſſe à me prolata ad odam illam 11. libr. 3. ſerò animaduertiſſem, delere hîc mihi integrum non fuit.

Hæc ego proc. et idon. imp.] id eſt, hæ ſunt meæ partes: hæc procurare iubeor: ego, qui ad hanc procurationem idoneus ſum, & non inuitus ad hanc procurationem vocor. Seruius ad illum Virgilij locum Æneid. 10. *& ſocij ceſſerunt æquore iuſſo*, notat *iuſſo* participium eſſe

à verbo

à verbo iubeor, quod tamen non ſit in vſu: in quod fallitur. Nam & Virg. lib. 7. dixit, *More iubatur*: & alij boni ſcriptores, *Juberi, iubemur, iubeare, iubebare* vſurparunt. Idem paucis pòſt addit, ſic à Virgilio vſurpatum eſſe *iuſſus* particip. vt ab Horatio verbum *imperor*, nimis licenter. Sed hac de re plura ſuprà ad Odam 11. epod. ibi, *Juſſus abire domum*.

Ne tvrpe toral] ne illotum, immundum toral. aliàs turpe, ad animum refertur, vt Od. 5. lib. 3. *Turpis maritus*. toral autem, ſeu torale, veſtis ſtragula, quæ toro imponitur, vt ſat. 4. lib. 2. *Et Tyrias dare circum illota toralia veſteis*. Profert hunc locum Seruius ad illum Virgilij libr. 1. Æneid. *tonſiſq́ ferunt mantilia villis*: & notat, quod hîc toral legatur, eſſe apocopen. integrum enim eſſe *torale*.

Mappa] mappam dictam eſſe volũt, quòd è manibus penderet. fiebant autem mappæ ex lino, iiſq; manus tergebantur à conuiuis. lintea appellat Catullus epigr. In Aſinium. differebant autem à mantilibus: quæ à manibus antè lotis eſſe dicta vult Seruius ad illum locum Virg. lib. 1. Æne. *tonſiſque ferunt mantilia villis*: idem ad illud Virg. Æne. 2. *Reptatus bigis*: ait bigas, quadrigas, mappas numero multitudinis tantùm efferri debere ex præceptis artis, ſed artem plerumque ab auctoritate corrumpi ac negligi, vt ab Horatio, inquit, *ne ſordida mappa*.

Corrvget nareis] offendat. ſolent enim qui odore aliquo offenduntur, nareis contrahere. *corrugare nareis* autem, quamuis hîc de re, quæ offendit nareis, dicatur ad perſonam quoq; tamen, quæ odore aliquo offenditur, referri poteſt. ſic ſuprà *frontem explicare* dixit, de iis rebus quæ hilaritatem afferunt Od. 29. lib. 3. *Mundæque paruo ſub Lare pauperum Cenæ ſine aulæis, & oſtro Sollicitam explicuere frontem*. Plautus in Caſina. *rugare* vſurpauit abſolutè. *vide palliolum vt rugat*, id eſt, *rugoſum eſt*.

Ostendat tibi te] ſplendeat inſtar ſpeculi, tibiq; intuenti tui reddat imaginẽ: quod fit aëre repercuſſo, atque in oculos regeſto. De ſpeculis vide Lucret. lib. 4. & Plin. lib. 33. & Platon. in Timæo. Quidam legi volunt *Oſtendant*.

Foras eliminet] foras efferat, diuulget. propriè eſt extra limen eiicere. Accius Meleagro. *Tum eliminor clamore, ſimulac nota vox ad aureis accidit*. Ennius vſus eſt hoc verbo, ſignificatione abſoluta, *Quid ſic extra ædeis exanimata eliminat?* elegans eſt epigramma libr. 2. epigramm. Græc. quod declarat, quàm ſit horribile ac fugiendum id hominum genus, quod, quæ dicũtur liberius in conuiuio libero, perfidiſſimè enunciat, ac diuulgat. Οὔ μοι πληϊάδων φοβερὴ δύσις, οὐδὲ θαλάσσης Ὀρνύμενον ψυφελὰ κῦμα περὶ σκοπέλῳ, Οὐδ᾽, ὅταν ἀστράπτῃ μέγας οὐρανός, ὡς κενὸν ἄνδρα Ταρβέω, καὶ μύθων μνήμονας ὑδροπότας, id eſt, non ita mihi Virgiliarum horribilis eſt occaſus, neque maris fluctus, qui attollitur circum durum ſcopulum, neq; magnũ cæli fulgur, vt improbum hominem extimeſco, & ſermonum memores aquæ potores.

Vt coëat par, Ivngatúrqve pari] hæc quoque pendent ab illis ſuperioribus, *Hæc ego procurare, &c.* neque ſunt coniungenda cum iis, quæ ſequuntur, *Brutum tibi, Septimiúmque, &c.* ſignificat enim Horatius, boni conuiuatoris eſſe operam dare, vt conuiuæ ſint pares, aut certè non admodum diſpares. Coïre pro eo, quod eſt coniungi, & congregari, vſurpauit etiam in principio libri de arte poët. *Sed non vt placidis coëant immitia*.

Brvt. tibi, Septim. qve, &c.] hęc ab iis, quæ antecedunt, ſeparanda ſunt interpunctionis nota. neque verò aſſentior iis, qui legi volunt *Brutam tibi, Septimiámque*, quaſi ſignificet Horat. ſe puellas aliquas in conuiuio adhibiturum. Nam primùm Bruta, & Septimia nomina ſunt ingenuarum fęminarum. At neque ingenuæ in conuiuiis intererant, niſi cum viris ſuis, neque ſcorta nominibus ingenuarum mulierum appellabantur, niſi fortè eſſent libertæ: ſed, vt ferè erãt ſeruæ, ſic & nominibus ſeruilibus & plerumque peregrinis afficiebantur. Deinde verſus qui ſequitur, *Et niſi cena prior, &c.* vincit, legendũ eſſe *Brutum, Septimium, Sabinum*. aſſumam (inquit) tibi Brutum, Septimium, Sabinum, niſi hic Sabinus a conuiuio lautiore, & à formoſiore puella detinebitur. Quòd ſi quis mihi dicat in hac cena etiam puellas interfuiſſe, fateor id quidem: ſed nego eas hîc nominari.

Loc. est et plvrib. vmbr.] vmbræ dicuntur conuiuæ, qui ad conuiuium eunt à conuiuatore quidem non vocati, ſed a vocatis ducti, illos videlicet ſequentes, vt vmbra corpus. vide Plutarchum συμποσ. ζητημ. lib. 7. Horat. ſat. 8. lib. 2. *quos Mæcenas adduxerat vmbras*.

Sed nim. arcta prem. ol. con.] caper, aut capra, fœtor ſub ala, vt ſuprà diximus ad Od. 12. epod. vbi hircum nominat. licet (inquit) plureis tecum comites adducas: ſed hoc eſt metuendum, ne è multitudine conuiuarum arctè ſedentium exſiſtat alatum odor grauis, & teter. Gelaſinus ille Plautinus in Sticho, neq; hoc metuit, neque quicquam aliud: quin dicit ſe vel inter cuneos ferreos accubare poſſe. *Tantillum loci (inquit) vbi catellus cubet, id mihi ſat eſt loci*. Sed quidam tamen hîc per capras, ſcorta ſignificari putant.

Qvotvs esse velis] quot velis vocari.

Rebvs omissis] *rebus relictis*. Terent. Lucretius, Plautus.

Atria servantem] in atrio domus te exſpectantem.

Postico] oſtio poſteriore, ψευδοθύραι, id eſt, falſa porta, vt Græci nominant. anticum, & poſticum opponuntur inter ſe. Seruius ad illum Virgilij verſum, lib. 2. Æneid. *Limen erat, cæcaque fores &c.* hæc annotat, poſticum dicit, quod generis eſt neutrius: vt apud Hor. Flacc. *Atria ſeru.*

poſtico falle cl. nam antica, poſtica generis fæminini A auguralia ſunt.

FALLE] late, λάνθανε. lege annot. ad Od. 10. lib. 1.

CLIENTEM] Moſchum, vel quemuis aliũ. patronus & cliens ex iis ſunt, quæ ad aliquid referuntur. Quemadmodum autem patroni erat, clientem in iudicio, ſiue priuato, ſiue publico defendere, eius curã habere, vt liberorum: ita clientis officium erat, patronum, tanquam parentem quendam colere, eum, aut eius filios ab hoſtib. captos redimere, eius filiabus collocandis dotẽ præbere, ſi patronus eſſet tenui, & anguſta re familiari. erántque clientes plebeij ordinis: patroni ſenatorij: quod initio à Romulo fuerat inſti- B tutum, vt inter patres & plebem concordia conſeruaretur. ea eo natũ, vt inferiores homines viros claros, & ſplendidos, patronos vocarent, vt epi. 7. li. 1. *pol me miſerum patrone vocares, ſi velles* (*inquit*) *verum mihi ponere nomen.* & eadem epiſt. Mena ille cliens appellatur. eadem ratione orator, qui alterius caput & fortunas defendit, patronus: & qui defenditur, cliens dici ſolet, vt hoc loco: & Varinius epiſt. ad Cic. lib. 5 *ſi tuam conſuetudinem in patrociniis tuendis ſeruas, P. Vatinius cliens ad te venit, qui pro ſe cauſam dicier vult.*

TVRNEBVS.

EX lib. 1. ca. 18. Archiacos lectos hac epiſtola arbitror eſſe humiles, paruos, inelegantes C nõ ſũptuoſos ab Archia artificè ſic vocatos, vt Seneca vocat lectos Sothetici, de artificis nomine, rudes, impolitos, inelegantes, antiquos. At in Terentij Adelphis, Lecti ilignis pedibus, ob firmitatem ilicis fuor, vnde πρίνινοι ἄνθρακες duri & ſolidi, & πρινώδης durum ſignificat In ſole autem, quòd Athenis vere interdum & æſtate ſub ſole & dio cœnare ſolebant,

Nec modica cœnare times olus omne patella,

dixit, quòd magnifici ciues grandes haberent patinas, vt in Perſio, Satyr. 2.

--ſed patinæ grandes tucetaque craſſa,

Vina, autem, *bibes iterum Tauro diffuſa*, cum ait, ea indicat non eſſe admodum vetuſta, cùm non D multis ante annis ſecundum conſulatum Taurus geſſiſſet.

Ex libr. 1. cap. 1. Vinum diffuſum, eſt quod in amphoras & cados apothecarum ad aſſeruandũ fuſum eſt. Plinius, lib. 14. cap. 12. *Apothecas fuiſſe, & diffundi ſolita vina anno 633. vrbis apparet indubitato Opimiani vini argumento.* Apud Catonem tamen doliare vinum pendenti opponitur, apparétque eius ætate nondum frequenter ſolitum eſſe vinum diffundi in Italia. De diffuſo vino ità ſcribit Horat.

Vina bibes iterum tauro diffuſa. Et Iuuenal. Saty. 5.

Ipſe capillato diffuſum conſule potat.

Ex lib. 1. cap. 18. *Sin melius quid habes, acceſſe, vel imperium fer*, valet, ſi meliorem habes cenam, voca me conuiuam, vel pare mihi vocanti, ſi non habes.

EPIST. VI. AD NVMICIVM.

ARGVMENTVM.

Nihil admirari rem eſſe dicit, quæ propemodum ſola ad vitæ beatitudinem conferat: quum homines non ea tantùm, quæ cupient, ſed etiam quæ timent illis contraria, eodem ferè modo mirentur. Verùm ea iis, quibus admiratio cupiditatem incitat, alios aliud expetere: omnes autem fruſtrà in eo felicitatem, quæ à ſola virtute pendet, collocare.

B *NIL admirari, propè res eſt vna, Numici,*
Soláque quæ poſſit facere, & ſeruare beatum.
Hunc ſolem, & ſtellas: & decedentia certis
Tempora momentis, ſunt qui formidine nulla
Imbuti ſpectent. quid cenſes munera terræ?
C *Quid maris extremos Arabas ditantis, & Indos?*
Ludicra quid, plauſus, & amici dona Quiritis?*
Quo ſpectanda modo, quo ſenſu credis, & ore?
Qui timet his aduerſa, ferè miratur eodem,
Quo cupiens, pacto. pauor eſt vtrobique moleſtus.*
Improuiſa ſimul ſpecies exterret vtrumq;.
D *Gaudeat, an doleat: cupiat, metuátne: quid ad rem,*
Si, quicquid vidit melius, peiúſve ſua ſpe,
Defixis oculis, animóque, & corpore torpet?
Inſani ſapiens nomen ferat, æquus iniqui:
Vltrà, quàm ſatis eſt, virtutem ſi petat ipſam.
I nunc: argentum, & marmor vetus, æráque, & arteis*
Suſpice: cum gemmis Tyrios mirare colores:

Gaude,

Gaude, quòd ſpectant oculi te mille loquentem:
Nauus manè forum, & veſpertinus pete tectum:
Ne plus frumenti dotalibus emetat agris
*Mucius, * indignum, quòd ſit peio.il us ortus,*
Hic tibi ſit potiùs, quàm tu mirabilis illi.
Quicquid ſub terra eſt, in apricum proferet ætas:
Deſodiet, condétque nitentia. cùm benè notum
Porticus Agrippæ, & via te conſpexerit Appi:
** Ire tamen reſtat, Numa quò deuênit, & Ancus.*
Si latus, aut renes morbo tentantur acuto:
Quære fugam morbi. vis rectè viuere? quis non?
Si virtus hoc vna poteſt dare: fortis omiſſis
** Hoc age delicijs. virtutem verba putas, vt*
Lucum ligna? caue ne portus occupet alter:
Ne Cibyratica, ne Bithyna negotia perd.is.
*Mille talenta * rotundentur: totidem altera: porrò &*
Tertia ſuccedant, & quæ pars quadret aceruum.
Scilicet vxorem cum dote, fidémque, & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia donat:
Ac bene nummatum décorat Suadela, Venúſque.
Mancipiis locuples eget æris Cappadocum rex.
Ne fueris hic tu. chlamydes Lucullus, vt aiunt,
Si poſſet centum ſcenæ præbere, rogatus,
Qui poſſum tot? ait: tamen & quæram: & quot habebo
A *Mittam. pòſt paullò ſcribit, ſibi millia quinque*
Eſſe domi chlamydum: partem, vel tolleret omneis.
Exilis domus eſt, vbi non & multa ſuperſunt:
Et dominum fallunt, & proſunt furibus. ergo
Si res ſola poteſt facere, & ſeruare beatum:
B *Hoc primus repetas opus: hoc poſtremus omittas.*
Si fortunatum ſpecies, & gratia præſtat:
*Mercemur ſeruum, qui dictet nomina: * læuum*
Qui fodiat latus: & cogat trans pondera dextram
Porrigere. hic multum in Fabia valet: ille Velina:
Cuilibet hic faſceis dabit: eripiétque curule
C *Cui volet, importunus ebur. frater, pater adde:*
Vt cuique eſt ætas, ita quemque facetus adopta.
Si bene qui cenat, bene viuit: lucet: eamus
Quò ducet gula: piſcemur: venemur: vt olim
Gargilius, qui manè plagas, venabula, ſeruos,
Differtum tranſire forum, populúmque iubebat:
D *Vnus vt è multis populo ſpectante referret*
Emtum mulus aprum. crudi, tumidíque lauemur,
Quid deceat, quid non, obliti: Cerite cera
Digni, remigium vitioſum Ithacenſis Vlyſſei.
Cui potior patria fuit interdicta voluptas.

Si, Mimnermus vti cenſet, ſine amore, iociſque
Nil eſt iucundum: viuas in amore, ioci ſq;:
Viue: vale. ſi quid noviſti rectius iſtis:
Candidus imperti: ſi non, his vtere mecum.

Nil admir. prope ras est, &c.] videntur hæc magnopere pugnare cum iis, quæ ſunt apud Platonem ἐν Θεαιτήτῳ, his verbis, μάλα γὰρ φιλοσόφου τοῦτο τὸ πάθος τὸ θαυμάζειν· οὐ γὰρ ἄλλη ἀρχὴ φιλοσοφίας, ἢ αὕτη. id eſt, maximè enim videtur eſſe philoſophi hic affectus, nempe admirari. Non enim aliud philoſophiæ principium eſt, quàm id ipſum. & ita Ariſtot. libr. τῶν μετὰ τὰ φυσ. ſed Horatius hoc loco vult, cupiditatem, & metum, lætitiam, & dolorem ex earum rerum, quas cupimus, & metuimus, propter quas dolemus, lætitiáq; afficimur, admiratione naſci. denique ſi diuitias, & honores, & voluptates: ſi paupertatem, morbum, exſulium, mortem contemneremus, ac pro nihilo putaremus, ab omni cupiditate, metu, ceteriſque animi morbis ſoluti, ac vacui eſſemus. Sic Plutarc. lib. περὶ ἀκούειν teſtatur, dicere ſolitum eſſe Pythagoram, ſibi hoc ex philoſophia partum eſſe τὸ μηδὲν θαυμάζειν: id eſt, nihil mirari. verba Plutarchi ſunt hæc: Ἐκεῖνος ἐκ φιλοσοφίας ἔφη-
C γενέσθαι αὐτῷ περιγεγονέναι τὸ μηδὲν θαυμάζειν, &c. ſequitur mox, ὁ γὰρ φιλοσοφικὸς λόγος τὸ ἐκ ἀπορίας, καὶ ἀγνοίας θαῦμα καὶ θάμβος ἐξαιρῶν γνώσει καὶ ἱστορίᾳ τῆς περὶ ἕκαστον αἰτίας τὸ δὲ εὔκολον καὶ μέτριον καὶ φιλάνθρωπον οὐκ ἀπόλλυσιν, id eſt, Nam philoſophica ratio miraculum quidem & pauorem ea hæſitatione & ignoratione naſcentem eximit cognitione & ſcientia cauſatum vniuſcuiuſque: facilitatem autem, & magnitudinem, & humanitatem non perdit. Idem etiam placebat Epicuro. Mirantur enim qui rerum cauſas ignorant. Contrà, omnium terũ cauſa cognita, leuamur ſuperſtitione, inquit, liberamur mortis metu, non conturbamur ignoratio-
D ne rerum: è qua ipſa exſiſtunt ſæpe formidines. Lucret. libr. 5. *Si tamen interea mirantur, qua ratione Quæque geri poſſint, præſertim rebus in illis, Quæ ſupera caput ætheris cernuntur in oris, &c.* Eodem pertinet illa M. Tullij ex libr. 3. quæſt. Tuſcul. *Et nimirum hæc eſt illa præſtans & diuina ſapientia, perceptas penitus & pertractatas res habere, nihil admirari cum acciderit: nihil, antequàm euenerit, non euenire poſſe arbitrari.* Idem libro quarto. *Quid enim videatur ei* [beato] *magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis, totiúſque mundi nota ſit magnitudo? nam quid aut in ſtudiis humanis, aut in tam exigua vita breuitate magnum ſapienti videri poteſt, qui ſemper animo ſic excubat, vt ei nihil improuiſum accidere poſſit, nihil inopinatum, nihil nouum? &c.* [Idem placebat & Democrito vt teſtatur Strabo libr. 1. his verbis Παρῃνεῖσθαι δὲ καὶ
A ἐκ τῶν μεταπτώσεων μεταβολάς, ἐπὶ πλεῖον τὴν ἀθαυμαστίαν ἡμῖν κατασκευάζειν ἐθέλοντες. & Clemens Alexandr. στρωμ. λόγῳ. β. vbi ſcribit appellatam eſſe ab eo ἀθαμβίαν.]

Nvmici.] in vno & altero codic. manu ſcr. reperi *Numati*: vnde quidam amicus meus legêdum ſuſpicatur & hîc Munati, & in inſcriptione, Ad Munatium: vt intelligamus, Horatiũ ſcribere ad L. Munatium Plaucum, ad quem ſcripta eſt Oda 6. lib. 1.

Servare beatvm] ſic locutus eſt ſatyra 1. lib. 1. *retinere velis, ſeruaréque amicos.*

Qvid maris] munera, ἀπὸ κοινοῦ. mare Arabicum & Indicum deſcribit.

Amici dona Qviritis] Mæcenatis
B & potentioris amici. alij, honores, qui deferuntur à populo Romano, intelligunt.

Qvo spect. modo, &c.] vtrùm eum aliqua cupiditate, néne? vel vtrùm cum aliqua admiratione, ex qua cupiditas oritur, néne?

Qvi timet his adv. &c.] vt, quì cupit, admiratur: ita & qui timet: ſed non prorſus eodem modo. Nam qui cupit, ita admiratur vt id, quod admiratur, expetendũ eſſe exiſtimet: qui metuit verò, vt fugiendum eſſe. ille admiratur bona fortunæ, & res ſecũdas, eáſque expetit: hic fugit contrarias. *mirari* vſurpauit ſupra in re, quæ videtur bona, Od. 9. lib. 4. *Non ſola comtos arſit adulteri Crines, & aurum veſtibus illitum Mirata, regaleiſque cultus, &c.* & Od. 29. lib. 3. *Omitte mirari beatæ Fumum & opes, ſtrepitúmque Romæ.* & Virgil. in Sileno. *Tum canit Heſperidum miratam mala puellam.* His aduerſa autem intellige paupertatem, ignominiam, ſibilos, & ſimil.

Pavor] τὸ θάμβος. Pauor, vt definiri à Stoicis ſcribit M. Tull. libr. 4. quæſt. Tuſcul. *eſt metus mentem loco mouens.*

Vtrobiqve] non potui tot librorum manuſcriptorum, trium Vatic. Faer. Iannoct. Tor. Ruſſard. Nicot. Motell. mei, qui ita habent, conſenſum negligere: tametſi vulgata *vtrique* ſit tollerabilis. *vtrobique* autem interpretor in cupiendo, & metuendo.

Improvisa simvl spectas axt.] fuit
D hæc opinio Cyrenaycorum, non omni malo ægritudinem effici, ſed inſperato, & nec-opinato, vt refert M. Tull. lib. 3. Tuſc. qua de re plura lege apud eundem, eo, quem indicaui, loco. Eſt tamen viri fortioris, & melioris à malis repentinis & improuiſis non exterreri, quàm prouiſis & præmeditatis. Nam (vt ait Ariſtoteles libr. 3. de morib. ad Nicom.) quæ multo antè prouiſa & proſpecta ſunt, in iis quiuis animi agitatione & ratione conſilium ceperit: at in repentinis, habitu.

Gavdeat, an doleat: cvp. metvat ne] hæ ſunt quattuor animi perturbationes, quæ ceteras omneis eiuſdem generis continent. qua de re vide M. Tullium Tuſcull. libr. 4. quo loco ſcribit Stoicos docere duas naſci ex duobus opinatis bonis, nempe lætitiam, & libidinem

dinem, vt lætitia ſit præſentium bonorum, libido futurorum: duas ex duobus malis opinatis, metum, & ægritudinem, metum quidem futuris, ægritudinem verò præſentibus. legẽdum autem, eſt apud Horatium, *cupiat, metuátne*, non vt vulgò legitur, *metuítve*.

Defixis ocvlis] τοὺς ὀφθαλμοὺς πεπηγώς, vel ἀτενὲς ὁρῶν, quo acerrima, attentiſſimáque ſignificatur cogitatio, vt alibi dicemus.

Insani sap. nom. ferat, &c.] Sic M. Tull. Tuſcul. lib. 4. *Itaque primùm in ipſa cupiditate, cùm id ſolum agitur, vt ea tollatur, non eſt quærendum bonum illud, nécne ſit, quod libidinem moueat: ſed libido ipſa tollenda eſt: vt ſiue, quod honeſtum eſt, id ſit ſummum bonum, ſiue voluptas, ſiue horum vtrumque coniunctum, ſiue illa tria genera bonorum, tamen, etiam ſi* B *virtutis ipſius vehementior appetitus ſit, eadem ſit omnibus ad deterrendum adhibenda oratio.* [Atqui negat Ariſtoteles, virtutis nimium eſſe poſſe, cum ſit mediocritas, quia ſit quodammodo ſummum, inquit.]

I nvnc, argentvm, &c.] conceſſio eſt, diſſimulationis, & irriſionis plena, qua vtuntur Latini cùm vel à re quapiam deterrent, vel aliquid improbant, vel fieri non poſſe ſignificant, vt Catull. in Memmium, quamuis omiſerit verbum i, *pete nobileis amicos.* Virg. Æneid. 7. *nunc ingratis offer te irriſe periclis: Tyrrhenas i, ſterne acies, tege pace Latinos.* Et Horat. epiſtol. ad Iul. Flor. libr. 2. *I nunc, & verſus tecum meditare canoros.* Propert. lib. 3. *I nunc, tolle amicos, & tecum finge triumphos.* C Ouid. lib. 2. de arte amandi, *I nunc, claude fores cuſtos odioſe puellæ, Et centum duris poſtibus adde ſeras.* ibi. *Paruit imperio domina Tyrinthius heros: I nunc, & dubita ferre, quod ipſe tulit.* [Iuuenal. ſat. 6. *I nunc, & dubita qua ſorbeat aëra ſanna Tullia.*

Æráqve] ſtatuas æreas, vel vaſa ærea antiqui ædificij.

Tyrios colores] purpureos colores, veſteis purpureas.

Gavde, qvòd spect. ocvli] conueniũt hæc in homines eloquentiæ laude claros, qui corona, & frequentia delectantur: immò verò, qui ſi à corona relicti ſint, non queant dicere, vt reſpondet Brutus apud M. Tull. in Bruto.

Et vespertinvs] id eſt, veſperi, vt docuimus ſuprà ad Od. 16. epod. ſic ſat. 6. lib. 1. *Fallacem Circum, veſpertinúſq́; pererro Sæpe forum.* vbi tamen alij legunt *veſpertinum forum*, non malè. D

Ne plvs frvm. dot. am. agr pendet hic verſus à ſuperiore, hoc modo, Tu nauus à prima luce confer te in forum, veſperi domum redito, id eſt, totum diem in ſtudio rei faciendæ conſumito, ne Mucius, qui humiliore loco, & deterioribus parentibus natus eſt, quàm tu, plus frumenti percipiat ex agris, quos ab vxore in dotem accepit, quàm tu ex tuis auitis: quaſi indignum ſit, Muciũ, humilioribus parentibus natũ, eſſe te locupletiorem. Sed Simeo Boſius Lemouix, amicus meus, primùm legit, *Me plus frumenti dot. em. ag. Mucius*? aitque ſe ita ſcriptum reperiſ-

A ſe in ſuo codice manu ſcr. Deinde quæ ſequuntur, ſic explicat, *indignum*, id eſt, indignum ſit, Mucium eſſe me ditiorem, & plus frumenti ex agris dotalibus, quàm me ex meis percipere. atq; hactenus vult eſſe illius nauiter rem facientis verba. hæc autem, quæ deinceps ſequuntur, iam putat eſſe Horatij. ſi hic Mucius ſit te ditior, futurũ eſt, vt is tibi ſit mirabilis, non tu illi, quia ſit ex humilioribus parentibus natus. de qua explicatione iudicet lector.

Dotalibvs emetat agris] id eſt, è dotalibus agris metat: vt annotatum eſt ſuprà ad Od. 7. lib. 2. dotaleis agros intellige, quos in dotem accepit ab vxore.

Indignvm, qvòd sit, &c.] hæc dicuntur ex eius ſenſu, & ſententia, qui ſtudium omne B ſuum in augenda re familiari ponit, & collocat, quaſi in pecunia, & copiis ſita ſit beata vita: ſuntque vultuoſè pronuntianda, hoc modo, indignũ eſt Mucium, hominem inferiore loco, natum, quàm tu es, te ditiorem eſſe. in tribus Vatic. Faër. Torn. ſcriptum eſt, *Mucius, vt indignum.*

Hic tibi sit potivs] hic verſus aut legendus cũ interrogatione eſt, hoc modo, túne patieris, vt tibi huius diuitiæ ſint mirabiles potiùs, quàm illi tuæ? vel intelligendus eſt pendêre ab illis, qui antecedunt, *Nauus manè forum, &c.* &, *Ne plus frumenti, &c.* vt ſit hæc ſententia: rei faciendæ operam naua, ne Mucius plus frumenti metat ex agris dotalibus, quàm tu, & ne tibi ſit C mirabilis potiùs ob diuitias, quàm tu illi. & ita ſub intelligemus *ne*, vel repetemus ἀπὸ κοινοῦ. Quòd ſi legamus, *Hic tibi ſit potius*, vt habent quædam vulgata exempla, pẽdebit à ſuperiore verſu, hoc modo, Indignum fuerit, quia Mucius natus ſit obſcuriore loco, quàm tu, ſi tibi ſit potiùs mirabilis, quàm illi tu. & ita ſubintelligendum erit *ſit*. iudicet lector.

Qvicqvid svb terra est, in apricvm] ſic Sophocles in Aiace, Ἅπανθ' ὁ μακρὸς, κἀναρίθμητος χρόνος Φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται. i. Quicquid hodie occultum, & obſcurum eſt, tempore prodibit in lucem, & in promptu erit: quæ nunc ſunt in promtu, & quæ ſunt omnium oculis expoſita, ea de medio D tollet vetuſtas, & tenebris obſcurabit ſempiternis.

Ire tamen restat, Nvma qvò] moriendum eſt. ſic Lucret. lib. 3. *Lumina ſis oculis etiam bonus Ancu' reliquit.* lege annot. ad Od. 28. libr. 1.

Si latvs, avt renes] ſi laboras morbo lateris, quem Græci πλευρῖτιδα nominant, aut renum dolore, quem νεφρῖτιν, &c.

Morbo tentantvr acvto] ſuprà ſat. 3. libr. 2. *Quòd latus, aut renes morbo tentantur acuto.*

Si virt. hoc vna pot. dare] ſic reperi ſcriptum in libris manuſcriptis, & ita ſcriptum eſſe in codice Bernard. Lauredani, teſtantur viri docti, quam ſcripturam comprobant

& nonnulli libri typis excuſi. *hoc* autem, intelli- A
ge, rectè viuere. Itaque hic verſus non eſt ita à ſuperiore ſeparandus, quaſi nouæ ſententiæ principium ſit: ſed cum eo ita coniungendus, quaſi pendeat ſententia. Vulgati habent *hac*.

Hoc aga] huic vni rei ſtude, in hac vna cogitatione, curaque verſare: in hoc vno tuus animus ſit occupatus. ſic epiſt. ad Loll. 2. huius libri *Hoc age, ne mutata retrorſum te ferat aura.*

Virtvt. ver. pvt. vt Lvc. ligna?] hic ſcribenda eſt interrogationis nota, vt ſit hic ſenſus Horatij, ſi virtutem verba putas neque eam quicquam ad beatam vitã valere exiſtimas: totum ſtudium, totámque operam tuam ad quæſtum, & pecuniam congerendam confer. Dion lib. 47. narrat, Brutum clade accepta in illo vlti- B
mo cum Octauiano, & M. Antonio, prœlio dixiſſe, ὦ τλῆμον ἀρετή· λόγος ἄρα ἦσθ'· ἐγὼ δέ σε ὡς ἔργον ἤσκουν· σὺ δ' ἐδούλευες τύχῃ. id eſt, ô miſera virtus, eras igitur fabula, ſeu verba: At ego te, vt rem, colebam, & exercebam: tu autem fortunæ ſeruiebas. Sunt autem verſus duo ſenarij ex neſcio quo poëta. [ſic epiſto. 17. huius libri. *aut virtus nomen inane eſt, Aut decus, & pretium rectè petit, &c.*]

Ne Cibyratica, Bitn. neg] à negotio, & negotiando, negotiatores ſunt appellati, quales ſunt publicani, aratores, pecuarij. mercatores autem longè ab his differunt, vt ſuprà oſtendimus. Cibyratica porrò negotia, à Cibyris vrbe C
Ciliciæ.

Rotvndentvr] rotundandi verbo vtitur & M. Tull. in Timæo, *cúmque ſimilem vniuerſitatis natura mundum efficere vellet, ad volubilitatem rotundauit.* videtur autẽ ab Horatio pro eo, quod eſt, aceruum, aut ſummam complere, poſitũ eſſe: proinde ac ſi dixiſſet, mille talenta congerantur, coaceruentur, cumulentur.

Totid. altera] id eſt, mille. ſic Virg. Palæm. *cras altera mittam.*

Porro et Tertia svccedant] tertia mille poſteà accedant. ſic autem, vt edendum curaui, reperi ſcriptum in omnibus libris veteribus.

Et qvæ pars qvadret] & pars, D
quæ aceruum in quadrum redigat: nempe quater mille, quæ quatuor millia efficiant. *quadrare.* enim per tralationem quãdam perficere eſt. M. Tull. orat. perf. *delectationis aucupium, & quadrandæ orationis induſtria.* nonnumquam abſolutum eſt, vt Virgil. Georg. 2. *Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.*

Scilicet vxorem cvm dote, &c.] reginam pecuniam dixit, tanquam in rebus humanis dominantem, regnúmque obtinentem. ſic ſat. 3. lib. 2. *Virtus, fama, decus, diuina, humanáque pulchris Diuitiis parent, quas, &c.* Heſiodus paucioribus verbis, quantum momenti habeat, quantúmque valeat pecunia, ſatis declarat hoc verſu, χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι, id eſt, pecunia enim mortalibus anima eſt.

Ac bene nvmmatvm] M. Tull. orat. 2. de lege Agr. *non minus bene nummatus, quàm bene capillatus.*

Svadela] eloquentia, dicendi facultas. Priſc. deducit à verbo ſuadeo, vt à candeo cãdela, li. 4. cùm à nomine *ſuada* orti videatur, quod nomen ab Ennio videtur factum ad exemplum Græci nominis πειθώ. id enim ſignificare videtur M. Tull. in Bruto, his verbis, *πειθώ quam vocant Græci, cuius effector eſt orator, hanc ſuadam appellauit Ennius.* hanc eandem hominum reginam appellat Euripides in Hecuba, quærens quamobrem homines ceteras quidem diſciplinas magno ſtudio perdiſcant: in eloquentia autem non aſſiduè elaborent, neque eius magiſtris magnam mercedem perſoluant, vt poſſint alteri perſuadere, quæ velint, ab eóq; obtinere. verba Eurip. ſunt hæc τί δῆτα θνητοὶ τἄλλα μὲν μαθήματα μοχθοῦμεν, ὡς χρὴ πάντα, καὶ ματεύομεν; Πειθὼ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην οὐδέν τι μᾶλλον ἐς τέλος σπουδάζομεν, μισθοὺς διδόντες μανθάνειν, ἵν' ἦν ποτε πείθειν ἅ τις βούλοιτο, τυγχάνειν θ' ἅμα; Themiſtocles apud Herodot. li. 8. Πειθὼ καὶ ἀναγκαίην, id eſt, ſuadelam, & neceſſitatẽ, magnos deos eſſe dicit, iiſque fretos Athenienſeis ab Andriis pecuniam depoſcere. Non temerè autem Suada cum Venere ab Horatio copulata eſt, poſteaquàm de re vxoria facta eſt mentio. Nam & Plutarchus inter deos nuptialeis etiam C
Venerem, & Suadam numerat in Ρωμαϊκοῖς. Sic enim ille, non longè à principio, vbi cauſas affert, quare quinque faces ſponſis præferantur, ἢ ὅτι πέντε δέονται θεῶν τοὺς γαμοῦντας οἴονται, Διὸς τελείου, καὶ Ἥρας τελείας, καὶ Ἀφροδίτης, καὶ Πειθοῦς, ἐπὶ πᾶσι δ' Ἀρτέμιδος, id eſt, an quod quinque deis egere putant eos, qui matrimonio coniunguntur, Ioue perfecto, Iunone perfecta, Venere, Suada, Diana?

Manc. locvples eget, &c.] hunc verſum ſic explico, rex Cappadocum mancipiis locuples, id eſt, mango, ſeu venalitiarius, ſeu multorum ſeruorum dominus, & mancipiis abundans, eget ære. Cappadoces enim barbari, ſeruiq; ſunt vel natura, vel lege, ſeruiúntque ſuo regi, vt D
ſerui domino. Prætereà è Cappadocia ſerui venales Romã adducebantur. M. Tull. in orat. quã habuit ad ſenatum, poſt reditum. *Cum hoc homine, an cum Æthiope, ſi in foro conſtituiſſes, nihil crederes intereſſe. ſine ſenſu, ſine ſapore, elinguem, tardum, inhumanum, neglectum, Cappadocem modo abreptum de grege venalium diceres.* Perſius, *Cappadoces rigida pingues pauiſſe cataſta.* quidam ſic interpretantur, Locuples, id eſt, is, qui pecunia abundat, ſeu pecunioſus, eget mancipiis rex Cappadocum, id eſt, mãgo, & venalitiarius, qui complureis ſeruos habet, pecunia eget. à quibus diſſentio. ſignificat enim Horatius, ſeruorum multitudinem, ceterarúmque rerum copiam, ſine pecunia mancam, ac debilem haberi. *locupletes* (inquit Feſtus) *multorum loculorum domini.*

Ne

A Ne fveris hic tv] ne talis fueris, qualis Cappadocum rex, aut magno aliquis mancipiis abundans, pecunia egens, ſi ſummum bonum poſitū eſſe putas in diuitiis, & pecuniæ magnitudine: ſed eſto potiùs talis, qualis Lucullus, qui non ſolùm nulla re egebat: ſed etiam multo plura poſſidebat, quàm ſe poſſidere putaret. pronomen *hic* refertur ad id, quod antecedit, nō ad id, quod ſequitur, vt epiſt. ad Vallam, *Nimirū hic ego ſum.* & Satyra 2. lib. 1. *Hunc ſi mutonis verbis, &c.* & Satyra 4. eiuſdem lib. *Hic tibi comis, & urbanus, &c.*

Chlamydes Lvcvllvs, &c.] Plutarchus hanc hiſtoriam in Lucullo extremo narrat, atque etiam Horatium Flaccum nominat, B his verbis, στρατηγοῦ δέ ποτε φιλοτιμουμένου περὶ θέας, καὶ χορῷ τινι κόσμον αἰτουμένου πορφυρᾶς χλαμύδας, ἀπεκρίνατο σκεψάμενος, ἂν ἔχῃ, δώσειν· εἶτα μεθ' ἡμέραν ἠρώτησεν αὐτόν, ὁπόσων δέοιτο· τοῦ δὲ ἑκατὸν ἀρκέσειν φήσαντος, ἐκέλευσε λαβεῖν δὶς τοσαύτας· εἰς ὃ καὶ Φλάκκος ὁ ποιητὴς ἐπιπεφώνηκεν, ὡς οὐ νομίζει πλοῦτον, οὗ μὴ τὰ παρορώμενα, καὶ λανθάνοντα πλείονα τῶν φαινομένων ἐστι, id eſt, *Cum prætor quidam Rom. qui ludos magnificentiſſimos facere, & ſpectaculum apparatiſſimum populo præbere cogitabat, petiiſſet ab eo ad ornatum chori chlamydes aliquot purpureas: reſpondit ſe viſurum, haberet, néc ne: & ſi haberet, daturum. poſtridie quæſiuit ab illo, quot chlamydibus ei opus eſſet: cum ille reſpondiſſet, centum ſatis ſibi futuras, Lucullus iuſſit* C *eum bis tantum ſumere. Ad quod acclamans Flaccus poëta, dixit, illas non videri eſſe diuitias, vbi ea, quæ negliguntur, & quæ ignorantur, plura non ſunt iis, quæ ſunt in promtu, quæque apparent.*

Præbere] πορίζειν, ſuppeditare: intellige tamen, commodatò dare.

Millia qvinqve] diſcrepat ab Horatio Plutarchus, qui Lucullum ducentas chlamydes duntaxat domi reperiſſe ſcribit: hoc eſt duplo plureis, quàm ab ipſo eſſent petitæ. Sed licet reſpondere, Plutarchum, vt hiſtoricum, primam hiſtoriæ legem ſeruaſſe: quæ eſt, ne quid falſi dicat: Horatium autem, vt poëtam, rei quidem veritatem eò vſque ſecutum, quoad inſtituto eius opus fuerit: rem ipſam autē pro ſuo iure ornaſſe, & auxiſſe verbis.

Et qvot habebo] ſic habent codic. Iann. Faër. & duo Varic. Ruſſard. Nicot. Cleric. non (vt quidam vulgati) *quod habebo.*

Tolleret] ſumeret, vt Sat. 4. libr. 1. *erat quod tollere velles.*

Exilis domvs est] acclamatio eſt: & ita Plutarchus, ἐπιπεφώνηκεν. exilis eſt autem. i. anguſta, vel inanis, non referta bonis, ſed inops; ſup. Od. 4. lib. 1. *Et domus exilis Plutonia.*

Vbi non est mvlta svpers.] narrat Plutarchus, Scopā Theſſalum, copioſum hominem, & opulētum, cùm ab eo poſceret quidam, quæ ei ſupereſſent, quæque ſuperuacanea viderentur, ita reſpondiſſe: at his ſuperuacuis, & quæ ſuperant, fortunati, & beati ſumus.

Et dominvm fallvnt] dominum latet, à domino ignorantur.

Et prosvnt fvrib.] Plautus in Aulul. *Nam hic apud nos nihil eſt aliud quæſti furibus: Ita inanis ſunt oppleta, atque araneis.* & Tibull. lib. 4. *Et domino ſatis, & nimium furique, lupóque.*

Si res sola, &c.] ſi pecunia, ſola, &c. ſi ſolæ diuitiæ, & copiæ rei familiaris: οὐσία, τὰ ὑπάρχοντα, bona, facultates. epiſt. 2. lib. 1. *Iſne tibi melius ſuadet, qui vt rem facias, rem Si poſſis rectè, &c.* & Sat. 5. lib. 2. *Et genus & virtus niſi cum re, vilior alga eſt.* & Od. 8. lib. 4. *non tibi talium Res eſt, aut animus deliciarum egens.*

Et servare beatvm:] ſic loquitur Sat. 3. lib. 1. *Hæc res & iungit, iunctos & ſeruat ami-*B *cos.*

Hoc prim. rep. op. hoc postr.] hoc eſt, quòd paullò antè dixit, *Nauus manè forū, & veſpertinus pete tectum.*

Si fortvn. spec. et gr.] *ſi ſpecies*, id eſt, decus externum, & forenſe: cultus & ornatus corporis ex honoribus, & magiſtratibus quæſitus, vt prætexta, ſella curulis, latus clauus, calcei lunati, adde his, ſi voles faſceis, lictores, comitatum, &c. *& gratia præſt. fort.* i. & ſi populi & potentium virorum fauor beatum præſtat: ſi ambitioſus es: ſi in honore ſummum bonum poſitum eſſe exiſtimas, &c. M. Tull. in Piſon. *Magnum nomen eſt, magna ſpecies, magna dignitas, magna maieſtas conſulis.* ibid. *in quibus ſi moderatio illa, quæ in* C *noſtris ſolet eſſe conſulibus, non fuit: at fuit pompa, fuit ſpecies, fuit inceſſus ſaltem Seplaſia dignus.* Idem epiſt. ad Lentul. lib. 1. *qui ſplendorem, & ſpeciem huius vitæ intuentur, ſollicitudinem autem, & laborem perſpicere non poſſunt.*

Mercem. serv.] mercemur ſeruum nomenclatorem. habebant Romani illi veteres, magiſtratum petituri, ſeruos nomenclatores, à quibus docebantur, ac monebantur quo quiſque ciuis, qui in ſuffragiis aliquid valeret, nomine appellaretur, vt candidati à ſeruo nomenclatore admoniti vnumquemque nominatim ſalutare poſſent: quod declarant verba illa M. Tull. in orat. pro Murena: quibus Catonem alloquitur, *Quid, quod habes nomenclatorem: in eo quidem fallis, ac* D *decipis. nam ſi nomine appellari abs te ciueis tuos honeſtum eſt, turpe eſt eos notiores eſſe ſeruo tuo, quàm tibi: ſi, etiam ſi noris, tamen per monitorem appellandi ſunt, cur antè appellas, quàm inſuſurrauit? aut quid, cùm admonerit, tamen, quaſi tute noris, ita ſalutas? quid, poſteaquā es deſignatus, multo ſalutas negligentius?* ita autem legendum eſt apud M. Tullium, non, vt habent codices vulgati: quæ emendatio, mea eſt. Sed quæret aliquis, quamobrem ambitioſi homines, & candidati nominatim ciueis ſuos appellare vellent, atque ad eam rem nomenclatores adhiberent, dicam. Cùm ſtuderent illi ciuium beneuolentiam ſibi conciliare, primum erat cauere, ne eorum voluntates à ſe alienarent, néve eorum animos offenderent: Secundum, omnia experiri, quibus hominum beneuolētia allicitur

Digitized by Google

& comparatur. At obliuio nominum, iram iis A commouet, quorum nomina obliti ſumus. Videmur enim de iis parùm laborare, quos ita negligimus, vt ne eorum quidem nomina memoria teneamus: qnod docuit Ariſtot. lib. 2. rhetotic. Contrà, ſalutare homines nominatim, ſignificat noſtrum in eos ſtudium, curam, & diligentiam. Itaque non eſt mirum, ſi candidati, & honoris cupidi, taleis ſalutationes adhibebant, vt vnum quiddam ad hominnm beneuolentiam colligendam accommodatiſſimum, atque vtiliſſimum. Et Nicias iile Athenienſis, infelix illud prœlium nauale commiſſurus apud Syracuſas, Trietarchos nominatim, & patriis & tribnum nominibus appellans, hortatur vt fortitet pugnent, vt ſcribit Thucyd. lib. 7. αὖθις τῶν τριη- B ράρχων ἕνα ἕκαστον ἀνεκάλει, πατρόθεν τε ὀνομάζων, καὶ αὐτοὺς ὀνομαστὶ, καὶ φυλὴν, &c. id eſt, rurſus trierarcharum vnumquemque patrio oomine appellabat & ipſos, & eorum tribum nominatim commemorans, &c. Id vidit Homerus, apud qnem ἰλ. κ. Agamemnon fratri Meoelao præcipit, vt ſuo quemque Græcorum, nomine appellet: ipſos honorificè ſalutet, de ſe modicè & ſummiſsè loquatur & ſentiat, his verſibus.

Φθέγγεο δ᾽ ᾗ κεν ἴῃσθα, καὶ ἐγρήγορθαι ἄνωχθι,
Πατρόθεν ἐκ γενεῆς ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον
Πάντας κυδαίνων, μηδὲ μεγαλίζεο θυμῷ.

[Et Cyrus omnium militum ſuorū nomina memo- C ria tenebat, vt ſine moni tore exercitū ſalutaret.] Et Themiſtocles ille Athenienſis (vt refert M. Tull. in Catone maiore) omnium ſuorum ciuiū nomina perceperat. vinebat enim ille in ciuitate libera: in qua populus plurimùm, atque adeò omnia poterat. Nam & à populo illo petebantur honotes, & populus honores ſuo arbitratu mandabat. Sic igitur & Romæ, vbi ferè è populi ſuffragiis tota comitiorum ratio pendebat, nō temerè cādidati operam dabant, vt à nomenclatoribus moniti ciueis gratioſos nominatim ſalntarent. [Hnc pertinet illud Plutarchi ἀποφθεγ. βασιλ. καὶ στρατηγῶν. Ἀππίου δὲ Κλαυδίου περὶ τῆς τιμητικῆς ἀρχῆς ἁμιλλωμένου πρὸς αὐτὸν καὶ λέγοντος, ὅτι πάντας ὀνόματι Ῥωμαίους αὐτὸς ἀσπάζεται, σκιπίων ὀλίγου δεῖν ἀγνοοῦντες ἅπαντας, ἀληθῆ λέγεις, εἶπεν· ἐμοὶ γὰρ οὐκ εἰδέναι πολ- D λούς, ἀλλ᾽ ὑπὸ μηδενὸς ἀγνοεῖσθαι μεμέληκεν]

Qvi dictet nomina] qui moneat quo quiſque ciuis nomine appelletur: qui nomina ciuium inſuſurret, vt eos nominatim ſalutemus, rogemúſque, vt nobis perentibus ſtudeant, ac ſuffragentur ad hoooreṁ obtinendum.

Lævvm qvi fodiat latvs] ita legendum eſſe equidem dudum iudicaueram, nō *ſæuum*. nunc autem in hac ſententia eo libentiùs perſeuero, quod video & in aliquot cod. antiquis ita legi, & doctiſſ. viris idem videri. hæc verba autem, *qui læuum fodiat latus*, hoc ſignificant: qui aſtans domino à parte minùs honorata, læuo ipſius latere foſſo, id eſt, extrema manu pulſo, admoneat, vt illum & illum ſalutet, & prenſet. fodere latus conſueuiſſe eos, qui admonere vellent, declarat illud Terent. in Hecyra. Lach. *Dic iuſſiſſe te.* Phidipp. *Noli fod*[illegible]*: iuſſi.* Neque verò fuit quòd quidam in hoc loco, ſatis alioquin aperto, explicando nuper nouam operam ſumerent, cùm & ſex abhinc annos ita nos eum explicauerimus, & illi nihil de ſuo addiderint, nihilq; melius attulerint. Sed hoc idem feciſſe in aliis ſexcentis reperientur, quaſi verò nihil eſſet ſatis terſum atque purgatum, quod noo orationis ſuæ cœno inquinaſſent. Virg. armos fodere dixit de equite, equo calcaria admouente, libr. 6. Æn. *Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos.* At Plaut. Aulul. *latus fodere* poſuit pro latus cultro aperire. ſic Congrio coquus apud Plaut. *iſtuc male factum arbitrer, quia non latus fodi.*

Et cogat trans pondera, &c.] cogat herum trās ſaxa, aut trabeis magni pōderis quæ vel machinis attollutur, vel plauſtris vehuntur in viis, dextram porrigere ad aliquē ciuē apud tribuleis ſuos gratioſum, in via ſaxis impedita laborantem, ſubleuandū. ſic Propert. lib. 3. ſaxa pyramidu, & ſumtuoſorum ſepulcrorum, *pōdera* appellat, *Aut illu flamma, aut imber ſubducet honores, Annorum aut ictu pondera victa ruent.* Officioſum autē eſt in anguſtiis, & turba, manus alteri ſubiicere, & laborantē manibus ſubleuare. Tibull. lib. 1. eleg. 5. *Pauper in anguſto fidus comes agmine turbæ, Subiicietque manus, efficiétque viam.* Quòd ſi quis malet ita accipere hæc verba, *dextrā porrigere*, vt pertineant ad geſtū prenſantis candidati, & gratioſo alicui in via ſupplicantis, ac blandientis, non magnopere repugnabo. ſolebant enim candidati ſingulorum manus eorum, quibus ſupplicabant, apprehendere: immò verò ex ſingulis tribubus gratioſiſſimos quoſque ſibi adiungere, eóſque etiam in campum ſecū producere, vt ab iis vniuerſo populo magis commendarentur, cùm ille ſuo nomine quodammodo peteret. Et ita fortaſſe intelligenda ſunt ea verba, quæ ſtatim ſequuntur, *Hic multum in Fab. valet, ille Velina*, licet & dexteram porrigere, accipere pro δεξιοῦσθαι, id eſt, dextra porrecta ſalutare atque amplecti, vt intelligamus, nomenclatorem monere candidatum, vt dextram porrigat gratioſo apud tribum aliquam ciui, ad eum officioſè, blandéque ſalutandum & complectendum. ſic enim vſurpat προτείνειν χεῖρα Plutarchus libro, εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, his verbis: οὐ γὰρ ὡς Τιβέριος ὁ Καῖσαρ ἔλεγε τὸ τὴν χεῖρα τῷ ἰατρῷ προτείνειν ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότας, αἰσχρόν ἐστιν· ἀλλὰ μᾶλλον τὸ τὴν χεῖρα τῷ δήμῳ προτείνειν, ψῆφον αἰτοῦντας, ἢ φωνὴν ἀρχαιρεσιάζουσαν, &c. id eſt, Non enim, vt Tiberius Cæſar dicebat, manum medico porrigere homines amplius ſexaginta annos natos, turpe eſt: ſed potiùs manum populo porrigere, ſuffragium petenteis, aut vocem ad honotem obtinendum accommodatam atque opportunam.

Hic mvlt. in Fab. val. ille Vel.] verba ſunt nomenclaturis hortantis dominum,

Digitized by Google

minum, vt gratioſis apud ſuas tribus hominibos, A blandiatur, eóſque ſalutet comiter. hic (inquit) multum valet gratia, & auctoritate in tribu Fabia, ille in Velina, quare da operam, vt eum tibi adiungas, & concilies, ſi magiſtratum, quem petis, obtinere vis. Velina autem tribus fortaſſe à lacu Velino dicta eſt: Fabia à Fabiis.

Cvilibet hic, &c.] etiam hæc ſunt nomenclatoris verba. hic tantum valet in ſua tribu, vt, cui ſuffragatus fuerit, is ſit conſulatum adepturus: eique, cui voluerit, ſellam curulem, id eſt, ædilitatem maiorem erepturus.

Importvnvs] in eo, quod ſibi propoſuerit, obſtinatus, & perſeuerans: neque quieſcens ipſe, neqoe alios quieſcere ſinens: vt ſup. annotat. ad Odam 10. lib. 3. ſic Satyra 5. lib. 2. *Importunus* B *amat laudari?*

Ebvr cvrvle] ſellam curulem eburneam, id eſt, ædilitatem maiorem, &c.

Frater, pater adde] gratioſos in ſuffragiis pro ſua cuiuſque ætate, fratres, patres appellato, & quàm blandiſſimè queas, ſalutato.

Facetvs] vrbanus, comis, blandus, id eſt, facetè & comiter.

Adopta] tibi adiunge. *adoptare* propriè valet eligere, vt alibi admonuimus.

Si, bene qui cen. bene viv.] ſi in epulis, & cenis ſumtuoſis beata vita poſita eſt, ſtatim vt diluxit, obſonia lautiſſima, & cariſſima conquiramus.

Qvo dvcet] ſic habent libri veteres lon- C gè plures. alij *ducit*.

Vt olim Gargilivs] quaſi aliud agens Gargilium quendam notat, qui ſtulta quadam, & inani gloriæ cupiditate ductus id venando cœpiſſe videri volebat, quod pretio comparatat. Itaque etiam in epiſtolis Horatius Satyricè, id eſt, comiter, & vrbanè hominũ mores vellicat.

Plagas] Virg. Æneid. 4. *Retia rara, plagæ, lato venabula ferro.*

Differtvm transire forvm] frequentiſſimũ forum. ſic Sat. 5. lib. 1. *Inde forum Appi Differtum nautis, &c.*

Emtvm] non à ſe venante captum, ſed pretio ſoluto paratum. longè huic diſſimilis eſt venator ille, & qui cum eo comparatur, amator ma- D tronarum, Sat. 2. lib. 1. *Leporem venator vt alta In niue ſectatur: poſitum ſic tangere nolit: Captat & apponit. meus eſt amor huic ſimilis. nam Tranſuolat in medio poſita, & fugientia captat.* mendosè autem habent quidam libri vet. *capeum.*

Tvmidíqve] cibo & potione onerati, & conferti.

Qvid deceat, qvid non, oblíti] quid honeſtum ſit, quid turpe: quid decôrum, quid indecorum, obliti.

Cerite cera] tali tabula, qualis erat ea, qua Cerites, ignominia affecti fuerunt: cùm videlicet eis ſuffragiorum ius non dedit populus Rom. vt ceteris municipibos, Gellius lib. 16. cap. 13. *Primos municipes ſine ſuffragij iure Cerites eſſe factos, accepimus, conceſſúmque illis, vt ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, ſed negotiis tamen, atque honoribus vacarent, pro ſacris bello Gallico receptis, cuſtoditiſque. hinc tabulæ Cerites appellatæ verſa vice in quas referri iubebant, quos notæ cauſa ſuffragiis priuabant.* Hæc ille. M. Tullius orat. in Vatinium, cùm eũ ſuffragio dignum eſſe negat, eò fortaſſe ſpectauit. Referebantur autem in tabolas Ceritum à Cenſoribus plebeij ignominia notati, ærariique fiebant: quòd eũ valebat, vt nullam aliam ad rem ciues eſſent, quàm vt pro ſuo capite tributi nomine æra penderent, vt ait Aſcon.

Remig. vlixei Ithac.] remiges & ſocij Vlyſſis, homines intemperantes, & voluptarij, qui malunt ſuis cupiditatibus, & libidinibus obſequi, quàm in patriam reuerti. Præmonuerat Vlyſſem Tireſias, cùm veniſſet ille ad inferos, vt diligenter caueret, ſi ſaluus in patriam redire vellet, ne in Sicilia boues ſolis attingeret, vt eſt ὀδυσ. λ. Ὁππότε δὴ πρῶτον πελάσῃς εὐεργέα νῆα Θρινακίῃ νήσῳ προφυγὼν ἰοειδέα πόντον, Βοσκομένας δ' εὕρητε βόας τε καὶ ἴφια μῆλα Ἠελίου, ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει, Τὰς εἰ μέν κ' ἀσινέας ἐάᾳς, νόστου τε μέδηαι, Καί κεν ἔτ' εἰς Ἰθάκην κακά περ πάσχοντες ἵκοισθε. Εἰ δέ κε σίνηαι, τότε τοι τεκμαίρομ' ὄλεθρον. id eſt, vbi autem primùm nauem tuam ad inſulam Siciliam appuleris, & maris pericula effugeris, Boues autẽ Solis, qui omnia cernit, & omnia audit, paſcẽteis & pingueis oueis offenderitis: eas ſi intactas, & C ab omni detrimento integras eſſe ſiueris, reditúmque dumtaxat attendas: vos in patriá tandem quamuis multa perpeſſi peruenire poſſitis: Sin eas læſeris, tum tibi perniciem & interitum imminere præuideo. cuius monitionis memor Vlyſſes ὀδυσ. μ. ſocios orat, vt præſertim cùm rebus omnibus abondent ad victum neceſſariis, ab armẽtis, & gregibus Solis abſtineant manus. verba Vlyſſis apud Hom. ſunt hæc, Ὦ φίλοι ἐν γὰρ νηῒ θοῇ βρῶσίς τε, πόσις τε Ἔστιν, τῶν δὲ βοῶν ἀπεχώμεθα, μή τι πάθωμεν. Δεινοῦ γὰρ θεοῦ αἵδε βόες, καὶ ἴφια μῆλα, Ἠελίου. i. ô amici, In naui cibus eſt & potus. Quapropter ab his bobus manus abſtineamus, ne quid nobis ex eo detrimenti eueniat. horrendi enim Dei hæ ſunt bo- D ues, & pingues oues. Illi autem tandem cùm cibariis deficientibus, vinóque conſumto, tum ab Eurylocho impulſi, quæ ex bobus Solis erant præſtantiſſimæ, eas Vlyſſe dormiente abegerunt, & mactauerunt: quo facto Sol vehementer offenſus, queſtus eſt apud deos immortaleis facinoris illius atrocitatem: minatus eſt denique ſe cælo relicto ad inferos deſcenſurum, lumẽnque ſuum à Diis, & hominibus apud Plutonem, & manes tranſlaturum, ſi tam inſignem in ſe iniuriam, atque impietatem inultam relinquerent. qua re audita, Iupiter pollicetur ei ſe naueis Vlyſſis fulmine conſumturum.

Cvi pot. patr. fvit interd.] Id eſt, qui Vlyſſis remiges, & ſocij maluerũt propoſito naufragij periculo, boues Solis violare,

quàm in patriã incolumes reuerti. ſic apud Hom. A loquitur Eurylochus ὀδυσ. μ. Εἰ δὲ χολωσάμενός τι βοῶν ὀρθοκραιράων Νῆ' ἐθέλῃ ὀλέσαι, ἐπὶ δ' ἕσπωνται θεοὶ ἄλλοι, Βούλομ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανὼν ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι, Ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι ἐὼν ἐν νήσῳ ἐρήμῃ, id eſt, Quòd ſi Sol iratus propter boues nauem noſtram obruere fluctiſ ctus voluerit, cúmque alij Dij ſecuti fuerint, ſemel mori malo fluctu demerſus, quàm diu in deſerta inſula morans languere, ac tabeſcere.

Si Mimnermvs Vti censet] Mimnermus legendum: non, vt in nonnullis codicib. Mimermnus. Μίμνερμος enim ſemper apud Athenæum ſcribitur & lib. 14. & 15. & 16. Eius tota ferè poëſis fuit amatoria. cuius exſtant hi verſus apud Plutarch. περὶ ἠθικ. ἀρετῆς, Τίς B δὲ χάρις, τί τὸ τερπνόν, ἄνευ χρυσῆς Ἀφροδίτης; Τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλει, id eſt, quis lepos, quid iucundum eſt ſine aurea Venere? Moriar tum, cùm hæc deſinent mihi eſſe curæ. Propertius lib. 1. *Plus in amore valet Mimnermi verſus Homero: Carmina manſuetus lenia quærit amor.* Horat. infr. epiſt. ad Iul. Flor. lib. 2. ſignificat, eũ Callimacho fuiſſe à veteribus antepoſitum. *Diſcedo Alcæus puncto illius: ille meo quis? Quis niſi Callimachus? ſi plus apposcere viſus, Fit Mimnermus, & optiuo cognomine creſcit* ſi igitur (inquit Horat.) Mimnermi ſententiam ſecutus vitam beatam & iucũdam in amore, & iocis eſſe locatam exiſtimas, totam ætatem in amore, & iocis exige.

TVRNEBVS.

Ex lib. 2. cap. 12. Epicurei ad ſtabiliendam ſuam impietatem firmandámque, imprimis hoc ponebant, nihil admirandum eſſe. Lucret.

Si tamen interea miramur qua ratione
Quæque geri poſſunt, præſertim rebus in illis,
Quæ ſupra caput ætheriis cernuntur in oris

Et Horatius,

Nil admirari propè res eſt vna Numici,
Solaque, quæ poſsit facere & ſeruare beatum.

Ex lib. 21. cap. 8. Cæterùm in hac Horatij epi. *Quid maris extremos Arabas ditantis & Indos?* de gemmis & vnionibus intelligo, quorum precioſiſſimus erat cenſus ex India & Arabia. Quòd ſi quis merces Indicas & Arabiæ aromata, quæ maritimis aduehebantur curſibus accipiat, cum eo non litigabo: tantùm dicam littorales gemmas & vniones maris potius diuitias videri, quàm quæ mari importantur mercimonia. Delitiæ autem Romanæ quantopere margaritas deperirent, iniuria quærit, qui Latinos libros euoluit. At vero,

Qui timet his aduerſa, valet, qui timet paupertatem & exploſionem & ſibilos in theatro, & inhonoratus eſſe, miratur diuitias, plauſum, ambitionem & honores. Iam illud,

Improuiſa ſimul ſpecies exterret vtrúmque, cùm ait, eos qui cupiunt, & metuunt, dicit perturbatione agitari, ex improuiſa ſpecie nata, quæ Cyrenaïcorum philoſophorum ſententia fuit: perturbationes naſci ex inopinatis & inſperatis bonis maliſque vt auctor eſt Cic. in 2. Tuſcul.

Ex lib. 6. cap. 18. Ancum Martium regem magni feciſſe veteres videntur, & dignum immortalitate crediſſe. Horatius

— Numa quò deuenit & ancus.

Lucretius lib. 3.

Lumina ſis oculis etiam bonus Ancus reliquit.

Ennius,

Poſtquam lumina ſis oculis bonus Ancus reliquit.

Ex lib. 22. cap. 8. Nulla re homines meliùs commendari hominum opinioni quàm diuitiis, & facilius vxorem dotatam & fidem amicóſque comparare, quàm ſi copioſi, & locupletes nummatique ſint, cùm declararet Horatius, ſic ſcripſit,

Scilicet vxorem cum dote, fidémque & amicos,
Et genus & formam regina pecunia donat:
Et benè nummatum decorat Suadela Venúſque,

in quo cur Suadelæ & Veneris mentionem fecerit in quæſtionem venire poteſt: quod vt enucleem, arbitror ab eo factum, quia nuptiarum mentionem induxerat, quibus Venus & Suadela præſunt, quod è meo quidem penu non deprompt um eſt, ſed ex inſtructiſſimo cellario Plutarchi ita ſcribentis, ἢ ὅτι πέντε δεῖσθαι θεῶν τοὺς γαμοῦντας οἴονται, Διὸς τελείου, καὶ Ἥρας τελείας, καὶ ἀφροδίτης, καὶ πειθοῦς, ἐπὶ πᾶσι δ' ἀρτέμιδος. Phurnutus etiam ſcribit, aſſidere Veneri C Gratias, Suadelam, Mercurium, quòd Suadela oratione & gratia amatores pelliceat. Qui igitur nummatus eſt, eum, inquit, decorat Suadela & Venus, eáſque propitias habet & faciles, vt vxorem cum grandi dote facilè inueniat, cùm omnibus placeat gratúſque ſit. Itaque quia Venus conciliare gratiam videtur, cui in amoribus ex ſententia ſuccedit, venuſtatis plenus dicitur: cui non ſuccedit ex voto inuenuſtus dicitur, vt Pamphilus in Andria loquitur de nuptiis, quas non optabat, quæ eum à Glycerio diſtraherent, Act. 1. ſc. 3.

Adeóne hominem eſſe inuenuſtum aut infælicem quenquam, vt ego ſum? & Pamphil. alter in Hecyra, Act. 3. ſc. 4. cui optata inſperato euenerant de D vxore,

Quis me eſt fortunatior? venuſtatiſque adeò plenior?

Ex lib. 9. cap. 30. Ex Senecæ lib. 2. cap. 12. de Beneficiis didicimus, Venerem non tantũ amoribus præeſſe exiſtimatam fuiſſe, ſed etiam hominum commendationi & conciliationi, vt faciliùs aliquid impetrarent ab aliquo, & in amicitiam influerent & gratiam emererentur. *Ille*, inquit, *non eſt mihi par virtutibus nec officiis, ſed habuit ſuam Venerem.* hoc valet, Sed ei fauit Venus, quæ gratiam quandam ei commodauit, qua placuit, & facilè beneficium impetrauit: vt & apud Flaccum,

Et benè nummatum decorat Suadela Venúſque.

Sunt enim hæc duarum dearum nomina, quę facilè homines, quibus fauent, ſuis muneribus beneuolentiæ & amicitiæ aliorum tradunt.

Ex lib.

A Ex lib. 19. cap. 16. *decorat Suadela Veniúſque,* ab Horatio è moribus Romanorum dictum eſt. Nam quoſdam deos eſſe nuptiarum præſides & præfectos cenſebant: in iis Suadelam & Venerē, quod è Plutarcho docemus, qui ita ſcribit, ἢ ὅτι πέντε δεῖσθαι θεῶν τοὺς γαμοῦντας οἴονται, Διὸς τελείου, καὶ Ἥρας τελείας, καὶ Ἀφροδίτης, καὶ πειθοῦς, ἐπὶ πᾶσι δὲ Ἀρτέμιδος.

Ex lib. 22. cap. 8. *Rex* autem *Cappadocum*, mango eſt & venalitiarius, qui mancipiorum greges venalium habet, vt apud Perſium, Sat. 6.

Cappadocas rigida pingues pauiſſe catasta

Qui quidem egetæris, eóque ſeruitia veterana & nouitia vendit: vel potius ait venalitiarios, qui ſeruitio abundant, ferè parum nummatos eſſe, nec ei qui pecunioſus velit eſſe, hoc genus quæſtus ſectandum: quem quidem ſenſum veriorem & congruentiorem iudico. B

Ex lib. 26. cap. 16. Veteres Mercales ab his ſeiunxēre, qui Venales ſeruos habebant, ac mercaturæ nomine mancipia cenſeri nolebant. Id è Comico Plauto appatet ita ſcribēte, *Mercaturámne an venales habuit, vbi rem perdidit?* Trinummo ſc. Quo illic homo. Cic. in Corneliana, *Neque me diuitia mouent, quibus omnes Africanos & Lælios multi venalitij mercatoréſque ſuperabunt.* Venales vtrobique à mercatura, & venalitios à mercatoribus diſtinctos videmus: cùm tamen genus quoddam exercere mercaturæ videantur, qui ſeruitia vendunt: quos feſtiuiſſimè Horatius appellat Cappadocum reges, C

Mancipiis locuples eget æris Cappadocum rex,

id eſt venaltius.

Ex lib. 30. cap. 7. *-- ne ſit præſtantior alter*

Cappadocas rigida pingues pauiſſe catasta. Perſiū. dixit, cuius ſententiam puto, ne ſit vllus venalitiarius, qui plures ſeruos habeat: nam mangoniū & mercimonium venalium maximos queſtus adferebat.

-- eget. inquit Flaccus, *æris Cappadocum rex.* id eſt, venalitiarius.

Ex lib. 21. cap. 12. Nihilo ſecius & illud è communi ſermone ſumptum in Terentio non vulgo intelligitur. Hecy. act. 3. ſc. 5.

Dic iuſſiſſe te. Ph. Noli fodere, iuſſi. quo in loco fodere, eſt latus alicuius manu vel pungere, D vel tundere: quod facimus monendi gratia & ſuggerendi & impellendi: vt apud Horat.

Mercemur ſeruum, qui dictet nomina, læuum
Qui fodiat latus.

Ex lib. 28. cap. 38. *Mercemur ſeruum, qui dictet nomina, læuum Qui fodiat latus,* Horatij locus eſt homini ambitioſo & honores affectanti ſuadens mercari neceſſe eſſe nomēclatorem actem, qui ciuium, quos candidatus prenſare velit, nomina teneat: qui ſimul atque quempiam ciuem viderit, qui ſuffragatione vel gratia plurimum valeat, continuò candidati petitoris latus manu feriat, vt eum prehenſet. Id enim eſſe puto, *Qui fodiat latus.* Tale illud eſt Plutarchi, προσέχουσι γὰρ ἄπαντες τῷ ἱματίῳ, ἀντιλαμβανόμενος τοῦ γονέως, τὴν πλευρὰν θυροκοποῦν τῇ χειρί.

Ex lib. 22. cap. 8. Non longè abieris,

-- trans pondera dextram.

Porrigere, negotium exhibebit. Opinor autem dici, ſi quis honorum ambitioſus ſit, debere ſeruum nomenclatorem comparare, qui dum prætereunt plauſtra, & ſarraca onuſta grandibus ſaxis & magnis trabibus, cogat magno cum periculo manum trans ea tranſmittere ad eum preſſandum ſuffragatorem, qui in aliqua tribu ſit gratioſus. Sed verius tamen eſt hîc *porrigere manum*, eſſe Salutare. Sed porrectio illa periculoſa eſt, ponderibus ſaxorum & materiæ in plauſtris prætereuntibus.

EPIST. VII. C. AD MÆCENATEM CILNIVM 2.

ARGVMENTVM.

Mæcenati ſe excuſat, quòd promiſſis non ſteterit. Eius in ſe liberalitatem cōmemorat & laudat: ſed libertatem & animi tranquillitatem omnibus amicorum donis & quibuſlibet diuitiis anteponendam eſſe, atque adeò eum, qui paucis contentus viuere didicit, incommoda, quæ vitam ambitioſam comitantur, non poſſe ferre, innuit.

QVinque dies tibi pollicitus me rure futurum,
Sextilem totum mendax deſideror. atqui,
Si me viuere vis ſanum, rectéque valentem:
Quam mihi das ægro, dabis ægrotare timenti,
*Mæcenas, veniam: * dum ficus prima, calórque*
Deſignatorem décorat lictoribus atris:
Dum pueris omnis pater, & matercula pallet:
Officioſáque ſedulitas, & opella forenſis
Adducit febreis, & teſtamenta reſignat.
Quòd ſi bruma niueis Albanis illinet agris:
*Ad mare deſcendet vates tuus: & * ſibi parcet:*
Cōtractúſque leget. te, dulcis amice, reuiſet
Cum Zephyris, ſi concedes, & hirundine prima.

Non quo more piris veſci Calaber iubet hoſpes, A
Tu me feciſti locupletem. veſcere ſodes.
Iam ſatis eſt. at tu quantumuis tolle. benigne.*
Non inuiſa feres pueris munuſcula paruis.
Tam teneor dono, quàm ſi dimittar onuſtus.
Vt libet: hæc porcis hodie comedenda relinquies.
Prodigus, & ſtultus donat, quæ ſpernit, & odit. B
Hæc ſeges ingratos tulit, & feret omnibus annis.
Vir bonus, & ſapiens dignis ait eſſe paratum:
Nec tamen ignorat, quid diſtent æra lupinis.*
Dignum præſtabo me etiam pro laude merentis.
Quòd ſi me noles vſquam diſcedere: reddes
Forte latus, nigros anguſta fronte capillos: C
Reddes dulce loqui: reddes ridere decorum, &
Inter vina fugam Cynaræ mœrere proteruæ.
Fortè per anguſtam tenuis vulpecula rimam
Repſerat in cumeram frumenti: paſtáque rurſus
Ire foras pleno tendebat corpore fruſtrà.
Cui muſtela procul, ſi vis, ait, effugere iſtinc: D
Macra cauum repetes arctum, quem macra ſubiſti
Hac ego ſi compellor imagine, cuncta reſigno:*
Nec ſomnum plebis laudo ſatur altilium: nec
Otia diuitiis Arabum liberrimà muto.
Sæpe verecundum laudaſti: réxque, paterque
Audiſti corā, nec verbo parciùs abſens:
Inſpice, ſi poſſum donata reponere lætus.
Haud malè Telemachus proles patientis Vlyſſei:
Non eſt aptus equis Ithacæ locus, vt neque planis*
Porrectus ſpatiis, neque multæ prodigus herbæ:
Atride, magis apta tibi tua dona relinquam.
Paruum parua decent: mihi iam non regia Roma,
Sed vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.
Strenuus, & fortis, cauſiſque Philippus agendis
Clarus, ab officiis octauam circiter horam
Dum redit: atque foro nimiùm diſtare Carinas
Iam grandis natu queritur: conſpexit, vt aiunt,
Adraſum quēdam vacua tonſoris in vmbra,
Cultello proprios purgantem leniter vngues.
Demetri (puer hic non læuè iuſſa Philippi
Accipiebat) abi. quære, & refer, vnde domo, quis,
Cuius fortunæ, quo ſit patre, quóve patrono.
It: redit: & narrat, Vulteium nomine Menam,
*Præconem, tenui cenſu, ſine crimine * notum,*
Et properare loco, & ceſſare, & quærere, & vti,*
Gaudentem paruíſque ſodalibus, & Lare certo,
Et ludis, & poſt deciſa negotia, campo.*
Scitari libet ex ipſo, quæcunque refers. dic
Ad cenam veniat. non ſanè credere Mena:

Mirari

*Mirari ſecum tacitus. quid multa? * benigne*
Reſpondet. negat ille mihi? negat improbus, & te
Negligit, aut horret. Vulteium manè Philippus
Vilia vendentem tunicato ſcruta popello,
Occupat: & ſaluere iubet prior. ille Philippo
Excuſare laborem, & mercenaria vincla,
Quòd non manè domum veniſſet: denique quòd non
** Prouidiſſet eum. ſic ignouiſſe putato*
Me tibi, ſi cenas hodie mecum. vt libet. ergo
Poſt nonam venies. nunc i: rem ſtrenuus (auge
Vt ventum ad cenam eſt: dicenda, tacenda locutus,
Tandem dormitum dimittitur. hîc vbi ſæpe
*Occultum viſus decurrere * piſcis ad hamum:*
Manè cliens, & iam certus conuiua: iubetur
*Rura ſuburbana * indictis comes ire Latinis.*
Impoſitus mannis, aruum, calúmque Sabinum
Non ceſſat laudare. videt, ridétque Philippus:
Et ſibi dum requiem, dum riſus vndique quærit.
Dum ſeptem donat ſeſtertia: mutua ſeptem
Promittit: perſuadet vti mercetur agellum.
Mercatur. ne te longis ambagibus vltrà,
Quàm ſatis eſt morer, ex nitido fit ruſticus: atque
*Sulcos, & vineta * crepat mera: præparat vlmos:*
A *Immoritur ſtudijs: & amore ſeneſcit habendi.*
Verùm vbi oues furto, morbo periere capellæ:
Spem mentita ſeges: bos eſt enectus arãdo:
Offenſus damnis, media de nocte caballum
Arripit: iratúſque Philippi tendit ad ædes.
B *Quem ſimul aſpexit ſcabrum, intonſúmque Philippus:*
Durus, ait, Vultei nimis, attentúſque videris
Eſſe mihi. pol me miſerum patrone vocares:
*Si velles, inquit, verum mihi * ponere nomen.*
Quod te per Genium, dextrámque, deóſque Penateis,
Obſecro, & obteſtor, vitæ me redde priori.
C *Qui ſimul aſpexit, quantùm dimiſſa petitis*
Præſtent: maturè redeat, repetátque relicta.
Metiri ſe quemque ſuo modulo, ac pede, verum eſt.

DESIDEROR] abſum. deſideramus enim, quæ abſunt.

SI ME VIV. V. S.] in duobus cod. Vat. Iannoct. Turneſiano, Clericano, & vno Nicotiano, & alijs duobus item manuſcr. Ruſſard. & vno
D meo, ſcriptum eſt, *Si me viuere vis rectéque, videre valentem.* quam ſcripturam probo, neque tamen receptam damno. hoc tantum dico, mihi videri alteram potiorem, & probabiliorem.

SANVM] perſpicuè hæc vox hoc loco, ad corporis ſanitatem refertur, vt ſuprà diximus, ſi hæc germana eſt huius loci ſcriptura: & ita Plautus in Trucul. *ægrotare malim, quàm eſſe tua ſalute ſanior.* & infrà epiſt. ad Quinct. *Neu, ſi te populus ſanum, rectéque valentem Dictitet, &c.* Propert. lib. 3. *Nam quocumque die ſanum te fata remittent, Pendebit collo Galla pudica tuo.*

DVM FIC. PR. CALÓRQVE DESIGN. &c.] totis his quattuor, qui deinceps ſequuntur, verſibus, anni tempus deſcribit graue corporibus, difficile, periculoſum, & ad morbum

præceps, ac lubricum. huius loci igitur hæc ſen- A tentia eſt: Tantiſper dum multis hominibus propter anni tempus immoderato calore feruidum morientibus, deſignatores, qui funeta, ludóſque funebreis procurant, lictoribus atratis ſtipati incedunt, &c. quod fit plerumque menſe ſextili, & Septembri, id eſt, ineunte auctunno: vt ſat. 6. lib. 2. *Auctumnúſque grauis Libitinæ quæſtus acerba.* Quoniam autem menſe ſextili ficus primùm matureſcunt, & ex arboribus ſuis decerpuntur, icciircò ficum primam dixit, vt per ficum primam, & calorem, tempus anni ſignificari intelligamus.

Dssignatoram] eum, qui præeſt ludis funebribus, deſignátque quid, & quo modo, & quo ordine quicque ſit agendum, quǽque ornamenta ſint adhibenda, docet ac præſcribit. B

Lictoribvs atris] miniſtris libitinarijs atratis.

Dvm pvsris omnis pater] ſatis declarat hic verſiculus deſcribi ab Horatio tempus anni morbis opportunum, & (vt Plautino verbo vtar) planè Acherunticum.

Pallet] timet pueris, id eſt, liberis ſuis, ne ſcilicet & tali anni tempore in morbum incidāt, & moriantur. puerum vſurpare ſolet pro filio, indicauimus ad Odam 12. lib. 1. ibi, *puerôſque Ledæ.* pallere autem poſuit pro timere, propterea quòd timorem ſequitur pallor. propriè poſitum eſt epiſt. 19. huius lib. *quod ſi Pallerem caſu, biberent exſangue cuminum.*

Officiosáqve sedvlitas, &c.] C & dum ij, qui nimium diligentes ſunt in officio retinendo, ac præſtando, & qui ſtudioſiùs in foro verſantur, operam dantes ſuis clientibus, in febrem incidunt, & mortem cum vita commutant.

Opella] ὑποκοριστικὸν, id eſt, deminutum ab opera.

Addvcit febreis] ſic Lucretius lib. 5. dixit, morbos apportare, *cur anni tempora morbos Apportant? quare mors immatura vagatur?*

Testamsnta rssignat] per teſtamentorum reſignationem, mortem ſignificat. nam mortuo teſtatore, teſtamentum reſignatur, id eſt, aperitur. D

Qvòd si brvma nivais, &c.] id eſt, cùm autem bruma aduenerit. Nam particula *ſi*, hoc loco tempus ſignificat, non condicionem, vt apud Virgil. lib. 5. Æneid. *Præterea ſi nona diem mortalibus almum Aurora extulerit, radiiſque retexerit orbem, &c.* Terent. Phorm. *Non, ſi rediſſet pater, ei veniam dares?* quod annotat Don. ad illum locum. & Catull. ad C. Licinium Caluum, *Nam, ſi luxerit ad librariorum Curram ſcrinia, Caſios, Aquinos, &c.* & ita fortaſſe locus ille explicandus eſt Od. 27. lib. 3. *Rumpat & ſerpens iter inſtitutum, Si per obliquum ſimilis ſagittæ Terruit mannos.* & ſaty. 3. libr. 2. *Si vacuum tepido cepiſſet villula tecto.* M. Tull. libr. accuſationum 2. in principio, *putabam tum denique rectè iudicari poſſe, ſi non modo reus improbus adduceretur, ſed etiam diligens, & firmus accuſator ad iudicium veniret.* & 4. *Verùm hæc tum quæremus, ſi quid de vobis per eum ordinem agetur, &c.*

Albanis] Latinis, Romæ propinquis, à monte Albano, qui eſt in Latio.

Illinet agris] hoc verbo aliter vtitur ſat. 5. lib. 1. *Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere.* Eſt autem hîc tralatio.

Ad mare] fortaſſe ad ſinum Tarentinum.

Descendet] accommodato, & proprio verbo vſus eſt. oræ enim maritimæ ſunt alijs inferiores: vtpote ad quas fluuij decurrant.

Vatss tvvs.] Horatius, ego Horatius ad mare deſcendam.

Sibi parcst] ſuæ valetudini conſulet, B ac ſeruiet: remiſſiùs viuet.

Et hirvndine prima] vere ineunte. Ariſtoph. in equitib. Σκέψασθε παῖδες, οὐχ ὁρᾶτ᾽, ὥρα, νέα χελιδών. id eſt, conſiderate pueri, non videtis? tempus eſt: noua hirundo. Ariſt. ἠθικ. α. μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ: id eſt, vna hirundo ver non efficit.

Non, qvo mors piris vesci] non quemadmodum Calaber pira comedenda dat effuſè ſuis hoſpitibus, nēpe propterea quòd ijs abundat, eáque nihili æſtimat, ita ea mihi munera dediſti, quæ parui faceres, & me non merentem locupletauiſti.

Vascere sodss] verba Calabri ad ho- C ſpitem, veſcere piris, ſodes. *ſodes* blandientis vox, ſeu blandè hortantis: pro ſi audes, vt ſcribit M. Tull. in Oratore perf. Horat. ſup. ſaty. 9. *Téne relinquam, an rem, me ſodes.*

At tv, qvantvm vis tollas.] verba ſunt Calabri hoſpitis, Tolle (inquit) pirorum quantum vis. deinde ſubijcitur viatoris reſponſio, *benigne*, quem Calaber piris vult onerare, hoc modo, *benignè*, id eſt, hui, liberaliter mecū agis: verùm habeo tibi gratiam: tua liberalitate non vtor. alij legunt, *tolle benignè*, coniunctim, & volunt hoc totum eſſe Calabri ſermonem, vt ſit hic verborum ſenſus, tolle liberaliter, & largiter, & quantumuis. quos non refello quidem, veruntamen placet mihi magis D prior explicatio. *benignè* enim qui reſpondet, honeſtè & pudenter reijcit, atque aſpernatur. quòd autem quidam ſic explicant, *benignè* eſt blandè recuſantis. eſt enim perinde ac ſi diceret, excuſatum me habeas: non ſatis eleganter loquuntur, aut dicunt quod ſentiunt. debuerunt potiùs ſic dicere. benignè eſt modeſtè & pudenter reijcientis: perinde ac ſi quis ita dicat, ignoſcas mihi velim, ſi non vtor tua liberalitate, &c. ſuprà autem admonuimus, *benignus*, & *benignè* idem valere, quod liberalis, ſeu largus: & liberaliter, ſeu largè. *tolle* autem, id eſt, ſume, vel aufer.

Tam tsn. d. q. si] reſpondet viator hoſpes Calabri, tam delector tuis piris, quæ mihi donas, quàm ſi dimittas & diſcedam abs te eis oneratus.

Vt

Digitized by Google

A VT LIBET: HÆC PORC.] Vt libet, (inquit Calaber) id eſt, facito vt voles: vel tollito, vel relinquito. Si tolles, leuabis me pirorum, quæ mihi oneri ſunt, quæque pro nihilo duco, multitudine: ſin relinques, comedentur à porcis.

PRODIGVS, ET STVLTVS.] Prodigus (inquit) ea donat, quæ contemnit, ac pro nihilo putat: alioqui non profunderet, neque daret indignis. At vir bonus, & liberalis, quamuis pecuniam non admodum magni æſtimet (vt ait Ariſtoteles) ſcit tamen quid interſit inter æs, & lupinum. id eſt, quid interſit inter veros nummos, & nummos ex lupinis factos, comicos, ſpeciem dumtaxat nummorum habentes. Atque hic cùm ita ſit animatus, ampla & pretioſa munera dignis reſeruat. B Ariſt. lib. 4. de moribus ad Nicomachum ſcribit, hominem liberalem ſuos fructus, ſuámque rem familiarem nõ neglecturum, vt poſſit de ſuo, viris bonis opitulari, & res neceſſarias ſuppeditare. Quemadmodum autem hîc Horatius ait prodigum ea donare, quæ parui æſtimat: ſic & Plautus in Truculento, amatorem bona ſua pro ſtercore habere dicit.

HÆC SEGES] id eſt, hi deprauati hominũ huius ætatis mores, & hæc inepta, ſtultáque liberalitas, &c. ſententia totius huius loci mihi hæc videtur eſſe: multi exoriuntur prodigi, & ſtulti, qui ſua profundunt, & largiuntur indignis: qui denique bona ſua pro ſtercore habent vt loquitur Plautus: ita fit, vt multi quoque reperiantur C homines ingrati, & immemores beneficij. Vir bonus autem, & verè liberalis: &, qui cum delectu, ac ſapientia de rebus, & hominibus iudicat, qualis tu es, ſua bona plurimi æſtimat: & ex eis benignè facit viris bonis: & quibus plurimum debetur, in eos beneficij confert plurimum: &, quemadmodum tu me iudicio, & delectu locupletauiſti, atque ornaſti: ita me gratum erga te præſtabo. vel hoc modo explica, & faciliùs. Prodigi & ſtulti homines, ſua bona profundunt, nullum delectum in donando adhibent, viros bonos mendicare, & eſurire ſinunt, improbos, facinoroſos, impuros homines collocupletãt: hæc cauſa eſt, quamobrem tam multi exoriantur ingrati: neque enim mirum eſt, ſi lenones, aleatores, impudici, beneficij accepti ſint immemo- D res. mirum eſſet, ſi boni viri, beneficijs affecti à potentiore aliquo, ſeſe ingratos in eum præberent. nam neque vir bonus, ingratus, neque ingratus, vir bonus eſſe poteſt. hunc igitur verſum, *Hæc ſeges ingratos, &c.* ſic interpretabere, Peruerſa, & præpoſtera largitio, cauſa eſt, quamobrem tot ingrati homines reperiantur. atque hanc poſteriorem explicationem, à priore non admodum differentem, magis probabant Paullus Manutius, & M. Muretus. Vtrocumque modo dicamus, tralationem in nomine *ſeges* ineſſe intelligere debemus. Quemquam Seruius hunc locum proferens ad illum Virgilij locum Æneid. 3. *& victum ſeges ægra negabat*, ſegetem videtur velle hoc loco terram ſignificare propriè & ſine vlla tranſlatione. quod non ita eſt. nam hoc tantum admonet, ſegetem hîc terram ſignificare: neque ideirco negat ineſſe tralationem & per ſegetem, ſeu terram ſignificari cauſam efficientem: & gignentem ingratos: nempe peruerſam & inconſideratam largitionem.

INGRATOS TVLIT] rectè *tulit*. nam vt terra fruges ferre dicitur: ſic hæc ſtulta largitio, prodigos gignere.

VIR BONVS ET SAP.] Virum bonum & ſapientem opponit ſtulto & prodigo: & oſtendit, quemadmodum ſtultus & prodigus dat indignis, & ea dat, quæ pro nihilo ducit: ſic virum bonum & ſapientem, non ignorantem quid diſtent veri & probi nummi à falſis, & improbis: veros illos nummos reſeruare dignis hominibus, & ſui ſimilibus.

[VIR BONVS ET SAP. DIGN. AIT ESSE PAR.] Cariſius lib. 4. inſti. grammat. legit dignis ait eſſe paratus: interpretatur paratum ſe eſſe.]

NEC TAMEN IGN. QVID DIST. ÆRA LVP.] id eſt, nec tamen ignorat quid interſit inter bonos & malos nũmos: & ita Acron, ſi modò Acronis verba ſunt. Natum à conſuetudine comicorum, qui in ſcena lupinis, ſeu nummis ex lupino factis, vtebantur pro veris, & aureis, ſeu æreis. Ideirco Plautus lupinos, aurum comicum appellat. Quin etiam hodie pueri in Italia ex lupinis nummos imitari ſolent. Verùm ne quid diſſimulem, M. Antonius Muretus cùm hîc Lutetiæ, quattuor ab hinc annos nobiſcum eſſet, veram huius loci explicationem mihi & Turnebo indicauit.

DIGN. PRÆST. ME ETIAM] hic verſus opponitur illi ſuperiori, *Hæc ſeges ingratos tulit, &c.*

QVOD SI ME NOLES VSQVAM] vide quàm cautè, & quàm modeſtè, & quàm liberè tamen pro ſe dicat Horatius. Primo loco Mæcenatis erga ſe beneficia commemorat, & verbis amplificat: deinde gratum ſe in eum, & beneficiorum memorem futurum pollicetur: hæc ſunt modeſtiæ, & pudoris: poſtremò liberè ſimul, & vrbanè, quæ à ſe Mæcenas acceperit, id eſt, quæ ipſe habuerit tum, cùm ſe ad eius amicitiam contulit, expoſcit, nempe corporis vires, & firmitatem, formam, iuuentam, ætatem aptam ad ſuauitatem, blanditiámque ſermonis, ad riſus, ad amores: quæ omnia (inquit Horatius) ſi me, vt mancipium quoddam vinctum, & conſtrictum apud te retinere voles, neque vſquam animi cauſa diſcedere ſines, mihi redde: redde meliores annos, quos tecum conſumſi. Quidam libri habent *vmquam diſcedere, &c.*

NIGROS ANG. FRONTE CAP.] iuuentam. in ſenectute enim & frons caluitio dilatatur, & capillus canitie albeſcit.

INTER VINA FVGAM, &c.] id eſt, vno verbo, reddes ætatem ad leuitates amatorias aptam. Nam ſiquem decet puellæ, aut mulieris

A alicuius impudicæ diſceſſum, & fugam inter vina iniquo animo ferre, & mærere : decet iuuenem, non virum : & multo minùs ſenem.

Tenvis] inani ventre.

Repserat] contrahens, & demittens ſe introiuerat.

Pasta] iam ſatura.

Rvrsvs ire] id eſt, redire, πάλιν ἰέναι.

Tendebat] conabatur, contendebat.

Cvmeram frvmenti] vas vimineum, ſeu, vt alij malunt, fictile, in quo frumentum à ruſticis, & plebeijs hominibus condebatur, ſaty. 1. libr. 1. *Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris?* κυψέλη nominatur à Græcis. capiebat autem medimnos ſex.

B Qvem mac. svbisti] quem tum ingreſſa es, cùm macra, & gracilis eſſes, cauus, quiuis locus excauatus. ſat. 6. lib. 2. *me ſilua, cauuſque Tutus ab inſidijs tenui ſolabitur aruo.*

Hac ego si compellor imagine] non recuſo, exemplo vulpis ſaturæ, omnia tibi reddere, ſi me nuſquam abs te diſcedere velis, & ſi iubeas me etiam valetudinis incommodo ſemper apud te hærere. Omnes ferè libri manuſcr. ſic habent. *ſi compellor* : vulgati plerique *ſi compellar*. non prorſus malè. alij *ſi compeller*, mendosè, opinor. nam *compellor* à verbo compello is, accipiendum eſſe videtur, non à compello, as.

Resigno] reſtituo. vt ſupr. Od. 29. libr. 3. de fortuna, *Laudo manentem. ſi celeres quatit Pennas,* C *reſigno, quæ dedit.*

Nec somn. pl. lavdo satvr, &c.] nec animi tranquillitatem, & ſecuram (vt Virgil. appellat) quietem plebeiorum hominum, ideò laudo, quòd epularum exquiſitarum, & lautarum ceperit me ſatietas, & quòd lautus ſim iam, & copioſus, aliter ſenſurus, ſi egerem, & ſi amicitias principum expertus non eſſem : immò verò, etſi non eſſem huiuſmodi dapibus, & cenis expletus, animi ſecuritatem, & ſomnum quietum, ac facilem, nihilominus optabilem, atque expetendum putarem : nec libertatem otioſam cum ampliſſimis diuitijs commutare vellem.

Altilivm] animalium, quæ eo conſilio aluntur, vt ſaginentur, & ſaginata edantur : epu- D larum exquiſitarum, & ſumtuoſarum.

[Otia divitiis Ar.] nec ego &c. ſic Ageſilaus apud Xenoph lib. 4. ἐλλεω. καὶ τοι ἐλεύθερον εἶναι, ἐγὼ μὲν οἶμαι ἀντάξιον εἶναι τῶν πάντων χρημάτων, id eſt, Atqui liberum eſſe puto cum omnibus pecunijs eſſe dignitate & precio comparandum.]

Arabvm] ſup. Od. 28. lib. 1. *Icci, beatis nunc Arabum inuides Gazis.*

Sæpe verec. lavdasti] ſæpe pudorem meum laudaſti, ex quo me minimè cupidum, & paucis contentum eſſe cognouiſti.

Rèxqve, patèrqve avdisti coràm] audiſti rex, id eſt, appellatus & ſalutatus es rex. ſic enim & Græci, & Latini loquuntur. Theocrit. εἰδ. ιϛ. quod inſcribitur Χάριτες, Ὄφρα καὶ εἰν Ἀΐδαο κεκρυμμένος ἐσθλὸς ἀκούσῃς. id eſt, vt etiam apud inferos, & in domo Plutonis conditus, bonus audias. & Sophocles in OEdipode Colon. Ἀλλ. οὐ γὰρ οὔτ᾽ ἐν τοῖς δ᾽ ἁλώσομαι κακὸς Γάμοισιν, οὔθ᾽, οὓς αἰὲν ἐμφέρεις σύ μοι φόνους πατρῴους ἐξονειδίζων πικρῶς. id eſt, at neque in his nuptijs malus audiam, neque in cædibus paternis, quas tu mihi ſemper maledicti loca amarè obijcis. Demoſt. περὶ στεφ. ἀντὶ γὰρ φίλων καὶ ξένων, ἃ τότε ὠνομάζοντο, ἡνίκα ἐδωροδόκουν, νῦν κόλακες καὶ θεοῖς ἐχθροί, καὶ τ᾽ ἄλλα, ἃ προσήκει, πάντ᾽ ἀκούουσι. nam pro amicis & hoſpitibus, quibus tunc nominibus appellabantur, cùm munera capiebant, nunc aſſentatores & dijs inimici homines, & ſimilia, quæ eis conueniunt, nomina audiunt. Iterum Horat. epiſt. ad Quinctium hoc libro, *Tu rectè viuis, ſi curas eſſe, quod audis.* & ſat. 7. lib. 2. *Subtilis veterum iudex, & callidus audis.* ex quo illa nata ſunt apud M. Tull. & ceteros bonos ſcriptores vſitatiſſima, *benè, & malè audire*. rex autem hoc loco ſuperiorem amicum ſignificat, qui alit inferiorem, & tenuiorem, vt ſup. annotaui ad Od. 36. lib. 1.

Nec verbo parc. abs.] appellatus es à me rex & coràm, & nihilominus abſens.

Inspice si possvm] id eſt, cum animo tuo conſidera, vtrùm libenter, ac iucundè ea, quæ mihi donaſti, tibi ſim redditurus, néene.

Havd malè Telem. prol. pat.] non malè Telemachus Vlyſſis filius Menelao reſpondit, equos ei pollicenti, & donare volenti.

Patientis] expreſſit epitheta Homeri. ſic enim paſſim nominatur in Iliade, & Odyſſ. ταλασίφρων, πολύτλας· & ab alijs πολυτλήμων.

Non est aptvs eqvis] locus eſt ὀδ. δ. vbi ſic Telemachus, Ἐν δ᾽ Ἰθάκῃ οὔτ᾽ ἄρ δρόμοι εὐρέες, οὔτε τι λειμών· Αἰγίβοτος, καὶ μᾶλλον ἐπήρατος, ἱπποβότοιο. Οὐ γάρ τις νήσων ἱππήλατος, οὐδ᾽ εὐλείμων, Αἵθ᾽ ἁλὶ κεκλίαται, Ἰθάκη δέ τε καὶ περὶ πασέων. id eſt, in Ithaca autem neque apta ſunt ad curſum ſpatia, neque prata. Quin aſpera eſt, & à capris depaſta, & tamen gratior, quàm ſi equos paſceret. Nulla enim inſularum eſt, quæ in mari iacent, planis ſpatijs porrecta, & equis agitandis apta, neque pratis abundans, & herboſa: Ithaca autem omnium minimè. ſic Ariſtot. li. 1. de arte dicendi, τὰ ἁρμόττοντα, id eſt, quæ nobis accommodata ſunt, bona eſſe dicit. contraria ergo mala.

Porrectvs spatiis] loca porrecta à Iulio Cæſare dicuntur lib. 2. de bello Gallico, neque montibus interſepta, neque ſiluis impedita. ſic enim loquitur ille, *Cùm ſe illi identidem in ſiluas ad ſuos reciperent, ac rurſus è ſilua in noſtros impetum facerent, neque noſtri longiùs, quàm, quem ad finem porrecta, atque aperta loca pertinebant, &c.*

Prodigvs herbæ] largè herbam efferens : herba abundans, herbæ ferax. ſuprà *Arcanique fides prodiga*. Od. 18. lib. 1.

Regia Roma] vt epiſt. ad Bullatium, *Crœſi Regia Sardis*. Oda 3. li. 4. *Romæ principis vrbium, &c.*

Imbel-

Digitized by Google

A IMBELLE TARENTVM] otioſum, quietum, à bello vacuum, & voluptarium: quod declarat M. Tull. ep. ad Trebatium, *Indicauit mihi Panſa meus Epicureum te eſſe factum. O caſtra præclara. quid feciſſes, ſi te Tarentum, & non Samarobrinam miſiſſem?* Tum Athenæus lib. 4. ſic ſcribit de Tarentinis, λέγουσι καὶ τοῦτόν τινα λόγον οἱ Ταραντῖνοι, τοὺς μὲν ἄλλους ἀνθρώπους διὰ τὸ φιλοπονεῖν, καὶ περὶ τὰς ἐργασίας διατρίβειν, παρασκευάζεσθαι ζῆν, αὐτοὺς δὲ διὰ τὰς συνουσίας καὶ τὰς ἡδονὰς, οὐ μέλλειν, ἀλλ' ἤδη βιοῦν. id eſt, Dicunt & hoc Tarentini, alios quidem homines, propterea quòd induſtrij & laborioſi ſunt, & in opere faciundo aſſiduè verſantur, parare ſe ad viuendum: ſe autem propter molleis concubitus, & B voluptates, non conſtituere in futurum, ſed iam viuere.

PHILIPPVS] *L. Philippus eloquentia, grauitate, florentiſſimus ciuitatis*, vt ait Cic. orat. pro Quinctio. de eodem ſic in Bruto, *Duobus igitur ſummis, Craſſo, & Antonio. L. Philippus proximus accedebat, &c.* hic dicebat, ſe tum, cùm brachium concalefeciſſet, ſolere pugnare, vt ſcribit M. Tullius 2. de Oratore.

HORAM] dici. dies enim in duodecim horas inæqualeis diuidebatur. ſat. 5. lib. 1. *quarta vix demum exponimur hora.*

CARINAS] hac in vrbis regione Philippi domus erat. ibidem etiam Ciceronis: ibidem & Pompeij magni. notus iocus Sext. Pompeij in M. C Antonium, qui domū Pompeij occuparat. quem referunt cùm alij, tùm Plutarch. in Anton. & Patereulus. Paterculi verba ſunt hæc, *haud abſurdè Sex. Pompeius, cùm in naui Cæſarem, & Antonium cena exciperet, dixit, in Carinis ſuis ſe cenam dare.* Carinas, lautas appellat Virgil. lib. 8. Æneid. ibi, *paſſimq́; armenta videbant, Romanóque foro, & lautis mugire Carinis*: vel propter ædificiorum elegantiam (inquit Seruius) vel propter Auguſtum, qui à Curijs veteribus natus eſt, & in Carinis nutritus ac ſublatus. dictæ autem Carinæ à carinarum nauis ſimilitudine.

ADRASVM QVENDAM] ex libris veterib. alij habent *Arraſum*, alij *Adraſum*, alij *Abraſum*.

D TONSORIS IN VMBRA] in officina, in pergula, in vmbraculo. Sed cur vacua? quia ad tonſorum officinas ſolent conuenire loquaces homines & otioſi. lege annot. ad verſum illum ſat. 7. li. 1. *Omnibus & lippis notum & tonſorib. &c.*

DEMETRI] inquit Philippus Demetrij dominus.

PVER HIC] Demetrius, ſeruus Philippi. Ode 38. lib. 1. *Perſicos odi, puer, apparatus.* ſaty. 6. lib. 1. *Cum Tiburte via prætorem quinque ſequuntur Te pueri laſanum portantes.* Oda 19. lib. 3. *Da noctis mediæ, da puer auguris Murenæ.* epiſt. 2. lib. 2. verſ. 2. *Si quis forte velit puerum tibi vendere, &c.* ſatyr. vlti. libr. 1. verſu vlt. *I puer, atque meo citùs hæc ſubſcribe libello.* ſat. 7. lib. 2. *an hic peccat, ſub noctem qui puer vua Furtiuam mutat ſtrigilem, &c.*

A CVLTELLO PROPRIOS PVRG.] quidam libri veteres habent *Cultello proprio*: in his Nicotianus vnus. præterea nonnulli alij habent *reſecantem* pro *purgantem*. ſed hoc *reſecantem*, tamquam ex annotatione natum, reſeco, ac reijcio. *proprio* probo, vt cohæreat cum voce *cultello*.

NON LÆVÈ] non ſtultè, οὐ σκαιῶς Virgil. in Tityro, *Si mens non læua fuiſſet.* Catull. in Cæſarem, *an hæc ſiniſtra liberalitas, Parum expatrauit?* Horat. in epiſtol. ad Piſon. *ô ego læuus, Qui purgo bilem ſub verni temporis horam.* & læuum tempus pro inopportuno, ſat. 4. libr. 2. *cum te ſic tempore læuo Impellarim.*

B ABI, QVÆRE, ET REFER] *& refer*, ad me ſcilicet, id eſt, mihi renuntia. mira breuitas, vt tertio abhinc verſu, *it, redit, & narrat.*

VNDE DOMO, QVIS?] ſic loquitur Virgil. Æneid. 7. *Qui genus? vnde domo? pacemne huc fertis, an arma?* Propert. libr. 2. *Qualis, & vnde genus: qui ſint mihi, Tulle, Penates.*

CVIVS FORTVNÆ] diues, an pauper, M. Tull. epiſt. ad Q. Valerium Q. F. lib. 13. *Grauiſſimum autem eſt, cùm ſuperior factus ſis ordine, inferiorem eſſe fortuna.*

PRÆCONEM] præconis munus erat in comitijs tribus citare: qui magiſtratus eſſent creati, renuntiare: leges, quæ ſuadebantur, pronuntiare: in iudicijs, iudices, teſteis, reos citare: in auctionibus, rerum pretia declarare.

C TENVI CENSV] tenui re familiari, tenui fortuna. cenſus eſt, quātum quis ex omnibus ſuis bonis auctione facta venditis, reficere poteſt.

ET CESSARE] & feriari interdum: non ſemper eſſe occupatum in re quærenda, & negotio gerendo, σχολάζειν.

ET QVÆRERE, ET VTI] quærit rem auarus, ſed non vtitur: vt ſat. 3. lib. 2. *Qui nummos, aurúmque recondit neſcius vti Compoſitis, metuénſque velut contingere ſacrum.* & epiſt. de arte poët. *Quærit, & inuentis miſer abſtinet, ac timet vti.* hic Mæna autem rem quærebat, & rebus quæſitis, ac partis vtebatur.

GAVD. PARVÍSQVE SODAL.] in quibuſdam codicibus diſtinctionis nota ponitur poſt particip. *Gaudentem.* ea autem tollenda eſt. D ſat. 5. lib. 2. *Gaudentem nummo.*

ET LARE CERTO] domicilio certo, ac ſtabili, non vita vaga.

ET POST DECISA NEGOTIA] & negotijs ſuis tranſactis, & confectis.

CAMPO] Martio. in quo complura ludorum genera exercebantur. Horat. epiſt. de arte poët. *Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis.* homines otioſos, & feriatos in campo Martio frequenteis eſſe conſueuiſſe, declarat M. Tullius in oratione pro P. Quinctio, *Vixit enim ſemper inculté, atque horridè. natura triſtis, ac recondita fuit: non ad ſolarium, non in campo, non in conuiuijs verſatus eſt.*

SCITARI LIBET EX IPSO] non eſt mihi ſatis ex te audire: volo ex ipſo Mena quærere. verba Philippi.

nummum æreum inſpiciendum dedit mihi Clemens Teueninus, & alterũ argẽteum. Idem duos alios nummos argenteos oſtendit, quorum alter ſic erat notatus V. quæ nota ſignificat valere quinq; aſſeis, ſeu duos ſeſtertios, id eſt, dimidiam partem denarij: alter ſic, X: quæ ſignificat valere denarium, id eſt, decem aſſeis, ſeu quatuor ſeſtertios. dictus autem ſeſtertius, *quaſi ſemis tertius* (inquit Varro lib. 5. de lingua Lat.) *dupondius enim, & ſemis, antiquus ſeſtertius eſt.* éſtq; quarta pars denarij. Nam denarius quattuor ſeſtertios continet. quòd ſi ſeſtertius ad rationem monetæ noſtræ Gallicæ redigatur, quinquaginta circiter ſeſtertij, aureum hodiernum ſcutatum conſtituẽt: denarius autem erit ferè duodecima pars noſtri aurei. Atque hæc de ſeſtertio, & denario perſpicua eſſe poterunt exemplis. M. Tull. frumentar. *Quid ergo à me tibi nummorum dari poteſt, cùm ſenatus tibi quaternos nummos dederit? quid poſcat, attendite. & vos quæſo ſimul iudices, æquitatem prætoris attendite. Quaternos* H-S, *quos mihi ſenatus decreuit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in ciſtam transferam ex fiſco. Quid poſteà? quid? pro ſingulis modijs, quos tibi impero, mihi octonos* L-L-S *dato. qua ratione? quid quæris rationem? non tantam rationem res habet, quantam vtilitatem, atque prædam. Dic (inquit ille) planius. Senatus te voluit mihi nummos dare, me tibi frumentum metiri: tu eos nummos, quos mihi ſenatus dare voluit, ipſe habebis? à me, cui ſingulos denarios dari oportuit, binos auferes? &c.* Ex hoc loco intelligi poteſt, quattuor ſeſtertios vbi denario pares eſſe, ſi conferas illa verba, *pro ſingulis modijs, quos tibi impero, tu mihi octonos* L.L.S *dato*, cum his, *à me cui ſingulos denarios dari oportuit, binos auferes?* Denique ſeſtertius ferè duos aſſeis cum dimidio valebat, aſſem autem conſtat tertiam partem ſolidi Gallici, ſeu ſolidum Venetum valuiſſe. Suetonius ſcribit C. Iulium populo Ro. hortos circa Tiberim publicè, & viritim trecenos ſeſtertios legauiſſe. quæ ſumma æſtimatione æqualis ferè eſt ſex aureis Gallicis ſcutatis hodiernis. at ſi ciuibus Ro. ſingulis trecena ſeſtertia legata eſſent, ſena circiter millia aureorum ſcutatorum noſtrarium eis legata fuiſſe intelligerentur: quam ſummam neque populo Ro. viritim legatam eſſe, neque ſi legata fuiſſet, ex bonis C. Iulij Cæſaris redigi potuiſſe credibile eſt. Seſtertium igitur dicimus mille ſeſtertios nummos valuiſſe. id planum fiet exemplis, quorum id primum ſit, quod nobis hic locus ſuppeditat. Quænam fuiſſet hæc Philippi in Menam liberalitas, ſi ſeptem ſeſtertios nummos, id eſt, vix octodecim ſolidos, ſeu marketos Venetos, aut ſex Gallicos ei donaſſet, totidémque mutuos dediſſet? Idem Horat. epiſt. ad Iul. Florum, lib. 2. epiſt. de quodam Luculli milite, qui caſtellum Mithridatis munitiſſimum ceperat, *Clarus ob id factum, donis ornatur honeſtis, Accipit & bis dena ſuper ſeſtertia nummûm.* nónne ridicula fuiſſet Luculli in militem illum ſiue Valerianus fuerit, ſiue quis alius, munificentia, ſi viginti ſeſtertios, id eſt, xx. Carolinos noſtros, ei donatos intelligeremus? quòd ſi quis quærat quid ſibi velit vox *nummûm*, dico bis dena ſeſtertia nummûm poſitũ eſſe, pro eo, quod eſt, bis dena, ſeu xx. millia ſeſtertiûm nummûm, atque ita locutus eſt M. Tull. Verr. de iure dicundo. *Redeunt illi Rhegio Syracuſas: quæri cum multis, ita vt ſit, incipiunt, ſeſe* L-L-S LXXX. *nummûm fruſtra dediſſe.* id eſt, octoginta millia ſeſtertiûm nummûm. Idem Horatius ſatyra tertia libri primi, *decies centena dediſſes Huic parco paucis contento quinque diebus: Nil erat in loculis.* decies centena ſeſtertia, ſeu decies centena ſeſtertiûm millia, noſtra ratione valent circiter xxv. aureorum hodiernorum millia. Oſtendamus etiam ex M. Tullio, ſeſtertium valere mille ſeſtertios. Verr. de iure dicundo, *Dicebant quantum cuique eius iuſſu nummorum eſſet datum: gemebant Syracuſani: ſed tamen patiebantur: repente recitatur vno nomine* L-L-S CCL. *millia iuſſu prætoris data.* ſequitur mox alijs verbis eadem ſententia. *numerãtur illa* L-L-S *ducenta quinquaginta Syracuſanis. ea quemadmodum ad illum poſteà per pſeudothyrum reuertantur, tabulis vobis & teſtibus iudices planum faciam.* Idem epiſt. lib. 3. ad Rufum, *Reliquum eſt de ſeſtertiûm centum millibus, de quibus memini mihi à te Myrina litteras eſſe allatas, non me errati, ſed tui, in quo peccatum videbatur eſſe, ſi modo erat, fratris tui, & Tullij.* eadem epiſtola mox eandem ſummam iterat alijs verbis. *Quòd ſi mihi expenſa iſta ſeſtertia centum tuliſſes, tamen, quæ tua eſt ſuauitas, quique tuus in me amor, nolles à me hoc tempore æſtimationem accipere.* En, quæ ſuprà ſeſtertiûm centum millia dixit, hîc ſeſtertia centum appellat. Idem Paradox. vlt. de Craſſo, *capit ille ex ſuis prædijs ſexcenta ſeſtertia, ego centena ex meis.* nónne exploderetur, ſi quis diceret Craſſum ex ſuorum prædiorum fructibus ſexcentos ſeſtertios duntaxat, M. Tull. ex ſuis centum refeciſſe? Idem ad Attic. lib. 2. *de Terentia autem (mitto cetera, quæ ſunt innumerabilia) quid ad hoc addi poteſt? ſcripſerat, vt* L-L-S XII. *permutaret: tantum eſſe reliquum de argento, miſit illa* CCIↃↃ. (*id eſt*, decem millia) *mihi, & aſcripſit tantum eſſe reliquum. Cùm hoc tam paruum de paruo detraxerit, perſpicis quid in maxima re fecerit?* Queritur his verbis M. Tull. de Terentia, quòd, cùm ab ea exſpectaret XII. millia ſeſtertiûm, decem millia duntaxat miſerit, & de tam parua ſumma, videlicet, duodecim millibus ſeſtertiûm, duo millia detraxerit, id eſt, ex trecentis aureis noſtris, quinquaginta. quis erit tam excors, qui hoc loco ſeſtertia duodecim idem eſſe dicat, quod ſeſtertios duodecim, cum ex ſeſtertijs nummis XII. nullo modo duo ſeſtertiûm millia detrahi poſſint? Accedant ſuperioribus exemplis alia ex Catullo, Salluſtio, Martiali. Catullus igitur ad Furium, *Furi, cui neque ſeruus eſt, neque arca, Nec cimex, &c. Hæc tu tu commoda tam beata, Furi, Noli ſpernere, nec putare paruo: Et ſeſtertia, quæ ſoles precari Centum, deſine: nam ſat es beatus.* Non eſt profectò veriſimile, hunc Furium à Dijs immortalibus centum ſeſtertios, id eſt, vix duos aureos hodiernos optare in animum vnquàm induxiſſe. Quid? in eo epigrammate, quod ſcripſit idem poëta ad

nummum æreum inſpiciendum dedit mihi Cle- A
mens Teuenınus, & alterũ argẽteum. Idem duos
alios nummos argenteos oſtendit, quorum alter
ſic erat notatus V. quæ nota ſignificat valere
quinq; aſſeis, ſeu duos ſeſtertios, id eſt, dimidiam
partem denarij: alter ſic, X: quæ ſignificat valere
denarium, id eſt, decem aſſeis, ſeu quattuor ſeſter-
tios. dictus autem ſeſtertius, *quaſi ſemis tertius* (in-
quit Varro lib. 5. de lingua Lat.) *dupondius enim,
& ſemis, antiquus ſeſtertius eſt.* eſtq; quarta pars de-
narij. Nam denarius quattuor ſeſtertios conti-
net. quòd ſi ſeſtertius ad rationem monetæ no-
ſtræ Gallicæ redigatur, quinquaginta circiter ſe-
ſtertij, aureum hodiernum ſcutatum conſtituẽt:
denarius autem erit ferè duodecima pars noſtri
aurei. Atque hæc de ſeſtertio, & denario perſpi- B
cua eſſe poterunt exemplis. M. Tull. frumentar.
*Quid ergo à me tibi nummorum dari poteſt, cùm ſenatus
tibi quaternos nummos dederit? quid poſcat, attendite. &
vos quaſi ſimul iudices, æquitatem prætoris attendite.
Quaternos* H-S, *quos mihi ſenatus decreuit, & ex ærario
dedit, ego habebo, & in ciſtam transferam ex fiſco. Quid
poſteà? quid? pro ſingulis modijs, quos tibi impero, mihi
octonos* L-L-S *dato. qua ratione? quid quæris rationem?
non tantam rationem res habet, quantam vtilitatem, at-
que prædam. Dic (inquit ille) planius. Senatus te vo-
luit mihi nummos dare, me tibi frumentum metiri: tu
eos nummos, quos mihi ſenatus dare voluit, ipſe habebis?
à me, cui ſingulos denarios dari oportuit, binos auferes?
&c.* Ex hoc loco intelligi poteſt, quattuor ſeſter-
tios vbi denario pares eſſe, ſi conferas illa verba, C
pro ſingulis modijs, quos tibi impero, tu mihi octonos LLS
dato, cum his, *à me cui ſingulos denarios dari oportuit,
binos auferes?* Denique ſeſtertius ferè duos aſſeis
cum dimidio valebat, aſſem autem conſtat ter-
tiam partem ſolidi Gallici, ſeu ſolidum Venetum
valuiſſe. Suetonius ſcribit C. Iulium populo Ro.
hortos circa Tiberim publicè, & viritim trece-
nos ſeſtertios legauiſſe. quæ ſumma æſtimatione
æqualis ferè eſt ſex aureis Gallicis ſcutatis ho-
diernis. at ſi ciuibus Ro. ſingulis trecena ſeſter-
tia legata eſſent, ſena circiter millia aureorum
ſcutatorum noſtratium eis legata fuiſſe intelli-
gerentur: quam ſummam neque populo Ro. vi-
ritim legatam eſſe, neque ſi legata fuiſſet, ex bo-
nis C. Iulij Cæſaris redigi potuiſſe credibile eſt. D
Seſtertium igitur dicimus mille ſeſtertios num-
mos valuiſſe. id planum fiet exemplis, quorum id
primum ſit, quod nobis hic locus ſuppeditat.
Quænam fuiſſet hæc Philippi in Menam libera-
litas, ſi ſeptem ſeſtertios nummos, id eſt, vix octo-
decim ſolidos, ſeu marchetos Venetos, aut ſex
Gallicos ei donaſſet, totidémque mutuos dediſ-
ſet? Idem Horat. epiſt. ad Iul. Florum, lib. 2. epiſt.
de quodam Luculli milite, qui caſtellum Mithri-
datis muniti ſſimum ceperat, *Clarus ob id factum, do-
nis ornatur honeſtis, Accipit & bis dena ſuper ſeſtertia
nummûm*. nónne ridicula fuiſſet Luculli in mili-
tem illum ſiue Valerianus fuerit, ſiue quis alius,
munificentia, ſi viginti ſeſtertios, id eſt, xx. Caro-
linos noſtros, ei donatos intelligeremus? quòd ſi
quis quærat quid ſibi velit vox *nummûm*, dico bis
dena ſeſtertia nummûm poſitũ eſſe, pro eo, quod
eſt, bis dena, ſeu xx. millia ſeſtertiûm nummûm,
atque ita locutus eſt M. Tull. Verr. de iure di-
cundo. *Redeunt illi Rhegio Syracuſas: quærunt cum mul-
tis, ita vt fit, incipiunt, ſeſe* L-L-S LXXX. *nummûm
fruſtrà dediſſe*. id eſt, octoginta millia ſeſtertiûm
nummûm. Idem Horatius ſatyra tertia libri
primi, *decies centena dediſſes Huic parco paucis con-
tento quinque diebus: Nil erat in loculis.* decies cente-
na ſeſtertia, ſeu decies centena ſeſtertiûm millia,
noſtra ratione valent circiter xxv. aureorum ho-
diernorum millia. Oſtendamus etiam ex M. Tul-
lio, ſeſtertium valere mille ſeſtertios. Verr. de iu-
re dicundo, *Dicebant quantum cuique eius iuſſu num-
morum eſſet datum: gemebant Syracuſani: ſed tamen pa-
tiebantur: repente recitatur vno nomine* L-L-S CCL.
millia iuſſu prætoris data. ſequitur mox alijs verbis
eadem ſententia. *numerãtur illa* L-L-S *ducenta quin-
quaginta Syracuſanis. ea quemadmodum ad iſtum poſteà
per pſeudothyrum reuertantur, tabulis vobis & teſtibus
iudices planum factum.* Idem epiſt. lib. 3. ad Rufum,
*Reliquum eſt de ſeſtertiûm centum millibus, de quibus
memini mihi à te Myrina litteras eſſe allatas, non meo er-
rato, ſed tuo, in quo peccatum videbatur eſſe, ſi modo e-
rat, fratris tui, & Tullij.* eadem epiſtola mox ean-
dem ſummam iterat alijs verbis. *Quòd ſi mihi ex-
penſa iſta ſeſtertia centum tuliſſes, tamen, qua tua eſt ſua-
uitas, quique tuus in me amor, nolles à me hoc tempore
æſtimationem accipere.* En, quæ ſuprà ſeſtertiûm
centum millia dixit, hìc ſeſtertia centum appel-
lat. Idem Paradox. vlt. de Craſſo, *capit ille ex ſuis
prædijs ſexcenta ſeſtertia, ego centena ex meis.* nónne
exploderetur, ſi quis diceret Craſſum ex ſuorum
prædiorum fructibus ſexcentos ſeſtertios dunta-
xat, M. Tull. ex ſuis centum recepiſſe? Idem ad At-
tic. lib. 2. *de Terentia autem (mitto cetera, quæ ſunt in-
numerabilia) quid ad hoc addi poteſt? ſcripſerat, vt*
L-L-S XII. *permutaret: tantum eſſe reliquum de argen-
to, miſit illa* CCIↃↃ. *(id eſt,* decem millia) *mihi, &
aſcripſit tantum eſſe reliquum. Cùm hoc tam paruum de
paruo detraxerit, perſpicis quid in maxima re fecerit?*
Queritur his verbis M. Tull. de Terentia, quòd,
cùm ab ea exſpectaret XII. millia ſeſtertiûm, de-
cem millia duntaxat miſerit, & de tam parua
ſumma, videlicet, duodecim millibus ſeſter-
tiûm, duo millia detraxerit, id eſt, ex trecentis
aureis noſtris, quinquaginta. quis erit tam ex-
cors, qui hoc loco ſeſtertia duodecim idem eſſe
dicat, quod ſeſtertios duodecim, cum ex ſeſtertijs
nummis XII. nullo modo duo ſeſtertiûm millia
detrahi poſſint? Accedant ſuperioribus exemplis
alia ex Catullo, Salluſtio, Martiali. Catullus igi-
tur ad Furium, *Furi, cui neque ſeruus eſt, neque arca,
Nec cimex, &c. Hæc tu tu commoda tam beata, Furi,
Noli ſpernere, nec putare paruꝭ: Et ſeſtertia, quæ ſoles pre-
cari Centum, deſine: nam ſat es beatus.* Non eſt profe-
ctò veriſimile, hunc Furium à Dijs immortalibus
centum ſeſtertios, id eſt, vix duos aureos hodier-
nos optare in animum vnquàm induxiſſe. Quid?
in eo epigrammate, quod ſcripſit idem poëta ad

Silonem lenonē, *Aut ſodes, mihi redde decem ſeſtertia Silo, &c.* decem ſeſtertia, decem ſeſtertios nummos interpretabimur, vt dicamus Catullum vix quintam partem aurei noſtri huic lenoni dediſſe ea lege, vt puellam ab eo acciperet, deinde ab illo deluſum, tantillam pecuniam repopoſciſſe? Salluſtius de coniurat. Catil. ſcribit, ſi quis quid indicaſſet de coniuratione, quæ contra rempub. facta erat, præmium ſeruo libertatem, & ſeſtertia centum: libero, impunitatem eius rei, & ſeſtertiorum ducenta millia ſenatum decreuiſſe. quid minùs credibile, quàm ſeſtertios centum, pecuniam viliſſimam, cum libertate, re omnium cariſſima, ſenatum coniunxiſſe? Martialis (vt eſt in epigrammate quodam li. 6.) ſex ſeſtertia à Pæto petiuerat: ille non negauerat quidem, ſed longo poſt tempore tradiderat: Martialis in eum ſic ſcribit, *Sex ſeſtertia ſi ſtatim dediſſes, Cum dixti mihi, ſume, tolle, dono: Deberem tibi, Pæte, pro ducentis. At nunc cum dederis, diu moratus, Poſt ſeptem, puto, vel nouem Kalendas, Vis dicam tibi veriora veris? Sex ſeſtertia, Pæte, perdidiſti.* non ſit profectò audiendus, qui dicat, Martialem ſex ſeſtertios à Pæto vnquam petiuiſſe, vix nonam aurei noſtri partē: aut, cùm eam pecuniolam accepiſſet, tanti eam feciſſe, vt Pæto ſcriberet, eam ſcitè illi petijſſe, quòd ſerò liberalis fuiſſet.

Ex nitido fit rusticus] *ex nitido*, id eſt, vrbano, & bene habito, *fit ruſticus*, id eſt, impolitus, ſcaber, horridus & obſoletus. Vrbani enim homines magnam partem cultiores, comtiores, mundiores, ac nitidiores ruſticis ſolent eſſe. ruſtici contrà horridi, ſcabri, inculti, ſtrigoſi, & illoti. ſup. epiſt. 3. *Me pinguem & nitidum bene curata cute viſes Cum ridere voles, &c.* Nitidus autem nō eum tantum ſignificat, qui in victu mundus, & minimè ſordidus eſt, verùm etiam qui in ſumtu faciendo elegans, & minimè parcus eſt. Plaut. Aulul. *Tamen e meo quidem animo, aliquanto facias rectius, Si nitidior ſies in filiæ nuptijs.*

Svlcos et vin. crep. mera] nihil aliud loquitur, nihilque aliud habet in ore, quàm ſulcos, & vineta. M. Tull. ad Attic. lib. 9. *Dolabella ſuis litteris Idibus Martij datis merum bellum loquitur.* vide quæ notaui ad Od. 18. lib. 1. de verbo *crepandi*. Vineta autem, loca ſunt vitibus conſita. ſup. epiſt. ad Auguſt. *Vt vineta egomet cædam mea.*

Vlmos] quibus maritantur vites, alioqui viduis. vide ſuprà annotationem ad illum locum, *Altas maritat populos.* Od. 2. epod.

Senescit] maceratur, tabeſcit, conficitur. Cicero pro Sextio, *otio, & tranquillitate reipub. conſeneſcebat*. ita ſenium pro re odioſiſſima, tædiique pleniſſima vſurpatur. Cæcilius, *Tibi ego Antipho has fero. Senium eſt, cum audio.* Plautus in Sticho, *Hæ res vitæ me ſoror ſaturant: hæ mihi dimidiæ, & ſenio ſunt.* Horat. epiſtol. ad Loll. 2. *inhumanæ ſenium depone camœnæ.*

Verùm, vbi ov. f. m. p. cap.] non diſſimile eſt exemplum illud apud Xenophontem Κύρȣ παιδ. lib. 8. vbi Pheraulas, qui ex paupere diues à Cyro factus erat, deſidero tandem priſtinæ tranquillitatis, & quietis affectus, & curarum, ac moleſtiarum, quas ſibi diuitias importaſſe querebatur, multitudine offenſus, omnium bonorum ſuorum poſſeſſionem in Sacam transfert, hoc ſibi tantùm excipiens, vt ab eo, tamquam hoſpes, atque etiam parciùs, minúſque elegāter, ac ſumtuoſè, quàm hoſpes, alatur. Inter cetera autem diuitiarum incommoda, hoc quoq; commemorat, quòd neceſſe ſit homini diuiti ſæpe ab aliquo aut afferri oueis aliquot à lupo iugulatas, vel bouem è prærupto, & præcipiti loco delapſum: aut nuntiari, iumenta in morbum incidiſſe. verba Xenoph. quæ ad hūc locum pertinēt, ſunt hæc, *ἥκει δέ τις ἢ τὰ προβάτων λελυκωμένα φέρων, ἢ τοὺς βοῦς κατακεκρημνισμένας, ἢ νόσον φάσκων ἐμπεπτωκέναι τοῖς κτήνεσιν. ὥστε μοι δοκῶ, ἔφη ὁ Φεραύλας, νῦν διὰ τὸ πολλὰ ἔχειν, πλείω λυπεῖσθαι, ἢ πρόσθεν διὰ τὸ ὀλίγα.* id eſt, venit autem aut oueis eas, quæ à lupo morſæ, vel iugulatæ ſunt, afferens, aut boues, quæ præcipites è ſaxo deciderunt, aut nuntians in pecora morbum aliquem inuaſiſſe. Itaque mihi videor, inquit Pheraula, pluribus nunc moleſtijs affici propterea quia multa poſſideam, quàm antea, quia pauca haberem.

Spem ment. sec.] id eſt, minus reddidit, quàm ſperauerat agricola, ſpem fefellit. vt ſuprà Od. 1. lib. 3. *Fundúſque mendax arbore nunc aquas Culpante, nunc torrentia agros Sidera.*

Bos est enectus] bos arator *βοῦς ἀροτήρ*. Priſc. lib. 9. docens, necatum ferro, nectum verò alia vi peremtu intelligi, hunc locum teſtem producit. ſic Liuius, *fame, frigore, illuuie, ſquallore enecti.* M. Tull. Tuſc. 1 *ſiti enectus Tantalus.*

Media de nocte] ſic loquitur ſuprà epiſt. 2. *ſurgunt de nocte latrones.* & ſat. 3. lib. 2. *Vnde vxor media currat de nocte vocata.* & ſatyr. vlt. eiuſd. lib. *De medio potare die.* & epiſt 14. quæ eſt ad Villic. *Quem bibulum liquidi media de luce Falerni, &c.* de media nocte autem, de medio die, de meridie, id eſt, aliquanto poſt mediam noctem, medium diem, meridiem. ſic M. Tull. pro Murena, *Vigilas tu de nocte, vt conſultoribus tuis reſpondeas.*

Simvl] ſimulatque, vt ſæpe alibi.

Scabrvm] horridum, ſquallidum, incomtum, impexum: qui antea erat nitidus, pexus, mundus, comtus.

Intonsvm] capillus intōſus, præterquàm in pueris, mæroris, & luctus, & vitæ triſtioris erat argumentum. Suet. in Aug. *Adeo namque conſternatum ferunt, vt per continuos menſes, barba, capillóſque ſummiſſo, caput interdum foribus illideret.* vide quæ notaui ad illum locum ſatyr. 3. libr. 2. *ſapientem paſcere barbam.* Sed Ariſtoteles rhet. 1. ſcribit pulchrū eſſe Lacedæmone, comam alere, ac producere. libertatis enim ſignum eſſe, quia non ſit facile ei, qui ſit capillatus, quicquam illiberale, aut mercenarium facere: *ἐν Λακεδαίμονι κομᾶν καλόν, ἐλευθερίας γὰρ σημεῖον. οὐ γὰρ ἔστι κομῶντα ῥάδιον οὐδὲν ποιεῖν ἔργον θητικόν.*

DVRVS] durus dicitur hoc loco nimis in negotio gerendo occupatus, nullum à labore vacuum tempus intermittens, ab omnibus voluptatibus & animi oblectationibus abſtinens, homo ferreus, & pænè dicam, inhumanus, doloris ſenſu carens, ſic epiſt. ad Quinctium hoc eodem libro, *ſine paſcat durus, arétque.* aliter ſatyr. 2. lib. 1. *Sub patribus duris teronum.* A

VVLTEI] *Vultei* diſſyllabum eſt, notat Priſc. li. 7. & producit teſtem hunc verſum. Sic & *Pompei,* à recto Pompeius. Od. 7. lib. 1. *Pompei meorum prime ſodalium.*

VERVM MIHI PONERE NOM.] ſic habent omnes ferè libri veteres, cùm vulgati habeant *dicere nomen.* ponere autem, id eſt, imponere. ſic ſat. 4. lib. 2. *Ponere ſigna nouis præceptis.* B

QVOD TE] id eſt, propter quod te obſecro, vt me reddas vitæ priori. ſic Virg. libr. 6. Æneid. *Quod te per cœli iucundum lumen, & auras, Per genitorem oro, per ſpem ſurgentis Iuli, Eripe me his inuicte malis.*

DEÓSQVE PENATEIS] Cicero libro de natura Deorum 2. *Penates à penu dicti ſunt. eſt enim omne, quo veſcuntur homines, penus: aut ab eo, quod penitus inſident.* Habebat autem ſuos quiſque deos Penateis domi ſuæ. Idem pro domo ſua. *Quid eſt ſanctius, quid omni religione munitius, quàm domus vniuſcuiuſque ciuium? hic aræ ſunt, hic foci, hic Dij penates, hic ſacra, religiones, cæremoniæ continentur, &c.* iidem Lares familiares dicebantur. Hor. ſat. 5. lib. 2. *dulcia poma, Et quoſcunque feret cultus tibi fundus honores, Ante Larem guſtet venerabilior Lare diues.* Iterum M. Tull. in orat. pro P. Quinctio. quos appellauerat paullo antè deos Penateis, eoſdem paullo pòſt Lares familiareis dicit his verbis. *At hic quidem iam de fundo expulſus, iam à ſuis Dijs Penatibus eiectus eſſet.* idem infrà. *illud dico, dominum expulſum eſſe de prædio, domino à familia ſua manus allatas eſſe ante ſuos Lares familiareis.* [De dijs penatibus, & quanta ſit hac de re controuerſia inter antiquos ſcriptores, lege Arnobium libr. 3. non longè ab extr.] C

QVI SIMVL ASPEXIT, Q. D.] ſic habent omnes libri manuſcript. & item vulgati. Nonnulli tamen legi volunt, *Qui ſemel aſpexit, &c.* D & ita hunc locum explicant: qui ſemel aſpexit, quantum d. p. Diſtent, is maturè redeat. Ego nihil mutandum cenſeo, & hæc verba ſic declaro: Qui, Philippus, ſimulatque aſpexit, id eſt, cognouit, ſeu conſiderauit, quantùm dimiſſa, id eſt, relicta, diſtent à petitis: ſubintell. dixit ea, quæ ſequuntur, *maturè redeat Vulteius,* ad priùs vitæ genus ſcilicet, ſeu ad priſtinum vitæ inſtitutum, ſiue in vrbem: repetátque ea, quæ reliquit. Hæc autem ita dicuntur à Philippo, vt imperante alicui ſuorum, det operam, vt redeat Vulteius: videat eius rationes, & accipiat: agátque cum eo liberaliter, vt ille primo quoq; tempore omni negotio & moleſtia, & cura vitæ ruſticæ ſolutus ad vitam priorem reuerti poſſit. Non erat enim cõſentaneum L. Philippum, clariſſimum virum, & in rep. occupatiſſimum, cum Vulteio rationem inire & σμικρολογεῖν. Itaque dat alicui è ſuis negotium, vt eum quàm primùm diſſoluat.

MATVRÈ REDEAT] inquit Philippus. redeat quàm primùm in vrbem: & quàm primum repetat ea, quæ reliquit.

MET. SE QV. SVO M. AC P. V. EST] verum eſt, id eſt, par eſt. vt ſat. 3. libr. 2. *An quodcumque facit Mæcenas, te quoque verum eſt, Tanto diſſimilem & tanto certare minorem?* monet autem prouerbium, vt id vitæ genus vnuſquiſque ſequatur, quod ſibi aptum ſit.

TVRNEBVS.

EX lib. 5. cap. 13. Cùm in hac epiſtola ſcribitur, *benigne,* reſpondet, Aduerbium illud eſt blandè recuſantis. Eſt enim perinde ac ſi diceret, excuſatum me habeas: vt apud Ariſtophanem in Ranis, κάλλιστ' ἐπαινῶ, quod eſt laudo, renuentis eſt: & apud Terentium, rectè. Itaque illud eiuſdem epiſtolæ in eundem accipiendum ſenſum eſſe arbitror,

- at tu quantumuis tolle benignè, vt hoc reſpondentis ſit & bellè recuſantis.

Ex lib. 1. cap. 15. Ad Cynicorum Philoſophorum reſpiciens miſeram vitam poteſt videri dixiſſe Horat.

- quid diſtent æra lupinis. Vt virum bonum dicat intelligere quid donet, æſne an lupinum, vile & cynicum cibarium: atque ita mihi quidem videbatur, Sed Marc. Ant. Muretus ingenioſiſſimus & diſertiſſimus, eam excogitauit interpretationem, quæ propè geometricos, meam ſententiam refelleret. Lupinos enim aurum ait eſſe comicum, vt Plautus loquitur, quo macerato paſcuntur boues. Vt igitur in comœdia pro aureis nummis annumerantur Lupini, ſic & pueros lupini grana pro nummis ſolitos eſſe habere, atque numerare, & inter æs & lupinum parum diſtinguere. Atque idem hodiéque in Italia luſitantes pueros ementiri & æmulari Lupinis nummos ait.

Ex lib. 25. cap. 29. *- Quid diſtent æra lupinis,* cùm Horatius, inquit, ad Cynicos reſpexit, qui Lupinis etſi amaris veſcebantur plerumque, quos in pera gerebant: vnde & Ariſtoteles ſcripſit, οὐκ ἀηδῶς γὰρ Κράτης οὐκ οἶδα φησὶν πήρα δύναμιν ὑλίκην ἔχει θέρμων χοῖνιξ.

Ex lib. 5. cap. 13. Inquit Horat.

- Repoſerat in cumeram frumento, vbi cumera vas eſt vel vimineum, vel fictile reponendis idoneum frugibus: κυψέλη à Græcis niſi fallor, dicitur, Ariſtophanes, ἐξ μεδίμνων κυψέλην ἀπόλεσεν: vbi enarrator ſcribit, κυψέλη ἐστὶν εἶδος ἀγγείου ἢ μέτρου δεκτικὸν πυρῶν ἢ κριθῶν. οὐ μόνον δὲ πλεκταὶ ἦσαν αἱ κυψέλαι, ἀλλὰ καὶ κεραμικαί. In eis autem triticum aut hordeum recondere pauperes ſolebant: vt diuites in granarijs: nam granaria interdũ loca ſunt in horreis tabulis ſepta ad fruges ſeruandas ſuos cuique generi diſcluſa. Atque ita ab Iaboleno in tit. actionũ

Digitized by Google

empti & venditi vſurpatur ſic ſcribente, l. Granaria. ff. de act. emp. & vendit. *Granaria, quæ ex tabulis fieri ſolent, ita ædium ſunt, ſi & ſtipites eorum in terra defixi ſunt.* Eodem etiam modo ab Horat. poſitum in illo verſu recordor, lib. 1. ſaty. 1. A

Cur tua plus laudas cumeris granaria noſtris?

Etiam Cumeram, vt ait Feſtus, appellabant antiqui vas quoddam, quod opertum in nuptijs ferebant, in quo erant nubentis vtenſilia, quod & Camillum dicebant, eo quòd ſacrorum miniſtrum χάμιλλον appellabant. Scruta autem quæ dicit, eſſe videntur, quæ γρύτη Græci & γρυτάρια vocant, Plutarchus in Numa. quæ ſunt friuola & vilia & parua vaſa, quæ qui vendit γρυτοπώλης & γρυτάρης, id eſt, ſcrutarius & friuolarius vocatur: vnde & Friuolariæ nomen datum B Plautinæ fabulæ, quæ ætatem ferre non potuit, nec perennare: ῥωποπῶλαι idem appellabantur ex venditione ſordidarum mercium. Ita fit, vt à Latinis huic verbo præpoſitus ſit ſibilus qui in Græco non ſtridet. Eo autem nomine omnia cenſentur veteramenta, quæ per vias & rudera ſcrutando eruimus, vt multi cenſent, qui originis Latinæ verbum volunt: alij coriacea omnia & ſcortea opera vetera propriè eò ſignificari credunt, vt ſcruta quaſi ſcorta intelligantur, quæ notio latius poſteà patuerit, & ad omnem vilem & veterem ſupellectilem pertinuerit.

Dicenda, porro, *tacenda locutus*, ſic intelligi debet, vt familiariter eum in cœna loquutum intelligamus & amicè, vt qui omnem pectoris ſui C ſenſum alijs ingenuè facilèque aperiunt, nihilque celant, nec ſermones eos refugiunt freti amicitia & bonitate eius, quo cum ſunt, qui ſi eliminarentur, capitales interdum auctori forent.

EPIST. VIII. AD CELSVM ALBINOVANVM.

ARGVMENTVM.

Ad Celſum ſcribens, ſe minùs animo, quàm corpore valere dicit, in ſeipſo cùm alia quædam vitia tum inconſtantiam reprehendens: ſed ita vt illum in perſona ſua taxare videri poſſit. A D Muſa autem de non ferenda immoderatè & inſolenter fortuna eum vult admoneri.

CElſo gaudere, & bene rem gerere Albinouano
Muſa rogata refer, comiti, ſcribæq; Neronis.
Si quæret, quid agam: dic multa, & pulchra minantem,
Viuere nec rectè, nec ſuauiter: haud quia grando
Contuderit vites, oleámque momorderit æſtus:
Nec quia longinquis armentum ægrotet in agris:
Sed quia mente minus validus, quàm corpore toto,
Nil audire velim, nil diſcere, quod leuet ægrum:
Fidis offendar medicis: iraſcar amicis,
* *Cur me funeſto properent arcere veterno:*
Quæ nocuere ſequar: fugiam, quæ profore credam:
Romæ Tibur amem ventoſus: Tibure Romam,
Poſt hæc, vt valeat: quo pacto rem gerat, & ſe:
Vt placeat iuueni, percontare, vtq; cohorti.
Si dicet rectè: primùm gaudere: ſubinde
Præceptum auriculis hoc inſtillare memento:
* *Vt tu fortunam: ſic nos te, Celſe, feremus.*

CELSO GAVD. ET BENE REM GER. &c.] Græcorum more locutus eſt, Κέλσῳ χαίρειν, καὶ εὖ πράττειν, &c. ordo eſt, ô Muſa à me rogata refer, id eſt renuntia ſalutem Celſo, qui me prior ſaluere iuſſit. Plato in Charmide improbat hanc Græcorum ſalutationem, χαῖρε, id eſt, gaude: aitque multo præſtare ita ſalutare, σωφρονεῖν, quòd idem valere dicit, atque γνῶθι σεαυτόν, id eſt, noſce teipſum.

COMITI, SCRIBÆQVE] notandum inferiorem amicum, comitem nominari. ſcribam autem eum accipio, qui ſcribendis litteris ab amico potentiore propoſitus eſt.

MINANTEM] præ me ferentem, promittentem, iactantem. ſic loquitur ſatyr. libr. 2. *Atqui vultus erat pulchra, & præclara minantis*, id eſt, de te promittentis. atque eadem eſt interdum verbi ἀπειλεῖν apud Græcos ſignificatio. Homer. ὀδυσσ. θ. Ἦ μὲν ἀπείλησας βητάρμονας εἶναι ἀρίστους. id eſt, profectò minatus es ſaltatores eſſe optimos. [Ariſtophan. Pluto ἐγὼ γὰρ ἂν μειράκιον ἠπείλησα, ὅτι ὡς τοὺς δικαίους καὶ σοφοὺς καὶ κοσμίους μόνους βαδιοῦμαι. & Libanius epiſtol. μεμνήσκου δὲ ὧν ἠπεί-

λεις

λὴς ἐξιών.] iungit item hoc verbum cum accuſandi caſu Od. 28. lib. 1. *Sic, quodcumque minabitur Eurus Fluctibus Heſperijs, &c.*

Non qvia gr. Contvderit viteis] nomen Græcum χειλαζοκοπίαν videtur expreſſiſſe. tranſlatè dictum illud ſatyr. 7. lib. 2. *poſtquàm illi iuſta podagra Contudit articulos, &c.*

Momorderit] affecerit, læſerit. alibi ad frigus tranſtulit, vt ſat. 6. lib. 2. *Matutina minus cautos iam frigora mordent.* epiſt. 16. tranſlatè dixit, *Mordear opprobrijs falſis, mutémque colores?*

[Æstvs] vnum eſt ex oleæ incommodis æſtus: commemorátque Theophraſtus libr. 1. de hiſtória ſtirpium, his verbis: ἐὰν γὰρ συγκαυθῇ ἢ βρεχθῇ, &c.

Ægrotet in agris] ſic eſt ſcriptum in duob. cod. Vatic. & Iann. Faërn. Torn. Rain. Card. Ruſſ. Nicot. Cleric. ceteris. vulgati autem habent, *in aruis.*

Mente minvs validvs] animo æger potius, quàm corpore. Hippocr. Aphoriſm. γνώμῃ νοσέειν.

Cvr me fvnesto, &c.] hæc ita ſunt accipienda, quaſi pronuntientur ab Horatio offenſo, atque irato: vel *cur* hoc loco valet, propterea quòd, cuius rei exempla ſunt rariora. M. Tull. ad Atti. lib. 3. *Quod me accuſas, cur hunc meum caſum tam grauiter feram, debes ignoſcere.* frequentiora ſunt illa M. Tull. ad Cœlium libr. 2. *Quid ergo accidit, cur conſilium mutarem? nónne omnia potius, cur in ſententia permanerem?* & lib. 2. accuſat. *tamen digna cauſa eſſet, cur inimicitias hominis improbiſſimi ſuſciperem.* & pro Sextio. *male dicito Sabino, homini Reatino, cur tam temerè exclamarit occiſum.* Idem lib. 5. de finibus, ſub extrem. *non pugnem cum homine cur tantum habeat in natura boni: illud vrgeam, &c.* Titus Liuius libr. 41. *Fecerit aliquid Philippus, cur aduerſus eum armatum, & bellum gerentem hoc decerneremus.* dixit autem *me arcere veterno* pro eo, quod eſt à me veternum arcere, per hypallagen: vt epiſtol. de arte poët. *claſſes Aquilonibus arcet.*

Veterno] lethargo: vnde, qui veternoſi à Latinis, lethargici à Græcis appellantur, qui veterno laborant. Horatius ſaty. 2. lib. 2. *Vt lethargicus hic, cùm fit pugil.* vtitur hoc nomine Cicer. epiſtol. ad Cœlium libr. 2. *erat in eadem epiſtola veternus ciuitatis.* & Cœl. ad Cicer. 8. *niſi ego cum tabernarijs, & aquarijs pugnarem, veternus ciuitatem occupaſſet.* Virgil. Georgic. 1. *Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno.* funeſtum appellat hoc loco Horatius: ſtolidum Catullus in carmine ad Coloniam, *Si pote ſtolidum repente excitare veternum.* Eſt autem propriè veternus morbus, quo quis ſomni neceſſitate (vt ita dicam) adamantina vrgetur, omnium propemodum rerum oblitus.

Qvæ noc. seqvar: fvgiam, &c.] ea ſequar, quæ ſcio eſſe damnoſa: fugiam autem, quæ mihi vtilia futura exploratum habeam, quod eſt incontinentis, ſeu impotentis, id eſt, eius, quem Ariſtoteles ἀκρατῆ nominat, dictus autem ex eo eſt, quòd in illo partem animi meliorem, videlicet rationem, vincat deterior, nempe cupiditas, & libido. vide Ariſtot. lib. 7. de morib. ad Nicomach.

Romæ Tib. am. ventos.] mobilis ſim, & inconſtans. ſimile illud eſt ſaty. 7. libr. 2. *Romæ rus optas, abſentem ruſticus vrbem Tollis ad aſtra leuis.* infrà epiſt. ad Mæcen. 3. *plebem, ventoſam* nominat. Sic apud Eurip. Hippoly. coron. nutrix ait Phædram offendi præſentibus, amare, quæ abſunt, his verbis Οὐδέ σ' ἀρέσκει τὸ παρὸν τὸ δ' ἀπὸν φίλτερον ἡγῇ.

Et se] geret. Cic. ad Matium lib. 2. epiſtol. *Quónam modo me gererem aduerſus Cæſarem, vſus tuo conſilio ſum.*

Ivveni] Tiberio Claudio Neroni.

Vtqve cohorti] & quomodo cohorti placeat. ſic autem habent libri veteres, pro quo vulgati, *atque cohortes,* minùs rectè.

Svbinde] deinde, vt ſatyr. 5. libr. 2. *Sparge ſubinde.*

Instillare] tralatio eſt à rebus liquidis, quæ inſtillantur: vt ſatyr. 2. libr. 2. *Cuius odorem olei nequeas perferre, &c. Caulibus inſtillat.*

Vt tv fortvnam.] ſuprà Od. 27. libr. 3. *bene ferre magnam Diſce fortunam.* quaſi dicat: ſi ſecundam fortunam inſolenter, & immoderatè feres, nec nos inſolentiam tuam feremus.

EPISTOL. IX. AD CLAVDIVM NERONEM.

ARGVMENTVM.

Claudio Neroni Septimium commendat, & rogat vt in amicitiam ſuam eum recipiat. Sed hoc verecundè facit, & ita vt ab ipſo Nerone id tanquam pro ſuo iure petere videri non poſſit.

Septimius, Claudi, nimirum intelligit vnus,
Quanti me facias. nam, cùm rogat, & prece cogit
Scilicet, vt tibi ſe laudare, & tradere coner,
Dignum mente, domóque legentis honeſta Neronis:
Munere cùm fungi propioris cenſet amici:
Quid poſſim videt, ac nouit me valdius ipſo.

Multa quidem dixi, cur excuſatus abi-
rem:
Sed timui, mea ne finxiſſe minora pu-
tarer,
Diſſimulator opis propriæ: mihi commo-
dus vni.
Sic ego maioris fugiens opprobria culpæ,
*Frontis ad vrbanæ deſcendi * præmia.*
quòd ſi
Depoſitum laudas ob amici iuſſa pudorem:
Scribe tui gregis hunc: & fortem crede,
bonúmque.

SEPTIMIVS] hic ille eſt Septimius, ad quem ſcripta eſt Oda 6. libr. 2. *Septimi Gades aditure mecum, &c.*

NAM, CÙM ROGAT] ſecutus ſum hoc loco & teſtimonium. P. Vict. qui lib. Var lect. xx. teſtatur ita ſcriptum eſſe in antiq. cod. & meam ipſius conſcientiam, qui hanc ſcripturam offendi expreſſam in tribus cod. Vatic. & Iannoct. Faër. Torneſ. & Clericano, Nicotiano, Ruſſard. meo, neque verò quemquam commouere debet alterum, *cùm*, quod ſequitur quarto abhinc verſu. eſt enim locutio ἀσύνδετος, hoc modo, cùm rogat, cùm cenſet me propioris, id eſt, interioris, ſeu intimi amici munere fungi, *Quid poſſim videt, &c.*

ET PRECE COGIT SCILICET] legenda ſunt hęc continenti, & non intermiſſo ſpiritu, ſignificat autem, amicorum, & virorum bonorum preces vim cogendi quandam obtinere apud nos: hoc modo, cum rogat, & ſcilicet rogando cogit, &c. *quid poſſim videt.*

LAVDARE, ET TRADERE] id eſt, commẽdare, vt eum in fidem, & amicitiam tuam recipias. ſic loquitur epiſt. ad Loll. 2. hoc libro, *Fallimur & quondam non dignum tradimus.* & ſaty. 9. lib. 1. *haberes Magnum adiutorem, poſſet qui ferre ſecundas: Hunc hominem velles ſi tradere.* M. Tull. epiſtola ad Cæſ. lib. 7. *totum denique hominem tibi trado de manu (vt aiunt) in manum tuam iſtam, & victoria, & fide præſtantem* & ad Trebat. eod. libr. *ſic eì te commendaui, & tradidi, vt grauiſſimè, diligentiſſiméque potui.* Salluſt. coniur. Catil. ex epiſtol. Catilinæ, *Nunc Oreſtillam tibi commendo, tuæq; fidei trado.*

DIGNVM M. D. QVE L. H.] vel tamquam dignum mente, & domo Netonis, &c. vel reuera dignum Netonis mente, id eſt, animo, & domo, id eſt, familia, ſeu contubernio, & conuictu, legentis honeſta, id eſt, res honeſtas, & honeſtos viros eligentis, atque in ſuam amicitiam recipientis.

MVNERE CÙM FVNGI PROPIORIS] id eſt, cùm cenſet me vti munere, & fungi officio interioris amici, quid apud te poſſim, videt, &c.

A nemo enim quemquam opulento alicui. & potenti viro commendat, niſi qui apud eum gratia valeat, ſitque ei pæne intimus.

NOVIT ME VALIDIVS IPSO] proinde ac ſi diceret, non arbitror me tantùm apud te valere, vt quemquam tibi commendare, & tradere conari debeam: ſed ille tamen me rogat, vt id faciam, ſibique ita perſuaſit, me abs te impetraturum. *valdius* autem valet idem, quod magis, vt in epiſt. ad Piſones, *Valdius oblectant populum demiſſa per aurem, &c.*

MVLTA QVIDEM DIXI, CVR] multas quidem cauſas attuli, quibus hoc commendandi munus mihi ab eo impoſitum deprecarer.

SED TIMVI, MEA NE, &c. id eſt, ſed ti-
B mui, ne ei vireis meas, meámque apud te gratiam nimis extenuare, & diſſimulare videret. talis deſcribitur *εἴρων* ab Ariſtotele lib. 4. de morib. ad Nicomach. his verbis, ὁ δ' εἴρων δοκεῖ ἀρνεῖσθαι τὰ ὑπάρχοντα, ἢ ἐλάττω ποιεῖν, id eſt, diſſimulator autem ea negare videtur, quæ in ſe inſunt, aut minora fingere. ſed hoc intereſt, quòd *εἴρων* laudatur: diſſimulator opis propriæ, vituperabilis eſt, ſi ſuam opem diſſimulat, ne alteri proſit. ſic ſaty. 10. lib. 1. *Defendente vicem modo rhetoris, atque poetæ, Interdum vrbani parcentis viribus, atque Extenuantis eas conſultò.*

MAIORIS CVLPÆ] diſſimulationis, & animi in officio tribuendo reſtricti, ac maligni. Eſt
C enim maior culpa, grauiúſque peccatum nolle commendare aliquem virum bonum, & dignum amicitia potentium virorum, apud virum potentem, diſſimulando ſuam gratiam, & extenuando ſuas vireis, quàm talem virum commendando, ſubimpudentem, & ſubaudacem ab illo potente viro exiſtimari.

FRONTIS AD VRB. DESC. PRÆM.] ad impudentiam. vrbani enim perfrictioris oris eſſe ſolent, quàm ruſtici: atque hanc impudentiam, quam frontis vrbanæ præmium dicit, proximo verſiculo *depoſitum pudorem* nominat.

SCRIBE TVI GREGIS HVNC] hunc aſcribe in amicorum tuorum numerum.

ET FORTEM CR. BON. *fortem*, vel la-
D borum perferentem, & patientem miniméque mollem & leuem: vel propriè ἀνδρεῖον, id eſt, ad omnia pericula ſubeunda promtum & paratum. bonum autem, ἀγαθὸν, ἐσθλὸν, virum bonum.

EPIST. X. AD FVSCVM ARISTIVM.

ARGVMENTVM.

Fuſco Ariſtio vrbis amatori vitam ruſticam, qua ipſe delectabatur, laudat, & varia eius commoda recenſet. Simul autem ab ambitione (quæ vitam vrbanam, non ruſticam, comitatur) eum deterret.

Vrbis

VRbis amatorem Fuſcum ſaluere iubemus A
Ruris amatores: hac in re ſcilicet vna
Multum diſsimiles, ad cetera pæne gemelli
Fraternis animis: quicquid negat alter, & alter:
Annuimus pariter, * vetuli, notíque columbi.
Tu * nidum ſeruas: ego laudo ruris amœni
Riuos, & muſco circumlita ſaxa, nemúſque. B
Quid quæris? viuo, & regno: ſimul iſta reliqui,
Quæ vos ad cælum effertis rumore ſecũdo.
* Vtq; ſacerdotis fugitiuus, liba recuſo:
Pane egeo iam mellitis potiore placentis:
Viuere naturæ ſi conuenienter oportet:
Ponendæq; domo quærenda eſt area primùm:
Nouiſtine locum potiorem rure beato?
Eſt vbi * plus tepeant hiemes? vbi gratior aura C
Leniat & rabiem Canis, & momenta Leonis,
Cum ſemel accepit ſolem furibundus acutum?
Eſt vbi * depellat ſomnos minùs inuida cura?
Deterius Libycis olet, aut nitet herba lapillis?
Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum, D
Quàm, quæ per pronum trepidat cũ murmure riuum?
* Nempe inter varias nutritur ſilua columnas:
Laudatúrque domus, longos quæ proſpicit agros.
Naturam expelles furca: tamen vſque recurret:
Et mala perrũpet furtim faſtidia victrix.
Non, qui Sidonio contendere callidus oſtro
Neſcit Aquinatem potentia vellera fucum,
Certius accipiet damnum, propiúſve medullis:
Quàm, qui non poterit vero diſtinguere falſum.
Quem res plus nimio delectauere ſecundæ:
Mutatæ quatient. ſi quid mirabere, pones
Inuitus: fuge magna: licet ſub paupere tecto
Reges, & regum vita præcurrere amicos.
Ceruus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat: donec minor in certamine longo
Implorauit opes hominis, frenúmque recepit.
Sed poſtquàm victor violens diſceſſit ab hoſte:
Non equitem dorſo, non frenum depulit ore:
Sic, qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret, dominum vehet improbus: atque
Seruiet æternum, quia paruo neſciat vti.
Cui * non conueniet ſua res, vt calceus olim
Si pede maior erit, ſubuertet: ſi minor, * vret.
Lætus ſorte tua viues ſapienter Ariſti:
Nec me dimittes incaſtigatum, vbi plura
Cogere, quàm ſatis eſt, ac non ceſſare videbor.
Imperat, aut ſeruit collecta pecunia cuiq;,
Tortum digna ſequi potiùs, quàm ducere funem.
Hæc tibi dictabam poſt fanum putre Vacunæ,
Excepto, quòd non ſimul eſſes, cetera lætus.

VRBIS AM. FVSC.] Nos ruris amatores Fuſcum vrbis amatorem ſalutamus.

A Ad cetera pæne gemelli] id eſt, pares maximè & ſimiles. ductum à geminorum ſimilitudine, ad diſtinguendum, atque internoſcendum perdifficili. & ita loquuntur boni ſcriptores. M. Tull. partit. *memoria, quæ eſt gemina litteratura quodammodo, & in diſsimili genere perſimilis.* ſic enim in eo loco legendum, non vt voluit Budæus noſter, alioqui optimarum artium, & bonarum litterarum laude clariſſimus. *germana.* Idē pro Roſc. comœdo. *ſimillima, & maximè gemina ſocietas hæreditatis eſt.* Idem frumentaria ex epiſt. Timarchidis. *Volo mihi fraterculo tuo credas.* ad ea verba ſic Cicero *conſorti quidem in lucris, atque furtis: gemino, & ſimillimo nequitia, improbitate, audacia.* Idem in Piſon. *Illud vero geminum conſiliis Catilinæ & Lentuli.* Catull. in Mamurram & Cæſarem. B *Morboſi pariter, gemelli vtrique: Vno in lectulo erudituli ambo.* Pacuuius. *par fortitudo, gemina confidentia.* Horat. Satyr. 3. lib. 2. *Quinti progenies Arri, par nobile fratrum, Nequitia & nugis, prauorum & amore gemellum.* breuiter, quod Græci ἀδελφὸν nominãt pro ſimillimo, Latini geminum dicunt, non germanum, vt etiam hodie quidam docti viri putant, Budæum ſecuti.

Qvicqvid negat] quidam libri vet. habent, *ſi quid negat, &c.*

Vetvli, notiqve colvmbi] id eſt, tanquam vetuli, & noti columbi, quorum mutuus amor notus eſt. ſic omnes quidem habent libri manuſcrip. ſed videtur legendum, *Annuimus pariter vetulis, notiſque columbis,* non vt vulgò, C *vetuli, notique columbi.* dictum autem Græcorum more, *pariter vetulis, &c.* ἴσως, ſeu ὁμοίως ταῖς περιστεραῖς. ſic Homerus ἰλ. ν. οὐδέ μιν τίεν ἶσα τεκέεσσι. id eſt, hic autem eum colebat pariter liberis. & Lucretius lib. 6. *ſic fulgorem quoque cernimus antè, Quàm tonitrũ accipimus, pariter qui mittitur igni,* à columborum mutuis oculis *columbatim* fecit Matius, in his verſib. *Sinúque amicam recipio frigidã caldo, Columbatímque labra conſerens labris.* [Catull. ad Manlium. *Nec tantùm niueo gauiſa eſt vlla columbo Compar, quæ multo dicitur improbius Oſcula mordenti ſemper decerpere roſtro.*] Omninò, vt ad meam diuinationem redeam, lectio vulgata mihi videtur ferri non poſſe, *Annuimus pariter vetulis, n. q.* D *col.* id eſt, vt vulgò explicant, conſentimus, & cōcordamus inter nos, tanquam vetuli, & noti columbi. Nam hoc *tanquam* addunt de ſuo: quod videtur non fuiſſe omiſſurus Horatius, aut vocē aliquam ſimilem.

Nidvm] domicilium vrbanum. *Tu nidum ſeruas* igitur, id eſt, tu domi manes: & ita Porphyr. ſi modò Porphyrionis verba ſunt, ductum ab auibus: vt annotauimus ſuprà ad Od. 4. lib. 3.

Mvsco circvmlita] muſcoſa, lanugine illa viridi obducta. Virgil. Georg. 3. *& plena ſecundum Flumina, muſcus vbi, & viridiſsima gramine ripa.* Idem in Melib. *Muſcoſi fontes, & ſomno mollior herba.* Catul. *Riuus muſcoſo proſilit è lapide.* [Soſipater lib. 1. inſtit. gramm. *hic muſcus herba, quæ in parietibus, vel corticibus arborum* naſcitur, vel hæret.]

Qvid qværis?] ſic loquuntur boni ſcriptores, cùm paucis rem expedire volunt. M. Tul. epiſt. ad Cornific. *Quid quæris? magna ſpes eſt in eo.* Idem ad Attic. lib. 2. *Quid quæris? conturbant Græcam nationem.* ibidem. *Quid quæris? præter quercum Dodonæam, nihil deſideramus.* idem ad Qu. Fr. lib. 1. *quid quæris? nihil feſtiuius.*

Vivo et regno] beatiſſimè viuo: quouis rege beatiorem vitam viuo. verè enim regnat, qui nulli cupiditati ſeruit, & qui re ſua, quantũuis anguſta, contentus eſt. Tùm *licet ſub paupere tecto Reges, & regum vita præcurrere amicos: Et virtus vni regnum, & diadema tutum* defert, *Quiſquis ingentes oculo irretorto Spectat aceruos.* Prætereà *ſapiens vno minor eſt Ioue, Diues, honoratus, pulcher, Rex denique regum: Et pueri ludentes rex eris, aiunt, Si rectè facies: Et rectius occupat Nomen beati, qui Deorum Muneribus ſapienter vti, Duràmque callet pauperiem pati, Peiúſque letho flagitium timet.* Et paſtor ille Virgilianus patrios fineis, *Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen,* ſua *regna* nominat. Poſtremo, vt regnat, & rex eſt quiſque domi ſuæ, ita ſeruus eſt, & ſeruitutem duriſſimam ſeruit, qui diuitum, & potentiũ iſtorum amicitiam colit, qui in purpuratorum, & principum, & regum marmoreis, atque auratis ædibus ætatem agit, & conſeneſcit.

Simvl] ſimulac. millies diximus: & millies vſurpatum eſt ab Horatio.

Ad cælvm effertis] maximoopere laudatis: vt ſup. *educit in Aſtra.* Od. 2. lib. 4. & Sat. 7. lib. 2. *vrbem Tollis ad aſtra leuis.* Quidam libri veteres habent *fertis.*

Rvmore secvndo] id eſt, ex opinione, & conſenſu vulgi: approbante populo. Virg. Æneid. 8. *Ergo iter inceptum celerant rumore ſecundo.* quamquam hunc locum aliter explicat Seruius. M. Tull. Tuſcul. libro 2. *multitudini ſuſpecta, & inuiſa philoſophia eſt, vt vel, ſi quis vniuerſam velit vituperare, ſecundo id populo facere poſsit, vel, &c.* Idem contra Rull. *ſecunda concione.* Idem lib. 2. epi. ad Q. Fratr. *eum tanquam reum accuſauit multis, & ſecundis admurmurationibus cuncti ſenatus.* Caſſius ep. ad M. Tullium, cuius princ. *Non me hercule.* lib. 15. *Panſam noſtrum ſecunda voluntate hominum paludatum ex vrbe exiſſe gaudeo, &c.* ſic Liuius dixit lib. 6. *ſecundis auribus.* & lib. 27. *ſecunda fama.*

Vtqve sacerdotis fvgitivvs] id eſt, & vt ſacerdotis ſeruus. ſic enim ſeruum vocant Latini, cùm ſeruum improbum & nequam ſignificare volunt. Alioqui fugitiuus ſeruus, propriè is eſt, qui dominum reliquit, quive ab eo fũgit, conſilio non reuertendi: qui conſilium cepit fugiendi, & numquam ad dominum reuertendi. herifugam appellat Catull. in Galliambo de Attic.

Liba] placentas ex farina, & melle cōfectas. conſtant autem placentæ ferè ex farina, & melle, vt ſubindicat interpres Theocriti ad eius verſum illum εἰδ. ιε. ὅσσα τ᾽ ἀπὸ γλυκεροῦ μέλιτος, τά τ᾽ ἐν ὑγρῷ ἐλαίῳ, id eſt, & quæcumque cōficiuntur è dulci melle, & quæ ex liquido oleo.

Athenæus

Athenæus autem lib. 3. ſignificat, libum ex lacte, A & ſumine, & melle componi, his verbis, ἑξῆς δ' ἐπισυνέθη πλακοῦς ἐκ γάλακτος, ἠτρίων τε, καὶ μέλιτος, ὃν ῥωμαῖοι λίβον καλοῦσι. Denique Horatius ipſe ſatis declarat proximo verſiculo, libum eſſe placentam mellitam. Varro lib. 4. de ling. Latina, libum eò appellatū eſſe ſcribit, quòd libaretur priuſquàm eſſet coctum.

PANE EGEO] δέομαι ἄρτου. deſidero panem, vt de arte poëtica. *Si plauſoris eges aulæa manentis.*

VIVERE NATVRÆ SI CONVEN.] Hæc eſt Polemonis, & veterum Academicorum ſententia, quam probant & Peripatetici. dicebant enim finem bonorum eſſe ſecūdum naturam viuere, id eſt, virtute adhibita, frui primis à natura B datis: quod Stoici poſteà dixerunt viuere naturæ conuenienter. vide M. Tull. lib. 2. & 4. de Finib. Idem Tuſcul. 5. *Stoicorum quidem facilis concluſio eſt, qui, cùm finem bonorum eſſe ſenſerint, congruenter naturæ conuenientérque viuere, &c.* Idem de Finib. 3. *Hunc ipſum Zenonis aiunt finem eſſe, declarantem illud, quod à te dictum eſt, conuenienter naturæ viuere.* ibid. *relinquitur, vt ſummum bonum ſit viuere ſcientiam adhibētem earum rerum, quæ natura eueniant, ſeligentem, quæ ſecundum naturam: &, ſi quæ etiam contra naturam ſunt reiicientem, id eſt, conuenienter, congruentérque naturæ viuere.*

PONENDÆQVE DOMO] & ſi ponendæ domo, id eſt, ad domum ædificandam, primùm quærendum ſolum eſt, &c. Heſiod. Οἶκον μὲν πρώτιστα, &c. C

BEATO?] opulento, omni rerum copia affluente.

EST VBI PLVS, &c.] Eſtne locus vllus, vbi hiemes ſint tepidiores?

PLVS TEPEANT] minùs ſint frigidæ.

RABIEM CANIS] immoderatum Canis calorem. vide ad Od. 13. lib. 3. *Te flagrantis atrox hora Caniculæ Neſcit tangere.*

ET MOMENTA LEONIS] circiter Idus Quinctileis. ſuprà Od. 29. lib. 3. *iam Procyon furit, Et ſtella veſani Leonis Sole dies referentes ſiccos.*

FVRIBVNDVS] veſanum appellat Oda illa 29. lib. 1.

EST VBI DEPELLAT] *diuellat* habent libri vulgati: ſed *depellat* ſcriptum eſt in duob. cod. D Vatic. & Rain. Card. Iann. Faër. Torn. & Clerican. Nicotiano, vno Ruſſardino, meo, quos ſecutus ſum, quamuis videatur recepta ſcriptura probabilis. Nam ſic ferè Virg. locutus eſt Georg. 3. *nec ſomnos abrumpit curæ ſalubreis.* Horat. autem ita, vt hîc, Od. 11. lib. 2. *Pellente laſciuos amores Canitie, Facilémque ſomnum.* Omninò *depellat* magis probo, quàm *diuellat*. itaque edendum curaui.

INVIA CVRA] quæ hominibus omnem animi tranquillitatem, & oblectationem, ſomnū denique liberum ac ſolutum videtur inuidere. Eſt autem hæc cura vitioſa, & ab ægro animo profecta. alia eſt laudabilis, quæ induſtriam acuit, ſollertiámque excitat, qualis eſt hominum ſtrenuorum, induſtriorum, nauorum, ac fortium, ſine qua nihil præclarum, nihil cum officio coniunctum geri poteſt.

DETERIVS LIBYC. OL. &c.] deteriúſne olet, id eſt, minùs gratum odorem naribus afflat, aut minùs nitida eſt herba, quàm marmora ex Africa aucta?

LIBYCIS LAPILLIS] marmoribus Numidicis, ex quibus fiunt pauimenta.

PVRIOR IN VICIS AQ. T. &c.] id eſt, puriórne ea eſt aqua, quæ in vicis vrbis, è tubis plumbeis erumpit, quàm, quæ ſine tubulis per decliuem riuum trepidè manat? vicus ex domibus conſtat (inquit Varro) vicus Cyprius, vicus Africus, vicus ſceleratus, &c. Vici Romæ fuiſſe dicuntur quadraginta. Hor. Sat. 9. lib. 1. *cum quidlibet ille Garriret, vicos, vrbem laudaret.* epiſt. ad lib. *Hoc quoque te manet, vt pueros elementa docentem Occupet extremis in vicis balba ſenectus.* & ad Auguſtum, *Deferar in vicum vendentem thus, & odores.* & Sat. 3. lib. 2. *Tuſci Turba impia vici.*

TENDIT RVMP. PLVMB.] tanta celeritate, & copia fertur, vt tubulos plumbeos ruptura videatur.

TREP. CVM MVRM.] cum ſonitu celeriter labitur, ſeu properè manat? κελαρύζει.

NEMPE INTER VARIAS, &c.] ea (inquit) quæ natura ſponte ſua præbet, & procreat, iis, quæ ab arte proficiſcuntur, eſſe potiora argumento eſt, quòd inter columnas marmoreas, & ædificia ſumtuoſa, inſtituuntur à diuitibus horti multis & proceris arboribus conſiti: & laudatur domus, quæ habet longos, & latos agros adiunctos, & continenteis. vel dic hoc modo, Nempe vt planè perſpicias, optabilius, ac ſuauius eſſe rure, quàm in vrbibus viuere: diuites iſti, & potentes in ſuis ædificiis magnificis, & inter columnas marmoreas, hortos, &, pæne dicam, ſiluas habere volunt, ita cogit eos ipſa natura fateri, vitam ruſticam vrbanæ eſſe anteponendam. varias autem columnas intellige verſicoloreis, vel ex marmore verſicolori. quidam legunt *Parias*, quemadmodum & ibi, *Tene lapides varios lutulenta radere palma?* Sat. 4. lib. 2. nonnulli cenſent legendum *Parios*.

NATVRAM EXP. FVRCA] verſus ſunt vulgatiſſimi ſignificant autem, vim tantam eſſe naturæ, vt quamuis faſtidioſus hominū animus, moroſa ſatietas, nouarum denique rerum cupiditas vim illi quodammodo afferant, multáque ſuperuacanea ab arte facta conquirant, atque arceſſant, nulla tamen alia in re tandem, quàm in pulchritudine, copiáque naturali acquieſcant. *expelles* autem habent cod. Iann. Faër. duo Vatic. Torneſ. Ruſſard. Nico. Cleric. alij, quos ſecutus ſum. *Iam expellere furca*, prouerbiū eſt, quod valet, aſperè, & ignominioſè expellere: ſumtum ab iis, qui aliquem furca expellunt. ſic M. Tull. lib. 16. epiſt. ad Atticum, epiſt. 11. *Sed quoniam furcilla extrudimur, Brundiſium cogito.* & Catull. *Mentula conatur Pimplēum Scandere montem: Muſæ furcillis præ-*

equitem eiiciunt. Sic Ariſtophanes Εἰρήνῃ. τὴν δὲ μὴ Δικροῖς ἐώθουν τὴν θεὸν κεκράγμασι, id eſt, hanc deam (pacem) appellebant furcis. [Lucianus in Timone. καὶ μονονουχὶ δικράνοις με ἐξεώθει τῆς οἰκίας καθάπερ τὸ πῦρ ἐκ τῶν χειρῶν ἀπορριπτοῦντες.] A

Et mala ferr. f.] Et vincet vitioſam iſtam diuitum iſtorum, & ſuperuacaneam, & ſumtuoſam, rerúmque vſitatarum, ac parabilium faſtidioſam luxuriem.

Non, qvi Sidon. &c.] id eſt, is, in quo non ineſt ea calliditas, aut ſollertia, vt ſciat, eas lanas, quæ ſucco Aquinati infectæ ſunt, cum purpura Tyria, ſeu Sidonia certare, hoc eſt, ad eam ita propè accedere, vt difficile ſit internoſcere; nõ maiore damno afficietur, neque certiore, quã B qui non poterit verum à falſo diſcernere. Vel ſic, is, qui neſcit callidè contendere, id eſt, comparare & conferre, lanas fuco Aquinati tinctas, cum purpura Tyria, non certiore detrimento afficietur, quàm, & cet. vt ſuprà. Atque ita Simeo Boſius Lemouix vir doctiſ. hunc locum explicabat. Ego tamen priorem explicationem mâlo, Nam non videtur eſſe magnæ ſollertiæ, magnæve calliditatis comparare purpuram ſimulatam, & falſam, cum germana & vera. ſed alteram ab altera diſcernere, hoc opus, hic labor eſt. Nam ſi quis dicat, nihilo maioris prudentiæ eſſe internoſcere falſam à vera, cùm inter ſe componuntur & contenduntur, quod & ab Iſocrate in Panathenaico poſitum eſt, negabo, quòd ſimulata & falſa inter- C dum ita ſunt natiuis & veris propinqua ac ſimilia, itáque obſcuræ eorum notæ, vt difficillimè internoſci queant. Verumtamen Boſij ſententiã non damno. [Verba Iſocratis, ſi quis fortè requiret, hæc ſunt: ἀλλ' ὥσπερ τὴν πορφύραν καὶ τὸ χρυσίον θεωροῦμεν, καὶ δοκιμάζομεν ἕτερα παραδεικνύντες τὴν καὶ τὴν ὄψιν ὁμοίαν ἔχοντα, καὶ τῆς τιμῆς τῆς αὐτῆς ἀξιουμένων· οὕτω καὶ ταῖς πόλεσι παραστάναι μὴ τὰς μικρὰς ταῖς μεγάλαις, &c.]

Sidonio] id eſt, Tyrio, Puniceo.

Propiúsve med.] quidam libri veter. habent, *propiuſque. propius medulis* autẽ, id eſt, quod te propius attingat, quod magis ad te perueniat. tralatio eſt à corpore. D

Fvcvm] colorem, vt Od. 5. lib. 3. *nec amiſſos colores Lana refert medicata fuco.*

Qvàm qvi non pot. v. d.] quod tamen omnium rerum difficillimum eſt. Obſcuræ enim ſunt veri & falſi, boni & mali, recti & praui notæ. Adde quòd vnumquodque bonorum humanorum videtur eſſe periculo proximum, nullúmque à contrario purum ac ſincerum. Quare ſcitum eſt illud poëtæ cuiuſdam, nullum eſſe bonum, quod in hac vita, tanquam arbor, ex vna radice naſcatur: ſed contrà ei aliquod etiam malum agnaſci. Atque hoc ipſum eſt, quo vulgus hominum funditus interit, quòd non facile poſſint meliora à deterioribus diſcernere, ac ſecernere.

Qvem res plvs nim. &c.] id eſt, qui rebus ſecundis nimiùm inſolens fuit, conuerſa, & mutata fortuna magnopere commouebitur. eiuſdem eſt enim indolis, & ingenij, nimia alacritate, & lætitia efferri in rebus ſecundis, & cõtrahi, conſternarique contrariis. *plus nimio*, id eſt, plus multo, vt Oda 33. lib. 1. *plus nimio memor immitis Glycera.*

Qvatient] id eſt, commouebunt. ſuprà Od. 3. lib. 3. *Iuſtum & tenacem propoſiti virum Non ciuium ardor praua iubentium, Non vultus inſtantis tyranni, mente quatit ſolida, &c.* & Od. 18. lib. 1. *non ego te candide Baſſareu, Inuitum quatiam* & inſr. epiſt. 2. lib. 2. *ſtatua taciturnius exit Plerumque & riſu populum quatit.*

Si qvid mirab. pon. invit.] id eſt, ſi quid magni facies, vel ſi quid erit tibi egregie carum, amittes inuitus.

Pones] depones, amittes, ἀποβαλεῖς, ἀφήσεις: ſic ſæpè aliàs, vt epi. 16. *Hoc, meum eſt, inquit, &c.*

Regvm amicos] gratioſos homines apud reges.

Præcvrrere] anteire. tralatio eſt, vt Sat. 2. lib. 1. *adeò ſermonis amari, Siſennas, Barros vt equis præcurreret albis.* Quidam libri veteres habẽt *præcedere.*

Cervvs eqv. pvgna mel. &c.] Ariſtoteles ῥητορ. κ. β. eo in loco, in quo de exemplis & apologis loquitur, hanc fabulam aſcribit C Steſichoro, his verbis, Στησίχορος μὲν γὰρ ἑλομένων στρατηγὸν αὐτοκράτορα τῶν Ἱμεραίων Φάλαριν, καὶ μελλόντων φυλακὴν διδόναι τοῦ σώματος, τἆλλα διαλεχθεὶς εἶπεν αὐτοῖς λόγον· ὡς ἵππος κατεῖχε λειμῶνα μόνος· ἐλθόντος δ' ἐλάφου καὶ διαφθείραντες τὴν νομήν, βουλόμενος τιμωρήσασθαι τὸν ἔλαφον, ἠρώτα τὸν ἄνθρωπον, εἰ δύναιτο μετ' αὐτοῦ κολάσαι τὸν ἔλαφον. ὁ δὲ φησιν, ἐὰν λάβῃ χαλινόν, καὶ αὐτὸς ἀναβῇ ἐπ' αὐτὸν, ἔχων ἀκόντια· συνομολογήσαντες δὲ καὶ ἀναβάντος, ἀντὶ τοῦ τιμωρήσασθαι, αὐτὸς ἐδούλευσεν ἤδη τῷ ἀνθρώπῳ, &c. id eſt, *Steſichorus, cùm Himeræi Phalarim ducem exercitus, ſummo, cũ imperio creaſſent, præſidiúmque, & cuſtodiam corporis daturi viderentur: alia quædam locutus, hunc poſteà ſermonem habuit. Olim equus pratum obtinebat ſolus. Cùm* D *autem eò veniſſet ceruus, & eius paſcua corrupiſſet, equus ceruum vlciſci volens, ex homine quæſiuit, poſſetne cum eo ceruum coërcere. Homo reſpondit poſſe, ſi modò ille frenum recipiat, & ipſe in eum aſcendat, iaculis inſtructus. Cùm aſſenſus eſſet equus, & aſcendiſſet homo, pro eo vt ceruum vlciſceretur, ipſe iam homini ſeruiit.*

Pvgna melior] id eſt ſuperior, potentior, κρείττων. vt alibi docuimus.

Minor] ἥττων, id eſt, inferior, imbecillior, minùs potens, nempe equus.

Victor violens discessit] ſi cõiunctè legas, *victor diſceſſit*, idem valebit, quod, diſceſſit ſuperior, vt loquitur M. Tullius: ſin hoc modo, *diſceſſit ab hoſte*, ſententia erit aperta. quod magis probo. *violens* autem, id eſt, violentus. quo

Digitized by Google

tus. quo nomine vſus eſt & Oda 30. lib. 3. *quà violens obſtrepit Aufidus.* Qui autem legi hic volunt, *Sed poſtquàm victor violens violento abſceſſit ab hoſte*, falluntur.

IMPROBVS] id eſt, aſſiduè, perpetuò, vt Virg. Georg. 1. *labor omnia vincit improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas.* Horat. Sat. 6. lib. 2. *improbus vrget iratis precibus.* vel dic *improbus*, id eſt, cupidus & ideò miſer: vel dic compendiò & rectà improbus, id eſt, miſer, & laborioſus, πόνηρος.

QVIA PARVO NESCIAT VTI] ſic habent aliquot libri manu ſcript. nonnulli *neſciet*, quos non ſequor: malim legi *neſcit*. Paſſeratius volebat ita legi, *Seruiet æternum qui paruo neſcit vti.*

NON CONVENIET] vel amplior erit, vel anguſtior, quàm ſatis eſt.

VT CALC. OL. SI PEDE] tale eſt illud Epicteti, *μέτρον κτήσεως τὸ σῶμα ἑκάστῳ, ὡς ὁ πὺς ὑποδήματος. ἐὰν μὲν οὖν ἐπὶ τούτου στῇς, ἕξεις τὸ μέτρον, καὶ τὴν ἐπιβάτειαν. ἐὰν δ' ὑπερβῇς, ἀφῆκας, ὡς κατὰ κρημνοῦ σεαυτόν. οὕτω γίνεται κατάχρυσον ὑπόδημα, εἶτα πορφυροῦν, εἶτα κεντητόν. ὑπερβᾶν γὰρ τὴν χρείαν τοῦ ποδός. τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῆς κτήσεως· ἐὰν ὑπερβῇ σῶμα, ὅρος οὐδεὶς ἐστι.* id eſt, *modulus poſſeſſionis vniuſcuiuſque corpus eſt, quemadmodum pes calcei. Si igitur in hoc conſiſtes, habes modulum, & ſcalam: ſin vltra modum prodeas, teipſum præcipitem agis. Ita fit auritus calceus, deinde purpureus, deinde punctis diſtinctus. nam pedis vſum ſuperauit. idem & de poſſeſſione ſentiendum. Si extra corporis modum prodeat, infinita eſt.* Non diſſimile eſt illud Dionis Chryſoſt. oratione περὶ πλεονεξίας: id eſt, de cupiditate immenſarum diuitiarũ, & aliarum rerum fortuitarum, καὶ ἐσθῆτα μὲν οὐδεὶς βούλεται μείζω τοῦ σώματος ἔχειν, ὡς δύσχρηστον ὂν· οὐσίαν δὲ τῷ παντὶ μείζω τῆς χρείας ἐπιθυμοῦσιν ἅπαντες ἔχειν, οὐκ εἰδότες, ὅτι τοῦτο ἐκείνου χαλεπώτερον, id eſt, Et veſtem quidem nemo vult habere corpore maiorem, tanquam incommodum quiddam. rem familiarem autẽ omni ex parte maiorem, quàm vſus poſtulet, cupiũt omnes habere, non intelligentes, hoc eſſe longè illo incommodius, ac moleſtius.

SI MINOR, VRET.] ſi minor pedem lædet. & dolore afficiet.

OLIM] ποτὲ, aliquãdo, vel tunc. vt Plaut. in Milite glor. *Curate, vt ſplendor meo ſit clypeo clarior, Quàm ſolis radij eſſe olim, cùm ſudum eſt, ſolent.* Idem Trinummo, *Primum omnium olim terra cùm proſcinditur, in quinto quoque ſulco moriuntur boues.* Horat. Sat. 1. lib. 1. *vt pueris olim dant cruſtula blandi Doctores.* Lucret. lib. 6. *Vt calidis candens ferrum è fornacibus olim Stridit, vbi in gelidum properè demerſimus imbrem.* Virg. Æneid. 3. *Sed tamen idem olim curru ſuccedere ſueti Quadrupedes.*

LÆTVS SORTE TVA, &c.] ſors ab Horatio plerumque vſurpatur pro eo, quod cuique vel caſu aliquo, & beneficio fortunæ, vel natura, vel ratione obtigit: cuiuſmodi ſunt facultates, nobilitas, potentia, res ſecundæ, quæuis denique facultas, & conditio viuendi: idque per tralatio-

A nem quandam, vt Od. 16. lib. 3. *Puræ riuus aquæ, ſiluaque iugerum Paucorum, &c. Fulgentem imperio fertilis Africæ Fallit ſorte beatior.* Od. 11. lib. 4. *Telephum, quem tu petis, occupauit Non tuæ ſortis iuuenem puella.* Od. 14. epod. *quod ſi non pulchrior ignis Accendit obſeſſam Ilion, Gaude ſorte tua.* Od. 24. libr. 3. *Defunctumque laboribus Æquali recreat ſorte vicarius.* epiſtola ad Villic. hoc libr. *Cui placet alterius ſua nimirum eſt odio ſors.* & Sat. 1. lib. 1. *Quî fit Mæcenas, vt nemo, quam ſibi ſortem, Seu ratio dederit, ſeu fors obiecerit, illa Contentus viuat?* Virg. Æneid. 6. *Multa putans, ſortémque animo miſeratus iniquam.* eod. lib. *Inualidus vires ætas, ſortémque ſenecta.* Idem Æn. 5. *Hectorei ſocij, Troiæ quos ſorte ſuprema Delegi comites.*

B Lucret. lib. 4. *Inde Venus varias producit ſorte figuras, Maiorúmque refert vultus, vocéſque, comáſque.* fors autem longè aliud eſt, vt annotauimus ad Sat. 1. libri primi.

NEC MEDIM. INCAST.] id eſt, & me acriter caſtigabis, me acerbè reprehendes, & accuſabis, &c. *incaſtigatum* ἀνεπιτίμητον.

COGERE] congerere, coaceruare, quærere.

IMPERAT, AVT SERV.] id eſt, alij bonis quæſitis & partis libenter vtuntur: alij parcunt, vt ſacris: neque audent quicquam de aceruo, aut ſumma demere. Epiſt. 1. huius lib. *Et mihi res, non me rebus ſubiungere conor.*

TORTVM DIGNA SEQ. POT. &c.] id eſt, quæ tamen debet potiùs trahi, quàm traheret hoc eſt, ſeruire potiùs, quàm imperare. videtur

C tralatio, aut allegoria ducta ab iis, qui reſtim ducant, vel, vt alij volunt, à machinationibus. præſultoris autem erat funem, ſeu reſtim ductare: eorum, qui vnà ſaltabant, reſtem manu apprehenſam ſequi. Terent. Adelph. *Tu inter eas reſtim ductans ſaltabis.* Iam nomen *tortus*, funis eſt epithetum etiam aliis ſcriptoribus vſitatum, vt Virgil. 4. Æneid. *tortos incidere funes.* Catull. in carm. de nuptiis Pelei, *Candidáque intorti ſuſtollant vela rudentes.*

TIBI DICTABAM] puero meo dictabam, vt ab eo excepta, & ſcripta ad te mitterem. ſic M. Tull. ad Q. fr. lib. 2. *Non occupatione, qua eram ſanè impeditus: ſed paruula lippitudine adductus ſum, vt dictarem hanc epiſtolam.* & alibi ad eund. *hæc inter cœnandum dictaui Tironi.* vide ſup. ad epiſt. 1. *hæc recinunt iuuenes dictata, ſenéſque.*

D POST FANVM PVTRE VACVNÆ] ponè fanum Vacunæ Deæ, vetuſtate conſumtum. Vacuna dea à vacando dicta, quæ vacantibus & otioſis præerat. hæc in agro Reatino nobilia habebat nemora. de quibus lege Plin. lib. 3. cap. 12. Erat etiam eorum, qui à crimine, aut calumnia, aut contumelia & maledicto liberati ac ſoluti, & quaſi vacui erant, dea: quod ex Auſonio intelligere licet, *Totam trado tibi ſimul Vacunam, Nec iam poſt metues vbique dictum.*

EXCEPTO, QVÒD NON SIM. ESS. &c.] id eſt, moleſtè ferens, quòd vnà mecum non eſſes: cetero qui lætus. vel ſic, eo excepto, quòd mecũ non eſſes, ceteris rebus lætus. *cetera* dictum Græ-

corum more, πἆλλα, id eſt, καὶ τ' ἆλλα. & A ita ſuprà locutus eſt. Od. 2. lib. 4. *Qua notam duxit, niueus videri: Cetera fuluus.* ſic Virg. Georg. 3. *Cetera nec faturæ habilis, nec fortis aratris.* T. Liuius lib. 22. Annalium, *Hæc eſt pugna Cannenſi clade nobilitata, par cetera Allienſi.*

TVRNEBVS.

EX lib. 13. cap. 3. Quis non habet in ore verſum illum Horatianum?

Naturam expellas furca tamen ipſa recurret?

Non tamen vt notus omnibus verſus eſt, ita & vis eius perinde intelligitur, nec perinde eius gratia ſentitur. Id eo fit, quia non animaduertũt furca expellere, eſſe vi maxima eiicere & exturbare, vt & in epigrammate bello Catulli Mentula B conatur pimpleum aſcendere collem:

Muſæ furcillis præcipitem eiiciũt. Sed & Dionyſius Lambinus vir eruditiſſimus, qui propediẽ emẽdata à ſe opera Ciceronis emittet lib. 10. epi. ad Attic. planè apertéque ſcribi in antiquo libro mihi oſtendit: *Sed quoniam furcilla extrudimur, Brũduſium cogito.* Id vt alia multa Græcis acceptum ferendum eſt. Nam Ariſtophanes in Pace, furcis quoque eiectam ab Athenienſibus pacem queritur. Eius verba ſubſcribam τὴν δὲ μὲν δικροῖς ἐώθουν τὴν θεὸν κεκραγμασι, & eruditus interpres ita explicat, δικροῖς, δικραγίοις. ἔδει δὲ εἰπεῖν ξύλοις δικραγίοις, τουτέστι διφυέσι: & alia in- C terpretatio ξύλοις ἀπώθουν τὴν εἰρήνην καὶ ἐξέβαλον. & apud Suidam ex Hiſtorico quodam affertur, περιεσκεύασε δὲ καὶ δίκρανα ὥστε ἀπωθεῖσθαι τὴν τῶν λεγομένων σκαλῶν προσαγωγήν. Eſt igitur expellere furca, non manu ſola eiicere, ſed magno conatu ſumpta furca extrudere.

EPIST. XI. AD BVLLATIVM.

ARGVMENTVM.

Ad vitæ beatitudinem nihil intereſſe dicit, quo quis loco habitet, quum hæc ab animi tranquillitate pendeat. Docet etiam de quopiam loco, aut aliquo vitæ genere non debere à nobis iudicium fieri ex commodis aut incommodis, quæ in D iis ſenſerimus.

QVid tibi viſa Chios, Bullati, notáque Leſbos?
Quid concinna Samos: quid Crœſi regia Sardis?
Smyrna quid, & Colophon? maiora, minoráne fama?
Cunctáne præ campo, & Tiberino flumine ſordent?
*An * venit in votum Attalicis ex vrbibus vna?*
An Lebedum laudas odio maris, atque viarum?
Scis, Lebedus quàm ſit Gabiis deſertior, atque
Fidenis vicus: tamen illic viuere vellem:
Oblitúſque meorum, obliuiſcendus & illis
Neptunũ procul è terra ſpectare furẽtem.
Sed neque, qui Capua Romam petit imbre, lutóque
Aſperſus, volet in caupona viuere: nec, qui
Frigus collegit, furnos, & balnea laudat,
Vt fortunatam plenè præſtantia vitam.
Nec, ſi te validus iactauerit Auſter in alto:
Iccircò nauem trans Ægæum mare vendas.
**Incolumi Rhodos, & Mitylene pulchra facit, quod*
Penula ſolſtitio, cãpeſtre niualibus auris,
Per brumam Tiberis, ſextili menſe caminus.
** Dum licet, & vultum ſeruat fortuna benignum:*
Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos abſens.
Tu quamcumque Deus tibi fortunauerit horam,
Grata ſume manu: nec dulcia differ in annum:
Vt, quocumque loco fueris, vixiſſe libenter
Te dicas. nam, ſi ratio, & prudentia curas,
Non locus effuſi latè maris arbiter aufert:
Cælum, non animum mutant, qui trans mare currunt.
Strenua nos exercet inertia. nauibus, atque
Quadrigis petimus bene viuere. quod petis, hic eſt:
Eſt Vlubris, animus ſi te non deficit æquus.

Cuios

Chios] inſula eſt in mari Ionio, ſeu Icario: quæ nomen etiam hodie retinet.

Lesbos] inſula eſt non longè à Troade, in qua eſt Mitylene.

Concinna] lepida, feſtiua, amœna, pulchris ædificiis deſcripta.

Samos] Homerus παιπαλόεσσαν nominat ὑψηλὴν id eſt, editam, aut aſperam. Inſula eſt in mari Ionio, non admodum longè diſtans à Chio inſula.

Croesi regia Sardis] in qua Crœſus rex Lydiæ commorabatur, & conſidebat, vt in vrbe totius Lydiæ principe, & reliquarum omniũ munitiſſima: quæ à Cyro expugnata, & capta eſt decimoquarto poſt oppugnationem die vt narrat Herod. Clione. Sic Virg. libr. 7. Æn. de domo Pici, *Tectum auguſtum, ingens, centum ſublime columnis Vrbe fuit ſumma, Laurenti regia Pici.* Idẽ lib. 8. de Caci ſpecu. *At ſpecus, & Caci detecta apparuit ingens Regia.* ſic Horat. epiſt. 7 ad Mæcen. *a. mihi iam non regia Roma, Sed vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.*

Smyrna] vrbs in Ionia, Hermo fl. Mimãti monti propinqua.

Colophon] vrbs in Ionia, non longè à Sardibus, continentem verſus: ab altera parte, Lebedo vicina, & ad vnum quoddam promontorium ſinus Ionij poſita.

Campo] Martio. epiſt. 7. ad Mæcen. 2. *& poſt deciſa negotia, campo.*

Sordent?] nihili ſunt? tibi vilia ſunt? vt epiſt. ad Loll. 2. *pretium ætas altera ſordet.* Virgil. in Alex. *quoniam ſordent tibi munera noſtra.*

An venit in votum Attal.] id eſt, an vna aliqua ex vrbibus Aſiaticis, quæ ſub imperio Attali fuerunt, tibi optabilis eſt?

An Lebed. laud. odio maris, &c.] an iccircò Lebedum laudas Ioniæ oppidum deſertum, atque infrequens, quòd te longæ nauigationis, longique itineris pigeat? fuit tamen olim Lebedus Apollinis Clarij fanum non ignobile, neque incelebre, aut deſertum.

Scis, Lebedus quàm sit, &c.] vrbanorum, & prudentium hominum more primò eius conſilium, factũmque approbat, qui Roma abſit. quouis loco contentus: oſtendens, ſe etiã Lebedi æquo animo, libentérque ætatem acturum, quamuis vicus ſit deſertiſſimus, etiam ea lege, vt & ſuorum obliuiſcatur, & è ſuoiũ memoria effluat: verùmtamen (inquit) quemadmodum, qui Capua Romam venit, ſi fortè via lutulenta, imbribúſque corrupta iter fecerit, non iccircò in deuerſorio totam ætatem cõmorabitur: ſed vbi veſteis ſuas imbre, lutóq; madidas exſiccauerit, atque aliquot horas quieuerit, iter inſtitutum repetet: ſic tu itineris longinquitate, aut difficultate deterreri non debes, quominus in vrbem redeas, tuóſque reuiſas, &c. Gabij oppidum fuit in via Prænestina, citra Præneſte, Roma diſtans circiter centum ſtadia. Fidenæ quoque non admodum Roma aberant, quippe quæ eſſent in agro Ro. ſitæ.

Vellem] non recuſarem, non nollem. aliàs velle, optare eſt.

Obliviscendus et illis] *obliuiſcendus* dixit παθητικῶς. participium eſt futurum ab obliuiſcor.

Neptun. procul è terra, &c.] ſic Lucret. libr. 2. *Suaue mari magno turbantibus æquora ventis, E terra magnum alterius ſpectare laborem.* & Menander in Thraſyleone, Ὡς ἡδὺ τὴν θάλατταν ἀπὸ γῆς ὁρᾶν, Ὦ μῆτερ ἐστι, μὴ πλέοντα μηδαμοῦ, id eſt, *Quàm dulce, mater, improbum è terra mare, Nullas in oras nauigantem cernere eſt?* & Oppianus lib. 2. ἁλιευτ. ἀλλὰ θάλασσα Χαῖρέ μοι ἐκ γαίης, ἔχθεν δέ μοι ἤπιος εἴης. id eſt, At mare ſalue mihi ex terra: longè autem mihi propitium ſis. & M. Tull. ad Att. lib. 2. *nunc verò cum cogar exire de naui, non abiectis, ſed ereptis gubernaculis, cupio iſtorum naufragia ex terra intueri: cupio, vt ait tuus amicus Sophocles,* κἂν ὑπὸ στέγῃ, Πυκνῆς ἀκούειν ψακάδος εὑδούσῃ φρενί. Xenocrates autem in Axiócho ſic loquitur, ὁ ἐξ ἀπόπτου θεώμενος, id eſt tanquam è ſpecula proſpiciens.

Sed neque, qui Cap. Rom. pet. &c.] ſed quemadmodum qui Capua Romam venit brumali tempore, ſi aſſiduo imbre madidus, lutóque conſperſus in cauponam aliquam deuerterit, non tamen in ea perpetuò viuere volet: neque, qui frigus contraxit, focum, & balnea ita laudat, quaſi in eis poſita ſit vita beata: ſic neque tu, quòd aliquando incommodè nauigaris, atque aduerſa tempeſtate vſus ſis, proptereà loca iſta tranſmarina patriæ anteferre debes.

Nec qui frig. col.] id eſt, nec qui frigus contraxit.

(Furnos) ἰπνούς. differt autem κλίβανος, ſeu κρίβανος, id eſt, fornaculus teſtaceus, aut ferreus mobilis, in quo pruuis ſubiectis, & ſupernè congeſtis, panis, aut placenta, aut aliquid tale coquitur, à furno.)

Nec si te val. iact.] nec ſi te auſter validus, id eſt, acer, vehemens, & ſæuus, ζαχρηής, in mari diiecerit, &c.

Ægæum mare] Ægæum mare dictum vel ἀπὸ τῆς αἰγὸς, quæ eſt inſula iuxta Eubœam, vel quòd in eo mari ſcopuli ſic vocantur à ſimilitudine caprarum. & ita Varro libr. 6. de lingua Lat. vide anno. ad illum locum, *impatiens Prenſus Ægæo.* Od. 16. libr. 2.

Vendas] vendere debeas: aut venditurus ſis.

Incolumi Rhodos, et Mytil. &c.] Poterat ita reſpondere Bullatius, ſe Rhodi, & Mytileneis, & in aliis nobilibus vrbibus, beatiùs, quàm in patria victurũ. cui orationi ſtatim occurrit Horatius hoc modo, Si quis animo valet, æquè ſuperuacanea eſt ei peregrinatio, *vt penula ſolſtitio, campeſtre niualibus auris, &c.* Penulæ autem ad imbrem arcendum comparatæ ſunt: campeſtria ad tegendas eas corporis parteis, quæ

Digitized by Google

FRuctibus Agrippæ Siculis, quos colligis, Icci,
*Si rectè frueris: * non eſt, vt copia maior*
Ab Ioue donari poſſit tibi tolle querellas.
Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit vſus.
Si ventri bene, ſi lateri eſt, pedibúſque tuis: nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius.
*Si fortè in medio poſitorum * abſtemius, herbis*
*Viuis, & vrtica: * ſic viues protinus, * vt te*
Confeſtim liquidus fortunæ riuus inauret:
Vel quia naturam mutare pecunia neſcit:
Vel quia cuncta putas vna virtute minora.
Miramur, ſi Democriti pecus edit agellos
Cultáque, dum peregre eſt animus ſine corpore velox:
Cùm tu inter ſcabiem tantam, & contagia lucri
Nil paruum ſapias: & adhuc ſublimia cures?
*Quæ mare * compeſcant cauſæ: quid temperet annum:*
Stellæ ſponte ſua, iuſſæne vagentur, & errent:
Quid premat obſcurum Lunæ, quid proferat orbem:
Quid velit, & poſſit rerum concordia diſcors?
Empedocles, an Stertinium deliret acumen?
*Verùm * ſeu piſceis, ſeu porrum, & cepe trucidas:*
Vtere Pompeio Groſpho: &, ſi quid petet, vltrò
Defer. nil Groſphus: niſi verum, orabit, & æquum.
A ** Vilis amicorum eſt annona, bonis vbi quid deeſt.*
Ne tamen ignores, quo ſit Romana loco res:
Cantaber, Agrippæ: ClaudI virtute Neronis
Armenius cécidit. ius, imperiúmque Phraates
Cæſaris accepit genibus minor. aurea fruges
Italiæ pleno defudit copia cornu.

B NON EST, VT COP. M. AB IOVE DON. POSS. TIBI] id eſt, nulla ratione fieri poteſt, vt copia maior, &c. & ita loquuntur Græci, οὐκ ἔστιν ὅπως: quod ſuprà admonuimus ad Od. 1. li. 3. *Eſt, vt viro vir latius ordinet Arbuſta ſulcis.* Atque hoc loquendi genus crebrò vſurpat Lucret. verbi cauſa libro ſecundo, *quare non eſt, vt credere poſſis Eſſe infinitis diſtantia ſemina formis.* eodem libro. *Quin etiam, quanto in parteis res quæque minutas Diſtrahitur magis, hoc magis eſt, vt cernere poſſis Euaneſcere paulatim, ſtinguique colorem.* & libro 3. *quòd ſi linquuntur, & inſunt: Haud erit, vt meritò immortalis poſſit haberi.* & libr. 4. *Hic odor ipſe igitur, nareis quicumque laceſſit, Eſt aliò vt poſſit permitti longius alter.*

C TOLLE QVERELAS] deſine conqueri, omitte querelas.

SI VENTRI BENE, SI LATERI EST, &c.] forraſſe hæc ſunt Theognide expreſſa: cuius extant hi verſus, Ἶσόν τοι πλουτοῦσιν, ὅτῳ πολὺς ἄργυρός ἐστι, Καὶ χρυσὸς, καὶ γῆς πυροφόρου πεδία, Ἵπποι θ', ἡμίονοί τε, καὶ ᾧ τὰ δέοντα πάρεστι, Γαστρί τε, καὶ πλευραῖς, καὶ ποσὶν ἁβρὰ παθεῖν, id eſt, æquè diuites ſunt & is, cui multum argentum ſuppetit, & aurum, & agri triticum ferentis campi, & equi, & muli: & is, cui ea, quæ oportet, adſunt, neque venter, neque latera, neq; pedes dolẽt. ſed credibilius eſt Horatium Metrodori, aut etiam Epicuri ſententiam reſpexiſſe: quã pluribus locis exponit M. Tull. Ac de Epicuro quidem, res in promptu eſt. De Metrodoro autẽ
D ita ſcribit Off. 3. *Nã ſi non modò vtilitas, ſed vita omnis beata, corporis firma conſtitutione (vt à Metrodoro ſcriptum eſt) continetur, certè hæc vtilitas, & quidem ſumma (ſic enim cenſent) cum honeſtate pugnabit.* Idem libr. 2. Tuſcul. *Metrodorus quidem eum perfectè putat beatum, cui corpus bene conſtitutum ſit, & exploratum ita ſemper fore.* Idem Tuſcul. libr. 5 *Tu verò Metrodore, qui omne bonum in viſceribus, medulliſque condideris, & definieris, ſummum bonum firma corporis affectione, exploratáque ſpe contineri: fortunæ aditus interclusiſti? quo modo? iſto enim bono iam exſpoliari potes.* verba Metrodori ſunt hæc, τέλος ἀγαθῶν τὸ σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα, καὶ τὸ περὶ τούτου πι-

σὸν ἔλπισμα. finis bonorum carnis conſtitutio A ſtabilis, & ſpes certa atque explorata ita ſemper fore. Athenæus lib. 15. ex eius epiſtola ad Timocratem hæc citat, ὦ φυσιολόγε Τιμόκρατες, περὶ γαστέρα ὁ κατὰ φύσιν βαδίζων λόγος ἅπασαν ἔχει σπουδήν. id eſt, ô, qui de natura diſputare ſoles, Timocrates, ea, quæ naturam ducem ſequitur ratio, omnem operam, omnéque ſtudium in ventrem confert. Plutarchus autem in lib. ὅτι οὐδὲ ζῆν ἔστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον, ita diſputat aduerſus Metrodorum, κατάστημα μὲν γὰρ εὐσταθὲς σαρκὸς γίνεται πολλάκις· ἔλπισμα δὲ πιστὸν ὑπὲρ σαρκὸς, καὶ βέβαιον, οὐκ ἔστιν ἐν ψυχῇ νοοῦν ἐχούσῃ γενέσθαι· ἀλλ' ὥσπερ ἐν θαλάσσῃ κατ' Αἰσχύλον, Ὠδῖνα τίκτει νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ, Καὶ ἐν γαλήνῃ· οὕτω ψυχὴν σώματι εὐσταθοῦντι, καὶ ταῖς περὶ σώματος ἐλπίσι τἀγαθὸν θεμένην, οὐκ ἔστιν ἄφοβον, καὶ ἄκυμον διεξαγαγεῖν. οὐ γὰρ ἔξωθεν μόνον, ὥσπερ ἡ θάλασσα, B χειμῶνας ἴσχει καὶ καταιγισμοὺς τὸ σῶμα· πλείονας δὲ ταραχὰς ἐξ ἑαυτῆς, καὶ μείζονας ἀναδίδωσι. εὐδίας δὲ χειμερινὴν μᾶλλον ἄν τις, ἢ σαρκὸς ἀβλάβειαν ἐλπίσειεν αὐτῷ περιέσεσθαι βεβαίως, &c. id eſt, *ſtabilis enim & firma carnis affectio, ſeu (vt ita dicam) conſtitutio ſæpe contingit: ſpes autem de ea, explorata, & certa in animo mentis compote & ſano, non poteſt exſiſtere: ſed quemadmodum ex ſententia Æſchyli, Etiam mari tranquillo nox curam grauem, Acrémque gubernatori ſapienti parit: Ita fieri non poteſt, vt animus, qui in corpore bene affecto, benéque conſtituto, eiúſque affectionis ſpe ſummum bonum collocat,* C *timoris & perturbationis expers permaneat. Non enim extrinſecus duntaxat, vt mare, fluctibus, & procellis agitatur, & conturbatur, ſed multo plures, ac maiores ex ſeipſo motus gignit.* Metrodoti ſententiam videtur propemodum expreſſiſſe Lucr. libr. 2. in princip. *nónne videre, Nil aliud ſibi naturam latrare, niſi vt, cum Corpore ſeiunctus dolor abſit: mente fruatur Iucundo ſenſu cura ſemota, metúque?*

Si forte in med. pos. abstem.] *abſtemius poſitorum*, Horatianum. abſtemius autem propriè is dicitur, qui à vino abſtinet: ſed hîc latiorem quandam vim habet. ſignificat enim eum, qui quibuslibet bonis ante ſe poſitis ſua voluntate non vtitur.

Sic vives protinvs, vt te, &c.] putabam hunc locum ſic explicari poſſe. tam parco D & tenui victu, cultúque aſſiduè, ſeu deinceps vteris, vt ſtatim ditiſſimus fias. Sed fortaſſe rectiùs hoc modo: & probat Muretus. æquè parco, & tenui victu deinceps, ſeu poſteà, ſeu aſſiduè, & ſine intermiſſione vtere, atque anteà cõſueuiſti, quãuis ſtatim locupletiſſimus fias protinus, ſeu potiùs protenus (vt quidam malunt) idẽ ferè valet, quod porrò tenus, continuè, deinceps. pro quo veteres protinam, & protinis dixerunt, vt ſcribit Varro lib. 6. de ling. Lat. & Non. Marcell. & ita Virg. videtur vſurpaſſe lib. 7. Æn. *Mos erat Heſperio in Latio, quem protinus vrbes Albanæ coluêre ſacrum.* & 3. *Diſſiluiſſe ferunt, cum protinus vtraque Tellus vna foret*, & Georg. 4. *Protinus aërij mellis cæleſtia dona Exſequar.* & M. Tull. lib. 1. de diuinat. *deum reſpondiſſe vaſtitatem eſſe Italiæ, præcepiſſéque, vt pergeret protinus: quid retrò, atque à tergo fieret, ne laboraret.* & Cæſ. libr. 2. de bell. Gall. *Hoſtes protinus ex eo loco ad flumen Axonam contenderunt.* Idem lib. 2. de bell. ciuili. *ac nonnulli protinus eodem curſu in oppidum contenderunt.* Sic & Horat. alibi, vt Od. 3. libr. 3. *Noſtriſque ductum ſeditionibus Bellum reſedit: protinus & graues Iras, & inuiſum nepotem, Troica, &c. Marti redonabo.* epi. 18. huius lib. *Protinus vt moneam, ſi quid monitoris eges tu, &c.* & ſat. 5. lib. 2. *tu protinus, vnde Diuitias, æriſque ruam, dic augur, acernos.*

Liqvidvs fort. riv.] alludit ad fluuios illos, qui micis, & ramentis aureis nobilitati ſunt, de quibus ad illum verſum Odæ 15. epod. *Tibique Pactolus fluat.*

Inavret] locupletet, ditet. M. Tull. ad Trebat. *moriar niſi (quæ tua gloria eſt) puto te malle à Cæſare conſuli, quam inaurari.*

Vel, qvia natvram, &c.] duas rationes ſubiicit: priorem ſeriò, & ea animi ſui ſententia: alteram εἰρωνευόμενος, id eſt, diſſimulatione quadam vtens, & iocans, hoc modo: tu (inquit) ita tenuiter & reſtrictè ſumtum facies, vt prope diem ingenti pecunia ſis abundaturus, vel quia hominis auari ingenium pecuniæ acceſſione nihilo fit liberalius: vel, quia tanti virtutem facis, vt minimo apparatu contentus ſis, neque putes quicquam ad vitam beatam victus elegantiam, munditiámque habere momenti: & ita verſus poſterior erit ἐπιθεράπευσις prioris. quòd ſi quis poſteriorem explicationem ſequeretur, hæc erit ſententia: reliquo tempore ætatis viues parcè, & ſordidè, quamuis totus inaureris: vel quia hominis auari ingenium à pecunia non mutatur: vel quia, &c. vt ſuprà.

Mir. si Dem. pec. edit.] miramur, ſi pecus êdit agellos Democriti, &c. id eſt, miramúrne, ſi Democritus propter philoſophiæ ſtudium, rem familiarem neglexit, cùm tu vno tẽpore, & in lucri ſtudio, & in rebus philoſophicis occupatus ſis? longè enim facilius eſt in vno elaborare, neglecto altero, quàm ſimul in vtroque De Democrito ſic M. Tull. de finib. 5. *dicitur oculis ſe priuaſſe: certè, vt quàm minimè animus à cogitationibus abduceretur. patrimonium neglexit: agros deſeruit incultos, quid quærẽs aliud niſi beatam vitam?* Idem de eodem libr. 5. Tuſcul. quæſt. *Democritus luminibus amiſſis alba ſcilicet & atra diſcernere non poterat: at vero bona, mala: æqua, iniqua: honeſta, turpia: vtilia, inutilia: magna, parua poterat: & ſine varietate colorum licebat ei viuere beatè, ſine notione rerum non licebat, &c.* De eodem Athenæus libro 4. καὶ Δημόκριτον δ' ἐτίμησαν Ἀβδηρεῖται δημοσίᾳ κρίνοντες ὡς κατέφθαρε τὰ πατρῷα· ὃς, ἐπεὶ ἀναγνοὺς αὐτοῖς τὸν μέγαν διάκοσμον, καὶ τὰ περὶ τῶν ἐν ᾅδου εἶπεν εἰς ταῦτα ἀνηλωκέναι, ἀφείθη; id eſt, & Democritum verò multarunt Abderitæ publicè in ius vocatum, quòd patrimonium ſuum conſumſiſſet: qui recitato ſuo

illo

illo libro, quem μέγαν διάκοσμον inſcripſerat, & altero de rebus inferorum, dixit ſe rem familiarem in hæc inſumſiſſe, & ita abſolutus eſt. agros autem à pecudib. depaſtos & incultos Græci μηλοβότους, & ἀργοὺς appellant. Simeo Boſius putat, Horatium memoria vacillaſſe ac titubaſſe, propterea quòd hoc idem de Anaxagora litteris proditum ſit. Sic enim Plutarchus li. περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι, de eo ſcribit Ἀναξαγόρας δὲ τὴν χώραν κατέλιπε μηλόβοτον: id eſt, Anaxagoras autem agros ſuos reliquit incultos & pecudibus depaſcendos. De eodem ſcriptum illud eſſe puto à Varrone in, *Longè fugit quos fugit: Ager derelinqueretur ac periret ſquatore, ſcabritaque illuuie & vaſtitudine.*

B Dvm peregrè est animvs, &c.] id eſt, dum peregrinatur animus, in rerum magnarum contemplatione occupatus, & omni earum rerum, quæ ad corpus pertinent, cura ſolutus. Plato in Theæteto ſolum philoſophi corpus ait ἐν τῇ πόλει κεῖσθαι, ἐπιδημεῖν, id eſt, in vrbe aut ciuitate habitare: animum autem peregrinari. Idem in Phædro ſcribit non immeritò philoſophi mentem ſolam alis eſſe præditam. illis enim ſemper affixa eius memoria eſt quã maximè fieri poteſt, in quibus Deus occupatus, diuinus eſt. verba Platonis ſunt hæc, διὸ δὴ δικαίως μόνη πτεροῦται ἡ τοῦ φιλοσόφου διάνοια. πρὸς γὰρ ἐκείνοις ἀεί ἐστι μνήμῃ κατὰ δύναμιν. πρὸς οἷς περ ὁ θεὸς ὢν, θεῖός ἐστι.

C Sine corpore velox.] à corpore ſemotus, ac ſeiunctus, aſſiduéque in rebus diuinis ac cæleſtibus contemplandis defixus.

Cùm tv inter scab. tantam, &c.] pecuniæ & lucri ſtudium duobus lectiſſimis, & aptiſſimè rem ſignificantibus nominibus appellauit: ſcabiem quidem, quia, quemadmodum ſcabies corpus aſſiduè mordet, & vrit, perpetuáque ſcabendi cupiditate afficit: ita lucri ſtudium animum perenni plura habendi cupiditate incendit: contagium autem, quia ſerpit hoc animi malum, & funditur in dies latius, atque ad alios etiam dimanat. Videtur hunc verſum reſpexiſſe Auſonius in epiſt. ad Symmachum, cuius initiũ

D eſt, *Latebat inter nugas, &c.* non longè à princip. *Hunc locum de ternario numero illico noſtra illa poëtica ſcabies cœpit exſculpere: cuius morbi quoniam facile contagium eſt, vtinam ad te quoque prurigo commigret.*

Svblimia] μετέωρα: ardua quædam.

Qvæ mare comp. cavs. &c.] quibus cauſis mare compreſſum non effundatur latius, neque terras obruat. Hanc quæſtionem tractat Lucret. lib. 6. & Ariſtot. μετεωρολ. βιβλ. β. κεφ. β. ex cuius philoſophi ſententia, ſi quis hoc ex me quærat, reſpondeam, locum, quem mare occupauit, non eſſe maris locum, ſed aquæ. Cùm igitur hic ita ſit, elementa autem locum nacta ſint ſuæ naturæ proprium, vnde non niſi per vim depellantur, & quò ſua natura ferãtur: neque eſt mirum, in maria fluuios omneis influere, neque tot aquis in mare decurrentibus, id tamen non

A creſcere, neque terras obruere. Hæc Virg. Geor. 2. ſcire cupit, *Me verò primùm dulces ante omnia Muſæ, Quarum ſacra fero ingenti percuſſus amore, Accipiant, cælique vias, & ſidera monſtrent, Defectus ſolis varios, lunæque labores, Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumeſcant.*

Qvid temper. ann.] quæ res efficiat viciſſitudines dierum ac noctium, commutationéſque temporum quadripertitas, ad temperationem corporum & ad maturitatem frugum aptas: quæ vis terras vere ad concipiendas fruges relaxet, æſtate ad maturandas partim mitiget, partim torreat: hieme ad continendum calorem comprimat, auctumno ad effundendum patefaciat. Si quis hoc quærat, audiat Virgil. Georg. 1.

B princ. *vos ô clariſſima mundi Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum, Liber & alma Ceres.* Liber autem & Ceres, ſunt ſol & luna.

Sponte sva, ivssæ'ne] vtrùm ſua vi, & per ſe, an verò dei alicuius iuſſu, & imperio, & moderatione.

Qvid premat] quæ res, aut quæ cauſa condat lunam.

Concordia discors] quæ apparet cùm in quattuor elementis, tùm ceteris in rebus contrariis illis quidem inter ſe, & pugnantibus: ſed tamen proportione quadam conſentientibus. de quo conſenſu præclarè Oppianus li. 1. ἁλιευ. Οἳ σὺ φιλότητι διακρίνας ἐκέδασσας Αἰθέρα τ᾽ αἰγλήεντα, καὶ ἠέρα καὶ χυτὸν ὕδωρ,

C Καὶ χθόνα παμμήτειραν, ἀπ᾽ ἀλλήλων δὲ ἕκαστα Πάντα δ᾽ ἐν ἀλλήλοισιν ὁμοφρασμένη ὑπὸ δεσμῷ Ἀρρήκτῳ συνέδησας, ἀναγκαίη δ᾽ ἐπέζευξας. Ἀστεμφῆ παγκοινὸν ὑπὸ ζυγόν· οὔτε γὰρ αἰθὴρ Ἠέρος, οὔτ᾽ ἀὴρ ἄτερ ὕδατος, οὐδὲ μὲν ὕδωρ Γαίης νόσφι τέτυκται· ἐν ἀλλήλοις δὲ φύονται· Πάντα δ᾽ ὁδὸν μίαν εἶσι, μίαν τ᾽ ἀνελίσσεται ἀμοιβήν, &c. id eſt, Quaſi cum amicitia diſcreuiſti, & diſſipauiſti æthera lucidum, & aërem, & liquidam aquam, & terram omnium matrem, ſingula verò inter ſe ſeparata ſunt: omnia autem inter ſe concordiæ vinculo irrupto colligaſti, neceſſitati autem immotæ affixiſti ſub communi iugo. neque enim æther ſeparatim ab aëre, neq; aër ab aqua,

D neque aqua à terra facta eſt, ſed inter ſe naſcuntur, & omnia vnam viam eunt, vnáque viciſſitudine conuertuntur, &c. Ouid. lib. 1. Metamorph. *Quippe vbi temperiem ſumſere humórque, calórque, Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus: Cumque ſit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes Res creat, & diſcors concordia, fætibus apta eſt.*

Empedocles] qui ignem, aëra, aquam, terram, principia rerum ſtatuebat: quibus addebat amicitiam, qua illa contrahãtur: & litem, qua diſſipentur. Eum reprehendit Ariſtoteles cùm in primo, & 6. libr. de principiis, tùm maximè primo τῶν μετὰ τὰ φυσικά, his verbis, εἰ γάρ τις ἀκολουθοίη, καὶ λαμβάνοι πρὸς τὴν διάνοιαν, καὶ μὴ πρὸς ἃ ψελλίζεται λέγων Ἐμπεδοκλῆς, εὑρήσει τὴν μὲν φιλίαν αἰτίαν τῶν ἀγαθῶν· τὸ δὲ νεῖκος τῶν κακῶν· ὥστ᾽ εἴ τις φαίη οὕτως, τρόπον

Digitized by Google

πινὰ, ἢ λέγειν, καὶ πρῶτον λέγειν τὸ κακὸν, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀρχὰς Ἐμπεδοκλέα, τάχ᾽ ἂν λέγοι καλῶς, εἴπερ τὸ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων αἴτιον, αὐτὸ τὸ ἀγαθόν ἐστι, καὶ τῶν κακῶν τὸ κακόν: id eſt, *ſi quis enim rationem ſequatur, & comprehendat, atque ad cogitationem, non ad ea, quæ balbutit Empedocles, aſpectum referat, reperiet, amicitiam quidem eſſe bonorum: litem autem malorum. Quapropter ſi quis dicat, Empedoclem quoque quodam modo ita dicere, & primum malum, primumque bonum principia dicere, fortaſſe rectè dicat, ſi quidem cauſa bonorum omnium eſt ipſum bonum, & malorum omnium ipſum malum.* Empedoclis verſus ad hanc rem pertinentes, qui producuntur à Simplicio, hi ſunt, Ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν᾽ εἰς ἓν ἅπαντα, Ἄλλοτε δ᾽ αὖ διχ᾽ ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει. quorum hęc ſententia eſt, *Interdum omnia ab amicitia in vnum contrahuntur: interdum autem ſingula à lite diſtrahuntur.* Iterum Ariſto. eod. lib. 1. τῶν μετὰ τὰ φυσ. de eod. πολλαχοῦ γοῦν αὐτῷ ἡ μὲν φιλία διακρίνει· τὸ δὲ νεῖκος συγκρίνει, id eſt, multis locis amicitia quidē diſſipat, lis autem contrahit. Atque hanc Empedoclis opinionem attingit his verbis M. Tull. in Lælio, *Agrigentinum quidem doctum quendam virum carminibus Græcis vaticinatum ferunt, quæ in rerum natura, totóque mundo conſtarent, quæque mouerentur, ea contrahere amicitiam, diſſipare diſcordiam.* Hunc philoſophum pluribus verſibus laudat Lucretius li. 1. quos, quia & pulcherrimi ſunt, & huic loco mihi videntur conuenire, non me pigebit aſcribere. *Quorum Acragantinus cum primis Empedocles eſt, Inſula quem Triquetris terrarum geſſit in oris, Quam fluitans circum magnis anfractibus æquor Ionium glaucis aſpergit virus ab vndis, Italiæ terrarum oras à finibus eius.* ſequitur deinceps paucis verſibus interpoſitis, *Quæ cùm magna modis multis miranda videtur Gentibus humanis regio, viſendáque fertur Rebus opima bonis, multa munita virûm vi; Nil tamen hoc habuiſſe viro præclarius in ſe, Nec ſanctum magis, & mirum, carúmque videtur. Carmina quin etiam diuini pectoris eius Vociferantur, & exponunt præclara reperta, Vt vix humana videatur ſtirpe creatus.* Iam de quatuor elementis, igni, aëre, aqua, terra: quæ Empedocles principia rerum eſſe voluit, materiæ locum obtinentia, exſtant hi verſus: Τέσσαρα δὴ πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε· Ζεὺς ἀργὴς, ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ᾽ ἀϊδωνεὺς Νῆστίς θ᾽, ἣ δακρύοις τέγγει κρουνὸν βρότειον. ex Suida. νομμ. βρότειον γένος, νῆστιν, τὸ ὕδωρ λέγων, id eſt, Quattuor ſunt omnium rerum fundamenta, ſeu radices, Iupiter candidus, aut liquidus, aut celer: Iunóque ſalutaris; & Pluto, &c.

An Stertinium del. acum.] Stertinium, ſeu Stertinij acumen, id eſt, Stertinius, vt annotauimus ſuprà ad Od. 5. libr. 3. de Stertinio ſat. 3. libr. 2. *Si quid Stertinius veri crepat.* in trib. cod. Vatic. & Iano. Torneſ. Rain. Card. vno Ruſſard. Nicot. Cleric. ſcriptum eſt, *Stertinium acumen.* vt non dubitem, quin hæc ſit vera, & incorrupta lectio. ſic locutus eſt ſup. Od. 12. lib. 4. *Sulpiciis accubat horreis.*

A Verùm seu pisc. seu porr. et cepe] id eſt, ſiue ſumtuosè, & opiparè: ſiue tenuiter, & parcè, frugalitérque viuis, &c. piſceis enim poſuit pro obſonio cariſſimo: porrum & cepe pro cibo viliſſimo. nam terra nata ferè omnia tenuiorum hominum, & plebis ſunt epulæ. M. Tull. epiſt. ad Gallum lib. 7. *Nam, dum volunt iſti lauti terra nata, quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere, fungos, heluellas, herbas omneis ita condiunt, vt nihil poſſit eſſe ſuauius. in eas cum incidiſſem in cena augurali apud Lentulum, tanta me* διάῤῥοια *arripuit, vt hodie primùm videar cœpiſſe conſiſtere. Ita ego, qui me oſtreis & murænis facile abſtinebam, à beta & malua deceptus ſum.* ex quibus verbis intelligere licet, lege ſumtuaria à C. Cæſare lata, piſcibus, & ceteris B obſoniis modum eſſe conſtitutum, ne in eis cōparandis, & apponendis ſumtus fieret nimius: terra nata autem eadem lege fuiſſe excepta. Hom. quidem ἰλ. λ. facit Hecamedam Neſtoris ancillam bello captam, nihil aliud ipſi Neſtori, & Machaoni apponentem præter cepe, mel, & farinam, ſeu panem, his verbis, Ἥ σφῶϊν πρῶτον μὲν ἐπιπροΐηλε τράπεζαν Καλὴν, κυανόπεζαν, εὔξοον· αὐτὰρ ἐπ᾽ αὐτῆς Χάλκειον κάνεον, ἐπὶ δὲ κρόμυον ποτῷ ὄψον, Ἠδὲ μέλι χλωρὸν, παρ δ᾽ ἀλφίτου ἱεροῦ ἀκτήν. i. Quæ eis primùm quidem propius admouit menſam pulchram, cæruleis pedibus, politam: deinde appoſuit in caniſtro cepe, obſonium ad potum prouocans, & C mel flauum, & panem. Sed hæc erat illorum temporum frugalitas.

Sev porr. et cepe trvcid.] id eſt, ſeu tibi nihil apponitur animatum, nihilque aliud occidis in cœnam, niſi porrum & cepe: quæ ſine dubio cùm ſint inanima, occidi non dicuntur, niſi impropriè, aut εἰρωνικῶς, quomodo mihi videtur Horatius hoc loco poſuiſſe, ſignificans eū tenuiter viuere, nihilque omninò trucidare, qui porro, & cepa veſcatur. Nam cenam ſine ſanguine veteres appellabant, tenuem, & ſine magno admodum apparatu, ſine piſcibus, & reliquis obſoniis: Plautus terreſtrem cenā, Captiuis. Sic enim ille, *Æ. terreſtris cena: E. ſus, terreſtris beſtia eſt. Æ. multis oleribus. E. curato ægrotos domi.* verbo igi D tur communi vſus eſt ad res diſſimileis, piſceis, porrum, cepe. ſic locutus eſt quodam loco Lucillius, *fragmenta interſic' panis.*

Vltro] id eſt, non rogatus: vt ſat. 5. libr. 2. *caue te roget, vltrò Penelopen facilis potiori trade.* Itaq; verba ſuperiora, *ſi quid petet*, ſic interpretor, ſi qua re egebit: vel ſi quid tacitus petet. Nam reuera qui eget, tacitus petit. ſic epiſt. 14. *Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas.* Alioqui ei, qui petat, non poſſumus dici vltrò deferre.

Vilis amicor. est ann. bon. vbi, &c.] hunc locum ſic explico: paruo conſtant amici, cùm viris bonis aliquid deeſt. nam vox *bonis*, cum verbo *deeſt* eſt coniungenda. Atque huius rei è vita communi ſumamus exemplum. finge aliquem eſſe virum bonum, eundémque non admodum copioſum, neque rebus ad victum, cul-

tùmque

túmque neceſſariis inſtructum: continuò hic talis ab homine locuplete, & copioſo, beneficio deuinciendus, & quodammodo emendus eſt, vt eius amicitiam ſibi comparet, & promereatur. nam quantumuis ſeſe in eum præbuerit liberalẽ, & munificum, & benignum opulentus ille talẽ amicum tamen, vt pote rem omnium cariſſimã, haud carè videbitur emiſſe. ſic loquitur Plautus in Mil. glorioſo. *Si hæc parauiſſent, homines eſſent minus multi mali, & minus audacter ſceleſta facerent facta:* & poſtea, *Qui homines probi eſſent, eſſet his annona vilior.* Io. Paſſeratius putabat hunc locum eſſe corruptum, & ita legendum, *vbi quid des*: vt ſit hæc ſententia, paruo conſtant amici, vbi quid viris bonis largiaris: quia paruo beneficio eorum amicitiam tibi comparas. ego nihil muto. verumtamen iudicet lector. hoc tantùm lectori teſtabor, in pleriſque libris veter. ſcriptum eſſe *de'ſt*, pro *deeſt*.

Cantaber Agrippæ] ἀπὸ κοινοῦ, *virtute* ſuptâ Od. 8. libr. 3 *Cantaber ſera domitus catena.* & Od. 14. lib. 4. *Te Cantaber non antè domabilis, Medúſque, & Indus, te profugus Scythes Miratur.*

Clavdi vitt. Ner.] id eſt, Armenij Tiberij Claudij Neronis, Augusti priuigni virtute ſubacti ſunt. de hoc ſup. epi. 3. *Iuli Flore, quibus terrarum militet oris Claudius Auguſti priu. &c.*

Ivs, imp. qve Par. Cæs. &c.] Phraates Rex Parthorum, & Perſarum: de quo ſic Strabo li. 6. ὥστ᾽ οὐ μόνον τὰ τρόπαια ἔπεμψαν εἰς Ῥώμην, ἃ κατὰ Ῥωμαίων ἀνέστησάν ποτε, ἀλλὰ καὶ παῖδας ἐπίστευσε Φραάτης τῷ Σεβαστῷ Καίσαρι. id eſt, itaque non ſolùm tropæa Romam miſerunt Parthi, quæ aduerſus Romanos quondam erexerant, verùm etiam liberos ſuos Cæſari Auguſto credidit Phraates. accepit ius & imperium, id eſt, populi Ro. legibus, & imperio parêre ſe velle dixit, ſiue Auguſti fama commotus, ſiue metu coactus.

Genibvs minor] ſupplex. eſt enim ſupplicantis & genua ſua inflectere, & eius, cui ſupplicat, genua tangere. Eurip. in Hippol. Καὶ σῶν γε γονάτων οὐ μεθήσομαί ποτε, id eſt, & tua genua numquam omittam.

Defvdit] ſic habent tres cod. Vatic. & itẽ Iannoct. Torneſ. & vnus Ruſſard. quam ſcripturam probo, reiecta altera *diffudit*: quãquam ferri poteſt. *defudit* autem poſitum pro *fudit de*, κατ᾽ ἀναστροφήν. vt *circumgemit*, *emetiri*, *perſonat*, & ſimilia.

Avrea copia] aurea, id eſt, optabiliſſima, & ſummopere expetenda, τιμιωτάτη καὶ εὐδαιμονικωτάτη id eſt, maximi pretij, & ad beatam vitam magnopere pertinens. ſuprà beatam dixit in carm. ſæculari ad Deos, *apparétque beata pleno Copia cornu.* & mediocritatem auream Od. 11. lib. 2. *Auream quiſquis mediocritatem Diligit, &c.* & Od. 5. lib. 1. *Qui nunc te fruitur credulus aurea.*

EPIST. XIII. AD VINNIVM ASELLAM.

ARGVMENTVM.

A Vinnio petit, vt in offerendis Auguſto ſuis libris & temporis, & decoris rationem habeat.

Vt proficiſcentem docui te ſæpe, diúque,
Auguſto reddes ſignata volumina Vinni:
Si validus, ſi lætus erit, ſi denique poſcet:
Ne ſtudio noſtri pecces, odiúmque libellis
** Sedulus importes opera vehemente miniſter.*
Si te fortè meæ grauis vret ſarcina chartæ:
Abijcito potiùs, quàm quò perferre iuberis,
Clitellas ferus impingas: Aſinaque paternum
Cognomen vertas in riſum, & fabula fias.
Viribus vtêris per cliuos, flumina, lamas.
** Victor propoſiti ſimulac perueneris illuc:*
Sic poſitum ſeruabis onus, ne fortè ſub ala
Faſciculum portes librorum, vt ruſticus agnum:
Vt vinoſa glomos furtiuæ Pyrrhia lanæ:
Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis:
Ne vulgò narres te ſudauiſſe ferendo
*Carmina, quæ poſſint oculos, auréiſque * morari*
Cæſaris. oratus multa prece nítere porrò.
Vade, vale, caue ne titubes, mandatáque frangas.

Vt proficiscentem, &c.] quemadmodum tibi hinc diſcedenti ſæpe & diu præcepi: ſeu quemadmodum te abeuntem ſæpe & diu monui, &c.

Signata] obſignata, ne à quoquam legantur priùs, quàm ab Auguſto.

Si validvs] ſi firmus erit, ſi valebit. cõtrà malè validum poſuit pro infirmo, ſat 5. lib. 2. *Si cui præterea validus malè filius, &c.*

Stvdio nostri] nimio in nos ſtudio: dum ſtudes nobis gratum facere.

Odiúmqve libellis sedvl.] id

eſt, ne immoderato tuo erga nos officio, & ſedulitate oostros libellos odioſos, & inuiſos Auguſto reddas. ſedulum appellant Latini, qui diligẽtiam adbibet in re aliqua ioterdum oimiam, aut minùs opportunam, minúſq; vtilem, ſed tamen bona fide, & ſine dolo. quod quidem exemplis perſpicere licet. Terent. io Andr. *parum ſucceßit, quod ago: at facio ſedulò.* Idem Adelph. *Ego iſtos vobis vſque à pueris curaui ambos ſedulò.* Idem Hecyra, *ergo propterea te ſedulo Et moneo, & hortor, ne cuiuſquam miſereat.* Idem Heaut. *pro ſe quiſque ſedulo Faciebat, quo illam mihi Lenirent miſeriam.* Ibid. *Neſcio alias: me ſcio quidem feciſſe ſedulo, vt ex illius commodo meum compararem commodum.* M. Tull. pro Arch. poëta de Sylla. *Qui ſedulitatem mali poëtæ duxerit aliquo tamen præmio dignam: huius ingenium, & virtutem in ſcribendo, & copiam non expetiſſe?* Idem in
B Rullum io ſeoatu. *finem feci offerendi mei, ne fortè mea ſedulitas aut inſidioſa, aut impudens videretur.* Horat. epiſt. ad Aug. lib. 2. *Sedulitas autem, ſtultè quem diligit, vrget.* & ſuprà epiſt ad Mæcen. 2. *Officioſaq; ſedulitas, & opella forenſis Adducit febreis.* Idem ſat. 5. libr. 1. *vbi ſedulus hoſpes Pane arſit macros dum turdos verſat in igne.*

Si te forte meæ gravis] ſi tu fortè meorum librorum onus ægrè ſuſtinere poteris, abiicito potiùs in itinere, quàm in eo loco, quò te perferre iuſſi, defatigatus, ac defeſſus oneri ſuccumbas. *clitellas impingas* autem dixit tralatione ducta ab aſinis onere oppreſſis, alludens ad eius cognomen *Aſellam*, ſeu *Aſinam*: quod quidam
C malunt.

Ferus impingas] tanquam aſinus onere oppreſſus clitellas in terram ſtolidè impingas. Priſciao. lib. 18. ait *impingas* poſitum eſſe pro *impingito*, hoc modo, abiicito potiùs, quàm clitellas impingito.

Asinæque paternum Cogn.] id eſt, & cogoomen paternum *Aſinæ*, ſeu *Aſellæ*? (dicebatur enim nomine Vinoius, cognomento Aſella) *vertas in riſum*: id eſt, ridiculum reddas, ſeu ridendum præbeas, ac propines. dicent enim homines ruſticitate tua audita, te nihil feciſſe ab aſini natura alienum, impingendo clitellas ſtolidè in eo ipſo loco, quò te libros meos perferre iuſſi, id eſt, alieno tempore, & intempeſtiuè, aut ſtultè, & ruſticè, libros Auguſto tradendo: vel io
D ipſis Auguſti ædibus, atque in eius oculis cùm ei libros trades, ineptè aliquid aut faciendo, aut loquendo. Aſinorum tarditas & ſtoliditas etiam prouerbiis oorata eſt. vide annot. ad illum locũ, *vt ſiquis aſellum In campo doceat*, &c. ſaty. 1. lib. 1. & ad illum, *vt iniquæ mentis aſellus*, &c. ſaty. 9. libr. eiuſdem.

Et fabula fias] ſermonis anſam hominibus præbeas? in ore hominum pro ludibrio venias. ſup. Od. 11. epod. *Fabula quanta fui?*

Virib. Vtêris per cliv. &c.] omnibos tuis viribus contendes per cliuos, flumina, lacunas iter faciens, vt, quò vis, peruenias, libroſque perferas. *vtêris* autem, futurum indicatiui, pro
A futuro imperatiui *vtitor*, poſitum eſt, vt ibidem docet Priſc. idem de illo, *reddes*, quod eſt io ſecundo verſu, ſentiendum. idem enim valet quod *reddito*.

Victor propositi] id eſt, victis, atq; expugoatis difficultatibus omnibus: vel compos propoſiti. ſic eoim Græci ἐγκρατὴς τοῦ σκόπου, ἢ ἐπιθυμίας.

Sic pos. servab. on.] ſic accipe δευτεπτικῶς libros hoc modo, vel certo quodam loco cõditos ſeruabis, quoad Auguſto poſcenti reddas; neque oſtentabis, aut palàm habebis. (Priſcian. etiam hunc locum profert lib. 18. & docet, *ſeruabis*, poſitum eſſe pro *ſeruato*.

Ne forte svb ala, &c.] boc eo dico, ne fortè ſub ala, & in oculis omnium libros
B meos feras: ne ſubſarcinatus eas, quaſi ruſticus agnam ſub ala portans, aut conuiua tribulis ſoleas cum pileolo, aut Pyrrhia glomos lanæ furtiuæ. tria propoponit exẽpla ridicula, quibus Vinniũ monet, vt libros occultè ferat, aut domi ſeruet potiùs, donec reddendi maturum tempus aduenerit. (ſoleas autem portabat ruſticus conuiua tribulis ab vrbano & diuite ad cenam vocatus: quibus io triclinio noo vtebaotur. Turn. aduerſ. lib. 24.)

Glomos] ſic legendum, & ita habent omnes ferè libri calamo exarati, & quos Romæ inſpexi, & quos hic in Gallia. Glomus autem & glomer (nam vtrumque vſu receptum eſt pro eadem re) globus eſt laoæ, & fili. Lucr. in nomi-
C ne glomere producit primam ſyllabam li. 1. *Nam ſi tantundem eſt in lanæ glomere, quantum Corporum in plumbo eſt*, &c. glomerare tamen verbum in eadem ſyllaba ſemper corripitur.

Morari] retinere, delectare: vt epiſtol. ad Piſoo. *Valdius oblectat populum, meliuſque moratur.*

Oratvs mvlta prece] ſic loquitur & Cæſar lib. 6. de bello Gall. *flentes omnibus precibus orabant*. & M. Tull. epiſt. ad Attic. lib. 9. epi. ad Cæſarem. *Quamobrem à te peto, vel potius precibus omnibus oro, & obteſtor, vt in tuis maximis curis aliquid imperties temporis huic quoque cogitationi.* ſed quidam hæc ſic diſtingui volunt, *Cæſaris, oratus multa prece, nitere porrò*, &c.

Vade vale,] quidam libri veteres habẽt
D *Vune vale*: quos ooo ſequor.

Ne nitvees] ne offeodas, ne pecces. tralatio eſt.

TVRNEBVS.

Ex libr. 7. cap. 11. Scribit Flaccus ſaty. 1. lib. 2.

-- atqui

Primores populi arripuit, populúmque tributim: quo verſu ſignificat ſummos & infimos à Lucilio ſtyli ſatyrici acerbitate vulneratos fuiſſe: ſed cùm primores dixerit, & plebem ſignificare proximo caſo debuerit, baud Inuitus ſcriptoturæ accedo, quam in quodam exemplari reperi,

-populumq;

--*populumque tributim.* Tribus enim ignobiliorum erant: qui ſenſus etiam efficietur *tributim* legenti, etſi non tam commodè reſpondebit. Vtraque certè ſcriptura patronos habet, vna Porphyrionem, altera Acronem. Ergo ſic illud *tributim* amplector, vt tamen *tributim* non omnino aſpernet, nec Improbem. Plinius quoque libr. 19. cap. 4. vt quodam loco docemus, tribus pro pauperioribus dixit, & eadem notione à Flacco *Conuiua tribulis* appellatur non diues.

Ex lib. 24. cap. 17. Romani non ſolebant in publico vti ſoleis, ſed vel in triclinio, vel in cubiculo: verum foris calceis, atque ea de cauſa crimini vertit Cicero Verri, 7. in Vert. quod ſoleatus fuerit, *Stetit*, inquit, *ſoleatus prætor Pop. Rom. cum pallio purpureo tunicáque talari.* *& tribulis conuiua* apud Horatium libr. 2. ſat. 8. gerit ſub alea ſoleas; & conuiuator Naſidienus apud eundem ſoleas poſcit: meretricula apud Plautum in Truculento puerperam mentiens & decipere militem cupiens ſoleas poſcit.

--ſoleas inquit, *mihi date.* Iterum. Se. Num tibi nam & Se. Puero iſti. Se. Dare ſoleas.

Date ſoleas, atque me intrò actutum ducite. omninóque foris ſolea muliebre potius quàm virile calceamentum habebatur: Catullus ad Mallium de Leſbia --*arguta conſtitit in ſolea.*

Ex lib. 28. cap. 33. Et niſi nullus erat Romanus qui non in aliqua eſſet tribu, tamen tribus pro plebe, id eſt, pro ima populi parte poni Equitib. & Senatu excluſis, legó in Papinio libr. quarto Siluar.

Moribus atque tuis, inquit, *gaudent turmæque tribúſque purpureíque patres.* Sic --*ſoleas conuiua tribulis*, Flaccus dixit, pro conuiua humili & plebeio. Sic tributa comitia, comitia plebis erant: & ab iis arcentur apud Liuium Patricij credo, quòd quamuis omnes in tribu eſſent, tamen plebs multis partibus numero reliquos ſuperaret. Quod autem numeroſiſſimum erat, vt ſolum tribus nomen non diuiſit, ſed ſibi totum vendicauit.

Ex libr. 30. cap. 38. Sandalium muliebre calceamentum eſt, ſimile plantæ & veſtigio, vt è Sardinia apparet, qui & Ichnuſa & Sandaliotis vocatur. Dici poteſt & Sandalum Latinè ſolea, vt à Catullo ad Mallium. de Leſbia. --*arguta conſtitit in ſolea.* Sed & piſcis ſolea à quibuſdam etiam Sandalium dicebatur, vt Heſychius eſt auctor in voce [illegible]. Soleis etiam viri domi vtebantur, vt in conuiuio. Flaccus, libr. 2. ſatyr. 8. *Et ſoleas poſcit.* lib. 1. Epi. 13.

--*ſoleas conuiua tribulis.*

EPIST. XIIII. AD VILLICVM SVVM.

ARGVMENTVM.

Villici ſui deſiderium reprehendit, cupientis ob lupanaria & popinas in vrbe viuere, & interim inconſtanter faſtidientis rura, quæ ante tacita prece petiiſſet. Cur autem contra vitam ruſticam vrbanæ præferat, exponit. Sed illum more hominum facere dicit, vt alienam ſortem ſuæ præferat.

Villice ſiluarum, & mihi me reddentis agelli,
Quem tu faſtidis, habitatum quinque focis, &
*Quinque bonos ſolitum * Bariam dimittere patres:*
B *Certemus, ſpinas animóne ego fortius, an tu*
Euellas agro: & melior ſit Horatius, an res.
Me quamuis Lamiæ pietas, & cura moretur
Fratrem mærentis, rapto de fratre dolentis
Inſolabiliter: tamen iſtuc mens, animúſque
C *Fert: & amat ſpatiis obſtantia rumpere clauſtra.*
Rure ego viuentem, tu dicis in vrbe beatum.
Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors.
Stultus vterque locum immeritum cauſatur iniquè.
*In culpa eſt animus, qui ſe non * effugit vmquam.*
D *Tu * mediaſtinus tacita prece rura petebas,*
Nunc vrbem, & ludos, & balnea villicus optas.
*Me * conſtare mihi ſcis, & diſcedere triſtem,*
Quandocumque trahūt inuiſa negotia Romam.
Non eadem miramur, eò diſconuenit inter
Méque, & te, nam, quæ deſerta, & inhoſpita teſqua

Credis, amœna vocat, mecum qui ſentit: & odit,
Quæ tu pulchra putas. * *fornix tibi, & vncta popina*
Incutiunt vrbis deſiderium, video: & quòd
Angulus iſte feret piper, & tui ocyus vua:
Nec vicina ſubeſt, vinum præbere taberna
Quæ poſſit tibi: nec meretrix tibicina, cuius
Ad ſtrepitum ſalias terræ grauis. & * *tamen vrges*
Iampridem non tacta ligonibus arua: bouémque
Deiunctum curas, & ſtrictis frondibus exples.
Addit opus pigro riuus, ſi décidit imber
Multa mole docendus aprico parcere prato.
Nunc age, quid noſtrum concentum diuidat, audi.
Quem tenues decuere togæ, nitidique capilli:
Quem ſcis immunem Cynaræ placuiſſe rapaci:
Quem * *bibulum liquidi media de luce Falerni:*
Cena breuis iuuat, & prope riuum ſomnus in herba.
Nec luſiſſe pudet: ſed non * *incídere ludum.*
Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam
* *Limat: non odio obſcuro, morſuque venenat.*
Rident vicini glebas, & ſaxa mouentem.
Cum ſeruis vrbana diaria rodere mauis.
Horum tu in numerum voto ruis. inuidet vſum

A *Lignorum, & pecoris tibi calo argutus, & horti:*
* *Optat ephippia bos piger: optat arare caballus.*
Quam ſcit vterque, libens, cenſebo, exerceat artem.

NIHI ME REDDENTIS AG.] id eſt, cuius amœnitate, & ſalubritate me officiis, negotiiſque vrbanis defatigatum, reficio ac recreo. ſic Catull. carm. ad Fundum, à cena illa Sextiana ſe vſque eò grauedine frigida, & frequenti tuſſi B quaſſatum eſſe dicit, donec in ſinum fundi ſui Tiburtis confugerit, ibique ſe ocymo, & vrtica recurauerit.

QVINQVE FOCIS] quinque familiis ſeparatis, ac diſtinctis.

ET QVINQVE BONOS SOLITVM, &c.] intellige, ex hoc agro Horatiano, in quo quinque foci eſſent, quinque homines grandes natu in oppidum Sabinorum Bariam conuenire ſolitos, tamquam ſenatores, qui conſultarent, & ſententiam dicerent de re Sabinorum communi, & publica. nonnulli arbitrantur eò euocari ſolitos eſſe, vt ibi gererent magiſtratum. alij annotant, Bariam locum eſſe in Sabinis, ad quem ſoliti eſſent tranſire ad cauſas agendas. Ego de Baria ni- C hil habeo dicere, præterquam quòd aiunt omnes fuiſſe oppidum in Sabinis aliquando frequẽtiſſimum, ac celeberrimum. Hoc etiam lectori teſtificabor, in omnibus ferè libris manuſcript. & Vaticanis, & aliis, legi *Variam*, non *Bariam*. Varia autem, cui Appula cognomen eſt, longè admodum diſtat à Sabinis.

SPINAS] eleganter ſpinas ad agrum, animúmq; retulit: ſed agri ſpinæ, propriè dicuntur: animi ſpinæ, pro curis, & angoribus, tranſlatè. Catullus curas, *ſpinoſas* appellauit in carmine de nuptiis Pelei, & Thetidis, *Spinoſas Erycina ſerens in pectore curas.* & Horat. epiſt. 2. lib. 2. *Quid te exempta iuuat ſpinis de pluribus vna?*

AN RES] id eſt, an bona. ſic ſæpe alibi: vt D ſat. 5. libr. 2. *Et genus & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.*

ET CVRA MORETVR,] quidam libri veteres habent, *moratur.*

RAPTO] ſibi à Parcis erepto, id eſt, immaturè mortuo, ſic Catullus ad Manl. *ô miſero frater adempte mihi.*

INSOLABILITER] ita acerbè, vt nullus conſolationi locus ſit relictus.

MENS, ANIMÚSQVE] video, hæc ſæpe coniunctè poni à ſcriptoribus. Terent. Andria, *mala mens, malus animus.* Lucret. libr. 3. *Primum animum dico, mentem quam ſæpè vocamus.* Idem ita vtrumque coniunxit, alterum in patrio caſu efferret, hoc modo, *mens animi*, vt libr. 4. *Nec ratione alia*

alis cùm ſomnus membra profudit, Mens animi vigilat, A *niſi quòd ſimulacra laceſſunt Has eadem noſtros animos.* Idem libro 5. *Tenuis enim natura Deûm, longéque remota Senſibus à noſtris animo vix mente videtur.* Idem libr. 6. *Perturbata animi mens in mærore, metúque.* Catull. ad Ortalum, *Nec potis eſt dulcis Muſarum expromere fœtus Mens animi.* Plautus in Ciſtell. *Nullam mentem animi habeo: vbi ſum, ibi non ſum: vbi non ſum, ibi eſt animus.* Ariſtoteles autem huiuſmodi ἀναλογίαν, id eſt, comparationem, ſeu proportionẽ proponit, tùm in libr. de morib. ad Nicomach. tùm Topicorum primo, ὡς ἐν σώματι ὄψις, οὕτω νοῦς ἐν ψυχῇ, id eſt, vt in corpore aſpectus, ſic mens in animo.

Et amat spat. obst. rump.] id eſt, & cupit impedimenta omnia, moráſque præcide- B re: & quodammodo è carceribus euolare. *amat rumpere*, id eſt, libenter & cupidè rumpit: ſeu cupit rumpere.

Clavstra] repagula, carceres. ſat. 6. lib. 2. *tu pulſes omne quod obſtat, Ad Mæcenatem memori ſi mente recurras.*

Sva nim. est od. sors] quidam libri veteres habent *ſ. n. eſt od. res:* quos non ſum ſecutus, quamuis non damnem.

Stvlt. vterqve loc. immer. cavs.] culpam confert in locum, cùm ea in ipſo hæreat, vt ſtatim ſubiicit, *In culpa eſt animus, &c. cauſatur*, more Græcorum, αἰτιᾶται: id eſt, accuſat, criminatur, cauſam ſui angoris, ſuæque ægritudinis eſſe dicit. Qui ex animo laborat, id eſt, cuius C animus non eſt ab omni perturbatione liber, ac ſolutus, is, cùm perpetuò excrucietur, & æſtuet, exiſtimat ſe loco commutando curam, & moleſtiam ex animo depulſurum: ſed magnopere fallitur. nam morbi cauſa, & principium ægritudinis ineſt in animo, non in loco. vide ſuprà ann. ad illum locum Od. 16. libro 2. *patriæ quis exſul, &c.*

Qvi se non effvgit vmqvam.] ſic ſup. Oda illa 16. libr. 2. *patriæ quis exſul Se quoque fugit.*

Tv mediastinvs] ſic hanc vocẽ ſcriptam reperi in omnibus codicib. antiq. non, vt in vulgatis, *medyaſtinus.* Eſt autem vox mera Latina ex duobus nominibus Latinis compoſita, D *medio* & *ſtando*, non à Græco ἄστυ, vt nonnulli vaticinantur. Ac mediaſtini ſerui omnium propemodum ſunt laborioſiſſimi, quippe qui ad omnia ferè miniſteria parati, & tamquam in medio poſiti eſſe debeant. Nonnulli per mediaſtinum, ſeruum balneatoris ſignificari putant. Cato *ille imperator: tu illi, ac ceteris mediaſtinus.* Nonius, *Mediaſtinos, non ſolum balnearum, ſed aedium quoque miniſtros, & curatores legimus.* Lucill. 17. *Villicum Ariſtocratem mediaſtinum atque bubulcum, Commanducatus corrupit, ad incita adegit.* Quidam eoſdem eſſe putant atque atrienſeis, quod Græci μεσαυλίους, & περιστώους appellant.

Tacita pr. rvra pet.] rura tacitus expetebas, & exoptabas.

Constare mihi] in ſententia manere: ſemper commorationem, & vitam ruſticam vrbanæ anteponere.

Disconvenit inter Méqve, et te] eo inter nos diſſidemus, ac diſcrepamus. *diſconuenit*, id eſt, non conuenit. nam imperſonale eſt hoc loco, vt loquuntur Grammatici. ſuprà epiſt. 1. perſonale eſt, *Æſtuat, & vitæ diſconuenit ordine toto.*

Inhospita] ἄξενα. Virgil. Æneid. 5. *tot inhoſpita ſaxa.*

Tesca] agreſtia, difficilia, inculta, horrida, deſerta loca. Attius in Philoctete, *Quis tu es mortalis, qui in deſerta Lemnia, Et teſca te apportes loca?* ex Varrone & Feſto: apud quos tamen non eodem modo ſcribitur hoc nomen: ſed apud alterum *teſqua*, apud alterum *teſca*. libri ſcripti pleriq; habent *teſqua*. ego tamen malim ſcribi *teſca*, vt ſcriptum eſt apud Varron. qui deducit à tuendo, vt ſint quaſi *tueſca*. At Scaliger F. mauult à Græco deflectere, vt dicta ſint *teſca*, quaſi δάσκια: id eſt vmbroſa, ſeu nemoroſa.

Amœna vocat] vocat amabilia, & ad ſe amanda allicientia: ſic Feſtus.

Mecvm qvi sentit] is, qui amat ſolitudinem, ſiluas, locáque ab arbitris remota.

Pvlch. pvtas] ſic habent cod. duo Vatic. Ianooct. Faërn. Rain. Card. Torn. Ruſſard. Nicot. Cleric. meus: alij vocas, vt vulg. mendoſè, opinor.

Fornix] proſtibulum, ganeum. ſat. 2. lib. 1. *Quidam notus homo, cùm exiret fornice, macte Virtute, &c.* ead. ſaty. verſu ſuperiore, *niſi olenti in fornice ſtantem.*

Vncta popina] in qua coquuntur omnis generis obſonia. vnde popino, popinonis, ſat. 4. lib. 2. *Quæcumque immundis feruent allata popinis.* Lucil. *Infamem, immundam, turpémque odiſſe popinam.*

Incvtivnt vrbis desid.] iniiciũt tibi vrbis cupiditatem, vel afficiunt te vrbis deſiderio. & eſt tralatio, vt dicimus *incutere timorem, dolorem.* Idem Horat. epiſto. ad Loll. 2. hoc lib. *ne mox Incutiant aliena tibi peccata pudorem. incutere amorem.* Lucret. libro 1. *Et ſimul incuſſit ſuauem mi in pectus amorem Muſarum. incutere tremorem*, idem libro ſexto. *Et fera vis venti per crebra foramina terræ Diſpertitur, vt horror, & incutit inde tremorem. morbos*, idem ibidem, *Multa cibos, quæ ſunt vitalia, multáque morbos Incutere, & mortem quæ poſſint accelerare.* Horatius *incutere bellum*, ſatyr. 1. libro 2. *ſeu quòd Lucania bellum Incuteret violenta.* idem ibi. *incutere negotium. ne forte negoti Incutiat tibi quid ſanctarum inſcitia legum.* M. Tullius lib. 2. de orat. ad Q. Frat. *Item timor incutitur, aut ex ipſorum periculis, aut ex communibus.* T. Liuius lib. 2. *poſtem iam tenenti Conſuli fœdum inter precationem Deum nuntium incutiunt, mortuum eius filium eſſe.*

Et qvòd angvlvs iste] id eſt, & hoc alterum tibi vrbis deſiderium commouet,

Digitized by Google

quòd ages iſtc, cui colendo ſe præpoſui, oeque vuam effert, neque cauponam pſopinquam habet, nec tibicinam, cuius ad caotum ſaltes. angulum Latinè per tralationem pooimus, pro longinquo, remoto, abdito, infrequenti loco, vt ſup. Od.6. lib.2. *Jlle terrarum mihi præter omneis Angulus ridet*. M. Tull. in Catil. 2. *nemo non modò Romæ, ſed nec vllo in angulo totius Italiæ oppreſſus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile ſceleris fœdus aſciuerit*. angulum à Græco nomine ἄγκυλον dictum eſſe veriſimilius eſt, quàm ab aduerbio ἐγγύς.

FERET PIP. ET TH. OCY. V.] id eſt, numquam feret vuam, cum thus, & piper in Arabia naſcantus.

PRÆBERE] παρέχειν, ſuppeditare, vs Virg. Georgic. 5. *Arbuta ſufficere, & fluuios præbere ſalubreis*. lege annot. ad Od. 13 lib.3.

CVIVS AD STREPITVM] ad ſtrepitum tibicioæ tibia canentis, id eſt, ad ſtrepitum tibiæ, qua canit tibicina. ſupt. epiſto. 2. *Ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam*. Od. 3. libr. 4. *Dulcem quæ ſtrepitum Pieri temperas*: ad quem locum pluta.

SALTAS] ſaltes non admodum ſcientes, neque numeroſè. ſaliunt enim vetiùs, quàm ſaltant ruſtici. idem de arte poët. *ſaliet, tundet pede terram*.

TERRÆ GRAVSS] tu grauis tetræ. hoc dixis ad exprimendum villici ſaltantis & inſcitiam, vel contentionem, cuius grauitatem, & pondus terra ſeotire videatut: vt ſup. Od.18. lib. 3. *Gaudet inuiſam pepuliſſe foſſor Ter pede terram*. annot. ad Od. 4. libr. 5. Boſius tamen, *terræ grauis*, ſic accipit: tu tetræ grauis ſalias, vt terram oneſe leues: tu tanquam tesræ grauis, ſalias, vt eam exoneres.

ET TAMEN VRGES IAMPRIOEM, &c.] hæc ſunt referenda ad ea, quæ ſunt ſuprà. *nam, quæ deſerta, & inhoſpita teſqua*. vel ad principium epiſtolæ, *Quem tu faſtidis habitatum, &c.* hoc modo, quanuis agrum meum faſtidias, vel quanuis locum iſtum ſterilem, deſertum, & incultum eſſe dicas, tu tamen arua, quæ iampridem non fuerunt culta, aut foſſa, ſtudioſè, & aſſiduè fodis, ſubigis, & colis.

BOVEM OEIVNETVM] bouem ſeiunctum, ac ſeparasum ab altero: vel iam diſſolutum: quod fit veſperi. ideoque βουλυτὸν nominant Græcs rempus veſpertinum. annotatum ſup. ad Od. 6. lib.3. ibid. *& iuga demeret Bobus fatigatis*. deiunctum autem excudendum curaui, quattuos libros maouſcrip. ſecutus.

ET STRSCTIS] id eſt, ſtringendo ſucciſis. ſic Virg. in Mœride, *hic, vbi denſas Agricolæ ſtringunt frondeis*. Idem Georg. 2. *tunc ſtringe comas, tunc brachia tonde*. Idem primo, *Sed tamen & quernas glandeis tunc ſtringere tempus*. eodem libro, *cum flauis meſſorem induceret aruis Agricola, & fragili iam ſtringeret hordea culmo*.

EXPLES] ſaturas, paſcis. Virgil. Georg. 2. *hic piſcibus atram Improbus ingluuiem, raniſque loquacibus*

A *explet*. Idem lib.3. Æneid. *Nam ſimul expletus dapibus, &c.*

AOOST OPVS] oegotium ſibi exhibet pſæter ea, quæ quotidiana ſunt, & vſitata: non ſinis te ceſſare: ſe exercet.

MVLTA MOLE DOCENDVS] multis molibus oppoſitis, in aliam partem auertendus, oe prato noceat. verbum *docendi* attribuit sei inanimæ, cùm animata ſola doceantur. ſic in epiſt ad Piſones. *Seu curſum mutauit iniquum frugibus amnis Doctus iter melius*.

QVIO NOSTR. CONC. DIV.] quid cauſa ſit, quamobrem diſſentiamus, alioqui maximè concordes. *concentum*, pro conſenſione, & concordia poſuit tranſlatè. propriè enim συμφωνίας ſignificat, quæ conſtat ex plutibus diſſimilibus,

B & diſparibus ſonis, proportione coniunctis, æqualibus, & concordibus. diſſoluitur autem & cuttumpitur, vbi proportio, & ſimilitudo rationum ſollitus, & tum eſt *ſymphonia diſcors*, quam commemorat epiſt. ad Piſon. non longè ab extr. Ex diſparibus autem ſonis debet concentus, ſeu ſymphonia conſtase, non paribus, aut iiſdem. tum enim etiam corrumperetur, & fieret ὁμοφωνία, id eſt, vnius vocis ſoous, vt docet Ariſtoseles lib.2. Polit. vbi diſputans aduerſus Platonem, ſeu Socsatem, qui communionem vxorum & liberosum & poſſeſſionum in ſuis libris de Rep. introduxit eo conſilio, vt ciuitas maximè fiat voa, probat, nihilo magis oportete ciuisatem maximè voam fiesi, quàm ſymphoniam fieri ὁ-

C μοφωνίας, id eſt, vnum ſonum, aut rythmum, pedem vnum. cò enim progrederetur illa, vt ita dicam, vnitas, vt deſineret eſſe ciuitas, &c.

DIVIOAT] diſſoluat, vel diſcordem efficiat.

QVEM TENVES] me, quem tenues, &c. ſequitur infrà verbum *iuuat*.

NITIOIQVE CAPILLI] λιπαροί, vnguento delibuti. vt ſupsà Od. 7. lib. 2. *nitenteis Malobathro Syrio capillos*.

IMMVNEM] gratis ſine muneribus, vt ſup. Od. 12. lib. 4. *non ego te meis Jmmunem meditor tingere poculis*.

CYNARÆ] amicæ, de qua ſuprà Od. 13. lib. 3. *ſed Cynaræ breueis Annos fata dederunt*.

RAPACI] qualia ſunt ſcorta. Catull. ad Thallum, puerum impudicum, *Idémque Thalle turbida*

D *rapacior procella*.

BIBVLVM] bibacem, vs infrà epiſt. ad Loll. 2. *Potores bibuli media de nocte Falerni*, ita per tralationẽ bibulam arenam dixit Lucset. lib. 2. *Littoris incurui bibulam lauit æquor arenam*.

MEDIA DE LVCS] ſat. 8. lib. 2. *dictus here illic De medio potare die*. atque hoc tempore diem faogere dicebaotur homines inertes, voluptarij, luxurioſi, in cute curanda occupati: conuiuiáque ad multam noctem oonnum quam pſoducebãt. ego igitur (inquit) qui ceois à meridie vſque ad multam noctem productis olim delectabar, nunc breuibus delectos magis.

NEC LVSISSE PVOET, &c.] neque ve-

sò me

rò me pudet olim cœnis longis, ac ſumtuoſis, de- A liciiſque, ac voluptatibus ſeruiiſſe, atque indulſiſſe, cùm ætas ferret. ſed non conſtituere modũ huiuſmodi vitæ, intemperatæ, & libidinoſæ. nam hic dies aliam vitam affert, alios mores poſtulat. *ludere* interdum valet, amori operam dare, vt epi. 2. lib. 2. *Luſiſti ſatis, ediſti ſatis, atque bibiſti.* & Od. 13. lib. 4. *Ludiſque, & bibis impudens.* Liuius Andron. *Affatim edi, bibi, luſi.*

SED NON INCID. LVD.] ſed non facere finem ludi.

NON ISTIC. OBLIQ. OCVLO, &c.] Non temerè (inquit) vitæ ruſticæ cupiditate afficior. Nam nemo iſtic, id eſt, rure, mea commoda oculo obliquo limat: hoc eſt nemo meis commodis inuidet: nemo aſpectu maligno, & inui- B do mea commoda faſcinat, & minuit. Nam ſiquam inuidiam mihi conflarent res ſecundæ meæ, riſus vicinorum eam diſcuteret, atque obrueret.

LIMAT] limare puto eſſe à lima ductum, non à limis oculis, vt nonnulli volunt, vt ſit deterrere, attenuare, imminuere. Itaque ſic mihi videtur hic locus eſſe explicandus. Nemo iſtic obliquo, id eſt, inuido, aut maleuolo oculo mea commoda atterit, aut minuit. putabant enim veteres, aſpectum inimicum, atque infeſtum alteri nocere. ſic Virg. in Palæmone, *Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.* βασκαίνειν appellant Græci. & βάσκανον τὸν οἱονεὶ φάεσιν. id eſt, ὀφθαλμοῖς καίνοντα, καὶ φθείροντα τὸ ὑπ' αὐτοῦ ὁρᾶσθαι, id C eſt, qui oculis interficit, & corrumpit quod ab ipſo cernitur, vt ſcribit Theocr. interpres. Quo modo autem fiat faſcinatio, Vel quamobrem faſcinentur pueri maximè, declarat Alex. Aphrodiſ. probl. 53. lib. 2. & Plutarch. lib. 5. συμποσιακ. περὶ τῶν καταβασκαίνειν λεγομένων diſputat. Eſt & limare interdum copulare, vt ait Nonius Marcellus: quod ad hunc locum non quadrat. vtitur Plautus in Pœnulo. *at vide ſis. cum illa nunquam limaui caput.* poſtremò limare ſignificat etiã limo conſpurcare. Plaut. ibidem. *M. curram igitur aliquò ad piſcinam, aut lacum, limum petam.* AG. *quid eo opus ſit?* M. *ego dicam: vt tibi & illi limem caput.*

RID. VIC. GLEB. ET SAXA MOV.] vicini, inquit, rident me dum glebas & ſaxa mo- D ueo, ſimiliaque opera ruſtica facio. ita inuidia in me, & mea commoda nihil valet: neque mihi, meiſve nocere poteſt. Ridicula, & riſum inuidiã ac faſcinum depellere atque auertere diximus ſuprà ad illum locum, *Inuidiam placare paras, &c.* Sat. 3. lib. 2.

VENENAT] corrumpit. tranſlatio eſt. vtitur & Lucret. lib. 6. *Vt ſpatium cæli quadam de parte venenet.*

CVM SERVI VRB. DIAR.] tu contrà ruſticus in vrbe viuere mauis. diarium, victus eſt diurnus. Cicer. ad Attic. libr. 8. *eo modo autem ambulat Cæſar, & in diariis militum celeritatem incitat, vt timeam, ne citiùs, quàm opus ſit, ad Brundiſium acceſſerit.*

RODERE] τρώγειν. ſignificat victum aridũ, & ſollicitum, itaque verbo vſus eſt muribus conuenienti potiùs, quàm hominibus. Notat hic Porphyrio, *non cum ſeruis manu, ſed cum ſeruis rodere manu.*

HORVM TV IN NVMER.] in numerum ſeruorum vrbanorum.

CALO] qui lignum domi non habet: qui it lignarum foras. *Calones* (inquit Feſtus) *militum ſerui dicti, quia ligneas clauas gerebant, quas Græci* κᾶλα *vocant. Cala* (inquit Seruius in 6. Æneid.) *dicebant maiores noſtri, fuſtes, quos portabant ſerui ſequentes dominos ad prælium.* M. Tull. lib. 3. de nat. Deor. *Eos* [Tyndaridas] *tu canteriis albis, nullis calonibus obuiam Vatieno veniſſe exiſtimas.*

ARGVTVS] aſtutus, ſollers, calidus, vafer.

OPTAT EPHIPP. BOS PIG. OPT. AR.] *Ephippium* (inquit Nonius) *tegmen equi ad mollem vecturam paratum.* Acron notat, aliis ephippia eſſe ſagmata, id eſt, onera, aliis ea, quæ propè iugum equis curulibus imponuntur. prouerbiũ cõuenit in eos, qui muneris functionem, & conditionem ſibi accommodatam, faſtidiunt: alienã, & ad quam inepti ſunt, expetunt. M. Tull. ad Attic. lib. 5. *Clitellæ boui ſunt impoſitæ. planè non eſt noſtrum onus. ſed feremus. modò, ſi me amas, ſim annuus.* Cum his congruit illud Pindari, quod refert Plutarch. ἐν τῷ περὶ εὐθυμίας. ὑφ' ἅρμασιν ἵππος, ἐν δ' ἀρότρῳ βοῦς· παρὰ ναῦν ἰθύει τάχιστα δελφίς· κάπρῳ δὲ βουλεύοντα φόνον κύνα δεῖ θλάθυμον ἐξευρεῖν. id eſt, equus currui aptus eſt, bos aratro: Delphinus præter nauem celerrimè, & concitatiſſimè rapitur: ei autem, qui apro necem meditetur, canis reperiendus eſt generoſus, & laborioſus, qui aprum adoriri audeat. Ephippium porrò equi tergo imponitur, vt in eo inſidens commodiùs vehatur eques. *at ipſa boum terga* (vt ſcribit M. Tull. lib. de nat. Deorũ. ſecũdo) *declarant non eſſe ſe ad onus accipiendum figurata: ceruices autem nata ad iugum: tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda.* Eodem pertinet illud Maximi Tyrij, λόγῳ λβ. φέρε, εἴ τις ἐπιχειρεῖ τὸν βοῦν ἀπολύσας τῆς ἀρότρου καὶ τὸν ἵππον τῆς ἁρμάτων ὑπαλλάξας ἑκατέρου τὴν ἐργασίαν, ὑπαγαγεῖν τὸν μὲν βοῦν τῷ ἅρματι, τὸν δὲ D ἵππον τῷ ἀρότρῳ, ἆρ' οὐκ ἂν ἦν πρὸς μὲν τὴν φύσιν παράνομος, πρὸς δὲ τὰ ζῷα αὐτὰ ὑβριστὴς, πρὸς δὲ τὰς τέχνας ἀμαθὴς, πρὸς δὲ τὴν χρείαν ἀκερδὴς, πρὸς δὲ τὴν ὑπηρεσίαν καταγέλαστος; id eſt, Age, ſi quis conaretur boue diiuncto ab aratris, & equo à curribus, commutata vtriuſque opera, ſubiungere bouem currui, equum aratro, nónne eſſet in naturam quidem exlex atque iniuſtus, in ipſa animalia autem contumelioſus, ad arteis autem rudis atq; indoctus, ad vſum verò atque vtilitatem quæſtus faciendi ignarus, ad miniſterium autem ridiculus?

BOS PIGER,] qui ad arandum natus eſt, nõ ad vehendum, neque ad curſum, vt equus. Itaque appellatur à Græcis ἀροτήρ, id eſt, arator. Heſiod. ἔργ. καὶ ἡμ. Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε,

βοῦν τ' ἀροτῆρα. id eſt, domum primùm, & A mulierem, & bouem aratorem. & Aratus, *πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων*: id eſt, primi autem guſtarunt boues aratores.

QVAM SCIT VTERQVE, LIBENS] prouerbium eſt vulgatiſſimum: *Quam quiſque didicit, eam artem exerceat.* Ariſtophanes in Veſpis, *Ἔρδοι τις, ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.* Apud Athen. lib. 8. in illo Stratonici, hominis ſalſiſſimi reſpōſo ad harmonicum illum, qui anteà hortorũ cuſtos fuerat, cum eo de harmoniis diſputantem, ſcriptum eſt. *ᾄδοι τις*, non *ἔρδοι τις*, leui immutatione facta, propter eius, in quem dicebatur, perſonam. vtitur & M. Tull. epiſt. ad Attic. eod. lib. quem proximè citaui, *O rem minimè aptã meis moribus, ô illum verum, ἔρδοι τις.* B

TVRNEBVS.

EX lib. 28. cap. 31. Vt meſonauta medius eſt inter nautas, id eſt, inter ſummos & imos: ſummos, vt gubernatores & protetas, imos vt remiges: Sic mediaſtinus, medius inter ſeruos fuiſſe videtur: ſummos, vt atrienſes & diſpenſatores: Imos, vt compeditos, & notæ extremæ & quales quales. Vlpianus l. item apud Labeonem §. queſtionis verbo. ff. de Iniuriis. *Etenim multum intereſt, qualis ſeruus ſit, bonæ frugi, ordinarius, diſpenſator, an verò vulgaris, vel mediaſtinus, an qualis qualis. & quid ſi compeditus, vel malè notus, vel notæ extremæ?* Itaque à medio nomen habet, reliquum in vocabuli productione numerandum eſt, non ſi- C gnificatione. *Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas* non alio accipiendum eſt modo. Cùm, inquit, mediaſtinus mihi eſſes Romæ, votis optabas, vt villicus eſſes: cuius optati nunc te piget.

Ex lib. 9. cap. 28. Inuidiæ magnam vim ad nocendum antiqui putabant, cùm eam ſola voluntate & ipſo afflatu & contagione maleficam & venenatam eſſe & hominibus quibus malè vellet, obeſſe grauiter cenſerent: hinc illa Horatij lib. 2. Satyr. 3.

Inuidiam placare paras virtute relicta?

Leniendum enim & demulcendum hoc vitium, quod crederent, ita loquutus eſt. Rurſum.

Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam
Limat, non odio obſcuro morſúque venenat. D

Plura de inuidia legas lib. 2. Satyra 3. infrà.

EPIST. XV. AD C. NVMONIVM VALAM.

ARGVMENTVM.

Quòd Veliam & Salernũ proficiſci cogitet, quę ibi ſit hyems & quale cælum, percontatur: ſed ſe non ita ſalubritatis rationem habere innuit, vt non etiam aliquam voluptatis habere velit.

QVæ ſit hiems Veliæ, quod cælum Vala Salerni:
Quorum hominum regio, & qualis via: nam mihi Baias
Muſa ſuperuacuas Antonius: & tamen illis
Me facit inuiſum, gelida cũ perluor vnda
Per medium frigus. ſanè myrteta relinqui,
Dictáque ceſſantem neruis elidere morbum
Sulfura contemni, vicus gemit, inuidus ægris,
Qui caput, & ſtomachum ſupponere fontibus audent
Cluſinis: Gabióſque petunt, & frigida rura.
** Mutandus locus eſt: & deuerſoria nota*
Præter agendus equus. quò tendis? nõ mihi Cumas
Eſt iter, aut Baias, læua ſtomachoſus habena
** Dicet eques. ſed equi frenato eſt auris in ore*
Maior vtrum populum frumenti copia paſcat:
Collectóſne bibant imbreis, puteóſne perẽneis
Dulcis aquæ: nam vina nihil moror illius oræ.
Rure meo poſſum quiduis perferre, patíque:
Ad mare cùm veni, generoſum, & lene requiro:
*Quod curas abigat, quod cum * ſpe diuite manet*
In venas, animúmque meum: quod verba miniſtret:
Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicæ.
Tractus vter plures lépores, vter éducet apros:
Vtra magis piſceis, & echinos æquora celent:

Pingueis

Pinguis vt inde domum poſſim, Phæáxque reuerti:
Scribere te nobis, tibi nos accredere par eſt.
Mænius, vt rebus maternis, atq; paternis
Fortiter abſumtis, vrbanus cœpit haberi,
*Scurra vagus, non qui certum * præſepe teneret:*
Impranſus non qui ciuem dignoſceret hoſte:
Quælibet in quemuis opprobria fingere ſæuus:
Pernicies, & tempeſtas, barathrúmque macelli,
Quicquid quæſierat, ventri donabat auaro.
Hic, vbi nequitiæ fautoribus, & timidis nil,
Aut paullum abſtulerat, patinas cenabat omaſi,
Vilis & agninæ, tribus vrſis quod ſatis eſſet.
*Scilicet * vt ventres lamna candente nepotum*
Diceret vrendos correctus. Mænius idem
Quicquid erat nactus prædæ maioris, vbi omne
Verterat in fumum, & cinerem: non hercule miror,
*Aiebat, ſi qui * comedunt bona, cùm ſit obeſo*
Nil melius turdo: nil vulua pulchrius ampla.
Nimirum hic ego ſum. nam tuta, & paruula laudo,
Cùm res deficiunt: ſatis inter vilia fortis.
Verùm, vbi quid melius contingit, & vnctius, idem
Vos ſapere, & ſolos aio bene viuere, quorum
Conſpicitur nitidis fundata pecunia villis.

A AD C. NVMON.] Primùm hanc inſcriptionem præ ſe ferũt omnes ferè codices manuſcr. & quos in Italia, & quos in Gallia mea vidi. Deinde Fuluius Vrſinus, homo & humaniſſimus, & Græcarum litterarum cognitione præſtantiſſimus mihi oſtendit domi ſuæ argenteũ nummum hac ipſa inſcriptione, C. NVMONIVS VAALLA gemino A A. ſimilémque, & planè geminum domi ſuæ mihi oſtendit Clemẽs Teuerinus, quem ſuprà commemoraui. ego tamẽ *Valam* excudendum curaui, vnico A. in ceteris, nummorum illorum inſcriptionem ſecutus ſum.

QVÆ SIT HIEMS VELIÆ, QVOD, &c.] hæc referenda ſunt ad verſum, qui eſt infrà, *Scribere te nobis, &c.* B ea autem, quæ ſtatim ſequuntur, *nam mihi Baias Muſa, &c.* vſque ad verbum, *Maior vtrum populum, &c.* includenda ſunt interpoſitionis nota. Horatius ab Antonio Muſa clariſſimo, ac præſtantiſſimo medico edoctus, Baias, Cãpaniæ oppidum amœniſſimum, ad cuius aquas, & ceteras delicias concurrebant homines voluptarij, ad eaſdémque ægri, quòd eſſent ſaluberrimæ, confugiebant, edoctus igitur, Baias minimè ſibi eſſe neceſſarias, nec ad valetudinem vtileis, cogitat Veliam, & Salernum proficiſci, ibique hiemare. Iccircò petit à Vala, vt ſcribat ad ſe, quæ ſit illis in locis hiems, quod cælum, &c.

NAM MIHI BAIAS, &c.] nam ſi quæras, cur Veliæ, & Salerni hiemare cogitem, & non Baiis, Antonius Muſa ait, aquas calidas Baiarum mihi eſſe ſuperuacuas: id eſt, ad voluptatem gi- C gnendam duntaxat valere: ad bonam valetudinẽ autem inutileis eſſe. M. Tullius pro Cœlio, *ſi fas eſt eum a me hominem defendi, qui nullum conuiuium renuerit, qui vnguenta ſumſerit, qui Baias viderit.*

ET TAMEN ILLIS ME FACIT] & tametſi de Antonij Muſæ ſententia Baiarum aquas contemnam, & relinquam: mihi tamẽ Baiæ quodammodo ſunt iratæ, & me oderunt, quòd frigidis aquis vtar per medium frigus. Suetonius in Auguſto, ſcribit Auguſtum, quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactum eſſe.

QVI CAP. ET STOM. SVPP.] hæc vix intelligi poſſunt, niſi ab iis, qui experti ſunt, tametſi Horatius non obſcurè rem ipſam elocutus eſt. ſed memini ego, cùm vir clariſſ. Franc. Tur- D nonius E. R. Card. ad aquas Lucẽſeis de medicorum conſilio veniſſet duos ab hinc annos, videre me in iis locis ægros complureis, ex quibus alij de aquis illis bibebant, alij lauabantur, alij parteis corporis affectas, vt caput, ventriculum, renes ſtillicidiis ſupponebant, è quibus aqua in eas parteis demanabat. Eos horam vnam eodem, quo cœperant, ſitu manere neceſſe erat, dies quindecim, aut viginti id factitabant. fontes Cluſini autem ſunt in Etruria, à Cluſio Etruriæ oppido nominati.

MYRTETA] loca myrtis conſita, quæ ſunt Baiis. liber Iannocti, & nonnulli alij habent *murteta*, quod idem valet. à murto Murtia Venus.

A τινὰ, καὶ λέγῃ, καὶ πρῶτον λέγει τὸ κακὸν, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀρχὰς Ἐμπεδοκλέα, τάχ᾽ ἂν λέγοι καλῶς, εἴπερ τὸ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων αἴτιον, αὐτὸ τὸ ἀγαθόν ἐστι, καὶ τῶν κακῶν τὸ κακόν : id eſt, *ſi quis enim rationem ſequatur, & comprehendat, atque ad cogitationem, non ad ea, quæ balbutit Empedocles, aſpectum referat, reperiet, amicitiam quidem eſſe bonorum: litem autem malorum. Quapropter ſi quis dicat, Empedoclem quoque quodam modo ita dicere, & primum malum, primumque bonum principia dicere, fortaſſe rectè dicat, ſi quidem cauſa bonorum omnium eſt ipſum bonum, & malorum omnium ipſum malum.* Empedoclis verſus ad hanc rem pertinentes, qui producuntur à Simplicio, hi ſunt, Ἄλλοτε μὲν φιλότητι συνερχόμεν᾽ εἰς ἓν ἅπαντα, Ἄλλοτε δ᾽ αὖ δίχ᾽ ἕκαστα φορεύμενα νείκεος ἔχθει. quorum hęc ſententia eſt, B *Interdum omnia ab amicitia in vnum contrahuntur: interdum autem ſingula à lite diſtrahuntur.* Iterum Ariſto. eod. lib. 1. τῶν μετὰ τὰ φυσ. de eod. πολλαχοῦ γοῦν αὐτῷ ἡ μὲν φιλία διακρίνει· τὸ δὲ νεῖκος συγκρίνει, id eſt, multis locis amicitia quidē diſſipat, lis autem contrahit. Atque hanc Empedoclis opinionem attingit bis verbis M. Tull. in Lælio, *Agrigentinum quidem doctum quendam virum carminibus Græcis vaticinatum ferunt, quæ in rerum natura, totòque mundo conſtarent, quæque mouerentur, ea contrahere amicitiam, diſſipare diſcordiam.* Hunc philoſophum pluribus verſibus laudat Lucretius li. 1. quos, quia & pulcherrimi ſunt, & huic loco mihi videntur conuenire, non me pigebit aſ- C cribere. *Quorum Acragantinus cum primis Empedocles eſt, Inſula quem Triquetris terrarum geſſit in oris, Quam fluitans circum magnis anfractibus æquor Ionium glaucis aſpergit virus ab vndis, Italiæ terrarum oras à finibus eius.* ſequitur deinceps paucis verſibus interpoſitis, *Quæ cùm magna modis multis miranda videtur Gentibus humanis regio, viſendáque fertur Rebus opima bonis, multa munita virûm vi: Nil tamen hoc habuiſſe viro præclarius in ſe, Nec ſanctum magis, & mirum, cariúsque videtur. Carmina quin etiam diuini pectoris eius Vociferantur, & exponunt præclara reperta, Ut vix humana videatur ſtirpe creatus.* Iam de quatuor elementis, igni, aëre, aqua, terra: quæ Empedocles principia rerum eſſe voluit, materiæ locum obtinentia, exſtant hi verſus : Τέσσαρα D δὴ πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε Ζεὺς ἀργὴς, Ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ᾽ Ἀϊδωνεὺς Νῆστις θ᾽, ἣ δακρύοις τέγγει κρουνὸν βρότειον. ex Suida. κρουμὰ βρότειον γένος, νῆστιν, τὸ ὕδωρ λέγων, id eſt, Quattuor ſunt omnium rerum fundamenta, ſeu radices, Iupiter candidus, aut liquidus, aut celer: Iunóque ſalutaris; & Pluto, &c.

An Stertinivm del. acvm.] Stertinium, ſeu Stertinij acumen, id eſt, Stertinius, vt annotauimus ſuprà ad Od. 5. libr. 3. de Stertinio ſat. 3. libr. 2. *Si quid Stertinius veri crepat.* in trib. cod. Vatic. & Iann. Torneſ. Rain. Card. vno Ruſſard. Nicot. Cleric. ſcriptum eſt, *Stertinium acumen.* vt non dubitem, quin hæc ſit vera, & incorrupta lectio. ſic locutus eſt ſup. Od. 12. lib. 4. *Sulpiciis accubat horreis.*

A Verùm sev pisc. sev porr. et cepe] id eſt, ſiue ſumtuoſè, & opiparè : ſiue tenuiter, & parcè, frugalitérque viuis, &c. piſceis enim poſuit pro obſonio cariſſimo : porrum & cepe pro cibo viliſſimo. nam terra nata ferè omnia tenuiorum hominum, & plebis ſunt epulæ. M. Tull. epiſt. ad Gallum lib. 7. *Nam, dum volunt iſti lauti terra nata, quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere, fungos, heluellas, herbas omneis ita condiunt, vt nihil poſſit eſſe ſuauius. in eas cum incidiſſem in cena augurali apud Lentulum, tanta me διάρροια arripuit, vt hodie primùm videar cœpiſſe conſiſtere. Ita ego, qui me oſtreis & murænis facile abſtinebam, à beta & malua deceptus ſum.* ex quibus verbis intelligere licet, lege ſumtuaria à C. Cæſare lata, piſcibus, & ceteris B obſoniis modum eſſe conſtitutum, ne in eis cōparandis, & apponendis ſumtus fieret nimius: terra nata autem eadem lege fuiſſe excepta. Hom. quidem ἰλ. λ. facit Hecamedam Neſtoris ancillam bello captam, nihil aliud ipſi Neſtori, & Machaoni apponentem præter cepe, mel, & farinam, ſeu panem, his verbis, Ἥ σφῶϊν πρῶτον μὲν ἐπιπροΐηλε τράπεζαν Καλὴν, κυανόπεζαν, ἐΰξοον· αὐτὰρ ἐπ᾽ αὐτῆς Χάλκειον κάνεον, ἐπὶ δὲ κρόμυον ποτῷ ὄψον, Ἠδὲ μέλι χλωρὸν, παρ᾽ δ᾽ ἀλφίτου ἱεροῦ ἀκτήν. i. Quæ eis primùm quidem propius admouit menſam pulchram, cæruleis pedibus, politam: deinde appoſuit in caniſtro cepe, obſonium ad potum prouocans, & mel flauum, & panem. Sed hæc erat illorum tem- C porum frugalitas.

Sev porr. et cepe trvcid.] id eſt, ſeu tibi nihil apponitur animatum, nihilque aliud occîdis in cęnam, niſi porrum & cepe: quæ ſine dubio cùm ſint inanima, occidi non dicuntur, niſi impropriè, aut εἰρωνικῶς, quomodo mihi videtur Horatius hoc loco poſuiſſe, ſignificans eū tenuiter viuere, nihilque omninò trucidare, qui porro, & cepa veſcatur. Nam cenam ſine ſanguine veteres appellabant, tenuem, & ſine magno admodum apparatu, ſine piſcibus, & reliquis obſoniis: Plautus terreſtrem cenā, Captiuis. Sic enim ille, *Æ. terreſtris cena: E. ſus, terreſtris beſtia eſt. Æ. multis oleribus. E. curato ægrotos domi.* verbo igitur communi vſus eſt ad res diſſimileis, piſceis, D porrum, cepe. ſic locutus eſt quodam loco Lucillius, *fragmenta interfic' panis.*

Vltro] id eſt, non rogatus : vt ſat. 5. libr. 2. *caue te roget, vltrò Penelopen facilis potiori trade.* Itaq; verba ſuperiora, *ſi quid petet*, ſic interpretor, ſi qua re egebit: vel ſi quid tacitus petet. Nam reuera qui eget, tacitus petit. ſic epiſt. 14. *Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas.* Alioqui ei, qui petat, non poſſumus dicit vltrò deferre.

Vilis amicor. est ann. bon. vbi, &c.] hunc locum ſic explico : paruo conſtant amici, cùm viris bonis aliquid deeſt. nam vox *bonis*, cum verbo *deeſt* eſt coniungenda. Atque huius rei è vita communi ſumamus exemplum. finge aliquem eſſe virum bonum, eundémque non admodum copioſum, neque rebus ad victum, cultúmque

túmque neceſſariis inſtructum: continuò hic talis ab homine locuplete, & copioſo, beneficio deuinciendus, & quodammodo emendus eſt, vt eius amicitiam ſibi comparet, & promereatur. nam quantumuis ſeſe in eum præbuerit liberalẽ, & munificum, & beniguum opulentus ille talẽ amicum tamen, vt pote rem omnium cariſſimã, haud carè videbitur emiſſe. ſic loquitur Plautus in Mil. glorioſo. *Si hoc parauiſſent, homines eſſent minùs multi mali, & minùs audacter ſceleſta facerent facta:* & poſtea, *Qui homines probi eſſent, eſſet his annona vilior.* Io. Paſſerarius putabat hunc locum eſſe corruptum, & ita legendum, *vbi quid des*: vt ſit hæc ſententia, parum conſtant amici, vbi quid viris bonis largiaris: quia paruo beneficio eorum amicitiam tibi comparas. ego nihil muto. verumtamen iudicet lector. hoc tantùm lectori teſtabor, in pleriſque libris veter. ſcriptum eſſe *de'ſt*, pro *deeſt*.

Cantaber Agrippæ] ἀπὸ κοινοῦ, *virtute* ſuprà Od. 8. libr. 3 *Cantaber ſera domitus catena.* & Od. 14. lib. 4. *Te Cantaber non antè domabilis, Medúſque, & Indus, te profugus Scythes Miratur.*

Clavdi vitt. Ner.] id eſt, Armenij Tiberij Claudij Neronis, Auguſti priuigni virtute ſubacti ſunt. de hoc ſup. epi. 3. *Iulo Flore, quibus terrarum militet oris Claudius Auguſti priu. &c.*

Ivs, imp. qve Par. Cæs. &c.] Phraates Rex Parthorum, & Perſarum: de quo ſic Strabo li. 6. ὥστε οὐ μόνον τὰ τρόπαια ἔπεμψεν εἰς Ῥώμην, ἃ κατὰ Ῥωμαίων ἀνέστησάν ποτε, ἀλλὰ καὶ παῖδας ἐπίστευσε Φραάτης τῷ Σεβαστῷ Καίσαρι. id eſt, itaque non ſolùm tropæa Romam miſerunt Parthi, quæ aduerſus Romanos quondam erexerant, verùm etiam liberos ſuos Cæſari Auguſto credidit Phraates. accepit ius & imperium, id eſt, populi Ro. legibus, & imperio parêre ſe velle dixit, ſiue Auguſti fama commotus, ſiue metu coactus.

Genibvs minor] ſupplex. eſt enim ſupplicantis & genua ſua inflectere, & eius, cui ſupplicat, genua tangere. Eurip. in Hippol. Καὶ σῶν γε γονάτων οὐ μεθήσομαί ποτε, id eſt, & tua genua numquam omittam.

Defvdit] ſic habent tres cod. Vatic. & itẽ Iannoct. Tornes. & vnus Ruſſard. quam ſcripturam probo, reiecta altera *diffudit*: quãquam ferri poteſt. *defudit* autem poſitum pro *fudit de*, κατ' ἀναστροφήν. vt *circumgemit, emetitur, perſonat*, & ſimilia.

Avrea copia] aurea, id eſt, optabiliſſima, & ſummopere expetenda, τιμιωτάτη καὶ εὐδαιμονικωτάτη id eſt, maximi pretij, & ad beatam vitam magnopere pertinens. ſuprà beatam dixit in carm. ſæculari ad Deos, *apparétque beata pleno Copia cornu.* & mediocritatem auream Od. 11. lib. 2. *Auream quiſquis mediocritatem Diligit, &c.* & Od. 5. lib. 1. *Qui nunc te fruitur credulus aurea.*

A EPIST. XIII. AD VINNIVM ASELLAM.

Argumentum.

A Vinnio petit, vt in offerendis Auguſto ſuis libris & temporis, & decoris rationem habeat.

Vt proficiſcentem docui te ſæpe, diúque,
Auguſto reddes ſignata volumina Vinni:
Si validus, ſi lætus erit, ſi denique poſcet:
Ne ſtudio noſtri pecces, odiúmque libellis
B ** Sedulus importes opera vehemente miniſter.*
Si te fortè meæ grauis vret ſarcina chartæ:
Abijcito potius, quàm quò perferre iuberis,
Clitellas ferus impingas: Aſinæque paternum
Cognomen vertas in riſum, & fabula fias.
Viribus vteris per cliuos, flumina, lamas.
C ** Victor propoſiti ſimulac perueneris illuc:*
Sic poſitum ſeruabis onus, ne fortè ſub ala
Faſciculum portes librorum, vt ruſticus agnum:
Vt vinoſa glomos furtiuæ Pyrrhia lanæ:
Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis:
Ne vulgò narres te ſudaiſſe ferendo
*Carmina, quæ poſſint oculos, auréiſque * morari*
Cæſaris. oratus multa prece nitere porrò.
Vade, vale, caue ne titubes, mandatáque frangas. D

Vt proficiscentem, &c.] quemadmodum tibi hinc diſcedenti ſæpe & diu præcepi: ſeu quemadmodum te abeuntem ſæpe & diu monui, &c.

Signata] obſignata, ne à quoquam legantur priùs, quàm ab Auguſto.

Si validvs] ſi firmus erit, ſi valebit. cõtrà malè validum poſuit pro infirmo, ſat 5. lib. 2. *Si cuis præterea validus malè filius, &c.*

Stvdio nostri] nimio in nos ſtudio: dum ſtudes nobis gratum facere.

Odiúmqve libellis Sedvl.] id

Digitized by Google

eſt, ne immoderato tuo erga nos officio, & ſedulitate noſtros libellos odioſos, & inuiſos Auguſto reddas. ſedulum appellant Latini, qui diligẽtiam adhibet in re aliqua interdum nimiam, aut minùs opportunam, minúſq; vtilem, ſed tamen bona fide, & ſine dolo. quod quidem exemplis perſpicere licet. Terent. in Andr. *parum ſucceſſit, quod ago: at facio ſedulò.* Idem Adelph. *Ego iſtos vobis vſque à pueris curaui ambos ſedulo.* Idem Hecyra, *ergo propterea te ſedulo Et moneo, & hortor, ne cuiuſquam miſereat.* Idem Heaut. *pro ſe quiſque ſedulo Faciebat, quæ illam mihi Lenirent miſeriam.* Ibid. *Neſcio alias: me ſcio quidem feciſſe ſedulo, vt ex illius commodo meum compararem commodum.* M. Tull. pro Arch. poëta de Sylla. *Qui ſedulitatem mali poetæ duxerit aliquo tamen præmio dignam: huius ingenium, & virtutem in ſcribendo, & copiam non expetiſſe?* Idem in Rullum in ſenatu. *finem feci offerendi mei, ne fortè mea ſedulitas aut inſidioſa, aut impudens videretur.* Horat. epiſt. ad Aug. lib. 2. *Sedulitas autem, ſtultè quem diligit, vrget.* & ſuprà epiſt. ad Mæcen. 2. *Officioſaq; ſedulitas, & opella forenſis Adducit febreis.* Idem ſat. 5. libr. 1. *vbi ſedulus hoſpes Pene arſit macros dum turdos verſat in igne.*

Si te forte meæ gravis] ſi tu fortè meorum librorum onus ægrè ſuſtinere poteris, abiicito potiùs in itinere, quàm in eo loco, quò te perferre iuſſi, defatigatus, ac defeſſus oneri ſuccumbas. *clitellas impingas* autem dixit tralatione ducta ab aſinis onere oppreſſis, alludens ad eius cognomen *Aſellam*, ſeu *Aſinam*: quod quidam malunt.

Ferus impingas] tanquam aſinus onere oppreſſus clitellas in terram ſtolidè impingas. Priſcian. lib. 18. ait *impingas* poſitum eſſe pro *impingito*, hoc modo, abiicito potiùs, quàm clitellas impingito.

Asinæque paternum Cogn.] id eſt, & cognomen paternum *Aſinæ*, ſeu *Aſellæ* (dicebatur enim nomine Vinnius, cognomento Aſella) *vertas in riſum*: id eſt, ridiculum reddas, ſeu ridendum præbeas, ac propines. dicent enim homines ruſticitate tua audita, te nihil feciſſe ab aſini natura alienum, impingendo clitellas ſtolidè in eo ipſo loco, quò te libros meos perferre iuſſi, id eſt, alieno tempore, & intempeſtiuè, aut ſtultè, & ruſticè, libros Auguſto tradendo: vel in ipſis Auguſti ædibus, atque in eius oculis cùm ei libros trades, ineptè aliquid aut faciendo, aut loquendo. Aſinorum tarditas & ſtoliditas etiam prouerbiis notata eſt. vide annot. ad illum locũ, *vt ſiquis aſellum In campo doceat, &c.* ſaty. 1. lib. 1. & ad illum, *vt iniquæ mentis aſellus, &c.* ſaty. 9. libr. eiuſdem.

Et fabula fias] ſermonis anſam hominibus præbeas? in ora hominum pro ludibrio venias. ſup. Od. 11. epod. *Fabula quanta fui?*

Virib. Vtêris per cliv. &c.] omnibus tuis viribus contendes per cliuos, flumina, lacunas iter faciens, vt, quò vis, peruenias, libroſque perferas. *vtêris* autem, futurum indicatiui, pro

A futuro imperatiui *vtitor*, poſitum eſt, vt ibidem docet Priſc. idem de illo, *reddes*, quod eſt in ſecundo verſu, ſentiendum. idem enim valet quod *reddito*.

Victor propositi] id eſt, victis, atq; expugnatis difficultatibus omnibus: vel compos propoſiti. ſic enim Græci ἐγκρατὴς τοῦ σκόπου, τῆς ἐπιθυμίας.

Sic pos. servab. on.] *ſic* accipe δευκτικῶς libros hoc modo, vel certo quodam loco conditos ſeruabis, quoad Auguſto poſcenti reddas: neque oſtentabis, aut palàm habebis. (Priſcian. etiam hunc locum profert lib. 18. & docet, *ſeruabis*, poſitum eſſe pro *ſeruato*.

Ne forte sub ala, &c.] hoc eo dico, ne fortè ſub ala, & in oculis omnium libros

B meos feras: ne ſubſarcinatus eas, quaſi ruſticus agnam ſub ala portans, aut conuiua tribulis ſoleas cum pileolo, aut Pyrrhia glomos lanæ furtiuæ. tria propoponit exẽpla ridicula, quibus Vinniũ monet, vt libros occultè ferat, aut domi ſeruet potiùs, donec reddendi maturum tempus aduenerit. (ſoleas autem portabat ruſticus conuiua tribulis ab vrbano & diuite ad cenam vocatus: quibus in triclinio non vtebantur. Turn. aduerſ. lib. 24.)

Glomos] ſic legendum, & ita habent omnes ferè libri calamo exarati, & quos Romæ inſpexi, & quos hic in Gallia. Glomus autem & glomer (nam vtrumque vſu receptum eſt pro eadem re) globus eſt lanæ, & fili. Lucr. in nomi-

C ne glomere producit primam ſyllabam li. 1. *Nam ſi tantumdem eſt in lanæ glomere, quantum Corporum in plumbo eſt, &c.* glomerare tamen verbum in eadem ſyllaba ſemper corripitur.

Morari] retinere, delectare: vt epiſtol. ad Piſon. *Valdius oblectat populum, meliuſque moratur.*

Oratus multa prece] ſic loquitur & Cæſar lib. 6. de bello Gall. *flentes omnibus precibus orabant.* & M. Tull. epiſt. ad Attic. lib. 9. epi. ad Cæſarem. *Quamobrem à te peto, vel potius precibus omnibus oro, & obteſtor, vt in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi.* ſed quidam hæc ſic diſtingui volunt, *Cæſaris, oratus multa prece, nitere porrò, &c.*

Vade vale,] quidam libri veteres habẽt

D *Vive vale*: quos non ſequor.

Ne nitubes] ne offendas, ne pecces. tralatio eſt.

TVRNEBVS.

EX libr. 7. cap. 11. Scribit Flaccus ſaty. 1. lib. 2.
-- atqui
Primores populi arripuit, populúmque tributim: quo verſu ſignificat ſummos & infimos à Lucilio ſtyli ſatyrici acerbitate vulneratos fuiſſe: ſed cùm primores dixerit, & plebem ſignificare proximo caſo debuerit, haud inuitus ſcripturæ accedo, quam in quodam exemplari reperi,

-populumq;

-- *populumque tributim.* Tribus enim ignobiliorum erant: qui ſenſus etiam efficietur *tributim* legenti, etſi non tam commodè reſpondebit. Vtraque certè ſcriptura patronos habet, vna Porphyrionem, altera Acronem. Ergo ſic illud *tributim* amplector, vt tamen *tributim* non omnino aſpernet, nec Improbem. Plinius quoque libr. 19. cap. 4. vt quodam loco docemus, tribus pro pauperioribus dixit, & eadem notionem à Flacco *Conuiua tribulis* appellatur non diues.

Ex lib. 24. cap. 17. Romani non ſolebant in publico vti ſoleis, ſed vel in triclinio, vel in cubiculo: verum foris calceis, atque ea de cauſa crimini vertit Cicero Verri, 7. in Verr. quod ſoleatus fuerit, *ſtetit*, inquit, *ſoleatus prætor Pop. Rom. cum pallio purpureo tunicáque talari. & tribulis conuiua* apud Horatium libr. 1. ſat. 8. gerit ſub alea ſoleas: & conuiuator Naſidienus apud eundem ſoleas poſcit: meretricula apud Plautum in Truculento puerperam mentiens & decipere militem cupiens ſoleas poſcit.

-- ſoleas inquit, *mihi date.* Iterum. Sc. Num tibi nam & Sc. Puero iſti. Sc. Date ſoleas.

Date ſoleas, atque me intrò actutum ducite. omninóque foris ſolea muliebre potius quàm virile calceamentum habebatur: Catullus ad Mallium de Leſbia -- *arguta conſtitit in ſolea.*

Ex lib. 28. cap. 33. Et niſi nullus erat Romanus qui non in aliqua eſſet tribu, tamen tribus pro plebe, id eſt, pro ima populi parte poni Equitib. & Senatu excluſis, legó in Papinio libr. quarto Siluar.

Moribus atque tuis, inquit, *gaudent turmæque tribúſque purpureique patres.* Sic -- *ſoleas conuiua tribulis*, Flaccus dixit, pro conuiua humili & plebeio. Sic tributa comitia, comitia plebis erant: & ab iis arcentur apud Liuium Patricij credo, quòd quamuis omnes in tribu eſſent, tamen plebs multis partibus numero reliquos ſuperaret. Quod autem numeroſiſſimum erat, vt ſolum tribus nomen non diuiſit, ſed ſibi totum vendicauit.

Ex libr. 30. cap. 38. Sandalium muliebre calceamentum eſt, ſimile plantæ & veſtigio, vt è Sardinia apparet, qui & Ichnuſa & Sandaliotis vocatur. Dici poteſt & Sandalum Latinè ſolea, vt à Catullo ad Mallium, de Leſbia. -- *arguta conſtitit in ſolea.* Sed & piſcis ſolea à quibuſdam etiam Sandalium dicebatur, vt Heſychius eſt auctor in voce ψῆττα. Soleis etiam viri domi vtebantur, vt in conuiuio. Flaccus, libr. 2. ſatyr. 8. *Et ſoleas poſcit.* lib. 1. Epi. 13.

-- *ſoleas conuiua tribulis.*

EPIST. XIIII. AD VILLICVM SVVM.

ARGVMENTVM.

Villici ſui deſiderium reprehendit, cupientis ob lupanaria & popinas in vrbe viuere, & in-
A terim inconſtanter faſtidientis rura, quæ ante à tacita prece petiiſſet. Cur autem contra vitam ruſticam vrbanæ præferat, exponit. Sed illum more hominum facere dicit, vt alienam ſortem ſuæ præferat.

Villice ſiluarum, & mihi me reddentis agelli,
Quem tu faſtidis, habitatum quinque focis, &
*Quinque bonos ſolitum * Bariam dimittere patres:*
B *Certemus, ſpinas animóne ego fortius, an tu*
Euellas agro: & melior ſit Horatius, an res.
Me quamuis Lamiæ pietas, & cura moretur
Fratrem mærentis, rapto de fratre dolentis
Inſolabiliter: tamen iſtuc mens, animúſque
C *Fert: & amat ſpatiis obſtantia rumpere clauſtra.*
Rure ego viuentem, tu dicis in vrbe beatum.
Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors.
Stultus vterque locum immeritum cauſatur iniquè.
*In culpa eſt animus, qui ſe non * effugit vmquam.*
D *Tu * mediaſtinus tacita prece rura petebas,*
Nunc vrbem, & ludos, & balnea villicus optas.
*Me * conſtare mihi ſcis, & diſcedere triſtem,*
Quandocumque trahũt inuiſa negotia Romam.
Non eadem miramur, eò diſconuenit inter
Méque, & te, nam, quæ deſerta, & inhoſpita teſqua

ducium ſomnus membra profundit, Mens animi vigilat, niſi quòd ſimulacra laceſſunt Hæc eadem noſtros animos. Idem libro 5. *Tenuis enim natura Deûm, longéque remota Senſibus à noſtris animo vix mente videtur.* Idem lib. 6. *Perturbata animi mens in mœrore, metúque.* Catull. ad Ortalum, *Nec potis eſt dulcis Muſarum expromere fœtus Mens animi.* Plautus in Ciſtell. *Nullam mentem animi habeo: vbi ſum, ibi non ſum: vbi non ſum, ibi eſt animus.* Ariſtoteles autem huiuſmodi ἀναλογίαν, id eſt, comparationem, ſeu proportioné proponit, tùm in libr. de morib. ad Nicomach. tùm Topicorum primo, ὡς ἐν σώματι ὄψις, οὕτω νοῦς ἐν ψυχῇ, id eſt, vt in corpore aſpectus, ſic mens in animo.

Et amat spat. obst. rvmp.] id eſt, & cupit impedimenta omnia, moráſque præcidere: & quodammodo è carceribus euolare. *amat rumpere*, id eſt, libenter & cupidè rumpit: ſeu cupit rumpere.

Clavstra] repagula, carceres. ſat. 6. lib. 2. *tu pulſes omne quod obſtat, Ad Mæcenatem memori ſi mente recurras.*

Sva nvm. est od. sors] quidam libri veteres habent *ſ. n. eſt od. res:* quos non ſum ſecutus, quamuis non damnem.

Stvlt. vterqve loc. immer. cavs.] culpam confert in locum, cùm ea in ipſo hæreat, vt ſtatim ſubiicit, *In culpa eſt animus, &c. cauſatur*, more Græcorum, αἰτιᾶται: id eſt, accuſat, criminatur, cauſam ſui angoris, ſuæque ægritudinis eſſe dicit. Qui ex animo laborat, id eſt, cuius animus non eſt ab omni perturbatione liber, ac ſolutus, is, cùm perpetuò excrucietur, & æſtuet, exiſtimat ſe loco commutando curam, & moleſtiam ex animo depulſurum: ſed magnopere fallitur. nam morbi cauſa, & principium ægritudinis ineſt in animo, non in loco. vide ſuprà ann. ad illum locum Od. 16. libro 2. *patria quis exſul, &c.*

Qvi se non effvgit vmqvam.] ſic ſup. Oda illa 16. libr. 2. *patria quis exſul Se quoque fugit.*

Tv mediastinvs] ſic hanc vocé ſcriptam reperi in omnibus codicib. antiq. non, vt in vulgatis, *medyaſtinus.* Eſt autem vox mera Latina ex duobus nominibus Latinis compoſita, *medio* & *ſtando*, non à Græco ἄζυ, vt nonnulli vaticinantur. Ac mediaſtini ſerui omnium propemodum ſunt laborioſiſſimi, quippe qui ad omnia ferè miniſteria parati, & tamquam in medio poſiti eſſe debeant. Nonnulli per mediaſtinum, ſecutum balneatoris ſignificari putant. Cato *ille imperator:* tu *illi, ac ceteris mediaſtinus.* Nonius, *Mediaſtinos, non ſolum balnearum, ſed ædium quoque miniſtros, & curatores legimus.* Lucill. 17. *Villicum Ariſtocratem mediaſtinum atque bibulcum, Commanducatus corrupit, ad incitas adegit.* Quidam eoſdem eſſe putant atque atrienſeis, quod Græci μεσαυλίους, & ἐξεστῶτας appellant.

Tacita fr. rvra pet.] rura tacitus expetebas, & exoptabas.

Constare mihi] in ſententia manere: ſemper commorationem, & vitam ruſticam vrbanæ anteponere.

Disconvenit inter Méqve, et te] eo inter nos diſſidemus, ac diſcrepamus. *diſconuenit*, id eſt, non conuenit, nam imperſonale eſt hoc loco, vt loquuntur Grammatici. ſuprà epiſt. 1. perſonale eſt, *Æſtuat, & vitæ diſconuenit ordine toto.*

Inhospita] ἄξενα. Virgil. Æneid. 5. *tot inhoſpita ſaxa.*

Tesca] agreſtia, difficilia, inculta, horrida, deſerta loca. Attius in Philoctete, *Quis tu es mortalis, qui in deſerta Lemnia, Et teſca te apportes loca?* ex Varrone & Feſto: apud quos tamen non eodem modo ſcribitur hoc nomen: ſed apud alterum *teſqua*, apud alterum *teſca.* libri ſcripti pleriq; habent *teſqua.* ego tamen malim ſcribi *teſca*, vt ſcriptum eſt apud Varron. qui deducit à tuendo, vt ſint quaſi *tueſca.* At Scaliger F. mauult à Græco deflectere, vt dicta ſint *teſca*, quaſi δάσκια: id eſt vmbroſa, ſeu nemuroſa.

Amœna vocat] vocat amabilia, & ad ſe amanda allicientia: ſic Feſtus.

Mecvm qvi sentit] is, qui amat ſolitudinem, ſiluas, locáque ab arbitris remota.

Pvlch. pvtas] ſic habent cod. duo Vatic. Iannoct. Faërn. Raïn. Card. Torn. Ruſſard. Nicot. Clecic. meus: alij vocas, vt vulg. mendoſè, opinor.

Fornix] proſtibulum, ganeum. ſat. 2. lib. 1. *Quidam notus homo, cùm exiret fornice, macte Virtute, &c.* ead. ſaty. verſu ſuperiore, *niſi olenti in fornice ſtantem.*

Vncta popina] in qua coquuntur omnis generis obſonia. vnde popino, popinonis, ſat. 4. lib. 2. *Quæcumque immundis feruent allata popinis.* Lucil. *Infamem, immundam, turpémque odiſſe popinam.*

Incvtivnt vrbis desid.] iniiciũt tibi vrbis cupiditatem, vel afficiunt te vrbis deſiderio. & eſt tralatio, vt dicimus *incutere timorem, dolorem.* Idem Horat. epiſto. ad Loll. 2. hoc lib. *ne mox Incutiant aliena tibi peccata pudorem.* *incutere amorem.* Lucret. libro 1. *Et ſimul incuſſit ſuauem mi in pectus amorem Muſarum.* *incutere tremorem*, idem libro ſexto. *Et fera vis venti per crebra foramina terræ Diſpertitur, vt horror, & incutit inde tremorem.* *morbos*, idem ibidem, *Multa cibos, quæ ſunt vitalia, multáque morbos Incutere, & mortem quæ poſſint accelerare.* Horatius *incutere bellum*, ſatyr. 1. libro 2. *ſeu quòd Lucania bellum Incuteret violenta.* idem ibi. *incutere negotium. ne forte negoti Incutiat tibi quid ſanctarum inſcitia legum.* M. Tullius lib. 2. de orat. ad Q. Frat. *Item timor incutitur, aut ex ipſorum periculis, aut ex communibus.* T. Liuius lib. 2. *poſtem iam tenenti Conſuli fœdum inter precationem Deûm nuntium incutiunt, mortuum eius filium eſſe.*

Et qvòd angvlvs iste] id eſt, & hoc alterum tibi vrbis deſiderium commouet,

Digitized by Google

quòd ager iſte, cui colendo te præpoſui, neque vuam effert, neque cauponam propinquam habet, nec tibicinam, cuius ad cantum ſaltes. angulum Latinè per tralationem ponimus, pro longinquo, remoto, abdito, infrequenti loco, vt ſup. Od. 6. lib. 2. *Ille terrarum mihi præter omneis Angulus ridet.* M. Tull. in Catil. 2. *nemo non modò Romæ, ſed nec vllo in angulo totius Italiæ oppreſſus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile ſceleris fœdus aſciuerit.* angulum à Græco nomine ἄγϗυλον dictum eſſe veriſimilius eſt, quàm ab aduerbio ἐγγύς.

Feret pip. et th. ocy. v.] id eſt, numquam feret vuam, cum thus, & piper in Arabia naſcantur.

Præbare] πορίζειν, ſuppeditare, vt Virg. Georgic. 1. *Arbuta ſufficere, & fluuios præbere ſalubreis.* lege annot. ad Od. 13 lib. 3.

Cuius ad strepitum] ad ſtrepitum tibicinæ tibia canentis, id eſt, ad ſtrepitum tibiæ, qua canit tibicina. ſupr. epiſto. 2. *Ad ſtrepitum citharæ ceſſatum ducere curam.* Od. 3. libr. 4. *Dulcem quæ ſtrepitum Pieri temperas:* ad quem locum plura.

Saltas] ſaltes non admodum ſcienter, neque numeroſè. ſaliunt enim veriùs, quàm ſaltant ruſtici. idem de arte poët. *ſaliet, tundet pede terram.*

Terræ gravis] tu grauis terræ. hoc dixit ad exprimendum villici ſaltantis & inſcitiam, vel contentionem, cuius grauitatem, & pondus terra ſentire videatur: vt ſup. Od. 18. lib. 3. *Gaudet inuiſam pepuliſſe foſſor Ter pede terram.* annot. ad Od. 4. libr. 1. Boſius tamen, *terræ grauis,* ſic accipit: tu terræ grauis ſalias, vt terram onerares: tu tanquam terræ grauis, ſalias, vt eam exoneres.

Et tamen vrges iampridem, &c.] hæc ſunt referenda ad ea, quæ ſunt ſuprà. *nam, quæ deſerta, & inhoſpita teſqua.* vel ad principium epiſtolæ, *Quem tu faſtidis habitatum, &c.* hoc modo, quanuis agrum meum faſtidias, vel quanuis locum iſtum ſterilem, deſertum, & incultum eſſe dicas, tu tamen arua, quæ iampridem non fuerunt culta, aut foſſa, ſtudioſè, & aſſiduè fodis, ſubigis, & colis.

Bovem deivnctvm] bouem ſeiunctum, ac ſeparatum ab altero: vel iam diſſolutum: quod fit veſperi. ideoque βουλυτὸν nominant Græci tempus veſpertinum. annotatum ſup. ad Od. 6. lib. 3. ibid. *& iuga demeret Bobus fatigatis.* deiunctum autem excudendum curaui, quattuor libros manuſcrip. ſecutus.

Et strictis] id eſt, ſtringendo ſucciſis. ſic Virg. in Mœride, *hic, vbi denſas Agricolæ ſtringunt frondes.* Idem Georg. 2. *tunc ſtringe comas, tunc brachia tonde.* Idem primo, *Sed tamen & quernas glandes tunc ſtringere tempus.* eodem libro, *cum flauum meſſorem induceret aruis Agricola, & fragili iam ſtringeret hordea culmo.*

Exples] ſaturas, paſcis. Virgil. Georg. 2. *hic piſcibus atram Improbus ingluuiem, ranisque loquacibus*

A *explet.* Idem lib. 3. Æneid. *Nam ſimul expletus dapibus, &c.*

Addit opvs] negotium tibi exhibet præter ea, quæ quotidiana ſunt, & vſitata: non ſinit te ceſſare: te exercet.

Mvlta mola docendvs] multis molibus oppoſitis, in aliam partem auertendus, ne prato noceat. verbum *docendi* attribuit rei inanimæ, cùm animata ſola doceantur. ſic in epiſt ad Piſones. *Seu curſum mutauit iniquum frugibus amnis Doctus iter melius.*

Qvid nostr. conc. div.] quid cauſa ſit, quamobrem diſſentiamus, alioqui maximè concordes. *concentum,* pro conſenſione, & concordia poſuit tranſlatè. propriè enim συμφωνίαν ſignificat, quæ conſtat ex pluribus diſſimilibus,
B & diſparibus ſonis, proportione coniunctis, æqualibus, & concordibus. diſſoluitur autem & corrumpitur, vbi proportio, & ſimilitudo rationum tollitur, & tum eſt *ſymphonia diſcors,* quam commemorat epiſt. ad Piſon. non longè ab extr. Ex diſparibus autem ſonis debet concentus, ſeu ſymphonia conſtare, non paribus, aut iiſdem. tum enim etiam corrumperetur, & fieret ὁμοφωνία, id eſt, vnius vocis ſonus, vt docet Ariſtoteles lib. 2. Polit. vbi diſputans aduerſus Platonem, ſeu Socratem, qui communionem vxorum & liberorum & poſſeſſionum in ſuis libris de Rep. introduxit eo conſilio, vt ciuitas maximè fiat vna, probat, nihilo magis oportere ciuitatem maximè vnam fieri, quàm ſymphoniam fieri ὁ-
C μοφωνίαν, id eſt, vnum ſonum, aut rythmum, pedem vnum. eò enim progrederetur illa, vt ita dicam, vnitas, vt deſineret eſſe ciuitas, &c.

Dividat] diſſoluat, vel diſcordem efficiat.

Qvem tenves] me, quem tenues, &c. ſequitur infrà verbum *iuuat.*

Nitidiqve capilli] λιπαροί, vnguento delibuti. vt ſuprà Od. 7. lib. 2. *nitenteis Malobathro Syrio capillos.*

Immvnem] gratis ſine muneribus, vt ſup. Od. 12. lib. 4. *non ego te meis Immunem meditor tingere poculis.*

Cynaræ] amicæ, de qua ſuprà Od. 13. lib. 3. *ſed Cynaræ breueis Annos fata dederunt.*

Rapaci] qualia ſunt ſcorta. Catull. ad Thallum, puerum impudicum, *Idémque Thalle turbida*
D *rapacior procella.*

Bibvlvm] bibacem, vt infrà epiſt. ad Loll. 2. *Potores bibuli media de nocte Falerni,* ita per tralationē bibulam arenam dixit Lucret. lib. 2. *Littoris incurſus bibulam lauit æquor arenam.*

Media de lvce] ſat. 8. lib. 2. *dictus here illic De medio potare die.* atque hoc tempore diem ſangere dicebantur homines inertes, voluptarij, luxurioſi, in cute curanda occupati: conuiuiaque ad multam noctem nonnumquam producebāt. ego igitur (inquit) qui cenis à meridie vſque ad multam noctem productis olim delectabar, nunc breuibus delector magis.

Nec lvsisse pvdet, &c.] neque verò me

rò me

Digitized by Google

tò me pudet olim cenis longis, ac ſumtuoſis, de- A liciiſque, ac voluptatibus ſeruiſſe, atque indulſiſſe, cùm ætas ferret. ſed non conſtituere modũ huiuſmodi vitæ, intemperatæ, & libidinoſæ. nam hic dies aliam vitam affert, alios mores poſtulat. *ludere* interdum valet, amori operam dare, vt epi. 2. lib. 1. *Luſiſti ſatis, edisti ſatis, atque bibiſti.* & Od. 13. lib. 4. *Ludiſque, & bibis impudens.* Liuius Andron. *Affatim edi, bibi, luſi.*

Sed non incid. lud.] ſed non facere finem ludi.

Non istic. obliq. ocvlo, &c.] Non temerè (inquit) vitæ ruſticæ cupiditate afficior. Nam nemo iſtic, id eſt, rure, mea commoda oculo obliquo limat: hoc eſt nemo meis commodis inuidet: nemo aſpectu maligno, & inuido mea commoda faſcinat, & minuit. Nam ſi- B quam inuidiam mihi conflarent res ſecundæ meæ, riſus vicinorum eam diſcuteret, atque obrueret.

Limat] limare puto eſſe à lima ductum, non à limis oculis, vt nonnulli volunt, vt ſit deterere, attenuare, imminuere. Itaque ſic mihi videtur hic locus eſſe explicandus. Nemo iſtic obliquo, id eſt, inuido, aut maleuolo oculo mea commoda atterit, aut minuit. putabant enim veteres, aſpectum inimicum, atque infeſtum alteri nocere. ſic Virg. in Palæmone, *Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.* βασκαίνειν appellant Græci. & βάσκανον τὸν οἱονεὶ φάεσιν. id eſt, ὀφθαλμοῖς καίνοντα, καὶ φθείροντα τὸ ὑπ' αὐτοῦ ὁρώμενον, id C eſt, qui oculis interficit, & corrumpit quod ab ipſo cernitur, vt ſcribit Theocr. interpres. Quo modo autem fiat faſcinatio, vel quamobrem faſcinentur pueri maximè, declarat Alex. Aphrodiſ. probl. 53. lib. 2. & Plutarch. lib. 5. συμποσιακ. περὶ τῶν καταβασκαίνειν λεγομένων diſputat. Eſt & limare interdum copulare, vt ait Nonius Marcellus: quod ad hunc locum non quadrat. vtitur Plautus in Pœnulo. *at vide ſis. cum illa nunquam limani caput.* poſtremò limare ſignificat etiã limo conſpurcare. Plaut. ibidem. *M. curram igitur aliquo ad piſcinam, aut lacum, limum petam. AG. quid eo opus ſit? M. ego dicam: vt tibi & illi limem caput.*

Rid. vic. gleb. et saxa mov.] vicini, inquit, rident me dum glebas & ſaxa mo- D ueo, ſimiliáque opera ruſtica facio, ita inuidia in me, & mea commoda nihil valet: neque mihi, meiſve nocere poteſt. Ridicula, & riſum inuidiã ac faſcinum depellere atque auertere diximus ſuprà ad illum locum, *Inuidiam placare paras, &c.* Sat. 3. lib. 2.

Venenat] corrumpit. tranſlatio eſt. vtitur & Lucret. lib. 6. *Vt ſpatium cæli quadam de parte venenet.*

Cum servi urb. diar.] tu contrà ruſticus in vrbe viuere mauis. diarium, victus eſt diurnus. Cicer. ad Attic. libr. 8. *eo modo autem ambulat Cæſar, & iis diariis militum celeritatem incitat, vt timeam, ne citius, quàm opus ſit, ad Brundiſium acceſſerit.*

Rodere] τρώγειν. ſignificat victum aridũ, & ſollicitum, itaque verbo vſus eſt muribus conuenienti potiùs, quàm hominibus. Notat hic Porphyrio, *non cum ſeruis manir, ſed cum ſeruis rodere mauis.*

Horum tu in numer.] in numerum ſeruorum vrbanorum.

Calo] qui lignum domi non habet: qui it lignatum foras. *Calones* (inquit Feſtus) *militum ſerui dicti, quia ligneas clauas gerebant, quas Græci κᾶλα vocant. Cala* (inquit Seruius in 6. Æneid.) *dicebant maiores noſtri, fuſtes, quos portabant ſerui ſequentes dominos ad prælium.* M. Tull. lib. 3. de nat. Deor. *Eos* [Tyndaridas] *tu canteriis albis, nullis calonibus obuiam Vatieno veniſſe exiſtimas.*

Argutus] aſtutus, ſollers, calidus, vafer.

Optat ephipp. bos pig. opt. ar.] *Ephippium* (inquit Nonius) *tegmen equi ad mollem vecturam paratum.* Acron notat, aliis ephippia eſſe ſagmata, id eſt, onera, aliis ea, quæ propè iugum equis curulibus imponuntur. prouerbiũ cõuenit in eos, qui muneris functionem, & conditionem ſibi accommodatam, faſtidiunt: alienã, & ad quam inepti ſunt, expetunt. M. Tull. ad Attic. lib. 5. *Clitellæ boui ſunt impoſitæ. planè non eſt noſtrum onus. ſed feremus. modò, ſi me amas, ſim annuus.* Cum his congruit illud Pindari, quod refert Plutarch. ἐν τῷ περὶ εὐθυμίας· ἐφ' ἅρμασιν ἵππος, ἐν δ' ἀρότρῳ βοῦς· παρὰ ναῦν ἰθύει τάχιστα δελφίς· κάπρῳ δὲ βουλεύοντα φόνον κύνα δεῖ C τλάθυμον ἐξευρεῖν. id eſt, equus curtui aptus eſt, bos aratro: Delphinus præter nauem celerrimè, & concitatiſſimè rapitur: ei autem, qui apro necem meditetur, canis reperiendus eſt generoſus, & laborioſus, qui aptum adoriri audeat. Ephippium porrò equi tergo imponitur, vt in eo inſidens commodiùs vehatur eques. *at ipſa boum terga* (vt ſcribit M. Tull. lib. de nat. Deorũ. ſecũdo) *declarant non eſſe ſe ad onus accipiendum figurata: ceruices autem nata ad iugum: tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda.* Eodem pertinet illud Maximi Tyrij, λόγῳ λβ. φέρε, εἴ τις ἐπιχειρεῖ τὸν βοῦν ἀπολύσας τῆς ἀρότρου καὶ τὸν ἵππον τῆς ἁρμάτων ὑπαλλάξας ἑκατέρου τὴν ἐργασίαν, ὑπαγαγεῖν τὸν μὲν βοῦν τῷ ἅρματι, τὸν δὲ D ἵππον τῷ ἀρότρῳ, ἆρ' οὐκ ἂν ἦν πρὸς μὲν τὴν φύσιν παράνομος, πρὸς δὲ τὰ ζῷα αὐτὰ ὑβριστής, πρὸς δὲ τὰς τέχνας ἀμαθής, πρὸς δὲ τὴν χρείαν ἀκερδής, πρὸς δὲ τὴν ὑπηρεσίαν καταγέλαστος; id eſt, Age, ſi quis conaretur boue diiuncto ab aratris, & equo à curribus, commutata vtriuſque opera, ſubiungere bouem currui, equum aratro, nónne eſſet in naturam quidem exlex atque iniuſtus, in ipſa animalia autem contumelioſus, ad arteis autem rudis atq; indoctus, ad vſum verò atque vtilitatem quæſtus faciendi ignarus, ad miniſterium autem ridiculus?

Bos piger,] qui ad arandum natus eſt, nõ ad vehendum, neque ad curſum, vt equus. Itaque appellatur à Græcis ἀροτήρ, id eſt, arator. Heſiod. ἔργ. καὶ ἡμ. Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε.

βουῶτ' ἀροτῆρα. id eſt, domum primùm, & A mulierem, & bouem aratorem. & Aratus, πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων: id eſt, primi autem guſtarunt boues aratores.

Q V A M S C I T V T E R Q V E, L I B E N S] prouerbium eſt vulgatiſſimum: *Quam quiſque didicit, eam artem exerceat.* Ariſtophanes in Veſpis, Ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην. Apud Athen. lib. 8. in illo Stratonici, hominis ſalſiſſimi reſpõſo ad harmonicum illum, qui anteà hortorũ cuſtos fuerat, cum eo de harmoniis diſputantem, ſcriptum eſt. ᾄδοι τις, non ἔρδοι τις, leui immutatione facta, propter eius, in quem dicebatur, perſonam. vtitur & M. Tull. epiſt. ad Attic. eod. lib. quem proximè citaui, *O rem minimè aptã meis moribus, ô illum verum, ἔρδοι τις.* B

TVRNEBVS.

EX lib. 28. cap. 31. Vt meſonauta medius eſt inter nautas, id eſt, inter ſummos & imos: ſummos, vt gubernatores & proretas, imos vt remiges: Sic mediaſtinus, medius inter ſeruos fuiſſe videtur: ſummos, vt atrienſes & diſpenſatores: Imos, vt compeditos, & notæ extremæ & quales quales. Vlpianus l. item apud Labeonem §. queſtionis verbo. ff. de Iniuriis. *Etenim multum intereſt, qualis ſeruus ſit, bona frugi, ordinarius, diſpenſator, an verò vulgaris, vel mediaſtinus, an qualis qualis. & quid ſi compeditus, vel malè notus, vel notæ extremæ?* Itaque à medio nomen habet, reliquum in vocabuli productione numerandum eſt, non ſi- C gnificatione. *Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas* non alio accipiendum eſt modo. Cùm, inquit, mediaſtinus mihi eſſes Romæ, votis optabas, vt villicus eſſes: cuius optati nunc te piget.

Ex lib. 9. cap. 28. Inuidiæ magnam vim ad nocendum antiqui putabant, cùm eam ſola voluntate & ipſo afflatu & contagione maleficam & venenatam eſſe & hominibus quibus malè vellet, obeſſe grauiter cenſerent: hinc illa Horatij lib. 2. Satyr. 3.

Inuidiam placare paras virtute relicta?

Leniendum enim & demulcendum hoc vitium, quod crederent, ita loquutus eſt. Rurſum.

Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam
Limat, non odio obſcuro morſúque venenat. D

Plura de inuidia legas lib. 2. Satyra 3. infrà.

EPIST. XV. AD C. NVMONIVM VALAM.

ARGVMENTVM.

Quòd Veliam & Salernũ proficiſci cogitet, quę ibi ſit hyems & quale cælum, percontatur: ſed ſe non ita ſalubritatis rationem habere innuit, vt non etiam aliquam voluptatis habere velit.

QVæ ſit hiems Veliæ, quod cælum Vala Salerni:
Quorum hominum regio, & qualis via: nam mihi Baias
Muſa ſuperuacuas Antonius: & tamen illis
Me facit inuiſum, gelida cũ perluor vnda
Per medium frigus. ſanè myrteta relinqui,
Dictáque ceſſantem neruis elidere morbum
Sulfura contemni, vicus gemit, inuidus ægris,
Qui caput, & ſtomachum ſupponere fontibus audent
Cluſinis: Gabióſque petunt, & frigida rura.
** Mutandus locus eſt: & deuerſoria nota*
Præter agendus equus. quò tendis? nõ mihi Cumas
Eſt iter, aut Baias, læua ſtomachoſus habena
** Dicet eques. ſed equi frenato eſt auris in ore*
Maior vtrum populum frumenti copia paſcat:
Collectóſne bibant imbreis, puteóſne perẽneis
Dulcis aquæ: nam vina nihil moror illius oræ.
Rure meo poſſum quiduis perferre, patíque:
Ad mare cùm veni, generoſum, & lene requiro:
*Quod curas abigat, quod cum * ſpe diuite mãnet*
In venas, animúmque meum: quod verba miniſtret:
Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicæ.
Tractus vter plures lépores, vter éducet apros:
Vtra magis piſceis, & echinos æquora celent:

Pinguis vt inde domum poſſim, Phæaxque reuerti:
Scribere te nobis, tibi nos accredere par eſt.
Mænius, vt rebus maternis, atq; paternis
Fortiter abſumtis, vrbanus cœpit haberi,
*Scurra vagus, non qui certum * præſepe teneret:*
Impranſus non qui ciuem dignoſceret hoſte:
Quælibet in quemuis opprobria fingere ſæuus:
Pernicies, & tempeſtas, barathrúmque macelli,
Quicquid quæſierat, ventri donabat auaro.
Hic, vbi nequitiæ fautoribus, & timidis nil,
Aut paullum abſtulerat, patinas cenabat omaſi,
Vilis & agninæ, tribus vrſis quod ſatis eſſet.
*Scilicet * vt ventres lamna candente nepotum*
Diceret vrendos correctus. Mænius idem
Quicquid erat nactus prædæ maioris, vbi omne
Verterat in fumum, & cinerem: non hercule miror,
*Aiebat, ſi qui * comedunt bona, cùm ſit obeſo*
Nil melius turdo: nil vulua pulchrius ampla.
Nimirum hic ego ſum. nam tuta, & paruula laudo,
Cùm res deficiunt: ſatis inter vilia fortis.
Verùm, vbi quid melius contingit, & vnctius, idem
Vos ſapere, & ſolos aio bene viuere, quorum
Conſpicitur nitidis fundata pecunia villis.

A AD C. NVMON.] Primùm hanc inſcriptionem præ ſe ferũt omnes ferè codices manuſcr. & quos in Italia, & quos in Gallia mea vidi. Deinde Fuluius Vrſinus, homo & humaniſſimus, & Græcarum litterarum cognitione præſtantiſſimus mihi oſtendit domi ſuæ argenteũ nummum hac ipſa inſcriptione, C. NVMONIVS VAALLA gemino A A. ſimilémque, & planè geminum domi ſuæ mihi oſtendit Clemẽs Teuenious, quem ſuprà commemoraui. ego tamẽ *Valam* excudendum curaui, vnico A. in ceteris, nummorum illorum inſcriptionem ſecutus ſum.

QVÆ SIT HIEMS VELIÆ, QVOD, &c.] hæc referenda ſunt ad verſum, qui eſt infrà, *Scri-* B *bere te nobis, &c.* ea autem, quæ ſtatim ſequuntur, *nam mihi Baias Muſa, &c.* vſque ad verbum, *Maior vtrum pop-lum, &c.* includenda ſunt interpoſitionis nota. Horatius ab Antonio Muſa clariſſimo, ac præſtantiſſimo medico edoctus, Baias, Campaniæ oppidum amœniſſimum, ad cuius aquas, & ceteras delicias concurrebant homines voluptarij, ad eaſdémque ægri, quòd eſſent ſaluberrimæ, confugiebant, edoctus igitur, Baias minimè ſibi eſſe neceſſarias, nec ad valetudinem vtileis, cogitat Veliam, & Salernum proficiſci, ibique hiemare. Iccircò petit à Vala, vt ſcribat ad ſe, quæ ſit illis in locis hiems, quod cælum, &c.

NAM MIHI BAIAS, &c.] nam ſi quæras, cur Veliæ, & Salerni hiemare cogitem, & non Baiis, Antonius Muſa ait, aquas calidas Baiarum mihi eſſe ſuperuacuas: id eſt, ad voluptatem gi- C gnendam duntaxat valere: ad bonam valetudinẽ autem inutileis eſſe. M. Tullius pro Cœlio, *ſi fas eſt eum à me hominem defendi, qui nullum conuiuium renuerit, qui vnguenta ſumſerit, qui Baias viderit.*

ET TAMEN ILLIS ME FACIT] & tametſi de Antonij Muſæ ſententia Baiarum aquas contemnam, & relinquam: mihi tamẽ Baiæ quodammodo ſunt iratæ, & me oderunt, quòd frigidis aquis vtar per medium frigus. Suetonius in Auguſto, ſcribit Auguſtum, quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactum eſſe.

QVI CAP. ET STOM. SVPP.] hæc vix intelligi poſſunt, niſi ab iis, qui experti ſunt, tametſi Horatius non obſcurè rem ipſam elocutus eſt. ſed memini ego, cùm vir clariſſ. Franc. Tur- D nonius E. R. Card. ad aquas Lucẽſeis de medicorum conſilio veniſſet duos ab hinc annos, videre me in iis locis ægros complureis, ex quibus alij de aquis illis bibebant, alij lauabantur, alij parteis corporis affectas, vt caput, ventriculum, renes ſtillicidiis ſupponebant, è quibus aqua in eas parteis demanabat. Eos horam vnam eodem, quo cœperant, ſitu manere neceſſe erat. dies quindecim, aut viginti id factitabant. fontes Cluſini autem ſunt in Etruria, à Cluſio Etruriæ oppido nominati.

MYRTETA] loca myrtis conſita, quæ ſunt Baiis. liber Iannocti, & nonnulli alij habent *murteta*, quod idem valet. à murro Murtia Venus.

mum manare poteſt? re vera non poteſt. ſed ex contagione corporis vini potu concalefacti excitantur animorum motus.

Ministret] ſuppeditet: præbeat. ſed ſi vina illius oræ nihil moratur Horatius, qui poteſt in illis locis vinum generoſum requirere? pugnát enim nihil morari, & requirere. Intellige meliora vina ex aliis locis eò ſupportari, quemadmodũ fieri ſolet.

[Qvod me lvc.] quod me reddat commendatiorem puellæ Lucanæ, id eſt, quod me faciat videri lepidiorem, & venuſtiorem. vel, quod mihi amorem & beneuolentiam conciliet.]

Echinos] de echinis ſup. notauimus quædam ad Od. 5. epod. & alibi.

Phæaxqve] corpore bene curato, & nitida cute, quales erant Phæaces, homines voluptarij, conuiuiis, citharis, choreis, & ceteris deliciis, ac luxuriæ dediti. vide Homer. ὀδυσσ. θ. & ſup. annot. ad epiſt. 2.

Accredere] vtitur hoc verbo & Lucret. lib. 3. *facilè hoc accredere poßis, Semina ſæpe in eodem, vt nunc ſunt, ordine poſta.* & Plaut.

Mænivs, vt rebvs, &c.] quidam hæc quæ ſequuntur, à ſuperiore epiſtola ſeparant: ſed minus rectè. vna eſt enim epiſtola vſque ad eam, quæ eſt ad Quinctium. cohærent autem hæc cum verſiculo illo, *Pinguis vt inde domum poßim, &c.* Ac proponit exemplum luxurioſi cuiuſdam hominis, nomine Mænij, cognomine Pantolabi, cui ſe in eo ſimilem eſſe dicit, quòd quemadmodum ille, cùm habebat, vnde ſumtum faceret, ſumtuoſiſſimè, & luxurioſiſſimè epulabatur: cum res deerat, parſimoniam victus, & frugalitatem colebat: ita ipſe, cùm deſunt facultates, victu tenui, & modico contentus eſt: cum abundat autem, & cùm aliquid amplius, & lautius nactus eſt, diuitum fortunas ait ſe laudare, & in pecunia, & fundorum fructibus bene, beateque viuendi facultatem collocare. Porrò huius Mænij nobilitata eſt multorum ſcriptorum litteris luxuria: ab eóque Mæniana dicta eſſe putantur. M. Tull. Acad. 2. *Vt enim ij, qui niſi ſub nube ſolem non ferunt, item ille* (Antiochus) *cum æſtuaret, veterum, vt Menianorum, ſic Academicorum vmbram ſecutus eſt.* Sextus Pompeius, *Meniana ædificia à Menio ſunt appellata. Js enim primus vltra columnas extendit tigna, quo ampliarentur ſuperiora.* Hinc columna Menia, ſeu Meniana, ad quam Triumuiri capitales de eorum maleficiis, qui ciues Romani non erant, cognoſcebant: quàm ſolam Menius ampliſſimo patrimonio conſumto, & domo vendita exceperat, vnde ſpectaret gladiatores. M. Tull. columnam nominat ſimpliciter in Cluentiana, *Manilium plerique noratis. non ille honorem à pueritia, non ſtudia virtutis, non vllum exiſtimationis bonæ fructum vnquam cogitarat: ſed ex petulanti, atque improbo ſcurra, in diſcordiis ciuitatis ad eam columnam, ad quam multorum ſæpè conuiciis perductus erat, tum ſuffragiis populi peruenerat.* Idem de accuſatore in Verr. conſtit. Meniam columnam

A dicit: *vobis autem tanta inopia reorum eſt, vt mihi cauſam præripere conemini potius, quàm aliquos à Columna Menia veſtri ordinis reos reperiatis?* ad quem locum Aſconius. *Menius cum domum ſuam venderet Catoni & Flacco cenſoribus, vt ibi Baſilica ædificaretur, ſibi exceperat ius vnius columnæ, ſuper quam tectum proiiceret ex prouolantibus tabulatis, vnde ipſe & poſteri eius ſpectare munus gladiatorium poſſent, quod etiam tùm in foro dabatur. Ex illo igitur columna Menia vocata eſt.* Alij Menianam columnam, & Meniana ædificia à C. Menio P. F. qui cenſor fuit cum L. Papirio Craſſo anno CCCCXXXV. cui propterea quòd de Antiatibus, aliiſque priſcis Latinis triũphauit, columna data eſt, dicta eſſe volunt. qua de re lege Plin. lib. 34. Vtrùm autem Menius ſine diphthongo, an Menius cum diphthõgo ſcribendum ſit, viderint docti. in marmoribus quidẽ antiquis Mænius cum diphthongo æ. inciſum ſæpe legi.

B

Fortiter] ſtrenuè, impigrè, non timidè, neque ignauè. Sed videtur impropriè dictum. Nam, vt docet Ariſtoteles lib. 4. de moribus ad Nicomach. Fortitudo verſatur in rebus & terribilibus, & fiduciam afferentibus: non in pecunia. itaque dicimus propriè aliquem fortiter periculum adire pro patria: non fortiter pecuniam largiri, aut profundere. hoc enim eſt liberalitatis, & profuſionis. Nam liberalitas in pecuniæ donatione, atque acceptione verſatur. Idem li. 2. de rep. diſputans contra Platonem, diſertè dicit C non licere, ſeu non eſſe pote, leniter, aut fortiter vti patrimonio ſuo, aut re ſua familiari: moderatè autẽ, & liberaliter, licere. Itaque neceſſarium eſt hos duos vſus tantùm in re familiari, & pecunia verſari, nempe moderatum, ſeu temperatum, & liberalem, quorum tamen vtriuſque contrarij intelligendi ſunt in eadem re locum habere, nempè fieri poſſe, vt quis dicatur & largiri pecuniam profusè, & dare parcè atque illiberaliter: & item immoderatè, ſeu intemperãter pecuniam profundere, & contrà, &c. Verba Ariſt. hęc ſunt lib. 2. Politic. Ἐπεὶ μόναι γ' εἰσὶν ἕξεις αἱρεταὶ περὶ τὴν τῆς ὕλης χρῆσιν αὗται, οἷον οὐσίᾳ πρᾴως, ἢ ἀνδρείως χρῆσθαι οὐκ ἔστι, σωφρόνως δὲ καὶ ἐλευθερίως ἔστιν. ὥστε καὶ τὰς χρήσεις D ἀναγκαῖον περὶ αὐτὴν εἶναι ταύτας: id eſt, Nam ſoli hi habitus [frugalitas & liberalitas] in vſu bonorum, ſunt laudabiles & expetẽdi. Verbi gratia, non eſt, ſeu non licet leniter, aut fortiter bonis ac facultatibus ſuis vti, frugaliter verò & liberaliter licet. Quare & hos vſus neceſſarium eſt in bonis, & pecuniis verſari. Quid igitur dicendum? vel *fortiter* Horat. poſuit impropriè pro effusè, ſeu profusè: vel eò ſpectauit, quòd qui rem ſuam diſſipat & perdit, ſe ipſum perdit, & interimit, quia vita ſine re tolerari non poteſt. quemadmodum igitur dicitur quis mortẽ fortiter oppetere, qui ſe offert in diſcrimen vitæ, pugnans pro patria: ita & qui rem ſuam effusè diſſipat, dicitur hîc ab Horatio fortiter patrimonium ſuũ abſumere, quia hoc facto moriatur neceſſe eſt.

propriè dixit Sat. 3. *nil verbi, pereas quin fortiter, addam.*

Vrbanvs] εὐτράπελος, vt riſu mouendo ſibi ad diuitum menſas aditum compararet.

Cœpit haberi] cœptus eſt haberi. ſic enim antiquiores loquebantur.

Scvrra] βωμολόχος, alienarum menſarũ inſidiator: qui riſum mouebat diuitibus, paſtus cauſa. Satyr. 7. lib. 2. *Scurra Volanerius*. quamquã ſcurræ nomen etiam vrbanis hominibus, & facetis tribuebatur. Plautus Trinummo. *neque peruorsus, Quàm vrbani aſſidui ciues, quos ſcurras vocant.* Idem Moſtell. *Tu vrbanus verò ſcurra, deliciæ populi, Rus mihi obiectas?* Idem Epidico. T. *Scurra es.* E. *ſcio te eſſe equidem hominem militarem.* M. Tullius pro Quinct. *Nam neque parum facetus ſcurra Sextus Nevius, neque inhumanus præco eſt vmquam exiſtimatus.*

Vagvs] modò hanc, modò illam menſam conſectans: vt ſtatim interpretatur.

Non qvi cert. præsepe ten.] declarat vocem, quæ antecedit *vagus*: non enim domi ſuæ cibum capiebat, ſed menſas alienas ſectabatur: neque ſemper eaſdem, ſed alias, atque alias. & eſt tralatio ab equis, per quam ſignificat, homines gutturis vitio, & abdomini deditos, beſtiarum eſſe ſimileis.

Impr. non qvi civem, &c.] id eſt, qui ſiccus, & impranſus ita ferus erat, & inhumanus, vt ciuem ab hoſte non diſtingueret: ſed cuiuis petulantiſſimè malediceret: atque hæc tam libera, atque impunita petulantia, ac maledicentia, facilem ei ad diuitum menſas aditum patefaciebat, nequod in ſe crimen confingeret, metuentium. extat epigramma Græcum lib. 2. hac ſententia, nos veſperi, cùm bibimus, homines eſſe: manè autem, dum ſicci ſumus, feras inter nos eſſe.

> Ἄνθρωποι δ' εἶναι, ὅτε πίνομεν· ἢν δὲ γένηται
> Ὄρθρος, ἐπ' ἀλλήλοις θῆρες ἐγειρόμεθα.

Fingere sævvs] ſæuus in confingendis in quamuis criminibus, & congerendis maledictis: atque idcirco diuitibus horribilis.

Barathrúmqve macelli] id eſt, qui, quæcumque è macello obſonia petuntur, deuoraret, & in ventrem, tanquam in barathrum quoddam, conijceret, atque abderet. fuit autem barathrum, locus in terram altiſſimè depreſſus Athenis, in quem præcipites detrudebantur malefici, & ſcelerati. Commemorat Pauſanias in Arcad. barathra quædam ad Phœneum vrbem, quæ χειροποίητα appellat, id eſt, manufacta, eo conſilio ab Hercule inſtituta, vt aquam ex propinquis montibus defluentem, agróſque Phœneenſium obruentem exciperent. Barathrum (inquit Sex. Pompeius Feſtus) appellant Græci, locum præcipitem, vnde emergi non poſſit, dictum ab eo, quod eſt βαθὺς.

Qvicqvid qvæsierat] quicquid lucri fecerat, quicquid labore, aut opera ſua pepererat.

Hic. v. nequ. favt.] Hic Mænius cũ

A diuitibus, qui plerúmque nequiſſimis hominibus veluti lenonibus, ſcurris, aleatoribus, ganeonibus fauent, ac benignè faciunt potiùs, quã viris bonis, &c.

Timidis] ſic reperi ſcriptum in duobus cod. Vatic. & Iann. Faern. Tornel. non, vt alij librorum arrogantiſſimi corruptores, repoſuerãt, *tumidis*. ac teſtatur quoque P. Victorius, quẽ ſemper honoris cauſa nominatum volo, ita ſcriptum eſſe in vno, atque altero codice antiquo: idémq; hũc locum hoc modo explicat, intelligere oportere ſcurras eoſdem fuiſſe, & ſycophantas: quos diuites, proptereà quòd ſibi ab eis metuerent, ſtudioſè, & crebrò ad cenam vocabant, & liberaliter, prolixéque accipiebant.

B Patinas cenabat omasi Vilis, &c.] tanta erat huius ſcurræ edacitas, vt cùm epulæ lautiores, cariorésque eum deficerent, maximam ſibi viliſſimorum, & plebeiorum ciborum copiam apponendam curaret. agninum omaſum dixit, vt diſtingueret à bubulo: de quo Plin. lib. 8. cap. 45. Horat. Sat. 5. lib. 2. *Seu pingui tentus omaſo Furius hibernas cana niue conſpuet alpeis.* *Patinas omaſi cenare* dixit, vt epiſt. ad Scæuã, *Si pranderet olus.* & epiſt. 2. lib. 2. *Emtum cenat olus.* & Sat. vlt. lib. 2. *Nos (inquam) cenamus auem.* Sed non eſt diſſimulandum, in aliquot libris manu ſcriptis, ita legi, *patinas cenabat omaſi, Vilis & agninæ, &c.* quæ ſcriptura fortaſſe recta eſt: in voce *agninæ* autem ſubintelligendum, *carnis*. de omaſo ſuprà ad

C Sat. 5. lib. 1. Præterea quidam legunt *tabulas*, pro *patinas*: quo nomine ſcilicet maior ſignificaretur edacitas. Græci πίνακας dicunt.

Tribvs vrsis qvod satis esset] edacitatem hominis declarat loquendi genere hyperbolico.

Scilicet vt ventres] ita ſcilicet, vt nepotum luxuriem ſupplicio acerrimo coërcendam eſſe diceret, inopia & egeſtate correctus, id eſt, vt Græci dicunt, σωφρονισθεὶς, vel potiùs corrector, vt mox dicemus. coniunge *ventres*, cum patrio caſu *nepotum*. [ſed cur ventres potiùs quã alias corporis parteis?]

Lamina candente] lamina candente genus cruciatus fuiſſe apparet vel ex illis verbis

D Ciceronis lib. 5. accuſ. *quid, cùm ignes, candentéſque laminæ, ceterique cruciatus admouebantur?* quamquã eo loco Ciceronis quidã libri habent, *ardentéſque*. quam ſcripturam non probo. lamina enim candens dicitur, non ardens. Erant autem laminæ, cruſtæ ferreæ; quæ igni candefactæ, admouebantur nocentium corporibus.

Correctvs] hunc locum in omnibus libris vulgatis & manu ſcriptis, in quibus legitur partim *correctus*, partim *correptus*, deprauatum eſſe puto, & emendandum, *corrector*, vt ſit ironia, hoc modo. vbi nihil abſtulerat à diuitibus, & profuſis hominibus, & nihil habebat opipari, quod eſſet, nepotes & luxurioſos dicebat eſſe caſtigandos, & grauibus ſuppliciis afficiendos, vt corrector quidam, & magiſter morum. ſic Terẽt. Adelph.

Google

Adelph. *ſi illud, quod eſt maximè opus, iacto non cadit, illud, quod cécidit forte, id arte vt corrigas.* Dem. *Corrector, nempe tuo arte, &c.* Nuper quidem paullo ante hanc ſecundam editionem, ita ſcriptum vidi in vno antiquiſſimo cod. manuſcript.

Mænivs ivem] quidam libr. veteres habent. *Beſtius idem.* nonnulli ſic, *diceret vrendos correptus.* al. *correctus Beſtius. idem, &c.*

Verterat in fvm. et cin.] confecerat, conſumſerat. καταπατολᾶν dicunt Græci, vt mihi nuper indicauit Scaliger F. Æſchylus κατηπαπεδημένοις pro mortuis, & ſepultis vſurpauit. ſic ille de fratribus Thebanis, ὄὐκ ἀναμφιλέκτως μὴν καταπεπαδημένοι, id eſt, ἀφανισθέντες, ſeu de medio ſublati. Sed fortaſſe vertere in fumum & cinerem bona ſua dicuntur planè decoctores. Præterea quid ſi dicamus, Horatium ſpectauiſſe illud ſacrificij genus, quod fiebat Herculi propter viam, in quo id, quod ex epulis ſuperabat, igni conſumebatur?

Siqvi comedvnt bona] omnes codices manuſcripti, quos quidem viderim, hanc ſcripturam tuentur, ac retinent: omnes viri docti probant: nonnulli tamen indoctiſſimi homines corrupta vera ſcriptura, *comedunt benè*, ſuppoſuerant. Eſt autem vſitatiſſimum loquendi genus bonis ſcriptoribus *bona comeſſe.* M. Tull. pro Flacco, *Quid attinuit hanc vrbem relinquere, libertate tam præclara carere? adire periculum nauigandi? quaſi bona comeſſe Romæ non liceret.* idem epiſtol. ad Pap. Pætum libr. 9. *ſed cura, ſi me amas, vt valeas, ne ego te iacente bona tua comedim.* ſic enim legit Non. Marcellus. Catull. in Cæſ. *Vt iſta veſtra diffutata mentula Ducenties comeſſet, aut trecenties?* Iterum M. Tullius in Sextiana, *vtrum ego tibi patrimonium eripui Gelli, an tu comediſti?* Nouius, *Ædepol qui paternom comeſt pecuniam, &c.* Græci dicunt καταφαγεῖν τὴν οὐσίαν, & κατέδειν τὰ πατρῷα. Itaque comedum, & comedonem, bona ſua conſumentem veteres dixerunt, vt ait Feſtus.

Cùm sit obeso Nil mel. tvrdo] turdum & vuluam exempli cauſa poſuit, vt eſcas & gratiſſimas, & lautiſſimas. de turdo dicere nihil eſt neceſſe. vuluam ſuillam autem apud Athenæum laudat Archeſtratus ὀψοδαίδαλος, id eſt, obſoniorum optimus artifex, eamque μήτραι ὑὸς nominat. Γαστέρα καὶ μήτραν ἐφθὴν ὑὸς ἔν τε κυμίνῳ, Ἔν τ' ὄξει δριμεῖ. id eſt, ventrem, & vuluam profundam ſuis, in cumino & aceto. obeſo autem, id eſt, pingui: quamuis aliter vſurparit Næuius apud Gell. lib. 19. cap. 7. *Corpore, pectoréque vndique obeſo, Ac mente exſenſa, tardigemulo ſenio oppreſſum.*

Nimirvm hic ego svm] nimirum (inquit Horatius) huic Mænio ſimillimus ſum. admonuimus alibi prouocabulum *hic* apud hunc poëtam, referri ſemper ad id, quod antecedit.

Satis inter vilia fortis] ſatis fortiter, ſatis forti animo, ſatis patienter vilibus cibis famem explens.

Vvctivs] delicatius, ſumtuoſius, apparatius. ſic Catull. per vncta patrimonia, ampla & opima ſignificat, in Cæſarem. *Quid hunc (malum) fouetis? aut quid hic poteſt, Niſi vncta deuorare patrimonia?* Horat. in epiſtol. de arte poët. *Si verò eſt, vnctum rectè qui ponere poſsit.* vnctum interdum vnguento delibutum: vt epiſt ad Scæuam hoc libr. *accedes ſiccus ad vnctum*: tranſlatè dixit M. Tullius in Bruto. *Iam enim erat vnctior quædam, ſplendidiórque loquendi conſuetudo.*

Vos sapere] quaſi vera ſapientia, & vera virtus ſit, diuitem eſſe, & habere vnde tibi benefacere poſſis.

Bene vivere] bene viuere hoc loco valet, beatè viuere, non, vt apud M. Tull. lib. 2. de finib. *Hos ego aſotos bene quidem viuere, at beate numquam dixerim.* Idem tamen eod. libr. paullo poſt illum locum, oſtendit ex Lucillij ſententia numquam bene cenaſſe Gallonium, hominem luxurioſum, quia *quod bene* (inquit) *id rectè, frugaliter, honeſtè: ille porro male, praue, nequiter, turpiter cenabat.* Plato item in Critone vult hoc ſolidum, ac fixum eſſe τὸ εὖ ζῆν, τῷ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν ταὐτὸν εἶναι, id eſt, bene viuere idem eſſe, atque honeſtè & iuſtè viuere. Item apud Ariſtotelem εὖ ζῆν valet beatè viuere.

Qvorvm Conspicitvr nitid. fvndo.] id eſt, quorum pecunia ab incerto aliquo quæſtu non pendet, ſed in prædiorum, ac fundorum fructibus poſita eſt. nitidas autem villas appellat, refertas, vberes, opimas, & fructuoſas.

TVRNEBVS.

Ex lib. 2. cap. 19. - *ſeu pinguis tentus omaſo.* ab Hor. dicitur ad contemptum, de eo qui obſonijs ſe ſaturit vilibus, vt ſat. lib. 2.

- *Tabulas cœnabat omaſi.*

Ex lib. 6. cap. 25. Apud Horatium . . - *tabulas cœnabat omaſi. Vilis & agnina*, ita puto enucleandum, vt tabulas paropſides intelligamus more Græcorum, qui πίνακας vocant: *agnina* autem potius quàm *agninis* vt legam & auctoritate librorum teredine exeſorum facio impulſus, & opinione antiquorum qui agninam deſpicatiui habebant & viliſſimam ducebant. Indignè fert & ſtomachatur Plautinus paraſitus à lanijs vendi agninam pro arietina, Captiuis. ſc. Iupp. ſupreme ſeruas me.

Tum lanij autem, inquit, qui concinnant liberis orbas oues, qui locant cædendos agnos, & duplam agninam danunt, atque arguit eorum dolum, quòd pro vna arietina offa, duplam venderent clàm ſuppoſitam pro ea fallaciter agninam: aut potius, quòd & apertè agninam venderent, & rurſus pro arietina agninam ſupponerent. Apud Philonem quoque in Preſbeutico agninæ carnes, vt inſuaues illuduntur à Caligula: ſic autem ſcribitur καὶ φαιδρὸν πρὸς ὡς πολλοίγε καὶ τὰ παρεχειρόβατα ἄρνια οὐ προσφέρονται, γελάσας εὐγε εἶπεν· ἐστι γὰρ οὐχ ἡδέα.

Ex libr. 18. cap. 23. Apſides lances ſunt rotundæ, quæ & parapſides etiam dicuntur: Sunt & Tabulæ in Lancium genere. magis latæ & planæ vt apud Horatium,

-tabulas cœnabat omaſi.

Vilis & agnina.

Ex libro cap. 20. Vir doctiſſ. Victorius in Horatio legit

-non Herculè miror

Aiebat, ſi qui comedunt bona. Eodem modo lib. 21. Epiſtolarum locutus eſt Seneca, *Multi bona comedunt: multi amicas habent.*

Ex libr. 27. cap. 16. *Et quidem,* inquit Curtius, *ſuas quiſque opes diuiſis Imperij partibus tuebantur, quas ipſi fundauerant, ſi vnquam aduerſus immodicas cupiditates terminus ſtaret.* nam Cic. pro Rabir. eodem modo dixit *Opes fundatas ac benè conſtitutas.* Sic autem eas dici intelligo, quæ firmæ ſtabileſque ſunt: non tantum à fundamentorum firmitate notione ducta: ſed etiam à fundo & ſolo. Certiſſimæ enim illæ facultates ſunt, quæ in fundis conſtitutæ ſunt: non item quæ in nummis aut in rebus mouentibus, non in rebus ſoli, Hinc & illud Flacci, lib. 1. epiſt. 15.

Conſpicitur nitidis fundata pecunia villis.

id eſt, in fundis & villis poſita & conſtituta.

EPISTOL. XVI. AD QVINCTIVM.

ARGVMENTVM.

Poſtquam agri ſui formam & ſitum Quinctio deſcripſit, in eoque iucundè ſe viuere dixit, in eius vitam inquirit: monétque, ne ex rumore vulgi pendeat, ſed vir bonus eſſe, quàm videri, malit. Deinde quis demum viri boni nomine dignus ſit, oſtendit.

NE perconteris, fundus meus, optime Quincti,
Aruo paſcat herum: an bacis opulentet oliuæ:
Pomiſne, & pratis, an amicta vitibus vlmo:
Scribetur tibi forma loquaciter, & ſitus agri.
Continui montes, niſi diſſocientur opaca
Valle: ſed vt veniens dextrum latus aſpiciat ſol:
*Læuum diſcedẽs curru fugiente * vaporet.*
Temperiem laudes. quid, ſi rubicunda benignè
A *Corna vepres, & pruna ferant? ſi quercus, & ilex,*
Multa fruge pecus, multa dominum iuuet vmbra?
Dicas adductum propius frondere Tarentum.
Fons etiam riuo dare nomen idoneus, vt nec
Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus,
B *Infirmo capiti fluit vtilis, vtilis aluo:*
** Hæ latebræ dulces, etiam (ſi credis amœnæ*
Incolumem tibi me præſtant Septembribus horis.
** Tu rectè viuis, ſi curas eſſe, quod audis.*
Iactamus iampridem omnis te Roma beatum.
Sed vereor ne cui de te plus, quàm tibi, credas:
C *Néve putes * alium ſapiente, bonóque beatum:*
Neu, ſi te populus ſanum, rectéque valentem
Dictitet, occultam febrem ſub tempus edendi
Diſſimules, donec manibus tremor incidat vnctis.
Stultorum incurata pudor malus vlcera celat.
Si quis bella tibi terra pugnata, maríque
D *Dicat, & his verbis vacuas permulceat aureis:*
Téne magis ſaluum populus velit, an populum tu:
Seruet in ambiguo, qui conſulit, & tibi, & vrbi,
Iupiter: Auguſti laudes agnoſcere poſſis.
Cùm pateris ſapiens, emendatúſque vocari:
Reſpondéſne tuo, dic ſodes, nomine? nempe

Vir

Vir bonus, & prudens dici delector ego, ac tu.
Qui dedit hoc hodie, cras, ſi volet, auferet: vt ſi
Detulerit faſceis indigno, detrahet idem.
* *Pone: meum eſt, inquit: pono: triſtiſque recedo.*
Idem ſi clamet furem, neget eſſe pudicum:
Contendat laqueo collum preſſiſſe paternum:
Mordear opprobrijs falſis, mutémque colores?
Falſus honor iuuat, & mendax infamia terret
Quem, niſi mendoſum, & mendacem? vir bonus eſt quis?
Qui conſulta patrum, qui leges, iuráque ſeruat:
Quo multæ, magnæque ſecantur iudice lites:
Quo reſponſore, & quo cauſæ teſte tenentur.
Sed videt hunc omnis domus, & vicinia tota
Introrſum turpem, ſpecioſum pelle decora.
Nec furtum feci, nec fugi, ſi mihi dicat
Seruus: habes pretium: loris non vreris, aio.
Non hominem occídi. non paſces in cruce coruos.
Sum bonus, & frugi. renuit, negat atque * *Sabellus.*
Cautus enim metuit foueam lupus: accipitérque
Suſpectos laqueos: & opertum miluius hamum.
Oderunt peccare boni virtutis amore.
* *Tu nihil admittes in te formidine pœnæ.*
Sit ſpes fallendi: miſcebis ſacra profanis.
Nam de mille fabæ modijs, cùm ſurripis vnum:

A * *Eſt damnum leuius mihi, non facinus tamen: eſto.*
Vir bonus, omne forum quem ſpectat, & omne tribunal,
Quandocumque deos vel porco, vel boue placat:
* *Iane pater, claré: clarè cùm dixit, Apollo*
Labra mouet metuens audiri: pulchra Lauerna
B *Da mihi fallere: da iuſtum, ſanctúmque videri:*
Noctem peccatis, & fraudibus obijce nubem.
* *Quî melior ſeruo, quî liberior ſit auarus,*
In triuijs fixum cùm ſe demittit ob aſſem,
Non video. nam, qui cupiet, metuet quoque porrò,
Qui metuens viuet, liber mihi non erit vmquam.
C *Perdidit arma:* * *locum virtutis deſeruit, qui*
Semper in augenda feſtinat, & obruitur re.
Vendere cùm poſſis captiuum, * *occidere noli.*
Seruiet vtiliter. ſine paſcat durus, arétque:
Nauiget: ac medijs hiemet mercator in vndis:
D *Annonæ proſit: portet frumenta, penúſque*
* *Vir bonus, & ſapiens audebit dicere, Pentheu*
Rector Thebarum, quid me perferre, patíque
Indignum coges? adimam bona. * *nempe pecus, rem,*
Lectos, argentum. tollas licet. in manicis, &
Compedibus ſæuo te ſub cuſtode tenebo.

Ipſe deus, ſimulatque volam, me ſoluet, A
opinor.
*Hoc ſentit, moriar. mors * vltima linea*
rerum eſt.

OPVLENTET] ditet, locupletet. opulenti (inquit Feſtus) dicuntur rebus terreſtribus copioſi.

AN AMICTA VITIBES VLMO.] quàm vitium maritam nominat Catull. vide annot. ad illa verba, *Altas maritat populos*, Od. 2. epod.

CONTINVI MONTES, NISI DISSOC.] continui ſunt montes, coniuncti & conti- B
nentes, niſi quòd vallis eſt interiecta, qua ſeparantur. ſed quid opus fuit hac exceptione, cùm ſine valle mons ne intelligi quidem poſſit? continui quidem hi montes ſua quiſque valle alius ab alio diſtinguebantur, ſed erat hæc vallis, in qua ſitus erat fundus Horatianus, ceteris maior, explicatior, longior, ac latior, per quam montes illi alioqui continui, diſparabantur.

SED VT VENIENS, &c.] ſed ita eſt hæc vallis opaca, vt eam ſol & exoriens aſpiciat, & occidens vaporet. dextrum igitur fundi latus ſpectabat ſolem orientem: ſiniſtrum, occidentem.

CVRRV FVGIENTE] de curru ſolis, vide quæ notaui ſuprà ad Od. 6. libr. 3. ibi, *abeunte curru.* ſignificat autem per currum ſolis fugientem, C
ſolem occidentem.

VAPORET] tepefaciat, calefaciat. vapor enim calorem ſignificat, vt Lucr. libr. 1. *Diſſiluntque fero feruentia ſaxa vapore.* ibidem. *Aeſtifer ignis vti lumen iacit, atque vaporem.* & libr. 2. *At vapor is, quem ſol mittit, lumenque ſerenum, Non per inane meat vacuum.* & libr. 5. *Multa videmus enim cæleſtibus incita flammis Fulgere, cùm cæli donauit plaga vapores.* Idem Lucretius vaporandi verbum, facit abſolutum. libr. 6. *Inuidia quoniam, ceu fulmine, ſumma vaporant Plerumque, & quæ ſunt alijs magis edita cumque.* vide annot. ad Od. 3. epod.

TEMPERIEM LAVDES] cæli & loci temperiem meritò laudaueris.

QVID, SI RVBICVNDA BENIGNÈ, D
&c.] ſententia huius loci hæc eſt, quid dicas, ſi & frutices corna ferant, & quercus, ceteræque id genus arbores, partim glandem affatim pecori ſuppeditent, partim vmbram domino præbeant? tum profectò dicere poſſis, fundum meum amœnitate, & fertilitate cum Tarento comparari poſſe, atq; adeò Tarentum ipſum in fundum meum tranſlatum eſſe. in duobus cod. Vat. & Iannocꝉ. Faërn. Torn. ſcriptum eſt, *Quòd ſi, &c.* ſine interrogationis nota.

BENIGNÈ] largè, copioſè, vt alibi diximus.

MVLTA FRVGE] glande. ſed cur glandem frugem appellauit, cùm glans, & fruges quodammodo videantur inter ſe opponi? ſic enim M. Tullius in perſ. oratore, *Quæ eſt autem in hominibus* A
tanta peruerſitas, vt inuentis frugibus glande veſcantur? Idem Acc. lib. 4. *nam & natas eſſe has in locis deas, & fruges in ea terra primùm repertas arbitrantur.* adde prouerb. ἅλις δρυός, id eſt, ſatis quercus.

TARENTVM] vrbem & amœnam, & admodum pacatam: quam ſæpe laudat Horat. vt Od. 6. lib. 2. *Dulce pellitis ouibus Galeſi Flumen, & regnata petam Laconi Rura Phalantho.* & epiſt. ad Mæcen. 7. lib. 1. *mihi iam non regia Roma, Sed vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.*

FONS ETIAM RIVO DARE NOMEN IDONEVS] fons tam ſalubris, purus, gelidus, & vber, vt dignus ſit, cuius riuus ab eo nominetur. Digentiam ſignificat, de quo 18. epiſtol. ad Lollium 2. B

THRACAM] Θρᾴκην, vt ſuprà ad Iul. Florum, *Thracáne vos, Hebruſque niuali compede vinctus, &c.*

SEPTEMBRIB. HORIS] illo anni tempore: vt epiſtol. de arte poët. *ſub verni temporis horam.* ſeptembre tempus autem dixit, vt fundi ſui amœnitatem, & ſalubritatem demonſtret ac declaret, qui tempore anni maximè inſalubri, Horatium ſaluum & rectè valentem præſtet amicis.

QVOD AVDIS] quod diceris, vt ſuprà, *rexque, paterque Audiſti coràm*, epiſt. ad Mæcen. 7.

SED VEREOR, NE CVI DE TE, &c.] id eſt, vereor ne te aliorum ſermone de te, magis, quàm tua conſcientia metiaris, ita vt ſi illi te virum bonum, aut beatum prædicent, tu illis credas, etiam ſi aliter eſſe ſcias: ſin contrà te improbum, & miſerum dicant, eorum verbis commouearis. huic loco ſimilis eſt locus ille Ariſtotelis lib. 1. de morib. ad Nicom. ἔτι δ' ἐοίκασι τὴν τιμὴν διώκειν ἵνα πιστεύωσιν ἑαυτοὺς ἀγαθοὺς εἶναι. quem ſic vertimus, *Præterea verò eo videntur honorem perſequi, vt ſeipſos bonos eſſe credant.* Atque hanc Ariſtotelis ſententiam ſuo loco explanauimus. ſic M. Tull. de Finib. lib. 2. in Epicureos, *ita, quod certiſſimum eſt, pro vera, certáque iuſtitia ſimulationem nobis iuſtitiæ traditis, præcipitiſque quodammodo, vt noſtram ſtabilem conſcientiam contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur.* Præclara igitur laus illa Amphiarai apud Æſchil. Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει, Βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος· Ἀφ' ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα. id eſt, Non enim videri vir optimus, ſed eſſe vult, ex profunda mentis gleba fructus percipiens: Ex qua conſiderata pullulant conſilia.

ALIVM SAPIENTE, &c.] id eſt, alium à ſapiente: inſipientem, ſapienti diſſimilem, vt epiſt. 1. libr. 2. *Edicto vetuit, ne quis ſe præter Apellem Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra, &c.* vide quæ notata ſunt ad illum locum ſat. 3. lib. 2. *Quas ſpecies alias veris, &c.* Qui autem dicunt hic eſſe ἐναλλαγὴν, & *beatum* poſitum pro *beatiorem*, deſipiunt: [quamuis ſequantur ducem Cariſium lib. 4. inſtit. gramm.]

SVB TEMPVS] paullò ante tempus, vel citciter tempus.

PVNOR

Pvoor malvs] pudor vitioſus: *δυσωπία* Græci vocant: de quo ſcribit Plutarchus libellum vtiliſſimum. ſat. 3. lib. 2. *pudor (inquit) te malus vrget, Inſanos qui inter vereare inſanus haberi.* ob hunc vitioſum pudorem, dij immortales, quàm multa peccamus? quàm multa virtutis officia prætermittimus, dum populi ſermonem reformidamus, ſi ab eo vita, factiſque diſſentiamus? de quo venuſtiſſimè, vt omnia, ſcripſit Io. Caſa Florentinus, antiſtes eccleſiæ Beneuentanæ, vir cum primis eruditus: qui non ita dudum Romæ eſt mortuus, his verbis, *Debueram dudum crinem ſeciſſe decorum: Hoc eſt, argentum, comites, & ſtragula, cenas, Luſuſque, & muſas miſſas feciſſe loquaces, intrepidus nuper corruptæ mentis, & acer Corrector. ſed enim prauus populi pudor obſtat. Hunc propter pauidi phaleris* B *amicimur ineptis. Nec ſicci madidam audemus veriti bene potũ Conuiuam vulgus, collo demiſiſſe coronam, &c.*

Balla tibi pvgnata] id eſt, bella abs te geſta, ſeu prœlia commiſſa. pognare pugnã etiam M. Tullius dixit, vt annotauimus ſup. ad Od. 6. lib. 2. ibi, *& regnata petam Laconi Rura Phalantho.*

Vacvas] inaneis, ſtultas, aſſentationi patenteis, vt ſuprà Od. 18. lib. 1. *vacuum verticem* dixit.

Téna magis salvvm, &c.] hæc oratio neque ad Quinctium aptè conuenit, neque omnino ad quempiam alium, quàm ad Auguſtum. éſtque veriſimile verſum eſſe alicuius poëtæ illius temporis, Auguſto aſſentantis. Si quis igitur (inquit) tecum ita loquatur, Vtrùm tu cu- C pidior ſis populi ſaluris, an tuæ populos, dubium eſt atque incertum: faxitq; Deus ne huius rei periculum fiat, id eſt, vt quàm diutiſſimè viuas, ne te mortuo, ex deſiderio tui, populiq; merore intelligatur quàm ſis carus populo: ſi quis igitur huiuſmodi orationem tecum habeat, facilè intelligere poſſis, taleis laudes ad te oon quadrare ſed ad Augoſtum: itaque continuò eas reſpueris.

Servet in ambigvo] italegendum, non *Seruat*, vt habent quidam libri corrupti. eſt enim bene precantis oratio.

Avg. lavo. agnosc. poss.] hæc ſunt legenda enuntiando, & ſine interrogationis nota.

Cùm pateris sapiens, &c.] Lati- D norum more dixiſſet. cùm pateris te ſapientem, emendatúmque vocari. nunc autem Græeorum exemplo locutus eſt, vt annot. ſup. Od. 2. libr. 1. *patiens vocari Cæſaris vltor.*

Resp. ne tvo, dic soo. nom.] cùm te aliquis ſapientem, atqoe ab omni vitio integrum appellat, tibíne hæc nomioa conuenire exiſtimas? itáne reſpoodes, quaſi nominatim ſis appellatus?

Nempe vir bonvs, &c.] reſpondet ipſe Horatius per conceſſionem quandam. nempe, nemo eſt, qui non delectetur viri boni, & ſapientis appellatione: ſed, cùm hæc appellatio, atqoe laudatio pendeat ab arbitrio, & libidine populi: atque idem poſſit cras eam adimere, qui ho-

A die dedit: non eſt, cur ea tantopere delectemur. oſtendit, famam popularem, incertiſſimom & leuiſſimum quiddam eſſe, neque viri boni exiſtimationem ex opinione vulgi, ſed ex virtute, & recta conſcientia pendére.

Vt si Detvlerit f.] vt ſi populus Ro. detulerit conſulatum indigno, idem adimet. honor enim (vt ſcribit Ariſtot. lib. 1. de moribus ad Nicom.) videtur in ijs eſſe, qui honorem deferunt, non in eo, qui honorem conſequitur, id eſt, illorum poteſtate ſitus eſſe, non in huius. *δοκεῖ γὰρ ἐν τοῖς τιμῶσι μᾶλλον εἶναι, ἢ ἐν τῷ τιμωμένῳ ἡ τιμή.*

Fasceis] honorem, puta præturam, vel conſulatum, &c. ſic Virg. Georg. 2. *Illum non populi* B *faſces, non purpura regum Flexit.* ſic idem Horatius Oda 2. lib. 3. ſecureis pro honoribus populi vſurpauit, ibi, *Nec ſumit, aut ponit ſecures Arbitrio popularis auræ.* & ab eodem Od. 16. libr. 2. *conſularis lictor* pro conſulatu ponitur: quamquam ibi venoſtè, & luculentè dixit, lictorem conſolarem non ſummouere tomultus mentis & curas, quia lictoris quidem erat turbam ſummouere: ſed non habebat poteſtatem tamen ſummouẽdarum curarum, & ægritudinum animi, ceterarúmque aoimi perturbationu, vt ad illum locum admonuimus. & ſat. 6. lib. 1. *onuſtos, [al. honeſtos] Faſcibus, & ſellis nolim mihi ſumere.*

Pone] depone magiſtratum, (inquit populus, qui eum mandauit) quod idem dicere non C poteſt virtuti, aut viro virtute prædito, quia *Virtus repulſæ neſcia ſordidæ in-Contaminatis fulget honoribus, Nec ſumit, aut ponit ſecures Arbitrio popularis auræ.*

Idem si clamet, &c.] ſignificat, neque noſtram bonam exiſtimationem ex oratione, aut iudicio vulgi pendêre, neque eam pertimeſcendam eſſe infamiam, quæ ex leuitate, aut maleuolentia populi, non ex culpa noſtra nata ſit. Quemadmodum igitur (inquit) ſi quis me virum fortem, ſapientem, iuſtum, temperantem eſſe dicat: ſi ab his virtutibus longè abſim, non debeam falſam illam de me prędicationem, falſúmque teſtimonium agnoſcere, neque probare: ſic ſi quis me furem, paricidam, impudicum eſſe cri- D minetur, cauſa nõ ſit, quare hoc maledicto commouear.

Pvoicvm] podicus eſt, qui alienam libidinem noo eſt perpeſſus, qui muliebria non eſt paſſus. impudicus contrà, qui alienæ libidini obtemperauit, & gratificatus eſt, ſiue mas ſit, ſiue fæmina. ootum eſt maledictum illud in neſcio quem, *auerſus, & aduerſus impudicus es.* quo argoebatur ille, *τῷ πρώκτῳ, καὶ τῷ σώματι*: id eſt, & parte poſtica, & ea, quæ totius corporis ſanctiſſima eſt, alterius libidinem pertuliſſe. eſſe autem hanc *pudici*, & *impudici* apud Latinos ſcriptores ſignificationem, teſtimonio mihi erunt Plaot. Catul. M. Tull. Plautus io Amphitr. *ego tibi iſtam hodie, ſceleſte, comprimam linguam. A. haud potes. bene pudicéque cuſtoditur.* ineſt autem ambiguum io illis ver-

bis, *comprimam linguam*, vt comprimere linguam A alterius, ſit vel eius loquacitatem comprimere, vel in os eius meiere. Idem Trinummo, *nam pudicum neminem eſſe oportet, qui abs terra, ad cælum peruenerit.* Idem Captiuis, *Nam is mecum à puero puer bene, pudicéque educatus eſt vſque ad adoleſcentiam.* Catull. ad Aurelium. *veniam peto pudentem, Vt, ſi quicquam animo tuo cupiſti, Quod caſtum expeteres, & integellum, Conſerues puerum mihi pudice.* ad eundem, *Quare deſine, dum licet pudico, Ne finem facias, ſed irrumatus.* in Cæſarem, *Quis hoc poteſt videre, quis poteſt pati, Niſi impudicus, & vorax, & aleo?* Ibidem. *Cinæde Romule, hæc videbis, & feres? Es impudicus, & vorax, & aleo.* Ibid. *Aut fatere ingenua eſt, aut non promiſſe, pudica, Aufilena, fuit.* M. Tull. pro C. Rabirio. *Nam quid ego ad id longam orationem comparem,* B *quod eſt in eadem multæ irrogatione perſcriptum, hunc nec ſuæ nec alienæ pudicitiæ pepercisse?* Idem pro Milone, *Pudicitiam cùm eriperet miles tribunus militaris in exercitu C. Marij, propinquum eius imperatoris, interfectus ab eo eſt, cui vim afferebat.* Idem pro Cœlio, *parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam.* Horat. ſaty. 5. lib. 1. *quid multa? pudicum, Qui primus virtutis honos, ſeruauit ab omni Non ſolùm facto, verùm opprobrio quoque turpi.* Mart. lib. 10. *Nec triſtis tamen, attamen pudicus.* & in Priapeijs, *Prædictum tibi, ne negare poſſis: Si fur veneris, impudicus ibis.*

Contendat laqueo coll. pr. p.] ſi contendat, id eſt, obſirmatè, & pertinaciter dicat, me patrem ſtrangulaſſe, &c. ſic ferè C ſup Od. 3. epod. *Parentis olim ſi quis impia manu Senile guttur Fregerit.* gulam digitis oblidere dixit M. Tullius in oratione pro Scauro: quæ non exſtat.

Mordear opprobriis falsis?] mordeárne his falſis criminationibus, & maledictis? proinde quaſi dicat, non mordear. morderi maledicto eſt offendi, commoueri, pungi. ſic Terent. loquitur in Eunuch. *Tu par pari referto, quod eam mordeat.* Idem Adelph. *Principiò ſi id te mordet, ſumtum filij quem faciunt, &c.* & M. Tull. ad Att. libr. 11. *Quod rogas, vt in bonam partem accipiam, ſi qua ſint in tuis litteris, quæ me mordeant, ego verò in optimam.* Idem lib. 4. quæſt. Tuſcul. *Impunitas enim peccatorum data videtur eis, qui & ignominiam, &* D *infamiam ferunt ſine dolore. morderi eſt melius conſcientia.* Græci dicunt δάκνεσθαι, quod tantundem valet. Xenoph. Oeconomico, καὶ μὰ Δί᾽ ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος, καὶ δὴ ἀθυμοῦσάν γε αὐτὴν οἶδα, καὶ ἐρυθριάσασαν σφόδρα, εἴ τι τῶν εἰσενεχθέντων αἰτήσαντος ἐμοῦ, οὐκ εἶχέ μοι δοῦναι. Mehercule (inquit Iſchomachus) & memini eam valde morderi, & erubeſcere, ſi quid eorum, quæ domum illata erant, cùm ego poſcerem, non poſſet mihi dare. Ariſtophan. in Nubibus, Ἀλλ᾽ οὐ δύναμαι δείλαιος εὕδειν δακνόμενος ὑπὸ τῆς δαπάνης, id eſt, At non poſſum infelix dormire à ſumtu morſus, dicunt & κνίζεσθαι, vt Theocritus ὁδοιπόροις, εἰδ. ε. Κἠγὼ μὲν κνίσδω, Μόρσων, τινά, καὶ σὺ δὲ λεύσσεις. Atque ego quidem ô Morſo, aliquem pungo, ſeu vellico. Eodem pertinet verbum κερτομεῖν, quod eſt ſalsè dicto aliquem pungere aut mordere, aut carpere: ad verbum autem, cor aut animum ſcindere. vſitatum eſt Latinis & verbum *pungendi* ferè pro eodem illo, quo agimus, *mordere*: vt Cic. ad Treb. lib. 7. *moleſte ferebam anteà te inuitum iſtic eſſe: pungit me rurſus, quod ſcribis te eſſe iſtic libenter.* Idem ad Cœl. libr. 2. *extrema pagella pupugit me tuo chirographo.*

Mutemque colores?] expalleſcam? minimè ſcilicet.

Falsus honor iuvat, &c.] quemadmodum, qui falſo honore delectatur, leuis eſt, vanus, & mendax: ita & qui falſa infamia commouetur & exterretur. Plutarchus in procemio Agidis & Cleomenis eleganter, & grauiter oſtendit infamiæ metum Tib. & C. Gracchos ſummo loco natos, & optimè educatos, & rectiſſimo ſibi fine propoſito, ad remp. adminiſtrandam ingreſſos perculiſſe, ac perdidiſſe. Γράκχοις ἀπώλεσεν ἀδοξίας φόβος, inquit ille. Sed non celabo lectorem, me in nonnullis libris manuſcriptis reperiſſe ſcriptum. *Quem niſi mendoſum & medicandum?* quam ſcripturam probat Simeo Boſius & interpretatur *medicandum*, inſanum, & medicamentis egentem.

Vir bonus est quis?] quis eſt vir bonus opinione vulgi? nam verſus duo, qui ſubſequuntur, *Sed videt hunc omnis, &c.* declarant, hunc talem non eſſe reuera virum bonum.

Consulta patrum] ſenatuſconſulta. nam ſenatores patres appellabantur.

Secantur] tranſiguntur, dirimuntur, deciduntur. ſic idem ſat. 10. libr. 1. *ridiculum acri Fortius, & melius magnas plerumque ſecat res.*

Quo resp. et q. c. t. tsn.] id eſt, quo iuriſconſulto conſilium dante, & quo teſte, cauſæ obtinentur.

Sed vid. hunc omnis, &c.] ſignificat, multos haberi viros bonos, caſtos, integros, incorruptos, religioſos, qui ſi explorentur, penitúſque inſpiciantur, ac ſpectentur, reperiantur improbi, corrupti, ſcelerati, periuri, perfidi.

Introrss. turp. spec.] ſic diſputat D Glauco apud Platon. lib. 2. de rep. atque ita colligit, *Quandoquidem exiſtimatio, & opinio vim affert veritati, & penes eam eſt vitæ beatæ principatus, omnino ſtudium noſtrum eo conferendum eſt, vt viri boni, & iuſti videamur: veſtibula, & vmbracula quædam, & ſpecies, & adumbrata virtutis deſcriptio, nobis eſt comparanda, & circumdanda. vulpes autem Archilochi verſa, atque aſtuta, poſt illa inuolucra, & ponè illius generis vmbracula, attrahenda.* verba Platonis ſunt hæc, εἰ οὖν ἐπειδὴ τὸ δοκεῖν, ὡς δηλοῦσί μοι οἱ σοφοί, καὶ ἀλήθειαν βιᾶται, καὶ κύριον ἐστὶν εὐδαιμονίας, ἐπὶ τοῦτο δὴ τρεπτέον ὅλως· πρόθυρα μὲν καὶ σχῆμα κύκλῳ περὶ ἐμαυτὸν, σκιαγραφίαν ἀρετῆς περιγραπτέον, τὴν δὲ τοῦ σοφωτάτου Ἀρχιλόχου ἀλώπεκα ἑλκτέον ἐξόπισθεν κερδαλέαν, καὶ ποικίλην.

Nec furt. feci, nec fugi] oſtendit,

Digitized by Google

oſtendit, magnam partem hominum ſeſe à maleficio, ac peccato abſtinere metu legum, & pœnæ. boni autem viri appellationem ei ſoli conuenire, qui ſua ſponte, & virtutis ſtudio, non metu coactus, rectè faciat. idque declarat ſimilitudine ſeruorum, qui plerumque in officio continentur verberibus, & plagis.

VRERIS] cęderis. vrit enim verberum dolor. ſic ſup. Od. 4. epod. *Ibericis peruſte funibus latus.* & ſat. 7. lib. 2. *Quid refert vri virgis, ferróque necari Auctoratus eas?*

NON PASCES IN CRVCE] non tollêris in crucem, aliòve ſupplicio afficieris.

SVM BON. ET FR.] quia hominem non occidi: aut quia non ſum furatus.

REN. NEG. ATQVE SABELL.] ego Horatius Sabellus renuo ac nego, te ideò bonum eſſe dicendum, quòd hominem non occideris, aut furatus non ſis. nam pœnæ metu abſtinuiſti à maleficio, non amore recti. Sabellus autem idem valet, quod Venuſinus: quia pulſis Sabellis, in loca vacua coloni Venuſini deducti ſunt à Romanis. ſat. 1. lib. 2. *Nam Venuſinus arat finem ſub vtrumque colonus, Miſſus ad hoc, pulſis, vetus eſt vt fama Sabellis, &c.*

METVIT] vitat, φυλάττεται annotat. ad Od. 2. lib. 2.

OPERTVM] occultum, vt ſup. epiſt. 7. ad Mæcen. 2. *hic vbi ſæpe Occultum viſus decurrere piſcis ad hamum.*

ODERVNT PECC. BONI VIRT.] boni à peccando abſtinent ſua ſponte, propterea quòd in animum induxerunt, virtutem vitio præſtare, ſiue ita ſint comparati natura, ſiue hoc à recta inſtitutione ſint conſecuti, ſiuè ex vtroque. Atque hi parent legibus ſua voluntate, non metu pœnæ. quin nec legibus eis opus eſt, vt rectè faciant, cùm ſine legibus, & ſuaptè natura iuſtè, & temperanter viuant, iniuſtitiam autem, & intemperantiam fugiant.

TV NIHIL ADMITTES IN TE] tu autem à peccato te abſtinebis, metu pœnæ. non igitur reuera bonus es. ita ſi ſperes fore clàm, ad ingenium redibis, vt ait Terent. Atqui qui pœnæ metu à furando, & ſimilibus ſe continet, non quòd rem ipſam oderit, & condemnet, nihilo minus fur eſt, quàm qui furatur, inquit Dion Chryſoſtomus, niſi fortè eum, qui interdiu quidem nõ furatur, ſed noctis præſidio fretus, furari non dicemus interdiu, ſed iuſtum eſſe. Verba Dionis ſunt hæc oratione περὶ ἀρετῆς, id eſt, de virtute: Καίτοι οὐδὲν ἧττον ὁ φόβῳ κολάσεως τοῦ κλέπτειν ἀπέχεσθαι δοκῶν, ἀλλὰ μὴ μισῶν τὸ πρᾶγμα, καὶ καταγινώσκων, κλέπτης τῶν ὑφαιρουμένων ἐστίν· εἰ μὴ καὶ τὸν ἡμέρας οὐ κλέπτοντα, ἀλλὰ νυκτὸς γενομένης, κλέπτειν οὐ φήσομεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ἀλλὰ δίκαιον εἶναι.

SIT SPES FALLENDI] ſi ſit ſpes occultãdi facinoris: ſi ſperes fore clàm maleficium, aut peccatum tuum: ſi ſperes fore vt lateas, &c. *fallere* hoc loco valet λανθάνειν, i. latêre, vt annotauimus ad Od. 10. lib. 1. Plato libr. ſecundo de rep. ſimilia quædam de vulgari hominum iuſtitia diſputat oſtendens, eam parùm admodum ab iniuſtitia diſcrepare, his verbis, ὡς δὲ καὶ οἱ ἐπιτηδεύοντες τὸ δίκαιον, ἀδυναμίᾳ τοῦ ἀδικεῖν ἄκοντες αὐτὸ ἐπιτηδεύουσι, μάλιστ' ἂν αἰσθοίμεθα, εἰ τοιόνδε ποιήσαιμεν τῇ διανοίᾳ· δόντες ἐξουσίαν ἑκατέρῳ ποιεῖν ὅτι ἂν βούληται, τῷ τε δικαίῳ, καὶ τῷ ἀδίκῳ, εἶτ' ἐπακολουθήσαιμεν θεώμενοι ποῖ ἡ ἐπιθυμία ἑκάτερον ἄξει. ἐπ' αὐτοφώρῳ οὖν λάβοιμεν ἂν τὸν δίκαιον τῷ ἀδίκῳ εἰς ταὐτὸν ἰόντα διὰ τὴν πλεονεξίαν, ὃ πᾶσα φύσις διώκειν πέφυκεν, ὡς ἀγαθόν, νόμῳ δὲ καὶ βίᾳ παράγεται ἐπὶ τὴν τοῦ ἴσου τιμήν, id eſt, *eos autem, qui iuſtitiam colere ſe profitentur, propterea, quòd iniuriam facere non poſſint, inuitos eam colere, facile intelligere poſſumus, ſi tale quiddam faciamus, primum vt cogitatione noſtra vtrique, tam iuſto, tum iniuſto quidlibet agendi poteſtatem permittamus: deinde eos ſequamur, ſpectantes quonam vtrumque cupiditas impellat. Manifeſto igitur deprehendemus, iuſtum eadem, quo iniuſtum ire, propter immoderatas, & præcipuas opes, quas omnis natura, tamquam bonum, perſequi ſolet: ſed lege, & vi ad æqualitatem, ſeu ad æquitatis cultum, ſtudiúmque reuocatur.* hactenus Plato. eodem loco deinceps affert fabulam illam Gygis omnibus notiſſimam, quam & M. Tull. poſuit in tertio libr. de Officijs: cuius quidem exempli hæc vis eſt, vt oſtendat, diuitiarum, potentiæ, dominationis, libidinis cauſa, nihil iniuſtè eſſe faciendum, etiam ſi Dijs, hominibúſque ſemper ignotum ſit futurum. Idem M. Tull. lib. 1. de legibus, *Quòd ſi pœna* (inquit) *ſi metus ſupplicij, non ipſa turpitudo deterret ab iniurioſa, facinoroſáque vita, nemo eſt iniuſtus: & incauti potius habendi ſunt, quàm improbi. Tum autem, qui non ipſo honeſto mouemur, vt boni viri ſimus, ſed vtilitate aliqua, atque fructu, callidi ſumus, non boni. Nam quid faciet is homo in tenebris, qui nihil timet, niſi teſtem, vel iudicem? quid in deſerto loco nactus, quem multo auro ſpoliare poſſit, imbecillum, atque ſolum?* ad eandem ſententiam pertinent, quæ ſcribit lib. 2. de Finibus, his verbis, *Iam ſi modeſtia, ſi pudicitia, ſi vno verbo, temperantia, pœna, aut infamiæ metu coërcebuntur, non ſanctitate ſua ſe tuebuntur: quod adulterium, quod ſtuprum non ſe proripiet, ac proijciet aut occultatione propoſita, aut impunitate, ac licentia?*

MISCEBIS SACRA PROFANIS] id eſt, ſacra, & profana libidine, & cupiditate tua exæquabis: ſacrorum, & profanorum delectum atque diſcrimen vtilitate tolles.

EST DAMN. LEVIVS: SED NON FACIN. TAM ESTO:] ſic reperi hunc verſum productum ab antiquo, & nobili ſcriptore, Accurſio Florent. Et verò conſuetudo Latini ſermonis poſtulat, vt ita loquamur, *leue damnum, leue facinus*, non *lene*.

ESTO] conceſſio eſt, vt ſat. 1. lib. 2. *eſto, ſi quis mala.* & ſat. 2. libr. 2. *hæc magis illa, Imparibus formis deceptum te patet: eſto Vnde datum ſentis, &c.* & ſat. 3. eiuſd. *Integer eſt mentis Damaſippo creditor? eſto.*

ſat. 6. libr. 1. *Namque eſto: populus Leuino mallet hono-rem, Quàm Decio mandare nouo.* epiſt. 1. lib. 1. *verum Eſto alijs alios rebus, ſtudiiſque teneri.* & epiſt. prox. infrà, *Sedit, qui timuit, ne non ſuccederet: eſto.* ſic M. Tull. Diuinat. in Verr. *Eſto ipſe nihil eſt, nihil po-teſt. ac venit paratus cum ſubſcriptoribus exercitatis, & diſertis.* Idem Verr. 4. *Verùm eſto: alio loco de aratorum animo, & iniurijs videro.* Verr. 5. *Verùm eſto: reperie-tur aliquis fortis, & experiens arator.* Idem de Finib. 2. *Eſto: fecerit, ſi ita vis, Torquatus propter ſuas vtili-tates.* Lucret. lib. 2. *Sed tamen eſto iam poſſe hæc æter-na manere.* ſic & Plato cum multis in locis, tum in Sophiſta: & ceteri Græci, ἔστω· vtuntur & voce εἶεν, pro eodem, Eurip. Medea, Εἶεν· καὶ δὴ τεθνᾶσι· τίς με δέξεται πόλις; A B

Vir bonvs] opinione vulgi.

Deos vel porco] vt Tellurem epiſt. ad Aug. *Tellurem porco, Siluanum lacte piabant.* & Ge-nium, vt Od. 17. libr. 3. in extr. *cras Genium mero Curabis, & porco bimeſtri, &c.*

Iane pater, clarè: clarè, &c.] poſteaquàm (inquit Horatius) hæc pronuntia-uit elatè, *ô Iane pater*, vel ſi Apollinem precetur, *ô Apollo*, reliqua, quæ petit à Dijs, ſummiſſa vo-ce, & lingua compreſſa, perſequitur, ne à quo-quam exaudiatur. ſic infrà ſaty. 6. *Matutine pa-ter, ſeu Iane libentius audis.* Sed cur Ianum, patrem appellat? fortaſſe propter eius antiquiſſima, & maxima in populum R. beneficia, vt à quo Itali feritate poſita, humanitatem & manſuetudinem C acceperunt. Idem primus coronas, quas in vino adhibebant, rateis, & nauigia, & nummos æreos inuenit, vt teſtatur Athen. lib. vltimo, his verbis, Ἰανὸς ὁ παρ' ἡμῖν θεὸς, ὃν πατέρα προσαγορεύομεν, πρῶτος εὗρε στέφανον, &c. paucis poſt, Ἰανὸν δὲ λόγος ἔχει διπρόσωπον γεγονέναι τὸ μὲν ὄπισθεν, τὸ δ' ἔμπροσθεν ἔχοντα πρόσωπον. ἀπὸ τούτου καὶ τὸν Ἰανὸν ποταμὸν, καὶ τὸ ὄρος Ἰανὸν ὀνομάζεσθαι κατοικήσαντος αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὄρους. πρῶτον δὲ καὶ στέφανον εὑρεῖν καὶ σχεδίας, καὶ πλοῖα καὶ νόμισμα χαλκοῦν πρῶτον χαράξαι. διὸ καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πολλὰς πόλεις, καὶ κατὰ τὴν Ἰταλίαν, καὶ Σικελίαν ἐπὶ τοῦ νομίσματος ἐγχαράττειν πρόσωπον δικέφαλον, καὶ ἐκ θατέρου μέρους ἢ σχεδίαν, ἢ στέφανον, D ἢ πλοῖον, id eſt, Ianus, qui apud nos Deus eſt, quem patrem appellamus, primus coronam re-perit, &c. Ianum autem dicunt duas facies ha-buiſſe, vnam pòſt, alteram antè. ex hoc & Ianum fluuium, & montem Ianum nominari, quòd is in eo monte habitarit. Primùm autem etiam coronam reperiſſe, & rateis, & nauigia, & num-mum æreum ſculpſiſſe. Quapropter multas & Græciæ ciuitates, & Italiæ, & Siciliæ, in nummo faciem incidere bicipitem, aut bifrontem, & in eius altera parte aut ratem, aut coronam, aut nauigium.

Labra movet met. avd.] labra mouet tantùm: vocem autem non attollit, nolés audiri. hunc locum æmulatus eſt Perſius ſatyr. 2. *Haud cuiuis promtum eſt, murmúrque, humileiſque ſu-surros Tollere de templis, & aperto viuere voto.* vole-bant autem Pythagorei, clara voce dijs immor-talibus ſupplicari: eiúſque rei rationem afferens Clemens Alexand. στρωμ. δ. non quòd (inquit) exiſtimarent, eos à Deo non exaudiri, qui ſum-miſsè loquerentur, ſed quòd preces iuſtas eſſe volebant: qualeis certè neminem pudeat multis audientibus, & conſcijs nuncupare. Clementis verba ſunt hæc, τί τοίνυν οἱ Πυθαγόρειοι βουλόμενοι μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι κελεύουσι; ἐμοὶ δοκεῖ, οὐχ ὅτι τὸ θεῖον ᾤοντο μὴ δύνασθαι τῶν ἡσυχῆ φθεγγομένων ἐπαΐειν, ἀλλ' ὅτι δικαίας ἐβούλοντο εἶναι τὰς εὐχάς, ἃς οὐκ ἄν τις αἰδεσθείη ποιεῖσθαι πολλῶν συνειδότων. hæc notauit P. Victo-rius Flor. Var. lect. lib. Quibus adde illa Platonis ex Alcibiade ſecundo, gratiorem eſſe deo εὐφημίαν, id eſt, bona dicta, ſeu bona verba, hoc eſt, vt Plato interpretatur, iuſtas & ritè nuncupatas preces, quàm omneis omnium Græcorum vi-ctimas cum blaſphemia, id eſt, maledicentia con-iunctas. Vtinam nos Chriſtiani hæc audiremus, & aliquando intelligeremus, bona verba, id eſt, preces ritè conceptas, quales ſunt eæ, quæ ex ſa-cris litteris ſumtæ, quæque intellectæ, & pura mente elatæ ſunt, deo gratas eſſe, non blaſphe-miam, id eſt, preces arbitratu noſtro, & ex libidi-ne noſtra compoſitas, iniuſtas ſcilicet, & planè impias, &, quod ridiculum eſt, plerumque neque ab ijs qui eas lingua nuncupant, neque ab ijs, qui audiunt, intellectas.

Laverna] hanc furum, & eorum qui ſua conſilia, factáque occultari volunt, deam eſſe di-cunt. à qua lauerniones, fures, antiqui dixerunt, (inquit Feſtus) quia ſub eius tutela eſſent. & No-nius: *Lauerna*, dea, cui fures ſupplicant.

Fallere] id eſt, latêre. da vt latêre poſ-ſim: da vt mea iniuſtè facta, ſint ignota, atque occulta.

Da ivstvm, sanct. q. v.] ſic legen-dum videtur, & ita habent omnes noſtri libri ve-teres, duob. exceptis, in quibus eſt *da iuſto, ſan-ctóque videri*. quam ſcripturam tamen etiam pro-bo. repetitur enim ἀπὸ κοινοῦ *mihi*: vt ſit, *da mi-hi iuſto, &c.*

Qvi melior, &c.] id eſt, qua re melior: quaſi dicat, nihilo melior. *Qui melior ſeruo, qui li-berior, &c.* habent tres cod. Vatic. & Iannoct. Faërn. Torneſ. & quattuor alij, quos hîc in Gallia conſului, Clericanus, Nicotianus, Ruſ-ſardi duo vt non dubitem, quin ita legendum ſit, non *Quo*.

Nam, qvi cvp. met. qvoqve] eiuſdem enim eſt ingenij cupere, quod non ha-beas, bonum, & metuere, quod habere nolis, malum.

Locvm virt. deser.] ἔλιπε τὴν τάξιν, locum non tenuit. eſt autem tranſlatio ducta à re militari. Sic Demoſt. in orat. περὶ στεφάνου, tranſlatè dixit, ſe ſolum duris reip. temporibus beneuolentiæ erga populum Ath. ordinem non deſeruiſſe, μόνος τῶν πολιτευομένων τὴν τῆς εὐ-

νοίας

τοίας τάξιν ἐν τοῖς δεινοῖς οὐκ ἔλιπον. λειποτάκτας, appellant Græci, loci, ſeu ordinis deſertores. & λειποταξίαν, crimen eius, qui locum non tenuit in acie, & λειποτακτεῖν, locum ſeu ordinem ſuum relinquere, ac deſerere: quod eſt flagitioſiſſimum in re militari.

Festinat] ſemper ſtudet augendæ rei: occupatus eſt in amplificanda re familiari. Feſtinat qui ita properat, vt nihil agat.

Et obrvitvr re] & obruitur pecunia, tanquam fluctu.

Vend. cvm poss. capt. &c.] hominem auarum, & nimio lucri ſtudio deditum, cum ſeruo comparat hoc modo, Quemadmodum (inquit) captiuum occidere nõ ſolemus, ſed ſeruamus, vt nobis vſui ſit: ſic hominem auarum, nihil à captiuo differentem, vtpote qui ſe pecuniæ tradiderit conſtringendum, neque à ſuo ſtudio abducere, neque occidere debemus, ſed ei permittere, vt paſcat, aret, nauiget, & ceteris ſeruilibus muneribus per omnem vitam fungatur. Plato quidem libr. 2. de rep. mercatores διακόνους πόλεως, id eſt, ſeruos ciuitatis, appellat.

Occidere noli] id eſt, ſerua. ſerui enim à ſeruando dicti ſunt.

Sine pascat] ſine vt paſcat oueis, boues, capras, &c.

Dvrvs] laborioſus, laboris perferens, labori non ſuccumbens. ſupra epiſt. 7. libr. 1. *Durus ait, Vultei nimis, attentuſque videris.*

Annonæ prosit] annonam efficiat viliorem, tritico, vino, ceteriſque rebus aliunde ſupportandis.

Penúsqve] hoc penus, oris dicimus, & hæc penus, us. M. Tull. lib. de nat. deorum. 2. *Penates, ſiue à penu ducto nomine, (eſt enim omne, quo veſcuntur homines, penus) ſiue ab eo, quòd penitus inſideāt.*

Vir bonvs, et sapiens] nunc de eo, qui reuera ſit vir bonus, & ſapiens, loquitur.

Avdebit dicere] nullo metu deterritus dicet.

Penthev, Rector Theb.] hæc, quæ deinceps ſequuntur, ab Euripide paulùm immutata mutuatus eſt Horatius. conatus eſt autem his verſib. hic poëta viri boni, veréque ſapientis libertatem, animique magnitudinem, & conſtantiam ante oculos ponere: quibus ille virtutibus ſeptus, ac munitus, omneis res humanas vna virtute inferiores eſſe ducit: paupertatem, morbum, exſulium, vincula, cruciatum corporis, mortem denique cõtemnit, ſummum bonum in honeſto, & virtute locat: turpitudinem, & vitiũ, ſummum malum eſſe exiſtimat. verſus Euripidis ſunt hi in Bacchis, Διον. Εἴφ᾽ ὅ, τι παθεῖν δεῖ· τί με τὸ δεινὸν ἐργάσῃ; Πενθ. Πρῶτον μὲν ἁβρὸν βόστρυχον τεμῶ σέθεν. Διον. Ἱερὸς ὁ πλόκαμος· τῷ θεῷ δ᾽ αὐτὸν τρέφω. Πενθ. Ἔπειτα θύρσον τόνδε παράδος ἐκ χεροῖν. Διον. Αὐτός μ᾽ ἀφαιροῦ· τὸν δὲ Διονύσου φορῶ. Πεν. Εἱρκταῖσί τ᾽ ἔνδον σῶμα σὸν φυλάξομεν. Διον. Λύσει τ᾽ ὁ δαίμων αὐτὸς, ὅταν ἐγὼ θέλω. qui fuerant iam

A antè à Mureto ad hunc locum annotati. animaduertat autem ſtudioſus vtriuſque linguæ adoleſcens, primum Euripidis verſum ſic eſſe ab Horatio redditum, *quid me perferre, patique indignum coges?* Secundo autem Euripidis verſu prætermiſſo, in quo minatur Pentheus Baccho, ſe ei comtos capillos ſecturum, & tertio, quo Bacchus reſpondet, eos Deo conſecratos eſſe: quarto verſui Græco reſpondere hæc Latina aliquãtum à Græcis diſſidentia, *adimam bona.* illa autem, quæ deinceps ſequuntur, *nempe, pecus, rem, Lectos, argentum,* ab Horatio eſſe de ſuo addita: Græcis illis Αὐτός μ᾽ ἀφαιροῦ, paria propemodum eſſe hæc Latina, *tollas licet.* reliquam Græci verſus partem à Latino poëta eſſe prætermiſſam. ſextum verſum ab

B Horatio ſic eſſe redditum, *in manicis, & Compedibus ſæuo, &c.* ſeptimum ſic, *Ipſe deus, ſimulatque volam, me ſoluet.*

Nempe pecvs, rem, &c.] hæc intelligenda ſunt à ſapiente reſponderi, hoc modo, tu minaris te mihi bona ademturum. quæ bona? nempe bona fortunæ, quæ ego bona non appello. Errant autem qui putant hæc etiam eſſe verba Penthei. neque eos mouere debēt vox *nempe,* reſponſioni ſeruiens. ſic enim Terent. Andr. *nempe vt curentur rectè hæc.* huc pertinent illa, quæ ſunt parad. 1. *Nec ego vmquam illum bona perdidiſſe dicam, ſi quis pecus, aut ſupellectilem amiſerit, &c.*

In manicis] manicæ, vincula, quibus manus vinciuntur. Virgil Æn. 2. *manicas, atque*

C *arcta leuari Vincla iubet Priamus.* Plautus Capt. *Inijce huic actutum manicas maſtigiæ.*

[Ipse devs simvlatqve] ſic ferè Plutarch. libr. περὶ εὐθυμίας ὧ γὰρ ἔξεστι τῆς μὲν ἀρετῆς καὶ οἰκείας μερίδος ἐπικρατέοντι, ἡδέως ζῶν, τῆς δὲ ἀλλοτρίας χρῆ παρὰ φύσιν ὑπερβαλλόντων ἀδεῶς ἀπελθεῖν, εἰπόντα, λύσει με ὁ δαίμων αὐτὸς ὅταν ἐγὼ θέλω, τί ἂν τούτῳ χαλεπὸν, ἢ δύσκολον ἢ ταραχῶδες ἐμπίπτον ἐπινοσταμεθῆς]

Opinor, Hoc sentit] opinor (inquit Horatius) hoc ſentit vir bonus, & ſapiens: hócque ſignificat his verbis, *ipſe deus me ſoluet,* ſe moriturum. Gulielmus Sirletus paullò antè hanc ſecundam editionem propter ſingularem doctri-

D nam ac virtutem factus eccleſiæ Ro. cardinalis, dicebat ſibi videri Euripidis ſententiam ab Horatio non eſſe intellectam. nam verbis illis, λύσει μ᾽ ὁ δαίμων αὐτὸς, id eſt, ſoluet me deus ipſe, non ſignificat Bacchus apud Euripidem (inquit ille) ſe moriturum, ſed ſe vinculis & carcere liberatum iri. Sed reſpondere licet, Horatium tum ſuperiores Euripidis verſus, tum poſtremum aptiſſimè in rem ſuam vertiſſe, atque ad ſententiam ſuam feliciſſimè accommodaſſe. Nam cùm corpus animi ſit tanquam carcer, vt plerique philoſophi dixerũt, & mortuos dicamus corporis vinculis eſſe ſolutos: quemadmodum, qui carcere, & vinculis liberati ſunt, rectè ſolutos dicimus: ita quos deus vitam cum morte commutare voluerit, cùm moriendo omnibus miſerijs humanis de-

fungantur, non ineptè ſolui dici poſſunt.

Mors vlt. lin. rer. est] vltima linea, id eſt, πέρας, finis, ſeu extremum, vt M. Tull. ad Toraotum, *cum omnium rerum mors ſit extremum.* & Demoſth. περὶ στεφάνου πέρας μὲν γὰρ ἐστὶν ἅπασι ἀνθρώποις τοῦ βίου θάνατος. & Ariſt. lib. 3. de morib. ad Nicom. hanc rationem affert, quare mors ſit omnium rerum res horribiliſſima, quia eſt extremum, nihilque reliquum eſt mortuo, neque quod bonum, neq; quod malum ſit. Videtur autem in his verbis *vltima linea*, tralatio eſſe ducta vel à figuris mathematicis, quæ lineis terminantur, vel à pictura. Sciendum eſt autem veteribus illis, tum philoſophis, tum pleriſque alijs nihil minus, quàm philoſophis, mortem non fuiſſe habitam in malis, immò illos ad eam, tãquam ad certiſſimum miſeriarum ſuarum portum, confugere eſſe ſolitos. referti ſunt libri M. Tullij hac ſententiá, nihil mali eſſe in morte: in qua ſi reſideat ſenſus, immortalitas illa potiùs, quàm mors ducenda ſit: ſin ſit amiſſus, nulla videri miſeria debeat, quæ non ſentiatur. Veruntamen Pythagoras vetabat, imperatoris, id eſt, dei iniuſſu, de vitæ præſidio decedere: & Plutarchus in libro ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστὶν ἡδέως κατ' Ἐπίκ. grauiſſimè contra eos diſputat, qui in rebus aduerſis mortem ſibi conciſcere licere putant: & Ariſtot. lib. 4. de morib. ad Nicom. negat eſſe magnanimi in rebus aduerſis ſibi manus afferre. idem ait lib. 5. eum, qui ſe ſua manu exanimet, iniuriam facere, non ſibi, certè ciuitati.

EPISTOL. XVII. AD SCÆVAM.

ARGVMENTVM.

Scæuam monet, ne potentiorum amicitias ſpernat, atque vt in ſuo vitæ genere Ariſtippum potiùs, quàm Diogenem imitetur. Ad principum amicitias peruenire, & illorum fauorem ac liberalitatem emereri, non cuiuſuis eſſe: & quanta ſit arte opus hac in re, docet.

QVamuis, Scæua, ſatis per te tibi conſulis: & ſcis,
*Quo tãdem pacto deceat maioribus * uti:*
Diſce docendus adhuc, quæ cenſet amiculus: vt ſi
Cæcus iter monſtrare velit: tamen aſpice, ſi quid
Et nos, quod cures proprium feciſſe, loquamur.
Si te grata quies, & primam ſomnus in horam
A *Delectat: ſi te puluis, ſtrepitúſque rotarum,*
Si lædit caupona: Ferentinum ire iubebo.
Nam neque diuitibus contingunt gaudia ſolis:
*Nec vixit malè, * qui natus, moriénſque fefellit.*
Si prodeſſe tuis, paullóque benignius ipſum
B *Te tractare voles: accedes ſiccus ad vnctum.*
Si pranderet olus patienter: regibus vti
Nollet Ariſtippus. ſi ſciret regibus vti:
Faſtidiret olus, qui me notat. vtrius horum
Verba probes, & facta, doce: vel iunior audi,
Cur ſit Ariſtippi potior ſententia. namque
C *Mordacem Cynicum ſic eludebat, (vt aiunt)*
*Scurror ego ipſe * mihi: populo tu: rectius hoc, &*
*Splendidius multo eſt, * equus vt me portet: alat rex.*
Officium facio. tu poſcis vilia rerum,
Dante minor: quamuis fers te nullius egentem.
Omnis Ariſtippum decuit color, & ſtatus, & res,
D *Tentantem maiora, ferè præſentibus æquum.*
Contrà, quem duplici panno patientia velat:
Mirabor, vitæ via ſi conuerſa decebit.
Alter purpureum non exſpectabit amictum:
Quidlibet indutus celeberrima per loca vadet:
Perſonámque feret non inconcinnus vtramque.

Alter

Alter Mileti textam cane peius, & angue A
Vitabit chlamydem: morietur frigore, ſi non
Rettuleris pannum. refer: & ſine viuat ineptus.
Res gerere, & captos oſtendere ciuibus hoſteis:
Attingit ſolium Iouis, & cæleſtia tentat.
*Principibus * placuiſſe viris, non vltima laus eſt.*
Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.
** Sedit qui timuit, nec nõ ſuccederet: eſto.*
Quid? qui peruenit, fecitne viriliter? atque
Hic eſt, aut nuſquam, quod quærimus. hic onus horret,
Vt paruis animis, & paruo corpore maius:
Hic ſubit & perfert. aut virtus nomen inane eſt:
Aut decus, & pretium rectè petit experiens vir.
Coram rege ſuo de paupertate tacentes
Plus poſcente ferent. diſtat, ſumáſne pudenter:
An rapias. atqui rerum caput hoc erat, hic fons.
Indotata mihi ſoror eſt, paupercula mater
*Et fundus nec vendibilis, nec paſcere * firmus,* D
Qui dicit: clamat, victum date. ſuccinit alter:
Et mihi diuiduo findetur munere quadra
Sed tacitus paſci ſi poſſet coruus: haberet
Plus dapis, & rixæ multo minus, inuidiæque.
Brundiſium comes, aut Surrentum ductus amœnum,
A *Qui queritur ſalebras, & acerbum frigus, & imbreis:*
Aut ciſtam effractam, aut ſubducta viatica plorat:
Nota refert meretricis acumina, ſæpe catellam,
Sæpe periſcelidem raptam ſibi flentis: vti mox
Nulla fides damnis, veríſque doloribus aſſit.
B *Nec ſemel irriſus triuijs * attollere curat*
Fracto crure planum: licet illi plurima mânet
Lacryma: per ſanctum iuratus dicat Oſirim:
Credite, non ludo, crudeles tollite claudum.
Quære peregrinum, vicinia rauca reclamat.

PER TE] id eſt, ſine alterius præcepto, aut conſilio. Sapientiſſimus autem ille eſt, qui per ſe C ſibi conſulit: ſecundum ſapientiæ gradum tenet qui alteri bene ſuadenti obtemperat: deterrimus qui neque per ſe ſapit, neque bene monenti pâret. Heſiod. Οὗτος μὲν πανάριστος, &c. Optimus ille quidem eſt, &c. notiſſimi ſunt verſus. lege Ariſtot. lib. 1. de morib. ad Nicomach. non longè à princip.

MAIORIBVS VTI] id eſt, aduerſus maiores ſe gerere: quo pacto maiores & potentiores tractandi ſint. etiam ſat. 1. libr. 2. potentiores amicos, maiores vocat. *maiorum ne quis amicus Frigore te feriat.* Quòd autem ad loquendi genus attinet, *maioribus vti:* ſic loquuntur Græci χρῆσθαι. Epimarchus, γνῶθι πῶς ἄλλῳ κέχρηται, id eſt, cognoſcito quo pacto ſe aduerſus alium geſſerit. D Xen. ἀπομνημ. α. ἀλλὰ Κρίτων τε Σωκράτους ἦν ὁμιλητὴς καὶ Χαιρεφῶν καὶ Χαιρεκράτης, &c. οὐχ ἵνα δημηγορικοὶ ἢ δικανικοὶ γένοιντο, ἀλλ' ἵνα καλοί τε κἀγαθοὶ γενόμενοι καὶ οἴκῳ καὶ οἰκέταις καὶ οἰκείοις καὶ φίλοις καὶ πόλει καὶ πολίταις δύναιντο καλῶς χρῆσθαι. id eſt, & Crito Socratis erat familiaris, & Chæreph on & Chærecrates, &c. non vt ad contionandum, aut iudicãdum parati, atq; inſtructi eſſent, ſed vt viri boni atq; honeſti effecti & ſua domo, & ſeruis, & propinquis, & amicis, & ciuitate, & ciuibus bene vti poſſent.

VT SI CÆCVS ITER MONSTRARE VELIT] hoc dicit εἰρωνευόμενος: quod eſt Horatio vſitatum. nam neque ducem viæ cæcum quiſquam adhibet impunè, neque ſtulti conſi-

lium ſequitur. notum illud τυφλὸς, ὁδηγός, id eſt A cæcus viæ dux.

Si qvid] id eſt, an aliquid: vt Græci: εἴ τι: vt alibi admonuimus.

Proprivm fecisse] in rem tuam vertere, tibi aſciſcere, vendicare, σφετερίζειν.

Si te gr. qvies] ſi te otioſa vita delectat, &c.

Primam somnvs in horam] ſomnus vſque ad ſolis ortum. ſi te delectat (inquit) vita quieta, tranquilla, ſecura: ſequitur deinceps, *ſi te puluis, ſtrepitúſque rot.* id eſt, ab omni ſtrepitu vrbano remota, &c.

Si te pvlvis, strep. qve rotar. &c.] quæ ſunt in vrbe Roma propter crebra, quæ in ea ſunt, vehicula. B

Si lædit cavp.] quidam libri manuſcript. habent, *Si lædet, &c.*

Ferentinvm] oppidum Hernicorum infrequens, & incelebre.

Nam neqve divit. cont. g. s.] immò pleríque diuites ærumnoſiſſimè ac miſerrimè viuunt. Quis autem in diuitijs vitam beatam vnquam poſitam eſſe dixit, niſi aut qui nūquam guſtauerit veriſſimas & ſinceriſſimas voluptates: aut qui nihil aliud habeat, quo delectetur, quam bona externa: aut qui ſit egentiſſimus: careátque rebus omnibus ad victum neceſſarijs, & victum mendicare cogatur? nam talem hominem non ſit mirum in diuitijs ſummum bonum collocare. C

Nec vix. ma. qvi na. mor. fef.] Græcè locutus eſt Latino ſermone. ſic enim illi loquerentur. ὃς ἔλαθε γεινόμενός τε καὶ θανών qui natus & mortuus latuit, id eſt, cuius ortus, & interitus fuit hominibus incognitus atque obſcurus: vel quem neque natum, neque mortuum eſſe quiſquam mortalium ſciuit. ſic enim loquitur M. Tull. epiſt. ad Pap. Pætum lib. 9. cuius princ. *Duabus tuis, &c. quos ego non modo Reges appellatos, ſed omnino natos neſciebam.* Reſpexit autem illud Epicuri λάθε βιώσας: quod improbat, & refellit Plutarchus in libello, εἰ καλῶς εἴρηται τὸ λάθε βιώσας. eodem pertinet Horatianum illud in epiſt. ad Loll. 2. inf. *fallentis ſemita vitæ.* ſic Eurip. Iphig. in Aulide, ζηλῶ δ᾽ ἀνδρῶν, ὃς ἀκίνδυνον βίον ἐξεπέρασ᾽ ἀγνὼς, ἀκλεής· τοὺς δ᾽ ἐν τιμαῖς ἧσσον ζηλῶ. quorum verſuum D hæc ferè ſententia eſt. fortunatum autem eum iudico, qui ignotus, inhonoratus, ingloriꝰ curſum vitæ confecit: eos vero, qui honores adepti ſunt, minùs fortunatos puto. Sententia contraria in Medea, Εἴη δ᾽ ἔμοι γε μήτε χρυσὸς ἐν δόμοις, Μήτ᾽ Ὀρφέως τι κάλλιον ὑμνῆσαι μέλος Εἰ μὴ ἐπίσημος ἡ τύχη γένοιτό μοι, id eſt, *Verùm neque auro mi domus refulgeat, Neque Orpheo cantare dulcius ſciam, Niſi honore gloriáque magnus clarear.*

Benignivs] liberalius, largius, lautius: vt alibi docuimus. huic loco ſimilis eſt ille ſatyr. 2. lib. 2. *& tractari mollius ætas Imbecilla volet.*

Accedes siccvs ad vnctvm] tu pauper, & tenuis te ad amicitiam copioſi & diuitis applicabis. vnctum, id eſt, vnguento delibutum, & ita diuitem. Terent. in Phorm. *Tene aſymbolum venire vnctum, atque lautum e balneis, &c.* vel dic eſſe ἀλληγορίαν.

Si pranderet olvs patienter, &c.] Diogenes Laërtius hoc Diogenis in Ariſtippum dictum, & Ariſtippi reſponſum ſic refert in Ariſtippo, & Diogene, παριόντα ποτὲ αὐτὸν λάχανα πλύνων Διογένης ἔσκωψε, καί φησιν· εἰ ταῦτα ἔμαθες προσφέρεσθαι, οὐκ ἂν τυράννων αὐλὰς ἐθεράπευες· ὁ δὲ καὶ σὺ εἶπεν, εἴπερ ᾔδεις ἀνθρώποις ὁμιλεῖν, οὐκ ἂν λάχανα ἔπλυνες, id eſt, *prætereuntem quendam eum olera lauans Diogenes cauillatus eſt, his verbis: ſi hæc in cibum adhibere didiciſſes, tyrannorum aulas non coleres: ille autem, at tu (inquit) ſi hominum conſuetudine & congreſſu vti ſcires, olera non lauares.* Fuit porrò Ariſtippus Socratis diſcipulus, & ab eo fluxit Cyrenaica diſciplina, vixit enim molliter, ſumtuoſè, voluptariè, omni vnguentorum, veſtium, mulierum luxuria conquiſita, vitam beatam in vna voluptate locans, eáque præſente, ſimiliter, atque aſôti, neque memoriam præteritarum voluptatum, neque ſpem futurarum quicquam exiſtimans ad ſe pertinere. M. Tull. libr. 3. de orat. ad Qu. Fratr. *tum ab Ariſtippo, quem illæ magis voluptariæ diſputationes delectarant, Cyrenaica philoſophia manauit.*

Fastidiret] aſpernaretur, reſpueret. epiſt. ad Iul. Flor. hoc libr. *Faſtidire lacus, & riuos auſus apertos.*

Qvi me notat] Diogenes, qui mihi turpem notam inurit.

Mordacem Cynicvm] rectè & aptè *mordacem* dixit, cùm de Cynico, id eſt, quaſi cane loqueretur. Nam & Plautus mordacem canem dixit quodam loco, & Laërtius in Cynici vita ſcribit, eum interrogatum, quid faciat, quamobrem canis nominetur, reſpondiſſe ſe ijs, qui largiantur, adulari: non largienteis allatrare: improbos mordere. ſic ille, τοὺς μὲν διδόντας σαίνων, τοὺς δὲ μὴ διδόντας ὑλακτῶν, τοὺς δὲ πονηροὺς δάκνων. Idem Horatius *mordaces ſollicitudines* dixit Oda 18. libri 1. & *mordax ferrum* Oda 6. lib. 4. & *mordacem*, pro eo, quem Græci φιλεπιτιμητὴν & φιλόψογον, & καρδιόβορον, & κέρτομον, id eſt, reprehendendi, & vituperandi cupidum, & cor ſcindentem, & maledicum appellant, ſaty. 4. lib. 1. *Liuidus & mordax videor tibi.*

Elvdebat] riſu & ioco refellebat. ſumtum à gladiatoribus. Sic M. Tull. principio actionis primæ in Verr. *magnas accuſatoris minas, magnámque exſpectationem iudicij, ad noſtrum arbitrium libidinémque eludemus.*

Scvrror ego ipse mihi] riſum moueo diuitibus, vt mihi proſim, & iucundè viuam. tu ſcurrando ludum, & voluptatem populo præbes, nihilque tibi ex ea re quæritur.

EQV.

Google

EQV. VT MEPORT. ALAT REX] prouerbium eſt Græcum ἵππος με φέρει, βασιλεὺς τρέφει. reg m autem appellant Latini etiam eũ, qui paraſitos, atque adeo viros honeſtos alit. Terent. in Phorm. *imò enim nemo ſatis pro merito gratum regi refert. Téne aſymbolum venire vnctum, atque lautum e balneis, otioſum ab animo: cum ille & cura & ſumtu abſumitur, dum tibi fit, quod placeat? &c.* lege anoot. ad illud Od. 36. lib. 1. *non alia rege.*

TV POSCIS VILIA RERVM] hunc locum reſtitui, ſecutus auctoritatem trium librorum Vatic. & Iann. Torn. Rain. Card. & eorum, quos poſtea in Gallia vidi, Cleric. Nicotianorũ, Ruſſardinorum. dictum eſt autem *vilia rerum*, vt *vana rerum, amara curarum, anguſta viarum*, & ſimilia, quæ notauimus ad Od. 12. lib. 4.

DANTE MINOR] tu inferior eo, qui tibi dat.

QVAMVIS FERS TE NVLL.] id eſt, quãuis ita te iactes, atque oſtentes, quaſi nulla te egere videaris.

COLOR] vel veſtitus, vel vitæ genus, ſic Laërt. ἦν δὲ ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ, καὶ χρόνῳ, καὶ προσώπῳ, καὶ πᾶσαν περίστασιν ἁρμονίως ὑποκρίνασθαι, id eſt, *poterat autem Ariſtippus ſe & ad locum, & ad tempus, & ad perſonam accommodare, atque omnem vitæ ſtatum conuenienter, aptéque ſimulare.* Sat. 1. lib. 2. *Quiſquis erit, ſcribam, vitæ color.*

TENT. MAIORA, FERÈ PRÆS. ÆQVVM] id eſt, quærentem quidem maiora, ſeu meliora: præſentibus autem ferè contentum: præſentia æquo animo ferentem. ſic Iſocrat. ad Dem. στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βελτίω, id eſt, ama quidem præſentia, ſeu æquum animũ præſta in præſentibus, ſed quære meliora.

CONTRÀ, QVEM DVPLICI PANNO, &c.] Diogenem Cynicum, qui patienter panno duplici veſtitur, ac velatur. duplicem pannum διπλοΐδα interpretantur nonnulli. Inſtituit autem primus Diogenes Cynicus pallium duplicare, vt refert Laërt. his verbis: πρῶτος ἐδίπλωσε τὸν τρίβωνα, διὰ τὸ χρῆσθαι καὶ ἐνεύδειν αὐτῷ. Seruius ad illum locum Virg. Æneid. 5. *duplicem ex humeris reiecit amictum*: profert hunc locum.

MIRABOR, &c.] id eſt, mirum mihi erit, ſi noua viuendi ratio eum decebit: quaſi dicat, vix adduci poſſum, vt credam, futurum, vt conuerſa, & commutata vitæ ratio eum deceat.

VITÆ VIA] vitæ inſtitutum, vitæ genus, &, vt loquitur ipſe, *vitæ color.*

ALTER] Ariſtippus non *exſpectabit*, dum habeat amictum purpureum, ſed qualibet veſte amictus, per medium forum ambulabit. Itaque refert Diog. Laërt. ei dixiſſe Platonem, vel (vt alij) Stratonem, σοὶ μόνῳ δέδοται καὶ χλαμύδα φορεῖν καὶ ῥάκος, id eſt, tibi ſoli datum eſt & chlamydem geſtare, & pannũ lacerum. lib. Iannoct. habet *exiabit.*

NON INCONCINNVS] non inconcinnè, non inuenuſtè, non indecorè: vel non inconcinnus, id eſt, non indecoram ſpeciem præ ſe ferens, οὐκ ἀσχήμων, non deformi ſpecie.

VTRAMQVE] nunc cultu ornatiore, nunc ſordido, humilique veſtitu vtetur. *perſonam ferre* etiam Liuius dixit lib. 3. *Ille finis Appio alienæ perſonæ ferendæ fuit: ſuo iam inde viuere ingenio cœpit.*

ALTER] Diogenes Mileſiam veſtem reiiciet ex optima lana. Virg. Georg. 3. *Quamuis Mileſia magno Vellera mutentur.* Eſt autem Miletus vrbs Aſiæ, in qua optimæ lanæ naſcebantur & tingebantur. Sic ferè inter ſe comparat Diogenẽ Cynicum, & Ariſtippum Tirius Max. λόγῳ λζ. οὐδὲν γὰρ ζήλου ἄξιον, τὸ τῆς Διογένους θυλάκιον καὶ ἡ βακτηρία: ἀλλ' ἔξεστί που καὶ ταῦτα περιθέμενον, Σαρδαναπάλου εἶναι κακοδαιμονέστερον. ὁ Ἀρίστιππος ἐκεῖνος πορφυρίδι ἀμπεχόμενος καὶ μύροις κεχρισμένος, οὐχ ἧττον τοῦ Διογένους ἐσωφρόνει, &c. id eſt, Nihil enim habet æmulatione, aut admiratione dignum Diogenis ſaccus, & baculum: ſed licet etiam his amictum, Sardanapalo eſſe miſeriorem. Ariſtippus ille veſtem purpuream gerens, & vnguentis delibutus, nihilo Diogene ſapientior, ac temperantior erat, &c.

CANE PEIVS, ET ANG. VITAB.] vitabit acerrimè. prouerbialiter dictũ. Plaut. Mercat. *nempè vxor ruri eſt tua, quam dudum dixeras te odiſſe æquè, atque angueis.* Theoph. libro qui inſcribitur, ἠθικοὶ χαρακτῆρες, cap. περὶ εἰρωνείας, τὰ δὴ τοιαῦτα ἤθη μὴ ἁπλᾶ, ἀλλ' ἐπίβουλα φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ, ἢ τοὺς ἔχεις, id eſt, mores igitur non ſimpliceis, ſed inſidioſos, vitate magis oportet, quàm viperas.

INEPTVS] ineptus ad omnem fortunæ habitum, vel ad vtrámque perſonam, vel ineptus ſimplicitet.

RES GER. ET CAPT. OSTEND. &c.] qui in rep. gerenda verſantur, & qui res magnas & laudabileis gerunt ſiue domi, ſiue belli, diuinis propemodum honoribus afficiuntur, & proximè ad Deos accedunt. ſic Pindarus εἰδ. α. ἰσθμ. ait ex certaminibus, aut re militari laudem, & gloriã maximam comparari: ex ceteris autem ſtudiis, atque artibus eam dumtaxat quemque mercedẽ ferre, quæ ad ventrem explendum, famémque propulſandam valeat. Pindari verba ſunt hæc, μισθὸς γὰρ ἄλλοις ἄλλος ἐφ' ἔργμασιν ἀνθρώποις γλυκύς, μηλοβότᾳ τ', ἀρότᾳ τ' ὀρνιχολόχῳ τε, καὶ ὃν πόντος τρέφει. γαστρὶ δὲ πᾶς τις ἀμύνων λιμὸν αἰανῆ τέταται. ὃς δ' ἀμφ' ἀέθλοις, ἢ πολεμίζων ἄρηται κῦδος ἁβρόν, εὐαγορηθεὶς κέρδος ὕψιστον δέκεται, πολιατᾶν καὶ ξένων γλώσσας ἄωτον, id eſt, merces enim aliis alia dulcis ob ſua facta hominibus quæritur, ouium paſtori, & aratori, & aucupi, & mercatori per mare currenti, & ex mare victum paranti. Sed vnuſquiſque eò ſpectat, eóque ſuos omneis conatus confert, vt famem horribilem à ventre propulſet. Qui verò vel in certaminibus circenſibus, vel in bello & in acie gloriam inſignem conſecutus fuerit, ab omnibus laudatus, maximum lucrum facit, nempe ciuium & peregrinorum linguæ florem accipit.

hoc igitur ſignificat Horatius: res gerere bellicas, aut vrbanas propemodum ad deorum immortalium laudes aſcenſum parat: éſtque hoc omnium rerum humanarum primum, & præcipuũ quiddam: ſecundum eſt à principibus, & clariſſimis in rep. ciuibus diligi, atque in eorum amicis numerari.

Attingit sol. Iov.] eſt proximũ ſedi Iouis: proximè accedit ad diuinitatem.

Non cvivis hom. conting. &c.] ſic Græci efferunt, Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόρινθόν ἐσθ᾽ ὁ πλοῦς. huic prouerbio locus eſt, cùm ſignificare volumus, eſſe difficile, & operoſum ad rem aliquam peruenire valde optabilem, & expetendam. natum eſt autem (vt vult Strabo) à Corinthiorum deliciis, illecebris, ac luxuria. vide quæ notat ſcholiaſtes Ariſtophanis in Pluto de ſcortis Corinthiis: & quæ Euſtat. ad lib. ſecũd. Iliad. & quæ Aulus Gellius lib. 1. cap. 8. de Laïde meretrice, & Demoſthene rhetore. Eodem pertinent & ea, quæ Dion Chryſoſtomus ait, oratione Διογένης ἢ περὶ ἀρετῆς, non longè à principio, ἑώρα γὰρ [Διογένης] ὅτι πλεῖστοι ἄνθρωποι ἐκεῖ συνίασι διὰ τοὺς λιμένας, καὶ τὰς ἑταίρας: id eſt, videbat enim Diogenes plurimos homines eò conuenire propter portus & meretrices.

Sadit, qvi tim. ne non svcc.] qui timuit, ne ex potentioris amicitia nullũ fructum perciperet, quieuit, neque periculum facere voluit.

Qvid? qvi pervênit, fecítne] id eſt, quid? qui, quod voluit, conſecutus eſt, fecítne fortiter, an non? *viriliter*, ἀνδρείως, fortiter.

Atqvi Hîc est, avt nvsqvam, &c.] atqui, aut in hoc, aut nuſquam poſitum eſt id, de quo quæritur.

Hic onvs horret] qui ad principum amicitiam aſpirare non audet, non putat ſe tanto oneri parem eſſe, veretúrque ne opprimãtur, id eſt, veretur, ne non ſuccedat conatus.

Hic svbit] alter ſubit hoc onus, & ad extremum perſeuerat.

Avt virtvs nomen inane est] id eſt, aut dicendum eſt virtutem eſſe mera verba, λόγους, ſeu λόγον, & ὄνομα, & inania philoſophorum Stoicorum commenta, & ita nihil ad vitam beatam pertinere: aut, ſi quid in ea ponderis ineſt ad vitam beatam, conſentaneum eſt, virum bonum, & experientem, honorem & vtilitatem, tanquam ſuæ virtutis præmia, expetiturum. Vide quæ annotata ſunt ſuprà ad illum locum, *virtutẽ verba putas*, epiſtol. 6. quibus adde exempla ex Terentio & Plauto. Terẽtius Phormione. Phæd. *Faneratum tibi pulchrè dices.* Dor. *logo.* Plaut. quodam loco, *non vendo logos.* Sic autem Græci loquũtur, λόγον εἶναι, nomen, ſeu verba eſſe, pro, nullius bonæ frugi eſſe, ſeu inutilem eſſe, vt ad illam epiſtolam 6. notauimus.

Avt decvs] aut honorem, & ornamentũ, non, vt alij *honeſtum.* ſup. Od. 1. lib. 1. *O & præſidium, & dulce decus meum.*

Et pretivm] .i. præmium, ſeu mercedẽ. Cato oratione ad equites: *maiores ſeorſum, atque diuerſum pretium paravere bonis atque ſtrenuis, &c.*

Racté petit] rectè, id eſt, iure & meritò: καλῶς ποιῶν. Sed Paſſeratius noſter putabat eſſe legendum *rectè*: quod quia nuſquam reperi, vulgatam ſcripturam retineo. Cum his Horatianis congruunt illa Ciceronis ex libro 3. de rep. *Vult plane virtus honorem, nec eſt virtutis vlla alia merces: quam tamen illa facilè accipit: exigit non acerbe. ſed ſi aut ingrati vniuerſi, aut inuidi multi, aut inimici potentes ſuis virtutem premiis ſpoliant: næ illa ſe tamen multis ſolatiis oblectat, maximéque ſuo decore ſe ipſa ſuſtentat.* Contrà lib. 1. de legibus. *Ergo item iuſtitia nihil expetit præmij, nihil pretij: per ſe igitur expetitur: eadémque omnium virtutum cauſa, atque ſententia eſt.*

Experiens] id eſt, prudens, & vſu peritus, ſic vtitur eadem voce M. Tull. lib. 4. Accuſationis. *Promtis hominis, & experientis & in primis gratioſi.*

Rege svo] amico magno, amico potentiore. ſic ſup. epiſt. 7. ad Mæcenat. 2. *réxque, patérque Audiſti coram.* Inſtituit amicum inferiorem, eiq; præcepta dat, quo pacto ſeſe aduerſus potentiorem gerere debeat: oſtendens, modeſtiam, pudorem, patientiam tenuiori amico fructuoſiorẽ eſſe, quàm impudentiam, feſtinationem, procacitatem in petendo: cuiuſmodi quædam reprehendit M. Tull. in Trebatio lib. 7. *Nam primorum menſium litteris tuis vehementer commouebar, quòd mihi interdum (pace tua dixerim) leuis in vrbis, vrbanitatiſque deſiderio, interdum piger, interdum timidus in labore militari, ſæpè autem (quod à te alieniſſimum eſt) ſubimpudens videbare. tanquam enim ſyngrapham ad imperatorem, non epiſtolam attuliſſes, ſic pecunia ablata domũ redire properabas, &c.*

Plvs posc. fer.] id eſt, plus accipient à potentiore amico, quàm is, qui poſcit.

Distat svm.] differt, intereſt, vtrùm cũ pudore ſumas, an, &c.

An rapias] an impudenter petendo extorqueas.

Atqvi rervm capvt] id eſt, at qui hæc erat totius rei pars maxima, & præcipua, hæc origo, nempè rem ſuam bene gerere, locupletari, & ditari.

Indotata mihi soror est, &c.] Sunt quidam alij, qui apertè quidem non flagitant, ſed ſuam tenuitatem, inopiámque crebrò coram rege ſuo commemorant, ídque clara voce, & eiuſdem ſortis, & contubernij hominibus audientibus. in eo (inquit) bis peccát, primùm, quòd tenuitatem ſuam diuiti, aut potenti amico exponere, poſcere eſt: deinde quòd dum collegam teſtem adhibent in regis ſui erga ſe liberalitate, & munificentia, munus auferunt nõ integrum, ſed diuiſum, dimidiatum, & cum altero communicatum. Vtilius igitur erat nullo teſte, aut conſcio beneficium à potentiore amico accipere,

pete, vt omittam quòd ſibi ex eo inuidiam con- A ſtant, vt docet exemplo corui.

Nec pascere firmvs] ὑγι ἱκανὸς τρέφειν, non ita fructuoſus, vt ſumtus ad victum neceſſarios ſuppeditare poſſit. *paſcere firmus*, genus loquendi Græcum.

Clamat, victvm date] qui ſuperiora illa dicit, clamare videtur, *victum date*, etiã ſi hoc non dicat. quod genus loquendi vſurpatur interdum etiam in rebus inanimis M. Tull. Verr. 4. *Litteræ ſunt in medio, quæ ſe corruptas, atque interlitas eſſe clamãt.* Demoſth. orat. περὶ παραπρεσβ. ταῦτ᾽ οὐχὶ βοᾷ, καὶ λέγει ὅτι χρήματα εἴληφεν Αἰσχίνης; id eſt, hæc nonne clamant & loquuntur pecunias accepiſſe Æſchinem? & Catull. ad Flauium. *Nam te non viduas iacere noctes Nequicquam* B *tacitum cubile clamat.*

Svccinit alter] alter (inquit Horatius) huius collega, ſeu (vt ita dicam) cõſeruus, audiens illum coram rege ſuo querentem, ipſe quoque ſe egentem eſſe ſucclamat, oràtque diuitem, vt munus, quod vni illi daturus erat, duobus diuidat, ſibi videlicet, & illi. *ſuccinit* autem valet, ſub illius prioris orationem, vocémque queribundam, hæc loquitur, quæ deinceps ſequuntur.

Et mihi dividvo findatvr] id eſt, mihi quoque portio, quam huic daturus eras ſolidam, atque integram, ſit cum eo communis, vel inter nos communicetur. quadra eſt vel quarta pars cuiuſlibet rei, exempli cauſa, circuli: vel C figura quadrata. per quadram hoc loco ſignificatur quarta pars panis, ſeu fruſtum panis, quod datur mendico. hoc igitur dicit, findatur pars, quã ei deſtinaras, *munere diuiduo*, id eſt, munere diuiſo: vel, quod diuiſionem recipit. in libro Donati ſcriptum eſt *quadrans*, non *quadra*.

Sed tac. pasci si poss. corv.] videtur tamẽ hoc omnium ferè auium commune, vt pabulum nactæ, lætitiam ſuam cantu, aut voce ſignificent: atque ita ceteras aueis eiuſdem generis ad cibi ſocietatem vocent.

Et rixæ mvlto minvs, invidiæqve] minùs cum eo ceteræ rixarentur aues, id eſt, minùs contenderent: minùſque ei inuiderent.

Brvndisivm comes, &c.] aliud exponit inferioris amici peccatum, quo is cum ſuperiore amico vnà iter faciens, vel queritur difficultatem itineris, viæque aſperitatem, & frigoris acrimoniam, & pluuiam: vel ſimulat ſe iacturam feciſſe in itinere, nempè ciſtam ſuam eſſe effractam, & viatica ſibi eſſe furtim ademta, &c.

Svrrentvm] oppidum in Campania: Brundiſium autem in Calabria eſt.

Et svbdvcta viatica] id eſt, aut plorat ſibi furtim eſſe ablata viatica, quæ non ſunt ablata.

Nota repert meretr. acvm.] imitatur illius meretricis aſtutias, & calliditates, quæ confingebat nũc ſibi catellam eſſe ereptam, nunc periſcelidem, id eſt, cruris ornamentum. ſimile exemplum eſt apud Plautum in Truc. *aut petit aurum, quòd conſciſſa paullula eſt, aut emta ancilla, aut aliquod vaſum argenteum, Aut vaſum aneum aliquod, aut lectus dapſilis, aut armariola Græca, aut aliquid ſemper, quod pereat, debet amanti ſcorto ſuo.* & Ouid. lib. 1. de arte. *Quid, cum mendaci damno mœſtiſſima plorat? Elapſúſque caua fingitur aure lapis?*

Catellam] paruulam catenam. T. Liuius lib. 39. *Quintium alter prætor ſuos equites catellis, ac fibulis donauit.*

Sæpe perisc.] periſcelis, ornamentum cruris. vox mera Græca eſt.

Vti mox nvlla fides damnis] ita ſæpe mentiens inferior amicus, hoc aſſequitur, vt, cùm vera dicat ei, non credatur. *nulla fides adſit*, id eſt, nulla fides habeatur, fides derogetur veris damnis, & veris doloribus. Nam hæc damna erant ſimulata ac falſa, & ploratus falſi, atque conficti.

Veríſqve doloribvs] Od. 37. lib. 1. *Mentémque lymphatam Mareotico Redegit in veros timores.*

Nec semel irris. triv.] nec is, qui ſemel irriſus fuit ab eo, qui in triuio ſibi crus fractum eſſe, cum fletu, & lacrymis mentiebatur, orans, vt ſe quaſi claudum attolleret, fidem ei iterum habet.

Planvm] planus vox eſt Græca, qua & M. Tull. vtitur in Cluentiana. ſignificat autem fallacem, & qui in fraudem alterum inducit. ſic Cic. de Staleno iudice. *hic ille planus improbiſſimus, quæſtu iudiciario paſtus, contrahit frontem.* Theocrit. ἐν ἀλιεῦσι, εἰδυλλ. id eſt, eſcam, qua ineſcantur piſces, πλάνον appellat. idem ἔρωτι δ᾽ ἐρατέ. δὲ ἐρ. πλάνα. Athen. lib. 14. duos nobileis planos cõmemorat Cephiſidòrum, & Pantaleontem: ac de poſteriore hæc à Chryſippo lib. 5. περὶ τοῦ καλοῦ καὶ ἡδονῆς ſcripta eſſe tradit. ὁ δὲ πλάνος Παντα-λέων τελευτᾶν μέλλων ἑκατέρῳ τῶν υἱῶν κατ᾽ ἰδίαν ἐξηπάτησεν, φήσας μόνῳ αὐτῷ λέγειν, ὅπου κατορωρυγμένον τὸ χρυσίον· ὥστε μάτην ὕστερον κοινῇ σκάπτοντας αἰσθέσθαι ἐξηπατημένους, id eſt, *Planus autem Pantaleon, cùm iam iam eſſet moriturus, vtrúmque filium ſeorſum decepit, cùm vni diceret ſe ei* D *ſoli aperire, vbi aurum condidiſſet, ac defodiſſet: ita vt illi ambo poſtea vnà fodientes, ſe à patre deceptos eſſe ſenſerint.*

Licet illi plvrima] licet planus ille vbertim lacrymetur: licet per Oſirim Ægyptiorum Deum iuret. Herodotus in Euterpa, Oſirim ſcribit eundem eſſe, atque Dionyſiũ. Idémque ſenſit Tibull. lib. 1. eleg. 7. *Primus aratra manu ſollerti fecit Oſiris, &c.* De Oſiride multa Plutarchus in lib. de Iſide & Oſiride.

Tollite] attollite, erigite, vt epiſtol. ad Piſonem, *non ſit, qui tollere curet.* vel tollite equo, aut vehiculo, vt Satyr. 6. lib. 2. *quem tollere rheda Vellet iter faciens.* quod minùs placet: quamuis ita loquatur & M. Tull. epiſt. ad Qu. Fra. lib. 2. *ſed meo factum eſt inmiſſa verecundia, vt te proficiſcentem non tolle-*

Digitized by Google

rem. Idem offic. 3. *optauit, vt in curru patris tolleretur.* A T. Liuius lib. 3. ann. *faucius vehiculis tolli, portáriquè iubet.*

QVÆRE PEREGRINVM, VICINIA] id eſt, vicini quàm maxima voce poſſunt, reclamant illi plano, cuius fallacias habent cognitas: quære peregrinum aliquem, nempè qui te non norit, vt ei fucum facias. nam nos quidem, qui te nouimus, inducere, ſeu fallere amplius non potes.

TVRNEBVS.

EX lib. 7. cap. 20. Duplex erat Cynicis Pallium, vt Crateti & Diogeni. quod Septimius indicat: lib. de pall. vnde Horatius ſcripſit lib. 1. Epi. 17. B

Contrà quem duplici panno patientia velat:

nam de illo duplici pallio exiſtimo eſſe interpretandum verſum Horatij, eóque Cynicum philoſophum intelligi, quorum profeſſio patientia erat & æquanimitas. Inſtituit autem Diogenes pallium duplicare: Laërtius, *πόρον ἐξεῦρε τῆς περιστάσεως τρίβωνα διπλώσας πρῶτος.*

EPIST. XVIII. AD LOLLIVM II.

ARGVMENTVM.

Quæ ad conſeruandam amicitiam facienda ſint, quæ item vitanda, ac præſertim quomodo quis erga potentiorem amicum gerere ſe debeat, Lollium docet. Initium autem ſumit ab iis qui dum tenere modum non norunt, vel ſcurrarum potiùs quàm amicorum fungi officio videntur, vel aſperitate agreſti (quam libertatem meram & virtutem veram haberi volunt) vtuntur. Poſtremò eum ad quærenda illa ex quibus tranquillitatem vitæ conſequi poſſit, hortatur.

SI bene te noui, metues liberrime Lolli,
Scurrantis ſpeciem præbere, profeſſus amicum.
Vt matrona meretrici diſpar erit, atque
Diſcolor: infido ſcurræ diſtabit amicus.
Eſt huic diuerſum vitio vitium, & propè maius,
Aſperitas agreſtis, & inconcinna, grauíſque:
Quæ ſe commendat tonſa cute, dentibus atris,
Dum vult libertas mera dici, veráque virtus.
*Virtus eſt medium vitiorum, & * vtrinque reductum.*
*Alter in obſequium plus æquo pronus, & * imi*
Deriſor lecti, ſic nutum diuitis horret:
Sic iterat voces, & verba cadentia tollit,
Vt puerum ſæuo credas dictata magiſtro
Reddere: vel parteis mimum tractare ſecundas.
Alter rixatur de lana ſæpe caprina.
*Propugnat nugis, armatus: ſcilicet * vt nõ*
Sit mihi prima fides: & verè quod placet, vt non
Acriter elatrem: pretium ætas altera ſordet.
Ambigitur quid enim? Caſtor ſciat, an Docilis plus.
Brundiſium Numicl melius via ducat, an Appl.
Quem damnoſa Venus, quem præceps alea nudat:
C ** Gloria quem ſupra vireis & veſtit, & vngit.*
Quem tenet argenti ſitis importuna, faméſque:
Quem paupertatis pudor, & fuga: diues amicus
Sæpè decem vitiis inſtructior odit, & horret.
Aut, ſi nõ odit, regit: ac, veluti pia mater,
Plus, quàm ſe, ſapere, & virtutibus eſſe priorem
D *Vult: & ait propè vera: * mihi contendere noli:*
Stultitiam patiuntur opes. tibi paruula res eſt.
** Arcta decet ſanum comitem toga. deſine mecum*
Certare. Eutrapelus, cuicumque nocere volebat,
Veſtimenta dabat pretioſa. beatus enim iam

Cum pulchris tunicis, ſumet noua conſilia, & ſpes:
Dormiet in lucem: ſcorto poſtponet honeſtum
*Officium: nummos alienos * paſcet: ad imũ*
Thrax erit: aut olitoris aget mercede caballum.
Arcanũ neque tu ſcrutaberis vllius vnquam:
Commiſſúmque teges & vino tortus, & ira.
Nec tua laudabis ſtudia, aut aliena reprendes:
Nec, cum venari volet ille, poëmata panges.
** Gratia ſic fratrum geminorum Amphionis, atque*
Zethi diſſiluit: donec ſuſpecta ſeuero
Conticuit lyra. fraternis ceſſiſſe putatur
Moribus Amphion. tu cede potẽtis amici
Lenibus imperiis: quotiéſque educet in agros
Ætôlis onerata plagis iumenta, canéſque:
*Surge: & inhumanæ * ſenium depone camœnæ:*
Cenes vt pariter pulmenta laboribus emta:
Romanis ſollenne viris opus, vtile famæ,
Vitæque, & membris: præſertim cùm valeas, &
Vel curſu ſuperare canem, vel viribus aprum
Poſſis. adde, virilia quòd ſpecioſius arma
Non eſt, qui tractet. ſcis quo clamore coronæ
Prœlia ſuſtineas campeſtria. denique ſæuã
Militiam puer, & Cantabrica bella tuliſti
Sub duce, qui templis Parthorum ſigna refixit:
Et nunc, ſi quid abeſt, Italis adiudicat armis.
Ac, ne te retrahas, & inexcuſabilis abſis:

A *(Quamuis nil * extra numerum feciſſe, modúmque*
Curas) interdum nugaris rure paterno.
Partitur lintreis exercitus: Actia pugna
*Te duce per pueros hoſtili more * refertur.*
Aduerſarius eſt frater. lacus, Adria: donec
Alterutrũ velox victoria fronde coronet.
Conſentire ſuis ſtudiis qui crediderit te,
B *Fautor vtróque tuum laudabit * pollice ludum.*
Protinus vt moneam (ſi quid monitoris eges tu:)
Quid de quoque viro, & cui dicas, ſæpe videto.
Percunctatorem fugito. nam garrulus idem eſt:
Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures:
Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum.
C *Non * ancilla tuum iecur vlceret vlla, puérve*
Intra marmoreũ venerandi limen amici:
Ne dominus pueri pulchri, caræve puellæ
Munere te paruo beet: aut incommodus angat.
Qualem commendes, etiam, atque etiam aſpice: ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
*Fallimur: & * quondam non dignum * tradimus. ergo*
D *Quem ſua culpa premet, deceptus omitte tueri:*
Ut penitus notum ſi tentent crimina, ſerues,
*Tuteríſque tuo fidentem præſidio: * qui,*
Dente Theonino cùm circumroditur: ecquid
Ad te pòſt paullo ventura pericula ſentis?
Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet:

Digitized by Google

Et neglecta ſolent incendia ſumere vireis.
Dulcis inexpertis cultura potentis amici:
Expertus metuit. tu, * *dum tua nauis in alto eſt:*
Hoc age: ne mutata retrorſum te ferat aura.
Oderunt hilarem triſtes, triſtémque iocoſi:
Sedatum celeres: agilem, nauúmq; remiſſi:
Potores * *bibuli media de* * *nocte Falerni*
Oderunt porrecta negantem pocula: quãuis
Nocturnos iures te formidare vapores.
* *Deme ſupercilio nubem. plerúmque modeſtus*
Occupat * *obſcuri ſpeciem, taciturnus acerbi.*
Inter cuncta leges, & percunctabere doctos,
Qua ratione queas traducere leniter æuũ:
Ne te ſemper inops agitet, vexétque cupido:
Ne pauor, & rerum mediocriter vtilium ſpes:
Virtutem doctrina paret, naturáne donet:
Quid minuat curas. quid te tibi reddat amicum:
Quid purè tranquillet: honos, an dulce lucellum,
An ſecretum iter, & fallentis ſemita vitæ.
Me quoties * *reficit gelidus Digẽtia riuus:*
Quem Mandela bibit, rugoſus frigore pagus:
Quid ſentire putas? quid credis amice precari?
Sit mihi quod nunc eſt, etiam minus: & mihi viuam,
Quod ſupereſt æui, ſi quid ſupereſſe volunt dij:
Sit bona librorum, & prouiſæ frugis in annum
Copia, ne fluitem dubiæ ſpe pẽdulus horæ.
A *Sed ſatis eſt orare Iouem, qui donat, & aufert,*
Det vitam, det opes: * *æquum mi animum ipſe parabo.*

METVES] id eſt, vitabis, nolles, cauebis. millies admonuimus. lege annot. ad Odam 2. lib. 2. ibi, *Illum aget penna metuente ſolui.*

SCVRR. SPEC. PRÆB.] ſpeciem præ te ferre hominis pabuli caoſa aſſentatis. ſic loquitur Brutus ad Cicero. in epiſtolis ad Brutum, in ea, cuius inirium eſt, *Particulam literarum qui potes intueri, qua geſſeris, ſimul & iſta vel probare, vel ita demiſſe, ac facile pati, vt probantis ſpeciem prabeas?*
B quamquam vulgò legitur *habeas*? & Iul. Cæſ. lib. 3. de bello Gallico, *ſpeciem, atque opinionem pugnantium praberent.* & T. Liuius libr. 3. Annalium, *Romam prima luce venientes procul ſpeciem hoſtium prabuere.* ſcurra eſt, vt ſup. diximus, qui pabuli cauſa potentiori alicui aſſentatur, & riſum mouet βωμολόχον, & παράσιτον vocant Græci. neque verò multùm intereſt inter ſcurram, & aſſentatorem. quem illi κόλακα nominant: aut, ſi quid intereſt, Horatius tamen hoc loco ſcurram pro aſſentatore accipit. Quemadmodum autem hic poëta ſcurram, id eſt, aſſentatorem, ab amico diſtinguit, ac ſeparat, ita M. Tull. ſcurram ab ora-
C tore faceto, & vrbano lib. 2. de oratore ad Qu. fratr. his verbis, *Temporis igitur ratio, & ipſius dicacitatis moderatio, & temperantia, & raritas dictorum diſtinguit oratorem à ſcurra.* Iam verò quid interſit inter aſſentatorem & amicum, & quomodo alter ab altero diſcerni poſſit, ſcripſerunt Plutarchus, & Maximus Tyrius, oratione 4. & Themiſtius iunior, oratione 3. Poſtremò aſſentatoris mores pulcherrimè deſcripſit Theophraſtus in libello, qui inſcribitur, ἠθικοὶ χαρακτῆρες.

VT MATRONA MERETRICI DISP.] epiſt. ad Piſon. *Effutire leueis indigna tragœdia verſus, Vt feſtis matrona moueri iuſſa diebus, Intererit Satyris paullum pudibunda proteruis.*

DISCOLOR] vel diſſimili veſtitu, vel diſſimilis ſimpliciter. ego tamen illo modo mâlo ma-
D tronæ enim alio genere veſtis vtuntur, aliúmque etiam in veſtitu colorem fortaſſis vſurpant, quàm meretrices.

INFIDO SCVRRÆ] deeſt *ſic.* eſt enim hîc ἀνταπόδοσις, ſeu redditio ſimilitudinis. *infido* autem, id eſt, ἀπίστῳ, ſeu cui non eſt credendum, neque fidendum.

EST HVIC DIVERSVM VITIO] ſic Ariſtot. lib. 2. de moribos ad Nicomach. φίλον, id eſt, amicum, ſeu affabilem, medium conſtituit inter eum, qui omnia loquitur ad voluptatem, numquámque alterios orationem improbat, aut refellit, quem ἄρεσκον: id eſt, blandum, ſeu placendi ſtudioſum appellat: & eum, qoi in omni ſermone & congreſſu acerbum, atque inſuauem ſe præbet, quem δύσερις, & δύσκολον nominat.

& propè

& propè autem repoſui, ſecutus libros veteres.

INCONCINNA] inuenuſta, illepida, inſuauis, à ſocietate, & conuictu hominum aliena.

QVÆ SE COMMENOAT TONSA CVTA] quæ ex corporis horrore, aſperitate, ſqualiore, illuuie, immunditia, laudem aucupatur, Quia, quæ tondentur, birſuta, & piloſa ſint neceſſe eſt, iccirco per tunſam cutem, totius corporis horridam quandam, & hirſuram aſperitatem ſignificat. M. Aoton. Muretus dicebat, ieciteo per tonſam cutem immunditiam, & ſqualiorem ſignificari, quia eo tempore Romani neque barbam, neque capillum tondebant, præter immundos, & ſordidos homines: quod puto eſſe falſum. nam cootrarium eſt verum, vt perſpicuum eſt, cùm ex multis aliis locis, tum ex his verſibus Horat. epiſto. ad Piſon. *Nanciſcetur enim pretium, nomenque poëtæ, Si tribus Anticyris caput inſanabile numquam Tonſori Licino commiſerit*: & iis, qui ſunt ſatyr. 3. libr. 2. *dy te, Damaſippe, deæque Verum ob conſilium donent tonſore.* Qui autem putant hoc loco legendum, *tonſa baad cute*, falluntur.

VIRTVS EST MEDIVM VIT.] ſic Ariſtot. virtutes omneis dicit eſſe *μεσότητας*, id eſt, mediocritates, & (vt ita dicam) medietates.

ET VTRIMQVE REDVCTVM] ab vtroque extremo remotum.

ALTER IN OBSEQVIVM PLVS ÆQVO] alter ille, ſiue aſſentator, ſiue ſcurra, plus æquo officioſus, ita vt facilè appareat, arceſſitam, & de induſtria quæſitam, & ſimulatam eſſe blanditiam.

IMI LECTI] in quo ipſe accumbit. eſt enim imus lectus vel infima pars lecti, vel lectus infimus, minúſq; honorificus, in quo videlicet diſcumbunt inferiores amici. quod declarat locus Sueton. in Auguſto, *Neque cenauit vmquam, niſi in imo lecto aſſidêrent* Plautus in Sticho, *ſcis tu me dudum eſſe imi ſubſellij virum.* ibid. *Ergo oratores populi, ſumnates viri, ſummi accumbent, ego infimatis infimus.* imi igitur lecti deriſorem ſic accipio, qui ſe, & eiuſdem loci, ordiníſque homines derideat. ſolét enim aſſentatores, & ſcurræ de ſe, quam maximè fieri poteſt, detrahere, ſuáque omnia extenuare, ſeipſos denique deridere: diuiti autem parcere: ei omnia tribuere: eum ſuſpicere, & admirari: vt ſat. 4. libr. 1. *Sæpe tribus lectis videas cenare quaternos: E quibus vnus auet quauis aſpergere cunctos, Præter eum, qui præbet aquam, &c.* Iam quod ad ſummos & imos lectos attinet, lege quæ annotata ſunt ad illum verſum, *Languidus in cubitum ſeſe conuiua reponet*: ſat. 4. libr. 2. & illum, *Summus ego & prope me Viſcus, &c.* cum duobus deinceps ſequentibus, ſaty. vlt. eiuſd. lib. Huc pertinet verſus ex eadem ſat. *Inuertunt Alifanis vinaria tota Vibidius, Balatróque, ſecutis omnibus imis.* imus autem valet idem ferè, quod infimus, aut extremus. lege ano. ad epi. 2. libr. 2. *talos à vertice pulcher ad imos.*

VOCES] diuitis voces iterat, quaſi admirans.

VERBA CADENTIA TOLLIT] verba
A diuitis excipit, vel quaſi de terra tollit. ſat. 4. li. 1. *Cum flueret lutulentus, erat quod tollere velles.*

DICTATA M. REDDERE] propriè dixit *dictata reddere.* ſic M. Tull. de nat. deorum libr. 1. *Iſta enim à vobis quaſi dictata, redduntur.* aliud *reddere voces.* Horat. epiſt. ad Piſones, *Reddere qui voces iam ſcit puer.*

VEL PARTAIS MIMVM TRACTARE] duabus aptiſſimis ſimilitudinibus aſſentatoris ingenium, & mores expreſſit. Quemadmodum, (inquit) puer, magiſtri docentis, ac prælegentis vocem ſubſequitur, & excipit: quæ ab eo dictata ſunt, colligit; repetit, ac pronuntiat: ſic aſſectator orationem potentioris amici blandiſſimè excipit, atque iterat, vt eum quàm maximè admirari, probatéque videatur. altera ſimilitu-
B do ducta eſt ab hiſtrionibus, & actoribus comœdiarum. ſciendum eſt autem, hiſtriones alios fuiſſe primarum partium, alios ſecundarum, & ſic deinceps, vſque ad eum numerum perſonarum, quæ intercedebant in comœdia. Eum igitur, qui primas partes agebat, ceteris omnibus voce, & geſtu præſtare oportebat, adeò vt ſi fortè is, cui ſecundæ partes obtigerant, poſſet aliquanto clariùs, quàm ipſe primarum, dicere, minùs contenderet, quàm poſſet: ne ſeſe principi illi exæquaret, aut ne etiam eum ſuperaret. Quod declarat M. Tull. diuinatione in Verrem, his verbis, *vt in actoribus Græcis fieri videmus, ſæpe illum, qui eſt ſecundarum partium, cum poſſit aliquanto clarius dicere, quàm ipſe primarum, multum ſummitte-
C re, vt ille princeps quam maximè excellat: ſic faciet Albienus, &c.* talis igitur eſt aſſentator, aut ſcurra, qualis actor ſecundarum, aut tertiarum partium, in eo, quòd vireis, & facultatē ſuam quàm maximè extenuat, atque eleuat. Nam ſi ſit ei, exempli cauſa, ſermo aliquis cum diuite indoctiſſimo, & infantiſſimo inſtitutus, cùm ſit ipſe diſertus, eruditus, eloquens, is ſuam eloquentiam, quàm maximè poterit, extenuabit, & occultabit, atque vltrò hæſitabit, ac balbutiet, vt diues ille quàm diſertiſſimus, ac facundiſſimus eſſe videatur.

MIMVM] hiſtrionem. aliàs mimus fabula eſt paullò obſcæniot, ac licentior, quàm comœdia, quales erant Laberij mimi, ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι appellata: quia ea imitatur & ſermones obſcænos,
D & facta indecora, ac turpia.

ALTAR] agreſtis ille, & inconcinnus.

RIXATVR] nonnulli legi volunt *rixator*, & delent comma poſt vocem *caprina*: à quibus diſſentio.

DE LANA CAPRINA] de re nihili. notum prouerbium eſt.

PROPVGNAT NVGSS] id eſt, pugnat pro nugis, quod eſt, nugas defendit, armatus proinde ac ſi pro aris, ac focis pugnaodum ſit. caue ita coniugas, *armatus nugis*, quod vulgò faciunt. neque eſt, quòd quiſquam hoc loquendi genus improbet, *propugnare nugis*. nam apud veteres in verbis compoſitis non ſolebat præpoſitio repe-

Digitized by Google

ri, vt *adigere iuſiurandum*, & *adigere arbitrum* dicebant, A non ad arbitrum. & ita M. Tull. 3. de Offic. *arbitrum illum adegit, quicquid ſibi ea de re facere oporteret ex fide bona.* & in Topic. *aquæ pluuiæ arcendæ adigere arbitrum non poſſis.* & pro Roſcio Com. *Quæ cum ita ſint: cur non arbitrum pro ſocio adegeris Roſcium, quæro*, id eſt, ad arbitrum, ſeu ad prætorem adegeris. Virgil. Æneid. 9. *Quis deus Italiam, quæ vos dementia adegit?* Horat. de arte poët. *neu quid medios intercinat actus.* ita propugnare nugis valet, pugnare pro nugis. vel, ſi quis malit, propugnare pro nugis.

Scil. vt non Sit m. pr. fin. et verè, &c.] Totius huius loci hæc ſententia eſt, Scilicet, ait agreſtis ille, (eſt enim μίμησις) ſi quis mihi alteram ætatem, id eſt, vel adoleſcentiam, vel B alteram vitam, ſeu ætatem longiorem, quàm natura, & fata ferant, mercedis, & pretij loco promittat, vt ne liberè dicam, acritérque defendam, & obtineam, quod mihi reuera placet: ego reiiciam, ac reſpuam. vſitatius diceremus, nolim merere alteram ætatem, vt non liceat mihi, quod verè placet, defendere, & vt non mihi in primis fides habeatur. ſic enim loquitur Plautus in Menæchmis, *Neque hodie, vt te perdam, meream deûm diuitias mihi.* Idem Moſtell. *quid merear, quamobrem mentiar?* id eſt, quid eſt, quod tanti faciam, vt eo accepto mentiri velim? ſic & M. Tullius orat. de ſignis, *Quid arbitramini Rheginos, qui iam ciues Rom. ſunt, mereri velle, vt ab iis marmorea Venus illa auferatur?* C Idem lib. 2. de Finib. *quid merearis igitur, vt te dicas in eo magiſtratu omnia voluptatis cauſa facturum eſſe?* Iterum Plautus Bacchid. *quadringentis Philippis filius me, & Chryſalus circumduxerunt: quem quidē ego vt non excruciem, alterum tantum auri non meream.* (Idem aliter in Caſina, *Tribus non conduci poſſim libertatibus Cum ego illis hodie comparem magnum malum.*) Tibullus autem propius acceſſit ad hoc genus Horatianum eleg. 9. libr. 1. *Tum mihi iurabas nullo te diuitis auri Pondere, non gemmis vendere velle fidem: Non, tibi ſi pretium Campania terra daretur: Non, tibi ſi Bacchi cura, Falernus ager.* Iam quòd Horatius alteram ætatem poſuit, pro grandi, & amplo pretio, videtur in eo Homerum eſſe imitatus, apud quem ἰλ. ι. Phœnix negat Achilli ſe D vlla conditione paſſurum, vt ab eo diſtrahatur: non, ſi Deus ipſe ſibi promittat ſenectute abſterſa, atque ablata, adoleſcentiam, & pubertatem. Sic Homeros, Ὡς ἂν ἔπειτ' ἀπὸ σεῖο, φίλον τέκος, οὐκ ἐθέλοιμι λείπεσθ', οὐδ' εἴ κέν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτὸς Γῆρας ἀποξύσας, θήσειν νέον ἡβώοντα. fortaſſe verò hæc ſunt referenda ad illam de Phaone fabulam, qui, cùm Venerem ex Chio traieciſſet, hanc mercedem operæ, officiique tulit, quòd ex rugoſo, arido, imbecillo, ac debili ſene, viridus, & firmus, & integra ætate iuuenis effectus eſt. Iolaus item, cùm apud inferos, & iam mortuus, cognouiſſet, Euryſteum ab Athenienſibus Heraclidas ad ſupplicium depoſcere, optauit à Diis inferis, vt ſibi liceret reuiuiſcere, tantiſper dum illum interficeret. quo impetrato, Euryſteóque interfecto, ad inferos bis mortuus reuerſus eſt. alij dicunt non mortuum reuixiſſe, ſed ætate iam confecta, & corpore vieto, iterum pubuiſſe, deinde Euryſteo interfecto, iterum ſenem factum eſſe. Huc quoque aſcribere licet notiſſimam de Pelia fabulam, quem promiſerat Medea ſe è ſene, iuuenem puberem, ac florentem effecturam: de quo vide ad ſat. 5. libr. 2. Prætereà Pherecydes, & Simonides ſcripſiſſe dicuntur, Iaſonem à Medea recoctum, iunioremque, quàm erat antea, eſſe factum. Idémque de Æſone eius patre Græcus quidā poëta ſcribit, his verſibus: Αὐτίκα δ' Αἴσονα θῆκε φίλον κόρον ἡβώοντα, Γῆρας ἀποξύσασ' εἰδυίῃσι πραπίδεσσι, Φάρμακα πόλλ' ἕψουσ' ἐπὶ χρυσείοισι λέβησι. id eſt, ſtatim autem Æſonem puerum reddidit pubeſcentem, ſenectute abſterſa atque abraſa, ingenio ſolerti & mente docta, cùm medicamenta multa coxiſſet in aureis lebetibus. qui verſus extant in argumento Medeæ Eurip.

Sordet] nihil fit à me, nihil penditur. ſuprà epiſto. 11. *Cunctáne præ campo & Tiberino flumine ſordent?*

Ambigitvr qvid enim?] τί γὰρ ἀμφισβητεῖται; qua enim de re controuerſia eſt? nempe de nugis, de rebus minimi ponderis.

Castor sciat, an Docilis plvs] Caſtor & Docilis par gladiatorum. alij, hiſtriones fuiſſe volunt.

Nvm. mel. v. &c.] Numicia via, an Appia. de via Numicia (ſic enim legitur in vulgatis cod.) nihil comperi. neque hanc viam Publius Victor, qui ſcripſit de regionibus, & locis vrbis Romæ, vſquam commemorat, cùm ceteras vias enumeret. in codice quidem Torneſiano ſine vlla litura ſcriptum eſt *Minuci*, non *Numici*: & item in Ruſſardino, & Nicotianis, & aliis quibuſdam. de Minucia via autem meminit M. Tull. libr. 9. epiſt. ad Attic. epiſtol. cuius principium eſt, *Natali die tuo, &c. cohorteiſque ſex, quæ Albæ fuiſſent, ad Curtium Minucia tranſiiſſe, &c.* vt mihi fiat veriſimile legendum hîc eſſe *Minuci via.* niſi cui fortè ſecunda ſyllaba nominis *Minuci* videbitur eſſe lōga. quod ratio poſtulat. ſed fortaſſe aut iidem erant Minucij, qui Minicij: & dici poteſt, hanc viam, *Miniciam* eſſe nominatam à Minicio, & legendum apud Cic. *Minicia via.* nam apud Publ. Victorem quidem ſuſpicor in nomine *Cimmia*, litteras eſſe præpoſtero, confuſóque ordine locatas, & pro *Cimmia* totidem litteris legendum eſſe *Minicia.* veruntamen iudicet lector. Nam doctis quibuſdam video non eſſe dubiū, quin ſit ex hoc loco reponendū apud Cicer. *Numicia*, quomodo me teſtor ſcriptum reperiſſe in duobus codicibus Memmianis. Sed ne iis aſſentiar facit codex Torneſianus eatundem epiſt. in quo eſt litteris plenis ſcriptum Minucia.

Damnosa Venvs] infrà epiſt. ad Aug. lib 2. *damnoſa libido.*

Præ-

Præceps alea] epithetum aptiſſimum ad aleæ iactum.

Nvoat] pauperat, vt loquitur Plautus, & item noſter Horat. ſat. 5. lib. 2. *Contemtum caſſa nuce pauperet, &c.*

Glor. qvem svp. vires, &c.] eum qui oſtentationis, & gloriæ cauſa, veſtitu vtitur ſumtuoſiore, vnguentóque largiore, aut cariore, quàm facultates ferant.

Qvem ten. arg. sitis] quem conſtrictum tenet argenti, ſeu pecuniæ cupiditas, & appetentia. *ſitis* & *fames* tralatio.

Importvna] quæ deſiderantē conquieſcere non ſinit, queque à portu quodammodo prohibet: vt ſupra Od. 16. libr. 3. *Importuna tamen pauperies abeſt.*

Pavpertatis pvdor] parſimoniæ, vel paupertatis pudorem ait eſſe peſſimum M. Porcius Cato apud Liuium lib. 34. annalium. Sic ex vulgi opinione dixit Horat. Od. 24. lib. 3. *Magnum pauperies opprobrium iubet quiduis & facere & pati.* eodem pertinet illud epiſto. 1. libro primo *vides, quæ maxima credis Eſſe mala, exiguum cenſum, turpémque repulſam Quanto deuites animi, capitiſque labore.*

Dives amicvs] ordo verborum hic eſt, diues amicus ſæpe multis partibus vitioſior inferiore amico, quamuis hic amicus inferior, talis ſit, qualem eum deſcripſit, nempe Veneri deditus, aleator, oſtentator, & glorioſus, pecuniæ cupidiſſimus, &c. eum audit, ab eóque abhorret, ac C refugit: aut, ſi non odit, &c.

Pia mater] pia, id eſt, cui debetur pietas, vel quæ magis diligit filium, quàm à filio diligitur, cuius eſt piè & colere parenteis.

Ac virtvtib. esse priorem vvlt.] vult eum eſſe meliorem, quàm ſe. ſic multi ſunt hodie, qui ſuos familiareis ac miniſtros volunt eſſe temperanteis, modeſtos, ac frugi, cùm ſint ipſi diſſolutiſſimi, ac nequiſſimi: in quos conuenit illud Varronis, quod refert Gellius lib. 15. cap. 19. *Si quantum operæ ſumſiſti, vt tuus piſtor bonum faceret panem, eius duodecimam philoſophiæ dediſſes: ipſe bonus iampridem eſſes factus. Nunc, illum qui norunt, volunt emere millibus centum: te qui nouit, nemo centuſſi.* Sunt & qui amicos quidem bonos viros, & virtute D præſtanteis eſſe volunt, ipſi autem ſunt nequiſſimi: quos reprehendit M. Tullius in Lælio, his verbis. *Sed plerique peruerſe, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipſi eſſe non poſſunt: quæque ipſi non tribuunt amicis, hæc ab iis deſiderant.*

Mihi contend. noli, &c.] hæc loquitur potentior amicus. ſignificat autem Horatius, diuites exiſtimare ſibi aut omnia licere, aut certè plura, quàm tenuibus. Itaque Ariſtoteles ſcribit Rhetor. 2. ὅτι ἀνόητον ὁ πλοῦτός ἐστι, id eſt, ſtultas eſſe diuitias. & Iſocrates Areopagitico, συντέτακται, καὶ συνακολουθεῖ τοῖς πλουσίοις, καὶ ταῖς δυναστείαις ἄνοια, καὶ μετὰ ταύτης ἀκολασία. id eſt, vno ordine incedunt, & vnà ambulant

A cum diuitibus & potentibus amentia, & cum ea intemperantia. & Plautus in Sticho, *Secundas fortunas decent ſuperbiæ.* Iam totum hunc locum ſecutus veteres libros & Vaticanos, & alios, reſtitui, cùm anteà legeretur, *mea contendere noli Stult. p. e.* Eſt autem Horatianum, *mihi contendere*, pro eo, quod eſt, *mecum contendere.* ſic Virg. Daphn. *Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amynthas.* plura collegimus exempla ad Odam 6. libr. 2. ibi. *viridique certat Baca Venafro.*

Arcta dec. san. com. toga] vtebantur latioribus, & amplioribus togis diuites quàm tenues homines, vt ſuprà Od. 4. epod. *Videſne ſacram metiente te viam, Cum bis ter vlnarum toga, vt ora vertat huc, & huc euntium Liberrima indi-* B *gnatio?* hoc igitur dicit, veſtitus parui pretij, non ſumtuoſus, decet amicum inferiorem, qui modò ſit ſanæ mentis.

Evtrapel. cvicvmq.] ſtulto diuiti, & improbo, orationem affingit ſapientem, & veram, vt tanto apertiùs demonſtret, diuitias homini, præſertim prauo, & inſipienti, nocere potiùs, quàm prodeſſe. ſed illud præterea, & quidē præcipuè docet, non eadem licere inferiori amico, quæ ſuperiori. Arbitror autē, hîc deſignari Volumnium illum Eutrapelum, ad quem extant epiſto. M. Tull. lib. 7. duæ poſtremæ: quem commemorat & epiſtola quadam ad Papir. Pætum, lib. 9. & Philipp. 13. qui fuit Antonij intimus.

Beatvs enim iam] diues factus, benè nummatus: vel qui ſua opinione ſit beatus.

Svmet nova consilia] ſuſcipiet per ſe, & nemine conſulto, noua conſilia. aliud fortaſſe eſt capere conſilium.

Et spes] repete ἀπὸ κοινοῦ ſumet: noua ſperabit.

Dormiet in lvcem] dormire in lucem eſt inertium hominum, aut certè otioſorum, ſecurorum, & ſolutorum, vt ſuprà epiſt. ad Scæuam, *Si te grata quies, & primam ſomnus in horam Delectat.* & ſaty. 6. libr. 1. *Deinde eo dormitum non ſollicitus, mihi quòd cras Surgendum ſit manè.*

Nvmmos alienos pascet] pecuniam alienam accipiet grandi fænore. nam ita fit, vt nummi alieni paſcantur, & creſcant, pecuniáque pecuniam pariat, ex quo τόκος à Græcis eſt appellatus, tranſlatū videtur à pecudibus, quę paſcuntur.

Ad imvm] ad extremum, tandem.

Thrax erit] gladiator erit. vel ſeſe auctorari patietur, vt depugnet in ludo. M. Tull. oratione de prouinciis conſular. *Cuius iter in prouinciam fuit eiuſmodi, vt rex Ariobarzanes conſulem veſtrum ad cædem faciendam, tanquam aliquem Thracem, conduceret.* Horat. ſat. 6. lib. 2. *Thrax, an Gallina Syro par?* In quibuſd. libris reperi ſcriptum. *Trex erit:* in nonnullis *Threx erit.*

Commissúmqve teges] ſic ſaty. 4. li. 1. *commiſſa tacere Qui nequit, hic niger eſt.* ſatyrar. 3. eiuſd. *quid faciam, ſi furtum fecerit, aut ſi Prodiderit commiſſa fide?* & commiſſa ſimpliciter intelligun-

ti, vt *adigere iuſiurandum*, & *adigere arbitrum* dicebant, A non ad arbitrum. & ita M. Tull. 3. de Offic. *arbitrum illum adegit, quicquid ſibi ea de re facere oporteret ex fide bona.* & in Topic. *aquæ pluuiæ arcendæ adigere arbitrum non poſſis.* & pro Roſcio Com. *Quæ cum ita ſint: cur non arbitrum pro ſocio adegeris Roſcium, quæro*, id eſt, ad arbitrum, ſeu ad prætorem adegeris. Virgil. Æneid. 9. *Quis deus Italiam, quæ vos dementia adegit?* Horat. de arte poët. *neu quid medios intercinat actus.* ita propugnare nugis valet, pugnare pro nugis. vel, ſi quis malit, propugnare pro nugis.

Scil. vt non Sit m. pr. fid. et verè, &c.] Totius huius loci hæc ſententia eſt, Scilicet, ait agreſtis ille, (eſt enim μίμησις) ſi quis mihi alteram ætatem, id eſt, vel adoleſcentiam, vel B alteram vitam, ſeu ætatem longiorem, quam natura, & fata ferant, mercedis, & pretij loco promittat, vt ne liberè dicam, acritérque defendam, & obtineam, quod mihi reuera placet: ego reiiciam, ac reſpuam. vſitatius diceremus, nolim merere alteram ætatem, vt non liceat mihi, quod verè placet, defendere, & vt non mihi in primis fides habeatur. ſic enim loquitur Plautus in Menæchmis, *Neque hodie, vt te perdam, meream deûm diuitias mihi.* Idem Moſtell. *quid merear, quamobrem mentiar?* id eſt, quid eſt, quod tanti faciam, vt eo accepto mentiri velim? ſic & M. Tullius orat. de ſignis, *Quid arbitramini Rheginos, qui iam ciues Rom. ſunt, mereri velle, vt ab iis marmorea Venus illa auferatur?* C Idem lib. 2. de Finib. *quid merearis igitur, vt te dicas in eo magiſtratu omnia voluptatis cauſa facturum eſſe?* Iterum Plautus Bacchid. *quadringentis Philippus filius me, & Chryſalus circumduxerunt: quem quidē ego vt non excruciem, alterum tantum auri non meream.* (Idem aliter in Caſina. *Tribus non conduci poſſim libertatibus Cùm ego illis hodie comparem magnum malum.*) Tibullus autem propiùs acceſſit ad hoc genus Horatianum eleg. 9. libr. 1. *Tum mihi iurabas nullo te diuitis auri Pondere, non gemmis vendere velle fidem: Non, tibi ſi pretium Campania terra daretur: Non, tibi ſi Bacchi cura, Falernus ager.* Iam quòd Horatius alteram ætatem poſuit, pro grandi, & amplo pretio, videtur in eo Homerum eſſe imitatus, apud quem ιλ. ι. Phœnix negat Achilli ſe D vlla conditione paſſurum, vt ab eo diſtrahatur: non, ſi Deus ipſe ſibi promittat ſenectute abſterſa, atque ablata, adoleſcentiam, & pubertatem. Sic Homerus, Ὡς ἂν ἔπειτ' ἀπὸ σεῖο, φίλον τέκος, οὐκ ἐθέλοιμι Λείπεσθ', οὐδ' εἴ κέν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτὸς Γῆρας ἀποξύσας, θήσειν νέον ἡβώοντα. fortaſſe verò hæc ſunt referenda ad illam de Phaone fabulam, qui, cùm Venerem ex Chio traieciſſet, hanc mercedem operæ, officiique tulit, quòd ex rugoſo, arido, imbecillo, ac debili ſene. nitidus, & firmus, & integra ætate iuuenis effectus eſt. Iolaus item, cùm apud inferos, & iam mortuus, cognouiſſet, Euryſteum ab Athenienſibus Heraclidas ad ſupplicium depoſcere, optauit à Diis inferis, vt ſibi liceret reuiuiſcere, tantiſper dum illum interficeret. quo impetrato, Euryſteóque interfecto, ad inferos bis mortuus reuerſus eſt. alij dicunt non mortuum reuixiſſe, ſed ætate iam confecta, & corpore victo, iterum pubuiſſe, deinde Euryſteo interfecto, iterum ſenem factum eſſe. Huc quoque aſcribere licet notiſſimam de Pelia fabulam, quem promiſerat Medea ſe è ſene, iuuenem puberem, ac florentem effecturam: de quo vide ad ſat. 5. libr. 2. Prætereà Pherecydes, & Simonides ſcripſiſſe dicuntur, Iaſonem à Medea recoctum, iunioremque, quàm erat antea, eſſe factum. Idémque de Æſone eius patre Græcus quidā poëta ſcribit, his verſibus: Αὐτίκα δ' Αἴσονα θῆκε φίλον κόρον ἡβώοντα, Γῆρας ἀποξύσασ' εἰδυίῃσι πραπίδεσσι, Φάρμακα πόλλ' ἕψουσ' ἐπὶ χρυσείοισι λέβησι. id eſt, ſtatim autem Æſonem puerum reddidit pubeſcentem, ſenectute abſterſa atque abraſa, ingenio ſollerti & mente docta, cùm medicamenta multa coxiſſet in aureis lebetibus. qui verſus exſtant in argumento Medeæ Eurip.

Sordet] nihil fit à me, nihil penditur. ſuprà epiſt. 11. *Cunctáne præ campo & Tiberino flumine ſordent?*

Ambigitvr qvid enim?] τί γὰρ ἀμφισβητεῖται; qua enim de re controuerſia eſt? nempe de nugis, de rebus minimi ponderis.

Castor sciat, an Docilis plvs] C Caſtor & Docilis par gladiatorum. alij, hiſtriones fuiſſe volunt.

Nvm. mel. v. &c.] Numicia via, an Appia. de via Numicia (ſic enim legitur in vulgatis cod.) nihil comperi. neque hanc viam Publius Victor, qui ſcripſit de regionibus, & locis vrbis Romæ, vſquam commemorat, cùm ceteras vias enumeret. in codice quidem Torneſiano ſine vlla litura ſcriptum eſt *Minuci*, non *Numici*: & item in Ruſſardino, & Nicotianis, & aliis quibuſdam. de Minucia via autem meminit M. Tull. libr. 9. epiſt. ad Attic. epiſtol. cuius principium eſt, *Natali die tuo, &c. cohorteiſque ſex, quæ Albæ fuiſſent, ad Curtium Minucia tranſiiſſe, &c.* vt mihi fiat veriſimile legendum hîc eſſe *Minuci via.* niſi cui fortè D ſecunda ſyllaba nominis *Minuci* videbitur eſſe lōga. quod ratio poſtulat. ſed fortaſſe aut iidem erant Minucij, qui Minicij: & dici poteſt, hanc viam, *Miniciam* eſſe nominatam à Minicio, & legendum apud Cic. *Minicia via.* nam apud Publ. Victorem quidem ſuſpicor in nomine *Ciminia*, litteras eſſe præpoſtero, confuſóque ordine locatas, & pro *Ciminia* totidem litteris legēdum eſſe *Minicia.* veruntamen iudicet lector. Nam doctis quibuſdam video non eſſe dubiū, quin ſit ex hoc loco reponendū apud Cicer. *Numicia*, quomodo me teſtor ſcriptum reperiſſe in duobus codicibus Memmianis. Sed ne iis aſſentiar facit codex Torneſianus earundem epiſt. in quo eſt litteris plenis ſcriptum Minucia.

Damnosa Venvs] infrà epiſt. ad Aug. lib. 2. *damnoſa libido.*

Præ-

PRÆCEPS ALEA] epithetum aptiſſimum ad aleæ iactum.

NVDAT] pauperat, vt loquitur Plautus, & item noſter Horat. ſat. 5. lib. 2. *Contemtum caſſa nuce pauperet, &c.*

GLOR. QVEM SVP. VIREIS, &c.] eum qui oſtentationis, & gloriæ cauſa, veſtitu vtitur ſumtuoſiore, vnguentóque largiore, aut cariore, quàm facultates ferant.

QVEM TEN. ARG. SITIS] quem conſtrictum tenet argenti, ſeu pecuniæ cupiditas, & appetentia. *ſitis* & *fames* tralatio.

IMPORTVNA] quæ deſiderantē conquieſcere non ſinit, quęque à portu quodammodo prohibet: vt ſuprà Od. 16. libr. 3. *Importuna tamen pauperies abeſt.*

PAVPERTATIS PVDOR] parſimoniæ, vel paupertatis pudorem ait eſſe peſſimum M. Porcius Cato apud Liuium lib. 34. annalium. Sic ex vulgi opinione dixit Horat. Od. 24. lib. 3. *Magnum pauperies opprobrium iubet quiduis & facere & pati.* eodem pertinet illud epiſto. 1. libro primo *vides, quæ maxima credis Eſſe mala, exiguum cenſum, turpémque repulſam Quanto deuites animi, capitiſque labore.*

DIVES AMICVS] ordo verborum hic eſt, diues amicus ſæpe multis partibus vitioſior inferiore amico, quamuis hic amicus inferior, talis ſit, qualem eum deſcripſit, nempe Veneri deditus, aleator, oſtentator, & glorioſus, pecuniæ cupidiſſimus, &c. eum audit, ab eóque abhorret, ac C refugit: aut, ſi non odit, &c.

PIA MATER] pia, id eſt, cui debetur pietas, vel quæ magis diligit filium, quàm à filio diligitur, cuius eſt piè & colere parenteis.

AC VIRTVTIB. ESSE PRIOREM VVLT.] vult eum eſſe meliorem, quàm ſe. ſic multi ſunt hodie, qui ſuos familiareis ac miniſtros volunt eſſe temperanteis, modeſtos, ac frugi, cùm ſint ipſi diſſolutiſſimi, ac nequiſſimi: in quos conuenit illud Varronis, quod refert Gellius lib. 15. cap. 19. *Si quantum operæ ſumſiſti, vt tuus piſtor bonum faceret panem, eius duodecimam philoſophiæ dediſſes: ipſe bonus iampridem eſſes factus. Nunc, illum qui norunt, volunt emere millibus centum: te qui nouit, nemo centuſſis.* Sunt & qui amicos quidem bonos viros, & virtute D præſtanteis eſſe volunt, ipſi autem ſunt nequiſſimi: quos reprehendit M. Tullius in Lælio, his verbis. *Sed plerique peruerſe, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipſi eſſe non poſſunt: quæque ipſi non tribuunt amicis, hæc ab iis deſiderant.*

MIHI CONTEND. NOLI, &c.] hæc loquitur potentior amicus. ſignificat autem Horatius, diuites exiſtimare ſibi aut omnia licere, aut certè plura, quàm tenuibus. Itaque Ariſtoteles ſcribit Rhetor. 2. ὅτι ἀνόητον ὁ πλοῦτός ἐστι, id eſt, ſtultas eſſe diuitias. & Iſocrates Areopagitico, συντέτακται, καὶ συνακολουθεῖ τοῖς πλουσίοις, καὶ ταῖς δυναστείαις ἄνοια, καὶ μετὰ ταύτης ἀκολασία. id eſt, vno ordine incedunt, & vnà ambulant A cum diuitibus & potentibus amentia, & cum ea intemperantia. & Plautus in Sticho, *Secundæ fortunæ decent ſuperbiæ.* Iam totum hunc locum ſecutus veteres libros & Vaticanos, & alios, reſtitui, cùm anteà legeretur, *mea contendere noli Stult. p. o.* Eſt autem Horatianum, *mihi contendere*, pro eo, quod eſt, *mecum contendere.* ſic Virg. Daphn. *Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amynthas.* plura collegimus exempla ad Odam 6. libr. 2. ibi. *vindique certat Baca Venafro.*

ARCTA DEC. SAN. COM. TOGA] vtebantur laxioribus, & amplioribus togis diuites quàm tenues homines, vt ſuprà Od. 4. epod. *Videſne ſacram metiente te viam, Cum bis ter vlnarum toga, vt ora vertat huc, & huc euntium Liberrima indi*B*gnatio?* hoc igitur dicit, veſtitus parui pretij, non ſumtuoſus, decet amicum inferiorem, qui modò ſit ſanæ mentis.

EVTRAPEL. CVICVMQ.] ſtulto diuiti, & improbo, orationem affingit ſapientem, & veram, vt tanto apertiùs demonſtret, diuitias homini, præſertim prauo, & inſipienti, nocere potiùs, quàm prodeſſe. ſed illud præterea, & quidē præcipuè docet, non eadem licere inferiori amico, quæ ſuperiori. Arbitror autē, hîc deſignari Volūnium illum Eutrapelum, ad quem exſtant epiſto. M. Tull. lib. 7. duæ poſtremæ: quem commemorat & epiſtola quadam ad Papir. Pætum, lib. 9. & Philipp. 13. qui fuit Antonij intimus.

BEATVS ENIM IAM] diues factus, benè nummatus: vel qui ſua opinione ſit beatus.

SVMET NOVA CONSILIA.] ſuſcipiet per ſe, & nemine conſulto, noua conſilia. aliud fortaſſe eſt capere conſilium.

ET SPES] repete ἀπὸ κοινοῦ ſumet: nouas ſperabit.

DORMIET IN LVCEM] dormire in lucem eſt inertium hominum, aut certè otioſorum, ſecurorum, & ſolutorum, vt ſuprà epiſt. ad Scæuam, *Si te grata quies, & primam ſomnus in horam Delectat.* & ſaty. 6. libr. 1. *Deinde eo dormitum non ſollicitus, mihi quòd cras Surgendum ſit manè.*

NVMMOS ALIENOS PASCET] pecuniam alienam accipiet grandi fænore. nam ita fit, vt nūmi alieni paſcantur, & creſcant, pecuniáque pecuniam pariat, ex quo τόκος à Græcis eſt appellatus. tranſlatū videtur à pecudibus, quę paſcuntur.

AD IMVM] ad extremum, tandem.

THRAX ERIT] gladiator erit. vel ſeſe auctorari patietur, vt depugnet in ludo. M. Tull. oratione de prouinciis conſular. *Cuius iter in prouinciam fuit eiuſmodi, vt rex Ariobarzanes conſulem veſtrum ad cædem faciendam, tanquam aliquem Thracem, conduceret.* Horat. ſat. 6. lib. 2. *Thrax, an Gallina Syro par?* In quibuſd. libris reperi ſcriptum. *Trex erit:* in nonnullis *Threx erit.*

COMMISSÚMQVE TEGES] ſic ſaty. 4. li. 1. *commiſſa tacere Qui nequit, hic niger eſt.* ſatyrar. 3. eiuſd. *quid faciam, ſi furtum fecerit, aut ſi Prodiderit commiſſa fide?* & commiſſa ſimpliciter intelligun-

tur arcana, & conſilia alterius fidei commiſſa, vt hîc, & infrà ead. epiſt. *Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures.* & in epiſt. de arte poët. *Ille tegat cõmiſſa*, Iſocrates appellat λόγων παρακαταθήκας, ad Demonicum, his verbis, μᾶλλον τήρει τὰς τῶν λόγων, ἢ τὰς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας. M. Tull. Tuſcol. 2. *an cois iuſtitia poterit ab homine propter vim doloris enuntiante commiſſa, prodente conſcios?*

Et vino tortus, et ira] torquēorur enim homines quodammodo vino, & ira, id eſt, vino & ira explorantur, & ſpectantur, καὶ βασανίζονται, ſintne fidi. nam poti, & irati arcana ſibi commiſſa interdum enuotiant. Iam hominũ ingenia vino explorari conſtat: vt Od. 21. lib. 3. *Tu lene tormentum ingenio admoues Plerumque duro.* & de arte poët. *Reges dicuntur multis vrgere culullis, Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborant, An ſit amicitia dignus.* hoc ergo dicit: neque potus, neque iratus occulta tuæ fidei credita, aperies.

Nec, cùm venari volet ille, &c.] inferior amicus totum ſe ad nutum, & voluntatẽ potentioris inflectere, & torquere debet. Itaque danda ei opera eſt, vt illius ſtudia omnia amare, ac probare videatur. nam quemadmodum morum, & animorum, ita & ſtudiorum ſimilitudo amicitiam conglutinat: diſſimilitudo, inimicitias concitat: idque declarat exemplo geminorum fratrum Amphionis, & Zethi.

Poëmata panges] ſcribes verſus, cùm &c. *pangere* propriè figere eſt. itaque dicuntur ruſtici pangere plantas, & terminos, niſi quis dicat non minùs propriè dici pangere verſus & carmina, quàm plantas, quia veteres, qui in cera ſcribebant, verſus in cera figere non immeritò dici poterant. ſic Lucr. li. 1. *Te ſociam ſtudeo ſcribundis verſibus eſſe, Quos ego de rerum natura pangere conor.* Idem ibid. *Deinde quod obſcura de re tam lucida pango Carmina.* Horat. epiſt. ad Piſones. *Nunc ſatis eſt dixiſſe, ego mira poëmata pango.*

Gratia sic fratrum, &c.] Zethus & Amphion gemini fratres, ingenio, & inſtituta ratione vitæ, & ſtudio, multum inter ſe diſſimiles fuiſſe dicuntur. hic enim fuit philoſophus, idemque muſicus: ille paſtor à Muſis, & philoſophia alieniſſimus: hic comis, ſuauis, commodus: ille agreſtis, ſeuerus, inſuauis, & inhumanus. qua ex diſſimilitudine factum eſt, vt amicitia, caritáſque illa fraterna facilè inter eos diſſolueretur. Zethum à muſica admodum alienum fuiſſe declarat Stratonici hominis facetiſſimi iocus in muſicum quendam Zethum nomine, vt ſcribit Athen. libr. 7. Ζήθου δὲ τοῦ κιθαρῳδοῦ διεξιόντος περὶ μουσικῆς, μόνῳ σοι, ἔφη, οὐ προσήκει περὶ μουσικῆς λαλεῖν, ὅς γε τὸ ἀμουσότατον τῶν ὀνομάτων εἵλου, εἰ σεαυτὸν ἀντ' Ἀμφίονος Ζῆθον καλεῖς, id eſt, cùm Zethus citharista de muſica diſſereret, tibi ſoli (inquit) minimè omnium cõuenit de muſica verba facere, qui quidem nomẽ tibi aſciueris à muſis alieniſſimum ſi teipſum pro Amphione Zethum nominas. Ex Platone quoq; facilè intelligere licet magna ſæpe fuiſſe inter

A fratres illos iurgia. apud quem Callicles molleſtè ferens ſe à Socrate conuinci, ea vſurpat in Socratem, quæ Zethus in Amphionem apud Euripidẽ paullum immutata. ſic enim ille in Gorgia ex Euripidis tragœdia quadam, quæ non exſtat. κινδυνεύω οὖν πεπονθέναι νῦν, ὅπερ ὁ Ζῆθος πρὸς τὸν Ἀμφίονα Εὐριπίδου, οὗπερ ἐμνήσθην. καὶ γὰρ ἐμοὶ ἄττα τοιαῦτα ἐπέρχεται πρὸς σε λέγειν, οἷάπερ ἐκεῖνος πρὸς τὸν ἀδελφόν, ὅτι ἀμελεῖς ὦ Σώκρατες, ὧν δεῖ σε ἐπιμελεῖσθαι, Καὶ φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν ἔχων, μειρακιώδει τινὶ διαπρέπεις μορφώματι· καὶ οὔτ' ἂν δίκης βουλαῖσι προσθεῖ' ἀνορθώσαις λόγον οὔτ' εἰκὸς καὶ πιθανὸν ἂν λάβοις, οὔθ' ὑπὲρ ἄλλων νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιο. Καί τοι ὦ φίλε Σώκρατες (καί μοι B μηδὲν ἀχθεσθῇς: εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ, &c.) ἀλλ' ὠγαθὲ, ἐμοὶ πείθου. παῦσαι δ' ἐλέγχων· πραγμάτων δ' εὐμουσίαν ἄσκει, καὶ ἄσκει ὁπόθεν δόξεις φρονεῖν, ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς εἴτε ληρήματα χρὴ φάναι εἶναι, εἴτε φλυαρίας, ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις, ζηλῶν οὐκ ἐλέγχοντας ἄνδρας τὰ μικρὰ ταῦτα, ἀλλ' οἷς ἐστὶ καὶ βίος, καὶ δόξα, καὶ ἄλλα πολλὰ ἀγαθά. id eſt, *Vereor igitur ne ego ita ſim in te affectus nunc, vt Zethus in Amphionem Euripidis. Nam mihi quoque talia quædam tibi dicere in mentem venit, qualia ille fratri: negligere, O Socrates, quæ te maximè curare oportet, Et cum ingenio, animóque ita generoſo præditus ſis, iuuenili quodam corporis geſtu & figuratione ornamentum tibi comparas, neque ratione erecta atque excitata veris atque* C *iuſtis conſiliis vis obtemperare, neque vt quicquam probabile, & rationi conſentaneum in tuis negotiis ſequare, neque vt quicquam fortiter & ſtrenuè in alienis conſulas animum inducere potes. Atqui, ô care Socrates (ne te autem offenſiorem in me præbeto. beneuolentia enim in te adductus dicam,) &c. At vir bone mihi crede, & deſine me & alios coarguere: rerum autem, non fidium, & neruorum, muſicam ſuauem exerce: eáque exerce, quibus ſapere videberis, aliis glorioſas iſtas ſiue nugas, ſiue tricas dicere oportet, relinquens: quibus deditus, in domo inani habitabis, æmulans viros, non eos, qui in iſtis rebus leuibus & paruis refellendis & conuincendis occupati ſunt, ſed eos, quibus res eſt parta, & bona exiſtimatio, & multa alia bona.* Zethum à philoſophia abhor- D ruiſſe etiam ex Marco Tullio intelligere licet libro 2. de oratore, *quos tu cùm haberes auctores, Antoni, miror cur philoſophiæ, ſicut Zethus ille Pacuuianus propè bellum indixeris.* Licet & ex Dione Chryſoſtomo orat. περὶ χρήματος, & quidem multo apertiùs. Sic enim ille in extr. Πολὺ γὰρ ἂν εἴην τοῦ Ζήθου φαυλότερος, τοιαῦτα ἐπιτιμῶν, ὡς ἐκεῖνος, ἐνουθέτει τὸν ἀδελφὸν, οὐκ ἀξιῶν φιλοσοφεῖν αὐτὸν, οὐδὲ περὶ μουσικὴν διατρίβειν, ἐάσαντα τὴν τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν. ἔφη δὲ αὐτὸν ἄτοπόν τινα, καὶ ἀσύμφορον μοῦσαν εἰσάγειν, &c. id eſt, multo enim eſſem Zetho deterior, talia tibi vitio vertens. Nam ille fratrem monebat, & à philoſophia, & muſica deterrebat, ne has arteis coleret, rei familiaris cura abiecta: & dicebat, eum abſurdam quandam & inutilem muſam introducere, &c.

A Diſſilvit.] diſſoluta, & diuulſa, & diſiū-cta eſt. tralatio eſt.

Donec svsp. severo, &c.] donec lyra Amphionis, cirharœdi, & muſici clariſſimi ſuſpecta, & inuiſa Zetho à muſica abhorrenti, conticuit, & deſiit ſonare. Accedat his Propert. libr. 3 de Antiopa. *Et durum Zethum, & lacrymis Amphiona mollem Experta eſt ſtabulis mater abacta ſuis.*

Potentis amici] amici ſuperioris, Od. 18. lib. 2. *nec potentem amicum Largiora flagito.* amicū magnum vocat M. Curius libr. 7. ad familiares, epiſt. 29. *Sed amice magne, noli hanc epiſtolam Attico oſtendere.*

Ætolis onerata plagis] plagas Ætolas poſuit pro optimis, & præſtantiſſimis, & B ad apros capiendos aptiſſimis, vel ad venandum natura factis: idque propter Meleagrum, qui aprum Calydonium cepit. Sic Martialis aprum neſcio quem, ei ſimilem, ac parem, qui cuſpide Ætola captus eſt, dixit, ſignificans aprum ingentem, libr. 13. *Qui Diomedeis metuendus ſetiger agris Ætola cécidit cuſpide, talis erat.* Erat autem Calydon in Ætolia.

Senivm] id eſt, odium, inſuauitatem ſenilem: vel quia ſenilia ferè omnia moleſta, & iniucunda ſunt: itaq; ſenectus mala ætas appellabatur à veteribus: vel quia moleſtiæ ſenectutē ante tempus accelerant. vide quę annot. ſup. ad epiſt. 7. ibi, *& amore ſeneſcit habendi.* M. Tull. pro Mi- C lone. *mæret equeſter ordo, tota ciuitas confecta ſenio eſt.* Plaut. in Trucul. *male quod mulier incepit, niſi efficere perpetrat, id illi morbo, id illi ſenio eſt.* vide & Nonium Marc.

Pvlmenta] pulmentaria ex pulpis, & lūbis leporinis & pulte confecta. dicta ſunt enim à pulte pulmenta, & pulmentaria neque eo minùs pulmenta dicuntur, ſi quid aliud præter pultem ſit, vt docet Iſidorus. Pulpamētum autem à pulpa dictum eſt. Terent. Eun. *Tute lepus es, & pulpamentum quæris.*

Romanis sollenne viris opvs] venari eſt opus ſolenne, id eſt, ſtatum, & vſitatum Romanis. contrà ludus trochi, & diſci, Græcis vſitatus. Oda. 24. libr. 3. *neſcit equo rudis Hærere ingenuus puer: Venarique timet ludere doctior, Seu Græco iubeas trocho, Seu malis vetita legibus alea.* & ſatyr. 2. D libr. 2. *leporem ſectatus, equóque Laſſus ab indomito, vel ſi Romana fatigat Militia aſſuetum Græcari, ſeu pila velox &c.*

Speciosivs] venuſtius εὐσχημονέστερον, decentius, aptius.

Qvo clamore coronæ] quo aſſenſu, qua approbatione circūſtantis multitudinis, quo applauſu, qua acclamatione.

Prœl. camp.] certamina ludicra, quæ committuntur in campo Martio. in libr. de arte poët. *Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis.*

Svstineas] ineas, perferas, ſubeas.

Sævam] χαλεπὴν, aſperam, laborioſam, difficilem.

A Cantabrica bella] ſup. Od. 8. libr. 3. *Seruit Hiſpanæ vetus hoſtis oræ Cantaber ſera domitus catena.* & epiſt. 12. huius libr. *Cantaber Agrippæ, Claudi virtute Neronis Armenius cécidit.*

Svb dvce] Auguſto: vt ſuprà Od. 15. lib. 4. *Et ſigna noſtro reſtituit Ioui Derepta Parthorum ſuperbis Poſtibus.*

Refixit] quinque libri veteres, & manu ſcripti, quibus Romæ vſus ſum, & totidem, quibus in Gallia, ſic habent *ſigna refigit Nunc: &, ſi quid, &c.*

Adivdicat armis] acquirit populo Rom. idque exercitu populi Rom.

Ac ne te retrahas, &c.] id eſt, atq; vt ne te nimis longè abducas ab exercitationibus B tuis, & certaminibus campi Martij, & ne ita abſis ab vrbe, vt probabilem abſentiæ excuſationem afferre non poſſis, interdum quædam belli ſimulachra exerces in agro paterno: interdum ludis rure, quamuis nil niſi ſapienter, & prudenter facias.

(Qvamvis extra nvm. f. m. q. Cvras] hęc ſunt includenda interpoſitionis nota. eſt enim ἐπιθεράπευσις verbi *nugaris.* *extra numerum* autem valet ineptè, inſipienter, inconſideratè, temerè, tralatione ducta à ſaltatoribus, quorum motus & ſaltatio certis legibus, ac numeris conſtabat. ex quo moueri dicuntur in numerum, qui numeroſè, aptè, & compoſitè mo- C uentur. Lucret. lib. 4. *Quod porrò, in numerum procedere cum ſimulacra Cernimus in ſomnis, & mollia mēbra mouere, Mollia mobiliter? &c.* & libr. 2. *in numerúmque exſultant ſanguine pleti.* Iterum libr. 4. *Quod ſupereſt, non eſt mirum ſimulacra moueri, Brachiáque in numerum iactare, & cetera membra.* Virgil. Georg. 4. de Cyclop. *Illi inter ſeſe magna vi brachia tollunt In numerum, verſántque tenaci forcipe Ferrum.* Idem in Sileno, *Tum vero in numerum Faunóſque, feráſque videres Ludere.* cuius contrarium eſt extra numerum Lucr. libr. 5. *Atque extra numerum procedere membra mouentis Duriter, & duro terram pede pellere matrem.* M. Tull. parado. ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτ. *hiſtrio ſi paullo ſe mouit extra numerum, aut ſi verſibus pronuntiatus eſt ſyllaba vna breuior, aut longior, exſibi- D latur, & exploditur* ſimilier *extra modum* valet ſine modo, non ſeruato modo. Cice. de orat. ad Q. Fratr. *vox extra modum abſona.* numerus autem ad ῥυθμὸν, ſeu metrum refertur, modus ad cantum: vt epiſt. de arte poët. *Acceſſit numeríſque, modíſque licentia maior.* & in modum valet modulatè, non numeroſè, ſeu εὐρύθμως, quāuis ita Muretus explicet apud Catull. in carmine in nupt. Iuliæ & Manlij.

Partitvr lintres] id eſt, diuidit nauiculas inter ſe, vt duæ ſint aduerſariæ claſſes, vna, quæ ſimilitudinem claſſis Cæſarianæ præbeat, altera, quæ Antonianæ. fuit autem hæc pugna naualis ſeriò commiſſa ad Actium promuntorium Epiri.

Actia pvgna te dvce per pveros, &c.] hæc ſcilicet fiebant quidem à

Lollio, eo conſilio, vt Auguſto gratum faceret, A cùm Actiacæ victoriæ memoriam puerorum pugna ludicra renouaret: ſed tamen fortaſſe ad hiſtoriam referenda ſunt. Narrat enim Dion libr. 50. pueros, qui Romæ erant, Antonio cladem pugnæ Actiacæ præſignificaſſe. Nam diuiſi inter ſe, nemine iubente, cùm ſe altera pars Cæſarianos, altera Antonianos diceret, inter ſe conflixerunt ad duos dies. ad extremum autem victi ſunt, qui Antoniani appellabantur. Verba Dionis Græca non aſcribam. ſatis eſt mihi locum indicaſſe.

REFERTVR] ſimulatur, repræſentatur.

VELOX VICTORIA] Vel hoc ad hiſtoriam referendum eſt: Nam tradunt Plutarchus, Florus, alij, victoriam illam Actiacam fuiſſe celerrimam: B vel ad victoriæ naturam, quæ ferè velox eſt. ſic ſaty. 1. *quid enim? concurritur. aut cita mors venit, aut victoria læta.*

LACVS] lacus, qui eſt in fundo paterno. *lacus* (inquit Varro) *lacuna magna, vbi aqua contineri poteſt.* ſaty. 4. *omnes Geſtiet à furno redeuntes ſcire, lacúque.*

QVI CREDIDERIT] Auguſtus, potentior amicus.

VTROQVE POLLICE] vtroque pollice compreſſo. nam premere pollicem, geſtus erat fauentis, Plin. lib. 27. cap. 2. vel ſequamur Porphy. qui vtroque pollice vult dictum eſſe συνεκδοχικῶς pro, vtraque manu. *laudabit* igitur *vtroque pollice*, id eſt, ſummopere comprobabit. C

PROTINVS VT MONEAM, &c.] Protinus, continuitatem ſignificat, inquit Varro. hoc igitur dicit. Continuato ſermone, vt te moneam, videro & quid, & de quo, & cum quo loquare. Si legemus *Protenus*, facilior erit lectio. nam *protenus* valet porrò tenus, deinceps, conſequenter.

(SI QVID MON. EG. TV) hæc ſunt includenda interpoſitionis nota.

PATVLÆ AVRES] percontatoris videlicet, qui ea ab aliis ſciſcitatur, & exquirit, quæ ad alios continuò perferat, & renuntiet.

COMMISSA] arcana & occulta fidei commiſſa, vt ſuprà.

VOLAT] Iccircò Homerus verba ferè ſemper pennigera, aut (vt ita dicam) pennata, ſeu alata nominat. Nam paſſim apud eum occurrit hoc D ἔπεα πτερόεντα προσηύδα: id eſt verba volatilia locutus eſt

NON ANCILLA TVVM IEC. VLC. &c.] id eſt, vide, ne vllius puellæ, puerive amore capiaris in ædibus potentioris amici. ſup. ad Od. 1. lib. 4. admonuimus, iecur ſedem libidinis eſſe.

MARMOREVM] ex limine & veſtibulo ædium marmoreo, ædium magnificentiam, & ornatum intellige.

NE DOMINVS PV. PVLCH. CAREVE, &c.] ne tibi eueniat alterum è duobus malis, vel vt impetres, quod amas, tibíque illud ipſum magni beneficij loco numeretur, vel repulſam feras, & ita potentiorem amicum illiberalem ſe erga te præbuiſſe queraris.

AVT INCOMM. ANG.] aut te angat, ſi ſe incommodum erga te, dum tibi, quod amas, atque expetis, denegat, præbeat. *incommodus*, vel nomen eſt verbum adiuuans: cuiuſmodi exépla ſunt apud hunc poëtam innumerabilia: vel dic *incommodus*, id eſt, quia ſe in te præbeat incómodum & illiberalem, denegando tibi munus paruum, puellam, ſcilicet, aut puerum, cuius amore captus ſis. & ita ſubintelligetur ὡς: quòd ſit.

QVALEM COMMENDES, &c.] vtiliſſimum præceptum, diligentiſſiméque retinendú. cui non diſſimile eſt illud Theognidis, Μήποτ' ἐπαινήσῃς, πρὶν ἂν εἰδῇς ἄνδρα σαφηνῶς, ὀργὴν, καὶ ῥυθμὸν, καὶ τρόπον ὅστις ἂν ᾖ. id eſt, ne vmquam quemquam prius laudaueris, quàm planè noueris affectus, ingenium, mores.

NE MOX INCVTIANT ALIENA, &c.] verbum *incutiendi* grauiorem quendam perturbationis ictum animo illatum ſignificat, per tralationé ſermonis. nam incutere propriè eſt, quatiendo, & commouendo inferre: vt *incutere plagam.* ex quo *incutere dolorem, timorem, tremorem, deſiderium, amorem.* vt ſuprà diximus in epi. ad Villicum.

FALLIMVR] dum commendamus indignum, qui à nobis commendetur, vtpote qui ſit improbus.

ET QVONDAM] nonnumquam, aliquando, interdum.

TRADIMVS] commendamus alteri, vt ſuprà epiſt. ad Claud. Ner. *vt tibi ſe laudare, & tradere coner.*

ERGO, QVEM SVA CVLPA PREMET, &c.] ergo ſi acciderit, vt is, qui fuerat abs te commendatus, tanquam vir bonus, & integer, cùm eum talem eſſe putares, ſua culpa in periculum adducatur, tum tu tua ſpe falſus, deſine eum tueri.

VT PENITVS NOTVM, &c.] ratio eſt ſuperioris verſus. deſine (inquit) illum, qui tuã ſpem fefellit, tueri, vt amicum hominem tibi perſpectum, & cognitum, falſis criminibus circumuentum, atque oppreſſum, omni ſtudio, & acerrima contentione & ſalua exiſtimatione tua, ſubleues, regas, ac defendas.

QVI, DENTE THEONINO. &c.] qui, cùm maledictis configitur, cùm maledico dente carpitur, non intelligis communem eſſe metum, commune periculum? non vides tibi idem periculum imminere? non vides periculum, quod in illum intenditur, ad te paullo pòſt eſſe peruenturum? Hunc Theonem tradunt poëtam petulantiſſimum, ac maledicentiſſimum fuiſſe. Aptiſſimè autem dentem cum verbo rodendi coniunxit. nam & dente maledico carpere dixit M. Tullius orat. pro Carn. Balbo. & rodere pro eo, quod eſt obſcurè, & diſſimulanter maledictis inſectari, in eadem. *more hominum inuident: in conuiuiis rodunt.* & Hor. ſaty. 4. libr. 1. *abſentem qui rodit amicum.* & ſaty. 6. *Quem rodunt omnes libertino patre natum.*

NAM TVA RES AGITVR,] in periculo verſatur.

verſatur. ſic dicimus *agitur caput, fama, exiſtimatio, fides, officium, fortuna mea.* numquam autem *agitur de capite, &c.* nam agere de aliqua re, eſt verba facere; ſermonem, aut conſilium habere: vt M. Tull. epiſt. ad M. Cœlium libr. 5. *Non potuit accuratius agi, neque prudentius, quàm actum eſt à te cum Curione de ſupplicatione.* In Lælio autem locus ille corruptus eſt, *& ſi qua fortuna acciderit, vt minus iuſtæ amicorum voluntates ſint adiuuandæ, in quibus eorum aut de capite agatur, aut fama, &c.* legendúmq; eſt, vt ſcriptum reperi in cod. antiq. *aut caput agatur.* & ita Aul. Gell. lib. 1. cap. 3. Tum in oratione pro Quinctio, vbi legitur *ſi de prædiis tuis ageretur,* legendum ita, vt emendauit Budæus, *ſi dupondius tuus ageretur.* cum hoc loco congruit illud Liuianum lib. 7. *quamquam pugnauimus verbo pro Sidicinis, re pro nobis, cum videremus finitimum populum nefario latrocinio Samnitium peti, & vbi conflagraſſent Sidicini, ad nos trajecturum illud incendium eſſe.* (Vide P. Victo. ca. 13. lib. 16. Var. lect.]

Et neglecta solent incendia, &c.] ſic Pind. ᾠδ. γ. Pyth. πολλὰν τ' ἐν ὄρει πῦρ ἐξ ἑνὸς σπέρματος ἐνθορὸν ἀΐστωσεν ὕλαν. id eſt, multam, ſeu magnam in monte ignis ex vna ſcintilla excitatus abſumſit ſiluam. Et Euripid. quodam loco, μικροῦ δ' ἐκ λαμπτῆρος Ἰδαῖον σέλας πρήσειεν ἄν τις. id eſt, ex parua autem ſcintilla magnum fulgorem quis excitare poſſit.

Dulcis inexpertis cultura] non diſſimile eſt hoc prouerbium Græcorum, vſurpatum à Pindaro, γλυκὺς πόλεμος ἀπείροις. id eſt, dulce bellum inexpertis. ſequitur mox apud Pindar. πεπειραμένων δέ τις ταρβεῖ προσιόντα: quod videtur expreſſiſſe Horatius proximi verſus principio, *expertus metuet.* ad verbum ſic vertere poſſis, At eorum, qui experti ſunt, aliquis timet adueniens, ſeu vbi iam aduenit, nempe bellum. culturam autem pro cultu poſuit.

Expertus] ὁ διὰ πείρας ἰών: ὁ πεπειραμένος: qui periculum fecit. hoc ex Pindaro expreſſum, vt paullo antè dixi.

Dum tua navis in alto est] id eſt, dum in curſu es. tralatio eſt.

Hoc age] in hanc curam incumbe, *hoc agere* loquendi genus Latinis vſitatum eſt, quod valet negotium ſuſceptum accuratè adminiſtrare: attentum eſſe in re aliqua, aut in ſermone, qui habetur: totum ſuum ſtudium, & cogitationem in vna re ponere. Teren in Andr. *hoccine agis, an non? D. ego verò iſtuc.* ibidem. *ipſum adeo præſto video cum Dauo. hoc agam.* in Eunucho. Chr. *alias res agis,* P. *iſtuc ego quidem.* ſic Xenoph. Ἑλληνικ. δ. οὐδὲ γὰρ ἐκράτουν αὐτοῦ αἱ τοῦ σώματος ἡδοναί· ἀλλ' ἀεὶ πρὸς ᾧ εἴη ἔργῳ, τοῦτ' ἔπραττε, id eſt, neque enim vincebant eũ corporis voluptates: ſed ſemper quodcumq; negotium ſuſcepiſſet, hoc agebat. Horat. ſaty. 3. lib. 2. *vt viuas igitur, vigila: hoc age.* Plautus Mil. glorioſ. *hanc age rem. res ſubitaria eſt.* Plutarch. in Coriolano ſcribit, cùm magiſtratus, aut pontifices ſacrificabant, præconem magna voce clamare ſolitum eſſe, *hoc age.* quibus

A verbis iubebat animum ad ſacra attendere, nullúmque omnino opus alienum interponere. verba Plutarchi ſunt hæc, ὅταν γὰρ ἄρχοντες, ἢ ἱερεῖς πράττωσί τι τῶν θείων, ὁ κῆρυξ προΐεισι, μεγάλῃ φωνῇ βοῶν, ὅκ ἄγε. σημαίνει δὲ ἡ φωνή, τοῦτο πρᾶττε, προσέχειν κελεύουσα τοῖς ἱεροῖς, καὶ μηδὲν ἔργον ἐμβάλλειν μεταξύ. id eſt. *cum enim magiſtratus, aut ſacerdotes aliquam rem diuinam faciunt prodit præco magna voce clamans, hoc age. ſignificat autem vox, τοῦτο πρᾶττε, iubens attendere ad ſacra, & nullum opus intermiſcere.*

Agilem, navúmque] hominem ad agendum promtum, ac paratum. ad res agendas aptum, δραστήριον, πρακτικόν: vt ſup. epiſto. 1. *Nunc agilis fio.*

B Remissi] ignaui, deſides, ἀνειμένοι, inertes.

Potores bibuli] *bibuli* cohæret cum nomine *potores:* éſtque numeri multitudinis.

Vapores] quidam libri veteres habent *repores.*

Deme supercilió nubem] aufer è vultu triſtitiam, atque immoderatam ſeueritatem, quæ contracto, ac ſublato ſupercilio ſignificatur: quod Græci τὸ τῶν ὀφρύων νέφος. i. ſuperciliorum nubem, appellant. & ita Euripid. in Hippol. coron: ex quo ὀφρυόεντες, id eſt, ſuperciliosi, à Græcis appellantur ſeueri, triſtes, ſuperbi: & πρόσωπον συνωφρυωμένον Eurip. in Al-

C ceſtid. dixit vultum ſuperciliosum, ſeu ſupercilio obductum. & αἴρειν τὰς ὀφρῦς, id eſt, tollere ſupercilia, prouerbij locum obtinet tùm apud Græcos, tùm apud Latinos, pro eo, quod eſt, vultu triſtitiam quandam præ ſe ferre. Diphilus comicus apud Athen lib. 2. Τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα συμπείθεις γελᾶν, Τόν τ' ἀσθενῆ τολμᾶν τι, τὸν δειλὸν, θρασύν. id eſt, eum, qui ſupercilia tollit, adducis vt rideat: imbecillum, vt aliquid audeat: timidũ, audacem reddis. & ita Catull. Ad Ianuã mulieris impudicæ. *Præterea addebat quendam, quem dicere nolo Nomine, ne tollat rubra ſupercilia,* id eſt, ne ſublato ſupercilio ſignificet, ſe mihi iratum eſſe ne grauiter, & iniquo animo ferat, συνοφρὺς etiam appellatur à Græcis is, qui ſupercilij nube. i.

D contractione, triſtitiam quandam præ ſe fert, ex quo verbum συνοφρυόω, & συνωφρωμένον ὄμμα apud Euripidem in Electra. & Sophocles in Antigone diſertè νεφέλην ὀφρύων nominat, aſpectum mæſtum, ac triſtem. Sic Soph. νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ αἱματόεν ῥέθος αἰσχύνει τέγγουσ' εὐῶπα παρειάν. id eſt, nubes autem ſuperciliorum ſuper cruentam faciem deformat, irrigans lacrymis formoſam genam. ſic Cicero in orat. in Piſon. ὑπερβολικῶς quidem illud, ſed tamen vrbanè, ac facetè, Piſonem interrogatum quid ſentiret de ſuo conſulatu, ait reſpondiſſe *altero ad frontem ſublato, altero ad mentum depreſſo ſupercilio, crudelitatem ſibi non placere,* ſignificans. ac deſcribens eius ineptã atque importunam ſeueritatem, quam in eadem oratione *frontis nubeculam* appellat. Idem de eodem in orat. pro Sextio, *Tanta erat grauitas in ocu-*

lo: tanta frontis contractio, vt illo ſupercilio, tanquam Atlante cælum, annuus ille nuts videretur. Demoſthenes in orat. περὶ παραπρ. ἀνασπᾶν τὰς ὀφρῦς, videtur accipere pro eo, quod eſt, plus æquo ſibi arrogare, & gerere ſe inſolenter. ſic ille τότε μὲν μέτριον παρεῖχεν ἑαυτὸν ἐπειδὴ δὲ μέγιστα εἰργάσαι κακὰ, τὰς ὀφρῦς ἀνέσπασε. id eſt, tunc quidem modeſtum ſeipſum præbebat: poſteaquàm autem maxima mala effecit, ſupercilia ſurſum extulit. & συνάγειν τὰς ὀφρῦς, i. contrahere ſeu conducere ſupercilia, apud Ariſtoph. in Pluto, triſtitiam & mæſtitiam ſignificat. Quemadmodum autem ſublatum, & contractum ſupercilium triſtitiam, & ſeueritatem ſignificat, ſic remiſſum & laxum, hilaritatẽ. Pindarus εἰδ. θ Πυθ. ἀγανᾷ χλιαρὸν γελάσαις ὀφρύϊ. id eſt, hilaro tepidum ridens ſupercilio. & Euripid. Iphigen. in Aulide remittere ſupercilium. Μέθες νῦν ὀφρῦν ὄμμα τ' ἔκτεινον φίλον. id eſt, remitte nunc ſupercilium, & oculum carum extendito. Idem in Cyclope Silenus. Ὡς ἐκπιεῖν ἂν κύλικα βουλοίμην μίαν, Πάντων κυκλώπων ἀντιδοὺς βοσκήματα, Ῥῖψαί τ' ἐς ἅλμην λευκάδος πέτρας ἄπο, Ἅπαξ μεθυσθεὶς, καταβαλών τε τὰς ὀφρῦς. Ὡς, ὅς γε πίνων μὴ γέγηθε, μαίνεται. id eſt, Nã calicẽ vnum exhaurire velim, pro eo omniũ Cyclopum datis pecudibus, meq́; ipſum ex rupe Leucade in mare præcipitem agere, ſemel ebrius factus, ſuperciliiſque demiſſis, ac deiectis. Hom. ἰλ. ο. de Iunone, ἡ δ' ἐγέλασσε Χείλεσιν, οὐδὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κυανέῃσιν Ἰάνθη. id eſt, Illa autem riſit labris, neque frons ſuper ſupercilia nigra hilarata eſt. Præterea ſupercilio tum innuimus, tum annuimus. innuimus, vt Homer. ὀδ. π. Ἡ δ' ἄρ ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε· νόησε δὲ δῖος ὀδυσσεύς. Illa autem ſuperciliis innuit: intellexit verò Vlyſſes, & ὀδ. φ. Ἦ, καὶ ἐπ' ὀφρύσι νεῦσεν, ὁ δ' ἀμφέθετο ξίφος ὀξύ. id eſt, dixit, & ſuperciliis innuit: ille autem gladium acutũ accinxit. annuendi exemplum eſt apud eundem, Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε κρονίων. id eſt, dixit, & nigris ſuperciliis annuit Iupiter. Libet autẽ mihi hoc loco colligere alia affectuũ animi indicia, quæ ducuntur ex partibus corporis, ſiue illæ ſua ſponte, & nobis inuitis moueantur, atque immutentur, vt cũ metu palleſcimus, horremus, obmuteſcimus: ſiue noſtra voluntate, vt cùm in dolore frõtem ferimus, aut femur. Vt igitur à capite ordiamur, *caput percutere* mærorem ſignificat. Homer. ἰλ. χ. Ὤιμωξεν δ' ὁ γέρων, κεφαλὴν δ' ὅγε κόψατο χερσί. id eſt, miſerum ſe clamauit ſenex: caput autem manibus percuſſit. Herod. Thal. ὁ δὲ ψαμμήνιτος ὡς εἶδεν, ἀνακλαύσας μέγα, καὶ καλέσας ὀνομαστὶ τὸν ἑταῖρον, ἐπλήξατο τὴν κεφαλήν. id eſt, Pſammenitus autem magno ploratu edito, & amico ſuo nominatim appellato, caput percuſſit. ob eandem cauſam *capillus vellitur.* ὀδ. κ. Ἑζόμενοι δὲ κατ' αὖθι γόων, τίλλοντό τε χαίτας. id eſt, ſedentes autem illic gemebãt, & comas vellebant. ſic Attius de Agam. *ſcindens dolore identidem intonſam comam.* eodem pertinet,

A caput puluere conſpergere. ὀδυσ. ω. de Laërte. Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν Χεύατο κακκεφαλῆς πολιῆς ἀδινὸν στεναχίζων. id eſt, ambabus autẽ manibus ſumto cinere fuliginoſo, infudit in caput canum, crebrò ingemiſcens. ἰλ. σ. de Achille. Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν Χεύατο κακκεφαλῆς, χαρίεν δ' ᾔσχυνε πρόσωπον. id eſt, ambabus autem manibus nigrum cinerem cùm ſumſiſſet, infudit in caput, pulchram autem faciem inquinauit. ibidem. φίλῃσι δὲ χερσὶ κόμην ᾔσχυνε δαΐζων. id eſt, caris autem manibus comam inquinauit lacerans. ſic Catullus carm. de nupt. Pelei, & Thet. *Canitiem terra, atque infuſo puluere fœdans.* *Capitis motus* geſtus minantis. ſic Neptunus Vlyſſem B ſecundo curſu nauigantem, patriæque iam appropinquantem proſpiciens, ὀδυσ. ε. ὁ δ' ἐχώσατο κηρόθι μᾶλλον· Κινήσας δὲ κάρη προτὶ ὃν μυθήσατο θυμόν· Ὢ πόποι, &c. id eſt, ille autem iratus eſt ex animo magis. Caput autem mouens apud ſe locutus eſt, O dij immortales, &c. & Vlyſſes ab Antinoo pulſatus, ὀδυσ. ρ. Ἀλλ' ἀκέων κίνησε κάρη κακὰ βυσσοδομεύων. id eſt. At tacitus mouit caput, mala in altu mentis receſſu moliens. Horat. ſat. 5 lib. 1. *caput & mouet.* Virg. lib. 7. Æneid. *Tum quaſſans caput hæc effudit pectore dicta.* Innuimus, cùm alteri nutu ſignificamus, vt aliquid fiat, vt ὀδυσ. π Νεύσω μὲν τοι ἐγὼ κεφαλῇ, σὺ δ' ἔπειτα νοήσας, &c. id eſt, innuam tibi C quidem capite: Tu autem deinde cùm intellexeris, &c. & Εἰ δ' ἄγε τοι κεφαλῇ ἐπινεύσομαι, id eſt, Si verò, age, tum ego tibi innuam. Terẽt. Adelph. *ne mora ſit, ſi innuerim, quin pugnus continuò in mala hæreat.* M. Tull. pro Quinctio. *non modò enim pollicitus erat in Gallia, ſed Romæ quotidie, ſimulatque ſibi hic innuiſſet, numeraturum ſe eſſe dicebat.* vbi corruptè, & mendosè legitur in libr. vulgatis, *annuiſſet.* annuere enim eſt eius, qui ſe aſſentiri alteri, & quippiam approbare ſignificat. *Exporrigere frontem*, animi remiſſionem, atque hilaritatẽ ſignificat. Terent. Adelph. *mitte iam iſtæc: da te hodie mihi: Exporge frontem.* Plaut. Caſina. *primùm ego te porrectiore fronte volo mecum loqui.* *Explicare frontem* idem valet. ſed ab Horatio ponitur pro eo, D quod eſt hilaritatis, & lætitiæ cauſam præbere. Od. 29. libr. 3. *Mundæque paruo ſub Lare pauperum Cenæ ſine aulæis & oſtro Sollicitam explicuere frontem.* Idem ſatyr. 2. libr. 2. *Hæc venerata Ceres, vt culmo ſurgeret alto Explicuit vino contractæ ſeria frontis.* contrà *frontem contrahere.* M. Tull. in Cluentiana. *Hic ille planus improbiſſimus quæſtu iudicario paſtus, contrahit frontem.* [Plautus in prologo Amph. *Quid contraxiſtis frontem?*] Et *conſulcare frontem*, quo vtitur Plaut. in Prol. Bacch. Item *caperare frons* dicitur ei, cui frons contrahitur. Plaut. in Epid. *quid illuc eſt, quod illi caperat frons ſeueritudine? Frontem ferire* geſtus hominis quippiam ægrè ferentis, & indignantis. Cic. ad Att. lib. 1. *puto te in hoc aut riſiſſe, aut ingemuiſſe, vt frontem ferias.* Idem in Bruto, *nulla perturbatio animi, nulla corporis: frons non percuſſa, non femur.* Dionyſ. Halicarn. libr. 10. ἀρχαιολογ.

λογ. ῥωμ. παίοντες τὰ μέτωπα, καὶ κατηφεῖς τὰς ὄψεις ποιήσαντες ferientes fronteis, & aſpectus triſteis præ ſe ferentes. *Frontem, vel os perfricuiſſe* dicimus eum, quem ſignificare volumus nihil pudere. Cic. Tuſcul. 3. *quam tu idem, cùm os perfricuiſti, ſoles dicere?* ex quo hominem ferrei, & duri oris dicere ſolemus, id eſt, impudentem. Idem pro Qu. *hominis pro amicitia familiaritate dixi, mihi videris ore duriſſimo eſſe, qui præſente eo geſtum agere conaretur.* Idem de orat. lib. 2. *quoniam ſoleo ſæpe mirari eorum impudentiam, qui agunt in ſcena geſtum præſente Roſcio.* Idem in Piſonem. *ſi os tuum ferreum ſenatus conuicio verberari noluiſti.* Catull. in quandam. *Quòd ſi non aliud pote eſt, ruborem Ferreo canis exprimamus ore.* Terent. in Eunuch. *os durum.* Iterum M. Tull. libr. acc. 4. *noſti os hominis, noſti audaciam.* Idem libr. 9. epiſto. ad Varr. *Miſi autem ad te quattuor admonitores non nimis verecundos, noſti enim profectò os huius adoleſcentioris Academiæ.* Idem epiſt. 5. lib. 12. epiſt. ad Attic. princip. *O ſtultitiam, niſi mea maior eſſet, ſingularem. Quod autem os, in hanc rem ἔρανον abs te?* Ita enim legendum eſſe oſtendimus in notis Ciceronianis: quod & Turnebo venit eodem tempore in mentem, cùm ei librum epiſto. ad Attic. manuſcriptum, viendum dediſſem. eodem referendum eſt illud Aſinij Gallij in M. Pōponium Marcellum, grammaticum veterē, quem cōmemorat Suetonius in libello de illuſtr. grāmaticis. *Qui caput ad læuam didicit, gloſſemata nobis Præcipit. os nullum, vel potius pugilis.* ſignificabat autem Aſinius irridens, hunc grammaticum eſſe impudentem, qui cùm pugil fuiſſet, grammaticā profiteretur: vel potiùs hoc tantùm, pugilem fuiſſe. Nam pugiles cum aduerſario pugnantes, caput ad læuam partem flectebant, ne aurem læuam plagis apertam & expoſitam haberent. ἀμφιλογία autem eſt in illis *os nullum, & os pugilis:* nā primùm ore nullo eſſe dicuntur, qui nullo ſunt pudore, & pugilibus ita interdum os verberabatur cæſtibus, vt informi ore eſſe viderentur: deinde os pugilis ſignificat etiam os durum, quale credibile eſt eſſe eius, cui os pugnis & cæſtibus tūditur. *Oculorum nictus,* & crebra agitatio, admonentis geſtus. Hom. ὀδυσ. σ. Οὐκ ἀΐεις, ὅτι δή μοι ἐπιλλίζουσιν ἅπαντες, id eſt, non intelligis mihi oculis innuere omneis? Idem ἰλ. ι. Τοῖσι δὲ πόλλ' ἐπέτελλε γέρων ἱππότα Νέστωρ, Δενδίλλων ἐς ἕκαστον, &c. id eſt, νεύων ὀφθαλμοῖς, quod valet, oculis innuens. Horat. ſatyr. 9. libr. 1. *Diſtorquens oculos, vt me eriperet. Oculi nimis arguti* (vt ſcribit M. Tullius lib. 1. de legib.) *quemadmodum animo affecti ſimus, loquuntur. Ardor oculorum* iram ſignificat. M. Tull. libr. 5. accuſat. *ipſe inflammatus ſcelere, & furore in forum venit: ardebant oculi: toto ex ore crudelitas eminebat.* & libr. 4. de Theomnaſto quodam. *Nam cùm ſpumas ageret in ore, arderent oculi, voce maxima vim me ſibi afferre clamaret.* Hom. ἰλ. α. de Achille. μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφὶ μέλαιναι Πίμπλαντ', ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην. id eſt, ſpiritu autem mens nigra valde implebatur: oculi autem ei igni ardenti, ſeu lucen-

A ti ſimiles erant. Oculos etiam aiunt eſſe pudoris ſedem. ex quo Socrates in Phædro, ἐγκαλυψάμενος, id eſt, operta facie de amore diſputat. Præterea ſcribit Ariſtot. ῥητορ. 6. prouerbium eſſe, ἐν ὀφθαλμοῖς εἶναι αἰδῶ, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ἀεὶ παρεσομένους μᾶλλον αἰσχύνονται, καὶ τοὺς προσέχοντας αὐτοῖς, &c. id eſt, in oculis eſſe pudorem & propter hanc cauſam ſolent eos, qui ſemper affuturi ſunt, magis vereri, & eos qui ad ipſos animum ſunt aduerſuri huc pertinet reſponſum illud Sapphonis: quæ, cùm ei Alcæus dixiſſet, ſe aliquid ei dicere velle, ſed pudore prohiberi, Αἰ δ' ἦχες ἐσθλῶν ἵμερον, ἢ καλῶν, Καὶ μή τι εἰπεῖν γλῶσσ' ἐκύκα κακόν, Αἰδώς κέν σε οὐκ εἶχεν ὄμματ', ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω, id eſt, *ſi te rerum bonarum, aut honeſtarum deſiderium*

B *teneret, neque lingua quicquam turpe proloqui conaretur: non tibi pudor oculos obſideret, ſed de re iuſta verba faceres. Oculi defixi* ſignificant attentiſſimam in re aliqua cogitationem: idq; vel ſine vlla animi moleſtia, vt ἰλ. γ. de Vlyſſe. Στάσκεν· ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας id eſt, ſtabat: ſubtus autem aſpiciebat, defixis in terram oculis. Theocr. εἰδ. β. Καί μ' ἐσιδὼν ἄστοργος ἐπὶ χθονὸς ὄμματα πήξας Ἕζετ' ἐπὶ κλιντῆρος. Et cùm me aſpexiſſet ferreus ille, & omni affectu humano carens, defixis in terram oculis ſedebat in ſella, ſeu in lecto. & Apoll. ἀργοναυ. lib. 3. Ἠ, καὶ ἐπ' οὔδεος αἶψα ποδῶν πάρος ὄμματ' ἔπηξαν, Ἄνδιχα πορφύρουσαι ἐνὶ φρεσὶ, id eſt, dixit, & in ſolum, ſeu terram illæ ante pedes oculos defixerūt, in duas

C parteis cogitatione diſtractæ. vel cū aliqua moleſtia, vt apud Eurip. Med. οὔτ' ὄμμ' ἐπαίρουσ', οὔτ' ἀπαλλάσσουσα γῆς πρόσωπον. id eſt, neque oculum attollens, neque a terra os remouens. Interdum admirationem quandam, & ſtuporem ſignificant. vt Virgil. Æneid. 1. *Dum ſtupet, obtutúque hæret defixus in vno.* Idem libr. 7. *Talibus Ilionei dictis defixa Latinus Obtutu tenet ora.* Horat. epiſt. ad Numicium, *Defixis oculis, animóque & corpore torpet.* T. Liuius lib. 21. *vtraque ſimul obiecta res oculis, animis immobileis parumper eos defixit.* Idem lib. 5. *Gallos quoque velut obſtupefactos miraculum victoriæ tam repentinæ tenuit, & ipſi pauore defixi primum ſteterunt, velut ignari, quid accidiſſet: deinde, &c.* Interdum animum in aliqua re obfirmatum, & perſeuerantem: vt cùm Hom. ὀδυσ. τ. oculos Vlyſſis

D cum cornibus, aut ferro comparat, qui Penelopa virum ſuum præſentem quidem, ſed nondum agnitum deflente, ac multis cum lacrymis deſiderante, ne tantillum quidem ingemuerit, aut illacrymarit. Ὀφθαλμοὶ δ' ὡσεὶ κέρα ἕστασαν, ἠὲ σίδηρος Ἀτρέμας ἐν βλεφάροισι, δόλῳ δ' ὅγε δάκρυα κεῦθε, id eſt, oculi autem vt cornua ſtabant, aut vt ferrum, immobiles in palpebris, ille autem dolo lacrymas occultabat. Horat. Od. 5. libr. 3. *& virilem Toruus humi poſuiſſe vultu. Lacrymas* tum gaudium, tum dolor, & luctus exprimit. gaudium, ὀδυσ. π. Ὣς ἄρα φωνήσας υἱὸν κύσε, κὰδ δὲ παρειῶν Δάκρυον ἧκε χαμᾶζε, id eſt, ſic igitur locutus filium oſculatus eſt, ex ge-

nis autem lacrymam miſit in terram. & ὀδυσσ. ψ. Penelopa Vlyſſem agnoſcens. Δακρύσασα δ' ἔπειτ' ἰθὺς δράμεν, ἀμφὶ δὲ χεῖρας Δειρῇ βάλλ' ὀδυσῆι, id eſt, illacrymata autem poſtea rectâ ad eum cucurrit, manus autem collo implicuit Vlyſſis. ibid. de Vlyſſe. Ὣς φάτο· τῷ δ' ἔτι μᾶλλον ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο. Κλαῖε δ' ἔχων ἄλοχον θυμαρέα, κεδνὰ ἰδυῖαν, id eſt, ſic locutus eſt. ei autem tanto magis deſiderium flendi iniecit. Ille autem plorabat habens vxorem ea ſcientem, quæ viro eſſent grata, & iucunda. (Xenop. lib. 7. ἑλληνικ. τοὺς μὲν τοι ἐν σπάρτῃ ἔφασαν ἀκούσαντας, ἀρξαμένους ἀπὸ ἀγησιλάου πάντας κλαίειν οὕτω κοινόν τι ἄρα χαρᾷ καὶ λύπῃ δάκρυά ἐστι. Idem eod. libr. talem fletum, taleḿque riſum κλαυσιγέλωτα nominat vno vocabulo Græco: ſic ille ἔνθα δὴ θεάσασθαι παρῆν ἐπὶ τῆς σωτηρίας τοὺς μὲν ἄνδρας δεξιουμένους ἀλλήλους, τὰς δὲ γυναῖκας πιεῖν τε φερούσας καὶ ἅμα χαρᾷ δακρυούσας πάντας δὲ τοὺς παρόντας τότε γε τῷ ὄντι κλαυσιγέλωτα εἶχεν. Terent. Heautont. *vbi dicimus rediſſe te, & rogare vti venires ad te, mulier telam deſerit continuo, & lacrymis opplet os totum ſibi: vt facile ſcires, deſiderio id fieri tui.* Idem Adelph. Dem. *oh, lacrumo gaudio.* Virg. lib. 6. Æneid. *alacris palmas vtraſque tetendit, Effuſæque genis lacrymæ.* Liuius lib. 5. ann. *Certatim patribus, plebique manare gaudio lacrymæ.* tales fortaſſe ſunt nouarum nuptarum lacrymæ, aut certè fictæ. Catull. in carmin. nupt. *At lubet innuptis ficto te carpere queſtu.* Idem de coma Berenices. *Eſtne nouis nuptis odio Venus? ánne parentum Fruſtrantur falſis gaudia lacrymulis?* exemplũ lacrymarum ab ægritudine, aut dolore corporis expreſſarum extat apud Homer. ἰλ. β. vbi de Therſite loquitur ab Vlyſſe percuſſo. ὁ δ' ἰδνώθη, θαλερὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ, id eſt, ille autem incuruatus eſt, tenera autem ei excidit lacryma. & ὀδυσσ. δ. Οὐδ' ἄρα Νέστορος υἱὸς ἀδακρύτω ἔχεν ὄσσε· Μνήσατο γὰρ κατὰ θυμὸν ἀμύμονος Ἀντιλόχοιο. Τόν ῥ' Ἠοῦς ἔκτεινε φαεινῆς ἀγλαὸς υἱός, id eſt, neque verò Neſtoris filius lacrymarum experteis oculos habebat. Recordatus eſt enim Antilochi ſui ab omni ignominia & dedecore vacui, ſeu vigilantis & ſtrenui, Quem auroræ lucidæ clarus filius interfecit. Terent. Heaut *lacrymas excuſsit mihi.* Cæſ. libr. 1. de bell. Gall. *Diuitiacus multis cum lacrymis Cæſarem complexus obſecrare cœpit ne quid grauius in fratrem ſtatueret.* Menelaus apud Eurip. in Helena, ait dici, eſſe viri generoſi lacrymas in rebus aduerſis fundere. Καί τοι λέγουσιν, ὡς πρὸς ἀνδρὸς εὐγενοῦς, Ἐν ξυμφοραῖσι δάκρυ' ἀπ' ὀφθαλμῶν βαλεῖν, id eſt, Atqui aiũt eſſe viri generoſi in calamitatibus lacrymas ex oculis emittere. *Sudor obortus* ſine fatigatione, aut labore corporis, animi ægritudinem, aut moleſtiam ſignificat. Hom. ὀδυσσ. υ. Ἴδιον, ὡς ἐνόησα, δεδάκρυνται δέ μοι ὄσσε, id eſt, ſudabam, vbi aſpexi; oculi autem mihi lacrymis opleti fuerunt. Apollon. li. α. ἀργοναυτ. Ὣς φάτο· τῷ δ' ἀίοντι κατὰ κροτάφων ἅλις ἱδρὼς Κήκιεν, id eſt, Sic locutus eſt: ei autem audienti ex temporibus affa-

A tim ſudor manabat. Horat. ſat. 9. libr. 1. *cùm ſudor ad imos Manaret talos.* M. Tull. epiſtol. ad Appium Pulch. lib. 3. *Vides ſudare me, iamdudum laborantem, quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda ſunt, & te non offendam.* Idem libr. 3. Acc. ex epiſtola Timarch. *faxſciant improbitatem aratorum, ipſi ſudabunt, ſi Dij volent.* Pallor non naturalis, & repentinus ſignificat aliquam animi perturbationem, & maximè metũ. Sapho. χλωρὴ ὑπαὶ δείους, id eſt, pallida præ metu, ſeu ob metum. Homer. ὀδυσσ. χ. Ὣς φάτο· τοὺς δ' ἄρα πάντας ὑπὸ χλωρὸν δέος εἷλεν, id eſt, ſic locutus eſt: eos autem omneis metus pallidus occupauit. & ὀδυσσ. ρ. Μνηστῆρσι δ' ἄρ' ἄχος γένετο μέγα, πᾶσι δ' ἄρα χρὼς ἐτράπετο, id eſt, procis autem dolor magnus accidit: omni-

B bus autem color immutatus eſt. Cic. lib. 1. Acc. *Iſti color immutatus eſt: vultus, oratio, mens denique excidit.* Idem in Cluentiana. *timor eius, perturbatio, ſuſpenſus, incertúſque vultus, crebra coloris mutatio, quæ erant ſuſpicioſa, hæc aperta, ac manifeſta faciebant.* Hom. ἰλ. ν. Ἔνθ' ὅ τε δειλὸς ἀνήρ, ὅς τ' ἄλκιμος, ἐξεφαάνθη. Τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλῃ, &c. id eſt, hic & homo ignauus, & vir fortis apparuit. Nam ignaui quidem color identidem immutatur. Horat. epiſt. 1. huius libr. *Non conſcire ſibi, nulla paleſcere culpa.* Idem epiſto. 3. eiuſdem. *Pindarici fontis qui non expalluit hauſtus*, id eſt, qui non extimuit. *Capilli arrecti* etiam metum ſignificant. ἰλ. ω. Ὀρθαὶ δὲ τρίχες ἔσταν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσι, id eſt, arrecti autem pili ſteterunt

C in membris flexibilibus. Virgil. Æneid. 2. & 3. *Obſtupui, ſteterúntque comæ, & vox faucibus hæſit.* Plato in Iône, ὀρθαὶ αἱ τρίχες ἵστανται ὑπὸ τοῦ φόβου, id eſt, recti autem pili ſtant ob metum, ſeu præ metu. *Manum ad os apponere* ſignificat aliquid dici, quod is, qui dicat, ab aliis exaudiri nolit. Cœl. ad Cic. lib. 8. *At Domitius, cùm manus ad os appoſuit.* *Cordis latratus* ſignificat iram efferueſcentẽ. ὀδυσσ. υ. de Vlyſſe iam iam interitum procis meditante. κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει, id eſt, cor autem ei intus latrabat. Nam cor iræ ſedes eſt, vt alibi annotauimus. *Femoris percuſsio*, index doloris. Hom. ἰλ. π. αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς Μηρὼ πληξάμενος πατροκλῆα προσέειπεν, id eſt, At Achilles

D femoribus percuſſis Patroclum allocutus eſt. & ὀδυσσ. ν. Ὤιμωξέν δ' ἄρ' ἔπειτα, καὶ ὣ πεπλήγετο μηρὼ Χερσὶ καταπρηνέσσι, id eſt, miſerum ſe exclamauit, & ſua femora percuſſit manibus pronis. & ἰλ. μ. Δή ῥα τότ' ᾤμωξέν τε, καὶ ὣ πεπλήγετο μηρὼ Ἄσιος ὑρτακίδης, id eſt, Tunc ſe miſerum clamauit, & ſua femora percuſſit Æſius Hyrtacides. Plutarch. libr. εἰ αὐτάρκης ἡ κακία πρὸς κακοδαιμονίαν. θυμὸν δ' οὐκ ἂν πείσειας δυσφοροῦντα μετανοίᾳ, μὴ βοῆσαι, μὴ δὲ τῶν τριχῶν λαβέσθαι, ἢ τὸν μηρὸν κρούσαι· οὕτω καὶ πυρός ἐστιν ἡ κακία καὶ σιδήρου βιαιοτέρα: id eſt, iræ autem afferueſcenti, & ægrè aliquid ferenti propter aliquod factum, quod infectum nolit, numquam perſuaſeris, vt non clamet, & non capillos laceret, aut femur percutiat: ita & igne & ferro violentior vitioſitas eſt. Plaut. in Milite glor. *digitis*

gitis rationem computat, feriens femur dexterum. Idem in Trucul. *hoc vide: dentibus frendit: icit femur.* licet huc etiam aſcribere illud M. Tull. in Bruto, quod ſuprà produximus, *frons non percuſſa, non femur.* Idem Tuſcul. 3. *muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percuſſio. Inflare buccas*, quod Græci dicũt τὰς γνάθους φυσᾶν, eſt iraſcẽtis. Hor. ſatyr. 1. libr. 1. *Quid cauſæ eſt, merito quin illis Iupiter ambas Iratus buccas inflet?* videtur eſſe & inſoleſcentis, vt apud Demoſth. περὶ στεφ. γνάθους φυσῶν. *Mordere labra*, minantis. Hom. ὀδυσ. α. & υ. οἱ δ' ἄρα πάντες ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες, id eſt, illi autẽ omnes dẽtibus labra mordentes, ſeu mordicus labra tenẽtes. idem ſignificat interdum *caput mouere*, vt ſuprà diximus. *Ridere labris* ſignificat riſum ſimulatum, vt ἰλ. ο. ἡ δ' ἐγέλασσε χείλεσιν, id eſt, illa autem riſit labris. Tale eſt illud de Vlyſſe. ὀδυσ. υ. μείδησε δὲ θυμῷ Σαρδόνιον μάλα τοῖον, id eſt, ſubriſit autem animo Sardonium quendam riſum. & ὀδυσ. σ. de Penelopa. Ἀχρεῖον δ' ἐγέλασσεν, ἔπος τ' ἔφατο, id eſt, fruſtra & ſine cauſa, vel non ex animo riſit, & locuta eſt. Nun diſſimile illud eſt, ridere malis alienis. Homer. ὀδυσ. υ. de procis, οἱ δ' ἤδη γναθμοῖσι γελώων ἀλλοτρίοισιν, id eſt, illi autem malis iam ridebant alienis. Horat. ſat. 3. lib. 2. *Cum rapientem ſuis malis ridentem alienis.* Dentium crepitu, & ſtridore metus arguitur. Hom. ἰλ. ν. πάταγος δέ τε γίνετ' ὀδόντων. id eſt, crepitus autem dentium fiebat. Marc. Tull. Tuſcul 4. *ex quo fit, vt terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus conſequatur. Manus tollere* geſtus vel admirantium, vel lętantium, vel precantium. Marc. Tull. in Lucullo. *Hortenſius autem vehementer admirans, quod quidem perpetuò Lucullo loquente fecerat, vt etiam manus ſæpe tolleret, &c.* Idem epiſt. ad Cæſ. lib. 7. *ſuſtulimus manus ego & Balbus: tanta fuit opportunitas, vt illud neſcio quid, non fortuitum, ſed diuinum videretur.* Catull. de quodam, & Caluo. *Admirans ait hæc, manúſque tollens, Dij magni, ſalaputium diſertum* (al. *ſalapuſium.*) T. Liuius libr. 24. *Ad quam vocem cùm clamor ingens alacritate ſublatus eſſet, ac nunc complexi inter ſe, gratulantéſque, nunc manus ad cœlum tollentes, bona omnia populo Ro. Gracchóque ipſi precarentur, &c.* Hor. ſat. 5. lib. 2. *Importunus amat laudari, donec, ohe iam, Ad cœlum manibus ſublatis, dixerit.* Homer. ὀδυσ. σ. Χεῖρας ἀνασχόμενοι γέλῳ ἔκθανον, id eſt, manibus ſublatis riſu emoriebantur. *Pectoris percuſſio* ſeipſum reprimentis geſtus eſt. Hom. ὀδυσ. υ. Στῆθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ, id eſt, pectore autem percuſſo cor ſuum ſermone increpuit. eſt & dolentis, ægréque aliquid ferentis. Hom. ἰλ. σ. de ancillis Achillis, audito de nece Patrocli nuntio, exanimatis, ἐκ δὲ θύραζε Ἔδραμον ἀμφ' Ἀχιλῆα δαΐφρονα, χερσὶ δὲ πᾶσαι Στήθεα πεπλήγοντο, id eſt, foras autem cucurrerunt ad Achillem bellicoſum: manibus autem pectora percuſſerunt. Plaut. in Mil. glor. *cogitans pectus digitis pultat, cor, credo, euocaturus foras. Soluta genua* pauorem, & perturbationem animi ſignificant. ὀδυσ. δ. Ὣς φάτο, τῆς δ' αὐτοῦ

A λύτο γούνατα, καὶ φίλον ἦτορ. Δὴν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε, τὼ δέ οἱ ὄσσε Δακρυόφιν πλῆσθεν, θαλερὴ δέ οἱ ἔκπεσε φωνή, id eſt, Sic locutus eſt: eius autem ibi ſoluta ſunt genua, & carus animus: diu porrò ſilentium, & impotentia loquendi eam cepit: oculi autem ei lacrymis completi fuerunt, & tenuis vox ei excidit. in hoc exemplo multa concurrunt externati animi indicia, genua ſoluta, linguæ ſtupor, & ſilentium, oculi lacrymis oppleti, vox intercluſa. & ὀδυσ. ω. Ὣς φάτο, τοῦ δ' αὐτοῦ λύτο γούνατα, καὶ φίλον ἦτορ, Σήματ' ἀναγνόντος, τά οἱ ἔμπεδα πέφραδ' ὀδυσσεύς, id eſt, Sic locutus eſt: eius autem ibidẽ ſoluta ſunt genua, & carus animus, cùm ſigna agnouiſſet, quæ ei certa dixiſſet Vlyſſes. omitto B quòd ſcriptores per genuum firmitatem, aut viriditatem, ætatem integram, & corporis vireis ſignificant, vt annot. ad Od. 13. epod. Supplices tangebant eorum genua, quibus ſupplicabant. ὀδυσ. ν. vbi Vlyſſes Palladi paſtoris ſimilitudinem præ ſe ferenti ſupplicat. σοὶ γὰρ ἔγωγε Εὔχομαι, ὥστε θεῷ, καί σευ φίλα γούναθ' ἱκάνω, id eſt, Te enim precibus maximis obſecro, vt deũ, & ad tua cara genua accedo. & Eurip. Hecuba. Ἀγάμεμνον, ἱκετεύω σε τῶνδε γονάτων, καὶ σοῦ γενείου, δεξιᾶς τ' εὐδαίμονος, id eſt, Agamemnon, ſupplex ad tua genua accedo, & per tuum mentum te oro, & per tuam dexteram beatam. & ἰλ. α. de Thetide, Καί ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθέζετο, καὶ λάβε γούνων Σκαιῇ, δεξιτερῇ δ' ἄρ' ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα, id eſt, & ante eum ſedebat, & C genua eius læua prehendit: dextera autem mentũ tetigit. ὀδυσ. δ. Τοὔνεκα νῦν τὰ σὰ γούναθ' ἱκάνομαι, αἴκ' ἐθέλῃσθα, id eſt, Quare nunc ad tua genua accedo, ſi fortè velis, &c. & ἰλ. ω. ἄγχι δ' ἄρα στὰς Χερσὶν Ἀχιλλῆος λάβε γούνατα, καὶ κύσε χεῖρας, id eſt, propè autem cùm ſtaret, manibus Achillis genua prehendit, & oſculatus eſt manus. T. Liuius libr. 45. *Summittentémque ſe ad pedes ſuſtulit, nec attingere genua paſſus.* ex quo γουνάζεσθαι, quod idem ferè valet, quod ſupplicare. ibidem. Καὶ τότε δὴ παρὰ θῖνα θαλάσσης εὐρυπόροιο Ἤϊα πολλὰ θεοὺς γουνούμενος, id eſt, Et tunc præter littus maris latè meantis ibam precibus deos fatigans, & genua flectens. Oſculabantur autem D etiam veteres os, & manus, & ſuperiores inferiorum. & inferiores ſuperiorum, tum in ſalutationibus, tum in gratulationibus. ὀδυσ. ω. Vlyſſes Laërtem patrem oſculatur, Κύσσε δέ μιν περιφὺς ἐπιάλμενος, id eſt, Oſculatus autem eſt eum circum hærens, aſſiliens. ibid. Vlyſſes Dolij ſerui dexteram oſculatur. Ὣς ἄρ' ἔφη, Δόλιος δ' ἰθὺς κίε χεῖρε πετάσσας Ἀμφοτέρας· ὀδυσεὺς δὲ λαβὼν κύσε χεῖρ' ἐπὶ καρπῷ, id eſt, Sic locutus eſt: Dolius autem rectà ibat manibus ambabus expanſis. At Vlyſſes oſculatus eſt ei iuncturam manus. Plutarch. in Caton. Vtic. ὑποτιθέντων τὰ ἱμάτια τοῖς ποσίν, ᾗ βαδίζοι, καὶ καταφιλούντων τὰς χεῖρας, id eſt, cùm ſubiicerent veſtimenta pedibus, qua ingrederetur, & manus oſcularentur. Corn. Tacitus de Nerone, *ad genua ipſius*

Digitized by Google

aduolui, & dexteram oſculis fatigare. Vlyſſes Telemachum filium oſculatur, ὀδ. π. Ὡς ἄρα φωνήσας υἱὸν κύσε, id eſt, ſic locutus filium oſculatus eſt. Eumeneus & Dolius Vlyſſis ſerui, caput & humeros domini oſculantur: & item Vlyſſes illorũ. ὀδ. φ. καὶ κύνεον ἀγαπαζόμενοι κεφαλήν τε καὶ ὤμους· ὣς δ' αὔτως ὀδυσ(ς)εὺς κεφαλὰς, καὶ χεῖρας ἔκυσε, id eſt, & oſculabantur amplectentes caput & humeros. eodem modo autem Vlyſſes eorũ capita & manus oſculabatur. Etiam manus tangebant. Patercul. *ſalutationis noua quadam exſultatio, & manuum contingendi cupiditas.* Virg. Æneid. lib. 7. *Pars mihi pacis erit, dexteram tetigiſſe tyranni.* (Lucr. lib. 1. *tum portas propter ahena Signa manus dextras oſtendunt attenuari Sæpe ſalutantum tactu*
B *præterque meantum.* nam etiam ſignorum ad portas vrbium poſitorum manus tangebant, & oſculabantur & qui ex vrbe exibant, & qui peregrè in vrbem redibant.) Pedibus terram percutere, vim doloris ſignificat. ὀδ. σ. de Iro, σὺν δ' ἤλασ' ὀδόντας Λακτίζων ποσὶ γαῖαν, id eſt, compreſſit autem denteis pede terram calcitrando pulſans. Idem ferè pedem ſupplodere, niſi fortè geſtus eſt indignantis, & grauiter ferentis. Cic. Bruto, *nulla pedum ſupploſio.* Idem libr. 2. de orat. ad Qu. Fratr. *Quid multa? pedem nemo illo in iudicio ſupploſit.* *Trahere pedibus*, eſt indignis modis accipere, & contumelioſè tractare. Homer. ἰλ. α. Ῥῖψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο, id eſt, deiecit eum pede porrectum à pauimento diuino &
C ὀδ. σ. Εἷλκε δ' ἐκ προθύροιο λαβὼν ποδὸς, ὄφρ' ἵκετ' αὐλὴν, Αἰθούσης τε θύρας, id eſt, trahebat autem eam ex veſtibulo pede prehenſum, donec peruenit ad aulam, & porticus foreis. & ὀδ. π. Vlyſſes Telemacho præcipit, ne, etiam ſi ſe proci pedibus trahant, eius rei pœnas repetat, eóve facto commoueatur, ſed potius tacitus ferat. Εἰ δέ μ' ἀτιμήσουσι δόμον κάτα, σὸν δὲ φίλον κῆρ Τετλάτω ἐν στήθεσσι κακῶς πάσχοντος ἐμεῖο. Ἤν περ καὶ διὰ δῶμα ποδῶν ἕλκωσι θύραζε, id eſt, ſi autem me ignominia & contumelia afficient in domo: tuus animus in pectore ferat dum in me mala à procis ingeruntur, quamuis me per domum pedibus foras trahant. Et qui cadunt in acie apud Homerum, trahuntur pedibus vel à ſuis, vt ſepeliantur, vel ab aduerſariis, vt ſpolien-
D tur, & obiiciantur feris: à ſuis, vt ἰλιάδ. Λ. ἤτοι ὁ ἰφιδάμαντα κασίγνητον καὶ ὄπατρον Ἕλκε ποδὸς μεμαώς, &c. ab aduerſariis, vt ἰλιάδ. ν. Ὣς εἰπὼν ποδὸς εἷλκε κατὰ κρατερὴν ὑσμίνην Ἥρως ἰδομενεύς, id eſt, ſic locutus pede eum traxit in prœlio heros Idomeneus. & ὀδ. σ. Εἷλκε γέρον προθύροιο, μὴ δὴ τάχα καὶ ποδὸς ἕλκη. ſic Virgil. de Caco lib. 8. Æneid. *Pedibúſque informe cadauer Protrahitur.* Cic. ad Attic. lib. 4. *fratrem meum, & te ſi habebo, per me iſta pedibus trahantur. vobis ἐμφιλοσοφῆσαι poſſum.* Idem ad Volumn. libr. 7. epiſt. *Nam de iudicum quòd quereris, multo labore minus: trahantur per me pedibus omnes rei.* T. Liuius lib. 34. *hanc vocem Dionyſium ſolebat vſurpare, non equo inſidentem, ſed pedibus tractum tyrannum debere relinquere tyrannidem. Tremor*

A *corporis* metum, & ignauiam ſignificat. ὀδ. σ. de Iro cum Vlyſſe certamen ineunte. σάρκες δὲ περιτρομέοντο μέλεσσιν, id eſt, carnes autem circa membra contremiſcebant. ibid. de eodem, Τῷ δ' ἔτι μᾶλλον ὑπὸ τρόμος ἤλυθε γυῖα, id eſt, ei autem etiam magis ac tremor in membra penetrauit. Horat. Od. 23 libr. 1. *Et corde, & genibus tremit.* Hom. ἰλ. ν. Ἔνθ' ὅ γε δειλὸς ἀνὴρ, &c. vt ſup. pag. 308. verſ. 55. ſed hæc fuerit, (vt ait Thucyd.) ἐκβολὴ λόγου. nunc ad penſum noſtrum reuertamur.

OCCVPAT OBSCVRI SPECIEM] obtinet, & præ ſe fert ſpeciem hominis ſuam ſententiam, ſuáque conſilia nimiùm occultantis, hominis tecti, quem κρυψίνουν appellant Græci.

B TACIT. AC.] taciturnus præ ſe fert ſpeciem hominis acerbi, hoc eſt, immitis, & inhumani.

LEGES, ET PERC. D.] diſces ex libris doctorum, qui ſcripſerunt, & quæres ex doctis, qui adhuc viuunt.

TRAN. LENIT. ÆV.] placidè, quietè, tranquillè ætatem agere. nonnulli libri manu ſcrip. habent, *tranſducere.*

NE TE SEMPER INOPS] magna eſt hîc librorum inter ſe diſſenſio. Nam alij habent, vt vulgati ferè omnes, *Ne te ſemper, &c.* & prox. verſu, *Ne pauor, &c.* quomodo edendum curauimus: alij, *Non te ſemper, &c.* & item proximo verſu, *Non pauor, &c.* alij, *Num te ſemper, &c.* & prox. verſu, *Num pauor, &c.* quam poſtremam ſcriptu-
C ram reiicio.

INOPS CVP.] cupiditas, quæ numquam expletur: quæ ſemper deſiderat, ſemper eget. ſuprà Od. 16. lib. 3. *Magnas inter opes inops.*

MEDIOCRITER VTILIVM] qualia ſunt bona fortunæ: quæ (vt ait Terent. Heaut. *)perinde ſunt, vt illius animus, qui ea poſſidet: Qui vti ſcit, ei bona: illi, qui non vtitur rectè, mala.*

VIRTVT. DOCTR. P. NAT. NE DONET] quæſtio eſt à veteribus ſæpe, & multùm agitata, vtrùm virtus ſit διδακτὸν, id eſt, doctrina conſtet, nécne. Plato in Menone, ἀλλ' ἔγωγε ἐκεῖνο ἂν ἥδιστα, ὅπερ ἠρόμην τὸ πρῶτον, καὶ σκεψαίμην, καὶ ἀκούσαιμι, πότερον ὡς διδακτῷ ὄντι αὐτῷ δεῖ ἐπιχειρεῖν, ἢ ὡς φύσει, ἢ ὡς τινί ποτε
D τρόπῳ παραγιγνομένης τοῖς ἀνθρώποις τῆς ἀρετῆς. id eſt, At equidem illud libentiſſimè, quod rogabam primùm, & conſiderarim, & audierim, vtrũ ad virtutem aggredi, oporteat, vt ſub doctrinam cadentem, an vt natura, an vt aliquo modo hominibus contingentem. vbi videtur ad extremũ probare, eam neque à natura inſeri, neque doctrina quæri, ſed diuinitùs hominib. euenire: idẽque diſputat in Protagora. Xenephon verò cõtrà ἀπομνημ. α. videtur ſentire, virtutem vſu & exercitatione comparari, his verbis, ὁρῶ γὰρ ὥσπερ τὰ τοῦ σώματος ἔργα τοὺς μὴ τὰ σώματα ἀσκοῦντας, οὐ δυναμένους ποιεῖν· οὕτω καὶ τῆς ψυχῆς ἔργα τοὺς μὴ τὴν ψυχὴν ἀσκοῦντας, οὐ δυναμένους, &c. id eſt, video enim, quemadmodum muneribus corporis fungi non poſſunt,

qui

Digitized by Google

A qui corpora non exercent: ita neque animi munera eos obire poſſe, qui animum non excolunt. Iſocrates in oratione κατὰ σοφιστῶν diſertè negat, iuſtitiam, ceteraſque virtutes doctrina contineri, his verbis, καὶ μηδεὶς οἰέσθω με λέγειν, ὡς ἔστι δικαιοσύνη διδακτόν· ὅλως μὲν γὰρ οὐδεμίαν ἡγοῦμαι τέχνην τοιαύτην εἶναι, ἥτις τοῖς κακῶς πεφυκόσι πρὸς ἀρετὴν, σωφροσύνην ἢ δικαιοσύνην ἂν ἐμποιήσειεν. id eſt, Et nemo putet me dicere iuſtitiam doctrina aliqua contineri. Omninò enim nullam tantã artem eſſe arbitror, quæ in eis, qui ad virtutem non ſunt apti natura, temperantiam aut iuſtitiã ingenerare queat. & Theognis ait, procreare hominem, & alere, longè facilius eſſe, quàm prudentiam, & bonos mores inſerere: neque quemquam adhuc rationem excogitare B potuiſſe, qua ratione eũ qui ſit imprudens, atque improbus, prudentem, & probum efficere queat: denique morbos omneis animi, inſanabileis eſſe. Quòd ſi medicis hãc vim dediſſet Deus, vt vitio animi mederi, & duras, ſeu vitioſas hominum mẽteis ſanare poſſent: multas & magnas mercedes laturos eſſe. Theognidis verſus ſunt hi, Φῦσαι, καὶ θρέψαι ῥᾷον βροτὸν, ἢ φρένας ἐσθλὰς Ἐνθέμεν, οὐδείς πω τοῦτο γ' ἐπεφράσατο, Ὅ ππως σώφρον' ἔθηκε τὸν ἄφρονα, κἀκ κακοῦ ἐσθλόν. Εἰ δ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γ' ἔδωκε θεὸς, Ἰᾶσθαι κακότητα, καὶ ἀτηρὰς φρένας ἀνδρῶν, Πολλοὺς ἂν μισθοὺς, καὶ μεγάλους ἔφερον. Idem tamen alibi videtur contrarium probare, vt notat Plato in Menone, quem ſuprà commemorauimus, C his verſib. Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ διδάξεαι, ἂν δὲ κακοῖσι Συμμιγῇς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον. id eſt, Nam bona condiſces ex fortibus atque bonis, ſed Cum prauis pereat nata etiam bona mens. M. Tull. epi. quadam ad Att. lib. 10. videtur ſentire virtutem doctrina, & ratione parari, his verbis, quamquam locus eſt aliquantum corruptus. *Quod ſi adhuc nullum eſt, eſſe tamen poteſt, aut* ἀρετὴ *non eſt* διδακτόν, *quod mihi perſuaderi non poteſt.* Idem in Partit. orator. hanc quæſtionem trimembrem facit, cùm ab Horatio fiat bimembris. ſic enim M. Tull. *quonã pacto virtus pariatur, naturáne, an ratione, an vſu.* Idem pro Archia poëta ait, *ſæpius ad laudem, atque virtutem, naturam ſine doctrina, quàm ſine natura valuiſſe doctri*D*nam.* Ariſtoteles in libr. de moribus ad Nicom. vult virtutes eas, quæ ad mores pertinent, à doctrina, & vſu perfici, à natura inchoatas. Pindarus naturam, & id, quod natura valet, arti, ac doctrinæ, virtutibúſque doctrina partis ſemper anteponit, non longè abiecto. Olymp. carm. nono, Τὸ δὲ φυᾷ (inquit) κράτιστον ἅπαν. πολλοὶ δὲ διδακταῖς ἀνθρώπων ἀρεταῖς κλέος ὤρουσαν ἑλέσθαι, id eſt, id, quod natura valet, & viget, omne eſt optimum. Multi autem homines virtutibus doctrina partis laudem conſequi ſtuduerunt. Idem vndecimo ait, id, quod natura nobis eſt inſitum, nihilò faciliùs cõmutari poſſe, quàm leonis, aut vulpis ingenium mutari ſolet. ſic Pind. τὸ γὰρ ἐμφυὲς οὔτ' αἴθων ἀλώπηξ, οὔτ' ἐρίβρομοι λέοντες

A διαλλάξαιντο ἦθος. Idem Nem. tertio carm. demonſtrat, eum, qui arte, ac doctrina ſola nitatur, in vtrámque partem vacillare, ac titubare: eum verò, qui naturæ bono fretus ſit, rectéque ſentiat natura, certo ſemper in loco conſiſtere. συγγενεῖ δέ τις εὐδοξίᾳ μέγα βρίθει. ὃς δὲ διδάκτ' ἔχει, ψεφεννὸς ἀνὴρ, ἄλλοτ' ἄλλα πνέων οὔποτ' ἀτρεκεῖ κατέβα ποδί· μυρίαν δ' ἀρετᾶν ἀτελεῖ νόῳ γεύεται.

Qᴠɪᴅ ᴍɪɴᴠᴀᴛ ᴄᴠʀᴀꜱ] quibus animũ fodicantibus, tranquillè, & beatè viui nõ poteſt. *minuat* autem potuit pro tollat, atq; euellat, vt ſit λυτότης, ſeu ἐλάττωσις.

Qᴠɪᴅ ᴛᴇ ᴛɪʙɪ ʀᴇᴅᴅ. ᴀᴍɪᴄ.] ſibi amicum eum intellige, non, qui ſit φίλαυτος (eſt B enim hoc nomen odioſum, & in vitio locum habet, niſi ita accipias, vt eleganter explicat Ariſtoteles libr. 9. de moribus ad Nicom. pro eo, qui optimam ſui partem, id eſt, mẽtem colit) ſed qui ſuauiter, & iucundè viuat, qui ſibi faciat bene, qui denique non imitetur ſenem illum Terentianum ſeipſum excrucciantem: qualis eſt auarus: vtpotè qui bonis quæſitis vti frui non audeat, ſed iis parcat, tanquam ſacris ſic Satyr. 2. lib. 1. *hic vix credere poſſis, Quam ſibi non ſit amicus.* Sic igitur hæc explico, *quid te tibi redd. am.* id eſt, quæ res tibi animum trãquillet, vt ſtatim ipſe interpretatur Horat. κατὰ ἐπεξήγησιν.

Qᴠɪᴅ ᴘ. ᴛʀᴀɴǫᴠɪʟʟᴇᴛ] videtur eſſe ἐπεξήγησις, ſeu ἑρμηνεία, id eſt, interpretatio C eorum, quæ proximè dixit, *quid te tibi r. am.* vt dixi. *tranquillet* autem, id eſt, tranquillum efficiat: quo verbo vtitur M. Tull. lib. 1. de Finibus, *quæ* [iuſtitia] *non modò numquam nocet cuiquam, ſed contrà ſemper alit aliquid tum vi ſua, atque natura, quòd tranquillet animos, tùm ſpe nihil earum rerum defuturum, quas natura deprauata deſideret, &c.* Idem Topic. *perorationis effectus hic debet eſſe, vt aut perturbentur animi, aut tranquillentur.* Cornelius Nepos in vita Attici, *Tranquillatis autem rebus Ro. remigrauit Romam, &c.* Plautus Captiuis, *Ille demum antiquis eſt adoleſcens moribus, Qui numquam vultum tranquillauit gratiis.*

Hᴏɴᴏꜱ, ᴀɴ ᴅᴠʟᴄᴇ ʟᴠᴄᴇʟʟ.] imperia, & magiſtratus, an amplificatio rei familiaris, D negotiatio, mercatura. de honore, & honoris ſtudio audi Xenophontem in Hierone. καὶ γὰρ μοι δοκεῖ, ὦ Ἱέρων, τούτῳ διαφέρειν ἄνθρωπος τῶν ἄλλων ζώων, τῷ τιμῆς ὀρέγεσθαι. ἐπεὶ σιτίοις τε, καὶ ποτοῖς, καὶ ὕπνοις, καὶ ἀφροδισίοις πάντα ὁμοίως ἥδεσθαι ἔοικε τὰ ζῶα· ἡ δὲ φιλοτιμία οὔτ' ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἐμφύεται, οὔτ' ἐν ἅπασιν ἀνθρώποις. Οἷς δ' ἂν ἐμφυῇ τιμῆς τε, καὶ ἐπαίνου ἔρως, οὗτοί εἰσιν ἤδη οἱ πλεῖστον τῶν βοσκημάτων διαφέροντες, ἄνδρες δὲ, καὶ οὐκέτι ἄνθρωποι μόνον νομιζόμενοι. ὥστε ἐμοὶ μὲν εἰκότως δοκεῖτε ταῦτα πάντα ὑπομένειν, ἃ φέρετε ἐν τυραννίδι, ἐπείπερ τιμᾶσθε διαφερόντως τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, καὶ γὰρ οὐδεμία ἀνθρωπίνη ἡδονὴ τοῦ θείου ἐγγυτέρω δοκεῖ εἶναι, ἢ ἡ περὶ τὰς τιμὰς εὐφροσύνη, id eſt, *Nam mihi videtur homo, ô*

Hiero, reliquis animantibus eo præſtare, quòd honorem expetit. quandoquidem cibo, & potione, & ſomno, & rebus Venereis omnes animantes videntur æquè delectari. Honoris autem cupiditas neque in animalibus rationis expertibus innaſcitur, neque in omnibus hominibus. In quibus verò honoris, & laudis amor fuerit innatus, hi iam plurimum à pecudibus differunt, viríque, & non iam homines habendi ſunt. Quare hæc omnia, quæ in tyrannide ſuſtinetis, ac toleratis, meritò mihi perferre videmini. Etenim nulla voluptas humana ad mentem diuinam propius accedit, quàm ea, quæ in honore verſatur, iucunditas. De lucro multa quidem dici poſſunt, quamobrem probabile ſit, dulce ab Horatio dictum eſſe. ſed hominis ſit otio lectorum abutentis longum eſſe in re aperta. hoc tantùm dicam, lucrum à Græcis κέρδος appellatum, quaſi κέαρ ἥδον, id eſt, cor delectans. notum illud *lucri bonus odor ex re qualibet.* Grauiter autem, & præclarè Ægio ille apud Plaut. Capt. *Non ego lucrum omne eſſe vtile homini exiſtimo. Scio ego: multos iam lucrum lucu-lentos* [al. *lutulentos*] *homines reddidit. Eſt etiam vbi profecto damnum præſtet facere, quàm lucrum.* cui cõſentaneum eſt illud Menandri: βέλτιστον οὐ τὸ κέρδος ἐν πᾶσι σκοπεῖν: id eſt, optimum eſt non in omnibus lucrum ſpectare. & illud κέρδη πονηρὰ ζημίαν ἀεὶ φέρει, id eſt, mala lucra ſemper ſunt damnoſa. nefarium illud Τοῦ μὲν δικαίου τὴν δόκησιν ἄρνυσο· Τὰ δ' ἔργα τοῦ πᾶν δρῶντος, ἔνθα κερδανεῖς, id eſt, *viri quidem iuſti opinionem comparato: facta autem hominis omnia facientis, vbi quæſtum facies.* cui conſentaneum illud Sophoclis, Τὸ κέρδος ἡδὺ, κἂν ἀπὸ ψευδοῦς ἴῃ, id eſt, *dulce lucrum eſt, etiam ſi ex mendacio proficiſcatur.* lucellum igitur fortaſſis appellauit dulce, quia lucro omnes ferè capiuntur, vt teſtatur idem his verbis, Ὡς οὐδὲν ἀτεχνῶς ὑγιές ἐστιν οὐδενός, Ἀλλ' εἰσὶ τοῦ κέρδους ἅπαντες ἥττονες, Nam nihil reuera quicquã incorruptum eſt: ſed omnes lucro ſunt infirmiores. [Itaque Bias Prienenſis interrogatus qua re facienda delectetur homo, lucro faciendo, inquit, Ἐρωτηθεὶς τί ποιῶν ἄνθρωπος τέρπεται, κερδαίνων, ἔφη.]

An secr. iter] tralatio eſt, vt & in hoc proximo, quod ſequitur, *& fall. ſem. vitæ.* nã per ſecretum iter, vitæ genus à luce forenſi, & ſtrepitu populi, & aulis principium remotum ſignificat.

Fallentis semita vitæ] vita ab aulis principum, à forenſi ſtrepitu, ab aura populari remota: vitæ degendæ ratio obſcura. vita fallens, idem, quod vita latens, obſcura, incognita, ignorata. notum illud λάθε βιώσας. ſup. annot. ad epiſt. ad Scæuam. *ſemita vitæ* autem tralatio eſt, vt dixi. ſic ſup. epiſt. prox. *Mirabor vitæ via ſi conuerſa decebit.*

Me qvoties rep. gel. dig.] quoties (inquit) me recreat Digentia, fluuius nõ ita magnus, miniméque nauigabilis, vt riuo, quàm fluuio, ſimilior ſit, id eſt, quoties ſum in meo fundo Sabino: (cuius ſitus & forma ſuprà deſcripti ſunt epiſt. 16.) quid me cogitare, quid me à diis immortalibus precari credis?

Qvem Mand. bibit] Mandelam, vicum, ſeu pagum fuiſſe in Sabinis appâret ex ipſius Horatij verbis: per quem, ſeu iuxta quẽ Digentia fluebat. de quo in epiſt. illa 16. *Fons etiam riuo dare nomen idoneus, vt non Frigidior, &c.*

Rvgosvs fr.] frigore contractus.

Sentire] cogitare, ſeu iudicare potiùs, vel exiſtimare.

Precari εὔχεσθαι, optare. ſic Catull. ad Furium. *Et ſeſtertia, quæ ſoles precari Centum, deſine. nam ſat es beatus.* Nam εὐχαὶ apud Græcos & preces, & optata ſignificant: & εὐχῆς ἄξια res, quæ optari potius, quàm ſperari poſſunt: & εὐχαῖς ὅμοια, apud Platonem, id eſt, optatis ſimilia.

Vt mihi vivam] non potentioribus, id eſt, vt meo modo, meóque arbitratu viuam, non potentiorum.

Sit qvod svperesse vol. o.] pulchra ἐπιθεραπευσις, ſeu ἐπανόρθωσις. Nam *Quis ſcit, an adiiciant hodiernæ tempora ſummæ* [al. *vitæ*] *Craſtina dij ſuperi?* Oda 7. lib. 4.

Provisæ frvg. in ann.] prouiſæ in annum, non in multos annos. dixit enim ſuprà Od. 11. libr. 1. *& ſpatio breui Spem longam reſeces.* ſic autem loquitur Cæſ. lib. 1. de bello ciuili, *Multum erat frumentum prouiſum, & conuectum ſuperioribus temporibus.* & Horat. de art. poët. *Verbáque prouiſam rem non inuita ſequentur.*

Ne fl. dvb. spe pend. h.] id eſt, vt ne pendeam à bonis incertis, ac ſperatis, ſed potiùs fruar præſentibus, ac paratis: vel ne ſemper incertus ſim, pendens à futuris, ſed potiùs præſenti vitæ iucunditate fruar, ac potiar.

Sed satis est, &c.] diſſentiunt hîc libri veteres inter ſe. alij enim habent, *Sed ſatis eſt orare, &c.* alij, *Hæc ſatis eſt, &c.* vtraque lectio probabilis eſt.

Qvi donat, et avfert] Græci poëtæ Deos appellant δωτῆρας ἐάων: id eſt, largitores bonorum.

Æqvvm anim.] animum æquabilẽ, moderatum, & præſentibus contentum, animi æquitatem. vide annotat. ad Od. 3. lib. 2. quibus adde aliud exemplum ex M. Tull. pro M. Marcello, *hic tu modum tuæ vitæ non ſalute Reip. ſed æquitate animi definies?* Sic autem hic locus intelligendus, & interpretandus eſt, non, vt ludi magiſter quidam nuper, homo ad riſum mouendum, quàm ad docendum, aptior, multis audientibus aſſeuerabat, *virtutem, & iuſtitiam mihi ipſe comparabo*, quaſi ſignificet Horatius, bona externa, & fortuita à diis eſſe petenda, atque optanda: iuſtitiam verò & ceteras virtutes, à nobis ſumendas: vt eſt apud M. Tullium. lib. 3. de nat. deorum. *Num quis quòd bonus vir eſſet, gratias diis egit vnquam? at quòd diues, quòd honoratus, quòd incolumis: Iouémque optimum maximum ob eam rem appellant, non quòd nos iuſtos, temperanteis, ſapienteis efficiat, ſed quòd ſaluos, incolumeis, opulentos, copioſos.* Non igitur eadem omni ex parte loquũtur Cicero & Horatius: ſed ille quidem bona

Digitized by Google

bona fortuita à diis petenda, virtutem à nobis: Horatius autem quòd ad primum quidem illud attinet, idem, quod Cicero dicit, bona externa à diis eſſe precibus flagitanda: quòd ad alterum, & ſecundum, non idem loquitur, ſed æquitatem animi, ſiue (vt ita dicam) æquanimitatem, & εὐθυμίαν eſſe à nobis promendam, & ſumendam ſignificat. A

TVRNEBVS.

EX lib. 1. cap. 21. Libro 9. Epiſt. ad Atticum, mallem equidem legere Minucia quàm Numicia, Nam Numicius apud Maronem cæteróſque poëtas ſecundam producit, vt in Horatio legendum ſit.

Brundúſium Minuci melius via ducat an Appi? B

qui quidem ſyllabæ modulus apud Ciceronem eamdem etiam vocem conſtituit. Si enim apud Flaccum conſtat de ſcriptura, apud Tullium non dubitabitur.

Ex lib. 11. cap. 6. Vt premere pollices eſt fauere, vt Plinius lib. 28. cap. 2. ait, & hoc verſu, *Fautor vtroque tuum laudabit pollice ludum*, ſcripſit poëta nobilis: quò etiam pertinere videtur illud Glyceræ ad Menandrum, τοὺς δακτύλους ἐμαυτῆς πιέζουσα, ἢ ἂν κροταλίζῃ τὸ θέατρον. ita pollicem vertere damnantis erat, quod & à Politiano Miſcell. cap. 42. præclarè explicatum fuiſſe recordor, & in muneribus gladiatoriis, qui eum, qui ſuccubuerat aduerſario, occidi iugularique volebat, pollicem vertebat, vt munerarius: Iuuenalis, Satyr. 3. C

-- & verſo pollice vulgi.

Quem libet occidunt populariter. & Prudentius lib. 2. contra Symmach. de Veſtalib. quæ gladiatores Romæ in eminenti podio ſpectabant, quod decus & honos pro perpetua eis virginitate tribuebatur.

pectúſque iacentis
Virgo modeſta iubet conuerſo pollice rumpi:
Ne lateat pars vlla animæ vitalibus imis,
Altius impreſſo dum palpitat enſe ſecutor.

EPIST. XIX. AD C. CILNIVM MÆCENATEM.

ARGVMENTVM.

Prauum quorumdam in imitandis poëtarum vitiis potiùs quàm virtutibus ſtudium reprehendit. Imitatores vocans ſeruum pecus, ſe contrà veſtigiis aliorum inſiſtere voluiſſe negat. Deinde rationem reddit, cur ij, qui librorum eius lectione domi delectarentur, eóſque laudarent, foris eos vituperarent.

PRiſco ſi credis, Mæcenas docte, Cratino:
Nulla placere diu, nec viuere carmina poſſunt,
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus. vt malè ſanos,
**Adſcripſit Liber Satyris, Fauníſque poëtas.*
Vina ferè dulces oluerunt manè camœnæ:
Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus.
Ennius ipſe pater numquam, niſi potus, ad arma
*Proſiluit dicenda. * forum, puteálque Libonis*
Mandabo ſiccis: adimam cantare ſeueris.
Hoc ſimul edixit, non ceſſauere poëtæ
Nocturno certare mero: putere diurno.
Quid? ſiquis vultu toruo ferus, & pede nudo,
*Exiguæq; togæ ſimulet * textore Catonē:*
Virtutémne repræſentet, moréſq; Catonis?
Rupit Hyarbitam Timagenis æmula lingua:
C *Dum ſtudet vrbanus, tendítque diſertus haberi.*
*Decipit exēplar vitiis * imitabile, quòd ſi*
Pallerem caſu, biberent exſangue cuminum.
O imitatores, ſeruum pecus: vt mihi ſæpe
Bilem, ſæpe iocum veſtri mouere tumultus!
Libera per vacuū poſui veſtigia princeps:
Non aliena meo preſſi pede. qui ſibi fidet
Dux, reget examen. Parios ego primus Iambos
D *Oſtendi Latio, numeros, animóſq; ſecutus*
Archilochi, non res, & agentia verba Lycamben.
Ac ne me foliis ideò breuioribus ornes,
Quòd timui mutare modos, & carminis artem:
*Temperat Archilochi Muſam pede maſcula * Sappho:*
Temperat Alcæus: ſed rebus, & ordine diſpar

Nec ſocerum quærit, quem verſibus oblinat atris:
Nec ſponſæ laqueum famoſo carmine nectit.
*Hunc ego non alio dictum prius ore, * Latinus*
Vulgaui fidicen. iuuat immemorata ferentem
Ingenuis oculiſque legi, manibúſque teneri.
Scire velis, mea cur ingratus opuſcula lector
Laudet, amétque domi: premat extra limen iniquus:
Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor
Impenſis cenarũ, & tritæ munere veſtis.
Non ego, nobilium ſcriptorum auditor, & vltor,
Grammaticas ambire tribus, & pulpita dignor.
Hinc illæ lacrymæ. ſpiſſis indigna theatris
*Scripta pudet recitare, & * nugis addere pondus,*
Si dixi: rides, ait: & Iouis auribus iſta
Seruas. fidis enim manare poëtica mella
*Te ſolum, tibi pulcher. ad hæc ego * naribus vti*
Formido: &, luctantis acuto ne ſecer vngui,
*Diſplicet iſte locus, clamo: & * diludia poſco*
Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram:
Ira truceis inimicitias, & funebre bellum.

CRATINO] poëtæ comico, de quo Satyr. 4. lib. 1. *Eupolis, atque Cratinus, Ariſtophaneſque poëta, &c.*

NEC VIVERE] nec diu viuere, id eſt, nec diu in manibus hominum verſari. tralatio eſt. Quidam nolunt teperi ἀπὸ κοινοῦ diu, à quibus diſſentio. Eſt inquam, tralatio. ſic Mart. *Victurus Genium debet habere liber.*

QVÆ SCRIB. AQVÆ POT.] id eſt, quæ ſcribuntur ab aquæ potoribus: vt Oda 6. libr. 1. *Scriberis Vario fortis, &c.*

AQVÆ POTORIBVS] ὑδροπόταις, qui A ſe vino abſtinent, ὕδωρ πίνουσι: ſiccis, aquam bibentibus.

VT MALÈ SANOS] tanquam inſanos, aut parùm ſanos. Non celabo lectorem tamen, veteres interpretes, *vt* hoc loco accipere pro *poſtquā*, quod probat Simeo Boſius: vt ſit hæc ſententia. Poſtquàm Liber retulit in numerum Satyrorum, & Faunorum poëtas Græcos ac Latinos, Vina ferè dulces, &c. Vult enim, treis verſus, qui deinceps ſequuntur, pendêre ab illis verbis, *vt malè ſanos Aſcripſit Lib. Sat. F. que p.* quod mihi vix probari poteſt.

ASCRIPSIT LIBER SATYRIS, &c.] retulit in numerum Satyrorum, & Faunorum, qui vtrique vi[n]oſi ſunt, poëtas, vt diuinos, & B furioſos. *aſcripſit* autem habent duo cod. Vatic. Iann. Faër. Torn. & alij manuſcr. quinque, quos hîc nuper in Gallia inſpexi, duo Ruſſard. Cleric. Nicot. vnus meus. quos ſecutus ſum. Poſtremò ita legit Seruius in Commentar. in Melibœum Virg. ibi, *Paſtores hedera creſc. orn. p.* vulgati *Aſcribit.* Satyrorum autem nomen referendum eſt ad poëtas Græcos: Faunorum ad Latinos, vt rectè putat Boſius. Itaque Homerum, poëtam Græcum & eum quidem principem, primo loco poſuit: & ſic reſpondet Satyris: Ennium, poëtarum Latinorum patrem, ſecundo: atque hic reſpondet Faunis.

C LAVDIBVS ARGVITVR VINI, &c.] id eſt, crebræ apud Homerum vini laudes, eum fuiſſe vinoſum indicant. *arguitur vinoſus*, id eſt, declaratur fuiſſe vinoſus: *laudibus vini*, id eſt, eò quòd crebrò vinum laudet. vinum laudat Homerus ſub perſona Hecubæ, ἰλ. ζ. Ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει, id eſt, Viro autem defatigato magnas vireis vinum amplificat. mox ſub Hectoris perſona vituperat. Μή μοι οἶνον ἄειρε μελίφρονα πότνια μῆτερ, Μή μ' ἀπογυιώσῃς, μένεος δ', ἀλκῆς τε λάθωμαι. id eſt, Ne mihi vinum alioqui ſuaue affert, ô veneranda mater, ne me debilites, & ita vitium & roboris ſim immemor. Quamquam reſponderi poteſt ab Hectore vinum vituperari non ſimpliciter, ſed eo tempore, cùm hoſtis à mœnibus arcendus eſt. Poëta quidem ipſe quandocumque aliena D perſona poſita, ex ſua loquitur, vinū ſemper laudat, nunc εὐήνορα, id eſt, fortem efficiens, nunc μελίφρονα, id eſt, dulce, ſeu iucundum, nunc μενοεικέα, id eſt, viribus conueniens, nunc αἴθοπα nominans.

ENNIVS IPSE PATER] cur pater? an quia primus poëta Latinus? vt Lucret. lib. 1. *Ennius vt noſter cecinit, qui primus amœno Detulit ex Helicone perenni fronde coronam Per genteis Italas.* an propter antiquitatem, & ita cõmune omnium poëtarum veterum nomen eſt?

PROSILVIT] quidam libri manuſcr. habent *proſilit.*

FORVM, PVTEALQVE LIB. &c.] ſiccis hominibus ſuadebo, vt ſeſe ad cauſas agendas conferebant: vt in foro, tribunalibúſque verſentur.

ſenrur. Sed animaduertat lector quod mihi indicauit Boſius, hîc eſſe formulam quandam edictorum prætoris. Ita enim prætores edicere ſolebāt, verbi cauſa. *Pacta conuenta, quæ neque dolo malo, neque aduerſus leges, plebiſcita, ſenatus conſulta, edicta, decreta principum: neque quo fraus cuique eorum fiat, facta erunt, ſeruabo*, & alibi. *Argentario, eive, qui iterum poſtulauerit, cauſa cognita edi iubebo*. & alibi. *Quæ dolo malo facta eſſe dicentur, ſi de his rebus alia actio non erit, & iuſta cauſa eſſe videbitur, iudicium dabo*, & alibi. *Quod cum minore, quàm XXV. annorum natu geſtum eſſe dicetur, vti quaque ea res erit, animaduertam.* Quæritur iam cuius hæc verba ſint, Liberine, an Ennij, an Cratini, à cuius nomine & ſententia hanc epiſtolam orditur. Simeo Boſius putat eſſe Liberi, ſeu Bacchi: veteres interpretes, Ennij: ego olim putaui, Cratini: neque video quid melius dici poſſit. verumtamen non ſatis liquet.

PVTEAL LIBONIS] locum, vbi ius dicebat Prætor in foro Romano. vide annotata ad illum locum Sat. 6. lib. 2. *ante ſecundum Roſcius orabat ſibi adeſſes ad puteal cras.*

MANDABO] frequentādom dabo, committam. Significat iocans, homines ſiccos, ad poëticam ineptos eſſe: ad res forenſeis, iudiciáque prætoria aptiores. *mandabo forum* autem ſic dictum, vt *mandare parteis*. in lib. de art. poët. *ne forte ſeniles Mandentur iuueni partes*, ibidem. *male ſi mandata loquèris.*

ADIMAM CANT. SEV.] adimam cantādi facultatem triſtibus, & ſiccis, & ſobriis, & res ſerias aſſiduè meditantibus, ac tractantibos. dixit autem adimam cantare Græcorum exemplo, ἀφαιρήσομαι τὸ ᾄδειν.

HOC SIMVL EDIXIT] ſimul vt hoc edixit ſiue Liber, ſiue Ennios, ſiue, vt probabilius eſt, Cratinus. nam, vt ingenuè fatear, à quo potiſſimùm horum trium, hoc edictum eſſe dicam, ſtatuere neqoeo: &, quod multis aliis in rebus euenire ſolet, multo facilius poſſum quod alij dicunt, refellere, quàm quod mihi probabile videtur, confirmare. Simeo Boſius putat, Liberum hæc edixiſſe. Vult enim, hæc verba, *forum puteálq; Libonis, &c.* quæ ſimilitudinem & formulam edictorum prætoris pręſe ferunt, eſſe declarationem & explicationem ſuperiorum illorum, *vt malè ſanos Aſcripſit Liber Satyris, &c.* proinde quaſi Liber ita edicendo, *forum, puteálque Libonis Mandabo ſiccis, adimam cant. ſeuer.* aſcripſerit poëtas Græcos Satyris, Latinos Faunis. quod mihi perſuaderi non poteſt. Nam primùm longè aliud eſt dicere, Liber poëtas Satyris & Faunis aſcripſit, quod ſignificat, Bacchum quaſi cooptaſſe in collegiom Satyrorum, & Faunorom poëtas: aliud mandare forum, & puteal Libonis ſiccis, &c. id eſt, reiicere ſiccos & ſobrios, & aquæ potores, ad forum, & tribunalia prætorum: adimere cantos & carmina hominibus ſtudia ſeria & ſeoera colentibus. Deinde cur fit tam abruptè mutatio perſonarum? *Liber aſcripſit, &c. forum mandabo,*

A *&c.* Quod autem alij Ennium edixiſſe volunt: multo mihi incredibilius eſt. Nā cur Ennius potiùs, quàm Homerus? aut ſi Ennius hæc edixit, cur nihil Homerus? Maneo igitur in ſententia, donec aliquid reperiam probabilius, vt putem, Cratinum hæc edixiſſe, eum ipſum, à qoo initiū huius epiſtolæ naſcitur, à qooque huius diſputationis auctoritas ſumitur. Nam Bacchos, Muſæ, Homerus, Ennius videntur foris aſſumi ad probandam Cratini ſententiam, *nulla carmina nec diu placere, nec viuere poſſe, quæ ſcribuntur ab aquæ potoribus*, id eſt, ſiccis & abſtemiis: proinde ac ſi dicat, hoc ita eſſe, licet hinc intelligere, qoòd Muſæ ab ipſo tempore matutino, vinum olent: Bacchus

B poëtas cooptauit, vel aſcripſit in ordioem ac numerum Satyrorum ac Faunorum, comitom & ſectatorum ſuorum, qui vinoſi ſuut. Homerus vioofus fuit, vt declarant crebræ apud eum vini laudes: Ennius ipſe, pater poëtarum Latinorum, numquam ad arma canenda ſe contulit, niſi madidus, & vuidus. rectè igitur illud Cratinus, & verè: cui conſentaneum eſt nunc eios edictum, *forum, puteálque Libonis, &c.* ab Horatio relatum. Hæc erat mea de hoc loco diuinatio potiùs, quā ſententia. Nam nihil mihi in eis, quæ dixi, ſatis firmum, aut certum videtur. Quòd ſi legeremus *edixi*, quemadmodum ſcriptum eſt in vno codice Ruſſardino, (erat enim io verbo *edixit*, t. vltima littera, deleta) facilior eſſet iam, huius loci explicatio. Intelligeretur enim illud ab Horatio edi-

C ctum: *forum puteálque Libonis, &c.* & ſequeretur aptè, *Hoc ſimul edixi, &c.* Non eſt autem ſilentio prætereundum, quod à Suida traditum eſt, Cratinum, poëtam comicum, fuiſſe φιλοπότην, hoc eſt, bibacem, ſeu bibulum, & potandi cupidum. *edicere* autem eſt clarè, & ſuo iure, & non ſine aoctoritate dicere. ſic Satyr. 3. libr. 2. *Hic ſimul accepit patrimoni mille talenta, Edicit piſcator vti, pomarius, auceps, &c.* Idem epiſt. ad Auguſt. libr. 2. *Edicto vetuit, ne quis ſe præter Apellem Pingeret.*

NON CESSAV. POETÆ] ſtultum in hominibus imitandi ſtudium notat, qui præſtantiſſ virorum vitia, non virtutes imitantur: vt qui ſeſe optimos poëtas futuros arbitrantur, ſi, quia Homerum, & Ennium vinoſos fuiſſe traditum eſt,

D vinolenti ſe ad ſcribendum conferant: aut ſi, quia poëtas animi quodam impetu concitatos eſſe oportere aiunt nonnulli philoſophi, icircò quàm maximè furorem, inſaniámqoe ſimulent. qua de re dicemus in epiſt. de arte poët. ad illum locum, *Ingenium miſera quia fortunatius arte Credit, & excludit ſanos Helicone poëtas Democritus, bona pars non vngueis ponere curat, Non barbam: ſecreta petit loca, balnea vitat, &c.* M. Tull. in perfecto oratore, *Ego autem* (inquit) *illos ipſos laudo, idque meritò, quorum ſe iſti imitatores eſſe dicunt: etſi in eis aliquid deſidero: hos verò minimè, qui nihil illorum, niſi vitium, ſequuntur, cùm à bonis abſint longiſſimè.*

NOCT. CERT. MERO.] totam noctem cū æqualibus certatim potare.

PVTERE DIVRNO] repete *mero*. Sed cur A non dixit *putére diurnum*, vt dixit ſuprà *eluerunt vina*.

ET PEDE NVDO] Plutarchus in Catone Vticenſi, *πολλάκις δὲ ἀνυπόδητος, καὶ ἀχίτων εἰς τὸ δημόσιον προῄει μετ᾽ ἄριστον*, id eſt, ſæpe autem ſine calceis, & ſine tunica in publicũ prodibat à prandio.

EXIGVÆQVE TOGÆ TEXTORE] id eſt, exigua toga, vt ſit *μετωνυμία*. quemadmodũ ſuprà epiſt. 1. per capillos ab inæquali tonſore decurtatos, capillos inæqualiter tonſos ſignificat. quidam viri docti affirmãt, ſcriptum eſſe in quodam cod. antiquo *teſquore*. ego eam ſcripturam nuſquam reperi.

CATONEM] Vticenſem, vt appâret ex Plu- B tarcho.

REPRÆSENTET] repræſentare propriè locum habet in pecunia in diem debita, die præſenti ſoluenda & diem promiſſi repræſentare, eſt promiſſum, antè quàm dies aduenerit, vel certè cùm aduenerit, exſoluere. ex quo *repræſentãdi* verbo vtimur pro eo, quod eſt, rem, quæ abeſt, præſentem conſtituere, vt M. Tull. pro Sextio, *erat eo tempore ſenatus in æde concordiæ, quod ipſum templum repræſentabat memoriam conſulatus mei*. Cæſar lib. 1. de bell. Gall. *Itaque ſe, quod in longiorem diem collaturus fuiſſet, repræſentaturum eſſe*.

RVPIT HYARBIT, &c.] id eſt, dum Hyarbita Timagenis eloquentiam conatur imitari, dirupit ſeſe, ſcilicet nimiùm contendendo, & cla- C mando. ſic M. Tull. epiſt. ad Marium lib. 7. *His ego tamen diebus, ludis ſcenicis, ne fortè videar tibi non modò beatus, ſed nec liber omnino fuiſſe, dirupi penè me in iudicio Galli Caninij familiaris tui*. ex quo *dirupti* appellantur. ordo verborum eſt, lingua Hyarbitę, æmula Timagenis, rupit Hyarbitam. conuenit autem interdũ hoc verbũ in ſtultos, & indoctos imitatores, cùm ſignificare volumus, eos nũquam eorum, quos ineptè imitantur, præſtantiam aſſecuturos: vt hîc, & Sat. 3. lib. 2. ad extremum, *cùm magis, atque Se magis inflaret, non, ſi te ruperis (inquit) Par eris*. vide quæ ad eum locum annotaui. Timagenem commemorat Suidas, aitque rhetorẽ fuiſſe Alexandrinum, vel, vt alij volunt, Ægyptium, à Gabinio captiuum Romam abductum: à Fau- D ſto Syllæ filio redemtum: Romæ rhetoricam docuiſſe, & ſophiſticam feciſſe, vſque ad Auguſti tempora vixiſſe: ad extremum interdictum ei eſſe docendi munere propter nimiam orationis libertatem, & maledicentiam, & ita reliquam ætatem in agro quodam Tuſculano egiſſe, & vomere conantem à cena, interiiſſe. [Commemorat & Quintilianus lib. 1. cap. x. & Plutarch. apoph. Auguſt. & lib. *πῶς ἄν τις διακρίν. τὸν κόλ.* *Καὶ Τιμαγένης ἐξέπεσε τῆς Καίσαρος φιλίας, ἐλευθέρᾳ μὲν οὐδέποτε φωνῇ χρησάμενος ἐν δὲ τοῖς συμποσίοις, καὶ τοῖς περιπάτοις ἑκάστοτε πρὸς οὐδὲ ἓν χρηστὸν σπουδὴν ἀλλ᾽ ὅ, τι οἱ εἴσαιτο γελοῖον κρυγείοισιν, αἰτίαν φιλίας, ὥσπερ λοιδορίας προσφερόμενος.*] De Hyarbita nihil vmquam me legere memini.

TENDITQVE] & dum contendit, vt ſuprà Od. 29. libr. 1. *Socraticam & domum Mutare loricis Iberis Pollicitus meliora tendis*.

DECIPIT EXEMPLAR, &c. id eſt, exemplar, in quo aliqua inſunt vitia cum virtutibus coniuncta, imitatorem plerumque inducit, vt virtutibus omiſſis, vitia imitetur.

QVÒD SI PALLEREM CASV, &c.] Sat. 3. *aut argenti pallet amore*. & epiſt. 1. lib. 1. *nulla pallеſcere culpa*.

BIBERENT EXSANGVE CVM.] pallorem meum imitari ſtudentes. Cuminum exſangue appellat, quia pallidum reddit, id eſt, veluti exſanguem. Dioſcor. lib. 3. de cumino, *τρέπει δὲ καὶ χρῶτα ἐπὶ τὸ ὠχρότερον πινόμενόν τε, καὶ συγχριόμενον*, id eſt, *cuminum immutat colorem, pallidioremque efficit, ſiue bibatur, ſiue illinatur*. Vſque adeò autem hoc verum eſt, vt ſi qua mulier purpureum colorem faciei ceruſſa, aut alio aliquo fuco appinxerit, granis cumini manſis ruborem illum continuò amittat, & natiuum pallorem recipiat. *κυμινοπρίστην* vocant Græci, id eſt, *cumini ſectorem*, hominem illiberalem, ac præparcũ, *ὑπερβολικῶς*, quòd, cùm granum cumini ſirminutiſſimum, inſignem parſimoniam præ ſe ferat, ac declareris, qui rem tantillam integram impendere, aut dare nolit, ſed diuidat. Theocrit. *εἰδ.* 1. quod inſcribitur *ἐργατῖναι*, *Κάλλιον ὦ πιμελητὰ φιλάργυρε τὼς φακὸς ἕψειν Μὴ 'πιτάμῃς τὰν χεῖρα καταπρίων τὸ κύμινον*, id eſt, Honeſtius eſt ô procurator auare, lenteis coquere ne manũ incidas cuminum ſecans. vbi interpres *εἰώθαμεν τοὺς ἄγαν φειδωλοὺς, κυμινοπρίστας καλεῖν*, id eſt, ſolemus præparcos homines cumini ſectores appellare. vtitur hoc nomine & Ariſtoteles lib. 4. de moribus ad Nicom.

O IMITAT. SERV. PEC. &c.] non improbat Horatius imitationem, neque ſimpliciter reprehendit imitatores. Nam M. Tullius Demoſthenem, & Iſocratem imitatus eſt: Virgilius Homerum, Theocritum, Heſiodum: ipſe Horatius Alcæum, Pindarum, Sapphonem, Archilocum, Simonidem, Steſichorum, Anacreõtem, ceteros. ſed eos imitatores inſectatur, atque exagitat, qui nimis ſeruiunt imitationi, nec quicquam audent ab eo, quem ſibi propoſuerunt imitandum, diſcedere, &, quod deterrimum eſt, vitioſiſſima quæq; æmulantur. duo ſunt igitur peccata ſtultorũ imitatorum, quæ his duobus nominibus, *ſeruum pecus*, vt opinor, ſignificantur: vnum, quòd nimis religioſè, & pæne dicam, ſeruiliter imitantur: alterum, quòd ita tardi ſunt, & hebetes, & peruerſi, vt eorum, quorum ſimiles eſſe, aut haberi volunt, vitia pro virtutibus imitentur: in quo pecudum ſimiles eſſe, id eſt, communi ſenſu, & iudicio carere videntur. quos item notat Marc. Tull. libr. 2. de orat. his verbis, *Tum accedat exercitatio, qua illum, quem anteà delegerit, imitando effingat, atque ita exprimat, non vt multos imitatores ſæpe cognoui, qui aut ea, quæ facilia ſunt, aut etiam*

aut etiam illa, quæ inſignia ac pene vitioſa, conſectantur imitando.

V t] quàm. ſic ſuprà Od. 25. libr. 3. *vt mihi deuio Ripas, & vacuum nemus Mirari libet.*

I o c v m] riſum. ſat. 5. lib. 2. *Ne quid tu perdas, neu ſis iocus.*

V e s t r i t v m v l t v s] veſtri timores exanimes, veſtræ conturbationes, & trepidatiões. tumultus enim eſt timor multus, vt ait M. Tull. Philipp. 8. *Quid enim eſt aliud tumultus, niſi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? vnde etiam nomen ductum eſt tumultus.*

L i b e r a p e r v a c v v m, &c.] vacuum dicitur, quod à nemine occupatum eſt. libera autem veſtigia reſpondent illi, *ſeruum pecus.* gloriatur igitur Horatius, ſe veſtigia in vacuo poſuiſſe, & quidem libera: id eſt, ſe ſcriptionis genus à nemine adhuc occupatum, aut vſurpatum, liberè, & ſuo arbitratu ſecutum eſſe. ſic Propert. libr. 3. *Primus ego ingredior puro de fonte ſacerdos Itala per Graios Orgia ferre choros.* ſic item Lucret. libr. 4. *Auia Pieridum peragro loca nullius antè Trita ſolo, iuuat integros accedere fonteis, Atque haurire: iuuátque nouos decerpere flores, Inſignémque meo capiti petere inde coronam, Vnde prius nulli velarunt tempora Muſæ.*

P r i n c e p s] primus, vt ſæpe aliàs. annot. ad Od. 16. libr. *princeps limo.*

R s g e t e x a m e n] tralatio ab apibus. qui ſuæ virtuti (inquit) ſuóque ingenio confidet, non dubitabit alijs præeſſe, ſeu præire: audebit ſe aliorum ducem profiteri. *fidet, reget* in tempore futuro excudendum curaui, octo codicibus veteribus fretus.

P a r i o s e g o p r i m. i a m b. &c.] en, cur ſe paullò antè dixerit principem, id eſt, primum veſtigia in vacuo poſuiſſe. non enim negauerit Horatius ſe Græcos imitatum eſſe: ſed ſuo iure gloriari poteſt, ſe primum è Latinis verſus lyricos ſcripſiſſe, quamuis eorum Græci fuerint inuentores. ſic Ode vltima libr. 3. *dicar ex humili potens Princeps Æolium carmen ad Italos Deduxiſſe modos.*

P a r i o s] Archilochios. Archilochus enim Parius fuit. Iambis autem maximè vſus eſt in epod.

N v m e r o s] ῥυθμὸν, vel metrum. tranſlatè dixit epiſt. 2. libr. 2. *Sed veræ numeróſque, modóſque ediſcere vitæ.*

A n i m ó s q v e] vim, & acrimoniam: ſpiritus, φρόνημα.

N o n r e s, e t a g e n t i a] id eſt, non materiem, & verba ijs ſimilia, quæ Lycamben ad laqueum adegerunt. De Lycambe diximus in epod.

A c n e m e f o l i i s] id eſt, ac ne mihi iccircò minorem laudem tribuas, quòd numeros Archilochi, & legem carminis immutare non ſum auſus, ego iambos Archilochi, quamuis nulla ex parte à me immutatos, carmine Sapphico tamen, & Alcaico temperaui, nempe in libris

A carminum. nonnulli aiunt, Sapphonem quoque, & Alcæum ſcripſiſſe iambicos verſus, ſed Archilochi verſibus moderatiores.

T e m p. A r c h. M v s. p e d e m a s c. S a p p h o, &c.] id eſt, Sapphica carmina, quæ ſcripſi in libris carminum, ſeu odarum, ad exemplum Sapphonis: & Alcaica, quæ ad Alcæi, temperant Archilochi iambos nimis acreis, & contumelioſos, quibus vſus ſum in lib. epod.

M a s c v l a] vel quòd ita puellas amaret, vt ſolent viri, quódque cum eis tanquam mas, rem haberet: vel, quòd ingenio maſculo fuerit in eo, quod venuſtiſſimos & politiſſimos verſus ſcripſerit, neque in lanificio aliarum mulierum more ætatem conſumſerit, aut operam poſuerit: vel
B quòd animo forti ac virili fuerit in eo, quod ſeè petra Leucade præcipitem in mare deijcere auſa ſit: quod magis placet Turnebo: mihi non item. Puto enim maſculam dici ob id potiùs, quòd virilia, & magis digna, non muliebria ſtudia coluerit ac tractarit.

S e d r e b. e t o r d. d i s p. N e c s o c. Q v. ordo eſt. ſed Archilochus apud me rebus, & ordine diſſimilis Archilocho illi, qui ſocerum illum ad ſuſpendium adegit, non quærit ſocerum, &c.

N e c s o c e r v m q v æ r i t, &c.] de Archilocho ſup. ad Od. 6. epod. Pindarus εἰδ. β. πυθ. Archilocho ſuam maledicentiam nocuiſſe oſtendit his verbis, ἐμὲ δὲ χρεὼν φεύγειν δάκος ἄδικον, κακαγορείαν. εἶδον γὰρ ἑκὰς ἐὼν τὰ
C πόλλ' ἐν ἀμαχανίᾳ ψογερὸν Ἀρχίλοχον, id eſt, me autem oportet fugere morſum iniuſtum, maledicentiam. Vidi enim, cùm longè abeſſem, ſæpe conſilij, & facultatum inopem maledicum Archilochum. Interpunctio vitioſa hunc locum obſcurabat: quam ego ſuſtuli: & nomen *diſpar* ad Archilochum refero, vt ſit hæc ſententia, Archilochus, quem ego meis verſibus exprimo. diſſimilis illi Archilocho, cuius verſus acerbiſſimi, & atrociſſimi ſunt, neque ſocerum quærit, &c. Lycamben ſignificat.

O'b l i n a t] dedécoret, infamem reddat, ignominia afficiat. verſibus atris autem, id eſt, verſibus contumelioſis, criminoſis, triſtibus, mo-
D leſtis, iniucundis, acerbis.

H v n c] Archilochum: non, vt alij. Alcæum.

N o n a l i o] non ab alio Latino Latinè expreſſum.

F i d i c e n] ego poëta Lyricus Latinus. vt Od. 3. lib. 4. *Quòd monſtror digito prætereuntium Romanæ fidicen lyræ.* *Latinus* autem habent omnes cod. antiqui.

I v v a t i m m e m. f e r.] iuuat me, dum immemorata profero, legi oculis ingenuis, id eſt, hominum ingenuorum, & manibus teneri, cùm in vulgatis omnibus legeretur *ingenijs*, ego auctoritatem duorum lib. Vatic. & Iann. Faërn. Torn. & aliquot aliorum ſecutus, *ingenuis* excudendum curaui.

INGRATVS] qui cùm meorum librorum lectione domi delectetur ac iuuetur, gratiam mihi non referat, ſed foris & publicè non laudet. A

PREMAT EXTRA LIMEN] foris vituperet, vel diſſimulet ſe eorum lectione delectari: laudes meas taceat.

INIQVVS] inimicus, inſenſus, maleuolus.

NON EGO VENT. PLEBIS, &c.] Solebant indocti poëtæ, & ijdem locupleres, cenis ſumtuoſis, muneribus, fideiuſſionibus, promiſſis, imperitæ multitudinis aſſenſum, atque approbationem emere, vt Horat. & hic. & in epiſt ad Piſo. oſteodit his verbis. *Si verò eſt, vnctum qui rectè ponere poſſit, Et ſpondere leui pro paupere, &c.* Allegoria eſt à comitijs, aut petitione magiſtratuū. B

VENTOSÆ] mobilis. T. Liuius lib. 42. *quſdam ventoſum ingenium præcipites ad omnia nouanda agebat.* ſop. epiſt. ad Celſum. *Romæ Tibur amem ventoſus, Tibure Romam.*

VENOR] capro, colligo, aucupor. alia eſt metaphora.

IMPENSSS CENARVM] cenis ſumtuoſis, & opiparis.

ET TRITÆ MVNERE VESTIS] ſic Perſ. ſat. 1. *ſcis comitem horridulum trita donare lacerna.* tritam veſtem intellige, non nouam.

MOBILIVM SCRIPT. AVD.] criticus, qui audio ſcripta nobiliom poëtarum.

ET VLTOR] & qui eis viciſſim mea reciro. ſic enim eos vlciſcor: vel qui caſtigo, & corrigo. C vtraque explicatio probabilis eſt. nonnulli legi volunt, *& actor.* & ita ſe dicunt reperiſſe ſcriptum in vno libro manuſcr. Ego primam vulgatam & receptam lectionem retineo, teſtificans me cùm libros manuſcripros, antiquiſſimos, oumero 14. inſpexerim, & conſuloerim, in eorum nullo repeiſſe *& actor*: deinde, ſi quis quærat ex me ecquid probem, hoc *& actor*, reſpondeo non me æquè probare. neque tamen, ſi quis à me diſſentiat, iccircò aut eum reprehendo, aut eius iudicio meum antepono.

GRAMMATICAS AMBIRE TRIBVS] prenſate Grammaticos, vt mihi ſuffragentur, ſeu potiùs, vt meos libros ſuis diſcipulis ediſcendos proponant. Etiam hîc tralatio, ſeu allegoria eſt, ducta à comitiorum ratione. Nam qui D honorem petebant, tribus ambibant, & eos, qui in ſua tribu gratia valebant, prenſabant. *Tribus* autem *grammaticas* poſuit pro tribus grammaticorum: & *tribus*, pro turba. & multitudine.

PVLPITA] vnde grammatici poëtarum recentiorum ſcripta recitabant. vel ab auctoribus recitata audiebant, & vel probabant, vel improbabant.

HINC ILLÆ LACRYMÆ] prouerbiom notiſſimum ex Andria Terent. vritur M. Tull. in orat. pro Cœlio. *hinc illæ lacrymæ nimirum, & hæc cauſa eſt horum omnium ſcelerum, atque criminum.*

SPISSIS INOIGNA TH. &c.] ſi dixi (inquit) ſcripta mea videri mihi frequenti hominum conuentu, & corona non eſſe digna, ideóque me pudore ingenuo, ne ea recitem, nugáſque magni æſtimem, deterreri, rides Horati. ait aliqois. *ſpiſſis*, id eſt, frequenribus, crebris.

NVOIS AOD. PONO.] nugas venditare, & oſtentare. in lib. de arte poët. *nugæque canoræ.*

RIOES] εἰρωνείᾳ: diſſimulatione vteris. vel derides.

IOVIS] Auguſti. iſta vni Auguſto vis tecitare: rua ſcripta vis ab vno Auguſto legi, atque audiri

FROIS ENIM MANARE] confidis te verſus edere quouis melle dulciores. *manare mella*, genus loqueodi tariuſculum: vſitatius illud de arte poëtic. *Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat.* ſimile huic illud. ibid. *ſtillabit amicis Ex oculis rorem.*

TIBI PVLCHER] tuo iodicio bonus poëta: vel te vnum delectare, tibique vni placere ſtudens, de alijs non laborans.

AD HÆC] ad ea quæ mihi ab illo dicta ſont.

NARIBVS VTI FORMIOO] ego non audeo inflexis naribus ea, quæ ille mecum loqoitur, irridere. *narium inflexio* irridentium geſtus eſt vt ſat. 6. lib. 1. *naſo ſuſpendis adunco Ignotos.* & ſatyr. 8. lib. 2. *Balatro ſuſpendens omnia naſo.* Perſ. *nimis vncis Naribus indulges*: μυκτηρίζειν dicunt Græci. acutæ nares autem, ſagaces, & ad odorandum celeres intelliguntur: & qui acutis naribus ſunt, ingenioſiores habentur: vt contrà qui obtuſis, pingues & hebetes.

ET LVCTANTIS ACVTO, &c.] & ne ille, qui mecum pugnat, me vnguibus laceret, clamo, locum illum mihi diſplicere, videlicet theatrum.

ACVTO NE SECER VNGVI.] Licinius Caluus, *Vaga candida nympha quod ſecet vngus.* Cariſius lib. 1. grammat. inſtitut.

ET DILVOIA POSCO] Porphirio ſeu Acro, docet his ipſis ferè verbis, id temporis ſpatium, quod tribui ſolebat gladiatoribus ad digladiandi intermiſſionem, intra dies munerum gladiatoriorum, qoibus pugnare debebant, *diludia* appellari.

LVDVS ENIM GEN. TR. CERT.] gradario, ſeu climax.

TREPIOVM] in quo trepidant ij, qui certamen ineunt. eiuſdem generis eſt illud, *Pallida mors*, & ſimilia.

IRA TRVCEIS, &c.] vt ſup. Od. 16. libr. 1. *Iræ Thyeſten exitio graui Strauere, & altis vrbibus vltimæ Stetere cauſæ, cur perirent Funditus, &c.* truceis inimicitias aotem dicit, hoc eſt, triſteis & horribileis, vel quòd inimici truci & ſæuo in eos, quibus inimici ſunt, aſpectu, ac vultu ſolent eſſe.

ET FVNEB. B.] lugubre dixit Od. 1. lib. 2. *quod mare lugubris Ignara belli?*

TVRNEBVS.

EX lib. 17. cap. 22. Teſca vel teſqua loca ſunt inculta & aſpera, vnde apud Horatium, ſqualor &

lor & aſperitas teſcot, vel teſquot appellatut illo verſu, vt quidam legunt, *Exiguaq; toga ſimulet teſquore Catonem*. verum eruditiſſ. vito Lambino aſſentiot & antiquis interpretibus, qui *textore* defendũt hoc ſenſn, qui hoc ſimulet & effingat Catonem, quòd ſibi exiguam ipſe texat vel texi iubeat togulam. nec illos audio, qui *geſtore* legunt & animo ſuo motem gerunt, ſcriptura nouanda nimium licentet. Squalus eſt piſcis, cuius nomen aſperitate fluxit. Nam è ſquaror, ſqualor & ſqualus originem duxere. eo nomine apud Plinium lib. 9. cap. 24. cenſeri videntut omnes cartilaginei piſces longæ formæ, vt cùm ſcribit, *quo in numero ſunt ſquali quoque, quamuis non plani*: Sed locus iſte mihi de mendo non iniutia ſuſpectus eſt, cum in quodam exemplari ſqualij repetererim. quid ſi igitur Plinius Græcam vſurpauit vocem. & Galei ſcripſit, cum Latinam quæ ei reſponderet, non heberet? quod quidem & animaduerti Maſſario placere, quo ad affirmandum ſum audaciot, eius ſubnixus iudicio.

Ex li. 10. c. 2. Sappho maſculam cut Hor. vocet, pauci animaduertũt. non deſunt etiã, qui obſcœnius interpretentut. quod mihi faciendum non videtut eſſe. Nam cùm ait, *Temperat Archilochi muſam pede maſcula Sappho*. Maſculam intelligit, quæ tam audaci & virili animo fuerir, vt de Leucade petta præcipitem dare ſe auſa ſit, quod à Papinio in ſiluis ita canitur: lib. 3. ſilua. 3.

- ſaltúſque ingreſſa viriles

Non formidata temerariâ Leucade Sappho. Atque vt Hotatium hoc in loco ſatis obſcurum illuſtremus: vt mihi viderur ait, in Carminum libris ſe Alcæum & Sappho imitatum eſſe: in libtis Epodon Atchilochum, cùm præſertim à Grammaticis liber Epodon Archilochi citetur & in libro eiuſdem nominis Flaccus plurimum Iambicis Archilochiis, & eo genere verſuum vtatut, quos frequentaſſe Atchilochum nouimus & in Epodis vſurpaſſe Grammatici declarant.

Ex lib. 22. cap. 5. Diludia Interualla ſunt & intermiſſiones ludendi, vt apud Horatium,

-- & diludia Poſco.

EPIST. XX. AD LIBRVM SVVM.

ARGVMENTVM.

Librum ſuum compellat, in lucem prodite cupientem: à quo eum, propoſitis, quæ impendent, periculis, deterrere conatur. De ſuo genere, vita & moribus, necnon de corporis ſtatura, & ætate, quædam refert, quæ ab eo nattari velit.

*VErtunnum, Ianúmque, liber ſpe-
  ctare videris:
Scilicet vt proſtes * Soſiorum pumice mũ-
  dus:
A Odiſti claueis, & grata ſigilla pudico:
Paucis oſtendi gemis: & communia lau-
  das,
Non ita nutritus. fuge, quò diſcedere ge-
  ſtis.
Non erit emiſſo reditus tibi. quid miſer
  egi?
Quid volui? dices, vbi quis te læſerit. &
  ſcis
In breue te cogi, cùm plenus languet * a-
  mator.
B Quòd ſi non odio peccantis deſipit augur:
Carus eris Romæ, donec tè deſerat * ætas.
Cõtrectatus vbi manibus ſordeſcere vulgi
Cœperis: aut tineas paſces taciturnus in-
  erteis:
* Aut fugies Vticam: aut vinctus mit-
  téris Ilerdam.
Ridebit monitor non exauditus: vt ille,
Qui malè parentem in rupeis protruſit a-
  ſellum
C Iratus. quis enim inuitum ſeruare laboret?
Hoc quoque te manet, vt pueros elementa
  docentem
Occupet extremis in vicis * balba ſene-
  ctus.
Cùm tibi ſol tepidus plureis admouerit au-
  reis:
Me libertino natum patre, & in tenui re
* Maiores pennas nido extendiſſe lo-
  quêris:
D Vt, quantum, generi demas, virtutibus
  addas.
Me primis vrbis belli placuiſſe, domíque:
Corporis exigui, præcanum, ſolibus
  aptum,
Iraſci celerem, tamen vt placabilis eſſem.
Fortè meum ſiquis te percontabitur æuum:
Me quater vndenos ſciat impleuiſſe De-
  cembreis,
Collegam Lepidum quo duxit Lollius
  anno.

VERTVNNVM] Deum, qui præeſt rebus A contrahendis, ac vertendis, id eſt, permutandis: vel ab amne verſo dictum, vel ab eo, quòd anni vertentis poma percipiat. de quo Propert. libr. 4. *Quid mirare meas tot in vno corpore formas? Accipe Vertumni ſigna paterna Dei. Tuſcus ego, Tuſcis orior: nec pœnitet inter Prælia Volſcinos deſeruiſſe focos: Nec me turba iuuat, nec templo lætor eburno. Romanum ſatis eſt poſſe videre forum.* cetera lege apud Propert. Propterea autem, quòd hic Deus ad omneis figuras, ac formas opportunus erat, credebatur etiam menteis hominum & cogitationes in rebus emendis, ac vendendis vertere, immutare, ac variè afficere. itaque mobili ingenio, & inconſtanteis homines *iratis Vertumnis natos* dicebant, vt Horat. B ſat. 7. li. 2. *Vertumnis quotquot ſunt, natus iniquis.*

IANÚMQVE] Iani templum, vel Iani ſtatuam, cui proximæ erant librariorum columnæ: vel forum Romanum.

PROSTES] venalis exponaris: à quo verbo *proſtibulum*, locus, in quo proſtant mulieres impudicæ, & ſcorta: & mulier *proſtibula*.

SOSIORVM PVM. MVND.] id eſt, librariorum pumice expolitus. Soſij, librarij & bibliopolæ ſcriptores fuerunt, de quibus & lib. de arte poët. *Hic meret æra liber Soſiis.* ſolebant enim & veteres illi libros pellibus tegere, & pelleis pumice expolire, atque exæquare. Catull. ad Varum, *chartæ regiæ, noui libri, Noui vmbilici, lora rubra, membrana Dereѕta, plumbo, & pumice omnia æquata.* idem C in primo carm. ad Corn. Nepotem, *Quoi dono lepidum, nouum libellum Arida modò pumice expolitum?* Tibull. lib. 3. eleg. 1. *Lutea ſed niueum inuoluat membrana libellum, Pumex & canas tondeat arte comas.* ex quo pumicare: quod valet pumice defricare, atque expolire. Catullus in Egnatium, *hoc ſibi ſolet manè Dentem, atque ruſſam pumicare gingiuam.* ſic enim legitur hic verſus apud Apuleium, vt admonet Adr. Turnebus noſter.

ODISTI CLAVEIS, ET GRATA, &c.] cupis prodire in publicum: non vis domi contineri: odiſti cuſtodiam. claues ad claudendum comparatæ ſunt: atque icciircò fortaſſe à claudendo dictæ, vt κλεῖδες ἀπὸ τοῦ κλείειν.

PAVCIS OST. GEMIS] ægrè fers, ſeu lamentaris, te à paucis legi, neque omnium oculis D patêre.

GESTIS] cupis. in epiſt. de arte. *geſtit paribus colludere.*

EMISSO] edito. ibid. *Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum.* hoc dicit, vbi ſemel emiſſus à me fueris, & diuulgatus, non licebit tibi ad me reuerti.

NON ITA NVTRITVS] non ita educatus, id eſt, non eo conſilio à me conſcriptus, vt in manus hominum peruenires. eſt enim perpetua allegoria.

DISCEDERE] lib. vnus Vatic. & Torneſ. & Clericanus, Nicotianus, Ruſſardinus, meus, habent *deſcendere.*

ET SCIS IN BR. TE COGI, CÙM, &c. & ſcis te complicari, & contrahi, cùm lector paullò antè tui cupidus, legendo defeſſus eſt: vel ſcis te non totum legi, ſcis multa à languido lectore præteriri, vt alij volunt. ego tamen priorem explicationem puto eſſe probabiliorem. T. Liuius libr. 39. loquens de commentario quodam, quem à Philippo patre acceperat Demetrius, *Erant autem* (inquit) *de rebus ſingulis in breue coacta cauſæ.*

PLENVS] vel legendo defeſſus, & ſatietate legendi affectus: vel, vt alij volunt, cibo ſatur: quod minùs probo.

QVÒD SI NON ODIO, &c. i.] Quòd ſi non odio tui, qui me inuito, & repugnante eaire cupis, vaticinor, ac deſipio, tantiſper placebis Romæ, dum nouus eris. noua enim vulgo placere ſolent: vetera non item. licet autem hæc referre ad verſus ipſos, ſeu potiùs ad chartas, & membranas, quæ poſteaquàm legentium manibus tractatæ, ſordeis contraxerunt, negliguntur, & vel à tineis, & blaptis exeduntur, vel ſalſamentarijs, & pharmacopôlis ad ſuas mercеis inuoluendas, & integendas vſui ſunt, vel ex eis fiunt opiſtographa epiſtolarum.

DONEC TE DESERAT ÆTAS] donec conſenueris. *ætas*, id eſt, iuuenta.

AVT FVGIES VTIC.] aut exſulabis, & ex Italico ſolo pellêris. tralatio ab animatis, & ratione vtentibus ad rem inanimam. fortaſſe significat hîc voluntariam fugam, poſteriore verſu neceſſariam propter verbum *vinctus*: & hæc referenda ſunt ad bellorum ciuilium calamitatem: vt prædicat Horatius, eos caſus ſuo libro imminere, quos complures nobiles & noti Romani propter bella ciuilia ſubierunt, ac pertulerunt. Eſt autem Vtica vrbs in Aphrica, in qua Cato minor mortem ſibi conciuit: vnde dictus Vticenſis.

AVT VINCT. MITT. ILERD.] ſolebant veteres, epiſtolas in tabulis, ſeu chartis conſcribere, eáſque alia charta, quæ plerumque erat intus exarata, operire: deinde lino obligare: poſtremò obſignare. eæ autem chartæ, quibus litteræ integebantur, appellabantur opiſtographa, quia à tergo inſcriptæ declarabant ad quem mitterentur. Significat igitur, homines ex libro ſuo integumenta litterarum facturos. ſciendum eſt autem, libros veterum vna tantùm ex parte fuiſſe exaratos: icciircóque volumina dicebantur, quia in vnum conuoluebantur. itaque ex eis opiſtographa facere licebat, quod non item ex noſtris licet.

RIDEBIT MON. NON EXAVD.] ego, qui te toties fruſtrà præmonuerim, vt ne in publicum prodires, ridebo. vtitur hoc nomine ſuprà epiſt. ad Loll. 2. *Protinus vt moneam, ſi quid monitoris eges tu.* & de arte poët. *monitoribus aſper.*

MALÈ PARENTEM, &c.] non parentem. prouerbij ſimilitudinem gerit. conuenit autem in eum, qui neque per ſe ſapit, neque alteri bene conſulenti, benéque præcipienti obtemperat. notum

notum eſt illud Heſiodi, οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ φρασσάμενος, τά τ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω, &c. A i. *Optimus ille quidem eſt, qui per ſe mente, animóque Omnia perluſtrat, quæ ſint meliora futura Poſtea ad extrema vſque nouiſſima tempora vitæ, &c.* quod citat Ariſtot. lib. 1. de morib. ad Nicomach. T. Liuius vſurpat lib. 32. vt aliàs annotauimus. *protruſit* autem excudendum curaui duorum lib. Vatic. Rain. Card. Iannoct. Faërn. Torn. Clericanorum, Nicorian. Ruſſard. auctoritatem ſecutus.

Qvis enim invit. serv. lab.] Dam *Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti*: epiſtol. de arte poët. Terent. tamen Heaut. *Atque hunc difficilem, inuitum ſeruaret ſenem.*

Te manet] tibi impendet, tibi euentu- B rum eſt: vt Od. 28. lib. 1.

Cùm tibi sol tepidvs, &c.] id eſt, cùm hora diei tertia, aut quarta, quo tempore ſolis calor inualeſcit, plureis habueris auditores. Lucret. libr. 4. *vt omne Humanum genus eſt auidum nimis auricularum.*

Me libertino natvm patre, &c.] dices me patre libertino natum eſſe. vt ſat. 6. lib. 1. *Nunc ad me redeo libertino patre natum.*

Et in tenvi re Maiores pennas, &c.] id eſt, dices me in anguſta, & parua re familiari natum, virtute tamen & ingenij præſtantia tenuitatem, & humilitatem generis mei illuſtraſſe, atque extuliſſe. tractum ab auium pul- C lis, qui paulatim plumis naſcentibus nidos ſuos ſuperant.

Me primis vrbis, &c.] ſic ſatyr. 1. li. 2. *tamen me Cum magnis vixiſſe inuita fatebitur vſque Inuidia.* quos hîc primos vrbis dicit, *primores populi* appellauit ſat. illa 1. lib. 2.

Belli, domíqve] aduerbia ſunt, ſic epi. ad Auguſt. in extr. *belli ſpectata, domique Virtus.* M. Tull. in Bruto, *omiſſis illis diuinis conſilijs, quibus ſæpe conſtituta eſt Imperatorum ſapientia ſalus ciuitatis aut belli, aut domi.*

Corporis exigvi] ſaty. 3. libr. 2. *longos imitaris, ab imo Ad ſummum totus moduli bipedalis.*

Præcanvm] canum ante tempus. ſolet autem præmatura canities accidere & iracundis natura, & calamitoſis, diuturnóque animi mæ- D rore affectis, quod confirmat Pind. εἰδ. δ. φύονται δὲ καὶ νέοις ἐν ἀνδράσι πολιαὶ θαμὰ καὶ παρὰ τὸν ἁλικίας ἐοικότα χρόνον. id eſt, naſcuntur autem etiam iuuenibus cani crebiò præter ætatis conueniens tempus. Traditum eſt ab antiquis, ſiquis mærore affectus, & luctu graui oppreſſus non lacrymaretur, præſertim ætate media, fore vt ſtatim caneſcat: ſin lacrymari poſſit, canitiem illam præmaturam vitaturum.

Solibvs aptvm] locis apricis gaudentem.

Irasci celerem] ὀξύθυμον ὀξύχολον, ὀργίλον, irritabilem, iracundum. iraſci celerem autem Græcum loquendi genus.

Tamen vt placab. essem] & facilè placantur, & citò deſinunt iraſci homines iracundi, quod quidem eſt in eis optimum, vt ſcribit Ariſtot. li. 4. de morib. ad Nicomachum, παύονται δὲ ταχέως, ὃ καὶ βέλτιστον ἔχουσι. & M. Tull. ait lib. 1. epiſt. ad Attic. *irritabileis animos eſſe optimorum ſæpe virorum, & eoſdem placabileis: & eſſe hanc agilitatem, mollitiémque naturæ pleriumque bonitatis.* Idem epiſt. ad Qu. Fratr. libr. 1. paullo aliter, *Si implacabiles* (inquit) *ſunt iracundiæ, ſumma eſt acerbitas: ſin autem exorabiles, ſumma leuitas: quæ tamen (vt in malis) acerbitati anteponenda eſt.* Homer. ἰλ. ν. Ἀλλ' ἀκεώμεθα θᾶσσον, ἀκεσταὶ δὲ φρένες ἐσθλῶν. id eſt, ſed placemur citiùs: placabiles autem ſunt bonorum mentes. Eurip. Medea, Γυνὴ γὰρ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὔτως ἀνὴρ, Ῥᾴων φυλάσσειν, ἢ σιωπηλὸς σοφός: quibus verſibus ſignificat, viros & mulieres iracundos faciliùs caueri poſſe, quàm tectos, atque obſcuros.

Me qvater vnd. sc. impl. dec.] ſciat me quadraginta quattuor annos compleuiſſe.

Collegam Lepid. qvo d. &c.] id eſt, anno ab vrbe cóndita ıɔcccxxxiii. cùm igitur natus ſit Horatius L. Manlio Torquato, & L. A. Cotta coss. vt ſuprà cognouimus Od. 13. epod. *Tu vina Torquato moue conſule preſſa meo:* hi autem conſules fuerint anno ab vrbe condita ıɔcxcvii. relinquitur, vt Hor. Q. Æmilio Lepido, M. Lollio conſulibus, annos quadraginta quattuor expleuerit.

Dvxit] coniunctum habuit. neque huius verbi vis ad ſorteis eſt referenda, vt vult Porphyrio. non enim ſortibus, ſed ſuffragijs fiebant coss.

Q. HORATII FLACCI
EPISTOLARVM LIBER II.
EPIST. I. AD AVGVSTVM.
ARGVMENTVM.

Queritur de prauo Romanorum ſuæ ætatis iudicio, poëmata è vetuſtate æſtimantium, & noua, non ob aliud quàm quòd noua eſſent, faſtidientium: quum tamen multa ſint in veteribus poëtis reprehenſione digna. Poeticæ ſtudium non multis antè ſeculis Romæ coli cœptum eſſe dicit: & fatetur quidem non minùs indoctos quàm doctos poëmata ſcribere, ſed aliqua commoda hunc illorum errorem conſequi, atque adeo, qualeſcunque ſint, illo ſuo poëticæ ſtudio ipſi reip. vtiles eſſe oſtendit. Poëſin ini.io rudem, non niſi ſerò ex Græcorum lectione expoliri cœpiſſe ait, quum Græcia capta cæteras etiam artes agreſti Latio intulit. Vulgi de comœdia, tanquam opere minimè laborioſo, iudicium reprehendit: & quæ à ſcribendis fabulis multos deterreant, exponit. Poſtremò de poëtis illis agit, qui non ſpectatoribus ſcribunt, ſed lectoribus: & Auguſtum ad calcat illis addendum hortatur, eius de Virgilio & Vario iudicium laudans.

CVM tot ſuſtineas, & tanta negotia ſolus:
Res Italas armis tuteris: moribus ornes:
Legibus emendes: in publica commoda peccem,
Si longo ſermone morer tua tempora, Cæſar.
** Romulus, & Liber pater, & cum Caſtore Pollux,*
Poſt ingentia facta, deorum in templa recepti,
Dum terras, hominúmque colunt genus: aſpera bella
Componunt: agros aſſignant: oppida condunt.
Plorauere ſuis non reſpondere fauorem
*Speratum meritis. * diram qui contudit hydram:*
Notáque fatali portenta labore ſubegit:
Comperit inuidiam ſupremo: fine domari.
*Vrit enim * fulgore ſuo, qui prægrauat arteis*
Infra ſe poſitas: exſtinctus amabitur idem.
Præſenti tibi maturos largimur honores:
Iurandáſque tuum per nomen ponimus aras,
Nil oriturum aliàs, nil ortum tale fatentes.
A *Sed tuus hic populus ſapiens, & iuſtus in vno,*
Te noſtris ducibus, te Graijs anteferendo,
Cetera nequaquam ſimili ratione, modóque
Æſtimat: & , niſi quæ terris ſemota, ſuíſque
Temporibus defuncta videt: faſtidit, & odit:
*Sic fautor veterum, vt * tabulas peccare vetanteis,*

Quas

Quas bis quinque viri ſanxerunt, fœdera regum,
Vel Gabijs, vel cum rigidis æquata Sabinis,
Pontificum libros, annoſa volumina vatum,
Dictitet Albano Muſas in monte locutas:
Si, quia Græcorum ſunt antiquiſſima quæque
Scripta, vel optima: Romani penſantur eadem
Scriptores trutina: non eſt quòd multa loquamur:
Nil intra eſt oleam, nil extrà eſt in nuce duri.
Venimus ad ſummum fortunæ. pingimus, atque
Pſallimus, & luctamur Achiuis doctius vnctis
Si meliora dies, vt vina, poëmata reddit:
*Scire velim, pretium chartis * quotus arroget annus.*
Scriptor ab hinc annos centum qui décidit, inter
Perfectos, veteréſque referri debet, an inter
Vileis atque nouos? excludat iurgia finis.
Eſt vetus, atque probus centum qui perficit annos.
Quid? qui deperijt minor vno menſe, vel anno:
Inter quos referendus erit? veteréſne poëtas:
An, quos & præſens, & poſtera reſpuet ætas?
Iſte quidem veteres inter ponetur honeſtè,
Qui vel menſe breui, vel toto eſt iunior anno.
Vtor permiſſo, caudæq; pilos vt equinæ*

A *Paulatim vello: & demo vnum: demo etiam vnum:*
Dum cadat eluſus ratione ruentis acerui,
Qui redit ad faſtos, & virtutem æſtimat annis:
*Miratúrque nihil, niſi quod * Libitina ſacrauit.*
Ennius & ſapiens, & fortis, & alter Homerus,
Vt critici dicunt, leuiter curare videtur,
B *Quò * promiſſa cadant, & ſomnia Pythagoréa.*
Næuius in manibus non eſt: & mentibus hæret
Pæne recens: adeò ſanctum eſt vetus omne poëma.
Ambigitur quoties vter vtro ſit prior: aufert
Pacuuius docti famam ſenis: Attius alti:
Dicitur AfranI toga conueniſſe Menandro:
C *Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi:*
Vincere Cæcilius grauitate: Terentius arte.
Hos ediſcit: & hos arcto ſtipata theatro
Spectat Roma potens: habet hos, numerátque poëtas
*Ad noſtrum tempus * LiuI ſcriptoris ab æuo.*
Interdum vulgus rectum videt: eſt vbi peccat.
D *Si veteres ita miratur, laudátque poëtas,*
Vt nihil anteferat, nihil illis comparet: errat.
Si quædam nimis antiquè, ſi pleraque durè
Dicere credit eos, ignauè multa fatetur:
Et ſapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo.
Non equidem inſector, delendáque carmina LiuI

*Eſſe reor: memini quæ * plagoſum mihi paruo* A
Orbilium dictare: ſed emendata videri,
Pulchráque, & exactis minimùm diſtantia, miror.
Jnter quæ verbum emicuit ſi fortè decorum, &
Si verſus paullo concinnior vnus, & alter:
*Jniuſtè totum * ducit * venditque poëma.*
** Indignor quicquam reprehendi, non quia craſſè* B
Compoſitum, illepidéve putetur: ſed quia nuper:
Nec veniam antiquis, ſed honorem, & præmia poſci.
** Rectè, nécne crocum, floréſque perambulet Attæ*
Fabula, ſi dubitem: clament periiſſe pudorem
Cuncti pæne patres, ea cùm reprehendere coner, C
Quæ grauis Æſopus, quę doctus Roſcius egit:
Vel quia nil rectum, niſi, quod placuit ſibi ducunt:
Vel quia turpè putant parêre minoribus: &, quæ
Jmberbes didicere, ſenes perdenda fateri.
Iam, Saliare Numæ carmen, qui laudat, & illud, D
*Quod * mecum ignorat, ſolus vult ſcire videri:*
Ingenijs non ille fauet, plauditque ſepultis:
Noſtra ſed impugnat: nos, noſtráque liuidus odit.
Quòd ſi tam Græcis nouitas inuiſa fuiſſet,
Quàm nobis: quid nunc eſſe vetus? aut quid haberet,
Quod legeret, tererétque viritim publicus vſus?
*Vt primùm poſitis * nugari Gręcia bellis*
Cœpit, & in vitium fortuna labier æqua:
Nunc athletarum ſtudijs, nunc arſit equorum:
Marmoris, aut eboris fabros, aut æris amauit:
Suſpendit picta vultum, mentémque tabella:
Nunc tibicinibus, nunc eſt gauiſa tragœdis:
Sub nutrice, puella velut ſi luderet infans:
*Quod cupidè petijt, * maturè plena reliquit.*
** Quid placet, aut odio eſt, quod non mutabile credas?*
Hoc paces habuere bonæ, ventíque ſecundi
Romæ dulce diu fuit, & ſollemne recluſa
*Manè domo vigilare, clienti * promere iura,*
*Cautos nominibus * certis expendere nummos,*
Maiores audire, minori dicere, per quæ
Creſcere res poſſet, minui damnoſa libido.
Mutauit mentem populus leuis: & calet vno
Scribendi ſtudio. pueri, patréſque ſeueri
Fronde comas vincti cenant, & carmina dictant.
Jpſe ego, qui nullos me affirmo ſcribere verſus:
Inuenior Parthis mendacior: & priùs orto
Sole, vigil, calamum, & chartas, & ſcrinia poſco.
Nauem agere ignarus nauis timet. abrotonum ægro

Non

Non audet, niſi qui didicit, dare. quod medicorum eſt,
Promittunt medici: tractant fabrilia fabri.
** Scribimus indocti, doctíque poëmata paſſim.*
Hic error tamen, & leuis hæc inſania quantas
Virtutes habeat, ſic collige. vatis auarus
*Non * temerè eſt animus: verſus amat: hoc ſtudet vnum:*
Detrimenta, fugas ſeruorum, incendia ridet:
Non fraudem ſocio, pueróve incogitat vllam
Pupillo: viuit ſiliquis, & pane ſecundo:
Militiæ quamquam piger, & malus: vtilis vrbi.
Si das hoc, paruis quoque rebus magna iuuari:
Os tenerum pueri, balbúmque poëta ſigurat:
Torquet ab obſcænis iam nunc ſermonibus aurem:
Mox etiam pectus præceptis format amicis,
Aſperitatis, & inuidiæ corrector, & iræ.
*Rectè fata refert: * orientia tempora nautis*
Inſtruit exemplis: inopem ſolatur, & ægrum.
Caſtis cum pueris ignara puella mariti
Diſceret vnde preces, vatem ni muſa dediſſet?
Poſcit opem chorus, & præſentia numina ſentit:
Cæleſteis implorat aquas docta prece blandus:
Auertit morbos: metuenda pericula pellit:
Impetrat & pacem, & locupletem frugibus annum.

A *Carmine dij ſuperi placantur carmine Manes,*
Agricolæ priſci, fortes, paruóque beati,
Condita poſt frumenta leuantes tempore feſto
Corpus, & ipſum animum ſpe finis dura ferentem,
Cum ſocijs operum, & pueris, & coniuge fida
B *Tellurem porco, Siluanum lacte piabant,*
*Floribus, & vino Genium * memorem breuis æui.*
Feſcenina per hunc inuenta licentia morem
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit:
Libertáſque recurrenteis accepta per annos
C *Luſit amabiliter, donec iam ſæuus apertam*
In rabiem verti cœpit iocus, & per honeſtas
Ire minax impunè domos. doluere cruento
*Dente laceſſiti. fuit * intactis quoque cura*
Conditione ſuper communi. quin etiam lex,
Pœnáque lata, malo quæ nollet carmine quemquam
D *Deſcribi. vertêre modum, formidine fuſtis*
Ad benedicendum, delectandúmque redacti.
Græcia capta ferum victorem cepit: & arteis
Intulit agreſti Latio. ſic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius, & graue virus
Munditiæ pepulere. ſed in longum tamen æuum

Manſerunt, hodiéque manent veſtigia ruris. A
Serus enim Græcis admouit acumina chartis:
Et poſt Punica bella quietus, quærere cœpit,
Quid Sophocles, & Theſpis, & Æſchylus vtile ferrent.
Tentauit quoque, rem ſi dignè vertere poſſet:
Et placuit ſibi natura ſublimis, & acer. B
*Nam * ſpirat tragicum ſatis: & feliciter audet:*
Sed turpem putat in ſcriptis, metuítque lituram.
*Creditur, * ex medio quia res arceſſit, habere*
Sudoris minimûm: ſed habet comœdia tanto
Plus oneris, quanto veniæ minùs. aſpice, Plautus C
Quo pacto parteis tutetur amantis ephebi:
Vt patris attenti, lenonis vt inſidioſi:
Quantus ſit Dorſennus edacibus in paraſitis:
Quàm non aſtricto percurrat pulpita ſocco.
Geſtit enim nummum in loculos dimittere, poſt hoc
Securus cadat, an recto ſtet fabula talo. D
Quem tulit ad ſcenam ventoſo gloria curru,
Exanimat lentus ſpectator: ſedulus inflat.
Sic leue: ſic paruum eſt, animum quod laudis auarum
Subruit, aut reficit. valeat res ludicra, ſi me
Palma negata, macrum: donata reducit opimum.
Sæpe etiam audacem fugat hoc, terrétque poëtam,
Quòd numero plures, virtute & honore minores,
*Indocti, ſtolidíque, & * depugnare parati,*
Si diſcordet eques, media inter carmina poſcunt
*Aut vrſum, aut pugiles. his nam * plebecula gaudet.*
Verùm equitis quoque iam migrauit ab aure voluptas
Omnis ad incertos oculos, & gaudia vana.
Quattuor, aut plureis aulæa premuntur in horas,
Dum fugiunt equitum turmæ, peditúmque cateruæ,
Mox trahitur manibus regum fortuna retortis.
Eſſeda feſtinant, pilenta, petorrita, naues:
Captiuum portatur ebur, captiua Corinthus.
Si foret in terris, rideret Democritus, ſeu
Diuerſum confuſa genus panthera camelo,
Siue elephas albus vulgi conuerteret ora:
Spectaret populum ludis attentius ipſis,
Vt ſibi præbentem mimo ſpectacula plura.
*Scriptores autem narrare putaret * aſello*
*Fabellam ſurdo. nam * quæ peruincere voces*
Eualüere ſonum, referunt quem noſtra theatra?
Garganum mugire putes nemus, aut mare Tuſcum:
Tanto cum ſtrepitu ludi ſpectantur, & artes,

Diuitiæq;

Diuitiæque peregrinæ: quibus óblitus actor A
Cùm ſtetit in ſcena, concurrit dextera læua.*
Dixit adhuc aliquid? nil ſanè. quid placet ergo?
Lana Tarentino violas imitata veneno.
Ac ne fortè putes, me quæ facere ipſe recuſem,
*Cùm rectè tractent alij, laudare * malignè:* B
*Ille * per extentum funem mihi poſſe videtur*
*Ire poëta, meum qui pectus * inaniter angit,*
Irritat, mulcet, falſis terroribus implet,
Vt magus, & modò me Thebis, modò ponit Athenis.
Verùm age, & his, qui ſe lectori credere malunt,
Quàm ſpectatoris faſtidia ferre ſuperbi: C
** Curam redde breuem: ſi munus Apolline dignum*
Vis complere libris, & vatibus addere calcar,
Vt ſtudio maiore petant Helicona irentem.
Multa quidem nobis facimus mala ſæpe poëtæ:
(Vt vineta egomet cædam mea) cùm tibi librum
Sollicito damus, aut feſſo: cùm lædimur, vnum D
Si quis amicorum eſt auſus reprendere verſum:
Cùm loca iam recitata reuoluimus irreuocati:
Cùm lamentamur, non apparere labores
Noſtros, & tenui deducta poëmata filo:
Cùm ſperamus, eò rem venturam, vt, ſimulatque
Carmina reſcieris nos fingere, commodus vltrò
Arceſſas, & egere vetes, & ſcribere cogas.
** Sed tamen eſt operæpretium cognoſcere, quales*
** Æditu os habeat belli ſpectata, domíque*
Virtus, indigno non committenda poëtæ.
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Cherilus, incultis qui verſibus, & malè natis
Rettulit acceptos, regale nomiſma, philippos.
Sed veluti tractata notam, labémque remittunt
Atramenta, ferè ſcriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt. idem rex ille, poëma
Qui tam ridiculum, tam carè prodigus emit:
Edicto vetuit, nequis ſe, præter Apellem,
*Pingeret: aut * alius Lyſippo duceret æra,*
Fortis Alexandri vultum ſimulantia. quòd ſi
Iudicium ſubtile videndis artibus illud
Ad libros, & ad hæc Muſarum dona vocares:
** Bœotum in craſſo iurares aëre natum.*
At neque dedecorant tua de ſe iudicia, atque
Munera, quæ multa dantis cum laude tulerunt
Dilecti tibi Virgilius, Variúſque poëtæ:

Nec magis expreſſi vultus per aënea ſigna, A
Quàm per vatis opus mores, animíque virorum
Clarorum apparent. nec ſermones ego mallem
Repenteis per humum, quàm res componere geſtas
Terrarúmque ſitus, & flumina dicere, & arceis
Montibus impoſitas, & barbara regna, tuíſque B
Auſpicijs totum confecta duella per orbem,
Clauſtráque cuſtodem pacis cohibentia Ianum,
Et formidatam Parthis, te principe, Romam:
*Si, * quantum cuperem, poſſem quoque: ſed neque paruum*
Carmen maieſtas recipit tua: nec meus audet C
Rem tentare pudor, quam vires ferre recuſent.
** Sedulitas autem, ſtultè quem diligit, vrget:*
Præcipuè cùm ſe numeris commendat, & arte.
Diſcit enim citius, meminítque libentius illud,
Quod quis deridet, quàm quod probat, & veneratur. D
Nil moror officium, quod me grauat: ac neque ficto
In peius vultu proponi cereus vſquam,
Nec prauè factis decorari verſibus opto,
Ne rubeam pingui donatus munere & vnà
Cum ſcriptore meo capſa porrectus aperta,
Deferar in vicum vendentem tus, & odores,
Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.

SVSTINEAS] ſuſtinere negotium, dictum, vt *ſuſtinere onus*. Salluſt. coniur. Catil. *fortè libuit attendere, quæ res maximè tanta negotia ſuſtinuiſſet.*

RES ITALAS ARM. TVTERIS] libri aliquot veteres habent, *tuearis*.

MORIBVS ORNES] bona & recta inſtitutione, & diſciplina, ſeu bonis inſtitutis ornes.

LEGIB. EM.] leges enim ex malis moribus natæ ſunt, atque ad emendationem peccatorum voluntariorum & non voluntariorum comparatæ ſunt. Oda 24. lib. 3. *Quid triſtes querimoniæ, Si non ſupplicio culpa reciditur? Quid leges ſine moribus Vanæ proficiunt?*

ROMVL. ET LIB. P.] Auguſtum cum Libero, Caſtore, & Polluce, Hercule, Romulo comparat, oſtenditque melius actum eſſe cum Auguſto, quàm cum illis, prpptereà quòd illi poſt mortem denique diuinos honores ab hominibus ſint conſecuti. cùm eis viuis de humano genere optimè meritis non ſatis magnam gratiam retuliſſent: Auguſtus autem viuus, videníque diuinis honoribus à populo Rom. afficiatur: quia in re cùm populi Rom. ſapientiam, ac iuſtitiam magnopere probet, tùm negat eum ceteris in rebus eandem iudicandi prudentiam adhibere, quippe qui vetera nouis omnibus anteponat, nihilque magni admodum æſtimet, niſi auctoritatem, & dignitatem quãdam ætate compararit.

LIBER PATER] Cur Dionyſius, ſeu Bacchus, Liber pater à Romanis appellatur? an quòd libertatis parens & effector ſit ijs, qui bibunt? Nam vulgò homines libertate dicendi, & audacia complentur in poculis, & in ebrietate, an quòd libamina præbuit? an à Dionyſio Eleuthereo eo, qui Eleutheris Bœotia vrbe colebatur? hæc ex Plutarcho. Ῥωμαϊκοῖς.

ET CVM CASTORE POLL. Oda 3. lib. 3. *Hac arte Pollux, & vagus Hercules Innixus arces attigit igneas, &c.*

POST INGENTIA FACTA] poſteaquam maxima, & memorabilia facinora ediderut: poſt res fortiſſimè & præclariſſimè geſtas.

DEORVM IN TEMPL.] M. Tull. libr. 3. de nat. deorum, *Iam verò in Græcia multos habent ex hominibus deos, Alabandum Alabandij, Tenedij Tenem: Leucotheam, quæ fuit Ino, & eius filium Palæmonem: cuncta Græcia Herculem, Æſculapium, Tyndaridas: Romulum noſtri, alióſque complures, quos, quaſi nouos, & aſcriptitios ciues, in cælum receptos putant.*

DVM TERR. HOMINVMQVE COL. GEN.] dum viuunt, & verſantur cum hominibus.

PLORAVERE] queſti ſunt, ingemuerunt, ὠμωξαν. ſic ſæpe aliàs: & pluribus locis iam admonuimus: ſuprà epiſtol ad libr. *Fauent oſtendi gemm.*

NON

Non respond. favo, &c.] id eſt, eum A fauorem, quem à populo ſperabant, non eſſe ſuis in eum meritis parem. ſic loquitur Sat. 8. lib. 2. *eóque Reſponſura tuo nunquam eſt par fama labori.*

Diram qvi contvdit hydram] Hercules, vt ſup. Od. 4. lib. 4. *Non hydra ſecto corpore firmior Vinci dolentem creuit in Herculem.*

Notáqve fatali port. lab. s.] labores Herculis commemorat Lucre. procem. lib. 5.

Comperit invid. svpr. &c.] nam eius, qui inuidia laborat, interitu, exſtinguitur inuidia, vt Od. 24. lib. 3. *Virtutem incolumem odimus, Sublatam ex oculis quærimus inuidi.* Propert. lib. 3. eleg. 1. *Omnia poſt obitũ fingit maiora vetuſtas, Maius ab exſequiis nomen in ora venit.* Sic Demoſthen. B περὶ στεφάνου, Τίς γὰρ οὐκ οἶδε τῶν πάντων, ὅτι τοῖς μὲν ζῶσι πᾶσιν ὕπεστί τις ἢ πλείων ἢ ἐλάττων φθόνος· τοὺς τεθνεῶτας δὲ οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν οὐδεὶς ἔτι μισεῖ; id eſt, *quis enim neſcit, eos omnes, qui viuunt, inuidia magis, aut minus laborare: mortuos autẽ ne inimicorum quidem cuiquam odio eſſe?* [Idem orat. περὶ τούτου. καὶ μὴν τῶν μὲν ἄλλων ἀγαθῶν ὑμᾶς τινας ἀπολαύειν. εἰ δὲ ἐπὶ τοῖς χαλκοῖς πρὸ χρόνου ἐπιμελήσαισθε, οὔπω τετελεύτηκότων ἴδιον κτήσασθε εἶναι· οὐδὲ γὰρ ὁ φθόνος αὐτοῖς ἔτι τηνικαῦτα ἐναντιοῦται]

Vrit enim fvlg. svo qvi, &c.] id eſt, qui virtute, aut arte aliqua ceteris omnibus, qui eandem artem, ac virtutem colunt, antecellit, illis acerbum dolorem commouet, ſibi odiũ C & inuidiam conflat. ignauis enim, inertibus, miſeris inuidet nemo: ſed viris fortibus, ſtrenuis, induſtriis, ac fortunatis: vt Sat. 3. libr. 2. *Inuidiam placare paras virtute relicta.* nimio autem ſplendore oculos præſtingui, annotatum eſt ad Od. 2. lib. 2.

Qvi præg. arteis] qui artifices ſe inferiores ſua præſtantia quodammodo onerat, atque opprimit.

Exstinctvs] id eſt, mortuus. nam, vt lux pro vita, ſic nox, & tenebræ pro morte vſurpãtur à ſcriptoribus. Eurip. Hippol. cor. οὐ γὰρ οἶδ' ἀνεῳγμένας πύλας Ἅδου, φάος δὲ λοίσθιον βλέπων τόδε. i. neſcio enim mihi apertas eſſe Orci portas, lucem autem me hanc vltimam videre. M. Tull. Tuſcul. 2. *tamen obiiciebatur interdum animo metus quidam, & dolor, cogitanti, fore aliquando finem huius lucis.* Horat. Od. 28. lib. 1. *ſed omnes vna manet nox.* iam exſtinctos compoſitum eſt ab *ex*, & *ſtinguo*, quo verbo vtitur Lucret. lib. 2. *ſtinguitque colorem.* ab eodem ſunt hæc, *diſtinguo, reſtinguo, præſtinguo*, quod poſtremum in omnibus libris impreſſis corruptum eſt. Nam, vbicunque legitur *perſtringere*, ſeu *præſtringere oculos*, ſeu *aciem oculorum* apud M. Tull. Plautum, & ceteros, legendũ *præſtinguere*: vt hoc dicam ἐν παρόδῳ.

Amabitvr idem] Nam (vt inquit Plautus Captiuis.) *Tum denique omnes noſtra intelligimus bona, Quum, quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus.*

Præsenti tibi] ſic ſuprà Od. 5. libr. 3. *præſens Diuus habebitur Auguſtus, adiectis Britannis Imperio, grauibúſque Perſis.* Seruius ad illum Virg. locum Tityro, *Namque erit ille mihi ſemper Deus*, notat, *ſemper, idque & poſt mortem & dum viuit Alij enim imperatores poſt mortem demum in numerũ deorum referuntur: Auguſtus autem templa viuus meruit. Horatius, Præſenti tibi maturos, &c.*

Matvros] non exſpectata morte delatos: tempeſtiuos. Plato lib. 7. de rep. ſcribit, non eſſe tutum viuos carminibus, laudationibus, encomiis afficere, his verbis, τούς γε μὴν ἔτι ζῶντας ἐγκωμίοις τε καὶ ὕμνοις τιμᾶν οὐκ ἀσφαλὲς πρὶν ἂν ἅπαντά τις τὸν βίον διαδραμὼν τέλος ἐπιστήσηται καλόν.

Ivrandas] quibus delatum erat iuſiurandum, ij ad aram iurabant. M. Tull. pro Flacco, *ergo is, qui ſi aram tenens iuraret, crederet nemo: per epiſtolam, quod volet, iniuratus probabit?* Iurandas igitur per nomen tuum, id eſt, ad quas per nomen tuum iuraturi ſumus.

Sed tvvs hic pop.] populus Rom. (inquit) in eo eſt prudens exiſtimator, & æquus rerum exiſtimator, quòd te diuinis honoribus afficit, & quòd te ſuperioribus omnibus ducibus tùm Græcis, tùm Latinis anteponit: in ceteris non perinde rectè ſentire reperitur.

Terris semota] ſublata ex hominum conſpectu, &, pæne dicam, mortua id eſt, quorũ auctores multis antè ſæculis mortui ſint.

Svis qve temp. def.] idem dicit: hoc eſt, quæ peruetera facta ſint: vel quorum tempora abierunt, defluxerunt, ac præterierunt.

Fastidit] aſpernatur, ac reſpuit. ſuprà epi. 3. lib. 1. *Faſtidire lacus, & riuos, &c.*

Sic favtor vet. vt tab. &c.] id eſt, qui ita fauet veteribus, & antiquitati, vt leges xii. tabularum, quas decemuiri conſcripſerunt, Solonis leges imitari; & fœdera regum Romanorum cum Gabiis, aut Sabinis, icta: & ius Pontificium, & annaleis à pontificibus conſcriptos, & Vatum prædicta, dictitet à Muſarum ore fluxiſſe. Sic M. Tull. primo lib. de legibus eos irridet, imperitóſque ac tardos eſſe exiſtimat, qui cũ Egeria Numam eſſe collocutum, & ab aquila Tarquinio apicem impoſitum putent.

Annosa volvm. vat.] vatum carmina: in quibus fuit Cn. Marcius, quem commemorat T. Liuius li. 5. annal. eiúſque duo vaticinia profert: vnu, quo prædicebatur pugnæ Cannenſis euentus: alterum, quo iubebantur Romani ludos Apollinareis inſtituere, ſi victores eſſe vellent. *Priore carmine* (inquit Liuius) *Cannenſis prædicta clades in hæc fermè verba erat.* fermè additum eſt à Liuio, quia verba Marcij, quòd erant antiquiora, paullùm ſunt immutata. Ego poſt Alciatum & Ranconetum, & Memmium, his verbis conſcriptum carmen fuiſſe exiſtimabam: *Amnem Troiugena Cannam Romane fuge, Ne te alienigenæ in campo cogant Diomedis Conſeruiſſe manus pugnantem: ſed neque credes Ante mihi donicum compleris ſangui-*

ne campum, Multáque millia teſa tuorum deferat amnis A *in pontum magnum de terra frugiferente, Piſcibu', pinnigeriſque, feriſque colentibu' terras Vt ſuas eſca caro tua. nam ni' ita Iupiter inſit.* Alterum carmen ſic putabat contextum fuiſſe Ioſ. Scaliger, niſi quòd in paucis quibuſdam ab eo diſſenſi, *Romulidæ ſi perduellem expellere voltis, Et vomicam, gentum, quæ lógè alienigenarum Venit: Apollineri voueatis cenſeo ludos: Quei Deo Apollineri fiunto come quotannis, Quomiam poplicitus popolos dederit ſtipi' partem, Conferiunto priuatim pro ſeque, ſuiſque. Prætoribus ludis faciundis ollu' præſto, Quei ſummum popolo, plebeique endo vrbe dabit ius. At his quinque viri Græco ſacra ritu obeunto. Hæc ſi faxitis rectè gaudebitis' ſemper: Atque adeo fiet melior res poplica voſtra. Nam is Diuus veſtros perduelleis ſtinguet ad vnum, Quei veſtros campos placide nunt,* B *ruráque paſcunt.*

Fœdera reg. vel Gab.] fœdera cũ Gabiis icta ſunt à Tarquinio Superbo: de quibus ſic Dionyſius Halycarnaſ. Ῥωμαϊκ. ἀρχαιολ. δ, τούτων ἐστὶ τῶν ὁρκίων μνημεῖον ἐν Ῥώμῃ κείμενον ἐν ἱερῷ Διὸς Πιστίου, ὃν Ῥωμαῖοι Σάγκτον καλοῦσιν, ἀσπὶς ξυλίνη βύρσῃ βοείᾳ περίτονος τοῦ σφαγιασθέντος ἐπὶ τῶν ὁρκίων τότε βοός, γράμμασιν ἀρχαϊκοῖς ἐπιγεγραμμένη τὰς γενομένας αὐτοῖς ὁμολογίας, id eſt, *horum fœderum monumentum Romæ exſtat in templo Iouis Fidij: quem Romani ſanctum appellant, ſcutum ligneum pelle bubula inſectum eius bouis, qui tum in fœdere faciendo fuit immolatus, literis antiquis inſcriptas conditiones, & pactiones continens.* C

Si, qvia Græc. svnt antiq. &c.] id eſt, ſi, quia ſcripta Græcorum antiquiſſima quæque, ſunt etiam optima, iccircò Romani ſcriptores, quo antiquiores erunt, eo meliores habebuntur, maxima erit noſtri iudicij peruerſitas. nam eadem ratione reperiemur Græcis meliores.

Non ſemper autem quæ ſunt antiquiſſima, videntur etiam optima: quemadmodum ex oraculo illo, quod Apollo conſultus ab Athenienſibus quam potiſſimùm religionem colerent, ac tenerent, edidit, intelligere licet. Nam cùm reſpondiſſet, antiquiſſimam, & more maiorũ comprobatam: iterum conſultus, quæ eſſet antiquiſſima, quia mos maiorum ſæpè mutatus eſſet, reſpon- D dit, quæ optima.

Eadem Pens. trvt.] eadem ratione, & æquitate æſtimantur. al. *penſentur*.

Nil intra est oleam, nil, &c.] prouerbium conuenit in eos, qui aut, quæ perſpicuè vera ſunt, negant: aut, quæ perſpicuè falſa, aiunt. quid enim certiùs, quid apertiùs eſt, quàm & intra oleam, os eſſe, & extra nucem, putamen, ac duritiem?

Venimvs ad svmmvm, &c.] reperientur enim pictores, cantores, paleſtritæ in Italia, quàm in Græcia, meliores: quod eſt falſum.

Psallimvs] cithara canimus. nam ψάλλειν (vt docet Suidas) eſt τὸ ἄκροις τοῖς δακτύλοις τῶν χορδῶν ἅπτεσθαι: id eſt, ſummis digitis A chordas tangere.

Vnctis] vngebantur enim palæſtritæ, vt alibi diximus. Ariſtot. lib. 8. de republica, quattuor arteis enumerat, quas in Græcia diſcere ſolebant. γραμματικὴν, γυμναστικὴν, μουσικὴν, γραφικὴν hoc eſt, grammaticam, artem corporum exercendorum, muſicam, picturam.

Si meliora dies] ſi poëmata, vt vina, fiunt vetuſtate meliora: ſcire velim (inquit) quoto anno, aut etiam quoto die poëma ſit vetus habendum.

Vt vina] vinum vetus etiam Pindarus laudat: ſed negat ita laudari carmen oportere. nam recentiſſimũ quodque ait eſſe laudabile Olymp. carm. nono, αἴνει δὲ παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' B ὕμνων νεωτέρων. id eſt, lauda vinum quidem vetus, flores autem hymnorum recentiorum.

Qvotvs arroget, &c.] quotus annus acquirat, vel pro ſuo iure vendicet chartis pretium: id eſt, quoto denique anno ſcripta auctoritatem, & pondus ſibi comparent.

Scriptor] hîc eſt quæſtio. quærit autem vtrùm is, qui centum compleuit annos, vetus ſit habendus, an recens.

Qvi decidit] qui mortuus eſt, qui deperiit.

Vilis] contemtos, parui pretij. nam & paullo antè nomine *pretij* vſus eſt, vt ſuprà verbo C *Æſtimat*.

Excl. ivrg. f. Est vet.] hîc eſt reſponſio.

Qvid? qvi deperiit, &c.] dicis (inquit) eum eſſe veterem habendum, qui centum compleuit annos: quid ſi deſit menſis, vel annus vnus? inter quos referendus erit? veteréſne, an nouos, & malos?

Iste qvidem vet.] altera reſponſio ad ſecundum interrogatum.

Vtor permisso] vtor eo, quod mihi das, (inquit Horatius) eum etiam habendum in veteribus, qui centum abhinc annos exceſſerit è vita, vno menſe, vel vno anno minùs.

Cavdæqve pilos vt eqv.] de hac cauda equina ſic Plutarch. in Sertorio, ἵππους εἰσήγαγε δύο, τὸν μὲν ἀσθενῆ τελέως, καὶ πρεσβύτερον ἤδη, τὸν δ' ἕτερον εὐμεγέθη μὲν αὐτὸν, D καὶ ἰσχυρὸν, θαυμαστὴν δὲ πυκνότητι καὶ κάλλει τριχῶν οὐρὰν ἔχοντα. παρειστήκει δὲ τῷ μὲν ἀσθενεῖ μέγας ἀνὴρ, καὶ ῥωμαλέος· τῷ δ' ἑτέρῳ, μικρὸς ἕτερος, καὶ τὴν ὄψιν εὐκαταφρόνητος. σημείου δὲ δοθέντος αὐτοῖς, ὁ μὲν ἰσχυρὸς ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τοῦ ἵππου ἀσθενοῦς τὴν κέρκον, ὡς ἀπορρήξων, εἷλκε βίᾳ πρὸς αὑτὸν· ὁ δὲ ἀσθενὴς τοῦ ἰσχυροῦ κατὰ μίαν τῶν τριχῶν ἐξέτιλλεν. ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν οὐκ ὀλίγα πράγματα μάτην ἑαυτῷ, καὶ πολὺν γέλωτα τοῖς θεωμένοις παρασχὼν ἀπεῖπεν· ὁ δ' ἀσθενὴς ἀκαρεῖ, καὶ σὺν οὐδενὶ πόνῳ, ψιλὴν τριχῶν ἀπέδειξε τὴν οὐρὰν, ἀναστὰς ὁ Σερτώριος, ὁρᾶτε, εἶπεν, ἄνδρες σύμμαχοι, τὴν ἐπιμονὴν ἀνυσιμωτέραν τῆς βίας οὖσαν, καὶ πολλὰ τῶν ἀθρόως ἀλήπτων, ἐνδιδόντα τῷ κα-

τῷ χαλτοὶ μακρὸν: id eſt, *equos introduxis duos, alterū* A
quidem plane infirmum, & iam veterem: alterum au-
tem tum procerum ipſum, & robuſtum, tum caudam
mira pilorum crebritate, & pulchritudine habentem.
Adſtabat autem infirmo quidem equo vir magnus, &
validus: alteri vero equo alter homo paruus, & aſpe-
ctu ipſo contemnendus. ſigno autem eis dato, robuſtus qui-
dem ille vtrâque manu caudam equi infirmi, tanquam
perrupturus, totis viribus ad ſe trahebat: homo infir-
mus vero ex equi robuſti cauda pilos ſingillatim euel-
lebat. Poſteaquam autem ille non mediocri labore fru-
ſtra ſuſcepto, multóque riſu ſpectatoribus excitato defa-
tigatus fuit: infirmus verò, breui tempore, & ſine vllo
labore caudam à pilis vacuam, nudámque reddidit: ſur-
rexit Sertorius, & videtis (inquit) ô ſocij perſeueran-
tiam viribus efficaciorem eſſe, & multa, quæ ſemel, &
vno impetu capi non poſſunt, paullatim vinci, & capi
poſſe.

Et demo vnvm, demo etiam vnvm] id eſt, detraho vnum, &c. non dicit, adi-
mo: ſed demo. demit enim qui de toto aufert:
adimit qui totū tollit. [ſic epiſt. vlt. lib. 1. *vt, quā-*
tum generi demus, virtutibus addas.] Vtitur autem
hoc genere argumentationis M. Tull. Frumen-
taria, *Deinde iudices videtis, quàm infinitam ſitis homi-*
nibus licentiam pecuniarum eripiendarum daturi. Si,
ternos denarios qui coëgit, erit abſolutus: quaternos, denos
denique, aut vicenos coget alius: quæ erit reprehenſio? in
quo primum iniuriæ gradu reſiſtere incipiet ſeueritas iu-
dicis? quotus erit iſte denarius, qui non ſit ferendus? &
in quo primùm æſtimationis iniquitas, atque improbitas C
reprehendetur?

Dvm cad. elvs. ratione, &c.] id
eſt, dum is, qui poëmatum bonitatem vetuſtate,
& annis metitur, vnà cum ſuo aceruo paulatim
collapſo, ipſe quoque côncidat *σωρίτην*, id eſt,
acerualem argumentationem, quæ interrogatio-
ne conſtat, appellant Stoici, cùm aliquid minu-
tatim, & gradatim additur ei, quod ab aduerſario
conceſſum eſt, vel detrahitur. de quo M. Tull.
Acad. lib. 2. *Soritas hos vocant, qui aceruum efficiunt*
vno addito grano: vitioſum ſanè & captioſum genus.
ibid. *tum paucis additis venit ad ſoritas, lubricum ſa-*
nè, & periculoſum locum: quod tu modò dicebas eſſe vi-
tioſum interrogandi genus. Idem de diuinitat. lib. 2.
aut quemadmodum ſoriti reſiſtas? quem ſi neceſſe ſit, Latino D
verbo liceat acerualem appellare.

Ad fastos] id eſt, ad annos. in faſtis enim
conſulum ſingulorum annorum, ceterorúmque
maiorum magiſtratuum nomina perſcribeban-
tur. Tùm appellatione conſulum anni nota-
bantur.

Miratúrqve nihil] & nihil magni
æſtimat: nihil admiratione dignum ducit.

Nisi, qvod Libit. sacr.] niſi, quod
ſepultum, & mortuum eſt. de Libitina diximus
ſup. ad Od. 30. lib. 3. *multáque pars mei Vitabit Libi-*
tinam.

Vt critici dicvnt] critici ſunt, grā-
matici, qui de ſcriptoribus, & ſcriptis iudicant,
παρὰ τὸ κρίνειν, quod valet iudicare: è quibus

A erat Mecius Tarpa. Talis fuit Ariſtarchus inter
Græcos.

Leviter cvrare videtvr, &c.]
.i. ita negligenter ſcribit, vt videatur oblîtus eſſe,
quid de ſe promiſerit, ac ſomniarit. dicebat autē
ſe ſomniaſſe eſſe mortuum, & ex Pythagoræ ſen-
tentia, animam Homeri in corpus ſuum immi-
graſſe: ex quo ſe optimum poëtam extitiſſe, ver-
ſúſque Homericis ſimileis cōſcribere. Quòd au-
tem Lucretius ait lib. 1. non Homeri animam in
Ennij mortui corpus domicilium ſuum tranſtu-
liſſe, ſed ſpeciem quandam ex Acherunte in ſom-
nis viuo, & dormienti Ennio obiectam eſſe, his
verbis, *Et ſi præterea tamen eſſe Acheruſia templa En-*
nius æternis exponit verſibus edens, Quò neque permā-
B *nent animæ, neque corpora noſtra, Sed quædam ſimula-*
cra modis pallentia miris. Vnde ſibi exortam ſemper flo-
rentis Homeri Commemorat ſpeciem, lacrymas effundere
ſalſas Cœpiſſe, & rerum naturam expandere dictis: per-
tinet hoc ad aliud ſomnium, nempè in quo Ho-
merus Ennio naturam rerum explicabat: quò
referendum eſt illud: *Viſus Homerus adeſſe poëta.* hîc
autem Homerus, Ennio in ſomnis dicebat, ſe
factum aliquando eſſe pauonem, ſeu animam
ſuam commigraſſe in pauonem: deinde ex pauo-
ne in corpus Ennij tranſiiſſe. Ex quo illud ipſius
Ennij. *Nam videbar ſomniare med ego eſſe mortuum.*
& illud Perſij. *Cor iubet hoc Enni, poſtquàm deſter-*
tuis eſſe Mæonides, quintus pauone ex Pythagoreo. Eo-
dem referendum illud M. Tull. ex libr. 6. de Rep.
C *Hic mihi, (credo quidem ex hoc, quod eramus locuti: fit*
enim ſæpe ferè, vt cogitationes, ſermonéſque noſtri pa-
riant aliquid in ſomno tale, quale de Homero ſcribit En-
nius: de quo videlicet ſæpiſſimè vigilans ſolebat cogitare
& loqui, &c.) De ſe porrò glorioſè prædicabat
Ennius, verſus veterum reprehendens. *Quos* (in-
quit) *olim Fauni, vateſque canebant, Cùm neque Muſarū*
ſcopulos quiſquam ſuperarat, Nec dicti ſtudioſus erat An-
te hunc. Ait ipſe de ſe (inquit) M. Tull. in Bruto.
nec mentitur in gloriando.

Næv. in manib. non est] Næ-
uij ſcripta non teruntur manibus hominum. nā
eum memoria tenent, neque egent adiumēto lit-
terarum. hæret in omnium animis perinde, ac ſi
ſit recens. *adeo ſanctum eſt, &c.* Fuit autem Ennio
D Næuius antiquior, vt declarant hæc verba M.
Tull. in Bruto, quibus Ennius affatur. *Nec verò*
tibi aliter videri debet, qui à Næuio vel ſumſiſti multa
ſi fateris: vel, ſi negas, ſurripuiſti. A Næuio ſunt
illa, quæ M. Tull. producit epiſt. ad L. Lucceium
libr. 5. *Placet enim Hector ille mihi Næuianus, qui non*
tantùm laudari ſe lætatur, ſed addit etiam, à laudato
viro.

Ambigitvr qvoties] quoties inter
homines doctos controuerſia eſt vter vtri, &
quis cui ſit anteponendus, vel quis cui præſtet,
&c. ſup. epi. 18. *Ambigitur quid enim?*

Avfert Pac. docti fam. sen.]
id eſt, Pacuuius conſequitur, & obtinet laudem,
atque exiſtimationem docti: exiſtimatur ab om-
nibus doctus. M. Tull. lib. 3. de oratore. *Atq; id*

Digitized by Google

primùm in poëtis cerni licet, quàm ſint inter ſeſe Ennium, Pacuuium, Attium diſsimiles. A idem citat hæc ex Pacuuio, lib. 5. de finibus. *Quin etiam feræ (inquit Pacuuius) quibus abeſt ad præcauendum intelligendi aſtutia, ſibi iniecto terrore mortis horreſcunt.* Idem lib. 1. de Orat. ad Qu. Fr. *nec quiſquam eſt eorum, qui, ſi iam ſit ediſcendum ſibi aliquid, non Teucrum Pacuuij malit, quàm Manlianas venalium vendendorum leges ediſcere.*

Attivs alti] Attius refert nomen & exiſtimationem alti & elati poëtæ. Attius dicebatur plus habere magnitudinis, & grandiloquentiæ, vt ita dicam: Pacuuius plus doctrinæ. erat autem Attius multis annis Pacuuio minor. M. Tull. in Bruto. *Attius iiſdem ædilibus ait ſe, & Pacuuium docuiſſe fabulam, cùm ille octoginta, ipſe triginta annos natus eſſet.* B idem M. Tull. in oratione pro P. Sextio, multos Attij verſus profert, eúmque diſertiſſimum poëtam appellat.

Dicitvr Afrani toga] dicitur Afranius poëta Romanus, ſeu Latinus cum Menándro comparandus: ſeu ad Menandri ſcribendi genus propè accedere. Afranius togatas ſcripſit comœdias. eadem autem ratione appellantur à toga togatæ, qua à pallio palliatæ. de Afranio M. Tull. in Bruto. *C. Titium, cuius orationes tantum argutiarum, tantum exemplorum, tantum vrbanitatis habent, vt penè Attico ſtilo ſcriptæ eſſe videantur, ſtudebat imitari L. Afranius poëta, homo perargutus, in fabulis etiam diſertus.*

Properare] cur properare? an quòd ne- C gligenter & minùs accuratè ſcripti ſunt eius verſus? ſic enim infrà ead. epiſt. *aſpice, Plautus Quo pacto parteis, &c. Quàm non adſtricto percurrat pulpita ſocco. Geſtit enim nummum in loculos dimittere, poſt hoc, &c.* An hoc referendum eſt ad verſuum omnium rationem & naturam, qui pedibus conſtant, & iccirco currere dicuntur, Sat. 10. princip. *Nempe incompoſito dixi pede currere curſus Lucili, &c.*

Sicvli Epicharmi] Epicharmum poëtam comicum Siculum ſæpe commemorat M. Tull. eiúſque verſus ſæpe vſurpat, vt lib. 1. ad Atticum, *vt crebro mihi vafer ille Siculus inſuſurret Epicharmus cantilenam illam ſuam.* νῆφε, καὶ μέμνασο ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. quæ verba ſic reddit Latine Qu. Fr. de petit. conſulatus ad D Marcum, *Quamobrem* Ἐπιχαρμεῖον *illud teneto, neruos, atque artus eſſe ſapientiæ, non temerè credere.* & epi. ad Qu. Fratr. lib. 3. γνῶθι πῶς ἄλλῳ κέχρηται, id eſt, fac ſcias, quo pacto ſe aduerſus alium geſſerit, & Tuſcul. 1. *ſed tu mihi videris Epicharmi non inſulſi hominis, vt Siculi, ſententiam, ſequi. Quam? non enim noui. Dicam ſi potero Latinè, &c. Emori nolo: ſed me eſſe mortuum nihili æſtimo.*

Cæcilivs] hunc ſcribit M. Tull. lib. 7. ad Att. malum eſſe auctorē Latinitatis. idem alibi, *Nam illorum* (Scipionis & Lælij) *æquales Cæciliū, & Pacuuium malè locutos videmus.* fuit autem hic natione Gallus.

Livi scriptoris ab ævo] Liuius Andronicus poëta à M. Liuio Salinatore, cuius filias erudierat, fuit libertate donatus, vt ſcribit Euſeb. in chro. primus hic C. Clodio Cæci filio, & M. Tuditano coss. fabulam docuit anno ipſo antequam natus eſt Ennius, poſt Romam conditam anno cccc x. vt ſcribit M. Tull. Tuſcul. lib. 1. & in Bruto. Idem ibidem ait Liuianas fabulas non ſatis eſſe dignas, quæ iterum legantur. De hoc Liuio vide T. Liuium libr. 7. annal. ad princip.

Interdvm vvlg. rect. videt] rectè iudicat, & prudenter ſentit. rectum peccato oppoſuit, quod eſt prauum.

Est vbi id eſt, alicubi, ἔστιν ὅπου: ſeu potiùs aliquando, vt accipiamus *eſt vbi* pro *eſt quando*, ἔστιν ὅτε, id eſt, ἐνίοτε.

Nim antiqvè] ἀρχαϊκῶς, id eſt, impolitè, illepidè. ſic ſup. epiſt. ad Torqu. lectos *archaicos* dixit. vbi tamen alij legunt *Archiacos*, ab Archia.

Credit] ſic habent tres lib. Vatic. & Iann. Faern. Torn. Cletic. Nicotian. Ruſſard. alij. & quidem ipſa veritas ita legendum eſſe clamat.

Ignavè mvlta fatetvr] tollenda eſt diſtinctionis nota poſt nomen *multa*, vt ſit hæc ſententia. Si eos credit quædam dicere nimis antiquè, ſi pleráque durè: ſi fatetur eoſdem multa ignauè, id eſt, oſcitanter, & minimè accuratè dicere, ſapit: & mecum ſentit.

Et Iove ivdicat æqvo] id eſt, verè iudicat. Iupiter enim æquus, id eſt, propitius eſt iis, iudiciáque eorum approbat, qui verè iudicāt: iratus eſt iis, iudiciáque eorum improbat, qui ſecus: vel dic hoc modo, quia Diis probantibus, & fauentibus omnia rectè fiunt: iratis, ſecus.

Qvæ] Liuij carmina.

Plagosvm] qui plagas multas, & graueis diſcipulis ſuis infligere ſolebat.

Orbilivm] magiſtrum, ſeu doctorē meū, de quo Sueton. de claris Grammaticis. *Fuit* (inquit) *natura acerba non modo in antiſophiſtas (quos omni ſermone lacerauit) ſed etiam in diſcipulos, vt Horatius ſignificat, plagoſum eum appellans, & Domitius Marſus ſcribens, Si quos Orbilius ferula, ſcuticáque cecidit.* floruit ætate Ciceronis: vixit propè ad centeſimum ætatis annum, amiſſa iam pridem memoria, vt ex Bibaculi verſu intelligere licet, *Orbilius vbinam eſt, litterarum obliuio?*

Et exactis minim. dist.] id eſt, perfectis, & perpolitis proxima: quod valet exacta, perfecta, exquiſita, limata, ἀκριβῆ. exigere dicimus ad perpendiculum, vt Verr. 3. de auteactis. *Tu Verres hic quod moliare, nihil habes: niſi fortè vis ad perpendiculum columnas exigere.* Cœlius ad Cic. lib. 8. epi. *Nunc ſi ad illam ſummam ſeueritatem legitimū ius exegeris, &c.* & T. Liuius lib. 30. annalium. *Nolite ad veſtras leges, atque inſtituta exigere ea, quæ Lacedæmone fiunt.* & exigere ad vnguem dicebantur marmorarij, cùm marmorum cōmiſſuras vngue explorabant. ex quo exacta dicuntur à Latinis, quæ ſunt probata, perfecta, accurata, ſummo ſtudio,

Digitized by Google

dio, ſummóq; artificio elaborata, διηκριβωμένα: & rurſus *ad vnguem factum*, perfectum, & perpolitum: vt Sat. 5. lib. 1. *ad vnguem factus homo*. & lib. de arte poët. *carmen non caſtigauit ad vnguem*. Virg. Georg. 2. *Nec ſecius omnis ad vnguem Arboribus poſitis ſecto via limite quadret*. vbi Seruius notat, tranſlationem eſſe à marmorariis, qui iuncturas vnguibus probant διόνυχον nominant Græci, quod Latini *ad vnguem factum*. [Huc pertinet illud Polycleti dictum χαλεπώτατον εἶναι τὸ ἔργον, ὅταν ἐν ὄνυχι ὁ πηλὸς γένηται. i. opus eſſe difficillimũ cùm lutum ad vnguem peruenit. ſignificabat difficile eſſe opifici, opus perpolire.]

Emicvit] excelluit, eminuit.

Concinnior] venuſtior, elegantior, cultior.

Dvcit] producit, oſtentat, iactat, πομπεύει, id eſt, quaſi in pompa producit. [In vno cod. manu ſcr. reperi *claudat*: vnde coniicere liceat legẽdum *laudat*.]

Vendítqve] *vendit* poſuit, pro *venditat*. venditare autem, eſt velle vendere. At qui vendere vult mercem aliquam, eam laudat. Horat. infrà epiſt. proxim. *vbi plenius æquo Laudat venales qui vult extrudere merces*.

Indign. qvicq. repr. &c.] id eſt, indignè fero, aliquid reprehendi, non quia pingui Minerua, & ſine lepôre, aut venere factum habeatur, ſed quia nouum, & recens.

Nec veniam antiqvis, &c.] id eſt, & indignor non veniam erratorum ſuorum antiquis dari, quam ſi impetrarent, bene ſecum actum exiſtimare deberent: ſed præmium peti, vt ſcriptoribus optimis, ac perfectiſſimis. ſic M. Tul. in orat. perfecto veteres inſectatur, his verbis, *Ergo Ennio licuit vetera contemnenti dicere Verſibus, quos olim Fauni, vatéſque canebant: mihi de antiquis eodem modo non licebit, præſertim cùm dicturus non ſim Ante hunc, vt ille nec quæ ſequuntur, Nos auſi reſerare, &c.* idem ibid. *non eſt eis ſatis non contemni, laudari etiam volunt*.

Rectè, necne crocvm, &c.] id eſt, ſi dubitarem, vtrùm iure, & meritò Attæ fabulæ in ſcena recitentur, atque à populo ſpectentur, nécne: ſenes omnes clamarent me impudentem eſſe, &c. hæc verba *perambulet crocum & flores*, hoc ſignificant, agatur ab hiſtrionibus in ſcena ambulantibus: quæ croco, & floribus, & aliis odoribus conſpergi ſolebat. quod declarat & verſus ille Lucret. libr. 2. *Et cum ſcena croco Cilici perfuſa recens eſt*: & Ouid. lib. 1. de arte. *Nec fuerant liquido pulpita rubra croco*. Sed verbum *perambulet* venuſtè poſuit propter poëtam Attam, vt mox dicemus.

Perambvlet Attæ Fabvla,] Quinctius Atta, poëta togatarum, ſic cognomento dictus, quòd atta, id eſt, vitioſis pedibus, aut cruribus eſſet, aut quòd plantis extremis ambulando inſiſteret, & terram magis attingeret, quàm ambularet. quod mihi indicauit Err. Memmius v. c. & admonuit Feſtus: qui docet, attas eſſe appellatos, eos, qui propter vitium crurum aut pedum plantis inſiſtunt, & terram attingunt magis, quàm ambulant: *quod cognomen Quinctio poëtæ adhæſit*, inquit ille. Hunc Attam commemorat M. Tullius in Sextiana, *Nihil ſanè Attæ iuuabant anagnoſtæ, libelli etiam pro vino oppignerabantur*. ſic enim habent cod. veteres: & ita iam pridem docuit eſſe legendum P. Victorius: nos denique ita edendũ curauimus: vbi tamen alij legunt, *nihil ſanè charta adiuuabant*: alij, *nihil ſanè arte adiuuabatur*: alij, *nihil ſanè te adiuuabant anagnoſtæ, &c.*

Æsopvs] tragœdiarum actor: de quo M. Tull. in Sextiana, & lib. 1. de orat. ad Q. Fratr. & Plin. lib. 10. & 35. & iterum M. Tull. epi. ad Q. Fr. lib. 1. *Præterea Æſopi tragœdi noſtri familiaris Licinius ſeruus aufugit*.

Doctvs Roscivs] de Roſcio hæc M. Tull. in Quinctiana, *Etenim cùm artifex eiuſmodi ſit, vt ſolus dignus videatur eſſe, qui in ſcena ſpectetur, tum vir eiuſmodi eſt, vt ſolus dignus videatur, qui eò non accedat*. exſtat & oratio pro eo ipſo, vbi hæc de eodem M. Tullius: *Roſcius ſocium fraudauit? poteſt hoc homini huic hærere peccatum? qui medius fidius (audacter dico) plus fidei, quàm artis: plus veritatis, quàm diſciplinæ poſſidet in ſe? quem populus Rom. meliorem virum, quàm hiſtrionem eſſe arbitratur: qui ita digniſſimus eſt ſcena propter artificium, vt digniſſimus ſit curia propter abſtinentiam?* & de orator. ad Quin. Fratr. lib. 1. *Itaque vt ad hanc ſimilitudinem huius hiſtrionis, oratoriam laudem dirigamus, videtíſne quàm nihil ab eo, niſi perfectè, nihil niſi cum ſumma venuſtate fiat: niſi ita, vt deceat, & vti omnes moueat ac delectet? Itaque hoc iamdiu eſt conſecutus, vt in quo quiſque artificio excelleret, is in ſuo genere Roſcius diceretur.* & libr. 1. de diuinat. *Quid amores ac deliciæ tuæ Roſcius? num aut ipſe, aut pro eo Lanuuium totum mentiebatur? qui cùm eſſet in cunabulis educaretúrque in Solonio, qui eſt campus agri Lanuuini, noctu lumine appoſito experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu: quo aſpectu exterrita clamorem ſuſtulit. pater autem Roſcij ad haruſpices retulit: qui reſponderunt nihil illo puero clarius, nihil nobilius fore.* & orat. pro Arch. poëta, *Quis animo tam agreſti, ac duro fuit, vt Roſcij morte nuper non commoueretur? qui cùm ſenex eſſet mortuus, tamen propter excellentem artem, ac venuſtatem, videbatur omnino mori non debuiſſe.*

Egit] recitauit in ſcena: vnde dicuntur actores comedi & tragœdi.

[Vel qvæ imb. did. s. pero. f.] Petron. Arbiter. & quod vtroq; turpius eſt, quod quiſque perperam diſcit, in ſenectute confiteri non vult.]

Saliare] quod à Saliis, Martis ſacerdotibus, ſaliendo canebatur, à Numa Pompilio inſtitutum, & factũ, vt indicat M. Tull. lib. 3. de oratore. & Varro lib. 6. de ling. Latina. Dionyſ. Halicarn. lib. 2. de Saliis, ὑπὸ δὲ Ῥωμαίων ἀπὸ τῆς συντόνου κινήσεως ὠνομασμένοι· τὸ γὰρ ἐξάλλεσθαι, καὶ πηδᾶν σαλίρε ὑπ' αὐτῶν λέγεται. ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὀρχηστὰς, ἐπεὶ κἀν τούτοις πολὺ τὸ χόρευμα, καὶ

σκίρτημα ἔπει, παραγαγόντες ἀπὸ τῆς σαλίων τύπωμα, σαλίπορας καλοῦσι. κινοῦνται γὰρ πρὸς αὐλὸν ἐν ῥυθμῷ τὰς ἐνοπλίους κινήσεις ποτὲ μὲν ὁμοῦ, ποτὲ δὲ παραλλὰξ, καὶ πατρίους τινὰς ὕμνους ᾄδουσιν ἅμα ταῖς χορείαις, id eſt, à Romanis autem ex contenro motu nominati. Nam ἐξάλλεσθαι & πηδᾷν ſalire ab iis dicitur. Iam verò ab eadem cauſa etiam alios omneis ſaltatores, quoniam etiam in his multa eſt choreæ exercitatio, & tripudiatio, deriuato à Saliis nomine, ſalitores appellant. Mouentur enim ad tibiam numeroſè motus quoſdam armis accommodaros nunc ſimul, nunc viciſſim, & alternis, & patrios quoſdam hymnos canunt vnà cum choreis.

ET ILLVO, QVOO MEC.] Varro eo, quem modo dixi, libro multis verbis oſtendit, carmina Saliaria, quamuis à C. Ælio fuerint interpretata, tamen multis etiam locis eſſe obſcura.

INGENIIS NON ILLE FAVET, &c.] id eſt, non fauet eorum ingeniis, qui iam mortui ſunt, neque eò facit, quòd veteribus faueat, ſed quòd nobis aduerſari, noſtráque ſcripta oppugnare ſtudeat, & nobis inuideat.

QVÒO SI TAM GRÆCIS, &c.] ſi apud Græcos taoto odio fuiſſent noui, ſen recentes ſcriptores, quanto ſunt apud Romanos, nullos nunc veteres haberent, quos publicè manibus tererent, oculiſque lectitarent.

NOVITAS] aliter vſurpatur à M. Tullio nouitas, epiſt. 7. lib. 1. *nouitati eſſe inuiſum meã.*

VIRITIM] liber Card. Rain. habet *Quiritim.* ceteri omnes cõſentiunt eum vulgatis. Omninò hæc recepta, recta eſt.

VT PRIMÙM POS. NVG.] oſtendit, ex otio, & fortuna ſecunda nata eſſe in Grecia variarum artium ſtudia.

POSITIS] ſedatis, compoſitis.

NVGARI] rebus ludicris, & leuibus artibus operam dare.

ET IN VITIVM FORT. LAB.] ſic ſunt homines: in rebus duris, & aduerſis virturẽ colunt, & forteis ſe præbent, &, vt monet Satyr. 2. lib. 2. *Fortia aduerſis opponunt pectora rebus*: in ſecũdis inertiæ & nequitiæ ſe tradunt, & luxu ac deliciis eneruantur, ac molliuntur: ita vt difficilius eſſe videatur ſecundam fortunam, quàm aduerſam ferre. lege quæ annotauimus ad Od. 27. lib. 3. ibi, *bene ferre magnam, &c.*

FORTVNA ÆQVA] fortuna ſecunda, propitia, amica.

SVSPENOIT PICTA VVLTVM] tabulas pictas attentiſſimè ſpectauit, in eáſque ſtudium & cogitationem ſuam contulit. tralatio eſt. Obſeruandum eſt autem hîc, verbum *ſuſpendit*, quod propriè, aut certè aptè quadrat ad *vultum*, etiam ad mentem tamen pertinere, cùm aliud verbum ſit nullum.

NVNC TIBICINIB. NVNC EST] id eſt, nunc comediis delectata eſt, nunc tragœdiis. in comœdiis enim adhibebantur tibicioes. libr. de arte poët. *Tibia non, vt nunc, orichalco vincta, tubaeque Æmula, &c.* & ibid. *Sic priſcæ motúmq;, & luxuriã addidit arti Tibicen, traxitque vagus per pulpita veſtem.* ſimpliciter tibicinibus ſignificantur ij, qui tibia canunt.

SVBNVTR. PVELLA, &c.] εἰκών, ſiue imago, ſiue ſimilitudo illuſtris & luculenta, qua declarat, Græcorum ſtudia bellis compoſitis ac ſopitis fuiſſe leuia, nugatoria, & pænè dicã puerilia. veluti (inquit) ſi puella infaos ſub nutrice luderet.

MATVRÈ] citò. ſed vtrùm maturè reliquit, poſteaquam ſatiata eſt, an maturè & citò ſatiata reliquit? videtur hoc probabilius, vt ſignificet, quod Græci dicunt, τὸ ἀψίκορον, id eſt, celere & propinquum rerum amatarum faſtidium, celerémque ſatietatem: quo vitio laborant iuuenes. epiſt. de art. poët. *& amata relinquere pernix.* Iam verò quin maturè interdũ citò ſignificet, nemo, qui Cariſium legerit, & eius auctoritate moueatur, dubitabit.

PLENA] ſatiata. epiſt. ad librum. *cum plenus languet amor.* lege igitur coniunctè *mature plena.* nam, vt ſcribit M. Tull. lib. 3. de orat. ad Qu. Fr. *omnibus in rebus, voluptatibus maximis faſtidium finitimum eſt.* Neque tamen reclamabo, ſi quis illo potiùs modo coniungere maler, *maturè reliquit.*

QVIO PLACET, AVT ODIO EST, &c.] nihil perpetuò placet, nihil ſemper diſplicet.

HOC PACES HAB. BONÆ, VENTÍQVE] id eſt, ex pace igitur, & rebus ſecundis nata eſt hæc in Græcia artium varietas, ſtudiorum mutatio, & inconſtantia. Alij ſic, bonæ paces, & venti ſecundi hoc habuere, vt ſint mutabiles, neque perpetuò aut placeant, aut diſpliceant.

ROMÆ OVLCE OIV FVIT] Nunc docet, poëticæ ſtudium non multis antè ſæculis Romæ coli cœptum eſſe, Romanóſque illos veteres, in ſtudiis & grauioribus, & vtilioribus, quàm in ſcribendo, fuiſſe occupatos.

SOLLENNE] vſitatum: vt annot. ſuprà ad epiſt. 1. lib. 1. ibi, *Inſanire putas ſollennia me, &c.*

RECLVSA] aperta. vt epiſt. ad Torq. *& operta recludit.*

MANÈ] vt Sat. 1. lib. 1. *Sub galli cantum conſultor vbi oſtia pulſat.* & M. Tull. orat. pro Mur. *Vigilas tu de nocte, vt conſultoribus tuis reſpondeas: ille vt quo intendit, maturè cum exercitu perueniat. te gallorũ, illum buccinarum cantus exſuſcitat.*

CLIENTI PROMERE IVRA] reſpondere ius. M. Tull lib. de legibus oſtendit, patrij moris fuiſſe conſultoribus reſpondere, his verbis, *ego verò ætatis vacationi potius confidebam, cum præſertim non recuſarem, quo minus more patrio ſedens in ſolio conſulentibus reſponderem.* Idem lib. 1. de orat. ad Qu. Frat. multis verbis oſtendit, *domum iuriſconſulti totius oraculum eſſe ciuitatis, neque vllum honeſtius eſſe ſenectuti celebrandæ, atque ornandæ perfugium, quã iuris interpretationẽ*: deinde ſubiicit hæc ſub perſona Craſſi:

Craſſi: *Equidem mihi hoc ſubſidium iam inde ab adoleſcentia comparaui, non ſolùm ad cauſarum vſum forenſem, ſed etiam ad decus, atque ornamentum ſenectutis, vt cùm me vires (quod ferè iam tempus aduentat) deficere cœpiſſent, ita ab ſolitudine domum meam vindicarem.* Idem libr. 3. *M. vero Manilium tranſuerſo foro ambulare ſolitum, quod erat inſigne eum, qui id faceret, facere ciuibus omnibus conſilij ſui copiam, ad quos olim ſic adibatur, non ſolùm, vt de iure ciuili ad eos referretur, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique officio, &c.* Erat porrò inſcriptum in iuriſconſultorum foribus, *licet conſulere*: quod docet & Marc. Tull. in orat. pro Murena, his verbis, *Itaque non modo beneficij collocandi ſpem, ſed etiam illud, quod aliquando fuit, licet conſulere, iam perdidiſtis.*

Cavt. nom. certis expeno.] id eſt, pecuniam collocare apud debitores locupleteis nominibus factis, & in codice argentarij perſcriptis. Cùm hoc loco viderem veteres membranas inter ſe diſcrepare (aliæ enim coonſentientes cum libris vulgatis habent, *certis nominibus*: aliæ diſſentientes, *rectis nominibus*) diu, multúmque dubitaui, vtras potiſſimùm ſequerer. mouebat me Porph. qui videtur legiſſe, *rectis nominibus*: & quamquam hoc loco corruptus eſt, ita interpretari, *idoneis, ac legitimis nominibus*. mouebat altera ex parte locus Ciceronis in Quinctiana, his verbis, *moritur P. Quinctius, qui tibi, vt ais, certis nominibus grandem pecuniam debebat.* accedebat Feſtus in voce *nuncupata*, *Nuncupata* (inquit) *pecunia eſt* (*vt ait Cincius in lib. 2. de offic. iuriſconſulti*) *nominata, certa proprijs nominibus pronunciata.* Tandem re quæſita, cùm à veteribus Iuriſconſultis nullam rectorum nominum fieri mentionem comperiſſem, tutiùs eſſe exiſtimaui ſcripturam receptam, & vulgatā retinere: rem integram ſeruare: arbitrio lectoris, vtram lectionem malit, permittere. Hoc tantum teſtatum relinquam multo pluteis codices veteres habere *rectis*, quàm *certis*: vt peccaturus non ſit, qui *rectis* legendum putet.

Expendere] expenſos ferre, occupare, ne ſint ſteriles, & vt perpetuos ſumtus ſuppeditare poſſint. certum videtur eſſe nomen cùm debitor eſt ſoluendo, & cùm ei per ſyngrapham creditū eſt: certius autem ſi pigoore accepto. & cum ſatiſdatione. nam verbum cauendi hoc quoque ſignificat: vt cauere ſibi prædibus, & prædijs: cauere ſibi per ſponſorem, cauere ſibi pignoribus, quod eſt ita pecuniam credere, vt prædes accipias, vt ſponſorem, & pignora. quod ſi quis malet legi *rectis nominibus*, rectum nomen interpretabimur legitimum.

Maiores avoire] maioribus obtemperare: maiorum, & prudētium conſilium ſequi.

Minori oicere] minori conſilium dare, quo & rem ſuam familiarem honeſtis rationibus augere, & cupiditatem immoderatam comprimere, ac refrenare poſſit.

Crescere res] augeri bona, & facultates rei familiaris.

A Damnosa libioo] vt ſuprà epiſtol. ad Loll. 2. *Quem damnoſa Venus, quem præceps alea nudat.*

Mvtavit mentem p. l.] mutauit conſilium illud priſtinum, & priorem illam vitæ conſuetudinem: omne autem ſtudium ſuum ad ſcribendum contulit. *populus leuis*, populus Rom. mobilis, & mutabilis.

Et calet vno Scrib.] & flagrat vno ſcribendi ſtudio. ſic dictum, *Feruet auaritia, &c.* epi. 1. lib. 1.

Fronoe comas vincti] *comas vinctis*, helleniſmus eſt. Græci autem in his generibus ſubintelligunt κατά. Latinè diceremus *vinctis comis*. Iam verò *fronde*, id eſt, edera, vt ſuprà epiſto. ad Iul.

B Florum, *ſeu condis amabile carmen, Prima feres ederæ victricis præmia.*

Dictant] dictant ſerui ſcribendi peritis: vt ſuprà epiſt. ad Fuſcum Ariſt. *Hæc tibi dictabam poſt fanum putre Vacunæ.*

Ipse ego, qvi nvllos, &c.] ne ſibi quidem parcit Horatius, & ſe quoque in iis numerat, qui non ſatis exploratis ſuis viribus, & fortaſſe ad eam rem inepti natura, immoderata tamen ſcribendorum verſuum cupiditate tenentur.

Inven. Parthis menoac.] in eo ſunt Parthi mendaces, quòd fugientes, & tergo verſo ſimulant ſe pugnare nolle, cùm tamen fu-

C giendo maximè pugnent, vt diximus ſuprà ad illum locum, *Et verſis animoſum equis Parthum dicere*, Od. 19. lib. 1. ad quæ accedant hi Ouid. verſus l. 1. 2. de arte. *Teláque Parthorum, Romanáque pectora dicam: Teláque, ab auerſo quæ iacit hoſtis equo.* Alij Parthos omnium mortalium eſſe mendaciſſimos dicunt. ei rei argumento eſſe, quòd apud eos mēdaciū acerrimis pœnis vindicatur, vt narrat Herodotus libr. 1. Et quidem ita Muretus hunc locum explicabat: à quo diſſentio. quemadmodū igitur illi ſunt fallaces, ac mendaces, ſic & ego: qui, cùm affirmem me nullos verſus ſcribere, ante lucem tamen lumen, calamum, chartam poſcam.

Calamvm, et ch. et scr. posco] ſic

D ſat. 3. lib. 3. *Si raro ſcribis, vt toto non quater anno Membranam poſcas.* & epiſt. 1. libr. 1. *Si non poſces ante diem librum cum lumine, &c.*

Navem agere, &c.] ceteras (inquit) arteis nemo ſe ſcire profitetur, nemóq; exercet, niſi qui eas habet cognitas. nemo nauim gubernare conatur, niſi gubernator: nemo ægro medicamentum adhibet, qui non ſit medicus. at ſcribunt poëmata ſine diſcrimine tùm docti, tùm indocti. In eos, qui aliud agunt, quàm, quod didicerunt, conuenit verſus Euripidis, τέκτων γὰρ ὢν ἔπραττες οὐ ξυλουργικά: id eſt, cùm faber eſſes, agebas, quæ non ſunt fabri lignarij. Cum hoc loco congruit ille in epiſto. ad Piſon. *Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis: Indoctúſque pilæ, diſcíve, trochíve quieſcit, Ne ſpiſſæ riſum tollant impunè coronæ. Qui neſcit, verſus tamen audet ſcribere.*

Abrotonvm] berbam amaram. Lucret. lib. 4. *Præterea quæcumq; ſuo de corpore odorem Exſpirant acrem, panaces, abſynthia tætra, Abrotonique graues, & triſtia centaurea.* Abrutonum autem excudendum curaui, veterum librorum Horat. & Plinianorum, & Græcorum auctoritate fretus.

Scribimvs indocti d. q;] non dixit, *Scribunt indocti*, *&c.* ſed *ſcribimus*, vt vitaret inuidiam, & arrogantiæ crimen.

Hic error] error animi. ſuſ. epiſt. prox. *Et demtus per vim mentis gratiſſimus error.* errorem appellat immoderatum ſcribendorum verſuum ſtudium cum amore ſui coniunctum, qualis eſt Suffeni illius apud Catull. & illius non nominati epiſt. de arte poët. *Hic dum ſublimes verſus ructatur, & errat.* al. *ſublimis.*

Sic collige.] ὧδε συλλογίζου: ſic ratiocinare. ſat. 1. libr. 2. *vt que Imperet hoc natura potens, ſic collige mecum.*

Non temerè] non ſine magna aliqua cauſa. epiſt. ad Loll. proxima. *non temerè à me Quiuis ferret idem.*

Hoc stvdet vnvm] ſic loquitur M. Tull. Phil. ſexta. *vnum ſentitis omnes, vnum ſtudetis, M. Antonij conatum auertere à rep.*

Ridet] pro nihilo putat, non fert moleſtè.

Incogitat] machinatur, molitur. verbum Græcum expreſſit ἐπινοεῖ, ſeu ἐπιβουλεύει. ſed ne quis miretur hanc ſcripturam, vt nouam, *puerove incogitat*, ego eam ſine vlla litura reperi in omnibus libris manuſcr. neque dubitandum eſt, quin ſit vera, & recta: vulgata autem, *puero non cogitat*, corrupta.

Siliqvis] ſiliqua fructus eſt arboris, quam κεράτιον Græci vocant, de quo Plin. libr. 15. cap. 24. Idem libr. 24. cap. 8. ſcribit, ſiliquas recenteis ſtomacho eſſe inutileis.

Secvndo] id eſt, ſecundario: qui magnam partem ex furfure conſtat, & non ita multo polline.

Malvs] κακός, inutilis, nullius bonæ frugi, nequam, ἀχρεῖος.

Si das hoc] enumerat commoda, quæ hominibus proficiſcuntur à poëtis.

Figvrat] conformat, fingit, vt rectè, & emendatè loquatur.

Torqvet] detorquet, auocat.

Obsc. sermon.] αἰσχρολογίαν vno verbo dicunt Græci.

Pectvs] animum: φρένας, πραπίδας. ſic ſup. ſat. 6. lib. 1. *ſed vita & pectore puro.* infrà ead. epiſt. *meum qui pectus inaniter angit.*

Præceptis] documentis, ὑποθήκαις. in epiſt. ad Piſon. *Et vitæ monſtrata via eſt.*

Amicis] id eſt, vtilibus, honeſtis, ac iucundis. hæc enim inſunt omnia in vera amicitia: & quis verus amicus eſt, prodeſt, delectat, ornat.

Format] inſtituit. tranſlatio eſt, vt ſat. 4. lib. 1. *ſic me Formabat puerum dictis.* vide annot. ad Od. 10. lib. 1.

A Asperitatis] ſæuitiæ, χαλεπότητος. ſuprà epiſt. ad Loll. 2. *Aſperitas agreſtis, & inconcinna, &c.*

Rectè facta refert] narrat, & mandat litteris, quæ ex virtute facta ſunt.

Orientia temp. notis instrvit exemplis] id eſt, exempla petit ab antiquitate, quæ vel ſequantur, vel fugiant præſentis, & hodiernæ ætatis homines. vel ſic, præſentia & naſcentia tempora exemplis rerum præteritarum ornat atque inſtruit: vel ſic, homines & qui hodie viuunt, & qui pòſt naſcentur, exemplis ab antiquitate repertis inſtruit.

Ignara mariti] innupta, nondum virum experta, ἄγαμος, ἀνυμφεύτης. contrà ſup.
B Od. 14. li. 3. *vos ò pueri, & puellæ Iam virum expertæ.*

Præsentia nvmina sentit] præſenteis deos, id eſt, præſens deorum auxilium expetitur.

Docta prece blandvs] id eſt, carmine aliquo à docto poëta conſcripto diis immortalibus blandiens, ſeu blandè ſupplicans.

Avertit morbos] carminibus morbos impendenteis propulſat. ex quo carmen ἀποτρόπαιον dictum: & dij ἀποτρόπαιοι, qui mala impendentia auertunt.

Locvpletem frvgibvs] abundantem. ſic dixit epiſt. 6. lib. 1. *Mancipiis locuples.* annũ autem frugibus abundantem appellant Græci
C εὐετηρίαν.

Agricolæ prisci, &c.] Ariſt. libr. 8. de moribus ad Nicom. oſtendit, antiqua ſacrificia, & conuiuia hilariora, fuiſſe inſtituta maxime collectis iam, & cónditis frugibus, his verbis, αἱ γὰρ ἀρχαῖαι θυσίαι, καὶ σύνοδοι φαίνονται γίνεσθαι μετὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδάς, οἷον ἀπαρχαί· μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἐσχόλαζον τοῖς καιροῖς, id eſt, nam priſca ſacrificia, cœtúſque & conuentus, qui ſacrificiorum cauſa habebantur, collectis iam frugibus, vt primitias quaſdã, fuiſſe inſtituta. his enim temporibus maximè otiabantur, & ab opere ceſſabant. tale eſt illud Virgil. Georg. 1. *Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur, Mutuáque inter ſe læti conuiuia curant. Inuitat genialis hiems, curáſque reſoluit: Ceu, preſſæ cùm iam portum tetigere carinæ, Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.* Cereri item primitias dabant, eámque venerantes epulabantur, & conuiuia agitabant inter ſe quod declarat locus Theocriti in θαλυσ. ἦ γὰρ ἑταῖροι Ἀνέρες εὐπέπλῳ Δαμάτερι δαῖτα τελεῦντι Ὄλβω ἀπαρχόμενοι· μάλα γάρ σφισι πίονι μέτρῳ Ἁ δαίμων εὔκριθον ἀνεπλήρωσεν ἀλωάν, id eſt, Profectò enim homines cari, atque amici Cereri bene cultæ conuiuium parant, primitias ſuarum diuitiarum ei dantes. Dea enim eis valde diuite menſura aream fertilem impleuit.

Beati] ſuo contenti.

Tellvrem porco, &c.] vel genus poſitum eſt pro genere: & dictum *porco*, pro *porca*:

quem-

quemadmodum contrà apud Virgil. lib. 8. Æne. A *porca*, pro *porco*, ibi, *& caſa iungebant fœdera porca*: vt notat Seruius ad illum locum. vel legendũ *porca* libris omnibus inuitis, non *porco*. Telluri enim propter eius fœcunditatem, & fertilitatem porca fœmina, eáque grauida & fœta immolabatur, vt declarant hæc verba Arnobij libr. 7. aduerſ. gẽt. *Telluri (inquiunt) matri ſcrofa ingens immolatur fœta: at Mineruæ virgini virgo cæditur vitula, nullis vnquam ſtimulis, nullius operis excitata conatu.* Prætereà, ſi quid hoc etiam ad rem pertinet, Telluri porcam præcidaneam immolabat heres, ſi is, cuius heres eſſet, humatus non eſſet. alioqui familia pura nõ erat. Varro lib. 3. de vita popul. Rom. apud Nonium. Ne hoc quidem alienum eſt, Seruium notare apud Virgilium libr. 8. ad illum locum, *tibi* B *maxima Iuno*, theologos dicere Iunonem eſſe matrem deorum, quæ Terra dicitur: ex quo etiam ei porca ſacrificari. Poſtremò non eſt dubium, quin diligenter obſeruarint veteres illi, quibus hoſtiis cuiq; deo immolandum eſſet, cui maioribus, cui lactentibus: cui maribus, cui fœminis, vt teſtatur M. Tull. libr. 2. de legib. Conſtátque, vt opinor, diis maribus maſculas victimas immolari ſolitas (fœminis.) cùm igitur Tellus, dea fœmina ſit, conſentaneum eſt, ei porcam immolari debuiſſe.

PIABANT] placabant. ex quo piaculum, ſacrificium, quo dij offenſi placantur: & peccatum quod tale ſacrificium deſiderat. C

FLORIBVS ET VINO GEN.] idque maximè die natali. Perſius, *Funde merum Genio*. lege anno. ad illum locum, *Scit Genius, natale comes qui temperat aſtrum, &c.* epiſt. 2. huius lib.

MEMORAM] ſic habent omnes libri ſcripti. quam ſcripturam ſi probamus, memorem intelligemus, qui obliuiſci non ſinat. quidam legunt *memores*, nullo libro auctore. Omninò *memorem* rectum eſt. memorem enim appellabant Genium, quia homines moneat, vt viuant, dum licet, breuitatis vitæ, & conditionis humanæ memores.

FESCENINA PER HVNC, &c.] id eſt, Faſcenini verſus, qui maxima verborum licentia conſtabant, inuenti per hunc morem, &c. habebãt D autem locum tùm in ſponſos, tùm in quoſlibet alios. Catul. in carmine, quod ſcriptũ eſt in nupt. Iuliæ, *Neu diu taceat procax Feſcennina locutio.* Tit. Liuius Feſcennium verſum commemorat libr. 7. annal.

LVSIT AMABILITER] iocata eſt ſine petulantia, & ſine cuiuſquam offenſione: ſine contumelia verborum: comiter, & facetè.

LIBERTÁSQVE, &c.] & libertas quotannis vſurpata: anniuerſaria.

RECVRRENTEIS ANNOS] περιπλομένους dicit Homerus.

DONEC IAM SÆVVS, &c.] hinc nata eſt vetus comœdia, quæ ne honeſtis quidem familiis pepercit. κωμῳδεῖν enim eſt σκώπτειν, iocandóque maledicere.

A AP. IN RAB.] in apertam maledicentiam.

DOLVERE CR. DENTE LACESS.] qui fuerant maledictis appetiti, & contumelia affecti, grauiter tulerunt.

FVIT INTACTIS QVOQVE CVRA] non ſolùm, qui læſi fuerunt, iniquo animo tulerunt illam maledicendi licentiam: verùm etiam ij, quos non attigerat, periculo communi proſpexerunt. ſimile eſt illud ſat. 1. libr. 2. *Dum ſibi quiſque timet, quamquam eſt intactus.*

QVIN ETIAM LEX, POENÁQVE LATA] lex lata eſt, & pœna lege conſtituta in eos, qui quẽpiam maledico carmine deſcriberent. ſic in epi. de arte poët. *ſed in vitium libertas excidit, & vim Dignam lege regi: lex eſt accepta, chorúſque Turpiter ob-* B *ticuit, ſublato iure nocendi.* Legem autem XII. tabularum ſignificat: de qua ſatyr. 1. libro 2. *Si mala condiderit in quem quis carmina, ius eſt, Iudiciumque.*

VERTÊRE MODVM F.] mutauerunt rationem ſcribendi metu fuſtuarij.

FORMIDINE FVSTIS] metu fuſtuarij: quę pœna erat lege XII. tab. conſtituta.

AD BENEDICENDVM] benedicere hoc loco contrarium eſt verbo *maledicendi*. ſic Terent. prologo Phorm. *benè dictis ſi certaſſet, audiſſet benè.*

GRÆCIA CAPTA FER. VICT. CAPIT] hunc locum non ſatis rectè explicant ij, qui C in hunc poëtam commentarios ediderunt. eſt tamen eius ſententia non obſcura, & ab ipſo Horatio aliis verbis declarata. Græcia (inquit) à Romanis capta, & bello ſubacta, cepit viciſſim victores ipſos. quomodo cepit? id eſt, artes, & diſciplinæ Græcorum, Romanis placuerunt: à Romanis expetitæ, & cultæ ſunt: Romanos delectarunt. Ineſt autem ambiguum non inelegans in verbo *cepit*. capit enim & is, qui vincit, & is, qui delectat. M. Tull. epiſt. epiſt. ad Lucceium Q. fil. lib. 5. *Genus enim ſcriptorum tuorum, etſi erat à me vehementer exſpectatum, tamen vicit opinionem meam, méque ita vel cepit, vel incendit, &c,* & offic. 3. *ob eam, credo, cauſam, quòd inſit in his aliquid probi, quod capiat ignaros.* tale eſt illud T. Liuij lib. 34. *& iam in Græ-* D *ciam, Aſiámque tranſcendimus, omnibus libidinum illecebris repletas: & regias etiam attrectamus gazas: eo plus horreo, ne illæ magis res nos ceperint, quàm nos illas. Infeſta, mihi credite, ſigna ab Syracuſis illata ſunt huic vrbi, &c.*

FERVM] indoctum, nondum litteris, & humanitate expolitũ. ἡ παιδεία γὰρ ἡμέρους ποιεῖ. id eſt, doctrina enim cicures efficit. [vel feram intellige indomitam: vt in his verſibus Portij Licinij Punico bello ſecundo, *Muſa pennato gradu Intulit ſe bellicoſam in Romuli gentem feram.*]

ET ARTEIS INTVLIT] Romani bellum Græciæ intulerunt: Gręcia arteis Italiæ intulit. Romani Græciam bello ceperunt: Græcia Italiam artibus cepit: poſteaquam enim Romani Græcorum imperium euerterunt, totámque Græciam in prouinciam redegerunt, tum

demum arteis, & diſciplinas Græcorum adama-
runt.]

Agresti] nullis litteris, nulliſque diſcipli-
nis polito, fero, inculto.

Sic horriovs ille, &c.] id eſt, hoc mo-
do numerus ille poëticus, inconditus, & impoli-
tus, qui ætate Saturni, vel à Saturno viguerat, ac
floruerat, id eſt, antiquiſſimus, obſoleuit, & in
vſu eſſe deſiit. Feſtus in voce *Saturno*, &c. *Ver-
ſus quoque* (inquit) *antiquiſſimi, quibus Faunus fata
cecmiſſe hominibus videtur, Saturnij appellantur, quibus
& a Næuio bellum Punicum ſcriptum eſt, & a multis
aliis plura compoſita ſunt.* Taleis verſus ſignificat
Ennius, libr. 1. de bello Punico ſecundo. *ſcripſere
alij rem verſibu', quos olim Fauni, vateſque canebant.*
Erant autem verſus illi ferè omnes Iambici hy-
percatalecti, vt *Dabunt malum Metelli Næuio poëtæ*:
dicti Saturnij, quia iam vſque à Saturno talibus
verſibus Latini vſi eſſe putarentur. [Feſtus, in vo-
ce *ſaturno*. Verſus etiam antiquiſſimi, quibus Fau-
nus fata cecinisse hominibus videtur, Saturnij
appellantur, quibus & à Næuio bellum Puni-
cum ſcriptum eſt, & à multis aliis plura compo-
ſita ſunt, vide Adr. Iunij animaduerſ. libr. 1.
cap. 11.]

Et grava virvs Mvnd. pep.] id
eſt, iniquinatam loquendi rationem: inelegan-
tem, atque inuenuſtum faciendorum verſuum
modum, nitor, & elegantia Græcarum artium
expulerunt.

Rvris] ſermonis inconcinni, inuenuſti, il-
lepidi, inornati: ruſticitatis. Catull. in Annaleis
Voluſ. *Plenis ruris, & infacetiarum*, (ſeu *inficetiarum*)
Annales Voluſi cacata charta. Idem ad Vitrum, *Idem
infaceto eſt infacetior* (ſeu *inficeto eſt inficetior*) *rure.*
Plaut. in Trucul. *rus merum hic quidem eſt puden-
dum.*

Servs enim] id eſt, ſerò enim ſtudium,
animúmq; ſuum contulit ad ſcripta Græcorum.
ſerus, pro ſerò, frequẽs apud poëtas. Virg. Geor.
3. *Nocte natat cæca ſerus freta.* ſic ſuprà Od. 12. libr. 1.
Serus in cælum redeas. & ſat. 7. libr. 2. *iuſſerit ad ſe Mæ-
cenas ſerum ſub lumina prima venire?* eiuſdem generis
ſunt illa, Virgil. lib. 3. Georg. *nocturnus obambulat.*
Horat. ſat. 4. libr. 2. *Si veſpertinus ſubitò te oppreſſerit
hoſpes.* Admovit acv.] ingenij ſui vim contu-
lit ad lectionem librorum Græcorum.

Qvietvs] εἰρήνην ἄγων, bellis compoſi-
tis, bellis defunctus, pace potiens.

Qvid Soph. qvin Thesp. et Esch.]
hi fuerunt poëtæ tragici, ex quibus Theſpis to-
tus periit. de eo meminit in epiſt. de arte poët.
*Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ Dicitur, &
plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis, &c.* Æſchyli tragœ-
diæ aliquot exſtant, ne illæ quidem admodum
integræ, niſi quibus in locis à Franciſco Porto,
& Errico Stephano ſunt emendatæ.

Tentavit qvoqve, rem, &c.] pericu-
culum etiam fecit, poſſétne Græca in Latinum
ſermonem conuenienter, & aptè vertere. *ſi* pro
an, vt ſæpe aliàs.

A Et placvit sibi, &c.] id eſt, placuit ſibi
Romanus ſcriptor in eo, quòd eſſet natura ſu-
blimis: vel ſic, Romanus ſua ſcripta de Græcis
verſa, ſeu ad exemplum Græcorum cõpoſita ad-
amauit, ac probauit, cùm eſſet ſublimis, ac vehe-
mens natura: & ita ad tragœdias ſcribendas natu-
ra factus. Spir. trag.] id eſt, ſpiritus habet tra-
gicos. eſt autem genus loquendi Græcum, πνεῖ
τραγικόν, vt Ἄρη πνέων, id eſt, Martem ſpirans,
& πῦρ πνέων, ignem ſpirans. & Theocrit. ἐν Διο-
σκ. φόνον ἀλλήλοισι πνέοντες. Virgilius Georg.
2. *tauri ſpirantes naribus ignem.* & apud Euripid.
μέγα πνεῖν. magnum ſpirare. ſic enim in Bacchis,
χεῖν πνέων ἔλθῃ μέγα. Propert. libr. 1. *mollem ſpi-
rare quietem.* Sed tvrp. pvt. &c.] id eſt,
B ſed turpe eſſe putat ſua ſcripta emendare, & de-
letis verſibus non ſatis cultis, aut vocabulis non
ſatis lectis, atque ornatis, alios verſus cultiores,
aliáque vocabula ſignificantiora, ac lectiora ſub-
ſtituere. *metuit lituram* dictum pro eo quod eſt,
abhorret à litura, non poteſt ferre, vt ſua ſcripta
lituris notentur. ſic in epiſt. de art. poët. *Nec vir-
tute foret, clariſve potentius armis, Quàm lingua, Latiũ,
ſi non offenderet vnum Quemque poëtarum limæ labor, &
mora, &c. metuit*, φυλάττεται, odit, vt annotaui-
mus ſuprà ad Od. 2. li. 2. ſed non reticebo, in cod.
Torn. & in vno Vat. & in Ruſſar. & vno Nicot.
ſcriptum eſſe, *Sed turpem putat inſcitè, metuitq́; litu-
ram.* de qua ſcriptura iudicet lector. Ex me-
dioq. res arc.] hunc locum corruptum
C in omnibus vet. exemplaribus, quibus vſus eram
Romæ, ego partim coniectura ductus, partim à
cod. Torneſ. quem Lugduni nactus ſum, & vno
Nicot. & Ruſſ. quibus Lutetiæ, adiutus reſtitui,
quæ quidẽ mea reſtitutio ita non ſolùm proba-
bilis, verùm etiam recta, & aperta eſt, vt putem,
eam improbaturum neminem. nam quis vnquã
Latinorum ita locutus eſt, *res acceſſit de medio*, pro,
res petita, aut ſumta eſt de medio? dico igitur nomen
res eſſe numeri multitudinis, quarti caſus. *arceſſere*
autem *res è medio* ita dixit, vt dicere ſolemus, *arceſ-
ſere a capite.* M. Tull. Top. *cùm autem à genere du-
citur argumentum, non erit neceſſe id vſque a capite ar-
ceſſere. ſæpe etiam extrà licet, &c.* Iam verò notiſſimũ
eſt, argumenta comœdiarum eſſe humilia, & ple-
D beia, & familiaria: tragœdiarũ autem ſublimia,
grandia, regia, heroica. itaq; harum perſonæ ſũt
inſignes, illuſtres, amplæ, publicæ: illarum hu-
miles populares, obſcuræ, priuatæ. Hoc igitur
dicit Horatius. Quia comœdia res, id eſt, argu-
mentum, & materiam è medio arceſſit, ſeu è
medio ſumit, non ex longinquo aliquo, aut grã-
di, aut Heroico vitæ genere, iccircò creditur eſſe
minimùm operoſa, minimúmque laborioſa: ſed
non eſt ita, &c. Corruptus in eodem verbo locus
eſt in epiſtola Aſinij Pollionis ad M. Tull. cuius
principium *Balbus Quæſtor*, libr. 10. epiſt. ad fami-
liareis, *Treis legiones firmas habeo: quarum vnam vice-
ſimam octauam cùm ad ſe initio belli acceſſiſſet Anto-
nius hac pollicitatione, &c.* legendum enim *arceſſiſ-
ſet, &c.*

Habere

HABERE SVD. MIN.] minimum laboris ac difficultatis. putant homines facillimum, & minimè laborioſum eſſe comœdiam ſcribere, quia res ſumit de medio.

SED HABET, &c.] ſed eo grauius onus ſuſtinet, quanto minus ei ignoſcitur, qui in ea ſcribenda aliquid titubarit, aut peccarit.

ASPICE, PLAVTVS QVO PACTO] Hic locus non vno modo explicatur, alij enim putant, Plautum reprehendi ab Horatio, hoc modo. vide, quam negligens ſit Plautus in ſeruando cuiuſque perſonæ decóro, & in tuendis ſenum, amatorum, lenonum, &c. partibus: vide quàm parum ſit accuratus. atq; ita, *quo pacto* interpretantur quàm malè, quàm non accuratè. Sic Plaut. carpit in lib. de art. poët. *At veſtri proaui Plautinos & numeros, & Laudauere ſales, nimium patienter vtrumque, Ne dicam ſtultè mirati.* alij Plautum ab Horatio laudari putant hoc modo, Aſpice quàm accuratè Plautus ſingularum perſonarum parteis tueatur, &c. quorum vtri rectius ſentiant, pronuntiare mihi omnino difficilè eſt. Videtur enim probabile eſſe Plautum ab Horatio non reprehēdi in eo, in quo maximè poëtæ virtus & præſtantia conſiſtit. Nam ſi neque ſales Plautini, neque numeri ſunt laudandi, vt ſentit Horat. neque Plautus curat ſuæ cuiuſq; perſonæ decôrum tueri, ac ſeruare, etiam peccari aiunt iſti Plautum ab Horatio inſimulari, quid eſt, cur vllus Plauto inter poëtas comicos relinquatur locus? Rurſum mouet me quòd Horatio Plautus non admodum placebat, vt appâret ex iis verſibus, quos ſuprà poſui. præterea ſeries ipſa ſermonis, & verborum ſignificatio videntur hanc ſententiam poſtulare, vt dicat, Plautum minùs rectè tutari parteis ephebi, ſenis, lenonis, paraſiti. hæc enim eſt ſeries orationis: vide *Quo pacto* (Plautus) *parteis tutetur amantis ephebi, Quantus ſit Dorſennus, &c.* id eſt, quàm magnus ſit Dorſennus inter paraſitos. ſignificat fortaſſe Plautum eſſe putidum & vſque ad faſtidium diligentem in deſcribendo iuuene amante, ſene auaro, lenone inſidioſo, paraſito edaci: cetera, quę deſiderautur in bono ſcriptore negligere: quaſi verò is, qui in comœdia aliqua paraſitum aliquē edacem introduxerit, eiúſq; edacitatem illuſtribus coloribus depinxerit, nihil præterea admodum curarit, præclaram laudem mereatur.

QVANTVS SIT DORSENN.] huius verſus explicatio pendet à ſuperiorum explicatione. Qui exiſtimant Plautum ab Horatio reprehendi aiunt Dorſennum nomen fuiſſe cuiuſdam paraſiti in aliqua Plautina comœdia, quæ non exſtet: qui autem aliter ſentiunt, dicunt hunc Dorſennum poëtam fuiſſe comicum, aut Atellanarum ſcriptorem: quod ſi verum eſt, ſic erit hic verſus intelligendus, vt dicat Horat. hunc ſcriptorem nimium ſtudium poſuiſſe in deſcribendis paraſitis: in reliquis perſonis fuiſſe negligentem. in duob. Vatican. & Torneſ. ſcriptum eſt *Noſſennus* [Plinius quidem libr. 14. cap. 13. commemorat, quendam Dorſennum, eundémque poëtam: ex quo hos verſus profert. Sed Fabius Dorſennus his verſibus decernit, *Mittebam vinum pulchrum, myrrhinum.* & in Achariſtione, *Panem & polentum vinum, myrrhinum.*]

QVÀM NON ASTR. PERC. PVLP.] quàm laxo, ac diſſoluto ſocco fabulam peragat, id eſt, quàm negligenter, ac diſſolutè fabulas ſcribat. ſoccus enim comœdiæ eſt, cothurnus tragœdiæ.

GESTIT ENIM NVMM.] id eſt, ſtudet rem facere duntaxat, loculóſque nummis implere: ſed quis? Plautus ſcilicet: vel, vt alij, Dorſennus, co[m]œdiarum, ſeu Atellanarum ſcriptor.

POST HOC SEC. CAD. AN. R. STET, &c.] parùm ſollicitus poſt hoc vtrùm exſibiletur, atque explodatur comœdia, an probetur, attentíſque animis audiatur, ac ſpectetur, *recto talo* dixit per tralationem, quia qui ſtant, recto ſunt talo: qui cadunt, contra. ſic Callim. εἰς Ἄρτεμιν τῶν δ' οὐδὲν ἐπὶ σφυρὸν ὀρθὸν ἀνέστη, id eſt, nihil horum ſtat. non diſſimile eſt illud Eurip. Androm. ὀρθῷ βῆναι ποδί: id eſt, recto ingredi pede: neque illud Pindari, ψεφεννὸς ἀνὴρ ἄλλοτ' ἄλλα πνέων οὔποτ' ἀτρεκεῖ κατέβα ποδί: id eſt, timidus atque ignauus homo aliàs aliud ſpirans, numquam vero, id eſt, recto, ſeu certo deſcendit pede. præterea in ludo talario, dicūt talum rectum aſſiſtere, & cadere rectum. M. Tull. de Finib. libr. 3. *ſi hoc fingamus eſſe quaſi finem, & vltimum, ita iacere talum, vt rectè aſſiſtat: qui talus ita erit iactus vt cadat rectus, propoſitum quiddam habebit ad finem.* Iam verò dicebant *ſtare fabulam*, quæ attentè audiretur, & quæ placeret: *cadere*, & *excidere hiſtriones*, qui explodebantur, quive exigebantur. Græci ἐκπίπτειν quoque dicunt, vt alibi annotauimus. Terent. in prologo Hecyræ, *In his, quas primum Cæcili didici nouas, Partim ſum earum exactus, partim vix ſteti.* & in prologo Phorm. *Quòd ſi intelligeret, cùm ſtetit olim noua, Actoris opera magis ſtetiſſe, quàm ſua, &c.* ibidem, *Cùm per tumultum noſter grex motus loco eſt.* & in prologo Heautont. *date poteſtatem, mihi ſtatariam agere vt liceat per ſilentium*: id eſt, vt ſtare liceat. nam *ſtatariam agere* tranſlatè poſuit.

QVEM TVLIT AD SCENAM, &c.] id eſt, qui laudis, & gloriæ ſtudio adductus, ad ſcribendas fabulas ſe contulit, ſpectatorum attentione, atque alacritate excitatur, & extollitur: languore, & ſomno animum deſpondet. currū gloriæ tribuit, vt & ſup. ſat. 6. lib. 1. *Sed fulgente trahit conſtrictos gloria curru, &c.* ad quem locū lege quæ ſunt annotata.

EXANIMAT] ὑπερβολικῶς dictum pro eo quod eſt, valde contriſtat, mærore affligit. anno. ad Od. 17. lib. 2. *Cur me querelis exanimas tuis?*

LENTVS] id eſt, languidus, faſtidioſus. in arte poët. *malè ſi mandata loquêris, Aut dormitabo, aut ridebo.* aliter dixit *lentos igneis*. Od. 13. lib. 1. & *lentum amorem*. Oda 19. libr. 3. & *lentum duellum*. infrà epiſto. 2.

Sᴇᴅᴜʟᴜs] alacer, ſtudioſus, & ad audiendum promtus, ac paratus qui oon dormitat. paullo aliter epiſt. 13 lib. 1. *Sedulus importet.*

Lᴀᴜᴅɪs ᴀᴠᴀʀᴜᴍ] laudis cupidum, vt in epiſtol. de arte poët. *præter laudem, nullius auaris.*

Sᴜʙʀᴜɪᴛ] percellit, ſubuertit, mærore afficit, atque affligit: &, vt ſuprà locutus eſt, exanimat. ſed hîc tralatio eſt ab oppugnatione vrbiũ quarum muri ſubruuntur cuniculis. Od. 16. lib. 3. *ſubruit æmulos Reges muneribus.*

Rᴇꜰɪᴄɪᴛ] recreat, excitat, erigit.

Vᴀʟᴇᴀᴛ] vox eſt contemnentis, vt ſat. 6. *haud mihi vita Eſt opus hac, ait: & valeat.* ſic eoim legendũ, non *valeas.* Terent. in Heaut. *valeant, qui inter nos diſſidium volunt.* M. Tull. ad Attic. lib. 4. *ſed valeant recta, vera, honeſta conſilia.* & lib. 1. de nat. Deorum, in extremo, *Deinde ſi maximè talis eſt deus, vt nulla gratia, nulla hominum caritate teneatur, valeat.* & ita loquuotur Græci. Theocritus χαέτω· ἢ ἱερ. χαιρέτω ὅστις τοῖος. id eſt, valeat quiſquis talis eſt. Ariſtoteles μετὰ τὰ φυσικά. χαιρέτωσαν ἰδέαι. id eſt, valeant ideæ. & M. Tull. ad Attic. lib. 8. *At ille tibi* πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ *dicens, pergit Brundiſium.* Plato in Theæteto, ἐατέον πάνυ τὰ ἄλλων δοξάσματα χαίρειν, id eſt, ſinere oportet aliorum opinioões valere. Eurip. Hippolyt. coro. τὰς δ᾽ ὑπὲρ κάρα φοιτῶντας ὄρνις, πόλλ᾽ ἐγὼ χαίρειν λέγω, id eſt, eas autem aueis, quæ ſupra caput volare ſolent, multum valere iubeo.

Rᴇs ʟᴜᴅɪᴄʀᴀ] comica, & tragica.

Pᴀʟᴍᴀ ɴᴇɢ. ᴍᴀᴄʀ. ᴅᴏɴ. ʀᴇᴅ. ᴏᴘɪᴍ.] macrum oppoſuit opimo. ſic epiſtol. 1. lib. 11. *Inuidus alterius rebus macreſcit opimis.* Valeat (inquit) ſtudium poëticum, quod io comœdiis & tragœdiis ſcribendis ponitur, ſi victus dolore contabeſcam, victor oitido, & bene habito corpore futurus ſum.

Sæᴘᴇ ᴇᴛɪᴀᴍ ᴀᴜᴅᴀᴄᴇᴍ, &c.] id eſt, ſæpe hoc poëtam quaotumuis audacem, à ſtudio ſcribeodi deterret, quòd vulgus, & multitudo imperita in mediis fabulis, vrſum poſcit, aut pugiles, aut gladiatores, aut funambulum, &c.

Eᴛ ᴅᴇᴘᴜɢɴ. ᴘᴀʀᴀᴛɪ, Sɪ ᴅɪsᴄ.] & ita pertinaces, vt, ſi equites ab iis diſſentiant, parati ſiot armis decertare. Quidam teſtantur ſe ſcriptũ vidiſſe in vno cod. peruetuſto *decertare,* pro *depugnare.* nihil rẽfert.

Hɪs ɴᴀᴍ ᴘʟᴇʙᴇᴄᴜʟᴀ ɢᴀᴜᴅᴇᴛ.] talem calamitatem interueniſſe, cùm ageretur Hecyra, dicit prologus Terentianus his verbis, *Hecyram ad vos refero, quam mihi per ſilentium Numquã agere licitum eſt: ita eam oppreſſit calamitas. Eam calamitatem veſtra intelligentia Sedabit, ſi erit adiutrix noſtræ induſtriæ. Cùm primùm eam agere cœpi, pugilum gloria, Funambuli eodem acceſſit exſpectatio, Comitum conuentus, ſtrepitus, clamor mulierum Fecere, vt ante tempus exirem foras. Vetere, in noua cœpi vti conſuetudine, In experiundo vt eſſem: refero denuò: Primo actu placeo: cum intereà rumor venit Datum iri gladiatores,*

A *populus conuolat. Tumultuantur, clamant, pugnant de loco. Ego intereà meum non potui tutari locum.* nou celabo lectorem, iu codic. Torneſiano, & in vno Vatic. & in tribus præterea, quos poſtea in Gallia conſului, Clericaoo, Nicotiano, Ruſſard. legi, *his nam plebecula plaudet,* vt quiſpiam dicere poſſit, ſcriptum eſſe ab Horatio *plebecula plaudit.* ego iudicium meum in hac re non interpono.

Vᴇʀùᴍ ᴇǫᴜɪᴛɪs ǫᴜᴏǫᴜᴇ, &c.] ſed iam noo ſolùm vulgus (inquit) humileſque, atque indocti homines, verùm etiam equites, & honeſti viri ab aurium voluptate, quam eraot ex ingenio, artificioque poëtæ percepturi, toti ſeſe ad oculorum oblectationem contulerunt.

Aᴅ ɪɴᴄᴇʀᴛᴏs ᴏᴄᴜʟᴏs] incertos appellat
B oculos, quia ſæpe & fallunt, & falluotur: vt appâret in infracto remo ſub aqua, in columbæ collo, io duabus ex lucerna flammis, eum oculum torſeris. quod tameo negat Epicurus oculorum eſſe meodacium, ſed opinionum. Lucret. lib. 4. *Quæ violare fidem quaſi ſenſibus omnia quærunt, Nequicquam, quoniam pars horum maxima fallit Propter opinatus animi, quos addimus ipſi, Pro viſis vt ſint, quæ non ſunt ſenſibu' viſa.*

Qᴜᴀᴛᴛᴜᴏʀ, ᴀᴜᴛ ᴘʟᴜʀᴇɪs ᴀᴜʟæᴀ, &c.] aulæis obtendebatur, ac prætexebatur ſcena, vt obſtarent populo, dum fabularum actus commutarentur. aulæis etiam, & velis integebantur theatra ad arcendum ſolem. Lucret. libr. 4. *Et*
C *vulgò faciunt id lutea, ruſſáque vela. Et ferrugina cùm magnis intenta theatris Per malos vulgata, trabeiſque trementia pendent, &c.* & Horatius epiſto. ad Piſon. de art. poët. *Tu quid ego, & populus mecum deſideret, audi: Si plauſoris eges aulæa manentis, & vſque Seſſuri, donec cantor, vos plaudite, dicat.* Aulæa igitur (inquit) remouentur è ſceoa, contrahuntur, & complicaotur in quattuor horas, aut plureis dum pugnæ ſimulacrum aliquod editur, dúmque fuga equitum, ac peditum repræſentatur, dum viocti reges per triumphum ducuotur. admonendus eſt autem lector minùs exercitatus in litteris corruptè ſcriptum eſſe in quibuſdam codicibus *haud plureis,* cùm legendum ſit *aut plureis.*

D Dᴜᴍ ꜰᴜɢɪᴜɴᴛ,] dum imago fugientium hoſtium ſubiicitur oculis ſpectatorum. alij per equites, equeſtris ordínis homines, & per pedites, plebem ſignificari volunt: à quibus diſſeotio, malóque fugam hoſtium ſimulatam intelligi, tùm propter verbum *fugiunt,* tùm propter alterum illud, quod ſequitur, *peditum.* oiſi quis referat ad equitum, peditúmqoe centurias, in quas diuiſus erat populus Romanus. ſic epiſt. de arte poët. *Romani tollent equites, peditéſque cachinnum.*

Mᴏx ᴛʀᴀʜ. ᴍᴀɴɪʙ. ʀᴇɢ. ꜰᴏʀ.] id eſt, mox reges opulenti, ac potentes, manibus à tergo reuinctis, per triumphum ducuntur. Virgil. 2. Æoeid. *Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum, &c.*

Eſſᴇᴅᴀ ꜰᴇsᴛɪɴᴀɴᴛ] eſſeda, vehicola ſunt Gallica,

Digitized by Google

Gallica. Cicer. ad Treb. *eſſedum aliquod ſuadeo rapias, & ad nos quamprimum recurras.* Virg. Georg. 2. *Belgica vel molli melius feret eſſeda collo.* vtebantur eo & Britanni. Cæſar libro 4. de bello Gallico. *At barbari conſilio Romanorum cognito, præmiſſo equitatu, & eſſedariis (quo plerumque genere in prælus vti conſueuerunt) reliquis copiis ſubſecuti, noſtros nauibus egredi prohibebant.* ibidem. *reliquos incerteis ordinibus perturbauerant: ſimul equitatu, atque eſſedis circumdederant.*

Pilenta] pilentum, vehiculum, quo matronæ vehebantur. Feſtus. vtitur T. Liuius lib. 5. annalium.

Petorrita] petorritum, nomen, & vehiculum Gallicum, [de cuius origine vide Aul. Gellium lib. 15. ca. 30.] ſcribitur autem duobus *rr.* B
in omnibus libris antiquis.

Captivvm ebvr] vel ſigna ebore, vel elephanti.

Captiva Corinthvs] id eſt, ſimulacrum Corinthi, quã L. Mummius cepit, ac deleuit. portabantur enim oppidorum captatorum ſimulacra in triumphis. M. Tul. in Piſonem. *vertes te ad alteram ſcholam: diſſeres de triumpho. Quid tandem habet iſte currus? quid vincti ante currum duces? quid ſimulacra oppidorum?* Tibull. lib. 2. *Ut Meſſallinum celebrem, cum præmia belli Ante ſuos currus oppida victa feret.* Tit. Liuius libr. 37. *Tulit in triumpho ſigna militaria CCXXXIIII. oppidorum ſimulacra CXXXIIII.* Alij per captiuam Corinthum vaſa Corinthia ſignificare malunt. quos non teſello.

Rideret Democritvs] homo ad ridendas vulgi ineptias, & curas inaneis maximè propenſus: quem commemorat & M. Tull. de riſu verba facturus libr. 2. de orat. ad Q. frat. *Atque illud primum, quid ſit ipſe riſus, quo pacto concitetur, vbi ſit, quomodo exſiſtat, atque ita repentè erumpat, vt eum cupientes tenere nequeamus, & quo modo ſimul latera, os vultum, oculos occupet, viderit Democritus.* Significat autem Horatius, inſulſo, & inepto more, nimium apparatum adhiberi in fabulis, propterea quòd in eo ſpectando populus occupatus minùs attentum, minúſque alacrem ſe præbeat hiſtrionibus auditorem. eundem morem oſtendit D
M. Tull. ſua iam ætate increbuiſſe, eúmque valde videtur improbare epiſt. ad Marium, li. 7. his verbis, *Noſti reliquos ludos, qui ne id quidem lepôris habuerunt, quod ſolent mediocres ludi. Apparatus enim ſpectatio tollebat omnem hilaritatem: quo quidem apparatu non dubito, quin animo æquiſſimo carueris. quid enim delectationis habent ſexcenti muli in Clytemneſtra? aut in equo Troiano craterarum tria millia: aut armatura varia peditatus, & equitatus, vt in aliqua pugna? quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attuliſſent.*

Sev Divers. conf. gen. &c.] id eſt, ſiue animalis genus ex camelo, & panthera coneretum ſpectaret populus, ſiue elephantum album. pantheram confuſam camelo camelopardalim appellant. Varro libr. 4. de ling. Lat. *vt Alexan-*
A *dria camelopardalis nuper adducta* [ſeu *aduecta*] *quòd erat figura, vt camelus: maculis, vt panthera*

Sive elephas albvs, &c.] Etiam ſua ætate exhiberi ſolitos eſſe populo elephantos oſtendit M. Tullius in ea epiſtola ad Marium, quam paullò antè commemorauimus, his verbis, *Elephantorum extremus dies fuit: in quo admiratio magna vulgi, atque turbæ: delectatio nulla exſtitit: quin etiam miſericordia quædam conſecuta eſt, atque opinio eiuſmodi, eſſe quandam illi belluæ cum genere humano ſocietatem.*

Mimo] hiſtrione, vt epiſt. ad Loll. ſup. libr. 1. *aut parteis mimum tractare ſecundas.*

Scriptores] poëtas. nam appellatione ſcriptorum omnes, qui quiduis ſcripſerunt, intelliguntur. epiſt. ad Piſones, *Aut famam ſequere, aut ſibi conuenientia finge Scriptor. honoratum ſi fortè reponis Achillem, &c.* idem epiſt. prox. *Scriptorum chorus omnis amat nemus.*

Asello Fabell. svrdo] poëtas exiſtimaret inanem operam ſumere, quia populus non attendit. prouerb. *ſurdo narrare fabulam.* hoc eſt, cum eo loqui, qui non audiat, qui non attendat, qui ſermonem negligat, aut reſpuat. Terenti in Heautont. *ne ille haud ſcit, quàm mihi nunc ſurdo narret fabulam.* Virgil. in Gallo, *Non canimus ſurdis, reſpondent omnia ſiluæ.* Lucret. lib. 5. *Nec ratione docere vlla, ſuadereque ſurdis, Quid ſit opus facto.* ſed obſeruatione dignum eſt, Horatium duo
C prouerbia iunxiſſe. de vno diximus. eſt & alterum, *aſino fabulam narrare*, quod à Græcis ſic effertur, ὄνῳ τις ἔλεγε μῦθον· ὁ δὲ τὰ ὦτα ἐκίνει, id eſt, *aſino quidam fabulam narrabat: ille autem aureis mouebat.*

Nam qvæ pervinc. voc. &c.] id eſt, quis hiſtrio tantùm vocem contendat, vt populi ſtrepitum, & clamorem ſuperare poſſit? ſic in epiſt. de arte poët. de iambo, *& populareis Vincentem ſtrepitus.*

Gargan. mvgire pvtes, &c.] populi ſtrepitum cum ſonitu, & quaſi mugitu, quẽ ſiluæ Gargani montis edunt ventis agitatæ, & cum murmure maris concitati, comparat. Eſt autem Garganus mons Apuliæ. ſup. Od. 9. li-
D bro ſecundo, *aut Aquilonibus Querceta Gargani laborant, &c.*

Avt mare Tvscvm] aut mare Tyrrhenum.

Qvibvs óblitvs actor, &c.] ſignificat, hoc tam exquiſito apparatu non ornari actorem, neque commendari, ſed commaculari. Nam hoc valet verbum *oblini.* non enim dixit, *quibus actor ornatus*, ſed *quibus óblitus.*

Concvrr. dext. lævæ] plauſus à populo datur, non propter actoris orationem, quippe qui nihil dum dixit, ſed propter eius veſtitum, atque ornatum ſuperuacaneum, & nimis elegantem, & luxurioſum. eſt autem hîc tralatio. paullò aliter dixit ſat. 1. lib. 1. *quid enim? concurritur: hora Momento aut cita mors, &c.*

Lana Tarentino, &c.] & quid igitur

placet ſpectatoribus? veſtitus ἰανθινοῖς, id eſt, violacei coloris.

Qvæ facere ipse recvs.] quia comœdias ſcribere nolim.

Maligne] parcè, exiguè. hæc enim vis eſt huius vocis. Catull. de Vari ſcorto. *Non (inquam) mihi tam fuit malignè, &c.* id eſt, anguſtè. non ita fuit mihi res anguſta. nam & Seruius ſcribit malignum idem eſſe, quod anguſtum, ad illum locũ Virg. libr. 7. Æneid. *Quale per incertam Lunam ſub luce maligna.* Plautus Bacch. *Iuſtus, iniuſtus: malignus, largus: commodus, incommodus.* Virg. Georg. 2. *Difficiles primum terræ, colléſque maligni,* id eſt, ſteriles: Hora. ſat. 5. lib. 1. *Differtum nautis, cauponibus atque malignis.* T. Liuius lib. 34. annal. *Sed in purpura, quæ teritur, abſumitur, iniuſtam quidem, ſed aliquam tamen cauſam tenacitatis video: in auro verò, in quo præter manus pretium, nihil intertrimenti fit, quæ malignitas eſt,* Idem libr. 39. *& malignè omnia præbentibus ſuis, meretriculæ munificentia ſuſtinebatur.*

Ille per extent. fvn. &c.] id eſt, videtur mihi rem omnium factu difficillimam præſtare poſſe. ille mihi videtur idem efficere poſſe, quod funambuli, qui per funem extentum ambulant: & iccircò magnam hominum admirationem excitant.

Mevm qvi pect. inan.] id eſt, qui meum animum commouere, & inani metu perterrere: qui me ſine cauſa ira cõcitare, vel contrà ad lenitatem inflectere, ceteriſque animi motibus afficere poteſt. pectus pro animo poſuit, vt ſup. eadem epiſt. *Mox etiam pectus præceptis format amicis.* & Od. 3. libr. 1. *Illi robur, & æs triplex Circa pectus erat.*

Irritat] ὀργίζει ad iram impellit. epiſto. ad Piſon. *iuuat, aut impellit ad iram.* verbum irritandi qui ſcribendum eſſe vno r arbitrantur quaſi ab ira deducatur, falluntur. lege annotat. ad Od. 28. lib. 3.

Mvlcet] delectat, &, vt illo loco epiſt. ad Piſon. *iuuat.*

Vt magvs] vult Horatius, poëtam, vim habere permouendorum animorum, & quaſi faſcinandorum oculorum, inſtar magorum, qui carminibus, & venenis, & arte magica portenta faciunt. M. Tull. de nat. deor. lib. 1. *Cum his coniungere licet portenta magorum, Ægyptiorúmque in eodem genere dementiam.* Hor. ſup. Od. 27. lib. 1. *Quæ ſaga, quis te ſoluere Theſſalis Magus venenis, quis poterit Deus?* Erant autem magi ſapientes Perſarum. M. Tull. de diuin. libr. 1. *Cyro magos dixiſſe (quod genus ſapientum, & doctorum habebatur in Perſis) ex triplici appetitione ſolis, xxx. annos Cyrum regnaturum eſſe, portendi.* magicas arteis commemorat Virgil. Æne. 4. *Teſtor cara Deos, & te germana, tuúmque dulce caput, magicas inuitam accinger arteis.* artis magicæ vanitatem compluribus locis exagitat Plinius.

Et modò me Thebis, &c.] vſque adeò aptè, & accommodatè res geſtas deſcribit, vt, qui audiunt, in iis locis, vbi geſtæ ſunt, interA eſſe, & præſtò eſſe videantur: vt ſup. Od. 1. lib. 2. *Audire magnos iam videor duces, Non indecoro puluere ſordidos.* & ibidem. *Iam nunc minaci murmure cornuum Perſtringis aureis, iam litui ſtrepunt.* idem in epiſt. de arte poët. *Non ſatis eſt pulcra eſſe poemata, dulcia ſunto, Et, quocumque volent, animum auditoris agunto.* ſic Ariſt. περὶ ποιητικῆς. δεῖ δὲ τοὺς μύθους συνιστάναι, καὶ τῇ λέξει συναπεργάζεσθαι ὅτι μάλιστα πρὸ ὀμμάτων τιθέμενον. οὕτω γὰρ ἐναργέστατα ὁρῶν, ὥσπερ παρ' αὐτοῖς γιγνόμενος τοῖς πραττομένοις, εὑρίσκοι τὸ πρέπον, καὶ ἥκιστα ἂν λανθάνοι αὐτὸν τὰ ὑπεναντία, id eſt, *oportet autem fabulas componere, & conficere etiam verbis, quàm maximè oculis res ſubiicientem. Sic enim perſpicuè cernens tanquam interſit in rebus ipſis agendis, reperiet decorum,* B *minimeque eum latebunt ea, quæ aliquantum repugnant.*

Verùm age, et iis, qvi] Varie explicatur hic locus: vno modo ſic: Verùm age (inquit) Auguſte, etiam poëtas, qui fabulas ſcribere nolunt: neque ſpectatorum faſtidium, ac ſuperbiam ferre poſſunt, ſed ſeſe lectori committere malunt, cura libera, aut certè eorum curam minue. Nam quamuis ſit eis res cum lectore, nõ cum ſpectatore, non tamen iccirco ſine magno ſui nominis, ſuæque exiſtimationis periculo ſcribunt. Præterea varia ſunt hominum iudicia: neq; idem ſcribendi genus probant omnes. Excitandi igitur tibi ſunt poëtarum animi, magniſque præmiis inuitandi, vt vel neglectis, vel ſuperatis tot C difficultatibus, ſeſe totos ad ſcribendum conferant. atque in hac explicatione, *reddere breuem,* eſt efficere breuem. Alio modo ſic: diligentius attẽde, & conſidera, qui poëtæ probandi ſint, qui non: nonnihil cogitationis, & curæ cõfer in hanc rem, vt attendas, & iudices, qui poëtæ tanto nomine digni ſint, qui contrà indigni: quam quidẽ explicationem videtur ſequi Porph. ego autem non probo. nam hoc *reddere curã breuem* tale potiùs videtur eſſe, quale illud apud T. Liuium lib. 27. *breuem illi lætitiam, quæ exſultet, facturum.* Poſtremò ſic: Verùm age, Auguſte, etiam iis poëtis, qui ſe lectori committere, quàm ſpectatoris faſtidium ferre malunt, redde aliquantum curæ: id eſt hos poëtas, qui legi ſua ſcripta, quàm audiri, D & ſpectari malunt, redde aliquanto magis ſollicitos, & diligenteis, & timidos, quàm ſunt. Nam nunc quidem nimis ſecuri, negligentes, atque audaces ſunt: neque ſatis magnam curam ad ſcribendum conferunt, &c. atque hæc explicatio mihi magis placet. verùm tamen iudicet lector.

Qvam spect. fast. f. s.] quàm ſpectatorem faſtidioſè, & ſuperbè audientem ferre: vel quàm ſpectatorem ſuperbum ac faſtidioſum ferre. Quemadmodum dixit Horatius *faſtidia ſuperbi ſpectatoris,* ſic Virg. Alex. *ſuperba faſtidia.*

Si mvnvs Apoll. dign. Vis compl. lib.] ſi bibliothecam, quam ædificandam curaſti in aditu templi, quod abs re conſecratum eſt Apollini, vis bonis libris complere.

ſup

Digitized by Google

ſup. epiſt. ad Iulium Flor. 1. *& tangere vitet Stripta, Palatinus quæcumque recepit Apollo.*

Et vatibvs add. calc. Vt stvd. m.] id eſt, & ſi vis poëtas excitare, vt maiore ſtudio in artem poëticam incumbant: vel vt maiorem curam, maiorémque diligentiam in ſcribendo adhibeant.

Helicôna virentem] Bœotiæ montem, Muſis conſecratum: in quo Heſiodus, poëta factus eſt. in libr. de arte poët. *& excludit ſanos Helicône poëtas.* lege annotat. ad Od. 12. libr. 1. ibi, *Aut in vmbroſis Helicônis oris.*

(Vt vineta egom. cæd. mea)] hæc ſunt includenda interpoſitionis nota, id eſt, vt meipſum omnium primum reprehendam: vt mihi ipſe detraham omnium primo. ductum fortaſſe ab iis, qui cùm cenſuiſſent vineta omnia ſuccidenda, propter mala, & incommoda, quæ à vino in homines proficiſcuntur, à ſuis vinetis cædendi *initium* facere voluerunt: vel ſimpliciter ab iis, qui ſua ipſi lædunt, minuunt, & oppugnant.

Cvm tibi libr. Soll. dam.] primum, & vſitatum poëtarum peccatum, libros ſuos principibus, & claris viris intempeſtiuè obtrudere, verbi gratia, occupatis, & maiore aliqua cogitatione, & cura ſuſpenſis: quod in ſua re vetat Horat. ſup. epiſt. ad Vinnium Aſell. *Auguſto reddes ſignata volumina Vinni, Si validus, ſi lætus erit, ſi denique poſcet.*

Cvm lædim. vn. Si qvis, &c.] alterum peccatum, cùm offendimur, & moleſtè ferimus, ſi quis amicorum noſtrorum vnum aliquem è verſibus noſtris audeat improbare.

Cvm loca iam recit. rev. irr.] tertium, cùm ea, quæ iam recitauimus, repetimus non reuocati ab eo, qui audit, neque lectionem repetere iuſſi: quia ſcilicet ea nobis venuſta ſtultè videantur.

Cvm lamentamvr, &c.] quartum, cùm querimur, noſtra ſcripta ab hominibus non cognoſci, atque ita, præmia eis merita non perſolui.

Et tenvi ded. poem. f.] id eſt, poëmata ſummo ſtudio, acerrimóque ingenio elaborata. *tenui* igitur, id eſt, ſubtili. tralatio enim eſt à lino, ſeu lana, quæ carpitur, & digitis trahitur, ac deducitur, licet reclament quidam. Adiuuat me Catullus, & quidam pulcherrimis verſibus (vt ſolet cetera) hanc lanæ ducendæ rationem deſcribens. *Dextera tum leuiter deducens fila ſupinis Formabat digitis: tum prono pollice torquens Libratum tereti verſabat turbine fuſum: Atque ita decerpens æquabat ſemper opus dens, &c.* Idem eod. carm. *Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.* Adiuuat & Varro libr. 6. de ling. Latina his verbis. *In Menæchmis Plauti: Inter ancillas ſedere iubeas: lanam carpere, Idem eſt hoc verbum, &c. Carpere à carendo, quòd eam tum purgant, ac deducunt, vt careat ſpurcitia. ex quo tum carminari dicitur lana, cùm caret eo, quod eſt nequam.* Poſtremò mecum facit & Macrob. libr.

A 6. qui ad hunc locum Virg. in Sileno, *deductum dicere carmen*, notat, *Deductum pro tenue, & ſubtile eleganter poſitum eſt. ſic autem & Afran. in Virgine: verbis pauculis reſpondit, triſtis, voce deducta: malleque ſe non quæsiuiſſe dixit. Item apud Cornific. Deducta mihi voce garrienti.* Pomponius in Atellana. *Vocem deducas oportet, vt mulieris videantur verba.* ſic Horat. ſatyr. 1. libr. 2. *ſimileiſque meorum Mille die verſus deduci poſſe.*

Cvm speram. eò rem vent.] quintum, cùm tantum nobis arrogamus, tantique noſtra ſcripta facimus, vt ſperemus, te ſtatim vt audieris, nos verſus ſcribere, vltro iuſſurum, vt ad te accedamus, atque ab egeſtate nos vindicaturum. *Arceſſas* autem legendum, non *Acceſſas*,
B & ita habent omnes cod. manuſcr.

Commodvs] de hac voce vide annot. ad Od. 8. lib. 4. *arceſſas commodus*, id eſt, arceſſas eo animo, vt nobis commodes: vel arceſſas nos, te in nos commodum & liberalem præbens.

Sed tamen est operæpret. cogn.] id eſt, ſed tamen opera in hoc bene collocatur, vt cognoſcamus, quales custodes, ac tutores habeat virtus. æditui ſunt templi cuſtodes. hoc loco ponitur hoc nomen tranſlatè pro iis, qui virtutem clarorum virorum ſuis ſcriptis ab obliuione hominum, iniuriáque temporis vindicandam ſuſcipiunt, quales ſunt poëtæ.

Qvalis ædit vos] id eſt, quales ſcri-
C ptores: quales ſui nominis præcones, ac prædicatores habeat. tralatio eſt ab æditius illis, quorum eſt ædeis ſacras tueri. *Æditumus*, (inquit Cariſius) *dicitur qui ædem ſeruat, quaſi ædis intimus. æditimus ab æde tuenda.*

Belli spect. domíqve] epiſtola vlt. libr. 1. *Me primis vrbis belli placuiſſe, domíque.*

Cherilvs] malus poëta: de quo in libr. de art. poët. *Sic mihi, qui multum ceſſat, fit Cherilus ille, Quem bis, térque bonum cum riſu miror.* ſignificat Horat. ſæpe malos poëtas à regibus, & clariſſimis viris bonos haberi, magniſq; præmiis ornari. ſimile quiddam ſcribit M. Tull. in orat. pro Archia poëta, de Syllæ in quendam ignobilem, & indoctum poëtam liberalitate, his verbis, *Syllam*
D *nos in concione vidimus, cùm ei libellum malus poëta de populo ſubieciſſet, quòd epigramma eum feciſſet tantummodo alternis verſibus longiuſculis, ſtatim ex iis rebus, quas tunc vendebat, iubere ei præmium tribui ſub ea conditione, ne quid poſteà ſcriberet.* Nomen *Cherilus* apud Ariſtol. in exemplis Aldinis ſcribitur per diphth. οι ſic enim Topic. Εἰς δὲ σαφήνειαν παραδείγματα οἰστέον· παραδείγματα δὲ οἰκεῖα, ἐξ ὧν ἴσμεν· οἷα Ὅμηρος· μὴ οἷα Χοίριλος, id eſt, *ad claritatem porrò exempla ſunt afferenda. exempla autem propria, & ad rem accommodata, ex iis, quæ ſcimus, ducta: qualia Homerus, non qualia Cherilus.* huius Cherili vulgatiſſimus extat verſiculus ille, Πέτρην κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ, id eſt, (vt Lucr. interpretatur libr. 1.) *Stillicidî caſus lapidem cauat*, (vel vt idem libr. 4. extr.) *Nónne vides etiam guttas in ſaxa cadenteis Humoris, longo in ſpatio pertun-*

Digitized by Google

dere ſaxa? proferuntur etiam hi Cherili, ſeu Chœrili verſus ab Euſebio libr. 9. præparat. euangel. Τῶν δ' ὄπιθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι Γλῶσσαν μὲν φοίνισσαν ἀπὸ στομάτων ἀφιέντες. Ὤικουν δ' ἐν Σολύμοις ὄρεσι πλατέῃ παρὰ λίμνῃ Αὐχμαλέοι κεφαλὰς, τροχοκουράδες· αὐτὰρ ὕπερθεν Ἵππων δαρτὰ πρόσωπ' ἐφόρουν ἐσκληκότα καπνῷ: quorum verſuum hæc ferè ſententia eſt. A tergo autem eorum tranſibat genus hominum viſu mirabile. Qui vocem Phœniſſam mittebant: habitabant autem Solymis in montibus apud latam paludem, Capitibus ſqualidi, in orbem tonſi: At ſupernè equinorum capitum oſſa nuda & ſine pelle geſtabant, fumo exſiccata.

Malè natis] non dixit malè factis, ſed malè natis, vt oſtendat, inuita (vt dicitur) Minerua, id eſt, repugnante natura, eſſe factos. Nam (vt ſcribit M. Tull.) *ſic à ſummis hominibus, eruditiſſimiſque accepimus, ceterarum rerum ſtudia & doctrina, & præceptis, & arte conſtare: poëtam natura ipſa valere, & mentis viribus excitari*, qua de re alibi plura.

Rettulit acceptos] referre acceptum alicui, eſt fateri, ſe ab eo accepiſſe: idque in codicem accepti referre: denique eſt quaſi debitorem ſe profiteri. ſignificat etiam interdum fateri, ſibi pecuniam à ſe creditam, à debitore eſſe ſolutam. M. Tull. pro Cecinna. *ſe habere ait argentarij tabulas, in quibus ſibi expenſa pecunia lata ſit, acceptáque relata.* vnde acceptillatio. per tranſlationē autem dicimus, *acceptum referre* alicui bonum pro eo, quod eſt, ingenuè fateri, ac prædicare ſibi illius opera, ab beneficio id boni eueniſſe: vt M. Tull. ad Attic. lib. 1. *ornatiſſimèque de meo conſulatu locutus eſt, vt ita diceret, ſe, quòd eſſet ſenator, quòd ciuis, quod liber, quòd viueret, mihi acceptum referre.* & referre illi malum acceptum, eſt illum mali auctorem, & cauſam prædicare, vel mali cauſam in eum conferre: vt idem M. Tull. Philipp. 2. *omnia denique, quæ vidimus (quid autem mali non vidimus?) ſi rectè ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio.* eadem autem ratione dicimus *refero acceptum huic, vel illi rei*, qua ratione, *refero acceptum perſonæ*, vt idem pro Deiotaro. *verùm omnem tranquillitatem, & quietem ſenectutis acceptam refert clementiæ tuæ.* idem Philip. 2. *ego enim amplius* L. L. S. *ducenties acceptum hereditatibus retuli.* Atque ita hoc loco loquitur Hor. *verſibus incultis* rettulit acceptos Philippos, id eſt, gloriatus eſt, vel gloriari ei licuit, ſe ab Alexandro Philippos, quod erat regale nomiſma, opera, vel beneficio verſuum ſuorum abſtuliſſe. *verſibus incultis* enim dandi caſus eſt, non ſeptimi, vt alij exiſtimant.

Philippos] genus erat nummi aurei à Philippo Macedonum Rege ſic appellatum. Plautus Bacchid. *me miſit miles ad eam Cleomachus vel vt ducentos Philippos reddat aureos, vel vt hinc Elatiam hodie eat ſecum ſimul.* ibid. *Da mihi ducentos nummos Philippos, te obſecro.*

A Nomisma] νόμισμα nomen Græcum eſt, ἀπὸ τοῦ νόμου, id eſt, à lege dictum. lege enim valet nummus. Ariſtot. libr. 5. de morib. ad Nicom.

Tractata] contrectata manibus: vt epi. ad librum ſuum. *Contrectatus vbi manibus ſordeſcere vulgi Cœperis.*

Remittvnt] reddunt: vt epiſto. de arte poët. *Poſcentique grauem perſæpe remittit acutum.*

Ferè scriptores, &c.] ſubintellige *ſic*: vt ſit integra redditio, ſeu ἀνταπόδοσις, ſic ferè ſcriptores, &c.

Splendida facta linvnt] res præclarè geſtas, & laudabileis inquinant, & contaminant. ſic Plautus Moſtell. *vna opera ebur atramento candefacere poſtules.* huic loco non admodum diſſi-

B milis ille eſt Od 6. libr. 1. *Laudes egregij Cæſaris, & tuas Culpa deterere ingeni.*

Poëma tam ridicvlvm] Cherili mali poëtæ.

Tam carè] tam caro pretio. Itaque quidam hîc *tam caro* legendum putant: aiúntque ita olim Latinos eſſe locutos.

Edicto vetvit, ne qvis se, præter Ap.] hac de re ſic M. Tull. in epiſt. ad L. Luceium Qu. Filium libr. 5. *Neque enim Alexander ille gratiæ cauſa ab Apelle potiſſimùm pingi, & à Lyſippo fingi volebat: ſed quod illorum artem cùm ipſis, tùm etiam ſibi gloriæ fore putabat. &c.* & Plutarch. in Alexandro. τὴν μὲν οὖν ἰδέαν τοῦ σώματος οἱ Λυσίππειοι μάλιστα τῶν ἀνδριάντων ἐμφαίνουσιν·

C ὑφ' οὗ μόνου καὶ αὐτὸς ἠξίου πλάττεσθαι, id eſt, *corporis ſpeciem ſtatuæ à Lyſippo ficta omnium ſtatuarum optimè exprimunt, atque oſtendunt: à quo vno etiam ipſe Alexander ſe effingi volebat.* Idem ſic de vtroque libr. περὶ τῆς Ἀλεξάνδ. τύχης. Ἦν δὲ καὶ Ἀπελλῆς ὁ ζωγράφος, καὶ Λύσιππος ὁ πλάστης κατ' Ἀλέξανδρον· ὧν ὁ μὲν ἔγραψε τὸν κεραυνοφόρον οὕτως ἐναργῶς, καὶ κεκραμένως, ὥστε λέγειν, ὅτι δυοῖν Ἀλεξάνδροιν ὁ μὲν Φιλίππου γέγονεν ἀνίκητος, ὁ δὲ Ἀπελλοῦ ἀμίμητος. id eſt, *Erat autem & Apelles pictor, & Lyſippus ſtatuarum fictor ætate Alexandri: quorum alter pinxit Alexandum* κεραυνοφόρον, *id eſt, fulmen ferentem, ita expreſſe, atque (vt ita dicam) euidenter, & temperatè, vt diceret duorum Alexandrorum eum, qui natus eſſet ex Philippo, eſſe inuictum: eum autem, qui ab Apelle fictus, non imitabi-*

D *lem.* ibidem paullo pòſt de Lyſippo, Διὸ καὶ μόνον Ἀλέξανδρος ἐκέλευε Λύσιππον εἰκόνας αὐτοῦ δημιουργεῖν. Μόνος γὰρ οὗτος, ὡς ἔοικε, κατεμήνυε τῷ χαλκῷ τὸ ἦθος αὐτοῦ, καὶ συνεξέφαινε τῇ μορφῇ τὴν ἀρετήν, &c. id eſt, *Quapropter & Lyſippum ſolum iubebat Alexander ſui imagines fabricari. hic enim ſolus, (vt apparet) mores ipſius ære indicabat, & vnà cum forma virtutem exprimebat.* [Apuleius libr. 1. flor. ſed in primis præclarum illud Alexandri, quòd imaginem ſuam, quo certior poſteris proderetur, noluit à multis artificibus vulgo contaminari, ſed edixit vniuerſo orbi ſuo.] Ageſilaus autem, vt loco ſuprà producto ſcribit M. Tull. *neque pictam, neque fictam ſui imaginem*

Digitized by Google

ginem paſſus eſt eſſe. ſed de hoc mox ſuo loco dicemus.

Alivs Lysippo] id eſt, alius à Lyſippo, vel quàm Lyſippus, vt ſup. epiſt. ad Quin. *Neve potes alium ſapiente, bonóque beatum.* alius Lyſippi autem dici non poteſt, quod quidam tamen arbitrantur.

DvcERET æra Fortis alex.] id eſt, ſtatuas æreas efficeret, quibus Alexandri facies, & figura corporis exprimeretur. *æs ducere*, valet ἐλαύνειν, id eſt, malleis extendere: ex quo ductile. Verùm cùm ex ære, aut ex vllo alio metallo ducto ſtatuæ fingi non poſſint, ſed ex fuſo potiùs fiant, videtur hic locus non carere difficultate. mihi quidem ſemper fuit ſuſpectus, adde quòd conſtat, Lyſippum æs fudiſſe, & ex ære fuſo ſigna feciſſe. Quid igitur dicendum? è duobus alterum: vel tranſlationem eſſe ab iis, qui malleis tundunt, ad eos, qui fundunt: vel legendum *funderet æra*: vt loquitur ſat. 3. lib. 2. *Quid ſculptum infabré, quid fuſum durius eſſet.* Quoniam autem inter has ſcripturas *funderet*, & *duceret*, nimiùm intereſt, ita vt non ſit veriſimile, librarios illos, qui manu libros deſcribebant, ſimilitudine vocum, aut litterarum peccaſſe, afferam verbum totidem litteris, quæ ſi tranſponantur, erit alteri idem, nempe *cuderet*. Si coniecturæ igitur locus eſt, putauerim ab Horatio ſcriptum eſſe *cuderet æra*, tranſpoſitiſque poſteà litteris ex recta ſcriptura *cuderet*, factam eſſe hanc vulgatam *duceret*. Illam autem hac eſſe meliorem, Virgilij auctoritate, & teſtimonio probabo, qui ita loquitur Æneid. 6. *Excudent alij ſpirantia mollius æra.*

Qvòd si Ivd. svbt. vid. &c.] id eſt, quòd ſi iudicium Alexandri acerrimum in cognoſcenda, ac perſpicienda artis pingendi, & fingendi præſtantia, ad verſus, & poëticam tráſferres, liquidò iurare poſſes, eum pinguem eſſe, tardum, atque hebetem. Sed ex iis, quæ ſcribit Ælianus Variæ hiſtor. lib. 2. appâret neque Alexandrum ſatis acri iudicio in pictura fuiſſe, neque Apellem eius iudicio multum tribuiſſe. Nam cùm Alexander (vt tradit ille) ſui quandam imaginem vidiſſet ab Apelle dictam, neque eam merita laude affeciſſet: equus eius autem ad equum in ea tabula pictum adhinniiſſet, tamquam ad equum verum: fertur Apelles dixiſſe, at, ô Alexander, videtur equus tuus eſſe in arte pingendi te multò intelligentior.

Ad hæc mvsarvm] id eſt, ad poëmata, & ad verſus. (ſic Catull. ad Manlium, munera muſarum dixit.)

Bœotvm in crasso, &c.] M. Tull. lib. de fato oſtendens quantum inter locorum naturas interſit, ita ſcribit, *Inter locorum naturas quantum interſit, videmus: alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes: in aliis eſſe pituitoſos, & quaſi redundantes: in aliis exſiccatos, atque aridos: multáque ſunt alia, quæ inter locum & locum plurimum differunt: Athenis tenue cælum: ex quo acutiores etiam putantur Attici: Craſſum Thebis: itaque pingues Thebani, & valentes, &c.*

A Quo ex loco intelligere licet, Bœôtios, qui craſſo cælo vterentur (Thebæ enim in Bœotia fuerunt) pingues, craſſos, atque hebetes fuiſſe. Pindarus quidem Olim. εἰδ. ς. prouerbium vetus maledicti loco in Bœotios fatetur eſſe iactatum, *ſuem Bœotiam*, iubétque Æneam quendam chori magiſtrum ſocios cohortari, dent operam, vt intelligant auditores, ac ſpectatores, hoc prouerbium in Bœotios non conuenire, neque ſe ſues eſſe, ſed Muſarum alumnos. Pindari verba ſunt hæc, ὀτρῦνον μὲν ἑταίρους, Αἰνέα, πρῶτον μὲν Ἥραν παρθενίαν κελαδῆσαι, γνῶναί τ' ἔπειτ' ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλαθέσι λόγοις εἰ φεύγομεν Βοιωτίαν ὗν, &c. Huc pertinet illud Antagoræ in eoſdem: ὃς ἐπεὶ ἀνεγίνωσκε

B παρὰ Βοιωτοῖς τὸ τῆς Θηβαΐδος σύγγραμμα, καὶ οὐδεὶς ὑπεσημαίνετο, κλείσας τὸ βιβλίον, δικαίως, εἶπε, καλεῖσθε Βοιωτοί. βοῶν γὰρ ὦτα ἔχετε: id eſt, Cùm Antagoras apud Bœotos librum de rebus Thebanis conſcriptum recitaret, neque quiſquam ſignificaret ſe lectione illa delectari, & opus approbare, ille libro clauſo, meritò (inquit) Bœoti vocamini. Boum enim aureis habetis. lepos ineſt in voce *Bœotus*, ſeu βοιωτὸς, quæ poteſt dici facta ex his duabus βοῦς, & ὦτα: bos, & aures. *Bœotum* autem accipio in accuſandi caſu, vt referatur ad Alexandrum, hoc modo: iurares Alexandrum eſſe Beotium in aëre craſſo natum, non vt alij, Bœotûm, pro Bœotorum. Nam Bœorum dixit vt Græci Βοιω-

C τῶν.

At. neqv. dedec. t. de se ivd. atq.] non dedécorant tua de ſe iudicia, quia quales ſuos eſſe iudicaſti, tales eos eſſe conſuetudo vitæ, & dies, & eorum ſcripta comprobarunt: neque iidem munera, quæ abs te acceperunt, dedécorant, quia apud dignos ſunt collocata.

Mvlta dantis cvm lavde] multa tua cum laude. munificentia enim & beneficentia bene collocata, id eſt, apud dignos, honorifica, & glorioſa eſt largitori.

Tvlervnt] acceperunt, conſecuti ſunt, vt ſupr. Od. 8. libr. 4. *neque tu peſſima munerum Ferres.*

Dilecti tibi] dilecti abs te: tibi cari.

D Variúsqve] de quo ſuprà Od. 6. libro primo, *Scriberis Vario.* & ſat. vlt. libr. 1. *Plotius, & Varius.*

Nec magis expr. vvlt. &c.] ſic M. Tull. in orat. pro Archia poëta: *An cùm ſtatuas, & imagines non animorum ſimulacra, ſed corporum ſtudioſe multi ſummi homines reliquerint: conſiliorum relinquere, ac virtutum noſtrarum effigiem non multo malle debemus, ſummis ingeniis expreſſam, & politam?* & Horat. ſup. Od. 8. libr. 4. *Non inciſa notis marmora publicis, Per quæ ſpiritus, & vita redit bonis Poſt mortem ducibus, &c. Eius, qui domita nomen ab Africa Lucratus redit, clarius indicant Laudes, quàm Calabræ Pierides.* Iccircò Ageſilaus ille (vt ſcribit Xenophon in eius vita) ne quaſui corporis imago exſtaret, magnoperè cauit: animi autem monumenta conſtituere numquam deſinebat. ſic

Xenoph. καὶ τῦ μὲν σώματος εἰκόνα στήσασϑαι A
ἀπείχετο, πολλῶν αὐτῷ τῦτο δωρεῖσϑαι ϑελόντων· τῆς δὲ ψυχῆς οὐδὲ πότε ἐπαύετο μνημεῖα διεργαζόμενος. quod retulit M. Tull. in epiſt. ad L. Luceium Qu. Filium, his verbis, *Neque minus enim eſt Spartiates Ageſilaus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem ſuam paſſus eſt eſſe, quam qui in eo genere elaborarunt. Vnus enim Xenophontis libellus in eo Rege laudando facilè omnes eorum imagines, ſtatuáſque ſuperauit.* Idem fuiſſe M. Catonis Cenſorij de ſtatuis iudicium narrat Plutarch. his verbis, Καί τοι πρότερον αὐτὸς κατεγέλα τῶν ἀγαπώντων τὰ τοιαῦτα, καὶ λανθάνειν αὐτοὺς ἔλεγεν ἐπὶ χαλκέων, καὶ ζωγράφων ἔργοις μέγα φρονοῦντας· αὐτοῦ δὲ καλλίστας εἰκόνας ἐν ταῖς ψυχαῖς περιφέρειν τοὺς πολίτας. B πρὸς δὲ τοὺς θαυμάζοντας, ὅτι πολλῶν ἀδόξων ἀνδριάντας ἐχόντων, ἐκεῖνος οὐκ ἔχει, μᾶλλον γὰρ, ἔφη, βούλομαι ζητεῖσϑαι διὰ τί μου ἀνδριὰς οὐ κεῖται, ἢ διὰ τί κεῖται, id eſt, *Atqui prius ipſe deridebat eos, qui huiuſmodi rerum (nempe ſtatuarum) cupiditate afficiuntur: & dicebat eos ignorare ſe operibus fabrorum, & pictorum gloriari: ſuas autem pulcherrimas imagines ciues ſuos in animis ferre. iis autem, qui mirabantur, illum, cum pleríque ignobiles, atque inglorij ſtatuas haberent, nullam habere, dicebat ſe malle quæri quamobrem nulla ſibi ſtatua eſſet poſita, quàm cur eſſet poſita.*

Repentais per humum] id eſt, humileis, & velut humi repenteis, & orationi ſo- C lutæ ſimillimos, quales ſunt epiſto. & ſatyræ. Pindarus appellat λόγους χαμαιπετεῖς. ſatyr. 6. lib. 2. *Quid prius illuſtrem ſatyris, muſáque pedeſtri?* alij per humileis ſermones putant humilia, & plebeia argumenta ſignificari, vt epiſtolarum, ac ſatyrarum: quibuſcum non pugnabo. nam propemodum mecum faciunt.

Et arceis Montib. impos.] & arceis in montibus extructas. quod fuit veteribus vſitatum.

Confecta duella] bella debellata, id eſt, tranſacta ac finita.

Clauſtráque cuſtodem, &c.] portas Iani clauſas: quod pacis tempore tantum fiebat. ſic ſup Od. 15. lib. 4. *& vacuum duellis Fanum Quirini* D *clauſit.*

Et formid. Parthis te p. R.] nam Parthi ſigna Craſſis adempta, ad Cæſarem Auguſtum vltrò remiſerunt. Od. quam modò commemoraui, *tua Cæſar Fruges, & agris rettulit vberes, Et ſigna noſtra noſtro reſtituit Ioui, Derepta Parthorum ſuperbis Poſtibus.*

Si, quant. poſs. quoque] id eſt, ſi volũtati par eſſet ingenium, & facultas. ſic ſat. 1. libr. 2. *cupidum pater optime vires Deficiunt, neque enim quiuis horrentia pilis Agmina, nec fracta pereuntes cuſpide Gallos, Aut labentis equo deſcribet vulnera Parthi.*

Recipit] capit, δέχεται. tralatio à vaſis. nõ recipit, id eſt, reſpuit. In his autem, paruum carmen maieſtas, ineſt ἀντίϑεσις.

Tentare] conari, aggredi, experiri.

Recuſent] id eſt, non poſſint. ſic in epiſtol. de arte poët. *quid ferre recuſent, Quid valeant humeri.*

Sedulitas autem, ſtultè quem d.] ordo eſt, ſedulitas eum vrget, quem ſtultè diligit. id eſt, qui ſtulta ſedulitate, ſtudióque inepto, atque intempeſtiuo officium, operámque ſuam alicui pollicentur, atque obtrudunt, moleſti ei ſũt potiùs, quàm grati: vel hoc modo, qui ſtultè, & ineptè quantumuis ſedulò alterum diligunt, moleſtiam ei exhibent potiùs, quàm placent: ſed ij maximè, qui ſuos verſus, ſuúmque artificium venditant. meritò igitur malè precatur Phædra nutrici apud Euripid. in Hippol. his verbis, ὄλοιο καὶ σὺ, χ' ὅστις ἄκοντας φίλους Προϑύμός ἐστι μὴ καλῶς εὐεργετεῖν, id eſt, *Dij te perdant, & quiſquis de amicis inuitis ſtudet non honeſte bene mereri.*

Vrget] nonnulli libri habent *vrguet.*

Diſc. enim citius, mem. que l. ill. &c] ſententia hæc latiſſimè patet. ſed ſi quis eã contrahere, & ad poëtas accommodare velit, ſic poterit explicari. finge, aliquem poëtam eſſe multis nominibus laudabilem, ac præſtantem, in quo quamplurimæ virtutes inſint poëticæ: qui denique poëma ſcribat magna ex parte politum, ac perfectum: ſed ſint in eodem nonnulla reprehenda, aut ridenda, eueniet, vt homines notent, & meminerint magis, quæ reprehenſione, aut riſu digna videantur, quàm, quæ admirati ſint, ac probarint. Cum hac ſententia cõgruit illa Ciceronis oratione pro Murena: *cui placet obliuiſcitur: cui dolet, meminit.*

Nil moror off.] nihili facio, contẽno, ac pro nihilo puto, vt ſupr. epiſt. ad Valam. *nam vina nihil moror illius oræ.* hæc eò pertinent, vt oſtendat, indoctorum poëmata non admodum eſſe claris, & laudatis viris expetenda, quippe quæ dedecori ſint potiùs, quàm ornamento.

Ac neque ficto In peius vultu, &c.] id eſt, quemadmodum nolim imaginem mei ex ære, aut cera fingi, atque in publico proponi, quæ me ore deformiore referat, quàm ſim natura: ſic neque ab indocto poëta laudari velim. *vultu in peius ficto*, id eſt, facie ita ficta, vt deformior ſit imago, quàm vera figura.

Propont cer.] in publico poni ex cera fictus.

Nec pr. fact. d.] quia mali *ſcriptores carmine fœdo Splendida facta linunt*, vt dixit ſuprà eadem epiſt.

Rubeam] erubeam, pudore afficiar, ἐρυϑριῶμαι.

Pingui munere] verſibus indoctis, & ineptis, & inertibus. pingue per tranſlationem poni ſolet pro eo, quod arte, & ingenio caret. ex quo pinguis Minerua, pingue ingenium, pingue argumentum. ſup. ſat. 6. libr. 2. *Pingue pecus domino facias, & cetera præter Ingenium.*

Por-

Digitized by Google

PORRECTVS] proiectus, ſeu extentus, quaſi A cadauer: vt Od. 10. epod. extr.

APERTA] ex eo, quòd capſa ſit aperta, vult intelligi, chartas, quæ in ea inſunt, contemtiſſimas eſſe.

IN VICVM, &c.] in quo ex inutilibus, atque ineptis chartis fiunt turis, piperis, & ſimilium rerũ inuolucra. tale eſt illud Catull. *Et laxas ſcombris ſæpè dabit tunicas.* & Perſius. *nec ſcombros metuentia carmina, nec tus.* ſolitos autem eſſe etiam Græcos, mala carmina turi deſtinare, ex Athenęo perſpicuum eſſe poteſt, qui narrat lib. 9. Δειπνος. Anaxandridem comicum ita moroſum, atque amarum in ſenectute fuiſſe, vt comœdias omneis ſuas, quæ populo non placuiſſent, quamuis alioqui eſſent elegantes, & politæ, turi mandarit. B

TVS] tus ſine aſpirationis nota ſcribi iuſſi, veteres grammaticos ſecutus, qui à tundendo ductum volunt, quamuis Modeſtus, vt teſtatur Cariſius, à Græco verbo θύειν, quod eſt immolare, & mactare, tractum eſſe dicat.

AMICITVR] id eſt, inuoluitur, induitur, epiſt. 16. lib. 1. *an amicta vitibus vlmo.*

TVRNEBVS.

EX lib. 30. cap. 29. *--fœdera regum*
Vel Gabijs, vel cum rigidis æquata Sabinis. cùm dicit Flaccus, videtur intelligere fœdus, quod cum Sabinis fecit Romulus. Gabinum quoque C fœdus peruetuſtum erat, quod in corio bouis erat ſcriptum. Feſtus lib. 3. in lit. c. *Clypeum antiqui ob rotunditatem etiam corium bouis appellarunt, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat deſcriptum.*

Ex lib. 26. cap. 24. Queritur Horatius ab hominibus non ſatis æquis, elegantia ſcripta non alia de cauſa improbari quã quòd recentia ſunt: alia inelegantia hoc ſolo nomine cenſeri, quòd antiqua, atque ita videri ea dicit diſerta, vt non deſit, qui propè ea

Dictitet Albano Muſas in monte locutas.

vbi ſanè ambigitur, cur Albani montis mentionem fecerit. Ingenioſum enim & intelligentem poëtam non eſt veriſimile iſtud de nihilo loquu- D tum. Ego vero exiſtimem cùm in Helicone Bœotico monte Muſæ colerentur & Pimpleo & Pieria montibus, illiſque è locis à Græcis poëtis ſæpè inuocarentur, ſed & à Latinis, Horatium in medio Latio Latinis Camœnis Albanum monté conſecrare voluiſſe, qui Ioui Latiali & aliis diis ſacer erat, vt Latinorum ille eſſet Helicon. ac vt melius quod ſentio, explicem: cum videret mõticolas eſſe Muſas, Muſarum Latinarum ſedem voluit in medio Latio eſſe tumulos Albanos, vbi communia ſacra celebrari ſolebant.

Ex lib. 30. cap. 7. *depinge*, inquir Perſius, Satyr. 6. *vbi ſiſtam Inuentus Chryſippe tui finitor acerui.* hoc de ſyllogiſmo aceruali, qui Sorites dicitur, ſine controuerſia intelligitur: qui captioſus eſt, vel teſte Flacco, *Dum cadat eluſus ratione ruentis acerui.* Eius ſyllogiſmi interrogationibus excogitarat quomodo reſpondendum eſſet Chryſippus, quieſcendum enim eſſe dixerat: quod Perſius dicit ſiſtere.

Ex lib. 26. cap. 24. *-- aufert*, inquit Idem
Pacuuius docti famam ſenis: Actius alti. ſed quonam obſecro ſenſu? equidem video quod in prõptu ſe oſtendit, Pacuuium doctum iudicari, Actium grandiloquum. Sed in receſſu aliud latere ſuſpicor. Vt enim Afranium Menandro, Plautum Epicharmo comparat: ſic videtur dicere Pacuuium Euripidi ſimilem, qui ſcenicus Philoſophus dicebatur: Actium Sophocli, cuius cothurni ſublimitas ab omnibus celebrata eſt: Eſt igitur doctus ſenex fortaſſe Euripides: altus ſenex, Sophocles.

-- Ioue iudicat æquo, qui rectè verèque iudicat. Quibus enim dij irati infenſique ſunt, iis mentem & iudicium adimunt, vt antiquitas credidit. & malè iudicantibus mentem ablatam exiſtimabant à diis. *Iniuſte totum ducit venditque poëma.* hoc traductum eſſe ſuſpicor à venalium ſeruorum familiis, vel à mangonibus ductum, aut mangonum miniſtris, ſolerter & ſcitè emptores allicientibus ad venales, quos ducebant. nam pulchriora mancipia reliquum ducebant gregem & vendibiliorem reddebant: & deformiores plerũmque ſerui acceſſionis loco pulchris, qui vendebantur cedebant. Huc & illud Ciceronis facit lib. 7. famil. Epiſt. 5. *Accedit etiam quod familiam ducit in iure ciuili ſingulari memoria.* niſi ſi quis putet à ſeruis illis ſumptum illud Ciceronianũ, qui præſunt familiæ opus facienti ruſticum, eàmque ad opus ducunt.

Ex lib. 14. cap. 17. *Atta*, inquit Tranquillus, *Claudio gentis principe.* Attæ autem vocabantur, qui propter vitium crurum vel pedum, inquit Feſtus, plantis inſiſtebant & terram magis attingebant, quàm ambulabant. Quod cognomen dicitur Quintio poëtæ adhæſiſſe: de quo Horatius,

Rectè necne crocum, floréſque perambulet Atta Fabula. Eo pedum vitio laboraſſe crediderim auctorem gentis Claudiorum, hócque cognomentum tuliſſe.

Ex lib. 22. cap. 25. Carmen Saliorum initium poëtices apud Romanos Varro dicit, quod obſcuriſſimum erat. Eius meminit Flaccus, Iam Saliare Numæ carmen qui laudat.

Ex lib. 19. ca. 3. *Fronde comas vincti. c. & c. dictant.* vide ſuprà lib. 1. Carminum Od. 7. in explicationem huius verſus.

Vndique decerptam fronti præponere oliuam.

Ex lib. 26. cap. 24. *-- viuit ſiliquis & pane ſecundo*, quòd ait, vel de leguminibus ſiliquas dixit, vel fructum quendam viliſſimum, quem Græci κεράτια vocant, intellexit. quæ eſt Lambini ſententia, vt in Euangelio D. Lucæ, καὶ ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κερατίων ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι, quod oſtendit cibum

viliſſimum fuiſſe. Similis eſt apud Perſium locus A Satyr. 3.

-- Siliquis & grandi paſta polenta. porrò cum ait, *Tellurem porco Syluanum lacte piabant*, Ruſticos priſcos ait coluiſſe ferias ruſticorum numinum, vt Telluris agricolationis parentis: & Syluani tutoris Fauni & ſyluarum præſidis & paſtionis. nam in ſyluis pecora habebantur, & eorum lacte piabatur colebatúrque. Illos etiam ſuos coluiſſe natales ſignificat cum ſcribit,

Floribus & vino Genium memorem breuis æui.

Nam de Natali ſcribit Perſius, Satyr. 2. *Funde merum Genio.* Genius, breuis huius noſtræ ætatis, quam tranſigimus, cuſtos eſt. Præeſt enim nobis, núſque tuetur. Ita non ſolum ei Deæ, quæ alimenta ſuppeditabat: & Deo, qui pecus procura- B bat, ſed etiam Genio, in cuius erant tutela pij gratique mortales, rem diuinam faciebant. Verum enimverò, --numerus Saturnius-- verſus vt ait Aſconius, ſenarius eſt hypercatalecticus: vt. In 2. cõtra Verr. *Dabant malum Metelli Næuio poëtæ.* Quod ideò addidi, quia interpretes, qualis verſus fuerit Saturnius, Pythagorico quodam ſilentio tacent.

Ex lib. 26. cap. 25. Quod in Horatio ſcribitur,

Gestit enim nummum in loculos demittere.

demittere emendatius, vt opinor, erit. Nummi enim in crumenam demittuntur, cum in eam deſcendunt.

Ex lib. 18. cap. 12. Rectus talus eſſe videtur eorum qui ſtant: qui cadunt eorum non rectus. C Hinc illorum duorum poëtarum Horatij & Perſij elegantes tranſlationes,

Securus, cadat an recto ſtet fabula talo. &

-- tibi recto viuere talo

Aes dedit. Ideò dico, quòd ſententia faciliùs informatur origine tranſlationis non ignorata. qui enim eam iudicat, veluti digitum ad fontem intendit. Talus autem in ſuffragine animalium talum habentium, dum ſtant, rectus eſt. Ariſtoteles, lib. 2. cap. 1. de hiſt. Animal. ἔχει δὲ ὀρθὸν τὸν ἀστράγαλον ἐν τῇ καμπῇ τὸ μὲν πρανὲς ἔξω, τὸ δὲ ὕπτιον ἔσω. Sed & talis luſoriis, cùm ita euenit, vt talus in latera quatuor non cadat, ſed in extrema & tanquam capita, quod perquam rarum eſt, rectus eſſe dicitur. Cic. de Finib. *ita iacere* D *talum vt rectus aſſiſtat.*

Ex lib. 26. cap. 25. Cùm autem ait, *-- ad incertos oculos --* migraſſe voluptatem. Qui incerti ſunt oculi quæritur, & ab Academicis arceſſunt interpretationem multi fidem ſenſibus detrahentibus & cohibentibus aſſenſionem: Ego incertos potius oculos crediderim, qui varius rerũ ſpectaculis capiuntur, & hoc & illud auidè intuentur, & voti ſui incerti ſunt, neque conſtanter vnam aliquam ſpeciem, qua fruantur, probant: ſed multiplici varietate rerum diuerſarum delectantur atque gaudent. Illud autem *Quatuor aut plures aulæa premuntur in horas*, hanc habet, opinor, ſignificationem eò vſque Comœdiarum, fabularum & Tragœdiarum actionem placere, dum ſpectacula choragij magnifici ſpectatorem delectant, triumphum propè imitantia pompæ & ferculorum elegantia: non enim ſolent in theatro triumphari: ſed ludis theatralibus eximio apparatu ornamenta rerum precioſiſſimarum, aut raritate viſendarum traducebantur, & ludis ſcenicis addebantur. quodquidem choragium ſuperuacaneum obeſſe actioni fabularum plurimum dicit Horatius: vt ſpectator in diuitias pompæ intentus & in ornamẽta, & ſtrepens plaudénſque non audiat actorem, Hac de re ſic in Epiſtola ad Marium Cic. ſcribit, lib. 7. familiarium Epiſt. 1. *Quid enim delectationis habent ſexcenti muli in Clytemneſtra? aut in equo Troiano tria millia craterarum? aut armatura varia peditatus & equitatus in aliqua pugna? quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attuliſſent.* Ergo premũtur aulæa, cùm humi ſtrata ſunt in ſcena, dum aguntur fabulæ: acta fabula tollebátur. Donatus de Tragœdia & Comæ, *Aulæa quoque in ſcena in terra ſternuntur, quod pictus ornatus erat ex Attalica regia Romam vſque perlatus.* Cicero pro Cœlio de Mimo acto, *Scabella concrepant, aulæum tollitur.* Maro quoque 3. Georg. ita ſcribit, *Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.* Premi ergo aulæa dicit, quæ occupata ſunt, nec vt Porphyrio dicit, ceſſant; ſed impediuntur.

Ex lib. 5. cap. 9. Cùm ſcribit Horatius,

Ille per extentum funem mihi poſſe videtur.

Ire poëta, eſſe poteſt tranſenna, id eſt, extenſus funis, quem veluti perambulet funambulo poëta rerum miraculo perſimilis.

Ex lib. 26. cap. 25. Ædituos autem virtutis belli domíque ſpectatæ vocat poëtas, vt celebratores virtutis & cultores, qui eam ſuis carminibus decantant. Æditui igitur ſunt cultores vt πρόσπολοι νεωκόροι. nam cum alij fortaſsè Deũ aliquem eximiè colunt, tum vel potiſſimum Æditui eius & ſacerdotes præter cæteros id faciunt: nec alioqui parua cultus pars in æde tuenda, cenſenda eſt. Enimverò illud,

Diſcit enim citius, meminítque libentius illud,

Quod quis deridet, non de malo poëta accipio & agnoſco, qui cum malè iudicet, ea potius amplectitur & recordatur, quæ alius derideat: ſed de auditore aut lectore, qui quod derideat, citius diſcat & meminerit libentius, quàm quod probet. Ac ſic conſtruo, Quod quis deridet, diſcit & meminit libenter: vt ſi quid ridiculum & ineptum ſit in poëmate. vt Auguſtus non debeat optare ſuum à malo poëta nomen decantari, ne ille poëtæ officio & pingui ineptóque eius munere non tam ornetur quàm dedecoretur. Imo verò ipſe qui illo poëmate cantetur, cum poëmate deferatur ad aromatarium in vicum vnguentarium: qui erat in regione fori Romani vt ex ineptis illis chartis inuolucra & penulæ aromatum fiant. Non eſt autem dubium quin Chœrilus per œ ſcribi debeat, quẽ Thucydidis & Herodoti ætate floruiſſe narrant: & Athenienſium de Xerxe victoriam verſibus illuſtraſſe, in ſingulóſque verſus

ſus totidem nummos aureos accepiſſe ab Athenienſibus, facto etiam decreto, vt cum Homero legeretur. Aut igitur quod Athenienſes fecerũt, tribuit Alexandro Horatius: aut alter Chœrilus etiam fuit, qui res Alexandri carmine complexus eſt, & ab Alexandro Athenienſium factum imitante, ſingulis in verſum Philippeis aureis donatus ſit.

EPIST. II. AD IVLIVM FLORVM.

ARGVMENTVM.

Excuſat ſe Iulio Floro, querenti, quòd nec epiſtolam vllam, nec ea, quæ promiſerat, carmina miſiſſet. Ac primùm ſe pigrum fatetur eſſe, atque id illi prædixiſſe ait: ideòque ſe vitioſo ſeruo comparat, cuius emptor ſit Florus, à venditore de vitio præmonitus. Deinde ſe, quod de Luculli milite narrat, imitari velle dicit: ac, quum paupertate ad verſus faciendos impulſus fuerit, nunc eas facultates conſequutum, quæ ſatis eſſe poſſint, malle ſomno id temporis dare, quod alioqui ſcribendis verſibus daturus eſſet. Affert & alias rationes cur non ſcribat. quarum vna conuenit cum his Naſonis verbis, *Carmina ſeceſſum ſcribentis & otia quærunt.* Denique, quamuis poëtæ vulgo mutuis laudibus ſe ornent, multa componi ab illis, quæ meritò riſu excipiantur. Contrà verò, ad ſcribendum legitimum poëma, plurima requiri: rem magni laboris eſſe, & quæ animum etiam torqueat: at ſibi non tanti eſſe, ſapientem ſcriptorem haberi. Sibi igitur, quum iam prouectæ ſit ætatis, ad alios numeros animum eſſe appellendum: nimirum ad numeros, & artem vitæ bene inſtituendæ. Atque adeo ſe iam in eo totum eſſe, vt fruendo modicis opibus, quæ adſunt, diſcat maiores non concupiſcere. Verùm ad bene beatéque viuendum (quod vocat rectè viuere) non ſatis eſſe carere auaritia, ſed cætera etiam omnia vitia extirpari debere.

FLore, bono, claróque fidelis amice Neroni,
Si quis forte velit puerum tibi vendere, natum
Tibure, vel Cabiis: & tecum ſic agat: hic &*
Candidus, & talos à vertice pulcher ad imos:
Fiet, eritque tuus nummorum millibus octo,
**Verna miniſteriis ad nutus aptus herileis,*
A *Litterulis Græcis imbutus, idoneus arti*
Cuilibet: argilla quiduis imitaberis vda.*
Quinetiam canet indoctum, ſed dulce bibenti.
Multa fidem promiſſa leuãt, vbi plenius æquo
Laudat, venaleis qui vult extrudere merceis.
** Res vrget me nulla: meo ſum pauper in ære:*
B *Nemo hoc mangonum faceret tibi, non temerè à me*
Quiuis ferret idem. ſemel hic ceſſauit: &, vt fit,
** In ſcalis latuit metuens pendentis habenæ.*
Des nummos, excepta nihil te ſi fuga lædat.*
Ille ferat pretium, pœnæ ſecurus, opinor.
Prudẽs emiſti vitioſum: dicta tibi eſt lex.
Inſequeris tamen hunc, & lite moraris iniqua. C
Dixi me pigrum proficiſcenti tibi: dixi
Talibus officiis propè mancum: ne mea ſæuus
Iurgares ad te quòd epiſtola nulla veniret.
Quid tum profeci, mecum facientia iura
Si tamen attentas? quereris ſuper hoc etiã, quòd
Exſpectata tibi non mittam carmina mendax
D *Luculli* miles collecta viatica multis*
Ærumnis, laſſus dũ noctu ſtertit, ad aſſem
Perdiderat: poſt hoc vehemens lupus: & ſibi, & hoſti*
Iratus pariter, ieiunis dentibus acer.
Præſidium regale loco deiecit, vt aiunt,
Summè munito, & multarum diuite rerum.
Clarus ob id factum, donis ornatur honeſtis:

Accipit & bis dena ſuper, ſeſtertia nummûm. A
Fortè ſub hoc tempus caſtellum euertere prætor
Neſcio quod cupiens, hortari cœpit eundẽ
Verbis, quæ timido quoque poſſent addere mentem.
I bone, quò virtus tua te vocat: i pede fauſto,
Grandia laturus meritorum præmia. quid ſtas? B
*Poſt hæc ille catus, * quantumuis ruſticus, ibit,*
Ibit, eò quò vis, qui Zonam perdidit, inquit.
** Romæ nutriri mihi contigit, atque doceri,*
** Iratus Graiis quantùm nocuiſſet Achilles.*
Adiecere bonę paullo plus artis Athenæ: C
Scilicet vt poſſem curuo dignoſcere rectũ:
Atque inter ſiluas Academi quærere verum.
Dura ſed emouere loco me tempora grato:
Ciuiliſque rudẽ belli tulit æſtus in arma,
Cæſaris Auguſti non reſponſura lacertis.
Vnde ſimul primũ me dimiſere Philippi,
Deciſis humilem pennis, inopémque paterni
Et Laris, & fundi: paupertas impulit audax,
Vt verſus facerem. ſed, quod non deſit, habentem, D
*Quæ poterunt vmquam ſatis expurgare * ſicuiæ,*
Ni meliùs dormire putem, quàm ſcribere verſus?
Singula de nobis anni prædantur euntes:
Eripuere iocos, Venerem, conuiuia, ludum:
Tendunt extorquere poëmata. quid faciam vis?
Denique non omnes eadem mirantur, amántque:
Carmine tu gaudes: hic delectatur iambis.
*Ille * Bioneïs ſermonibus, & * ſale nigro*
Tres mihi conuiuæ propè diſſentire videntur,
Poſcentes vario multùm diuerſa palato.
Quid dem? quid non dem? renuis tu, quod iubet alter,
Quod petis, id ſanè eſt inuiſum, acidúmque duobus.
Præter cetera, me Romæ ne poëmata cẽſes
Scribere poſſe, inter tot curas, tótque labores?
*Hic * ſponſum vocat: hic auditum ſcripta, relictis*
Omnibus officiis: cubat hic in colle Quirini:
Hic extremo in Auentino. viſendus vtérque.
Interualla vides humanè cõmoda. verùm
** Puræ ſunt Plateæ, nihil vt meditantibus obſtet.*
Feſtinat calidus mulis, geruliſq; redemtor.
Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum:
Triſtia robuſtis luctantur funera plauſtris:
Hàc rabioſa fugit canis: hàc lutulenta ruit ſus.
I nunc, & verſus tecum meditare canoros.
Scriptorum chorus omnis amat nemus: & fugit vrbeis
Ritè cliens Bacchi ſomno gaudentis, & vmbra.
Tu me inter ſtrepitus nocturnos, atque diurnos
Vis canere, & contracta ſequi veſtigia vatum?
Ingenium, ſibi quod vacuas deſumpſit Athenas:
Et ſtudiis annos ſeptem dedit, inſenúitque
Libris, & curis: ſtatua taciturniùs exit

Plerúmque

Digitized by Google

Plerúmque: & riſu populum quatit. hîc ego rerum A
Fluctibus in mediis, & tempeſtatibus vrbis
Verba lyræ motura ſonum connectere digner?
*Frater erat Romæ * conſulti rhetor: vt alter*
Alterius ſermone meros audiret honores:
Gracchus vt hic illi foret: huic vt Mucius ille.
Quî minùs argutos vexat furor iſte poëtas? B
Carmina compono: hic elegos: mirabile viſu,
Cælatúmque nouem Muſis opus. aſpice primùm,
Quanto cum faſtu, quãto molimine circũ-
*Spectemus vacuã Romanis vatibus * ædem.*
*Mox etiam, ſi fortè * vacas, ſequere, & procul audi,* C
Quid ferat: & quare ſibi nectat vterque coronam.
Cædimur: & totidem plagis conſumimus hoſtem,
*Lento * Samnites ad lumina prima duello*
Diſcedo Alcæus puncto illius: ille meo quis?
Quis, niſi Callimachus? ſi plus appoſcere viſus:
Fit Mimnermus, & optiuo cognomine creſcit. D
Multa fero, vt plácem genus irritabile vatum,
Cùm ſcribo, & ſupplex populi ſuffragia capto.
Idem finitis ſtudiis, & mente recepta,
** Obturem patulas impugnè legentibus aureis.*
Ridentur, mala qui componunt carmina: verùm
Gaudent ſcribentes, & ſe venerantur, & vltro,
Si taceas, laudant, quicquid ſcripſere, beati.
At, qui legitimum cupiet feciſſe poëma,
Cum tabulis animum cenſoris ſumet honeſti:
Audebit, quæcumque parum ſplendoris habebunt,
Et ſine pondere erunt, & honore indigna ferentur
Verba, mouere loco, quamuis inuita recedant:
*Et verſentur adhuc * intra penetralia Veſtæ.*
Obſcurata diu populo, bonus eruet: atque
Proferet in lucem ſpecioſa vocabula rerũ:
Quæ priſcis memorata Catonibus, atque Cethegis,
Nunc ſitus informis premit, & deſerta vetuſtas.
Aſciſcet noua, quæ genitor produxerit vſus
Vehemens, & liquidus, puróque ſimillimus amni:
Fundet opes: Latiúmque beabit diuite lingua:
Luxuriantia compeſcet: nimis aſpera ſano
Leuabit cultu: virtute carentia tollet:
Ludentis ſpeciem dabit, & torquebitur: vt, qui
*Nunc ſatyrum, nunc agreſtem Cyclopa * mouetur.*
Prætulerim ſcriptor delirus, inérſque videri,
Dum mea delectent mala me, vel denique fallant,
*Quàm ſapere, & * ringi. fuit haud ignobilis Argis,*
Qui ſe credebat meros audire tragœdos,
In vacuo lætus ſeſſor, plauſórque theatro:
Cetera qui vitæ ſeruaret munia recto

More, bonus ſanè vicinus, amabilis hoſpes,
Comis in vxorē, poſſet qui ignoſcere ſeruis,
*Et * ſigno læſo non inſanire lagenæ:*
Poſſet qui rupem, & puteum vitare patentem.
Hic, vbi cognatorum opibus, curíſque refectus,
Expulit elleboro morbū, bilémque meraco,
Et redit ad ſeſe: pol me occidiſtis amici,
Non ſeruaſtis, ait: cui ſic extorta voluptas:
Et demtus per vim mentis gratiſſimus error.
*Nimirum * ſapere eſt abiectis vtile nugis,*
Et tempeſtiuum pueris concedere ludum:
Ac non verba ſequi fidibus modulanda Latinis:
Sed veræ numeróſque, modóſque ediſcere vitæ.
Quocircà mecum loquor hæc, tacitúſque recordor:
Si tibi nulla ſitim finiret copia lymphæ:
Narrares medicis. quòd, quanto plura paraſti,
Tanto plura cupis, nulline faterier audes?
Si vulnus tibi, monſtrata radice, vel herba
Non fieret leuius: fugeres radice, vel herba
Proficiente nihil curarier. audieras, cui
Rem dij donarent, illi decedere prauam
Stultitiam: &, cùm ſis nihilo ſapientior, ex quo
Plenior es: tamen vtêris monitoribus iiſdem? D
At, ſi diuitiæ prudentem reddere poſſent:
Si cupidum, timidúmque minus te: nempè ruberes,
Viueret in terris, te ſi quis auarior vno.
*Si proprium eſt, quod quis libra * mercatus, & ære eſt:*
Quædam (ſi credis conſultis) mancipat vſus:

A *Qui te paſcit ager, tuus eſt: & villicus OrbI,*
Cùm ſegetes occat, tibi mox frumenta daturus,
Te dominum ſentit. dat nummos, accipis vuam,
Pullos, oua, cadū temēti: nempe modo iſto
Paulatim mercaris agrum, fortaſſe trecentis,
B *Aut etiam ſuprà, nummorum millibus emtum.*
Quid rêfert, viuas numerato nuper an olim?
Emtor Aricini quondā, Veientis & arui.
Emtum cenat olus, quamuis aliter putat: emtis*
Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum.
** Sed vocat vſque ſuum, quà pópulus aſſita certis*
Limitibus vicina refúgit iurgia: tāquam
C *Sit proprium quicquam, puncto quod mobilis horæ,*
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc ſorte ſuprema,
Permutet dominos: & cedat in altera iura.
Sic quia perpetuus nulli datur vſus, & heres
Heredem alterius, velut vnda ſuperuenit vndam:
Quid vici proſunt, aut horrea? quídve Calabris
Saltibus adiecti Lucani, ſi metit Orcus
Crandia cum paruis, non exorabilis auro?
Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena ſigilla, tabellas,
Argētum, veſteis Getulo murice tinctas,
Sunt, qui non habeant: eſt, qui non curet habere.
Cur alter fratrum ceſſare, & ludere, & vngui

Præferat

Præferat Herodis palmetis pinguibus: alter A
Diues, & importunus, ad vmbram lucis ab ortu,
*Silueſtrem * flammis, & ferro mitiget agrum,*
Scit Genius, natale comes qui temperat aſtrum,
Naturæ deus humanæ, mortalis in vnum-
Quodque caput, vultu mutabilis, albus, & ater. B
Vtar: & ex modico, quantum res poſcet, aceruo
Tollam: nec metuam, quid de me iudicet heres,
Quòd non plura datis inuenerit. & tamen idem.
Scire volam, quantùm ſimplex, hilaríſque nepoti
Diſcrepet: & quantum diſcordet parcus auaro.
Diſtat enim ſpargas tua prodigus: an neque ſumtum C
Inuitus facias, neque plura parare labores:
Ac potiùs, puer vt feſtis quinquatribus, olim
Exiguo, gratóque fruaris tempore raptim.
*Pauperies immunda domus procul abſit, ego, * vtrùm*
Naue ferar magna, an parua, ferar vnus, & idem. D
Non agimur tumidis velis Aquilone ſecundo:
** Non tamen aduerſis ætatem ducimus Auſtris.*
Viribus, ingenio, ſpecie, virtute, loco, re,
Extremi primorum, extremis vſque priores.
Non es auarus: abi. quid? cetera iam ſimul iſto
Cum vitio fugêre? caret tibi pectus inani
Ambitione? caret mortis formidine, & ira?
Somnia, terrores magicos, miracula, ſagas,
Nocturnos lemures, portentáque Theſſala rides?
** Nataleis gratè numeras? ignoſcis amicis?*
Lenior. & melior fis accedente ſenecta?
Quid te exemta iuuat ſpinis de pluribus vna?
Viure ſi rectè neſcis, decede peritis.
Luſiſti ſatis: ediſti ſatis, atque bibiſti:
Tempus abire tibi eſt: ne potum largiùs æquo
Rideat, & pulſet laſciua decentiùs ætas.

FLORE] hic Iulius Flotus, comes erat Tib. Claudij Neronis. exſtar ad eundem epiſtola in libro I. eius libri 3. *Iuli Flore, quibus terrarum militet oris Claudius, &c.*

NERONI] Tib. Claudio Neroni, Druſi fratri, Liuiæ Druſillæ filio: qui ſueceſſit Auguſto.

GABIIS] de Gabijs lege annotat. ad illum locum, *quàm ſit Gabys, &c.* epiſt. II. lib. I.

TECVM SIC AGAT] tecum ſic loquatur. nam, qui loquitur, agit. notauimus ſup. ad illum locum, *agit vbi ſecum, eat, an non, &c.* ſat. 3. lib. I.

HIC ET CANDIDVS, &c.] verba ſunt venditoris, vſque ad illum verſum, *ille ferat pretium.*

IMOS] extremos, vt lib. de arte poët. *ſeruetur ad imum, Qualis ab incæpto proceſſerit.* ibid. *Primo ne medium, medio ne diſcrepet imum.* & epiſt. I. lib. I. *hæc Ianus ſummus ab Imo Prodocet.*

FIET, ERÍTQVE TVVS NVMM. M.] fiet tuus (inquit) octo nummorum millibus, numeratis ſcilicet, id eſt, ſoluto pretio. nam lege XII. tabularum rei venditæ mancipium, ſeu, vt vulgò loquimur, dominium, non transferebatur in emtorem niſi ſoluto pretio. annotatum infrà, ibi, *Des nummos.*

VERNA MINISTERIIS AD NVT. APT.] ſeruus ex ancilla mea natus, aptus miniſterijs ad nutus domini, id eſt, qui cùm ex nutu domini voluntatem intelligat, tum omnia miniſteria vſitata aptè & concinnè obire poſſit.

LITTERVLIS GRÆCIS IMBVT.] grammaticam enim, & ſimileis artes, docebantur pueri etiam ſerui, & venales, vt cariùs venderentur, & vt dominis eſſent vtiliores. Terent. Eunucho, *fac periculum in litteris, fac in palæſtra, in muſicis: ſollertem dabo.* Nam loquitur ibi de Chæ-

rea, vt de ſeruo. Quòd autem Ariſtoteles libt.8. A de rep. 'rtadir, grammaticam, muſicam, pictutam, gymnaſticam ſolitos eſſe diſcere in Græcia poeros, nihil ad hunc locum pertinet, cùm de ingenuis loquatur: & ſuo loco ſuprà annotauimus. neque vero hæc pugnant cum ijs, quæ ſuprà ad illum locum ſat. 7. lib. 2. *Dum quæ Criſpini docuit me ianitor, edo*, notauimus.

Arg. qviovis imitaberis voa] ſic reperi ſcriptum in vno cod. Vatic. & in Totneſ. & nuper in hac ſecunda editione, in Cletic ano, & Nicotiano: ceteris manuſcr. vulgatam lectionem tuentibus: ſed tamen ita ſine dubio legeodum eſt. hoc enim ſignificat, ætatem poerilem, & teneram ad quamlibet artem flecti, ac torqueri poſſe, quemadmodum ex argilla molli, B & vda quæuis figura conformari, ac fingi poteſt. Vulgata autem lectio, *quiduis imitabitur*, planè mendoſa eſt: qoam ita interpretantur, vt dicat mango, hunc puerum ad artem fingendi aptum eſſe natura. quæ ſententia mihi videtur & inepta, & abſurba. Nam cùm paullo antè dixerit, eum primùm eſſe Græcis litteris imbutum, deinde ad quamlibet artem idoneum: & mox dicturus ſit, eundem indoctè quidem, ſed accommodatè ad delectationem domini accumbentis cauere, quorſum pertinet hanc laudem interponere, eum quidlibet ex luto ſimulare, atque exprimere poſſe? Nunc autem hæc, quam probamos, ſcriptura, rationem continet eius, quod C antecedit, hoc modo. idoneus eſt arti cuilibet, quippe qui ſit puer, ingenióque molli, & ceteo. nam ex argilla, & ſimili materia molli, tenera, & flexibili, qoiduis fingi poteſt, &c. ætas enim puerilis vdæ argillæ in eo ſimilis eſt, quòd eſt mollis, tenera, & ſequax.

Canet indoctvm] id eſt, canet indoctè: vel ſubaudiendum *quiddam*, vt ſit, caoet indoctum quiddam, ᾄσῃ ἀπαίδευτόν τι.

Mvlta fidem promissa levant, &c.] qui nimis multa de ſuis mercibus ptomittit, eáſqoe immoderatè laudat, nomine vanitatis, & mendacij ſuſpectus eſſe ſolet emtoti, minúſque ei creditur ab emtore: emtot venditori illi nimis effusè ſuas metceis laudanti, mi- D norem fidem habet.

Qvi vvlt extrvdere.] id eſt, qui emtorem quærit, in quem merceis ſuas à ſe ttanſferat. qui vult quamprimùm pretium mercibus veuditis, & in emtorem tranſlatis accipere. qui vult quamprimùm merceis vendere. mendosè habent quidam libri, etiam manuſcripti, *excludere*.

Res vrget me nvlla.] nullum me æs alieuum, nulla egeſtas, nulla vendendi neceſſitas premit. quidam libri habent, *vrguet*.

Meo svm pavper in ære] id eſt, quamuis pauper ſim, nullo tamen æte alieno premor. nihil cuiquam debeo. ſic loquitur ferè M. Tull. Verr. de ſignis, *Video hominem non modò in ære alieno nullo, ſed in ſuis nummis multis eſſe, ac ſemper fuiſſe.* Idem pto Roſc. comœdo, *Egebat? immo locuples erat. debebat? immo in ſuis nummis verſabatur.*

Mangonvm] mangones ſunt propriè, qui homines venduut, à manu, & agendo nominati.

Ferret] conſequeretur, obtineret, vt ſæpe aliàs.

Hic] puer, de quo ſuprà locutus eſt. nam ferè ſemper hoc pronomen apud hunc poëtam demonſtrat eum, de quo ſuprà proximè verba facta ſunt.

In scalis lat. met. pend. hab.] P. Victorius admonet hunc eſſe horum verborum ordinem, hic puer latuit metuens habenæ in ſcalis pendentis. habenæ enim, id eſt, lora, quibus ſerui vinciebantur, & vincti ac pendentes flagris à dominis verberarentur, in ſcalis pendebant. ſciendum eſt aotem, ſeruos fugitiuos, &, qui delitеſcere ſolent, & morboſos, & furaceis, vitioſos denique, ab aliquo venditos, redhiberi iore ciuili, vel damnum præſtari ædilitio edicto. M. Tull. Offic. 3. *qui enim ſcire debuit de ſanitate, de fuga, de furtis, præſtat edicto ædilium.* idem ibidem, *in mancipio vendendo dicendáne vitia? non ea, quæ niſi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili, ſed hæc, mendacem eſſe, aleatorem, furacem, ebrioſum, alteri, nempe Antipatro, dicenda videntur, Diogeni non videntur.* verba ædilitij edicti hæc ſunt, vt tefert Paullus iuriſconſ. *Aiunt ædiles, qui mancipia vendunt, certiorem faciunto emtorem, quid morbi, vitiíve cuique ſit: quis fugitiuus, erróve ſit: eáque omnia, cùm ea mancipia veneunt, palàm, ac rectè pronuntianto. quòd ſi mancipium aduerſus ea veniſſet, ſiue aduerſus, quàm dictum, promiſſúmve fuit, cùm veniret, fuerit: quod eius præſtari oportere dicetur emtori, omnibúſque, ad quos ea res pertinet, iudicium dabimus, vt id mancipium redhibeatur.*

Des nvmmos] emas, & pretium ſoluas, videlicet octo nummorum millia. Nam non niſi pretio ſoluto res vendita fit emtoris. M. Varro libro 2. de re ruſt. cap. 2. *Grex venditus dominum non mutauit, niſi ſit æs adnumeratum.*

Excepta nihil te si f. læd.] ſi non offendaris ſerui fuga, quam ego tibi aperui, ac pronuntiaui, & ideo ptæſtare nolo, ſi fottè te domino fugerit. Excepta igitur, id eſt, quam ego excepi, oe eam præſtem, ſi ſortè fugerit. hunc ſeruum enim affirmaui tibi omni vitio, & morbo carere, præterquam qood ſemel fugit.

Ille ferat pretivm] mango ille pretiom accipiat.

Pœnæ secvrvs] id eſt, non metuens, ne ſibi ſit pœna præſtanda ex ædilium edicto, etiam ſi ſeruus aufugerit. ſic loquitur Virgil. lib. 1. Æn. *ſecurus amorum Germanæ.*

Prvdens emisti vitiosvm] ſciens emiſti ſeruum, quem fugiſſe tibi dixi. Verba ſunt Horatij ad emtorem, per quem, Florum ſignificat, ac deſcribit. ſe autem cum ſeruo vitioſo ea lege vendito comparat.

Dicta tibi est Lex] id eſt, ea lege tibi

Digitized by Google

tibi ſeruus venditus eſt, eo pacto, ea conditione. A lex venditionis, id eſt, pactum & conditio venditionis. verbum *eſt*, abeſt à duobus cod. Vatic. Rainut. Card. Torneſ. Clericano. & veriſimile eſt fuiſſe à librarijs adiectum.

- INSSQVERIS] venditorem perſequeris iudicio: cum venditore litigas.

DIXI ME] nunc totum illum ſuperiorem ſermonem ad ſe, & ad Florum accommodat.

PIGRVM] pigrum in ſcribendo: ceſſatorem.

MANCVM] inutilem, atque ineptum ad talia officia, ſcribendi videlicet. eſt autem tralatio ab ijs, qui manibus carent. ſic Ariſtotel. lib. 1. de morib. ad Nicomach. πεπηρωμένους πρὸς B ἀρετὴν, id eſt, vt ita dicam, mancos ad virtutem appellat, homines ad virtutem prorſus ineptos, atque inutileis. M. Tull. offic. 1. *contemplatio naturæ manca ſine actione*. NE MEA SÆVVS, &c.] ne tu ſæuus mecum iurgares, id eſt, ne me acriter obiurgares, quod nihil tibi reſcriberem. In duobus codicibus Vatic. & Rain. Card. Iannoct. Torneſ. vno Nicotiano ſcriptum eſt *nulla rediret*: non, vt in vulgatis, & alijs manuſcriptis, *nulla veniret*. *rediret* autem, ſi cui fortè magis probabitur hæc ſcriptura. i. remitteretur. dicitur enim remittere litteras, qui reſpondet alterius litteris. hæc altera porrò, quamuis videatur probabilis, poteſt refelli tamen. quid erat enim, cur Lollius de Horatio quereretur, quòd non mitte- C ret ad ſe litteras, ſi nullas ipſe ad eum miſerat? nunc autem cùm prior ſcripſerit, & Horatius nihil reſcripſerit, meritò eum accuſat. Veruntamen mouit me plurium librorum auctoritas, cùm vulgatis conſentientium, vt receptam *veniret*, retinerem non improbaturus, ſi quis *rediret* ſcribat..

SÆVVS] aſper, iratus, χαλεπός, vt ſuprà ad Od. 33. lib. annot. eſt.

MECVM FACIENTIA] quæ me adiuuant, quæ meæ defenſioni ſuffragantur. ſuprà epiſt. prox. *& mecum facit, & Ioue iudicat æquo.*

ATTENTAS] oppugnare, & labefactare conaris.

SVPER HOC] de hoc. ſic Virgil. Æneid. 1. D *Multa ſuper Priamo rogitans.* Horatius Od. 8. lib. 3. *Mitte ciuiles ſuper vrbe curas.*

NON M. C. MENDAX] in eo ſim mendax, quòd non mittam carmina, quæ tu exſpectas, vt à me promiſſa: non mittam tibi carmina, quæ tu exſpectas, atque in eo ſim mendax.

LVCVLLI MILES, &c.] nunc ſe cum quodam Luculli milite comparat, ſignificans, ſe paupertate, atque inopia rei familiaris coactum verſus olim facere cœpiſſe, nempe victis Bruto & Caſſio: nunc autem mediocreis facultates conſecutum, videri ſibi parum ſanum futurum, niſi ſatius eſſe putet dormire, quàm verſus ſcribere.

COLLECTA] paulatim parta, & comparata: vel ſimpliciter congeſta, & coacetuata.

AD ASSEM] vſque ad aſſem, id eſt, ita vt vix ei as vnus reſtiterit. ſeſtertius duos aſſeis, & ſemiſſem: as quattuor denariolos Gallicos, ſeu vnum marketum Venetum valet, vt alibi diximus.

VEHEMENS LVPVS] id eſt, acer aduerſarius metaphora eſt.

PRÆSIDIVM REGALE] Mithridatis milites aliquot in præſidio collocatos loco depulit, eóque loco potitus eſt. ſic loquitur M. Tull. Philipp. 8. *Non eſt hoſtis is, cuius præſidium Claterna deiecit Hirtius.* Et Hirtius, *Deieci præſidium: Claterna potitus ſum.* & T. Liuius libr. 34. *& præſidium Hiſpanorum, quod in caſtello erat, vi deiectum.* & Cæſar. libr. tertio de bello ciuili, *& noctu militibus expoſitis, præſidium equitum deiecit.* eſt etiam interdum præſidium locus ipſe, vbi præſidiarij milites collocati ſunt. vt apud Lucret. libr. 5. *Condere cœperunt vrbes, arcémque locare Præſidium Reges ipſi ſibi, perfugiúmque.* & apud M. Tull. Tuſcul. 3. *nec, qui propter metum præſidium reliquit, quod eſt ignauia.*

MVLT. DIVITE RER.] multis rebus referto. ſic & Od. 8. lib. 4. nomen *diues* cum patrio caſu iunxit. *diuite me ſcilicet artium, Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas.* cum ſexto, ſat. 2. libr. 1. *Diues agris, diues poſitis in fænore nummis.*

DONIS ORN. HON.] donis ornatur, quæ honorifica ſint potiùs, quàm vtilia, aut fructuoſa: quales ſunt coronæ murales, obſidionales, vallares, ciuicæ, etiam ſi argenteæ, aut aureæ ſint, quidam libri tamen habent, *opimis*.

BIS DENA SESTERTIA] viginti millia ſeſtertiûm nummûm. vide annot. ad epiſt. 6. libr. 1. de ſeſtertio.

SVPER] præterea. præter illa dona: vel ſi mauis, hoc modo: accipit bis dena ſeſtertia, & amplius.

SVB HOC TEMPVS] paullo poſt hoc pus, breui pòſt tempore.

ADDERE MENTEM] addere animum: eum exacuere, & excitare.

LATVRVS] conſecuturus, accepturus, vt ſæpe alias.

ILLE CATVS] prudens, ſollers, acutus: vt ſup. Od. 10. lib. 1. *Qui feros cultus hominum recentum Voce formaſti catus.*

QVI ZONAM PERDIDIT] prouerbium cónuenit in hominem pecuniæ inanem, & exhauſtum: natúmque eſt à veteri militum conſuetudine, qui nummos in zona portabant. Gracchus apud Gell. lib. 15. *Cùm Roma profectus ſum, zonas, quas plenas argenti extuli: eas ex prouincia inanes retuli.* quod item his verbis Plutarchus in Gracchis, μόνος δὲ τῶν στρατευσάντων πλήρες τὸ βαλάντιον εἰσενηνοχὼς, κενὸν ἐξενηνοχέναι. Vnde ſector zonarius apud Plautum vt βαλαντιοτόμος, id eſt, crumenæ ſector.

ATQVE DOCERI, IRATVS GRAIIS QV.] id eſt, Iliadem Homeri Romæ didici: in qua nihil aliud docet Homerus, niſi quantum Achillis ira Græcis nocuerit.

AOIECERE BONÆ PAVLLO PL. AR.] Athenis paullo plus mihi acceſſit doctrinæ. Illic enim philoſophiæ operam dedi, quæ docet verum à falſo, honeſtúmque à turpi diſtinguere.

SCILICET VT POSSEM] hæc quidam ad geometriæ ſtudium referunt, quæ curuarum, & rectarum linearum doctrinam continet: ego tranſlatè curuum pro prauo accipio, & totum hunc locum ad philoſophiæ ſtudium referendum puto. Veriſimilius eſt enim Horatium geometriam, & mathematicas arteis Romæ didiciſſe, vt pote arteis puerileis, & ſine quibus ad philoſophiam accedere non oportet.

ATQVE INTER SILV. ACAD.] ſcribit M. Tull. Academic. lib. 1. Academicos philoſophos, qui erant cum Ariſtotele, Peripateticos eſſe dictos, quia diſputabant inambulantes in Lycio: eos autem, qui Platonis inſtituto in Academia, quod eſt alterum gymnaſium, cœtus erãt, & ſermones habere ſoliti, ex loci vocabulo nomen habuiſſe. Academicorum nouorum eſt de omni quæſtione propoſita diſputare in vtramque partem, nulli rei aſſentiri, & cohibere aſſenſum, quod illi appellant ἐπέχειν. fuit enim & vetus Academia: cuius princeps Plato (nam inter veteres Academicos, & Peripateticos nihil ferè intereſt) & noua: cuius auctor Arceſilas. vide M. Tull. libros Acad.

DVRA SED EMOVERE] dura tempora difficilia, turbulenta, bella ciuilia me Athenis extruſerunt, atque expulerunt. *emouere* autem habent duo Vat. cod. Iannoct. Totn. Ruſſard. quæ ſcriptura recta eſt.

ÆSTVS] motus ciuilis. tralatio eſt à mari. eſt enim æſtus, maris ſeruor, & incrementum. vide ſup. annot. ad Od. 7. lib. 1. *fretis æſtuoſis.*

CÆSARIS AVGVSTI NON RESP. LAC.] motus ciuilis me abſtulit ad parteis Brutinas, & Caſſianas, quæ viribus, & copijs Auguſti non erant futuræ pares. Fuit enim Horatius tribunus militum ſub Bruto, vt dicit ipſe Od. 7. lib. 2. *O ſæpe mecum tempus in vltimum Deducte Bruto militiæ duce, &c.*

SIMVL] ſtatim vt: ſimulatque alibi notatum eſt.

PHILIPPI] vrbs in Thracia à Philippo condita, apud quam C. Octauianus Cæſar, & M. Antonius aduerſum Brutum, & Caſſium pugnauerunt, ſup. Od. 7. lib. 2. *Tecum Philippos, & celerem fugam Senſi, relicta non benè parmula.* & Od. 4. lib. 3. *Non me Philippis verſa acies retro, Deuota non exſtinxit arbos.*

DECISIS HVMIL. PENNIS] bonis amiſſis demiſſum, triſtem, atque abiectum. *deciſis pennis* tralatio eſt ab auibus. ſic M. Tull. ad Atti. libr. 4. *Qui mihi pennas inciderunt, nolunt eaſdem renaſci.* Nonnulli libri vet. habent *pinnis.*

PAVPERTAS IMPVLIT AVD.] audacem paupertatem appellauit aptiſſimo, & veriſſimo epitheto. nulla enim res eſt, quæ magis impellat homines ad facinus, iniuriamque alteri in-

A ferendam, quàm paupertas. Itaque, quo modo non facile reperitur in diuite, & potente temperantia: ſic haud temerè in homine egente, aut paupere iuſtitiam inuenire poſſis. Non malè igitur Plato libro octauo de republica perſpicuum eſt (inquit) qua in ciuitate mendicos videris, in ea ciuitate fures, crumenarũ ſectores, ſacrilegos, & omnium huiuſmodi malorũ opifices latitare. verba Platonis ſunt hæc, Δῆλον ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ἐν πόλει, οὗ ἂν ἴδῃς πτωχούς, ὅτι εἰσί που ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ἀποκεκρυμμένοι κλέπται τε, καὶ βαλαντιοτόμοι, καὶ ἱερόσυλοι, καὶ πάντων τῶν τοιούτων κακῶν δημιουργοί. Et apud eundem lib. 1. ſenex ille Cephalus, eò ſibi magnas opes profuiſſe dicit, quod, cùm hominem ſenem ferè pœnarum

B earum, quæ hominibus iniuſtis apud inferos dicuntur impendêre, cogitatio, metúſque maximè terrere ſoleat, ſæpe cum animo ſuo de inferis cogitantem, & dubitantem vtrùm illa, quæ olim, vt fabuloſa, irridebat, vera ſint, nécne: ipſe numquam quemquam egeſtate coactus, iniuſtè læſerit, neminem feſellerit, nec fraudarit, omnia denique, quæ debuerit tùm dijs immortalibus, tùm hominibus, perſoluerit, rei familiaris copijs fretus: ita fieri, vt dulciſſima ſpe futurorum erectus, conſcientiáque iuſtè, & innocenter actæ vitæ ſuſtentatus, tranquillam ſenectutem traducat. Theognis item fatetur, ſeſe, velit, nolit, multa flagitioſa ac turpia à paupertate duceri, ſi modò de ſe loquitur, ac non de quouis, qui hoc onere

C prematur his verbis, Ἆ δειλὴ πενίη, τί ἐμοῖσι καθημένη ὤμοις Σῶμα καταισχύνεις, καὶ νόον ἡμέτερον; Αἰσχρὰ δέ μ' οὐκ ἐθέλοντα βίῃ, καὶ πολλὰ διδάσκεις, Ἐσθλὰ παρ' ἀνθρώπων, καὶ καλ' ἐπιστάμενον id eſt, ô miſera paupertas, quid meis humeris inſidens, corpus & mentem dedecoras? Turpia autem me non volẽtem & inuitum multa doces ea, quæ apud homines honeſta ſunt, ſcientem? Verùm quemadmodum negari non poteſt, paupertatem improbos, & ignauos homines natura, ad facinus, ac maleficium ſtimulare: quod & Heſiodus confirmat his verſib. ἐργ. καὶ ἡμ. Πολλὰ δ' ἀεργὸς ἀνὴρ κενεὴν ἐπὶ ἐλπίδα μίμνων, Χρηίζων βιότοιο κακὰ προσελέξατο θυμῷ. id eſt, multa autem mala homo

D ignauus inanem ſpem fouens, egens victu, in animo ſuo agitare ſolet: ſic dubium non eſt, quin eadem bonorum virorum animos exſuſcitet, induſtriam acuat, arteis eliciat, atque excitet. nota ſunt illa Theocriti ἐν ἁλιεῦσιν εἰδ. κε. Ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει· Αὕτα τῶ μόχθοιο διδάσκαλος· οὐδὲ γὰρ εὕδειν Ἀνδράσιν ἐργατίναισι κακαὶ παρέχοντι μέριμναι. id eſt, Paupertas, ô Diophante, ſola arteis excitat: ipſa laboris magiſtra eſt. Neque enim dormiendi facultatem hominibus operarijs præbent improbæ curæ. Itaque hoc loco Horatius ſe à paupertate impulſum eſſe ait, vt verſibus ſcribendis operam daret. Cum his congruunt illa Perſiana: *Quis expediuit pſittaco ſuum χαῖρε, Picáſque docuit noſtra verba conari? Magiſter artis, ingeniíque largitor Venter,*

Venter, negatas artifex ſequi voces.

SED, QVOD NON DES. HAB. QVÆ POTER. &c.] Hunc locum à nemine video ſatis explicatum. dicitur ergo his habere, quod deſit, qui ſuis bonis ita abſtinet, quique ita eis parcit, vt ei deeſſe videantur: &, qui non explet cupiditates naturaleis, ac neceſſarias. contrà habere quod non deſit, is qui non inuitus, quique liberaliter, & iucundè vtitur ijs, quæ habet, cùm opus ſit. & cùm res poſtulet: qui non defodit ea, quæ quæſierit. Vulgò enim dici ſolet, auaris tam id, quod habent, deeſſe, quàm quod non habent, propterea ſcilicet, quòd ijs, quæ habent, nō audent vti. ad hunc locum pertinent illa Od. 16. lib. 3. *Magnas inter opes inops.* & Od. 17. epod. *Egēt benigna Tantalus ſemper dapis.* & epiſt. libr. 1. *Semper auarus eget.* ſat. 3. lib. 2. *Pauper Opimius argenti poſiti intus, & auri.* Præterea proponatur mihi aliquis quantumuis diues, & copioſus: ſi is ſumtus faciat ſuis fructibus maiores, huic etiam res ſuæ deerunt. luxurioſo enim, & profuſo homini, quantumuis locupleti, deſunt omnia. quod elegantiſſimo carmine declarat Catullus in quendam, quem Mentulam nominat, *Firmano ſaltu non falſo Mentula diues Fertur, qui tot res in ſe habet egregias: Aucupium omne genus, piſceis, prata, arua feráſque. Nequicquam: fructus fructibus exſuperat. Quare concedo, ſit diues, dum omnia deſint: Saltum laudemus, dum tamen ipſe egeat.* Quòd ſi cui hæc huius loci explanatio non probetur, afferam alteram, non admodum tamen diſſimilem: vt intelligamus, nos habere, quod non deſit, vbi certum, & annuum vectigal habemus, quod ex fructibus fundi, aut villæ alicuius ad nos quotannis redeat, quemadmodum Horatius fundi ſui Sabini fructibus ſumtus ad victum, cultúmque neceſſarios ſufferebat. Itaque, quod non deſit, ſic interpretabimur, quod ad me quotannis redeat, & quod perpetuò ſuppeditet mihi ſumtus neceſſarios. ſed hæc explicatio ad priorem reuoluitur. Nam ſi, qui fructus habeat annuos, id eſt, è fundo aliquo fertili, & fideli quotannis naſcenteis, is vel eis non vtetur liberaliter, & libenter: vel ſumptus faciet fructibus illis maiores: egebit. Itaque non habebit, quod non deſit. Recipienda igitur prior explicatio eſt, vt intelligamus vno verbo, eum habere, quod non deſit, qui ſumtus faciat moderatos, & fructibus, aut vectigalibus ſuis æqualeis. Itaque ſi dixiſſet hoc modo Horatius: nunc autem cùm abundem rebus ad victum, cultúmque neceſſarijs: non eſſem ſanus, ſi verſus ſcriberem: dubitare poſſet aliquis. vtrùm quod Horatius copijs rei familiaris auctus ſit, iccircò copioſior, & locupletior, beatior denique ſit habendus, nécne, cùm plerumque videamus euenire, vt ditiſſimus, & copioſiſſimus quiſque, vel idem ſit illiberaliſſimus, parciſſimus, ac, pænè dicam, egentiſſimus: vel omnia ſua profundat, ac perdat. Huic igitur dubitationi ſtatim occurrens, cùm habeam (inquit) ea bona, non quæ tangere, aut minuere verear, ſed quibus libenter vtar: neque rurſus, quæ ſumtibus immoderatis exhauriam: ſed quibus neceſſarias, aut etiam naturaleis cupiditates expleam: quæ me cucurbitulæ ſatis expurgare poſſent, niſi dormire, quàm verſus ſcribere, mallem? Od. 1. epod. ſic loquitur de ſe, *haud parauero Quod aut auarus vt Chremes, terra premam: Diſcinctus aut perdam vt nepos.*

QVÆ POT. VMQV. SAT. EXPVRG. SIC VIÆ] ſcio in omnibus libris excuſis legi *cicuta*: Acronémque, & ceteros cicutam accipere pro elleboro. quod ita abſurdum eſt, vt mirer, illis venire vmquam in mentem potuiſſe, & à tot viris doctis, qui Acronem vſque ad hæc tempora ſecuti ſunt, approbatum eſſe. Nam primum cicuta, quam Græci κώνειον vocant, immoderato frigore enecat: vt ſat. 1. lib. 2. *Sed mala tollet anum vitiato melle cicuta:* & Od. 3. epod. *Edit cicutis allium nocentius:* ita vt ſit medicamētum peſtiferum, non ſalutare. elleborus autem atram bilem exhaurit. Deinde cicuta non adhibetur à medicis ad purgandum, neque vim habet vllam purgandi: elleborus & habet vim purgandi maximam, & quotidie ad hunc vſum ſolet adhiberi. Quare neque hæc ſcriptura vllo modo ferenda eſt, neque hoc nomen huic loco conuenire poteſt, meo quidem iudicio. Quid igitur dicendum? alterum, opinor, è duobus, vel cicutas hoc loco ſignificare cucurbitulas, quæ corporibus admouentur ad vitioſum ſanguinem eliciendum: quod mihi veriſimile non fit, cùm à nemine Latino hæc vox ad hanc rem ſignificandum ſit vſurpata: vel legendum *ſicuæ*, ſiue *ſicyæ*: quæ vox Græca eſt Galeno, & ceteris medicis Græcis admodum vſitata: quas Latini cucurbitulas, ſeu cucurbitas appellant. Corn. Celſus lib. 3. cap. 27. *ſed ieiuno, cùm bene iam concoxerit, cucurbitulæ quoque ſæpe dolenti parti admouendæ ſunt.* de voce autem σικύα, extant exempla apud Plutarch. Galen. Hippocr. Plutarch. περὶ πολυπραγ. ὥσπερ αἱ σικύαι τὸ χείριστον ἐκ τῆς σαρκὸς ἕλκουσιν, οὕτω τὰ τῶν πολυπραγμόνων ὦτα τοὺς φαυλοτάτους λόγους ἐπισπᾶται, id eſt, *quemadmodum cucurbitæ peſſimum quicque ex carne, ſeu ex corpore ducunt: ita curioſiorum aures peſſimos quoſque ſermones attrahunt* Galenus lib. de cucurb. σικύα δύναται τὴν ὕλην κενῶσαι, ὀδύνην λῦσαι, φλεγμονὴν μειῶσαι, ἐμπνευμάτωσιν διαφορῆσαι, ὀρέξεις ἀνακτήσασθαι, &c. id eſt, *cucurbita poteſt materiam exinanire, dolorem ſedare, inflammationem minuere, inflationem diſcutere, appetitiones recuperare, &c.* idem ibid. πρὸς τὸ ἐκτὸς ἐπισπάσασθαι. Hippocr. de antiqua medicina, δύναται ἡ σικύα ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἕλκειν, καὶ ἐπισπᾶσθαι, id eſt, *cucurbita vim habet eliciendi, & extrahendi ex carne.* Nicander Θηριακοῖς in extrem. Καὶ μὴν καὶ σικύην χαλκήρεα λοιγέϊ τύψει Προσμίξας, ἰόντε καὶ ἀθρόον αἷμα κενώσεις: id eſt, Et verò cucurbita ærea, ſeu ferrea, graui vulneri admota, venenum, & denſum ſanguinem exinanies, ſeu exhauries. Neque eſt quod quemquam moueat, quòd ſecunda ſyllaba huius vo-

cis apud Nicandrum corripitur, cùm apud Horatium neceſſariò hæc ſyllaba debeat eſſe longa. nam cùm Græci dicant & σίκυα, per υ in ſecunda ſyllaba, & σίκυα, per diphthongum impropriam, licet eam ſyllabam in verſu vel corripere, vel producere. Solet autem Horatius non ſolùm Græcis loquendi generibus vti, qualia ſunt, *ventis debet ludibrium, patiens vocari Cæſaris vltor, deſine mollium querelarum, decipitur laborem, Celſo gaudere, &c.* ſed etiam nominibus Græcis: qualia ſunt hæc, *diota, amyſtis, balanus, cichorêum, acinaces,* (quamquam hoc eſt Perſicum potius) *apotheca, cardiacus, lethargicus, lethargus, colyrium, melos, epos, elleborus, onyx, pyga, pyrgus, ſymphonia, periſcelis, lachanum, archaicis lectis, nomiſma,* & pleraque alia. Quo fit, vt faciliùs adducar ad credendum, eum hîc quoque Græco nomine σικύας vſum eſſe, quod ſignificat cucurbitam, ſeu cucurbitulam. Hæc igitur erit huius loci ſententia. quibus cucurbitis ſatis expurgari potero: quæ cucurbitæ ſanguinem vitioſum ex vniuerſo meo corpore exhaurire poterunt, niſi melius eſſe putem dormire, quàm verſus ſcribere? eſt autem tralatio perpetua à corpore non ſano, & corrupto, ad animi (vt ita dicam) inſanitatem, qua ſignificat, ſe parum ſanæ mentis meritò viſum iri, ſi nunc, cùm ei bona ſuppetant, quibus vti & velit, & poſſit, verſus ſcribat pôtiùs, quàm dormiat. Cùm hæc iam pridem ſcripſiſſem, aliquot annis pòſt vir doctiſſimus Adrian. Turnebus, collega meus, nuper immatura morte nobis & ſuis omnibus ereptus, lib. 21. cap. 8. Aduerſar. ſcripſit, Horatium aut poſuiſſe hîc cicutas pro herbis medicatis, & purgantibus: in quibus omnibus viroſus quidam ſuccus ineſt, & malo medicamento proximus aut reſpicientem ad ferulaceos, & cicutis ſimileis ellebori cauleis, cicutas dixiſſe, vt intelligamus ex caulium ellebori cicutis, elleborum cicutam ab eo eſſe appellatum: aut ſermone ſatyrico, & iocoſo vſum, elleborum cicutam ad medicamentorum infamiam vocaſſe, aut venenatam medicamenti ſpeciem pro ſalutari iocularirer poſuiſſe. Sed ignoſcant mihi Turnebi manes. nihil eorum, quæ ille hæſitans, & dubitans affert, probari, aut ferri poteſt. & miror hæc ei tam abſurda, & frigida in mentem vmquam venire potuiſſe. Nam neque cicutæ pro herbis medicatis & purgantibus vſurpatæ ſunt vmquam à quoquam Latinorum, neque cicuta pro elleboro, neque ſpecies pro contraria ſpecie poni poteſt. Quòd autem Scaliger F. putat hoc ita dictum eſſe ab Horatio, non quòd voluerit morbum ſuum cicuta expurgari poſſe, aut non poſſe, ſed augendæ rei cauſa, vt cùm dicimus, *Totus Oceanus te non abluerit*: quemadmodum Perſius dixit, *maſculabilis Intumuit, quam non exſtinxerit vrna cicuta.* nemo enim ſanus (inquit ille) dixerit bilem cicuta deijci poſſe, ſed & Horatius & Perſius cicutæ nomen propter illius violentiam vſurparunt: pace Scaligeri, iuuenis pereruditi, & mihi amiciſſimi, dixerim, nihil pertinent verba Perſij ad hunc Horatij locum. Perſius enim cùm bilis magnitudinem ſignificare vellet, cicutam propter eius frigus acerrimum, & violentiſſimum ſumſit, neque ſolùm ita dixit, tantam eſſe bilem, vt eam cicuta exſtinguere non poſſit, ſed vt eam vrna cicutæ exſtinguere non poſſit. Hîc autem Horatius neque de bile agit, neque vtitur verbo exſtinguendi: ſed primùm de ſcribendi ſcabie, aut prurigine loquitur: deinde vtitur verbo purgandi, non exſtinguendi. At cicuta exſtinguere fortaſſe bilem poteſt: purgare autem nullo modo. at ſi cicuta ne exſtinguere quidem bilem poteſt, dictum eſt tamen venuſtè ὑπερβολικῶς *bilem vrna cicutæ non exſtinxerit*, ad ſignificandam bilis magnitudinem: quod ad hunc Horatij locum quadrare non poteſt. Quidam alius item doctus putabat per cicutas, calamos, & cannas ſignificari, in quibus veteres non letalia ſolùm, verùm etiam ſalutaria condere ſolebant, & ex eis ſumere medicamentum, & deuorare, ſeu exſorbere, quemadmodum aiunt Demoſthenem venenum ex calamo hauſiſſe. Equidem non negarim, cicutam pro calamis vſurpari, vt apud Virgil. Alexid. *Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis Fiſtula.* Sed puto veteres ſolitos eſſe venenum ſeruare in calamis in rebus dubijs & aduerſis, vt ſua voluntate potiùs, quàm cum cruciatu morerentur, aut in aduerſariorum poteſtatem venirent: eos autem, qui incolumi eſſent fortuna, quíque ſuis rebus non diffiderent, non puto venenum ſalutare in cannis ſeruare, neque ex cannis ſorbere conſueuiſſe.

PRÆDANTVR] quaſi prædando carpunt, ſeu rapiunt potiùs.

TENDVNT] contendunt, conantur: vt ſæpe aliàs.

EXTORQVERE] tribus verbis luctiſſimis idem pænè ſignificantibus vſus eſt *prædari, eripere, extorquere*. ſignificat tamen hoc poſtremo, ſe poëmata adhuc retinere, neque ea facilè ſibi adimi poſſe, quamuis ætas cetera abſtulerit.

QVID FACIAM VIS?] quid vis faciam? quid mihi faciendum cenſes?

DENIQVE NON OMNES EADEM M.] ſententia eſt triſtiſſima, quam & Pindarus expreſſit εἰδ. ι. πυθ. καὶ γὰρ ἑτέροισιν ἑτέρων ἔρως ἔκνιξε φρένας, id eſt, namque alij alijs rebus delectantur. Virgilius in Alex. *trahit ſua quemque voluptas.*

CARMINE] heroico, quod epos appellat ſat. 10. lib. *forte epos acer, Vt nemo, Varius ducit*. ex quo epici poëtæ nominantur, qualis Homerus, Antimachus, Apollonius, Ennius, Virgilius. & infrà ead. epiſt. *Carmina compono, hic elegos.* aliàs pro quouis carmine, vt Od. 14. epod. *Inceptos olim promiſſum carmen iambos.*

BIONEIS SERMONIBVS] comœdijs, comicis verſibus, à Bione Ariſtophanis patre.

ET SALE

Et sale nigro] & ſalibus amaris, ac mordacibus, quales ſunt veteris comœdiæ. ſatyr. 10. lib. 1. de Lucillio, *at idem quod ſale multo Vrbem defricuit, charta laudatur eadem.*

Tres mihi convivæ, &c.] pulcherrima ſimilitudine à conuiuis ducta, qui palato & guſtandi ſenſu plurimùm ſæpe inter ſe diſſidere ſolent, iudicij hominum de poetis diſſimilitudinem, ac varietatem oſtendit.

Acidum] acidum, ab acore, aut à verbo aceſco ductum eſt.

Præter cetera me] πρὸς τοῖς ἄλλοις. alia ratio, propter quam ſcribendis verſibus modum conſtituere debeat, nempe occupationes, & curæ rerum alienarum. hunc verſum autem, qui turbato ordine verborum anteà inconcinnè ita legebatur, *Præter cetera Romæ méne,* &c. ego & veterum librorum auctoritatem ſecutus. & à Gabriele Faërno admonitus, in ſuam priſtinam concinnitatem reſtitui. *Præter ceteraʼ me Romaʼne,* &c.

Sponsum] fideiuſſum, vt ſat. 3. lib. 2. *Prodiderit commiſſa fide, ſponſumve negarit.* & ſponſor, fideiuſſor. ſat. 6. lib. 2. *Romæ ſponſorem me rapis.* & epiſt. de arte poët. *Et ſpondere leuis pro paupere.* eſt autem ſpondere, iubere ſua fide alteri pecuniam credere.

Hic auditum scripta] criticus enim erat Horatius. epiſt. de arte poët. *ſi quid tamen olim Scripſeris, in Meci deſcendat iudicis aures, Et patris, & noſtras.*

Cubat hic in colle Quirini] amplificatio à locorum diſtantia. nam inter collem Quirinalem, & Aueutinum intercedunt forum Rom. templum Iouis Feretrij, Capitolium, Palatium. Quirinalis autem dictus à Curetibus, vel à Quirino.

Extremo in Aventino] in extrema parte montis Auentini. Auentinum collem alij ab auibus: alij ab rege Auentino Albano, quòd ibi ſit ſepultus: alij ab aduentu hominum: Varro ab aduectu, quia olim paludibus ab reliquis erat diſcluſus, dictum putat. Iam quòd addit *extremo*, id non temerè. Auentinus enim omnium collium eſt longiſſimus, à ceteris ſeparatus, duobus verticibus ſurſum erectus.

Intervall. vix. hum. comm.] vides interualla humano mora commoda, hoc eſt, non admodum commoda, vt ſunt res humanæ, quæ ferè ſunt incommodæ potiùs, quàm commodæ.

Verùm Puræ sunt] ſic habent tres cod. Varic. & Iannoct. Torneſ. & vulgati Aldini & Nicot. & Cler. & Ruſſ. quam ſcripturam quidam corruperant, & *plures* ſuppoſuerant. ſic igitur hûc locum explico. Verùm dicet aliquis? Romæ vias eſſe puras, id eſt, non impeditas, ſed patenteis, & latè explicatas, & vacuas: per quas iter facere meo commodo poſſim, ita vt nihil mihi impedimento ſit, aut obſtet, quo minus meditari, & facere verſus queam. ſic vtitur hoc nomine T. Liuius libr. 24. *poſtero die ſignis collatis dimicaturum puro, ac patenti campo: vbi ſine vllo inſidiarum metu vera virtute geri res poſſet.* & Varro lib. 4. de lingua Lat. loca pura appellat, non ædificata. ſic ille *loca in vrbe pura, area.* Virg. li. 12. Æneid. *Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrum Suſtulerant, puro vt poſſet concurrere campo* Et iuriſconſulti locum purum appellant, qui neque ſacer, neque ſanctus, neque religioſus eſt.

Festinat calidus, &c.] reſpondet ſuperiori illi obiectioni, negátque ita eſſe.

Calidus] auidus: vel laborioſus, & in perferendo labore pertinaa: vel ſtudio incenſus. ex quo nata ſunt hæc loquendi genera calere & flagrare ſtudio rei alicuius. epiſt. ſuperiore: *& calet vno Scribendi ſtudio: & res calet, & calefacere aliquem.* M. Tull. ad Att. lib. 4. *itaque iudicia calent.* & Verr. 3. de anteact. *poſteaquam ſatis calere res Rubrio viſa eſt.* Idem pro Plancio. *illud verò crimen de nummis, quos in circo Flaminio deprehenſos eſſe dixiſti, caluit re recenti.* Idem ad Q. Frat. lib. 3. *eodem die Gabinium ad populum luculente calefecerat Memmius. ſic vt Calidio verbum facere pro eo non licuerit.* Sueton. in Auguſto. *forúmque aleatorium calfecimus.* Cœl. ad Cicer. lib. 8. epiſt. *ſi Parthi vos calfaciunt, nos hic frigore frigeſcimus.* Idem ad eundem. *Quòd tibi ſupra ſcripſi, Curionem frigere: iam calet.*

Redemtor] qui opus faciendum conduxit: ἐργολάβον vocant Græci. Od. 1. lib. 3. *huc frequens Cæmenta demittit redemtor Cum famulis operum ſolutis.*

Torquet] torquendo attollit, vel ad eum locum, quò opus eſt, admouet. Nam machinis & ſaxa ad murorum ſtructuram, & tigna ad tectorum, faſtigiorúmque contignationem attolluntur. Lucret. lib. 4. *Quippe etenim ventus ſubtili corpore tenuis Trudit agens magnam magno molimine nauim: Et manus vna regit quantouis impete euntem, Atque gubernaculum contorquet quodlibet vnum: Multáque per trochleas, & tympana pondere magno Commouet, atque leui ſuſtollit machina niſu.* M. Tull. Verr. 3. *omnes illæ columnæ, quas dealbatas videtis, machina appoſita, nulla impenſa, deiectæ, eiſdemque lapidibus repoſitæ ſunt.* & illud apud Græcos, θεὸς ἀπὸ μηχανῆς.

Tristia robustis, &c.] id eſt, in plateis exſiſtunt præterea aliæ turbæ, clamores, & anguſtiæ propter concurſum funerum, & plauſtrorum, cùm hâc funus procedit, illâc plauſtra, & vehicula traduntur. ſimile illud eſt ſat. 6. lib. 1. *at hic ſi plauſtra ducenta, Concurrúntque foro tria funera,* &c.

Luctantur] tralatio eſt, vt Od. 1. libr. 1. *Luctantem Icariis fluctibus Africum,* &c. propriè illud epiſt. ad Augu. *Pſallimus, & luctamur Achiuis doctius vnctis,*

Rabiosa canis] hoc animal omnium ferè eſt rabbie infeſtiſſimum. Itaque rabiem aiũt morbum eſſe caninum. Virg. Georg. libr. 3. *Hinc canibus blandis rabies venit.* idem Æoeid. 7. *Hic ſubitam canibus rabiem Cocytia virgo Obiicit, & noto nares contingit odore.*

Digitized by Google

LVTVLENTA] ſup. epiſt. 2. libr. 1. vel *amica luto ſus.* A Idem de Lucillio ſat. 4. lib. 1. vtitur eodem nomine, *Cum fluer et lutulentus, erat quod tollere velles.*

I NVNC] ironia eſt, vt ſup. epiſt. ad Numicium li. 1. *I nunc, argentum, & marmor vetus, æráque, & artes Suſpice.* ſignificat enim his verbis ſe planè aliud ſentire, quàm quod loquitur: proinde ac ſi ita diceret. fieri omnino non poteſt, vt in tanta turba, tantoque ſtrepitu quiſquam verſus meditari poſſit.

SCRIPTORVM CHORVS OMNIS, &c.] poëtæ ſolitudinem. & loca ab arbitris remota quærunt: vrbeis, & celebritatem fugiunt. ſic epiſt. de arte poët. *ſecreta petit loca, balnea vitat.* B

CONTRACTA] non admodum latis vijs impreſſa, in anguſtijs poſita, anguſta, obſcura, quę vix apparent, quæ difficile eſt perſequi. notant tamen veteres interpretes aliàs legi *cõtacta*: quam ſcripturam ego quoque reperi in ſex libris manuſcriptis.

INGENIVM, SIBI QVOD VACVAS, &c.] huius loci hæc ſententia eſt: ſi, qui Athenis in vrbe tranquilliſſima, & quietiſſima ſeptem annos in ſtudio literarum, & philoſophiæ verſati ſunt, ſeniúmque propemodum ex aſſidua lectione, & cura contraxerunt, ita plerumque hebetes, atque infantes euadunt, vt populo riſum moueant: qui fieri poteſt, vt ego in vrbe negotioſiſſima, tot occupationibus, & curis diſtrictus, verſus lyricos ſcribam? argumentum eſt à minori, C hoc modo: ex vrbe quietiſſima & otioſiſſima exiſtunt homines muti, qui tamen inſenuerunt libris, neque ſtrepitu, aut turba, aut occupationibus impediti fuerunt, quo ſcriberent: quanto magis ex vrbe Roma? vel quanto difficilius eſt in vrbe Roma verſus ſcribere? Vrbanè autem & ſatyricè ſignificat, interdum immoderatum ſtudium, & nimiam librorum lectionem efficere homines ridiculos atque hebetes.

INSENVÍTQVE LIBRIS,] ſic epiſt. ad Mæcen. 2. lib 1. *Immoritur ſtudijs, & amore ſeneſcit habendi. inſenuit libris* autem, id eſt, ex librorum lectione ſenium contraxit.

STATVA TACITVRNIVS EXIT] ſignificat ἐν παρόδῳ, immoderato, & intempeſtiuo D ſtudio ingenium obtundi potiùs, quàm acui. [Prouerbij ſpeciem gerit. Itaque ſuprà ſat. 5. lib. 2. *Infanten ſtatua* dixit.]

RISV POPVLVM QVATIT] omnibus riſum excitat maximum. riſum συγκρούσιον vocant Græci, qui ita multus erumpit, vt totum corpus concutiat. ſic Plato in Theætet. pag. 81. loquens de philoſopho, τοιγάρτοι ὦ φίλε, ἰδίᾳ τε συγγιγνόμενος ὁ τοιοῦτος, ἑκάστῳ καὶ δημοσίᾳ, ὅπερ ἀρχόμενος ἔλεγον, ὅταν ἐν δικαστηρίῳ, ἤπου ἄλλοθι ἀναγκασθῇ περὶ τῶν περὶ πόδας καὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς διαλέγεσθαι, γέλωτα παρέχει οὐ μόνον Θρᾴτταις, ἀλλὰ καὶ τῷ ἄλλῳ ὄχλῳ, εἰς φρέατά τε καὶ πᾶσαν ἀπορίαν ἐμπίπτων ὑπὸ ἀπειρίας, &c.]

DIGNER?] dignum eſſe putem connectere verba ſonum lyræ motura, id eſt, carmina ad lyram canenda?

CONSVLTI] iuriſconſulti. lib. de arte poët. *conſultus iuris, & actor Cauſarum mediocris.* Od. 34. lib. 1. *Inſanientis dum ſapientiæ Conſultus erro.*

GRACCHVS VT HIC ILLI FORET, &c.] id eſt, vt iuriſconſultus fratrem ſuum oratorem, Gracchum appellaret: orator iuriſconſultum, Mucium Scæuulam ſalutaret. De Mucio ſic M. Tull. de claris orat. *Mucius autem augur, quod pro ſe opus erat, ipſe dicebat, vt de pecunijs repetundis contra T. Albucium. is oratorum in numero non fuit: iuris ciuilis intelligentia, atque omni prudentiæ genere præſtitit.* ibidem de Ti. Graccho, *Vtinam in Ti. Graccho, Caióque Carbone talis mens ad Remp. bene gerendam fuiſſet, quale ingenium ad bene dicendum fuit. profecto nemo his viris gloria præſtitiſſet.* Hi igitur fratres (vt innuit Horat.) mutuò teſtimonium dabant.

CARMINA COMPONO] ἔπη. loquitur autem Horatius non de ſe: ſed de ſtultis, & nimiùm ſua mirantibus poëtis, ſub ſua tamen perſona, vt minore inuidia alios reprehendat, cùm ne ſibi quidem parcere videatur: vt epiſt. ad Aug. *Multa quidem nobis facimus mala ſæpe poëtæ.*

CÆLATÚMQVE NOV. MVS. OP.] ὑπερβολικῶς & εἰρωνικῶς dictum: quaſi à nouem Muſis excultum, atque elaboratum.

QVANTO MOLIM.] quanto apparatu, quàm operosè. moliuntur enim, qui quippiam magno labore conantur: vt li. de arte poet. *Oppida cœperunt moliri.* & Od. 1. lib. 3. *Cur inuidendis poſtibus & nouo Sublime ritu moliar atrium?* ſententia huius loci hæc eſt, Primùm hoc vide, quàm ſuperbè, quanto cum apparatu circumſpiciamus bibliothecam ab Auguſto propter ædem Apollinis extructam, nobis videlicet aſſentantes, & ita perſuaſum habentes, niſi noſtri libri in eam deferantur, à poëtis Latinis vacuam futuram.

ÆDEM] ædem Apollinis, & bibliothecam ei adiunctam, Muſis cõſecrata ab Auguſto, in qua recitabantur noua poemata Latina, vt ſatyr. 10. lib. 1. *hæc ego ludo, Quæ nec in æde ſonent certantia iudice Tarpa, &c.*

VACAS] ita legendum, & ita ſcriptum eſt in cod. Iann. Faërni, omnibus Vatic. & Torn. Cleric. Nicol. Ruſſard. *ſi fortè vacas* autem valet, ſi fortè vacuus es, ſi nihil habes, quod agas.

ET PROCVL AVDI, QVID FERAT &c.] & audi è loco longinquo, quid hi poëtæ, qui ſua poëmata in bibliotheca Appollinis, & æde Muſarum recitari, & locari volunt, noui proferant: & quamobrem coronam ſibi lauream depoſcant. *procul* dixit, quia Lollius longè ab eo aberat.

CÆDIMVR, ET TOTID. PLAG. &c.] id eſt, aureis noſtras præbemus ſcriptis alienis audiendis: nos viciſſim alienas aureis noſtris poëmatis recitandis obtundimus, atque enecamus. ducta eſt ſimilitudo à Samnitibus, id eſt, gladiatoribus

toribus ſic appellatis à Samnitibus illis, qui diu A ancipiti Marte cum Romanis bella geſſerunt, vt teſtatur T. Liuius ſub finem libr. 9. *Et Romani quidem ad honorem Deûm inſignibus armis hoſtium vſi ſunt: Campani ab ſuperbia, & odio Samnitium, gladiatores, quod ſpectaculum inter epulas erat, eo ornatu armarunt, Samnitiúmque nomine appellarũt.* Alij à Samnitium armatura dictos putant. Erant porrò hi gladiatores, lenti, & componebantur cum prouocatoribus. Quemadmodũ igitur gladiatores, cùm interdum totum diem digladiati fuerint, diſcedunt ad extremum incolumes, atque integri: ſic cùm ego illius ſcripta audierim, & laudarim, vel leuiter, & dicis cauſa reprehenderim: & ille viciſſim mea recitatione vſque ad veſperam B producta, atque extracta, diſcedimus vterque, alter alterius iudicio, ac ſuffragio, magni, ac præſtãtes poëtę declarati. Samnites autem gladiatorum genus fuiſſe, etiam ex M. Tull. intelligere licet, lib. Tuſc. 2. *Quis mediocris gladiator ingemuit? quis vultum mutauit vmquam? quis non modo ſtetit, verum etiam decubuit turpiter? quis, cùm decubuiſſet, ferrum recipere iuſſus, collum contraxit? tantum exercitatio, meditatio, conſuetudo valet. Ergo hoc poterit Samnis ſpurcus homo, vita illa dignus, locóque? &c.* & de orat. lib. 2. *Atque eiuſmodi illa proluſio debet eſſe, nõ vt Samnitium, qui vibrant haſtas ante pugnam, quibus in pugnando nihil vtuntur, ſed vt ipſis ſententijs, quibus proluſerunt, vel pugnare poßint*, & 3. ex Lucillio, *quamuis bonus ipſe Samnis in ludo, ac rudibus cuiuis ſatis aſper.* C

Svb lvmina prima] ad veſperam, vt ſat. 6. libr. 2. *iuſſerit ad ſe Mæcenas ſerum ſub lumina prima venire.* lumina igitur hoc loco intellige, lucernarum, vt Od. 6. li. 3. *Cui donet impermiſſa raptim Gaudia luminibus remotis.* ſic Lucret. libr. 5. *Quin etiam nocturna tibi, terreſtria quæ ſunt, Lumina pendentes lychni, &c.* Idem lib. 6. numero ſingulari, *Nocturnúmque recens exſtinctum lumen.* ſic & Hor. epiſt. 1. lib. 1. *ſi non Poſces ante diem librum cum lumine.*

Discedo Alcævs pvncto, &c.] ita diſcedimus, vt ego illius ſuffragio par Alcæo: ille meo, cum Callimacho conferendus eſſe dicatur: quòd ſi Callimachi nomine contentus non eſt, fit Mimnermus, id eſt appellatur, & ſalutatur à me Mimnermus. de Mimnermo, vide ſuprà D annot. ad epiſt. 6. lib. 1.

Optivo] quod ipſe optauerit, atq; elegerit.

Crescit] fit maior, ornatior, & clarior.

Mvlta fero, vt placem, &c.] Cùm ſcribo (inquit Horatius) & cùm verſus meos neceſſe habeo recitare, populique beneuolentiam, ac ſuffragium aucupari, multas moleſtias exſorbeo, multáſque poëtarum ineptias deuoro, ne eos irritem, atque offendam: cùm idem ad me redij, cúmque inſanire, hoc eſt, verſus ſcribere deſij, liberum eſt mihi meas aureis poëtis ſua ſcripta recitantibus obturare.

Irritabile] iracundum, ὀξύθυμον, quod facilè ad iram impellitur.

Mente recepta] cùm reſipui, cùm ad ſanitatem reuerſus ſum.

A Obtvrem] ſine interrogationis nota legendum. obturem igitur, hoc eſt, obturare auſim, liceat mihi obtutate impunè.

Se venerantvr] ſe ipſi ita magni faciunt, vt ſibi diuini poëtæ videantur.

Vltrò] non exſpectantes dum ab alijs laudentur.

Qvicqvid scripsere, beati] id eſt, tuis omnibus ſcriptis, qualiacumque ſint, ſibi ſatisfacientes, ſibique placentes, στέργοντες, vt cùm ita loquimut, *ſorte ſua beatus.* & epiſtola ad Loll. 2. libr. 1. *beatus enim iam Cum pulchris tunicis ſumet noua conſilia, & ſpes.* Catull. de Suffeno. *neque idem vmquam Æque eſt beatus, ac poëma cum ſcribit* & B epiſt. ad Auguſt. *Agricolæ priſci fortes, paruoq; beati.*

Animvm censoris svmet honesti] id eſt, ipſe ſeſe in ſua ſcripta cenſorem præbebit, ſuáque eſſe obliuiſcetur: ſua ſcripta notabit tamquam cenſor.

Avdebit] id eſt, inducet animum: non dubitabit: quaſi magnum quiddam & arduum ſit, hoc facere, inquit Porph. quale illud Virgilij eſt, *Aude hoſpes contemnere opes.*

Qvæcvmqve par splend. habeb. &c.] verba humilia, ſeu ſordida, atque inquinata: ſeu parùm ſplendida, parúmue illuſtria.

Sine pond.] id eſt, leuia. epiſtol. de arte poët. *Fabula nullius Veneris, ſine pondere, & arte.*

Qvamvis in vita rec.] id eſt, quam- C uis ei ita placeant, & cara ſint, vt ea ægrè, grauatéque ſuo loco moueat.

Et vers. adh. intra pen. V.] id eſt, & quamuis ſint adhuc domi, penitus abdita, neque dum in lucem prolata, neque diuulgata. Solent enim nobis mirum in modum noſtra, & domeſtica placere: malumúſque aliena reprehẽdere, & corrigere, quàm domi noſtræ nata. In templo Veſtæ, quam ἑστίαν nominant Græci, ſeruabatur ignis æternus Romæ. Iam, cùm Veſta præſit focis, &, cùm ſuum quæque domus focum habeat, ſequitur, vt ſuam quiſque domi ſuæ Veſtam habeat, id eſt, Larem. notum Græcorum prouerbium eſt, ἀφ' ἑστίας ἄρχεσθαι, id eſt, à Veſta, ſeu à Lare incipere: quod ſignificat à ſe, & D à ſuis initium facere. Vtitur & Plato in Euthyphrone, his verbis, ἀτεχνῶς γάρ μοι δοκεῖ ἀφ' ἑστίας ἄρχεσθαι κακουργεῖν τὴν πόλιν, ἐπιχειρῶν ἀδικεῖν σε, id eſt, *planè videtur mihi à Veſta, ſeu à Lare lædendæ ciuitatis initium capere, qui tibi iniuriam facere conetur.* Turnebus ſic explicat: & quamuis non debeat attingi, nec loco moueri, quaſi ſanctitate loci tuta, munita, ac defenſa. Nam è templo & penetrali Veſtæ non licebat quemquam extrahere. adde quòd ſupplices, qui ad Veſtam ſupplicabant, locum ſupplicandi ſanctiſſimum, repellere ac reijcere nefas erat.

Obscvrata div popvlo] id eſt, priſca, antiqua, & iccircò inuſitata, atque ab vſu quotidiani ſermonis iamdiu intermiſſa, *quæ* (vt ait M. Tull. lib. 3. de orat. ad Qu. fr.) *poëtarum licentiæ ſunt liberiora, quàm noſtra.*

BONVS ERVET] *bonus*, id eſt, benignus, & liberalis: benignitate ductus. eſt enim benigni, ac liberalis hominis, quæ ſunt ignota, ac penitus abdita, in lucem proferre, & cum omnibus communicare. *eruet* autem, id eſt, è tenebris & ſitu efferet, atque extraher.

PROFERET] ſic de arte poët. *& noua rerum Nomina protulerit.*

ASCISSET] id eſt, noua verba cudet, & finget. in epiſt. de arte poëtic. *ſi fortè neceſſe eſt Indicijs monſtrare recentibus abdita rerum: Fingere cinctutis non exaudita Cethegis Continget, &c.*

QVÆ GENITOR PRODVX.] quæ genuerit vſus, *Quem penes arbitrium eſt, & ius, & norma loquendi.* idcircò genitorem dixit: id eſt, quaſi parentem, & procreatorem vocabulorum. Fruſtrà enim noua verba cuduntur, niſi vſus comprobarit.

VEHEMENS] anapæſtum poſuit pro ſpondêo, aut dactylo. ſic Virg. Georg. 1. *Fluuiorum rex Eridanus.* & Lucret. lib. 2. *Nam tibi vehementer noua res molitur ad aureis Accidere.* & Homerus. ἰλ. ι. Βορέης καὶ ζέφυρος, τώ τε Θρήκηθεν ἄητον. & ἰλ. ψ. Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς δοιοῖς ἠρᾶτ' ἀνέμοισι Βορέῃ καὶ ζεφύρῳ. vel legendum *vemens*, vt alij malunt, quemadmodum prendo, reprendo. vehementem vſum dixit, quia magnopere valet ad auctoritatem verbis, & ſermoni comparandam: epiſt. ad Piſon. *Quem penes, &c.* vt ſuprà.

BEABIT] ditabit, augebit: ex quo beati dicuntur diuites.

LVXVRIANTIA COMPESCET] quæ redundant, amputabit, limabit, circumcidet, coërcebit. idem de arte poët. *ambitioſa recidet Ornamenta.*

SANO LÆV. CVLTV] ita poliet, & læuia reddet, quæ ſunt nimis aſpera, vt tamen hic cultus, eáve perpolitio non detrahat eis neruos, & ſanitatem. nam, vt idem ait epiſt. ad Piſon. princ. *ſectantem læuia neruus Deficiunt.* Eſt autem tralatio perpetua à corpore animato, ad carmen, ſeu poëma.

LVDENTIS SPECIEM DABIT, &c.] ſpeciem (inquit Hor.) præ ſe feret hominis parùm laborioſè ſcribentis, ita vt, qui legat, ſperet ſe eodem modo ſcripturum: verumtamen & ille multum in ſcribendo ſtudij, atque operæ ponet, & quiſquis eum æmulabitur, cùm experiri cœperit, inanem operam ſumet. Non admodum ab his diſcrepant illa, quæ ſunt in epiſt. de arte poët. *Ex noto fictum carmen ſequar, vt ſibi quiuis Speret idem, ſudet multum, fruſtráque laboret.* ſic propemodum M. Tullius ſcribit de eo oratore, quem ſummiſſum appellat. *ſummiſſus eſt, & humilis, conſuetudinem imitans, ab indiſertis re plus, quàm opinione differens. Itaque, eum qui audiunt, quamuis ipſi infanter ſint, tamen illo modo confidunt ſe poſſe dicere. Nam ſubtilitas imitabilis quidem illa videtur eſſe exiſtimanti: ſed nihil eſt experienti minus.* ſic Iſocr. in Panath. ἡγοῦμαι τοῖς ἤδη πολιὰς ἔχουσιν ἁρμόττειν οὐκ ἐκεῖνον τὸν τρόπον λέγειν, ἀλλ', ὡς ἅπαντες μὲν ἂν ἐλπίσειαν, ἢ βουληθεῖεν, οὐδεὶς δ' ἂν δυνηθείη, ῥᾳδίως, πλὴν τῶν πονεῖν ἐθελόντων, καὶ σφόδρα προσεχόντων τὸν νοῦν. id eſt, *exiſtimo, ijs, qui iam caneſcere cœperunt, conuenire non illo modo dicere, ſed ita, vt omnes quidem ſperauerint, aut voluerint, nemo autem facilè poſſit, præter eos, qui laborem ſuſcipere volunt, quíque vehementer animum ad eam rem attendunt.*

ET TORQVEBITVR] id eſt, & quamuis ludere, & iocari, & alias res agere videatur, multam diligentiam tamen in ſcribendo adhibebit, multúmque laboris inſumet.

NVNC SATYR. NVNC AGR. CYCL. M.] ſaltare ſatyrum, ſaltare Cyclopa dicimus Latinè. ſic ſat. 5. lib. 1. *Paſtorem ſaltaret vti Cyclopa, rogabat.* quia autem qui ſaltant, mouentur, eadem ratione moueri Cyclopa dixit. Quòd autem alij quidam notarunt tale eſſe, quale illud Græcorum, κινεῖσθαι κίνησιν: id eſt, moueri motum: & moueri Cyclopa, dictum volunt, quaſi moueri Cyclopis motum: & ſaltare Cyclopa, pro eo quod eſt ſaltare Cyclopis ſaltationem, non placet. Saltantem Cyclopa inducit Euripides, ſeu Ariſtius, quem ceteri ſunt imitati. Theocrit. θαλυσίοις. Ἆρά γέ πα τοιοῦτον τὸν ποιμένα τὸν ποτ' Ἀνάπῳ, Τὸν κρατερὸν Πολύφημον, ὃς ὤρεσι λᾶας ἔβαλλε, Τοῖον νέκταρ ἔπεισε κατ' αὔλια ποσσὶ χορεῦσαι;

PRÆTVL. SCRIPTOR DELIR. &c.] dicũtur hæc ex perſona poëtarum ſibi plus æquo tribuentium, ſuáq; ſcripta ſupra modum amantium, ac laudantium, qualis eſt ille apud Catull. Suffenus. Prætulerim igitur (inquit Horat.) id eſt, malim eſſe poëta ineptus, & indoctus, modò mihi mea ſcripta placeant, quàm, cùm ſim optimus, ac præſtantiſſimus, de meis ſcriptis moroſè, ac faſtidioſè iudicare, eáque planè improbare.

FALLANT] lateant, ignota ſint: quod annotauimus ſuprà.

QVÀM SAPERE, ET RINGI] ringi dicuntur canes, cùm irritati rictum diducunt, quaſi latraturi, aut morſuri. transfertur ad eos, qui taciti ſtomachantur, & qui vultu hilaritatem ſimulant, cùm animo, & intimis ſenſibus angantur, ſibique ipſi magnopere diſpliceant. Plaut. Capt. *Ne canem quidem irritatam voluit quiſquam imitarier: Saltem ſi non arriderent, dentes vt reſtringerẽt.* M. Tullius epiſt. ad Attic. lib. 4. *& ij ſubringentur, qui villam me moleſtè ferunt habere, quæ Catuli fuerat.* Terent. Phorm. *Ille ringitur, tu rideas.* hæc verba igitur, *Quàm ſapere & ringi*, hoc valent, Quàm optimus quidem poëta eſſe, ſed tamen mihi ipſe diſplicere.

FVIT HAVD IGNOB. ARG. QVI SE CR.] immò hic fuit Abydi, vt tradit Ariſtoteles in commentario de rebus admirabilibus, ſi modò auctor eius eſt Ariſtoteles. Verumtamen quiſquis auctor ſit, eius hæc verba ſunt, Λέγεταί δέ τινα ἐν Ἀβύδῳ παρακόψαντα

τῇ

τῇ διανοίᾳ, καὶ εἰς τὸ θέατρον ἐρχόμενον, ἐπὶ A πολλὰς ἡμέρας θεωρεῖν, ὡς ὑποκρινομένων τινῶν, καὶ ἐπισημαίνεσθαι· καὶ ὡς κατέστη ἐκ τῆς παρακοπῆς, ἔφησεν ἐκεῖνον αὐτῷ χρόνον ἥδιστα βεβιῶσθαι, id eſt, *aiunt quendam Abydi mente captum fuiſſe, & in theatrum euntem multos dies ſpectare, tanquam aliqui in eo actores eſſent, & applaudere ſolitum eſſe: qui poſteaquam reſipuit, dixit, totum illud tempus, quo mentis non erat ſuæ, iucundiſſimè traductum eſſe.* Lucianus autem in libello, πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, Abderitis huiuſmodi ferè morbum quondam accidiſſe ſcribit. & Athenæus libr. 12. narrat, Thraſylaum quemdam Axoneum ab atra bili ita fuiſſe affectum, vt exiſtimaret, naucis omneis, quæ in Pyræeum appellerentur, ſuas eſſe, quamdiúque eo morbo laborarit, iucundiſſimè B vixiſſe: poſteaquàm autem opera medici ſanus factus fuerit, dixiſſe nunquam ſibi in tota vita melius fuiſſe, quàm cùm inſanus eſſet. Ita Horatius ſignificat, errorem mentis nobis iucundum eſſe.

Bonvs sanè vicinvs] notum illud Heſiodi Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον γ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ, id eſt, malum eſt malus vicinus, vt bonus, magna vtilitas. Idem poëta vicinos ait ad opportunitates, & vtilitates noſtras propinquis eſſe paratiores. Γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί, id eſt, Vicini diſcincti venerunt: propinqui autem ſe accinxerunt. Pindarus item Nεμ. εἰδ. ζ. docet maximam vtilitatem afferre vicinum, ſi ſit idem & amicus, his verbis, εἰ δὲ C δύεται ἀνδρὸς ἀνήρ, τί φαῖμέν κε γείτον' ἔμμεν νόῳ φιλήσαντ' ἀτενεῖ γείτονι; χάρμα πάντων ἐπάξιον, id eſt, ſi autem vir viro eget: quid dicamus vicinum eſſe vicino, qui attento animo diligat? gaudium cum alijs omnibus conferendum. contrà, ſi ſit idem inimicus, & malus. Plaut. in Mercat. *Nunc ego verum illud verbum eſſe experior vetus. Aliquid mali eſſe propter vicinum malum.*

Posset qvi ignoscere servis] id eſt, qui non eſſet nimiùm ſæuus in ſeruos: qualis ille eſt, quem deſcribit ſatyr. 3. libr. 1. *Si quis eum ſeruum, patinam qui tollere iuſſus, Semeſos piſceis, tepidúmque ligurrierit ius, In cruce ſuffigat: Labeone inſanior inter Sanos dicatur.* aut qualis ille ſat. 2. lib. 2. *hic neque ſeruis Albuci ſenis exemplo dum munia didit, Sæuus erit, &c.* D

Et signo læso non insanire] id eſt, & qui ſurenter non iraſceretur, cùm lagenam à ſe obſignatam, comperiſſet à ſeruis eſſe reſignatam. ſolebāt autem veteres, lagenas plenas obſignare, ne à ſeruis furtim exhaurirentur. At mater Ciceronum (vt ſcribit Q. Fr. ad Tironem) *etiam inaneis obſignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuiſſe, quæ furtim eſſent exſiccatæ.*

Insanire] vſque ad inſaniam iraſci. Terent. Adelph. *dic mihi, non clamas? non inſanis?*

Posset qvi rvpem, et pvt.] ſat. 3. lib. 2. *Hic foſſa eſt ingens, hic rupes maxima.*

[Cognatorvm] quorum erat in eum, pecuniámque eius poteſtas ex lege xii. tabul. idem ſat. 3. lib. 2. *& ad ſanus abeat tutela propinquos.*]

Refectvs] recreatus, recuratus.

Bilémqve] atram videlicet, ex qua, cùm redundat, naſcitur inſania. ad purgandam autem atram bilem adhibetur elleborus, quem veratrum nominant Latini, vt ſat. 3. libr. 2. *Danda eſt ellebori multo pars maxima auaris.*

Et demt. per vim ment. o. e.] ſic Sophocl. in Aiace, Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος. Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώδυνον κακόν, id eſt, in nihil ſapiendo iucundiſſima vita eſt. Nam non admodum ſapere, malum eſt, doloris expers. ita autem coniuncta inter ſe, & finitima ſunt nimia alacritas, & mentis error, vt ille neſcio quis apud Trabeam (vt ſcribit M. Tullius) voluptatem animi nimiam, ſummum errorem eſſe arbitretur. mentis errorem dixit M. Tull. epiſt. ad Attic. libr. 3. *Nam quòd ſcribis te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici, &c.*

Nimir. sapere est abiect. &c.] concludit nunc totum hunc locum: & colligit, totam poëticam, totámque in verſibus ſcribendis operam poſitam, numeros denique, & cantus lyricos nugas eſſe, atque iccircò pueris eſſe relinquendas: ſibi verò ætate iam prouecta, numeros vitæ bene inſtituendæ eſſe ediſcendos, memoriæque mandandos. ſic Diogenes Cynicus muſicos mirabatur operam dare, vt chordas in lyra concordeis haberent, mores autem in animo vt ſint concordes, & compoſiti, non laborare. Laërtius Græcè meliùs, καὶ μὴν καὶ τοὺς μουσικούς, τὰς μὲν ἐν τῇ λύρᾳ χορδὰς ἁρμόττεσθαι ἐθαύμαζεν, ἀνάρμοστα δ' ἔχειν τῆς ψυχῆς τὰ ἤθη.

Et tempestivvm pveris conced. lvd.] Oda 1. libr. 4. *Tempeſtiuius in domo Paulli purpureis ales oloribus Comiſſabere Maximi.* Ad ſententiam huius loci pertinet illud infrà eadem epiſt. in ext. *& pulſet laſciua decentius ætas.*

Si tibi nvlla sitim, &c.] duabus ſimilitudinibus docet, nimium pecuniæ ſtudium eò eſſe fugiendum, quia aucta pecunia, non minuatur eius cupiditas, ſed propagetur potiùs, & amplificetur. harum autem ſimilitudinum ambarum auctor eſt Ariſtippus, exſtántque apud Plutarchum in libello περὶ φιλοπλουτίας, his verbis Ἀρίστιππος γὰρ εἰώθει λέγειν, ὅτι πολλὰ μέν τις ἐσθίων, πολλὰ δὲ πίνων, πληρούμενος δὲ μηδέποτε, πρὸς τοὺς ἰατροὺς βαδίζει, καὶ πυνθάνεται τί τὸ πάθος, καὶ τίς ἡ διάθεσις, καὶ πῶς ἂν ἀπαλλαγείη· εἰ δέ τις ἔχων πέντε κλίνας, δέκα ζητεῖ· καὶ κεκτημένος δύο τραπέζας, ἐπὶ τρισὶν ὠνεῖται τοσαύτας, καὶ χωρίων πολλῶν παρόντων, καὶ ἀργυρίου, οὐ γίνεται μεστὸς, ἀλλὰ ἐπ' ἄλλα συντέταται, καὶ ἀγρυπνεῖ, καὶ ἀπλήρωτός ἐστι πάντων, οὗτος οὐκ οἴεται δεῖσθαι τοῦ θεραπεύσοντος καὶ δείξοντος ὑφ' ἧς αἰτίας τοῦτο πέπονθεν, id eſt, *Dicere ſolebat Ariſtippus, eum, qui, cùm multum comedat, multúmque bibat, numquam expletur tamen, medicos adire, & quis morbus ſit, quiſque affectus corporis, & quónam pacto eo leuari, ac liberari poſſit, con-*

ſulere: Si quis autem, qui lectos quinque habet, decem quærat: &, qui menſas decem poßidet, totidem alteras comparet, &, cui multum auri, multúmque argenti ſuppetit, non ſatietur, ſed ad alia plura contendat, & noctes inſomneis traducat, & nullis bonis expleatur: hic non putat ſe medico egere, à quo curetur, & à quo doceatur, vnde hic morbus natus ſit.

QVÒD, QVANTO PLVRA PARASTI] ſic ſup. Od. 16. lib. 3. *Creſcentem ſequitur curra pecuniam, Maiorúmque fames.*

MONITORIBVS IISDEM?] nihil muto. non tamen celabo lectorem, in cod. Rain. Card. & Torneſ. legi *rationibus iiſdem?*

AT SI DIVITIÆ PRVDENTEM R. P.] ſi in diuitijs (inquit) hæc vis ineſſet, vt, qui eas adeptus ſit, prudẽtior, melior, ſapientior, ab omnibus denique animi perturbationibus ſolutior, ac liberior eſſet, nempe in pecuniæ quærendæ ſtudio omnibus eſſet elaborandum.

NEMPE RVBERES, VIVERET] id eſt, tur pe tibi eſſe putares, quemquam viuere te auariorem.

SI PROPRIVM EST, &c.] horum verſuum hæc ſententia eſt, Si proprium eſt id, quod quis emit à domino adhibitis ijs, quæ iuris ciuilis ratio poſtulat: & ſi, quod longa poſſeſſione vſucepimus, noſtrum eſt: certè is ager, cuius fructibus quotidie vitam toleras, quamuis eum agrum non ſemel, neque vno tempore, ſed ſingillarim emas, tuus eſt: & contrà, qui quadraginta abhinc annos agrum emit: ea olera, id vinum, id triticum, id oleum, & cetera, quæ ex hoc agro percipit, quibúſque alitur, emit, eáque emta ſunt, non propria.

QVOD QVIS LIBRA MERCATVS, ET ÆRE EST] olim in rebus emendis, ac vendendis intercedebant emtor, venditor, libripens, qui æs pendebat. appendebatur enim pretium, non numerabatur. qua ex forma natum eſt genus illud teſtamenti veteribus vſitatum, quod fiebat per æs, & libram, & per vẽditionem adumbratam, ac ſimulatam. qua de re vide Inſtitutiones iuris ciuilis libr. 2. tit. *de teſtamentis ordinandis.* ſecutus ſum autem hoc loco 2. cod. Vatic. & Rain. Card. Iannoct. Torneſ. Nicot. Ruſſ. nam vulgati habent, *mercatur, & ære.*

QVÆDAM SI CREDIS CONSVLTIS MANCIP.] huius verſus ſtructura, & iunctura cum ſuperiore, & ſequentibus non ſatis aperta eſt. debuerat enim ita dicere, *Si quædam, vt credis conſultis, manc. vſus.*

MANCIPAT] ita propria efficit, quaſi ſint manu capta: ex quo *vſucapere* dicimur, quod vſu noſtrum fecimus: & *vſucapta* à iuriſconſultis appellantur, vſu quæſita. hinc *vſucapionis nomen.*

OCCAT] M. Tull. in Catone, quid ſit occatio, declarat his verbis, *Terra cùm, gremio mollito, ac ſubacto, ſemen ſparſum excepit, primum id occæcatum cohibet, ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata eſt.* Feſtus, *Occare, & occatorem Verrius putat dictum ab occædendo, quòd cædat grandeis glebas terræ: cùm Cicero venuſtiſſimè dicat, ab obcæcando fruges ſatas, eſſe appellatum.* Plaut. Capt. *Nam ſemper occant prius, quàm ſarriunt, ruſtici.*

TRECENTIS NVMM. MILL.] ſex coronatorum noſtratium millibus: vel, vt alij, ſeptingentis millibus, & quingentis.

QVAMVIS ALITER PVTAT] putat enim, ſe ſuis fructibus ali, non emtis. Nam quãuis, quæ emimus, noſtra ſint, ſic tamen diſtinguere ſolemus, hi fructus mei ſunt, illi ſunt emti: & Horat. Od. 2. epod. dapes inemtas appellat, quæ domi noſtræ, & in noſtro fundo natæ ſunt, non aliunde petitæ.

SED VOCAT VSQVE SVVM] id eſt, ſed id ſuum appellat, quod vſque eò pertinet, ac patet, quà populus applantata, id eſt, viti maritata, certis limitibus agrum vicini diſtinxit à ſuo, ipſumque omni ſollicitudine, ac periculo litium liberauit. ſic Catull. per arbores aſſitas, populos & ſimileis arbores, quæ vitibus maritantur, ſignificat in Manlij & Iuliæ epithala. *Lenta quin velut aſſitas Vitis implicat arbores, Implicabitur in tuum Complexum.* quæ ſunt obſeruata à Turnebo. huc pertinet illud ex Oda 2. epod. *Altas maritat populos.* [Interdum *adſerere* idem valet, quod κεντρίζειν, quod eſt perforare medullam arboris ſterilis, & in eam calamum arboris fœcundæ inſerere. Cuiac. lib. obſer. 11. c. 30. Turnebus lib. Aduerſ. 6. cap. 15.

REFVGIT] libri aliquot manuſcr. habent, *refigit.*

TANQVAM SIT PROPRIVM] refellit hoc Horatius à definitione, hoc modo. Propriũ eſt id, quod nũquam nobis eripi poteſt, & quod perpetuò retinere licet. ſed fundi, & poſſeſſiones puncto temporis à nobis abalienantur: non igitur poſſunt eæ res verè propriæ cuiuſquã dici. Proprium autem, idem valere plerumque, quod perpetuum, aut certè diuturnum, ex probatis linguæ Latinæ auctoribus intelligere licet. Terent. Andr. *ego vitam Deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror, Quod voluptates eorum propria ſunt.* ibidem ſuprà. *Nihilne eſſe proprium cuiquam?* idem in Phormione. *abduxi mulierem: curaui, propria ea Phædria vt poteretur: nam emiſſa eſt manu.* Plautus Moſtell. *ſi tibi acceptum eſt, illum fore vnicum tibi ſempiternum, Atque illum amatorem tibi proprium futurum in vita: ſoli gerundum cenſeo morem.* Idem Mercator. *ſatin' eſt, vt quicquid agere occepi, Proprium nequit mihi euenire, quod cupio? ita mihi mala res aliqua obijcitur, bonúmque meum conſilium opprimit.* M. Tullius pro Roſcio Amer. *tria prædia vel nobiliſſima Capitoni propria traduntur.* Idem poſt redit. in ſenatu, *quod verè dixerat, ſi illud de duobus conſulibus, quod antè in repub. non fuerat, perenne, ac proprium manere potuiſſet.* Virgilius in Melibœo, *ſi proprium hoc fuerit, læuis de marmore tota Puniceo ſtabis ſuras euincta cothurno.* Attius Armor. iudicio, *Nam non facilè, ſine deûm opera, propria humana ſunt bona.* Lucil. libr. 17. ſatyr. *Cetera contemnit, & in vſura omnia ponit Non magna: proprium verò nil neminem habere.* Virg. li. 6. Æneid.

propria

Digitized by Google

propria hæc ſi dona fuiſſent. Horat. Sat.2. lib. 2. *Nũc* A *ager Vmbreni ſub nomine, nuper Ofelli Dictus, erit nulli proprius.* Idem Satyr. 6. lib.2. *nihil amplius opto Mæcenate, niſi vt propria hæc mihi munera faxis.* & Od.2. lib. 2. *regnum, & diadema tutum Deferens vni, propriámque laurum. quicquam* autem, non *cuiquam* legendum eſt: & ita ſcriptum eſt in omnibus ferè lib. manuſcriptis.

PVNCTO QVOD MOBILIS HORÆ] non dixit puncto temporis, ſed puncto horæ, vt ſummam temporis breuitatem ſignificet. ſic Lucret. dixit punctum diei, libr. 4. *hac puncto cernuntur lapſa dies Per totum cæli ſpatium diffundere ſeſe.*

NVNC PRECE, NVNC PRETIO, &c.] quattuor alienationum genera hoc loco enumerat. Prece autem mutari dominium (liceat mihi B hoc verbo vti) intellige, non ſi quis precariò poſſideat. ea enim poſſeſſio dominium non transfert: ſed ſi quis aliquid ab altero precibus impetrarit: quod genus donatio appellatur: quãquam quod precibus emtum eſt, cariſſimè conſtare dici ſolet. alterum genus eſt emtio. ſequitur deinceps vis. quæ quamuis à iure plurimùm abſit, neque dominiũ in eum, qui vim adhibuerit, ab eo, cui vis illata ſit, transferat, tantiſper dum leges valent: tamen, cùm ab aliquò potentiore oppreſſa libertas eſt, neque æquo iure inter ciueis viuitur, difficile eſt poſſeſſiones iniuſtas, legibus, & iure coërcere, veróſque dominos vi ſpoliatos, ac C de ſua poſſeſſione deiectos in integrum reſtituere. Iam verò ſi ea vis ab hoſte ſit illata, non dubium eſt, quin, quemadmodũ capita libera, quæ in hoſtium poteſtatem venerint, libertatẽ amittunt: ita & res à prioribus dominis bello ſubactis ac ſuperatis, ad victores transferantur. quartum genus eſt vltima voluntas, per quam dominium heredi, aut legatario quæritur. ad hunc locũ pertinent ea, quæ ſunt Satyr. 2. lib. 2. *Nam propriæ telluris herum natura neque illum, Nec me, nec quemquam ſtatuit. nos expulit ille: Illum aut nequities, aut vafri inſcitia iuris: Poſtremò expellet certè viuacior heres.* exſtat epigramma in libr. epigr. Græcorum, quod hanc dominiorum commutationem, rerúmque poſſeſſarum mobilitatem, ac volubilitatem elegantiſſimè exprimit: quod ſi aſcripſero, nihil fortaſſe videbor à meo munere alienum feciſſe. Ἀγρὸς D Ἀχαιμενίδου γενόμην ποτὲ νῦν δὲ Μενίππου, Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχειν μέ ποτ᾽ ᾤετο, καὶ πάλιν οὗτος Οἴεται, εἰμὶ δ᾽ ὅλως οὐδενὸς, ἀλλὰ τύχης, quos verſus ſic verti, *Fundus Achæmenidæ fueram olim, nũcque Menippi: Ex alióque alium transferar in dominum. Hic proprium nunc me eſſe putat: quondam ille putabat. Sed ſum fortunæ denique, non hominum.* Ad hunc locum pertinet, quod eſt in orat. pro Cornel. Balbo, *Prædiorum nullam eſſe gentem: emtionibus ea ſolere ſæpe ad alienos homines, ſæpè ad infimos, non legibus, tanquam tutelas, peruenire.* ſic Euripid. Phœniſſ. Οὔτοι τὰ χρήματ᾽ ἴδια κέκτηνται βροτοί. Τὰ τῶν θεῶν δ᾽ ἔχοντες, ἐπιμελούμεθα. Ὅταν χρῄζωσ᾽, αὐτὰ ἀφαιροῦνται πάλιν Ὁ δ᾽ ὄλβος, οὐ βέβαιος, ἀλλ᾽ ἐφήμερος, id eſt, Nequaquam proprias pecunias poſſident mortales: Sed bona deorum habentes, ea procuramus, & adminiſtramus: Et cum opus habent, ea repetunt, & adimunt. Diuitiæ porrò non ſunt ſtabiles, ſed diurnæ.

ET HERES HEREDEM ALT. VEL. VNDA S. V.] id eſt, & heres alterius heredi ſuccedit, vt vnda vndæ. heres heredem alterius ſtatim excipit, vt fluctus fluctum.

QVID VICI PROSVNT,] Gul. Canterus, vir doctus, putat legendum, *Quid vites proſunt, &c.* ſed reclamant codices omnes. quod tamen non me admodum moueret, niſi viderem lectionem receptam ferri poſſe. M. Tull. epiſtol. libr. 15. *Quòd ad me mea Terentia ſcribis, te vicum vendituram: quid, obſecro te, me miſerum, quid futurum eſt?*

SALTIBVS] ſaltus hoc loco campi eſt ſpatium, muro, ſeptum. Virg. Georg. 3. *Saltibus in vacuis paſcunt, & plena ſecundum Flumina.*

SI METIT ORCVS, &c.] id eſt, ſi claris & ignobilibus, ſi magnis & humilibus moriendum eſt? *metit*, aufert, delet, perimit: tralatio eſt. ſic ferè Euripides Phœniſſis locutus eſt, τὸν δ᾽ ἀναγκαίως ἔχει Βίον θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν: quem locum ſic vertit Cic. Tuſcul. quæſt. libr. 3. *cum vita omnibus Metenda, vt fruges: ſic iubet neceſſitas.* Itaque Græci poëtæ θάνατον appellant ὁμοῖιον, id eſt, ad omneis, & omnia ſimiliter cun- C tem.

NON EXORABILIS AVRO] ſic ſuprà Od. 18. lib. 2. *nec ſatelles Orci Callidum Promethea Reuexit auro captus.* & Od. 3. eiuſd. libr. *Victima nil miſerantis Orci.* Virgil. Georg. 4. *Neſciáque humanis precibus manſueſcere corda.* Orcum autẽ ab antiquis Vrgum eſſe appellatum, quòd is Deus nos maximè vrgueat, dicebat Verrius, vt refert Feſtus. Eundem etiam Summanum dicebant, quaſi manium Deum ſub terra regnantem: qui quia omnia metit, & rapit, iccircò Plautus in Curculione verbum ſummanare à ſe factum vſurpauit pro auidè rapere, & tollere. Sic Plautus. *Quia veſtimẽta vbi obdormiunt ebrii, ſummano, ob eam rem me omnes ſummanum vocant.*

TYRRHENA SIGILLA] parua ſigna ex Etruria.

GETVLO MVRICE] Pomp. Mela, *Nigritarum, Getulorúmque paſſim vagantium ne littora quidẽ* D *infæcunda ſunt purpura, & murice efficaciſſimis ad tingendum: & vbique, quæ tinxere, clariſſima.* Horatius ſup. Od. 12. epod. *Muricibus Tyriis iterata vellera lanæ Cui properabantur?*

CVR ALTER FRATRVM, &c.] Primũ indicat, ita diſſimilia eſſe hominum ingenia, vt ex duobus geminis fratribus alter ſit ignauus, iners, ſumtuoſus, & voluptarius: alter ad rem attẽtus, parcus, induſtrius, & in labore perferendo aſſiduus, ac pertinax: deinde huius varietatis cauſam Genio aſſignat: vel certè ſe non admodum laborare vt ſciat, ſignificat. ſic autem verbo *ceſſandi* vſus eſt epiſt. ad Mæcen. 2. lib. 1. *Et properare loco, & ceſſare, & quærere, & vti.*

A VNCVI] id eſt, vngi. ſic autem reperi ſcriptũ in XI. cod. antiquis. ſcribebant enim ſic ferè hoc verbum veteres. Lucret. lib. 4. *poſteiſque ſuperbos Vnguit amaracino*. Cic. ad Attic. lib. 9. *Nam vt tibi ambulandum, vnguendum: ſic mihi dormiendum.*

PALMETIS PINGVIBVS] palmetum, locus palmis conſitus, quemadmodũ myrtetum, myrtis: quercetum, quercubus: ſalictum, ſeu ſalicetum, ſalicibus, &c. fuit autẽ hic Herodes rex Syriæ, vbi magna palmarum copia eſt. ſententia huius loci hæc eſt: ſcit Genius quid ſit, quamobrem alter ex fratribus malit ceſſare, id eſt, nihil agere, & feriari, animo obſequi, & vnguentis nitẽre, quàm omnia Syriæ palmeta poſſidere.

B ALTER DIVES] Herodes, ceſſatoris illius, & luxurioſi frater.

IMPORTVNVS] qui numquam cõquieſcit: qui nullum intermittit tempus, quin rei augendę ſtudeat: in ſuo negotio gerendo pertinax.

SILVESTREM FLAMMIS, ET FERRO M. AGR.] agrum incultum, ac ſterilem, fruticibus, & arboribus infelicibus partim ſuccisis, partim incenſis, fertilem reddat. Virgil. quoque igneis ad agrorum culturã pertinere docet Georgic. 1. *Sæpe etiam ſterileis incendere profuit agros, Atque leuem ſtipulam crepitantibus vrere flammis.* Idem, ſeu quis alius auctor Ætnæ. *Torquentur flamma terra, ferróque domantur.* Nonnulli libri veteres habẽt *aruum.*

C ET FERRO] ſecuri, qua ſuccidantur arbores, ſeu potiùs vomere, quo ager ſubigatur, atque aretur.

MITIGET] domet, mitem efficiat, qui erat ferus, & ſiluestris.

GENIVS] Feſtus Pompeius ſcribit, *Genium appellatum eſſe Deum, qui vim rerum genendarum, ſeu gignendarum obtineret*: (ſic enim cenſeo legendum apud Feſt.) Aufuſtius item (vt ille refert) ait *Genium deorum eſſe filium, hominum parentem, nempe ex quo homines gignũtur.* Pindarus Olympiad. εἰδ´ ιλ. videtur enim δαίμονα γενέθλιον appellare, quem Latini Genium nominant: qui quidem Socratis ac Platonis ſententia ſimul cum homine naſcitur, atque óccidit. Iam verò quis tam in litteris, hoſpes eſt, vt de Socratis dæmonio non audierit: quod eum ad agendum impelleret numquam: ab eo autem, quod agere cogitabat, ſæpè reuocaret? D Soſipater libr. 1. ſic definit Genium, *Genius* ἡ τύχη ἑκάςου: id eſt, fortuna cuiuſque. Poſtremò Menander ait ſuum cuique naſcenti Genium agnaſci, eundémque homini vſque ad extremum ſpiritum apparere, ac præſtò eſſe.

NATALE COMES Q. T. A.] qui comes nobis adiunctus aſtrum, quod nos naſcẽteis aſpicit, regit ac moderatur. Iccircò natali die colebatur, & Deus natalis appellabatur. Perſius. *Funde merum Genio.* Tibull. *At tu natalis quoniam Deus omnia ſentis, Annue.*

NATVRÆ DEVS HVMANÆ] ſic appellatur Genius. Quin etiam ſimpliciter *naturæ Deus*, non addita voce *humana*. Plautus Mænech. A *Nunc ipſo natura Deo, mihi reſponde, Adoleſcens.* dicitur & generis noſtri parens à Laberio, vt refert Nonius in voce *Genius.*

MORTALIS IN VNVM QVODQVE CAPVT] qui vno quoq; noſtrûm mortuo, moritur.

VVLTV MVTABILIS] varius, ac multiplex. videtur innuere, tantam in ſingulorum hominum moribus, & fortuna varietatem, ac mobilitatem ab ipſius Genij mutabilitate gigni. Plato quidem vocat hominẽ ζῶον εὐμετάβολον. vel hoc tantum dicit, ſuum cuique eſſe Genium aliis diſſimilem.

ALBVS, ET ATER] bonus, & malus: beniB gnus, ac malignus: commodus, & incommodus. Catull. in Cæſ. *Nec ſcire vtrùm ſis albus, an ater homo.* Talis erat Genius ille Bruti, cui ſeſe conſpiciendum obtulit paullò antequàm ſigna conferrentur, & infelix illud prœlium committeretur ad Philippos. Narrat enim Plutarchus, & item alij, cùm Brutus in attentiſſima cogitatione defixus eſſet, viſam ei eſſe ſpeciem quandam horribilis & inuſitati corporis, cubiculum, in quo cubabat ille, ingredi: quę cùm tacita ei aſtaret, Brutum quidem ex ea quærere auſum, quis eſſet homo, aut quis Deus: quid veniſſet, & quid ſibi vellet: illam verò reſpondiſſe, ego ſum, Brute, tuus malus Genius: me autem hodie videbis ad Philippos: Brutum autem non perturbatum ei retuliſſe, videbo. Ita ſuum quiſque bonum habet Genium, C & malum.

VTAR, ET EX M.] ſemper vſum bonorum partorum commendat Horat. nimiam autẽ parſimoniam reprehẽdit, exagitat, ac deteſtatur Sat. 3. lib. 2. *Si quis emat citharas, emtas comportet in vnum Nec ſtudio citharæ, nec Muſæ deditus vlli, &c.* adde verſus aliquot, qui deinceps ſequuntur.

TOLLAM] ſumam, vt Sat. 1. lib. 1. *at ſuaue eſt ex magno tollere aceruo*: & item ſæpè alibi.

QVID DE ME IVD. HER.] epiſt. ad Torqu. lib. 1. *Parcus ob heredis curam, nimiumque ſeuerus Aſſidet inſano.*

QVÒD NON PLVRA D. INV.] id eſt, quòd rem acceptam nõ auxerim: vel, vt alij, quòd plura non ſit cõſecutus heres ex hereditate, quàm in me viuum contulerit, dum me muneribus caD ptat: à quibus diſſentio: malímque intelligere data, ea, quæ dedit Mæcenas, & alij amici potentiores, ſi qui alij fuerant. Neque verò abſurdum fortaſſe fuerit, ſi eundem Mæcenatem, Horatij heredem intelligamus, vt augurerur Horatius ſe ante Mæcenatem moriturum, atque hoc pacto Mæcenatem ſibi heredem futurum, à quo quicquid habeat, acceperit. Nam fundũ & larem paternum amiſerat propterea quòd parteis Brutinas ſecutus erat: vt ait ſuprà hac epiſt. *Decisis humilem pennis, inopémque paterni, Et laris & fundi.* A Mæcenate autem locupletem ſe eſſe factum teſtatur ipſe ac declarat multis locis. vt epiſt. 7. lib. 1. *Non quo more piris veſci Calaber iubet hoſpes, Tu me feciſti locupletem.* & Od. 1. epod. *Satis ſupérque me benignitas*

Digitized by Google

nignitas tua Ditauit, &c. eodem fortaſſe pertinet A illud epiſt. 6. lib. 1. *& amici dona Quiritu.* [Quòd igitur dicit Horatius *plura datis*, eo ſignificat, ea omnia, quæ habeat, ſibi eſſe data, non à patre relicta: non quòd à patre nihil acceperit, ſed quòd à patre accepta, belli ciuilis calamitate, Bruto & Caſſio deuictis, quos ſecutus erat, amiſerit. *datis* autem ſubintellige, à Mæcenate. *datis* enim dixit vt intelligamus contrarium ab eo negari, nempè his verbis, *non à patre relictis.* nam niſi paternum fundum amiſiſſet, dixiſſet, *quòd non plura relictis inueneris*, aut tale quiddam, quemadmodum ſcilicet lex carminis tuliſſet.]

Et tamen idem Scire vol.] & tamen ego idem, qui parſimoniam nimiam tantopere inſector, & vſum ſuadeo, quæram quid in- B terſit inter eum, qui hilariter, & iucundè viuat, & eum, qui ſua bona diſſipet, ac profundat: quid item interſit inter parcum, & auarum. ſic Satyr. 2. lib. 2. *Sordibus à tenui victu diſtabit, O fello iudice. nam fruſtrà vitium vitaueris illud, Si te alio prauum detorſeris.* & Sat. 1. lib. 1. *non ego, auarum Cum vete te fieri, vappam iubeo, ac nebulonem. Eſt inter Tanaim quiddam, ſocerúmque Viſelli.*

Distat enim, &c.] id eſt, intereſt vtrùm tua perdas, ac profundas luxurioſorum, ac nepotum in morem, an libenter ſumtum facias, neq; te quærendi ſtudio excrucies, ſed potiùs, dum licet, iucundè viuas.

Ac potivs, pver, &c.] pendent hæc è ſuperioribus. ſignificat autem Horatius à ſimili, C quemadmodum pueri diebus feſtis toto eo tempore, quod eis datur ad animorum remiſſionem, & oblectationem, raptim fruuntur, ſcientes, diebus profeſtis ſibi ad penſum priſtinum, vſitatúmque ſtudium, ac laborem eſſe reuertendum: ita & homines debere, dum per ætatem licet, & dum vita ſuppetit, quæ breuiſſimis terminis continetur, animi tranquillitati, & hilaritati operam dare. ſic ſup. Od. 9. libr. 1. *Donec virenti canities abeſt Moroſa.*

Festis Qvinqvatribvs] Quinquatrus dies, erant quinque feſti Mineruæ: qualia apud Græcos παναθηναῖα. Appellabantur autem Quinquatrus, non Quinquatria. M. Tull. M. Cœlio lib. 2. epiſt. *ſollicitus equidem eram de rebus* D *vrbanis: ita tumultuoſæ contiones, ita moleſtæ Quinquatrus afferebantur.*

Olim] interdum, ποτὲ, vt ſæpè aliàs.

Exigvo, gratóqve fr.] ſic Lucret. lib. 3. *breuis eſt hic fructus homillis: Iam fuerit, neque poſt vmbram reuocare licebit.*

Raptim] ſic ſuprà Od. 13. lib. epod. *rapiamus amici Occaſionem de die.* raptim valet celeriter, & quaſi rapiendo. vtitur Lucret. non ſemel, lib. 3. *& raptim pleni petit æquora campi.*

Pavperies imm. dom.] alij ſic interpretantur: pauperies domus, immũda, id eſt, paupertas domus inelegans, ac ſordida longè abſit à me: vt *domus* ſit patrij caſus: alij legunt ἀσυνδέτως, *pauperies, immunda domus*, vt domus ſit recti

A caſus: alij legunt *domus*, & coniunctim legunt, *Pauperies immunda.* quod poſtremum non probo.

Ego vtrvm Nave ferar, &c.] id eſt, ſiue magna, ſiue parua naue ferar, &c. Nam hoc loco *vtrùm*, & *an* non interrogant: quod eſt admodum rarum, ac nouum, niſi quis hoc modo malit hunc verſum explicare, *ego vtrum Naue ferar magna, an parua* (ſubintellige, nihil réfert) *ferar vnus, & idem.*

Non agim. tvm. velis aqv. s. &c.] ἀλληγορία eſt: cuius hæc eſt ſententia: non ſumus admodum fortunati, nec opulenti: non tamen valde inopes, aut pauperes, aut miſeri ſumus.

Specie] σχήματι, id eſt, perſona, & décore B quodam externo, vt epiſt. ad Numic. lib. 1. *Si fortunatum ſpecies, & gratia præſtat, &c.* M. Tull. li. 1. epiſt. ad Qu. Fratr. *tamen ſpecies ipſa tam gratioſi liberti, aut ſerui, dignitatem habere nullam poteſt.* vide, quæ annotauimus ad illum locum, *Si fortunatum ſpecies, &c.*

Loco, re] gradu, & pecunia, ſeu copiis rei familiaris.

Non es avarvs] innuit, eum, qui beatè viuere cupiat, ab omni animi perturbatione vacuum, ac liberum eſſe oportere: neque ſatis eſſe, ſi vno vitio careat: ſed ei operam dandam eſſe, ſi ſanus viuere velit, vt omneis animi morbos radicitus euellat.

Qvid? cetera iam simvl] ſic ha- C bent libri omnes veteres, longè (opinor) concinnius, & venuſtius, quàm vulgati, *num ſimul iſto, &c.*

Caret tibi pectvs] id eſt, tibi-ne animus ambitione vacuus & ſolutus eſt? pectus pro animo poſuit, quia pectus animi ſedes eſt, vt alibi notauimus. ſic ſuprà epiſtol. ad Auguſt. *Mox etiam pectus præceptis formas amicis.*

Inani Ambitione] Satyr. 6. lib. 1. *Vita ſolutorum miſera ambitione, grauique.* Satyr. 3. lib. 2. *quiſquis Ambitione mala, aut argenti pallet amore, &c.*

Sagas] ſagæ mulieres, à ſagiendo, quod eſt acutè ſentire, ſunt appellatæ, inquit M. Tull. vt annotauimus ſuprà ad Od. 27. lib. 1. *Quæ ſaga, quis* D *te ſoluere Theſſalis Magus venenis, quis poterit Deus?*

Noctvrnos Lemvres] nocturnas animarum ſpecies falſas. *Lemures, laruæ nocturnæ, & terrificationes imaginum & beſtiarum.* Varro de vita popul. Rom. *Quibus temporibus in ſacris fabam iactant noctu, ac dicunt ſe lemures domo extra ianuam eiicere.* ex Nonio. Soſipater autem lib. 1. Lemures (inquit) νυκτερινοὶ δαίμονες, id eſt, nocturni dæmones.

Portentáqve Thessala] τέρατα, θαύματα, miracula rerum, quæ edunt Theſſali carminibus, & venenis.

Nataleis gratè nvmeras?] id eſt, tui generis auctores, & incunabula tua libenter commemoras? multos enim ſuorum parentum, & ſui generis pudet, ac pœnitet. alij per na-

taleis, annos, & ætatem duntaxat ſignificari volunt. Iam quia annorum multitudo propinquitatem mortis denuntiat, pleróſque pudet de annis ſuis confiteri. *natalem* autem ſubintellige *diem*. Vel dic *natalem* integrum eſſe, vt vult Seruius: qui ita ſcribit ad illum Virgilij verſum, Palæm. *Phyllida mitte mihi, meus eſt natalis, Iola: Sanè cum apud maiores natalis plenum fuerit, poſteritas natalis dies dicere cœpit. Nam cum Horatius dixerit*, Nataleis gratè numeras: Iuuenalis ait, *Natali, Coruine, die mihi dulcior hæc lux.*

SPINIS DE PLVRIBVS] per ſpinas, ægritudines, angores, vitia denique animorum ſignificantur, vt ſup. epiſt. ad Villicum lib. 1. *Certemus ſpinas animóne ego fortius, an tu Euellas agro.*

DECEDE P.] decede de loco, & de via, ſeu de ſtatione vitæ: da locum melioribus. ſup. Od. 6. lib. 2. *vbi non Hymetto Mella decedunt*. ſuccedere, & decedere inter ſe opponuntur. dicimus enim, decedere de prouincia, de vita.

TEMPVS ABIRE TIBI EST, NE P. L.] ſic Lucret. lib. 3. *Nunc aliena tua tamen ætate omnia mitte, Æquo animo, agedum, iam aliis concede: neceſſe eſt.* Sed panci ſunt, qui tanquam conuiuæ ſaturi, decedant de vita, vt ait Satyr. 1. lib. 1. in extrem. atqui nihil eſt tam ſecundum naturam, quàm homini ſeni, emori.

LVSISTI SATIS] diu operam rebus amatoriis & venereis dediſti, ἱκανῶς ἠφροδίσιασας. hæc enim vis eſt huius verbi interdum, vt ſuprà diximus ad illum locum, *Nec luſiſſe pudet, ſed non incidere ludum.* Sæpenumerò autem hæc tria coniungi ſolent, eſſe, bibere, ludere. Liuius Andron. *Adfatim edi, bibi, luſi.* Epigramma Sardanapali apud Athen. lib. 12. ἐγὼ δ' ἐβασίλευσα, χαὶ ἄχρις ἑώρων τοῦ ἡλίου φάος, ἔπιον, ἔφαγον, ἠφροδίσιασα, id eſt, ego regnaui, & quamdiu ſolis lumen aſpexi, edi, bibi, rebus venereis vſus ſum, & cet. Plautus Milite glor. *Es, bibe, atque animo obſequere mecum, atque onera te hilaritudine.* Idem Pſeudolo. *qui ſe, ſuámque ætatem bene curant: Edunt, bibunt ſcortantur.*

LASCIVA DECENTIVS ÆTAS] adoleſcentia, vel iuuenta, quam magis decet delicias facere, & voluptatibus indulgere.

TVRNEBVS.

Ex lib. 21. cap. 8. In hoc ſermone, *-- metuens pendentis habenæ*, non tam eſt metuens lora, quibus cædi ſerui ſolebant, (quamquam ſic accipi poteſt) quàm metuens vincula quibus ad trabem adligati ſerui cædi pendentes ſolebant more Romano, vt ab Acrone dicitur: cuius conſuetudinis multa ſunt in Plauto impreſſa veſtigia.

Illud quidem Terentij Eunuch. act. 5. ſc. 7. ſic id declarat, vt dubitari non poſſit: *Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum Nobilitas flagitiis.*

Miram quandam medicinam facit Horatius, qui homines inſanos malo veneno purget, cùm A ſcribit, *Quæ poterunt vmquam ſatis expurgare cicutæ?* Conſtat enim in medicamentis lethalibus cicutam numerari, non ſalutaribus, cum frigore perimat. Nam quod Perſius ſcripſit Satyr. 5.

-- quam non extinxerit vrna cicutæ, ad eius frigus retulit. Aut igitur cicutas pro herbis medicatis purgantibúſque poſuit, in quibus omnibus viroſus quidam ineſt ſuccus malo medicamento proximus, vt & medici vltrò fatentur: vt viciſſim etiam ipſum helleborum Plinius lib. 10. cap. 23. venenum vocat, de coturnicibus ſcribens, *coturnicibus veneni ſemen cibus gratiſſimus.* Aut cicutas dixit reſpiciens ad ferulaceos & cicutis ſimiles hellebori caules, vt ex caulium hellebori cicutis, helleborum cicutas ab eo appellatum cre- B damus: vt & poëta Maro Eclog. 2. cicutas appellauit fiſtulæ ſeptemplicis cera compactas cannas. Sed & *-- anticyras melior ſorbere meracas*, multo incredibilius & inopinatius Perſius dixit, Satyr. 4. inſulæ nomen helleboro tribuens, quod tamen Græcorum feciſſe exemplo poteſt videri, qui Seſamoides, quod & helleborus albus vocabatur: ἀντιχύριχον appellabant, vt eſt apud Heſychium & Dioſcoridem, li. 4. cap. 135. Veriſimilius omnino ſit eum ſermone Satyrico & iocoſo, cui aſſueuit, vſum eſſe, & ad medicamentorum infamiam helleborum cicutam vocaſſe, vt venenum: aut venenatam ſpeciem pro ſpecie medicata iocula riter & mordaciter poſuiſſe.

Non reperio vſquam, quod à Porphyrione C ſcriptum eſt, Bionem patrem Ariſtophanis poëtę fuiſſe, cum vno omnes ore Philippum eum appellent, nec Laërtius, qui decem eius nominis memorat, in eis Ariſtophanis patrem ponit. Veriſimilius eſt igitur vel de Bione Boryſthenita, vt Acron ſcribit, & ipſe exiſtimo, Horatium intellexiſſe, cuius libri melle & felle iocoſo conditi fuerant: de quo & à Cicerone ſcribitur lib. 3. Tuſculanarum diſputationum, *in quo facetum illud Bionis.* vel de Bione filio Æſchyli, quem & ipſum Tragicum fuiſſe Suidas refert. Nominat & Bionem tragicum ex eorum numero tragicorum, qui ſunt Tarſici dicti, Laërtius. Ego tamen veriorem Acronis crediderim ſententiam. Ac fortaſſe Bioneos ſermones dixit, oculos ad ſermonũ D ſuorum libros interim reflectens.

Ex lib. 7. cap. 19. Purgare eſt interdum inane & vacuum reddere, id eſt, purum: nam purus locus interdum dicitur, in quo nemo homo eſt, & qui nulla re occupatur, vt eleganter apud Flaccum emendauit politiſſimi & doctiſſimi iudicij vir, Dionyſius Lambinus:

-- verum
Puræ ſunt plateæ nihil vt meditantibus obſtet.

Ex lib. 11. cap. 26. Explicato verſu illo, qui eſt lib. 1. Carminum Oda 7. *Vndique decerptam f. p. p.* Similis eſt ferè inquit Adrianus, ratio & figura in illo primæ Odæ loco:

-- Me gelidum nemus
Nympharúmque leues cum Satyris chori
Secernunt populo. Significat enim è locis nemoroſis

roſis & ſolis, quibus delectantur poëtæ, ſe delectari poëtices ſtudio. Nam vt ad Florum ſcribit, A

Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit vrbes
Recte cliens Bacchi ſomno gaudentis & vmbra.

Ex lib. 21. cap. 8. *Carmina*, autem, *compono* de ſe Horatius dicit, atque odas & Melicos verſus ſignificat: vnde & mox ſubiicit, *Diſcedo Alcæus puncto illius* Alcæum eum lyricum potiſſimum ſibi ad imitandum Horatius propoſuerat.

Audebit quæcunque parum ſplendoris habebunt, Valet illud *audebit*, in animum inducet, volet, ſuſtinebit: vt apod Maronem, *Aude hoſpes contemnere opes*: later ramen eriam neſcio quis facinoris auſus. Verſari enim *adhuc intra penetralia Veſta* verba dicit, velut in tuto conſtituta & inſpoliatn aſylo, vt attingi non debeaot, nec lædi, loci ſan- B ctitate & religione defenſa. Nam è templo & penetrali Veſtæ nefas erar extrahi, vt reor, ac ne eò ingredi quidem licebat, præterquam Pontifici & Veſtalibus: ſed & ſupplices, ad quos potiſſimum adluſit, ad Veſtam priuatam & focum ſedebant, quod teligioſiſſimum & ſanctiſſimum ſupplicandi genus erat. Thucydides de Themiſtocle ſupplice, τὸν παῖδα σφῶν λαβὼν καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν. Lego apud Lucretium lib. 2. *Nam tibi Vementer*, vt apud Flaccum *Vemens & liquidus, puróque ſimillimus* & quod ſi vehementer & vehemens legere vis, vocales duæ per Synecphoneſin in vnam coïbunt & coaleſcent. C

Ex lib. 10. cap. 3. Libro Columellæ 3. non ſolita frequentique ſignificatione *vehemens* in luxuriante exuberantéque ponitur, vt cùm ab eo ſcribitur, *Terræ denſæ vehementer multáque materia frondentem*, cap. 1. Nam ei opponit vitem rari ſarmenti. Iterum cap. 10. *Vnde etiam materiæ vehementiſſimæ repeтiuntur, aut in capite vitis, aut in crure vicino radicibus*. Hic vehementiſſimas materias dicit luxuriantes & maximas, in qoibus & prolixiſſima dixit eſſe flagella & productiſſima ſarmenta. Fortaſsè etiam non diſſimili notione & ſignificatu Horatius dixit de nitido elegantique vſu, *Vehemens & liquidus puróque ſimillimus amnis*, quòd ferax ſit & fœcundus in producendis rerum vocabulis, ſempérque aliquid adoehat, & vt amnis vehemens exundet. Nam quòd vehementem & liquidum dicit & purum, à fluuio tranſtulit ma- D gnum aquarum limpidarum agmen vehente: quod nonnulli ad poëtam commodiùs quàm ad vſum referri poſſe cenſent, quibus non aſſentior.

Ex lib. 21. cap. 8. *Nunc Satyrum, nunc agreſtem Cyclopa mouetur*. Inſolenter hoc penè dictum eſſet, niſi apud Græcos multæ eios generis paterent formulæ. Vt igitur illi κινεῖσθαι κίνησιν dicunt, Sic moueri Satyrum dixit, quod eſt, vt ita dicam motum Satyri & ſaltationem moueri & ſaltare. De Satyrorum ſaltatione dixit Maro, *Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibæus*.

Ex lib. 6. cap. 15. Nos ex noſtra inſcitia alios fingimns, & exiſtimamus, improbè fortaſsè: ſed profectò ea nobis cauſa eſt ſcribendi tralatitia multa: quæ quòd diu ignorauimus, aliis etiam multis ignota credimus: velut eſt illud quod apud Flaccum hic exponimus, quod vt dici ſolet, in ore eſt omni populo. *Sed vocat vſque ſuum, qua populus adſita certis.*

Limitibus vicina refugit Iurgia: Diu putauimus adſitam populum eſſe, in limite & confinio plãtatam iuxta vicini poſſeſſiones: cuius ſententiæ non me pœnitet aut piget. Quia tamen plus ſcriptoribos antiquis fidei habeo, quàm mihi ſentẽtiæ incipio diffidere meæ, ac labaſco paululum. Nam adſitam interpretatur Agretius, maritam, iuxta vitem ſatam. Eius verba proferam *inſita*, inquit, *eſt arbor, cui inciſæ, alienum germen includitur: adſita, cui incolumi aliquid quod ſuſtineat adiungitur.* locúmque Horatianum, quem protuli, nominat,

--quà populus adſita certis, *quippe*, inquit, *quæ vitibus maritatur*. Huius Grammatici ſententiam perſcribere volui, & facilè ſum paſſus me ignoraſſe videri, qood ille, cui plus videre in literis datum eſt, perſpexit: non tamen omnino quod credideram inſulſum inſcitúmque eſt. Legi & qui propoſitionis rationem non haberet, & adſitam pro ſata intelligeret. Apertius aotem multo Catullus in epithalam. Iull. & Mallis ſcripſit,

Lenta qui velut adſitas
Vitis implicat arbores.

Ex lib. 2. cap. 15. Obſeruaſſe video ab antiquis illis ſcriptoribus, Naturæ Deum appellari, non eum qui vniuerſæ naturæ, ac ſommæ rerum adminiſtrationem curámque gerit, quíque cœlo, mari, terræ præeſt: ſed qui naturam hominis cuiuſque aut hominem regit, fouet, tuetur, curat, ſeruat: eſtque qoidam hominis genius. Extat in Bacch. prologus non ille quidem à Plauto ſcriptus, qui tamen antiqoitatem olet, in quo genialis Deus Silenus, naturæ Deos dicitur: ſic. n. ſcribitur, *Naturæ Deus ſum Bromij alter maximus*. & apud M. Actium in Menæchmis. Sc. Benè obſonaui. *Nunc ipſi naturæ Deo mihi reſponde adoleſcens*. Expreſſius Horat.

Scit Genius natale comes, qui temperat aſtrum
Naturæ Deus humanæ, mortalis in vnum
Quodque caput.

LAMBINVS LECTORI.

SCIO, viros huiuſce ætatis doctiſſimos & ſcripſiſſe, & edidiſſe in hũc librum commentarios: quæ res me ſanè deterrere debebat, ne quid meorum ſcriptorum huc admiſcerem. Verùm, cùm initiò totum hunc poetam explicare conſtituiſſem, atque in eam curam aliquot iam annos incubuiſſem, cuius mei conſilij participes eſſent, & conſcij homines mihi amiciſſimi, iidémque eruditiſſimi: non exiſtimaui, mihi hanc laboris à me ſuſcepti partem, etiam ſi ab aliis eſſet occupata, prætermittere, aut deprecari licere, veritus ne nonnulli, ſi huius nominis ſolutionem aliis delegarem, neque totum hoc æs alienum egomet meis nummis diſſoluerem: hoc quicquid eſt, acerbius à me exigerent, mecúmque ſummo iure experirentur, & ex ſyngrapha agerent. Verumtamen eam moderationem in hac mei penſi parte perſoluenda adhibere inſtitui, vt vno tempore & iis ſatisfacerem, qui integram à me huius æris alieni diſſolutionem flagitarent, & eos non offenderem, qui hoc reliquum à locupletioribus exigere mallent: ſtatuíque mihi ingenuos, & candidos opifices imitandos eſſe, qui poſteaquam ad partem aliquam operis à ſe conducti, ac ſuſcepti difficilem peruenerunt, quam intelligant neque ſe ſatis cumulatè abſoluere poſſe, & alios ornatiùs, ac politiùs, quàm ſe, perfecturos eſſe, ad operis locatorem vltrò accedunt: denuntiant, atque ingenuè fatentur ſe in hac operis parte minùs ei ſatisfacere poſſe: docent, alios eſſe præſtantiores, non ſolum omnibus notos, verùm etiam nobileis, & claros, qui eam ſummo artificio elaborare, politiſſimáque arte perficere poſſint: demonſtant, eorum copiam eſſe paratam, atque in medio poſitam: ſuadent, vt iiſdem conditionibus, eadémque mercede, & impenſa, illorum opera vtatur potiùs, quàm ſua. Horum igitur exemplo humaniſſimos, optimóſque lectores, quibus me totum hoc penſum Horatianum debere non nego, oro, atque obſecro, vt me hanc de arte poetica ad Piſones epiſtolam ſtrictim attingere ſinant: hortor, vt integram, plenam, vberem, ac perpolitam eius explanationem à Franciſco Luiſino, Iacobo Griſolio, Achille Statio Luſitano, quem Romæ cognoui, aliíſque doctiſſimis viris, petant: ab illorum fontibus ſe quantumuis magnam ſitim expleturos eſſe confidát: meos riuulos vel prætereant, vel ita leuiter deguſtent, vt intelligant, eos non ſitientibus faucibus proluendis, ſed primoribus labris modicè duntaxat irrigandis eſſe comparatos. De inſcriptione autem huius libri, ſeu epiſtolæ ad Piſon. de arte poët. paucis tibi, lector, ſententiam quorundam doctorum noſtræ ætatis virorum, & meam aperiam. Illi igitur eam inter epiſtolas referendam, & ita inſcribendam cenſent, *ad Piſones*: nihil præterea: à quibus diſſentire difficile eſt. Nam, quin ad Piſones ſcripta ſit, quemadmodum aliæ ad Mæcenatem, aliæ ad Iulium Florum: vna, ad Auguſtum: aliæ, ad alios, negari id quidem non poteſt. Neque eſt, quòd quemquam vel longitudo, vel argumentũ moueat. De longitudine facilis reſponſio eſt. Epiſtola ad Auguſtum, epiſtola ad Iulium Florum lib. 2. longæ ſunt. Platonis, & M. Tull. epiſtolæ quædam ſunt longiſſimæ, quæ tamen non iccircò epiſtolarum nomen amittunt. De argumento, ſuo quæque epiſtola conſtat argumento: neque debent eſſe inanes epiſtolæ. Exempli cauſa, in prima epiſt. lib. 1. hortatur ad ſtudiũ philoſophiæ, eius vtilitatem demonſtrat, vulgi opinionem ſequi vetat. in ſecunda, arrepta ex Homero occaſione, philoſophiam quoque commẽdat: errare homines, qui multo maiorem corporis, & rerum externarum curam habeant, quàm animi: fruſtrà enim quæri cetera bona, eorúmque poſſeſſionem inutilem eſſe, niſi animus ſit omni perturbatione, & motu à ratione auerſo, tanquam morbo, vacuus, & purgatus. eam, quæ eſt ad Numicium, licet ita inſcribere, *De finibus bonorum*. epiſtola ad Fuſcum Ariſtium ita inſcribi poteſt, *De comparatione vitæ ruſticæ, & tranquillæ cum vita vrbana, & turbulenta*. epiſtola ad Auguſtum tota eſt de veteribus, & nouis poëtis. in ſecunda lib. 2. ad Iul. Florum primùm exponit, quamobrem olim ſeſe ad verſus ſcribendos contulerit: deinde ad extremum concludit ſatiùs eſſe omiſſo ſtudio poëtico, & relictis verſibus, ac nugis rectè viuendi diſciplinam colere, & perſequi. Poſſem eodem modo ſingulas epiſtolas percurrere, & quódnam ſit cuiuſque argumentum indicare, niſi vererer, ne alieno loco hæc videar inculcare. Sic igitur Horatius in hac ad Piſones epiſtola, cùm de omni poeſeos genere diſputat, tùm maximè de comœdia, & tragœdia vtiliſſima præcepta dat, non vt philoſophus, ſed vt poëta. Hæc me ratio adduxit, vt putem cum multis doctis, primùm hanc eſſe epiſtolam, deinde ſimpliciter ita eſſe inſcribendam *epiſtola ad Piſones*. Quòd ſi quis volet hæc addi, *de arte poëtica*, non reclamabo, modò idem facere licere in omnibus epiſtolis, fateatur. Ego interea tamen receptam conſuetudinem, vulgíque opinionem in eo ſecutus ſum, quòd hunc titulum *de arte poetica* retinui: in altero, quòd epiſtolam appellaui, doctorum ſententiam approbaui.

Q. HORATII FLACCI EPISTOLA DE ARTE Poëtica ad Piſones.

* HVmano capiti ceruicem pictor equinam
Iungere ſi velit, & varias inducere plumas,
Vndique collatis membris, vt turpiter atrum
Deſinat in piſcem mulier formoſa ſupernè:
Spectatum admiſſi riſum teneatis amici?
Credite Piſones, iſti tabulæ fore librum
Perſimilem, cuius, velut ægri ſomnia, vanæ
Fingentur ſpecies, vt nec pes, nec caput vni
Reddatur formæ. * pictoribus, atque poëtis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.
Scimus, & hanc veniam petimúſque, damúſque viciſſim
Sed non, vt placidis coëant immitia: non vt
Serpentes auibus geminentur, tigribus agni.
* Inceptis grauibus plerumque, & magna profeſſis
Purpureus, latè qui ſplendeat, vnus, & alter
Aſſuitur pannus, cùm lucus, & ara Dianæ,
Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros,
Aut flumen Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus.
Sed nunc non erat his locus: & fortaſſe * cupreſſum
Scis ſimulare. quid hoc, ſi fractis enatat exſpes
A Nauibus, ære dato qui pingitur? amphora cœpit
Inſtitui: currente rota cur vrceus exit?
Denique ſit quod vis, ſimplex duntaxat, & vnum.
Maxima pars vatum, pater, & iuuenes patre digni,
Decipimur ſpecie recti. breuis eſſe laboro?
Obſcurus fio. * ſectantem læuia, nerui
B Deficiunt, animíque: profeſſus grandia, turget,
Serpit humi tutus nimiùm, timidúſque procellæ.
Qui variare cupit rem prodigialiter vnam:
Delphinum ſiluis appingit, fluctibus aprum.
In vitium ducit culpæ fuga, ſi caret arte.
* Æmilium circa ludum faber * imus & vngueis
C Exprimet, & molleis imitabitur ære capillos:
Infelix operis ſumma, quia ponere totum
Neſciet. hunc ego me, ſi quid componere curem,
Non magis eſſe velim, quàm naſo viuere prauo,
Spectandum nigris oculis, nigróque capillo.
Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam
D Viribus. & verſate diu, quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri. cui lecta * potenter erit res,
Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo.
Ordinis hæc virtus erit, & Venus, aut ego fallor,
Vt iam nunc dicat iam nunc debentia dici:
Pleraque differat: & præſens in tempus omittat.

Hoc amet, hoc ſpernat promiſſi carminis auctor.
In verbis etiam tenuis, cautúſque ſerendis,
Dixeris egregiè, notum ſi callida verbum
Reddiderit iunctura nouum. ſi fortè neceſſe eſt
**Indiciis monſtrare recentibus abdita * rerum, &*
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis:
Continget, dabitúrque licentia ſumta pudenter.
Et noua, fictáque nuper habebunt verba fidem, ſi
Græco fonte cadent, parcè detorta. quid autem
*Cæcilio, Plautóque * dabit Romanus, ademtum*
Virgilio, Varióque? ego cur acquirere pauca,
Si poſſum, inuideor? cùm lingua Catonis, & EnnI
Sermonem patrium ditauerit, & noua rerum
Nomina protulerit? licuit, ſempérque licebit,
*Signatum præſente nota * producere nomen.*
Vt ſiluæ foliis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas:
Et iuuenum ritu florent modò nata, vigéntque.
*Debemur morti nos, noſtráque: * ſiue receptus*
Terra Neptunus claſſeis Aquilonibus arcet,
Regis opus: ſterilíſve diu palus, aptáque remis
Vicinas vrbeis alit, & graue ſentit aratrum:
Seu curſum mutauit iniquũ frugibus amnis
A *Doctus iter melius: mortalia facta peribunt:*
Nedum ſermonum ſtet honos, & gratia viuax.
Multa renaſcentur, quæ iam cecidere: cadéntque,
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet vſus:
Quem penes arbitrium eſt, & ius. & norma loquendi.
B *Res geſtæ. regúmque, ducúmque, & triſtia bella*
Quo ſcribi poſſent numero, monſtrauit Homerus.
** Verſibus impariter iunctis querimonia primùm,*
*Poſt etiam * incluſa eſt voti ſententia compos.*
Quis tamen exiguos elegos emiſerit auctor,
Grammatici certant: & adhuc ſub iudice lis eſt.
C *Archilochum proprio rabies armauit iambo.*
*Hunc * ſocci cepere pedem, grandéſque cothurni,*
Alternis aptum ſermonibus, & populareis
Vincentem ſtrepitus, & natum rebus agendis,
*Muſa dedit * fidibus diuos, pueróſque deorum,*
Et pugilem victorem, & equum certamine primùm,
D *Et iuuenum curas, & libera vina referre.*
Deſcriptas ſeruare vices, operúmque colores,
Cur ego, ſi nequeo, ignoróque, poëta ſalutor?
Cur neſcire pudens prauè, quàm diſcere malo?
Verſibus exponi tragicis res comica non vult:
Indignatur item priuatis. ac propè ſocco

Digitized by Google

Dignis carminibus narrari cena Thyeſtæ.
Singula quæque locum teneant ſortita decenter.
Interdum tamen & vocem comœdia tollit:
Iratúſque Chremes tumido delitigat ore.
Et tragicus plerumque dolet ſermone pedeſtri.
Telephus, & Peleus, cùm pauper, & exſul vterque,
** Proiicit ampullas, & ſeſquipedalia verba,*
Si curat cor ſpectantis tetigiſſe querela.
Non ſatis eſt pulchra eſſe poëmata: dulcia ſunto:
Et quocumque volent, animum auditoris agunto,
Vt ridentibus arrident: ita flentibus aſſunt
Humani vultus. ſi vis me flere: dolendum eſt
Primùm ipſi tibi: tunc tua me infortunia lædent,
Telephe, vel Peleu. malè ſi mandata loquêris,
Aut dormitabo, aut ridebo. triſtia mæſtum
Vultum verba decent: iratum, plena minarum:
Ludentem, laſciua: ſeuerum, ſeria dictu.
** Format enim natura prius nos intus ad omnem*
Fortunarum habitum: iuuat, aut impellit ad iram:
Aut ad humum mærore graui deducit, & angit:
Pòſt effert animi motus interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunis abſona dicta:
Romani tollent equites, peditéſque cachinnum.

A *Intererit multùm * Dauúſne loquatur, Eróſne:*
Maturúſne ſenex, an adhuc florente iuuenta
Feruidus, an matrona potens, an ſedula nutrix:
Mercatórne vagus, cultórne virentis agelli:
Colchus, an Aſſyrius: Thebis nutritus, an Argis.
B *Aut famam ſequere: aut ſibi conuenientia finge*
Scriptor. honoratum ſi fortè reponis Achillem
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
Iura neget ſibi nata: nihil non arroget armis.
Sit Medéa ferox, inuictáque: flebilis Ino:
Perfidus Ixion: Io vaga: triſtis Oreſtes.
Si quid inexpertum ſcenæ committis, & audes
C *Perſonam formare nouam: ſeruetur ad imum,*
Qualis ab incepto proceſſerit: & ſibi conſtet.
*Difficile eſt propriè * communia dicere: túque*
Rectiùs Iliacum carmen deducis in actus,
Quàm ſi proferres ignota, indictáque primus.
D *Publica materies priuati iuris erit. ſi*
Nec circa vilem, patulúmque moraberis orbem
*Nec verbum verbo curabis reddere * fidus*
Interpres: nec deſilies imitator in arctum,
*Vnde pede * referre pudor vetet, aut operis lex:*
Nec ſic incipies, vt ſcriptor cyclicus olim,
Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.

Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?
Parturient montes: naſcetur ridiculus mus.
Quanto rectius hic, qui nil molitur ineptè?
Dic mihi Muſa virum, captæ poſt tempora Troiæ,
Qui mores hominum multorum vidit, & vrbeis.
Non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem
Cogitat, vt ſpecioſa dehinc miracula promat,
Antiphatem, Scyllámque, & cum Cyclope Charybdin.
Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
*Nec gemino bellum Troianum orditur ab * ouo.*
Semper ad euentum feſtinat: & in medias res
Non ſecus, ac notas, auditorem rapit: & quæ
Deſperat tractata niteſcere poſſe, relinquit.
Atque ita mentitur: ſic veris falſa remiſcet,
Primo ne medium, medio ne diſcrepet imum.
Tu quid ego, & populus mecum deſideret, audi.
Si plauſoris eges aulæa manentis, & vſque
Seſſuri, donec cantor, vos plaudite, dicat:
Ætatis cuiuſque notandi ſunt tibi mores:
Mobilibúſque decor naturis dandus, & annis.
Reddere qui voces iam ſcit puer, & pede certo
Signat humum: geſtit paribus colludere, & iram

A *Colligit, ac ponit temerè: & mutatur in horas.*
Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto,
Gaudet equis, canibúſque, & aprici gramine campi:
Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper,
Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris,
** Sublimis, cupidúſque, & amata relinquere pernix.*
Conuerſis ſtudiis, ætas, animúſque virilis
*Quærit opes, & amicitias: * inſeruit honori:*
B *Commiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret.*
Multa ſenem circumueniunt incommoda: vel quòd
Quærit, & inuentis miſer abſtinet, ac timet vti:
Vel quòd res omneis timidè, gelidéque miniſtrat,
*Dilator, ſpe longus, iners, * auidúſque futuri,*
C *Difficilis, querulus, laudator temporis acti*
Se puero: cenſor, caſtigatórque minorum.
Multa ferunt anni venientes commoda ſecum:
Multa recedentes adimunt: ne fortè ſeniles
Mandentur iuueni partes, pueróque viriles:
*Semper in adiunctis, æuóque * morabimur aptis.*
Aut agitur res in ſcenis, aut acta refertur.
D *Segnius irritant animos dimiſſa per aurem,*
Quàm, quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus: & quæ
Ipſe ſibi tradit ſpectator. non tamen intus
Digna geri, promes in ſcenam: multáque tolles
Ex oculis, quæ mox narret facundia præſens.

Nec

Nec pueros coram populo Medéa trucidet: A
Aut humana palàm coquat exta nefarius Atreus:
Aut in auem Procne vertatur: Cadmus in anguem.
Quodcumque oſtendis mihi ſic, incredulus odi.
Néve minor, neu ſit quinto productior actu
Fabula, quæ poſci vult, & ſpectata reponi. B
Nec Deus interſit, niſi dignus vindice nodus*
Inciderit: nec quarta loqui perſona laboret.
Actoris parteis chorus, officiúmque virile
Defendat: neu quid medios intercinat actus,
Quod non propoſito conducat, & hæreat aptè.
Ille bonis faueátque, & conſilietur amicè:* C
Et regat iratos: & amet peccare timenteis.
Ille dapes laudet menſæ breuis: ille ſalubrem
Iuſtitiam, legéſque, & apertis otia portis.
Ille tegat commiſſa: deóſque precetur, & oret,
Vt redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis.*
Tibia non, vt nunc, orichalco iuncta, tubæque* D
Æmula: ſed tenuis, ſimpléxque foramine pauco*
Aſpirare, & adeſſe choris erat vtilis, atque*
Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu.
Quò ſanè populus numerabilis, vtpote paruus
Et frugi, caſtuſq;, verecunduſq; coibat.
Poſtquàm cœpit agros extendere victor, & vrbem
Latior amplecti murus, vinóque diurno
Placari Genius feſtis impune diebus:
Acceſſit numeriſque, modíſque licentia maior.
Indoctus quid enim ſaperet, libérque laborum,
Ruſticus vrbano confuſus, turpis honeſto?
Sic priſcæ motúmque, & luxuriam addidit arti*
Tibicen: traxítque vagus per pulpita veſtem.
Sic etiam fidibus voces creuere ſeueris:*
Et tulit eloquium inſolitum facundia præceps.
Vtiliúmque ſagax rerum, & diuina futuri
Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis.
Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum,*
Mox etiam agreſteis ſatyros nudauit, & aſper*
Incolumi grauitate iocum tentauit, eò quòd
Illecebris erat, & grata nouitate morandus
Spectator, functúſque ſacris, & potus, & exlex.
Verùm ita riſores, ita commendare dicaceis
Conueniet ſatyros: ita vertere ſeria ludo:
Ne, quicumque Deus, quicumque adhibebitur heros,
Regali conſpectus in auro nuper, & oſtro,
* *Migret in obſcuras humili ſermone tabernas.*
Aut, dum vitat humum, nubeis, & inania captet.
Effutire leueis indigna tragœdia verſus:
Vt feſtis matrona moueri iuſſa diebus,

Intererit ſatyris paulùm pudibunda proteruis.
*Non ego inornata, & * dominantia nomina ſolùm,*
Verbáque, Piſones, ſatyrorum ſcriptor amabo:
Nec ſic enitar tragico differre colori,
Vt nihil interſit Dauúſne loquatur, & audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum:
An cuſtos, famulúſque Dei Silenus alumni.
Ex noto fictum carmen ſequar, vt ſibi quiuis
Speret idem: ſudet multum, fruſtráque laboret,
Auſus idem: tantum ſeries, iuncturáque pollet:
Tantùm de medio ſumtis accedit honoris.
Siluis deducti caueant, me iudice, Fauni,
Ne, velut innati triuiis, ac pæne forenſes,
Aut nimiùm teneris iuuenentur verſibus vmquam:
Aut immunda crepent, ignominioſáque dicta.
Offenduntur enim, quibus eſt equus, & pater, & res:
Nec, ſi quid fricti ciceris probat, & nucis emtor,
Æquis accipiunt animis, donántve corona.
Syllaba longa breui ſubiecta, vocatur Iambus,
*Percitus: vnde etiam * trimetris accreſcere iuſſit*
Nomen Iambeïs, cùm ſenos redderet ictus:
Primus ad extremum ſimilis ſibi. non ita pridem,
Tardior vt paullo, grauiórque veniret ad aureis,
Spondéos ſtabileis in iura paterna recepit

A *Commodus, & patiens: non vt de ſede ſecunda*
*Cederet, aut quarta * ſocialiter. hic & in AttI.*
Nobilibus trimetris appâret rarus, & EnnI.
*In * ſcenam miſſos magno cum pondere verſus,*
Aut operæ celeris nimiùm, curáque carentis,
B *Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.*
Non quiuis videt immodulata poëmata iudex:
Et data Romanis venia eſt indigna poëtis.
Iccircóne vager, ſcribámque licenter: an omneis
*Viſuros peccata putem mea tutus, & * extra*
Spem veniæ cautus? vitaui denique culpam:
C *Non laudem merui vos exemplaria Græca*
Nocturna verſate manu, verſate diurna.
At veſtri proaui Plautinos & numeros, &
Laudauere ſales, nimiùm patienter vtrumque,
Ne dicam ſtultè, mirari: ſi modò ego, & vos
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto:
D *Legitimúmque ſonum digitis callemus, & aure.*
Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ
Dicitur, & plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis:
Quæ canerent, ageréntque peruncti fæcibus ora.
Poſt hunc perſonæ, pallæque repertor honeſtæ
Æſchylus & modicis inſtrauit pulpita tignis:

Et docuit magnúmque loqui, nitíque cothurno.
Succeſſit vetus his comœdia, non ſine multa
Laude: ſed* in vitium libertas éxcidit, & vim
Dignam lege regi. * lex eſt accepta, chorúſque
Turpiter obticuit, ſublato iure nocendi
Nil intentatum noſtri liquere poëtæ:
Nec minimum meruere decus, veſtigia Græca
Auſi deſerere, & celebrare domeſtica facta:
Vel, qui prætextas, vel qui docuere togatas.
Nec virtute foret, clariſve potentius armis,
Quàm lingua, Latium, * ſi non offenderet vnum-
Quemque poëtarum limæ labor, & mora. vos ô
Pompilius ſanguis, carmen rrprehendite, quod non
Multa dies, & multa litura coërcuit atq;
* Præfectum, decies non caſtigauit, ad vnguem.
* Ingenium miſera quia fortunacius arte
Credit, & excludit ſanos Helicone poëtas
Democritus: bona pars non vngueis ponere curat,
Non barbam: ſecreta petit loca: balnea vitat.
Nanciſcetur enim pretium, noménque poëtę,
Si tribus Anticyris caput inſanabile nunquam
Tonſori Licino commiſerit. O ego læuus,
Qui purgo bilem ſub verni temporis horam.
Non alius faceret meliora poëmata: verùm

A * Nil tanti eſt. ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exſors ipſa ſecandi.
Munus, & officium, nil ſcribens ipſe, docebo:
Vnde parentur opes: quid alat, formétque poëtam:
Quid deceat, quid non: quò virtus, quò ferat error.
B Scribendi rectè, ſapere eſt & principium, & fons.
Rem tibi * Socraticæ poterunt oſtendere chartæ:
Verbáque prouiſam rem non inuita ſequentur.
Quid didicit, patriæ quid debeat, & quid amicis:
Quo ſit amore parens, quo frater amandus, & hoſpes:
Quod ſit conſcripti, quod iudicis officium: quæ
C Partes in bellum miſſi ducis: ille profectò
Reddere perſonæ ſcit conuenientia cuique.
Reſpicere exemplar vitæ, morúmque iubebo
Doctum imitatorem: & veras hinc ducere voces.
Interdum ſpecioſa * locis, moratáque rectè
Fabula, nullius Veneris, ſine * pondere, & arte,
D Valdius oblectat populum, meliúſque moratur,
Quàm verſus inopes rerum, * nugæq; canoræ.
Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Muſa loqui, præter laudem nullius auaris.
* Romani pueri longis rationibus eſſem
Diſcunt in parteis centum diducere dicat.
Filius Albini, ſi de quincunce remota eſt.

Vncia: quid ſuperat? poteras dixiſſe triens:
** eu,*
Rem poteris ſeruare tuam. redit vncia: quid
fit?
Semis. at hæc animos ærugo, & cura pe-
culI
Cùm ſemel imbuerit, ſperamus carmina
fingi
Poſſe linenda cedro, & leui ſeruanda cu-
preſſo?
Aut prodeſſe volunt, aut delectare poëtæ:
Aut ſimul & iucunda, & idonea dicere
vitæ.
Quicquid præcipies, eſto breuis: vt citò di-
cta
Percipiant animi dociles, teneántque fi-
deles.
Omne ſuperuacuum pleno de pectore ma-
nat.
Ficta voluptatis cauſa, ſint proxima ve-
ris.
Nec, quodcumque volet, poſcat ſibi fabula
credi:
Neu pranſæ Lamię viuum puerum extra-
hat aluo.
** Centuriæ ſeniorum agitant expertia fru-*
gis:
*Celſi prætereunt auſtra poëmata * Rham-*
nes.
Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile
dulci,
Lectorem delectando, paritérque monen-
do.
Hic meret æra liber Soſiis: hic & mare
tranſit,
Et longum noto ſcriptori prorogat æuum.
Sunt delicta tamen, quibus ignouiſſe veli-
mus.
Nam neque chorda ſonum reddit, quem
vult manus, & mens:
Poſcentíque grauem perſæpe remittit acu-
tum:

A *Nec ſemper feriet, quodcumque minabi-*
tur, arcus.
Verùm, vbi plura nitent in carmine, non
ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit:
Aut humana parum cauit natura. quid
ergo?
Vt ſcriptor ſi peccat idem librarius vſ-
que,
Quamuis eſt monitus, venia caret: & ci-
tharœdus
B *Ridetur chorda qui ſemper oberrat ea-*
dem:
Sic mihi, qui multum ceſſat, fit Cherilus
ille,
Quem bis, térque bonum, cum riſu miror:
& idem
*Indignor, * quandoque bonus dormitat*
Homerus.
Verùm opere in longo fas eſt obrepere ſom-
num.
C *Vt pictura, poëſis. erit, quæ ſi propius ſtes,*
Te capiat magis: & quædam, ſi longius ab-
ſtes.
Hæc amat obſcurum: volet hæc ſub luce
videri:
Iudicis argutum quæ non formidat acu-
men.
Hæc placuit ſemel: hæc decies repetita pla-
cebit.
O maior iuuenum, quamuis & voce pa-
terna
D *Fingeris ad rectum, & per te ſapis: hoc tibi*
dictum
*Tolle memor: certis * medium, & tolerabi-*
le rebus
Rectè concedi. & conſultus iuris, & actor
Cauſarum mediocris abeſt virtute diſerti
Meſſalæ: neſcit quantum Caſcellius Au-
lus:
Sed tamen in pretio eſt. mediocribus eſſe
poëtis

Non

Digitized by Google

*Non dI, non homines, non conceſſere * columnæ.*
Vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors,
Et craſſam vnguentum, & Sardo cum melle papauer,
Offendunt, poterat duci quia cena ſine iſtis:
Sic animis natum, inuentúmque poëma iuuandis,
Si paulum à ſummo diſceſſit, vergit ad imum.
Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis
Indoctúſque pilæ, diſcíve, trochíve quieſcit:
Ne ſpiſſæ riſum tollant impune coronæ.
Qui neſcit, verſus tamen audet fingere. quid ni?
*Liber, & ingenuus, præſertim * cenſus equeſtrem*
Summam nummoru n, vitióque remotus ab omni.
*Tu * nihil inuita dices, faciéſve Minerua:*
Id tibi iudicium eſt: ea mens. ſi quid tamen olim
Scripſeris, in MecI deſcendat iudicis aureis,
Et patris, & noſtras: nonúmque prematur in annum.
Membranis intus poſitis delere licebit,
*Quod non edideris: * neſcit vox miſſa reuerti.*
Silueſtreis homines ſacer, interpréſque deorum
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tigreis, rabidóſque leones.
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda
A *Ducere, quò vellet. fuit hæc ſapientia quondam:*
Publica priuatis ſecernere, ſacra profanis:
Concubitu prohibere vago: dare iura maritis:
Oppida moliri: leges incidere ligno.
Sic honor, & nomen diuinis vatibus, atque
Carminibus vênit. poſt hos inſignis Homerus,
B *Tyrtæúſque mares animos in Martia bella*
*Verſibus exacuit. * dictæ per carmina ſortes:*
Et vitæ monſtrata via eſt: & gratia regum
*Pieriis tentata modis: * ludúſque repertus,*
Et longum operum finis: ne forte pudori
Sit tibi Muſa lyræ ſollers, & cantor Apollo.
Natura fieret laudabile carmen, an arte,
C *Quæſitum eſt. ego nec ſtudium ſine diuite vena,*
Nec rude quid proſit, video, ingenium: alterius ſic
Altera poſcit opem res, & coniurat amicè.
Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa, tulit fecítque puer: ſudauit, & alſit:
D *Abſtinuit Venere, & * Vino. * qui Pythia cantat*
Tibicen, didicit priùs, extimuítque magiſtrum.
Nunc ſatis eſt dixiſſe, ego mira poëmata pango.
** Occupet extremum ſcabies. mihi turpe relinqui eſt:*
Et, quod non didici, ſanè neſcire fateri.
Vt præco, ad merceis turbam qui cogit emendas,

Aſſentatores iubet ad lucrum ire poëta,
Diues agris, diues poſitis in fænore nummis.
*Si verò eſt, * vnctum qui rectè ponere poſſit:*
Et ſpondere leui pro paupere, & eripere atris
Litibus implicitum: mirabor, ſi ſciet inter-
Noſcere mendacem, verúmque beatus amicum.
Tu ſeu donaris, ſeu quid donare voles cui:
Nolito ad verſus tibi factos ducere plenum
Lætitiæ clamabit enim pulchrè, bene, rectè:
*Palleſcet ſuper his: etiam * ſtillabit amicis*
Ex oculis rorem: ſaliet: tundet pede terram.
Vt, qui conducti plorant in funere, dicunt,
Et faciunt propè plura dolentibus ex animo: ſic
Deriſor vero plus laudatore mouetur.
*Reges dicuntur multis vrgere * culullis,*
Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborant,
An ſit amicitia dignus ſi carmina condes:
Numquam te fallant animi ſub vulpe latentes.
Quinctilio ſi quid recitares: corrige, ſodes,
*Hoc, aiebat, & hoc. melius te poſſe * negares,*
Bis, térque expertum fruſtra: delere iubebat:
*Et malè tornatos * incudi reddere verſus.*
Si defendere delictum, quàm vertere, malles:
*Nullum vltrà * verbum, aut operam * inſumebat inanem,*
Quin ſine riuali téque, & tua ſolus amares.
*Vir bonus, & prudens verſus reprehendet * inerteis:*
Culpabit duros: incomtis allinet atrum

A *Tranſuerſo calamo ſignum: ambitioſa recidet*
Ornamenta: parùm claris lucem dare coget:
Arguet ambiguè dictum: mutanda notabit:
Fiet Ariſtarchus: nec dicet, cur ego amicum
Offendam in nugis? hæ nugæ ſeria ducent
*In mala * deriſum ſemel, exceptúmque ſiniſtrè.*
B *Vt, * mala quem ſcabies, aut morbus regius vrget,*
*Aut fanaticus error, & iracunda * Diana:*
Veſanum tetigiſſe timent, fugiúntque poëtam,
Qui ſapiunt: agitant pueri, incautíque ſequuntur.
Hic, dum ſublimis verſus ructatur, & errat:
C *Si veluti merulis intentus décidit auceps*
*In puteum, foueámve: licet, ſuccurrite, * longum*
Clamet, io, ciues: non ſit, qui tollere curet.
Si curet quis opem ferre, & demittere funem.
Quî ſcis, an prudens huc ſe deiecerit? atque
Seruari nolit? dicam, Siculíque poëtæ
D *Narrabo interitum. Deus immortalis haberi*
Dum cupit Empedocles: ardentem frigidus Ætnam
Inſiluit. ſit ius, liceátque perire poëtis.
*Inuitum qui ſeruat, * idem facit occidenti.*
Nec ſemel hoc fecit: nec, ſi retractus erit, iam
*Fiet * homo, & ponet famoſæ mortis amorem.*

Nec

Nec ſatis appâret, cur verſus factitet vtrúm
*Minxerit * in patrios cineres: an triſte * bidental*
Mouerit inceſtus. certè furit: ac velut vrſus,
Obiectos caueæ valuit ſi frangere clatros,
Indoctum, doctúmque fugat recitator acerbus:
Quem verò arripuit, tenet, occîditque legendo,
*Non miſſura cutem, niſi plena cruoris * hirudo.*

HVMANO CAPITI CERVICEM] poëma, quod non conſtat ex conuenientibus, aptis, propriis, accommodatis partibus: ſed diſconuenientibus, alienis, diſparis formæ: æquè ridiculum eſt, vt hoc monſtrum, quod hîc ab Horatio deſcribitur. ſit igitur opus, quod inſtituis, vnum quoddam corpus, ſimplex, vnius formæ, ſibi cōſtans, & conueniens, & ſui ſimile: non multiplex, non diſpar, non inæquale, non diſconueniens. hoc præceptum pertinet ad argumentum C operis, quod μῦθον appellat Ariſtot.

VNDIQVE COLLATIS MEMBRIS] omnium animalium membris collatis, & corrogatis ad hoc monſtrum conſtituendum.

ATRVM] nigrum, deformem, horribilem. talia enim ferè nobis videntur quæ nigra ſunt. vt Oda 3. libr. 2. *& ſororum Fila trium patiatur atra.* & Oda 13. eiuſd. libr. *Demittit atras bellua centiceps Aures.*

SVPERNÈ] à ſuperiore parte. ſaty. 7. libr. 2. *peccátve Supernè.* & Od. 20. libr. 2. *& album mutor in alitem Supernè.*

VELVT ÆGRI SOMNIA] ſic habent omnes noſtri libri veteres: neque aliter vulgati. nā *ægris ſomnia*, quod quibuſdam placere videtur, mihi nullo modo probatur, neque ferri D poteſt.

VT NEC PES, NEC CAPVT VNI R.] id eſt, vt nullum corporis membrum ad vnam aliquam totius corporis formam referri poſſit: vel, vt nullum corporis membrum vni formę proportione reſpondeat.

PICTORIBVS, ATQVE POËTIS] opponet aliquis, idem licere poëtis, quod pictoribus.

ÆQVA] æqualis. Plato tamen libr. 4. de rep. negat. poëtis eſſe permittendum, vt dicant quicquid ſibi videatur, his verbis: οὐ δεῖ ἐπιτρέπειν τοῖς ποιηταῖς λέγειν ὅ, τι φίλον.

SCIMVS] reſpondet Horatius.

A COËANT] coniungantur. epiſt. ad Torqu. *vt coëat par, Iungatúrque pari.*

SERPENTES AVIBVS GEMIN. TIGR. AG.] fiant monſtroſa quædam animalia biformia, non ſpecie ſolùm, verùm etiam cogitatione horribilia: vt animal ex aue & ſerpente conflatum, & præterea alterum ex tigre, & agno.

INCEPTIS GRAVIBVS, &c.] docet, ea, quæ adhiberi ſolent ornandi cauſa, nihil ad id, quod agitur, pertinentia, vt longas degreſſiones à propoſito, & deſcriptiones ineptas, & quę Græci vocant ἐπεισόδια à re admodum aliena, eſſe fugienda.

CÙM LVCVLVS ET ARA D.] omnis B lucus, Dianę ſacer eſt, etiam ſi quis lucus ſingularis aliis interdum diis conſecretur.

FLVMEN RHENVM] ſic habent omnes ferè libri manuſcr. & item vulgati: niſi quòd in vno atque altero reperi *Rhenι*. ſic locutus eſt ſuprà Od. 4. libr. 4. *Metaurum flumen.*

FORTASSE CVPRESSVM SCIS SIMVLARE] fortaſſe (inquit Horatius) ſcis cupreſſum bellè admodum penicillo exprimere, id eſt, ornamenta inania, nihílque ad opus inſtitutum pertinentia, πάρεργα appellant Græci, vt deſcriptiones fluuiorum, ſiluarum, aliorúmq; locorum: quæ tam aliena ſunt à poëmate incepto, & ſuſcepto, quàm cupreſſus à naufragio, quem pictor aliquis depingendum ſuſcepit. quid tum, ſi tibi naufragium pingendum locatum eſt: aut ſi quid aliud pingendum ſuſcepiſti? quid cupreſſui cum naufragio? Aiunt prouerbium in eos conuenire, qui id, quod vnum ſciunt, fortaſſe non valdè magnum, quouis loco ineptè, atq; intempeſtiuè inculcant, ab illo imperito pictore natū, qui à naufrago conductus, vt in tabula naufragiū eius depingeret, quærebat ab eo, num cupreſſum appingi vellet. Sed videtur in eos potius quadrare, qui artis caput ignorant, leuia & minuta quædam, & rudimenta dumtaxat ſciunt: natum à rudi quodam pictore, qui vt in tabula naufragi imaginem pingeret, cōductus, nihil præter cupreſſum & ſimilia, quæ ab iis qui primùm artem pingendi diſcunt, pingi conſueuerunt, pingere potuit.

SI FRACT. ENAT. EXP. NAVIB. &c.] id eſt, ſi is, à quo mercedem accepiſti, vt abs te pingeretur, naufragus eſt?

EXSPES] ſine ſpe, naufragio videlicet facto omnium fortunarum ſuarum. Attius Medea: *exſul inter hoſteis, exſpes, deſertus, vagus.*

AMPHORA CŒPIT INSTITVI] vſitatiùs eſt bonis ſcriptoribus ita loqui *Amphora cœpta eſt inſtitui.* Accius, *Nam neque pretio, neque amicitia, neque vi impelli, neque prece quitus ſum.* Ex M. Tullio innumera exempla colligere licet. vtitur tamen & M. Tull. hoc genere libr. 14. epiſto. ad Terent. *ſi qua vis, aut ſi qua rapina fieri cœperint:* & iterum Horat. epiſt. ad Valam libr. 1. *vrbanus cœpit haberi.* amphora vas grande, & amplum, & qua-

dratu, quod capit ſextarios octo, & quadraginta: A vrceus verò longè minor, longéque alia forma, nempe rotunda. rotam autem intellige figularem Plaut. in Epidico, *Verſutior es, quàm rota figularis.* Tib. libr. 2, eleg. 3. *At tibi læta trahant Samia conuiuia teſtæ, Fictáque Cumana lubrica terra rota.* Horat. ſupr. Od. 10. libr. 3. *Ne currente retro funis eat rota.*

Cvrrente rota cvr vrc.] ſententia huius loci hæc eſt. poëma amplum, & grãde inſtitiniſti, ſeu incepiſti: cur progrediente operis ſcriptione, extrema non reſpondent primis, ſed ſunt multo humiliora, & minutiora?

Exit] id eſt, quaſi ex materia prodit, ſeu exſiſtit, ſeu exoritur? forma enim videtur in materia delireſcere: quæ manu artificis aperitur, elicitur, depromitur, & in lucem profertur, cùm B opus ab artifice ex materia perficitur atque abſoluitur.

Deniqve sit, qvod vis, simplex, &c.] Denique opus, ſeu poëma, quod inſtituis, non ſit multiplex, neque ex partibus diſſimilium formarum compoſitum: ſed ſimplex, & vnum corpus. non admodum diſſimile eſt, quod ſcribit Ariſt. in libello περὶ ποιητ. ἀνάγκη ἄρα τὸν καλῶς ἔχοντα μῦθον, ἁπλοῦν εἶναι μᾶλλον, ἢ διπλοῦν id eſt, neceſſe eſt fabulam benè habentem, ſimplicem eſſe potiùs, quàm duplicem.

Max. pars vatvm, &c.] hæc non eò pertinent, vt aliquid propriè de breuitate præcipiat C vt quidam exiſtimant, neque vt περὶ λέξεως, aut de verborum delectu, vt alij volunt: ſed vniuerſè docet, ſcriptorem acerrimi, ac limatiſſimi iudicij eſſe oportere, vt recta à prauis diſcernere queat, ne vitia in ſcribẽdo pro virtutibus ſequatur. obſcuræ enim ſunt, & tenues veri, & falſi notæ, vt non niſi oculatiſſimi eas internoſcere poſſint.

Specie recti] falſa, id eſt, quæ imitatur rectum, cùm à recto abſit plurimùm.

Brevis esse laboro, Obscvrvs fio] ſine dubio breuitatem orationis in re, & ſententia longa adhibere, obſcuritatem parit. videndum eſt igitur, vt orationis magnitudo ſententiæ ſubiectæ ſit æqualis, id eſt, vt tantùm ſit ver- D borum, quantum neceſſe eſt, quemadmodum ſcribit M. Tull. libr. de orat. ad Quin. Fratr. 2. quod præſtare difficile eſt. Verùm enim verò, vt ait Pindarus Pyth. εἰδ. θ. *magnæ virtutes, longam orationem deſiderant. ei autem, qui de re magna, & longa pauca verba facere velit, ſapiens auditor optandus, & quærendus eſt. ſed orationis opportunitas*, id eſt, ea oratio, quæ & breuis ſit, cum breuitate opus eſt, & longa, cum res, & tempus verborum multitudinem deſiderant, *proinde vt omnium rerum, præcipuã laudem meretur.* verba Pindari ſunt hæc, quibus tota de breuitate orationis quæſtio terminari, ac tranſigi poteſt. Ἀρεταὶ δ' ἀεὶ μεγάλαι πολύμυθοι. βαιὰ δ' ἐν μακροῖσι ποικίλλειν, ἀκοὰ σοφοῖς. ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως παντὸς ἔχει κορυφάν. (Cum his Horatianis congruunt illa Dionyſij A Halicarn. in vita Lyſiæ. Καὶ μὴν τό τε βραχέως ἐκφέρειν τὰ νοήματα μετὰ τοῦ σαφοῦς χαλεποῦ τοῦ πράγματος ὄντος φύσει τοῦ συναγαγεῖν ἄμφω ταῦτα, καὶ κεράσαι μετρίως, εἰ μάλιστα, οὐδενὸς ἧττον τῶν ἄλλων ἀποδείκνυται Λυσίας χρώμενος.)

Spectantem lævia nervi Deficivnt] id eſt, qui nimis politum, concinnum, cultum, & comptum orationis ſectatur genus, mollem, eneruatam, & (vt loquitur ille) elumbatam orationem efficit. læuia contraria ſunt aſperis, vt apud Græcos λεῖα τοῖς τραχέσι.

Deficivnt] deſtituunt, déſerunt. hæc enim vis eſt huius verbi cum acc. caſu coniuncti. M. Tull. ad Seruium Sulp. lib. 4. *quod ea me ſolatia* B *deficiunt, quæ ceteris ſimili in fortuna non defuerunt.* pro Cœlio, *dies iam me deficiet, ſi, quæ dici in eam ſententiam poſſunt, coner exprimere.* Lucret. lib. 5. *Poſt, vbi equum validæ vires ætate ſenecta, Membráque deficiunt fugienti languida vita.* Horat. ſat. 1. libr. 2. *cupidum pater optime, vires Deficiunt.* & ſaty. 1 libr. 1. *ne ſe penuria victus Deficeret, metuebat.* & Tibull. ad Meſſalam, *meritas ſi carmina laudes Deficiant.*

Professvs grandia tvrget] qui (vt ita dicam) grandiloquus videri vult, is nimis elatus, turgidus, atque inflatus euadit.

Serpit hvmi] nimis humilis eſt. ſic ſupra epiſto. 1. libr. 2. dixit, *ſermones repentes per humum.*

C Qvi vari. cvp. rem prodig.] qui narrationibus, & fabulis non veriſimilibus, & incredibilibus, id eſt, ἀπιθάνοις, opus, quod habet in manibus, ornare ſtudet, &c. variare eſt, quod Græci ποικίλλειν dicunt.

Prodigialiter] ſupra omnium hominum fidem.

Delph. silv. app. fl. ap.] hoc quidem abhorret à natura. nam delphini in vndis: apri in ſiluis viuunt. Eleganter igitur, & concinnè, vt multa Archilocus (quemadmodum refert Stobæus) oſtendens, nihil eſſe in hac vita tam incredibile, & præter ſpem, quod non ſit credibile, & ſperandum, ſic ait, Ἐκ δὲ τοῦ, οὐκ ἄπιστα πάντα, κἀνέλπιστα γίγνεται ἀνδράσι. μηδεὶς ἔθ' ὑμῶν εἰσορῶν θαυμαζέτω, Μηδ' ἵνα δελ- D φῖσι θῆρες ἀνταμείψωνται νομὸν ἐνάλιον, καί σφι θαλάσσης ἠχέεντα κύματα φίλτερ' ἠπείρου γένηται, τοῖσι δ' ἡδὺ ἦ ὄρος, id eſt, *hoc autem apparet, non omnia eſſe hominibus incredibilia, nec deſperanda. Nemo igitur veſtrûm poſthac, ſi quid nouum viderit, miretur, neque cùm feræ cum delphinorum paſcuis ſua commutarint, & illis marini fluctus terra continente fuerint gratiores: his montes, & ſiluæ placuerint.*

Æmilivm circa lvdvm] gladiatorium, à L. Æmilio Lepido nominatum.

Faber imvs] faber quidam, cuius taberna eſt omnium infima, & poſtrema. ſic loquitur ſup. epiſt. ad Lull. 2. libr. 1. *& imi Deriſor lecti*, eadem ſatione dixit *lanus ſummus ab imo* epiſt. 1. lib. 1. & ſaty. 2. libr. 2. *poſtquàm omnis res mea Ianum Ad medium*

dum fracta eſt. hic igitur faber particulas quaſdam A corporis ſatis ſcitè exprimere poterat: totũ corpus verò inſcitè, atque infeliciter fabricabatur. Cùm hoc confert eos ſcriptores, qui alicuius operis σύςασιν, id eſt, conſtitutionem, & ſummam conflare, aut abſoluere nequeunt, cùm in partibus minutiſſimis deſcribendis, atque ornandis ſint tolerabiles.

INFELIX OP. SVMMA] infelix in vniuerſo opere componendo.

PONERE] id eſt, facere, πιθέναι. ſic ſup. Od. 8. lib. 4. *Sollers nunc hominem ponere, nunc Deum.*

HVNC] talem me ſcriptorem eſſe, ſi quod opus ſcribere in animo haberem, nihilo magis cupiam, quàm bellis quidem oculis, & pulchro capillo præditum eſſe, ſed naſo diſtorto ac de- B formi. nigri oculi, & nigri capilli olim formam commendabant, vt ſuprà Ode 32. lib. 1. *Et Lycum nigris oculis, nigróque Crine decorum.*

ÆQVAM] non grauiorem, quã, vt vires ferre poſſint: parem viribus. monet ſcriptorem, vt vireis ſuas diligenter exploret, ne quid ſcribendum ſuſcipiat, quod cumulatè explere non poſſit.

VERSATE] humeris, & toto corpore. ἀλληγορία eſt, Nam iubet animo verſare, & cogitare, quid ſuſtinere ingenio poſſimus.

CVI LECTA POTENTER ERIT RES] id eſt, qui rem ſumſerit nõ maiorem ſuis viribus, ſed quam ingenio, & doctrina ſuſtinere poſſit, ei neque facundia, neque diſpoſitio deerit. potenter, id eſt, κατὰ δύναμιν: quantam rem ferre ac C ſuſtinere poſſit.

VIRTVS] ἀρετὴ, præſtantia, vt M. Tull. *narrationis virtus.* Ariſt. λέξεως ἀρετή. ſed hæc alibi notauimus.

VENVS] venuſtas, lepos infrà eod. lib. *Fabula nullius Veneris.*

VT IAM NVNC DICAT IAM NVNC] id eſt, hæc erit ordinis vis, & pulchritudo (niſi ego fallôr) vt ea, quæ nunc dici debent, iam nũc dicat. in hoc conſiſtit ordinis vis, & pulchritudo, vt, &c.

ET PRÆSENS IN TEMPVS OMITTAT] id eſt, vt quidam explicant, vſque eò omittat, donec dicendi tempus adſit: ſuo loco, & tempori ſeruet. Ego *præſens in tempus* poſitum puto D pro in præſenti tempore, vt ſit, differat in futurũ tempus, & in præſentia omittat: atque ita locutus eſt M. Tull. epiſt. ad Brutum, *vt & in præſens ſceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrerem, & in poſterum documentum ſtatuerem, ne quis talem amentiam vellet imitari.* & orat. 1. in Catil. *quanta tempeſtas inuidiæ nobis, ſi minus in præſens tempus recenti memoria ſcelerum tuorum, at in poſteritatem impendeat.* & T. Liuius lib. 2. *nec in præſens modò, ſed in venientem etiam annum, &c.* & ipſe Horat. Od. 16. libr. 3. *Lætus in præſens animus, quod vltra eſt, Oderit curare.*

HOC AMET, HOC SPERNAT] aliud probet, aliud improbet, ac reiiciat. eſt enim boni poëtæ iudicare, quid ſit dicendum, quid non: A quid priore loco, quid poſteriore collocandum: vel quid probandum, quid improbandum, quid laudandum, quid vituperandum. Profert hunc verſum Seruius ad illum Virgilij locum Georg. 2. *Me verò primum dulces ante omnia Muſæ, &c.*

PROMISSI CARM. AVCTOR] id eſt, is, qui ſe poëtam profeſſus eſt: is, qui carmen, quod ſe ſcripturum pollicitus eſt, condit. vel dic promiſſi, id eſt, magni. Nam qui de ſe aliquid promittit, magnum aliquid vult à ſe exſpectari. infrà. *Quid tanto dignum feret hic promiſſor hiatu?* & epiſtol. ſuperiore. *Multa fidem promiſſa leuant:* vel promiſſi, id eſt, editi, vt alij quidam volunt.

IN VERBIS] monet vt verba, parcè admo- B dum, & timidè nouemus, aut fabricemur.

CAVTVS] prudens, religioſus, εὐλαβής.

TENVIS] parcus, reſtrictus, anguſtus. φειδωλὸς, λιτός.

SERENDIS] faciendis, nouandis. tranſlatio eſt ab arboribus. ita ſtatim verba cum foliis comparat.

DIXERIS EGREGIÈ NOTVM SI, &c.] egregia erit tua elocutio, ſi ſcita, & artificioſa verborum adiunctio, ſeu compoſitio verbum alioqui nouum, & nuper factum, reddiderit notum, inſigne, ac luculentum: qualia ſunt velinolum, ſaxifragum, & ſimilia. hæc eſt huius loci ſententia, quicquid alij ſomnient de verbis tranſlatis: quam tamen teſtimonio, & auctoritate M. C Tull. confirmabimus. Ille igitur lib. 3. de oratore, ſcribit *tria eſſe in verbo ſimplici, quæ orator afferat ad illuſtrandam, atque exornandam orationem: aut inuſitatum verbum, aut nouatum, aut tranſlatum: Nouari autem verba, quæ ab eo, qui dicit, ipſo gignuntur, ac fiunt vel coniungendis verbis, vel ſine coniunctione. coniungendis verbis nouantur, vt hæc. Tum pauor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat. An non vis huius me verſutiloquas malitias? videtis* (inquit) *verſutiloquas, & expectorat, ex coniunctione facta eſſe verba, non nata.* ex hoc loco appâret, coniuncta, ſeu iuncta verba à M. Tullio nominari, quæ vulgò compoſita appellamus. Idem in oratore perf. *Ego autem etiam ſi quorundam grandis, & ornata vox eſt poëtarum, tamen in ea cùm licentiam ſtatuo maiorem* D *eſſe, quàm in nobis, faciendorum, iungendorúmque verborum, tum etiam hominum voluptati vocibus magis, quàm rebus ſeruiunt.* Idem ibid. *Quid? in verbis iunctis, quàm ſcitè inſipientem, non inſapiẽtem? iniquum, non inæquum? tricipitem, non tricapitem? conciſum, non concæſum?* perſpicuè his locis verba iuncta dixit, quæ grammatici compoſita nominant. ibidem. *Itaque tranſlata, aut facta, aut iuncta verba facilè ſunt cognita.* tranſlata quæ ſint, notum eſt: facta autem verba ſunt, quę ſine coniunctione ſunt nouata ab eo, qui dicit: iuncta, quæ nouata ſunt ex coniunctione, &, vt loquitur Horatius, ex iunctura. Idem Topicis. *Scæuola autem P. filius poſtliminium iunctum putat eſſe verbum, vt ſit in eo & poſt, & limen.* Idem Partit. ait nouari verba cùm aliis modis, tum adiunctione verborũ. Priſc. lib. 18. hunc ver-

Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?
Parturient montes: naſcetur ridiculus mus.
Quanto rectius hic, qui nil molitur inepte?
Dic mihi Muſa virum, captæ poſt tempora Troiæ,
Qui mores hominum multorum vidit, & urbeis.
Non fumum ex fulgore, ſed ex fumo dare lucem
Cogitat, ut ſpecioſa dehinc miracula promat,
Antiphatem, Scyllámque, & cum Cyclope Charybdin.
Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
*Nec gemino bellum Troianum orditur ab * ouo.*
Semper ad euentum feſtinat: & in medias res
Non ſecus, ac notas, auditorem rapit: & quæ
Deſperat tractata niteſcere poſſe, relinquit.
Atque ita mentitur: ſic veris falſa remiſcet,
Primo ne medium, medio ne diſcrepet imum.
Tu quid ego, & populus mecum deſideret, audi.
Si plauſoris eges aulæa manentis, & uſque
Seſſuri, donec cantor, vos plaudite, dicat:
Ætatis cuiuſque notandi ſunt tibi mores:
Mobilibúſque decor naturis dandus, & annis.
Reddere qui voces iam ſcit puer, & pede certo
Signat humum: geſtit paribus colludere, & iram

A *Colligit, ac ponit temerè: & mutatur in horas.*
Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto,
Gaudet equis, canibúſque, & aprici gramine campi:
Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper,
Utilium tardus prouiſor, prodigus æris,
** Sublimis, cupidúſque, & amata relinquere pernix.*
Conuerſis ſtudiis, ætas, animúſque virilis
Quærit opes, & amicitias: inſeruit honori:
B *Commiſiſſe cauet, quod mox mutare laboret.*
Multa ſenem circumueniunt incommoda: vel quòd
Quærit, & inuentis miſer abſtinet, ac timet uti:
Vel quòd res omneis timidè, gelidéque miniſtrat,
*Dilator, ſpe longus, iners, * auidúſque futuri,*
C *Difficilis, querulus, laudator temporis acti*
Se puero: cenſor, caſtigatórque minorum.
Multa ferunt anni venientes commoda ſecum:
Multa recedentes adimunt: ne fortè ſeniles
Mandentur iuueni partes, pueróque viriles:
*Semper in adiunctis, æuóque * morabimur aptis.*
Aut agitur res in ſcenis, aut acta refertur.
D *Segnius irritant animos dimiſſa per aurem,*
Quàm, quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus: & quæ
Ipſe ſibi tradit ſpectator. non tamen intus
Digna geri, promes in ſcenam: multáque tolles
Ex oculis, quæ mox narret facundia præſens.

Nec

Nec pueros coram populo Medéa trucidet:
Aut humana palàm coquat exta nefarius Atreus:
Aut in auem Procne vertatur: Cadmus in anguem.
Quodcumque oſtendis mihi ſic, incredulus odi.
Néve minor, neu ſit quinto productior actu
Fabula, quæ poſci vult, & ſpectata reponi.
*Nec * Deus interſit, niſi dignus vindice nodus*
Inciderit: nec quarta loqui perſona laboret.
Actoris parteis chorus, officiúmque virile
Defendat: neu quid medios intercinat actus,
Quod non propoſito conducat, & hæreat optè.
*Ille bonis fiueátque, & conſilietur * amicè:*
Et regat iratos: & amet peccare timenteis.
Ille dapes laudet menſæ breuis: ille ſalubrem
Iuſtitiam, legéſque, & apertis otia portis.
Ille tegat commiſſa: deóſque precetur, & oret,
*Vt redeat miſeris, abeat fortuna * ſuperbis.*
*Tibia non, vt nunc, orichalco * iuncta, tubæque*
*Æmula: ſed tenuis, ſimpléxque * foramine pauco*
*Aſpirare, & adeſſe choris erat * vtilis, atque*
Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu.
Quò ſanè populus numerabilis, vtpote paruus

A *Et frugi, caſtuſq;, verecunduſq; coibat.*
Poſtquàm cœpit agros extendere victor, & vrbem
Latior amplecti murus, vinóque diurno
Placari Genius feſtis impune diebus:
Acceſſit numeriſque, modiſque licentia maior.
Indoctus quid enim ſaperet, libérque laborum,
Ruſticus vrbano confuſus, turpis honeſto?
B *Sic priſcæ * motúmque, & luxuriam addidit arti*
Tibicen: traxítque vagus per pulpita veſtem.
*Sic etiam fidibus * voces creuere ſeueris:*
Et tulit eloquium inſolitum facundia præceps.
Vtiliúmque ſagax rerum, & diuina futuri
Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis.
C *Carmine qui * tragico vilem certauit ob hircum,*
*Mox etiam agreſteis ſatyros * nudauit, & aſper*
Incolumi grauitate iocum tentauit, eò quòd
Illecebris erat, & grata nouitate morandus
Spectator, functúſque ſacris, & potus, & exlex.
Verùm ita riſores, ita commendare dicaceis
D *Conueniet ſatyros: ita vertere ſeria ludo:*
Ne, quicumque Deus, quicumque adhibebitur heros,
Regali conſpectus in auro nuper, & oſtro,
** Migret in obſcuras humili ſermone tabernas.*
Aut, dum vitat humum, nubeis, & inania captet.
Effutire leueis indigna tragœdia verſus:
Vt feſtis matrona moueri iuſſa diebus,

Interierit ſatyris paulùm pudibunda proteruis.
Non ego inornata, & * dominantia nomina ſolùm,
Verbáque, Piſones, ſatyrorum ſcriptor amabo:
Nec ſic enitar tragico differre colori,
Vt nihil interſit Dauúſne loquatur, & audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum:
An cuſtos, famulúſque dei Silenus alumni.
Ex noto fictum carmen ſequar, vt ſibi quiuis
Speret idem: ſudet multum, fruſtráque laboret,
Auſus idem: tantum ſeries, iuncturáque pollet:
Tantùm de medio ſumtis accedit honoris.
Siluis deducti caueant, me iudice, Fauni,
Ne, velut innati triuiis, ac pæne forenſes,
Aut nimiùm teneris iuuenentur verſibus vmquam:
Aut immunda crepent, ignominioſáque dicta.
Offenduntur enim, quibus eſt equus, & pater, & res:
Nec, ſi quid fricti ciceris probat, & nucis emtor,
Æquis accipiunt animis, donántve corona.
Syllaba longa breui ſubiecta, vocatur Iambus,
Percitus: vnde etiam * trimetris accreſcere iuſſit
Nomen Iambeis, cùm ſenos redderet ictus:
Primus ad extremum ſimilis ſibi. non ita pridem,
Tardior vt paullo, grauiórque veniret ad aureis,
Spondéos ſtabileis in iura paterna recepit

A Commodus, & patiens: non vt de ſede ſecunda
Cederet, aut quarta * ſocialiter. hic & in AttI.
Nobilibus trimetris appâret rarus, & EnnI.
In * ſcenam miſſos magno cum pondere verſus,
Aut operæ celeris nimiùm, curáque carentis,
B Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.
Non quiuis videt immodulata poëmata iudex:
Et data Romanis venia eſt indigna poëtis.
Iccircóne vager, ſcribámque licenter: an omneis
Viſuros peccata putem mea tutus, & * extra
Spem veniæ cautus? vitaui denique culpam:
C Non laudem merui vos exemplaria Græca
Nocturna verſate manu, verſate diurna.
At veſtri proaui Plautinos & numeros, &
Laudauere ſales, nimiùm patienter vtrumque,
Ne dicam ſtultè, mirari: ſi modò ego, & vos
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto:
D Legitimúmque ſonum digitis callemus, & aure.
Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ
Dicitur, & plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis:
Quæ canerent, agerént que peruncti fæcibus ora.
Poſt hunc perſonæ, pallæque repertor honeſtæ
Æſchylus & modicis inſtrauit pulpita tignis:

Et

Et docuit magnúmque loqui, nitíque cothurno.
Succeſſit vetus his comœdia, non ſine multa
Laude: ſed* in vitium libertas éxcidit, & vim
Dignam lege regi. * lex eſt accepta, chorúſque
Turpiter obticuit, ſublato iure nocendi
Nil intentatum noſtri liquere poëtæ:
Nec minimum meruere decus, veſtigia Græca
Auſi deſerere, & celebrare domeſtica facta:
Vel, qui prætextas, vel qui docuere togatas.
Nec virtute foret, clariſve potentius armis,
Quàm lingua, Latium, * ſi non offenderet vnum-
Quemque poëtarum limæ labor, & mora. vos ô
Pompilius ſanguis, carmen rrprehendite, quod non
Multa dies, & multa litura coërcuit atq;
* Præfectum, decies non caſtigauit, ad vnguem.
* Ingenium miſera quia fortunacius arte
Credit, & excludit ſanos Helicone poëtas
Democritus: bona pars non vngueis ponere curat,
Non barbam: ſecreta petit loca: balnea vitat.
Nanciſcetur enim pretium, noménque poëtę,
Si tribus Anticyris caput inſanabile numquam
Tonſori Licino commiſerit. O ego læuus,
Qui purgo bilem ſub verni temporis horam.
Non alius faceret meliora poëmata: verùm

A * Nil tanti eſt. ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exſors ipſa ſecandi.
Munus, & officium, nil ſcribens ipſe, docebo:
Vnde parentur opes: quid alat, formétque poëtam:
Quid deceat, quid non: quò virtus, quò ferat error.
B Scribendi rectè, ſapere eſt & principium, & fons.
Rem tibi * Socraticæ poterunt oſtendere chartæ:
Verbáque prouiſam rem non inuita ſequentur.
Quid didicit, patriæ quid debeat, & quid amicis:
Quo ſit amore parens, quo frater amandus, & hoſpes:
C Quod ſit conſcripti, quod iudicis officium: quæ
Partes in bellum miſſi ducis: ille profectò
Reddere perſonæ ſcit conuenientia cuique.
Reſpicere exemplar vitæ, morúmque iubebo
Doctum imitatorem: & veras hinc ducere voces.
Interdum ſpecioſa * locis, moratáque rectè
Fabula, nullius Veneris, ſine * pondere, & arte,
D Valdius oblectat populum, meliúſque moratur,
Quàm verſus inopes rerum, * nugæq; canoræ.
Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Muſa loqui, præter laudem nullius auaris.
*Romani pueri longis rationibus eſſem
Diſcunt in parteis centum diducere dicat.
Filius Albini, ſi de quincunce remota eſt.

Digitized by Google

*Vncia: quid ſuperat? poteras dixiſſe triens: * eu,*
Rem poteris ſeruare tuam. redit vncia: quid fit?
Semis. at hæc animos ærugo, & cura peculI
Cùm ſemel imbuerit, ſperamus carmina fingi
Poſſe linenda cedro, & leui ſeruanda cupreſſo?
Aut prodeſſe volunt, aut delectare poëtæ:
Aut ſimul & iucunda, & idonea dicere vitæ.
Quicquid præcipies, eſto breuis: vt citò dicta
Percipiant animi dociles, teneántque fideles.
Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat.
Ficta voluptatis cauſa, ſint proxima veris.
Nec, quodcumque volet, poſcat ſibi fabula credi:
Neu pranſæ Lamiæ viuum puerum extrahat aluo.
** Centuriæ ſeniorum agitant expertia frugis:*
*Celſi prætereunt auſtra poëmata * Rhamnes.*
Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci,
Lectorem delectando, paritérque monendo.
Hic meret æra liber Soſiis: hic & mare tranſit,
Et longum noto ſcriptori prorogat æuum.
Sunt delicta tamen, quibus ignouiſſe velimus.
Nam neque chorda ſonum reddit, quem vult manus, & mens:
Poſcentíque grauem perſæpe remittit acutum:

A *Nec ſemper feriet, quodcumque minabitur, arcus.*
Verùm, vbi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit:
Aut humana parùm cauit natura. quid ergo?
Vt ſcriptor ſi peccat idem librarius vſque,
Quamuis eſt monitus, venia caret: & citharœdus
B *Ridetur chorda qui ſemper oberrat eadem:*
Sic mihi, qui multum ceſſat, fit Cherilus ille,
Quem bis, térque bonum, cum riſu miror: & idem
*Indignor, * quandoque bonus dormitat Homerus.*
Verùm opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.
C *Vt pictura, poëſis. erit, quæ ſi propius ſtes,*
Te capiat magis: & quædam, ſi longius abſtes.
Hæc amat obſcurum: volet hæc ſub luce videri:
Iudicis argutum quæ non formidat acumen.
Hæc placuit ſemel: hæc decies repetita placebit.
O maior iuuenum, quamuis & voce paterna
D *Fingeris ad rectum, & per te ſapis: hoc tibi dictum*
*Tolle memor: certis * medium, & tolerabile rebus*
Rectè concedi. & conſultus iuris, & actor
Cauſarum mediocris abeſt virtute diſerti
Meſſalæ: neſcit quantum Caſcellius Aulus:
Sed tamen in pretio eſt. mediocribus eſſe poëtis

Non

Non dI, non homines, non conceſſere columnæ.*
Vt gratas inter menſas ſymphonia diſcors,
Et craſſam vnguentum, & Sardo cum melle papauer,
Offendunt, poterat duci quia cena ſine iſtis:
Sic animis natum, inuentúmque poëma iuuandis,
Si paulum à ſummo diſceſſit, vergit ad imum.
Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis
Indoctúſque pilæ, diſcíve, trochíve quieſcit:
Ne ſpiſſæ riſum tollant impune coronæ.
Qui neſcit, verſus tamen audet fingere. quid ni?
Liber, & ingenuus, præſertim cenſus equeſtrem*
Summam nummoru n, vitióque remotus ab omni.
Tu nihil inuita dices, faciéſve Minerua:*
Id tibi iudicium eſt: ea mens. ſi quid tamen olim
Scripſeris, in MecI deſcendat iudicis aureis,
Et patris, & noſtras: nonúmque prematur in annum.
Membranis intus poſitis delere licebit,
*Quod non edideris: * neſcit vox miſſa reuerti.*
Silueſtreis homines ſacer, interpréſque deorum
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tigreis, rabidóſque leones.
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda

A *Ducere, quò vellet. fuit hæc ſapientia quondam:*
Publica priuatis ſecernere, ſacra profanis:
Concubitu prohibere vago: dare iura maritis:
Oppida moliri: leges incidere ligno.
Sic honor, & nomen diuinis vatibus, atque
Carminibus vênit. poſt hos inſignis Homerus,
B *Tyrtæúſque mares animos in Martia bella*
*Verſibus exacuit. * dictæ per carmina ſortes:*
Et vitæ monſtrata via eſt: & gratia regum
*Pieriis tentata modis: * ludúſque repertus,*
Et longum operum finis: ne forte pudori
Sit tibi Muſa lyræ ſollers, & cantor Apollo.
Natura fieret laudabile carmen, an arte,
C *Quæſitum eſt. ego nec ſtudium ſine diuite vena,*
Nec rude quid proſit, video, ingenium: alterius ſic
Altera poſcit opem res, & coniurat amicè.
Qui ſtudet optatam curſu contingere metam,
Multa, tulit fecitque puer: ſudauit, & alſit:
D *Abſtinuit Venere, & * Vino. * qui Pythia cantat*
Tibicen, didicit priùs, extimuítque magiſtrum.
Nunc ſatis eſt dixiſſe, ego mira poëmata pango.
** Occupet extremum ſcabies. mihi turpe relinqui eſt:*
Et, quod non didici, ſanè neſcire fateri.
Vt præco, ad merceis turbam qui cogit emendas,

Aſſentatores iubet ad lucrum ire poëta,
Diues agris, diues poſitis in fœnore nummis.
*Si verò eſt, * vnctum qui rectè ponere poſſit:*
Et ſpondere leui pro paupere, & eripere atris
Litibus implicitum: mirabor, ſi ſciet inter-
Noſcere mendacem, verúmque beatus amicum.
Tu ſeu donaris, ſeu quid donare voles cui:
Nolito ad verſus tibi factos ducere plenum
Lætitiæ: clamabit enim pulchrè, bene, rectè:
*Palleſcet ſuper his: etiam * ſtillabit amicis*
Ex oculis rorem: ſaliet: tundet pede terram.
Vt, qui conducti plorant in funere, dicunt,
Et faciunt propè plura dolentibus ex animo: ſic
Deriſor vero plus laudatore mouetur.
*Reges dicuntur multis vrgere * culullis,*
Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborant,
An ſit amicitia dignus ſi carmina condes:
Numquam te fallant animi ſub vulpe latentes.
Quinctilio ſi quid recitares: corrige, ſodes,
*Hoc, aiebat, & hoc. melius te poſſe * negares,*
Bis, térque expertum fruſtra: delere iubebat:
*Et malè tornatos * incudi reddere verſus.*
Si defendere delictum, quàm vertere, malles:
*Nullum vltrà * verbum, aut operam * inſumebat inanem,*
Quin ſine riuali téque, & tua ſolus amares.
*Vir bonus, & prudens verſus reprehendet * inerteis:*
Culpabit duros: incomtis allinet atrum
A *Tranſuerſo calamo ſignum: ambitioſa recidet*
Ornamenta: parùm claris lucem dare coget:
Arguet ambiguè dictum: mutanda notabit:
Fiet Ariſtarchus: nec dicet, cur ego amicum
Offendam in nugis? hæ nugæ ſeria ducent
B *In mala * deriſum ſemel, exceptúmque ſiniſtrè.*
*Vt, * mala quem ſcabies, aut morbus regius vrget,*
*Aut fanaticus error, & iracunda * Diana:*
Veſanum tetigiſſe timent, fugiúntque poëtam,
Qui ſapiunt: agitant pueri, incautíque ſequuntur.
Hic, dum ſublimis verſus ructatur, & errat:
C *Si veluti merulis intentus décidit auceps*
*In puteum, foueámve: licet, ſuccurrite, * longum*
Clamet, io, ciues: non ſit, qui tollere curet.
Si curet quis opem ferre, & demittere funem.
Quî ſcis, an prudens huc ſe deiecerit? atque
Seruari nolit? dicam, Siculíque poëtæ
D *Narrabo interitum. Deus immortalis haberi*
Dum cupit Empedocles: ardentem frigidus Ætnam
Inſiluit. ſit ius, liceátque perire poëtis.
*Inuitum qui ſeruat, * idem facit occidenti.*
Nec ſemel hoc fecit: nec, ſi retractus erit, iam
*Fiet * homo, & ponet famoſæ mortis amorem.*

Nec

Nec ſatis appâret, cur verſus factitet vtrúm
*Minxerit * in patrios cineres: an triſte * bidental*
Mouerit inceſtus. certè furit: ac velut vrſus,
Obiectos caueæ valuit ſi frangere clatros,
Indoctum, doctúmque fugat recitator acerbus:
Quem verò arripuit, tenet, occíditque legendo,
*Non miſſura cutem, niſi plena cruoris * hirudo.*

Hvmano capiti cervicem] poëma, quod non conſtat ex cōuenientibus, aptis, propriis, accommodatis partibus: ſed diſconueniētibus, alienis, diſparis formæ: æquè ridiculum eſt, vt hoc monſtrum, quod hîc ab Horatio deſcribitur. ſit igitur opus, quod inſtituis, vnum quoddam corpus, ſimplex, vnius formæ, ſibi cōſtans, & conueniens, & ſui ſimile: non multiplex, non diſpar, non inæquale, non diſconueniens. hoc præceptum pertinet ad argumentum operis, quod μῦθον appellat Ariſtot.

Vndiqve collatis membris] omnium animalium membris collatis, & corrogatis ad hoc monſtrum conſtituendum.

Atrvm] nigrum, deformem, horribilem. talia enim ferè nobis videntur quæ nigra ſunt. vt Oda 3. libr. 2. *& ſororum Fila trium patiātur atra.* & Oda 13. eiuſd. libr. *Demittit atras bellua centiceps Aures.*

Svpernè] à ſuperiore parte. ſaty. 7. libr. 2. *pecedet ve Supernè.* & Od. 20. libr. 2. *& album mutor in alitem Supernè.*

Velvt ægri somnia] ſic habent omnes noſtri libri veteres: neque aliter vulgati. nā *ægris ſomnus*, quod quibuſdam placere videtur, mihi nullo modo probatur, neque ferri poteſt.

Vt nec pes, nec capvt vni R.] id eſt, vt nullum corporis membrum ad vnam aliquam totius corporis formam referri poſſit: vel, vt nullum corporis membrum vniformę proportione reſpondeat.

Pictoribvs, atqve poëtis] opponet aliquis, idem licere poëtis, quod pictoribus.

Æqva] æqualis. Plato tamen libr. 4. de rep. negat poëtis eſſe permittendum, vt dicant quicquid ſibi videatur, his verbis: ὐ δεῖ ἐπιτρέπειν τοῖς ποιηταῖς λέγειν ὅ, τι φίλον.

Scimvs] reſpondet Horatius.

A Coëant] coniungantur. epiſt. ad Torqu. *vt coëat par, Iungatúrque pari.*

Serpentes avibvs gemin. tigr. ag.] fiant monſtroſa quædam animalia biformia, non ſpecie ſolùm, verùm etiam cogitatione horribilia: vt animal ex aue & ſerpente conflatum, & prætereà alterum ex tigre, & agno.

Inceptis gravibvs, &c.] docet, ea, quæ adhiberi ſolent ornandi cauſa, nihil ad id, quod agitur, pertinentia, vt longas degreſſiones à propoſito, & deſcriptiones ineptas, & quę Græci vocant ἐπεισόδια, à re admodum aliena, eſſe fugienda.

Cùm lvcvlvs et ara D.] omnis B lucus, Dianę ſacer eſt, etiam ſi quis lucus ſingularis aliis interdum diis conſecretur.

Flvmen Rhenvm] ſic habent omnes ferè libri manuſcr. & item vulgati: niſi quòd in vno atque altero reperi *Rhens.* ſic locutus eſt ſuprà Od. 4. libr. 4. *Metaurum flumen.*

Fortasse cvpressvm Scis simvlare] fortaſſe (inquit Horatius) ſcis cupreſſum bellè admodum penicillo exprimere, id eſt, ornamenta inania, nihílque ad opus inſtitutum pertinentia, πάρεργα appellant Græci, vt deſcriptiones fluuiorum, ſiluarum, aliorúmq; locorum: quæ tam aliena ſunt à poëmate incepto, & ſuſcepto, quàm cupreſſus à naufragio, quem pictor aliquis depingendum ſuſcepit. quid tum, ſi C tibi naufragium pingendum locatum eſt: aut ſi quid aliud pingendum ſuſcepiſti? quid cupreſſui cum naufragio? Aiunt prouerbium in eos conuenire, qui id, quod vnum ſciunt, fortaſſe non valdè magnum, quouis loco ineptè, atq; intempeſtiuè inculcant, ab illo imperito pictore natū, qui à naufrago conductus, vt in tabula naufragiū eius depingeret, quærebat ab eo, num cupreſſum appingi vellet. Sed videtur in eos potius quadrare, qui artis caput ignorant, leuia & minuta quædam, & rudimenta dumtaxat ſciunt: natum à rudi quodam pictore, qui vt in tabula naufragi imaginem pingeret, cōductus, nihil præter cupreſſum & ſimilia, quæ ab iis qui primùm artem pingendi diſcunt, pingi conſueuerunt, pingere po-
D tuit.

Si fract. enat. exp. Navis. &c.] id eſt, ſi is, à quo mercedem accepiſti, vt abs te pingeretur, naufragus eſt?

Exspes] ſine ſpe, naufragio videlicet facto omnium fortunarum ſuarum. Attius Medea: *exſul inter hoſtes, exſpes, deſertus, vagus.*

Amphora cœpit Institvi] vſitatiùs eſt bonis ſcriptoribus ita loqui *Amphora cœpta eſt inſtitui.* Accius, *Nam neque pretio, neque amicitia, neque vi impelli, neque prece quitus ſum.* Ex M. Tullio innumera exempla colligere licet. vtitur tamen & M. Tull. hoc genere libr. 14. epiſto. ad Terent. *ſi qua vis, aut ſi qua rapina fieri cœperint:* & iterum Horat. epiſt. ad Valam libr. 1. *vrbanus cœpit haberi.* amphora vas grande, & amplum, & qua-

Digitized by Google

dium fracta eſt. hic igitur faber particulas quaſdam corporis ſatis ſcitè exprimere poterat: totũ corpus verò inſcitè, atque infeliciter fabricabatur. Cùm hoc confert eos ſcriptores, qui alicuius operis σύςασιν, id eſt, conſtitutionem, & ſummam conflare, aut abſoluere nequeunt, cùm in partibus minutiſſimis deſcribendis, atque ornandis ſint tolerabiles.

INFELIX OP. SVMMA] infelix in vniuerſo opere componendo.

PONERE] id eſt, facere, πιθέναι. ſic ſup. Od. 8. lib. 4. *Sollers nunc hominem ponere, nunc Deum.*

HVNC] talem me ſcriptorem eſſe, ſi quod opus ſcribere in animo haberem, nihilo magis cupiam, quàm bellis quidem oculis, & pulchro capillo prædirum eſſe, ſed naſo diſtorto ac deformi. nigri oculi, & nigri capilli olim formam commendabant, vt ſuprà Ode 32. lib. 1. *Et Lycum nigris oculis, nigróque Crine decorum.*

ÆQVAM] non grauiorem, quã, vt vires ferre poſſint: parem viribus. monet ſcriptorem, vt vireis ſuas diligenter exploret, ne quid ſcribendum ſuſcipiat, quod cumulatè explere non poſſit.

VERSATE] humeris, & toto corpore. ἀλληγορία eſt, Nam iubet animo verſare, & cogitare, quid ſuſtinere ingenio poſſimus.

CVI LECTA POTENTER ERIT RES] id eſt, qui rem ſumſerit nõ maiorem ſuis viribus, ſed quam ingenio, & doctrina ſuſtinere poſſit, ei neque facondia, neque diſpoſitio deerit. potenter, id eſt, κατὰ δύναμιν: quantam rem ferre ac ſuſtinere poſſit.

VIRTVS] ἀρετὴ, præſtantia, vt M. Tull. *narrationis virtus*. Ariſt. λέξεως ἀρετὴ. ſed hæc alibi notauimus.

VENVS] venuſtas, lepos infrà eod. lib. *Fabula nullius Veneris.*

VT IAM NVNC DICAT IAM NVNC] id eſt, hæc erit ordinis vis, & pulchritudo (niſi ego fallor) vt ea, quæ nunc dici debent, iam nũc dicat. in hoc conſiſtit ordinis vis, & pulchritudo, vt, &c.

ET PRÆSENS IN TEMPVS OMITTAT] id eſt, vt quidam explicant, vſque eò omittat, donec dicendi tempus adſit: ſuo loco, & tempori ſeruet. Ego *præſens in tempus* poſitum puto pro in præſenti tempore, vt ſit, differat in futurũ tempus, & in præſentia omittat: atque ita locutus eſt M. Tull. epiſt. ad Brutum, *ut & in præſens ſceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrerem, & in poſterum documentum ſtatuerem, ne quis talem amentiam vellet imitari.* & orat. 1. in Catil. *quanta tempeſtas inuidiæ nobis, ſi minus in præſens tempus recenti memoria ſcelerum tuorum, at in poſteritatem impendeat.* & T. Liuius lib. 2. *nec in præſens modò, ſed in venientem etiam annum, &c.* & ipſe Horat. Od. 16. libr. 3. *Lætus in præſens animus, quod vltra eſt, Oderit curare.*

HOC AMET, HOC SPERNAT] aliud probet, aliud improbet, ac reiiciat. eſt enim boni poëtæ iudicare, quid ſit dicendum, quid non: quid priore loco, quid poſteriore collocandum: vel quid probandum, quid improbandum, quid laudandum, quid vituperandum. Profert hunc verſum Seruius ad illum Virgilij locum Georg. 2. *Me verò primum dulces ante omnia Muſæ, &c.*

PROMISSI CARM. AVCTOR] id eſt, is, qui ſe poëtam profeſſus eſt: is, qui carmen, quod ſe ſcripturum pollicitus eſt, condit. vel dic promiſſi, id eſt, magni. Nam qui de ſe aliquid promittit, magnum aliquid vult à ſe expectari. infrà. *Quid tanto dignum afferet hic promiſſor hiatu?* & epiſtol. ſuperiore. *Multa fidem promiſſa leuant:* vel promiſſi, id eſt, editi, vt alij quidam volunt.

IN VERBIS] monet vt verba, parcè admodum, & timidè nouemus, aut fabricemur.

CAVTVS] prudens, religioſus, εὐλαβής.

TENVIS] parcus, reſtrictus, anguſtus. φειδωλός, λιτός.

SERENDIS] faciendis, nouandis. tranſlatio eſt ab arboribus. ita ſtatim verba cum foliis comparat.

DIXERIS EGREGIÈ NOTVM SI, &c.] egregia erit tua elocutio, ſi ſcita, & artificioſa verborum adiunctio, ſeu compoſitio verbum alioqui nouum, & nuper factum, reddiderit notum, inſigne, ac luculentum: qualia ſunt veliuolum, ſaxifragum, & ſimilia. hæc eſt huius loci ſententia, quicquid alij ſomnient de verbis tranſlatis: quam tamen teſtimonio, & auctoritate M. Tull. confirmabimus. Ille igitur lib. 3. de oratore, ſcribit *tria eſſe in verbo ſimplici, quæ orator afferat ad illuſtrandam, atque exornandam orationem: aut inuſitatum verbum, aut nouatum, aut tranſlatum: Nouari autem verba, quæ ab eo, qui dicit, ipſo gignuntur, ac fiunt vel coniungendis verbis, vel ſine coniunctione. coniungendis verbis nouantur, vt hæc. Tum pauor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat. An non vis huius me verſutiloquas malitias? videtis* (inquit) *verſutiloquas, & expectorat, ex coniunctione facta eſſe verba, non nata.* ex hoc loco appâret, coniuncta, ſeu iuncta verba à M. Tullio nominari, quæ vulgò compoſita appellamus. Idem in oratore perf. *Ego autem etiam ſi quorundam grandis, & ornata vox eſt poëtarum, tamen in ea cùm licentiam ſtatuo maiorem eſſe, quàm in nobis, faciendorum, iungendorúmque verborum, tùm etiam hominum voluptati vocibus magis, quàm rebus ſeruiunt.* Idem ibid. *Quid? in verbis iunctis, quàm ſcitè inſipientem, non inſapiẽtem? iniquum, non inæquum? tricipitem, non tricapitem? conciſum, non concæſum?* perſpicuè his locis verba iuncta dixit, quæ grammatici compoſita nominant. ibidem. *Itaque tranſlata, aut facta, aut iuncta verba facilè ſunt cognita.* tranſlata quæ ſint, notum eſt: facta autem verba ſunt, quę ſine coniunctione ſunt nouata ab eo, qui dicit: iuncta, quæ nouata ſunt ex coniunctione, &, vt loquitur Horatius, ex iunctura. Idem Topicis. *Scæuola autem P. filius poſtliminium iunctum putat eſſe verbum, vt ſit in eo & poſt, & limen.* Idem Partit. ait nouari verba cùm aliis modis, tum adiunctione verborũ. Priſc. lib. 18. hunc ver-

Digitized by Google

ſum teſtem producit:& ita explicat, *Dixeris*, id eſt, A *poteris dicere*: hoc tantum.

Si forte necesse est, &c.] Totius huius loci hæc ſententia eſt, ſi ſcripturam veterē ſequamur. Si fortè neceſſe eſt res abditas & occultas nouis vocabulis declarare, & nomina fingere veteribus inaudita: licebit hoc facere, dabitúrque licentia, pudenter & modeſtè ſumta. Sic explicandus hic locus eſt, ſi ponatur copula poſt vocem *rerum*: vt ponenda eſt, ſi libros veteres ſequi volumus. ſi verò ſine copula legamus, ita explicandus erit. Si fortè neceſſe eſt res abditas nouis vocabulis exprimere: licebit nomina veteribus inaudita fabricari, dabitúrque fabricandorum vocabulorum licentia, modò pudenter ſumatur. B

Indiciis monstrare recentibus] id eſt, nouis vocabulis. nam vocabula ſunt indicia, ſeu notæ rerum: σύμβολα & σημεῖα appellat Ariſtoteles: & verba eò comparata ſunt, vt cogitationes, & affectus noſtros indicēt, ac ſignificet. apertè Horatius hîc loquitur de verbis nouatis, non de tranſlatis.

Abdita rervm,] id eſt, res abditas, & occultas. *abdita rerum* autem ſic dictum, vt Sat. 2. lib. 2. *Corruptus vanis rerum*: & Sat. 8. eiuſd. *videtur fictis rerum.* vide quæ notauimus ſup. ad Od. 12. lib. 4. *amará que Curarum eluere efficax.*

Et Fingere cinctvtis, &c.] ſic habēt omnes libri manu ſcripti, quos vidi. nam vulgati non habent copulationem *&*, poſt vocem C *rerum*.

Cinctvtis] cinctis, militaribus, armatis. cingebantur enim in militiam ituri. ex quo cingulum militare, & cingi pro eo, quod eſt ad militiam, & ad pugnam ornari. Plaut. in Amphitr. *Cingitur: certe expedit ſe.* & accingi. Lucret. libr. 2. *&, ſi tibi vera videtur, Dede manus: aut, ſi falſa eſt, accingere contrà.* quæ vis ineſt etiam in verbo Græco ζώννυσθαι. Hom. ὀδυσσ. ω. ζώννυνταί τε νέοι, καὶ ἐπεντύνονται ἄεθλα. id eſt, cinguntur iuuenes, & armantur ad certamina. & ἰλιάδ. ψ. ζωσαμένω δ' ἄρα τώ γε βάτην ἐς μέσσον ἀγῶνα, id eſt, illi autem cincti deſcenderunt in medium certamē. Terent. Phorm. *ad te ſumma ſolum Phormio rerum redit. tute hoc intriſti: tibi omne eſt exedendum accingere.* D Virg. Æneid. 2. de Priamo, *& inutile ferrum Cingitur* ibidem. *quæ mens tam dira miſerrime coniux Impulit his cingi telis?* vel dic cinctutis, vt Porphyr. qui cincta, ſeu cincto vtebantur loco tunicæ. erat autem cinctus, ſeu cinctum veſtis infra pectus corpus complectens, & à pectore ad pedes tegēs. Virg. 7. Æneid. *Ipſe Quirinali trabea, cinctúque Gabino Inſignis* ζῶμα & ζῶσμα appellant Græci. quidam per cinctutos, priſcos, ſeu vetuſtos ſignificari volunt, quod non improbo.

Non exavdita Cethegis] id eſt inaudita veteribus.

Contingет] ἐνδέχεται: licebit, non improbabitur, ferri poterit.

Licentia svmta pvdenter] licētia verecunda. pudenter αἰδημόνως cum pudore: verecundè.

Fictáqve nvper] non ita pridem facta, & nouata.

Habebvnt fidem] id eſt, obtinebunt fidem, atque auctoritatem: & ita etiam M. Tull. loquitur epiſt. ad A. Cecinam lib. 6. *Quare, quando, vt augures, & aſtrologi ſolent, ego quoque augur publicus ex meis ſuperioribus prædictis conſtitui apud te auctoritatem augurij, & diuinationis meæ, debet habere fidem noſtra prædictio.* Idem Acad. quæſt. lib. 2. *quæ verò non ſpecie viſa iudicentur: quæ fidem nullam habebunt, ſublata veri, & falſi nota.* idem pro Flacco, *ſed fuerint incorruptæ litteræ domi: nunc verò quam habere auctoritatem, aut quam fidem poſſunt?* alioqui fidem habere dicimur ei, cui credimus, vt idem Acad. *num videtur minorem habere viſis, quàm vigilantes fidem?*

Si Græco fonte cadent p. d.] id eſt, ſi eruūt è Græca lingua in vſum Latini ſermonis deflexa: qualia ſunt *ephippium*, *acratophorum* apud M. Tull. lib. 3. de Finibus: & ibidem, *proëgmena*, & *apoproëgmena*. & hæc vulgatiſſima, *grammatica*, *poëtica*, *rhetorica*, *dialectica*, *muſica*, *tricinium*, *aër*, *æther*. iterum apud M. Tull. *panchreſtum medicamentum*, *peripetaſmata*, *hemicyclus*, *pſeudothyrum*, *ſymphonia*, *atomi*, *apotheca*, *epitaphium*, *epitoma*, *ſophiſma*, *ſorites*, *ephemeris*, *theſis*, *toreuma*, *&c.* apud Horat. ea, quæ ſuprà commemoraui *diota*, *amyſtis*, *balanus*, *&c.* vel intellige ea, quæ ad exemplū Græcorum in lingua Latina nouata ſunt, vt *medietas*, quemadmodum illi μεσότητα dicunt: *intermundia*, vt illi μετακόσμια: *qualitas*, quæ ab illis ποιότης nominatur: *rectè facta*, quæ κατορθώματα: *producta*, ſeu *propoſita*, quæ προηγμένα, *reiecta*, quæ ἀποπροηγμένα: *viſio*, quæ φαντασία: *notio*, quæ ἔννοια: *indifferens*, quod ἀδιάφορον: *ſuada*, quæ πειθώ: *centimanus*, qui ἑκατόγχειρ: *tyrannicida*, qui τυραννοκτόνος: *triceps*. qui τρικέφαλος: *tauriformis*, qui ταυρόμορφος, & alia ſexcenta. nouantur enim verba aut ſimilitudine, aut imitatione, aut inflexione, aut adiunctione verborum, inquit M. Tull. Partit. Nonnulli libri vet. habent *cadant*.

Parcè detorta] id eſt, parcè deflexa, ſeu deriuata, ſeu deducta à Græca lingua.

Cæcilio] Statio Cæcilio, poetæ comico, de quo ſuprà.

Dabit] ſic habent omnes ferè libri veteres cum vulgatis conſentientes: pauci *dedit*, quod item ſe in vno reperiſſe teſtatur homo pereruditus, Canterus.

Varióqve] ſic legendum libris omnibus inuitis, non *Varo*: vt Od. 6. lib. 1. *optimus olim Virgilius, poſt hunc Varius dixere quid eſſem.* & Satyr. 10. lib. 1. *fortè epos acer, Vt nemo, Varius ducit.* & Od. 6. lib. 1. *Scriberis Vario fortis, &c.*

Invideor] inuideor, παθητικὸν, à verbo inuideo, rariuſculum eſt: in vſu tamen ſunt *inuiſus*, & *inuidendus*. ſuprà Od. 10. lib. 2. *caret inuidenda Sobrius aula.* & Od. 1. lib. 3. *Cur inuidendis poſtibus,*

bus, & noue Sublime ritu moliar atrium? Idem Saty. 3. lib. 2. *& hæret Iuuſſis foribus.* verbum inuidendi certè cum quarto caſu coniungi ſolet, vt apud M. Tull. Tuſcul. 3. *vt nobis optimam naturam inuidiſſe videantur, qui nihil melius homini populari gloria iudicarunt.* vide annot. ad Sat. 6. lib. 2. hæc igitur verba, *cur inuideor acquirere* valent, cur vetor acquirere? ſic Græci φθονοῦμαι, & φθονῶ. Euripid. Med. μὴ φθόνει φράσαι, id eſt, ne inuide dicere. ibid. Καὶ νῦν τὸ μὲν σὸν οὐ φθονῶ καλῶς ἔχειν, id eſt, non inuideo res tuas bene habere.

Cùm lingua Catonis, et En.] nam tantumdem nobis licere debet noſtra ætate, quantum Ennio, & Catoni licuit ſua.

Signatvm præsente nota pron.] libri vulgati habent *producere*, quibuſcum conſentiunt aliquot antiqui, id eſt, proferre in lucem, ſeu protrahere in medium (vt loquitur Lucretius) *nomen* autem *præſente nota ſignatum*, hoc eſt, quod vſus præſens comprobet: nomen, quod cum eorum hominum, qui tūc ſunt, cùm producitur, loquendi conſuetudine conſentiat: nomen quod eam formam, & notam impreſſam contineat, quæ ſit in vſu. ego tamen *procudere* malim, vt habent libri aliquot calamo exarati, vt tralatio ſit à nummis. Nam & Themiſtius iunior in oratione quarta de nomine, ſeu vocabulo *ſophiſta* loquens, ſimilitudine nummi vtitur, his verbis, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ ὀνόματος, ὥσπερ νομίσματος, μετέπεσεν ἡ δύναμις κατὰ τοὺς ὕστερον χρόνους, &c. id eſt, ſed quoniam huius nominis [ſophiſtæ] vis, ſeu poteſtas, mutata eſt, poſterioribus temporibus, &c.

Vt silvæ foliis] oſtendit à ſimili, etiam verborum ſuam eſſe ætatem. idcircò vtendū eſſe verbis præſentibus, & noua verba cudere licere. videtur autem hanc ſimilitudinem ab Homero ſumſiſſe ἰλ. ζ. qua cum foliorū ortu, ac natura hominum ætatem comparat. Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν, id eſt, Qualis foliorum ortus, talis & hominum. idem φ. εἰ δὴ σοί γε βροτῶν ἕνεκα πτολεμίζω Δειλῶν, οἳ φύλλοισιν ἐοικότες ἄλλοτε μέν τε Ζαφλεγέες τελέθουσιν ἀρούρης καρπὸν ἔδοντες· Ἄλλοτε δ' αὖ φθινύθουσιν ἀκήριοι, id eſt, ſi tecum miſerorum mortalium cauſa pugnem: qui foliis ſimiles, interdum feruidi, & fortes ſunt terræ fructum comedentes: interdum intereunt imbecilli, & exanimes. & Mimnermus, Ἡμεῖς δ', οἷά τε φύλλα φύει πολυάνθεμος ὥρη Ἔαρος, ὅτ' αἶψ' αὐγῇ αὔξεται ἠελίου. ex Stobæo, id eſt, Nos autem tales ſumus, quales frōdes producit tempus Vernum multis floribus abundans, cùm primùm lux ſolis augetur. ſic & Muſæus, Ὡς δ' αὔτως καὶ φύλλα φύει ζείδωρος ἄρουρα, Ἄλλα μὲν ἐν μελίῃσιν ἀποφθίνει, ἄλλα δὲ θάλλει· Ὡς δὲ καὶ ἀνθρώπων γενεὴ καὶ φῦλον ἑλίσσει: id eſt, ſimiliter autem & frondes producit terra, victum ſuppeditans, ſeu rerum ad victum neceſſariarum largitrix: aliæ quidem in fraxinis pereunt, aliæ virent: ſic & hominum ortus & genus viciſſim naſcitur, & occidit. Cum his Horatianis congruūt, & concinunt illi Lucretiani verſus lib. 5. *Sic voluenda ætas commutat tempora rerum. Quod fuit in pretio, fit nullo denique honore: Porrò aliud ſuccedit, & è contemtibus exit: Inq; dies magis appetitur, floréque repertum Laudibus, & miro eſt mortaleis inter honores.* Idem libr. 3. extr. *Cedit enim à rerum nouitate extruſa vetuſtas.* & M. Tull. Philipp. 12. in extr. *Nihil enim ſemper floret: ætas ſuccedit ætati.*

Pronos] celeriter labenteis.

Debemvr morti nos] ſic Ode 3. lib. 2. *Omnes eòdem cogimur: omnium Verſatur vrna.* Profert hunc locum Seruius ad illum Virg. lib. 9. Æneid. *Mortaline manu factæ immortale carinæ Fas habeant?* ſed Priſcianus legit *Debemus.* quod notauit Achill. Statius Luſitanus.

Sive receptvs Terra Nept.] id eſt, ſiue portus Iulius, immiſſo in Lucrinum, & Auernum lacum mari refectus, nauibus tutam ſtationem præbeat: (quod ab Auguſto effectum eſt:) ſiue Pomtina palus ſiccata, vomere ſubigatur nunc, & frugibus vicinas vrbeis alat: (quod à Iulio Cæſare fuerat cogitatum:) ſiue Tiberis à priore ſuo alueo in aliam partem auerſus deſierit agris, & vrbi nocere.

Classeis Aqvilonibvs arcet] id eſt, Aquilones à claſſibus arcet: hypallage: claſſibus tutus, ac munitus portus eſt.

Sterilísqve div palvs] Seruius ad illum Virg. Locum Æneid. 6. *& tenebroſa palus Acherunte refuſo*: notat, poſteriorem ſyllabam huius nominis eſſe longam: ab Horatio tamen eſſe corruptam; atque hunc locum profert.

Aptáqve remis] nauigabilis.

Vicinas vrbeis alit] ſiccata, & fertilis reddita, vicinis vrbibus alimenta præbet: quod Iul. Cæſar efficere conſtituerat. M. Tull. Philipp. 5. *Ille paludes ſiccare voluit.* perfecit poſteā Cethegus neſcio quis.

Iniqvvm frvgibvs] inimicum, & infeſtum frugibus, propter crebras eluuiones.

Doctvs iter melivs] tranſlatio eſt, vt epiſt. ad Villicum ſup. lib. 1. *Multa mole docendus aprico parcere campo.*

Nedvm sermonvm stet honos] nimis pingues ſunt ij, qui hîc cenſent addendam negationem, & legendum, *nedum haud ſermonum.* nam hæc vox ſuaptè vi, ac natura negat, vt apud M. Tull. epiſt. 9. ad Pap. Pætum, in vltima libri epiſtol. *Me verò nihil iſtorum, ne iuuenem quidem mouit vmquam, nedum ſenem.* Idem ad Tiron. lib. 16. *vix in ipſis tectis, & oppidis frigus infirma valetudine vitatur: nedum in mari, & via ſit facilè abeſſe ab iniuria temporis.* T. Liuius lib. 6. *& ægrè inermem tantam multitudinem, nedum armatam ſuſtinere poſſe.* Eſt autem argumērum à minori hoc modo, Si, quæ diuturniora videbantur eſſe debere, neque à vetuſtate facilè conſumi poſſe, ea tamen extinguit vetuſtas: quanto magis verba? poteſt & eſſe à maiori, hoc modo, opera regum non ſunt ſempiterna: quanto minus verba?

GRATIA] χάρις, lepos, venuſtas. vel gratiá accipe, vt ſit tranſlatum ab hominum gratia.

QVEM PENES] in cuius poteſtate eſt. M. Tull. in orat. perf. *vſum loquendi populo conceſsi, ſciẽtiam mihi reſeruaui.* *ius* autem legendum ex auctoritate omnium veterum cod. non *vis*.

RES GESTÆ, &c. res geſtæ deſcribuntur verſibus heroicis: quod genus epos appellant: ex quo poetæ epici nominantur, vt ſuprà diximus ad epiſt. 2. lib. 2.

QVO SCRIBI P. NVMERO] id eſt, quo metro, quo carminis genere, quibus pedibus, vt hac epiſt. infr. *At veſtri proaui Plautinos & numeros & laudauere ſales.*

HOMERVS] à quo Mæonium carmẽ dicitur. ſuprà Od. 6. libr. 1. *Mæonij carminis alite*: ſeu, vt quidam malunt, *aliti*, vt referatur ad Varium.

VERSIBVS IMPARITER IVNCTIS] elegis, vt tertio ab hinc verſu appellat. profert hũc locum Soſipater lib. 2. grammatic. inſtit. & refert, Scaurum grammaticum commentariis in artem poëticam ad hunc locum notaſſe, *aduerbiũ figurauit*.

QVERIMONIA PRIMÙM] Ode 33. lib. 1. *Albi ne doleas plus nimio memor immitis Glyceræ, neu miſerabileis Decantes elegos, quod tibi iunior Læſa præniteat fide.*

VOTI SENTENTIA COMPOS] res lætæ, optatæ, & ſecũdæ. nam, quæ nobis ex animi ſententia eueniunt, læta ſunt, ac iucunda.

ARCHILOCHVM PROPRIO] id eſt, Archilochus carminis Iambici inuentor, & princeps, iambos ſuos ad maledicentiam contulit, vel iambis ſuis armatus ſcripſit in Lycamben ſocerum, & eius filiam: vt ſuprà Od. 6. epod. C. Vell. Paterc. *neque quemquam alium, cuius operis primus auctor fuerit, in eo perfectiſsimum, præter Homerum, & Archilochum, reperiemus.*

HVNC PEDEM] iambum. Turnebus tamen lib. 9. Aduerſ. pedem interpretatur verſum Iambéum.

SOCCI] comœdiæ. infrà, *propè ſocco Dignis carminibus.*

GRANDÉSQVE COTHVRN.] tragœdiæ. ſup. Od. 1. lib. 2. *grande munus Cecropio repetes cothurno.* & infrà, *Et docuit magnúmque loqui, nitíque cothurno.*

ALTERNIS APTVM SERMONIBVS] dialogis, & ſermonibus mutuis. ſic Ariſtot. περὶ ποιητικῆς. μάλιστα γὰρ λεκτικὸν τῶν μέτρων τὸ ἰαμβεῖον ἐστι σημεῖον δὲ τούτου. πλεῖστα γὰρ ἰαμβεῖα λέγομεν ἐν τῇ διαλέκτῳ πρὸς ἀλλήλους. i. maximè autem omnium metrorum, ad locutionem, ſeu ad ſermonem aptum eſt, carmen iambéum. cuius rei argumentum eſt, quòd plurimos verſus iãbéos vſurpamus, in ſermone quotidiano. Alternos ſermones autem intellige: qui alternatim habentur, hoc eſt, non ſemper neque continéntet ab vno, ſed nunc ab hoc, nunc ab illo: ſeu nunc ab vno, nunc ab altero viciſſim. hoc enim ſignificat *alterum*, nẽpe quod non eſt continuum, ſed aliqua aut perſona, aut re interpoſita interruptũ: vt alterna mors Caſtoris & Pollucis, alterius temporibus, alternis annis, & ſimil.

ET POPVL. VINC. STR.] quia ſpectatores vociferari, & ſtrepere deſinunt, verſibus iambicis delectati.

NATVM REBVS AGENDIS] id eſt, fabulis, quæ appellantur δράματα: vel quia iambus vim habet excitandi ad actionem. Ariſt. πρακτικὸν appellat.

FIDIBVS] verſibus lyricis.

EQVVM CERTAMINE PRIMVM] qui curſu vicit. vt dixit *pugilem victorem*: ita *equum certamine primum.*

ET IVVENVM CVRAS] amores, comiſſationes, conuiuia, iocos.

DISCRIPTAS SERVARE VICES, &c.] qui ſuas cuiuſque poëmatis parteis, & munera ab ipſa natura attributa ſeruare neſcit, &, qui ad operum formas, quæ ſunt variæ, & multiplices, verſus accommodare pro cuiuſque dignitate, ac natura non poteſt, indignus eſt nomine poëtæ. poteſt & illud *vices* intelligi de cuiuſque perſonæ officio, & munere, & decôro. cuius rei exemplum ſubiicitur ibi, *Telephus, & Peleus, &c.* diſcriptas autem, id eſt, διατεταγμένας, diſtinctas, diſtributas, diuiſas. ſic Od. 3. lib. 1. *ſedéſque diſcriptas piorum, &c.*

OPERÚMQVE COLORES] operum ſpecies, & formas, & varietates. ſic vitæ colorem dixit Sat. 1. lib. 2. *Quiſquis erit vitæ, ſcribam, color.* & epiſt. 17. lib. 1. *Omnis Ariſtippum decuit color, & ſtatus, & res.*

PVDENS PRAVÈ] pudor eius eſt vitioſus, ac reprehendendus, quem diſcere pudet potiùs, quàm neſcire.

CENA THYESTÆ] argumentum tragicum de quo alibi.

SINGVLA, &c.] ſuus cuique carmini locus detur: ſuo quæque materia carmine, & proprio tractetur.

NON VVLT] non debet, οὐ βούλεται.

INTERDVM TAMEN ET VOCEM, &c.] vt Sat. 4. lib. 1. *at pater ardens Sæuit, quod meretrice nepos inſanit amica Filius, &c.* quem locum cũ hoc conferre non erit inutile.

DELITIGAT] acriter litigat, vt ſuprà *deſæuit*, pro valdè ſæuit, epiſt. ad Iul. Florum 1. lib. 1. & Sat. 3. lib. 2. *denarrat.*

SERMONE PEDESTRI] humili, & comico, πεζῷ λόγῳ.

TELEPHVS, ET PELEVS, CÙM P.] ſubaudiendum verbum *eſt*, & legendum *cum*, non *cur*. probat autem exemplo perſonarum tragicarum Telephi & Pelei, nonnumquam in tragœdiis ſermonem comicum, & humilem adhiberi. eſt autem hæc horum verborum ſententia, Telephus, & Peleus, quo tempore vterque in exſulio, atque in egeſtate verſatur, verborum ampullas, & verba productiora, ac longiora, quàm quibus vulgus vtitur, omittit, ac remouet, ſi vult ſpectatoribus

ſtatoribus miſericotdiam voce, & lacrymis cõ-
mouere. P. Victorius hunc locum aliter explicat
Variar. lectionum lib. 14. ſed valde ab eo diſſen-
tio, neque mihi vllo pacto ptobari poteſt illa ex-
plicatio, *proiicere ampullas*, magoa loqui. quid e-
nim aliud eſt ptoiice e, quàm procul à ſe reiice-
re, amittere, ac repellete? quod Græci ῥίπτειν
dicunt. Catull. de nupt. Pelei. *Ipſe ſuum Theſeus
pro caris corpus Athenis Proiicere optauit potius, &c.*
Idem ad Catmcrium, *Fructus proiicies amoris omnes.*
Virg. Æneid. 6. *qui ſibi lethum Inſontes peperere ma-
nu, lucémque peroſi Proiecere animas.* M. Tull. pro C.
Rab. *neque ego, cui omnium ciuium libertas cariſſima
fuiſſet, meam proieciſſem.* Lucret. lib. 5. *Tum porrò
puer, vt ſæuis proiectus ab vndis Nauita, nudus humi
iacet.* Horat. Sat. 3. lib. 2. *qui ſeruos proiicere aurum
In media iuſſit Libya.* & Satyr. 7. lib. 2 *Tu cùm proie-
ctis inſignibus, &c.* De Telepho autem pauca quæ-
dam ſuprà leuiter attigi Od. 17. epod. ſed, quod
ad hunc locum attinet, Telephi mendicitatẽ no-
bilitarunt tragœdiæ. Timocles in Iambicis, ὢν
γὰρ μέν τις Πτωχότερον αὐτοῦ κατεμαθὼν
τὸν Τήλεφον Γενόμενον, τὴν πενίαν ῥᾷον φέρει.
id eſt, nam qui pauper eſt, poſteaquam intellexit
Telephum factum eſſe ſe pauperiorem, pauper-
tatem ferr faciliùs. Ariſtoph. νεφελ. σὺ δέ γ' ὦ
πράτλης. Καί τοι πρότερόν γ' ἐπτώχευες Τήλε-
φος εἶναι Μυσὸς φάσκων, id eſt, Tu autem rem
tuam bene getis. atqui anteà mendicabas, cùm
te Telephum Myſum eſſe diceres. de eodẽ vide,
quæ protulimus ex Pindaro, & eius interprete
Od. 7. lib. 1. ad illum locum, *Narrat penè datum
Pelea Tartaro.* quibus libet nunc addere ex eodem
poëta, quæ exſtant ὠδ. γ. πυθ. vbi ille oſtendés,
nullam eſſe ſtabilem felicitatem in rebus huma-
nis, ait ne Pelea quidem, & Cadmum, quorũ res
fuerant aliquando admodum ſecundæ, corſum
vitæ perpetuum ſine offenſione, & calamitate
conficere potuiſſe. nam, cùm Cadmus Harmo-
niam, Peleus Thetida vxores duxiſſent, & vtriuſ-
qoe nuptiis etiam Dij immortales interfuiſſent,
illũ trium filiarum, Semelæ, Agauæ, Inônis miſe-
rabiles caſus ita grauiter perculetunt, atque affli-
xerunt, vt in anguem verſus ſit: hic amiſſo filio
Achille, in Co inſula vitam inopem; & miſetam
traduxit, mortémque cum ſummo animi dolote,
& cruciatu oppetiit. Verba Pindari non aſcribã.
petat, qui volet, ex ipſo fonte.

Proiicit ampullas et sesqvip.]
id eſt, longè à ſe reiicit, & omittit verba tumida,
grandia, ampla atque inflata, magnifica, iactantię
& venti plena: ſeu nimis ornata, & ab vſu com-
mnni remota: vel quòd ampollæ amplæ ſunt,
vnde fortaſſe nomen traxetunt: vel propter ſo-
nitum, qoem aqua ex ampulla effluens mittit. le-
ge hac de re pluta ad illum vetſum, *An tragica
deſæuit, & ampullatur in arte, &c.* epiſt 3. lib. 1. ſeſ-
quipedalia verba autem, intellige nimium pro-
ducta, & lõga: qualia ſunt ſeſquipedalia: alij præ-
tumida, & inflata interpretantur.

Si cvrat c. sp. tetigisse] ſi ſtudet

A animum ſpectatotis affeciſſe, commouiſſe. Cic.
ad Attic. lib. 2. *mina, quæ mihi proponuntur, modicè
me tangunt.*

Dvlcia svnto] aliud eſt pulchrum, a-
liud dulce. licet hoc ex ſimilitudine formæ mu-
liebris intelligere. ſunt enim quædam mulieres
formoſæ illæ quidem, ſed inſuaues & iniucun-
dæ, ſine lepôre, & illecebra: aliæ minùs formo-
ſæ, ſed ſuauitate, & lepôre, atque illecebra com-
mendatæ.

Volent] quidam libri vet. habent, *volunt.*

Agvnto] impellunto, aut ducunto. epiſt.
ad Auguſtum, *Ille per extentum funem mihi poſſe vi-
detur ire poëta, &c.*

Si vis me flere] ſic M. Tull. de Orat.
B ad Qu. frat. lib. 2. *neque fieri poteſt, vt doleat is, qui
audit, vt oderit, vt inuideat, vt pertimeſcat aliquid, vt
ad fletum, miſericordiámque deducatur, niſi omnes ij mo-
tus, quos orator adhibere volet iudici, in ipſo oratore im-
preſſi eſſe, atque inuſti videbuntur, &c.* quæ deinceps
ſequuntur. nam ad hunc locum valde pertinent.
ſic Ariſt. lib. 3. de arte dicendi. συνομοιοπαθεῖ ἀεὶ
ὁ ἀκούων τῷ παθητικῶς λέγοντι, id eſt, ſimiliter
ſemper afficitur is, qui audit, atque is, qui affe-
ctus commouet dicendo. Sic & Plato in eo dia-
logo, qui inſcribitur Ion, ἢ περὶ ἰλιάδος, vbi
multis vetbis oſtendit & poëtas afflatu diuino
concitatos ſua poëmata edere, tanquam deorum
interpretes, & recitatores poëmatum, ſeu acto-
res, quos rhapſodos appellant Græci, eſſe inter-
C pretum interpretes, quia cùm recitant aliquem
locum iracũdiæ, aut miſericordiæ, aut ſimilis ali-
cuius affectus plenum, & ipſi ſimiliter afficiun-
tur, & in animis auditorum ſimilem affectũ igi-
gnunt. ſic Plato: ἐγὼ γὰρ (inquit Ion) ὅταν ἐ-
λεεινόν τι λέγω δακρύων ἐμπίπλανταί μου ὀ-
φθαλμοί· ὅταν τι φοβερὸν ἢ δεινὸν, ὀρθαὶ αἱ τρί-
χες ἵστανται ὑπὸ τοῦ φόβου, καὶ ἡ καρδία πη-
δᾷ: Cum enim ego aliquid miſerabile loquor,
lacrymis mihi complentur oculi: cùm aliquid
formidoloſum, aut horribile, pili metu arrigũtur,
& cor palpitat. Cetera legat qui volet apud Pla-
tonem. Valde enim ad hunc locum pertinent.

Tvnc tva me infort. læd.
Tel. vel P.] hîc eſt locanda interpunctionis
D nota, hoc modo, Tunc, id eſt, cum ipſe primus
dolebis, ô Telephe, vel Peleu, tua infortunia mi-
hi lachtymas excutient: tunc me moleſtia affi-
cient. ſequitur deinceps, *malè ſi mã.* Quidam libri
habent, *lædant.*

Malè si mandata loq.] ſin au-
tem parteis tibi à fortuna datas ages indecenter,
& ineptè: ſi & vetbis vtêris à perſona, quam ſu-
ſtines, atq; à fortuna tua alienis, & vultu hilaro
procedes in ſcenam, cum ſis calamitoſus, exſul,
mendicus: denique ſi neque vetba, neque geſtus
ei perſonæ, quam ſuſtines, & quam repræſentare
iuſſus es, reſpondebunt: tunc aut me tibi minus
attentum prębebo, aut te irridebo. oratio igitur
& actio debent perſonæ, & fortunæ congruere,
& conuenire. quidam exiſtimant, hunc eſſe ordi-

nem verborum, *ſi loquêris malè mandata*: id eſt, ſi A ea loquêris, quæ ſunt à tua fortuna aliena, tui auctoris culpa, qui eam orationem tibi attribuerit: aut dormitabo, aut ridebo: à quibus diſſentio.

TRIST. MÆST. VVLTVM VERBA D. &c.] *Aliud vocis genus* (inquit Cicero libr. 3. de oratore) *iracundia ſibi ſumit: acutum, incitatum, crebro incidens, &c. Aliud miſeratio ac mæror: flexibile, plenum, &c. Aliud metus, demiſſum, & haeſitans*, qualis fortuna, talis motus, vt ſtatim dicet. *For-* *& abiectum, &c.* Cùm igitur alius motus aliam vocem deſideret: ergo & alia verba deſiderat. Hæc enim debent eſſe inter ſe conſentanea, motus, vox, verba. Iam qualis motus, talis vultus eſt: *mat enim natura prius, &c.* Cum his congruunt B illa Ciceronis ex eodem libro paullùm ſuprà. *Omnis enim motus animi ſuum quendam à natura habet vultum, & ſonum, & geſtum: totúmque corpus hominis, & eius omnis vultus, omnéſque voces, vt nerui in fidibus, ita ſonant, vt à quoque animi motu ſunt pulſæ, &c.*

FORMAT ENIM NATVRA] ſic Homer. ὀδ. σ. Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο Πάντων, ὅσσά τε γαῖαν ἔπι πνείει τε, καὶ ἕρπει. Οὐ μὲν γάρ ποτέ φησι κακὸν πείσεσθαι ὀπίσσω, Ὄφρ' ἀρετὴν παρέχωσι θεοὶ, καὶ γούνατ' ὀρώρῃ· Ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ λυγρὰ θεοὶ μάκαρες τελέσωσι· Καὶ τὰ φέρει ἀεκαζόμενος τετληότι θυμῷ· Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε, θεῶν τε, id eſt, ni- C hil imbecillius alit terra homine ex omnibus, quæ ſuper terrã ſpirant ac ſerpunt. Affirmat enim numquam fore, vt malum aliquod ſibi in poſterum eueniat. donec virtutem præbeant dij, & genua erigi poſſint. verùm vbi dij immortales aduerſi aliquid importarint: tum etiam inuitus, id fert patienter. Talis enim mens eſt terreſtrium hominum, qualem diem inuexerit deorũ & hominum pater. Eadem ferè ſententia eſt vulgati huius verſiculi, Πρὸς γὰρ τύχας τὰς φρένας κεκτήμεθα: id eſt, ad fortunas enim accommodatam mẽtem habemus. & Terent. in Hecyra, *Omnibus nobis vt res dant ſeſe, ita magni, atque humiles ſumus.* hoc igitur ſignificat Horatius, nos aptos eſſe natura ad omnem fortunarum habitum, id eſt, ad omnem fortunæ varietatem, vultu, fronte, atque adeò animo declarandam, & exprimendam, vt, ſi fortuna ſit ſecunda, læti, atque hilares ſimus: ſin aduerſa, fracti, humiles, ac demiſſi: ſequitur deinde oratio, quæ taleis animórum motus, atque habitus interpretetur.

AVT AD HVMVM DED.] pluribus verbis dixit, quod vno dicere licet, *affligit*.

SI DICENTIS ERVNT] hic verſus P. Victorij ſententiam in explicandis verbis illis, *Proiicit ampullas, &c.* refellit. ſi loquentis oratio (inquit Horatius) erit ab eius fortuna aliena, ridebunt equites, & reliqui ſpectatores. Itaque, ſi Telephus & Peleus regno pulſi, & exſules, ampullas loquentur, id eſt, verbis vtentur elatioribus, grã- A dioribus, amplioribus, quàm taleis perſonas deceat, non modò miſericordiam auditoribus non commouebunt, verùm etiam riſum mouebunt.

INTERERIT MVLT. DAVÚSNE] variis modis mutatus, & corruptus eſt hic verſus. nam cùm in omnibus ferè libris manuſcr. legatur vel *an Eros*, vel *Heróſne*, alij repoſuerunt, *Dauus, an Heros*: alij *diues, an Irus*: alij *Dauus, herúſne*: alij *Diuus, an Heros*. quarum lectionum nullam probo, & eas omneis puto eſſe corruptas. Nam primùm Dauus, & Heros perſonæ ſunt ita diſſimiles, ac diſpares, vt ea res admonitione non egeat. quis enim ita hebes, & tardus eſt, vt neſciat intereſſe, vtrùm Dauum loquentem faciat, an Aga- B memnonem? Præterea Dauus propriũ ſerui nomen eſt, quamuis à natione impoſitum: at heros nomen omnium heroum commune. neque verò me mouet quòd quidam vir doctus mihi in ſermone dixit, ferri hanc lectionem poſſe, *Dauus an heros*: quia (inquit ille) *heros* poſitus eſt pro ſene. ſenex autem in comœdiis ponitur pro hero. Ita igitur hîc heros, id eſt, ſenex, quaſi Chremes, Dauo opponitur. proferebat autem ille Virgilij verſum ex Moreto, vbi *heros* videtur poſitum pro *ſenex*. *Ergo aliam molitur opem ſibi prouidus heros.* ſed, pace illius dixerim, neque heros apud Virgilium, ſenem ſignificat, neque, ſi ita eſſet probanda magis eſſet hæc lectio, quàm aliæ. Nam fingamus ita ſcriptum eſſe ab Horatio, *Dauúſne loquatur, an ſe-* C *nex*: inepta eſſet hæc oppoſitio, cùm Dauus nomen ſit ſerui propriũ, ſenex nomen ætatis appellatiuum. Iam verò apud Virgil. *heros* non ſenem ſignificat, ſed hominem antiquorum morum, ſeu heroum illorum ſimplicitatis & probitatis æmulum, ſeu heroïbus illis probitate & fortitudine animi ſimilem. ſic ipſe Horat. vſurpauit Sat. 2. li. 2. *hos vtinam inter Heroas natum tellus me prima tuliſſet.* Deinde lectio *diueſne, an Irus* non placet eadẽ ratione: quia Irus proprium nomen eſt mendici illius Homerici, diues omnium diuitum cõmune. idémque de lectione *Dauúſne, herúſne*, ſentiendum, vt omittam quod ſuperuacaneum etiã fuit Horatio, nos de Domini, & ſerui loquentis differentia admonere. Reſtat quarta, *Diuúſne loqua-* D *tur an Heros*, quam audio quibuſdam viris doctis omnium optimam videri. Sed ne hæc quidem mihi probatur. Nam diui in comœdiis quidem nunquam introducuntur loquẽtes: in tragœdiis autem rarò admodum, tùm ſcilicet, cùm dignus aliquis vindice nodus inciderit, vt ait Horatius in hac epiſtola, idque ad explicandas, & expediẽdas turbas ortas in tragœdia, quæ humano conſilio non videbantur expediri poſſe. Quòd ſi aliquando Diuus aliquis intercedit, nulla turba exorta, vt Pallas apud Sophocl. in Aiace: id fit propter aliam neceſſariam cauſam; quemadmodũ in ea, quam dixi, Sophoclis tragœdia. Iccircò enim Pallas prologi parteis agit, quia abſurdum erat futurum, Aiacem, ſuum ipſius facinus proloqui, ac proferre: neque quiſquam alius erat, qui

ſciret,

ſciret, eum mẽte captum pecudes iugulaſſe: quippe qui & noctu, & occultè rem illam perfeciſſet. Præterea cùm ſit neceſſe Deos humano more loqui: alloquin à nobis ne intelligantur quidem: nullus autem excogitari poſſit hominum ſermo grandior, aut elatior, quàm heroicus: non video, quid ſit, quamobrem Horatius, aut quiſquam alius dicat intereſſe, vtrùm deus loquatur, an Heros. tolerabilius erat, ſi dixiſſet intereſſe, vtrùm loquatur Apollo, an Menelaus: Venus, an Helena. ſed quid fruſtrà lectorem moror, cùm agatur hîc de perſonis comicis? ego igitur hunc verſum ita legendum eſſe dico, *Intererit multum Dauúſne loquatur, Eróſne*: vt ſignificet intereſſe vtrùm loquatur ſeruus callidus, verſutus, fallax, improbus, & nequam, an ſimplex, apertus, veritatis amicus, fidelis, & frugi. Perſpicuum eſt enim Horatium hoc loco docere, quemadmodum differt ſeruus à ſeruo, ætas ab ætate, fæmina nobilis & potens à plebeia, & humili, genus & inſtitutum vitæ ab alio, natio à natione, locus à loco: ita inter orationes intereſſe oportere. Eſſet autem abſurdum, atque ineptum, cùm his verſibus loquatur de perſonis comicis, infrà autem deinceps de tragicis ab illo verſu, *Scriptor. honoratum ſi fortè, &c.* inculcare hîc alieno loco deos, & heroas. De Erote porrò, videor mihi legendo obſeruaſſe, ſeruos eos, qui hoc nomine appellantur, magna ex parte eſſe bene moratos, fideleis & caros, vtileiſque dominis. Meminerunt omnes, ſeruum illum Ciceronis Erotem, eſſe à domino libertate donatum, quòd cauſam, quam dicturus erat Cicero, cùm ad eam nondum ſatis paratus eſſet, in poſterum diem dilatam nuntiaſſet: Dauos verò ſubdolos, mendaceis, fallaceis, dominóque ſuſpectos. Iam verò non eſt id omittendum, quod ad meæ coniecturæ rationem confirmandam vehementer pertinet. Cùm abhinc duodecim circiter annos eſſem Toloſæ, incidi in quoddam exemplar Pandectarum iuris ciuilis, manu exaratum. in eo animaduerti nomen ſerui *Eros* paſſim ſcriptum cum aſpiratione *Heros*. ex ea ſcriptura, ab illo iam tempore orta mihi ſuſpicio eſt, in exemplaribus Horatianis manuſcriptis antiquiſſimis, & non ita corruptis, ſic hunc verſum, in quo verſamur, ſcriptum fuiſſe, *Intererit multum Dauúſne loquatur, Heróſne*. ſecutos eſſe poſteà aliquos homines ſemidoctos, qui cùm reperiſſent hoc nomen ſcriptum cum aſpirationis nota, eóque nomine eum ſignificari putarent, qui inter diuinam, & humanam naturam interiectus eſt: ſcirent autem priorem eius ſyllabam eſſe longam, atque iccircò numerum, ac menſuram conſtare non poſſe, verſum commutare auſi ſunt, & in locum prioris ſcripturæ *Heróſne*: *an Heros* ſubſtituerunt. atque hanc primam fuiſſe puto huius loci maculam, ac labem. ex hac ſtirpe (vt ſolent amplificari, ac dilatari mala) cetera huius verſus errata, mendáque nata ſunt, dum ſuum quiſque iudicium ſecutus, ſuóque ingenio confiſus, deletis germanæ ſcri-A ptuturæ veſtigijs, nouam lectionem confingit, & comminiſcitur. meam coniecturam adiuuant & codices nonnulli Horatiani, in quibus ineſt hæc ſcriptura, *Heróſne*. [Vide Vict. libr. xxxiij. var. cap. v. vbi de hoc loco diſputat, & tuetur lectionem *Dauúſne loquatur an Heros*, ſed errat.]

MATVRÚSNE SENEX] Virgil. libr. 5. Æn. *maturus Aceſtes*. paullò aliter item Horat. dixit *maturos partus*, carm. ſæculari.

FLORENTE IVVENTA] ἀκμαζούσης ἡλικίας. quod alio loco docuimus.

FERVIOVS] M. Tull. in Catone maiore, *epulabar igitur cum ſodalibus omninò modicè: ſed erat quidam feruor ætatis, qua progrediente omnia fiunt* B *etiam in dies mitiora*. Itaque iuuenes αἴζηις appellant Græci quaſi ἀεὶ ζέοντας, id eſt, ſemper ferventeis.

MERCATÓRNE VAGVS, CVLTÓRNE VIR. AG.] Vides vt opponat inter ſe mercatorem vagum, & cultorem agelli: id eſt, olitorem aliquem, ſeu potiùs eum, qui domo ſe continet, qualis eſt ſenex ille Veronenſis, quem deſcribit Claudianus, *Felix qui patrijs æuum tranſegit in aruis, Ipſa domus puerum quem videt, ipſa ſenem: Qui baculo nitens, in qua reptauit arena, Vnius numerat ſæcula longa caſæ, &c.* aut qualis ille beatus Horatianus: *Beatus ille, qui procul negotijs, &c.* Oda 2. epod.

SIBI CONVENIENTIA] ſibi conſtantia, C & in quibus extrema conueniant cum primis, vtraque cum medijs.

SCRIPTOR] hîc eſt apponenda interpunctionis nota.

HONORATVM] cur honoratum? quia Iupiter à Thetide exoratus, eum à Græcis tum honorandum curauit, cùm Troianos, qui Achille pugnante extra ſua præſidia prodire, & prœlium inire non audebant, rurſum Achille irato, ea fiducia, audaciáque compleuit, vt auſi ſint belli fortunam experiri, Græcóſque magnis cladibus affecerint, ita vt Agamemnonem, qui Achilli Briſeida eripuerant, magnopere ſui facti pœnituerit, vltróque Briſeida cum alijs puellis formoſiſſimis bello captis, ampliſſimiſque muneribus D ad eum remiſerit. Sic autem Thetis apud Hom. ἰλ. α. Iouem orat. Ἀλλὰ σύ πέρ μιν τῖσον ὀλύμπιε μητίετα ζεῦ: Τόφρα δ' ἐπὶ τρώεσσι τίθει κράτος, ὄφρ' ἂν Ἀχαιοὶ Υἱὸν ἐμὸν τίσωσιν ὀφέλλωσί τε ἑ τιμῇ, id eſt, At tu eum honorato ô Iupiter Olympie, conſilij largitor. Tamdiu autem Troianis potentiam, & robur adijcito, quoad Achiui filium meum honorauerint, & eum honore mactarint.

IMPIGER, IRACVNDVS, INEXORABILIS, &c.] quia talem deſcribit Homerus. atque iracundiam quidem ex primo Iliados perſpicere licet. ingenio autem inexorabili eum fuiſſe, declarat liber nonus, vbi ab Aiace σχέτλιος, ſæuus, durus, indomitus: & νηλής, id eſt, immiſericors & immitis appellatur. & eodem libro

cùm Phœnix longa oratione eum ad lenitatem deducere ſtuduiſſet, Meleagri exemplum adhibuiſſet, munera commemoraſſet, quæ ſe Græci vltrò promittebant daturos, ſi ſe exorati ſineret, cetera denique collegiſſet, quæ ad animum iratum placandum, ac mitigandum valere debuerant: his omnibus ne tantillum quidem commotus eſt, vt Græcis laborantibus ſuccurreret, auxiliúmque ferret. Magna ſanè vis eſt ad miſericordiam commouendam in ijs verſibus, quibus exponit Phœnix, illum ſibi à Peleo puerum eſſe traditum, & commendatum, abs ſeſe magno ſtudio, magnáque cura educatum ea ſpe ducto. fore, vt, cùm ipſe liberos ex ſe non ſuſcepiſſet, eſſet ille ſibi filij loco. Iam verò alij, qui deinceps ſequuntur, vel ſaxum flectere poterant, quos non me pigebit aſcribere, vt inſignis Achillis acerbitas, & inexorabilis animus magis appareat, qui de ſententia à tali viro, talique oratione non potuerit demoueri. hæc igitur Phœnix, Ἀλλ' Ἀχιλεῦ, δάμασον θυμὸν μέγαν· οὐδέ τί σε χρὴ νηλεὲς ἦτορ ἔχειν· στρεπτοὶ δέ τε, καὶ θεοὶ αὐτοί, Τῶν περ καὶ μείζων ἀρετὴ, τιμή τε, βίη τε. Καὶ μὲν τοὺς θυέεσσι, καὶ εὐχωλῇς ἀγανῇσι, Λοιβῇ τε, κνίσῃ τε, παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι, Λισσόμενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ, καὶ ἁμάρτῃ, id eſt, At Achilles, magnum animum tuum domato, neque verò te oportet immiſericordem mentem habere. flexibiles ſunt etiam dij ipſi, quorum & maior eſt virtus, & honos, & vis. Verumtamen eos ſuffimentis ac ſacrificijs, & blandis precibus, & libaminibus, & nidore flectunt homines precantes, vbi quis iniuſtum aliquid commiſerit, & peccarit. reliquos verſus petat, qui volet, ex Homero. Patroclus item ἰλιάδ. π. ait, patrem ei non eſſe Pelea, neque matrem Thetidem, ſed eum è mari, ſaxiſque præruptis eſſe natum. ſic Patroclus: Νηλεὲς· οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεὺς, Οὐδὲ Θέτις μήτηρ, γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα, Πέτραι τ' ἠλίβατοι. Poſtremò Apollo in ea oratione, qua ſuadet ceteris Dijs, vt Hectoris corpus parentibus permittant, vt honore ſepulturæ ab eis afficiatur, potiùs quàm Achilli gratificentur, ait Achillem neque animo eſſe ad æquitatem propenſo, neque flexibili voluntate, ſed immanitate, & feritate quadam leonina præditum, omnémque humanitatem, ac miſericordiam exuiſſe. ſic Apollo, Ἀλλ' ὀλοῷ Ἀχιλῆϊ θεοὶ βούλεσθ' ἐπαρήγειν, Ὧ οὔτ' ἂρ φρένες εἰσὶν ἐναίσιμοι, οὔτε νόημα Γναμπτὸν ἐνὶ στήθεσσι· λέων δ' ὣς, ἄγρια οἶδεν, &c. impigrum autem, fortem, & ſtrenuum accipio, ἀγαθὸν, ἀνδρεῖον. talem enim facit Homerus, quod & Ariſtot. teſtatur in libr. περὶ ποιητ. Seruius hunc verſum, & eum, qui proximè ſequitur, profert ad illum Virg. locum, *hic ſæuus tendebat Achilles*, vbi notat ille, *ſæuus* propter Hectorem ab equis diſtractum. quod non placet. ſæuus enim dictus à Virgilio eſt, eadem ratione, qua ab Horatio iracundus, aut certè qua ab Homero σχέτλιος. Appellatur præterea ab Horatio peruicax, Oda 17. epod. & cedere neſcius Oda 6. lib. 1.

A c e r] *ſit*, ſubintelligendum.

I v r a n e g e t s i b i n a t a] ἰλιάδ. α. Ἄλλοισιν δὴ ταῦτ' ἐπιτέλλεο, μὴ γὰρ ἔμοιγε Σήμαιν'· οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔτι σοὶ πείσεσθαι ὀΐω. id eſt, alijs iſta manda, non mihi impera. non enim puto me tibi morem geſturum.

N i h i l n o n a r r o g e t a r m s s] ἰλ. χ. & φ. & alibi.

F e r o x] animoſa, vehemens, elata. ζαμενῆ vocat Pindarus ὠδ. δ. πυθ. licet autem hoc ex Medea Euripidis cognoſcere. Sed longè diuerſa ab ijs quæ poëtæ tragici, & ceteri ſcriptores de Medeæ ferocitate, acrimonia, & impotentia, de fratre Abſytto obtruncato, de filijs eius ſua manu necatis, litteris prodiderunt, longè (inquam) alia, ac noua de ea narrat Pauſanias in Corinthiacis, nempe eam Iaſoni nuptam, Corinthíque reginam, filios, qui ſibi quotannis naſcerentur, in templo Iunonis occultare eſſe ſolitam, immortaleis eos futuros ſperantem: verùm cùm hæc eam fefelliſſet, & cùm ſe errâſſe tandem cognouiſſet, eodémque tempore ab Iaſone deprehenſa eſſet: illum ei multùm oranti ignoſcere noluiſſe; & ita Iolcum, ea relicta, nauigaſſe: Medeam autem regno Corinthi Siſypho commendato, ac tradito illum ſecutam eſſe. Sed quòd ad hunc locum pertinet, vide Euripid. Medeam.

I n v i c t á q v e] Euripid. in Medea, Δεινὴ γάρ· οὔτοι ῥᾳδίως γε συμβαλὼν Ἔχθραν τις αὐτῇ καλλίνικον ᾄσεται, id eſt, horribilis enim eſt. non facilè quiſquam inimicitijs cum ea ſuſceptis victoriæ carmen canet. ibidem ſic Medea loquitur, Ἕρπ' εἰς τὸ δεινόν· νῦν ἀγὼν εὐψυχίας, id eſt, *aggredere ad rem terroris plenam. nunc certatur de animi magnitudine, & præſtantia.*

F l e b i l s s I n o] Athamantis, & Inonis duo filij, Learchus, & Melicerta fuiſſe dicuntur. Ac Learchum quidem Athamas furore præceps interfecit, & in lebetem aquæ feruentis plenum coniecit: mater autem Ino ipſa quoque amentia & furore affecta, vel (vt alij volunt) metu perterrita, cum Melicerta aufugit, & in mare deſilijt: quæ poſteà Dea facta, & Leucothea dicta eſt, eiúſque filius Melicerta, Palæmon appellatus. vide Homerum ὀδυσ. ε. & interpretes ad illum locum, Τὸν δ' εἶδεν Κάδμου θυγάτηρ καλλίσφυρος Ἰνὼ Λευκοθέη. & Pindari interpr. ὀλυμπ. ὠδ. β. ibi, λέγοντι δ' ἐν καὶ θαλάσσᾳ Μετὰ κόραισι Νηρῆος Ἁλίαις βίοτον ἄφθιτον Ἰνοῖ τετάχθαι τὸν ὅλον ἀμφὶ χρόνον, id eſt, dicunt etiam in mari inter Nerei filias marinas vitam immortalem Inoni conſtitutam eſſe in perpetuum. & Euripidem in Medea, vbi chorus ait, Inonem duobus filijs necem attuliſſe.

P e r f i d v s I x i o n] cur Ixion dicatur perfidus, cùm ex alijs ſcriptoribus, tùm ex Pindari interprete πυθ. ὠδ. β. cognoſcere licet: cuius hæc verba ſunt, à nobis ſic Latinè reddita.

Ixion

A Ixion ſiue Antiônis, ſiue Piſionis, ſiue Martis, ſiue Phlegyæ filius (nam diſſentiunt inter ſe auctores) Diam Deionei filiam duxit vxorem. Erat autem in more poſitum apud veteres, ſponſarum patribus munera quædam date, vt & Homerus indicat, Πρῶθ᾽ ἑκατὸν βοῦς δῶκεν, ἔπειτα δὲ χίλι᾽ ὑπέστη Αἶγας ὁμοῦ καὶ ὄϊς, id eſt, Primùm centum boues dedit, deinde mille capras pollicitus eſt, & totidem oues. Deioneus igitur Ixionem, vt mos erat, filiæ ſuæ virum munera poſcebat. Ixion verò cùm ab illo crebrò appellaretur, atque adeò vrgeretur, foſſam faciendam curauit, eámque materia, quæ ignem facilè, & ſubitò concipere poſſet, impleuit. quo facto, ſocerum quaſi ad epulas opiparas, & ſumtuoſas inuitauit. B Ille autem inſidiarum, & fraudis ignarus, cùm ad eum locum, vbi foſſa ſuberat, perueniſſet: in eam iam inflammatam incidit, & ita flammis conſumtus eſt. Iam verò cùm Ixionem tanto ſcelere contaminatum nemo expiare vellet, cúmque eum omnes deteſtarentur, & contagionem aſpectus fugerent: cùm ipſi Dij denique illum aſpernarentur, ab illóque abhorrerent: ſolus Iupiter eius miſertus, maculam ex illo ſcelere conceptam deleuit, eum vltro in cælum ſuſtulit, ſibi contubernalem fecit. At Ixion neque prioris beneficij, neque poſterioris memor, ecce tibi nouum animo concipit facinus, nouúmque flagitium aggreditur, & Iunonis amore incenſus, rem cùm ea habere meditatur. C Iupiter autem hoc cognito, nubem, vt Iunoni ſimilis eſſet ſpecie quadam falſa cõformauit: qua viſa exarſit ille, & corpus cum ea commiſcuit: ex qua immanem quemdam, & monſtruoſum virum procreauit, nomine Centaurum. Iupiter porrò manus, & pedes Ixionis rotæ arctiſſimis vinculis aſtrinxit: quam in perpetuum volubilem effecit, eique rotæ Ixion alligatus clamat, *benemeritis gratiam eſſe referendam.*

Io vaga] ideò vaga, quia Argo à Mercurio, interfecto, cui fuerat, poſteaquam à Ioue in vaccam verſa eſt, à Iunone cuſtodienda tradita, vſque eò vagata eſt, donec in Ægyptum peruênit, œſtro à Iunone immiſſo, qui aſſiduè eam inſectaretur.

D Tristis Orestes] nihil ootius, nibil clarius Oreſtis furore. de quo vide Euripidis nobiliſſimam tragœdiam. Plato in Cratylo ſcribit Oreſtem nomine ipſo τὸ θηριῶδες τῆς φύσεως, καὶ τὸ ἄγριον, καὶ τὸ ὀρεινὸν, id eſt, feritatem, immanitatem, & montanam quandam naturam, declarare. vide annot. ad ſat. 3. lib. 2.

Si quid inexpertum sc. comm.] ſiquam tragœdiam ſcribere cogitas, in qua perſonæ ſint nouæ, neque dum ab vllo poëta tractatæ, vide, vt tales ſint vſque ad extremum, quales ſtatim ab initio abs te productæ ſunt. Seruius profert hunc locum ad illum Virg. verſum Æn. 6. *Præcipuè pius Æneas &c.* inexpertum, valet non expertum παθητικῶς, non tractatum, non ſpectatum. nam & M. Tull. *expertam* virtutem dixit A patiendi ſignificatione, orat. pro Corn. Balbo, his verbis. *cuius igitur audita virtus dubitationi locum non daret, huius præſens, experta, atque perſpecta, obtrectatorum voce lædetur?*

Diff. est propr. comm. dic.] communia hoc loco appellat Horatius argumẽta fabularum à nullo adhuc tractata: & ita, quæ cuiuis expoſita ſunt, & in medio quodammodo poſita, quaſi vacua, & à nemine occupata. talia igitur argumenta difficile eſt abs te nũc primùm occupata, & ſuſcepta, ita tractare, vt propriè tua iure dici poſſint.

Iliacum carmen] quod commune non eſt, ſed Homeri proprium: eſt tamen publicum, vt mox dicemus.

B Deducis in actus] in ſcenam producis, in tragœdiam confers: ex Iliade perſonas tragicas ſumis, & tragœdiam componis. Plato li. 10. de Rep. Homerum τραγῳδίας ἡγεμόνα, καὶ διδάσκαλον, id eſt, tragœdiæ ducem, & magiſtrum nominat.

Publica mat. priv.] antequàm hunc locum explicemus, quid interſit inter publicum, & commune. videndum. falluntur enim, qui hæc nihil inter ſe differre exiſtimabant. Publicum igitur dictum eſt, quaſi populicum, ſeu poplicum. & verò nonnulli libri veteres hîc habent, *Poplica materies, &c.* ita publicum eſt, quod eſt totius populi, vt campus Martius, publicus eſt populi Rom. ager Campanus lege agraria lata, publicatus eſt: C Regnum Cypri lege Clodia populi Romani publicum factum eſt: Flumina omnia & portus, publica ſunt: riparum quoque vſus publicus eſt, ſicut ipſius fluminis: Littorum quoque vſus publicus eſt, ſicut & ipſius maris. Prætor, Conſul, & ceteri magiſtratus, & Reges, ſunt publicæ perſonæ. nam totius populi perſonam ſuſtinent. Publico opponitur priuatum, vt cùm dicimus, *ius publicum, ius priuatum: publica perſona, priuata perſona: iudicium publicum, iudicium priuatum: Rex, priuatus.* Horat. ſat. 3. lib. 1. *Priuatúſque magis viuam te Rege beatus.* & infrà. *fuit hæc ſapientia quondam Publica priuatis ſecernere.* Cicero pro Murena. *Odit populus Rom. priuatam luxuriam: publicam magnificentiam diligit.* Idem in Rull. D ad pop. *Si eſt priuatus ager Recentoricus, quid eum excipis? ſin autem publicus, quæ eſt iſta æquitas?* Commune duobus modis accipitur: vno modo commune appellamus, quod eſt duorum, aut plurium, *vt paries communis, communis domus, ager communis, epiſtola communis:* atque harum rerum communium cauſa, competit actio communi diuidundo: à quarum ſimilitudine dicimus *Martem communem, mortem communem, vitam communem.* & ita illud M. Tullij pro Roſc. Amer. *quid tam commune, quàm ſpiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis?* Altero modo communia dicimus, quæ à nemine ſunt occupata, neque poſſeſſa, & poſſunt fieri occupantis; vt *aqua profluens, aër, littus maris, lapilli & gemmæ in littore maris, thesaurum:* quarum rerum cauſa non datur

actio communi diuidundo apud iuriſconſ. Op- A ponitur autem commune proprio, vt Cic. pro Sylla. *Tempus agendi fuit mihi magis proprium, quàm ceteris: doloris verò & periculi fuit illa cauſa communis*. idem epiſt. ad Dol. lib. 9. *Quòd me amas, id tibi commune eſt cum multis: quòd tu ipſe tam amandus es, támque dulcis, támque in omni genere iucundus, id eſt, propriè tuum*. Accipienda porrò hoc loco communia, quæ à nemine ſunt occupata, id eſt, quæ nondum ſunt à quoquam tractata, vt diximus. His igitur expoſitis, hunc locum ſic explicamus, publica materies eſt, exempli cauſa, Ilias Homeri. eſt enim opus publicum, & totius populi factum, quamuis ab Homero inuentum, ſcriptum, & editum. Hæc igitur materia, tui iu- B ris, tuique mancipi fieri poterit, ſi non hærebis in circulo omnibus patente, & contemto, id eſt, ſi tuum auctorem, quem tibi propoſuiſti ad imitandum, non ſequeris ita religioſè, vt nihil addas de tuo, nihil innenias, nihil immutes: ttita quædam & vulgata, & omnibus expoſita, & facilia, & ἑξχύχλια perſequaris. *Non circa* autem ſcriptum offendi in omnibus libris manuſcript. Quidam publicam materiam dicunt eſſe argumentum alijs poëtis intactum: quod (inquiunt) priuati iutis erit, ſi quis ita tractet, vt poſteà nemo vel idem ſcribere auſit, vel melius poſſit: quod conſequetur ſi ſententias adhibebit non vulgateis, neque de medio ſumtas. Ego quòd publicam materiam, argu- C mentum alijs intactum volunt eſſe, non probo: cetera nihil ferè ab ijs, quæ ſcripſi, diſcrepant.

Nec verbvm verbo, &c.] id eſt, & ſi non ſtudebis verbum è verbo exprimere, vt religioſus, & fidus interpres: ſi non te præbebis ita ſedulum, ac fidum interpretem, vt ne paululum quidem à tuo auctore diſcedere audeas. monet igitur hoc loco Horat. ne eos, quos nobis propoſuimus imitandos, aut è quibus argumentum ſcribendi petimus, ita ſequamur, vt interpretes, ſed potiùs vt è fontibus eorum, iudicio, arbitrióque noſtro, quantum, quóque modo videbitur, hauriamus. hoc enim ſe conſilio vſum eſſe ſcribit M. Tull. & quidem ijs ipſis verbis, D quæ modo vſurpaui, in Stoicis imitandis, & in quæſtione de officijs. quod item ſe feciſſe ſcribit in orationibus inter ſe contrarijs Æſchinis, Demoſthenisque conuertendis. *nec conuerti* (inquit) *vt interpres, ſed vt orator, ſententijs yſdem, & earum formis, tanquam figuris, verbis ad noſtram conſuetudinem aptis: in quibus non verbum pro verbo neceſſe habui reddere, ſed genus omnium verborum, vimque ſeruaui. non enim ea me annumerare lectori putaui oportere, ſed tanquam appendere.* hoc autem præceptum ad elocutionem referendum eſt.

Nec desilees imit. in arct.] id eſt, & ſi te non conijcies in eas anguſtias, videlicet nimiùm longè ab eo, quem tibi propoſuiſti ad imitandum, diſcedendo, vnde te explicare honeſtè non poſſis: vnde egredi vel turpe ſit futurum, vel operis natura, ac ratio non ferat. nam hæc cuiuſcumque operis lex eſt, ne quid inchoatum relinquatur.

Refferre] ſic legendum: & ita habent duo omnium emendatiſſimi codices. geminatum autem eſt f. vt prima ſyllaba producatur: qualia ſunt illa, *rettulit, ſubbigit, repperit, &c.* Ita autem loqui ſolemus referre pedem ex aliquo loco, non proferre. Cæſar libr. 1. de bello Gallico. *tandem vulneribus defeſſi, & pedem referre, & quod mons ſuberat mille paſſuum, eò ſe recipere cœperunt.* & libr. 10. epiſtol. M. Tull. ad familiareis, Ser. Galba. *Cornu ſiniſterum, quod erat infirmius, vbi Martiæ legionis duæ cohortes erant, & cohors prætoria, pedem referre cœperunt.* T. Liuius lib. xxxviii. Annalium. *Feſſi igitur corporibus, animiſque retulere pedem.*]

Scriptor cyclicvs] poëta neſcio quis epicus, circumforaneus, circulator, rhapſodus, qui ſolebat ſuum carmen in corona recitare. nonnulli Antimachum ſignificari putant: de quo M. Tullius in Bruto, *Nec enim poſſet idem Demoſthenes dicere, quod dixiſſe Antimachum, Clarium poëtam, ferunt: qui, cùm conuocatis auditoribus legeret eis magnum illud, quod noniſtis, volumen ſuum, & eum legentem omnes, præter Platonem, reliquiſſent, legam (inquit) nihilominus. Plato enim mihi vnus inſtar eſt omnium.* nonnulli, & ij quidem docti, poëtam quemdam alium, qui ſcripſit κυκλικὰ, ſæpe ab interpretibus Græcis commemoratum, ſignificari volunt, in quibus eſt M. A. Muretus. de hoc poëmate Philoponus in librum primum ἀναλυτικ.. (vt vulgò citant) ἔστι δὲ καὶ ἄλλο τι κύκλος ἰδίως ὀνομαζόμενον· ὃ ποίημα τινὲς μὲν εἰς ἑτέρους, τινὲς δὲ εἰς ὅμηρον ἀναφέρουσιν, &c. id eſt, Eſt enim aliud quiddam, quod propriè nominatur cyclus: quod poëma alij alijs, nonnulli Homero aſcribunt. Ego auctores quoſdam κυκλικοὺς ab Homeri ſcholiaſte video citari ἰλ. γ. ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς πολεμωνίοις, ἢ τοῖς κυκλικοῖς, id eſt, hiſtoria eſt apud Polemonios, aut cyclicos.

Fortvnam Priami] Antimachum non ſignificari ab Horatio ex eo maximè intelligere licet, quòd Antimachus bellum Thebanum ſcripſit: quod multis annis ante Troianum geſtum eſt: hic autem, quem reprehendit Horat. bellum Troianum: vt omittam, quòd principium poëmatis Antimachi hoc fuiſſe teſtantur Græci interpretes, Ἐννέπετε κρονίδαο διὸς μεγάλοιο θύγατρες. id eſt, Dicite Saturnij Iouis magni filiæ. cuius verſus longè alia ſententia eſt, quàm huius, quem hoc loco de Græco expreſſum profert Hor. Simeon Boſius putabat, ſignificari primum verſum eiuſdem Homeri ex parua Iliad. Ἴλιον ἀείδω, καὶ Δαρδανίην εὔπωλον, ſequitur ἧς πέρι πολλὰ πάθον Δαναοὶ, θεράποντες Ἄρηος, id eſt, Ilium cano, & Dardaniam equis aptam, vel pulchris equis abundantem, Pro qua multa pertulerunt Græci. miniſtri Martis.

Digitized by Google

Martis. ex qua interpretatione, prope ad verbum expreſſa, cuiuis qui linguam Græcam non didicerit, licet intelligere, quamobrem aliter ſentiam.

Qvid tanto dign. f. h. pr. h.] tanto hiatu, nempe hotis. ductum à tragœdis, qui interdum cùm Agamemnonis, aut Atrei, & ſimilium perſonarum parteis agerent, vt grandiloquentiores (ſi hoc nomine vti liceat) viderentur, quàm maximè hiabant, cùm ſæpe exilem vocem, miniméque tanto hiatu dignam, mitterent. ſic apud Lucianum ſæpe vſurpatur illud *μέγα κεχηνότες* de tragœdis, id eſt, magnum hiantes. Prætereà magnitudo & granditas verborum, ſeu grandiloquentia, videtur oris hiatum poſtulare. Itaque per oris hiatum, grandiloquentiam intelligimus, quæ conſtat ferè ex ampullis verborum.

Partvr. mont. nasc. &c.] prouerbium in glorioſos oſtentatores, & eos, qui magna de ſe exſpectatione concitata, nihil ea dignum ad extremum afferunt. Athenæus lib. 14. ſcribit, Tacham regem Ægyptiorum, cùm Ageſilaum Lacedæmoniorum regem, breuis ſtaturæ hominem, qui iccircò venerat, vt cùm eo belli ſocietatem iniret, eique auxilium ferret, hoc intempeſtiuo ioco laceſſiſſet, *ὤδινεν ὄρος· Ζεὺς δ' ἐφοβεῖτο· τὸ δ' ἔτεκεν μῦν*, id eſt, parturiebat

A mons: at Iupiter metuebat, ille autem murem peperit: regno ſuo eſſe ſpoliatum, priuatúmque eſſe factum, alienato à ſe Ageſilao, ſocietatéque diremta, ac diſſoluta.

Dic mihi Mvsa virvm] principium Odyſſ. *Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον*, &c. Libet mihi hoc loco occaſionem & anſam nacto, ex P. Ronſardi, viri clariſſ. poëtæ Regij, Franciade, poëmate Gallico, planè cum Iliade Homerica, & Æneide Virgiliana comparando, verſus aliquot Gallicos decerpere, eóſque ab Ioan. Aurato viro ſingulari doctrina ornato, poëta Regio, latinos factos, commentatiorum meorum lectoribus legen-

B dos exponere, vt intelligant exteræ nationes, quæ & qualia ingenia efferat noſtra Gallia, & quantopere apud nos floreant bonæ litteræ, liberaléſque doctrinæ. Primùm autem ex principio primi libr. paucos verſus proferam, deinde Caſſandræ vaticinium, quod conſtat nonaginta circiter verſibus, ex eodem libro ſubijciam, vt omnes mortales litteris exculti maiore in dies huius diuini poëmatis legendi deſiderio afficiantur, eiúſque editionem vel à Rege noſtro Carolo nono, vel ab ipſo Ronſardo precibus & votis omnibus flagitent. Sic igitur poëma ſuum orditur poëta noſter Ronſardus:

Muſa tenens ſummas Parnaſſi in vertice ſedes,
Nunc adſis, orique fauens illabere noſtro,
Dum memoro prima ductos ab origine reges
Franconis: qui Troiugena ſatus Hectore quondam
Aſtyanax, patrio ſed dictus ab amne Camandrus.
Huius Troiugenæ tu dic mihi Muſa labores,
Prœliáque: inuiſa quoties Iunone, & iniquo
Neptuno terra, pelagóque pericula vicit,
Antè Pariſiaca quàm mœnia conderet vrbis:
Ac tu Rex animos, digniſque in carmina vireis
CAROLE da: in veſtros opus hoc mihi ſurgit honores
Argumentum ingens, mea ne mergatur in alto
Cymba, caue: tantas quæ nunc vaga fertur in vndas.

C Muſe qui tiens les ſommets de Parnaſſe,
Entre en ma bouche, & me chante la race
Des Rois François, iſſus de Francion,
Enfant d'Hector Troyen de nation,
Qu'on appelloit en ſa ieuneſſe tendre
Aſtyanax, & du nom de Scamandre.
De ce Troyen conte moy les aſſaux,
Guerres, diſcours, & combien ſur les eaux
Il a de fois en deſpit de Neptune,
Et de Iunon, ſurmonté la fortune,
Et ſur la terre eſchapé de perils,
Ains que baſtir les grands murs de Paris.
Vous Charles Roy enflez moy le courage:
En voſtre honneur i'entreprens ceſt ouurage
De long labeur, & gardez d'abiſmer
D Ma nef qui flotte en ſi profonde mer.

CASSANDRÆ VATI-cinium de Franconis caſibus, ex primo libro Franciados Petri Ronſardi, Io. Aurato, poëta Regio interprete.

TRoiugena, auſpicijs cuius felicibus olim
Clara futurorum video tot nomina regum,
Magnanimûmque ducum, populis armiſque potentum:
Diſce memor, me vate, ſacer quam concitat error,
Quis te cumque manent venturo tempore caſus,
Quò deniq; vſque ſinit: veniet quæ cætera dicet
Ordine nympha tibi, vacua cùm nudus arena
Æger inops rerum, confractus membra iacebis,
Naufragum vt in gelido proiectum littore corpus.
Qualis ab arboreo ſuccreſcit ſtirpe ſub auras
Surculus, incumbens operi, quam carpſit acuto
Frondator ferro, & trunco ſuccîdit ab imo,
Vnde grauis malus, temo aut fabricetur aratri
Menſibus hibernis, niuibus cùm & ſparſa pruinis,
Grandinéque horret humus, latet in radice reciſa
Abdita, nec libro ſuboles caput exſerit vdo,
Donec vere ſuis memoris renouante ſenectam,
Vna locum ſupplet vacuum generoſa propago,
Frondoſiſq; comis proauitas ſuſcitat vmbras
Luxurians, lætúmque caput ſub nubila tollens.
Tu quoque bis captæ felicia germina Troiæ
Vberibus renouas folijs, rediuiuáque fundens
Brachia Troianum tollet ad ſidera nomen,
Regum progenitor, per quos ſubuerſa reſurgent
Pergama & Argolicas ſpernent viuacia flammas,
Poſtquàm olim victrix, armiſque & legibus æquis
Gens tua perdomitum ſua ſub iuga miſerit orbem.
Tu tempeſtates ſæuas & prælia mille
Dura feres, caput obiectans: ſed Gallica tandem
Clara manent populis victorem ſceptra ſubactis.
Regia deinde tua naſcetur origine proles:
Cui par ſub magno ſurget non altera cælo,
Vis Pharamondorum, Clouiorum, Childericorum,
Lodoïcique pij, Claudi, fortéſque Pepini,
Clari omnes armis reges, victricia quorum
Agmina Idumæas geſtabunt vertice palmas.
Sed tamen ante omneis ſurget Rex maximus vnus,
Diuorum genus & magni ætheris incrementum,
Filius Henrici, bello inſuperabilis olim,
Et Catharina tuus: cuius ſub pectore cuncta
Virtutes ponent facto velut agmine ſedem.
Carolus huic magnum fama per ſæcula nomen:
Nomine ſed maior geſtarum gloria rerum,
Annis pæne puer, genitoris & orbus ademti
Ante diem cui fida tamen cuſtodia matris
Ritè regens tenerum, monitiſque ſalubribus augens,
Et felix vigor ingenij maturior æuo
Turbatas odijs pacabunt triſtibus vrbeis,
Et populos furijs in ſe diſcordibus actos.
At ſimul hunc matura virum firmauerit ætas,

LA PROPHETIE DE *Caſſandre des fortunes de Francus, priſe du premier liure de la Franciade de P. de Ronſard.*

PRince Troyen, de qui dés meinte annee
I'ay bien preueu la belle deſtinee,
Tige de Ducs, de Rois, & d'Empereurs,
Grands aux combats, des peuples conquereurs:
Entens de moy d'eſprit toute rauie,
La plus grand' part des geſtes de ta vie.
Dieu me defend de te chanter le tout:
Tu en ſçauras commencement & bout
Par vne nymphe, apres que le naufrage
B T'aura ietté tout nud ſur le riuage,
Froiſſé, caſſé, ſans aide, & ſans ſupport,
Comme vn corps froid eſtendu ſur le bord.
Or tout ainſi qu'en parfaict' accroiſſance
Le rejetton de l'arbre prend naiſſance,
Qu'vn bucheron à l'ouurage panché,
A fleur de champ, de ſon fer a tranché,
Pour faire vn mas, ou bien vne charruë
Au moys d'hyuer, quand la terre eſt chenuë,
Blanche de neige, & de greſle qui poingt:
Le rejetton ſe cache & ne ſort point:
Mais au Printemps renouuelant ſon eſtre
Seul prend la place au lieu de ſon anceſtre,
Et fait reuiure en ſon bois ſes ayeulx,
C Leuant ſon chef fueillu iuſques aux cieulx:
Ainſi tu es de Troye ſaccagee
Le rejetton, à la cyme chargee
De fueille & fruict, qui doibs par ton moyen
Iuſques au Ciel pouſſer le nom Troyen,
Pere des Rois, qui en deſpit des flames,
Des Grecs vainqueurs, referont noz Pergames,
Ayant par force & iuſtice domté
Le monde entier d'vn & d'autre coſté.
Tu paſſeras mainte dure tempeſte,
Et maint combat, ennemy de ta teſte.
Mais à la fin par bataille tu dois
Vaincre ſous toy tout le peuple Gaulois.
De toy doit naiſtre vne race Royalle,
Qui ſous le Ciel n'aura point ſon egalle,
D Des Pharamonds, Childerics & Clouis,
Des Claudions, des Pepins, des Louys.
Princes guerriers, dont les belles armees
Auront au chef les palmes Idumees.
Vn Roy viendra des cieux le fauory,
Fils d'vn grand Prince, inuincible Henry,
Et d'vne Roine accorte Catherine:
Roine qui doit loger en ſa poittrine
Toute vertu. CHARLES ſera ſon nom:
Dont les haults faicts paſſeront le renom,
Bien ieune d'âge, orphelin de ſon pere,
Eſtant conduit des conſeils de ſa mere,
Et d'vn aduis heureuſement bien-né
Appaiſera ſon peuple mutiné,
Qui furieux, par les villes Françoiſes
Boüillonnera de ſectes & de noiſes.

Et latus

Et latus armatum validus præcinxerit enſis,
Fortibus inque humeris thoracis ſtridor ahenꝰ
Horruerit ſtrepitans pro vita & honore ſuorum.
Florenteis tangens annos, magis ille pudore,
Quàm ſtipante metu tutus, leget agmine terras
Belligero, & dux albanigros deſiget ad Indos
Signa, ſuum Oceano claudens vtrinque laborem.
Iam mihi quadrupedans ſonus exauditur equorum,
Pulſantum ære ſolum, iam regia ſigna ferenteis
Armigeras acies, iuuenilis robora pubis,
Ordine proſpicio longo: fulgentibus armis
Terra riget, haſtiſque manus, latera enſibus horrent:
Saeuus ineſt furor his, & ſaeua minacibus ira
Vultibus, & ſola ſub pedibus concuſſa tremiſcunt,
Compoſitis gradibus præeuntia ſigna ſequentum,
Qualis ad imperium venti procedit in alto
Vndarum legio, curſúque ferente ſecundo
Poſt alios alij voluuntur in ordine fluctus,
Donec agens tandem validi vis incita flatus
Depulit impulſos extremam ad littoris oram.
Non illi audebit regi ſe opponere quiſquam
Bellanti, ſiue ipſe pedes peditum ante maniplos
Ibit ouans longè criſpans vibrantia conti
Robora, ſeu campum pedibus pulſabit equinis,
Calce rigente premens armos pernicis Iberi,
Puluere fœdatus vultus, aptánſque lacerto
Multa cæde rubro gladij ſplendentis acumen,
Non ſecus ac quondam ſegetis per plana feracis,
Denſi falce cadunt maturæ meſſis aceruis:
Atque alijs alij ſuper agglomerantur, ab æſtu
Torrida cùm portant ſub tectum farra coloni:
Sic reuoluta ruent ſublato corpora ferro
Multa ſimul cumulata ſolo: pauor vndique & horror
Illius & dexteram, & ferrum ferale ſequentur.
Vt tamen eius erit metuenda rebellibus ira
Gentibus, horrenda quis fulmine proteret haſta:
Sic victis clemens populis victoria parcet,
Temperet vt vireis leni pietate ſeuerus.
Carolus hic claris cæli ſtellantis ad axeis
Facta ſua, & Troas proauos, Phœbo auſpice, mittet.
Pòſt vbi longæue venient iam tædia vitæ,
Alter vt in magno ſol effulgebit Olympo.
Ergo age nunc alacris, Franco, loca mente relinquens,
Ne tua tot claros ignauia lenta nepotes
Obruat, æternis, æuo veniente, tenebris,
Pergè celer, quò fata vocant, ſuperíque ſecundi.

A Mais auſſi toſt que la viue vertu
Ceindra ce Roy du fort glaiue pointu,
Et qu'on voirra pour l'honneur de ſes Gaules
Le corſelet craquet ſur ſes eſpaules,
Ayant la fleur de la ieuneſſe attaint,
De ſes ſujets plus honoré que craint:
Ira couurir le monde de gendarmes,
Et plantera iuſqu'aux Indes ſes armes,
De l'Ocean limitant ſes trauaux.
I'enten déja le pié de ſes cheuaux
Frapper la terre, & deſſous ſes banieres,
Aller de rang les ieuneſſes guerrieres,
Ayant le dos heriſſé de harnois,
Le flanc d'eſpee, & la main de long bois.
Eux menaçant d'vne effroyable face
B Les ennemis, feront trembler la place
Deſſous leurs pieds, en ordre ſe ſuyuants,
Comme les flots marchent deſſous les vents
L'vn apres l'autre, & de ſuite eſbranlee
S'en vont roulans par la plaine ſalee,
Iuſques à tant que le venteux effort
Les ait pouſſez contre le front du bord.
Nul n'oſera ſe trouuer en bataille
Contre ce Roy, ſoit que pieton il aille
Deuant les ſiens, d'alegreſſe tout plein,
Creſpant les plis d'vne pique en la main:
Soit qu'à cheual il frappe la campagne,
Piquant les flancs d'vn beau genet d'Eſpagne,
Couuert de poudre, ayant pendu au bras
C Vermeil de ſang, le trenchant coutelas:
Ainſi qu'on void tomber ſous la faucille
Mainte iauelle en la plaine fertille
L'vne ſur l'autre, alors que la ſaiſon
Fait emporter les bleds en la maiſon,
Ainſi tombra deſſous ſa large eſpee
Meint corps, meint bras, meinte teſte coupee,
Roulante à terre: vn horreur, vn effroy
Suyuront le glaiue & la main de ce Roy.
Mais tout ainſi qu'aus rebelles courages
Fera ſentir l'effort de ſes orages,
Il ſera doux au peuple ſurmonté,
Ayant la force enſemble & la bonté.
Ce Charles Roy iuſqu'aux flammes celeſtes
Fera voller noſtre race & ſes geſtes:
D Puis eſtant ſoul de ce monde ennuyeux,
Comme vn ſoleil reluira dans les cieux.
Pourec Francus alaigrement deſplace:
N'eſtouffe point vne ſi belle race
Par ton ſejour, & marche ſans effroy,
Ayant les cieux ſi dextrement pour roy.

ANTIPHATEM] Antiphates, rex Læſtrygonum, à quibus Vlyſſes, eiúſque ſocij ad vnum diſcerpti eſſent, niſi funibus anchoratum præciſis quamprimùm è portu ſoluiſſent, ſeſeque in altum recepiſſent: quo ex periculo tamen non omnes naues ſeruatæ sũt, ſed aliquot cum vectoribus perierunt. narrantur hæc ab Vlyſſe ὀδ. x. Δὴ τό τ' ἐγὼν ἑτάρους προΐειν πεύθεσθαι ἰόντας, &c. id eſt, Tum ego ſocios præmiſi, vt exquirerent, & explorarent, &c.

SCYLLÁMQVE] Scylla (vt ſcribit interpres Hom. ὀδυσ. μ.) Phorcynis & Hecatę filia: cuius latera catulis latrantibus ſuccincta fuiſſe dicuntur. re vera Scylla vortex aquarum fuit, cui ſaxa volubilia, vagáque ſuberant. alij rupem, ſeu ſcopulum eſſe dicunt. Homerus autem lib. Odyſſ. ſuprà commemorato, eam deſcribens, ait, vocem

mittere voci catuli nuper admodum nati ſimillimam: ipſam monſtrum eſſe ingens, & immane, & vel Deo immortali formidoloſum, pedes habere duodecim, omneis ad ingreſſum ineptos: ſiquò autem ire velit, eò pennis volare, non pedibus ambulare: ſex ei colla eſſe longa, & in vnoquoque eorum caput ineſſe horribili aſpectu, in ore triplicem dentium ordinem crebrorum, & cruentorum, cetera ex Homero pete: cuius hi ſunt verſus, ἔνθα δ' ἐνὶ σκύλλη ναίει, δεινὸν λελακυῖα, Τῆς ἤτοι φωνὴ μὲν ὅση σκύλακος νεογιλῆς, Γίνεται, αὐτὴ δ' αὖτε πέλωρ κακός, οὐδέ κε τίς μιν γηθήσειεν ἰδὼν, οὐδ' εἰ θεὸς ἀντιάσειεν, &c. M. Tull. orat. de Haruſp. reſponſis, *Quam Scyllam tam eminentibus canibus, támque ſeuunis poëta fingendo exprimere potuerunt, quàm quibus iſtum videtis Gellis, Clodijs, Titijs roſtra ipſa mandentem?* Idem Verr. de ſupplicijs, *Hoc infeſtior nautis Verres, quàm Scylla, quod multo ſe pluribus, & maioribus canibus ſuccinxerat.* De Scylla lege Apollonium lib. 4. Argonaut. & interpretem.

Cvm Cyclope] ὀδυσσ. ι. Polyphemi, & Cyclopum fabula narratur. Homer. Ἔνθα δ' ἀνὴρ ἐνίαυε πελώριος, ὅς ῥά τε μῆλα Οἶος ποιμαίνεσκεν, ἀπόπροθεν· οὐδὲ μετ' ἄλλους Πωλεῖτ' ἀλλ' ἀπάνευθεν ἐὼν ἀθεμίστια ᾔδη. Καὶ γὰρ θαῦμ' ἐτέτυκτο πελώριον, οὐδὲ ἐῴκει Ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, &c.

Nec reditvm Diom. ab interitv] id eſt, nec reditum Diomedis à bello Troiano, aut aliam narrationem, nimis longè repetit. Antimachum obſcurè reprehendit, qui poëma ſuum de Diomedis caſibus conſcriptum, ab interitu Meleagri patrui orſus eſt. Meleager Tydei frater fuit, OEnei filius: qui, cùm aprum Calydonium interfeciſſet, eiúſque pellem, & caput, Atalantæ amicæ ſuæ donauiſſet, Theſtiadæ eius auunculi vtrumque illi ademerunt, & Meleagro inſidias compararunt. Quare cognita ille eos interfecit. propter quam cauſam Pleuronij Calydonijs bellum intulerunt. Althæa Meleagri mater ob fratrum ſuorum cædem filio irata, eum exſecrata eſt, eique interitum exoptauit. Cùm Calydon poſtea à Curetibus oppugnaretur, neque iam Calydonij impetum hoſtium ſuſtinerent, Meleager neque patris, neque matris iam placatæ rogatu opem ferre patriæ voluit. flexus tandem, & victus Cleopatræ vxoris precibus, hoſteis à mœnibus Calydonis propulſauit, ac profligauit, periculóque patriam liberauit. Althæa autem odio in filium priſtino renouato, facem ei à Parcis donatam, qua eius vita definiebatur, inflammauit, & conſumſit. quo facto ille interijt. vide Homer. & Euſtat. ἰλιάδ. ι.

Nec gemino] Iupiter Ledæ amore captus, ſub cycni ſpecie rem cum ea habuit. ex hoc concubitu Leda ouum peperit, ídque in caplam quandam condidit, ex quo poſtea Pollux, & Helena nati ſunt. Caſtor autem, & Clytemneſtra ex altero, quod illa à Tyndaro compreſſa ediderat, extiterunt. Quamuis igitur Helenæ raptus Græcis belli Troiani cauſam præbuerit, non tamen Homerus ab ouo illo, ex quo excluſa Helena eſt, id eſt, non tam ex alto, rem repetit, neque vſque à capite arceſſit, ſed ab ira Achillis egregium illud & immortale poëma orditur. Iraſci autem cœpit Achilles paullo ante vrbis Troiæ exſcidium.

Et in medias res, &c.] in medias res ita rapit auditorem, vt is earum principium non deſideret. nam quæ anteceſſerút vrbis Troiæ expugnationem, & iram Achillis, ea miro poëtæ artificio, ſeu ingenio, ſeu vtroque in libris deinceps ſequentibuus occaſione arrepta narrantur. nonnulla etiam, quæ in Iliade locum habere non videbantur, in Odyſſea reſeruntur.

Mentitvr] veriſimiliter. nam docuit alios Homerus ita falſa dicere, & mentiri, quemadmodum oportet, inquit Ariſtot. lib. de poët.

Qvæ desperat tractata] id eſt, quæ videt nullum orationis nitorem, neque ornatum capere, ſi à ſe tractentur, ea prætermittit.

Si plavs. eges avl. manentis] id eſt, ſi ſpectatorem cupis tibi contingere, qui tantiſper ſpectet, donec aulæa (quibus obtenditur, ornatúrque ſcena, ſeu theatrum potiùs) remoueantur: qui non diſcedat è cauea antequam aulæa ſublata ſint, &c. plauſorem appellat, ſpectatorem plauſu fauentem. vide ſupr. in epiſt. ad Aug. lib. 2. ad illum locum, *Quatuor, aut plureis aulæa premuntur in horas.*

Et vsqve sessvri] ab hoc verbo *ſeſſorem* nominauit ſpectatorem, epiſt. ad Iul. Flor. lib. 2. *In vacuo lætus ſeſſor, plauſórque theatro:* & ſedilia, ſedes, vnde ſpectabant. hoc libro infrà, *Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu.*

Donec cantor, vos plavd. dicat] id eſt, donec peracta ab hiſtrione ſit fabula. M. Tullius vſurpauit tranſlatè in Catone. *neque enim hiſtrioni, vt placeat, peragenda eſt fabula: modo in quocumque fuerit actu, probetur: neque ſapienti, vſque ad plaudite veniendum: breue enim tempus ætatis ſatis eſt longum ad bene, honeſtéque viuendum.* cantorem autem pro actore, ſeu hiſtrione poſuit.

Decor] id eſt, τὸ πρέπον, decorum.

Mobilibvs] non leuibus, aut inconſtantibus, vt quidam putat, ſed quæ variatis ætatibus immutantur.

Reddere qvi voces] puer, qui ſcit iam ad interrogata, & ad ea, quæ audiuit, reſpondere. ſic loquitur Virgil. Æn. 1. *cur dextræ iungere dextram Non datur, ac veras audire, & reddere voces?* & Catull. de Thet. & Pelei nupt. *Nec miſſas audire queunt, nec reddere voces.*

Iram collig. ac ponit tem.] temerè iraſcitur, & temerè placatur. Ter. in Hecyra. *Pueri inter ſeſe quàm pro leuibus noxis iras gerunt? Quapropter? quia enim, qui eos gubernat, animus, infirmum gerunt.*

Cvstode] pædagogo. idem ſat. 4. lib. 1. *Dum cuſtodis eges.* & ſat. 6. *Ipſe mihi cuſtos incorruptiſſimus omneis*

omueii Circum doctores aderat. & infrà. *An cuſtos, famuluſque Dei Silenus alumni.*

Et aprici gr. c.] & campo aprico. Apricus locus, à ſole apertus, à Græco vocabulo φρίκη, quod horrorem ſignificat, appellatur, quaſi ἄφρικος. id eſt, ſine horrore, videlicet frigoris. Hæc fere Feſtus.

Cereus in vitium flecti] cereus flecti, ex eorum genere eſt, quæ annotauimus ſuprà ad Od. 8. libr. 4. ſignificat autem hoc loco mollem, & flexibilem. Itaque *cereus in vitium flecti*, id eſt, flexibilis ad vitium. nihil enim mollius cera: nihil, quod faciliùs ſequatur, quocunque ducas: nihil, quod magis arbitrio noſtro fingatur. Itaque Platonis lib. 9. de rebup. cùm apud eum, Socrates, Glauconem, feram quandam animo depingere iuſſiſſet, variam & multorum, ac diſſimilium capitum, ex quibus alia cicuribus beſtijs, alia feris conuenirent, ita reſpondet Glauco, δεινοῦ πλάστου τὸ ἔργον· ὅμως δὲ ἐπειδὴ εὐπλαστότερον κηροῦ, καὶ τῶν τοιούτων, ὁ λόγος, πεπλάσθω, id eſt, *miri cuiuſdam, & ſollertis artificis opus: Veruntamen quoniam oratio facilius, quàm cera, & cetera id genus, in quaſlibet formas fingi, & flecti poteſt, eſto tibi ficta.* quem Platonis locum videtur M. Tullius lib. 3. de oratore expreſſiſſe, his verbis, *Nihil eſt enim tam tenerum, neque tam flexibile, neque quod tam facile ſequatur, quocumque ducas, quàm oratio.* Idem eod. libr. *ſed verba nos cùm iacentia ſuſtulimus, ſicut molliſſimam ceram ad noſtrum arbitrium formamus, & fingimus.*

Vtilium tard. prov.] ſic Ariſtote. ῥητορ. β. φιλοχρήματοι δὲ ἥκιστα, διὰ τὸ μήπω ἐνδείας πεπειρᾶσθαι, id eſt, *nimium pecuniæ amantes, aut cupidi ſunt iuuenes, propterea quod nondum egeſtatis incommodum experti ſunt.*

Svblimis] elatus, & ferox. ſic Ariſtot. ibidem, καὶ φιλότιμοι μέν εἰσι, μᾶλλον δὲ φιλόνικοι. ὑπεροχῆς γὰρ ἐπιθυμεῖ ἡ νεότης. ἡ δὲ νίκη ὑπεροχή τις, id eſt, *& ambitioſi quidem ſunt, ſed magis vincendi cupidi. præſtantiam enim, excellentiámque expetit ætas florens: at victoria, excellentia quædam eſt.*

Et am. relinq. pern.] ſic Ariſtot. eodem lib. εὐμετάβολοι δὲ, καὶ ἁψίκοροι πρὸς τὰς ἐπιθυμίας· καὶ σφόδρα μὲν ἐπιθυμοῦσι, ταχὺ δὲ παύονται, id eſt, mutabiles autem ſunt, & in cupiditatibus ſatietate, ac faſtidio citò afficiuntur, & cùm vehementer concupiſcunt, tùm celeriter concupiſcere deſinunt.

Conversis stvd.] cum ætate conuertuntur ſtudia, & naturæ. iccircò mobileis naturas ſuprà appellauit, vt dixi.

Ætas virilis] quæ media, & conſtans appellatur.

Qværit opes] quærit opes, id eſt, quærit diuitias tum ad vſus vitæ neceſſarios, tum ad perfruendas voluptates: quòd ſi maiore paullo ſit animo, in eo pecuniæ cupiditas ſpectat ad opes, & ad gratificandi facultatem, & ad magnificos apparatus, vitæque cultum cum elegantia

A & copia, vt ſcribit M. Tull. de offic. lib. 1.

Et amicitias] ſunt enim amici optima & pulcherrima vitæ ſupellex, vt ait idem M. Tull. in Lælio.

Inservit honori] ſtudet ambitioni: in ſtudio honorum occupatus eſt. Ariſtot. φιλοτιμεῖται πρὸς ἄλλους. ſic autem loquitur M. Tull. proœmio libr. 2. de offic. *poſtea quàm hominibus inſeruire cœpi, méque totum reip. tradidi, &c.*

Qvod mox mvt. lab.] cuius mox eum pœniteas. Terent. Andr. *Haud muto factum.*

Vel qvòd qv. et inv. &c.] magnum hoc in primis, & graue ſenectutis incommodum, & ad quærendum omni ſtudio incum-

B bere, & ab vtendo abhorrere.

Inventis] quæſitis, partis. Terent. Heaut. *inueniendus eſt aliquis, labore inuenta mea cui dem bona.*

Ac timet vti] ſic Ariſtot. ibid. ἀνελεύθεροι, ἓν γάρ τι τῶν ἀναγκαίων ἡ οὐσία. ἅμα δὲ καὶ διὰ τὴν ἐμπειρίαν ἴσασιν ὡς χαλεπὸν τὸ κτήσασθαι, καὶ ῥᾴδιον τὸ ἀποβαλεῖν, id eſt, *auari ſunt ſenes, atque illiberales. facultates enim in rebus ad victum, cultúmque neceſſarijs numerantur: ſimúlque vſu didicerunt, quàm difficile ſit inuenire, quam facile rurſus amittere.*

Vel qvòd res omn. tim. g.] Ariſtotel. ibid. κατεψυγμένοι γάρ εἰσιν. οἱ δὲ νέοι

C θερμοί· ὥστε προωδοποίηκε τὸ γῆρας τῇ δειλίᾳ. καὶ γὰρ ὁ φόβος κατάψυξίς τίς ἐστι, id eſt, *frigent enim ſenes: iuuenes autem calent. itaque ad timiditatem ſenectus quodammodo viam munit. Nam & metus ipſe refrigeratio quædam eſt.*

Ministrat] adminiſtrat, gerit.

Spe longvs] longinqua ſperans, exempli cauſa, conſilia capiens, quę in longum tempus conferantur, cùm breue admodum ei vitæ ſpatium ſit reliquum. nemo enim tam ſenex eſt, vt ſe annum non putet poſſe viuere. ita ſuprà *ſpem longam* dixit, ad Sextium Od. 4. lib. 1. *Vita ſumma breuis ſpem nos vetat inchoare longam.* & ad Leuconoën, Od. 11. eiuſd. *ſpatio breui Spem longam reſeces.* Ariſt. tamen ibid. ita de ſenib. ζῶσι τῇ μνήμῃ μᾶλλον, ἢ τῇ ἐλπίδι, id eſt, viuunt memoria po-

D tiùs, quàm ſpe.

Iners] ſegnis, & ad agendum ineptus, ætatis vitio. Ariſt. ibi. οὐ πρακτικοὶ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ κατὰ τὸ κέρδος. non ſunt ad agendum apti ob cupiditates, ſed ob lucrum. vel ſic, ad agendum non impellit eos cupiditas: ſed lucrum.

Avidúsqve fvtvri] Ariſtot. ibid. καὶ φιλόζωοι, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ, διὰ τὸ τοῦ ἀπόντος εἶναι ἐπιθυμίαν· καὶ, οὗ δὲ ἐνδεεῖς, τούτου μάλιστα ἐπιθυμοῦσι, id eſt, & vitæ ſunt cupidi, idque maximè decurſo propemodum vitæ curriculo, propterea quòd eius rei, quæ abeſt, cupiditas eſt. Itaque, quo egent, id maximè concupiſcunt.

Difficilis] δύσκολος, moroſus. M. Tull.

in Catone. *at ſunt moroſi, & iracundi, & difficiles* A *ſenes.*

QVERVLVS] μεμψίμοιρος. Ariſtoteles, ſenes ὀδυρτικοὺς appellat, quod idem valet.

LAVDATOR TEMPORIS ACTI SE PVERO] Ariſtot. ibid. διατελοῦσι γὰρ τὰ γενόμενα λέγοντες. ἀναμιμνησκόμενοι γὰρ ἥδονται, id eſt, *res præteritas numquam narrare intermittunt. lætantur enim, cùm eas memoria repetunt.*

CENSOR CASTIG.] nonnulli libri veteres habent conuerſo ordine *caſtigator, cenſorque.*

MVLTA FERVNT ANNI VENIENTES, &c.] *anni venientes* appellantur ab Horatio, vſque ab incunabulis ad corroboratam, & mediam ætatem: *recedentes* autem vſque à media ætate ad rogum. commoda portò accipio, florem B ætatis, velocitatem, vireis corporis, pulchritudinem, hilaritatem, bonam valetudinem, ſenſus integros, ac vegeros: quæ omnia ferè adimit hominibus ſenectus, atque in eorum locum reponit rugas, & canitiem, pedum tarditatem, infirmitatem, ac debilitatem, deformitatem, triſtitiam, morbos, cæcitatem, ſurditatem, obliuionem, ſtuporem, & cetera mala. quod item elegantiſſimè exponit Xenocr. [ſeu potius Æſchines Socraticus, vt teſtatur Harpocration.] in Axiocho, his verbis, εἶτα λαθὸν ὑπεισῆλθε τὸ γῆρας· εἰς ὃ πᾶν συῤῥεῖ τὸ τῆς φύσεως ἐπίκηρον, καὶ δυσαλθές. κἂν μή τις θᾶττον, ὡς χρέος, ἀποδιδῷ τὸ ζῆν, ὡς ὀβολοστάτις, ἡ φύσις ἐπιστᾶσα ἐνεχυράζει τοῦ C μὲν ὄψιν, τοῦ δ' ἀκοήν, πολλάκις δὲ ἄμφω· κἂν ἐπιμείνῃ τις παρέλυσεν, ἐλωβήσατο· παρήρθρησεν, id eſt, deinde furtim ſubit ſenectus, io quam, quicquid habet natura Acherunticum, debile, ſanatu difficile, ac deſperatum, confluit. Quòd niſi quis ſat citò vitam, vt æs alienum, reddat: inſtans, vt fœneratrix, natura pigneratur ab hoc videndi ſenſum, ab illo auditum, ſæpenumero vtrũque. Quòd ſi quis diutius manſerit in vita, eneruat, mutilat, mebra luxat, ac debilitat. ſic Diphilus apud Stobæum Ἅπαντα τ' ἐργαζόμενος ἀσθενέστερα πολὺς τεχνίτης ἐστὶν ὁ χρόνος, ὦ ξένε. Χαίρει μεταπλάττων πάντας ἐπὶ τὰ χείρονα. id eſt. Omnia efficiens infirmiora canus artifex tempus eſt, ô hoſpes. Gaudet conuertiſſe D omneis homines in deterius. Cùm his congruũt illa, quæ ſunt apud Herod. Thal. νῦν γὰρ ἄν τι καὶ ἀποδέξαιο ἔρδον, ἕως νέος ἦς ἡλικίην. αὐξανομένῳ γὰρ τῷ σώματι συναύξονται καὶ αἱ φρένες: γηράσκοντι συγγηράσκουσι, καὶ ἐς τὰ πρήγματα πάντα ἀπαμβλύνονται: id eſt, Nunc enim aliquod facin᷒ edere poſſis, dum iuuenis es. Nam vnà cum creſcente corpore creſcit etiam mens: & cum ſeneſcente, ſeneſcit, & ad res omneis obtunditur. Aliter autem dixit ſup. epiſtol. ad Auguſt. *annos recurrenteis*. ſignificatur enim illo loco annorum, & aliorum temporum natura, quæ vbi occiderunt, renaſcuntur: quemadmodum declarat Oda illa 7. libr. 4. *Diffugêre niues, redeunt iam gramina campis, &c. Immortalia ne ſperes, monet annus, & almum Quæ rapit hora diem: Frigora miteſcunt Zephyris: ver proterit æſtas, Interitura, ſimul Pomifer auctumnus fruges effuderit: & mox Bruma recurrit iners. Damna tamen, &c.* Atque hæc annorum, & menſium, & dierum morientium, ac renaſcentium ratio declarat illud ænigma: Εἷς ὁ πατήρ, παῖδες δὲ δυώδεκα. τῶν δὲ ἑκάστῳ Παῖδες τριήκοντα διάνδιχα εἶδος ἔχουσαι. Αἱ μὲν λευκαὶ ἔασιν ἰδεῖν, αἱ δ' αὖτε μέλαιναι. Ἀθάνατοι δέ τ' ἐοῦσαι, ἀποφθινύθουσιν ἅπασαι. id eſt, (vt ad verbum interpreter) *vnus pater eſt: filij autem duodecim. horum autem vnicuique filiæ ſunt triginta, formis diſſimiles, aliæ quidem aſpectu candidæ, aliæ verò nigræ. Cum ſint autem immortales, moriuntur omnes.* Si quis autem totidem verſus Latinos Græcis reſpoodenteis poſtulabit, age, mos ei à nobis geratur. *Bis ſex ſunt nati patris vnius: & decies tres Forma diſſimiles illorum à ſtirpe profecti, Nigri alij, albi contrà alij. cùm autem Libitinæ Exſortes omnes ſint, intereunt tamen omnes.* ſignificatur autem annus, qui conſtat duodecim menſibus: quorum vniuſcuiuſque dies ſuot triginta, &c.

ADIVNCTIS] appoſitis, & accommodatis ætati.

AVT AGITVR RES IN SCENIS, AVT] quædam ſunt agenda in ſcenis: èſtque id, quod dicit Ariſt. διὰ τῆς ὄψεως, id eſt, rebus in conſpectu poſitis: quædam propterea quòd ſunt nimis atrocia, aut horribilia, aut viſu fœda, aut incredibilia, non ſunt coràm agenda, ſed ea ſatis eſt ab hiſtrione, quaſi intus acta ſint, renuntiari: & hoc modo miſericordiam commouent, aut terrorem animis inferunt ἐκ συστάσεως τῶν πραγμάτων.

SEGNIVS IRRIT. ANIMOS] minus afficiunt animos, quæ ſunt audita, quàm, quæ ſunt viſa, aut ſpectata. Lucianus in Herodoto, ex Herod. vt proximè planum fiet, τὰ δὲ ὀμμάτων φαινόμενα, πιστότερα εἶναι τῶν ὤτων δοκεῖ. id eſt, quæ oculis cernũtur, certiora videntur eſſe, quàm quæ audiuntur. licet huuc verſum Horatianum etiam ad hanc ſententiam accommodare, ea, quę oculis cernuntur, magis nos afficere, quàm quæ audiuntur. ſic M. Toll. epiſtola 1. lib. 6. ad Torqu. *Nam & ſi, quocumque in loco quiſque eſt, idem ei ſenſus, & eadem acerbitas ex interitu rerum & publicarum, & ſuarum, tamen oculi augent dolorem, qui ea, quæ ceteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere à miſerijs cogitationem ſinunt.* Idem epiſt. 4. ad eundem eod. libr. *Equidem nos quòd Romæ ſumus, miſerrimum eſſe duco, non eò ſolùm, quòd in omnibus malis acerbius eſt videre, quàm audire, ſed etiam, &c.* Sic tragicus ille: τῶν πραχθέντων τὰ μὲν ἄλγιστ' ἄπεστιν. ἡ γὰρ ὄψις οὐ πάρα. id eſt, eorum, quæ acta ſunt, triſtiſſima & luctuoſiſſima abſunt. aſpectus enim non adeſt. Poteſt tamen hæc etiam eſſe Horatij ſententia, incertiora eſſe, & difficilius credi, quæ audiuntur, quàm quæ oculis cernuntur. & contrà, certiora eſſe, & faciliùs credi, quæ oculis cernuntur, quàm quæ auditu ſentiuntur. Atque, vt hæc vera ſunt, ita & illud eſt veriſſimum, oculis difficiliùs

ciliùs fidem fieri, quàm auribus: hoc eſt, oculos A minùs eſſe faciles ad credendum, quàm aures, & maiorem efficacitatem, quàm audiendi ſenſum, deſiderare. Nam aſpectus quidem vnà cum iis, quæ oculis ſubijciuntur, concurrit, & conſpirat: auditum verò facile eſt verbis artificioſis, & numeroſis attollere, ſuſpenſúmque tenere & falſis rationibus capere, ac fallere. Verbi gratia, Homerus contentionem deſcribens ita magnam facit, vt caput cælo tangat, & tamen humi vno tempore pedes ponat: atque hæc credit auditor Homerum legens: quod fictor, aut pictor conſequi non poſſit, quia tantam imaginem, aut ſtatuam oculis ſpectatorum ſubijcere non poſſit. Hæc Dionis Chryſoſtomi ſunt ferè, oratione Olympica. & locum indicabo, καὶ δὴ τὸ λεγόμενον B ὡς ἔστιν ἀκοῆς πιστότερα ὄμματα, ἀληθὲς ἴσως· πολὺ μὴν δυσπειθέστερα, καὶ πλείονος δεόμενα ἐνεργείας· ἡ μὲν γὰρ ὄψις αὐτοῖς ὁρωμένοις ξυμβάλλει· τὴν δ' ἀκοὴν οὐκ ἀδύνατον ἀναπτερῶσαι, &c. [Sed, vt ad Horatium redeam, hæc ſententia ſignificare videtur, minùs ad animos permouendos valere, quæ audiuntur, quàm quæ cernuntur. Quod tamen non probaretur forſaſſis Ariſtoteli, qui lib. 8. de rep. videtur ſentire, eorum omnium, quæ ſub ſenſum cadunt, ea maximè ad affectus mouendos, moréſque conformandos valere, quæ audiuntur, vt cantus, & modos: ſecundo loco, quæ cernuntur, vt imagines & ſimulacra: cetera, quæ alios ſenſus mouent, aut minùs, aut nihil valere ad animos C permouendos. Sed ibi Ariſtoteles loquitur de ſimilitudinibus, & imaginibus, & imitationibus rerum verarum: quarum ſimilitudinum aliæ cernuntur, aliæ audiuntur, &c. quæ igitur audiuntur, vt cantus, & modi, magis animos permouent, quàm quæ cernuntur, vt pictura, & figuræ.]

Fidelibvs] oculos iccirco fideles appellat, quia quæ cernuntur magis valent ad fidem faciendam, quàm quæ audiuntur, vt ſcribit Herodotus in Cliône, ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισι ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν, id eſt, aures enim hominibus minùs ſunt fideles, quàm oculi. quibus hoc ſignificatur, minùs credi ab hominibus ea, quæ audiuntur, quàm quæ cernuntur, vt D paullò antè diximus. *Incertas* alia ratione appellauit epiſt. 1. lib. 2.

Non promes in scenam] non produces in ſcenam: non conſtitues ante oculos ſpectatorum.

Qvæ mox narret fac. p.] quæ mox referat perſona aliqua in ſcenam producta. præſens, id eſt, extrà & coram ſpectatoribus. nomen *præſens* oppoſuit illi aduerbio *intus*.

Nec pveros coram, &c.] de Medea ſuprà diximus.

Avt hvmana palàm] de Atreo, & Thyeſta & ſuprà diximus nonnulla ad Oden 16. lib. 1. & res ita nota eſt, vt, qui hæc inculcare vellit, lectorum opera, & otio abuti velle videatur.

Iam hæc *promi in ſcenam, extrà curàm, palàm, à præſente narrari*, idem valent: quibus reſpondent è contrario, *intus narrari, tolli ex oculis*.

Nefarivs] nefarij dicti à farre, quòd adoreum eſt, vt vult Varro lib. 1. de vita populi Ro. quòd eo ſcelerati vti non debeant. hoc quoque idem adſignificat, quòd qui indigni ſunt qui viuant, nefarij vocantur, inquit Nonius.

Procne de Procne ſup. ad Od. 12. lib. 4.

Cadmvs in ang.] vide, quæ ſuprà de Peleo, & Cadmo coniunctè, leuiter attigimus.

Incredvlvs odi] quia ἀπίθανα, ἄλογα, μοχθηρά, ἀδύνατα, id eſt, non probabilia, ratione carentia, improba, & nefaria, & quæ fieri nullo modo poſſunt. lege Ariſt. περὶ ποιητικῆς.

Neve minor qvinto, nev sit pr.] Non eſt dubium, quin actus, partes fabulæ fuerint: quot actus in fabula fuerint, incertum atque obſcurum. actum autem ab actu diſtinguere, id verò non parum difficile eſt, ſi Donato credimus: neque deſunt viri docti, qui quamuis perſpicuè aliter ſentiat Horatius, quattuor actibus tantùm conſtare fabulam poſſe dicant, modò hi quattuor actus iuſtam fabulæ magnitudinem expleant. ego video à M. Tull. & ceteris bonis ſcriptoribus, tertium, quartum, & extremum fabulæ actum commemorari: quintum non reperi. idem ſcribens ad Q. Fratrem lib. 1. tertium actum, extremum facere videtur his verbis: *Illud te ad extremum oro, & hortor, vt tamquam poëtæ boni, & actores induſtrij ſolent, ſic tu in extrema parte, & concluſione muneris, ac negotij tui diligentiſſimus ſis, vt hic tertius annus, tamquam tertius actus, perfectiſſimus, atque ornatiſſimus fuiſſe videatur.* Ego Horatio, & Donato aſſentior, vt putem tragœdiam, & comœdiam quinque actibus conſtare debere.

Reponi] iterum doceri, vt ſat. 10. lib. 1. *Nec redeant iterum, atque iterum ſpectanda theatris*. quidam legi volunt, *repoſci*. aliter ſup. *honoratum ſi fortè reponis Achillem*.

Nec devs intersit, &c.] Ariſtot. lib. περὶ ποιητ. ſcribit, vtendum eſſe machina, ſeu machinatione: id eſt, Deum eſſe adhibendum à machina, ad ea, quæ ſunt extra fabulam, expedienda: quæ vel anteà facta ſunt, neque hominem ſcire fas eſt, vel poſteà futura ſunt, & prædictionem, ac nuntiationem deſiderant. Omnium enim rerum videndarum facultatem dijs attribuimus, verba Ariſtot. ſunt hæc, φανερὸν οὖν ὅτι καὶ τὰς λύσεις τῶν μύθων ἐξ αὐτοῦ δεῖ τοῦ μύθου συμβαίνειν. καὶ μή, ὥσπερ ἐν τῇ Μηδείᾳ, ἀπὸ μηχανῆς, καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι τὰ περὶ τὸν ἀπόπλουν· ἀλλὰ μηχανῇ χρηστέον ἐπὶ τὰ ἔξω τοῦ δράματος, ἢ ὅσα πρὸ τοῦ γέγονεν, ἃ οὐχ οἷόν τε ἄνθρωπον εἰδέναι, ἢ ὅσα ὕστερον, ἃ δεῖται προαγορεύσεως, καὶ ἀγγελίας· ἅπαντα γὰρ ἀποδίδομεν τοῖς θεοῖς ὁρᾶν. Cum Ariſtotele conſentit hoc loco Horatius, qui vetat Deum ex machina adhibere, niſi nodus difficilis, & Deo dignus inciderit, id eſt, niſi talis difficultas extiterit, vt ſine machina exitus

fabulæ non poſſit explicari. Exſtant multa apud A probatos auctores huius moris exempla, ac teſtimonia. Plato in Cratylo, εἰ μὴ ἄρα δὴ, ὥσπερ οἱ τραγῳδοποιοὶ, ἐπειδάν τι ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μηχανὰς καταφεύγουσι, θεοὺς αἴροντες. καὶ ἡμεῖς οὕτως εἰπόντες ἀπαλλαγῶμεν, ὅτι τὰ πρῶτα ὀνόματα οἱ θεοὶ ἔθεσαν, καὶ διὰ ταῦτα ὀρθῶς ἔχει. id eſt, *niſi vtique, quemadmodum tragœdiarum ſcriptores, poſteaquam nodus aliquis inciderit, ad machinas confugiunt, deos attollentes: nos quoque, vbi dixerimus deos primùm nomina rebus impoſuiſſe, atque iccirco ita rectè ſe habere, quaſi noſtro munere defuncti, diſcedamus.* M. Tull. lib. 1. de nat. Deorum, *Quod quia quemmodum natura efficere ſine aliqua mente poſſit, non videtis, vt tragici poetæ, cùm explicare argumenti exitum non poteſtis, confugitis ad Deum.* Ariſtot. 1. τῶν μετὰ τὰ φυσικά, Ἀναξαγόρας τε γὰρ μηχανῇ χρῆται τῷ νῷ πρὸς τὴν κοσμοποιίαν· ὅταν γὰρ ἀπορήσῃ διὰ τίνα αἰτίαν ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ, τότε ἕλκει αὐτόν· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις πάντα μᾶλλον αἰτιᾶται τῶν γινομένων, ἢ νοῦν. id eſt, *Anaxagoras enim veluti machina quadam, mente vtitur ad mundi fabricam. Cum enim hæſitat, quam ob cauſam neceſſariò ſit, tunc eam aduocat: in ceteris, cuiuis rei potius, quàm menti, cauſam earum rerum, quæ oriuntur, aſcribit.* Seruiius ad illum Virgilij locum Æneid. 1. *Muſa mihi cauſas memora, &c.* hunc Horatij verſum pro teſtimonio profert, oſtendens, hoc obſeruandum eſſe in omnibus carminibus, ne numen aliquod inuocetur, niſi quid vltra vireis humanas, facultatémque hominis C propriam requiramus.

VINDICE DIGNVS] vindex propriè dicebatur, qui debitorem nexu obligatum, & iamiam à creditore ducendum, vel numerando, vel pro eo ſpondendo liberabat.

NEC QVARTA LOQ. PERS. LAB.] nec plures perſonæ vno, eodémque tempore in ſcenam prodeant locuturæ, quàm tres. quòd ſi quando quarta intercedat: vel tacita audiat, vel ſecum, non cum alijs loquatur, vel cum vna duntaxat ſermonem conferat. huius præcepti exempla videre licet apud Terent. vt in Andria actu tertio, Myſis, Symo, Dauus, Leſbia, Glycerium quinque perſonæ eodem tempore in ſcenam producuntur: ſed Myſis cum Leſbia duntaxat ſer D monem habet: Glycerium autem domi ſuæ eſt, non foris. ibidem actu 4. quattuor perſonæ, Myſis, Pamphilus, Charinus, Dauus, vno tempore in ſcena ſpectentur, ſed Myſis aliunde interuenit, & cum Charino non loquitur. Apud Plautum autem & quattuor, & quinque perſonæ communiter inter ſe loquentes introducuntur, quod item fit in tragœdijs. Ac Horatius præcepta dat ſuæ ætatis hominibus, non veteribus, quorum ſcripta fortaſſe nondum ei vſquequaque perfecta videbantur. Quidam hunc locum ad numerum hiſtrionum referri volunt, dicúntque, hoc ab Horatio ſignificari, non pluteis in comœdia aut tragœdia hiſtriones, quàm treis, eſſe oportere, quorum quiſque plureis perſonas ſuſtineat. Nituntur autem verbis Ariſtotelis in libello περὶ ποιητικῆς, vbi ſcribit Sophoclem, cùm duo ante eum duntaxat hiſtriones in tragœdia intercederent, treis adhibuiſſe: Æſchylum verò eo ſuperiorem, primum omnium multitudinem hiſtrionum ex vno ad duos deduxiſſe. verba Ariſtot. ſunt hæc, καὶ τό, τε τῶν ὑποκριτῶν πλῆθος ἐξ ἑνὸς εἰς δύο πρῶτος Αἰσχύλος ἤγαγε, καὶ τὰ τοῦ χοροῦ ἠλάττωσε, καὶ τὸν λόγον πρωταγωνιστὴν παρεσκεύασε· τρεῖς δὲ, καὶ σκηνογραφίαν Σοφοκλῆς· ἔτι δὲ τὸ μέγεθος, &c. Idem lib. 3. ῥητορ. ait hiſtrionum actionem (quam ὑπόκρισιν Græci nominant) in tragœdiam, & rapſodiam ſerò admodum introductam eſſe, quia poëtæ ipſi B tragœdias initio recitabant. verùm ego ab illis magnopere diſſentio, neque puto hoc ſentire Horatium.

ACTORIS PARTEIS CHORVS] docet quamobrem adhibeatur chorus, (quæ pars eſt fabulæ κατὰ τὸ ποσόν) & quibus in rebus eum operam ſumere, quid loqui, & canere oporteat. perſonæ porrò, ex quibus conſtabat chorus, & cantabant, & loquebantur: quanquam, quod ad locutionem pertinet, vna perſona fortaſſe pro omnibus loquebatur, reliquis aſtantibus, & ſilentibus, ſiue viri eſſent, ſiue mulieres, maximè ſi cum altero, qui non eſſet è choro, ſermo haberetur. Si vulgatam igitur ſcripturam probabimus, *Auctoris parteis*, quæ reperitur in cod. Iann. C & Faër. hæc erit eius ſententia, Chorus agat parteis, & fungatur munere auctoris, id eſt, ſuaſoris & monitoris. nemo enim quicquam alteri ſuadet, aut præcipit, niſi, qui auctoritate valet. ex quo natum eſt hoc loquendi genus, *tibi auctor ſum, vt illud facias:* & hoc, *ſe auctore feci. defendere parteis* autem poſitum pro eo, quod eſt, agere, & ſuſtinere, & tutari parteis, id eſt, fungi munere, vt ſat. 10. lib. 1. *Et ſermone opus eſt modò triſti, ſæpe iocoſo, Defendente vicem modo rhetoris, atque poëtæ.* Quòd autem quidam ſic explicant, de officio poetæ diſſerat chorus, & dicat, poëtam officio pro ſua parte non defuiſſe, elegantem fabulam & lepidam dediſſe: nihil dicunt: & miror tam ineptam ſententiam eis in mentem venire po D tuiſſe. Alij igitur, iique doctiſſimi viri, quibus aſſentior, legunt *Actoris*. & ita ſcriptum eſt in tribus libris Vat. & in Torneſ. Cleric. Nicotian. Ruſſard. cuius ſcripturæ mihi videtur hæc eſſe ſententia, Chorus tueatur, & agat parteis actoris, id eſt, chorus habeatur vnius actoris loco, vnius munere fungatur, & officium virile obeat, id eſt, vnius perſonæ locum obtineat. dicimus enim Latinè *pars virilis*, & *pro mea parte virili*. eſt autem pars virilis, pars vniuſcuiuſque. M. Tull. pro Sext. Roſc. *Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates ſunt.* Idem in Verr. orat. de ſignis, *Eſt aliqua mea pars virilis, quòd eius ciuitatis ſum, quam ille amplam, illuſtrem, clarámque reddidit.* Idem frument. *qui præſertim plus etiam, quàm pars virilis poſtulat, pro voluntate populi Rom. oneris, ac muneris ſuſcipere debeam.* T.

Liuius

Liuius libr. 6. annal. *illius gloriæ pars virilis apud* A *omneis milites ſit, qui ſimul vicerint.* atque hanc explicationem adiuuat, & confirmat id, quod ſequitur, *officiúmque virile*. neque eſt, quòd quiſquam mihi dicat, chorum etiam mulierum cœtum interdum fuiſſe: ergo officium virile ad chorum, qui ex mulieribus conſtet, pertinere non poſſe. reſpondeo enim, vel virile officium dici ſpectata voce, *chorus*, quæ eſt maſcula, & virilis: vel propterea quòd maſculinum genus concipere, & complecti ſolet fœmininum. Poſtremo ſic hunc locum eſſe legendum, atque explicandum intelligere licet ex his paucis Ariſtot. verbis lib. de arte Poëtica, καὶ τὸν χορὸν δὲ ἕνα δεῖ ὑπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν. id eſt, *chorum autem accipere, ſeu exiſtimare oportet tanquam vnum* B *actorem.*

Ne qvid medios intercinat actvs] ne quid inter medios actus canat. intercinat, pro canat inter, qualia ſunt illa, *ſiluas interreptare ſalubreis: circumgemit vrſus ouile: tanto emetiris acerus:* & ſexcēta alia, quæ collegi ad Od. 7. lib. 2. canere igitur choro inter actum, & actum licebit, inter medios actus, ſeu in mediis actibus non licebit. loqui autem quouis loco, nempè in diuerbiis, cum alia perſona licebit.

Consilietvr amicè] hæc eſt ſcriptura decem librorum manuſcriptorum: à qua diſcedere nefas mihi eſſe putaui. conſiliarij autem, C verbum eſt à conſilio deductum, quo vſus eſt ſuprà Od. 3. lib. 3. *Gratum elocuta conſiliantibus Iunone diuis.* quo quidem loco idem videtur valere, quod conſultare: hîc autem, ſi recta, & emendata ſcriptura eſt, idem erit, quòd cōſilium dare: quod alibi non memini me legere in hanc ſignificationem. quattuor alij libri manuſcripti, habent, *&* *conſilietur amicus*, vt omnes ferè vulgati, niſi quòd nonnulli habent *conciliet ur*. quæ ſcriptura non eſt reiicienda. placet autem mihi mirum in modum, quòd à duobus codicibus abeſt copulatio *que* poſt verbum *faueat*.

Ille dapes lavdet mens. br.] laudet parſimoniam, frugalitatem, continentiam in victu.

Salvbrem] vtilem, ſalutarem. tranſlatio eſt. nam ſalubre de iis rebus dicitur, quæ ad cor- D poris valetudinem ſunt vtiles. epiſt. ad Alb. Tib. *An tacitum ſiluas inter reptare ſalubreis?* & Satyr. 7. lib. 1. *ſtelláſque ſalubreis Appellat comites.* & Satyr. 4. lib. 2. *Ille ſalubreis Æſtates peraget, qui nigris prandia moris Finiet, &c.* tranſlatè etiam M. Tull. ad Att. libr. 8. *vt non ſolùm glorioſis conſiliis vtamur, ſed etiam paullo ſalubrioribus.*

Apertis otia portis] id eſt, pacem. aperiuntur enim vrbium portæ pacis tempore, vel ſublato hoſtium metu: bello tempore clauduntur, ex quo *Panda* pacis dea dicta. Od. 5 lib. 3. *vidi ego ciuium Retorta tergo brachia libero, Portáſque non clauſas.*

Commissa] arcana fidei commiſſa, vt ſup. epiſt. ad Loll lib. 1. *Prodiderit commiſſa fide.*

A Redeat miseris, abeat f.] vt fortuna eos, quibus aduerſata eſt, quóſque deſeruit, placata reuiſat, & complectatur: inſolenteis, ac ſuperbos deſerat. vide annotationem ad Od. 29. lib. 3. vbi diximus, per fortunam præſentem, & manentem, ſignificari ſecundam: per abeuntem, aduerſam.

Tibia] tibiæ adhibentur ad cantum chori adiuuandum. pertinet autem hic locus ad μελοποιΐαν.

Orichalco ivncta] ita reperi ſcriptum in tribus cod. Vatic. & in Card. Raïnu. & Torn. Cleric. Nicot. Ruſſ. quæ ſcriptura eò fortaſſe probari poteſt, quia cùm tibiam veterum tenuem, ac ſimplicem fuiſſe dicat, nouam autem B duobus contrariis nominibus ſignificare velit eſſe illi diſſimilem: *tubæ æmula*, tenui opponitur: *orichalco iuncta*, ſimplici. quòd ſi *vincta* legamus, nō æquè contrarium contrario reſpondeat.

Foramine pavco aspirare] ad eam rem erat vtilis, vt paucis, id eſt, quattuor foraminibus ſonitum redderet, & choros adiuuaret, & theatra ſonitu compleret. *vtilis aſpirare, adeſſe, complere*, genus loquendi Græcum eſt, vt ſæpè admonuimus. in quibuſdam libris ſcriptum reperi *foramine paruo*.

Nondvm spissa nimis] non admodum frequentia: non nimis celebria, aut referta. C epiſt. ad Mæcen. 3. lib. 1. *Spiſſis indigna theatris.* & infrà *ſpiſſæ cateruæ.*

Sedilia] in quibus ſedebant ſpectatores, nondum theatro ædificato.

Qvò] in quem locum, in quæ ſedilia: non (vt alij) quo ſtatu.

Sanè popvlvs nvmerabilis] explicatio eſt verborum illorum, *Nondum ſpiſſa nimis.* *numerabilis* autem idem valet, quod paucus. & ita loquuntur Græci. Theocr. εἰδ. ιϛ. quod inſcribitur χάριτες. φίλων μόρον ἀγγελλοίσας Τέκνοις ἠδ' ἀλόχοισιν, ἀριθματὲς ἀπὸ πολλῶν. id eſt, amicorum mortem nunciaturos liberis & vxoribus, numerabileis ex multis.

Coibat] conueniebat, congregabatur.

Vinóqve dirvrno placari Genivs] ſic ſuprà epiſt. ad Auguſt. *Siluanum lacte piabant:* D *Floribus, & vino Genium, memorem breuis æui.*

Impvne] nam rebus Romanis anguſtis, nōdúmque conſtitutis & conſtabilitis, ac pacatis, nō licebat de die conuiuari, & potare.

Nvmeris] pedibus, vel rythmis. numeroſum eſt enim id in omnibus ſonis, atque vocibus, quod habet quaſdam impreſſiones, & quod metiri poſſumus interuallis æqualibus.

Modísqve] cantui, ἁρμονία, vel, vt quidam, μέλει. videtur tamen μέλος latius patere. Plato lib. 3. de rep. τὸ μέλος ἐκ τριῶν ἐστι συγκείμενον, λόγου τε, καὶ ἁρμονίας, καὶ ῥυθμοῦ id eſt, melos ex tribus conſtat, ratione, & harmonia, & numero.

Indoctvs qvid enim, &c.] horum verborum hanc ſententiam eſſe puto. Neque ve-

rò mirum eſt, hanc licentiam & luxuriem, quæ ab antiquorum ſeueritate tam longè abeſſet, & ab arte comica tantopere diſcreparet, fuiſſe à populo probatam, ac receptam. Quæ enim ſapientia eſſet in ruſticis, & indoctis, & labore ſolutis, & turpibus hominibus cum populo urbano confuſis? alij ſic. neque verò mirum eſt hanc numerorum & modorum licentiam à ruſticis eſſe probatam, aut verò toleratam. quid enim ſaperet ruſticus, indoctus, ab opere ſolutus, cum vrbano, turpis cum honeſto permiſtus? id eſt, quid enim proficeret ſi plus ſapere videri vellet, quàm vrbanus & honeſtus? vel quid ſaperet, id eſt, quantum ſaperet? quaſi dicat, vt inſipientes eiicerentur ruſtici, ſi vrbanorum luxuriem, ac licétiam improbarent, & condemnarent, vel quid, id eſt, propter quid, ſeu quamobrem ſapere vellet, &c.

Liberqve laborvm] laboribus defunctus, laboribus ſolutus. ſic ſup. dixit Od. 17. lib. 3. *Cum famulis operum ſolutis.*

Motúmqve] vel quia mouebatur, & ſaltabat tibicen, vel quia geſtum agebat.

Et lvxvriam add.] hoc dicit vel propterea quòd aucta ſint foramina, vel propterea quòd numeri & modi fuerint licentiores, vel propter ipſius artificis ornatum nimis elegantem ac ſumtuoſum: & propter orichalcum tibiæ additum, vel propter hæc omnia. affert exemplú Lucianus in lib. πρὸς ἀπαίδευτον πολλὰ βιβλία ὠνούμ. valde ad hunc locum accommodatum, de citharœdo quodam Tarentino, cui Eueno nomé erat, his verbis, ἧκεν οὖν εἰς Δελφοὺς, τὰ τ' ἄλλα λαμπρὸς, καὶ δὴ καὶ ἐσθῆτα χρυσόπαστον ποιησάμενος, καὶ στέφανον δάφνης χρυσῆς κάλλιστον ὡς ἀντὶ καρπῶν τῆς δάφνης σμαράγδους εἶναι ἰσομεγέθεις τῷ καρπῷ· τὴν μὲν κιθάραν αὐτὴν ὑπερφυές τι χρῆμα εἰς κάλλος καὶ πολυτέλειαν, &c. id eſt. Venit igitur Delphos cũ ceteris rebus ſplendidus & clarus, tum veſte facta, auro inſperſa, ac diſtincta, corona ex lauto aurea pulcherrima, ita vt pro fructu laurus ſmaragdi eſſent fructui magnitudine pares atque æquales, cithara ipſa, re, quòd ad pulchritudinem, & ſumtum attinet, naturam rerum ſuperante, &c. nam ſatis eſt mihi locum indicaſſe.

Traxitqve vag.] per verbum *traxit* ſignificat, eum veſte vſum eſſe longa, & ad talos demiſſa, quam σύρμα nominant Græci, vagũ autem dixit, innuens non vno in loco cõſtitiſſe, ſed huc, & illuc ſe circumtuliſſe, ac circũegiſſe. aliud eſt caudam trahere, vt diximus ad Sat. 3. lib. 2. ibi, *caudam trahat.*

Per pvlpita] per ſcenam. infr. *& modicis inſtrauit pulpita tignis.*

Sic etiam fidibvs voces] quemadmodum (inquit) tibicen tibias ſibi parauit ampliores, eáſque inſlauit vehementiùs, ita & citharis ſoni acceſſerunt molliores. fortaſſe ſignificat, citharæ chordas additas eſſe. non enim vnus ſemper chordarum citharæ fuit numerus: ſed cùm initiò quattuor tantùm fuiſſent, Mercurius treis addidiſſe dicitur. Strabo, & alij nonnulli Terpãdrum Methymnæum lyra ſeptem chordarũ primum vſum eſſe tradunt. Itaque & Timotheum apud Lacedæmonios accuſatum eſſe memoriæ proditum eſt, quòd pluribus, quàm opus eſſet, chordis vteretur, & quòd antiquam muſicam corrumperet. Ille autem cùm iamiam quidam chordas ſuperuacuas præcidere pararet, fertur ſigillum Apollinis iſtis oſtendiſſe in eorum vrbis quodam loco poſitum, lyram manu tenens, quæ totidem chordis conſtaret, & ita dimiſſus, atque abſolutus eſſe. Plutarchus item ſcribit in apophtegm. Emerepen in Phrynidis cantoris organo, quod nouem fidibus conſtabat, duas inciſiſſe, his verbis increpantem, μὴ κακούργει τὴν μουσικήν: id eſt, *ne corrumpe, aut ne lœde muſicam.*

Et tvlit eloqvivm insolitvm fac.] & facundia celeriter fluens: vel, vt alij volunt, breui tempore comparata, genus locutionis, ſeu eloquentiæ protulit inauditum, atque inuſitatum.

Vtiliúmqve sagax rervm, &c.] id eſt, & perſonatum, ex quibus chorus cõſtabat, prudés, & rerũ futurarum prouida oratio, parum ab oraculo Apollinis diſtitit: vel hoc modo: cœpit chorus in comœdiis non minùs σοφῶς, neque minùs acutè, neque minùs verè res futuras ad vitam vtileis, prædicere, quàm Apollo Delphicus: vel ſic, ſententiæ, quibus chorus in comœdiis vti cœpit, quædam vitæ præcepta continentes, & ad rerum futurarum prouiſionem pertinentes, ſermonis ambiguitate, & verborum inuolucris, Apollinis oraculo non diſſimiles fuerunt. Eurip. Μάντις δ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς. M. Tull. lib. 2. de finibus, *ineſt in animo coniectura conſequentium non multum à diuinatione differens.*

Sortilegis] id eſt, vnde oracula petuntur. nam ſortes καταχρηστικῶς pro oraculo vſurpantur. notat Seruius ad illum verſ. Virgil. Æneid. 7. *Non patrio ex adyto ſortes, &c.* & Horat. infrà, *dictæ per carmina ſortes.*

Carmine qvi tragico vilem, &c.] Eos ſequitur hîc Horatius, qui tragœdiam eò eſſe appellatam exiſtimant, quòd tragœdiarum ſcriptoribus hircus præmij loco daretur. in quibus eſt & Seruius ad illum Virgilij locum Palæm. *tu poſt carecta latebas*: vbi & hunc verſum profert. τράγος enim Græcorũ lingua hircum valet. idem infrà videtur innuere, tragœdiæ appellationem inde eſſe natam, quòd primi illi tragœdiarum auctores è plauſtris tragœdias agerent, ore fæce perunctò. ſic Horat. infrà, *Ignotum Tragicæ genus inueniſſe camœnæ Dicitur, & plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis.* Athenæus autem libro 2. de comœdiæ & tragœdiæ inuentione ſic ſcribit, ἀπὸ μέθης καὶ ἡ τῆς κωμῳδίας καὶ ἡ τῆς τραγῳδίας εὕρεσις ἐν Ἰκαρίῳ δὲ τῆς Ἀττικῆς εὑρέθη, κατ' αὐτὸν τὸν τῆς τρύγης καιρὸν, ἀφ' οὗ καὶ τραγῳδία τὸ πρῶτον ἐκλήθη. quæ verba ſignificant, poſt ebrietatem comœdiæ

comœdiæ & tragœdiæ inuentionem exſtitiſſe. In Icario autem Atticæ loco tragœdiam vindemiæ tempore inuentam eſſe. τρύγη enim vindemia eſt Græcis. ad hūc locum pertinent illa Virgiliana Georgic. 2. *Non aliam ob cauſam Baccho caper omnibus aris Caditur, & veteres ineunt proſcenia ludi, Præmiáque ingenteis pagos, & compita circum Theſidæ poſuere.* At Ariſtot. περὶ ποιητ. ſcribit eſſe ortam ab iis, qui Dithyrambum exercebant.

Agresteis satyros nvdavit] Satyricæ fabulæ à Græcis inuentæ, ab Atellanis, quæ ſunt Latinorum, parum admodum diſcrepant. nam quemadmodum in illis Satyri nudi, Fauni, Sileni inducuntur, verbis, & motibus obſcænis riſum mouentes: ita & in Atellanis perſonæ turpes intercedunt, quæ dictis liberioribus & geſtibus improbis, ac proteruis auditorum curas, & ſeueritatem mitigent, ac relaxent. *Satyros nudauit*, id eſt, Satyros nudos introduxit inter actus tragœdiarum, vel ſtatim poſt tragœdias recitatas, & peractas. de Satyris vide annot. ad Od. 19. libr. 2.

Moranovs] detinendus, delectandus, vt infrà, *Valdius oblectat populum, meliúſque moratur.*

Incolvmi gravitate] ſalua grauitate tragœdiæ.

exlex] ſolutus legibus. exlex, qui ſine lege viuit, inquit Nonius. M. Tull. in Cluent. *Non quod illi aut exlegem eſſe Syllam, aut cauſam pecuniæ publicæ contemtam atque abiectam putarent, &c.*

Adhibebitvr] in Satyrica. Deus, verbi grātia, Faunus, Silenus, Bacchus. heros, vt Agamemnon, Neſtor, Achilles.

Nvper] paullò antè: nempe in tragœdia.

Migret in obscvras hvmilis] ita humili, & abiecto ſermone vtatur, vt tabernariorum, & opificum orationem imitari videatur. Notum eſt autem, & vulgatum, togatas tabernarias à tabernis eſſe nominatas, quæ comœdiis, quaſi ex altera parte reſpondent.

Avt dvm vitat hvmvm, &c.] id eſt, aut dum nimiùm ſe attollit, dúmque nimis elato, & grandi oratione vtitur, in aëre verſari videatur: de aëre, & nubibus, & cælo, & rebus ſuperis loquitur. inania, pro eo ſpatio, quod intercedit inter cælum, & terras poſuit ex Democriti & Epicuri ſententia, vt Virg. in Sileno. *Námque canebat, vti magnum per inane coacta Semina, terrarúmque, animæque, maríſque fuiſſent: Et liquidi ſimul ignis.* Lucret. lib. 1. *Nec tamen vndique corporea ſtipata tenentur Omnia natura: námque eſt in rebus inane.* Idem ibid. *Omnis, vt eſt igitur per ſe natura, duabus Conſiſtit rebus. nam corpora ſunt, & inane, Hæc in quo ſita ſunt, & qua diuerſa mouentur.* ibid. *Nam diſpulſa ſuo de cœtu materiai Copia ferretur magnum per inane ſoluta.*

Effvtire leveis indigna t. v.] tragœdia, quæ indigna eſt, in qua verſus leues, & ſine pondere effundantur, intererit, &c. *indigna effutire* dictum, vt ſuprà epiſt. ad Iul. Flor. libr. 1. *indigni fraternum rumpere fœdus.*

Moveri] ſaltare, moueri numeroſè, moueri in numerum. ſuprà epiſt. ad Florum lib. 2. *Nunc Satyrum, nunc agreſtem Cyclôpa mouetur.*

Intererit] differet aliquantulum à Satyricis. Verbo *intereſt*, pro *differt*, vtitur & M. Tullius Acad. lib. 2. *quid? ita viſa, è quibus omnia decreta ſunt nata, negant quicquam à falſis intereſſe.* & epiſt. libr. 5. ad Attic. *ſed planè gaudeo, quoniam τὸ ἡμέτερον intereſt τοῦ φθονεῖν.*

Non ego inornata, et dom.] id eſt, non eſt ſatis in Satyricis fabulis nullū verborum ornatum adhiberi, nullum nomen tranſlatum poni, omniáque propriè, & ſimpliciter dici, ſed alia ſont præſtanda. *dominantia nomina* accipe τὰ κύρια, id eſt, propria, quibus res quantumuis ſint obſcænæ, propriè appellantur, & ſignificantur, qualia ſunt *mentula, cunnus*, actionis Venereæ verbum, & alia ſimilia, quæ me pudor enumerare vetat. nam mentulæ nomen in membro illo corporis virilis ſignificando, dominatur: cetera, quibus interdum vtuntur poëtæ pudore adducti, *neruus, penis, trabs, ficula, columna, cauda ſalax, pyramis, palus, faſcinum*, ſunt tranſlata. ſolebant autem Satyri illi in Satyricis fabulis ſuo quámque rem, & actionem nomine, verbóque appellare: neque eius rei, quam ſignificare vellent, turpitudinem, verborum tralatione, aut circuitione tegere: exempli cauſa, cùm eam operam, quæ datur liberis procreandis innuebant, non alienis eam operam, ſed ſuis, & propriis appellabant: quod quidem eò magis erat illis ignoſcendum, quòd exſtiterunt nonnulli philoſophi: ſed qui philoſophi? ii, qui in virtute ſummum bonum, & beatitudinem locant, voluptatis inimici, omnium vitiorum correctores, & caſtigatores, Stoici, inquam, ſtatuerunt ſuo quámque rem nomine appellare licere. Itaque ex illorum ſchola manauit hoc σοφὸς ἂν εὐθυῤῥήμων ἔσῃ, vt teſtatur M. Tull. epiſt. quadam ad Papirium Pætum.

Nec sic enitar tragico diff.] id eſt, nec ſic ſtudebo à grauitate, & granditate verborum, quibus vtuntur tragici poëtæ, atque à tragica magniloquentia differre, vt nihil interſit vtrum loquatur Dauus, & ceteræ perſonæ comicæ, & ſeruiles, an Silenus Bacchi ſeruus. *differre coloris*, pro eo, quod eſt, differre à colore, Horatianum. lege annot. ad Od. 2. lib. 2.

Davúsne loqvatvr, et avdax] ita reperi ſcriptum in duobus codicibus manu ſcriptis, non, *an audax*: & vt ita ſcribatur, ratio poſtulat. nō enim ſignificat intereſſe vtrū Dauus loquatur, an Pythias, ſed vtrū ſerui comici, quales ſunt Dauus ſeruus, & Pythias ancilla, an Silenus.

Pythias] ancilla apud Lucillium, ſeu aliquem veterem comicum.

Silenvs] perſona Satyrica. ſunt autem Sileni, Bacchi miniſtri, & nutricij. Nicander Alexipharm. princip. Ὡς δ' ὁπότ' ἀγριόεσσαν ὑποθλίψαντες ὀπώρην Σιληνοὶ κεραοῖο Διωνύσοιο τιθῆναι, Πρῶτον ἐπ' ἀφρίζοντι ποτῷ φρένα θωρη-

θίντες,&c.id eſt,Quemadmodum autem Sileni Bacchi cornuti nutricij agreſtibus vuis calcatis, primùm potu ſpumante mentem armati, quod valet, ebrij facti, &c. A

Ex noto fictvm] è re nota effictum, atque expreſſum,non è re aliqua recondita,atque abſtruſa.

Vt sibi qvivis speret idem, &c.] in epiſtola ad Florum lib. 2. ſuprà ad illum locum, *Ludentis ſpeciem dabit, &c.* diximus nunnulla quæ ab hoc non ſunt aliena.

Svdet mvltvm] multùm laboris ſumat.

Avsvs idem] expertus idem,conatus idem.

De medio svmtis] non è longinquo arceſſitis, ſed è medio ſumtis.

Ivnctvra] compoſitio,ſtructura. B

Silvis dedvcti] ſilueſtres Fauni in ſcenam è ſuis tabernaculis ſilueſtribus,& nemoroſis producti: perſonæ Satyricæ.

Velvt innati triviis] velut nati in locis celeberrimis,& pænè dicam,in medio foro.

Teneris] delicatis,mollibus,cultis,venuſtis, concinnis,comtis.

Ivvenentvr] verbum Græcum fortaſſe exprimere voluit, νεανιεύεσθαι quod valet, rem aliquam præclaram quidem illam, & laudabilẽ gerere,ſed maiore animo, quàm conſilio:quod iuuenes ſolent. Vetat igitur Horatius, ne in fabulis Satyricis Fauni nimiùm politis,& cultis verſibus iuueniliter exſultent, néve verba nimis obſcæna, & flagitioſa loquantur. C

Crepent] loquantur,vt docuimus ad Odẽ 18 lib.1.

Qvibvs est eqvvs, et pater, et res] id eſt,equites,& nobiles, ſeu patricij,& locupletes.

Nec, si qvid fricti, &c.] nec, ſi quid probat aliquis de plebe, pauper, & egenus, qui veſcitur cicere, & nucibus,&c. per emtorem ciceris fricti,plebeios,& vulgares homines ſignificat. ſic enim legendum eſt, non *fracti*, vt quidã corrupetunt. emebat autem frictum cicer plebecula,vt eo intercà dum agebantur fabulæ,& quouis alio tempore ſolaretur,ac leuaret famẽ. Plaut. Bacchid. *Tam frictum ego illum reddam, quàm frictũ eſt cicer.* & item alibi. Adr. Turnebus cùm aliquot annis poſt horum commentariorum primam editionem libros aduerſariorum effudiſſet veriùs, quàm edidiſſet, ſcripſit quodam loco ſe non dubitaturum affirmare hîc eſſe legendum *fricti*,quaſi verò à me non eſſet ita emendatum ex auctoritate duorum librorum manuſcriptorum. ſic perſæpè vir ille doctiſſimus,quaſi propinquam mortem ſentiens, ita properauit aduerſaria illa edere, vt quamplurimos antiquorum ſcriptorum locos ſe emendare profeſſus ſit, qui erant multo antè à P. Victorio, à Paulo Manutio, à nobis, ab aliis emendati. D

Æqvis accipivnt animis] patienter audiunt, & probant. aſſume è ſuperioribus negationem, *nec.*

A Pes citvs] Od. xi.lib.1. *& in celeres iambos Miſit furentem.*

Vnde etiam trimetris accr. n.] id eſt,iambus ex eo,quòd ita citus eſt,iuſſit iambeos verſus ſenarios,trimetros quoque nominari. Sat. 10.lib. 1. *Pollio regum Facta canit pede ter percuſſo.*

Primvs ad extremvm similis sibi] qualis ille iambicus ſenarius apud Eurip.in Phœniſſis, Ἐγὼ γὰρ οὔποτ' εἰς τόδ' εἶμι συμφορᾶς. & ille Hippol. Μηδεὶς ἐπ' ἄλλον εἶμι βελτίω λόγον. qui toti ex iambis conſtant.

In ivra paterna] in ſua iura recepit, vt ſpondeis locus eſſet in verſibus iambicis.

Commodvs] facilis, ſeſe accommodans, vt Od 8. libr. 4. *Donarem pateras, grataque commodus, &c.* contra *incommodus.* epiſt. 18. *Munere te paruo beet, aut incommodus angat.* B

Non vt de sede secvnda cederet, aut q.] iambus (inquit) recepit ſpondeos in iura paterna,ſed non vt è ſecunda,aut quarta ſede depelli ſe facilè pateretur: quales ſunt trimetri Horatiani epod. *Quando repoſtum Caecubum ad feſtas dapes.* & *Pecti nihil me ſicut anteà iuuat, &c.*

Hic et in Atti,&c.] quemadmodum & in Terentianis,& in Plautinis.mirum eſt enim quãtam ſibi poëtæ Latini in trimetris, & tetrametris licentiam permiſerint, ſat habentes, ſi in vltima ſede iambum ponant:in ceteris locis anapæſtum, C ſpondéum,dactylum,tribrachum promiſcuè adhibentes.

Nobilibvs] Petr. Victorius annot. in Cicer. epiſt.2. lib.5.mauult hoc loco legi *Mobilibus*, propterea quòd Ariſtoteles περὶ ποιητικῆς, ſcribit τὸ ἰαμβικὸν καὶ τετράμετρον κινητικά. Atqui nomen κινητικὰ non ſignificat mobilia, ſed vim mouendi habentia. Adiuuaret P. Victorium Ariſtoteles, ſi dixiſſet κινητά, id eſt, mobilia, κινητικὰ autem, & mobilia multum inter ſe diſcrepãt. præterea cum in trimetris Attij, & Ennij dicat Horatius raros iambos adhiberi, ſtabiles potiùs, quàm mobiles erant appellandi. pace igitur dixerim P. Victorij, ego vulgatam, & receptam ſcripturam cenſeo diligenter nobis eſſe retinendam, præſertim ab omnibus veterib. libris comprobatam. cur autem nobileis dixerit Attij, & Ennij D trimetros, dicerem, niſi rem eſſe ſua ſpõte notiſſimam, atque apertiſſimã putarem. ſic ſuprà Panetij libros *nobileis* dixit Od. 29. lib.1.

In scenam missos, &c.] trium verſuum deinceps ſequentium hæc ſententia eſt, Verſus iambicos in ſcenam productos,nimis tardos ſpõdeorum interuentu, iambus raro adhibitus indicat, atque arguit, poëtam vel nimiùm celeriter, & parum accuratè ſcripſiſſe, vel artem ignorare.

Magno cvm pondere] multis, & pluribus,quàm par ſit,ſpondeis tardatos: vel (vt alij malũt) graueis quidem illos,& dignitatis plenos, ſed qui ſuos numeros non habent.

Premit] ἀποχωρεῖ iambus. Verſus igitur iãbici trimetri tardiores, id eſt, qui in ſecunda & quarta ſede iambos non habent, reprehendun-

tur

tur, vel tamquam celeriter, & negligẽter ſcripti, A vel tamquam ab indocto, & inſcio facti.

Non qvivis videt immod. poët.] duo ſunt, propter quæ poëtæ negligenter ſcribant, & verſus iambeos faciant nimis tardos, & diſſolutos: primùm, quod confidant non omneis ſua errata cognituros: alterum quia etiam ſi virtutes, & errata poëtarum nemo non facilè cogniturus eſt, ſperant tamen fore, vt ſibi ignoſcatur. ſed non iccircò (inquit Horat.) negligenter, & mendosè, & licenter ſcribere debemus: imò potiùs nihil peccare in ſcribendo, & exiſtimare omneis errata noſtra, ſi qua ſint in ſcriptis noſtris, animaduerſuros: (& ita demùm tuti erimus:) neque ſperare, nos impunè peccaturos: & ita cauti erimus, cùm ipſi ſpem omnem veniæ nobis præ- B ciderimus.

Et data Rom.] & data eſt venia poëtis Romanis, qui trimetris, & tetrametris raros iambos interpoſuerunt, multáque alia peccarunt: ſed immeritò data.

Indigna] qua indigni ſunt: quam non meruerunt.

Iccircóne vager.] id eſt, iccircóne ſcribẽdi licentia abutar, quia non quiuis ita acutus eſt, & perſpicax, vt errata animaduertat? iccircóne ſine arte, & minùs accuratè ſcribere debeo? M. Tull. in oratore perf. loquens de ſummiſſo genere dicendi, *Sunt enim quidam, vt ſcis, oratorij numeri, de quibus mox dicemus, obſeruandi ratione quadam, ſed alio in genere: in hoc omnino relinquendi: ſolutũ quid-* C *dam ſit, nec vagum tamen, vt ingredi liberè, non vt licẽter videatur errare.*

An omneis] id eſt, an potiùs putare debeo, omneis mea peccata perſpecturos? (hoc opponitur illi: *Non quiuis videt immodulata poëmata iudex.*) quod ſi faciam, tutus ero: & item cautus ero omni ſpe veniæ mihi ademta, ac præciſa. hæc autem, *extra ſpem ven.* reſpondent illis, *Et data Romanis, &c.* Qui ſperat vel ſua peccata occulta, & incognita futura, vel ſe eorum veniam impetraturum, audaciùs peccat: contrà qui neutrum ſperat, cauet ſibi, ne quid peccet. at qui non peccat, ita demùm tutus & cautus eſt. mendosè in omnibus libris, legebatur *intra ſpem veniæ cautus.* quæ ſcriptura mirè torſit eos omneis, qui in hanc epiſto- D lam commentarios ſcripſerunt. ego autem coniectura ductus, & ab ipſius veritatis voce admonitus, locum corruptum emendaui.

Et extra Spem veniæ cavtvs] ſic legendum, quicquid obſtrepant ſemidocti, ſeu potiùs indocti quidam. Nam quid peruerſius lectione vulgata? Nemo enim cautus dicendus eſt, qui ſpe veniæ peccat. contrà, qui ſibi omnem veniæ ſpem præcidit, & ita non peccat, cautus eſt. Od. 10. lib. 2. *neque dum procellas Cautus horreſcis, nimiùm premendo Littus iniquum.* & epiſt. 16. *Cautus enim metuit foueam lupus, &c.* epiſt. 1. lib. 1. *Olim quod vulpes ægroto cauta leoni Reſpondit, referam.* παθητικῶς dixit cautum Od. 13. lib. 1. *Quod quiſque vitet, nunquam homini ſatis Cautum eſt in horas.*

Vitavi denique cvlpam] denique (inquit) non ſatis eſt nõ peccare, vt laudem, & præmium mereamur: ſed oportet rectè facere. tria enim ſunt, peccare, non peccare, rectè facere. qui peccat, pœnam meretur: qui non peccat, neque pœnam neque præmium meretur: qui rectè facit, is ſolus præmio dignus eſt. huic loco ſimile eſt illud Plautinum in Trinummo. *Si quid amicũ erga bene feci, aut conſului fideliter, Non videor meruiſſe laudem, culpa caruiſſe arbitror.*

At vestri proavi] ita reperi ſcriptum in omnibus libris calamo exaratis, & in aliquot impreſſis, & ita legendum eſſe probat P. Victorius hoc argumento, quòd Horatius pro auos liberos, aut ingenuos habere non potuerit, quippe qui ex parte libertino natus eſſet.

Nimivm patienter vtrvmqve] nimiũ patienter, ac pænè dicam, ſtultè vtrúmque mirati ſunt in Plauto, numeros, & ſales: quia neque eius verſus ſatis numeroſè ſcripti ſunt, & ſales nonnulli ſunt ſcurriles, alij leues, & frigidi, alij obſcæni.

Si modò ego, et vos Scim. invrb.] hoc ad ſales pertinet. ſignificat autem, ſales Plautinos inurbanos, & illepidos eſſe. ſic quidam putant ſuprà epiſt. ad Auguſtum, Plautum reprehendi. *Aſpice, Plautus Quo pacto parteis tutetur amãtis ephebi, &c.*

Legitimúmqve sonvm digitis c.] hoc ad verſus referendum, quos nõ ſatis accuratè factos, neque ſuis ac legitimis numeris aſtrictos, ſed diſſolutos eſſe iudicat.

Digitis.] ſolemus enim digitis verſuũ ſyllabas, & numeros metiri: quamquam, qui ſunt in hoc genere exercitati, digitos adhibere ad cognitionem, iudiciúmque huius rei neceſſe non habent, cùm aures doctæ, & tritæ hoc facilè per ſe præſtare poſſint. Nam *vt Seruius ille Papirij Pæti frater facilè dicere poterat, hic verſus Plauti non eſt, hic eſt, quòd tritas haberet aureis notandis generibus pŏëtarum* (inquit M. Tull. epiſt. quadam ad Papirium Pætum) ita & aures callidæ ſtatim ſentiunt ſine opera digitorum, quis verſus ſuis numeris conſtet, quis non. Itaque idem M. Tull. mali poëtæ eſſe putat verſuum peccata digitis dimetiri: ſignificans, hominem exercitatum ea ſolis auribus explorare poſſe.

Thespis] Theſpin alij primùm tragœdiæ inuentorem fuiſſe narrant, quod probat hîc Horatius, alij ab Epigene ſecundum, alij decimum ſextum tragicum numerant. vide Suidam. Solon (vt refert Diog. Laërtius in Solone,) vetuit Theſpin tragœdias recitare, quòd exiſtimaret mendacium eſſe inutile.

Plavstris vexisse] antequàm ſcena eſſet inuenta, Theſpis in plauſtris tragœdias docebat, idémque agebat. quod teſtatur Ariſtoteles lib. 3. de arte dicendi, ὑπεκρίνοντο γὰρ αὐτοὶ τὰς τραγῳδίας οἱ ποιηταὶ τὸ πρῶτον. & Plutarchos in vita Solonis his verbis, ἐθεάσατο τὸν Θέσπιν αὐτὸν ὑποκρινόμενον, ὥσπερ ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς.

Digitized by Google

id eſt, ſpectauit Theſpin ipſum agentem, quemadmodum conſuctudo erat apud veteres. confirmat ipſe Horatius verſu proximo.

Qvæ canerent agerentqve] canebant igitur, & agebant ipſi poëtæ ſua poemata, nullis aliis adhibitis histrionibus, ſeu actoribus. Iam, quod ait eos fæce perunctos egiſſe, ex eo tragœdiæ nomen impoſitum eſſe pleríque tradiderut: quamquam alij ab hirco ductum eſſe malunt. quod videtur probare Horatius illo verſu ſuprà, *Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum, &c.*

Pervncti fæcibvs ora.] ex quo τρυγοδαίμονας appellat poëtas Ariſtophanes Νεφελ. quoniam (inquam) fæce peruncti, ne agnoſcerentur, ſua poëmata è plauſtris canebant. vnde prouerbium *è plauſtro loqui*, quod eſt liberè, effrenatè, atque impudenter maledicere. hoc autem faciebant poëtæ comici.

Post hvnc] Ariſtoteles in lib. περὶ ποιητικῆς, (quem locum ſuprà attigimus) ſcribit Æſchylum histriones duos inſtituiſſe, cùm anteà vnus eſſet duntaxat: chori perſonatum numerum minuiſſe: actorem primarum partium introduxiſſe. Idem ibidem paullò pòſt negat ſciri, quis perſonas, aut prologos, aut multitudinem actorum, & quæ ſunt huius generis, inuenerit. quæ videntur inter ſe pugnare: verba Ariſtotelis ſunt hæc, τὶς δὲ πρόσωπα ἀπέδωκεν, ἢ προλόγους, ἢ πλήθη ὑποκριτῶν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἠγνόηται. ſed fortaſſe πρόσωπα nominat Ariſtoteles, quæ alio nomine προσωπεῖα dicuntur: quas hîc Horatius perſonas appellat: id eſt, vultus fictos, & ſimulatos: quibus vera histrionum facies tegitur: quibus qui putant non eſſe vſos veteres, falluntur Demoſth. περὶ τοῦ ἀριστο. παρεστηκότος τῷ κατηγόρῳ Κηρυβίωνος, ὃς ἐν ταῖς πομπαῖς ἄνευ τοῦ προσωπείου κωμάζει. id eſt, cùm aſtitiſſet ſceleratus Cerybio: qui in pompis ſine perſona comiſſatur.

Et modicis instravit pvlp.] pulpitum, pars eſt ſcenæ. itaque per pulpitum totam ſcenã ſignificari puto. ſcenam (inquit) modicam deſcripſit.

Svccessit vetvs his com.] ſignificat, etiam veterem comœdiam tragœdia eſſe poſteriorem. De vetere comœdia loquitur etiam Satyr. 10. lib. 1. *Illi, ſcripta quibus comœdia priſca viris eſt.* & Satyr. 4. eiuſd. *Eupolis, atque Cratinus, Ariſtophaneſque poëtæ, Atque alij, quorum comœdia priſca virorum eſt.*

[Nil intentatvm] οὐδὲν ἀπείρατον. Virgil. lib. 8. *At Furiis Caci mens effera nequid inauſum, Aut intentatum ſceleriſve, doliue fuiſſet, &c.* Idem lib. 10. *Nunc etiam manes (hæc intentata manebat Sors rerum) mouet: & ſuperis immiſſa repente Alecto, &c.*]

Sed in vitivm] dicendi libertas modũ ſuperauit, & extra fineis ſuos egreſſa in maledicentiam non ferendam erupit. ſic epiſt. ad Auguſt. *donec iam ſæuus apertam In rabiem verti cœpit iocus, & per honeſtas Ire domos impunè minax: doluere*

A *cruento Dente laceſſiti, &c.*

Lex est accepta] tale eſt illud loco ſuprà commemorato. *quin etiam lex, Pœnáque lata, malo quæ nollet carmine quemquam Deſcribi.*

Prætexta] in quibus inducuntur perſonæ Romanæ publicæ, nobiles, graues, honoratæ, conſulares, prætoriæ, & ſimiles.

Docvere] ſic loquuntur Græci, quos poſtea ſecuti ſunt Latini: M. Tull. in Bruto. *Atque hic Liuius, qui primus fabulam C. Clodio, & M. Tuditano Coſſ. docuit.* Idem in Catone maiore. *Vidi etiam ſenem Liuium, qui cùm ſeptem annis antè, quàm ego natus ſum, fabulam docuiſſet, &c.*

Togatas] tabernarias, in quibus humiles, & & plebeiæ, & priuatæ perſonæ ciuium Romano-
B rum, inducuntur: & ita cum comœdiis comparantur, eiſque altera ex parte reſpondent. per togatas, tabernarias ſignificat, cum tamen prætextæ æquè, vt tabernariæ, ſint togatæ, quia in vtriſque perſonæ Romanæ intercedunt.

Si non offenderet] id eſt, niſi vnuſquiſque poëtarum ſua ſcripta grauatè limaret, eorúmque editionem in aliud tempus differret. ſic epiſt. ad Auguſt. *Sed turpem putat in ſcriptis, metuitque lituram.*

Et mora.] ſic infrà, *nonúmque prematur in annum.*

Pompilivs sangvis] vos Piſones, qui à Numa Pompilio originem ducitis. Fuluius Vrſinus, vir tùm in Latinis, tùm in Græcis litteris
C admodum exercitatus, cùm eſſem Romæ, nummum argenteum mihi oſtendit: cuius in antica partæ Numæ nomen erat expreſſum: in poſtica, Cn. Piſonis pro quæſtore, & nomen, & caput. quod ideò notandum duxi, vt quaſi oculis cernat lector quamobrem Piſones Pompilius ſanguis à Flacco dicantur.

Atqve præsect. decies non castig.] id eſt, & non perfectiſſimè, accuratiſſiméque poliuit. vel à marmorariis opificibus ducta tralatio eſt, vt ſup. annotauimus epiſt. ad Auguſt. vel à fictoribus, qui primùm manu opus rudius informant, deinde vngue perpoliunt atque abſoluunt. *Perfectum* autem legendum, non *perfectum*: & ita ſcriptum ſe reperiſſe in libro quodam manu ſcri-
D pto Veneriis aſſeuerauit mihi Muretus: quam ſcripturam vnus liber Vaticanus poſtea comprobauit. præſecare vngueis autem propriè dicimus. ex quo *præſegmina*. Plaut. Aulul. *Quin ipſi pridem tonſor vngueis demſerat: Collegit omnia, & abſtulit præſegmina.*

Ingenivm misera qvia fort.] deridet eos, qui, quòd poëtas natura, non arte valere, furoréque quodam excitari putet Democritus, icircò immunditia, illuuie, ſquallore feritatem quandam, & inhumanitatem præ ſe ferunt, ſolitudinem ſequuntur, celebritatem fugiunt, & fortaſſe ſignificat, Romanos, dum ingenio ſuo confiſi ſtudium diſcendi, & artem, & philoſophiam rectè ſcribendi fontem, contemnunt, inſanire. Idem, quod Horatius, de Democrito ſcribit M. Tull.

Tull. lib. 1. de diuinatione, his verbis, *negat enim ſine furore Democritus quemquam poëtam magnum eſſe poſſe.* & lib. 2. de orat. ad Q. 1. Fratr. *Sæpe audiui, poëtam bonum neminem (id quod à Democrito & Platone in ſcriptis relictum eſſe dicunt) ſine inflammatione animorum exſiſtere poſſe, & ſine quodam afflatu quaſi furoris.* Plato in Ione, πάντες οἱ τε τῶν ἐπῶν ποιηταὶ οἱ ἀγαθοὶ οὐκ ἐκ τέχνης, ἀλλ' ἔνθεοι ὄντες, καὶ κατεχόμενοι, πάντα ταῦτα τὰ καλὰ λέγουσι ποιήματα, καὶ οἱ μελοποιοὶ οἱ ἀγαθοὶ ὡσαύτως, ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες, οὐκ ἔμφρονες ὄντες τὰ καλὰ μέλη ταῦτα ποιοῦσιν, ἀλλ' ἐπειδὰν ἐμβῶσιν εἰς τὴν ἁρμονίαν, καὶ εἰς τὸν ῥυθμόν, βακχεύουσιν. id eſt, omnes & poetæ epici boni non arte valentes, ſed diuinitus afflati, & furore concitati hæc omnia præclara poëmata pronuntiãt, & carmioum lyricorum effectores boni ſimiliter quemadmodum corybantes cùm ſanæ mentis non ſunt, hos egregios cantus edunt. Et cùm in harmoniam & numerum intrarint, tùm maximè furunt. Idem Phædro Socratem ſic facit loquentem, ὃς δ' ἂν ἄνευ μανίας Μουσῶν ἐπὶ ποιητικὰς θύρας ἀφίκηται. &c. nam hunc locum produximus ſuprà Od. 4. lib. 3. ibi, *an me ludit amabilis Inſania?* id eſt, *qui autem ſine Muſarum furore ad fores poeticas acceſſerit, perſuaſum habens fore, vt arte idoneus poëta euadat: & ipſe imperfectus erit, & eius poëſis ſani hominis, ab inſanis, & furioſis ſtatim obſcurabitur.* Idem lib. 4 de legibus ait poetam in Muſæ tripode ſedentem mentis compotem non eſſe. Atque hanc quæſtionem vtrùm poeta natura, an arte valeat, mox expediet Horatius: Pindarus autem naturam doctrinæ ſemper anteponit & naturam ſine doctrina, præſertim in poeta, plurimum, atque adeò omnia poſſe dicit, his verbis, σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ· μαθόντες δὲ λάβροι παγγλωσσίᾳ κόρακες ὣς, γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον, id eſt, *ſapiens eſt is, qui multa ſcit natura: qui didicerunt autem, tanquam corui lingua volubilitate, & inani ſtrepitu cum Iouis aui voce contendunt.*

Ex excl. sanos Helicône] id eſt, ſanos negat, bonos poëtas eſſe poſſe.

Balnea vitat.] non lauat. immundus illuuie eſt. alij ad celebritatem loci referunt, à quibus diſſentio.

Pretium] γέρας. epiſt. ad Scæuam libr. 1. *aut virtus nomen inane eſt, Aut decus, & pretium rectè petit experiens vir.* vbi quidam legit *recte.*

Si tribus Anticyris, &c.] ſi caput nulla quantumuis multa ellebori copia ſanabile, numquam tondendum curauerit, vt capillo ſupra modum producto, truculentior e ſit aſpectu, inſaniquè ſpeciem præ ſe ferat. in Anticyra inſula naſcitur elleborus. ſatyr. 3. lib. 2. *Neſcio an Anticyram ratio illis deſtinet omnem.*

Læuus] ſtultus, σκαιός. de quo diximus ſup. ad epiſt. ad Mæcen. 2. lib. 1.

Qui purgo bilem] ſecutus ſum eam ſcripturam, quæ reperitur in quibuſdam codic. manuſcript. quámque Romulus Amaſæus con-

A firmauit mihi aliquando ſe in vno & altero libro manuſcripto expreſſam reperiſſe, cùm diceret, alteram *Qui purgor bilem.* ſibi videri corruptam. Et certè neque Græcum, neque Latinum eſt hoc loquendi genus. Nã ita quidem loquuntur Græci καθαίρομαι τὸ σῶμα, τὴν κεφαλήν, τὴν ψυχήν, id eſt, purgor corpus, caput, animum: ſed καθαίρομαι τὴν νόσον, ἢ τὴν χολὴν non dicunt, ſed potius καθαίρομαι τῆς νόσου, ἢ χολῆς, id eſt, purgor morbi, aut bilis: quo modo & Horat. ſup. locutus eſt ſat. 3. libr. 2. *Et morbi miror purgatum te illius.* vſitatius tamen dicimus Latinè *purgor, morbo vitio, atra bile*, & ſimil. Itaque putaui aliquando hoc loco legendum, *Qui purgor bilis*, ſeu *bilis*, &c. eámque ſcripturam repoſuiſſem, niſi temerita-

B tis, aut arrogantiæ crimen reformidaſſem, ſi ſine librorum veterum auctoritate lectionem vulgaram immutaſſem, quam tamen meam coniecturam velim conſideret lector. Nunc huius lectionis, quam ſecutus ſum, rationem, non eſt, quòd pluribus verbis explicem. ſic enim Græci loquũtur καθαίρειν χολήν, vt Paulus Ægineta libro 7. σκαμμωνία παραπλησίως ἐλλεβόρῳ καθαίρει, καὶ μᾶλλον τὴν ξανθὴν χολήν. Galen. libello τίνας δεῖ καθαίρειν. οὕτω δὲ καὶ γυναῖκά τινα, &c. ἰασάμην ἰσχυρῶς κενώσας διὰ φαρμάκου καθαίροντος μέλαιναν χολήν, id eſt, *Ita autem & mulierem quandam, &c. ſanaui, cum eam acriter exinaniſſem pharmaco atram bilem purgante.*

Nil tanti est] id eſt, nihil tanti æſti-

C mo, vt eius obtinendi ſtudio, & cupiditate incenſus, inſanire velim: nedum tanti poëmata faciam. ſic loquuntur boni ſcriptores. M. Tull. lib. 3. epiſt. ad Attic. *Quare, mihi crede*, φιλοσοφῶμεν· *iuratus tibi poſſum dicere, nihil eſſe tanti.* Idem offic. 2. *eſt ergo vlla res tanti, aut commodum vllum tam expetendum, vt viri boni & ſplendorem, & nomen amittas?* Idem pro Q. Roſc. comœdo. *ſed tamen cur ipſe* L-L-S ı ɔ ɔ ɔ. *tam vehementer concupiſſerit, quæro. nam tibi M. Peperna, C. Piſo certè tanti non fuiſſent, vt focium fraudarent.* Tibull. libr. 2. eleg. 3. *Haud impunè licet formoſas triſtibus agris Abdere: non tanti ſunt tua munera pater.* huius contrarium eſt illud æquè vſitatum, *eſt tanti*, id eſt, tanti facio, non minoris æſtimo. M. Tull. de ſignis, *Tum iſte ab equite R. ſplen-*

D *dido & gratioſo, Cn. Calidio, cuius filium ſciebat ſenatorem populi R. & iudicem eſſe, equuleos argenteos nobileis qui Q. Maximi fuerunt, aufert. Imprudens huc incidi. emit enim, non abſtulit. nollem dixiſſe: iactabit ſe, & in his equitabit equuleis. emi, pecuniam ſolui. credo etiam tabulæ proferentur. eſt tanti: cedò tabulas*, cuius loci hæc ſententia eſt: dixi Verrem equuleos illos argenteos à C. Calidio abſtuliſſe. negat Verres, ait que ſe emiſſe, pecuniam ſoluiſſe, tabulas prolaturum. *eſt tanti*, id eſt, tanti facio, crimen hoc abs te diſſolui, & dilui, quanti facerem in te maximi valere, dũmodo tabulas proferas. tam multa enim, & grauia me ex tuis tabulis, ſi proferantur, crimina aduerſus te tracturum eſſe confido, vt facilè patiar, hoc crimen abs te dilui, & vt mihi ſit optabile huius criminis Calidiani facere ia-

ſturam, & 1. Catilinaria. *ſed eſt tanti, dummodo iſta* A *tua priuata ſit calamitas, & à reip. periculis ſeiungatur.* quem locum ex vetuſtis codicibus emendauit M. Ant. Muretus, cùm vulgò legeretur *ſed non eſt mihi tanti*, eùmque eruditiſſimè explicauit.

Ergo fvngar vice cotis] ego igitur locũ cotis obtinebo: ego cotis munus obibo, quæ ferrum acuere poteſt, cùm vim ſecandi ipſa non habeat. hoc idem de ſe dicere ſolebat Iſocrates: & aliquando interrogatus cur cùm alios artem dicendi doceret, ipſe taceret, reſpondit, *καὶ αἱ ἀκόναι αὐταὶ μὲν ταμεῖν οὐ δύνανται, τὸν δὲ σίδηρον ὀξεῖα, καὶ τμητικὸν ποιοῦσι.* id eſt, etiam cotes ipſæ quidem ſecare non poſſunt: ſed ferrum acutum, & ad ſecandum aptum efficiunt.

Opes] opes poëticæ, id eſt, res, & facultas B poëtica.

Formet] erudiat, expoliat, informet. lege annot. ad Od. 10. libr. 1. ad illum locum, *Voce formaſti.*

Error] errorem videtur hîc pro errato, ſeu peccato vſurpare, quòd ἁμάρτημα nominant Græci, cùm erroris nomine tamen longè aliud ſignificetur. *error* enim imprudentis, & ignorantis eſt ferè, aut certè falſa opinione ducti, ſine culpa: erratum autem & ſcientis eſt, & culpa non caret. exemplis hoc fiet clarius. Cicer. pro Murena. *non patiante in tanto errore verſari.* Idem lib. 2. de orat. *natura enim noſter nos delectat error.* Idem pro Cæcina, *Nonnumquam honeſto, ac probabili nomine bono viro iudici error obiici ſolet.* Idem epiſtola ad C Ser. Sulpicium, lib. 4. epiſt. *certè ſimilis in vtroque noſtrûm, cum optimè ſentiremus, error fuit.* Idem ad Q. Metellum Q. F. lib. 5. epiſt. *Hoc in ſermone, cum à me exponeretur, quæ mea exſpectatio fuiſſet orationis tuæ, quantóque in errore verſatus eſſem, viſa eſt oratio mea nõ iniucunda, &c.* Horat. epiſt. ad Iul. Florum, lib. 2. *Et demtus per vim mentis gratiſſimus error.* Ego igitur exiſtimauerim hoc loco errorem, non erratũ, ſed diſceſſum quemdam, & declinationem à virtute, & officio ſignificare, quæ ex imprudentia, aut incuria nata ſit. quomodo ſi accipiamus ſeruabitur huius vocis ſignificatio vſitata.

Socraticæ chartæ] per chartas Socraticas non ſignificat libros à Socrate ſcriptos, cùm ille nihil ſcripſerit, ſed à Platone, Æſchine, Xe- D nophonte, & ceteris eius auditoribus, ac diſcipulis, & qui ab eis orti ſunt.

Verbáqve provisam rem] quidam libri vulgati habent *præuiſam* mendosè. veteres quidẽ omnes *prouiſam.* Sic locutus eſt epiſt. ad Loll. 2. *Sit bona librorum, & prouiſæ frugis in annum Copia.* Quòd autem ad huius loci ſententiam attinet, ſimilia ſunt ea, quæ ſcribit Cicero lib. 3. de orato. his verbis, *Rerum enim copia, verborum copiam gignit: &, ſi eſt honeſtas in rebus ipſis, exſiſtit ex rerum natura quidam ſplendor in verbis.* [& quæ Dionyſ. Halicar. in Lyſia, τοῖς δὲ πράγμασιν ἀκολουθεῖν τὰ ὀνόματα.]

Exemplar vitæ morúmqve] veram, & perfectam ſpeciem vitæ humanæ, morúmque intueri, quam imitando exprimere, & ſimulare conetur.

Imitatorem] poëtam, μιμητήν. nihil enim aliud eſt poëſis, quàm μίμησις, id eſt, imitatio: quod Plato, & Ariſtot. tradiderunt, vt mox dicemus. Atque eò maximè admirabilis eſt Homerus, quòd nihil eſt in huius vitæ conſuetudine, moribúſque communibus poſitum, quòd non aptiſſimè, ac pænè dicam, diuinè expreſſerit.

Et veras hinc d. v.] & hinc, id eſt, ex vita communi, & moribus hominum veras voces elicere, quidam libri habẽt, *& viuas hinc, &c.*

Interdvm speciosa locis] id eſt, interdum fabula, quæ aſperſa, & ornata eſt ſententiis è philoſophia petitis, & locis communibus, & quæ habet ἦθος, (ſic enim loquitur Ariſtot. lib. περὶ ποιητ.) id eſt, quæ ſcitè mores exprimit (mores autem perſonarum bene exprimit, quæ conſilium, & voluntatem cuiuſque aperit, ac declarat) talis igitur fabula magis delectat populum, etiam ſi non ſit admodum venuſta, nec polita, nec grauis, nec artificioſa, quàm politiſſimi, & cultiſſimi verſus nulla ſententia ſubiecta, neque perſonarum decoro ſeruato, neque hominum moribus expreſſis. *locis* autem legẽdum potiùs, quàm *iocis*, hanc ſcripturam confirmantibus vetuſtis codicibus omnibus, Porphyrionéque, & Acrone comprobantibus. Quid ſint porrò loci communes, ex M. Tullio intelligere licet, cuius hæc ſunt verba in Bruto. *ſcriptáque fuiſſe, & paratas à Protagora rerum illuſtrium diſputationes, quæ nunc communes appellantur loci.* Idẽ in orat. perf. *Nec verò dialecticis modò ſit inſtructus, ſed habeat omnes Philoſophiæ notos, & tractatos locos. Nihil enim de religione, nihil de morte, nihil de pietate, nihil de caritate patriæ, nihil de bonis rebus, aut malis, nihil de virtutibus, aut vitiis, nihil de officio, &c. ſine ea, quam dixi, ſcientia grauiter, amplè, copiosè dici, & explicari poteſt.* Idem ibid. *Quàm enim indecorum eſt, de ſtillicidiis, cùm apud vnum iudicem dicas, ampliſſimis verbis, & locis vti communibus: de maieſtate verò populi Rom. ſummiſſè, & ſubtiliter?* Iam quòd Ariſtoteles in libr. περὶ ποιητ. eam fabulæ partem, quam ἦθος, id eſt, mores appellat, ait minùs valere ad delectandum, quàm περιπετείας, & ἀναγνωρίσεις, non pugnant illa cum his, neque ad hoc inſtitutum pertinent.

Nvllivs Ven.] nullius venuſtatis, nulliúſque elegantiæ. ſuprà. *Ordinis hæc virtus erit, & Venus.*

Sine pondere] verborum.

Qvàm vers. inop. rer.] id eſt, quàm verſus inanes, & ſententiarum expertes, etiam ſi ſint cultiſſimi, & politiſſimi. Vir quidam doctus exiſtimabat hũc verſum ita legendum, *Quàm verſus inopes merum, nugaque canora.* id eſt, quàm verſus lepidiſſimi, & cultiſſimi, nullis locis communibus illuſtrati, & inanes.

Nvgæqve canoræ] verſus leues, quamtúuis modulati, & numeroſi.

Ore rotvndo] id eſt, rotundè, preſſè, enucleatè,

enucleatè, eleganter, ſuauiter: non putidè, non A ineptè, non obſcurè, non hiulcè, non aſperè. vide annot. ad illum locum Sat. 7. lib. 2. *totus teres, atq; rotundus.*

Romani pveri] Romanos cum Græcis conferens air, hos nulli rei ſtudere, præterquàm laudi: illos autem omne ſtudium ſuum ſtatim à puerili ætate in quæſtu, & re augenda collocare: quod cùm ita ſit, non eſſe mirum, ſi poëtæ præſtantes non euadant.

Assem Discvnt in parteis dIdvcere] mittuntur in ludum numerandi & ratiocinandi, vbi diſcunt arteis ad quæſtum comparatas. ſup. Sat. 6. lib. 1. *qui macro pauper agello Noluit in ludum Flaui me mittere, magni Quò pueri magnis ex centurionibus orti, &c.* de aſſe, & eius partiB bus lege Varr. libr. 4. de lingua Lat. & Budæum noſtrum.

Ev] ita legendum, non *heu*, neque *hem*. neque *oe*, vt habent mendoſi codices: neque *hem*, vt olim putaui. *eu* autem Græcum eſt εὖ bene, præclarè, euge.

Ærvgo] æruginem appellat per tranſlationem, immodicum pecuniæ, & lucri ſtudiú, proptereà quòd eo, tanquam ærugine quadam, ingenia præclara, & ad res maiores nata, corrumpuntur, ac deprauantur. at Sat. 4. lib. 1. per æruginẽ, inſidioſam quandam, & ſimulatione officij inuolutam maleuolentiam ſignificat. *hic* (inquit) *niC gra ſuccus lolliginis, hæc eſt Ærugo mera*: quoniam videlicet talis animi affectio non aliter, quàm ærugo, amicitiæ vitium, peſtis, ac venenum eſt. Vitruuius lib. 7. cap. 12. & lib. 8. cap. 3. docet quomodo fiat ærugo.

Linenda cedro] digna, quæ ſeruentur diutiſſimè incorrupta: digna, quæ numquam cõſumat vetuſtas, & quæ perpetuò viuant. nam, quæ ſucco, aut oleo cedrino linuntur, non putreſcunt. lege Plin. lib. 16. cap. 39. & Dioſcor. lib. 1. cap. 89. vbi ille dicit, eam vim in cedro ineſſe, vt corpora mortua conſeruet, viua corrumpat: atque idcircò τῶν νεκρῶν ζωὴν. i. mortuorum vitam appellari. Huc pertinet illud Auſonij ad libellũ de quodam Proculo poëta: *Hunc in arbitrio eſt ſeu te iuueneſcere cedro, Seu ſubeat duris vermibus eſſe cibum.*

D Levi cvpresso] inuolucro expolito, aut capſa ex cupreſſo. de qua eadem ferè dicũtur, quæ de cedro, vide annotata ad Od. 14. lib. 2.

Avt prodesse volvnt] poëmata (inquit) alia vtilia ſunt dumtaxat, alia iucunda: alia & vtilia, & iucunda.

Avt simvl et ivcvnda, &c.] profert hunc verſum Seruius ad illum Virg. Æn. 6. *Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi.*

Qvicqvid præcipies] hoc pertinet ad ea poëmata, quæ proſunt tantùm.

Brevis] ita tamen, vt tantum ſit verborum, quantum ſit neceſſe: vt ſuprà. *breuis eſſe laboro? Obſcurus fio.*

Percipiant a. d. t. q. f. t. d.] aptè verba ſuis nominibus iunxit. dociles ſe præbeãt A in percipiendo: fideleis in tenendo. aduerbium *cito* autem, coniungendum cum verbo *percipiant*, non cum voce *dicta*.

Omne svpervacvvm] tranſlatum à vaſe pleno: ex quo, quicquid ſuperat, effluere ſolet.

Ficta volvptatis c. s. p.] hoc ad eos, qui delectare ſtudent tantùm. ſic Ariſtoteles lib. περὶ ποιητικῆς, poëtam ſequi probabilia, quæ nec eſſe, nec fieri poſſint, ait oportere potiùs, quàm improbabilia, quæ fieri poſſint. verba Ariſt. ſunt hæc, πρός τε γὰρ τὴν ποίησιν αἱρετώτερον πιθανὸν ἀδύνατον, ἢ ἀπίθανον δυνατόν.

Nec qvodc. volet, &c.] nec quodcumq; volet, etiam incredibile, & à fide abhorrens, niB hilque veri ſimile præ ſe ferens, poſcat, ſeu poſtulet ſibi credi, id eſt, audeat ſpectatorum oculis atque auribus ſubiicere. quidam libri veteres habent, *Nec quodcumque velit, &c.*

Nev pransæ Lamiæ] néve fingat poëta, ex aluo Lamiæ, quæ puerum deuorarit, eundem puerum viuum extrahi. Præter ea, quæ vulgò traduntur, & narrantur de Lamiis, Ariſtoteles lib. 7. de moribus ad Nicom. ſcribit mulierem quandam fuiſſe in Ponto, quæ mulierum grauidarum aluos aperiret, & perſecaret, puerósque inde tractos deuoraret. Sed de Lamia vide Diodor. Sicul. libr. 20. & Ariſtophanis interpretem in C Veſp.

Centvriæ seniorvm] ætate grandes, & ſenes poëmata inutilia, & ad ſolam voluptatem comparata, aſpernantur, ac reſpuunt. alludit autem ad centurias, in quas ſingulæ tribus erant diuiſæ.

Celsi Rhamnes] id eſt, equites contrà, vel iuuenes feroces, atque elati non admodum attentè, nec libenter poëmata audiunt, quæ nulla voluptate ſunt temperata: *celſi*, id eſt, iuuenes ex celſo animo, quod non diſplicet. T. Liuius lib. 7. *ſignum poſcunt ingenti clamore, celſique, & ſpe haud dubia feroces in prælium vadunt.* mâlo tamen per celſos, equites intelligi, qui merent adhuc equo publico. Nam & Feſtus celſum ex Græco κέλης, equitem dictum eſſe putat. Rhamnes alij à Romulo appellatos: alij Rhamnes, & Luceres voD cabula eſſe Tuſca volunt, vt refert Varro lib. 4. de ling. Latina. Hæc Turnebus ita probauit, vt in Aduerſaria ſua retulerit.

Omne tvlit, &c.] hic verſus cum tribus reliquis deinceps ſequentibus, pendet è ſuperioribus, hoc modo: Omnibus igitur omnium ſuffragiis præſtantiſſimus poëta iudicandus eſt, qui vtilitatem cum voluptate coniunxit. pertinent autem hæc ad illud membrum tertium, *Aut ſimul & iucunda, & idon. dic. v.*

Hic meret æra l.] Hic libet pretium meretur: hic multos reperit emptores: hic librarios locupletat.

Sosiis] bibliopolis, ſeu ſcriptoribus librariis. ſuprà epiſt. ad librum, *Scilicet vt proſtes Soſiorum pumice mundus.* Veriſimile autem eſt, Soſios,

Digitized by Google

ſcriptores fuiſſe librarios: quibus vtebantur veteres ad libros manu deſcribendos. A in quorũ locum ſucceſſerũt noſtri typographi, qui typis, ſeu formis plumbeis libros imprimũt. Sed cum ſcriptorum illorum facta à me mentio admonet me hoc loco, vt commemorem accuratiſſimum, & politiſſimum noſtræ ætatis ſcriptorem, Camillũ Spannochium, ciuem Senenſem, olim domi nobilem, & copioſum: nunc poſt res Senenſium afflictas, ex rege noſtro pendentem, eiúſque liberalitate, & munificentia ſe tolerantem. Hic igitur cùm cenarem apud humaniſſ. & optimum viru, Iulianum Mediceum, epiſcop. Bliterenſem a.d. ſeptimum Kalendas Iunias anno ſuperiore, (ſcribebam autem hæc anno CIↃ IↃLXVII. idibus Ianuariis) oſtendit mihi præſentibus aliquot nobi- B libus Florentinis, in his, Baptiſta Alemanorum epiſcopo Matiſconenſi, nũc cœnobiarcha: * * * & Nicolao Alemano, & Alſonſo Gondio, & Thoma Bonſio, & Franciſco Cortinio, Alemanorum ſororis filio, iuuene erudito, & probo, P. Virgilij Maronis opera, Bucolica, Georgica, Æneiden, in mẽbrana, litteris ita minuris & tenuibus à ſe deſcripta, vt XXVI. columnis, quarũ vnaquæque 540. circiter verſus contineret, comprehenderentur, cùm tota membrana longitudine digitos XIX. altitudine XIIII. non ſuperaret.

Remittit] reddit, vt priore verſu: & epiſt. ad Aug. *Sed veluti tractata notam, labémque remittunt Atramenta.* Sat. vlt. lib. 2. *Vt melius muria, quam teſta marina remittit.*

Nec semper feriet] nec ſemper ſignum ſibi propoſitum, quod intuetur, & quò oculum dirigit, ſagittarius attingit.

Quodcumque minabitur] ſubintelligendum *ferire*. Quidam legunt *quæcunque*.

Verùm vbi plura] id eſt, verùm vbi plures virtutes, pluráque ornamenta inſunt in poëmate, quàm maculæ, & errata, quæ vel imprudẽti, & aliud agẽti, vel humanitus exciderint, ignoſcere debemus.

Aut hum. par. cav. n.] cùm ea ſit hominis natura, vt non poſſit vſquequaque peccatum effugere, quantumuis magnam diligentiam adhibeat.

Quid ergo?] nonnulli lib. habent, *quid ergo eſt*? ego nihil muto.

Vt scriptor si p. e. l.] hæc duo coniungenda ſunt, *ſcriptor librarius*, id eſt, is, qui libros deſcribit manu, hoc modo: ſi librarius idem perpetuò peccat, id eſt, ſi in idem erratum perpetuò incurrit, etiam ſi fuerit monitus, indignus eſt, cui ignoſcatur: ſic & poëta, &c. *idem peccat* vſitatè, & propriè dictum. M. Tullius de nat. deor. lib. 1. *Atque etiam Xenophon paucioribus verbis eadem ferè peccat.* & pro Muren. *non multa peccas.* eadem ratione dixit Catullus. *Nimirum idem omnes fallimur.* & Horat. Sat. 3. lib. 1. *Nec vincet ratio tantumdem vt peccet, idémque, Qui teneros cauleis, &c.*

Et citharoedus] quidam libri vet. habent, *vt citharœdus, &c.*

Fit Cherilus ille] poëta malus, de quo ſup. epiſt. ad Auguſt. *Gratus Alexandro Magno regi fuit ille Cherilus.* Alij ſcribunt *Chœrilus*, & Græcè χοίριλος.

Quem bis, terque bonum c. r. m.] id eſt, qui ſi duobus, aut tribus locis rectè, & emendatè, & laudabiliter ſcribat, mirari ſoleo, ita eſt malus ſcriptor, & ita vſitatum ei eſt mendosè, & ineptè ſcribere. huic igitur Cherilo ſimiles ſunt ij poëtæ, in quorum ſcriptis plura ſunt mendoſa, quàm recta.

Et idem Ind. qvand. bon.] id eſt, & ego idem indignè fero, quandocumque præſtantiſſimus omnium poëtarum Homerus incuria quadã labitur, & peccat, quod eſt in eo admodum rarũ. ſcio hunc verſum aliter ab aliis explicari, ſed vehementer errant. nam verbum *indignor* non eſt referendum ad ſuperiora, quod illi faciunt, ſed cũ iis, quæ ſequuntur, coniungendum, vt alibi admonui, & multo antè docuit P. Victorius. *quandoque* autem idem valet, quod *quandocumque*. vt ſuprà Od. 1. libr. 4. *quandoque potentior Largis muneribus riſerit æmuli.*

Verùm opere in] cod. vetus Vatican. Faërn. Torn. Ruſſardini duo, Clericanus, Nico. vnus habent, *Verùm operi longo.*

Vt pictura, poesis.] Plato lib. 10. de rep. poëtas pictoribus ait eſſe ſimileis: docétque, vtróſque in animantibus, & rebus inanimis imitandis, atque exprimendis eſſe occupatos. Idem
C ſcribit pluribus verbis Ariſtot. in lib. περὶ ποιητικῆς. adde illa Plutarchi lib. πῶς δεῖ τ̀ νέον, &c. ἀκούειν. Ἔτι δὲ μᾶλλον ἐπιστήσωμεν αὐτὸν ἅμα τῷ προσάγειν τοῖς ποιήμασιν ὑπογράφοντες τὴν ποιητικὴν, ὅτι μιμητικὴ τέχνη, καὶ δύναμίς ἐστιν ἀντίστροφος τῇ ζωγραφίᾳ, καὶ μὴ μόνον ἐκεῖνο τὸ θρυλλούμενον ἀκηκοὼς ἔστω, ζωγραφίαν μὲν εἶναι φθεγγομένην τὴν ποίησιν, ποίησιν δὲ σιγῶσαν τὴν ζωγραφίαν, &c. id eſt, *Prætereà admoneamus eum eo ipſo temporis puncto, quo ad poëmata audienda admonemus, deſcriptione quadam facta, poëticam altera ex parte picturæ reſpondere: neque illud ſolùm omnium ſermone vſurpatum audiuerit, picturam eſſe poëſim loquentem: poëſim autem tacitam picturam: ſed, &c.* M. Tull. Tuſc. 5. *Traditum eſt etiam Homerum, cæcum*
D *fuiſſe: at eius picturam, non poëſim videmus.* Scribenda autem eſt interpunctionis nota poſt vocẽ *poëſis*, & ſubintelligendum verbum *eſt*.

Erit, qvæ si propius stes, Te c. m. et q. s. l. a.] ſic eſt diſtinguendus hîc locus, *Vt pictura poëſis. erit, quæ, ſi propius ſtes, &c.* id eſt, alia reperietur (inquit) pictura, quæ primis ac rudibus lineamentis tantùm conſtet: pictura adumbrata, non expreſſa: quam Græci σκιαγραφίαν appellant. hæc procul ſpectata, laudari poteſt: alia, quæ ſuis coloribus expreſſa, & exquiſitis, accuratiſque pigmentis illuſtrata ſit. hæc propiùs ſpectari debet. Idem de poëſi ſentiendum. alia eſt enim, quæ quaſdam vmbras, & receſſus habet tantùm, neque admodum illuſtribus coloribus veſtita eſt: alia eſt accurata, & exqui-

exquiſitio artificio elaborata. Videtur mihi ad A hunc locum pertinere ea, quæ ſcribit Ariſtoteles lib. 3. de arte dicendi, vbi docet, dictionem (quam ille λέξιν nominat, id eſt, dicendi rationem) aliā eſſe ſcriptioni accommodatam, & tanquā pictā: aliam concertatoriam, & forenſem, & geſtu actoris egentem. paullò pòſt ſcribit ille, concionale dicendi genus adūbratæ picturæ ſimile eſſe, proptereà quòd, quanto maior ſit multitudo, tanto longiùs ſpectari videtur orationis figura. Quipropter ſubtilitas, & limata (vt ita dicam) tenuitas, ſuperuacanea eſt, & deterior videtur in vtroque. Iudicium autem ſubtiliorem dictionem deſiderat, multóque magis, ſi apud vnum iudicem cauſa agatur. ineſt enim minimum in actione, & geſtu. Nam faciliùs ſpectari poteſt id, quod rei B proprium eſt. omne autem alienum, & contentionis ſtudium abeſt. verba Ariſtotelis ſunt hæc, ἡ μὲν οὖν δημηγορικὴ λέξις, καὶ παντελῶς ἔοικε τῇ σκιαγραφίᾳ, ὅσῳ γὰρ ἂν πλείων ᾖ ὁ ὄχλος, πορρώτερον ἡ θέα. διὸ τὰ ἀκριβῆ περίεργα καὶ χείρω φαίνεται ἐν ἀμφοτέροις. ἡ δὲ δίκη, ἀκριβέστερον, ἔτι δὲ μᾶλλον ἡ ἐν ἑνὶ κριτῇ. ἐλάχιστον γάρ ἐστιν ἐν ὑποκρίσει. εὐσύνοπτον γὰρ μᾶλλον τὸ οἰκεῖον τοῦ πράγματος, καὶ τὸ ἀλλότριον, καὶ ὁ ἀγὼν ἄπεστι.

Te capiat] ſic legendom potiùs, quā *capiet*.

Hæc amat obsc. volet hæc svb] alia picturæ diſſimilitudo. amat porrò ea pictura locū obſcurū, quæ deterior eſt: altera autem, quæ in luce ſpectari non recuſat, longè ſcilicet melior eſt. C

Repetita] iterum, atque iterum, & ſæpiùs ſpectata.

Fingeris] conformaris, inſtitueris: vt ſuprà epiſt. 2. lib. 1. *Fingit equum*. & Od. 6. lib. 3. *fingitur artibus*.

Tolle] ſume, vt epiſt. 6. lib. 1. *partem, vel tolleret omneis*.

Certis medivm, et tolerab.] id eſt, certas res eſſe, in quibus mediom locum obtinere cōceditur, & in quibuſdam rebus mediocritatem eſſe laudabilem, & ferri poſſe: ſed mediocritatem in poëta neq. eſſe laudabilem neque cōdonari ſolere: quod ſimile eſt, ac ſi diceret, poëtam vel excellere, vel ab eo ſtudio deſiſtere, noménque poetæ æquo animo amittere oportere. Videtur D aliter ſentire M. Tull. in orat. perfecto, his verbis: *Nam in poëtis non Homero ſoli locus eſt (vt de Græcis loquar) aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro, ſed horum vel ſecundis, vel etiam infra ſecundos.*

Tolerabile] id eſt, (vt ita dicam) tolerabilitatem.

Consvltvs ivris, et actor Cavs. M. A.] redde ſuom cuique, hoc modo: iuriſconſultus aliquis neſcit, quantum Aulus Caſcelius: actor cauſarum qoiſpiam abeſt ab eloquētia Meſſalæ Coruini: vtérque tamen in pretio eſt, etiamſi non ſit ſummus.

Nescit] quidam libri vet. habent, *nec ſcit*.

Non dii, non hom.] alij libri habeot, *Non homines, non dij*.

Colvmnæ] ad quas proſtant libri, vt Sat. 4. lib. 1. *Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos*. [vel per columnas porticus intellige in quibus recitabantur poëmata. ſic Alciat. parerg. iuris, lib. 4. cap. 27.] *neſcit* autem legendum. vt habent omnes ferè lib.

Vt gratas inter mensas, &c.] probat id, quod modò dixit, tribus ſimilibus. Nam hi verſus cohærent com ſuperioribus. Quo modo (inquit) ſi quis in conuiuio ſymphoniam aliquā inconditam, immodulatam, ineptam, diſcordem adhibeat: ſi vnguentum ingrati odoris, nulliúſq; pretij: ſi papauer cum amaro, & deterrimò melle offendat conuiuas, quia his poterant carere, neq; hæc magnopere requirebant: ſic poëma, cùm ſit ad delectationem comparatum maximè, ſecundo loco ad vtilitatem, ſi paullum modò abſit à perfecto, deterrimum eſt.

Symphonia discors] συμφωνία, ὁμολογία τις, (inquit Plato) ὁμολογίαν δὲ ἐκ διαφερομένων, ἕως ἂν διαφέρονται, ἀδύνατον εἶναι, id eſt, ſymphonia, ſeu concentus, conſenſus eſt quidam. vt ſit autem conſenſus, ex rebus diſcordibus, quamdiu diſcordant, fieri oon poteſt.

Si pavllvm à svmmo discessit] duo cod. Vat. Torn. habent *deceſſit*. nonnulli alij *diſcedit*. aliquot non habent præpoſitionem *à*.

Dvci] traduci: vel produci, extrahi.

Lvdere q. n.] ludendi verbo hæc omnia ſubiiciuntur, luctari, haſtam iacere, currere, ſalire, & ſimilia, quæ exercebantor in campo Martio. In ceteris artibus (ioquit) & certaminibus nemo ſe ſcire profitetur, quod ignorat, ne ſit ridiculus: in poetica volunt omoes videri aliquid eſſe.

Discivs] de diſco vide annotat. ad Od. 8. li. 1.

Trochive] ſup. Od. 24. lib. 3. trochum, Græcum nominat. quem potant nonnulli βέμβηκα vocari à Græcis: ſed non ita eſt. βέμβηξ enim, turbo appellatur à Latinis. trochus Græca vox eſt, quæ rotam Latino nomine valet: qua ſe exercebant pueri in Græcia.

Ne spissæ r. t. i. c.] ne ſpectatores frequentes, qui circùm ſtant, irrideant ludendi imperitum, idque impune.

Tollant risvm] cachinnentur: vt ſuprà, *Romani tollent equites, pediteſque cachinnum*.

Qvi nescit, vers. t. a. f.] ſimile eſt illud epiſt. ad Auguſt. *Nauem agere ignarus nauis timet: abrotonū ægro Non audet, niſi qui didicit, dare: quod medicorum eſt, Promittunt medici, tractant fabrilia fabri: Scribimus indocti, doctique poëmata paſſim.*

Censvs eqvestrem S.] cenſus, participium vocis, & ſignificationis patientis. cenſus igitur ſummam equeſtrem intelligēdus, qui dum cenſetur, repertus eſt habere in bonis quadringenta millia æris, qui cēſus erat equeſtris, vt ſciūt omnes. eodem participio vtitur & M. Tull. pro Arch. poëta. *cenſus tantummodo indicat eum, qui ſit cenſus, ita ſe iam tum geſſiſſe pro ciue*: & Verr. 3. *ſanxit in poſterum, qui poſt eos Cenſores cenſus eſſet, ne quis*

heredem virginem, néve mulierem faceret. Aiunt Laberium mimographum, his verbis deſcribi, ac notari.

TV NIHIL INVITA DICES, F.] Minerua artibus omnibus præeſſe exiſtimatur, vt ſuprà annot. ad Od. 13. lib. 3. *inuita Minerua* prouerbium eſt: quod explicat M. Tull. off. lib. 1. his verbis. *ex quo magis emergit, quale ſit decôrum illud, ideò quia nihil decet inuita (vt aiunt) Minerua, id eſt, aduerſante, & repugnante natura.* ſed huius loci hæc ſententia eſt. Non dubito equidem, quin tu nihil ſis dicturus, aut facturus inuita Minerua: id eſt, ego te quidem ſcio omnia aptè, decorè, venuſtè, doctè, ſapienter dicturum, ac facturum. noui enim iudicium tuum, noui mentem, & prudentiam tuam, verùm tamen, ſi quid olim ſcripſeris, caue iudicio tuo tantopere confidas, vt Mecij, & patris tui, & meam ſententiam non exquiras, aut nobis de tuis ſcriptis iudicandi poteſtatem non permittas. legendum autem *faciéſve*: & ita habent lib. manuſcr.

MECI] Sp. Mecij Tarpæ, critici: de quo Sat. 10. lib. 1. *Quæ nec in æde ſonent certantia iudice Tarpa.* & M. Tull. epiſt. ad Marium lib. 7. *Nobis autem erant perpetienda, quæ Sp. Mecius probauiſſet.*

NONÚMQVE PREMATVR] ſupprimatur, domi contineatur nouem annos: ne foras emânet, néve exeat ante nonum annum. ſic Catul. de Smyrna Cinnæ. *Smyrna mei Cinnæ nonam poſt denique meſſem, Quàm cœpta eſt, nonámque edita poſt hyemem.*

EMISERIS] emiſeris: vt epiſt. ad Libr. lib. 1. *Non erit emiſſo reditus tibi.*

SILVESTREIS HOMINES] nondum humanitate politos, neque excultos: feros.

CÆDIBVS] mutuis, vt Sat. 3. lib. 1. *Quos Venerem incertam rapientes more ferarum Viribus editior cædebat, vt in grege taurus.*

VICTV FOEDO] victu, & cultu ferino, atq; inhumano. de quo pulchrè Lucret. lib. 5. *Multáque per cælum ſolis voluentia luſtra Vulgiuago vitam tractabant more ferarum.*

ORPHEVS] de quo multa ſup. ad Od. 12. lib. 1. ad quæ hunc adde Virgilij verſum ex Palæm. *Orpheáque in medio poſuit, ſiluáſque ſequentes.* Quòd autem Horatius hoc loco humaniorem vitę cultum, iuris deſcriptionem, legum inuentionē, domiciliorum coniunctiones, quas vrbeis appellamus, poëtis & muſicis aſcribit, non pugnat cum iis, quæ diſputantur à M. Tull. in orat. pro Sextio: vbi hæc tanta, ac tam præclara munera prudentibus, ac ſapientibus viris accepta referri ait oportere. Erant enim iidem & ſapientes, & poëtæ, ſeu muſici. in Ode autem 10. lib. 1. Mercuriū ait primos illos, & recenteis homines oratione, & palæſtra expoliuiſſe. Cum his Horatianis cōgruunt illa Ariſtophanis βατράχ. ὡς ὠφέλιμοι τῶν ποιητῶν οἱ γενναῖοι γεγένηνται. Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετάς θ' ἡμῖν κατέδειξε, φόνων τ' ἀπέχεσθαι. Μουσαῖος δ' ἐξακέσεις τε νόσων καὶ χρησμούς· Ἡσίοδος δὲ γῆς ἐργασίας, καρπῶν ὥρας, ἀρότους. ὁ δὲ θεῖος Ὅμηρος, &c. id eſt, Quàm fuerunt vtiles poëtarum ij, qui generoſi, & clari ſunt? Orpheus enim myſteria nobis demonſtrauit, ſimúlque cædibus abſtinere docuit: Muſæus autem morborum remedia, & vaticinia: Heſiodus porrò terræ culturam, fructuum tempora, & arationes: At diuinus Homerus, &c. Contrà Diog. Laërtius in proœmio lib. de vitis philoſoph. eo loco, vbi negat philoſophiam à barbaris inuentam eſſe, Græciſque adiudicat, ita de Orpheo ſcribit. οἱ δὲ τὴν εὕρεσιν διδόντες ἐκείνοις, παράγουσι καὶ Ὀρφέα τὸν Θρᾷκα, λέγοντες φιλόσοφον γεγονέναι, καὶ εἶναι ἀρχαιότατον. ἐγὼ δὲ εἰ τὸν περὶ θεῶν ἐξαγορεύσαντα τοιαῦτα, χρὴ φιλόσοφον καλεῖν, οὐκ οἶδα τίνα δεῖ προσαγορεύειν τὸν πᾶν τὸ ἀνθρώπειον πάθος ἀφειδοῦντα τοῖς θεοῖς προστρῖψαι, καὶ τὰ σπανίως, &c. id eſt, Qui autē philoſophiæ inuentionem barbaris aſcribut, producunt etiam Orpheum Thracem, dicentes eum philoſophum fuiſſe, & eſſe antiquiſſimum. Ego verò, ſi eum, qui de diis talia enuntiauit, philoſophum decet appellare, neſcio quo nomine ſit is appellandus, qui omneis humanos affectus non ſit veritus diis attribuere, & ea flagitia, quæ rarò ab hominibus admittuntur, vocis inſtrumento exprimere atque exponere.

RAPIDÓSQVE] *rapidos* quidem habent libri vulgati, ſed rabidos duo cod. Vatican. & Iann. & Tom. Cleric. Ruſſard. Nicot. cęteri. ſic ſup. leonem, inſanum dixit Od. 16. lib. 1. *& inſani leonis Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro.* Denique ſic legit Seruius, qui ad illum Virg. verſum lib. 6. Æneid. *Nec non Threicius longa cum veſte ſacerdos*: totum hunc locum profert ab illo verſu, *Siluestres homines, &c.*

DICTVS ET AMPHION] Zethus & Amphion, Iouis & Antiopæ filij fuiſſe dicuntur: ſed Pauſanias Corint. profert treis verſus cuiuſdam Azidis, qui ſignificant, Antiopam à Ioue, & ab Epopeo, grauidam eſſe factam. verſus ſunt hi, Ἀντιόπη δ' ἔτεκε Ζῆθον, κ' Ἀμφίονα δῖον, Ἀσωποῦ κούρη ποταμοῦ βαθυδινήεντος, Ζηνί τε κυσαμένη καὶ Ἐπωπεῖ ποιμένι λαῶν. Cùm Thebani vrbem incolere ſine mœnibus, ac propugnaculis non auderent, proptereà quòd à Phlegeæis, finitimis populis ſæpè, & acriter oppugnabantur, atque ideò vrbem relinquere in animo haberent: Zethus & Amphion eis, vt manerent, perſuaſerunt, vrbémque turribus, & mœnibus firmiſſimis, & foſſis altiſſimis cinxerunt. hinc nata fabula eſt, Amphionem, qui præſtantiſſimus eſſet muſicus, citharæ cantu ſaxa ita permulſiſſe, vt illa ſua ſponte, & ſine fabrorum opera ad vrbis munitionem, & murorum ſtructuram conuenirent. Homerus ὀδ. μ. Zethum, & Amphionem murorum, & propugnaculorum Thebanorum auctores, & ſtructores fuiſſe narrat ſimpliciter: hāc de Amphione fabulam non addit. verba Homeri ſunt hæc, eo, quem dixi, libro ſub Vlyſſis perſona. Τὴν δὲ μετ' Ἀντιόπην ἴδον Ἀσωποῖο θύγατρα, Ἣ δὴ καὶ Διὸς εὔχετ' ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαῦσαι.

Καὶ

Καὶ ῥ' ἔτεκεν δύο παῖδ' Ἀμφίονα τε, Ζῆθόν τε, Οἳ πρῶτοι Θήβης ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο, Πύργωσάν τ', ἐπεὶ οὐ μὲν ἀπύργωτόν γ' ἐδύναντο Ναιέμεν εὐρύχορον Θήβην, κρατερώ περ ἐόντε, id eſt, Poſt hanc autem, Antiopam vidi Aſopi filiam: Quę gloriabatur ſe in complexu Iouis dormiiſſe. Et verò duos filios ſuſcepit, Amphionem & Zethum: Qui primi ſedem Thebarum ſeptem portis præditarum condiderunt, & turribus munierunt, quoniam non poterant amplius Thebas ſine turribus & munimentis habitare: quamuis eſſent robuſti & validi. Euripides eam fabulam tangit in Phœniſſ. φόρμιγγί τε τείχεα Θήβας Τᾶς Ἀμφιονίας τε λύρας ὕπο, πύργος ἀνέστα, Διδύμων ποταμῶν πόρον ἀμφὶ μέσον Δίρκας χλοεροτρόφον. i. Thebarum muri, & turres cithara, & lyra Amphionia excitati ſunt circa medium riuum geminorum fluuiorum Dircæ, herboſum. Philoſtratus in Imaginibus hanc fabuloſam, & mirabilem arcis Thebanæ ſtructuram his verbis depingit, τὰ δὲ τῶν λίθων πῶς ἔχει; πάντες ἐπὶ τὴν ᾠδὴν συνθέουσι. καὶ ἀκούουσι, καὶ γίνονται τεῖχος, καὶ τὸ μὲν ἐξῳκοδόμηται, τὸ δ' ἀναβαίνει, τὸ δ' ἄρτι κατέλαβε. φιλότιμοι, καὶ ἡδεῖς λίθοι, καὶ θητεύοντες τῇ μουσικῇ. τὸ δὲ τεῖχος ἑπτάπυλον, ὅσοι τῆς λύρας οἱ τόνοι, id eſt, ſaxorum autem ratio cuiuſmodi eſt? concurrũt ad cantum omnia, & cum audiunt, & fiunt mœnia: atq; eorum pars alia ædificata eſt, alia in altum ſenſim attollitur, alia ſuo loco modò poſita eſt: certántque inter ſe lapides laudis ſtudio, & ſe erga muſicam facileis, ac ſuaueis præbent, eique operam dant mercenariam. mœnia porrò ſeptẽ portis conſtant, nempè totidem, quot in lyra chordæ ſunt intentæ. vide Od. 11. lib. 3. *Mouit Amphio lapides canendo.* Propert. lib. 3. *Saxa Citharonis Thebas agitata per artem Sponte ſua ad muri membra coiſſe ferunt.*

Theb. cond. arcis] quidam libri vet. habent *vrbis*, pro *arcis*.

Fvit hæc sapientia qvondam] erát igitur iidem & muſici, & ſapientes, & eloquentes. vide Lucret. libr. 5. de primis hominibus, eorúmque victu, & cultu.

Pvblica privatis secern.] publica à priuatis ſeparare. Nam antequàm eloquentes, & ſapientes viri feros homines & agreſteis ad humanum, ciuilémque vitæ cultum traduxiſſent, nihil inter publicum & priuatum interat, nihil inter commune & proprium, imò verò omnia erant publica & communia. Vide hac de re quæ annotata ſunt ad illum locum *de hinc abſiſtere bello, &c.* Satyr. 3. lib. 1. Non diſſimulabo, in aliquot libris manoſcr. eſſe ſcriptum *Puplica*: in nonnullis, *Poplica*.

Dare ivra maritis] quidam ſic hunc locum explicant, dare iura maritis, id eſt, multa largiri, & condonare viris, & fœminis, qui matrimonio conglutinentur, quæ non obtineant cælibes: ego ſic: dare leges maritis, quibus cogantur matrimonij caſtitatem inuiolatam ſeruare.

A videtur enim hæc vis eſſe horum verborum apud probatos ſcriptores. Virgil. de Didone lib. 1. Æn. *Iura dabat, legeſque viris.* Idem 3. *Iura, domóſque dabam.* idem lib. 5. *Indicitque forum, & patribus dat iura vocatis.* T. Liuius libr. 30. *Roma, an Kartago iura gentibus daret, ante craſtinam noctem ſcituros.* Horat. Od. 3. lib. 3. *triumphatiſque poſſit Roma ferox dare iura Medis.*

Maritis] tùm viris, tùm fœminis. nam fœminam, maritam, vt virum maritum, dicimus. ſuprà Od. 8. epod. *Nec ſit marita, quæ rotundioribus Onuſta baccis ambulet.*

Ligno] ligneis tabulis. nondum enim æreas habebant. ſolebant autem leges in tabulis æreis inciſas populo cognoſcendas, in foro propone-

B re: ex quo *figere, & refigere leges.* Virg. Æneid. 6.

Tyrtævsqve mares animos] his conſentanea ſunt, quæ Athenæus lib. 14. de Tyrtæo ſcribit his verbis, πολεμικοὶ δ' εἰσὶν οἱ Λάκωνες· ὧν καὶ υἱοὶ τὰ ἐμβατήρια μέλη ἀναλαμβάνουσι, ἅπερ καὶ ἐνόπλια καλεῖται. καὶ αὐτοὶ δ' οἱ Λάκωνες τὰ Τυρταίου ποιήματα ἀπομνημονεύοντες ἔνρυθμον κίνησιν ποιοῦνται. Φιλόχορος δέ φησι κρατήσαντας Λακεδαιμονίους Μεσσηνίων διὰ τὴν Τυρταίου στρατηγίαν, ἐν ταῖς στρατείαις ἔθος ποιήσασθαι, ὅτ' ἂν δειπνοποιήσωνται καὶ παιανίσωσιν, ᾄδειν καθ' ἕνα τὰ Τυρταίου· κρίνειν δὲ τὸν πολέμαρχον, καὶ ἆθλον διδόναι τῷ νικῶντι κρέας,

C id eſt, *belliçoſi autem ſunt Lacônes: quorum etiam filij modos ad inceſſum numeroſum accommodatos, qui & armati nominantur, vſurpare, ſtudioſéque retinere conſueuerunt. Atque ipſi Lacônes Tyrtæi poëmata commemorantes, numeroſè mouentur. Philochorus autem ait Lacedæmonios, Meſſeniis Tyrtæo militiæ duce deuictis, hoc inſtituiſſe, atque hanc conſuetudinem induxiſſe in militiis, vt cùm cenati eſſent, & victoriæ carmen cecinissent, Tyrtæi carmina ſinguli cantarent: iudicaret autem imperator, & victori carnem præmij loco daret.* Plato lib. 1. de rep. verſus aliquot Tyrtæi profert aliquãtũ immutatos, & decurtatos, qui hanc ſententiam continent: Neque meminiſſe velim, neque vllam eius orationem ducere, etiam ſi omnium mortalium ſit abundantiſſimus, & ditiſſimus, omniáque ei bona, quæ homini contingere poſſunt, ſuppetant, qui non virtute bellica ſit præſtantiſ-

D ſimus. verba Platonis ſunt hæc, προστησώμεθα γοῦν Τύρταιον τὸν φύσει μὲν Ἀθηναῖον, τῶνδε δὲ πολίτην γενόμενον, ὃς δὴ μάλιστα ἀνθρώπων περὶ ταῦτ' ἐσπούδακεν εἰπών, ὅτι οὔτ' ἂν μνησαίμην οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείμην, οὔτ' εἴ τις πλουσιώτατος ἀνθρώπων εἴη, φησίν, οὔτ' εἰ πολλὰ ἀγαθὰ κεκτημένος (εἰπὼν σχεδὸν ἅπαντα) ὃς μὴ περὶ τὸν πόλεμον ἄριστος γίγνοιτ' ἀεί. ταῦτα γὰρ ἀκήκοάς που καὶ σὺ τὰ ποιήματα, id eſt, producamus igitur Tyrtæum, Athenienſem quidem natura, à Lacedæmoniis autem ciuitate donatũ, qui omnium mortalium plurimùm ſtudij in his poſuit, &c. quæ ſequuntur. nam ea interpretati ſumus: quæ ſunt Tyrtæi. Strabo libro 8. Iuſtinus tertio, & Pauſanias in Meſſenicis, quædam alia dè Tyrtæo tradiderunt, quæ longum eſſet refer-

re. Plotarchus autem eum ſermonem, vbi diſputat vtra animalia ſint prudentiora: terreſtria, an aquatilia, ſic orditur: τὸν Τυρταῖον ὁ Λεωνίδας ἐρωτηθεὶς ποῖόν τινα νομίζοι, ἀγαθὸν ποιητὴν, ἔφη, νέων ψυχὰς κακκωνέειν, ὡς τοῖς νέοις διὰ τῶν ἐπῶν ὁρμὴν ἐμποιοῦντα μετὰ θυμοῦ, καὶ φιλοτιμίας ἐν ταῖς μάχαις ἀφειδοῦσαν αὐτῶν, id eſt *Leonidas interrogatus qualem poëtã exiſtimaret Tyrtaũ: reſponderet, vtilem ad iuuenum animos efficiendos pulchrores, tamquam impetum quemdam in eorum animos ingenerantem, vt animos præſtantes, & ſtudio gloriæ elatis in prælius mortem fortiter oppetant.* [Qui plureis Tyrtæi verſus deſiderabit, legat orationem Lycurgi κατὰ λεωκράτους ſub extr. ibi, Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα Ἄνδρ' ἀγαθὸν περὶ ἧ πατρίδι μαρνάμενον, &c.]

Exacvit] excitauit. Cic. de orat. ad Qu. Fr. *ad vos exacuendos accommodaui orationem meam.*

Dictæ per carmina sortes] edita oracula: data reſponſa ab Apolline. Virgil. Æneid. 4. *Italiam Lyciæ iuſſere capeſſere ſortes.* ſuprà eadem epiſt. *Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis.* M. Tull. lib. 2. de diuin. *Auſpicia reſtant, & ſortes eæ, quæ ducuntur, non illæ, quæ vaticinatione funduntur: quæ oracula verius dicimus, &c.* Idem ibid. *Nam cum ſors illa edita eſt opulentiſſimo regi Aſiæ, Crœſus Halym penetrans magnam peruertet opũ vim: hoſtium vim ſeſe peruerſurum putauit, peruertit autem ſuam.*

Pier. tent. mooIs] id eſt, etiam homines experti ſunt, ac teotarũt, poſſéotne regum gratiam, ac beneuolentiam colligere verſibus, & cantibus. *tentare gratiam regum* pro eo, quod eſt, aſpirare, & aggredi ad gratiam regum promereudam, mirè, & planè Horatiaoè dictum. Vſitatiùs dicunt Latini *tentare fortunam, tentare rem.* vt idem ſup. epiſt. ad Auguſt. lib. 2. *nec mens audet Rem tentare pudor, quàm vires ferre recuſent.*

Lvoúsqve repertvs] remiſſio, & oblectatio animorũ, comœdiæ, tragœdiæ, mimi. epiſt. ad Auguſt. *valeas res ludicra, ſi me Palma negata macrum, donata reducit opimum.*

Mvsa lvræ sollers] ſollers coniunctum cum patrio caſu, notandum, vt nouum, & Horatianum. idem iunxit cum i1 finitiuo Od. 8. lib. 4. *Sollers nunc hominem ponere, nunc Deum.* ſic ſup. Od. 6. lib. 1. *Imbelliſque Lyra Muſa potens.* dictũ aotem *muſa Lyræ ſollers.* pro muſa Lyrica, vel Lyricotum modorum petita.

Natvra fieret lavd. carm. hac de re ſatis multis verbis diximus ad illum locum, *Ingenium miſera quia fort. &c.*

Sine divite vena] ſine naturæ bonitate, quam εὐφυΐας Græci appellant. tralatio ducta à venis metallicis.

Rvoi] non expolitom doctrina. alia tralatio.

Qvio prosit] aliquot libri veteres habent *quid poſſit.*

Qvi stvoet optatam c. cont. m.] totius huius loci hæc ſententia eſt. curſores, & tibicines omne ſtudium ſuum in eam artem, in

A qua præſtare volunt, conferunt: ſummos labores perferunt: bellum indicuut voluptatibus omnibus: continentiſſimè, ac temperantiſſimè viuũt. At Romani homines nullo ſtudio adhibito, nullàque opera inſumta præſtanteis ſe poëtas eſſe arbitrantur, idque ſe ſcire profitentur, quod nunquam didicetuot.

Pver] cùm puer eſſet: παῖς ὤν, vt epiſt. ad Loll. 2. lib. 2. *denique ſæuam Militiam puer, & Cantabrica bella tuliſti.* & Satyr. 2. lib. 2. *puer hunc ego paruus Ofellum Integris opibus noui non latius vſum, Quàm nunc accisis.*

Abstinvit Venere et vino] quidam teſtantur ſcriptum eſſe iu nonnullis libr. vet. *Ven. & Baccho* quod placet.

B Qvi Pvthia cantat, Tibicen] tibicen, qui adhibetur ad canendas laudes Apollinis ludis Apollinaribus, (πυθαύλην appellant Græci: Varro περὶ ἀρετῆς *Prius quàm in orcheſtra pythaules inflet tibias, domi ſuæ ramices rumpit.*) hic igitur tibicen didicit, & magiſtrum extimuit. Pythiorũ certamen ob draconem ab Apolline interfectũ, inſtitutum eſt, Pythiáque vel à loco, & vrbe, cui Pythoni, ſeu Πυθοῖ nomen erat, ſunt appellata, vel ex eo, quòd, qui ad oraculum Apollinis proficiſcebantur, ἐπυνθάνοντο, id eſt, quærebant, vel quòd draco interfectus, ibi putruerit. nam πύθεσθαι, valet σήπεσθαι, vt alibi diximos.

Occvpet extremvm scabies] natum eſſe dicunt ex luſu quodam puerorum, in quo ſe mu-
C tuò ad currendum cohortanteis, ei ſcabiem exoptant, qui tardiſſimè omnium cucurrerit, quiq; vltimus ad calcem peruenerit.

Vt præco ao merceis] diuitem poëtam cum præcone comparat, merceis commendante, & turbam ad emendum inuitante. Nam, vt ille voce, & præconio emtores: ſic poëta locoples diuitiis ſuis mutis, ac tacitis aſſentatores vocat.

Cogit] congregat, coouocat, allicit, atque adeò inuitos trahit.

Dives agris, dives p.] hic verſus repetitur Sat. 2. lib. 1.

Si verò est, vnctvm] modò dixerat, aſſentatores vltrò, & non vocatos ad poëta-
D rum diuitum carmina laudanda concurrere, & conuolare ſolere: nunc dicit, eoſdem conuiuiis, & beneficiis prouocatos, aut beneficiorum ſpe adductos, multo cupidiùs poëmata vel indoctiſſima laudatum ituros. tales igitur, iudices nõ ſunt integri, neque incorrupti, neque, vt Græcè dicã, ἀδέκαστοι.

Vnctvm qvi rectè] ſi verò eſt, qui conuiuium lautum, ac ſumtuoſum adornare, cenámque opiparam dare poſſit, &c. mirum erit, ſi blandum, ac falſum amicum à vero ſecernere, atque internoſcere queat. *unctum* videlicet obſonium, vt Catull. *uncta patrimonia*, id eſt, lauta, opipara.

Levi] qui quouis impellitur emolumenti ſpe.

Beatvs

Digitized by Google

Beatvs] vel diues, vel qui reuera beatus eſſet, ſi blandum amicum à vero internoſcere poſſet. ſed illud mâlo. neque tamen alteram explicationem damno.

Sev qvid oon. vol. cvi] id eſt, ſeu quid eris alicui donaturus, &c. quidã li. vet. habẽt *velis cui*.

Tibi] abs te: vt locis innumerabilibus notauimúſque alibi.

Factos] quidam libri habent *fictos*.

Plenvm lætitiæ] lætitia affectum vel ob munera abs te accepta, vel ob ſpem vtilitatis. Significat eos, qui à poëta emolumẽtum aliquod vel ſperant, vel iam conſecuti ſunt, non eſſe illius poëmatum iudices incorruptos, neque vmquàm caſtè, integréque iudicaturos. Nobis ergo ij ſunt adhibendi noſtrorum ſcriptorum auditores, ac cenſores, qui liberè, & ἀδωροδοκήτως, ſeu incorruptè, hoc eſt, nullis promiſſis, nulla ſpe, nullis beneficijs obſtricti, quod ſentiunt, pronuntient.

Pvlchrè, bene, rectè] voces fictè approbantium aſſentatorum. M. Tull. libr. 2. de orat. *Quare bene, & præclarè quãuis ſæpe nobis dicatur: bellè, & feſtiuè, nimium ſæpe nolo.* Perſ. ſat. 1. *Sed recti, finémque, extremúmque eſſe recuſo Euge tuum & belle, &c.*

Svper his] ἐπὶ τούτοις· ad hæc.

Stillabit amicis ex ocvlis r.] illacrimabit, gaudere ſe ſimulãs ſtillare, cum accuſandi caſu: vt illud epiſt. ad Mæcen. 3. libr. 1. *[illegible] enim manare poëtica mella.*

Tvndet pede terram] præ lætitia ſaltabit. nõ eſt autem ſupploſio pedis intelligẽda, cùm ſit geſtus indignantis, & dolentis: vt diximus.

Vt, qvi condvcti pl.] vt præficæ mulieres, quę mercede conducũtur, vt mortuos lugeãt, & collaudẽt. Plaut in Truculento, *ſine virtute argutum ciuem mihi habeã pro præfica, Quæ alios collaudat, eapſe ſe verò nõ poteſt.* Lucillius, *Mercede quæ conductæ flent alieno in funere præficæ, Multo & capillos ſcindunt, & clamãt magis.* Næuius, *Hæc quidẽ mehercule præfica eſt, quæ ſic mortuum collaudat.* conſule & Nonium.

Mvltis vrgere cvlvllis] animorum enim, & ingeniorũ lene tormẽtum eſt vinũ, eóq; variæ hominum naturæ, quantumuis tectæ, ac reconditæ, explorantur, atque aperiuntur: qua de re vide, quæ annotauimus ad illum locum, *Tu lene tormentum ingenio admoues Plerumq; duro*, qui eſt Od. 21. li. 3. ſunt autem cululli pateræ, ſeu calices. Od. 31. lib. 1. *dines & aureis Mercator exſiccet culullis Vina Syra reparata merce.* in quibuſdam lib. antiq. ſcriptũ eſt *vrguere*. culullis vrgere autem, ſiue vrguere: id eſt, poculis torquere, & explorare.

Laborent] ſtudeãt. quidã lib. habent *laborant*.

Fallant] lateant. numquam tibi ſint ignoti, vt ſup. annot. Od. 10. lib. 1.

Animi svb vvlpe latentes] animi fallaces, doloſi, duplices, tecti, inſidioſi.

Qvinctilio] Quinctilio Varo. his erat auditor, & iudex ſcriptorũ alienorum liber, & incorruptus ad quem ſcripta eſt Od. 18. lib. 1. cuiúſque mortem triſtiſſimo carmine deflet Oda 24. eiuſdem lib.

Corrige, sodes] aiebat Varus, corrige hoc hoc, & hoc, ſi audes.

Malè tornatos] non ſatis tereteis, neque (vt ita dicam) rotundos. tralatio à torno. χακῶς τετορνευμένα ἔπη.

Incvdi reddere] recũdere, id eſt, emẽdare, alia tralatio è priore differens, & tamen continẽs.

Insvmebat] ſic habent duo cod. Vatic. Faern. Iann. Torn. & aliquot alij. quæ ſcriptura mihi viſa eſt concinnior. alij *ſumebat*.

Qvin sine rivali, &c.] is amator amat ſine riuali, qui deformem aliquem amat. neminem enim habet æmulum, neminem riualem. transfertur ad eos, qui ea magni faciunt, aut magnopere expetunt, quæ nemo alius magni admodum æſtimet. vtitur M. Tull. epiſtol. quadam ad Qu. Fratr. libr. 3. *Hirrus auctor fore videtur. o Dij, quàm ineptus, quàm ſe ipſe amans ſine riuali!*

Inerteis] arte carenteis, vel non ſatis accuratè factos, ſine arte: vt ſup. *ſine pondere, & arte.*

Allinet atrvm trans. cal. s.] tranſuerſo calamo notabit, ac delebit. quod ὀβελίζειν dicunt Græci. M. Tull. epiſt. ad Dolabellam lib. 9. *Profert alter (vt opinor) duobus verſiculis expenſum Niciæ: alter Ariſtarchus hos ὀβελίζει.*

Ambitiosa recîdet orn.] amputabit, & circumcidet nimis florida. ſic ſup. epiſt. ad Aug. *luxuriantia compeſcet.*

Fiet Aristarchvs] id eſt caſtigator, & iudex ſeuerus alienorum ſcriptorum. Fuit autem Ariſtarchus Grammaticus clariſſimus, qui ad aliquor Homeri verſus, quos non probabat, notam apposuit, iudicans eos non eſſe τοῦ ποιητοῦ, ſed παρεμβεβλημένους. M. Tull. ad Attic. li. 1. *Quid multa? totum hunc locum, quem in Ariſtocratia ego variè meis orationibus, quarum tu Ariſtarchus es, ſoleo pingere, de flamma, de ferro, &c. valdè grauiter pertexui.* Idem in orat. in L. Piſonem, *Veruntamen, quoniã non Ariſtarchum te, ſed Phalarim grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum verſum, ſed poëtam armis perſequare: ſcire cupio, quid tandem iſto in verſu reprehendas.* Idem ad App. li. 3 epiſt. *vt enim Ariſtarchus Homeri verſum eſſe negat, quem non probat: ſic tu (libet enim mihi iocari) quod diſertum non erit, ne putaris meum.*

Hæ nvgæ s.] verba ſunt Horatij, quorum hæc ſentẽtia eſt, quas nugas eſſe ducis, hæ poetam ſemel ab aſſentatore deriſum, ab eóq; malè acceptum, ac deceptũ, in mala ſeria deducent, aut præcipitem agent. quoniam aſſentatorum oratione vana inductus, optimũ ſe poëtam eſſe ſibi perſuadebit, & ita magno, turpique in errore verſabitur.

Mala qvem scabies] mala, epithetum perpetuum. omnis enim ſcabies mala eſt, quãuis alia ſit alia deterior: vt ea, quam ψώραν ἀγρίαν, id eſt, ſcabiem feram nominant.

Morbvs regivs] quo qui affectus eſt, arquatus appellatur. Lucret. li. 4. *Lurida præterea fiũt, quæcumque tuentur Arquati: quia luroris de corpore eorum Semina multa fluunt ſimulacris obuia rerum.* hunc morbum ἴκτερον appellant Græci, ab aue galbula, eiuſdem coloris: Celſus auriginem.

PPp v

A

Fanaticvs error] ex quo fanatici appellantur, eò quòd in fanis maximè furant, capita iactantes, oculos diſtorquentes, ſingulas denique corporis parteis, atque interdum totum corpus præter conſuetudinem mouentes. vide Vlpian. titulo de ædil. edicto.

Et iracvnda Diana] quæ lymphatos efficit, ex quo σεληνόβλητοι dicuntur. ſignificat obſcurè, & diſſimulanter Horatius, falli eos, qui furore quodam, & afflatu diuino poëtam excitari, non ſtudio, & doctrina cum ingenio coniuncta fieri exiſtimant.

Svblimeis versvs] vel μετεώρους, & neque cælum, neq; terram, tangenteis, ſublatos, à communi ſenſu abhorrenteis, de nubibus, & rebus ſupernis, vt ſuprà eod. lib. *Aut dum vitat humum, nubes, & inania captet:* vel ſublimeis intellige, ex alto, & intimo animi receſſu depromtos, vt Od. 15. lib. 1. *ſublimi anhelitu.* & Virg. Æn. 1. *alta mente repoſtū.* vel lege *ſublimis* numero ſingul. vt hoc ſignificet Horatius, *Hic dum ſublimis,* id eſt, dum plurimùm ſibi tribuens, & magnificè ſe circūſpiciens, & ſe plus nimio amans, *verſus ructatur, &c.* vel ſublimis, id eſt, μετέωρος, id eſt, attentiſſima cogitatione ſuſpenſus.

B

Rvctatvr] impetu non ratione effudit: furore quodam mentis cōcitatus iactat, & euomit: vel dic *verſus ructatur,* id eſt, putidos, ineptos & nō ferendos verſus facit: ructus edit, non verſus.

Decidit] quidam libri vet. habent *decidat:* ego nihil mutandum puto: *décidit* autem ſic accipio, vt ſit præteriti temporis.

C

Errat] & animo, & corpore, ex quo error mentis: epiſt. 2. lib. 2. *mentis gratiſſimus error.*

Licet svccvr. long.] id eſt, licet clamet, iô, ciues ſuccurrite, ſuccurrite, eumq; clamorem, longè producat, nemo erit, qui curet attollere. vocem *longum* quidam coniunctè legūt cū verbo *ſuccurrite,* id eſt, *valde & multùm productum,* vt ſit nomen, quod mihi non diſplicet. alij coniūgunt hæc duo, *longum clamet:* quibuſcum facit Cariſius lib. 2. vbi hunc locum profert. & ita *longum* erit pro *longè* poſitum. & ita Hom. ἰλ. γ. Αὐτὰρ ὁ μακρὸν ἄϋσεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων: id eſt, at Agamemnon rex virorum longum clamauit.

Siqvis cvret opem] nonnulli libri vet. habent, *Si curet quis opem, &c.*

D

Tollere] attollere. ſic epiſt. ad Scæuam lib. 1. *crudeles tollite claudum.*

Prvdens] ſciens, de induſtria. vt epiſt. 2. lib. 2. *Prudens emiſi vitioſum.*

Deiecerit?] quidam libri habent *proiecerit?*

Sicvlíqve poetæ] Empedoclis Agrigentini: de quo vide, quæ annotauimus ſuprà ad epiſt. ad Iccium.

Devs immort. hab. Dvm cvp. Emp.] Extat hoc in hanc de Empedoclis morte opinionem Laërtij epigramma lib. 3. epig. quod ad hunc locum mihi videtur pertinere, Καὶ σύ ποτ᾽ Ἐμπεδόκλεις διερῇ φλογὶ σῶμα καθήρας, Πῦρ ἀπὸ κρητήρων ἔκπιες ἀθανάτων. Οὐκ ἐρέω δ᾽ ὅτι σαυτὸν ἑκὼν βάλες ἐς ῥόον Αἴτνης, Ἀλλὰ λαθεῖν ἐθέλων ἔμπεσες οὐκ ἐθέλων. id eſt, Et tu quondam Empedocles acri flamma corpore expurgato, ignem ex crateribus Ætnæ immortalibus ebibiſti. Non dicā autē te tua ſponte inſilijſſe in Ætnæ flammas: ſed cùm te ex hominū conſpectu ſubducere velles, in eas inuitus incidiſti. Huius autem mortis genus memoriæ prodidiſſe Hippobotum ſcribit idē Laert. his verbis, Ἱππόβοτος δέ φησιν ἐξαναστάντα αὐτὸν ὡδευκέναι ὡς ἐπὶ τὴν Αἴτνην. εἶτα παραγενόμενον, ἐπὶ τοὺς κρατῆρας τοῦ πυρὸς ἐναλέσθαι, καὶ ἀφανισθῆναι, βουλόμενον τὴν περὶ αὐτοῦ φήμην βεβαιῶσαι, ὅτι γεγόνει θεός· ὕστερον δὲ γνωσθῆναι ἀναρριπισθείσης αὐτοῦ μιᾶς τῶν κρηπίδων. χαλκᾶς γὰρ εἴθιστο ὑποδεῖσθαι. i. *Hippobotus autē ait illū quondā ſe domo in montem Ætnam cōtuliſſe: deinde, cùm eò perueniſſet, in crateras illos deſilijſſe, atque ex oculis hominum ſublatum eſſe, volentem hanc de ſe famam confirmare, ſe deum eſſe factum: poſterius autem rem patefactam eſſe, cùm vna ex eius crepidis à flamma in altum ſubleuata, & eiecta eſſet. æreis enim crepidis vti ſolebat.* Sed hanc opinionem refellens Timæus ait, Empedoclem in Peloponneſo de vita deceſſiſſe. commemorantur & aliæ de huius viri morte à Laërtio opiniones, quas referre longum eſſet.

Frigidvs] altra bile affectus, μελαγχολικός. atra bilis enim frigidiſſima eſt.

Invitvm qvi serv.] ſup. epiſt. ad libr. *quis enim inuitum ſeruare laboret?*

Idem facit occîdenti] Græcum loquendi genus, τ᾽ αὐτὸ ποιεῖ τῷ κτείνοντι. ſic Lucret. li. 2. de primis corporibus. *Qui poterunt igitur rerum primordia dici, Et lethi vitare vias, animalia cùm ſint, Atque animalibus ſint mortalibus vna, eadémque?* id eſt, ταὐτὰ τοῖς ζώοις. Idem lib. 3. *quorum vnus Homerus Sceptra potitus eadem alijs ſopitu' quiete eſt.* Idem lib. 4. *Nempe eadem facit, & ſcimus facere omnia turpi.*

Nec si. &c. Fiet homo,] huc admouenda atque accommodanda negatio eſt, vt ſit, *Nec fiet homo,* id eſt, *nec ſanus erit, & ponet, &c.* inſanus enim, homo non eſt, & ita intelligendus locus ille Cic. epiſt. ad Q. Fratr. li. 2. *ſed eum veneris, virum te putabo, ſi Salluſtij Empedoclea legeris: hominem non putabo.* id eſt, patientem, & fortem te putabo, ſi legeris: ſed parùm intelligentem, & parùm ſanum, & propemodum inhumanum.

Et ponet famosæ m. a.] repetenda eſt negatio ἀπὸ κοινοῦ: vt ſit, nec ponet fam. m. am. vel ſic locus explicandus, nec fiet homo, vt factus homo deponat mortis fam. amorem. famoſam mortem intellige nobilem, & omnium ſermone celebratam, non ad laudem tamen, ſed ad notam & vituperationem. Quidam *formoſa* legendum cenſent: à quibus diſſentio.

Nec satis appâret, cvr versvs f.] id eſt, nec ſatis appâret vtrius facinoris admiſſi cauſa tam grauiter ſibi deos habeat iratos. non ſatis perſpicuum eſt, vtrius ſceleris pœnam luat, dum verſus factitat, ſepulchrine violati, an ſublati, & loco moti bidentalis. ſignificat autem cùm poëtas omneis inſanos eſſe, & miſeros: tùm eos maximè,

ximè, qui verſibus incultis, & malis faciendis, ſibi placent, vt bonis.

VTRVM MINXERIT IN P. C.] vtrùm minxerit in ſepulcrum patrium locus omnis illato in eum mortuo ab eo, cui ius erat inferre, religioſus efficitur. Cùm porrò neq; in loco ſacro, neque in religioſo cuiquā meiere fas eſſet, tum multo habebatur ſceleratiſſimum, filium in patriū ſepulcrum immeiere? eū nque, qui id feciſſet, exiſtimabant furiarum tædis ardentibus, vt patricidas, perterreri, atque agitari.

BIDENTAL] locum, in quem fulmen décidit, qui cæſis bidentibus, & ara exſtructa expiabatur. *Bidental* (inquit Feſtus) *dicebant templum quoddam, quod in eo bidentibus hoſtijs ſacrificaretur.*

CLATROS] *clatros* legēdum, non *clauſtros*. Plaut. in Milit. glorioſo. *Nam certò neque ſolarium apud nos eſt, neque hortus vllus, neque feneſtra. niſi clatrata.*

TANET, OCCIDITQVE LEGENDO] tale eſt illud ſat. 3. lib. 1. *an tras Porrecto iugulo hiſtorias, captiuus vt audit.*

NON MISSVRA CVTEM, NISI PL.] poëtam ineptum, & ſibi nimium placētem, ſuóſque verſus odioſè recitantem, cum hirūdine comparat. Nam quemadmodum illa tam diu hæret corpori affixa, donec ſanguine complexa exciderit: ita & moleſtus recitator auditorem nō dimittit, donec ipſe & recitando defeſſus, & ſuorum verſuum laudibus ſatiat⁹ ſit. ſic Theocritus in Pharmaceutr. amorem cum hirundine confert, quia videlicet amor inſtar hirundinis corpora vigilijs, & curis maceret, ſanguinémq; exſugat, Αἰαῖ ἔρως ἀνιηρὲ, τί μευ μέλαν ἐκ χροὸς αἷμα Ἐμφὺς, ὡς λιμνᾶτις ἅπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας: id eſt, hei, hei, amor moleſte, cur atrum ex corpore ſanguinem totum inhærens, vt paluſtris hirudo, ebibiſti? Plaut. Epid. *Iam ego me vertam in hirudinem, atque horū exſugebo ſanguinem, ſenatus qui columen cluēt.* hirudines autem partibus corporis ictu aut veneno liuentibus, & ſanguine corrupto malè affectis admoueri ſolitas eſſe, ad venenū, aut ſanguinem exſugendum declarat & Nicander θηριακοῖς in extr. ibi, Δή ποτε καὶ βδέλλας κρεοσόους ἐπὶ σώματι βόσκοις: id eſt, Aliquādo etiam hirudines locis à venenoſa beſtia morſis admotas ſāgnine paſcēs ſatiabis. Oppianus lib. 2. vbi loquitur de delphini, & amiarum pugna, ſimilitudine vtitur ab hirudinibus ducta. Ὡς δ᾽ ὅταν ἐν τὴν πολυμήχανος ἕλκος ἐρύσατον Οἰδαλέον, τῷ πολλὸν ἀκάρσιον ἔνδοθεν αἷμα Ἐνιήμεται, διερὰς δὲ γονὰς κυκλόεσσα λίμνης Ἑρπετὰ τειρομένοιο κατὰ χροὸς ἐστήσας Δάπτειν αἷμα μέλαν. τὰ δ᾽ αὐτίκα γυιωθέντα Κυρτοῦται, καὶ λύθρον ἐφέλκεται, οὐδ᾽ ἀνίησιν Εἰσόκεν αἱμοβαρῆ ζωρὸν ποτὸν αὖ ἐρύσαντα Ἐκ χροὸς αὐτοκύλιστα πέσῃ, μεθύουσιν ὁμοῖα. Ὡς ἰχθὺς, &c. id eſt, quemadmodum autem cùm mediens multùm ſollers & ingenioſus vlcus bauriēs tumidum, in quo multus impurus ſanguis paſcitur, humida paludis genera, nigro corpore, reptilia, corpori malè affecto affixit, vt peredant nigrum ſanguinem: illa autem ſtatim in orbem circumacta incuruantur, & ſaniem attrahūt, neque dimittunt donec ſanguine grauata, exſucto calido ſanguine ex corpore, ſua ſponte deuoluta deciderint ebrijs ſimilia: Ita amijs, &c.

TVRNEBVS.

EX lib. 22. cap. 7. *- atrum Deſinat in piſcem &c.* vide ſ. lib. 4. Oda 11.

Ex lib. 19. cap. 9. Cùm igitur in eo ſcribitur, *- vt turpiter atrum Deſinat in piſcem*, Ater, turpis & fœdus eſt. Ater etiam non inſolita Flacco vſurpatione, eſt malus & triſtis, vt lib. 4. Od. 11. *- minuentur atra Carmine curæ.* & hoc lib. de arte. *- eripere atris Litibus implicitum.* *Serpentes*, autem, *auibus geminentur*, eſt; biforme quoddam animal ex aue & ſerpente componatur incredibili & inaudito & ſtupēdo mōſtri genere.

Ex li. 5. cap. 4. Ait Maro, 3. Georg. *- aut ſicubi nigrum Ilicibus crebris ſacra nemus accubat vmbra* Accubare nemus ſacra dixit vmbra, cùm vmbra potius ſacra accubet in nemore, ac ſub arboribus iaceat, vt & antè locutus eſt, 3. Georg. *Spelunca tegant, & ſaxea procubet vmbra* Ex his quæ hic Serui. dicit, apud Hor. cum ſcribitur, *- cum lucus & ara Dianæ*, ita debere intelligi videtur, non tantùm quòd Aricīæ nemus & ara Dianæ eſſet: ſed quòd omnis lucus Dianæ ſacer ſit, etiamſi alijs nuncupatus ſit dijs. Seruius, in 3. Georg. *nam vt diximus, & omnis quercus Ioui eſt conſecrata, & omnis lucus Dianæ.*

Ex lib. 20. cap. 8. Lucum Martis, qui & in Ponto erat & Albæ pro quocunque luco dixit Iuuenalis, ſat. 2. ad ambitioſas poëta deſcriptiones alludens, vt Horat. ſatyr. 1. *- dum Lucus & ara Dianæ,* & Perſius *nec ponere lucum Artifices.*

Ex lib. 19. cap. 9. *Aut flumen Rhenum*, ſcribitur etiam, *Aut flumen Rheni*, ſed illud alterum omninm ſuffragijs probatum & receptum eſt.

Ex lib. 9. cap. 31. *- fortaſſe cupreſſum Scis ſimulare.* In aliam ſententiam ab Horat. dictum interpretor & fortaſsè fallor, quàm interpretes: cùm putem ab eo ſignificari malum & rudem pictorem, qui tabulam depingere nō poſſit, ſed tantùm parerga, quæ rudimenta erant artem pingendi diſcentibus, & ornamenta tabularum, delineare. Eis perſimiles ſunt, qui magnum carmen condere inſtituunt, cùm tamen deſcriptiones tātùm amœnas fluuiorum & nemorum, poëtices initia & progymnaſmata explicare poſſint, quas idcircò non ſuo loco adhibent, & poëma fucant & adulterant intempeſtiuis ornamentis. Tale eſt illud Perſianum, Sat. 1.

Ecce modo heroas ſenſus afferre videmus
Nugari ſolitos græcè, nec ponere lucum
Artifices, nec rus ſaturum laudare.

Ex lib. 19. cap. 9. Ait Flaccus. *- amphora cepit Inſtitui currente rota. cur vrceus exit?* magnificè eximiéque poëma es exorſus, quod & ambitioſis deſcriptionibus excolere & exornare tentaſti: ſed neſcio quomodo impar oneri ſuccubuiſti, & ma-

gnum opus aggreſſus, in opuſculum deſiiſti, am- A
phorámque amplam fingere auſpicatus nobis
paruum vrceolum effinxiſti.

Ex lib.22.cap.1. Virg.6.Æn. *Excudent alij ſpiran-
tia mollius æra.* dictum arbitror, quòd cùm rigor ſit
in materia æris, tamen tanta arte ſimulachra ſta-
tuæque à Græcis ducētur, vt depoſita metalli du-
ritie & rigore, in mollitudinem viui animantis
æs conceſſurum ſit. Horatius

- & molles imitabitur ære capillos.

Calliſtratus εἶδες ἂν ὅτι καὶ στερεὸς ὢν εἰς πλοῦτ
θήλεος, εἰ χρόνια ἐμαλάττετο. Horat. lib. 2. ſat.3.

Quid ſculptum infabre, quid fuſum durius eſſet.

Ex lib.9. cap.31. *- quia ponere totum*

Neſciet, more Græco dixit, pro facere. Nam in
eo ſenſu ſæpenumerò τιθέναι ab Homero vſurpa- B
tur. Sic Flaccus, lib.4. Od.8.

Solers nunc hominem ponere nunc deum .i. facere.

- promiſſi, autem, *carminis auctor*, poëta eſt, qui
initio ſui carminis profitetur promittitque ſe
poëma ſcripturum, vt Maro, 1. Æn.

Arma virúmque cano: & infra apud Flaccum.

Fortunam Priami cantabo & nobile bellum.

Sequitur enim continuò,

Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?

Ex lib.22.cap.12. *Hoc amet, hoc ſpernat promiſſi car-
minis auctor.* Intelligitur à Seruio lib. 4. Æneid. vt
quædam probet, quædam ipſe improbet & notet
auctor: vt 3. Æn.

Auri ſacra fames, hîc auaritia ſugillata eſt.

Et 4. Æn. *Improbe amor, quid non mortalia pectora co- C
gis?* exclamatio eſt in amorem, Sic Horat. Seruius
interpretatur.

Ex lib.19. cap.9.. Reperio autem ſcriptum

- abdita rerum &

Fingere cinctutis non exaudita Cethegis

Continget, dabitúrque licentia ſumpta licenter.

Cinctutos verò dicit, quòd Cethegi antiqui
tunicas non gerebant, ſed pro tunica cinctum.
vel campeſtre ab vmbilico ad pedes, reliquo cor-
pore exerto & nudo, niſi toga in vrbe tegeretur.
Hinc Lucanus lib. 2. ſcripſit.

- exertique manus veſana Cethegi.

Ex lib.19.cap.16. *Fingere cinctutis non exaudita Ce-
thegis*, cùm Flaccus ſcribit, & nos antè, vt opinor,
non malè explicauimus, Porphyrio cinctutos di- D
cit eſſe vocatos à cinctu, qui tunicæ aptatus eſſet
infra pectus: ſed eo cinctu videntur, vt ſubligacu-
lo, pudenda etiam tecta fuiſſe. Certè Luperci, qui
nudi Lupercalibus per vrbem currebant, ſubliga-
culis ſubcincti quòd eſſent, vt reor cinctuti ab
Ouidio Faſtor. 5. dicti ſunt,

Semicaper coleris cinctutis Faune Lupercis.

Plutarchus, in Romulo, λύπερκοι δ' ἐκ σου οἱ τοῖς
λυπερκαλίοις γυμνοὶ διαθέοντες ἐν περιζώμασι.
hoc autem factum ſolenne inſtitutum fuiſſe Pa-
ni refert Plinius, lib.34.cap.5. Sed qui Pan à Græ-
cis, is Faunus à Latinis dicitur.

Ex lib.19. cap.16. Cinctutos autem Cethegos
veteres intelligo. Nam veteres cinctu vti loco tu-
nicæ ſolebant, qui ætate Horatij exoleuerat, erat-
que veſtis infra pectus corpus comprehendens
ſimilis ſubligaculo: Græcè ζῶμα & ζῶσμα dici-
tur, quo nomine Græcè etiam tunica intelligitur.
Vt autem Cinctus erat virorum: ſic cinctulus
puerorum. Plautus Bacchidib. ſc. Nunc experiar.

*Cincticulo præcinctus in ſella apud magiſtrum aſſi-
deres.*. Cethegos autem ait, propter Cethegum
oratorem antiqoum, quē Ennius Suadæ medul-
lam eximia laudis abundātia appellauit. At verò,

Signatum præſente nota producere nomen, vocabu-
lum eſt innouare, ea tāquam forma monetæ per-
cuſſum, quæ in vſu eſt: vt cùm armatura diceretur
ab armo, vectura à veho. Ter. Eunuch. act.2. ſc.3.
curaturam eadem forma dixit à curo: Plaut. Bac-
chidib. ſcen. Quid ſi hoc potius eſt, curſuram à
curro. atque hoc eſt, ſignare & cudere velut num-
mum vſitata & recepta forma.

Archilochum, autem, *proprio rabies armauit Iambo*,
hunc ſenſum complectitur Archilochum ad ma-
ledicta & cōuitia vſum eſſe ſuo Iambo, id eſt, ver-
ſu iambico Archilochio. Nam ſunt iambici hip-
ponactei & Alcaici. Iambum itaq; pro verſu po-
ſuit, vt mox, *Hunc ſocci cepêre pedem*, id eſt, verſum.
Eſt & Iambus ecloga, aut Idyllium, aut carmē aut
poëmatium ex iambis. Cicero, lib.16. ep. ad Attic.
epiſt. Nonis accepi à te duas: *mihi vt Ariſtophani
Archilochi Iambus, ſic epiſtola longiſſima quæque optima
videtur.* Iambicum autem Archilochium aſciuit
comœdia & trogœdia, quòd aptus ſit diuerbijs
& colloquijs perſonarum.

Ex libr. 5. cap.3. Alternum pedem facere apud
poëtam Papinium, eſſe videtur claudicare: nam
ſic lib.1. Siluarum in epithalamio ſtell. & violant.
de elegia, cuius alter verſus longior, alter breuior,
dixit, *Quas inter vultu petulans elegia propinquat*

Celſior aſſueto, diuáſque hortatur & ambit,

Alternum factura pedem.

Sic Æneam ex vulnere claudicantem,

Alternos longa nitentem cuſpide greſſus, dicit Ma-
ro, Æneid. 12. vt antè nos annotaſſe recordamur.
Veriſimilius tamen ſit, alternū hic pedem ob ele-
giacos verſus dici, qui alterni breuiores & lon-
giores ſunt & claudicant, vt à Cic. 1. Tuſcul. dici-
tur epigramma alternis verſibus longiuſculis.
Nam pes interim verſus eſt, vt apud Flaccum,

Hunc ſocci cepêre pedem. id eſt, verſum iambicum.

Ex lib.19.cap.9. Cùm autem ait Iambum *Al-
ternis aptū ſermonibus*, eum ſignificat verſum aptum
eſſe fabularum dialogis & diuerbijs: cùm popula-
res eum dicit vincere ſtrepitus, indicat verſum
iambicum in conceſſu theatri tanta hominum
multitudine ſtrepentis ſibi audientiam facere, &
à populo tacente ſtrepitúmq; & tumultum com-
primente libenter æquoque animo audiri.

Ex li.1.c.4. *Muſa dedit fidibus diuos, puerosq́; deorū.*

Et pugilem victorem, & equum certamine primo

Et iuuenum curas, & libera vina referre.

Vide ſuprà quæ annotantur, in Odam 1. libr.4.

Ex lib.30. cap. 7. *Marè*, inquit Perſius, *opifex,
numeris veterum primordia vocum,*

Atque marem ſtrepitum fidis intendiſſe Latinæ,

Mox

Mox iuuenes agitare iocos, & pollice honeſto
Egregio luſiſſe ſenes? his ego verbis ſignificari puto Baſſum poëtam eſſe Lyricum. Lyrici autem primo diuos & virtutem victorum ſacris certaminibus carmine extollebant, atque ea ſunt primordia veterum vocum. Poſteà Melici etiam de iuuenum amoribus, & ſenum luxu, iocíſque carmina pangere cœperunt: qua argumẽtorum materia ſuum poëma Baſſus diſtinxerat: iocos autem iuuenes, iocos iuueniles intelligo: & iocos ſenes, ſeniles. quanquam interpretes aliud ſentiunt. Ad hunc locum Horatianum illud pertinet,

Muſa dedit fidibus diuos puerósque deorum,
Et pugilem victorem, & equum certamine primum.
Et iuuenum curas, & libera vina referre.

Ex li.7.cap.19. Seſquipedalia verba apud Flaccum, non tam intelligo longa & extenſa, quã turgida & inflata ac prætumida. Nam ab Architectis eſſe trãſlationem ſumptam puto, apud quos ſunt tigna ſeſquipedalia, materies craſſior: ita loquitur non raro Vitruuius. Inde igitur Horatium explicandum arbitror, cùm ait,

Projicit ampullas, & ſeſquipedalia verba. ampullarumque figura, quæ tumidæ ſunt, huic congruit interpretationi: quanquam ſi de longis quis accipiat, qualia ſunt dithyrambica, nõ repugnabo, præſertim cùm dicat Martialis, lib.7. epig.13. hoc obſcœnius eſt, *Mentula cui nõdum ſeſquipedalis erat.*

Ex li.9. cap.3. Verba ſunt M. Tullij in epiſt. ad Attic. *Totum hunc locum, quem ego variè in meis orationibus, quarũ tu Ariſtarchus es, ſoleo pingere, de flamma, de ferro (noſti illas ληκύθους) valdè grauiter pertexuit.* Ea Plinius accipit de oratione amœna & pigmentis orationis perpolita: ſic enim libr.1. epiſt. 2. epiſt. *Non tamen omnino Marci noſtri ληκύθους fugimus, quoties paulum ab itinere decedere non intempeſtiuis amœnitatibus admonebamur.* Horatius, de ratione tumida & magnifica interpretatur: eadem enim qua Cicer. tranſlatione dixit,

Projicit ampullas & ſeſquipedalia verba: quod eſt, orationis amplitudinẽ & ſuperbiã omittit. l.1. ep.3

An tragica deſæuit & ampullatur in arte? Sed orationis elegantia & amœnitas cum magnificentia & grauitate plerunque coniungi ſolet. Hoc certè conſtat à tumore ampullarum, quæ λήκυθοι Græcè dicuntur, genus hoc tranſlationis profectum eſſe. Hinc & Strabonis illud multis obſcurum exiſtimatum arbitror explicandum ἀλλὰ θέους ληκυθίζειν.

Ex lib.22. cap.11. Senes vocantur maturi, vt,

Maturúſque ſenex, apud Flaccum: &

- animaturus Aceſtes, apud Maronem, 5. Æn. Nam & Græcos πεπείραν pro anu dixiſſe annotat Heſychius: & Anus apud Ariſtophan. ait,

Οὐ γὰρ ἐν νέαις τὸ σοφὸν ἔνεστιν, ἀλλ' ἐν πεπείραις. Ouidius, *ad Liuium de morte filij.*

Quid numeras annos? vixi maturior annis. id eſt ſenior: ſequitur etiam mox,

Acta ſenem faciunt, hæc numeranda tibi.

Ex lib.19.c.9. *- cultórne virentis agelli*, id eſt, olitor, quod hominum genus veteribus omnium

A erat & humilimum & viliſſimum, Gellius libr.2. c.6. vt prouerbium oſtendit, *Sæpe enim eſt olitor.*

Locus ſequitur ſanè obſcurus,

Publica materies priuati iuris erit, ſi
Nec circa vilem, patulumque moraberis orbem.

Publicam materiam vocat argumentum alijs poëtis adhuc intactum: quod priuati iuris erit, ſi quis ita tractet vt poſteà nemo vel idem ſcribere auſit, vel melius poſſit: quod quidem cõſequetur, ſi ſententias perſequatur non de medio, nec è triuio ſumptas. Solent .n. Græci, quorum ſedulus eſt plerunque imitator Horatius, appellare ἐγκύκλια. id eſt, circularia, quæ vulgata ſunt & obuia, quæque omnibus patent. Deſiderant autem in B bono ſcriptore ingenioſas & argutas & non vulgares ſententias.

Unde pedem proferre pudor, valet, non in anguſtum ita te locum conijcies, vt inde vltra progredi non poſſis, aut ſi coneris contra artem eiúſque leges facias. Legi etiam in antiquo libro *referre.*

- vt ſcriptor Cyclicus olim. Hic quæri ſolet qui ſit Cyclicus: & multis proprium nomen videtur: ego cenſerem Epicum poëtam rapſodum ſignificari. Nam Rapſodi verſus heroicos ſcenæ & theatro dabant, qui fortaſsè vt verſus dithyrambicorum. à choro κυκλίῳ vocato cantabantur, ex quo & Cyclij vocabantur, ab Horatio Cyclici. Fidem huius rei epigrãma Græcũ facit, in quo ſcribitur.

C Τοὺς κυκλίους τούτους τοὺς αὐτὰρ ἔπειτα λέγοντας
Μισῶ, λωποδύτας ἀλλοτρίων ἐπέων.
Καὶ διὰ τοῦτ' ἐλέγοις προσέχω πλέον· οὐδὲν ἔχω γὰρ
Παρθενίου κλέπτειν ἢ πάλι Καλλιμάχου.

Ex li.28.c.24. *- Sed quid magis Heracleas?* ſcribit Iuuenalis ſat.1. Panyaſis, cui ſecundum in poëtis locum Critici tribuunt, Heracleam ſcripſerat 14. libris. Sed & Arrianus, Heracleam quoq; ſcripſerat vt refert Athenęus: Quin & Phædimus, etiam Piſander. Videri poteſt Horat. ſcriptorẽ Diomedeæ, quicunq; ille fuit, perſtrinxiſſe, cùm ſcripſit,

Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,

Ex lib.9. cap.29. Quis ille obſecro apud Flaccum cãtor eſt, qui dicit *Plaudite?* ſic enim ſcribitur,

- donec cantor, vos plaudite, dicat. quid? erat illud D cantico aliquo dicendum? & non videtur ſanè debuiſſe dimitti populus vnius vocis modulatione. Denique *dicat* dicit, non cantet, cui æquè liber erat in verſum adytus: ſed nugamur & ſtulti ſumus, qui ſic argutamur & ratiocinamur. Quin vno expedimus verbo potius cantorẽ hic hiſtrionem eſſe, vel actorem fabulæ: neque noſtra interpretatio iſta erit vt nobis præſtandum ſit eius vitium, ſed antiqui poëtæ Prudentij, qui in eam ſententiam accepiſſe videtur, cùm ſcribit,

Ut tragicus cantor ligno tegit ora cauato,
Grande aliquid cuius per hiatum crimen anhelet.

Ex lib. 19. cap.9. Illud eiuſdem libelli illuſtratione indiget,

Actoris partes chorus, officiúmque virile
Defendat: qua de re ſenſus eſt meus, Chorum

nonnunquam ſolere poëtam defendere, eiúſque A officium laudare, quod in parabaſi plerunque fiebat, vt ex Ariſtophane notum eſt. Itaq; officium virile dici reor, quomodo dicimus, pro mea virili. De officio, inquit, poëtæ diſſeret chorus, commemorabitque poëtam officio pro ſua parte non defuiſſe, elegantémque fabulam, & lepidam dediſſe. Explicatur non inelegāter in antiquo lexico virile, *ἴσον, κὴ χτ᾽ ἀναλογίαν* Sed & quod ſubijcit,

- nec quid medios intercinat actus

Quod non propoſito conducat, & hæreat aptè:

Intelligo de choro in diuerbijs cum hiſtrionibus loquente in ipſis actibus: extra actus enim plerumque locos communes chorus canebat à propoſito remotos, quos etiam hoc loco mox attingit Horatius, ne longior ſim, pro, *- & conciliet amice*, reperi, *& conſilietur amice.* atque illud conſilietur etiam à collega meo doctiſſimo & diſertiſſimo viro Lambino agnoſcitur. B

- & apertis otia portis, ait quòd belli tempore vrbium portæ clauduntur pacis aperiūtor. Ex eo in antiquo Lexico Panda, *πλὴ εἰρ᾽ ὥνης*, exponitur.

Poſt quam cœpit agros extendere victor, & vrbem

Latior amplecti murus. Hic fortaſſe Horatius dixerit, nemini ius fuiſſe proferendi pomœrij, qui non agri aliquid imperio Romano adieciſſet. Vopiſcus in Aureliano, *Pomœrio autem nemini principium licet addere, niſi ei, qui agri Barbarici aliqua parte Romanam Rempub. locupletauerit.* *- vinóque diurno*

Placari genius, dicit vt exiſtimo, poſtquam licuit C & impune fuit feſtis diebus de die lautè epulari atque conuiuari, genióque indulgere, quod antè inhoneſtum & probroſum habebatur, opúſque cenſorium exiſtimabatur.

Indoctus quid enim ſaperet, liberq; laborum

Ruſticus vrbano confuſus, turpis honeſto? quam in ſententiam dicatur, non ſatis conſtat. Ego putem dici ab vrbanis hominibus & honeſtis ſcenicam & hiſtrionicam artem, cius varietati & licentiæ ſtudentibus & fauentibus, amplificatam eſſe, id diſſimulante, quamuis ægrè ferret, plebe ruſtica. nec enim muſſitare inter vrbanos eſſet auſa, nec ſapere viſa eſſet, ſi voluptatem illam & laſciuiam luaúmque reprehendiſſet. Numeri autem ſunt verſus, modi, cantus. D

Ex li. 9. cap. 6. In illo Horatij loco, lib. 2. ſat. 3.

- nihilo vt ſapientior ille Qui te deridet, caudam trahat, Ego caudam trahere eſſe puto magnificè ſuperbéque incedere, vt qui talari toga pallave ornati longo ſyrmate verrunt terram. Horatius,

- traxitq; vagus per pulpita veſtem. id eſt, magnificè inceſſit ſaltans. Nam ad ſyrma alluſum eſſe puto. quod à tractu nomen eſt adeptum: aut, quod non æquè placet, tractum erit ab auibus, vt gallis gallinaceis & pauonibus, qui ſua inſoleſcere videntur cauda, vnde lib. 2 ſatyr. 2.

- & picta pandat ſpectacula cauda, ſcripſit Hor. Trahit igitur caudam, qui ſibi placet, ſeque ſapientem, & vt Varronis verbo vtar, Saperdam putat. Sic & Perſius diait ſatyr. 4.

Ante diem blando caudam iactare popello.

Veſtitur, inquit Solynus, *ſyrmate*. Hîc ſyrma veſtis eſt fluxa & prolixa homúmq; verrens, qualis erat tibicinum & fidicinum, vt apud Flaccum.

- traxitque vagus per pulpita veſtem. Eandem & Orpheo tribuit Maro,

Necnon Threicius longa cum veſte ſacerdos.

Eam etiam veſtem Tibullus ſignificaſſe videtur cùm cecinit, *Ima videbatur talis illudere palla.*

Ex lib. 20. cap. 27. Plaut. Menæchmus ſc. Animæ mi. M. *Suſtine hoc Penicule, exuuias facere, quas vovi, volo.*

P. *Cedo.* M. *Sed obſecro hercle, ſalta ſic cum palla poſtea.* Hîc exuuias facere eſt ſpoliare ſe, & ſpolia à ſe in alterum transferre, quod Menæchmus facit, qui exuuias vxoris & ſuas induuias facit & tradit Peniculo. cúmque qui ſaltabant olim in ſcena, & cantabant, aut citharam pulſabant, palla ornati eſſent, idcirco à paraſito petit, vt cum palla ſaltet. Horatius,

Poſthac perſonæ, pallæq; repertor honeſtæ

Æſchylus. Iterum

- traxitque vagus per pulpita veſtem.

Et Cornificius ad Herennium, *Vti citharœdum, cùm prodierit optimè veſtitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea, coloribus varijs intexta.*

Ex lib. 19. cap. 9. Non tam intellectu facile eſt, quàm primâ ſtatim ſpecie videtur, quam ſententiam complectuntur illi duo Horatij verſus, qui omnibus ferè in ore ſunt.

Vtiliúmque ſagax rerum & diuina futuri

Sortilegis haud diſcrepuit ſententia Delphis.

Hîc tempus non teram commemorādis aliorum interpretationibus, ne verboſus eſſe videar & infructuoſus: potiùs quid ſentiam explicabo. Hoc mihi dicere videtur Horatiùs, eo vſque progreſſam eſſe Chori licentiam, vt obſcura ambage, & inuolucris ſententiarum, quæ quidem de vitæ prouiſione præcepta continere ſolent, poëtæ vaticinari, & nihil ab oraculis delphicis penè differre viderentur. Atque hoc præceptum ad ſententias & res pertinet vt ſuperior verſus ad audaciam inſolentem verborum chori.

Et tulit inſolitum eloquium facundia præceps.

Ex libr. 5. cap. 23. Sortilegos contemnit Quintus libr. 1. de Diuinat. qui ſolebant in triuijs ſortibus ductis, non tam futura prædicere, quàm ad quæſtum ſuum mentiri. Sortes autem illæ verſabantur & educebantur manu pueri. Tibullus, libr. 1. eleg. 3.

Illa ſacras pueri ſortes ter ſuſtulit, illi

Rettulit è triuijs omina certa puer. Sed & Sortilegus dicebatur æquè Apollo, quod ſortibus æquatis oracula interdū vaticinaretur, etſi etiam furore afflata Pythia: certè etiam ſortes oracula dicuntur, & Simia in Dodoneo templo, vt Cicer. lib. 2. de diuinat. ſcribit, ſortes diſſipauit, Sortes oracula eſſe, ex eo apparet quòd *Sortilegis*, inquit Flaccus, *haud diſcrepuit ſententia Delphis.*

Ex lib. 19. cap. 9. Eodem in libello, quoniam ſtudemus quantum poſſumus, benè mereri de iuuentute, ne illud quidem ſatis intelligitur,

Aut

Aut dum vitat humum, nubes & inania captat, A quod in hanc ſententiam accipio: poëtæ quidam præſertim Dithyrambici verborum tumorem & amplitudinem conſectabantur, ijdemque plerunque de Cœlo, nubibus, aëre, maiore cum verborum magnificentia, quàm ſententiæ pondere, ſcribebant: itaque in eos illudens Ariſtophanes ſcribit, ταῦτ' ἄρα ἐπέων ὑγρᾶν νεφελᾶν στρεπταὶ γλαν δάϊον ὁρμάν. Rurſus eodem loco αὖτ' ἀερίας διερὰς γαμψοῖς οἰωνοῖς.

Ex lib. 23. cap. 3. *Aut*, inquit Maro, 4. Æn. *ante ora deum pingues ſpatiatur ad aras.* dicit more Romano, quo matronæ ante aras faculas tenentes geſtu graui ſaltationémque ſeueram & verecundam imitante mouebantur & ferebantur: quod Horat. intellexiſſe puto. cùm in Arte ſcribit, B

Vt feſtis matrona moueri iuſſa diebus. atque hoc potiſſimum adſcripſi, quo Horatij ſenſus enuclearetur, non omnibus perinde clarus atq; illuſtris.

Ex li. 19. c. 9. *Syluis deducti caueāt, me iudice, Fauni*
Ne velut innati triuijs, ac pene forenſes,
Aut nimium teneris iuuentur verſibus vnquam,
Aut immunda crepent ignominioſaq; verba.

Perſonæ Satyræ Græcæ, quæ Tragœdijs interponebatur ad diſcutiendam earum mœſtitiam numina erant ſilueſtria, Fauni, Siluani, Sileni, quibus cùm etiam aliæ intexebantur colloquentes perſonæ. Sed & Satyricæ ſcenæ ornabantur in theatro arboribus, ſpeluncis, montibus reliquiſque agreſtibus rebus in topiarij operis formam deformatis, vt Vitruuius li. 7. cap. 5. ſcribit. C Fauni igitur illi Satyrici de ſiluis in theatrum deducti, non ita elegantibus & delicatis verſibus ludere debent, vt ſi in media vrbe nati eſſent, & vt ſi diutius in foro, vbi diſerti erant oratores, verſati eſſent: & tamen quamuis ruſtici & ſilueſtres ſint non debent ſermone vti ſordido & incompto, nec ita illoto & obſcœno, vt ſcurræ triuiales & ſalarij procaces in vrbis compitis & triuijs.

- quibus eſt equus & pater & res, id eſt equites, nobiles, & diuites. Nam Romæ qui erant Patricij & nobiles à patre nominabantur, & patrem habere cenſebantur, vt verbi gratia, Cn. Domitius C. filius dicebatur. Equus igitur de equitibus, pater de patricijs: res de diuitibus dicitur. Dionyſ. Halicarnaſſæus lib. 2. D τεκμήριον δὲ τούτου παρέχουσιν, ὅτι τοὺς μὲν πατρικίους, ὁπότε δόξειε τοῖς βασιλεῦσι συγκαλεῖν, οἱ κήρυκες ἐξ ὀνόματός τε καὶ πατρόθεν ἀνηγόρευον. Non dubitem autem affirmare mox pro *fracti eiceris eſſe legendum.*

- magno cum pondere verſus, verſus dici puto grauitatis plenos & dignitatis, qui tamen ſuos modulos, numeróſque non habeant. Sic apud Cic. in Arato, *- magno cum pondere nauta*: etſi alia ſignificatione dictum eſt, pro magno molimine & conatu & ab Horatio paulo poſt

- ſine pondere & arte. Iam verò illud,

Perfectum decies non caſtigauit ad vnguem, à marmorarijs ductum eſſe cenſent interpretes, qui iuncturas marmorum vngue explorant: alij à fictoribus, qui primū manu informant rude opus, deinde lineamenta & habitum, omnémque ſpeciem vngue fingentes & perpollie̅tes abſoluunt. Plutarchus, καὶ γὰρ αἱ τέχναι πρῶτον ἀτύπωτα καὶ ἄμορφα πλάττουσιν, εἶτα ὕστερον ἕκαστα τοῖς εἴδεσι διαρθροῦσιν. ᾗ Πολύκλειτος ὁ πλάστης εἶπε, χαλεπώτατον εἶναι τὸ ἔργον, ὅταν ἐν ὄνυχι ὁ πηλὸς γένηται. id eſt, nàm & artes primum rudia & informia fingunt, deinde poſtea formis quæq; exprimunt: proinde Polycletus fictor dixit, tum demum difficillimum opus eſſe, cùm lutum in vngue eſſet. Sic apud Horatium lib. 1. ſat. 5.

- ad vnguem

Factus homo, accipiendum eſt, pro eleganti & polito perfectóque eadem tranſlatione.

Ingenium miſera quia fortunatius arte, cùm ait, ſignificat homines Rom. carminum ſtudioſos artem contemnere poëticam & cognitionem Philoſophiæ, ſuóque fidere ingenio, & exiſtimare ſe tum demum optimos poëtas futuros, ſi inſanorum morem habitúmque, illuuiem & ſqualorem imitentur. In quo lepidè & venuſtè Romanos ſcriptores inſaniæ ludens notat & inſcitiæ. Mox igitur ſubijcit principium rectè ſcribe̅di eſſe philoſophiæ cognitionem & perceptionem.

Ex lib. 4. cap. 9. *Lento ſuſpenſi loculos tabulámque lacerto*: dixit Flaccus, lib. 1. ſatyr. 6. & lib. 1. epiſt. 1. de calculatoria tabula & calculis intelligo. Diſcebant enim ratiocinandi artem, non liberales diſciplinas. vt in Arte, *- dicat*

Filius Albini, ſi de quincunce remota eſt
Vncia quid ſuperat?

Ex libr. 19. cap. 9. *- Ærugo & cura peculi*, Romani, inquit, philoſophiam humanitatiſque artes non diſcunt, ſed artem ſupputandi in pueritia: at vbi adoleuêre, ſe totos occupant, dedúntque pecuniæ faciendæ congerendæque, cuius rei ſtudium quadam rubigine animos hominum inficit. Ærugo igitur ſordes auaritiæ ſtudiúmque pecuniæ & æris mihi ſignificare videtur. Eā enim ſic vocat, quaſi animi hominum rubiginem quā dam & æruginem ducant ex auiditate nummorum & ſordibus auaritiæ, vt loculi reddi ſolent æruginoſi.

Celſi prætereunt auſtera poëmata Rhamnes.

Equites Rom. iuniores, qui adhuc merent equo publico ſtipendiáque faciunt, delectari poëmatis volunt, nec mœſtum carmen perpeti poſſunt.

Ex lib. 29. cap 35. Cùm equites in equis ſedentes ſublimes ſint & alti: ideò equeſtris ordinis hominibus Celſi attributionem poëtæ apponūt, vnà quoque eorum magnitudinem ordinis & dignitatem ſignificantes, Horatius,

Celſi prætereunt auſtera poëmata Rhamnes.

Papinius,

Non labente Numa timuit ſic Curia fœlix

Pompeio nec celſus eques. Et Ammianus Marcellinus, *Iudicibus celſis, itidémque minoribus*, cum dixit, maiores, & minores, vt vel Lippo notum eſt, intellexit.

Ex libr. 19. cap. 9. *ſit Chœrilus ille*. nollem tam iniquum eſſe Flaccum in Chœrilum, quem & à

Digitized by Google

Clemente & Euſebio (non enim attinet alios nominare & nomenclatorem agere) video non contemni: verſus certè quos eius aſſerunt, non mihi tam irriſione digni quàm admiratione videntur: ſed neſcio quomodo, vt in epulis, ſic & in poëmatis alius alio capitur atque delectatur. Nec verò pigebit aliquot eius verſus proferre, vt homines intelligant eum non eſſe tanta illuſione dignum, quanta Horatius videri vult. Sic igitur ſcribit Euſeb. lib. 9. præparat. Euangelicæ.

Τῷ δὲ ἰουδαίων ἔθνους καὶ χοιρίλος ἀρχαῖος ποιητὴς μέμνηται, καὶ ὡς συνεστράτευσεν τῷ βασιλεῖ ξέρξῃ ἐπὶ τὴν ἑλλάδα. λέγει δὲ οὕτως.

Τῶν δ᾽ ὄπιθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι, **B**

Γλῶσσαν μὲν φοίνισσαν ἀπὸ στομάτων ἀφιέντες,

Ὤικουν δ᾽ ἐν Σολύμοις ὄρεσι πλατέῃ ἐνὶ λίμνῃ,

Αὐχμαλέοι κεφαλὰς τροχοκουράδες. αὐτὰρ ὕπερθεν

Ἵππων δαρτὰ πρόσωπ᾽ ἐφόρουν ἐσκληκότα καπνῷ.

Ex libr. 27. cap. 4. Chœrilum poëtam irridet Horatius,

Quem bis terque bonum cum riſu miror,

Cuius verſus incultos & malè natos, & immani precio ſingulos ſingulis emptos philippeis notat: à multis tamen ſcriptoribus Græcis, vt bonus auctor citatur & laudatur. **C**

Ex lib. 27. cap. 33. Ludendum eſſe trocho, aleámque fugiendam legimus illis in præceptiunculis, quibus prima pueritia imbuitur. Quod genus ludi ad puerilem turbinem vulgo referri imperitè & indoctè video, cùm ſit genus ludi, quo iuuenes ſe in campo exercebant. Eius meminit Horat. in Arte,

Indoctuſq́ pilæ, diſcive, trochive quieſcit.

Et Propertius,

Increpat & verſi clauus adunca trochi. Sed vt opinor, his, quæ adſcribam verbis ab Ammiano ſignificatur. *Cùm apud Pariſios adhuc Cæſar Iulianus quatiens ſcutum variis motibus exerceretur in campo, axiculis, quis orbis erat compaginatus, in vanum excuſſis,* **D** *anſa remanſerat ſola, quam retinens valida manu ſtringebat.* Erat autem genus ludi Græcanici, vt nomine ipſo indicatur. Rota enim erat anſambabẽs vt faciliùs mitteretur, axiculis compacta tranſuerſis iaciebatur; quorum clauiculæ & commiſſuræ aduncæ dum verſabatur miſſa rota, vel miſſus orbis tinniebant & crepabant. Mittere autem ſcienter, artis erat non vulgaris: atque hæc quidem de trocho, quæ ſcriberemus, habebamus.

Ex lib. 17. cap. 17. Poëma Cinnæ vatis Smyrna inſcriptũ in magna celebratione apud antiquos fuit nouem perpetuis elaboratum annis: vnde exiit, vt reor, præceptum Horatij,

nonumq́ prematur in annum. Nam exemplum **A** Cinnæ hoc ei vel conſilium vel præceptum dictauit. De Cinnæ poëmate Catullus ſcribit, lib. 1. epig. 21.

Smyrna mei vatis nonam poſt denique meſſem

Quàm cœpta eſt, nonamq́ edita poſt hyemem.

Ex libr. 11. cap. 25. Apud Vopiſcum in Carino Pithaulas legimus, quorum armamentum muſicum imitatur, vt quidam cenſent, dolium, vt illorum vtriculum. Ita aliorum erat rotundius & tumidius, minus tamen: aliorum oblongius & teretius, maiúſque inſtrumentum. Ego verò Pythaulas eſſe legendum contenderim, vt ſint tibicines, qui Pythia canebant: Higinus, *hi quoque ludis Pythaulæ, qui Pythia cantauerunt.* Horat.

-- qui Pythia cantat

B *Tibicen, didicit prius, extimuitque magiſtrum.*

Ex lib. 10. ca. 19. Vncta braſſica à Catone cap. 157. dicitur oleo condita: cùm ſcribit, *Verùm aſſam braßicam, & vnctam caldam, ſalis paulum, dato homini ieiuno.* Sed & vnctum obſonium eſt conditum, vt, *cœnare ſine vncto*, id eſt, obſonio condimentis perfuſo. &

Si vero eſt, vnctum rectè qui ponere poßit:

opinor, quod pinguia ferè condimenta ſunt.

Ex lib. 18. cap. 11. Rectè viuere, pro lautè viuere & opiparè Seneca Epiſt. 123. lib. 22. vſurpauit. Inquit enim, *hanc petunt omnes iſti, qui, vt ita dicam, rectè viuunt.* Sed & vnctum rectè Horatius eadẽ notione, pro apparatè condito cibo dixiſſe mi- **C** bi videtur,

Si verò eſt, inquit, *vnctum rectè qui ponere poßit,*

Ex lib. 6. cap. 25. Ait Horat.

Vt mala quem ſcabies, & morbus regius vrget: hîc ego malam ſcabiem interpretor feram, quam Græci ψώραν ἀγρίαν vocant, credebántque veteres Romani contagione ad alios tranſire: de ea ſic Philo, φθινάσι πηλεδόσι, ψώραις ἀγρίαις, ἰκτέροις, σφακελίζουσιν ὀφθαλμοῖς. Celſus de ſcabie, *itaque eam, quæ talis eſt, ἀγρίαν*, id eſt, feram Græci appellant. quanquam & ſcabies omnis mala eſt, infeſtáque plerumque pueris redũdantibus & malè temperatis, vnde & Perſius ſcripſit,

-- namque eſt ſcabioſus, & acri

D *Bile tumet.*

Ex lib. 19. cap. 9. *Vt mala quem ſcabies, & morbus regius vrget*

Aut fanaticus error. Hînc apparet, vt Hebræi vitiliginoſos auerſabantur: ſic & Romanos ſcabiem, quæ ſummam cutem, vt vitiligo & lepra, lædit & inficit, abominatos eſſe. fanaticum autẽ morbum, & vt appellat, errorem, vt à diis immiſſum hominibus, qui numina violaſſent, diiſque inuiſi eſſent, aut ob morbi diritatem & plagarum metum, etiam auerſabantur, & eo correptos fugitabant, vt in Captiuis Tyndarus ſimulat ſe fugere Ariſtophontem, quòd rabioſus & fanaticus ſit, & Menæchmus ſe inſanire aſſimulabat, vt homines ab ſe abſterreret.

THEODORI

THEODORI

MARCILII
PROFESSORIS

ELOQVENTIÆ REGII, AD Q.

HORATII FLACCI OPERA OMNIA,

Quotidiana & emendatæ lectiones.

VOTVM DELPHINO FRANCIÆ.

Auſonia cecinêre olim fide carmina multi,
Flaccus in hoc princeps vnicus imperio:
Vnica ſpes DELPHINE *orbi, tua pranitet, vni*
Hæc roſa, montis honor, debita, Pierij.
Cuius odor tibi cùm ſenſus perfuderit olim,
Mens tua ſit montes viſere in Aonios.
Cælum te interea ſpectet, matercula quali
Adſidua vnigenam lumine filiolum.



PARISIIS,

Apud Bartholomæum Macæum, in monte
D. Hilarij, ſub ſcuto Britanniæ.

M. D. C IV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

THEODORVS MARCILIVS
Lectori beniuolo S.

QVOTIDIANA [illegible] in Hor[illegible] & emendatas [illegible], offero Lector beniuole. S[illegible] erunt [illegible] mea nemini, quæ emendationes Q. Horatij, quot [illegible] & quaſi [illegible] temperatæ ſunt: ne vel acumini [illegible] vel emendationum acumen ne alia nulla [illegible] ſterilis quaſi [illegible] ſine pabulo variæ rerum cognitionis eſſe videretur. [illegible] quidem, [illegible] ita dixerim, quid aliud [illegible] non adſperſæ rerum varietate, quàm, quod inter nos liceat, oues minæ, ventre glabro, ſine lana? Ego & capeſſere volenti Remp. eiuſq. in luce & honoribus verſari, tam vſui ſæpe ſunt, quam Myrmecidis quadrigæ & naues, terra mariq. Circenſibus. Temperamentum hoc itaq. neceſſarium eſt, & [illegible] non iniucundum fore putaui, ſi Quotidiana & emendationes acumine copiaq. miſcerentur Adoleſcentiæ inprimis varietas illa vtilis, ne dum acumini tantùm dedita, [illegible] vbertatem copiamq. neglegit, non ἀ[illegible] illa ſed [illegible] ſit, neue in foro, curia, concione dicunt olim, arenæ vt aiunt, funiculos [illegible], & dum argute cupiunt loqui, quaſi teritata eis in ore verba ſint, & cogitet auditor ex Theocrito illud ----- τᾶς [illegible] Τ' [illegible] ----- Sed nolo hic proceſtria ſtruere ampliora, & præfari plura: dies me deficiat ſi velim explicare hanc ſcholam, eaq. adferre omnia quæ in mentem & mihi veniunt, & venire tibi facile poſſunt, cogitanti quàm inutile illud acuminis copiæq. diſcidium. Cupio autem te ante ſolem occaſum, ſiue ante quàm legendi ardor exſtinctus in Horatij caſtra ipſa inducere, ſi forte militare in his tibi animus. Et quidem tibi, amice lector, eſſe non diffido: vel quia felicitas ingeniorum hodie ſumma eſt, quib. Horatius placere facilè poſſit: vel quia tibi Horatius ipſe dulcior, quàm præfationis meæ ſermo futurus eſt. Beliſſimè vale. Lutetiæ V Non. Martij CIↃ IↃCIV.

AVCTORES.

Quà inluſtrati, quà emendati. Aliqui & notati.

A

ACcurſius emēd. LXXIX

Acro notatus XXCVII. XCIII CXXXV. & paſſim.

Albinouano lux. LXIV CLIV.

Alexis apud Athenæum emend. CXVI.

Ammian. Marcellin. emend. & explic. CXLIV.

Anacreon apud Athenęū emēd. XXIV. XXXVII.

Apuleius emēd. LXV XCV CXXXI explic. CLVI.

Ariſtides emend. LXXVII.

Arnobius emend. XXVI CXXXV explic. XI.

Artemidorus emend. XXCVI LXIII. explic. XCIV.

Athenæus emend. XXX LXII.

Attius apud Marcellum emend. XLIII CXIV.

Auſonius explie. X:I.

B

BOëtius notatus CIX.

C

CAto de re ruſt. emend. XXCIV CVII.

Cicero emend. XXVI XC. CXXI. CXXXII. CLXIII.

Cod. emend. L. VII Mandati CLVII explie. L. I. De aleatoribus CXXIII. L. I Quæ res vend. non poſſ. LXXVI.

D

DIdymus Geopon. emend. CXIIX.

Digeſta explie. L. LXIV. De donat. in vir. & VX. XLVII L. XII §. I. De æd. ed. LXXVI emend. L. VII De iniuſto rup. CLXIII

Digeſt. lux L. XXIIX & XIX De ædil. ed. L. XXXVII de dolo CXLIII

Dio Nicæus emend. XLII XLII. XLIIX.

Diomedes notatus CLVI.

F

FAbius Declamat. CCCXL emend. CXXXIIX.

Feſtus emend. IV XLII XLIV LIX CXXXVII CXXXIX.

Feſtus repreh. XXC.

G

A. GEllius emend. CXXXV.

Gloſſæ ad Iuuenal. emend. XC. LXXIV.

Gloſſæ Philoxeni emend. VI & CV. CXXII. explic. CV.

H

HOratius emend. V. X. XI. XII XIV. XV. XVI. XIIX. XIX. XX. XXII. XXVII. XXXIII. XXXIX. XL. XLVI. Pagina XLIX. L. LI. LII. LIII. LIV, Columna I & II P. LVI C. I & II. P. LIIX. P. LIX. P. LXI P. LXIV C. I & II. P. LXV P. LXIIX. P. LXIX C I & II P. LXXV C. I. verſu XXIV. XXVI C. II verſu IV & XXVI P. LXXVI. P. XXCI. P. XXCIV. P. XXCV C. I verſu XIV. LII C. II ver. I. LIV. P. XXCVI P. XXCVII C. I ver. XL. LVI. LIIX C. II verſ. XXV P. XXCIX. P. XC C. I & II. P. XCI. P. XCIII C. I & II P. XCIV P. XCV P. XCVI P. XCVII P. XCIIX C. I & II. P. XCIX P. C C. I ver. XXV. XXVII. LII. C. II ver. IV P. CIII. P. CIV. C. I ver. XLII C. II ver. XLII vbi lege *multo dicere quæ ſentis*, &c. P. CV C. I & II. P. CVI. P. CVII. P. CIX. P. CX C. I ver. XIII ver. XXX. XXXVII. C. II. P. CXI C II ver. XXVII & XXIX vbi lege, *ac velut*. P. CXII C. I. ver. IV. XV. LIIX. C. II ver. LIIX. P. CXIV C. I. ver. XLIIX. LIV. P. CXVII. P. CXIIX. P. CXIX C. II ver. IX XLIX LIII P. CXX C. II ver. VI. LIIX. P. CXXI. C. II verſ. X. XXII. P. CXXV P. CXXVII. P. CXXXI. P. CXXXII C. II P. CXXXIII. P. CXXXV. P. CXXXVI. P. CXLI. P. CXLVII P. CXLIX C. I & II P. CLII P. CLIII. P. CLIV C. I & II. P. CLIIX P. CLIX C. I verſ. II. XIV. P. CLX. P. CLXI.

I

INcertus apud Suidam emēd. LXXI CXXI.

Inſtitut. emend. §. vlt. De bonor. poſſeſſ. XXXI.

Interpres Horatij nouantiquus emend. CXII.

Ioannes Sareſber. emend. LXXIX.

Iſidorus defenſus CLVI.

Iunius Columel. emend. LIII.

Iuſtinus emend. CXLVI.

Iuuenalis emend. XXXVII. CXII. explic. CXXIX. CLV.

L

LActant. Papinij interpres emend. XLV. LV. LIX.

Lamprid. in Alex. Seuero explic. LX.

Lāpridius in Alagab. explic. CVII.

Lucian. epigramm. emend. XLIV.

Lucilius apud Feſtum emēd. LIIX.

Lucilius apud Marcell. emēd. CXV. CXXIV. CXLVII.

M

MAcrobius expenſus CI.

Mæcenas apud Iſidor. emend. LIII.

Mamertinus Panegyriſta em. CIIX.

Manilius esplic. CXX. CXXIIX. emend. CXLI.

Marcellus notatus XXCVI. CIIX.

Martiali lux. CV.

Martialis emend. XXCVI, explic. XCV. CXXIX.

Martianus Capel. explic. CXXXII.

Meleager epigramm. emend. LIV.

N

NÆuius emend. LI.

Nicetas emend. LXXIX.

O

OVidius emend. XXXVI. LII. CLX.

P

PApinius emend. C. CVII. CLII. examin. LXIX.

Perſio lux CLIIX.

Petron. quaſi emend. XLVI.

Petron. emend. XLIIX. CLX. LIIX. LXXVI. XXCV. explic. LXXVI. CXL.

Petrus Chryſologus emend. CXIIX.

Phædrus emend. CXIX.

Plautus emend. IIX. XXII. XXXVI. XLIV. LIII. LVI XXC. CV. CVI. CXXVI. CXXX. explic. LXIV. XXC. CXXX.

Plinius emend. LXXIV. CXLIIX. explic. XXIII.

Pollianus in epigrām. explic. CLV.

Polybius emend. XLIV. C. XXVI.

Porphirio emend. XCV.

Priſcianus ſuppletus CXXXVI.

Propertius emendatus I. XXXIIX. XLII. XLIX. LXXVI. LXXIIX. XC. explic. LXXV.

S

SCholiaſtes epigramm. Græc. emend. LXXIIX. LXXIIX.

L. Sene-

L. Seneca emend. cxxvi. cxxxiii. ci. explic. xxiix. lii.
Sidonius emend. xiv.
Silius emend. lxxii. cix.
Socrates eccleſiaſt. hiſtor. emend. vi.
Sophocles emend. cxxii.
Strabo emend. cxxxiii.
Suetonius emend. liix. cxxxv. explic. cxiix.
Suidas correctus xxiii.

T

TAcit. emend. xxxi.
Terent. emend. xcvii. clvii. clx.
Tertyllianus explic. xx. emend. ci.
Theocrit. explic. lxii.
Theophraſt. in characteriſmis explic. xciv. emend. xcvi.
Tibullus explic. lxiii. clix. eměd. cxxxvi.

V

VAlerius Max. emend. xxiv. lii. lxxxvii.
Varro apud Marcell. emend. lii. xxciv xcix. cxlvi.
Virgil. eměd. lix. xcvii. cxxxvi clv. clxiii. explic. xxxiii.
Vopiſcus explic. xxv. cvii.

Z

ZOnaras emend. cxxv.

MEMORABILIA.

A

ACtor.
Auctor. P. clvii.
Acumen ἀκμὴ xi.
Acuta belli lxiv.
Acutus Mars lxiv.
Adflere cliv.
Adlacrumare cliv.
Adponere pro pergere xxcvii.
Adprecari xxxiii.
Aduertere lxv.
Ex Aduocationib. inimicitiæ cx.
Adulteras dote multari xxciix.
Adulteros occideudi ius cxi.
Æuum pro ſæculo xxcii.
Africa in Europa lx.
Agna Tempeſtati Deæ victima lxxv.
Agonium cxxiii.
Alba, margaritæ liii.
Ambitio xcix.
Amicare lxvi.
Amici primæ, ſecundæ admiſſionis cxxvi.
Amicorum album, liber ead.
Amoris, odij poculum lxxix.
Angerona, Angeronalia lxi.
Annona retica xxciv.
Antra Muſarum xli.
Annuli æſtiui, hiemales cxvi.
Annulorum ſedes cxi.
Annus tunans, ſonans lxix.
Annus triplex lvii. Hibernus, Vernus lvii.
Ἅπαξ xxci.
Apollo iuriſperitus xcvi.
Apophoreta cxxiii.
Apri & piſces adpoſiti integri ci.
Ἀρετὴ pro beneficio cxxiv.
Argentum æſtiuum, hibernum cxvi.
Arithmetica pro Aſtrologia, ſiue Chaldæorum & Planetariorum ſcientia xiv.
Armiluſtrium xli.
Artes, artificum opera cxxi.
Ἀρνασμός cv.
Aratorum cvii.
Attagen. lxix.
Augurium oblatum lix.
Auguſti aræ cxxxvi.
Auguſti natalis dies cxx.
Auriculæ hominib pleriſq; mobiles xcvi.
Aſſæ lxiix.
Axamenta xxxix.

B

BAſilicus iactus ix.
Baſilinda cxv.
Batillus xci.
Bellonarij cv.
Blatta lxxvi.
Βερβεκωτοί cxxiii.

C

CÆrites, ceræ cxxii.
Calcei Senaturij xcii.
Caliendrum xcv.
Campeſtrati cxxiix.
Campeſtria cxxvi.
Cantica vernarum cxliii.
Cantus ad lyram triplex xxxiii.
Capillus niger cii.
Caput fluuij, fontis iii.
Caudam trahere ciii.
Creta lxxvi.
Cretata facies lxxvi.
Critici cxxxiix cliix.
Cubare xcv.
Cumeræ populi xxcv.
Cumeri homines xxcv.
Cupa magiſtra cii.
Currere ferule cxiix.
Curtius Achaicus lxiii.
Curtus equus, mulus xciii.
Cyclicum epigramm. clvi.
Cyclicus Poëta clv.
Cyclus epicus clvi.
Celſus non Caius Albinouanus cxix.
Καταχρήσεις xc.
Cera extrema cix.
Cera teſtamenti prima, ima, præcipua cix.
Cellin cxxv.
Χαλαζοφύλακες lxxiii.
Choerilus, Choerillus cxiii.
Chorus Pleiadum lxvi.
Cicer frictum, & madidum cliix.
Cincinni cii.
Cinguli hominis ix. c. ii.
Circuli xxciv.
Circulus Homericus clvi.
Ciſterna vini xc.
Ciues fratres lxxiii.
Claudere alicui latus cxiix.
Claui crucis xxxvi.
Clauſulæ xlvii.
Cœnacularius cxxix.
Cœnationes, cœnacula cxxvi.
Conus pro comico xciix.
Comedere bona cxxxi.
Condita xxcv.
Confricare xcvi.
Coniuratio amantium lxxvi.
Conopeum lxxv.
Contaminare xxxiix.
Copia Dea xxcii.
Corona ſpicea Cereri xxci.
Corona obſidionalis cxliv.
Cordax cxxvii.
Cortex pro ſubere liv.
Cottabus xxiix.
Cunei cunctis xxxvi.

D

DEdicatio pecuniæ liix.
Dedititij ſerui xci.
Deductum carmen xciix.
Deſricare xcvii.
Delfica xciii.
Deorum veſtigiis terra cedit lxxix.
Deſignatores cxxiii.
Deſurgere ci.
Deteſtatio dira, iuſta lxxiii.
Deuoti xliix.
Dextra & læua lx.
Dextra, ſiniſtra, in augurijs lix.
Diffingere xcvii.
Diota xiii.
Diptycha cxxiii.
Diſtare excellere c.
Dithyrambi lxii.
Dithyrambici Poetæ lxii.
Docti pro Philoſophis cxi.
Docti pro Poëtis xciix.
Domnædius cxxix.

Donare προσφορεῖν CLXI.
Dorſo vectari LXXIX.
Ducere pocula XXII.
Ducere venales CXXXIIX.

E

Ἔχειν pro δυνάσθαι LXXVI.
Εἰσιτήρια XCI.
Elegia LXXI. CLII.
Elegia mera, mixta CLII.
Emungere. CLIIX.
Epodi LXVII.
Errare, furere CLII.
Ἐπιθαυμάζειν CXXIV.
Ἐπιπόγρατος CIII.
Eu CLX.
Eunuchi quaſi mulieres LXXVI.
Eunuchorum rugæ LXXIV.
Exarationes vrbium XXI.
Exterior comes CIIX.

F

Fabula, ſermo LI.
Fama alata XLII.
Fedus æquum, iniquum CXXXVII.
Felices arbores LXIX.
Ficus duplex CII.
Flaccus LXXVII. Forma CLI.
Fornicaria XXCVI.
Frater, fraterna caritas CXIX.
Fulgere, ferire XXCII.

G

Glaber pro caluo XCV.
Gracilitas amatoria IX C. II
Græcoſtaſis XXCII.

H

Hæc pro hæ CVII.
Habere pro poſſe LXXIX.
Hoic pro huic CLXIII.
Horti Cæſaris XCVI.
Horti Mæcenatis CX.
Hoſtia inmacolata LXX.
Humane CXLV.
Humeris vectari LXXIX.

I

Iani vrbis CXV.
Ianos gemin. clauſus Auguſto LXVI.
Ianus ſummos, imus, medius, publicus CXV.
Iconiũ CLI. Ilia pro Ilicẽſis XXCI.
Impẽſa CXXXV. Imus lect⁹ CXXXII
Infans νήπιος & ἄλαλος P. CIIX.
Inimicare LXVI.
Inpranſus pro bene prãſo CXXX.
Inquietare CI.
Interior comes IIX.
Iuſtita XXCVI.
Inſulæ fortunatæ LXXIIX.
Iulus Antonins LXII.
Iuſiurandũ per candens ferrum LXXVI. triplici lapide LXXIIX.

K

Kalendæ Martiæ IIX. CLXII.

L

Laborare, amare XXII.
Lachaniſare XCIII.
Lacus vini XC. Lama XLII.
Lamella XLII. Lamna XLII.
Lapathum CVI.
Laudatio mangonica CXLIII.
Laus pro munere CXXIV.
Lectuli vncti LXXIII.
Lectulorũ tricliniarium ſubſellia CXXXIII.
Liberti pro ſeruis XXCVII.
Libertini raſi ſiue calui CXXIV.
Libertinorum & libertinarum togæ pullæ CXXII.
Liburnæ CXIIX.
Lõgè fugit qui ſuos fugit XLIIX.
Lora in ſcalis CXLIII.
Lucus CXXI. Lunatici CLXII.
Lupini pro nnmis CXXIII.
Lupus catillo C.
Lupus interpontanos C.
Lupus nocturnus canis CI.
Luſtrum pro ſæculo XXCII.

M

Magicæ ſcrobes XCV.
Magi cereas imagines pũgunt LXXIX.
Magicum, lupi barba XCV.
Magicus vlulatus ead.
Magorũ cereæ imagines LXXIX.
Magus potentior imperans imbecilliori LXXIII.
Maius pro diuino LVI.
Malthæ XXCVI. Maltæ XXCI.
Malthinus XXCVII.
Maltinus XXCVII.
Mare magnum CXXVII.
Maritæ LXXIV. Mariti CLXI.
Mater coſtos, tutrix liberorũ CXV.
Matronalia IIX.
Mediocritas aurea XLV.
Medius XLIX.
Menſarum multitodo XXCIIX.
Metatum CII. Μεσαιπόλιος LXV
Μίσητρον LXXIX.
Modio nummos metiri XXV.
Moneta CLI. Μωρία XI.
Mullorum pretia C.
Mulſum vinum CVI.
Mulſa aqua CVI.
Murmur magicum XCV.

N

Nænia in foro XCII.
Naſo craſſo ſtupidi LXXVI.
Natalitia munera CXLIIX.
Nauis vitraria XC.
Nemora in tectis LIV.
Noctiluca LXIV.
Nodi fabularum CLVI.
Nomina certa, incerta, fallacia, falſa CXXXIX.
Nooitas CXXXIX.
Nuces fricłæ CLIIX.

O

Obliqui oculi CXXIX.
Obuſti tortures XCII.
Oculi nigri CL.
Oenophorum CXII.
Oliua ſacra XI.
Olympionicæ diuini, cæleſtes I.
Operæ libertorum CXIV.
Operto capite ſe præcipitem dare CIII.
Optimum nomen CXLVI.
Optio pro adoptione CXLCI.
Oxyblatta LXXVI.
Ozæna LXXVI.

P

Palla nuptialis LXXII.
Palla pro noptiis LXXIII.
Palla tragœdorum, Citharœdorum CLXI.
Pantomimus CXLI.
Papauer album menſis ſecundis CLXI.
Paraſiti Ciniflones XXCIX.
Paraſiti in ſubſelliis lectolorum P. CXXXII.
Par, impar luſus CV.
Parochi XXCIV.
Patrimi ac matrimi pueri XXC.
Pecunia Dea CXXII.
Pedes aquæ LXXIIX.
Pergræcationes LIII.
Perductor & leno CIX.
Peruidere XXCIX.
Philyræ corona XL.
Φίλτρον LXXIX.
Pileolus cœnatorius CXXIIX.
Planus CXXXII.
Plautini ſales CLIX.
Poculom amoris, odij LXXIX.
Poëtæ aues, apiculæ LXII.
Poëtæ charodidaſcali LXII.
Pòlypus LXXVI.
Pontificũ iuriſdictio LXXIIX.
Porcus Troianus CII.
Potenter CI.
Potens pro Domino IX.
Præda maior LVI.
Præmium pro pœna LXXIIX.
Præſepe pro menſa regis paraſitici CXXX.
Pretium pro pœna LIIX.
Priuatom, prioare CIIX.
Proijcere verba CLIV.
Prouerb. Hac vrget lupus, hac canis CI.
Publica pondera CXXII.
Pueri in lectulorum ſubſelliis CXXXIII.

Index.

Puluis puteolanus XIV.
Puſa, puſilla CIV.

R

REmittere CXLII.
Remiſcere CXLII.
Rerica annona XXCIV.
Rex ſalutatoris CXXIV.
Rex ludo baſilinda XXXVII.
Rex talorum iactu creatus IX. ſic creato multi canthatus propinatus IX.
Ridere malis alienis CIII.
Roma noua [illegible] XXC.
Roſa ſera X[illegible].
Ros pro aqua LI.

S

SAccatum vinum XVII.
Saccis [illegible] bare [illegible]CV.
Sacramento obſtricti dis. [illegible] philoſophorum, Rhetorum, Grammaticorum: Laniſtarum, Medicorum CXII.
Sacrum pro magno CLXI.
Sagarum vnges LXXII.
Sale perſperſa excifarum vrbium ſola XXII.
Satyra CXLV. Scalæ CXLIII.
Scurræ certi, vagi CXXX.
Scurræ vrbani CXXVI.
Semel XXCI.
Sermones, dicteria XXCIII.
Sermones, vocabula CLII.
Serra III.
Serui animaduerſi LXXI.
Seruilis [illegible] CXXXI.
Seruilis [illegible] CXXV.
Seruilis tunica ead.
Serui raſi C[illegible]V.
Serui ſine nomine CXXIX.
Si pro etſi LVII.
Sic, ἄυπως XXCVII.
Sigillaria CXII. Similare CXLIX.
Simplex CXLIIX.
Simultè & ſimulter CXXVI.
Sincerum CXIIX. Soldurij XLIX.
Solitudo CXXXIV.
Somnia vera XCVII.
Σπ[illegible] LXV.
Stare in iudicio XCVI.
Στέφανος [illegible] CXLIV.
Stipendium pro pœna LXXIIX.
Stola XXCVI. Suadela CXXII.
Subare LXXVI.
Suber pro cortice LIV.
Subita belli LXIV.
Submeiulus LXXIIX. XXCIX.
Superſtes, diuinus XLII.
Suturni magici LXX[illegible].
Syrma CLIX.

T

TAli in conuiuijs IX.
Tangere pro lædere LIX.
Tenda LXXVI.
Tentam tenere XXVI.
Terentia Mæcenatis XLVI.
Theſauri templorum LIIX.
Toga nuptialis [illegible]
Togæ & tunicæ [illegible] XXCVI.
To[illegible] [illegible]
Tonderi [illegible] CXXV.
Torale CVII. Traciæ XXCIV.
Tragica vox C[illegible].
Tragœdia duplex [illegible].
Trapezophorus [illegible].
Tr[illegible] ex iure Pontifico XVIII.
Tre[illegible] capitales [illegible].
Tri[illegible] vacans LXXI.
Tribules CXXI[illegible].
Triclinium, hibernum, vernum, auctumnale, æſtiuale CXVI.
Trogalia CLIIX.
Trutina in conuiuijs CI.
Tunica nuptialis LXXIII.
Turdorum genera LXIX.
Tuſcus vicus CV.

V

VAllis reducta XXII.
Vatillum XCI.
Venus aurea IX.
Venus noctiluga [illegible]ia LXIV.
V[illegible]ca militum CXLIV.
Vicinus ſuperior, inferior LXIIX.
Videre, prouidere CIV.
Villicus ruri & in vrbe CXXIX.
Vinalia XXXIII.
Vindemiator XCIV.
Vinum coronatum LV.
Vinum dulce CVI.
Vinum melitites CVI.
Viue memor noſtri LIX.
Vixi LX. Vmbræ CXXI.
Vngues arma puellarum X.
Vitrinæ XCIV.
Vuæ fabriles, fabriciæ CVII.
Vxores domini XLVI.

Z

ZAngæ XCI[illegible].

FINIS.

Etiam hæc in omiſſis [illegible]

P. IX. c. I. ver. XVI p[illegible], *Epicuri.* addo. Sic epiſt. VI *[illegible]*.
P. XX[illegible] c. II ver. XXXII poſt. *veternos [illegible] eualuiſſe.* adiungo. Sic *[illegible]* pro libris Sibyllini [illegible] lib. IV.
P. [illegible] & con[illegible] adiungo. Sic Ca[illegible]
[illegible] *Marte* [illegible]
P. LX c. I ver IX poſt, *[illegible]*, & [illegible] autem [illegible] *[illegible]*
P. ead. [illegible] ver. XXIV vbi eſt. *Vixi* [illegible], &c. Iungo. L. Senecæ epiſt. LXI [illegible]
P. LXXIII c. I. verſ. XII poſt. *Adſp[illegible].* Iungi velim. Catullus epigr. VI--*Cubile* *[illegible]*
P. [illegible] c. II verſ. IV poſt, non ſordidum hominem, ſed ſordes ipſas. Iungo. Hic iam [illegible] aliquis, quomodo, inquiet, pugnans auaritiæ luxus, ſimilis eſt? Dicam, vt gladiatores pares; vt vnius medij extrema duo: vt Scylla & Charybdis [illegible] Hec amplius. [illegible] pro S[illegible].
P. CIV c. II verſ. LII poſt, *[illegible]*, *licet* Adſcribo. Formulæ vero illius, *[illegible] conſulere* ? duplex interrogatio. Nempe. O[illegible] perito, & anne [illegible], quo liceret conſulere ac reſpondere.
P. CXXI. I ver. XX poſt, Quinctus inſtituit, adiungo: Etſi non neſcius ſum Catullum ſic tinnire Epigr. XIII *cœnam, non ſine candida puella.*
P. CXXII c. I verſ. XXXIIX poſt, *Agonium quia ſine angulis.* Sequetur. Etſi Feſtus non male ſiquidem agonij nomen reſtringit ad circum & ludos circenſes.
P. CLII. c. II verſ. XLVII poſt, ſine hexametris vt. interpono, Heliodori Æthiop. lib. III &

Pagina 1. Colúna 1 verſ. penult. *εἰς*.
P. II. c. II ver. LVI *Peneus*.
P. III c. I ver. I οἱ Et ver. LIIX *ταυρῶπις*. Et ver. penult. *aut*.
P. ead. c. II ver. XVII εἰς Et verſ. XXIIX *Scholiaſtes*.
P. IV c. II ver. XXIX *προσευκτικὴ*.
P. V. c. I V. VI *κεραυνοὶ* & V XXI *αὐτῶν*.
P. eadem c. II verſ. XXIX *ἑσμοὺς*.
P. VI c. I ver. XV Eccleſiaſt hiſtor.
P. ead. c. II ver. XXI *χιόνεσι* & *θαλάσσης*. P. VII c. I. ver. IIX *adamante* & ver. XXXIV *notus* & XLI *Vitruuius*. & ver. propenultimo, *θανάτου*.
P. ead. c. II ver L. D. *Auguſtin.* c IX lib. XV *de ciuit. Dei. Lactãt.* c. XIV. lib. II
P. IIX c. I ver. V *miſcellaneè* ver. X *accipitres*. ver. XXI *κέρατα*. ver. XLV. *pleriq;* ver. LI *Bæoticu*.
P. IX c. I. ver. I *nolle* ver. XX *& apud Turpiliũ* ver. XXXVI Stichi ver. L. *vitia lenioribus*.
P ead. c. II ver. I Theocriti.
P X c. I ver. IIX *Quarem*. ver. XXXIV *liuum* ver. XLII *ἐπιμένουσι*.
P. ead. c. II ver. XIIV *ἀχολία*.
P. XI c. II ver. XX Ἀλκαῖος ver. XLIX *μιᾷ*. ver. L. δ' αὖ ver. LIV *Panathenaea*. LVI. Μοῖρα LII οὐ.
P. XIII c. II ver. XXIIX Mileſ. XIII.
P. X c. I ver. XV ἀληθὲς ver. XXXIII *iacer. tur, Papinius*. ver XLVI & Iliad. V
P. ead. c. II ver. V ἐμφέρει.
P. XIV c. I ver. XXXIIX *vltimam*.
P. XVI c. II ver. XXXVI *incomtu*.
P. XIIX c. II ver. XXXIII *προσωποποιία*.
P. XIX c. II ver. V *μανίᾳ*.
P. XX c. I ver. XXXIV *μαχαίρᾳ* verſ. LIII *Salaminius*. c. II ver. X ἵπποις verſ. XLIII incitatiorem.
P. XXI c. II ver. LVII *rurſ*.
P. XXII c. II ver. XVII ὅσων. verſ. XXIII dixit, vt Ouidius.
P. XXIII c. II ver. XVI fluénſq; c. I ver. LVII ἐν γραφαῖς.
P. XXV c. II ver. XLI *συλλογισμῶν*.
P. XXVII c. I ver IIX expeditis.
P. XXIIX c. I οἱ ver. XVI ἐπιφανεῖς οἱ ποιηταὶ c. II ver. I Therapeut. ver. XXXVII *γῆ*.
P. XXXII c. I. ver. VII Ganymedis.
P. XXXIV c. I ver. XXII *χρῶμα*.
P XXXVI c. I ver. L. animaduerſi.
P. XXXVII c. I. ver. XXXIII ἐὰν εἰσὶ c. II ver LIX *ἀγάγωμεν*.
P. XXXIIX c. II ver. XL. interpres Thucydidi.

P XLIV c. II ver. IV decedentem. ver. LIV interrogatoriè.
P. XLVI c. I ver. I *ἀνάγκα*. verſ. LIII *πυνθανομένου*.
P. XLVII ver. XXII *ἀείσῃ*. Heſiodus. c. II ver. LI ſinuoſitate, Geograph. lib. X.
P. XLIX c. I. ver. XXXIIX *ἀνήνεγκε*.
P. LII c. I ver. XXXVI *πόλιν*.
P. LIV c. I ver. XIII Fores.
P. LIX c. I ver. XX *πολλοὶ* c. II ver. I Capitolium.
P. LIX c. II ver. XIV *ab dextera* ver. XXIV *rana*. ver. XLIX admonet. ver L. antica. ver. LXI augurio oblatiuo.
P. LX c. I ver. I augurio impetritio ver. XVI Pædiæ.
P. LXI c. II. ver. XVII ales.
P. LXII c. II ver. XLV Protrept.
P. LXIII c. I ver. IV ἐσχάζουσι ver. XXVI hos ver. XXXII inimicis ver. XLVII iunctæ c. II ver. IX. *πολυπραγμοσ*.
P. LXVII c. II ver. XIV clauſulæ.
P. LXIIX c. I. ver. XXXVII cum antecedit. c. II ver. XXXIX puppi. impoſitæ & turres.
P. LXIX c. II ver. XIIX οὐ ver. XLVI *memria*.
P. LXX c. I ver. XXIX ſc. *boni*.
P. LXXII c. II ver. VI lupularum.
P. LXXVI c. I ver. XIIX Nam. ver. XXXIV alis c. II. ver. VII ἰσχοῦσι ver. XX *coloris*. ver. eodem. *celerrima* ver. XXXIX *σκίμπων*.
P. LXXVII c. II ver. XXXIX *ἀρχεῖον*.
P. LXXIX c. I ver. IV locupletes. ver. XXXVI *ἑκατὸν* ver. XLII inſulas. c. II ver. XX *παρωνίας* ver. XXI ἐὰν ἐρᾷς. ver. XXVII *amara*.
P. LXXX c. II ver. IIX mimicis ver. XLII imagine ver. LII εἶδον c. II ver. III viuere. ver. eod verſicolorij. ver. XIII circumtulit ver. XIIX *nituntur*. ver. XXIIX *poculum*. ver. LXI inritum?
P. XXC. c. II ver XLIII patet.
P. XXCII c. II ver. XXVI Sibyllini.
P. XXCIV c. I ver. XII *ἀποσταίην ἢ νικᾶν* ver. XIV *ἀποθανεῖν* ver. XXII *σχήματος*. c. II ver. XIIX ignara.
P XXCV c. II ver. XXV *κρατῶν ἐστιν*.
P XXCVI c. II ver. XIII *ſequi* ver. LV *θάνατοι*.
P. XXCIIX c. I ver. XVII *δυσοπίζους* ver. XLVI *λαγώδη*.
P. XXCIX c. II ver I *τούτῳ* ver. XXXI *εὖ* ver. L. lutulentus.
P. XCI c. I ver. I *legar*.
P. XCIII c. I ver. XLIX *catinum*: legit, c. II ver. LII ad Marſyæ.
P. XCV c. II ver. LVI *Hic*.
P. XCVI c. I ver. XVII figuratè verſ. XXXI hunc.
P. C. c. II ver. XXXIV piſcis.
P. CII. c. I ver. 41 Niceram c. II *Achamenida*.
P. CIII c. II ver. LVI *ἐπιπρόγναθος*.
P. CIV c. I ver. XLVII Ariſtippus. ver. LVI ὄζος c. II ver. XLII *ſenus*.
P. CV c. I ver. LVII crebrò ver. LXI. *ἀρπασμὸς* c. II ver. XXIII *μικρὸς* ver. XLIII memoria: & natura.
P. CVI c. I ver. XX *γέγονεν*.
P. CVII c. II ver. XXXIII *perpetuaq;*.
P. CX c. II ver. V lib. XXX. *Cauſidici*.
P. CXI c. II ver. XXVII Ac. verſ. XXIX *Ac velut*.
P. CXV c. II ver X Eun. ver. XXXI parodia.
P. CXVI c. I ver. I cruſta, ver. XI *μεταξὺ* Μισηνοῦ ver. XII *μελιοειδὴς*. ver. LIV *ἀργυρώματ'*.
P. CXVII c. II ver. LIX *Quintila*.
P. CXIIX c. II ver. III edulcatione. ver. XLIII Aquilæ.
P. CXXIII c. I ver. I *ταῦτα*. ver. IV *audiamus* ver. VI ſuo.
P. CXXIV c. II ver. XVII Nempe. ver. XLVII *ſenſus*.
P. CXXV c. I ver. LV *ἀνχμαλίοι*.
P. XXC c. I ver. XLI Luculli c. II ver. XXII at.
P. CXXXI c. I ver. XXXIII *anili pluma*.
P. CXXXIV c. I ver. XXX *χεῖρας*.
P. CXXXVI c. II ver. II *ἐφάπτονται* ver. VI *βωμός*.
P. CXXXVII c. I ver. I ἐλλείψας σφας ver. II *ἑαυτῷ* ver. XLVII ὃν c. II ver. XXX *vrbanè*.
P. CXXXIIX c. II ver. XLX *ποιητῶν* ver. XXIX *per*.
P. CXL c. I ver. VI *πᾶν*.
P. CXLI c. I ver. L *ſaturum*.
P. CXLII c. I ver. XIIX Choerilo.
P. CXLIX c. I ver. II Diſtinctio verſ. X *vatum* c. II ver. XLIII nauibus.
P. CLI c. II uer. XXVII *πόθεν*.
P. CLIII c. I ver. XX εὐτελὲς c. II ver. IV Diomedem ver. XXXVI *medullitus*.
P. CLIV c. II ver. V ἐξάγγελος.
P. CLVI c. I ver. II *χλωρὰ*.
P. CLVII c. I ver. II *nodos* verſ. XXXII *actoris* ver. XLIII ὁ χορὸς. ver. LV *tuba* c. II ver. I. creuit.
P. CLIX c. II ver. XXXVII perunctum.
P. CLX c. II ver. XIX *extrahat*.
P. CLXI c. I ver. XXXII *mentis*.

THEODORI

THEODORI MARCILII PROFESSORIS ELOQVENTIÆ REGII QVOTIDIANA, ET EMENDATÆ lectiones, in Q. Horatij Flacci Carminum libros. IV.

Oda I. libri I.

MAECENAS.

PΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ ſiue donatio ſiue Oda *προσφωνητική* qua librũ C. Cilnio Mæcenati donat ſiue offert. Hinc illud. *Quod ſi me lyricis*, &c. Ad ſcopũ verò hunc donationis pertinet locus communis. Alios alijs ſtudijs delectari, ſibi laudem Poëticam cordi eſſe. Ex illo itaq; agro hunc ſe fructum C. Mæcenati offerre. Hanc ita carminis huiuſce ſummam ſubduci oportuit, in ſummis interpretum, error calculi eſt.

ATAVIS EDITÆ REGIBVS.

ATAVI pro maioribus. Iunius Columella Prooemio lib. I. de re ruſt. veteres illi *Quirites atauiq; Romani, &c.* id eſt maiores noſtri.

O ET PRÆSIDIVM.

CORREXERE aliqui. *O deſiderium, &c.* Benè vulgarij. *O & præſidium & dulce decus meum*, vt Salluſt. Orat. II. de Repub. ordin. *O Cæſar, nos te genuimus fortiſſimi viri in optima vrbe, decus præſidiúmque nobis, hoſtibus terrorem, &c.* Decus nempe in rebus ſecundis, præſidium in aduerſis. Sic Oda XVII. lib. II. *Mæcenas mearum, Grande decus, columénque rerum.* C. Tacitus in Germania. *Principes*, inquit, *magno ſemper electorum iuuenum globo circundati, idque in pace decus, in bello præſidium.* B

SVNT QVOS CVRRICVLO.

VT Propert. Eleg. VII. lib. III.

Sunt quibus Elea concurrit palma quadriga.

Sed in membranis ἀττικώτερον. *Eſt quib. Elea*, &c. Xenoph. lib. I. Memorabilium Ἔστιν οὕστινας ἀνθρώπων τεθαύμακας ἐπὶ σοφίᾳ; &c. *Eſt quos admiratus ſis nomine ſapientiæ* pro, Súntne quos. Dio in Galba. ὥστε μηδὲ δραχμὰς ἔστιν οἷς, ἀλλ' ὀβολοὺς χαρίζεσθαι. *Itaque eſt quibus, ne drachmas quidem, ſed obolos tantum beneficij loco & gratia daret*, C *&c.* Eſt quibus, pro, ſunt quibus.

A

CVRRICVLO] autem trifariam. Nempe vel curru, vel curſu, vel in ſtadio. Cariſius lib. I.

PVLVEREM OLYMPICVM COLLEGISSE.

CVRRICVLIS nempe in Olympijs puluis excitatur, & colligitur, vt & in circo. Sidonius Carmine XXIII.

Cedit terra rotis, & orbitarum

Moto puluere ſordidatur aër. Nonnus Dionyſiacis lib. XXXVII. in deſcriptione Circenſium, ἐγειρομένη δὲ καὶ αὐτὴ στήθεσιν ἱππείοισιν ἀπώρνυτο κόνις

——Atque ipſe citatus,

Pectore ſidebat puluis condenſus, equorum. Qui autem *colligere puluerem Olympicum* interpretati ἱπποτροφεῖν aut τεθριπποτροφεῖν, vt Aduerſarijs cap. XIII. lib. XXII. longius ab Horatij B mente abeunt. Nec enim equos alere Olympicos tam melli eſt, quàm puluis Olympicus, & palma. Itaque coniunxit puluerem & palmam Horatius Epiſt. I. ad Mæcen.

Cui ſit conditio dulcis, ſine puluere, palmæ? Et *Colligere puluerem Olympicum* Horatio nunc eſt, vincere olympia.

METAQVE EVITATA.

ELEGANTER hoc Nonnus Dionyſiac. lib. XXXVII. in funere Opheltæ.

ἱππεύων περὶ τέρμα, καὶ οὔ ποτε τέρμα χαράσσων Claudian. lib. III. de raptu Proſerp.

Vnaq; nocturnis meta cauetur equis

TERRARVM DOMINOS EVEHIT AD DEOS.

DEOS facit, in numerũ Deorũ refert. Nam Olympionicæ diuini ſiue *cæleſtes*. Horat. C Oda II. lib. IV.

Siue quos Elea domum reducit

Digitized by Google

Palma caleſtem---&c. & apud Lucian. In Anacharſide, Hieronica ἰσόθεος. Vnde & Neronis Hieronicæ *vox caleſtis*. Suetonij cap. xxi. quemadmodum recte V. C. Petrus Faber accipit, notans & Suetonij nuperos interpretes, *qui vt ait ſuo ipſi iudicio elegantes*, hoc neſciuêre tamen. Dionyſius in arte c. προτρεπτικὸς ἀθληταῖς de Olympionicis, καὶ ἰσόθεοι, inquit, ἐνομίσθησαν. οἱ δὲ καὶ ὡς θεοὶ τιμῶνται. *Et Dijs pares habiti ſunt, aliqui & tanquam dij coluntur*, &c. *Coluntur*. nempe illi quos, vt inquit Euſeb. præparat. Euãgel. c. propenult. lib. v. Apollo διὰ χρησμῶν ἐξεθέωσεν, *oraculis ſuis diuinauit*, ſiue Deos fecit, vbi & talium Deorum exempla. Item apud Origenem lib. iii. contra Celſum, Item aliâs.

Dij vero terrarum domini, vt Auguſtus & Liuia apud Ouid. Ponti Eleg. v. lib. iv.

Tergeminis tollere honoribvs.

Tergeminos non ſolum tres accipio, ſed tres ſimiles inter ſe, Etenim vt Varro Terentius inquit, ix. de Ling. Lat. *Simillimi vocantur gemini*. Et geminum pro ſimillimo Tullius Flaccus noſter, item alij identidem vſurpauêre. Gemini autem ſiue ſimillimi honores, Ædilitas maior, Prætura, Conſulatus. Omnes enim hi curules, omnes quaſi gradus in ijſdem ſcalis honorum. Ædilitas ſcil. *primus ad honoris amplioris gradum adſcenſus*, inquit Cicero iii. Legum. Alter gradus Prætura, ſummus Conſulatus. Signanter autem Tullius ibi ad *honoris amplioris*. Nam etiam Quæſtura eſt honoris gradus vt in Verrem Actione I. *Quæſtura, primus honoris gradus*. Sed communiter omnis honoris, vel minoris, vel maioris. Omnes honores à Quæſtura incipiunt. Itaque Aſconius in Actionem i. in Verrem. *Prima*, inquit, *erat Senatoris adminiſtratio, Quæſtorem fieri*, &c. maiores autem ſiue curules magiſtratus ab ædilatu proficiſcuntur. Signanter quoque Tullius ædilatum eſſe primum adſcenſum, quia Prætura & Cõſulatus quodammodo pares. Etenim *Prætores collegæ Conſulum* Tullius Epiſt. xi. lib. ix. ad Atticum, A. Gellius cap. xiv. lib. xiii.

Quid ſi autem *tergeminos* Flaccus plurimos aut omnes intelligi voluit? Tergemini enim tres. Tres autem multi ſiue πλῆθος Euſtath. ad Iliad. iix. & Odyſſ. v. Sed magis eſt vt Quinctus ſimilitudinem illam honorum Curulium exprimere voluerit.

Quid ſi tergemini ſiue trigemini honores, trini plauſus in Theatro, vt eſt in Aduerſarijs cap. xii. lib. xiix? Sed Quinctus noſter non videtur dicturus, *honoribus* cum potuerit *plauſibus*. Deinde genera vitæ Quinctus & artes recenſet, Agoniſticam, Politicã, Aratoriam, Nauticam, Mercatoriam, voluptariam, militarem, Venatoriam. Politicam autem rectius opinor gradibus, magiſtratuum quam trino plauſu deſignauit.

Quid ſi tergemini honores Quincto maximi & ampliſſimi, vt eſt in Aduerſarijs c. xx. lib. iii? Vellem audire vbi ſic *tergeminum*. Audi Martialem, inquiunt, epigr. xlvi. lib. iii. nam quod

A laudauimus ex Tibullo nihil facit. Tergeminũ, inquit Valerius, *muget ille* Sophos. Ecce, *tergeminum Sophos* maximum. At ego, tergeminum, inquam, ibi plurimum eſt. Mugiet ille id eſt altùm clamabit, tergeminum ſiue plurimum σοφῶς. Mugiet contentionem vocis exprimit, tergiminum τὸ πλῆθος. Ecce igitur hæret huic interpretationi aqua, noſtræ fluit.

Proprio horreo.

Signanter dictum proprio. Nam horreorum genus Romæ duplex. Proprium ſiue priuatum, & publicum ſiue populi Rom. vt in P. Victoris topographia vrbis.

De Libycis areis.

B Λιβύα πυροφόρος *Libya ſpicifera* Pindar. Iſthmijs Oda i. Rutilius Itiner. lib. i.

Quin & fecundas tibi conferat Africa meſſes.

Hinc effigies Africę cum ſpicis & aratro in nummis antiquis. Et apud Claudian. lib. ii. de laudib. Stiliconis.

Tunc ſpicis, & dente comas inſignis eburno

Africa-----Et in Procos. Africæ inſignibus, Africa cum ſpicis.

Attalicis condicionibvs.

Tangit hereditatem Attali Philometoris Aſiæ regis quam populus Rom. creuit, Geographus lib. xiii. Iuſtinus li. b. xxxvi. Horatius Oda xiix. lib. ii. Plutarchus in Tiberio Graccho, vbi malè φιλοπάτορος Ἀττάλου pro
C φιλομήτορος, &c.

Nec partem solido demere de die.

L. Seneca Epiſt. xxciii. *Hodiernus dies ſolidus eſt*, &c. Sic *dies integer*. Oda v. lib. iv.

Quid autem, *demere partem de ſolido die*, bene Dionyſ. Lambin. Peccant qui interpretati, *meridiare*. Nam meridiare quidem eſt eximere partem de die, non autem demere partem de die. Signanter Plinius epiſt. xl. lib. ix. *Nihil niſi quod meridianus ſomnus eximit*. Varro etiam *diffindere diẽ* dixit, intelligens meridiare, c. ii. lib. i. De re ruſt. *Diem diffindere*, inquit, *inſititio ſomno meridie*. L. Seneca eleganter *interiungere* c. vlt. lib. i. de Tranquill.

Aqvæ capvt sacræ.

D Capvt *aquæ ſacræ*, quia fontes ſacri, vt *fons Albunea* Æneid. vii. Flumina item ſacra, vt Clitumnus ii. Georg.---*tuo perfuſi flumine ſacro* Et Tiberis Æneid. iix. *Tuq; ô Tibri tuo genitor cum flumine ſancto*. Et ante Virgilium Q. Ennius Annali i.

Teq; pater Tiberine tuo cum flumine ſancto.

Macrob. Saturn. cap. i. lib. vi. Sic *vnda Numicij veneranda* Tibull. Eleg. v. lib. ii.

Sacri fontes ac fluuij ſuo quiſq; Deo, vt Tiberino Deo fluuius Tiberis, Albuneæ Nymphæ fons ſuus, Cyrenæ fluuius Peneus iv. Georg. Phaſis fluuius Deo Phaſidi, Philoſtrat. Imaginib. 5. ἀθύροντες.

Inprimis autem caput fluuij ac fontis ſacrum. Ratio quia Deo fluuij, aut fontis ibi ædicula ſiue ſacellũ, in eóq; effigies Dei. Philoſtratus in Scopeliano

peliano, ἐπιτεθυμένοι ϰ μέλανες, ὥσπερ οἱ χαλκοὶ ἀνδριάντες περὶ τὰς ἐμπύρους τῶν πηγῶν. Hoc eſt. *Suffumigati ac nigri, vt aheneæ ſtatuæ ad capita fontium.* τὰς ἐμπύρους dixit pro τὰς ἀναβλήσεις, vt loquitur Auctor libri de mundo ad Alexandr. Sic apud Plin. Epiſt. IIX. lib. IIX. Clitumni Dei ſtatua & templũ ad caput fluuij Clitumni, *Adiacet*, inquit, *templum priſcum & religioſum. Stat Clitumnus ipſe amictus, ornatuſq; prætexta. Præſens numen atque etiam fatidicum, indicant ſortes*, &c. Etiam ad oſtia fluuiorum, effigies Deorum illæ; vt Phaſidis Dei effigies, ad oſtium fluuij Phaſidis. Philoſtratus Imaginib. c. ἀθύροντες.

Hoc amplius. Circum Dei alicuius qui tutela & præſes magni fluuij etiam minora ſacella propter fluuios minores influentes, vt C. Plinij loco præd. *Sparſa*, inquit, *ſunt circa ſacella complura, totidemq; Dei ſimulacra, ſua cuique veneratio, ſuum numen, quibuſdam vero etiam fontes. Nam præter illum quaſi parentem ceterorum, ſunt minores capite diſcreti, ſed flumini miſcentur, quod ponte transmittitur*, &c.

Hinc ergo & cultus diuini fontibus ac fluuijs, vt victimæ fonti, & libatio vini, & florum. Oda XIII. lib. III. Et alius ritus, nempe primitias capillorum libandi fluuijs. De quo ritu interpres Pindari in Pythia. Oda IV. τὰς πρώτας κόμας τοῖς ποταμοῖς οἱ ἀρχαῖοι ἀπεκείροντο, σύμβολον, τοῦ ἐξ ὕδατος εἶναι πάντων τὴν ἄσκησιν. Hoc eſt *Primitias capillorum antiqui fluuiis libabant; notam, ex aqua eſſe omnium rerum incrementum*, lego enim αὔξησιν, niſi ἄσκησιν voluit, vt ἀσκεῖν τὸ γένειον. Refert hunc ritum ille interpres ad cauſam Phyſicam, ſed & pontificia eſſe poteſt, fluuij diuinitas. L. Seneca Epiſt. XLI. *Magnorum fluminum capita veneramur: ſubita ex abdito vaſti amnis eruptio aras habet, coluntur aquarum calentium fontes*, &c.

Quare autem caput dixêre fluuij aut fontis? quia in imagine, aut ſtatua fluuiorum ac fontium caput erat multimodis inſigne. Nam & taurinũ & cornutum erat, vnde *tauriformis Aufidus* Oda XIV. lib. IV. Et Tiberis, Corniger fluuius Æneid. IIX. Et -- *Gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus* --- IV. Georg. Interpres Euripidis in Oreſtem ἐπιεικῶς τοὺς ποταμοὺς ταυροκράνους ἐζωγράφουν τι ϰ ἔλεγον. *conuenienter fluuios capitibus taurinis pinxêre & dixêre.* Interpres Sophoclis in Trachinias οἱ ποταμοὶ ταυρόκρανοι διετυποῦντο, *Fluuij capitibus taurinis fingebantur.* Iſacius in Lycophronem τοὺς ποταμοὺς, κερατοφόρους, ϰ βουκεφάλους ἀνάγουσιν, *Fluuios cornutos & capite bubulo* inducũt. Geographus lib. X. ταύρῳ ἐοικότα λέγεσθαι τὸν Ἀχελῷον φασὶ, καθάπερ καὶ τοὺς ἄλλους ποταμούς. *Tauro ſimilem vocari aiunt Acheloum, vt alios item fluuios.* Cornutus lib. de Dijs c. II. τοὺς ποταμοὺς κερατοφόρους καὶ ταυρωπὰς ἀναπλάττουσιν. *Fluuios fingũt cornutos, & taurino adſpectu.* Scholiaſtes Homeri ad Iliad. XXI. Fluuios dici μυκᾶν id eſt *mugire*, quòd Homeri ſæculo inferiores Poëtæ ταυρομόρφους

A εἶναι λέγουσι τοὺς ποταμούς. *Tauriformes eſſe aiunt fluuios* Feſtus. *Taurorum*, inquit, *ſpecie ſimulacra fluminum* id eſt, *cum cornibus.* Acro in Odam XIV. lib. IV, *Omnium fluminum ſinuoſorum vultus, cum cornibus finguntur*, &c. Vbi notabilis πτέλκοτη ſinuoſorum, vt ex his quæ nunc dicam pateſcet.

Quæramus enim, quia ſemel curriculum hoc ingreſſi, quare fluminum effigies capite taurino & cornutæ? Multæ rationes ſunt. I. *Quia*, inquit, Feſtus, *flumina atrocia ſunt*, Et Albinouanus Conſolatione Liuiæ. *Quanquam amnes decet ira*, &c. Quomodo autem fluuij atroces ſiue iracundi? quia terram quaſi cornibus ſecant, vt tauri ὑβρισταὶ, καὶ εἰς κέρας θυμούμενοι id eſt *contumelioſi & irati cornu petentes.* Scholiaſtes Euripid. In Ore-

B ſtem Verſum adponens ex Euripide ipſo, ταῦροι δ' ὑβρισταὶ, ϰ εἰς κέρας θυμούμενοι. Sic & de fluuiorum tanquam taurorum violentia Cornutus, Scholiaſtes Euripidi, Interpres Sophocli locis antedictis. Iſacius in Lycophronis Alexandram, II. Illa item ratio eſt, quia fluuiorum ſinuationes ſiue fluxus, quaſi cornua ſunt & dicuntur. Geographus ἀπὸ τῶν κατὰ τὰ ῥεῖθρα καμπῶν, ἃς καλοῦσι κέρατα. Probus ad IV. Georg. *Quia*, inquit, *ripæ flexuoſæ ſunt vt cornu.* Vnde & Acro cornua dixit *fluminum ſinuoſorum* III. Quia fluuiorum quaſi taurorum mugitus eſt Geographus, Iſacius, Scoliaſtes Euripidi, Interpr. Sophocli, Probus, Etymologiſta in βώμαξ. IV. Quia taurorum paſcua plurima iuxta ripas, In-

C terpr. Sophocl. loco prædicto V. Quia Neptuni victima taurus, vnde & cognomentum ei ταύρεος ſiue Taurinus in Bœotia. Neptunus autem dominus fluuiorum, quia ex mari & in mare flumina. Fluminibus itaque taurinum caput, quaſi inſigne Neptuni. Tzetzes in Clypeum Heſiodi. Neque ſemper tamen fluuiorum effigies capite taurino, ſed aliâs virili quoq;, aliâs puerili, aliâs muliebri ſpecie, vt obſeruat Ælianus Varijs c. XXXIII. lib. II. Sic Clitumni fluuij effigies ſpecie virili, & cũ toga prætexta, Plinij Epiſt. IIX. lib. IIX. At Dio Chryſoſtomus Orat. IV. de regno diſcrimen adpoſuit, flumina virili ſpecie pingi ſolita, fontes muliebri. [Hanc de fluuiorum capitibus, & diuinitate hiſtoriam, ſub vno quaſi

D adſpectu proponere volui, quia & aliâs legentibus Horatium vtilis futura.

LITVO TVBÆ PERMISTVS SONITVS.

TVBÆ & litui permiſtus ſonitus, ſignum prælij, vt tubarum & cornuum Oda I. lib. II. & Renati Vegetij c. XXII. lib. II. de re milit. Hoc Iulio Polluci lib. IV. παρακελευστικὸν σάλπισμα.

BELLAQVE MATRIBVS DETESTATA.

EVRIPIDES apud Lycurgum contra Leocratem.

> τὰ μητέρων δὲ δάκρυ' ὅταν πέμπῃ τέκνα,
> πολλοὺς ἐθήλυνε, εἰς μάχην ὁρμωμένους.

Dixeris Latinè *Matercularum proſequentum lacryme,*

> *Effeminant natos paratos prælijs.* Et apud Papin.

Thebaid. III. Filios in bellum vocantem. A

Reſpectant truces obliquo lumine matres. Melius autem *deteſtata*, quam vt Lactantius legit *deteſtanda* in III. Thebaid. Bene Priſcian. lib. IIX. legit *deteſtata*.

MANET SVB IOVE FRIGIDO VENATOR.

IOVIS ſiue Iupiter, Cælum ſiue aër Poetis, notiſſima res. Q. Ennius. *Is Jupiter quem dico, quem Græci vocant*

Aërem--- Sic & Maro Æneid. II. Iuuenal. Aratus Phœnomenis. Sed Lactantius profetens hunc locum ad Thebaid. II. *Iouis*, inquit, *non rectè cælum dicitur. Nam ſi Saturnus pater eiuſdem cæli & terra, filius eſt. Cælum ſic dici poteſt auus ipſius eſſe Jouis potius quam ipſe Jupiter*, &c. Sic literator ille, nec videt Iouem eſſe dominum cæli, itaq; accipi pro cælo, vt & Iuno aër quia domina cæli ſiue aëris. B

Eſt autem *ſub Ioue manere* αἰθριοκοιτεῖν, ſiue vt eſt Oda III. lib. II. *ſub diu morari* Id eſt, inquit, Seruius, ad Æneid. III. *Sub aere*.

TENERÆ CONIVGIS IMMEMOR.

KΟυριδίης ἀλόχου Iliad. I. Eadem γυνὴ ἐκ παρθενίας Eccleſiaſtici cap. XV. Hanc propriè ἄλοχον vocari ait Etymologiſta. Magnum autem, huius immemorem eſſe venatorem. Solitus nempe in huiuſmodi vxores feruere amor. Itaque Agamemno Iliad. I. argumentum dicere volens amoris ſui in Chryſeïden ardentiſſimi, inquit,

---καὶ γάρ ῥα κλυταιμνήστρης προβέβουλα. C
Κουριδίης ἀλόχου--

Namq; Clytæmneſtra hanc ipſi quoq; præfero, quamquam Illa mihi virgo nupſit. Intelligi vult, multum à ſe amari Clytæmneſtram quæ virgo ei nupſit, magis tamen amari Chryſeïdem. Itaque ſummum eſſe hunc amoris gradum.

CATVLIS FIDELIBVS.

CANES *fideles* propriè intelligi vult, canes venaticos de quorum fide in venatione elegantet Ælian. c. II. lib. IIX. de animalib.

DOCTARVM EDERÆ PRÆMIA FRONTIVM.

DOCTÆ *frontes*, ſiue vt locuti olim, *doctæ frontes*, Poëtæ. Nam hi *antiquiſſimi è doctis* Tullius Tuſcul. I. Sueton. principio libri de Illuſtr. Gramm. D

ME GELIDVM NEMVS.

VITA Poëtica & amœna, ſiue poëtica ruſticatio. Et ſignanter dixit *nemus*. Nemus enim ſiue νέμος ſilua amœna. Feſtus, *Nemora*, inquit, *ſignificant ſiluas amœnas*, &c.

SECERNVNT POPVLO.

VITA Poëtica ſe à populo ſiue vulgo ſecerni ait ſiue diſtare ac ſegregem eſſe. Nam Poëtæ ſacri, vulgus profanum Oda I. lib. III. Abeunt à mente Horatij qui ſecerni à populo interpretati, *ruſticari*.

SI NEQVE.

POETICA illa vita ſe vulgo excellere, ſi quidem Muſæ fauerint, ſiue, ſi bonus ipſe Poëta ſit.

TIBIAS EVTERPE.

CONVENIENTER, *Tibias Euterpe*, &c. Nam tibiarum inuentrix Euterpe. Tzetzes in Heſiodum, & Auſonius in Ecloga de Muſis. Horatius tamen & Clioni tibias dedit, Oda XII. lib. I. & Calliopæ Oda IV. lib. III.

NEC POLYHYMNIA.

FRVSTRA illi qui aliter huiuſce Muſæ nomen hic legi voluēre. Nā teſtis Cariſius lib. IV. interpoſitione literatum Horatio eſſe Polyhymniam pro *Polymnia*. Sic autem & Martialis Polyhymniam dixit Epigr. XIII. lib. IV. Item Ouidius, alij.

TENDERE BARBITVM.

BARBITVM Acro lyram interpretatus, & Horat. ipſe Oda XXX. ſequente *teſtudinem*. Atqui lyræ ſeptem neruiæ: barbiti tres ſi Matroni apud Athenæum fides aliqua lib. IV. Et Ariſtophanes apud Suid. in βάρβιτον res differentes facit, Barbitũ & Lyram. τί βάρβιτος λαλεῖ κρουωτῷ; τί δὲ λύρα κεκρυφάλῳ; Sed cum Acrone facete videtur quoque Ælianus de Animalibus c. XVI. lib. XIV. Cur autem barbitum Leſboum patebit Oda XXXII.

QVOD SI ME LYRICIS VATIBVS INSERIS.

SIC melius membranæ, quam vulgarij *inſeres*.

Oda II.

C

ODA προσευκτική. Precatur Deos Apollinem, Venerem, Martem, Mercurium vt expient ſcelus interfecti Cæſaris. Apollinem orat quia Roma opus Apollinis, vt ipſe ait in Carmine ſæculari. Venerem autem, quia mater, Martem quia pater populi Rom. Mercurium quia hic in terris ſpecie Octauiani. Precationis huiuſce autem occaſio eſt, inundatio Tiberis tanta, vt eluuio terrarum metueretur. Item fulmina cælo ſereno, nix, grando, &c.

IAM SATIS TERRIS.

HÆc prodigia & portenta eueniſſe ante bellum Philippenſe teſtis Dio lib. XLVII.

ET RVBENTE DEXTERA.

D HÆc tertia manubia L. Seneca Nat. Quæſt. c. XLI. lib. II. ex quo liquet tertium hoc genus fulminis Iouialis, ſiue hanc Iouis manubiam tertiam, ſignanter nunc ab Horatio exprimi. *Etenim manubia illa*, vt loquitur L. Seneca, *mutat ſtatum priuatũ & publicum quem inuenit*, &c. Sanè, vt & manubia de qua nunc Quinctus noſter, denuntiauit mutationem ſtatus Romani, fore nempe, vt Octauianus conſtitueret monarchiam meditatam patenti eius C. Cæſari. Tangit hanc tertiæ manubiæ vim etiam Feſtus in *Manubiæ Jouis*. Vbi cum ait, *quæ ſtatum mutent deorum conſilio ſuperiorum*. Malè repōnunt aliqui conſilio ſuperorum. Dij omnes cæleſtes etiam ſuperi, at Feſtus propriatim ibi *ſuperiores* dixit, intelligi volens quod L. Seneca dixit,

tertias

Digitized by Google

tertias manubias mitti à Ioue *adhibitis in conſilium* A *Deis quos ſuperiores & inuolutos vocant*, &c. Propriũ videlicet hac in re verbum. *Superiores.*

SACRAS IACVLATVS ARCES.

VT ædem Iouis Victoris. Dio lib. XLVII. καὶ κεραυνοὶ ἄλλοσέ τε καὶ πολλαχόσε καὶ ἐς τὸν τοῦ Νικαίου Διὸς βωμὸν ἐφέροντο. *Et fulmina cum aliàs multifariam, tum & in Iouis Victoris aram cecidère.* Arces autem ſacræ templa, vt Æneid. II. *Arx ſacrata* Templa nempe locis editis plerumq; excelſáq; vt arces.

TERRVIT VRBEM.

EODEM Maro videtur cogitationem tuliſſe verſu illo Eclogæ primæ.

De cælo tactas memini prædicere quercus

BVCOLICE' *quercus* pro templis. Rureſtribus B enim arbores ac luci pro templis.

TERRVIT GENTEIS.

ETIAM exteras, non Romanas tantum. Etenim Dio ποταμοί τε, inquit, ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῶν οἱ μὲν παντάπασιν ἐξέλιπον, οἱ δὲ ἀνάπαλιν ῥεῖν ἤρξαντο. *Et fluuij in regionibus earum alij omnino euanuère, alij fluere nouè cœpère.*

OMNE CVM PROTEVS PECVS EGIT.

COMMENTI enim Poëtæ à Proteo paſci & minari phocas vt IV. Georg.---*Et turpes paſcit ſub gurgite phocas.* Theocritus Idyll. IIX.

ὡς Πρωτεὺς φώκας, καὶ θεὸς ὤν, ἔνεμε.

Pauit vti phocas Proteus ille Deus.

Et Papinij Achilleide, Proteus *Neptuni paſtor*, Piſces autem rectè vocari pecudes Marcellus notat.

EGIT ALTOS VISERE MONTES.

BENE', *altos montes*. Nec enim mirum aut prodigium, phocas in litore & agris vicinis degere. Phoca enim ſiue vitulus marinus ἐπαμφοτερίζει, ſiue ἐπαμφοτερίζον, ſiue ἀμφίβιον ζῶον. Philoſophus c. XII. lib. VI. c. II. lib. IIX. hiſtoriæ animal. Plin. c. VII. lib. IX. At montes ſcandi à vitulis marinis, prodigium eſt.

PISCIVM ET SVMMA GENVS HÆSIT VLMO.

VT *Ouid.* in Deucalionis diluuio, lib. I. Metamorph.

---*hic ſumma piſcem deprendit in vlmo.*

ET SVPERIECTO ÆQVORE.

ÆNEIDE XI.----*Scopulóſque ſuperiacit vndam.*

VIDIMVS FLAVVM TIBERIM.

BENE flauum dixit inundationem eius exprimens. Inundans Tiberis flauus eſt: albus verò, ſiue Albula, cum turbidus non eſt, ſic Æneid. VII.---*Tiberinus multa flauus arena.* Et Ouidij XIV.

In mare cum fulua prorumpit Tibris arena

Et quidem plerumq; Poëtis Tiberis flauus, quia & plerumq; turbidus fluit, & inundat creberrimè, & alueum mutat, & vertumnus eſt. Ouid. VI. Faſtor. Acro in Sat. VII. lib. II. Tangit & Horatius in arte Poët. Reſpexit eodem & T. Caius agens de adluuione aluei l. VII. D. De adq. rer. dom.

A LITORE HETRVSCO.

LITORE Tiberino, vt & carmine ſæculari, litus Hetruſcum pro Tiberino, & identidē Poëtis, Tiberis, *Tuſcus amnis*, veſtigio videlicet antiquitatis, quia olim Tiberis limes, imperium populi Rom. ſeparans ab Hetruria. Propert. Eleg. X. lib. IV. Iuuenal. Sat. IIX. Seruius ad Æneid. IIX. & XI.

VXORIVS AMNIS.

PROPRIE' Tiberis amnis. Varro IV. de Ling. Lat. *Vxorius* autem γυναικομανής, γυναικοκρατούμενος, γυναιμανής Gloſſæ. *Iuuenis vxorius* Panegyr. Maximiani & Conſtantini A A.

QVA PRECE FATIGENT.

B LACTANT in II. & IX. Thebaidem.

MINVS AVDIENTEM, CARMINA VESTAM.

CARMINA preces conceptas carmine, vt Epiſt. ad Auguſtum.

NVBE CANDENTES HVMEROS AMICTVS.

ACRO *Melius*, inquit, *candenti nube, quam candentis amictus*, &c. Sanè quidem melius. Nihil enim alienius à mente Poëtica, & rei veritate quam Apollo nube amictus. Nec enim proprius ille amictus Apollinis, ſed candor ipſe qui in orbe Solis. Neq; autē vt cenſuère Aduerſaria c. VII. lib. XXII. voluit Horat. exprimere illud Homericū de Apolline Iliad. I. ὁ δ' ἤϊε νυκτὶ
C ἐοικώς. Etenim ſub nube ibi Apollo, iratus peſtémq; ferens, at Quinctus noſter ſerenum optat venire & propitium. Neq; diſſimiliter & de illo reſponderis quod æquè diſconuenienter ex Iliad. V. proferunt.

-----Νεφέλῃ εἰλυμένος ὤμους. Velamentum ibi ſcil. nubes. Atqui nihil hoc ad Poetæ noſtri ſenſum. Candens itaq; nubes amictus ſereni Apollinis, tali enim ſpecie orbis Solis.

HEV NIMIS LONGO SATIATE LVDO.

SOLLENNIS precum formula in magnis malis, ad Deos nempe vt *iam ſatiati eſſe vellent*. vt Appiani Hannibalica. Romæ poſt cladē Cannenſem Deos precati εἴ τι μήνιμα ἐνοχλεῖ, κορεσθῆναι τοῖς γεγονόσι. *Si qua offenſa ſupereſſet, vellent ſatiati eſſe præteritis.* Hinc & illud Ciceronis Cæſariana I. *Videntur Dij immortales, vel placati*
D *iam vel ſatiati*, &c.

Ludum autem Martis quaſi laniſtæ committentis partes bello ciuili. Sic *Martis ſpectacula* huius libri Oda XXIIX.

QVEM IVVAT CLAMOR.

CLAMOR militaris in acie, qui dictus *Barbaricum* de quo Feſtus, *Barbaricum*, inquit, *adpellatur clamor exercitus, videlicet quod eo genere barbari vtantur*, &c. Dixiſſet fortè an expreſſius, *quod eo genere barbari vſi fuerint*, vt indicaret à Phrygibus & Troianis qui propriè barbari, ad nepotes eorum Romanos deriuatum eſſe hunc clamandi ritũ, quemadmodũ oſtendit A. Gellius c. XI. lib. I. Idem clamor dictus quoque *barritus*, de quo Renatus Vegetius rei militaris c. XIIX. lib. III. Ammian. Marcellinus lib. XXVI. Græ-

cis cioſinodi eſt ἐνυάλιος κέλαδος, vt Heliodo. Chariclіæ lib. I. Et ἀλαλαγμὸς ἐνυάλιος vt Xenophontis VII. Pædiæ, Plutarchi Mario, Heliodori Chariclіæ lib. IV. Homero eſt ἀλαλητός vt XIIX. Iliad. & aliàs. Hinc *clamorem tollere* T. Liuij lib. XXIII. & XXVII. αὐτοβοεὶ αἱρεῖν. Ipſo clamore in fugam dare hoſtes, vt Dionis lib. XLIX.

SIVE MVTATA FIGVRA.

ADSENTATORIÈ, Mercurium deliteſcere in ſpecie figuràq; Octauiani, atque ita Deum verſari inter homines. Sic paraſiticè Amphictyones olim decreuêre, & Pythia reſpõdit, Alexandrum eſſe filium Iouis--*Mortali velatum corpore Regem*----βροτόεντ' ἐν σώματι κρυπτὸν ἄνακτα Socrates Eccleſiaſt. c. XXIII. lib. III. τοῦ δὲ Μακεδόνων, inquit βασιλέως Ἀλεξάνδρου ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβαίνοντος, οἱ Ἀμφικτύονες Ἀλεξάνδρῳ ἐχαρίζοντο καὶ ἀνεῖλεν ἡ πυθία τάδε,

Ζῆνα θεῶν ὕπατον καὶ Ἀθηναίαν τριτογένειαν
Τιμᾶτε βροτέοντι ἐν σώματι κρυπτὸν ἄνακτα
Ὃν Ζεὺς ἀρίσταις γοναῖς ἔσπειρεν, ἀρωγὸν
Εὐνομίης θνητοῖς Ἀλέξανδρον βασιλῆα.

Lego καὶ ἀνεῖπεν ἡ πυθία τάδε, &c. Item βροτόεντ' ἐν σώματι. Ceteræ mendæ non tam à librarij alicuius manu quàm ex ore ipſius ψαλλίζοντος Apollinis.

IVVENEM IMITARIS.

VT Maronis Ecloga I. *Hic illum vidi iuuenẽ*, &c. Horat. Sat. VII. lib. II.

PATIENS VOCARI, CÆSARIS VLTOR.

VOVERAT hoc ita pro concione Octauianus Dio lib. XLV. vt & templum Ioui vltori ante bellum Philippenſe Ouid. V. Faſtor. Suetonius Auguſti c. XXIX. Plin. c. XIV. lib. XXXIII. Iuuenal. Sat. XIV.

SERVS IN CÆLVM REDEAS.

VT Martial. epigr. LXVI. lib. V. Et XXXIX. lib. IIX.

MAGNOS TRIVMPHOS.

MAGNOS triumphos ad diſcrimen ouationum, Dio lib. XXXVII. ἐπινίκια τὰ μείζω νομιζόμενα Plutarch. Craſſo. ὁ μέγας θρίαμβος. Et Marcello ὁ ἐντελὴς καὶ μέγας θρίαμβος. *Magnus perfectuſq; triumphus*. Item ὁ ἄριος καὶ φοβερὸς θρίαμβος. *Martius & terribilis triumphus*. Idem *iuſtus triumphus*, vt Epiſt. Vatinij ad Cicer. XI. lib. V. Et in Horat. Oda XII. Et *optimus triumphus* Oda IV. lib. IV. Idem *triumphus Curulis*. Suetonij Auguſto cap. XXII. Tiberij cap. IX. Contra ouatio πεζὸς θρίαμβος. *Triumphus pedeſter* Dionyſius lib. IX. Item *Triumphus minor* Plin. c. IV. lib. XV. Item alij.

HIC AMES DICI.

ATTICÈ Ariſtoph. Pluto φιλεῖς δ' αὐτὸ σφόδρα.

Oda III.

ODA προπεμπτική. Optat Virgilio mercatori felicem curſum Achaicum, ſiue nauigationem in Græciam, Athenas. Eàque occaſione additus locus communis ſiue declamatio in rei nauticæ inuentores.

SIC TE DIVA POTENS CYPRI.

Πρωθυστερία. Nam directum fuiſſet. *Nauis quæ tibi*, &c. Deinde, *Sic te Diua*, &c. Priores enim preces, ſequitur deinde votum. vt Æneide VI. in precibus Æneæ. Item aliorum apud alios.

Quare autem huic naui inuocatur Venus. Acro, *quia*, inquit, *ſidus Veneris nauigantibus proſperum*. Alij vt Aduerſar. c. XXVII. lib. IX. quia *Venus nata è mari*. Ego ſi quid mei iudicij eſt, dixero, quia tutela huic naui Venus, ſiue inſigne ac numen in puppi eius depictum, Venus.

SIC FRATRES HELENÆ LVCIDA SIDERA.

LVCIDA quia in orbe ſignifero, ſiue loco cæli oculatiſſimo. Petiêre hoc à Ioue vt ea regione cæli conſtituerentur, vbi auxilio egentib. *ſui conſpectus gratiam præberent* Germanicus Cæſar, ſiue Cæſius Baſſus in Arati Phænomena c. de geminis.

VENTORVMQ; REGAT PATER.

ÆOLVM intellexêre, Veriùs Iouem dixeris. Ventorum pater Iupiter. Homer. Iliad. II.

Κινήθη δ' ἀγορὴ ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης
πόντου Ἰκαρίοιο τὰ μέν τ' εὖρός τε νότος τε
ὤρορ' ἐπαΐξας, πατρὸς Διὸς ἐκ νεφελάων.
Concio ſe mouit longè velut æquore fluctus
Icarij pelagi, quos Eurus & ſpiritus Auſtri,
Nubibus ex patris inflauit Iouis, agmine facto.

Iupiter ventorũ pater quia veteres phyſici ventum eſſe dixêre ἀέρα κινούμενον καὶ ῥέοντα, *aërem agitatum & fluentem*, vel κίνησιν ἀέρος *agitationem aëris*, vt apud Ariſtotelem meteorolog. c. XIII. lib. I. Plutarch. Quæſtionib. Platon. Lucret. lib. VI. Plin. c. XLIII. lib. II. Victruu. c. VI. lib. I. Arnob. lib. VI. At Æolus non pater ſed magiſter ventorum, ſiue vt Homericè dixeris ex Odyſſ. X. ταμίης ἀνέμων *Promus & condus ventorum*, ſiue rex ventorum vt Æneid. I. Hiſtoricè hoc Geographus explicat lib. I. Euſtath. ad Odyſſ. X.

OBSTRICTIS ALIIS.

ALII, *obſtrictis*, Seru. verò ad Æneid. IIX. profert hunc locum & legit, *obſtruſis*. Omnia conuenire poſſunt, *obſtrictis*, nempe quaſi in vtre ventorum de quo eſt Odyſſ. X. obſtructis & obſtruſis, vt in carcere ventorum, Æneid. I.

PRÆTER IAPYGA.

GLOSSÆ, *Clores* Ἰᾶπυξ ἄνεμος Lege *Corus* id eſt, *caurus* Malè corrigunt *chloris* Idem videlicet pleriſq; habitus Iapyx & caurus, vt Fauorino apud A. Gellium c. XXII. lib. II. & Apuleio lib. de mundo. Verum alijs Iapyx Fauonios eſt, vt Ren. Vegerio rei mil. c. XXXIIX. lib. III. Alijs Iapyx, Olympias, vt auctori libro de mondo.

ET SERVES ANIMÆ DIMIDIVM MEÆ.

HINC illud D. Auguſtini c. VI. lib. IV. Confeſſionum. *Bene quidam dixit de amico ſuo*,

ſuo, dimidium animæ meæ, &c.

ILLI ROBVR ET ÆS TRIPLEX CIRCVM PECTVS.

ILLE χαλκεοκάρδιος, vt Theocrit. Idyll. XIII. Veteris Poëtæ verſus apud Plutarch. lib. de fructu ex inimicis. Κεῖνος ἐξ ἀδάμαντος ἢ σιδάρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν. *Ille ex adamante, aut ferro, fabricatum cor nigrum.* *Æs* ſcil. poëticè & antiquè pro ferro. Sic χάλκεον ἦτορ Iliad. II.

PRÆCIPITEM AFRICVM DECERTANTEM AQVILONIB.

SIGNANTER non Aquiloni ſed Aquilonibus. Africo nempe ex linea antica ſiue diametro contrarius nõ eſt Boreas ipſe propriè dictus, B ſiue Aquilo, ſed Cæcias, vt cenſet Ariſtoteles Meteorolog. c. VI. lib. II. At communiter omnes à Septẽtionis latere venti Aquilones ſiue Boreæ, vt à meridie Noti ſiue Auſtri. Ariſtot. Meteorolog. c. IV. V. & VI. lib. II. Problemate XV. & ſeq. Partis XXVI. Africus autem eſt à meridie, ſic itaque pugnat Aquilonibus, ſiue Boreis.

TOLLERE SEV PONERE VVLT FRETA.

NOTVS ſiue Auſter dicitur generatim, ſpecies eius *Notus niger* qui Ariſtoteli Νότος ἐξαγένης ſiue geminus, Meteorolog. c. VI. lib. II. & *Notus albus* ſiue λευκόνοτος. Niger fluctus tollit, albus ponit. A Noto itaque ſiue Auſtro fluctus tolli ſiue citari & componi ſiue ſedari in ſua quieque ſpecie verum eſt: at in genere, ſiue de omni, C falſum eſt.

Albi Noti eſſe fluctus componere patet Oda VII. ſeq.

Albus vt obſcuro deterget nubila cælo
Sæpe notus, neq; parturit imbres
Perpetuos---

Rutilius Numatianus Itinerarij lib. I.

Aptabam nitido pendula vela noto.

Nitidum dixit notum, vt Horatius *album*. Auſonius in Monoſyllabis

Veluoleq; maris conſtrator Leuconotus libs.

De albo autem noto ſiue λευκονότῳ Vitruuius VI. lib. I. Vegetius c. XXXIX. lib. IV. de re milit. Geographus autem lib. I. hunc ab Homero νότον ἀργέστην vocari ait.

QVEM MORTIS TIMVIT GRADVM. D

MORTIS gradus multi, Primùm duo, terreſter vnus, alter maritimus. Ille quàm hic morti vicinior, ſiue in mari & naui plus periculi, quàm itinere terreſtri. Sed itinere terreſtri gradus item mortis multi, vt in præcipitio viciniores morti quam loco plano, & itinere à latronibus obſeſſo, quam aliàs. Sed nullus morti gradus vicinior quam ille nautarum in mari. Hunc gradum qui non timuit, multò magis alios à morte remotiores neglexit. Tangere Poëta velle videtur Schytæ illius Philoſophi Anacharſidis verbum qui μαθὼν τέτταρας δακτύλους εἶναι τὸ πάχος τῆς νεὼς: τοσοῦτον ἔφη θανάτου τοὺς πλέοντας ἀπέχειν. *Cum intellexiſſet nauis tabulam latam eſſe digitos* IV. *dixit eos qui naue veherentur illa,* A *totidem digitis diſtare à morte.* Laërtius in Anachars. Reſpexit eodem Iuuenalis Sat. XII. cui nauigans eſt

---digitis à morte remotus
Quattuor aut ſeptem ſi ſit latiſſima tæda. Et Sat. XIV.
Curatoris eget qui nauem mercibus implet
Ad ſummũ latus, & tabula diſtinguitur vnda.

Vt ſi diceret. Furioſus eſt qui hunc proximum gradum mortis non timet. Sic & Dio Chryſoſtom. orat. II. de fortuna τριδάκτυλον ξύλον πεύκινον dixit *trium digitorum tabulam abiegnam*, de naui intelligens. At Seneca Philoſophus etiam alios extra nauigationem eſſe gradus morti proximos Epiſt. L. *Erras*, inquit, *ſi in nauigatione tantum exiſtimes, minimum eſſe quo morte vita diducitur*, &c. Aliter de gradibus mortis Acro, qui refellitur in Aduerſarijs CXXVII. lib. IX. vbi & alia de gradibus mortis ſententia, ſed vt arbitror non ad ſaliuam Poëtæ. Ad hunc ita proximum morti gradum reſpiciens quoq; Anacharſis idem interrogatus vtri plures viui an mortui? interrogauit etiam ipſe τοὺς οὖν πλέοντας ποῦ τίθης. *Nauigantes vbi numeras?* Critici malè auſi mutare τοὺς οὖν πλείονας, &c. *Ergo plures vbi numeras? plures* id eſt mortuos. *Plures* quidem Atticè dici pro mortuis certa res. Sed nihil ad mẽtem hoc Schytæ illius, qui vt eſt μισοταύτης, incertum videri vult in viuis numerandi, an mortuis.

MONSTRA NATANTIA.

VT Iuuenal. Sat. XIV. *Oceani monſtra.*

QVI VIDIT MARE TVRGIDVM.

MARE turgidum dici poteſt bifariam. Vel in tempeſtate ſiue hieme, vt nunc Horatius accipit, atque ita mare *tumeſcere* Virgil. dixit I. Georg. Ouid. I. Fabular. vel anterius tempeſtate, atque ſic maris tumor, venturæ hiemis prognoſticum apud Aratum.

INFAMES SCOPVLOS ACROCERAVNIA.

LACTANTIVS ad Thebaid. VI. profert & legit, *Alta Ceraunia.* Sic enim libri antiqui. Et quidem Maroni ſunt quoq; Alta Ceraunia I. Georg. Sed haud dubiè Flacco ſunt *Acroceraunia*, vt & Plinij c. XI. & XXIII. lib. III. c. I. & XXVI. lib. IV. Pauſanias lib. I. τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν, ἃ κεραύνια λέγουσι.

SEMOTIQ; PRIVS LETHI.

QVIA bonis temporib. vita hominib. longa. Plinius c. XXXVII. lib. II. D. Cyprian. Epiſt. II. D. Auguſtin. c. XIV. lib. II.

Oda IV.

INVITATIO eſt ad lætitiam die feſto Kalend. Martij ſiue matronalibus, Matronarum dies ille, non virorum. Ergo viris auſteris & negotioſis nihil faciebat hic dies: hilarioribus autem & Venerijs nepotulis, vt Flacco, ſpectacula tunc Nympharum & Gratiarum, paratis & ca-

Digitized by Google

tillare partem lætitiæ inter veneres illas. Eóque & L. Sextium inuitat nunc poëta. Hinc perſpicua res, quàm nihil ad poëtæ mentem hactenus omnes interpretes in ſuis quæ vocant, argumentis & commentarijs & commentis.

NEC PRATA CANIS ALBICANT PRVINIS.

CANIS pro albis Lactant. ad Thebaid. I. Albicare pro albeſcere Priſcianus c. II. & VI. lib. IIX.

IMMINENTE LVNA.

INTERPRETATI Acro & Porphyrio, *adpropinquante*. Alij *Supra caput lucente*, & conſomniauêre de choreis in radio lunæ, quales hodieq; per compita plebeculæ chori ad Lunam. Cucurbitas hoc quidem lippire eſt, non autem Poëtæ mentem videre. Flaccus ad lætitiam nouilunij hortari ſolitus, vt Oda XIX. lib. III. *Da lunæ propere nouæ*, &c. Sed nunc quidem peculiariter ad lætitiam diei feſti hortatur, qui Kalendis Martijs. Kalendis imminet Luna, quippe noua tunc eſt. Hinc kalendis calatio illa Pontificis. *Quinq; Kalo Juno Nouella*, &c. Varro lib. V. Et Plutarcho in Galba Kalendæ ſunt νουμηνία. Επῆλθεν ἡ νουμηνία, inquit, τοῦ πρώτου μηνὸς ἣν Καλάνδας Ἰανουαρίας καλοῦσι. Aduenit nouilunium primi menſis, quas Kalendas Ianuarias vocant. Et in Gloſſis *Calendæ* Νεομηνίαι.

Sic *itaq; imminente Luna* ſiue nouilunio Calendis Martijs *Cytherea Venus choros ducit*, & iunctæ Nymphis Gratiæ tripudiant, nempe matronalibus ſiue matronarum feſto die. Veneris dies ille, non enim viduarum ſed maritarum dies. Nympharũ & Gratiarũ dies ille, quia & ruri & in vrbe. Choris autem & epulis acta matronalia illa patet Flacci Oda IIX. lib. III. Et Ouidij III. Faſtorum, qui quidem etiam ipſe vt nunc Flaccus noſter Matronalibus veris ineuntis tempus adpingit, & inter alias cauſſas cur matronalia kalendis Martijs, hanc quoq; adpoſuit.

Quid? quod hiems adaperta gelu tunc deniq; cedit,
Et pereunt victæ ſole tepente niues,
Arboribus redeunt detonſa frigore frondes,
Vuidaq; in graudo palmite gemma tumet,
Quaq; diu latuit, nunc qua ſe tollat in auras
Fertilis occultas inuenit herba vias.
Nunc fecundus ager, pecoris nunc cura creandi,
Nunc auis in ramo tecta laréміq; parat,
Tempora iure colunt Latiæ fecunda parentes,
Quarum militiam votáq; partus habet.

Deniq; omni genere lætitiæ acta illa fuiſſe à matronis Matronalia, inde perſpicua res, quòd quæ menſe Xbri Saturnalia viris, ea Kalendis Martijs, Matronalia matronis. Itaq; Macrobius Saturnalibus c. XII. lib. I. Kalendis Martijs. *Seruis*, inquit, *cœnas adponebant matronæ, vt Domini Saturnalibus.*

Bella autem mulierarijs occaſio tunc venaturæ. Nam dabant & recipiebant his kalendis ſiue Matronalibus matronæ & puellæ Xenia & apophoreta. Itaq; in cælum Martialis femellarius abire ſibi videtur, quod hæ Kalendæ ſint ei na-

A talitiæ epigr. XXIV. lib. X.

Natales, inquit, mihi Martiæ Kalendæ
Lux formoſior omnibus kalendis,
Qua mittunt mihi munus & puellæ.

Et cur puellis Xenia tunc & apophoreta miſciculauêre illi γυναιμανεῖς? nempe vt felix venatio eſſet veneréſq; illas volentes propitias ſibi haberent. Bene auctor ille quiqui eſt, apud Suidam. Δεινοὶ γὰρ οἱ γυναικοθῆραι, εὐπρεπεῖς αἰτίας εὑρίσκειν εἰς ἄγραν τῶν θηλειῶν. *Callidi accipe tres illi mulierarij occaſiones ceperire honeſtas feminarum venaturæ.* Ex Martiale idem pateſcit libri eiuſdem epigr. XXIX. Indicio & Flaccus ipſe qui non minus nequiter & argutè nouilunio illo ſiue luna illa imminente. *Venerem* ait *choros ducere, Nymphas &*
B *Gratias tripudiare*, Vulcanum autem Cythereæ maritum. *Vrere graues Cyclopum officinas*: Intelligi vult maritos negocioſos in caſtris, in foro & comicio eſſe, maritas eis in Matronalibus ſuis, *cornua*, vt aiunt, *facere*, ſiue vt loquitur Artemidorus c. XII. lib. II. τὸ λεγόμενον, κέρατα ποιεῖν. Hoc verò quemadmodum dicatur, & ſi non obſcurum ex Artemidoro eſt, tamen & Nicetæ narratiuncula de Andronico Imperatore lib. II. lucem quoque accipere poteſt.

Hinc ergo & tam inſtanter mulieres petere ſolitæ à viris ſibi dari vnde munuſcula mitterent kalendis Martijs, quemadmodum Plautus eas petentes fecit, in Pyrgopolynica, Sc. IIX.

Da mihi vir Kalendis mittam, cum Martiæ venerint

C Sic eleganter libri veteres: at noui nouitij diſtortiſſimè.

Da mihi vir kalendis quod meam matrem iuuerit.

Hinc & lux l. XXXI. §. Si vir D. de Donat. inter vir. & vx. *Si vir vxori munus immodicum Kalendis Martijs, aut natali die dediſſet, donatio eſt*, &c. Hanc autem munerum Kalendis Martijs ſiue Matronalibus mutitationem Tibullus pingit eleg. I. lib. III.

Et vaga nunc certa diſcurrunt vndiq; pompa
Perq; vias vrbis munera perq; domos.

Ex eo ritu & apud Suetonium Veſpaſianus c. XIX. *dabat ſicut ſaturnalib. viris apophoreta, ita & per Kalendas Martias feminis.*

Tangunt autem Matronalia & alij plæriq; vt
D Feſtus in *Martias kalendas*. Seruius ad Æneid. IIX. Plutarchus in Romulo.

Dixi à principio, Nymphas ruri, Gratias in Vrbe. Rectè. Nam Gratiarum templa in foro, ſiue vrbe media, vt apud Pauſaniam Laconicis. Et Orchomeni apud eundẽ Boëticis, & Olympiæ. Idem Eliacis, priorib. Sic & Ariſtoteles c. V. lib. V. ad Nicom. Διὸ καὶ χαρίτων ἱερὰ ἐμποδὼν ποιοῦνται, &c. Explicat Euſtratius ἐμποδὼν, ἐν τῷ μέσῳ, id eſt, *in medio*. Medium vero in ciuitatib. forum.

Satis hæc de *imminente Luna*, & quidem ἀναντίλεκτα, extra quam ſi quis ex Aduerſarijs cap. XI. lib. XXX. mauult narrare Venerem aduentare verni anni principio, & choreas ducere, imminente Luna, id eſt, Veſpere noctuq; Deos enim

cerni

Digitized by Google

cernî nolo interdiu. Si cui bella interpretatio illa, facile patior. Mihi quidem hercle nullus obtruſeris.

SPEM INCHOARE LONGAM.

QVOD *viuimus, laté diſponere* L. Seneca Epiſt. C. ſiue vt ego *numero* ıc. Sic Oda ſeq. xı. *ſpatio breui ſpem longam reſeces.*

ET DOMVS EXILIS PLVTONIA.

NVGAS egere, qui inter pretati nouo ſenſu, *exilem* arctam, propter copias vmbrarum ex bellorum ciuilium occidionibus. Nam Flaccum *exilem domum* illam vocare, quia exiles vmbræ ibi ſiue manes ipſe argumento ſibi eſt, cum præmiſit, *fabulaq; manes.* Vt *fabulas manes*, ſic domum eorum exilem dixit quaſi plenā fabellis, ex decreto ſcilicet magiſtri ſui Epicuri.

NEC REGNA VINI SORTIÊRE TALIS.

PROPTER hanc regis in conuiuio creationem, tali ſemper à principio adpoſiti in mēſa, vt Plauti Aſinaria Sc. xıv. Et Turpilium Thraſyleone cuius locus apud Marcellum in *Inuitare* Rex fiebat qui Venerem iecisſet. Plutarchus in Catone Vticenſi. Et quidem quod apud Plutarchum Cato iunior dixit μὴ καλῶς ἔχειν ἀκούσης τῆς Ἀφροδίτης. *Nō placere inuita Venere*, forte an non tam περὶ μειδῶν dixit, vt Plutarchus narrauit, quam de regno, ſiue dominio conuiuij. Et quidem propter hanc regis creationem fieri ſolitam iactu Venerio, dictus quoque iactus ille baſilicus, vt Plauti Curculione Sc. vı.

Regi deinde ita creato plauſus clarè datus à concœnis ſiue conuiuis, vt Aſinariæ Sc. xıv. Tum illi ſiue regi ſiue magiſtro, ſiue ſtratego, ſiue modimperatori propinabatur magnum poculū, ſiue cantharus mulſi, ſiue dulciculæ potionis. Plautinæ Curcul. Sc. vı. Stich. Sc. xıı. Aſinariæ Sc. xıv.

Oda V.

MOECHÆ Pyrrhæ nuntium remittit, vt M. Antonius Cytheridi apud Ciceronem Philipp. ıı.

GRACILIS PVER.

ADFECTATA in delicijs & amoribus gracilitas, vt Terent. Eunucho Act. ıı. Sc. ııı.

---- Quas matres ſtudent

Demiſsis humeris eſſe, vincto pectore vt graciles ſient.

&c.

Sed mediocris & ſine macie gracilitas illa. Ouidius lib. ıı Nequitiæ, in præcepto, Amicarum vita lenioribus verbis molliend a eſſe,

Sit gracilis, macie quæ male viſa ſua eſt.

Puto ſcripſerat Ouidius *---- macie quæ male niſa ſua eſt.*

Quæ malè ſiue vix atque ægrè nititur ſiue ſuſtinet ſe propter maciem ſiue præ macie. Quaſi & Lucretius ſenſu lib. ıv.

Ἰσχνὸν ἐρωμένιον *tum fit, cum viuere non quit*

Præ macie---- Huiuſmodi gracilitas itaq; ſiue ma-

A cies laudi non eſt, quocirca & Theocrit. Idyll. x. conuicium eſt ἰσχνά ſiue *gracilis*. Et μάντις καλαμαία, *ſiue cicada.* Ad ſine conuicium &, *cinguli homines.* De quo Feſtus. Quemadmodum & Dio Chryſoſt. orat. de virtute Ἄνδρες λεπτοί τε καὶ ἄσαρκες, καὶ τῶν σφηκῶν τὰς γαστέρας μᾶλλον ἐντετμημένοι *viri tenues & ſine carnibus, & ventre magis inſecto, magiſq; cingulo, quam veſpæ.*

MVLTA IN ROSA.

ROSA nempe flos Veneris, Auſonius in Roſis, Fulgent. Mythol. lib. ıı. Aphthon. Progymnaſm. Caſſianus Baſſus Geopon. lib. xı.

GRATO SVB ANTRO.

VT Odyſſ. ı. Calypſo Vlyxem ἐρύκει ἐν σπέσι γλαφυροῖσι

QVI NVNC TE FRVITVR AVREA.

B ARGVTE' & cum aculeo dixit *auream*, vt Venus πολύχρυσος, quia non aliter quam auro ei litatur. Dio Chryſoſt. orat. de tyrannide. Et mœcharum baſia poſcinummia Apuleius lib. x.

INTENTATA NITES.

DICO ad Odam ııı. lib. ııı.

SVSPENDISSE VESTIMENTA.

VT Æneid. xıı. ſoliti Laurenti Deo

---- votas ſuſpendere veſtes.

POTENTI MARIS DEO.

DOMINO maris, vt Oda ııı. *Diua potens Cypri*, domina Cypri, Δυνάτη ſiue κρατοῦσα, Macrob. Saturn. c. ıv. lib. ııı. Diomedes c. ıv. lib. ı. Sic Oda ſeq. *Muſa lyræ potens.* Fruſtra

C quæſiuêre aliqui, *potens*, pro, *potiens*, vt Aduerſ.

Oda VI.

M. Vipſanio Agrippæ petenti, vt res eius geſtas deſcriberet, reſpondet non eſſe materiam Odis conuenientem.

SCRIBERIS.

ALIQVI *Diceris*, vt reſpexerit Poëta ad nomen carminis Epici.

HOSTIVM VICTOR.

SEXTI Pompei & M. Antonij. Agrippa enim Auguſti victoriarum ſocius. C. Tacitus Annali ı. M. *Agrippam victoriæ ſocium*, &c. Hæc itaq; Horatio recuſandi cauſſa verior, ne Agrippam laudans, de Auguſti laudibus delibaret.

D MOEONII CARMINIS ALITE.

LEGVNT aliqui *Mœonij carminis aliti*, vt ſit Varius hic ales ſiue aquila epici carminis. Alij explicant Mœonij carminis ſtilo. Melius Porphyrio, *Sublimitate carminis Homerici.* Mœonio ſcil. carmine dicet te Varius quod eſt inſtar alitis ſiue tanquam ἀετὸς ἐν νεφέλαις. *Aquila in nubibus.* τὸ ὕψος nempe ſiue ſublimitas ſtili, tanquam aquila eſt, de qua Longinus.

Et dixit Mœonij ſiue Homerici potiùs quàm Epici, quaſi Agrippæ res geſtas ſcripturus Homero par eſſe debeat, vt Agrippa non inferior

Digitized by Google

Achille. Sic Epigr. Græco Dionyſij ad Muſam A
Calliopam.

τίκτε μοι ἄλλον Ὅμηρον, ἐπεὶ μόλεν ἄλλος Ἀχιλλεύς

Mæonidem nunc ede nouum, nam ecce alter Achilles.

QVAM REM CVMQVE.

LEGVNT alij *Quâ rem cunq;* vt Antonius Muretus varijs c. VII. lib. IX. Melius *Quam rem*, &c. Non enim tam loca vbi res geſtæ, quàm res ipſas vt quæq; geſta, intelligi vult Poëta.

NAVIBVS AVT EQVIS.

NAVIB. contra Sextum Pompeium. Dio lib. XLIX. Velleius lib. II. Plin. c. IV. lib. XVI. Sueton. Auguſti, c. XXV. *Equis* bello Peruſino Appian. bell. ciuil. lib. V. B

TE DVCE.

TE *duce*, ſed auſpicijs Auguſti. Res geritur, aut ductu, & auſpicijs alicuius vt Coſ. in Repub. vetere: aut ductu alicuius præſentis vt nunc Agrippæ: auſpicijs verò abſentis, nempe Principis Romani, vt nunc Auguſti, Sic Suetonij Auguſto c. XXI. & Oda ſeq. VII. Principium huiuſce diſcriminis ab Auguſto, vt indicio eſt Horatius ipſe Oda XIV. lib. IV. Hinc quoq; diſcrimen triumphi & triumphalium ornamentorum.

NEC STOMACHVM PELIDÆ GRAVEM.

NOTAVÊRE Grammatici eſſe *ταπείνωσις*, *Stomachum Pelidæ*, pro ea quam dixit C Homerus Μῆνιν Πηληϊάδεω, Minus enim eſſe *ſtomachum* quam *iram* ſiue *μῆνιν*. Diomedes c. VI. lib. II. Cariſius lib. IV. Potuit notari amplius, etſi *iram* dixiſſet Horatius, tamen futurum lenius quam eſt *μῆνις*. Μῆνιν Achillis Homerus intelligi voluit iram furentem. Itaque Homerus ipſe Iliad. I. Αὐτὰρ ὁ μήνιε *at ille furebat*. Sic *furenter iraſci*, apud Ciceronem Epiſt. I. lib. VI. ad Att. dixeris *μαίνεσθαι*. Et Iliade eadem Ἀτρείδης δ' ἑτέρωθεν ἐμήνιε. *Agamemno altrinſecus furebat*, ſiue furenter iraſcebatur. Hoc itaq; Μῆνις magis quàm vt grãmatici accepêre *ἐπιμένουσα ὀργή*. *Ira permanens*. Bene Phocylides.

Ὀργὴ δ' ἐστὶν ὄρεξις, ὑπερβαίνουσα δὲ μῆνις.
Ecce definitio, quid *μῆνις*; ὀργὴ ὑπερβαίνουσα. D *Ira excedens* Tres nempe hi gradus. θυμὸς, ὀργὴ, μῆνις. Etenim θυμὸς, ὀξὺς καὶ ὀλιγοχρόνιος, *velox & breuis*, ὀργὴ βραδυτέρα μὲν πολυχρονιωτέρα δὲ, *Tardior ſed diuturnior*, Suidas, Euſthat. At *μῆνις*, ira furens.

Bene autem Horatius cum *ἐπιτατικῶς* dixit *ſtomachum grauem*. Ita enim corrigitur *ταπείνωσις* & bene exprimitur vis vocabuli Homerici *μῆνις*.

NEC CVRSVS DVPLICIS PER MARE VLYSSEI.

VT ſtomachũ graue Pelidæ dixit pro Iliade ſiue materia Iliadis, ita nunc curſus Vlixi pro Odyſſea, & mox Pelopis domũ pro tragœdia. Videlicet ſe imparem eſſe ait materiæ & ſcriptioni Iliadis, Odyſſeæ, Tragœdiæ.

Habent autem libri aliqui. *Nec curſus duplices*, Atque ita Priſcianus legit c. IV. lib. I. c. VI. lib. VII. Rectum fortè arbitretur hoc aliquis & tangi ab Horatio ſententiam eorum qui exiſtimauêre Vlixem erraviſſe in vtroq; mari, nempe, mari Oceano & mari magno, ſiue mari intra Oceanũ, de qua ſententia Geographus lib. III. Euſthat. ad X. Odyſſ. Sed fruſtra illi fuerint. Horatius enim ad Homerum reſpicit, cui Vlyxes duplex, ſiue χαλκοῖσι δόλοισι κεκασμένος dolis inſtructus & ſubornatus malis, ſiue aſtutiis, vt Iliad. IV. Nugas egêre, qui duplices curſus accipi voluêre vicennales.

CVLPA INGENII.

A *Bετινὴ* vt Auſonij præfatione ad Theodoſium A. Et Prooemio ludi ſeptem ſapientum.

TVNICA TECTVM ADAMANTINA.

LORICA, quæ Græcis χιτών. Euſthat. ad Iliad. II. Idem itaque χαλκοχίτων & χαλκεοθώρηξ.

AVT MERIONEM.

MARTI parem. Homero in Bœotia Meriones ἀτάλαντος ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ, id eſt ἴσος Ἄρηϊ. *Par, ſiue æqualis Marti*. Euſthatius. Bene itaq; hunc cum Marte copulauit, vt & mox Diomedem *ſuperis parem*, hoc eſt Marti & Veneri vt patet Iliad. V. Virgil Æneid. XI. Talem autem Flaccus nunc intelligi vult Agrippam.

SECTIS IN IVVENES VNGVIBVS ACRIVM.

A *τρείως ſectis vnguibus*. Vngues arma puellarum Terentius Eunuchi Act. IV. Sc. III. Donatus in Eunuch. Act. V. Sc. II. Sed puellarum arma, in ſerio *acuti*, in amatorio, *ſecti*, *Acuti*, vt vngues Cynthiæ Propertianæ Elegiæ IIX. lib. IV.

Phyllidos iratos in vultum conijcit vngues. Secti, vt in Poemate Licinij Calui apud Cariſium. lib. I.

Vaga candida Nympha, quod ſecet vngui.

Vbi Nympha pro puella, vt hodie Italis. Sic Ouid. Nequitiæ lib. II.

Ille ego ſim teneras cui petat vngue genas.

VACVI SIVE QVID VRIMVR.

SIVE vacui nempe otioſi & vacantes à negocio amoris. Amor nempe σχολαζόντων ἀσχολία. *Otioſorũ negotium*. Diogenes apud Laërt. Epictetus in altercatione. *Quid eſt amor? Otioſi pectoris moleſtia*, &c.

NON PRÆTER SOLITVM LEVES.

LEVITAS enim amori propria, vnde & alatus ſiue pinnis aptus pingi ſolet, quia ſcil. amãtiũ ψυχαὶ μετεωρίζονται καὶ εὐμετάβλητοι ὡς πετόμεναι, Alexander Problem. XXXVII. lib. I. Et Heliodorus Chariclia lib. IV Alis amoris denotari amantium τὸ εὐκίνητον id eſt mutabilitatem. Et Iſidorus Peluſiota Epiſt. CCXXIII. lib. III ὅτι διὰ χόρον ἀφίπταται. *Quia propter ſatietatem auolat.*

Scripſit autem fortè an Poëta. *Nos præter ſolitum leues.* Videlicet, Ratenter quidem vacui: ſæpiſſime leues, quandoq; & præter ſolitum leues ſiue leuiſſimi amore ſcil. nouo & calente primitùs, aut in amoris ἀκμῇ ipſa & flore ſiue *acumine*, ſiue

ne, ſiue quemadmodum loquitur Plutarchus in Bruto χαθ' ὃν χρόνον ὁ ἔρως μάλιστα ἐπιφλέγει. Ακμλω amoris, acumen dixi, ex Arnobij lib. vi. *Phryne*, inquit, *illa Theſpiaca ſicut illi referunt, qui negocia Theſpiaca ſcriptitarunt, cum in acumine ipſo eſſet pulchritudinis Venuſtatis, & floris*, &c. vbi Arnobianè Theſpiaca negocia, pro res Theſpiacæ. Critici deleuêre illud *negocia*, & pro *acumine* repoſuêre culmine; vtrumq; infeliciter, vt item alij alia, effecturi ſi pertexerint, vt Arnobium, Pentheum habeamus & πένθος, aut Deiphobum—*Lacerum crudeliter ora. Ora manúſque ambas*, &c.

Oda VII.

LAVDATIO eſt agri Tiburtini. Alias alijs Poëtis regiones placere, ſibi autem Tibur, vt & Oda vi. lib. ii. Addunt aliqui eſſe quoque cohortationem ad voluptatem, Ego, timidè hercle, tamen dixerim, duas eſſe odas, coaluiſſe autem, quia vtráq; ad Plancum, & quia in vtraq; Tiburis mentio. At prior eſt de laudibus Tiburis: poſterior conſolatio Planci, Cuius principium. *Albus vt obſcuro*, &c.

CLARAM RHODON.

QVONIAM, vt inquit Stephanus lib. de vrbib. Rhodus νῆσος ἐπιφανεστάτη. *Inſula clariſſima*, aut quoniam θαλασσοκρατοῦσα. Geographus lib. i. & xiv. id eſt, *Domina maris*, Aut quoniam *celebrata operum nobilitate* A. Gellius cap. iii. lib. vii. Sed nihil eiuſmodi Horatius tangere nunc voluit, eò nempe reſpiciens, quod Rhodos Inſula Solis. Pindar. Olymp. Oda vi. Diodorus lib. v. Euſthat. ad Odyſſ. v. Item alij. Hæc caoſſa in mentem Horatio nunc, quia Poëtica maximè eſt.

AVT MITYLENEN.

HÆc propter pulchritudinem laudata L. Geographus lib. xiii. Tullius Agraria ii. Vitruuius c. vi. lib. i. Longus in Paſtoritijs. Sic *Mitylene pulchra* Horatij Epiſt. xi.

AVT EPHESVM.

LAVDATAM propter templum Dianæ, de quo dixi ad ſpectacula Martialis.

BIMARISVE CORINTHI MOENIA.

Διθάλασσον, vt apod Sibyllam in Oraculis lib. v. καὶ τεῖχος διθάλασσον, &c. Prudentius lib. ii. aduerſus Symm. *Bimaris de ſtirpe Corinthi.* Rutilius Numatianus Itinerarij lib. i.

Qualis per geminos fluctus Ephyreius Iſthmos
Ionias bimari littore findit aquas.

Sita nempe Corinthus eſt inter Ionium & Ægeũ mare. Tullius Agraria ii. Nicetas, annalib. in Manuele Comneno lib. ii. Lactant. in i. Thebaid. Item Geographi.

VNDIQ. DECERPTÆ FRONDI PRÆPONERE OLIVAM.

MALVÊRE aliqui, *vndiq; decerptam fronti præponere oliuam* vt Aduerſat. c. xxvi. lib. xi. & interpretati, cingere ſibi caput oleagina co-A rona omni alio frondis genere permiſta, & hoc ita tropicè dictum eſſe pro laudes Athenarum & oleæ, quaſi cupreſſum vbiq; adpingere. Alij, omnibus terris anteponere Athenas. Alijs aliud in mentem fuit, ſed diuerſi omnes à poëtæ ſenſu. Iunxit nempe Flaccus Athenas & oliuã, & haud dubiè ſcripſit—*& vndiq; decerptæ frondi præponere oliuam.* Alijs, inquit, Poetis hoc vnum opus eſt laudare Athenas & oliuam. Athenas omnibus terris anteponere: oliuam autem omni frondi. Quam oliuam? Sacram in arce Mineruæ ſiue ἀκροπόλει oliuam, τὸν ἱερὸν Ἀθήνησι τῆς ἐλαίας θαλλὸν vt loquitor Ariſtoteles in Admirandis & Dio Chryſoſto. Orat. iv. de regno. Eaq; oliua propriè μορία, vt olympiaca oliua καλλιστέφα-B νος Iul. Pollux. cap. xii. lib. i. ἡ δὲ ἱερὰ ἐλαία, μορία: ἡ δὲ ἐν Ὀλυμπία καλλιστέφανος. Neque vna ſed plures oliuæ ſacræ in Acropoli. Teſtis interpres Ariſtophanis ad Nebulas. Αἱ ἱεραὶ, inquit, ἐλαῖαι τῆς Ἀθηνᾶς ἐν τῇ ἀκροπόλει μορίαι ἐκαλοῦντο *Oliuas Mineruæ ſacras in Acropoli Morias vocabant.* Suidas in Μορίαι numerum expreſſit nempe xii. olim fuiſſe, quæ ex Acropoli tranſplantatæ in Academiam. Deinde caoſam huius nomenclaturæ, & rationem ſubiungit adfluentiſſimè. Poëtæ itaq; Athenarum laudatores, ſiue Panegyriſtæ, eâdem ſoliti omnes *& Moriam* ſiue ſacram Mineruæ oleam celebrare, qua nihil Athenis ἀξιομνημονευτερον, ſiue commemorabilius. Ergo & Tullius eam i de legibus recen-C ſet inter *ſtirpes quæ non agricolæ cultu ſed Poëtæ verſu ſeminata*, quia nempe ingenijs Poëtarum celebratiſſima. Laudandi Moriam illam Poëtis millia argumentorum. Pono dicis cauſa vnum, alterum. Vt Mineruæ illam φιλοτέχνημα & ſpecimen artis fuiſſe in certamine cum Neptuno. Deinde multa eius miranda, vt *ſempiternam eſſe.* Tullius ii. de legibus Plin. c. xliv. lib. xvi. Cumq; incenſa vrbe à Medis, & moria illa exuſta eſſet, eopſe die rurſus bicubitalem excreuiſſe, Pauſanias in Atticis, κατακαυθῆναι τὴν ἐλαίαν ἡνίκα ὁ Μῆδος τὴν πόλιν ἐνέπρησεν Ἀθηναίοις, κατακαυθεῖσαν δὲ αὐθήμερον ὅσον τε ἐπὶ δύο βλαστῆσαι πήχεις. *Exuſtam oleam illam, aiunt, quo tempore Medus Vrbem Athenenſium inflammauit; exuſta verò*
D *cum eſſet eo ipſo die quaſi ad bicubiti longitudinem germinaſſe.* Tangere hoc velle dixeris Ariſtotelem, qui in Admirandis Ἀθήνησι, inquit, φασὶ τὸν ἱερὸν τῆς ἐλαίας θαλλὸν ἐν ἡμέρα μιᾶ βλαστῆσαι, καὶ πλέονα γενέσθαι ταχὺ δὲ αὖ πάλιν συστέλλεσθαι. *Aiunt Athenis ſacrum oleæ termitem die vno natum & fruticaſſe, & celeriter factam mox breuiorem.* Illud prætereа laudis argumentum quod ex morijs oleum Athenis præmium Athletis qui Panathanæa viciſſent. Interpres Ariſtoph. ad Nebulas. Suidas in Μορίαι, & in Παναθήναια, vbi menda ſcripturæ ſic elui poteſt. καὶ ἀγωνίζεται δὲ παῖς, ὡς καὶ ἴσθμια, καὶ ἀγένειος, οὐ μόνον πρεσβύτερος καὶ ἀνήρ.

Iámne autem ſatis hæc de Athenis & olea? Immo enim ſupereſt. Cum oliuam ſacram Poëta

Digitized by Google

præponi ait, frondi vndiq; decerptæ, tangi ritum illum Atticum Panathenæis, πάντα ἄνθρωπον κεκτημένον ἐλαίας ἀναγκάζεσθαι μέρος τι παρέχειν ἐς τὰ παναθήναια. *Omnes mortales qui in Attica poſſiderent oleas, coactos partem aliquam conferre ad Panathenæorum impenſam.* Impenſam ſcil. olei, quod præmium vt dixi, athletis, Interpres Ariſtophanis. Soliti ergo in Panegyricis ſuis Poëtæ Moriarum exaggerare laudes comparatione ad oleas ceteras. A

Propter hanc verò tantam Moriarum celebritatem etiam M. Antonius III. vir ad bellum Parthicum profecturus quaſi ominis cauſa, ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἐλαίας στέφανον ἔλαβε *de ſacra oliua ſibi coronam ſumſit.* Appianus in Parthica.

APTVM DICIT EQVIS ARGOS. B

MELIVS Seruius ad I. & XI. Æneid. & Lactant. IV. Thebaid. *Aptum dicet,* &c. vt à principio, *laudabunt*, &c. *Dicet* autem verſibus ſcil. vt Oda XXI. huius libri. Oda XII. lib. IV. Virgilij Ecloga III. & V.

DITESQ; MYCENAS.

QVARE dites Mycenæ patet Geographi lib. IIX.

PATIENS LACEDÆMON.

PATIENS cum alijs inſtitutis, tum propter διαμαστίγωσιν, ad aram Orthiæ Dianæ. De qua flagellatione plenæ hiſtoriæ, Lactantius in Thebaid. IIX. C

LARISSÆ OPIMÆ.

VT Homerus in Bœotia dixit Ἄργισσαν ἐριβώλακα. Sed quænam ſit Homerica Lariſſa illa ambigitur, vt patet Geographi lib. IIX. Stephani lib. de Vrbibus, Euſthat. ad Iliad. II. Lariſſas tres recenſet, interpres Apollonij ad I. Argonaut. Qui de Theſſaliæ Lariſſa accipiunt Horatij locum, eo refelli videntur quod iam poſuit Flaccus *Theſſala Tempe.*

QVAM ALBVNEÆ.

GLOSSÆ Λευκοθέα, *Albunea mater, Matuta.* Seruius ad Æneid. VII. fontis Tiburtini Deam à colore illius aquæ dictã *Albuneam*, eandémq; putari cum Leucothea, Lactantio cap. V. lib. I. Albunea Tiburtina, decima Sibyllarum.

DOMVS RESONANTIS.

RESONANTIS, vel ſtrepitu aquæ, vel oraculi ſono, vel echone quæ Latinis Reſona Gloſſæ *Reſona* ἠχώ. Domus autem Albuneæ antrum ex quo Albuneæ fons. Fontes nempe ex antris. Albuneæ antrum quia Tiburi eſt, domum Albuneæ rectè Tibur accepit. Sic *Alexandria domus fluminis* videlicet Nili; apud Auſon. Gratiarum actione. peccant qui corrigunt *domum fulminis.* D

ET PRÆCEPS ANIO.

QVOMODO præceps, Geographus tradit lib. V.

ET TIBVRNI LVCVS.

IDEM Tibur, Tiburnus, Tiburtus, Seruius ad Æneid. VII. Solinus c. IIX. Et quidem libri veteres hîc. *Et Tiburti lucus*, &c.

ET VDA MOBILIBVS RIVIS.

MELIVS, *Nobilibus*, Intelligi nempe vult Albulas aquas & Labanas quæ ſalubritate nobiles vt narrat Geographus lib. V.

POMARIA.

MEMBRANÆ, *Pomeria*, fortè an meliùs.

ALBVS VT OBSCVRO.

ALTERIVS Odæ initium videtur, vt dixi à principio.

DETERGET NVBILA.

SERVIVS interpretatus ad I. Georg. Geographus autem lib. I Leuconoti flatu non detergeri nubes, ſed ὀλίγα ποιεῖσθαι.

MOLLI MERO.

VT *molliſſima vina* I. Georg. *Molle Calenum* Iuuenal. Sat. I.

FVLGENTIA SIGNIS CASTRA.

FVLGOR *ſignorum*, apud Ammian. Marcellinũ. lib. XXIX. C. Tacitus annali XV. *Fulgentib. aquilis ſigniſq; & ſimulacris Deûm, in modum templi.* Signa enim aurea & argentea, & magis argentea, quia *longius argentum fulget.* Plinius c. III. lib. XXXIII.

TRISTES ADFATVS AMICOS.

ADFATVS, conſolatus, vt Æneid. IV. *Adfatu ambire*, conſolatione tentare. Apuleius Miles lib. III. *varijs ſolari adfatibus.*

AMBIGVAM SALAMINA.

Ὁμώνυμον ſiue cognominem, Velleius lib. II. *Teucer Cyprum adpulſus cognominem patriæ ſuæ Salamina conſtituit.*

ITERABIMVS ÆQVOR.

PER mare à Troia venimus Salaminem, iam à Salamine per mare curſum iterabimus. *Sic ortus iterati*, apud Propert. eleg. III. lib. IV.

Oda IIX.

CALVMNIA ex riualitate, ſiue Horatij riualis, accuſantis riualem ſuum apud amicam.

LYDIA DIC.

REDDIT rationem numeri Priſcianus lib. VII.

AMANDO PERDERE.

Ἀστείως, παρ' ὑπόνοιαν. Odio enim perdi, amando ſeruari ſoliti homines. *Amando* autem Atticè τῷ ἐρᾶν pro amore ſiue τῷ ἔρωτι. Priſcian. c. III. lib. IIX. Ambiguè autẽ hoc *amando.* Nam & ad Lydiam, & ad Sibarin amantem trahi poteſt.

PVLVERIS ATQVE SOLIS PATIENS.

SOLEM *ardentiſſimum in feruentiſſimo puluere ſuſtinere* L. Seneca epiſt. XXCII.

MILITARIS INTER ÆQVALBIS.

MILITARIS Sibaris, aut inter *militares æquales.* Poſteriùs magis placet. Probrum hoc æquales ſiue coæuos eius eſſe militares ſiue militiæ deditos, ipſum nequitiæ.

GALLICA

GALLICA NEC LVPATIS TEMPERET ORA FRENIS. A

GALLICA ora, equos Gallicanos, qui Romæ in pretio. Apuleius, *iumenta Gallicana, quibus generoſa ſuboles perhibet generoſam dignitatem.*

FLAVVM TIBERIM TANGERE.

PEDE *tentare* Cic. II. de Legib. τῷ ποδὶ τεκμαίρεσθαι. Platoni Phædro. De natatione Romanorũ in Tiberi poſt exercitationes campeſtres. Renatus Vegetius c. x. lib. I. De re milit.

CVR OLIVVM.

CEROMA, oleum palæſtræ, Caſſian. c. XIV. Collat. XIIX. Hinc & locus ipſe vnctionis *ceroma* L. Seneca c. XII. De breuit. vitæ, Plinius, item alij. Hinc & ἀλοιφῆς ἀσκητής *vnctionis exercitator*. Heliodori Chariclea lib. x. B

LIVIDA ARMIS BRACHIA.

ARMIS *campeſtribus* vt in arte Poëtica. Eiuſmodi *claua lignea* L. Vegetius c. XI. & ſeq. lib. I. de re milit.

SÆPE DISCO TRANS FINEM.

TRANS finem diſcus quemadmodum iaceretur, patet Homeri Odyſſ. IIX. Cum diſcũ iecisſet aliquis, loco vbi decidiſſet notam adponebat, vltra ſiue trans illum finem ſi quis iecisſet vincebat priorem, atque hunc ipſum rurſus forte alius, donec aliquis ita iecisſet longè, vt trans notam ſiue finem eius iacere iam alius nequiret. Eiuſmodi notas Homerus σήματα. i. *ſigna* vocauit & τέρματα ſiue *fines* vt ὁ δ' ὑπέρπτατο σήματα πάντα. Item ---ἔθηκε δὲ τέρματ' Ἀθήνη. C Quod autem diſcus ita quam longiſſimè per aërem iaceretur. Papinius argutè de diſco illud---

---Creſcitq; cadendo.

SÆPE IACVLO.

ETIAM iaculo trans finem, non autem ad finem ſiue ſcopum. Ad finem iaculatio artis, trans finem virium.

LYCIAS CATERVAS.

TROIANAS, vt Homero Iliad. v. Lycij Troiani, & in Bœotia Dardanijs præeſſe facit Æneam, Troianis Pandarum, Troianos intelligens Lycios. Lycia nempe eſt duplex, vna Troadis, altera finitima Cariæ. Troadis Lycia nominata fuit, parua Lycia, & parua Troia Euſtatht. in Bœotiam, & illud Iliad. v. Huius paruæ Lyciæ ſiue paruæ Troiæ rex Pandarus. Itaq; Homerus Iliad. v. hunc ducem dat Troianis. Multûm deuij hactenus interpretes, pleriq; omnes accepêre hunc locum de Lycijs Cariæ finitimis. D

Oda IX.

ODA eſt παραινετική. Hortatur Thaliarchum neſcio quem, ne maceret ſe cogitatione de futuro.

LIGNA SVPER FOCVM LARGE REPONENS.

TIBVLLVS Eleg. I. lib. II.

Tunc nitidus plenis confiſus ruſticus agris,
Ingeret ardenti grandia ligna foco.

Ipſe Epoda II.

Sacrum vetuſtis exſtruat lignis focum.

SABINA DIOTA.

GLOSSÆ Diota ἀμφορεύς, οἰνοφόρον, Amphora nempe à duabus anſis; *diota*. Euſtath. ad II. Odyſſ. ἀμφιφορεῖς, ἄμφωτοι, δίωτοι. Item Athenæus lib. XI.

QVADRIMVM.

SED Athenæus Vinum Sabinum ab anno VII. inquit potari ad XV. Ἀπὸ ἐτῶν, inquit, ἑπτὰ ἐπιτήδειος πίνεσθαι, μέχρις πέντε καὶ δέκα. lib. I.

LVCRO ADPONE.

DIES *lucro adponere*. Id eſt *in lucro deputare*, vt Terent. loquitur Phorm. Actus II. S. I. Et Thucyd. lib. VII. κέρδος νομίζειν, & Herodotus ἐν κέρδει ποιεῖσθαι. Dies autem lucro adponendi, quia quotidie morti erepti quaſi lucro ſunt. Itaque qui cum periculo viuunt, neque opprimuntur *de lucro viuere* dicuntur, vt Ciceronis Epiſt. XVII. lib. IX. ad Famil. T. Liuij lib. XL. Lucrum itaque hoc inſperatum ſiue ἕρμαιον.

DVLCES AMORES.

SVNT enim & alij amari, vt oppoſuit *dulces amores & amaros* Virgil. Eclog. III. Sic dulces amores Catulli epigr. in Gallum. Martialis in Spectaculis Epigr. XXVI.

CAMPVS ET AREÆ.

C AREÆ campi Martij. Areæ in campo factæ ſiue tritæ exercitationibus, ſiue circuli in campo atentes. Sic *coronæ* ſpectãtium exercentes ſe in campo epiſt. XIIX.

Oda X.

HYMNVS Mercurij. Laudat Mercurium à rebus inuentis & officio. Res inuentæ ſunt IV, ſermo ſiue Dialectica, Palæſtra, Lyra, & Furatrina ſiue κλεπτική, ſiue furandi ars. Officium autem, vt quod legatus Deorum eſt, & dux animarum.

MERCVRI FACVNDE.

PRISCIANVS lib. VI.

VOCE FORMASTI.

QVI *eloquentiæ & orationis Deus es*, Seru. ad I. & IV. Æneidem. Homini nato terræ cõtactu vocem tribui olim putauêre, Maia verò terra eſt, contactus terræ Mercurius, qui filius Maiæ. Euſtathius ad I. Odyſſ. Cornutus lib. de Dijs. Macrobius Saturnalib. c. XII.

ET DECORÆ MORE PALÆSTRÆ.

INTERPRETATVS Seruius ad Æneidẽ IV. Lactantius ad Thebaid. VI. Bona verò ἐπιτέχνως dixit, decoræ palæſtræ. Duplex nempe palæſtra, vrbana ſiue artificioſa vna, eaq; decora: altera ruſtica & ſine arte ſiue iners, de qua eſt II. Georg.

Corporaq; agreſti nudant prædura palæſtra.

Ita cum Papinius Thebaid. VI. vnctam palæſtrã

Digitized by Google

dixiſſet, Interpres eius Lactantius. *Benè*, inquit, A
poeta addidit vncta, ad diſcrimen paſtoralium certaminũ & luctationum naturalium, &c. Malè ibi, *& luctationem naturalem*.

IOCOSO CONDERE FVRTO.

HINC Mercurius, *Furatriuus Deus*, Fulgentij Mytholog. lib. I. Et cognomẽtum Mercurij κλέπτης apud Cornutum de Dijs, Suidam. Hac de re Euſtathius ad Iliad. XXIV. Odyſſ. XIX.

Bene autem *iocoſo furto*, ad diſcrimen furti ſerij. Duplex nempe furattrina eſt ſiue κλεπτική. Vna iucunditatis & oblectamenti vt Spartæ, atq; ita Philoſtratus in imaginibus lib. I. Mercurij furta vocauit ἡδείας κλοπάς ſiue furta iocoſa: altera verò furattrina eſt ſeria & legibus vetita. B

DIVES PRIAMVS.

DIVES *Priamus*, quia diuites aurarias, ſiue aurugas, ſiue auri venas habuit iuxta Abydum, Geographus lib. XIV. ὁ δὲ Πριάμου πλοῦτος ἐκ τῶν ἐν Ἀςύροις περὶ Ἄβυδον χρυσείων μετάλλων. *Priami diuitiæ ex auri venis quæ in Aſtyris, prope Abydum*, &c. Hinc ergo & Priamus dictus βασιλεὺς βασιλέων *Rex regum* Geographus idem lib. XIII.

THESSALOSQ; IGNES.

HI *caſtrorum ignes*, Propertius eleg. IV. lib. IV. Nocturnum ſignum caſtrenſe, ignis; diurnum, fumus. Scholiaſtes Homeri ad Iliad. XIIX.

LÆTIS SEDIBVS.

CAMPIS Elyſijs. Hæ lætæ ſedes nomine ipſo, nempe à *gaudio*, ἀπὸ τῆς ἀλύσεως. C
Euſtath. ad Odyſſ. I. Seruius ad Æneidẽ V. Sic Æneide VI. Campi Elyſij, *loci læti*.

ANIMAS REPONIS.

IDENTIDEM ponis, ſiue alias, atque alias, modo has modo illas ponis. Sic Æneide V.-- ----*& vina reponite menſis*, id eſt, *frequenter ponite*, inquit, Seruius.

Ab hoc itaque reponendi officio Mercurius πομπαῖος apud Sophoclem Aiace, ψυχοπομπος apud Cornutum lib. de Dijs, & Euſtathium ad V. Iliadem. Et πομπεὺς apud Laërt. in Pythagora, *emiſſarium* Latinè dixit D. Ambroſius.

VIRGA AVREA.

VT Odyſſ. XXIV. Mercurij ῥάβδος χαλὴ χρυσείη. Mercurij nempe ψυχοπομπου ſiue animarum ducis eſt ῥάβδος ſiue virga: caduceatoris autem ſiue legati κηρυκεῖον ſiue caduceum. Itaque Apuleius lib. X. *Quem*, inquit, *caduceum & virgula Mercurium indicabant*, &c. D

At Homerus non diſtinguit κηρυκεῖον & ῥάβδον, Odyſſ. V. & XXIV. neque poſt Homerum Virgilius Æneide IV. & Papin. Thebaid. I. L. Seruius ad Æneidẽ IV.

Virga verò illa Mercurij *fatidica*, ſiue μαντικὴ ῥάβδος vt ait interpres Homeri ad Iliad. XV. Caduceus Mercurio eloquentiæ inſigne: virga ſapientiæ & magiæ. Caduceum Mercurio Apollo dedit. Seruius ad Æneidẽ IV. Virgam autem ei Vulcanus dedit. Lucianus Dialogo Apollinis & Vulcani. Elegantes myſteria naturæ velata his fabellis, quæ explicare longum eſſet.

Oda XI.

A VOCAT Leuconoen à prædictionib. natalitijs: ſatius enim eſſe in diem viuere.

SCIRE NEFAS.

QVOD ſciri nequit, vt Perſij Sat. V. *Hæc miſcere nefas*. Miſceri nequeunt. Nimis abſciſa eſſet interpoſitio, ſiue παρένθεσις (Nefas.)

NEC BABYLONIOS TENTARIS NVMEROS.

NVMERI *Babylonij*, natalitia prædicta. Conſtant enim numeratione momentorũ & minutiarum. Hinc Arithmethica pro Aſtrologia illa quam iudiciariam vocant. Sidonius Epiſt. XI. lib. IIX. *Licet & ipſe Arithmethicæ ſtudeas*, &c. id eſt aſtrologiæ. Et Epiſt. ad Polemium poſt carmen XIII. Hinc & illud Papinij Thebaid. IV. ----*Numeriſq; ſequentib. aſtra.* Vbi Lactantius. *vt Arithmetici*, inquit, *quos mathematicos dicimus, quorum in numeris eſt tota doctrina*, &c. Mathematicos intellige, quos & Babylonios dixêre, vt Propert. eleg. I. lib. IV. *Babylonius Horos* id eſt genethliacus. Sic Auſonius.

Tu cœli numeros, & conſcia ſidera fati Callebas,—

VT MELIVS PATI.

ATTICE' dictum ὡς ἄμεινον φέρειν. Alij interrogatoriè, *vt melius pati?* Alij ὡς φέρειν. Neutri rectè.

SEV PLVRES HIEMES.

PECCATVM hic interpunctione, videlicet, *vt melius quicquid erit pati. Seu plures*, &c. Eſſe debuit. *Vt melius quicquid erit pati: Seu plures*, &c. Regreſſio enim eſt. *Quicquid erit*, ſeu plures hiemes dederit Iupiter, ſiue vnam.

QVÆ NVNC OPPOSITIS PVMICIBVS.

NEQVE hic optima interpunctio. Nam eſt. *vltimam? Quæ nunc*, &c. Meliùs. *Vltimam, Quæ nunc*, &c. *Vltimam hiemem, quæ nunc*, &c. Ambiguè. *Vltima hiemem*, vltimum annum tibi Leuconoe, & hiemem, hibernum tempus huiuſce anni quo nunc mare commotum eſt, & quaſi excurrere nititur, ſed cohibetur molibus ſiue aggeribus obiectis. Sic Oda I. lib. III. *Contractum æquor ſactis in altum molibus*. Pumices autem illæ ſiue moles, pulueris Puteolani ſub aqua ſolideſcentis, & induentis ſpeciem pumicis. L. Plinius c. XIII. lib. XXXV. Vitruuius cap. VI. lib. II. L. Seneca Nat. Quæſt. c. XX. lib. I. Iſidor. c. I. lib. XVI. Hinc Sidonius Panegyrico Anthemij.

---*itur in æquor*
Molibus, & veteres tellus noua contrahit vndas.
Namq; Dicarchea tranſlatus puluis arena,
Intratis ſolidatur aquis: durataq; maſſa,
Suſtinet aduectos peregrino in littore campos.

Dicarchea, pro *Dicæarchea*. Nam eſt Δικαιαρχία. Scripſerat puto Sidonius. *Namq; Dicæarchia*, vt ſit κατὰ συνίζησιν, *Dicæarcha* ſiue Dicæarchiæ.

SAPIAS.

SAPIAS.

EXPLICAT Priſc. c. III. lib. XIIX. nempe κατ' ἔλλειψιν eſſe, *Sapias*, pro *ſi ſapias*, vt Æneide VI. *Sineret dolor*, pro *ſi ſineret*, &c. Malè accipiunt aliqui *Sapias*, pro *Fac ſapias*, Eſt autem ſuadentis vox. *Si ſapis*, aut *ſi ſapitis* Plaut. Caſina Sc. XVII. *Si ſapitis, uxor, vos tamen cœnabitis*. Terent. Adelph. Act. IV. Sc. V. *Tu fac, vt dixi, ſi ſapis* & Heaut. Act. IV. Sc. IV. *Tu neſcis quid ſcis Dromo, ſi ſapies*. Et Eunuchi Act. IV. Sc. IV. --*Tu pol ſi ſapis, Quod ſcis neſcis*.

VINA LIQVES.

VINA *liquare*, *ſaccare*. Scribonius Largus c. XXIX. Marcel. Empir. c. XXIX. *Sacco vinu vires frangere*. Plin. c. XXII. lib. XIV, c. I. lib. XXIII. Item *caſtrare ſacco*, Idem cap. IV. lib. XIX. vt ἰσχνοῦν καὶ ἀποθηλύνειν τὸν ἄκρατον Plutarch. Sympoſ. Problem. VII. lib. VI. Diſſero & vberius in Odam XVII. ſequentem.

DVM LOQVIMVR.

IMITATVS Perſius Sat. V. --*Fugit hora, id quod loquor inde eſt* Fugere poteſt vita momento.

Oda XII.

DIO Nicæus lib. LI. narrat Romæ cautum S.C.^to. de Auguſto, ἐς τοὺς ὕμνους αὐτὸν ἐξίσου τοῖς θεοῖς ἐγγράφεσθαι. *Vt mentio eius æquè honorifica in ſollennibus hymnis fieret, ac Deorum immortalium*. Hæc itaque noſtro lyriſtæ nunc viſio eſt, hic ſcopus, Auguſtum iuxta S C.^ti formulam hymno inſerere, & cum Deorum immortalium laudib. coniungere.

Hymnus autem hic de illo genere hymnorum eſt quos feſtis profeſtiſq; diebus canere in epulis ſoliti ad tibiam lyrámve, quem Horatius ipſe ritum expreſſit Oda XV. lib. IV.

Noſq; profeſtis lucibus, & ſacris
Inter iocoſi munera Liberi,
Cum prole matroniſq; noſtris,
Rite Deos prius adprecati,
Virtute functos more patrum duces,
Lydis remiſto carmine tibijs,
Troiamq; & Anchiſen, & alma
Progeniem Veneris canemus.

CLIO.

PRINCIPIO hymni rectè inuocat Clionẽ, quæ hymnorum & laudationum Dea eſt. Argumento eſt nomen ipſum. Clio enim παρὰ τὸ κλεΐζειν, τὸ δοξάζειν, quia nominis celebritatem facit eis quos laudat. Diodorus Siculus lib. IV. Cornutus libro de Dijs. Tzetzes in Heſiodi lib. I. Fulgent. Mytholog. lib. I.

LYRA VEL ACRI TIBIA.

HÆc miſceri quoq; ſolita, vt Oda XV, lib. IV. *Lydis remiſto carmine tibijs*. *Carmine* hoc eſt Oda lyrica. Et Oda IX. lib. eiuſdem. *Miſtum tibijs carmen*. Similiter Oda IV. lib. III. Ergo & hæ ti-

A biæ, opinor κιθαριστήριοι. Athenæi lib. IV. quod cum fidibus ſiue neruis maritarentur.

Acris autem *tibia*, χυειολεξία vt Fabius notauit c. II. lib. IIX. Forte & acrem tibiam dixit Poëta intelligens αὐλὸν ἀνδρεῖον *tibiam virilem*. Aliæ ſunt tibiæ puellares, & pueriles, αὐλοὶ παρθένιοι, & παιδικοί: nempe amatoriæ. De quo diſcrimine Athenæus lib. IV. Sic amatoriam tibiam Horatius Oda VII. lib. III. *non acrem*, ſed *querulam* dixit, & Apuleius *laſciuam* lib. X.

IOCOSA IMAGO.

IMAGO, Echo, vt Oda XX. ſeq. Et Varroni c. XVI. lib. III. de re ruſt. Lucretij lib. IV. Virgil. IV. Georg. Eadem & *Reſona*. Gloſſæ, *Reſina*, ἠχώ. Reſonare proprium Echonis. Varro loco ancied. *Mellaria fieri debere ſecundum villam, po-*
B *tiſſimum vbi non reſonent imagines*.

Vt autem vox alia ſeria eſt, alia iocoſa; ſic & echo ſiue imago, vt nunc *iocoſam imaginem* vocat echonem carminis lyrici, & Oda ſeq. XX. iocoſam imaginem, echonem vocis theatralis.

HÆMO VNDE, &c.

EX Hæmo Thraciæ monte Orpheum ſiluæ ſecutæ, quia in monte illo natus Orpheus, atque inde profectus myſteria & carmina ſua edidit, L. Plinius c. XI. lib. IV. Solinus c. XVI. Suidas in θρησκεία. Ex monte illo ſiluæ Orpheum ſecutæ ad Zonam Ciconum vrbem, L. Apollon. principio I. Argonaut.

TEMERE INSEQVVTÆ.

INTERPRETATI in Aduerſ. c. XXIIX. lib. XI. *Temerè*, *vulgò*, *paſſim*. Horatius intelligi vo-
C luit facilè, & ſine cunctatione Cariſius lib. II. *Temere*, inquit, *pro facile*. Plautus in Bacchidib. *Rapidus fluuius eſt hic, non hac temere tranſiri poteſt*. Cato de Cõſulatu ſuo. *Temere hoſtes fieri, temere fieri nunc poſſent*, &c. Meliùs *Temere hoſtes feriri*, &c. *Temere* id eſt facile. Sic §. Aliæ autem Inſtit. de Donationib. Donationes *inter viuos, temere reuocari non poſſe*. Temere, id eſt facile, vt, *ſub obtentu pœnitentiæ*, aut leui de cauſſa, vt l. IV. & l. VI. c. de reuocand. donat.

AVRITAS QVERCVS.

IMITATVS Sidonius Panegyr. Anthemij.
Compulit auritas ad plectrum currere ſiluas.
Et Carm. XXIII. *Aurita chelyn expetente ſilua.*
Sic & Carmine ad Fauſtum agens de Amphione,
----Auritos erexit carmine muros.

SOLITIS PARENTVM LAVDIBVS.

D LACTANTIVS ad Thebaid. I. legit. *Solitis parentis laudib.* puto intelligens *parentis*, Iouis, atque ita in membranis pleriſq; Horatij eſt, & verò apertiùs, quàm habent vulgarij *parentum*, &c. Quam retinere volenti lectionem, *ſolitæ parentum laudes* intelligendæ, hymni ſollennes, in Iouem Deóſq; ceteros, & κατ' ἔλλειψιν accipiẽdus locus, *qui res hominum*, pro, *Illum qui res hominum*, &c. id eſt, Iouem, & legendum ſine interrogatione, *temperat horis*. Sic infra Oda XXII.
—vel quæ loca fabuloſus lambit Hydaſpes, pro, *vel loca illa quæ*, &c. Et alia id genus crebrò. De *ſolitis*

laudibus parentum, ſiue hymnis ſolennib. dicendi A locus ad Odam xv. lib. iv.

PROXIMOS ILLI HONORES.

FABIVS Quinctil. c. i. lib. x. Antimachũ tãto inferiorem eſſe laudibus Homeri, *vt planè adpareat, quantò ſit aliud proximum eſſe quam ſecundum*, &c. Contra idem de Virgilio. *Secundus Homero eſt Virgilius, propior tamen primo quam tertio.*

Quomodo autem proxima Ioui Pallas magis quàm Iuno? Quia in Iouis Capitolini templo cællæ tres, media Iouis, dextra Mineruæ, læua Iunonis. De his Varro iv. de ling. Lat. Plin. c. x. lib. xxxv. Semper itaq; ante Iunonem Minerua nominatur. Eumenius Rhetor Oratione pro Scholis. *Iupiter pater, & Minerua ſocia, & Iuno placata*, &c. At hordearius rhetor qui pro Cicerone ſcripſit, *antequam iret in exſilium*, neſciens hunc ritum, turbauit ordinem, & Ioui proximam Iunonem fecit. *Nunc*, inquit, *ego te Iupiter. Opt. Max. teq; particeps connubij, ſocia regni, regina Iuno, teq; Tritonia, armipotens, Gorgonophora, Pallas Minerua*, &c. Omnia tam conuenienter Ciceroni, quam ſus Mineruæ eſt.

PRÆLIIS AVDAX LIBER.

BACCHVS ἐνυάλιος. Macrob. Saturn. cap. xix. lib. i.

SÆVIS INIMICA VIRGO BELLVIS.

DIANA enim κυνηγέτις ſiue, venatrix, & θηροκτόνος ſiue θηροφθόνος *ferarũ interfectrix*, & ἐλαφηβόλος *ceruorum iaculatrix*. Cornutus lib. de Dijs. Heſychius, Iul. Pollux lib. v. Alij.

METVENDE CERTA PHOEBE SAGITTA.

Ἑκατηβελέτης, ſiue ἑκατηβόλος, ſiue ἑκηβόλος.

PVERÓSQ; LEDÆ.

SERVIVS ad Æneidẽ ii. Donatus in Andr. Act. ii. Se. iii. Fabius Declam. ccci. *puella pauperis*, hoc eſt, filia.

HVNC EQVIS, ILLVM PVGNIS.

OVID. v. Faſtor.

Tindaridæ fratres, hic eques, ille pugil.

Sic & Theocrit. in Dioſcuris, Arnob. lib. v.

QVOD SIC VOLVÊRE.

POTEST intelligi, *quòd ſic voluêre, quo ad ſic voluere* ſiue *inquantum*. Alij libri. *Nam ſic*, aut, *quia ſic*. Sed optimè, *Sic Dij voluêre*, vt Æneide v. *Sic Dij voluiſtis*. Horatius ipſe Sat. vi. lib. ii. *Sic Dijs placitum*, Papin. Thebaid. v. *Sic Dij ſuaſiſtis*.

AN SVPERBOS TARQVINI FASCES.

TARQVINI *Priſci*, Acro & Porphyrio. Superbi enim & ambitioſi faſces huius Tarquinij. T. Liuius lib. i. *Tarquinium Priſcum*, inquit, *virum cetera egregium, ſecuta quam in petendo habuerat etiam regnantem ambitio eſt*, &c. Sed melius forte & de Priſco & de Superbo iunctim acceperis hunc verſum. A Poëtis blandientibus Octauiano domino, Tarquinius quoq; Dominus receptus in cœtum heroum. Itaq; & Maroni Tarquinius Superbus inter heroas Elyſij eſt, & Manilio lib. i. Tarquinius ille in heroum ciuitate cæleſti, nempe orbe lacteo, cum ait

Tarquinijq; nimis, reges, & Horatia proles. Sic itaque & nunc Tarquinius quoque Superbus Horatio pars hymni eſt, At in Repub. libera, credibile non eſt Tarquinio Superbo in ſollennib. hymnis locum fuiſſe.

ET SCAVROS.

M. Aimilium Senatus principem. *Scauros*, nempe Scaurum vt ii. Georg. --Magnóſque Camillos id eſt, *magnum Camillum*, Seruius.

ANIMÆQ; MAGNÆ PRODIGVM PAVLLVM.

OVID. Eleg. iii. lib. iix. Amor.

Sanguinis atq; animæ prodige Galle tuæ.

Papinius Thebaid. iii. ---*Prodiga, vita pectora.* Item *Largúſque animæ*. Et Thebaid. iix. --*Et vitæ prodiga virtus*. Silius Italicus lib. i. agens de militibus Iberis. B

Prodiga gens animæ & properare facillima mortem.

Elegans autem Flacci ἀντίθεσις. *Paullum magnæ animæ prodigum*. Paullum paruum cognomento, ſed magnum anima. Paulli parui. Vnde Iuuenal. Sat. ii. --*Et Catulis Paulliſq; minoribus*. Iſidor. ix. *Latinè Paulus à modico dictus.*

INSIGNI CAMOENA.

INSIGNI *camœna*, hymno, Hominis laudatio eſt communis Camœnæ: Dei laudatio, ſiue hymnus, Camœnæ inſignis opus. Hymnus propriè Dei laudatio & heroum, Theſpis apud Stobæum Sermone LXXVII. Arrianus lib. iv. de rebus Alexandri, Aphthonius in progymnaſmatis. Acro ad Sat. i. lib. ii. Theo Progymnaſmatis. Item alij. C

HVNC ET INCOMTIS CVRIVM CAPILLIS.

HÆC popularis lectio eſt, nempe, *incomtis capillis*, eadémq; Soſipatri lib. i. eadẽ quoque Seruij ad Æneidẽ vlt. Præterquam quod errore librarij ſcriptum ibi. *Hic & incomtis*, &c. pro, *hunc & incomtis*, &c. At Fabius Quinctil. c. iii. lib. ix. admonet *Hunc* ἐφέλκειν, ſiue ornamenti cauſſã eſſe, & legit *intonſis capillis*. Rectè Fabius. Etenim Flaccus noſter intonſos capillos dixit de priſci æui ritu cogitans, quo intonſi omnes artis tonſoriæ vſu necdum vigente. Primos enim ex Sicilia tonſores Romam veniſſe anno vrbis cDLIV. traditum eſt à Terẽtio Varrone cap. ii. lib. ii. de re Ruſt. Plin. c. LIX. lib. iix. At capillo hiſpido & *incomto* etiam aliqui poſtea. Ergo & ſignanter Tibullius Eleg. i. lib. iv. D

Et magna intonſis gloria victor auis

Ouidius ii. Faſtor.

Hoc apud intonſos nomen habebat auos. Intonſi aui, priſci Romani. Sic & Numæ Regis, caput intonſum iv. Faſtor. & Cato intonſus Horatij Oda xv. lib ii. Cato nempe adfectans ritus antiquos.

CRESCIT VELVT ARBOR.

PINDARVS Nemeis Oda iix. Αὔξεται δ' ἀρετὰ, ὡς ὅτε δένδρον ἀΐσσει, &c.

MICAT INTER OMNES.

INTER *omnes, præ omnibus*, vt Epoda xv. *inter minora ſidera*, præ minoribus ſtellis.

IVLIVM SIDVS.

STELLA cometes quam credidere animam eſſe

eſſe C. Cæſaris in cælum receptam. L. Dio lib. XLV. Sueton. Iulij c. XXCIIX. Plutarchus Cæſare Propert. eleg. VI. lib. IV. Seruius ad Æneide IIX. Hinc & ſtella in Auguſti galea Virgil. IIX.

---patriúmq; aperitur vertice ſidus. In Iulii quoq; patris capite ſtella de qua Silius fine lib. XIII.

---Ille Deûm gens
Stelligerum adtollens apicem Troianus Iulo
Cæſar auo.---

VELVT INTER IGNES LVNA MINORES.

HABVISSE in animo videtur effigiem Lunæ inter VII. ſtellas vt in nummo C. Aſinij Pollionis ad quem eſt Oda I. lib. ſeq. IↃCCXIII. & nummo M. Titij IↃCCXXII.

Poëticus vero ſenſus eſt, Lunam ſtellis maiorem eſſe, itaque *Siderum reginam* vocant, vt Horat. Carm. Sæcul. Quemadm. & Apuleij lib. XI. *Luna ſiderum mater.*

TV SECVNDO CÆSARE REGNES.

OVID. II. Faſtor. parem facit, Manil. lib. I. *ſocium.*

Quod regit Auguſtus ſocio per ſigna tonante.

ILLE SEV PARTHOS DOMITOS.

DIO lib. LIV. Sueton. Auguſti c. XXI. Geographus lib. VI. At Poëtæ vt ſoliti adfinxêre Auguſto victorias & triumphos de Parthis, vt Horat. Sat. I. lib. II, Propert. eleg. III. lib. III. Ouid. I. Nequitiæ, & I. Remedij.

ET INDOS.

GANGARIDAS Geographus lib. XV. Seru. ad principium III. Georg.

TV GRAVI CVRRV.

IOVIS currus grauis, Iupiter enim Dijq; ceteri graues propter diuinitatem, cui terra cedit. Ouid. Fabulis lib. IV. de Iunone agens---*Sacroq; à corpore preſſum*

Ingemuit limen---Et I. Nequitiæ de Baccho agens. *Deſilit, impoſito ceſſit arena pede.* At Iouis currus etiam cælo grauis poëtico, exq; grauitate illa tonitrui ſonitus, qualis plauſtri onuſti.

Oda XIII.

QVINTA PARTE SVI NECTARIS.

QVINCTA linea amoris, vt rectè Acro. Petronio eſt, *extrema pars potionis. Iam Tryphæna, Gytona extrema parte potionis ſpargebat*, &c. Vbi meræ nugæ, & nothæ notatæ ſunt. Sic Ibycus dixit τὸ μέλι, ἔνατον εἶναι μέρος τῆς ἀμβροσίας, κατὰ τὴν ἡδονήν. *Mel nonam eſſe partem Ambroſiæ propter dulcedinem.* Athenæus lib. V. Aliter interpres Pindari ad Pythia Oda IX. τὸ μέλι, inquit, ἀθανασίας δέκατον μέρος ὠνόμασαν εἶναι, id eſt. *Mel arbitrati ſunt decimam partem eſſe immortalitatis.*

FELICES TER ET AMPLIVS.

FELICES ter quatérq; Propert. eleg. X. lib. III. *Terquater ô felix.* Tibull. Eleg. III. lib. III. *O mihi felicem terq; quaterq; diem.* Virgil. Æneide I.

A *O terq; quaterq; beati.* Eſt verò terq; quaterq; nihil aliud quam ſæpius & magnopere. Itaq; Euſtath ad illud Odyſſ. IX. τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις. *Felices Danai terq; & quater*, notat τὸ δὲ καὶ τετράκις ἀφελῶς εἴρηται, ὡς πρὸς οὐδὲν μέγα. *Illud verò, & quater, dictum eſt ſimpliciter, neque vllius magnæ rei cauſſa*, &c. Rectè abdicans eos qui magna hic numerorũ myſteria ſcrutari, quemadm. Macrob. ad Somnium Scipionis c. VI. lib. I. reperiſſe hic ſibi viſus συμφωνίας διὰ πασῶν.

QVOS IRRVPTA TENET COPVLA.

NICETAS in Alexio Comneno lib. III. Ἄχρι τῶν ἐσχάτων ἀναπνοῶν συμφυΐας ἀμόθευτον ἔχειν, τοῖς ἐχέφροσι συζυγίταις, πλήρωμα τῆς ἀνθρωπίνης εὐδαιμονίας κρίνεται. *Vſque*

B *ad extremos ſpiritus inculpatam habere coniunctionem, ſapientes mariti, pleniſſimam vitæ humanæ felicitatem iudicant.*

NEC MALIS QVERIMONIIS.

NAM & aliæ querimoniæ bonæ, ex amantium deſiderio. Vt Ouid. Epiſt. Phyllidis, *Abeſſe queror.* Et Epiſt. Bryſeidis.--*De domino pauca viróq; querar.* Hinc amor μεμψίμοιρος. Plin. Epiſt. II. lib. II. Malæ querimoniæ de adulterio, itaq; ex his diuortium. Ex bonis autem ſiue deſiderij querimonijs, amoris redintegratio, vt apud Terent. Eunucho. Ariſtænetus Epiſt. XIV. lib. II. Ἀεὶ γάρ πως ἡδίους αἱ τῶν ἐρώντων μεθ' ὕβριν κολακεῖαι δοκοῦσιν. *Semper enim, neſcio quo pacto, poſt*

C *contumeliam ſuauiores videri ſolent amorum aſſentatiuncula.* Ἐρώντων ibi meliùs, quàm vt voluêre ἐρώτων. Sic ergo & in Epitaphijs coniugum. *Vixiſſe ſine vlla querela*, intellige mala, & de ſuſpicione adulterij.

SOLVET AMOR.

AMOR *ſoluit*, quia idem ligat & vincit. Hinc amans ille apud Perſium Sat. V.-Rupi iam vincula. Athenæus lib. XV. ὁ δὲ ἔρως δεσμός ἐστι. *Amor vinculum eſt.* Item ὁ περὶ τῶν ἐρώτων δεσμός, *Amoris vinculum.* Et ſimiles ibi ἐρῶντες καὶ καταδεδεμένοι. *Amantes & vincti.*

Oda XIV.

D ALLEGORIA perpetua eſt. *Nauis* enim M. Brutus cum exercitu, ſiue pars Bruti. *Portus*, Bruti caſtra, aut pax cum Octauiano. *Mare*, pugna cum Antonio & Octauiano. *Fluctus* conuicia militum pugnare cupientium & quibus ſubactus Brutus eduxit è caſtris exercitum & pugnauit, vt Appianus narrauit lib. IV. bellor. ciuilium. *Latus remigio nudum*, exercitus C. Caſſij cæſus. *Malus ſaucius*, Duces nempe C. Caſſius qui ſe ipſe interfecerat, & Brutus qui per Caſſij latus ſaucius & debilis. Milites in acie quod remiges & ſocij nauales in naui. Imperator autem quaſi malus ſiue arbor nauis. Quemadmodum Artemidor. Daldian. c. XXII. lib. II. In ſomnijs, ait, arbore nauis denotari dominum nauis, aut ædium ἱστὸς δὲ πλοίου, inquit, τὸν κύριον ση-

Digitized by Google

μαχὴ τῆς νεὼς, ἢ τῆς οἰκίας. *Antenna* in Bruti exercitu ordinum duces. *Carina* pecunia. *Carinas* nempe Poëtice pro Carina dixit. Pecunia fulmentum belli, vt nauium carina. Mucianus apud C. Tacitum II. Hiſtoriar. *dictitans, pecunias eſſe belli ciuilis neruos.* *Velum* autem fortuna, Dij. C. Cæſar, & M. Bruti mater, M. Catonis ſoror Seruilia, quorum ope M. Brutus ante ſeruatus bello ciuili Pompeiano. Eaque de re Plutarchus in Bruto.

Scripſit hanc itaq; Odam Poëta fugato iam mortuoq; C. Caſſio, & ante pugnam M. Bruti cum Octauiano. Et quidem ſcripſit, opinor, eo ipſo tempore, quo ipſe M. Bruti, & C. Caſſij partes ſecutus ante, C. Caſſio mortuo fugerat. Pater Epiſt. II. lib. II. Oda VII. lib. II.

Eadem autem patet, cur vſus Flaccus Allegoria & quaſi velo Luciliano, videlicet ne offenderet Octauianum.

Scio aliter hanc Allegoriam explicari à Fabio Quinctiliano, & transferri ad Rempubl. c. VI. lib. IIX. ſed & diſconuenire ſcio, & miror ſcriptum audaciter in Aduerſ. c. II. lib. XIX. qui *de Bruto reparante poſt C. Caſſij mortem bellum ciuile accipiunt, imperitè facere.* Et quomodo arguit eos queſo imperitiæ? *Quo enim pacto*, inquit, *vnius noctis interuentu belli reparatio intelligi poteſt? Nam poſtridie Brutus necem ſibi conſciuit.* Sed *ἀνιστόρητος* ille hoc quidem. Nam Plutarchus in Bruto, viceſimo die poſt C. Caſſij mortem Bruto renunciatum fuiſ- C ſe ait de victoria nauali, quā de Cæſarianis Marcus reportarat eo ipſo die quo C. Caſſius occubuit. Et Appianus lib. IV. bellor. ciuil. M. Brutum viuentem facit quincto poſt interitum C. Caſſij die.

O NAVIS.

NAVIS pro parte Bruti, ſiue Bruto cum exercitu, vt nauis pro partibus Pompeianis Ciceroni Epiſt. XXV. lib. XII. Epiſt. V. lib. II. ad Famil. C. Salluſt. Orat. II. de Repub. ordinanda. *Quaſi*, inquit, *magna nauis*, intelligens de factione Cn. Pompeij. Ciuitates autem & hominū ſocietates allegoricè & poëticè vocari naues docet interpres Ariſtophanis ad veſpas. Et obuia omnibus ſcriptorum paginis exempla.

NOVI FLVCTVS.

MELIVS *ἐρωτηματικῶς* ſiue interrogatoriè, *Noui fluctus?*

NON DII.

DII *litorales*, vt Catulli Epigr. in Faſelum.

QVAMVIS PONTICA PINVS.

ARRIANVS in Periplo Ponti Euxini *ξύλων ναυπηγησίμων ἀφθονία κατὰ τὸν πόντον.* *Lignorum nauibus texendis copia in Ponto.*

SYLVÆ FILIA NOBILIS.

IMITATVS Sympoſius ænigmate de naui *Longa feror, velox, formoſæ filia ſiluæ.*

TV NISI VENTIS DEBES LVDIBRIVM.

NISI ludibrium ventorum eſſe vis, vt Æneid. VI. de folijs Sibyllæ. *Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.*

A Paulinus Epiſt. II. lib. V. de Victore naufrago. *Homo omnium ventorum ludibrium.* Tralata vox Horatij à debitoribus, qui creditorem exigentem arcere non poſſunt venientem, quia iure venit. Hinc *θυρεπανοίκταις* ſiue apertularijs ſiue intrantibus limen alienum impudenter, dicere ſoliti quaſi parœmiacè. *Debetur huc tibi aliquid?* Vt Plauti Trucul. Sc. IV. Trinummo Sc. XIII. Rudente Sc. II. Moſtell. Sc. IIX. vt ſi dicerent, Sic intras quaſi creditor & iure tuo. Sic itaq; nunc Poëta Bruto, niſi te obſtringere vis vento fortunæ, te ludibrio ei futurum, caue. Vento nempe laſciuire & ludere ſolito, & vt ipſe loquitur carmine in Canidiam, *iniurioſo*. Illud autem quod aliqui attulère, *γέλωτα ὀφλισκάνεις*, non ſatis Poëtæ mentem exprimit. B

NVPER SOLLICITVM QVÆ MIHI TÆDIVM.

NON expreſſère mētem Poëtæ interpretes. Eſt autem huiuſmodi. Cum in caſtris tuis eſſem Brute, ſollicitus fui, quippe ſocius & periculi particeps, & tædio adfectus fui, nempe ex mora: at nunc deſiderio adficior, quia ſocius quidem ſiue *σύμμαχος* eſſe deſij, ſed amicus eſſe perſeuero, &c. Atq; hinc liquet, cur Allegoria perpetua Flaccus vti voluit. Intelligi enim hoc ita noluit. Nam offendi potuit Octauianus.

NITENTES CYCLADAS.

VT *prælucere Baias* dixit Epiſt. I. ad Mæcen.

Oda XV.

PROSOPOPOEIA eſt, ſiue vt Græci Rhetores dixère *ἔμψυχος καὶ γλυκὺς λόγος.* Tzetzes in Heſiod. Latini quoq; *materiolam* dixère, Gloſſa *προσωποποιΐα, Materiola.*

Eſt autem proſopopœia quidem hæc generatim, ſed ſpeciatim Ethopœia, de qua Aphthonius in Progymnaſm. Priſcian, in Præexercitamentis.

Eſt verò vaticinium Protei, de nuptijs infauſtis Paridis cum Helena. Neque recta *ἐπιγραφὴ* in libris eſt. *Nerei vaticinium*, vt infra peruincemus. D

CVM TRAHERET PER FRETA.

TRAHENDI verbo expreſſit tarditatem, & remoram Paridis nauigantis. Nota res trahere, lente agere ac differe, vt identidem apud Salluſtium. Reuerſus nempe ex Græcia in Phrygiam adulter ille ambagibus longiſſimis ne à Menelao perſequente caperetur. Videlicet, per Ægyptum, Phœnicem, Pharium & Iſſicum mare. Narrat Lycophro in Alexandram. Euſtath. ad Iliad. VI. Herodotus lib. II.

VT CANERET FERA NEREVS FATA.

PORPHYRIO legit *Proteus*, Alia omnis interpretum manus contra venit, & legit Nereus. Neque tamen ratio ei s niſi forte leuicula aliqua, cuiuſmodi illa in Aduerſ. c. III. lib. XIX. Nereum vaticinatum Paridi, quia dictus

Heſiodo

Digitized by Google

Heſiodo in Theogonia ἀψευδὴς καὶ ἀληθὴς. At enim talis & Proteus, item alij fatidici. Sic & illi rationi ſtipulæ pondus, cum aiunt legendum *Nereus* quoniam à Phærecide Syro vaticinans inducitur quoq; Nereus, & quod Euripides in Oreſte Glaucum Anthedonium vocat Νηρέως προφήτην. Tipula, inquam, leuius hoc. Nec enim Nereus ſolus in mari προφήτης, ſed & Proteus, & Glaucus, & Trito apud Pindarum, vt notauit interpres Euripidis in Oreſtē. At illa in noſtram partem firmiora ſunt I, Herodoti fides ſi qua eſt, narrantis lib. II. quemadmodum Paris ad Proteum Ægypti regem perductus. Hinc itaque occaſio huic Lyriſtæ vt induceret vaticinantem Paridi Proteum. II. Conuenit Proteum Neptuni paſtorem, huic paſtori Idæo vaticinari. Proteus paſtor Neptuni vt prænotauimus in Odam II. III. Quia vaticinatus & aliàs de rebus Troianis Proteus, vt de Achille ad Troiam oriturо. Papin. Achilleid. I. & apud Silium Italicum lib. VII. Proteus de bello Punico II. vaticinatur, exorſus à Iudicio Paridis.

Dixeris obſtare quod ait Poëta, *obruit ventos.* Nam obruere ventos magis Nerei eſſe. Immo enim & Nereo & Proteo, & Glauco, & Tritoni vaticinanti, ius & poteſtas obruere ventos. Itaq; cautè adiunxit condicionem *feras vt caneret fata.* Obruit ventos ad tempus videlicet vaticinationis ſuæ, Inutile illi & ceteris quos dixi eſſet ius vaticinandi, ſi ventos cum obſtrepunt, coercere non poſſent.

MALA AVI.

OMNE auſpiciom & omen, *auis*, vt & Græcè ὄρνις. Notat interpres Ariſtophanis in Plutum, & interpres Sophoclis in Oedipum tyrannum.

CONIVRATA TVAS RVMPERE NVPTAS.

VT I. Georg.------*coniuratos cælum reſcindere fratres.*

Putauêre notari nunc à Poëta coniorationem Helenæ procorum Spartæ factam, de qua Euripides narrauit principio Iphigeniæ Aulidenſis. Pauſanias in Laconicis Euſtath. ad Iliad. II. Sed meliùs qui accepere de coniuratione principum Græciæ facta in Aulide portu Eubœæ, de qua narrauit Apollodorus lib. III. Iſacius in Lycophronis Alexandram, Higinus fabulis c. LXXIIX. & paſſim tangitur in poëtis & hiſtorijs.

ET REGNVM PRIAMI VETVS.

RVMPERE *Priami regnum*, quippe collectum quaſi corpus ex IX prouincijs quas recenſet Geographus lib. XIII. Quodq; coniunxiſſet illas prouincias Priamus, nominari cœptus Rex regum. Achilles hoc regnum fregit captis alia poſt aliam prouincijs. Geographus lib. eodē. Vetus autem hoc Priami regnum quia diu Priamus ei regno præfuit.

ET RABIEM.

RABIEM belli. Μαίνεσθαι, τὸ ἐνθουσιᾶν ἐξμάχεσθαι, quaſi rabere ac furere adpetitu pugnæ. Euſtathius ad v. Iliad. Sic Iliad. IIX. de

A Hectore furentet pugnante

--ὀδὲ μαίνεται οὐκ' ἔτ' ἀνεκτῶς---
Ἕκτωρ πριαμίδης---
--*Iam perfurit intoleranter, Hector Priamides.*--

--*Item* ἡ κατὰ μάχην κίνησις μανίᾳ ἔοικεν, διὰ τὸ ἐνθουσιᾶν. *Motus ac geſtus corporum, in pugna furoris inſtar eſt, propter impetum quaſi diuinum.*

NEQVICQVAM FEMINIS CARMINA DIVIDES.

EXPRIMERE velle videtur quod Alexandra vaticinata fratri ſuo Paridi apud Lycophronem. τοὶ γὰρ ψαλάξεις ἐς κενὸν νευρᾶς κτύπον

Κ'σπτα καὶ ἀδώρητα φορμίζων μέλη.

Dixeris Latinè

Ergo incitabis neruulas ſono irrito,
B *Ieiuna & indonata carmina perſtrepens.*

Quid autem obſecro eſt carmina diuidere? Carmina, inquiunt Aduerſaria c. XXX. lib. XIX. quaſi per fides partiri. Nempe Cithariſta, modò hos modò illos neruos impellente. At neutiquā ea mens Horatio, ſed carmina fœminis diuidere modò huic modò illi feminæ cantilenā aliquam gratificari, vt hodieq; huius aut illius honori ſe cantare aiunt nugones. Sic *diuidere oſcula* Oda XXXVI. ſequente, modò huic, modò illi amico dare.

IMBELLI CITHARA.

QVÆ longè diſpar citharæ Achillis. Paridis cithara ſtrepens amores, & feminarum laudes: Achillis cithara pugnas & laudes Heroū. C Diſſerit hoc Euſtathius ad III. Iliadem. Eiuſmodi quoq; diſcrimine Alexander Magnus Paridis Alexandri citharam ſpreuit: Achillis citharam ſibi optauit. Plutarchus in Alexandro, & libro de virtute fortunâq; Alexandri. Stobæus Sermone XLIX. Ælianus Varijs c. XXXIIX. lib. IX.

NEQVICQVAM THALAMO.

PROPRIE *thalamo*, Nam thalamo aut gynæconitide, vt Iulius Pollux. c. IIX. lib. I. Euſtath ad Iliad. VI. aut thalamō nuptiali Gloſſæ παςὸς ἐπὶ νυμφης, *Obtentus, Coronacio, Thalamus.* Sic παςὸς in literis ſacris Pſalmo XIIX. Hinc & io ſomnis thalami ſpecies, nota vxoris. Artemidorus Daldianus. c. X. lib. II.

AIACEM CELEREM SEQVI.

D EXPLICAT Priſcian. c. II. lib. XIIX. *Celerem ad ſequendum*, Atticè.

Vter autem hic Aiax, Oïleus ne an Telamonius? Intelligi voluêre Aiacem Oïlei, neque rationem addunt. Eſſe autem poteſt, quod Aiax ille dicitur ταχὺς, id eſt, *celer* Iliad penult. Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας, & inducitur cum Vlyxe curriculo certans, & laudatur vt omnium poſt Achillem celerrimus----Ἀργαλέον δὲ

ποσσὶν ἐριδήσασθαι Ἀχαιοῖς ᾗ μὴ Ἀχιλλεῦ.

-----*Achiuis*

Vincere non facilem curſu, niſi fors ſit Achillo.

Veriſimile itaq; de Aiace Oïleo intelligi Poëtam velle, ſed verum eſt de Aiace Telamonio. Nec enim ab Oïleo ſed Telamonio interfectus Paris,

neque Aiax Locrus perſequutus Paridem, ſed Telamonius. Narrat enim Dares Phrygius, *Alexander arcum tetendit, multos, interfecit, Aiacis latus nudum transfixit, Aiax ſaucius Alexandrum perſequitur, nec deſtitit niſi eum occideret. Aiax feſſus vulnere in caſtra refertur, ſagitta exempta moritur*, &c. Aiax ibi Telamonius, nam Locrus etiam poſt Alexandrum & Telamonium ibi ſuperſtes cum Agamemnone, Diomede, Vlyxe, alijs.

HEV SERVS.

HEV *ſerus*, quia dolendum te non citius occubuiſſe, & antequam Achillem Græcorum oprimum inſidijs opprimeres.

CRINES ADVLTEROS.

BENE' nunc *crines*, at ſupra minus propriè, *pectes cæſariem*. Etenim cæſaries virilis eſt & B laudi, vt Æneide I.---*decoram cæſariem*, &c. At crines muliebres & vituperationi viro, vt Æneide IV.---*crinemq; madentem*.

Crines autem eſſe muliebres bene Iſidor. c. I. lib. XI. & pater nomine ipſo. Nam crines longi & cum diſcrimine apud Feſtum. Ergo & Dio Chryſoſtomus orat. de pulchritudine agens de Sporo. Ἀλλ' ἐκεῖνός γε, inquir, καὶ τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ τρίχας διεκέκριτο. *At ille etiam capillos diſcretos habuit*, nempe vt mulier. Tertyll. c. XII. de virgin. velandis. *Vertunt capillum, & in acu laſciuiore comam ſibi inferunt, crinibus a fronte diuiſis, apertam profeſſa mulieritatem*, &c. Peccant qui ex editione Rhenani corrigunt, *& acu laſciuiorem comam ſibi inferunt*, &c. Tertyll. Græcè & figuratè ibi vt aliàs C loqui voluit. Et quidem Græciſmo literis ſacris creberrimo D. Lucæ XXII. Κύριε, εἰ πατάξομεν ἐν μαχαίρᾳ. *Domine, ſi percutimus in gladio?* &c. Et alia eiuſmodi, natantia omnibus paginis. Sic itaque ἐν βελόνῃ pro τῇ βελόνῃ. *In acu, pro, acu.* Sic ἐν βέλει πληγείς. Et id genus alia.

Diſcretioni autem illi crinium, vſus diſcerniculi ſiue diſcriminalis quem oſtendit Varro IV. de ling. Lat. Et plenè planeq; Iſidor. c. XXXI. lib. penult. Peccant qui putauêre idem eſſe calamiſtrum ſiuè acum crinalem, & diſcerniculum, & cnaſona. Longè ac multum differunt, ſed cupreſſum illam adpingere nunc operæ non eſt.

PVLVERE COLLINES.

Ἀστέως, Solitus anrea collinere vnguentis D & odoribus, tunc puluere collines, vt Æneide vlt.

---*Fedare in puluere crines.*

Vibratos calido ferro myrrhâq; madentes.

TE SALAMINIVS TEVCERQVE ET STHENELVS.

LEGVNT aliqui, *Te Salminius Teucer, te Sthenelus*. Sed melius in membranis pleriſq;, *Te Salaminius Teucer, & Sthenelus*, &c. Qui neſciuêre ſyllabam ita rectè produci, vt verſum fulcirent, fecêre. *Teucerq; &*, Sed parcite metu, nam *Teucer &*, rectè vt Ennius apud Ciceronem I. de Diuinat.--*Soror errare videbar*. Et apud Lactant. c. XV. lib. I. *O pater, ô genitor, ô ſanguen Dijs oriundum*. Sic Æneide X.----*agitatus amor, & conſcia virtus* III.

A Georgic. *Altius ingreditur & mollia crura reponit.* Et Æneide V. *Oſtentans artemq; pater, arcumq; ſonantem*. Propert. Eleg. XIX. lib. I. *Mæonias inter heroïdas omnes*, Ouid. I. Faſtor. *Vocibus Euander, & firmus mente parentis.* Marius Victorinus lib. de ratione metrorum, hanc vocalium vim eſſe ait, vt in vltimis ſyllabis poëta volente, ancipites ſint.

IMPERITARE EQVIS.

HOMERO eſt ὁμοκλῆσαι ἵπποι τοῖς ἵπποις. Et κέκλεσθαι τοῖς ἵπποις, Iliade penult.

SVBLIMI ANHELITV.

SVBLIMIS *anhelitus*, non tam ex alto pectore, vt aliqui voluêre, quam elato capite vt ſoliti cerui fugientes. Semper enim aliàs quoque B ſerui ὑψικάρηνοι capitibus excelſis, vt Oppianus inſignes fecit lib. II. venationis, neque arbitrere ad celſitatem cornuum id pertinere. Nam dixerat εὐκέραον, &c. Idémq; de natatu ceruorum agens Ὕψι δ' ἀείροντες κεράων πολυήρατον εἶδος

Cornuáq; adtollunt cælo, peramabile viſu.

DIEM PROFERET ILIO.

VT Papin. Thebaid. III.----*ventis, aut alite viſa*

Bellorum proferre diem.

Oda XVI.

C PALINODIA eſt, ſed cum declamatione ſiue loco communi. Nefas eſſe furenter iraſci. veriſimile autem quod interpretes aliqui notauêre, ad Gratidiã Neapolitanam eſſe hoc carmen, in quam vibrauit iambos qui in Epodis. Ergo & iamborum hic ei mentio, & ætatis ſuæ ingraueſcentis.

O MATRE PVLCHRA FILIA PVLCHRIOR.

VT Iun. Columella in Hortulo.

Formoſo Nais puero formoſior ipſa.

Virgil. Ecloga. V.

Formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe.

NON DINDYMENE.

RECENSET IV. genera furoris diuini. I. Cybelæ Deæ ſacerdotum, II. Sibyllarum, III. Baccharum, IV. Corybantium, atq; his omD nibus iram eſſe ait incitationem. Eleganter autẽ Gallorum Phrygiæ Deæ, & Sibyllarum furoris ſimilem eſſe vult intelligi commotionem mentis iratæ. Baccharum autem & Corybantium vocibus ac tinnitibus, iracundorum vociferationes & conuicia.

NON ACVTA SIC GEMINANT CORYBANTES ÆRA.

CORYBANTES enim τοῖς δόρασι τὰς ἀσπίδας συνέκρουον vt ait Apollodorus lib. I. *Haſtis clypeos pulſabant* & apud Lucret. lib. II. Curetes

Armati in numerum pulſabant æribus æra.

Sed & Baccharum geminatio illa, vt Ouid. III. fabular.

---*Ærane tantum Ære repulſa valent?*

NORICVS

Digitized by Google

NORICVS ENSIS.

MELIOR tamen Sericus & Parthicus L. Plin. c. XIV. lib. XXXIV. Sed adfectanter Poëta *Noricum*, vt optimum vſurpare videtur, vt & Epoda XVII. adtingere volens memoriam victoriæ Auguſti Noricæ de qua Dio lib. LIV. item alij.

PARTICVLAM VNDIQ. DESECTAM.

NARRAT eiuſmodi fabellam Tiberianus apud Fulgentium Mytholog. lib. III. c. de Peleo, Tiberianus autem ex Steſichori Palinodia in Helenam, ex eáque ſumere potuit & Horatius. Non itaq; primus finxit vt interpretes opinati. Steſichori autem Palinodiam fuiſſe non Helenæ illi Lacænæ Tyndari filiæ, Menelai vxori ſcriptam, ſed Helenæ Huſiercæ Siculæ Micythi B filiæ, Steſichori amicæ, oſtendit Ptolomæus Hephæſtio apud Photium in Bibliotheca vbi & arguitur error ille popularis de Steſichoro diuinitus occæcato, quod auſus carmine maledico Helenam vituperare.

IRÆ ALTIS VRBIBVS STETERE CAVSSÆ CVR PERIRENT.

IRAS intellige odia internecina, Tullius orat pro Domo *Hoſtium, inquit, vrbes, nec initium hoſtium, verum eorum, quibuſcum acerbum bellum internecinumq; ſuſcepimus, non prædæ adducti ſed odio, ſolemus exſcindere, quod, in quos propter eorum crudelitatem inflammatæ mentes noſtræ fuerant, cum horum etiam* C *tectis ac ſedibus reſidere aliquod bellum ſemper videtur*, &c.

IMPRIMERETQ. MVRIS HOSTILE ARATRVM EXERCITVS.

PROFERT Iſidor. c. II. lib. XV. recteq; notat *vrbes aratro condi, aratro verti.* Notiſſimus ritus ille exarandi vrbes. Sic enim & Propertius Eleg. VII. lib. III. dixit, *aratro vrbem premere* L. Seneca. c. XXVI. lib. I. de clement. *Aratrum vetuſtis vrbibus inducere.* Quemadmodum & Valens Imp. apud Socratem Eccleſiaſticæ hiſtor. c. XXXIIX. lib. IV. ἄροτρον βαλεῖν κατὰ τὴν πόλιν Paulus Diaconus Hiſtor. Miſcellæ lib. XII. *Ciuitatem aratro vertere.*

Antiquiſſimus autem quoq; ritus ille, vrbium deletarum ſola perſpergendi ſale, tanquam imprecatione ſterilitatis ſempiternæ, vt in literis ſa- D cris Iudicum c. XIX. καὶ τὴν πόλιν καθεῖλε, καὶ ἔσπειρεν αὐτὴν ἅλας. Et renouauit vetus hoc exemplum Fridericus Imp. olim deleta vrbe Mediolano, Themyris autem Tartarorum rex Ninum quæ & Muſſula, exaratam lupino & faba Ægyptia conſeuit, vt eſt in continuatione belli ſacri.

Adſiuis huic etiam ritus ille, hoſtium vrbes deletas exſecrandi, vt Agamemno exſecratus Ilium & Crœſus Sidenā. Narrat Geographus lib. XIII. à quo & παλαιὸν ἔθος nominatur. i. *ritus antiquus.*

Sale perſperſas vrbium areas exaratas omine ſterilitatis liquet. Nam & inuidi ac venefici, & magi olim vicinorum ægros ita perſpergere ſoliti; vt ſterileſcerent, qua de re Ammonius in dif- A ferentijs explicans Ἁλιπαστον τὴν ἅλι κατασπαρεῖσαν χώραν, ὡς τινῶν φθονερῶν τοῦτο ποιούντων, ὅθεν καὶ ὁ βίος τοὺς κακωμένους καὶ δυσθεραπεύτως ἔχοντας τὰ σώματα, ἁλιπάστους καλεῖ Id eſt Ἁλίπαστον. *regionem ſale conſperſam, quaſi hoc inuidi aliqui fecerint. Vnde & vita communis eos qui corporibus peſſime adfecti ſunt, & inſanabiles, vocare ſolita eſt* ἁλιπάστους id eſt, *ſale aſperſos.* Tangit & Euſtath. in Odyſſ. XVII.

IN DVLCI IVVENTA.

QVAM iuuentam ſuam Oda XIV. lib. III. refert in Conſulatum Planci.

ET IN CELERES IAMBOS.

CELERES *iambi*, quia pes Iambus à breui in longam aptus progreſſioni. Vnde Iambus, B *pes citus* in arte poët. Et apud Sidonium Epiſt. XI. lib. IIX. *Lampridius in Iambico citus in choriambico grauis* Eamq; huius pedis celeritatem explicat Terentianus lib. de metris. Hinc & Ruſinus lib. de metris Iambum vocat *curſorem & velocem, & celerem.* Et Terentianus lib. de pedibus. *Raptim citum.* Idemq; lib. de metris. *Prapetem*, vt & Auſonius:

Iambe pinnis alitum velocior. Etiam *gradalem* ſiue *gradarium* dixere hunc pedem. Diomedes c. II. lib. III.

Propriiſſimè autem celer Iambicus verſus, in quo aut omnes aut plurimi Iambi pedes, & maximè vltimus. Nam ſi vltima regione ſpondeus eſt, iam σκάζων eſt ſiue *claudicans.* Itaq; Ouidius I. de Remed. hoc diſcrimen exprimens dixit.

Liber in aduerſos hoſtes ſtringetur Iambus
Seu celer, extremum ſeu trahit ille pedem.

ANIMVMQ. REDDAS.

REDDAS mihi animum tuum alienatum vt Oda ſeq. XIX. *Fenilis animum reddere amoribus.*

Oda XVII.

AD eandem hæc oda opinor eſt, ad quam ſuperior ad Gratidiam videlicet, quam iratus in Epodis Canidiam vocat, nunc autem quaſi palinodia dicta, & vt Plauti verbis dicam, *habita expurgatione, & pace facta* Tyodatidē nominat, quaſi commendatione pulchritudinis & formæ adpropinquantis ad Helenæ Tyndaridæ ſpeciem. Ergo & hac oda nunc ei ruſticationem ſuadet, ſuumq; rus offert quod in Sabinis.

FAVNVS VELOX.

OVID. II. Faſtor. de Fauno agens ſiue Pane

Ipſe Deus velox diſcurrere gaudet in altis
Montibus, & ſubitas concitat ipſe fugas.

Sic per montes Arcadiæ Pan diſcurrens apud Pauſaniam Arcadicis. Hinc & *Montiuagus* dictus Nemeſiano, Ecloga III.

MVTAT LVCRETILEM LYCÆO.

FESTVS in *Lucretilis* Priſcian. cap. IIX. lib. XIIX. Faunum in Lucretilē cum ſuo vicinum ait commeare & gregem ibi, tueri, quia Poëtæ

tutela Fauni, vt Epiſt. xix. *Adſcripſit Liber Satyris Fauniſq; Poëtas*. Et Oda xvii. lib. ii. *Faunus, Mercurialium cuſtos virorum*. Et apud Lucianum Dialogo Panis & Mercurij. Pan ipſe μουσικός, inquit, εἰμι, *Muſicus ſum*, &c. A

ÆSTATEM PLVVIOSQ. VENTOS.

ÆSTVS & frigus capellis res aduerſiſſima, Iun. Columella c. vi. lib. vii. *Hunc pecudi*, inquit, *nocet æſtus, ſed magis frigus*, &c.

TVTVM PER NEMVS.

MELIVS in alijs *totum*, &c. Nam tutum dixit *impune*, &c.

ARBVTOS.

NAM hoc pabulum capellæ ſectantur. Iun. Columella loco anted. Virgil. iii. Georg.

---*Iubeo frondentia capris*, *Arbuta ſufficere*.----

ET THYMA.

CAPRÆ adpetentes fruticis odorati L. Plinius c. xvii. lib. xii.

DEVIÆ.

NAM capræ ſilueſtribus ſaltib. delectantur, Varro c. iii. lib. ii. de re ruſt.

OLENTIS VXORES MARITI.

OLENS *maritus*, hircus, Idem Martiali Epigr. xciv. lib. vii. *Cinyphius maritus*. Et Virgil. Eclog. vii. *vir gregis*. Vxoris autem nomen transferri non ſolum ad animantes alias, ſed & in anima liquet Martial. epigr. liii. lib. iv. vbi pellicea ſtragula, *Cynici vxor*.

Cerea quem nudi tegit vxor abolla grabati

C Intelligi vult κῴδιον ſiue ſtragulam pelliceam, in eam incubanti Cynico eſſe quaſi vxorem, quia ſubmeiulus ille, ſiue ſtragulam permingere ſolens. Sed longa ei loco interpretatione opus, cui alia occaſio.

COLVBROS.

MEMBRANÆ, *colubras*, quemadmodum & Lactantius legit in v. Thebaid. Atque id concinnius, virides verò *venenoſas* vt interpretatus Lactantius.

HEDILIA.

MAL vère aliqui, *Nec Martiales heduleis lupos*, Hedus, hedulus, antiquè heduleus. Vt hinnus, hinnulus, hinnuleus. Sed in membranis pleriſq; eſt Hedi alia. Nempe parte vna capellæ, parte agri aut nemoris alia, hedi. D

VTCVNQ;.

QVOMODOCVNQ. quocũq; genere carminis lyrici. Sic melius quã *vbicũq;* aut *quãdocũq;* vt alij. Dicendi & plura locus in Odã xxxii.

VSTICÆ CVBANTIS.

PROCVMBENTIS, vt iii. Georg.--*& ſaxea procubet vmbra*.

DII ME TVENTVR.

VT MVSÆ Oda iv. lib. iii. *Faunus* Oda xiii. & xvii. lib. ii. & Oda xxii. lib. i. Eiuſmodi autem identidem illud Plauti, *Dij me ſeruant*.

DIIS PIETAS MEA.

VSVS Antoninus Pius Epiſtola ad Fauſtinã coniugem. *Eſto igitur ſecura, Dij me tuentur, Dijs pietas mea cordi eſt*, Volcatius Gallicanus in Auidio Caſſio.

A HIC IN REDVCTA VALLE.

REDVCTA *vallis*, eſt conuallis, ſiue collibus vndiq; ſepta vallis, & quaſi reducta ſiue retroducta & ſecluſa. Sic enim Maro Æneide iix eodem ſignificatu dixit *vallem reductam*, & vallem---*quam vndiq; colles, incluſere caui*. Eiuſmodi verò & propriè cõuallis vt patet apud Feſtum. Ergo & Propert. eleg. i. lib. iv. *cauum campum* dixit pro conualle, ſiue reducta valle. Aliter, neque rectè, quid reducta vallis Seruius docere ingreſſus, ad Æneidẽ vii. & x. Item alij vt in aduerſarijs c. xxiii. lib. xxvi.

LABORANTES IN VNO.

LABORARE amare, vt Atticè πονεῖν ſiue πόνους ἔχειν, & μοχθίζειν Theocrit. Idyll. i. B & *labor* ſiue πόνος pro amore. Theocritus Idyllio ii---ἐγὼ δ' οἴσω τὸν ἐμὸν πόνον--*At ego perferre laborem*.--*Nitar vt ante meum*. Et Ariſtophanes Concionatr. διά τοι γάρ σε πόνους ἔχω. *Nam propter te labores ſuſtineo*.

In vno autem *laborare*, amare eundem ſiue eſſe riuales, vt *riualitas mulierum*. Apuleij lib. x. Et in vno laborare dixit Ouidius lib. iix. fabular.----*merito Deus arſit in illa*. Et i. Faſtor. *Sola ſuſpiras in illa*, & vi. fabular. *in illa æſtuas*. Eleg. v. lib. iii. Amor. *Inachus in media Bithynide paluſtris iſſe*

Dicitur.---Propert. Eleg. xiii. lib. i. *Perditus in quadam tardis palleſcere curis, Diceris*---

DVCES POCVLA.

C DVCERE *pocula*, τὸ ἀθρόως καὶ ἀπνευστὶ πίνειν, ὅπερ ἀμυστίζειν ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ Plutarch. ſympos. Problem. iii. lib. iii. Itaque bibere ait ſolitas mulieres, & ſic bibentes minus inebriari. Sic anus Plautina Curcul. Sc. ii.

---*Ipſum expeto*

Tangere, inuergere in me liquores tuos

Sine ductim,---Meliùs Priſcianus legit c. i. lib. xv. *Sine ductim*. Nempe, *ſine*, inquit anus. O Liber *inuergere in me ductim liquores tuos*, &c. *Ductim* ἀπνευστὶ Priſcian. c. i. lib. i. Sic Oda iii. lib. iii. *Ducere nectaris ſuccos* Oda xii. lib. iv. *Ducere Liberũ*. Plauti Amphithr. Sc. i. *Educere hirneam*. Marcellus Empir. c. xxii. *Perducere* agens de potionibus medicis. Nam hæ perduci ſolitæ non bibi. Sic D *ducere narib. thura* Oda i. lib. iv. vbi interpretor.

INNOCENTIS LESBII.

INNOCENTIS, ſaccati de quo dixi ad Odam xi. Græcis hoc vinum ἠθικὸν, Theophraſto c. xxiv. lib. vi. de ſtirpium cauſis. Item ἠθημένον Plutarcho Sympoſiacis Problem. vii. lib. vi. Item διηθημένον. Florẽtino apud Caſſianum Geoponicis c. περὶ τῶν διηθημένων οἴνων.

Eiuſmodi Leſbium innocens quia plurimum & iucundè ducitur, neque inebriat. Neque temetum eſt, ſiue tentans mentem. Itaque Plin. c. xxii. lib. xiv. *Quinimo*, inquit, *vt plus capiamus ſacco frangimus vires*, &c. Et Plutarchus loco præd. δίηθησιν ſiue ſaccationem, eſſe ait, σόφισμα καὶ μηχάνημα πολυποσίας. *Commentum & machinationem bibacitatis* Quare autem ſaccata ſiue caſtrata vi-

ta vina ſiue percolata minos inebrient, diſſerit au- A ctor libri περὶ παθῶν qui adſcriptus Hippocrati, & copioſè Plutarchus problemate antedicto. Familiaria itaq; delicijs Romanis vina eiuſmodi, vt Plutharchi loco prædicto, & Ciceronis II. de finibus vbi inter aſototū delicias ſummas, vinum eui, vt Lucilius locutus, *vires ſacculus abſtulerit. Sacculus*, nempe vinarius Siue ὑλιςὴρ Gloſſæ *Saccus vinarius* ὑλιςήρ. Cōtra Tullij & Lucilij mentē illi veniunt, qui apud Ciceronē reſcribere auſi, *quibus vinum diffuſum è pleno ſit œnophoro vt ait Lucilius, cui nihil demſerit nix, nec ſacculus abſtulerit*. Contra Cicero & Lucilius vinum voluére intelligi aſoticum & ſaccatum. Maſcula vina & quibus nihil ſaccus abſtulit, nihil ad palatum aſoticum. Rectéq; iam olim doctiſſimi repudiauére illam re- B ſcriptionem. Etenim ἄκρατος οἶνος, ſiue non διηθημένος eſt καρηβαρίτης, ſiue crapolam & capitis grauedinem facit, ἠθικὸς non item. Idemque opinor in græcis dialogis καρηνός. Suidas καρηβαρίτης, ὁ χυδαῖος οἶνος. Lege, Καρηβαρίτης ὁ χυδαῖος ὄινος, &c. Patet Suidæ ipſius verbis in Ἀνθοσμίας, vbi & opponi ait ἀνθοσμίαν οἶνον & χυδαῖον ſiue καρηβαρίτην haud dubiè ἀνθοσμίαν intelligens ἠθικὸν, ſiue vt Horatij verbis dixeris *innocentem* neque inebriantem. Etenim proferens verſum ex Ariſtophanis Ranis Διόνυσε πίνεις οἶνον οὐκ ἀνθοσμίαν explicat, μεθύεις. κραιπαλᾷς σκληρὸν οἶνον πίνων, id eſt, *ebriacus es, crapula es grauis, bibens vinum auſterum*. Quid autem a- C liud οἶνος σκληρὸς quàm οὐ διηθημένος, ſiue ἄκρατος; Saccatum verò vinum ſiue ἠθικὸς οἶνος, idē ἀνθοσμίας quia ſoliti & odoribus condire vina com ſaccarent. Indicio Plinius c. XVII. lib. XX. de aniſo agens, *Saccis quoque*, inquit, *additur. Cum amaris nucibus vina commendat*. Corrigit Hieronym. Mercurialis. *Saccis quoque additum, cum amaris nucibus, vina commendat*, &c. ἐγὼ δὲ τις ἐν ταχυπέθης. Nam adduntur vino amaræ nuces græcæ videlicet ſiue amygdalæ. Cui rei obſecro? vitandæ ſcil. ebrietati. Ipſe c. IIX. lib. XXIII. *Aiunt*, inquit, *quinis fere præſumtis* (nucibus græcis) *ebrietatem non ſentire potores*, &c. De amaris hoc audiendū patet Dioſcoridis c. CLXXVII. lib. I. ex quo ſūſit Plinius, ἔςι δὲ, inquit, καὶ ἀμέθυςα προσλαμβανόμενα ὥστε ἢ ζ. *Arcent & ebrietatem ſumtæ quina & ſeptena*. Sic & Africanus apud Caſſianum Baſſum Geoponicis lib. VII. Nota hiſto- D ria eſt de medico qui nucibus Græcis amaris præmunitus, omnes vino deponere ſolitus in comitatu olim Druſi qui filius Imp. Tiberij. Plutarchus Sympoſ. Problem. VI. lib. I. Athenæus lib. II. Amaras autem huic rei nuces conuenire teſtis Plinius loco quem dixi. *Minus*, inquit, *valent in remedijs dulces*, &c. Item ex Dioſcoride hoc vt alia. Ait enim de dulci nuce Græca ὅτι κατὰ πολὺ ἧσσον ἐςὶν ὡς πρὸς ἐνεργείαν τῆς πικρᾶς, *Multo eſſe debiliorem ad efficacitatem remedij, nuce amara*. Atqui à vino ſaccato minimum ebrietatis periculū eſt potanti, nihil itaque amaræ nuces ad vini ſaecationem, ſed odores vt dixi. Vnde & opponitur

A in veteribus quotidianis οἶνος καρηνός id eſt, ἄκρατος, καρηβαρίτης, & οἶνος ἀρτυτός id eſt conditus & ſaccatus.

Non audiam, ſi quis *innocens Leſbium* eſſe velit modicè ſumtum, vt Oda XXVII. dicturus eſt *Bacchum verecundum*.

Adpoſitè autem Flaccus amicam ad Leſbij ſaccari ſiue innocentis ductionem vocat. Nam Leſbium dulcius ceteris itaque magis ad amicæ ſaliuam. Alexis apud Athenæum lib. I.

----πόματος Λεσβίου
οὐκ ἔστιν ἄλλος οἶνος ἡδίων πιεῖν.
----*pottone Leſbia*
Nullum potare dulcius merum potes.

Et ibidem Eubulus, ἢ λέσβιον γέροντα νεκταροςαγῆ. *Aut* B *Leſbium vetulum fluentem nectare*. Et plenæ ibi laudib. Leſbij vini paginæ tanquam dulciſſimi. Iucundè & A. Gellius c. V. lib. XIII.

NEC SEMELEIVS THYONEVS.

CÆLIVS Lactantius ad Thebaid. II. Diodorus lib. III.

PRÆLIA.

Παροινίας. Rixas natas ex ebrietate. Bene Athenæus lib. X. τὸ γὰρ παροινεῖν, ἐκ τοῦ μεθύειν. Patet Xenophontis Sympoſio, & Luciani Lapithis. Ne rectè in Gloſſis παροινία *ebrietas*; πάροινος *vinulentus*. παροινία eſt vt dixi, nata ex vino rixa, ſiue vt bene Flaccus noſter Oda ſeq. *Rixa ſuper mero*. Benè & Plautinæ Militis Sc. IIX. C eſt, *Diſcidium per vinum*.

CVM MARTE CONFVNDET.

PRÆLIA Bacchi ſunt poſcere maioribus poculis & propinare: Martis autem prælia rixæ & pugnæ. Bacchus itaque prælia ſua cum Marte confundit, cum bibendi certamen conuertitur in rixam & παροινίας.

NE MALE DISPARI.

MALE *ne diſpari*, ſiue valde diſpari? an *malè incontinentes manus*, ſiue valde incontinentes? an *malè inuciat*, ſiue valde & crudeliter inijciat, vt Oda XII. lib. IV.--*Male eſt vlta libidines*, id eſt, crudeliter? Sed conuenit rectiſſimè, quod eſt proximum, *male diſpari*. Nam voluit Poëta exprimere diſpares pueri & puellæ vires, vt Pa- D pin. Thebaid. V.------*fortemq; timebam*
Quem deſponſa Gyam.----vbi Cælius Lactantius *Timebam, Quia*, inquit, *virtus pueri formidanda eſt puellis*.

Malè autem pro *valde*, vt recte Cariſius lib. II. illud Frontonis ad Antoninum Imp. proferens. *Malè me, Marce, vita pænitet, ceterum certum eſt male pænitet*. Priore loco male eſt ne rectè, poſteriore autem valdè. Sic Atticis κακῶς pro πάνυ λίαν ſiue valdiſſimè.

SCINDAT CORONAM.

CHERÆMON, Athenæi lib. XV. στεφάνους τεμόντες, &c. *ſciſſis coronis*.

Oda XIIX.

PLEBEIA inſcriptio eſt. *Ad Quinctilium Varum*; ſed Quinctilij nomen abeſt à membra-

Digitized by Google

nis pleriſq;. Et quidem forte an Flaccus ipſe nunc A ſibi loquitur, atq; ipſe hic *Varus* eſt, vt Epoda v. Flaccus ipſe *Varus eſt*. *Non vſitatis Vare potionibus*. Has potiones ad ſe pertinniſſe ipſe teſtis Epoda xvii. *Quid amplius vis?* &c.

Eſt autem Oda παραινετική, de vſu vini mediocri & vitanda ebrietate.

NVLLAM ARBOREM.

VITES enim *magnitudine quoque* ſuâ *inter arbores* olim, Plinius c. i. lib. xiv. Aliter legit hunc verſum Helenius Acro, quàm vulgò nunc habet, nempe. *Nullam vere nouo*, &c. videri poteſt illud *Vare ſacra*, natum ex inſcriptione.

VITE SACRA.

QVONIAM ex vite libationes in ſacris.

CIRCA MITE SOLVM TIBVRIS B
ET MOENIA CATILI.

IDEM arbitrati aliqui Tibur, & mœnia Catili, vt Aduerſarijs c. iii. lib. xxii. Sed haud dubiè aliud Horatio *Tibur*, aliud *mœnia Catili*, nempe mons Catili. Fratres illi Catilus, Coras, Tibur ſiue Tiburnus, non ſolum opera communi Tibur condidere, ſed & ſuo quiſq; Marte ſuam ſibi vrbem. Seruius ad Æneidē vii. Puerile autem & nugatorium eſſet illud Δὶς τὸ αὐτὸ. *Tibur & mœnia Catili*, vtſi dixeris, *Patauium & mœnia Antenoris*.

Catili autem pro Catilli poëticè vt ſyllaba corriperetur. Nam hiſtoricè quidem eſt Catillus, vt Solini c. vii. Seruij ad Æneidē vii. Helenij Acronis ad Odam vii. lib. i. C

OMNIA DVRA.

DIFFICILIA vt, vt Tibulli eleg. vii. lib. i. Vatinij Epiſt. ad Cic. x. lib. v. Horatij Oda viii. lib. iii. L. Seneca epiſt. lxiii.

QVIS POST VINA CREPAT PAVPERIEM.

MARCELLVS interpretatus, *queritur, dolet*. Melius dicere potuit, *in ore habuit*. At in membranis eſt, *increpat*. Rectè opinor. Quippe increpare dicitur ambifariam pro inſonare, & inclamare ſiue accuſare. Seru. ad Æneidē ix. Sic itaque nunc, *increpat grauem militiam aut pauperiem*, accuſat: *increpat Bacchum & Venerem*, inſonat, valde ſonat, laudib. fert.

RIXA DEBELLATA.

RIXAM humiliter ac tenuiter dixit, Nam D *rixa* μάχη, ἡ διὰ λόγων, *Pugna*, μάχη διὰ χειρῶν. *Prælium*, μάχη, ἡ ἐν πολέμῳ Gloſſæ. Sed auget Poëta adiungens, *debellata*.

CENTAVREA CVM LAPITHIS.

MARO Æneidē i. auctorem huius rixæ Martem fecit. *Mars perdere gentem. Immanem Lapithum valuit*, &c. Bacchū autem ii. Georg. *Ille furentes Centauros domuit*. Seruius ad ii. Georg. ſic diluit. Pugnam illam partim ira, partim vino excitatam. Rectè, nam Lapithi incitati ira: Centauri vino.

SITHONIIS NON LEVIS EVIVS.

NAM vt ipſe Oda xxvii. ſeq. *Natis in vſum lætitiæ ſcyphis, Pugnare Thracum eſt*.

FINE LIBIDINVM DISCERNVNT.

A TVLLIVS Verrina v. *libidinem tibi tuam pro lege eſſe voluiſti*.

EXIGVO.

FINE nihil diſcernente reipſa, ſed aliquantum opinione Thracum barbara, quibus fas quod libido dictauerit: nefas quod libidini aduerſarium.

NON EGO TE BASSAREV INVITVM
QVATIAM.

COGAM me, aut cogi patiar ad ebrietatē. οὐ βασσαρήσω. Non incipiam furere in vino, vt Oda vii. lib. ii. Anacreon apud Athenæum lib. x. Ex eoq; apud Euſtath. ad Odiſſeam iii. cuius *versiculis ad deformes maculis hactenus, quas ſic eluo.* [Greek word before "versiculis": νεκταροσταγεῖς? — printed as a Greek word]

B
Ἄγε δὴ φέρ ἡμῖν ὦ παῖ
Κελέβην, ὅπως ἄμυστιν
Προπίω. τὰ μὲν δέκ' ἐγχέας
Ὕδατος, τὰ πέντε δ' οἴνου
Κυάθους, ὑβριστιῶ σου
φοῖνα δηΰων βασσαρήσω. Secius & ſequius qui aliter mutauêre in Athenæum. Tangit autem Horatius commotionem ſacrorum, de qua Seru. ad Æneidē iv.

VARIIS OBSITA FRONDIBVS.

CLVSA ciſtis varia fronde velatis, de quib. Catull. epith. Pelei, Tibullus Eleg. iix. lib. i. Theocrit. Idyll. xxvi. Clem. Alexand. Protrept. Epiphan. Panarij lib. iii. Arnobius lib. v.

SÆVA TENE.

C SAT. vii. lib. ii. ---*Manum ſtomachumq; teneto*. Reprime furorem tuum neque immitte mihi.

TOLLENS VERTICEM.

SIC αὐχένα ὑψῶν pro ſuperbire Iſidor. Peluſiota, epiſt. ccxxiv. lib. iii.

Oda XIX.

NEC QVÆ NIHIL ADTINEBT.

NEMPE, *dicere*. Valerius c. ii. lib. i. *Factum Maſaniſſæ plus animo, quam punico ſanguini conueniens: quanquam quid attinet mores natione pendi?* D &c. Melius membranæ, *Factum Maſaniſſæ animo, quàm Punico ſanguini conueniens. Quanquam quid adtinet*, &c. Cornuficius principio lib. i. Rhetor. *Quæ nihil adtinebat*, videlicet conquirere. Malè & ibi *adtinebant*, &c.

BIMI CVM PATERA MERI.

VINVM vetus adfectauêre in ſacris, & merum ſiue expers aquæ. Muſtum quidē ſpurcum habitum, vt & vinum dilutum. Feſtus in *Spurcum*. Plinius c. xix. lib. xiv.

Oda XX.

VOCATIO ad cœnam & declaratio quid in cœna illa præcipuum & quaſi caput. Sic enim

enim ſoliti exprimere, vt nunc *Vinum Sabinum*, Oda xi. lib. iv. *vinum Albanũ* Catulli epigr. xiii. *Vnguentum*. Martialis epigr. xxii. lib. iix *Aprum*. epigr. xliix. lib. x. *hœdum*.

Vile Sabinum.

Bona præmunitione *vile* dixit. Etenim Męcenas vinis delectatus optimis, vnde & *vina Mæcenatiana* Plinij cap. vi. lib. xiv. At Sabinum ceteris Italiæ vinis leuius Athenæus lib. i. *πάντων δὲ ὁ Σαβῖνος κουφότερος*.

Modicis cantharis.

Modici ſiue parui canthari plebis: magni procerum, vt C. Matij apud Plinium. c. xi. lib. xxxiii. Valerium c. vi. lib. iii. Macrob. Saturn. c. xxi. lib. v. Plutarch. lib. de ira.

Græca testa.

Isidorus c. xxv. lib. xvi. *Cadus, Græca amphora eſt, continens vrnas tres*, &c. Græca itaque teſta cadus, qui & nomine & origine & vſu græcus eſt. Condi autem & diffundi vina in cados tes nota eſt. Marcellus, *Cadi*, inquit, *vaſa quibus vina conduntur*. Sic melius quàm in Aduerſ. c. v. lib. xvii. Teſtam græcam eſſe dolium fictum in Græcia. Nam etſi Romæ fictus cadus, tamen græca teſta, vt *Cadi Vaticani* apud Martial. epigr. xix. lib. i.

Conditum levi.

Bene iunxit *condere & linere*. Conditur vinum diffuſione vt Sat. ii. lib. ii. epiſt. v. lib. i. & ſæpe in iure ciuili. Eâq; de re M. Cato c. xxiii. de re ruſt. Iun. Columel. c. xiix. lib. xii. Plin. c. xxi. lib. xiv. Cadus verò in quem diffuſum vinũ eſt, linitur gypſatione. Sic *amphoræ gypſatæ* Petronio, aut picatione, vt Horatij Oda iix. lib. iii. Plinij c. xxi. lib. xiv.

Oda XXI.

Quincti poſt vrbem conditam ludi ſæculares editi ab Auguſto. Dio lib. liv. *τὰ τε σαικουλάρια, τὰ πέμπτα ἐπετέλεσε*, &c. Fecêre ludos illos coniunctim Auguſtus & M. Vipſanius Agrippa anno ıɔcccxxxvi. L. Furnio, C. Silano Coss. Cenſorinus c. v. de die natali.

Ludis autem ſæcularibus ritus ille vt tres hymni cantarentur, primus ad Tiberim prima nocte ludorum, alter die ſequenti in Capitolio, poſtremus tertio die in æde Apollinis. Sic enim Zoſimus lib. ii. hiſtoriæ nouæ. Aut quemadmodum auctor ipſe Horatius in carmine ſæculari, cantatum carmen vltimum, ter noctu, ter interdiu, *Ter*, inquit, *die claro, totteſq; grata nocte*, &c.

Ludis illis ſuis Auguſtus, carmen ſæculare cõponendum Horatio iniunxit, vt Suetonius, ſiue quis alius eſt, refert in vita Q. Horatij. Triplex itaque carmen ſæculare, ſcripſit Horatius, opinor. Primum hæc Oda eſt: alterum oda vi. lib. iv. Tertium autem quod extra numerũ odarum eſt & inſcribitur *carmen ſæculare*. Primum & poſtremum carmen ſæculare cantatum à pueris A & puellis patrimis ac matrimis, & patricijs ex confarreatione. Itaque hac Oda *teneras virgines & pueros* nominauit, & in eo quod Carmen ſæculare inſcribitur, *Virgines lectas puerôſq; caſtos*. Secundum autem à matronis cantatum ait Zoſimus loco prædicto, qui *γυναῖκας ἐπισήμους feminas inſignes* ſiue lectas vocauit. Horatius autem ipſe & pueros puellâſq; patrimos & matrimos, & nuptas cecinisse oſtendit Oda vi. lib. iv. Nam ait, *Virginum prima*, & c. Et mox. *Nupta iam dices*. Hinc ergo & illud Martial. epigr. lxiii. lib. x. in Epitaphio matronæ.

Bis mea Romano ſpectata eſt vita Terento.

Putauêre autem aliqui etiam Catulli eſſe carmen ſæculare illud, *Dianæ ſumus in fide*, &c. Sed neu-B tiquam potuit Valerius Catullus, Auguſti ludis carmen ſcribere, iam præmortuus, Olympiade videlicet cxxc, vt eſt Euſebij Chronicis. Nec potuit ſcribere ludis ſæcularibus alijs, vt patet enumeratione ludorum ſæcularium Iulij Cenſorini c. xxiii. de die natali, & argumento eſt ætas Catulli, qui mortuus anno xxx. Carmen itaq; Catullianum illud, hymnus Dianæ ſcriptus cum adirentur libri Sibyllini. Etenim hi libri cum adirẽtur pueris patrimis & matrimis indicebatur quoque carmen, vt patet Flauij Vopiſci Aureliano in oratione Vlpij Silani, *Veteranos manibus libros euoluite, fata Reipub. quæ ſunt æterna perquirite, patrimis matrimiſq; pueris carmen indicite*, &c. *veteranas* explicant *manus* eorum qui in ſacerdotio pontificali C conſenuerunt. Fruſtra. Nam ſcripſerat Vopiſcus *Veteranos manib. libros euoluite*. Illud verò *ἀνιστόρητον*, non omnes XV viros ad contrectationem librorum Sibyllæ admiſſos. Admiſſi non veteres vetuſti tãtùm, ſed & noui nouitij, vt nouus XVvir Meſſalinus Tibul. Eleg. v. lib. i.

Phœbe ſacras Meſſalinum ſine tangere chartas,
Vatis---&c.

Neq; illud ibi ex fide hiſtoriæ xv pontifices fuiſſe in collegio illo Sibyllinorum Sacerdotum ſiue *σιβυλλιστῶν*. Etenim C. Iulius Cæſar iam fecerat xvi viros. Dio lib. xlii. Auguſtus deinde magis magiſq; multiplicauit, data ſcil. à populo ei poteſtare creandi ſacerdotes quot vellet. Dio lib. li. Seruius quidẽ ad Æneide vi ætate ſua etiam D ad lx fuiſſe notauit, & quamuis numero mutato, nomen tamen retentũ eſſe XV virorum. Seruius autem multo anterior Aureliano, temporibus videlicet Auiti ſiue Alagabali. Sed miſſos ego iam illos facio *χωωδίων ὀργιλωτέρους* ita exorbitantes modo hâc modo illâc, & quib. *οἱ ἔλεγχοι μώλωπες ἀκριβῶς*. Carmen quidem pueris patrimis & matrimis indictum quo tempore *libri* illi *veterani* adirentur, patet quoq. T. Liuij lib. xxxi. *Decemuiros*, inquit, *adire libros de portento eo iuſſerunt*. Et mox. *Carmen præterea ab ter nouenis virginibus cani per vrbem iuſſerunt*. Et lib. xxxvii. *Decem ingenui, decem virgines patrimi omnes matrimiq; ad id ſacrificium adhibiti*, &c.

Patet autẽ aditos ex S C.to libros Sibyllinos ætate Catulli, cum ageretur de reſtituendo in

Ægypti regnum Ptolemæo.

TENARÆ VIRGINAS.

AD cantum Sæcularem adhibiti τρὶς ἐννέα παῖδες ἐπιφανεῖς μετὰ παρθένων τε ζώντων, οἱ πάντες ἀμφιθαλεῖς *Ter nouem pueri inlustres, totidemque puellæ, omnes patrimi & matrimi.* Zoſimus hiſtor. nouæ lib. II. Sic Oda VI. lib. IV. *Virginum primæ, puerię; claris patribus orti.*

In aliis quoq; ceremoniis pleriſq, pueri patrimi & matrimi, vt C. Taciti hiſtoriar. lib. IV. in luſtratione Capitolij. Hinc & illud Ciceronis de Haruſpicum reſp. *Aut puer ille patrimus & matrimus ſi terram non tenuit, aut tenſam, aut lorum amiſit.* Meliùs. *Aut puer ille patrimus & matrimus ſi tenſam non tenuit, aut lorum omiſit.* Inſcitia tenſæ, pro *tenſa, terram* repoſuit, & *amiſit*, pro *omiſit*. Indicio

B eſt locus Arnobij ex illo Ciceronis expreſſus lib. IV. vbi rectè quidem eſt *omiſit*, ſed & ibi tamen quoq; ignoratio *tenſa, terram peperit.* Locus Arnobij eſt. *deerrarit: aut ſi rurſus in ſollennibus ludis, curriculiſq; diuinis: commiſſum omnes ſtatim in religiones clamatis ſacras, ſi ludius conſtitit, aut tibicen repente conticuit: aut ſi patrimus ille qui vocitatur puer, omiſerit per ignorantiam lorum, aut terram tenere non potuit,* &c. Malè traiecta ſeries dictionis. Mens enim Arnobij ipſa exigit. *deerrarit: aut ſi rurſus in ſolennib. ludis, curriculiſq, diuinis ludius conſtitit, aut tibicen repente conticuit: aut ſi patrimus ille qui vocitatur puer, omiſit per ignorantiam lorum, aut tenſam tenere nō potuit, commiſſum omnes ſtatim in religiones clamatis*

C *ſacras,* &c. Peccant qui terram hic quoq; adgerunt, & legunt, *aut tenſam, aut terram tenere non potuit,* &c.

Benè Tullius ex eoque Arnobius *tenſam & lorum* iunxere. Dicam, quia ἐπεισόδιον quidem hoc ſed breue fiet, *Tenſam, aut lorum tenere* Tullius & rhetor ille Afer dixêre, pro tenſæ lorum tenere, aut tenſam loro tenere. Qui tenſam deducebat eam loro tenebat, ſiue tenſæ lorum tenebat. Narrat nempe Aſconius in III. Verrinam, *lora tenſis prætenſa fuiſſe quæ gauderent manu tenere & tangere, qui eas deducerent.* Prima omnium tenſa Iouis erat, hanc Imperator ipſe deducere ſolens, vt apud Suetonium Augusti c. XLIII. Veſpaſiani c. V. In republica vetere Conſulis hæ partes, vt Iuuenalis Sat. X. Tertulliani c. XIII. de corona militis:

D ceteras & Deorum & heroum tenſas deduxere pueri patrimi & matrimi. Horū aliquis ſi lorum tenſæ non tenuiſſet, ſiue lorum tenſæ omiſiſſet, ludi circenſes illi rite facti non erant, idq; erratum expiari, ludóſq; inſtaurari opus erat. Tullius loco anted.

LATONAMQVA.

DIANA, Apollo, Latona de numero deorum quibus fiebant ludi ſæculares. Zoſimus quidem ita omnes recenſet lib. II. *Iupiter, Iuno, Apollo, Latona, Diana, Parcæ, Lucina, Ceres, Pluto, Proſerpina.* Horatius nunc Latonam adiunxit potiſſimum, vt matrem Apollinis & Dianæ.

VOS LÆTAM FLVVIIS.

VOS, puellæ. Vos puellæ Dianam dicite; vt mox vos puelli Apollinem, & in carmine

A ſæculari. *Supplices audi pueros Apollo, Siderum regina bicornis audi, Luna puellas.* Læta autem ſiue gaudens fluuijs Diana abluendi ſudoris cauſſa ex venatione. Vt Ouidij fabular. lib. III.

Hic Dea ſiluarum venatu feſſa ſolebat
Virgineos artus liquido perfundere rore.

Et quoniam locis riguis maior ferarum copia.

GALIDO ALGIDO.

ALGIDI enim domina Diana, vt in carmine ſæculari. Gelidum autem vt niuale Oda XXII. lib. III. Symmach. epiſt. I. lib. III. *Æſtatem Præneſtino Algido frangere.*

AVT ERYMANTHI.

SIC Diana venatrix in Erymantho Homeri

B Odyſſ. VI.

AVT VIRIDIS CRAGI.

VBI θεῶν ἀγγίων ἄστρα. Stephanus de vrbibus.

HIC BELLVM LACRIMOSVM.

PRACATVR auerti à finib. orbis Romani *bellum, famem, peſtemq;.* Nam hic ſcopus, hęc meta ludorū ſæcularium, auerruncare bellum, famem, peſtem. Sic & in carmine ſæculari famem deprecatur cum ait, *Fertilis frugum,* &c. Peſtem illis verbis. *Condito mitis,* &c. Bellum deinde vbi ait. *Quiq; vos bubus,* &c.

VOS MISERAM FAMEM.

POMPAIVS apud Salluſt. epiſtola ad Senatum. *Me cum exercitu, quantum eſt in vobis, fame miſerrima omnium morte confeciſtis.* Iun.

C Columella c. II. lib. II.

Oda XXII.

SERVATVS ex periculo Fuſcum Ariſtiū Grāmaticum amicum ſuum, lætitiæ ſuæ participem facit, & in locum excurrit communem, ſiue declamitare pergit, tutiſſima eſſe arma innocentiam vitæ & integritatem.

SIVA PER SYRTES ITER.

QVID arcus & ſagittæ ad Syrtes? Quia itinere terreſtri per Syrtes aditus in nemus ac templum Iouis Ammonis. Lactantius in The-

D baid. IIX.

FABVLOSVS HVDASPES.

HYDASPES fabuloſus, de quo multæ fabulæ, vt auriferum eſſe. Sic enim *auriferum Hydaſpen* dixit Claudianus. Et gemmis abundare, vt *gemmiferum* dixit L. Seneca tragicus in Medea. Et tanto ſtrepitu defluere, vt Alexandri remiges obſtupefecerit. Arrianus lib. VI. de reb. Alexandri. Et quod crocodilos alit. Nearchus apud Geogr. lib. XV.

NAMQ. ME LVPVS.

NON maximum hoc tamen Horatianæ integritatis & ſanctitatis argumentum. Nam forte lupus ille ſatur fuit. Saturus autem lupus inſtar agni mitis eſt, neque aut homini, aut gregi nocet. Ælianus de animalib. c. XV. lib. IV. Deinde autem

de autem vt Ariſtoteles notauit hiſtor. animal. c. A
v. lib. IIX. non æquè à quouis luporum genere homines violantur, ſed à ſoliuago & inerti maximè, minus autem à generoſis & deditis venationi. *Ἀνθρωποφαγοῦσι δὲ οἱ μονοπεῖραι τῶν λύκων μᾶλλον αὐτῶν, ἢ τὰ κυνηγέσια.*

Cvris expeditvs.

SEcvrvs. Sic melius quàm curis expeditus. *Curæ aut ſoluunt nos cum abeunt: aut impediunt & ligant aduenientes.* Donatus in Hecyram.

Nec Ivbæ tellvs.

REgnvm Maſſæſulorum & Mauruſiorum. Narrat Geographus lib. XVII. ex quo liquida res intelligi à Flacco Iubam illum cui Auguſtus Mauritaniæ regnum adtribuit, non autem vt *ἀνιστορήτως* aliqui ſuſpicati, patrem Iubæ illius. B
Iuba itaq; hic eſt, quem Iuba Maſſæſulorum rex ſuſcepit ex filia M. Antonij & Cleopatræ. Tangit quoque Geographus lib. VI.

Leonvm, arida nvtrix.

VT Alexis in Epigrammate

> Μῆτερ ἐμὴ γαίη, φρυγίων θρέπτειρα λεόντων.
>
> *Tu, mihi quæ mater, Phrygiorum terra leonum*
> *Altrix*----id eſt, Phrygia.

Pigris campis.

VT *gleba inertes* I. Georg. id eſt, *nihil procreantes.* Seruius.

Dvlcs ridentem.

VT. *mollia ridere.* Ouid. III. Nequitiæ. C

Oda XXIII.

Vitas me.

SIc meliùs, quam vt aliqui legunt, *vitat me.* Flaccum velle, *vitas me*, &c, liquet eum adiungit. *Atqui non ego te*, &c.

Oda XXIV.

COnsolatio eſt Virgilij logentis interitum Quinctilij Vari, cum tribus legionibus omnibúſq; auxilijs cæſi in Germania. Narrat D
Dio lib. LVI. Suetonius Auguſti c. XXIII. Rectè Varium & Varum diſtinguit Seruius ad Eclogam IX.

Qvis pvdor avt modvs.

ET ſententiam & elegantiam Poëtæ ſuam ereptum iuêre qui tolli voluêre interrogationem.

Præcipe lvgvbres cantvs Melpomene.

COnvsnisns hoc Melpomenæ. Tragica enim & mœſta eſt, vt in Ecloga Auſonij de Muſis.

Cvi liqvidam patsr, vocem cvm cithara dedit.

TZstzes in Heſiodum. *Μελπομένη ᾠδὴν εὗρεν. Melpomene cantum reperit.*

Virgili.

ACcipienovm de Poëta Virgilio, patet mentione fidium, & comparatione Orphei quæ ſequitur.

Non vanæ redeat sangvis imagini.

COrpvs imago animi. Itaque Plotinus imaginem corporis vocauit *εἴδωλον εἰδώλου imaginem imaginis.* Porphyrius in vita Plotini. Similiter Æneas Sophiſtes Epiſt. XII. *vana* autem *κενὴ* ſiue inanis vt in Gloſſis. Sic itaq; *vana imago*, corpus hominis mortui, cui ſanguis redire nequit. Planius hoc ita quam accipere de imagine de qua Seruios ad illud Æneid. IV. *Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.*

Qvicqvid corrigere est nefas.

OPtimvm *eſt pati quod emendare non poſſis* L. Seneca epiſt. CIX.

Oda XXV.

OCcentatio eſt nocturna ad oſtium amicæ, qualis apud Ariſtophanem Concionatricibus. Plautum Mercatore Sc IV. Perſa Sc XV. Tibull. eleg. II lib. I. Sed propriè quidem hæc amatoris excluſi occentatio ad oſtium amicæ, cui ſimilis alia eſt Oda X. lib. III.

Parcivs ivnctas qvatiunt fenestras.

C

ADmitti nempe cupientes proci, immo enim proci inquam. Vt III. Nequitiæ, Ouidius.

> *Cum melius foribus poſſis, admitte feneſtra,*

Item. *Nec tua frangetur nocturna ianua rixa*, &c.

Per intsrlvnia.

GLossæ *μεσοσέληνον. Interlunium.*

Fvriare.

AMori comites Furiæ. L. Cælius Lactantius ad Thebaid. V.

Oda XXVI.

D

COnsolatio Ælij Lamiæ lugentis fratrem, de quo ipſe epiſt. XIV.

Mvsis amicvs.

Φιλόμουσος ὤν. L. Iul. Pollux c. VII. lib. IV. aut Muſarum ſacerdos.

In mare Crsticvm.

QVia id *σφόδρα βαθύ*, ſiue altiſſimum. Geographus lib. VII.

Qvis svb arcto.

VItivm interpunctionis. Eſſe debuit,

> *Portare ventis, quis ſub arcto, &c.*

Ait ſe non curare quis rex Germaniæ: qui Tiridati Parthorum regi bellom & terrorem faciat. Simili ſerie Oda XXIX. lib. III. oppoſuit *Seres, Bactra & Tanaim.*

REX GELIDÆ METVATVR ORÆ.

VT Harminius & Segimerus, ſub quibus accepta clades Variana. Dio lib. LVII. Sueton. Auguſti c. XXIII.

QVIO TIRIDATEM TERREAT.

TERREBAT Phraates Orodis filius, à quo & fugatus regnóq; ſpoliatus eſt. Narrat rē Dio lib. LI. & LII. Plutarchus in Antonio. Iuſtinus lib. XLII. Fruſtra tentata eſt lectio alia. *Quid Mithridatem*, &c. Refellit Flaccus noſter ea ipſa terroris mentione. Terreturi integer, vt Tiridates: captus & vinctus doleri, vt Mithridates. Forte an autem fuit. *Quis Tiridatem*, &c.

FONTIBVS INTEGRIS.

ALLEGORICE' fontes, Poëtæ. Interpretes Euripi. ad Hippolytum. ἐπιειχῶς οἱ ποιηταὶ τὰς ἰδίας φύσεις λειμῶσιν ἢ ποταμοῖς, ἢ μελίσσαις, ἀπεικάζουσι. B

Oda XXVII.

QVASI ſcolium carmen ſiue epulare ritu Græcanico. De ſcolio Euſtathius ad VII. Odyſſeam. Dicto ſcolio bibere ſoliti erant certo genere poculi, quod ex re ipſa nomen traxit, vt ᾠδὸς diceretur, quia carminis ſcolij quaſi clauſula eſſet propinatio illius poculi. Trypho apud Athenæum lib. XI. Tangere hoc velle Flaccus videtur, cum ait. *Vultis ſeueri me quoq; ſumere partem*. C

Falerni: &c.

BARBARVM MOREM.

THRACIVM. Thraces πολυπόται, & ἀκρατοπόται ſiue Plautinè dixeris. *Multibibi & merobibi* L. Athenæus lib. X. Sic Θρᾳκία προπόσις Iul. Pollux c. III. lib. VI.

VERECVNDVMQ. BACCHVM.

VERECVNDVM intellexêre, moderatè ſumtum, verius dixeris *verecundum Bacchum*, puerum. Pueritiæ laus, verecundia Ariſtot. c. IX. lib. IV. ad Nicom. Et νέοι αἰσχυντηλοί, Idem ad Theodect. c. XII. lib. II. Sic puer Bacchus & flens, vt imbellis. Ouidij Fabula. li. III.

IMPIVM CLAMOREM.

CLAMOREM inſtar barbarici, de quo dixi ad Odam II. D

SODALES.

INTELLIGI vult cœnam collectitiam, ſiue de ſymbolis ſiue ἐν ἐράνῳ.

ET CVBITO REMANETE PRESSO.

CVBITO enim læuo, innixi toro. Sidonius Epiſt. XI. lib. I. *Cubitum toro reddidit*.

FALERNI SEVERI.

SEVERI, explicant, *auſteri*, Eſt quidem Latinis *ſeuerum*, quod Græcis auſterum, vt Grammatici notauêre. Atque ita in Gloſſis *Seuerum* αὐστηρόν. *Seueritas* αὐστηρότης. At quæ voluptas in vini auſteri potatione? exprimi hoc itaque oportuit & quidem videri poteſt ſeueri ſiue auſteri nomine Falerni intelligi vetus. Vetuſtate vina ſe-

A uera & amariora fieri patet. Galenus Therapent. methodi lib. I. πικροὶ ὑπὸ παλαιότητος οἱ οἶνοι. *Amareſcunt vina vetuſtate*. Idem lib. I. de Antidoris. Vinum vetuſtate prius δριμὺν fieri, mox etiam πικρόν. Notat quoque Plinius c. I. lib. XXIII. c. IV. lib. XIV. Hinc Catulli epigr. XXIV. *Calices amariores*, hoc eſt vini vetuſtioris. Seueritas autem illa & amaritudo vini vetuſti non iniucunda eſt. Eleganter hoc vt omnia L. Seneca epiſt. LXIII. *Nam*, inquiens, *vt dicere ſolebat Attalus noſter. Sic amicorum defunctorum memoria iucunda eſt, quomodo in vino nimis veteri ipſa nos amaritudo delectat, quomodo poma quædam ſunt ſuauiter aſpera*, &c. Alia in membranis ſeries, comparatio nempe pomorum prior, illa vini poſterior Probauere hoc Critici. Nollem factum. Vini quippe comparationem priorem eſſe, patet adfinitate verborum, *iucunda eſt*, &, *delectat*. Vinum itaque vt dicere occœpi, ſeuerum vetus forte interpretetur aliquis, ego merum eſſe puto, & ad ritum referri quem Horatius ipſe tangit, cum ſequitur. *Partem ſumere*.

PARTEM SVMERE.

PROGRESSV epuli meracam potionem ſoliti poſcere & libare amicæ amicóve, ſiue in terram vergere, & amicæ amicive nomen edere. Theocritus Idyll. XIV.

> ἤδη δὲ προϊόντος, ἔδοξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον,
> ᾧ τινος ἤθελ' ἕκαστος, ἔδει μόνον ᾧ τινος εἰπεῖν
>
> *Iam progreſſu epuli viſum eſt verſare meracum*
> *Vt vellet quis cuique: at oportuit edere nomen.*

Explicat ibi ritum illum interpres, εἰώθασι, inquit, ἐν τοῖς συμποσίοις ἄκρατον λαμβάνειν καὶ ὀνομάζειν τινὰς ἐρωμένους, ἢ φίλους, ἐπιχεῖν τῇ γῇ καὶ φθέγγεσθαι τῶν φιλτάτων τὰ ὀνόματα. *Soliti in ſympoſijs merum capere, & nominare aliquos amores aut amicos, tum terra inuergere, & pronunciare amiciſſimorum nomina*. Sed Græcanicus quidem ritus ille inuergere merum terræ & ſonitum efficere quem κότταβον dixêre. Valerius c. II. lib. III. *Theramenes porrectam veneni potionem non dubitanter hauſit, quodq; ex ea ſuperfuerat, iocabundus illiſum humo clarum edere ſonum coegit, renidénſq; Critia, inquit, propino*, &c. Sed Cottabi plura genera fuêre de quib. copioſè interpres Ariſtophanis, neq; ſemel, ad Pacem. Tzetzes in Varijs Hiſtoria XXCV. Chiliad. VI. Et anterior illis Athenæus lib. XV. Ea verò genera omnia diuitum, meri nempe effuſiones in phialas aheneas, aut in bilances, aut in vaſculum lychni inſtar, aut in pocillum pelui aqua plenæ impoſitū. At ſimplicius, ac ruſticius eſt quod interpres Theocriti ἐπιχεῖν τῇ γῇ dixit hoc eſt inuergere terræ, conuenienter videlicet Theocriti menti, cuius carmen paſtoritium, ac rureſtre. Conuenienter & Valerius dixit *illiſum humo* quippe in carcere tunc Theramenes, vbi nulla eiuſmodi cottaborum ingenia & machinæ quales recenſet interpres Theocriti. Illud ἐπιχεῖν τῇ γῇ bene reddidi ego *terra inuergere*.

Non

Non enim quoquo modo effundere ſoliti, ſed inuergere. Inuergere, inquit Seruius ad Æneidē VI *eſt conuerſa in ſiniſtram partem manu ita fundere vt patera conuertatur*, &c. Sic & cottabiſmus fieri ſolitus συνεστραμμένῃ τῇ χειρὶ *manu conuerſa* ſiue in Cottabiſmis ſoliti ἐπαγκυλοῦν τὴν δεξιὰν χεῖρα. *Curuare & inflectere ad cubitum manum dexteram* ex eoq; cottabos ipſos, ἀγκυλητοὺς dixere quaſi ad cubitum inflexiones, vt loco prædicto Athenæus narrauit & interpres Ariſtoph. Benè illi τὴν δεξιὰν χεῖρα, ſiue *dextram manum* expreſſère, quia lætitiæ & hilaritatis inuergendi ritus ille: at Seruius in *Siniſtram partem* dixit, agens videlicet de *ſacris infernis* ſiue inferorum. Quod autem apud Ariſtophanis interpretem & vulgarios Lexicographos eſt ἀγκυλητοὺς corrige ex Athenæo ἀγκυλητοὺς. Græcanico itaque ritu nominatum amores ſuos effundere ſoliti aut pateram integram aut delibatā. Imitati hoc deinde & Romani, *Græcoq; id more bibere* dixêre, vt Cicero Verrina III. vbi Aſconius. *Græco*, inquit, *more potare eſt*, συμπιεῖν κυαθιζομένους, *cum merum cyathis libant, ſalutantes primo deos, deinde amicos ſuos nominatim. Nam toties merum bibunt quoties & Deos & Caros ſuos nominatim vocant*, &c. Libauêre itaque & Romani merum cyathis ſed ſine cottabo, & ſonitu opinor.

Signanter autem Flaccus *partem Falerni* dixit, ſoliti enim potare menſuris, vt Martial. Epigr. XXXVII. lib. XI. & paſſim.

DICAT OPVNTIÆ FRATER MEGILLÆ.

BIBAT, & nominet amicam. Libantes cyathos nominare ſoliti amores ſuos abſentes, & ſalutem eis precari. Plautus Sticho Sc. XII. *Benè noſtram Stephanium*, &c. Sic & amicis abſentib. benè precati ad pocula, vt Oda XIX. lib. III. Tibullus eleg. I. lib. IV.

Et bene Meſſallam ſua quiſq; ad pocula dicat.

Et Imperatoribus. D. Ambroſius c. XVII. de Helia. *Bibamus, inquitant, pro ſalute Imperatorū*. Item, *Bibamus pro ſalute exercituum, pro comitum virtute, pro filiorum ſanitate.*

Ita iucundum hoc eis pro ſalute amicorum aut amorū potitare, vt plerumq; & totidem cyathos pro ſalute amici aut amicę, biberent quot literis ſcriberetur nomen eius. Patet Martialis epigr. XCV. lib. IX. epigr. XXXVII. & XXXIX. lib. XI. Plauti Sticho Sc. XII.

Hoc amplius & vt quamq; impenſius amarēt ita plurib. eam bibere ſoliti cyathis vt pateſcet Epigrammate M. Argentarij Anthologiæ lib. VII.

DEPONE TVTIS AVRIBVS.

SI audientibus ceteris dicere non vis, in aurem dic mihi. Deinde quaſi dixerit in aurem, ſequitur. *Ah miſer*, &c. *Garire in aurem*, Martialis epigr. XC. lib. I. Callimachus Hymno Apollin. ἐπ' οὔατα λαθρίως εἶπεῖν.

QVÆ THESSALIS.

ACHILLES Tatius Leucippæ lib. VI. Ἀκούω τὰς θεττάλας μαγεύειν, &c.

TRIFORMI CHIMERÆ.

INTERPRETATI *Chimeræ*, puellæ ſiue amicæ. Melius dixeris amori. Amor chimæra triformis. Principio Leo, medio capra, fine draco. Principio eſt impetus amoris, tanquam leonis, medio libido tanquam capræ, fine morſus doloris tāquam ſerpētis. Fulgētius Mythologijs principio lib. III.

Oda XXIIX.

FLACCVS Epicuri de grege, Archytam Tarentinum vt naufragio in mari mortuum inducit, & petere facit ſepulturam. Atque hoc ridet vrbanè. Illi ſcilicet non eſſe locum ſepulturæ, qui mare, terras, & arenam metiri potuit. Laërtius Archytam ex patria ſua profugiſſe narrat, de naufragio nihil addidit.

NVMEROQ; CARENTIS ARENÆ MENSOREM.

SIc de Archimede Hygenus lib. de limitibus. *Archimedem*, inquit, *virum præclari ingenij inuentorem ſcripſiſſe ferunt, quantum arenarum capere poſſit mundus ſi repleretur.*

PVLVERIS EXIGVI.

EXIGVI pugillo dati, vel *exigui* corpuſculis ſuis Iun. Columella Prooemio lib. X. de re ruſt. *Tam exigua ſunt, vt, quod aiunt Græci, ex incomprehenſibili paruitate arenæ funis effici non poſſit*, &c. Sic Lucanus lib. IIX. *Pulueris exigui congeriem*, &c.

PARVA MVNERA.

SEPVLTVRÆ genus quod *pulueris iniectionem* dixêre, de quo ipſe fine huius carminis. *Iniecto ter puluere*, &c.

AERIAS TENTASSE DOMOS.

TANGERE velle videtur quas notauêre aſtrologi, ſtellarum errantium ſiue planetarum domos. Cuius inuenti occaſionem planetarijs ex Homero datam qui fine Iliad. I. & Iliade XIIX. fingit à Vulcano Dijs omnibus ſuam cuiq; domum, in cælo exſtructam, notauere interpretes Homeri, vt Euſtathius, alij. Hæ domus dictæ item τόποι ſiue loca. Iul. Firmicus c. XXII. lib. I. Et præceptio de his domibus ſiue locis πραγματεία δωδεκάτοπος. Harum domuum quaſi ἀξίωμα & faſtigium eſt, quod ὕψωμα ſiue altitudinem vocant. Tertullian. c. III. lib. ad Scapulam. *Sol*, inquit, *poſitus in ſuo hypſomate & domicilio*, &c. vt ſi diceret in hypſomate ſui domicilij.

ANIMOQ; ROTVNDVM PERCVRRISSE POLVM, MORITVRO.

ACCEPÊRE interpretes. Necquicquam prodeſt tibi mortali ſiue morituro. Sed Flaccus magis voluit, *animo morituro*, ex Epicuri ſui ſententia, cuius de grege eſt. Animi Epicuro mortales ſiue morituri. Plutarchus de Philoſophor. decretis c. VII. lib. IV. Ἐπίκουρος τὴν ψυχὴν φθαρτὴν τῷ σώματι συνδιαφθειρομένην. *Epicur. decernit animū eſſe mortalē, & cū corpore interire.*

Aerias autem *domos* & *polum* ſepatare Flaccus A videtur vt differunt οὐρανὸς & αἰθήρ. Οὐρανὸς ſuperior: αἰθὴρ inferior: Euſtath. in Iliadem XVI. Et vt Ariſtophani Nebulis, differunt ἀὴρ & αἰθήρ.

TITHONVSQ; REMOTVS IN AVRAS.

TITHONVM *remotum in auras*, Acro, Porphyrio, item alij oſcitantes accepêre Tithonum mortuum. At Horatius fabellam perſtringere voluit ex mythologia de Tithono verſo in cicadam, & ſuſpenſo in auris ſiue aëre, in caniſtro, ſiue fiſcella. Euſtath. ad Iliad. penult. οἱ ποιηταὶ λαλοῦσι καὶ περὶ Τιθωνοῦ, ὅτι τε εἰς τέττιγα διὰ γῆρας μετεβλήθη, καὶ ὅτι ἐν ταλάρῳ ἢ ἐν καρτάλῳ ἐκρεμάσθη. Aiunt Poëtæ & de Tithono præ ſenectute in cicadam verſum eſſe & ſuſpenſum in caniſtro aut calatho Clearchus apud Athenæum lib. III. Τιθωνὸς ἀθανασίας ἐπιθυμήσας ἐν θαλάμῳ κρέμαται πάντων ὑπὸ γήρως ἐστερημένος τῶν ἡδέων. Lege, ἐν ταλάρῳ. *Tithonus immortalitatem adpetens, in caniſtro ſuſpenſus eſt, omnis* voluptatis expers.

PANTHOIDEN ITERVM ORCO DEMISSVM.

PANTHOIDES quidem Euphorbus Panthoi filius: ſed *Panthoides iterum Orco demiſſus.* Pythagoras, in cuius corpus inmigrauit Euphorbus, atque ita Pythagoras Panthoides, bis ſiue iterum Orco demiſſus eſt, ſemel vt Ephorbus iterum vt Pythagoras. Secutus Horatius illos qui tradidere, proximè ex Euphorbi corpore animã C illam tranſiſſe in corpus Pythagoræ. Lactant. in III. Thebaid. Cornutus ad Perſij Sat. VI. Principio nempe animam illam Euphorbi fuiſſe: deinde Pythagoræ, tum Pauonis, poſtea Homeri, ad extremum Q. Ennij. Sed alij inter Euphorbum & Pythagoram multos interpoſuêre, in quos anima illa tranſierit. Æthaliden, Hermotimum, Pyrrhum, alios. L. Laërtius in Pythagora, Tertyllian. c. XIV. lib. de anima. D. Hieronym. epiſt. aduerſ. Ruffin.

QVAMVIS CLYPEO REFIXO.

LAËRTIVS & Tertyll. locis anted. Ouid. lib. XV. Lactant. in Thebaid. III.

IVOICE TE.

ARCHITAS enim de ſchola Pythagoræ. D Pythagoriorum autem notiſſima vox αὐτὸς ἔφα.

EXITIO EST AVIOIS MARE NAVTIS.

IN membranis, *auidum mare*, vt Oda XXIX. lib. III. *Auarum mare.*

DENSENTVR FVNERA.

DENSERI pro denſari Cariſius lib. III. Priſcian. c. IV. lib. IX.

NVLLVM SÆVA CAPVT PROSERPINA FVGIT.

PROSERPINA nullius capitis vnquam capillum refugit aut verita eſt reſecare. Fabella poëtica eſt, neminem mori, cui non ante Proſerpina capillos demſerit. Papin. Silua. I. lib. II.

Illa comam læuâ morienti abſcidit ephebo.

Luſit ad hunc ritum Martialis epigr. XLIII. li. III.

Non omnes fallis, ſcit te Proſerpina canum.

Neque tamen promiſcuè omnium capillos ſecari à Proſerpina commenti Poëtæ, ſed illorum qui fato diem ſuum obirent. Itaque P. Virgilius Æneide IV. Didoni præter fatum morienti non à Proſerpina ſed Iride nuncia Deorum, crinem ſecari finxit. Iunonis beneficio longam eius in morte acerba luctationem miſerantis. Et Euripides in Alceſtide, fingit huic crinẽ demi à Charonte, videlicet quia non moriebatur fato ſuo. L. Macrobius c. XIX. lib. V. Lapſa eſt memoria illis qui Morti Deæ, non autem Charonti, hoc ab Euripide adtribui ſcripſêre.

Fortè an neque ſatis ad Poëticæ mythologiæ formulam Papinius qui commẽtus puero Glau- B ciæ acerba morte obeunti à Proſerpina capillum demi potius quam Charonte.

Fabellæ verò huius poëticæ principium introductum videtur ex ritu populari quo receptum ſecari capillum morientibus, quemadmodum Scholiaſtes Euripidi tangit in Alceſtin.

DEVEXI ORIONIS.

CVR deuexus Orion? Trifariam accipi poteſt. Primum quia ſidus Orionis auſtrinum eſt oppoſitumq; Vrſæ. Itaq; Manilius lib. I.

Arctos & Orion aduerſis frontibus ibant

Auſtrina verò pars cæli inferior & quaſi *deuexa* eſt: Borealis autem ſuperior & *ſubuexa*. Ergo Cæſius Baſſus ſiue vt alij voluêre Cæſar Germanicus C de ſtellis ad Auſtrum ex Arato dicturus ſic præfatur--*Hinc alius decliuis ducitur ordo.* Idemq; de parte Boreali.—*Mundi pars celſior*-- Et Auienus--- *Plaustalis concaua in Auſtri.*

Dimittunt.---Lege. *Demittunt.* Aratus ipſe de ſignis auſtrinis----τὰ δὲ νόθι πέλλεται. Vbi Theo interpres τὰ νότια γὰρ κάτω κεῖται ὡς πρὸς τὸ κλίμα τοῦ κόσμου, ὥσπερ ἄνω τὰ βόρεια, διὰ τὸ ἔξαρμα. *Auſtrina enim deorſum ſita, quantum ad mundi tractum, vt aquilonaria ſurſum, propter eleuationem poli ſiue verticis.* Non tetigit Arati mentem, Tullius in Aratio ſuo carmine vbi ait. *At pars inferior delphini fuſca videtur.* Quod Aratus de ſignis Auſtrinis notauit ea cæli parte inferiore eſſe, tranſtulit Tullius ad Delphinum & parte D inferiore fuſcum ſiue obſcurum eſſe ait. Atqui Aratus dixerat, Μεσσόθεν ἠερόεις. Ex quo Auienus, *Hic medios artus teter ſtupet.* Deinde *Orion deuexus*, quoniam habitu figuraq; corporis quaſi prona pingitur, in Phœnomenis. Vnde Flaccus Orionem *pronum* vocauit Oda XXVII. lib. III. Denique *deuexus* Orion, occidens. Atque hoc magis ad mentem Horatij. Nam obeunte Orione excitantur in mari tempeſtates acerrimæ. Horat. Epoda X.

Nec ſidus atra nocte amicum adpareat, Qua triſtis Orion cadit. Et Epoda XV. *Infeſtus Nautis Orion.*

OSSIBVS ET CAPITI INHVMATO.

ATQVI à principio dixit puluere tectum. Sed aliud humari aliud iniectione pulueris aliqua tegi. Humatio eſt glebæ illa iniectio ſollennis de qua Tullius II. Legum. Tangit

git & Plini. c. LIV. lib. VII. At pulueris iniectio A perfunctoria eſt & dicis cauſſa, de qua mox Horatius, *iniecto ter puluere.*

FLVCTIBVS HESPERIIS MINABITVR EVRVS.

HESPERIIS, Italis, interpretes. Proprius forte Auſonijs, nẽpe Auſonij maris ſiue Siculi adluentis oram magnæ Græciæ. De quo mari Geographus lib. v. Plin. c. x. lib. III. Euſtath. in Dionyſ. Afrum. Eurum itaque Flaccus poëticè pro vento dixit generatim. Nam propriè quidem illud mare Zephyro magis expoſitum. Itaque & promuntorium ibi Zephyrium, de quo Geographus lib. VI.

SACRI TARENTI.

SACRVM Tarentum Herculi, Itaque Tarentum Herculeum Æneide III. Aut quod B magis cõueniens in Horatiani ſtili vrbanitatem, quia plures Tarentinis feſti dies quam profeſti. Geographus lib. VI.

COMMITTERE FORSAN.

MELIÙS interrogatoriè, *Committere forſan?*

DEBITA IVRA, VICESQ; SVPERBÆ.

TALIO, vt & tu naufragus, relinquare inſepultus. Talionem vocari *vicem*, oſtẽdi ad l. XII. tabularum c. XIIX. Nefas autem fuiſſe Athenis viſum mortui hominis corpus relinquere inſepultum tradit Ælianus Varijs c. XIV. lib. IV. Similiter iure Pontificio etiam Romæ. L. Seruius ad illud Æneidis VI. *Præcipue pius Æneas.* C

TEQ; PIACVLA NVLLA RESOLVENT.

HOC eò referri velle videtur, quod imprecationes ſi proficiſcerentur ex animi adfectu, cauſaq; iuſta, expiari non poſſe arbitrati. Sic apud Catullum epithalamio Pelei, Ariadna in deuotione Theſei.

Quæ quoniam verè naſcuntur pectore ab imo,
Vos nolite pati noſtrum vaneſcere luctum,

Et Dido Æneam deuouens Æneide IV.

Hac precor, hanc vocem extremam cum ſanguine fundo. Horatius ipſe Epoda V. *Dira deteſtatio Nulla expiatur victima.* Conati ante aliqui explicare, Fruſtra, *Præſiſcini*, addo.

INIECTO TER PVLVERE.

QVIBVS humatio contingere non potuiſſet, ijs terra iniici ſolita vt nunc *puluerẽ iniicere*, dixit Horatius. *Iniicere terram*, Virgilius Æneide VI. Sepulturæ ſcilicet hoc genus tralatitium & perfunctorium, qualis & lapidum iniectio, de qua Petronius *Tralatitia humanitate lapidare.* Et Dionyſ. lib. III. λίθους ἐπιφορεῖν καὶ γῆν D Bene M. Seneca Controuerſ. I. lib. I. iunxit vt res ſimiles. *Stipem porrigere mendico: & humum cadaueri.* Nempe vt mendico iacitur numulus, aut fruſtum panis: ſic cadaueri pulueris aliquantulum, aut lapis.

Fugit ratio illos qui pulueris nunc à Flacco mentionem fieri putauere, vt terra mortuo leuior eſſet, neq; de humatione agitur, ſed vt dixi tralatitia ſepultura, & arena litoris.

LICEBIT CVRRAS.

A CVRRERE, magnis itineribus contendere, aut certa dierum dimenſione & manſionibus iter facere. Hinc & in iure ciuili currere dicti qui prætoria itineris dimenſione ac dierum, ad Prætorem Romanum aut Præſidem prouinciæ in vrbem ſiue μητρόπολιν proficiſcuntur negocij ſui cauſſa. Propert. eleg. II. lib. IV. ---*Tu qui ad vadimonia curris.* Sic Nouella XXX. c. IX. τρέχειν & δραμεῖν. Et Inſtit. §. vlt. de bonor. poſſeſſ. *Nequis currat.* Sic enim rectè in membranis. Ne quis currere cogatur nempe itineris Prætoria dimenſione ad petendam bonorum poſſeſſionẽ. Etenim hodie currere nihil neceſſe, cum quiuis iudex & II vir bonorum poſſeſſionem det l. vlt. Qui admitti. l. I. & ſeq. Comm. de ſucceſſ. C. B Menda itaque illa d. §. eſt, *Ne quis curet*, quàm qui in notis ſuis laudant, Iuſtiniani ſententiam lædunt. Conſimile mendum lib. III. Hiſtoriar. C. Taciti. *Exploratores vti mos eſt longius curabant.* Meliùs manuſcripti, *longiùs currebant.*

Oda XXIX.

L. Itium philoſophari ante ſolitum, & nunc militare in caſtris volentem, reuocare in gyrum ſtudij prioris nititur, quia meliùs ſapientiæ ſtudium arte militari. Eoq; illud pertinet. *Pollicitus meliora*, &c. Militare Itius ille voluit bello A- C rabico, ſiue quod inlatum Arabiæ Felici ſub Ælio Gallo Ægypti præſide, Conſule Auguſto x. anno vrbis IↃCCXXX. Dio lib. LIII. Et puto error calculi eſt in Faſtis Sigonij item aliorum, qui numerauere annum IↃCCXXIX. & Conſulatum Auguſti IX.

Ὀρθογραφεῖται autem hic *L. Itius*, vt rectè eſt in membranis, non autem *L. Iccius*. Etenim *Itia* familia eſt, non Iccia. Sic & Tullij Philipp. XII. Meliùs *M. Itius*, quam *M. Iccius*. Et Cæſaris v. belli Gallici melius, portus Itius quam *portus Iccius.*

NVNC ARABVM INVIDES GAZIS.

INVIDES Arabib. gazas, vt Æneide v. --*Prælato inuidet honori.*

D NON ANTE DEVICTIS SABÆÆ REGIBVS.

VT *intacti theſauri Arabum*, Oda XXXIV. lib. III. Nam neque Alexander ante Arabiam ſubegerat L. Geographus lib. XVI. Auguſtus verò in Arabiam miſit cum exercitu Ælium Gallum, qui & multas Arabiæ vrbes cepit. Narrat rem Dio lib. LIII. Tangit & Geographus lib. II. & XVII. Plin. c. XXIIX. lib. VI. Sed hic quidem & ab alijs & à ſe ipſe diſſentiẽs c. XXIX. lib. VI. pro Ælio Gallo ſubſtituit P. Petronium, lapſu, opinor, memoriæ. Nam Petronius non in Arabia tunc, ſed poſtmodo in Æthiopia rem geſſit. Dio lib. LIV. Geographus lib. XVII. Neque in Aduerſarijs ſat rectè eſt c. XIII. lib. IX. cogitatum ab Auguſto bellum Arabicum non autem ſuſceptũ.

Digitized by Google

Nequei n Faſtis Sigonij bene eſt *Æmilius Gallus*, A pro Ailio.

Succeſſor autẽ Ælius hic Gallus. Gallo Cornelio, de quo hiſtoriæ notæ ſunt.

AD CVATHVM STATVETVR.

VT ὅτι πεὸ νίκταρος πάξῃ. *Ad nectar ſtatuere.* Lucianus Dialogo Iouis & Ganimedis.

VNCTIS CAPILLIS.

CARISIVS lib. I.

RELABI POSSE RIVOS.

Aδυνάτου deſcriptio crebra in Poëſi, vt Propert. lib. II. Eleg. O me felicem, Virgilij Carmine in Battarum. Ouidij fabulæ. lib. XIII. Ponti eleg. v. lib. IV. Triſtium Eleg. VII. lib. I.

Oda XXX

QVASI formula eſt in dedicatione ſacelli Veneris vt Tibulli eleg. x. lib. I. & lib. IV.

ET TE TRANSFER IN ÆDEM.

TRANSFERENDI verbum ex iure pontificio, vt Plinij epiſt. LIIX. LXXIII. & ſequente lib. x. T. Liuius lib. v. *Ad nos trãſferri ſacra*, &c. Deorum ſigna transferentes, rogabant vt ſe transferri paterentur. Eiúſq; ritus prin- C cipium natum videtur cum Iuno Veijs interrogata, *Viſne Romã ire Iuno?* T. Liuius lib. v. Hinc & illud nũc Horatij--*Vocantis thure te multo.* Contra qui ex ſacrario priuatum facere locum vellent, ſiue *locum illum religione liberare* volentes, *ſacra inde ſoliti euocare* l. propenult. §. III. D. De ter. diuis. Hinc apud Ciceronem epiſt. II. lib. XIII. ad famil. *in C. Memmij ſacrario Euandri ſtatuarij officina eſt.* Sacrario ſcil. impropriè dicto, ſiue ſacrario euocatis iam ſacris.

MVLTO THVRE.

ODORES enim & flores Veneri placent, vt Æneide I. in templo Veneris Paphiæ thus & ſerta. Et cum Æneas Veneri victimas promitteret, Venus reſpondet,--

--*Haud equidem tali me dignor honore.*

Significãs victimas ſibi non placere, vt interpretati Seruius, & Lactantius ad Thebaid. v. Tamen & victimis eam gaudere, quis neſcit? Ariſtænetus epiſt. XVII. lib. II. τιμᾶται Ἀφροδίτη λιβανωτῷ καὶ θυσίαις. *Colitur Venus thure & victimis.*

FERVIDVS TECVM PVER.

VT ante Oda II. *Quam iocus & circumuolat Cupido.* Sic Cupidines in Veneris comitatu Apuleij lib. x. Atque eiuſdem lib. II. *Venus toto Cupidinum populo comitata.*

ET GRATIÆ.

ARISTÆNETVS epiſt. I. lib II. Ἀλλὰ καὶ χάριτες ἕπονται τῇ θεῷ. *Sed & Gratiæ comites Deæ ſunt.* Euſtathius ad v. Iliadem. Αἱ χάριτες ὀπαδοὶ τῇ Ἀφροδίτῃ πλάττονται καὶ ὑπουργοί *Gratiæ finguntur comites Veneri, & miniſtræ*, &c. Ergo & à Nearcho picta Venus inter Gratias & Cupidines, Plinij c. XI. lib. XXXV. Et Apuleij lib. II. *Venus, omni Gratiarum choro ſtipata.* Eaq; de re & Fulgentius Mythologiis lib. II. Seruius ad Æneidẽ I. Sed illud maximè nunc facit, quod Gratiæ Veneri πάρεδροι καὶ σύμβωμοι, id eſt *Sedis & aræ participes.* Cornutus lib. de Dijs c. De Venere.

SOLVTIS ZONIS.

L. Seneca c. III. lib. I. de benefic.

NYMPHÆ.

NYMPHÆ cum Venere, quia matres Amorum illæ. Veneris vnus Cupido, ceteri B Nympharum. Philoſtratus Imaginib. c. Amores, de multitudine Cupidinum agens. Νυμφῶν δὴ παῖδες οὗτοι γίνονται. *Nympharum hi filij.* Et inibi. Statuam Veneris à Nymphis poſitam ὅτι αὐτὰς ἐποίησεν ἐρώτων μητέρας, *quia fecerit eas matres Amorum.* Claudianus de nuptijs Honorij---

--*Gens mollis amorum*

Hos *Nymphæ pariunt: illum Venus aurea ſolum Edidit.*--

IVVENTAS.

SIc & Homerus Odyſſ. Hebam ſiue Iuuentatem Veneri iungit, vt alijs quoque iam obſeruatum.

MERCVRIVSQVE.

MERCVRIVS Veneris παρέδρός τε καὶ σύνεδρος *Adſeſſor & conſiliarius.* Cornutus lib de Dijs. c. de Venere. Sic Plutarchus Præceptis matrimonij οἱ παλαιοὶ τῇ Ἀφροδίτῃ τὸν Ἑρμῆν συγκαθίδρυσαν. *Maiores noſtri Mercurium Veneri aræ participem fecêre.* συγκαθιδρύσαι dixit intelligens σύμβωμον καὶ ὁμόβωμον ἐποίησαν.

Oda XXXI.

LAVDATIO vitæ Poëticæ quaſi αὐτάρκους paruóq; beatæ, nihilque à Dijs immortalibus optantis præter valetudinem mentis & cor- D poris.

DE PATERA NOVVM FVNDENS LIQVOREM?

VINALIBVS nempe, die feſto. Vinalia Romæ duplicia, vna vindemiæ faciendæ gratia: altera vinis deguſtandis. Poſteriora illa tangit nunc Horatius. Fuit autem is dies a. d. IX. Kalend. Maij vt notauit Plinius c. XXIX. lib. XIIX. Eo die *vinum nouum libabant Ioui*, vt ait Varro lib. v. de Ling. Lat. & Feſtus in *Calpar*. At ſpeciatim Poëtæ Apollini Deo ſuo tunc vinum libauêre, & quidem Apollini potiſſimùm Palatino, qui Poëtis maximè conueniens propter bibliothecas iunctas ædi Apollinis.

Non libauêre autem Romani vinum nouum ante diem IX. Calend. Maij, arbitrati nempe vinum citiùs non deferbuiſſe neque purum & idoneum

Digitized by Google

idoneum ſacris eſſe, ſed muſtum & ſpurcum, Muſtum enim ſpurcum Feſtus in *Spurcum*. A

Pateram verò illam qua vinum nouum libabant, *Calpar* dixêre, & viuũ quoque illud nouum *calpar*, vt Feſti ſententia eſt. Atque ita Gloſſis *Calpar*, θυσίας ἀπαρχῶν οἴνου, *Calpar*, οἶνος ἐν θυσίᾳ.

NON OPIMAS SARDINÆ SEGETAS FERACIS.

SIc meliùs, quàm voluére aliqui, *Non opima Sardinia ſegetes feraces. Sardinia & Sicilia fiſcalia horrea, & vitales venæ.* Saluian. Maſſilienſis lib. VI. *Siciliam & Sardiniam benigniſſimas vrbis noſtra nutrices, gradus & ſtabilimenta bellorum Valerius* c. VI. lib. VII.

CALABRIÆ ARMENTA.

VT *Calabrũ pecus*, Epodo I. *Equus Calabri* Varro c. VII. lib. II. de re ruſt. B

MORDET AQVA.

VT rodere dixit Lucret. lib. V.

LEVESQ; MALVÆ.

QVEMADMODVM maluæ in cibo, tradit Tzetzes ad principium Heſiodi. Tangit & Dioſcor. c. CXLIV. lib. II.

ET PRECOR INTEGRA CVM MENTE.

L. Seneca epiſt. X. *Roga bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde corporis*, &c.

Quouis autem pignore certem fuiſſe à manu Horatij, *Adprecor integra cum mente*, non vt aliqui correxêre. *Ac precor*, &c. Flaccus propriatim *adprecor* dixit, vt & Oda vlt. lib. IV. *Rite Deos prius adprecati.* Sacerdos precatur, adprecatur populus. Adprecari eſt, verba precantis ſacerdotis iterate, quod *fauere linguis* dicebatur. Ouidius lib. XV. C

---*Et omnes*

Verba Sacerdotis referunt geminata.---Sic iterare verba, ipſe mox *fauere* vocat. In exemplum huiuſce ſiue iterationis, ſiue adprecationis eſto illud ex eodem Ouidij, Sacerdos Æſculapium ſerpentis ſpecie veſtitum. Sic precatur.---*Sis ô pulcherrime viſus.*

Vtiliter---hoc Quirites boni adprecantes iterant. Elegans huius ſiue fauentiæ ſiue adprecationis exemplum eſt illud Ouidij, lib. VI. fabular.

Reſtitit & pauido faueas mihi murmure, dixit

Dux meus, & ſimili faueas mihi murmure dixi. Sic autem quoq; *adplorare* Epodo XI. *Adſtere* epiſt. ad Piſones. D

Oda XXXI.

INCENTIVVM quaſi ipſe ſibi Flaccus canit, ad laudem poëticam, & carminum ſiue Odarum ſcriptionem, & duo huic rei argumenta dicit. Vnum quia Mæcenas alijque amici poſcant: alterum quia expetenda ſit res, laus Poëtica propter nominis inmortalitatem, & animi fructum.

POSCIMVS SI QVID.

MELIVS in membranis, *Poſcimur ſi quid*, &c. Quemadmodum & Heleuius Acro, & Porphyrio legunt. Et Seruius ad Eclogam I. Sic enim Seruij veteres codices habẽt. Ab interpunctione item laborat hic locus. Nam eſſe debet. *Poſcimur. Si quid vacui*, &c. Barbite poſcimur, ſiue exigimur. Poſcunt à me amici vt Mæcenas, itẽ alij carmina ſiue cantilenas ſiue Odas. Ergo, *dic Latinum carmen*, &c. *Si quid luſimus*, autem accipe pro, Quia luſimus aliquid, &c. Nota res, *ſi* quandoq; eſſe αἰτιολογικόν. Priſcian. c. III. lib. XIIX. Diomedes c. IV. lib. I.

VACVI SVB VMBRA.

VMBRÆ ſiue *vmbracula*, vt *antra* Poëticè τὰ μουσεῖα.

LVSIMVS TECVM.

QVIA Odæ cantantur ad Lyram, vnde & huiuſmodi odis nomen, *Odæ Lyricæ.* Eaque inſcriptio IV. his libris antiqua in membranis. Q. Horatij Flacci, Odarum Lyricarum lib. IV. Etenim multa & alia Odarum genera ſunt, de qua Odarum varietate. Euſtathius ad Iliadẽ XIIX. & XXI. Ælianus Varijs c. IV. lib. VII. Athenæus lib. XIV. Interpres Ariſtophanis in Ranas. Interpres Apollonij ad I. & IV. Argonaut. At Horatij Odæ quidem Lyricæ, ſiue ad lyram, & Horatius Poëta lyricus, ſiue canens ad Lyram. De quo genere Tullius Orat. perfecto. *Lyricos poëtas cum cantu ſpoliaueris nuda pæne remanet oratio*, cantu ſcilicet Lyræ. Hinc Lyrici Poëtæ identidem lyram ſuam ſoliti adfari, vt noſter hac Oda, & Oda XII. lib. I. Oda III. lib. IV. Pindarus Pythijs Oda I. Rectéq; Ælius Feſtus Aphthonius in fragmento de carminis adpellationibus, duas Odarum Lyricarum eſſe partes. τὸ μὲν ἄνω, inquit, τῆς λέξεως: τὸ δὲ κάτω τῆς κρούσεως, id eſt, *ſuperiore parte dictionem: inferiore impulſionem*, ſcil. neruiarum, eáſq; *partes interueniente linea* ſeparari. In parte itaque inferiore Odarum *litera ſeu ſigna quadã* tonos proprios exprimentia, &c. At hodie verba inferiora notæ ſuperiores. Patet nunc itaq; Odam Lyricam eſſe luſum partim Poëtæ, partim Lyræ. Poetæ in verbis, Lyræ in neruis, rectéq; Poëtam Lyricum dici *ludere cum Lyra.* Sic & illud cape Epiſt. II. lib. II. *Verba Lyra motura ſonum connectere*---

---Scribere nempe Odas Lyricas, ſiue quæ cantentur ad Lyram, vt Plutarchus lib. de Muſica τοῖς ἔπεσι μέλη περιτιθέναι.---

Triplex autem modus cantandi ad Lyrã ſiue maritandi verba vocéſq; ac neruias, vnus antiquior. Nempe quaſi membratim ſiue articulatim prius Lyræ fidibus canendi, mox autem voce. Interpres Pindari in Olympia Oda II. πρῶτον γὰρ ἔκρουον εἶτα ἐπῆδον. Id eſt. *Prius fides impellebant, deinde & accinebant.* Tum teſtem ſibi facere pergit Homerum. Alter modus recentior, ſimul & voce & neruijs, Tibullus Eleg. IV. lib. II. ---*Similes chordis reddere voce ſonos.* Sic πρὸς λύρας ᾄδειν Ariſtoteles Problem. XLIII. Partis XIX. Seruius ad Æneidẽ VI. *Chordarum laudem eſſe verbis eloqui.* Male ibi *verbis locutas*, pro, *verbis eblocutas.* Neque recte

Digitized by Google

aliter nonnulli accipiunt quid *obloqui numeris*, Æneide VI. Tertius modus, Prius ſimul & voce & neruijs canere, poſt idem voce. Tibullus elegia IV. lib. III. agens de Lyra & Apolline. A

Hanc primum veniens plectro modulatus eburno
Felices cantus ore ſonante dedit.
Sed poſtquam fuerant digiti cum voce locuti
Edidit hæc triſti dulcia verba modo.

Dixit Tibullus primùm plectro, poſtea digitis. Nam Lyræ pulſandæ oſtentare ſoliti artificiu duplex. Prius plectro, mox digitis, vt Æneide VI. de Orpheo.

Iamq; eadem digitis, iam pectine pulſat eburno

Tangit & Perſius Sat. VI. qui cum dixiſſet

---Tetrico viuunt tibi pectine chordæ, Subiungit

---Et pollice honeſto Egregios luſiſſe mares-- B

Vbi Cornutus interpres. *E Cithara*, inquit, *chordis non ſolum plectro, ſed etiam digitis ſonum educimus.* Aperriſſimè Achilles Tatius Leucippæ lib. I. ψιλαῖς τὸ πρῶτον διαπτάξας ταῖς χερσὶ, τὰς χορδὰς ἔκρουε. καί τι κρουμάτιον ὑπολιγυρίας ὑποψιθυρίζουσι τοῖς δακτύλοις, μετὰ τοῦτο ἤδη τῷ πλήκτρῳ τὰς χορδὰς ἔκρουεν, καὶ ὀλίγον ἔσω κιθαρίσας συνῇδε τοῖς κρούμασι, &c. *Ac principio leniter manu tractans neruos impellebat, & breue quiddam preludium adſtrepentibus digitis dulciter præmittēs, deinceps iam plectro neruos pulſabat, & cum cecinisset aliquantulum cithara, accinere quoq; voce perrexit*, &c. Tres hîc quaſi gradus I. περίπσμα, ſiue κρουμάτιον impellentibus fides digitis II Carmen ipſum citharæ plectro percuſſæ. III. Vocis cum fidibus quaſi maritatio. Itaque patet decipi illos qui locum Virgilij ex Æneide VI. paullo ante dictum accepere de diſcrimine intus foriſq; canendi. C

Neque tamen Odæ verſibus minutis tantum, ſed & poëmata verſibus longis & herois cantata ad neruos & Lyram. Ouid. lib. X. *Nunc opus eſt leuiore Lyra*,---L. Plutarchus Sympoſiacis Problem. I. & XIII. lib. IX. & lib. de Muſica. Suidas in Εὔμολπος. Et apud Ammian. Marcellin. lib. XV. *Bardi veteris Galliæ vates, fortia virorum inluſtriū facta heroicis compoſita verſibus, cum dulcibus lyræ modulis concinunt*, &c.

Iamne ſatis hæc de Poëtæ luſu cum lyra? Satis ſuperq; dixerit aliquis, ſed aliquis, opinor, ἐπιπολαίως ſcire volens, at τῶν ἀκριβολογούντων aliquis ne hoc quidem neglexerit. Non ſat propriè à Seruio ad Eclogam I proferente hunc locum. *Luſimus*, exponi *ſcripſimus*. Etenim aut ludunt poëtæ aut ſcribunt. Ludunt ioca & res amatorias, & amœnas: ſcribunt etiam ſeria. Catullus epigr. ad Licinium Caluum. D

Multum luſimus in meis tabellis. At ſupra Oda VI. *Scriberis Vario.*

LESBIO PRIMVM MODVLATE CIVI.

LESBIVM *ciuem* ſiue Alcæū videri vult barbiti inuentorem. Sed Cyzicenus Neanthes Athenæi lib. IV. barbitum eſſe ait inuentum Anacreontis, qui poſterior Alcæo, Nam Alcæus fuit Olympiade XLV. Anacreon LXI. Sed Euphorion Athenæi lib. eodem, barbiti mentionem fieri ait à Sapphone & Anacreonte, & inſtrumentum eſſe antiquius ætate & Sapphonis & Anacreontis. Sic neque Alcæus, neque Anacreon inuentor fuerit barbiti.

Sed verum ſi fateri volumus, ne Horatius quidem barbiti nunc Alcæum inuentorem facit, ſed *barbiti modulati*, ſiue Alcæum primum eſſe qui modulatus ſit barbitum, ſiue odas cecinerit ad barbitum, odas nempe Alcaïcas.

At ne ſic quidem hoc mare ſcopuloſum eſſe deſinit. Nam aliqui vt Theo in Progymnaſm. negauere Alcaïci carminis Alcæum eſſe inuentorem, ſed dictum Alcaïcum quia Alcæus hoc genere plurimum vſus. Sed credamus ſanè Horatio Alcæum huius carminis inuentorem, eumque primum ita ceciniſſe ad lyram ſiue barbitum.

QVI FEROX BELLO.

CONTRA Pittacum. Ariſtoteles c. X. lib. III. de Repub. Laërtius in Pittaco. Dionyſius lib V. Sic Athenæi lib. V. Alcæus ἀνδρειότατος καὶ πολεμικὸς ποιητὴς, *fortiſſimus ac belliger Poëta.*

LIBERVM ET MVSAS,

NAM vt inquit Athenæus lib. X. Ἀλκαῖος ὁ μελοποιὸς μεθύων ἔγραφε τὰ ποιήματα. *Alcæus Lyricus, ebrius poemata ſcribebat.*

VENEREMQ;

POËMATA enim eius amatoria Cic. IV. Tuſcul.

MIHI CVNQVE.

EXPLICANT alij. *quandocunq;*, alij, *quouis tempore*, alij *vtcunq;* alij πως, & παρέλκον, alij næuum in facie Horatiani carminis hunc eſſe dixère. Forte an fuit manu Horatij---*Mihicunq; ſalue vt*, &c. Pro, *Salue mihi vtcunq; rite vocanti* vtcunque, quocunq; genere carminis, Alcaïco, Sapphico, Iambico & id genus alijs. Sic *vtcunq;* quomodocunq; ſiue quoquo genere carminis Oda XVII. Delectatus hoc articulo ſic vti Horatius vt Oda XXXV. ſequente. Oda XVII. lib. II. Oda IV. lib. III. Oda IV. lib. IV. Epoda XVII.

Oda XXXIII.

CONSOLATIO A. Albij Tibulli infeliciter amantis Glyceram quam & ipſe Horatius amauit Oda XIX. lib. III. Eadémq; forte Nemeſis de cuius duritia, eſt Tibulli Elegia vlt. lib. II.

CVR TIBI IVNIOR.

PRISCIAN. C. I. lib. XVII.

PRÆNITEAT TIBI,

TE pulchrior videatur, Nitor, ſplendor pulchritudinis. Dico ad Odam III. lib. III. Sic *prælucere* epiſt. I. ad Mæcen.

Oda XXXIV.

EPICVRI de grege Porcus fuit Horatius, quemadmodum ipſe vltrò agnoſcit epiſt. IV, at nunc homo eſſe incipit: ante numinis ac religionis contemtor fuit, nunc pius ac religioſus eſſe velle inſtituit, permotus crebris fulminum prodigiis, de quibus narratum eſt ad Odam II.

INSANIENTIS SAPIENTIÆ.

QVEMADMODVM Gregorius Nazianzenus inuectiua I. Iuliani Cæſaris vocauit *ἄσοφον σοφίαν*, Ἄσοφος, inquit, *ἵν' οὕτως ὀνομάσω σοφία*. Inſipiens, *vt ita dicam, ſapientia*. Et D. Auguſtinus c. XIII. lib. XVII. de ciuit. Dei. *Inſipienter ſapere.* Et Tullius pro Murena, *Peruerſa ſapientia Tuberonis.* Et Pindarus Olymp. Oda IIX. τὸ λοιδορῆσαι θεοὺς ἐχθρὰ σοφία. *Sapientia odioſa, Dijs conuiciari.*

IGNI CORVSCO NVBILA DIVIDENS.

VT Poëta vetus apud Ciceronem III. de Orat. *Flamanter nubes coruſcat.* L. Seneca Natural. Quæſt. c. LIIX. lib. II. *Fulmen nubes rumpit*, Lucret. lib. VI.---*Fulmen perſcindit ſubito nubem.*

PLERVMQ. PER PVRVM.

SIGNANTER addidit, *per purum.* Nec enim fulmina quæuis, ſed fulmina cælo ſereno vice prodigij ſunt. Eaque de re dixi olim ad Titum Suetonij c. X. Hinc & Iulius Obſequens in prodigijs notauit, tonitrua & fulmina cæli ſereni, vt c. CVII. *Sereno*, inquit, *tonuit*. Et c. CXXII. *Sereno die* Vargunteius Pompeius de cælo exanimatus. Plin. c. LI. lib. II.

VOLVCREMQ. CVRRVM.

Ὁ *μέγας Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων* Plato. Et Lucianus in Piſcatore.

QVO BRVTA TELLVS.

EXPLICAT Seruius ad Æneidem I. & X. Aurelius autem Caſſiodor. Formula vlt. lib. IIX. *brutam* quoque *aquam* dixit. *Aqua*, inquit, *brutum elementum*, &c. Aqua bruta comparatione cæli, quia tarda: terra vero etiam ad aquam & aërem bruta, quia immobilis.

ATLANTEVSQ. FINIS.

ÆNEIDE IV. Atlantem eſſe,

Oceani iuxta finem ſolemq; cadentem. Eaque de re Dio in Seuero Euſtathius ad Odyſſ. I.

ET INSIGNEM ATTENVAT DEVS.

DECLAMATIO ex Heſiodi lib. I. Cuiuſmodi & Iaſonis Theſſalorum ducis apud Xenophontem rerum Græcar. lib. VI. Et Æſopi dictum apud Stobæum, Sermone CCLI. Et Luciani Poëtæ epigrammate in fortunam.

Oda XXXV.

ODA *προπεμπτική*. Fauentia enim & votis proſequitur Auguſtum arma inferre co-

A gitantem Britannis. De qua cogitatione Auguſti eſt apud Dionem lib. LIII. *πέντε Αὔγουστον*, inquit, *ἐς τὴν Βρεττανίαν, ἐπειδὴ μὴ ἠθέλησαν ὁμολογῆσαι, στρατευσόντα*, &c. *Et Auguſtum, Britannos imperata facere nolentes, bello perſequi cupientem*, &c. Hinc ergo illud Horatij votum fine huiuſce cantilenæ. *Serues iturum Cæſarem in vltimos orbis Britannos*, &c. Hic nempe huiuſce carminis ſcopus eſt.

O DIVA GRATVM QVÆ REGIS ANTIVM.

CVR Antiatis Fortunæ numen orat potiſſimum? Quia, vt arbitror de illius tunc Fortunæ numine magna apud omnes opinio fuit, propter Antiates ſiue Antiatinas ſortes, de qui-
B bus eſt apud Suetonium Caij c. LVII. Macrob. Saturn. c. XXIII. lib. I.

Cur autem *gratum Antium* dixit? Quia, inquiunt, Fortunæ grata ſedes illa. Sed magis eſt quia gratus ille ſeceſſus Auguſto, vt narrat Geographus lib. VI, vt & Hadriano gratum fuiſſe notat Philoſtratus in Apollonio lib. IIX. Sic apud Iuuenal. Sat. XII. Mons Albanus, *gratus Iulo*, quia ſedes eius.

Quare autem delectati principes ſeceſſu Antiate, patet Ciceronis epiſt. IIX. lib. IV, ad Atticum, vbi Antio *nihil quietius, nihil alſius, nihil amœnius eſſe* ait.

BITHYNA CARINA.

C BITHYNI ſcilicet olim *ναυτικώτατοι* Euſtathius in Dionyſium.

TE PROFVGI SCYTHÆ.

PROFVGI *πλάνητες erronei*. Euſtath. in Dionyſium Iidem Νομάδες, & ἁμαξικοί Geographus lib. VII. Et Hamaxobij Plinius c. XII. lib. IV. Sic Mithridates apud Iuſtinum lib. XXXIIX. Scythas *hoſtem vagum*, vocauit.

STANTEM COLVMNAM.

AVGVSTVM. Princeps columna Reipub. vt Pindarus Hectorem vocauit, *Τροίας κίονα*. Iſacius in Lycophronem. Hinc columnæ in ſepulchris nobilium, vt oſtenderentur columina fuiſſe populi. Seruius ad Æneidem IIX. *Stans* autem *columna* propriè, *pila*.

D TE SEMPER ANTEIT.

SEMPER anteit Neceſſitas Dea Fortunam, vt lictor Conſulem. Atq; vt lictor faſces præfert Conſuli: ſic Neceſſitas Fortunæ *clauos, cuneos, vncum, plumbum.* Sic Neceſſitatem Fortunæ adiungit Laberius Mimus apud Macrobiū Saturn. c. VII. lib. III.

SÆVA NECESSITAS.

ACRO & Porphyrio, *Serua neceſſitas.* Sed meliùs *Sæua*, quia Fortunæ præfert inſtrumenta ſæuitiæ & cruciatuum, *clauos, cuneos, vncum, plumbum.* Peccant in Aduerſar. qui aliter c. XIV. lib. IX. Sic Oda XXIX. lib. III. *Fortuna ſæuo læta negotio.*

CLAVOS TRABALES.

ODA XXIV. lib. III.---*Si figit adamantinos Summis verticibus dira Neceſſitas*

Clauos,---&c. Clauos nempe quib. cruci ad- A
figuntur, quæ σιδήρεα κέντρα Nonno in Paraphraſi. γόμφοι in oraculu Sibyllæ apud Lactant. c. XIII. lib. IV. ἧλοι Vlpiano in Demoſthenis contra Midiam. Ii autem claui plerumq; IV, vt Plauti Phaſmate Sc. V. Ac totidem in cruciatu Seruatoris noſtri, apud D. Cyprianum. Serm. de Paſſione. Gregorius autem Turonenſis c. VI. lib. I Miraculorum, etiam argumentum huic numero dixit. Helenam Conſtantini matrem de his clauis duos freno indidiſſe quo equum regens Imperator vinceret, tertium proiciſſe in mare Hadriaticum, vt eo ſedato pauciora eſſent naufragia, quartum defixum eſſe in vertice ſtatuæ Conſtantini. Sed ſi cui leuis Gregorij auctoritas, fundus illi D. Ambroſius ecce qui in funebri B
laudatione Theodoſij Imperatoris & ipſe de freno illo clauis ſanctis ab Helena munito. *Sed quæro*, inquit, *quare ſanctum* ſuper frenum? Et mox. *Quid ergo egit Helena operatio, vt frena dirigeret*, &c. Ex quo perſpexeris frenum illud deinceps poſteris quaſi per manus traditum, & vſurpatum ritu ſollenni ab Imperatoribus. At, inquiunt, Gregor. Nazaianzenus in Christo patiente, & Nonnus in Paraphraſi tres tantum poſuêre. Sanè illi quidem ſed haud dubiè ex pictura crucis populari. Nam in vetere nummo Græco cuius inſcriptio eſt. Κόσμου τὸ λύτρον, αἷμα τοῦ θείου λόγου. *Mundi redimia, ſanguis verbi diuini*, in eo nummo claui IV ſunt. Effigies huiuſce nummi, apud liberalis doctrinæ & antiquitatis effigiem ipſam. C
Iuſtum Lipſium, notis ad c. X. lib. II. de cruce.

Trabales autem *clauos* dixit Poëta noſter, vt Nonnus in Paraphraſi de crucis dominicæ clauis agens dixit, ἀμετρήτους γόμφους *clauos immenſos*.

ET CVNEOS.

CVNEI quoq; crucis inſtrumẽta. Nec enim clauis tantum, ſed & cuneis cruci adfixi. Sic Prometheus ad Caucaſi rupem vt cruci adfixus à Vulcano, lamentatur apud Ciceronis Æſchylum Tuſc. II.

Hos ille cuneos manu crudeli inſerens

Perrupit artus,---- Claui nempe ad crucem ligneam, cunei ad lapideam. Caucaſus crux Promethei. Hinc Tertyllian. c. I. lib. I. aduerſus D
Marcionem. *Cruces Caucaſorum*. Et Manil. lib. V. de Andromeda ad ſcopulum reuincta,

Et cruce virgineâ moritura puella pependit.

NEC SEVERVS VNCVS ABEST.

VNCVS carnificis, quo anima dueti à Gemonijs in Tiberim tracti, inpacto nempe ſub mentum, vt Dionyſ. lib. LIIX. Sueton. Tiberij c. LXI. Vitellij c. XVII. Et Lampridij Commodo & Auito ſiue Alagab. L. Flori c. XX. lib. III. Denique plenæ hoc vnco hiſtoriæ. Hinc Propert. Eleg. I. lib. IV. tranſtulit ad amoris vncum.

Et bene cum fixum mento diſcuſſeris vncum,
Nil erit hoc, roſtro te premet anſa ſuo.

LIQVIDVMQ; PLVMBVM.

SIGNANTER *liquidum*, quippe in tormentis, vt crebro in Martyrologijs. Pœna quoq; illa vt l. I. C. Theodoſ. De raptu Virg. Sic de pœna M' Aquilij narrant hiſtoriæ, vt Appiani Mithridatica, de pœna M. Craſſi Dio lib. XL.

FIDES ALBO VELATA PANNO.

EXPLICAT Seruius ad Æneidem I. & IIX. Symmachus epiſt. a L II. *Alba velamina, non ſegmentatis amictus fidem veſtiant*. Sic P. Victoris topographia IIX. regione vrbis, *Fides candida*.

NEC COMITEM ABNEGAT VTCVNQ. &c.

SPES & Fides comites Fortunæ quoque aduerſæ, quia ſpes etiam aliqua miſeris, & fideles quoque in rebus aduerſis veri amici. Dixi *veri*, vt & Horatius, *rara fides*. Qui & ſubiungit, cum fortuna vertente, fugere quoque vulgus, meretrices, amicos falſos.

Nec comitem abnegat, pro, *nec ſe comitem*, &c. Ouidius I. Nequitiæ.---*Si qua repugnabat nimium, comitemq; negabat*, pro, *& ſe comitem*, &c. Sed forte au fuit in Ouidij ſtilo *nimiumq; negabat*, &c. Metuentes Latinitati huic *nimium nimiumq;* puto fecere, *comitemq;*. Per me licet tamen ſit in delicijs illud, *comitemq; negabat*.

CADIS CVM FECE SICCATIS.

SIGNANTER *cum fece*. Denotat amicos gulæ immenſæ. Nam etiam Firmus Tyrannus bibaciſſimus à fece abſtinuit, & dixit, *Terra non bibitur*. Vopiſcus in Firmo.

FERRE IVGVM PARITER DOLOSI.

AMICITIA tanquam iugum eſt. Auſonius epiſt. XXIII. ad Paullinum. *Diſcutimus Paulline iugum*, &c. Propert. eleg. vlt. lib. III.

Tu bene conueniens non ſinis eſſe iugum.

Hinc Plautus eleganter Trinummo Sc. VI. *deiugare* pro fidem & amicitiam infringere.

Deſerere illum & deiugare in rebus aduerſis pudet.

Vulgarij, *deiuuare*, quod in centurionatu probauêre, Fruſtra. vt neque rectè apud Feſtum pro *deſitare*, reponi voluere, *deiuuare*. Deſiuare ibi rectè vt in veterib. Gloſſis. Rectè Plauto *deiugare*, pro deiungere, ſeparare, diſſociare, vt benè accepit Marcellus. Arnobius etiam *diiugare* dixit, lib. II. *Mors*, inquit, *eſt animarum à corporibus diiugatio*, &c.

IN VLTIMOS ORBIS BRITANNOS.

SIC *vltimi britanni*. Catulli epigr. in Furium, & *vltima Britannia*, epigr. in Mamurram. Neque vltima tantum habita, ſed quoque ὡς ἔξω τῆς οἰκουμένης, *tanquam extra orbem terræ qui colitur*. Dio lib. LIX. Plutarchus in Iulio.

EOIS TIMENDVM PARTIBVS.

OCEANÓQ; RVBRO.

DVPLEX belli adparatus Auguſti Conſulatu IX & X in Britanniam, ductu & auſpicijs Auguſti: in Arabiam felicem ductu Ælij Galli. Narrat rem Dio lib. LIII. Plinius c. XXIIX. lib. VI. Geographus lib. II. & copioſè lib. XVI. Acro alijq; accepere oſcitanter quaſi exercitus iturus in Britanniã timendus quoq; Arabiæ.

VNDE

VNDE MANVS IVVENTVS.

MElius membranæ, *manum.*

O VTINAM NOVA INCVDE DIFFINGAS RECVSVM.

VTINAM tu Fortuna recudas & diffingas arma Romana vt acuta in hoſtes ſint, non vt hactenus, in ciues. Atticè, *diffingas recuſum*, pro diffingas recudens, vt apud M. Seneccam Controuerſ. II lib. VII. *At humerotenus recuſum amputa caput*, pro, reſcindens amputa: Virgil. lib. V. *—Et flexos incuruāt viribus arcus.* i. flectētes incuruāt. Dixi ad illud Perſij Sat. I. *Raptum caput ablatura.* *Diffingere* autem pro aliter *fingere* vt Oda XXIX. lib. III. Sat. X lib. I. Mitto variantes de hoc Quincti noſtri loco χριοὺς, vt in Aduerſar. c. XIV. lib. IX corrigi *Diffingas recuſum.* In obſeruationibus c. XIIX. lib. XII. *Diffindas recuſum.* In Lambinianis. *deſigas recuſum*, quod & in nouis lectionibus cap. XXX. lib. VII. Omnem illum correctiuncularum popellum lubens volens ſine contumelia dimitto.

Oda XXXVI.

SOTERIA ſoluit & conuiuium parat, recepto ex peregrinatione Iberica ſiue Hiſpaniēſi, ſoſpite amico Pomponio ſiue vt alij, Plotio Numida. Soteria ſoluentes ſacra facere & inſtruere C ſoliti conuiuium, Plutarchus in Galba. ὁ μὲ πιγέλλινος ἔθυσε σωτήρια, καὶ παρεσκεύασε λαμπρὰν ἑστίασιν. *Tigellinus ſoteria ſacra fecit, & epulum inſtruxit ſplendidum.* Nō diſſimili argumento eſt Oda VII. lib. II. Iuuenal. Sat. XII. Papinij Silua IV. lib. I.

HESPERIA AB VLTIMA.

HISPANI μάλιστα ἑσπέριοι, ſiue maxime ad Solem obeuntem Geographus lib. I.

DIVIDIT OSCVLA.

NOTISSIMVS ritus populi Rom. Oſculo excipiendi reduces. Catull. epigr. ad Verannium. Q. Cicero epiſt. XXVII lib. XVI. ad Tironem. Sueton. Domit. c. XII.

ACTÆ NON ALIO REGE PVERTIÆ.

D REGEM accepere aliqui, *amicum potentem*, ſiue τὸν ὑπερέχοντα φίλον, aut *diuitem, & patronum*, vt Acro, alij *morum magiſtrum*, aliqui in Aduerſar. c. XIV lib. IX. *magiſtrum ſiue doctorem.* Omnes longè à ſcopo, ſiue vt locuti olim, petiuolo. Quem ergo regem accipis, inquies? Regem ludo puerili βασιλίνδα creatum. Puerulum videlicet vnum, cui vt regi parerent ceteri. De quo ludo plura dicendi locus ad illud Epiſtolæ I. ad Mæcenatem. *At pueri ludentes, Rex eris aiunt, ſi rectè facies*, &c. Intelligi ergo Quinctus noſter vult, Lamiam & Plotium fuiſſe in pueritia ſiue pueros συμπαικτάς, ſiue colluſores, & Æliū Lamiam plerumq; regem fuiſſe.

Puertia autem pro *pueritia* Cariſius lib. IV. in barbariſmis numerauit: melius dixiſſet conciA ſum eſſe ſiue συγκοπὴν Poëticè, vt Silius lib. IX *porgebat* pro *porrigebat*: *Lamna* pro *lamina*, noſter Oda II. lib. II. *Surpuerat* pro *ſurripuerat* Oda XIII. lib. IV. *Surpite* pro *ſurripite*. Sat. III. lib. II. Et quidem hoc genere olim delectatos indicio Feſtus in *Porigam*. *Antiqui*, inquit, *etiam porgam dixerunt pro porrigam.* Adfinis huic generi eſt vocalium literarum συναλοιφάσμοις, vt Iuuenal. Sat. 6.

Nupta Senatori, comitata eſt Appia ludum.

Vulgarij minus recte, *ludum*, Teſtis Satyricus ipſe cum ſequitur—*Quid vidit propter quod ludia dici Suſtinuit?*

MVTATÆQ. SIMVL TOGÆ.

COLLVSORES in pueritia fuiſſe, & contirones die tirocinij. *Mutata*, ſcil. togæ pueB rilis prætextæ in *virilem* ſiue *puram*, ſiue vt in Gloſſis Iſidori eſt, *togipurium*. Et ſi *togipurium* forte verius, dies tirocinij. De mutatione autem togæ, & productione tirocinij feſto die in Capitolium, in forum, in caſtra, dicere, & id genus alios ritus explicare non ſchedij aut ſcholij res, ſed voluminis.

CRESSA NE CAREAT PVLCHRA DIES NOTA.

ENODATVS hic mihi verſus ad Perſij, Sat. II.

NEV DAMALIS.

PROBVS in Catholicis.

BASSVM VINCAT.

FORTE Baſſus hic Iambicus Poëta, ad quem Propert. eleg. IV lib. I. Et qui malè *Battus* Ouidij Triſt. eleg. X. lib. IV. *Neque Damalis Baſſum vincat*, eſt, Neq; Baſſus minus valeat bibēdi certamine ſiue pergræcatione, quā *vinoſa & viroſa Damalis*. Siue Baſſus & Damalis certent poculis. Abeunt à mente Poetæ qui aliter.

THREICIA AMYSTIDE.

Ἄμυστις, ἀθρόα πόσις. Item ἡ ἀπνευστὶ πόσις Interpres Ariſtophanis in Acarnanes. Et Suidas in ἀμυστὶ & Etymologiſta, Id eſt, *Amyſtis, vno hauſtu potio*, id eſt, ſine interſpiratione & ductim. Sed ijdem admonent quoque, item Euſtathius, alij, eſſe quoque εἶδος ποτηρίου genus poculi, nempe quod hauriretur ἀμυστὶ ſiue ductim. Etymologiſta. φιάλης εἶδος μεγάλης, ᾧ ἐν πότοις ἐχρῶντο. *Genus phialæ magnæ qua vſi pergræcantes.* Vtroque modo rectè nunc acceperis.

NEV VIVAX APIVM.

EX apio coronæ in epulis, vt Oda VII lib. II.—*Vdo*

Deproperare apio coronas. Et Oda XI lib. IV.—

Nectendis apium coronis. Et in verſibus Anacreontis, Athenæi lib. XV.

Ἐπὶ δ' ὀφρύσι σελίνων στεφανίσκους θέμενοι θαλείαν ἑορτὴν ἀγάγωμεν Διονύσῳ. Verba, ſiue numeros ſpectes, melius habebunt,

Ἐπὶ δ' ὀφρύσι σελίνων
στεφάνους θέμενοι θαλείαν
ἀγάγωμεν Διονύσῳ.

Male fuit στεφανίσκους, pro στεφάνους, malè interpoſuère illud ἑορτὴν Critici. Erunt itaque

meis verbis Latinis.

Apij Corollæ cingat
Caput, hunc diem frequentes
Celebrabimus Lyæo. Et Athenæi Pherecrati apium eſt, ἄνθος στεφανωτικόν, *flos coronarius.*

Sed quomodo apium in lætitia & epulis cum ſit ferale? Dionyſ. Lambinus in Odam xi. lib. iv. ſic diuidit. Apium in cibo eſſe ferale, in coronamentis geniale. Verius eſt eoſdem flores & ferales & geniales pleróſque fuiſſe. Anacreon de roſa,

τὸ δὲ καὶ νεκροῖς ἀμύνει, &c.

Etiam hæc emeritos tuetur. Sic & myrtus in coronamentis conuiuiorum, & tamen μυρσίνη νεκρῶν στέφος Interpres Pindari ad Iſthmia Oda iv. id eſt, *myrtus coronamentum mortuis.* Sic in Culice *Læta cupreſſus.* Denique omnimodis florib. coronari mortuos, ritus feralis notiſſimus. De apio itaq; nil mirum & ferale & geniale eſſe. Et vero *inter nefaſtos frutices non damnari apium*, Plinius notauit c. xi lib. xx. Etiam victores apio Iſthmijs coronati L. Plutarchus Timoleonte.

Vſurpatas autem coronas ex apio in epulis & pergræcationibus tanquam ebrietatis & crapulæ amuleta obſeruauit, in hanc Oden Acro & Odam xi lib. iv.

Viuax autem, *apium*, durans ſiue diu florens, vt Nicander dixit μένειν, Athenæi lib. xv. recenſens flores & frutices coronarios. An *viuax apium*, quia ſemen eius *vetuſtum citius naſcitur?* Palladius Tit. iii. lib. v de re ruſt. An quia *craſſius prouenit ſemine in pila pulſato, aut ſi ſatum calcetur cylindro pedibúſve?* Plin. c. iix. lib. xix.

OMNES IN DAMALIN PVTRES DEPONENT OCVLOS.

AMATORIOS ſiue libidinoſos in Damalin oculos defigent. *Putres oculi* ὑγροὶ βλέποντες, vt apud Iulianum in Miſopogone ὑγρὸν βλέπειν *vdum intueri* .i. amatoriè. Polemo Phyſiognomicis lib. i c. de oculis. Ὀφθαλμοὶ κλυζόμενοι, κυμαίνοντες ἑαυτοὺς, ἐπαφρόδιτον καὶ ἐμπαθῆ ἄνδρα δηλοῦσιν. *Oculi inundantes ipſi ſe, & fluctuantes, hominem venereum & amatoriè adfectum declarant*, &c. Multis paraſangis à Poëtæ mente abiêre Dionyſ. Lambinus & Aduerſaria cap. xxvii. lib. xiix. cum *deponent oculos* interpretati *obdormiſcent.* Signanter autem poëta, *deponent* potius quam defigent. Secutorum enim oculi recti & elati: amantium depoſiti ſiue deiecti. Propert. eleg. i lib. i.

Tum mihi conſtantis deiecit lumina faſtus,
Amor, &c. Alij--
Tum mihi conſtanti deiecit lumina faſtus. Alij
Tum mihi conſtanti deiecit lumina faſtu, &c.

Optime autem fuerit.

Tum mihi conſtantis deiecit lumine faſtus, &c.

Tum amor mihi lumine ſiue oculo Cynthiæ deiecit faſtus conſtantis ſiue conſtanteis. Amor deijcit faſtum oculorum, ſiue cogit deponere oculos in Amicam.

NEC DAMALIS.

OMNES quidem *deponent putres oculos, in Damalin*, ſiue intuebuntur amatoriè, & adlicere volent, ſed illa non poterit diuelli à nouo ſuo adultero Plotio reduce, & qui placet nouitate ipſa. *Adultera* ſiue mœcho, amatore. Sic adulterium Cynthiæ Propert. eleg. xxix lib. ii.

Adſpice vt in toto nullus mihi corpore ſurgat
Spiritus, admiſſo notus adulterio. Lege, *motus adulterio.* Quæ alij exempla poſuêre de adultero pro amatore, non faciunt.

Oda XXXVII.

B RECTÈ in membranis Odæ huius inſcriptio, *De victoria Cæſaris.* Etenim eſt ἐπινίκιος ᾠδὴ ſiue carmen victoriale, de victoria Octauiani Actiaca, quale & Propertij carmen, eleg. vi lib. iv.

ORNARE PVLVINAR DEORVM DAPIBVS.

PVLVINAR non ſternebatur ſine epulo. T. Liuius lib. v in concione Camilli. *In Iouis epulo puluinar ſuſcipi*, &c. In epulo Iouis puluinar. Epulum videlicet menſaque adpoſita Ioui ante puluinar illud ſiue lectulum Iouis in Capitolio. Sic itaque nunc *ornare puluinar Deorum dapibus ſaliaribus*, eſt ante Martis puluinar epulari, ipſique Marti menſam adponere.

CONTAMINATO CVM GREGE.

C CORRIGVNT aliqui, *congrege*, & *morbum virorum*, *eſſe* pro viris morboſis tropicè, vt ſit. Regina congrege morbo contaminato turpium virorum, hoc congregem ſibi habens, morbum contaminatum virorum id eſt, congreges ſibi habens morboſos & contaminatos viros turpes. Vide obſecro quanta περιεργία; qui ebulæ cyathi? Plebeij interpretes meliùs, Regina, cum grege turpium virorum, qui contaminatus morbo, id eſt, Regina cum ſuis cinædis, quorum morbus ille, qui dictus ab Herodoto θήλεια νόσος à Dione Pruſæo Orat. iv de regno γυναικεία νόσος. Rusticè cognominem Philoctetæ ciuitati Μαλακίας dixeris, de qua interpres ad lib. i. vbi malè ſcriptum Μαλαχίας. Mihi autem ſuſpicio eſt hunc ipſum morbo vitioſæ interpunctionis contaminatum eſſe locum, & poetam ſcripſiſſe. *Funus & imperio parabat contaminato, cum*
D *grege.* Regina cum cinædis ſuis, ſiue cum grege ſuo turpium virorum parabat funus imperio contaminato. Imperio nempe Romano quod contaminatum ab Antonio & regina illa. Contaminatum bifariam, μιανθὲν pollutum libidine, & συγκοπὲν acciſum largitionibus factis Cleopatræ & liberis eius à M. Antonio. Contaminare non ſolum eſt μιαίνειν, ſed & συγκόπτειν Gloſſæ. *Contaminat*, μιαίνει, συγκόπτει. Neque ſat rectè additum ibi verbum *Polluit.* Sic Terent. Prologo Andriæ *Contaminare fabulas*, συγκόπτειν. Et Tullij Topicis opposita, *integra contaminatis*, Quemad-

Quemadmodum verò contaminatum acciſione A
imperium, patet narrationibus Dionis. lib. LIX. de profuſionibus M. Antonij in reginam illam, & quo pacto gratificatus liberis ſuis ex regina illa partes non mediocres Arabiæ, & Malchi ditionis & Ityræorum, & Phœnices, & Paleſtinæ, & Cretæ, & Cyrenem & Cyprum totam, &c. Propterea, vt inquit Dio, Antonius μεγάλως διεβλήθη. *In magna infamia fuit.* Deinde iiſdem quoque Syriam, & omnia quæ inter Euphraten ac Helleſpontum. Ipſi autem Reginæ Africam finitimam Cyrenæ, &c. Legendus item Plutarchus in Antonio. De contaminato autem libidine Reginæ imperio, & Maro Æneide IIX. Noſter Epoda IX.

IMPOTENS SPERARE QVIDVIS. B

CARISIVS lib. II. Dixi ad Perſij Sat. II. Impotens autem ſperare quiduis regina illa, ipſum, ſi Dis placet, quoque Imperium Romanum. Itaque & Auguſtus in concione ad populum apud Dionem lib. L. eam vocat γυναῖκα πᾶσι τοῖς ὑμετέροις ἐπιβουλεύουσαν. *Mulierem veſtris omnibus inhiantem*, id eſt, Imperio, &c. Denique & nuptias Auguſti ſperauit, perque has Imperium. Dio lib. LI. ἐκ τούτου οὐχ ὅπως τὴν τῶν Αἰγυπτίων βασιλείαν ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν Ῥωμαίων κράτος, ἕξειν προσεδόκησε. *Atque inde non ſolum Ægypti regnum, ſed & imperium Romanum ſibi venturum ſperauit.* C

PORTVNAQ. DVLCI EBRIA.

MEθύουσα ὑπὸ τῆς εὐτυχίας vt Himerius in Declamationibus. Sic μεθύουσα ὑπὸ τῆς Ἀφροδίτης. *Ebria Venere & amore.* Xenophon in Sympoſio. Et Philippus Rex μεθύων μεγέθει τῶν πεπραγμένων. *Ebrius magnitudine rerum geſtarũ.* Demoſth. Philipp. I. Μεθύων πλούτῳ. *Ebrius diuitijs.* Philoſtratus in Herode Μεθύων ἔρωτι, *Ebrius amore.* Anacreon.

VIX VNA SOSPES NAVIS.

MINVIT Cleopatræ furorem vix vna nauis ſoſpes, non ipſi quidem reginæ, ſed M. Antonio. Regina euaſit cum claſſe ſoſpite: Antonij claſſis tota inflamata fuit excepta Prætoria triremi qua ipſe fugit Antonius. Dio fine libri L. Plutarchus in Antonio, alij.

MAREOTICO. D

GEOGRAPHVS lib. XVII.

AUVRGENS.

VT inurgens Lucret. lib. V.

FATALE MONSTRVM.

TVLLIVS Philipp. II. Fuluiam tribus maritis Clodio, Curioni, Antonio *fatalem*. Sequitur autem ἀνακολούθως *Quæ generoſius*. De quo genere dico ad Epodum V. & Sat. lib. I.

NEC MVLIEBRITER EXPAVIT ENSEM.

ΞΙφίδιον λῃστρικὸν *dolonem*, quo ſe interficere voluit Plutarchus in Antonio.

NEC LATENTES ORAS REPARAVIT.

NON enim de muniendis Ægypti cornibus cogitauit, ſed de fuga in ſinum Arabicum. Plutarch. in Antonio. *Oras latentes*, amphilogia. Latentes metu, aut latentes ſitu regionis. Metu nempe Auguſti: ſitu autem quia Ægyptus ἠερόεσσα ſiue obſcura vnde & nomen ei olim *Aeria*. Stephanus lib. de vrbibus Euſtath. in Dionyſiũ. Et quia χθὼν δυσέμβολος. *Terrâ difficilis acceſſu* Euſtath. loco eodem Non faciunt huic loco, quę alij interpretes. Illi autem craſsè ſubtiles, qui *reconditam Ægyptum* ex Ciceronis Agraria II. proferunt. Recondita ibi Ægyptus non ſitu loci, ſed artificio legis agrariæ. Nec minus inp roſpectè quod Ægypti latentes oras Quincto eſſe putauêre, quia Nili fontes lateant.

DELIBERATA MORTE FEROCIOR SÆVIS LIBVRNIS.

VITIOSVS ab interpunctione locus. Sic enim eſt, *Deliberata morte ferocior: Sæuis Liburnis ſcil. inuidens*, &c. Eſſe debet. *Deliberata morte ferocior Sæuis Liburnis: ſcil. inuidens*, &c. Rectéq; ſic Acro & Porphyrio. Cleopatra genere illo deliberatæ mortis ferociorem ſe oſtendit, quam ſint Liburni Illyriæ populi. Nam Cleopatram Octauianus domare non potuit: Liburnos domuit. Appianus in Illyrica. Petrus autem Victorius Varijs c. IX. lib. X. Liburnas intelligi voluit Octauiani naues. Sed interpunctione ſua ſententiam Poëtæ turbauit. Mea interpunctio vtibilior ei fuiſſet, hoc modo. Cleopatrã ferociorẽ fuiſſe Octauiani Liburnis. Nam has quidem Cleopatræ parcere voluiſſe, ipſam ſibi non pepercisse. Sed hoc ipſum refellitur ἐπιθέτῳ illa, *ſæuis*. Scripta videtur hæc cantilena deuictis iam Liburnis, quam victoriam paulo poſt Actiacam Octauiano contigiſſe patet inde quod Cæſar bellum eis facturus ante in Senatu inuectus in M. Antonij ignauiam eſt, vt tangit Appianus loco anted. Acro autem & Pophyrio ſic interpretati. Cleopatra mortis deliberatione illa ferocior ſæuis Liburnis. Liburni contemnunt mortem ſubitam: hæc regina contemnit deliberatam, ſiue ipſam moram & tractum mortis. Sed Poëta magis tangere velle videtur victoriam Octauiani de Liburnis.

SCILICET MVLIER INVSDENS.

EMPHATICE *mulier*, vt Propert. eleg. VI. lib IV.

Dij melius, quantus mulier foret vna triumphus,
Ductus erat per quas ante Iugurtha vias.

Oda XXXIIX.

TENVI adparatu gaudere poëtam, vt Oda XXXI. & epiſt. ad Auguſtum.

PERSICOS ADPARATVS.

XENOPHON fine libri IIX. Pædiæ Cyri. Athenæus lib. XII. Suidas in περσικὸς ὄρνις. Pleno autem horreo vir clariſſimus Barnabas Briſſonius. lib. II. de regno Perſarum.

NEXÆ PHILYRA CORONÆ.

OVIDIVS V. Faſtor.

Ebrius incinctis philyra conuiua capillis
Saltat, &c.

L. Plinius c. XIV lib. XVI. c. III lib. XXI. Rectéque Xenarchus in Milite apud Athenæum lib. XV dixit φιλύρας ἄφυλλον ςέφανον. *Philyræ coronam ſine folijs.* Nec enim foliata philyracea corona ſed lemniſcata. Et Cornutus lib. de Dijs c. de Venere πρὸς τὰς ςεφάνων πλοκὰς ἐοίκασιν αὐτῇ χρῆσθαι. ſc. τῇ φιλύρᾳ. *Et plectendis coronis ea folijs vti.*

ROSA SERA.

ROSA *hiberna*. Macrob. Saturn. c. V lib. VII. *In luxu quæris æſtiuas niues , & hibernas roſas.* Sed duplex roſa hiberna, *Sera*, vt nunc & Plinij c. IV lib. XXI. *præcox*, vt Martialis epigr. B

A vlt. lib. XIII. Et Plinij. c. eodem.

SIMPLICI MYRTO.

RECTE' philyram & myrtum oppoſuit. Nam vtraque ſacra Veneri. Cornutus lib. de Dijs c. de Venere. Sed philyræ corona magnis delicijs conuenit: myrtea mediocritati.

In membranis eſt interrogatoriè. *Simplici myrto?* quaſi dialogiſticè, admitans ſeruus interrogat. Reſpondet Quinctus noſter, *Nihil adlabores.* Ita volo, ſimplici myrto. Nihil addi volo. Tum ſeruus ſiue puer. *Sedulus curo*, ſiue vt græculus diceret ὡς κελεύῃς. Sedulò curabo. Subiungit denique Flaccus cauſam cur nolit adlaborari aliquid. *Neque te miniſtrum*, &c. Et Poëtam & poëtæ puerum decet tenuis adparatus. Hæc vera ſinceráq; huiuſce Odæ interpunctio, & ſententia.

AD LIBRVM ODARVM SIVE CARMINVM II.

Oda I.

GRATVLATORIVM carmen. C Gratulatur enim poëta C. Aſinio Pollioni conſulatum ineunti Kalend. Januar. Eoq; illud pertinet---

---Mox vbi publicas res ordinaris---

propter conſulatum ceſſatio tibi erit à ſcriptione tragœdiarum: perges finito conſulatu. Hinc rapit occaſionem laudandi Pollionis tragœdias de bello ciuili. Sic ſtili tragici laudem tribuit huic Pollioni Sat. X. lib. I.

---Pollio regum
Facta canit, pede ter percuſſo--- Et Virgil. Ecloga III. *Pollio & ipſe facit noua carmina.*---

MOTVM EX METELLO CONSVLE CIVICVM.

EX Q. Cæcilio Metello Celere Coſ. cum L. Afranio Nepote, anno vrbis IↃCXCIII. D vt bene Acro & Porphyrio. His Coſſ. tres totius Reſpub. principes Cn. Pompeius. M. Craſſus, & C. Cæſar conſpirauêre. De qua conſpiratione Satyram Menippus Romanus ſiue Varro Terentius ſcripſerat, & titulum fecerat *Triceps* ſiue *Cerberus*. Appianus II. bellorum ciuilium Καί τις αὐτῶν τὴν δὲ τὴν συμφροσύνην συγγραφεὺς Βάρρων ἑνὶ βιβλίῳ περιλαβὼν ἐπέγραψε, τρικάρανον. *Et quidam ſcriptor Varro, hanc conſpirationem libello vno complexus, inſcripſit, Tricipitem.* Hanc conſpirationem merito Q. Flaccus ponit principium belli ciuilis. Conſpiratio enim hæc, tres illos totius imperij potentes fecit, ſublato deinde Craſſo, certauêre de principatu Pompeius & Cæſar. Bene Lucanus lib. I.

---nam ſola futuri
Craſſus erat belli medius mora---Sic M. Cato eos qui dicerent, orta inter Pompeium & Cæſarem ſimultate euerſam eſſe Rempubl. falli dixit, οὐ γὰρ τὴν ςάσιν οὐδὲ τὴν ἔχθραν, ἀλλὰ τὴν σύςασιν καὶ τὴν ὁμόνοιαν αὐτῶν τῇ πόλει πρῶτον κακὸν γενέσθαι καὶ μέγιςον. *Non enim ſimultates aut inimicitias, ſed conſenſum & concordiam eorum Reipublicæ primum & maximum malum fuiſſe.* Plutarchus in Pompeio, qui & eadem ipſe in Cæſare, & Lucanus lib. I.---*Tu cauſſa malorum*
Facta tribus dominis communis Roma---

D Bene itaque Horatius belli ciuilis originem repetit à Conſulatu Metelli Celeris. Qui de Conſulatu Metelli Numidici anno IↃCXLIII. intelligi voluêre, peccant. Ab illo enim conſulatu origo belli ciuilis Mariani, quod nihil ad Aſinium. Patet, cum ait Horatius, *Incedis per ignes*, &c. Significans metuendas offenſiones Auguſti ex tragœdijs de bellis ciuilibus patris eius. Malè aduerſaria de Hiſtorijs accipiunt, c. XXI. lib. X.

BELLIQ. CAVSSAS.

DE his Plutarchus in Cæſare, Lucanus lib. I. L. Florus c. II. lib. IV.

LVDVMQ. FORTVNÆ.

M. Seneca controuerſ. I. lib. V. *Ludit de ſuis fortuna*

Digitized by Google

fortuna muneribus. Et Ablabius apud Eunapium A in Ædeſio παίγνιον τῆς ἐς ἅπαντας νεωτεριζούσης τύχης. *Ludicrum fortunæ ſemper nouis rebus ſtudentis.* Et Aruandus, *Fortunæ ludibrium*, apud Sidonium epiſt. VII. lib. I.

GRAVESQ. PRINCIPVM.

GRAVES quaſi Reip. naui, cui fecere ἀνταταγώνιστον ῥοπὴν inclinationem cui reſiſti non poſſet. Plutarch. in Pompeio.

ARMA NONDVM EXPIATIS VNCTA CRVORIBVS.

ARMA nōdum expiata ſanguine, ſiue nondum luſtrata, ſiue nondum facto armiluſtrio, de quo Feſtus in *Armiluſtrium.* Varro V de Ling. Lat. Gloſſæ, *armiluſtrium* ὁπλοκαθάρσιον, *armiluſtrum* ὁπλοκαθαρμός lege, *Armiluſtrium.* B Aut *arma nondum expiata*, non acto cenſu; & luſtro condito. Nam poſt cædem C. Cæſaris cenſus primum actus, imperantis Auguſti anno XVI. Euſebius in Chronicis. In cenſu & luſtri conditione ciues omnes venire ſoliti in campum Martium armati, atq; ita luſtrari. Dionyſius lib. IV. T. Liuius lib. I. Nihil ad Q. noſtri ſenſum illa quæ notauêre alij de expiatione cædis Græcanicæ, vt Aduerſarijs c. XXI. lib. X.

IGNES SVPPOSITOS CINERI DOLOSO.

IGNES non ſine periculo incendij, ſiue offenſionis Auguſti. L. Florus c. XIV. lib. II. *Quaſi ex obruto incendio ſubita de cineribus flama*, &c. Et c. V. lib. III. *Extincta parum fideliter incendia, maiore flama reuiuiſcunt*, &c. c. XX. lib. eiuſdem. *Malè obrutum reſurrexit incendium.* Et c. II. lib. IV. *Atque acrius multò atque vehementius Theſſalici incendij cineres recaluêre.* Zonaras annali III. τὸν ἀεὶ τοι ὃν ἐκρύπτεν ὑπὸ σποδιᾷ σπινθῆρα τῆς βασιλείου ἀρχῆς. *Quam itaque ſemper imperij & dominatus ſcintillam ſub cinere occulebat.* Profert hunc Flacci locum Seru. ad illud Æneid. IIX. C

Impoſitum cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes. Sic & in Moreto.

Et cinis obducta celabat lumina pruna.

ET CONSVLENTI POLLIO CVRIÆ.

POLLIO præſidium Curiæ conſulenti, eſt Pollio Conſul. Nam quis eſt quem Curia ſiue Senatus conſulit alius quam Conſul? Ipſum inde nomen eſt Conſulis. D

Conſul autem Pollio Aſinius cum Cn. Domitio Caluino anno IↃCCXIII. Extra oleas, qui præfectum vrbi accipiunt. Non alijs quam Mæcenati hæc fides apud Auguſtum. Pater Dionis lib. XLIX. LV. Vellei lib. II. C. Taciti Annali VI. L. Senecæ epiſt. CXVI.

DALMATICO TRIVMPHO.

QVEM egerat ante conſulatum. Seruius in Eclog. IV.

IAM LITVI STREPVNT.

L. Seneca in Thyeſta.

Iam tacet ſtridor litui ſtrepentis.

Strepere dicitur lituus quia ſonus eius acutus. Q. Ennius.

Inde loci lituus ſonitus effudit acutos.

A AVDIRE IAM VIDEOR.

SECVTVS huiuſce loci filum C. Plinius Panegyrico, *Videor iam cernere*, &c.

NON INDECORO PVLVERE SORDIDOS.

PVLVERE præliari. Martial. epigr. LXV. lib. IIX.

Hic ſte it arctoi formoſus puluere belli.

Claudianus de III Conſulatu Honorij---*Grato reſperſos puluere belli.* Papinius IV Thebaide imitatus, ſed malè, Horatium--*Et puluere belli, Flauentem ſordere comam*----Non ſuſtentauit vilitatem verbi, *ſordere*, vt Horatius, quaſi tibicinem ſupponens, *Non indecoro. Puluis Martius* eſt Ammiano lib. XVI. XXVII. XXX. *Puluis militaris.* lib. XXXI.

PRÆTER ATROCEM ANIMVM CATONIS.

B MANIL. lib. IV.---Et inuictum deuicta morte Catonem. Sic *atrocem animum* Iuuenalis Sat. II. *Hiſpida membra quidem, & duræ per brachia ſetæ Promittunt atrocem animum*,--&c.

VICTORVM NEPOTES.

VT Scipionis Africani nepotem, Q. Scipionem qui à militibus Cæſaris interfectus in Africa. Scriptor belli Alexandrini, Appianus lib. II.

CEÆ MVNERA NÆNIÆ.

THRENOS ſiue lamentationes Simonidis Cei, Interpres Ariſtophanis in Veſpas. Stobæus Serm. CCLI. Rectéq; ſic in Aduerſarijs cap. XXVII. lib. XXI.

DIONÆO SVB ANTRO.

C QVASI in ſchola Veneris, vt φωλεοὶ, id eſt *antra* Ionicè pro ludis literaru ſiue ſcholis, & ἀπροφώλιοι indocti ſiue ἀπαίδευτοι, Suidas. Scholiaſtes ad V Odyſſ. Sic Heſychius φωλεὸν διδασκαλεῖον, ἢ οὗ χορεύουσι καὶ διδάσκουσι. *vbi tripudiant & docent.* Sic antrum Pierium Poetæ muſæum Oda IV. lib. III. Propert. eleg. I lib. III. *Carmen tenuare in antro.* Iuuenal. Sat. VII.---*Cantare ſub antro Pierio.* Ortus autem hic loquendi ritus à Parnaſſi antris, de quibus Geographus lib. IX.

II.

C. Salluſtij Criſpi profuſionem laudat ſpecie liberalitatis. Aſotiam Salluſtij Lenæus Cn. Pompei Magni libertus perſtrinxit. *Lallaurum, lurconem, nebulonem, popinonem* adpellans. Sueton. de illoſtrib. Grammaticis c. XIIX. Et clamator ille quaſi Tullius Salluſtio reſpondens, decoctorem eum pingit, & *patrimonium* ei obiectat *non comeſum ſed deuoratum.* Notauit & Acro in Sat. I lib. I, *quod Coſſij Nomentani coquum Damam, centenis milibus æris conductum habuerit.* Quinctus noſter tamen ei blanditur vt liberali. Blanditur florenti nempe amicitia Cæſaris Auguſti, de qua rectè Acro & Porphyrio. Et L. Seneca c. X lib. I de Clementia ponit Salluſtium in Auguſti *cohorte primæ interioris admiſſionis.*

NVLLVS ARGENTO COLOR EST. A

CVR argenti potius quam auri colorem dixit ? qoia vt inqoit Plinius cap. III. lib. XXXIII. *Color argento clarior eſt quam auro, magiſque dies ſimilis, & ideo militaribus ſignis familiarior, quoniam in longum fulget*, &c. Hinc & nomen argento. Feſtus, *Argennon argentum percandidum*, lego, *Argentum*, *ἀργεννὸν*, *percandidum*, vult argentum dictum quaſi ἀργεννὸν, id eſt, percandidum.

INIMICE LAMNÆ.

BELLE' profuſionem Salluſtij velat. Non es profuſus, ſed liberalis & inimicus theſauro defoſſo. In membranis pleriſque eſt *lama* aut *lamma*. Atq; ita Betoaldus legit. Sic lamella apod Feſtum in *ſtellam*, cuios verba malè traiecta ſic digero. *Stellam quæ ex lamella ærea adſimilis ſtellæ, locis inauguratis infigatur, ſignificare ait Ateius Capito lætum & proſperum, auctoritatem ſecutus P. Seruilij auguris* Nimirum à lacere .i. trahere, *lama*, *lamina*, *lamna*, *lamella*. Vſitatum verò & *lamina* & *lamna*. B Gloſſæ *Lamna*, λεπὶς ἀργύρου, ἢ χαλκοῦ. Solitos autem poſſidere argentum in lamellis indicio L. Seneca c. XXI. lib. de vita beata. *Sæculum illud*, inquit, *in quo cenſorium crimen erat, pauca argenti lamellæ*.

NISI TEMPERATO SPLENDEAT VSV.

AVREL. Caſſiodor. epiſt. XXXIV. lib. IV. *Diuitiis auri vena ſimilis eſt reliquæ terræ, ſi iaceat; vſu creſcit ad pretium*.

PROCVLEIVS.

HIc C. Proculeius eques Romanus Terentij Varronis Murenæ, & Scipionis frater ἐς τὰ πρῶτα ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου τιμώμενος. Dio lib. LIV. Siue vt diceret L. Seneca, in Auguſti *cohorte prima, interioris admiſſionis*, cui & filiam ſuam tradere meditatus eſt. C. Tacitus annali IV. C Malè apud Dionem eſt προκούλιος, eſſe deboit προκουλήϊος. Idemq; Proculeius eſt de quo item Dio. lib. LII. in narratione de Valerio Largo accuſatore, vbi ſimiliter malè προκούλιος vt & lib. LI. vbi ait ad capiendam Cleopatram miſſum ab Octauiano Γάϊον Προκούλιον ἱππέα. *C. Proculum equitem* pro C. Proculeium, &c. Neque *Proculum* rectè Latinè dixeris, ſed *Proclum*.

ILLVM AGET PENNA.

IMITATVS Martial. Epigr. III lib. X.

Quos rumor alba gemmeus vehit penna.

Fabius Quinctil. Declam. VI. *In ipſa aſtra ſublimem pennata virtus feret*. Et apud Nonnum Dionyſiac. φήμην πτερόεσσαν *Fama pinnis apta*. Et Sidonius epiſt. XI. lib. IIX. *Gloriæ pennis euolare*.

METVENTE SOLVI.

METVERE, cauere, vt epiſt. XIIX. Oda XXIV. lib. III. Oda V. lib. IV.

FAMA SVPERSTES.

SVPERSTES, diuina, *Superſtites*, dioinati, ἀποθεωθέντες Lactant. c. XX. lib. V.

ET VTERQ. POENVS.

POPVLVS vtriúſq; Carthaginis, Africanæ, & Ibericæ ſiue Hiſpanienſis. L. Seneca Cōſolatione Albinæ c. VI. *Tyrij Africam incolunt, in* A *Hiſpania Pœni*, &c. Sic *vterque Maurus* Panegyrico Latini Pacati. Minus ad ſcuſum Poëtæ eſt in Aduerſarijs c. V. lib. III. *vterq; Pœnus*. Afri & Gaditani. Neq; rectius alij vterq; Pœous Phœnices & Afri.

CRESCIT INDVLGENS SIBI.

NIHIL hac comparatione tritius. Vſurpauit Diogenes apud Stobæum Serm. LIII. & CCXXX. Dio apud Teletem lib. de compatatione diuitiarum & virtotis apud euodem Serm. CCXXXIIX. Polybius, Dionyſius Longinos περὶ ὕψους. Item alij. Sed Prudētius in Coronis hymno D. Laurentij glorioſos ſiue κενοδόξους & φιλοδόξους cum Hydropicis comparat.

NEC SITIM PELLIT.

ALEXANDER Aphrodiſ. Problem. XXCI. B lib. I.

AQVOSVS LANGOR.

IMITATVS Q. Seuerus Sammonicus.

Unguine quo frangit vires languoris aquoſi

ALBO CORPORE.

VT Sammonicus, hydropici vocauit, *albentia membra*. Hinc ſpecies hydropis λευκοφλεγματίας.

REDDITVM CYRI SOLIO PHRAATEN.

PHRAATEN Orodis filiom. Narrat hiſtoriam copioſè Dio lib. LI. & ſequente. Plutarchus in M. Antonio, Iuſtinus libro XLII. Scripta igitur hæc Oda ſub exitum belli ciuilis cum M. Antonio, vt patet Dioois lib. LI. Ac Dioni quidem & ceteris *Phraates*, Plutarcho autem *Phraortes*.

NVMERO BEATORVM EXIMIT VIRTVS.

DIVITES & Reges vulgo beati cenſentur; at ſapienti beatus eſt αὐταρκής & contemtor diuitiarum L. Seneca epiſt. XLV. *Beatum non eum eſſe quem vulgus adpellat, ad quem magna pecunia confluxit: ſed illum cui bonū omne in animo eſt*. Tangit autem Poëta ineptias popelli Romani diuites adpellantis *beatos*, vt patet epiſt. Cic. XVI. lib. VII. ad Fam. Varronis lib. IV. de Ling. Lat. & Vlpianus l. XLIX. D. de verb. ſignif.

QVISQVIS INGENTES OCVLO IRRETORTO SPECTAT ACERVOS,

QVI adſpicit conſtantibus oculis, ſiue cui auri fulgor oculos non præſtinguit, neque D cogit reflectere. Bene ſic Dionyſ. Lambinus expreſſit. Aliter eſt ſed minus ad ſenſum Poëtæ in Aduerſ. c. XXI. lib. X. Eleganter qualem nunc Flaccus etiam L. Seneca pingit paruo beatum. *Cui non magis auri fulgor quam gladij præſtinguat oculos*. Neque diſſimiliter Plutarchus lib. de Tranquillitate animi. Δύνασθαι πρὸς τὴν τύχην ἀνεῳγόσι τοῖς ὄμμασιν ἀντιβλέπειν. *Poſſe contra fortunam oculis apertis & fixis intueri*. Eleganter & Polybius Legat. XLI. dixit. Δωρεὰν δυσαντοφθάλμητον διὰ πλῆθος τῶν χρημάτων. *Donum irretortis oculis adſpicere non facile, propter copiam pecuniæ*. Et Arrianus Epicteti c. XXVI. lib. III. Ἀντιβλέπειν ὀρθοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς πρὸς τοὺς πλουσίους καὶ τοὺς τυράννους. *Adſpicere oculos rectis in diuites & tyrannos*, id eſt, ita vt ne metuens adpetere fortunam

nam eorum, aut inuidere, cogare oculos retor- A
quere, Conuertit nempe in ſe oculos & adſpicere cogit fortunæ ſplendor, & auri, & formæ. Itaque vrbanè Lucilius & Menippus Romanus apud Marcellum in *Strabones*. *Prouincialis formoſula vxor*, & deliciæ diuitum, ſtrabones faciunt.

III.

DECLAMATIO eſt natans in ſtilo Quinctii noſtri vt Sat. VI. lib. II. --*Quo bone circa*
Dum licet, in rebus iucundis viue beatus,
Viue memor quam ſis æui breuis. Et Oda IV. lib. I. & paſſim. Decora nempe Horatio Epicuri diſcipulo talis ſapientia, vt & Lucret. lib. III. B

MORITVRE DELI.

Q. Delius hic Octauiani amicus. Ὁ Δέλλιος ὁ Κόϊντος. Et apud Plutarchum in Antonio Δέλλιος & in membranis Horatij *Delius*.

ALBAQ. POPVLVS.

EADEM populi ratio. Nam, vt inquit Plinius c. XXXVII. lib. XVI. *populi vitib. placent, & ea educant.*

HVC VINA ET VNGVENTA.

SIDONIVS epiſt. XIX. lib. IX. *Pateræ, ſcyphi, lebetes, Sociunt falerna nardo.*

ET NIMIVM BREVES FLORES ROSÆ.

ROSÆ breuis ætas. Plurimo enim odore fluit, vnde & marceſcit celerrimè, ex eoq; C & nomen ipſum ῥόδον ſiue roſæ, vt notauit Clemens Alexandrin. Pædagogi lib. II. Plutar. Sympoſ. Problem. I. lib. III. Scholiaſtes Theocriti ad Idyll. II. & V. Hinc & Martialis epigr. XXXIV. lib. IV.

Non imitata breues Punica mala roſas.

ET SORORVM FILA TRIVM ATRA.

HINC Auſonius epiſt. XII.
Dum res & ætas & ſororum Νήματα πορφύρεα πλέκοντα πορφύρεα ſiue purpurea fila intelligo candida. De candida purpura, memini commemorare ad Perſij Sat. III.

Sunt autem duplicia Parcarum fila, nempe aut alba aut nigra, Alba vitæ felicis. Catulli Epith. Pelei, in Parcarum calathis,---
--*Candentis mollia lanæ vellera*. Et Iuuenal. Sat. XII. D
Parcæ, ſtaminis albi Lanifica, L. Seneca Satyra Claudiana,
Candida de niueo ſubtemina vellere ſumit
Felici moderata manu.--- Atra vero fila vitæ infelicis & mortis, vt nunc *ſororum fila atra*. Et L. Senecæ Sat. eâdem, *Turpis fuſus*. Vt duplex filum fatale, ita & duplex colus, dextra candidi fili, læua nigri. Propert. eleg. I. lib. IV.
Quo ruis imprudens vage dicere facta Properti?
Non ſunt à dextro condita fila colo.
Sic vulgatij, melius in membranis.
Quo ruis imprudens age dicere facta Properti?
Non ſunt à dextra candida fila colu.
Age Properti quo ruis? Noli tentare bella, res geſtas, & annales. Non enim Parcarum dextra tibi colus ſed læua, neque candidum filum ſed atrū. Annales ac res geſtæ materies illorum eſto, quibus candidum vitæ filum, ventiq; ſecundi, at tibi materies ſunto, amores amati, lacrumæ, res aduerſæ. Pullum enim filum tuum & fortunæ venti reflantes. Ergo & ſequitur.
Accerſis lacrumis cantus? Correxere ignauiter aliqui.
Aduerſis Muſis cantas? Alij. *Accerſis lacrumis Charites?*
Forte an melius. *Ah cretus lacrumis cantas*--
--Cum ſis natus ad lacrumas, inquit Babylonius ille, cantas? Cōueniens hoc genethliaco ſiue Planetario dicere. Natus es tali ſidere vt lacrumare decorum tibi ſit, non autem canere. Et dixit Aſtrologus *cantas?* tangens verbum Propertij qui dixerat. *Sacra dieſque canam*, &c.

AN PAVPER ET INFIMA DE GENTE SVB DIO MORERIS.

INTELLIGE de plebe vrbana, de qua Tiberius Gracchus in ſuaſione legum Agrariarū apud Plutarchum in Gracchis ἀοίκους καὶ ἀνιδρύτους μετὰ τέκνων πλανᾶσθαι καὶ γυναικῶν *ſine tecto & ſede vagari cum vxoribus & liberis*, &c. Salluſt. orat. II. de republ. ordin. *Quos inertia atq; inopia incertas domos habere ſubegit*, &c.

OMNIVM VERSATVR VRNA.

HÆC de morituris ſortitio, vt Oda I. lib. III. *Omne capax mouet vrna nomen*, &c. Alia eſt ſortitio & vrna de mortuis Æneide VI.

SERIÙS OCYÙS.

L. Seneca Natural. Quæſt. c. LIX. lib. II. *Eodem citiùſve tardiùſve veniendum eſt*. Ouid. lib. X.
Serius aut citius ſedem properamus ad vnam.

IV.

DE SCELESTA PLEBE.

RESPICIT eò quod multi pro malis. Atticè & Latinè. *Multi* autem ſiue οἱ πολλοὶ vulgus, vt L. Senecæ epiſt. IV. Tullij Bruto. Plebes itaque mala. Sic Attius apud Marcellum.
Probis probatum potius quàm multis fore.
Lucilius Sat. XIV.
Non paucis malè ſed ſapientibus eſſe probatum,
Lego.
Nam paucis malim & ſapientibus eſſe probatum
Neque moror qui legere aliter. Sic vulgus infidum Oda XXXV. lib. I. *Malignum vulgus* Oda XVI. ſeq.

V.

CVRRIT ENIM FEROX ÆTAS.

CICERO Tuſc. I. *Volat enim ætas.*

AMBIGVOQ. VVLTV.

OVIDIVS lib. IX.

Cultus erat pueri: facies quam ſiue puella
Siue dares puero, fieret formoſus vterque.

Et lib. IIX.

Talis erat cultu facies, quam dicere verè
Virgineam in puero, puerilem in virgine poſſes.

Iuuenalis Sat. XI----*cuius manantia fletu*
Ora, puellares faciunt incerta capilli.

VI.

TIBVR aut Tarentum optat ſedem vbi foueat ſeuectutem ſuam. Scribit autem ad Titum Septimium Poëtam Lyricum & Tragicum de quo eſt epiſt. III. v. IX.

CANTABRVM INDOCTVM IVGA FERRE NOSTRA.

TANGIT Auguſti bella Cantabrica, de quib. Dio Lib. LI. LIII. LIV. Geographus lib. III. L. Florus c. XIV. lib. IV. Sic Oda XIV. lib. IV. Te *Cantaber non ante domabilis*.

BARBARAS SYRTES.

SIRTIS *ſinus importuoſus & atrox*. Pomp. Mela c. VII. lib. I.

TIBVR ARGEO.

Aργέῳ Priſcian. c. IIX. lib. II.

GALESI.

IDEM Eurotas, Narrat hiſtoriam Polybius lib. IIX. Sed malè ibi Γαλαῖος pro Γαλαίσος. Eſt itaq; *Galaſus* veriùs quam *Galeſus*.

PELLITIS OVIBVS.

DE his Varro c. II. lib. II de re ruſt. Iun. Columel. c. IV. lib. VII. Plinius c. XLVII lib. IIX. Plinius *tectas oues* dixit, Varro & Horatius *pellitas oues*.

VIRIDIQ. CERTAT BACCA VENAFRO.

VENAFRANVM oleum optimũ. Plin. c. II lib. XV. Geographus lib. V.

VER VBI LONGVM.

ITA quidem, vt triferi agri Campaniæ ſint, ferentes fructum ſcil. hieme, æſtate, autumno. Plin. c. L. lib. III. Dionyſ. lib. I. Ἐν τοῖς Καμπανῶν πεδίοις ἐγὼ καὶ τρικάρπους ἐθεασάμην ἀρούρας, θερινὸν ἐπὶ χειμερινοῦ, καὶ μετοπωρινὸν ἐπὶ θερινῷ ἐκτρεφούσας. *In Campania planis, agros vidi ego triferos, aſtiuam meſſem ferentes, poſt hiemalem, & auctumnalem poſt æſtiualem.*

ET AMICVS AVLON FERTILI BACCHO.

CORREXERE aliqui, *fertilis Baccho*. Sed diſconuenit hoc, *Aulon amicus, fertilis Baccho*. Variare Poëta voluit. *Aulon amicus, Baccho fertili. Bacchus fertilis*, vites vini feraces. Propert. eleg. VI. lib. IV. *Bacche ſoles Phœbo fertilis eſſe tuo.*

VII.

SOTERIA, vt Oda XXXVI. lib. I. & carmen ἐπιβατήριον, ſiue gratulatorium Pompeio

A Vario reduci ex bello Philippenſi.

MORANTEM DIEM.

MORANTEM diẽ, nõ ſat citò & maturè decentẽ veſperæ & cœnæ, vt Plautinæ Curcul. Sc. VI.

Neque diem decet me morari, neque noctis nocerier.

Veteres libri. *Neque diem decet memorari* pro *remorari*. Hoc enim vult intelligi frater ille cibicida. *Neque diem decet remorari*, quin abeat: *neque noctis nocerier* ſiue obſtari quin veniat, ne ſcilicet, eadem noceatur ſiue obſtetur cœnæ, cuius tempus ſub noctem ſiue poſt ſolem occaſum

RELICTA NON BENE PARMVLA.

B FATETVR & amico, & qui earundem partium, & de facinore quod ei cum magna parte ciuitatis commune. *Quod autem exemplo fit, id etiam iure fieri putant.* Cicero epiſt. III. lib. IV. ad famil. Alias cauſas aliqui, ſed veriſimiles magis quàm veras commenti ſunt. Parma autem pro Brutiana. L. Feſtus in *Parmulis*.

CVM FRACTA VIRTVS.

BRVTI morientis vox ὦ τλῆμον ἀρετή, &c. Dio lib. XLVII. Plutarchus Bruto.

ET MINACES.

BRVTI milites etiam ipſi Bruto minaces & indomiti, Appianus lib. IV. bellor. ciuil.

SED ME MERCVRIVS CELER.

MERCVRIVS *Mercurialium cuſtos virorum* Oda huius lib. XVII. Mercurius fugæ dux

C & comes.

ERGO OBLIGATAM REDDE IOVI DAPEM.

IOVI *dapali*, de quo M. Cato c. CXXXII. de re ruſt. Sic Iupiter εἰλαπινάστης Athenæo & Euſtathio.

CIBORIA EXPLE.

SERMO Terentianus explere pro exinanire, vt, *explere animum*, exinanire. Donatus in Hecyram Act. V. Sc. I.

De ciboriis Athenæus lib. III. Geographus, lib. XVII. Dioſcorid. c. CXXIIX. lib. II. Plin. c. XV. lib. XXI.

ARBITRVM BIBENDI.

QVI det leges quantum & quoties bibendum. Horatius rectè inſanas leges vocauit.

D Sat. VI. lib. II.

Siccat inæquales calices conuiua, ſolutus
Legibus inſanis--- D. Ambroſius lib. de Helia c. XIII. *Menſura proponitur, certatur ſub iudice, ſub lege decernitur.* Sic apud Catullum lex Poſtumiæ magiſtræ. Et Plauti Sticho Sc. XII. quæritur à ſtratego conuiuij, *Vide quot cyathos bibimus.* Græcis νόμοι συμποτικοί, Lucianus συμποτικῷ ἀξιώματι. Τὸν τοῦ ἀρχιτρικλίνου νόμον οἶδά τι--lege interrogatoria οἶδά τι; Iuuenalis Satyra III. eiuſmodi leges *dictata* vocauit, vt & Græci δόγματα συμποσίου.

VENVS DICET.

DESIGNABIT. *Dicere*, deſignare, Iunius Philargyrius ad III. Georg. proferens hũc locum ad illud Virgilij.

Quem legêre ducem, & pecori, dixêre maritum.

Digitized by Google

ritum. Atque ita *dictatorem dicere*, & id genus alia. A

DVLCA MIHI EST FVRARE.

VT Oda xix. lib. III. *Inſanire iuuat.*

IIX.

DENTE SI NIGRO.

NOTISSIMA priſcæ ſuperſtitionis opioio, deformiores fieri, qui periuraſſent. Hoc amplios. Et puſtulis linguam & naſum eis oppleri. Scholiaſtes Theocriti ad Idyll. IX. & XII. Eatúniq; puſulatũ æquè ſuperſtitioſam curationis formulam tradit Marcellus Empir. c. XI. B

COTE CRVANTA.

CRVSNTATA cruore ſagittarum, Sagittæ Cupidiois vulnus infligunt. hinc cruor in cote ad quam acuuotur. πλάσις Poëtica.

TVA AVRA.

FORMÆ tuæ ſplendor. Aura priſco ſignificatu ſplendor, vt Æneide VI. *Auri aura*, id eſt, ſplendor. Sic aurã ibi Setoius explicat. Item Priſcian. formulis. Iſidor. c. XVII. lib. XVI. Sic Oda XII. lib. III.

---*Lacæna ſplendet adultera famoſus hoſpes.*

IX.

NON SEMPER IMBRES.

VT Ouidius Ponti eleg. IV. lib. IV.

HISPIDOS IN AGROS.

VALOS illi à Poëta longè abeunt, qui agros intellexere *hiſpidos nubibus*. Hiſpidi agri dumetia & ſpinetis & fruticetis & arboribus. Nam hi quaſi pili terræ. Itaque in Panis Dei imagine τὰ κάτω λάσια, τῶν τῆς γῆς μερῶν, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πεφυκότων, id eſt, *inferiores corporis partes hiſpidæ, partium terræ ſignificatum habent, rerumq; naſcentium de terra.* Interprea Theocriti ad Idyll. I. *Hiſpidus.* Δασὺς, μεγαλόθριξ.

NAC TIBI VESPERS.

VT Cinna in Smyrna,

Te matutinus flentem conſpexit Eous

Et flentem paullo vidit poſt Heſperus idem.

Fallitur Cælius Lactantius ad Thebaid. VI vbi ootat veſperum à Flacco nunc pro Lucifero vſurpari. Nam Horatius quidem propriè veſperum dixit: Luciferum autem vult intelligi, qui *fugit Solem.* Oriente Sole fugit Lucifer, quia præcurrit: at veſpere ſurgit poſt ſolem ſiue ſequitur.

MEDVMQ. FLVMEN MINORES VOLVERE VORTICES.

VT Æneide IIX.--- *Euphrates ibat iam mollior vndu.* Sic Papinij Thebaide XI. victi regis, *minor vmbra*, vbi rectè huoc Horatij locum adfert Lactantiua.

X.

HVIVSCE Odæ in membranis inſcriptio eſt. *Ad Licinium Murenam, de ſtatu vitæ.* Et quidem certiſſima opinor illa ἐπιγραφή, neque abs re fueris ſuſpicari, hanc odam ſcriptam quaſi ἀποτρεπτικὴν à coniuratione aduerſus Auguſtum, de qua Dio oarrat lib. LIV. Suetonius Auguſti c. XIX. & LXVI. Tiberij c. IIX. Velleius lib. II. Macrobius Saturnal. c. XI. lib. I. Vetus nomine magis qoam re interpres eumq; ſecuri pleriq; alij, ſcriptam voluère ad Licinium Craſſum prætorem. Sed Licinius ille Craſſus anterior bello Philippenſi quo tempore necdum ſcriptitabat cantileoas Horatius, quemadmodum ipſe profitetur epiſt. poſteriore lib. II.

RECTIÙS VIVES.

VT Ariſtoteles c. XI. lib. IV. de Repub. ὁ μέσος βίος βέλτιστος. *Mediocris vita optima.* Et τῶν εὐτυχημάτων ἡ κτῆσις ἡ μέση βελτίστη πάντων, *Fortunarum poſſeſſio mediocris omnium optima.* Et σώζονται ἐν ταῖς πόλεσι μάλιστα, οἱ μέσοι τῶν πολιτῶν. *Salui in ciuitatib. maxime ciues mediocres.*

NEQVE ALTVM SEMPER VRGENDO.

VT Odyſſ. XII. gubernatorem ſuum Vlyxes monet--τοῦ μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε νῆα--*A fumo fluctiq; ratem prohibere memento.* Ariſt. c. VII. lib. II. ad Nicom. C

NIMIVM PREMENDO LITTVS INIQVVM.

LITTVS *iniquum*, quia naufragij pericula ſæpius in litore quàm alto mari, πρὸς ταῖς ἀκταῖς τὰ ναυάγια. *Iuxta litus naufragia.* τοιγαροῦν ὅταν χειμὼν καταλάβῃ, τῶν μὲν ἀπείρων ἕκαστος ἐπιθυμεῖ τῆς γῆς, ὁ δὲ κυβερνήτης, ὡς πορρωτάτω φεύγει. *Ergo & cum hiems ſiue tempeſtas ingruit, imperitorum quiſq; terram optat: gubernator autem à terra fugit longiſſimè.* Dio Chryſoſt. de Diffidentia.

AVREAM QVISQVIS MEDIOCRITATEM.

CÆLIVS Lactantius ad Thebaid. III. Auream mediocritatem vocari, quia Deorum ſedes media cæli regione. Mediam cæli regionem eſſe id omne quod inter ortum & occaſum, atq; id ſpacium vocari meridiem. Vnde, inquit, eſt illud græcum, ANNOTATCCACTA, id eſt, *Aurea mediocritas*, &c. liquet fuiſſe, μεσότης χρυσῆ. Cum ait Lactant. vnde illod eſt, &c. Intelligi vult eſſe Paræmiacum. Innuit & Auſonius Panegyr. *Quod ſi, inquit, principi honoris iſtius temperies, & quæ vocatur, aurea eſſe debet mediocritas.* D

FERIVNTQ. SVMMOS FVLMINA MONTES.

C. Mæcenas apud L. Senecam epiſt. XIX. *Fortuna attonat ſumma.*

SPERAT INFESTIS.

SAPIENTER Dio lib. XLVII in proſcriptione IIIvirali. Χρὴ μήτε ἐς τὸ ἀνέλπιστον

πρὸς οὐδεμίαν συμφορὰς ἐκπλήττεσθαι τινα, μήτε ἐς τὸ ἀφρόντιστον ὑπὸ τοῦ παραχρῆμα πεἰσχηκότος ἐπαίρεσθαι, ἀλλ᾽ ἐς τὸ μέσον ἐπ᾽ ἀμφότερα τὴν ἐλπίδα τοῦ μέλλοντος τιθέμενον, ἀσφαλεῖς ἐφ᾽ ἑκάτερα τοὺς λογισμοὺς ποιεῖσθαι. *Oportet neque ad calamitates ſubitas ita conſternari vt deſperes, neque ad ſecuritatem extolli repentinis rebus lætis; ſed obfirmare animum poſita in medium, & parata in vtrumque ſpe futuri.*

BENE PRÆPARATVM PECTVS.

VT. Æneid. II. *In vtrumque paratus* L. Seneca c. IIX. de vita beata. *Sapiens in vtrumque paratus artifex vitæ.*

XI.

AD QVINCTVM HIRPINVM.

MELIVS membranæ. *Ad Quinctium Hirpinum* Teſtis Horatius ipſe cum ait *Hirpine Quincti.*

QVID BELLICOSVS CANTABER.

NATAT in Horatij ſtilo bellum Auguſti Cantabricum vt Oda VI lib. II. Od. IIX lib. III. Oda XIV lib. IV. epiſt. XIII. & XIIX.

DEVIVM SCORTVM.

DEVIVM *ſcortum*, meretrix, ſiue quæ proſtibula non eſt. Meretrix clam: proſtibula palam. Diſtinguit Marcellus. Item Plautus Pſeudulo Sc. II Meretrix *deuia*, proſtibula *iouia*, ſiue ante ſtabulum videlicet offerens ſe. Marcellus. C

SIC TEMERE.

ΑΛλως ἄλλως, ὡς ἔτυχεν Suidas.

MATVRET, &c.

MATVRET, *incomtum Lacænæ more comam religata nodum*, &c. Properet venire, comã habens religatam in nodum comtum, vt ſolitæ Lacænæ. At inquit Dionyſius Lambinus, Lacænæ crinibus paſſis & ſolutis vt Æneide I. vbi veneris quaſi Virginis Spartanæ *coma diffuſa ventis.* Audi. Virgines Spartanæ λυσίτριχες. Anne idcirco & mulieres, & maritæ? Immo enim eo ipſo P. Maro dixit *Virginis Spartanæ*, vt diſtingueret capillitium Spartanæ Virginis & mulieris. Virginis lacænæ ſparſum: mulieris *religatum in nodum* ſiue nodatum. Virginum & mulierũ mores Spartæ cõtrarij. Virgines venatrices & athleticæ, mulieres domi otioſæ, aut lanificæ. Plato VII. de Legib. Quomodo autem mulieres Lacænæ ſparſis crinib. quæ κομᾶν vetitæ? Heraclides Ponticus in Politijs fidem facit. τῶν, inquit, ἐν Λακεδαίμονι γυναικῶν κόσμος ἀφῄρηται, οὐδὲ κομᾶν ἔξεστιν, οὐδὲ χρυσοφορεῖν. *Spartanis feminis muliebri mundo interdictum, neque fas eis comam alere, neque ornari auro.* Adde virgines aperto, mulieres operto capite prodiſſe. Plutarchus Laconicis, Χάριλλος πυνθανομένου τινὸς, διὰ τί τὰς μὲν κόρας ἀκαλύπτους, τὰς δὲ γυναῖκας ἐγκεκαλυμμένας εἰς τοὐμφανὲς ἄγουσιν. Ὅτι ἔφη, τὰς μὲν κόρας, ἄνδρας εὑρεῖν δεῖ, τὰς δὲ γυναῖκας, σώζειν, τοὺς

A ἔχοντας. *Charillus interrogante aliquo, quare Virgines non velatæ, mulieres velatæ prodirent. Quia*, inquit, *virginibus inueniendi viri, mulieribus autem ſeruandi, quorum in manu ſunt*, &c. Si velatæ Lacænæ mulieres, quomodo crinibus paſſis? Dico & illud breue argumentum. Veneris Laconicæ coi μορφὼ cognomentum, effigies κάθηται καλύπτραν ἔχουσα, &c. *Sedet habens galericulum.* At venus illa matrumfamilias imago. Itaque & compedita propter τὸ ἐς τοὺς συνοικοῦντας τῶν γυναικῶν βέβαιον, *Vxorum erga maritos firmam fidem.* Ac neque paſſo capillo Virgines omnes. Non illa de qua ibi Pauſanias. Ἐς τὴν πηγὴν Πελλανίδα λέγουσιν ὑδρευομένην ἐσπεσεῖν παρθένον, ἀφανισθείσης δὲ τὸ κάλυμμα ἀναφανῆναι τὸ ἐπὶ τῆς B κεφαλῆς, &c. *In fontem Pellanidem aiunt incidiſſe virginem aquatum venientem, eaque cum euanuiſſet, capitis eius tegumentum adparuiſſe*, &c Forte an & apud Petronium quod eſt, *quia flaucorum corymbion erat*, à Petronij manu fuit, *quia laconicum corymbion erat.* Laconicæ mulieres gatericulis eximiæ. De qua coniectura dicendi locus alius.

Incomtus autem nodus quo pacto? Quippe ne potuit quidem fieri nodus Laconicus quin capillus comeretur & plerumque nec ſine galericulo. Quales hi nodi patet nũmis Brutiorum. Item alijs paſſim.

XII.

DOMINÆ LICINNIÆ.

VXORIS tuæ Licinniæ. Romanis vxores dominæ l. XLI. §. I. De legat. III. *Peto à te domina vxor*, &c. Et l. vlt. De auro arg. leg. l. XIX. De ann. leg. D. Catull. epith. Manlij. Epictetus Enchiridij c. II. Plinius c. III. lib. XXXIII. *Et inſerta margaritarum pondera è collo dominarum.* D. Hieronymus in Iouinian. lib. I. *vxor*, inquit, *vocanda domina*, &c.

Licinnia, *domina vxor* ſiue *ſanctiſſima domina* C. Mæcenatis, vt blandiens maritus diceret. Eadem verò Licinnia & Terentia. Soror nempe, Terentij Varronis, qui idem & Licinnius Murena Dio lib. LIV. Terentius ille nomine familiæ natiuæ, Licinnius adoptiuæ. Nempe in Murenatum familiam adoptatus. Itaq; iuncto vtriúſque familię nominẽ. *Varronem Murenam* Suetonius vocat Auguſti c. XIX. Tiberij c. IIX. Victruuius cap. IIX. lib. II. Murena ille eſt qui coniurauit in Auguſtum. De qua coniuratione Dio lib. LIV. Suetonius Auguſti c. XIX & LXVI. Tiberij c. IIX. Geographus lib. XIV vbi de Athenæo. Item alij. Sic ergo & Mæcenatis vxor Terentia, eadémque à nomine fratris optiuo Licinnia. Sed quotidianum ei nomen Terentia, Poëtæ Licinniam dixere. Sic enim Helenius Acro in Sat. II. lib. I. notauit Licinniam hac oda eſſe pro Terentia. Ego & Mæcenatem ipſum eam ſic nõminari voluiſſe dixerim & refugiſſe nomèn Terentiæ, poſt coniuratio-

iurationem Varronis Terentij.

Cur autem de hac ſiue Terentia ſiue Licinnia C. Cilnij vxore Flaccus quaſi de amica eius canit? Quoniam vxor illa quidem Mæcenati, ſed quaſi amica, propter anxium viri amorem, vt apud L. Senecam c. III. lib. de Prouident. Mæcenas *amoribus anxius, & moroſæ vxoris quotidiana repudia deflens.* vxor autem viri ſic anxiè amantis, pro amica eſt, arguteq; Xyſtus Poëta in ſententijs apud D. Hieronymum aduerſus Iouinianum, *Adulter eſt in ſuam vxorem amator ardentior.*

De quotidianis autem illis Terentiæ cum Mæcenate ſuo diuortijs argutum & illud L. Senecæ epiſt. CXIV. *Hunc eſſe qui vxorem millies duxit cum vnam habuerit.* Quæ diuortia tangit puto Iauolenus Priſcus l. LXIV. De donat. inter vir. & vx. *Trebatius*, inquit, *inter Terentiam & Mæcenatem reſpondit. Si verum diuortium fuiſſet, ratam eſſe donationem: ſi ſimulatum, contra,* &c.

B

XIII.

NEFASTO DIE.

FASTVS arboribus ſerendis dies menſis XIII. quæ ἡμέρα φυτὰ ἐνθρεψάσθαι ἀρίστη.

QVICVNQ. PRIMVM ET SACRILEGA MANV.

C

IMPERITI articulum, &, interpoſuêre, non adtendentes principium hoc, *Ille & nefaſto te poſuit die*, referri à Poëta ad ſtrophen ſequentem. *Illum & parentis*, &c. Scribendum itaque *Quicunque primum ſacrilega manu*, &c.

ILLE VENENA COLCHICA.

MEMBRANÆ aliquæ, *Ille venena Colcha*, vt *Sempronia horrea*, Feſtus. *Sulpicia horrea* Oda XII. lib. IV. Alia eiuſmodi ſexcenta Latinè & Atticè.

TE TRISTE LIGNVM.

ARBOREM infelicem. L. Plinius c. XXVI. lib. XVI. c. IX. lib. XXIV. c. XXI. lib. XIII. Macrobius Saturnal. lib. c. XX. lib. III.

D

SAGITTAS ET CELEREM FVGAM PARTHI.

RECTE` iunxit ſagittas & fugã Parthi quia Parthi in fuga ipſa torquent ſagittas, Plutarchus in Craſſo & Antonio.

FVRVÆ PROSERPINÆ.

SERVIVS ad III. Georg.

IVDICANTEM ÆACVM.

CONVENIENTER Æacum potius, quàm aut Minoem aut Rhadamanthum, quia in limine Orci Æacus, Lucian. lib. de luctu πρὸς δὲ αὐτῇ τῇ καθόδῳ καὶ πύλη οὖσα ἀδαμαντίνη, ἀδελφιδοῦς τοῦ βασιλέως Αἰακός ἐστι τὴν φρουρὰν ἐπιτετραμμένος καὶ παρ' αὐτῷ κύων τρικέφαλος μάλα καρχαρος. *In ipſo autem aditu portaq; adamantina cuſtos eſt Æacus regis fratruelis,*

A

iuxtaq; eum canis triceps aſperrimus.

AEOLIIS FIDIBVS.

VT epigrammate in Sapphonem--σαπφοῦς τ' Αἰολίδος χάριτες. Et Oda IX. lib. IV. Sappho *Aeolia puella.* Et *lyra* Sapphonis *Aeolia.* Ouid. epiſt. Sapphonis. Leſbus & Cuma metropoles. ſiue matres vrbium Aeolicarum. Geographus lib. XIII.

SACRO SILENTIO.

Σιωπῇ μυστηριώδει. Eunapius in Iuliano. Plutarchus lib. de loquacitate μυστηριώδης ἡ σιγή. Feſtus in *Fauentia* Auſonius epiſt. ad Paullinũ. Lactantius c. XX. lib. V.

DEMITTIT ATRAS AVRES.

CONTRA, *aure ſublata*, Epoda VI.

QVIN ET PROMETHEVS.

PROMETHEVM apud inferos etiam Ariſtoteles ponit c. XIIX lib. de Poëtica. Sic Actæon apud inferos cum cornibus Lactant. in Thebaid. IV. Hercules quoq; apud inferos L. Scholiaſtes ad Odyſſeam XI. & hac ipſa Oda, Orion.

DVLCI LABORVM DECIPITVR SONO.

PECCANT qui accipiunt, *laborum*, Alcæi. Nam eſt *laborum* Tantali, vt Oda ſequente. Atticè autem decipi laborum, vt Oda vlt. lib. III. *Regnauit populorum.* Et Oda XXVII. lib. III. *Abſtineto irarum.*

NEC CVRAT ORION.

C

QVANQVAM curare ſolitus, & quanquam mortuis eadem ſtudia ſunt, quæ fuere in vita, vt Odyſſ. XI. Æneide VI. vbi ea de re Seruius, Macrobius ad Somnium Scipionis cap. IX. lib. I.

XIV.

LOCVS communis ſiue declamatio ex Epicuri ſchola, contra ſuperſtitionem & metũ mortis. Rectéq; in membranis Oda inſcripta. De ſuperſtitione.

NON SI TRICENIS TAVRIS.

D

TRIBVS hecatombis.

TRISTI VNDA OMNIBVS ENAVIGANDA.

ACHERONTE, cuius nomen à triſtitia. Seruius ad Æneid. VI. Item alij.

PLACENS VXOR.

VT Εἰκυῖα ἄκοιτις Iliade IX. *Vxor bene conueniens*, Suetonius Tiberij c. VII.

COCYTVS ERRANS.

VEL quia flexus habet vt amnes ſoliti. Sic Achelous δράκων διὰ τὸ μῆκος καὶ τὴν σκολιότητα, *propter longitudinem & ſinuoſitatem.* Vel tropicè, *Cocytus errans*, quia circum eum errant vmbræ, vt Æneide VI.

BREVEM DOMINVM.

PHILISTIO apud Stobæũ Sermone CCCXXX. Κἂν μυρίων πηχῶν γῆς κύριος ὑπάρχῃς, θα-

Digitized by Google

νῦν γεγένηται τριῶν ἢ τεττάρων. *Quamuis innumerabilium cubitorum terræ dominus ſis, mortuus, eris trium aut quatuor*, &c. Et viui proceriores videntur quã ſunt, vt apud Lucianum in Cataplo, tyrannus dum viueret viſus ὑψηλότερος ὅλῳ τῷ πήχει, βασιλικῇ ἐπαιρόμενος τῇ τύχῃ. *Celſior ceteris toto cubito, eleuatus nempe fortuna regia.* Dionyſius Lambinus nihil agit, *breuem dominum* accipiens, non diu victurum, & fruiturum, δεσπότην ὀλιγοχρόνιον.

XV.

IAM PAVCA ARATRO IVGERA.

SIC M. Seneca de ergaſtulis Controuerſ. v. lib. v. *Arata quondam populis rura, ſingulorum nunc ergaſtulorum ſunt.*

EXTENTA LVCRINO LACV STAGNA.

PISCINAS deriuatas ex Lucrino lacu, propter piſcium bonitatem vt Epoda II. Sat. IV. lib. II.

PLATANVSQ. CÆLEBS.

VT *vidua platanus*, Martiali epigr. LVII. lib. III.

EVINCET VLMOS.

APTAS vitibus arbuſtiuis. Plinius c. XXIII. lib. XVII. Seru. ad Eclog. I.

SPISSA RAMIS LAVREA.

PLINIVS c. XII. lib. XVII. c. XXX. lib. XV.

NVLLA DECEMPEDIS METATA.

PRISCIANVS lib. VI & c. II lib. IIX.

NEC FORTVITVM SPERNERE CÆSPITEM.

VT *fortuitum poculum.* Mamertini Panegyrico. *Gramineum ſedile* Virgil. Æneid. IIX.

XVI.

IN PATENTI PRENSVS AEGÆO.

MALE in pleriſq; *Preſſus*. Nam eſt *prenſus* pro deprenſus, vt Æneide v. *Argolicòve mari deprenſus.*

QVID BREVI FORTES.

VT Oda IV. lib. I. *Vita ſumma breuis*, &c.

ALIO SOLE.

CONTRA Iuuenal. Sat. XII. *Noſtro ſub ſidere.*

PATRIÆ QVIS EXSVL, SE QVOQ. FVGIT.

TANGIT prouerbium illud quo vſus Petronius. *Longe fugit qui nos fugit.* Scripſerat elegantiarum Arbiter ille. *Longè fugit qui ſuos fugit. Qui ſuos fugit* Atticè pro qui ſe fugit. Plautus Epi-
A dico Se. II. *Nous ego noſtros*, id eſt, me. Sic Dionyſius in Idiomatis Thucydidis. Vetus vetuſtum autem hoc adagium eſſe patet, quia & Menippus ille Romanus vnam de Satyris ſuis ita inſcripſit apud Marcellum in *Eruum*, & in *Conuenire*. *Longe fugit qui ſuos fugit*, Ineleganter aliqui in variis ſuis c. XVII lib. I. correxère, *Longè fugit qui ſe fugit.* Nam etſi vis eadem eſt *ſuos fugere*, &, *ſe fugere*. Tamen illud ἀττικώτερον καὶ παροιμιωδέστερον. Adde fidem ſcripturæ veteris.

Crebertimus autem apud ſcriptores huiuſce adagij ſenſus, *Neminem ſe ſiue ſuos fugere.* L. Seneca c. II lib. I. de Tranquill. *Hoc ſe quiſq; modo ſemper fugit. ſed quid prodeſt, ſi non effugit? Sequitur ſe ipſe & vrget grauiſſimus comes.* Et epiſt. XXIIX. *Quæris*
B *quare te fuga iſta non adiuuet? Tecum fugis.* Quinctus noſter epiſt. XIV, *In culpa eſt animus qui ſe non effugit vnquam.* Lucretius lib. III.

Hoc ſe quiſq; modo fugit: at quem ſcilicet, vt fit
Effugere haud potis eſt. Ingratis hæret & angit.

XVII.

VTCVNQ. PRÆCEDES.

QVOMODOCVNQ. *quocunq; genere mortis* Sacramentum ſe dixiſſe, & morienti Mecenati comitem ſe fore ait, intelligi volens deuotum ſe Mæcenati. Qui deuouendi Romæ ritus
C Horatij ſæculo natus, Auguſto principe. Nam Sex. Paccuuius ſe pro ſalute Auguſti Romæ in Senatu deuouit, aliiſq; idem faciendi auctor fuit, vt Dio narrat lib. LIII & ſubiungit, ἀφ᾽ οὗπερ καὶ νῦν προσηγεπόμενοι τὸν κρατοῦντα, λέγειν εἰώθαμεν, ὅτι, σοὶ καθωσιώμεθα. Lego ἐντρεπόμενοι, & interpretor. *Vnde hodieq; principem venerantes dicere ſolemus. Tibi deuoti ſumus*, &c. Hinc ergo & ſtatuam aliudve monimentum principi ponentes ſubnotare ſoliti. D. N. M. Q. E. *Deuotus numini maieſtatiq; eius.* Patet inſcriptionibus antiquis ſexcentis. Tangit Arnobius lib. VI. *Si ſuberat numen in ſtatua, numini eius maieſtatiq; ſacrata*, &c. Lege, *numini eius*, &c.

Quod autem Dio ibi notauit Pacuuiũ illũ di-
D ctũ à pleriſq; Απούδιον, fuerit forte an Απουλήιον.

Pergit Dio & illud adponere à Pacuuio introductum ritum illum deuotionis ad exemplum Iberorũ ſiue Hiſpanorũ, τὸν τῶν Ἰβήρων τρόπον, &c. Ibericũ illum olim ritũ fuiſſe & Salluſtius auctor, ex quo illud Seruius profert ad IV Georg. *Hiſpani ſe regibus deuouent, & poſt eos vitam refutant.* Sic & de Celtiberis Valerius c. VI lib. II. *Celtiberi*, inquit, *nefas eſſe ducebant, prælio ſupereſſe cum is occidiſſet, pro cuius ſalute ſpiritum deuouerant.*

Idem & veteris Germaniæ ritus, apud C. Tacitum in Germania. *Principes*, inquit, *magno ſemper electorum iuuenum globo circumdati, idque in pace decus, in bello præſidium.* Et ſubiungit, *Iam infame in omnem vitam ac probroſum, ſuperſtitem principi ſuo ex acie receſſiſſe.*

Etiam

A Etiam Turcarum ſartapis ſui aliqui deuoti, de quibus narrat Guilielmus Tyrius belli ſacri c. XXIII lib. XXI. Sed celebres in primis veterum Galliæ regum deuoti, quos Gallica voce *ſoldurios* dixêre. Pingit ſuo eos penicillo C. Cæſar belli Gallici c. V lib. III. *Alia*, inquit, *ex parte oppidi Adcantuannus erupit qui ſummam imperij tenebat, cum ſexcentis deuotis quos illi ſoldurios adpellant. Quorum hæc eſt conditio, vt omnibus in vita commodis vna cum his fruantur, quorum ſe amicitiæ dediderint. Si quid ijs per vim accidat, aut eundem caſum vna ferant, aut ſibi mortem conſciſcant*, &c. Eadem fere αὐτολεξεὶ Nicolaus Damaſcenus Athenæi lib. VI. Vbi malè σιλοδούρους pro σολοδούρους. Tangit eoſdem Cæſar c. IIX lib. VII.

TYRANNVS HESPERIÆ CAPRICORNVS VNDÆ. B

MANILIVS lib. IV.

Tu Capricorne regis, quicquid ſub ſole cadente Expoſitum, &c. Propert. Eleg. I lib. IV.

Lotus & Heſperia quid Capricornus aqua.

Dataq; occaſione, in Poetæ venuſtiſſimi gratiam moneo. Sex ibi verſus inuenuſtè quaſi de poſſeſſione & loco deiectos, Nam poſt illud. *Iupiter obliquæ ſigna iterata rota*, ſequi debet. *Dixi ego cum geminos*, &c. Poſt verſum autem illum. *Trames & ab Zonis quinq. petenda fides.* ſcribendus verſus. *Feliciſque Iouis ſtellæ*, &c. & tres ſequentes. Ille autem verſus. *Dicam Troia cades*, &c. cum ſequente ſubijciendus illi verſui, *Omnia & incœpta.*

C

XIIX.

NEQVE AVREVM MEA RENIDET IN DOMO LACVNAR.

ARNOBIVS lib. VI. *Laquearibus renideant aureis*, &c.

IGNOTVS HERES.

QVAS dicere velit, captatoriam illam hereditatem fuiſſe, vt & Plutarchus in Tiberio, cum ait Εὔδημος ὁ γραμματεὺς ἀνέγνω διαθήκην, vt ſi diceret, *ſubiecit teſtamentum*, ſiue *protulit confictum à ſe*. Videtur & Caro tangere apud T. Liuiũ in ſuaſione legis Oppiæ cum D ait. *Et regias etiam adtrectamus gazas*, vt Plauti Aſin. Sc. VII. *Ferox eſt, viginti minas meas tractare ſeſe.*

TRAHVNT HONESTÆ PVRPVRAS CLIENTÆ.

CICERO Verrina IV. *Ipſe dabat purpurã tantum, amici operas*, &c. Sic itaque meliùs *honeſtæ clientæ*, non viles, quàm vt aliqui voluêre *pulchræ*. Pulchris non iniungitur hoc onus ſed datur otium & deliciæ, *Clientæ* autem illud tangit Cariſius lib. I.

TRVDITVR DIES DIE.

A PETRONIVS, *Sic vita truditur.* Albianus in epigr. ἦὼς ἐξ ἠοῦς παραπέμπεται.

SVMMOVERE LITTORA.

M. Seneca Controuerſ. V. *Maria ſummouentur proiectu molibus.*

PATERNOS IN SINV FERENS DEOS.

IMITATVS Fabius ſiue is Calpurnius Declamat. XIII.

XIX.

BACCHVM IN REMOTIS.

B BACCHI feſtus dies poëtis, & epulum illo die poëticum, & ſacrum & hymnus ſollennis. Patet Ouidij Triſtium eleg. III lib. V. Propert. eleg. IV lib. IV. In hoc genere hic eſt hymnus Horatij & Oda XXV lib. III. & Propert. eleg. XV lib. III.

PACIS ERAS MEDIVSQ. BELLI.

COMMVNIS paci ac bello. *Medium* eſt cõmune vtriúſq; extremi, Ariſtoteles c. I lib. V. de natura Ἐστὶ γάρ πως τὸ μεταξὺ τὰ ἄκρα. *Medium eſt quaſi vtrumq; extremum.* Eleganter Ouidius de flauo capillitio eleg. XIV lib. I Amor.

Nec tamen ater erat, nec erat color aureus illis

Sed quamuis neuter, mistus vterq; color.

C Aureus enim eſt vt ait Theophraſtus ex flauo & multo lumine. Sic Æneide IIX. *Sæuit medio in diſcrimine Mauors.* Ouidius lib. XIII.

Littera communis, medijs pueroq; viroq;

Inſcripta eſt folijs---Hoc eſt, puero viroq; communibus.

XX.

NON EGO QVEM VOCAS, DILECTE MÆCENAS OBIBO.

HERES acumen illorum qui excogitauêre D *Dilecte Mæcenas*, non ego quem tu ſolitus vocare ad cœnam, veteres libri rectè. *Non ego quẽ vocas Dilecte, Mæcenas obibo*, &c. Mæcenas, non ego quem tu ſolitus vocare *Dilecte*, &c. Sic in Horatij nænia Mæcenas, *Lugens te, mea vita*, &c. vt dicendi locus ad Odam VII lib. ſeq.

SEPVLCHRI MITTE SVPERVACVOS HONORES.

AD ſenſum Mæcenatis cuius illud apud L. Senecam epiſt. XCII.

Nec tumulum curo ſepelit natura relictos.

EE

AD LIBRVM ODARVM Q. HORAT. III.

Oda I.

ODI PROFANVM VVLGVS.

EXPLICAT Eumolpus Petronij. Eleganter A Gellius ſine lib. vlt. *Ne adtingat, neve adeat profeſtum & profanum vulgus à ludo muſico diuerſum.* Macrob. c. II lib. I. ad Somn. Scipion. *Profana à veſtibulo ipſo ſacra diſputationis excludere.* B

MVSARVM SACERDOS.

OVIDIVS eleg. VII lib. III. Amorum.

Ille ego Muſarum purus, Phœbiq; ſacerdos.

Propert. Eleg. I lib. II. Seruius ad III Georg.

REGES IN IPSOS.

EVMENIVS Panegyr. Conſtantini F. *Maieſtas regis, Iouis ſubiecta nutu, &c.*

SVPER IMPIA CERVICE.

CARISIVS lib. IV.

NON SICVLÆ DAPES.

TELES apud Stobæum Sermone CCXXXIII. Οὐ γὰρ ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος κατεσκευασμέναι κλῖναι, καὶ πορφυροῖ τάπητες, οὐδὲ ὑπόβαθρα καὶ παςάδες ὕπνους ποιοῦσιν, ἀλλ' ἔργα καὶ νόμιμοι πόνοι, &c. *Non enim lectuli ex auro & ebore, aut purpurei tapetes, neque ſcabella pedum, & obtentus ſiue coronationes, ſomnos faciunt: ſed opera & labores legitimi, &c.* ὑπόβαθρα, ὑποπόδια, quæ ſub throno: παςάδες coronationes thronis impendentes, ſiue vmbellæ penſiles. C

NON AVIVM CITHARÆQ. CANTVS.

L. Seneca Epiſt. XVI. *Nullus hominum auiumq; concentus. Auium vernilitatem* dixit Fulgentius Mythologijs lib. I.

FVNDVSQ. MENDAX.

PETRONIVS, *Fundoſq; mendaces, &c.*

INVIDENDIS POSTIB. ATRIVM.

SIC μέγαρον, ὁ πλούσιος καὶ ἐπίφθονος οἶκος *Domus diues & inuidenda* Tzetzes in Heſiodū, *Inuidenda aula* Oda X lib. II. *Inuidioſa atria* Martial. Spectacul. epigr. II. D

II.

REPVLSÆ SORDIDÆ.

VT *turpis repulſa*, epiſt. I. ad Mæcen. Gloſſæ. *Repulſa.* Ἀποτεία δι' ὕβρεως.

EST ET FIDELI TVTA SILENTIO MERCES.

B ABERRARE aiunt Poëtam hac ſilentij laudatione. Immò ille inſtitutum ſuum directiſſimè perſequitur. Laudare voluit diſciplinam militarem, virtutem, & ſilentium. Huius itaq; nunc laus ad extremum ſequitur. Diſciplinam militarem refert ad caſtra, virtutem ad forum & campum, ſilentium ad religionem. Sic tria Reipub. quaſi membra complexus eſt. Artes belli, artes pacis, religionem.]

FRAGILEMQ. MECVM SOLVAT FASELVM.

Ἢ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ
Ναύτῃσι θερμοῖς καὶ πανουργίᾳ τινὶ,
Ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει. Dico Latinè.

Nam ſi comes quis intret in nauim pius
Nautis nefaſtis, ad ſceluſq. feruidis,
Cum Dijs peroſa gente ſtirpitus interit. Æſchylus in VII ad Thebas.

C DESERVIT PEDE POENA CLAVDO.

PAPINIVS Thebaide V.---*Lentoq; irrepunt agmine pœna.* Incertus auctor apud Suidam. ποιναὶ τιμωροὶ τοῖς κακοῖς ἀκολουθοῦσιν οὐχ' ὡς σκιαὶ σώμασι πλησίον, ἀλλὰ καὶ ὀψὲ τοῦ χρόνου. *Pœnæ vltrices ſequuntur improbos, non vt vmbra corpora proximè, ſed & longo poſt tempore.*

III.

IVSTVM ET TENACEM PROPOSITI.

D LACTANTIVS c. XIII lib. V.

NON VVLTVS INSTANTIS TYRANNI.

L. Seneca c. XIX lib. III de ira. *Torſerat per omnia, quæ in rerum natura triſtiſſima ſunt, fidiculis, talaribus, eculeo, igne, vultu ſuo, &c.*

IMPAVIDVM.

L. Seneca epiſt. IX.

ET VAGVS HERCVLES INNIXVS.

MELIVS alij eniſus.

MARTIS EQVIS.

OVID. II Faſtor.

Fit fuga, Rex patrijs aſtra petebat equis.

Con-

CONSILIANTIBVS DIVIS.

DELIBERANTIBVS, C. Tacitus II Hiſtor. *Et rediere omnes Bononiam conſiliaturi*, id eſt, *deliberaturi*.

SPLENDET ADVLTERÆ.

VT Oda IIX lib. II. ---*Tuane retardet aura maritos. Aura tua*, id eſt, *ſplendor tuus*. Sic nitor Hebri Oda XII ſequente, & *prænitere* Oda XXXIII lib. I. Et *nitidus adulter*, Oda XXVI ſequente.

BELLVM RESEDIT.

MELIVS membranæ, *Bellum reſidit.*

PARIDISQ. BVSTO INSVLTET ARMENTVM.

VT Iliade IY τύμβῳ ἐπιθρώσκων.

AVRVM INREPERTVM ET SIC MELIVS SITVM.

NATVRA *pedibus aurum argentumq; ſubiecit, calcandumq; ac premendum dedit*, &c. L. Seneca epiſt. XCIV.

PLVVIIQ. RORES.

AQVÆ pluuiæ. Ros pro aqua Lucret. lib. I---*Atque ardor cum rore manere*, id eſt, aqua, Item--*Roremq; liquorum*, id eſt aquam. Horat. Oda ſeq. *Rore Caſtaliæ* pro aqua fontis Caſtalij. Sic Euripidi ἐναλία δρόσος *Ros marinus*, pro ὕδωρ θαλάσσιον aqua marina. Et κρηναία δρόσος. *Ros fontanus*, pro κρηναῖον ὕδωρ aqua fontana, Sic & *imber* pro quauis aqua Seruius ad Æneidem I.

A PHARETRATOS GELONOS.

VIRGIL. Æneide IIX---*ſagittiferóſq; Gelonos.*

AVT QVID MINACI PORPHYRION STATV.

NÆVIO eſt *Purpureus*. Sic enim ille in carmine belli Punici primo apud Priſcianum c. I lib. VI. *Inerant ſigna expreſſa quomodo Titani bicorpores, gigantes, magniq; Atlantes. Rhuncus, atque Purpureus filij terras.* Emendo

Inerant ſigna expreſſa, quomodo Titani bicorpores,
Gigantes, magniq; Atlantes, Rhœcus, atque Purpureus
Filij terras,---&c. Septenarij trochaïci.

VIS CONSILI EXPERS.

B DEMOCRITVS apud Stobæum Sermone XXIIX Ῥώμη μὲν μετὰ φρονήσεως ὠφέλησεν· ἄνευ δὲ ταύτης πλεῖον τοὺς ἔχοντας ἔβλαψε. *Robur cum prudentia utile: ſine autem iſta, plurimum ijs qui habent nocet.* Et Choricius Sermone XXX. Ἄνευ μὲν εὐβουλίας, οὐδὲν πέφυκε δύναμις ὠφελεῖν *Vis ſine conſilio nihil prodeſſe poteſt.* Et Euripides apud eundem Serm. XXIIX.

Ῥώμη δέ τ' ἀμαθὴς πολλάκις τίκτει βλάβην

Vis imperita ſæpe noxiam parit. Eleganter & Oppianus ἁλιευτ. lib. V---Ἀλκὴ δ' ἀνεμώλιος ἄφρων. *Vis ſine conſilio, venti vaneſcit in auras.*

ORION VIRGINEA DOMITVS SAGITTA.

C LACTANTIVS in illud Thebaidis IX *Inde furit primum*, &c.

IV.

FABVLOSÆ PALVMBES.

FABVLOSÆ non μυθώδεις ſiue πλαστὰι & cõmentitiæ: ſed de quibus hominũ plurimus ſermo. Vult ita Quinctus noſter ipſe, nam explicat. *Quæcunque celſæ*, &c. Fabula etiam quiuis hominum ſermo vt Græcè μῦθος. Et *fabulari* loqui vt Plauto identidem. Et *ſermones fabulandi*, pro ſermonibus confabulatorijs ſiue colloquijs, Prologo Patrui. Et *Fabulinus* Deus cui ſacra facere ſoliti cum pueri primitùs inciperent fari, Marcellus. D Et Sulpicia carmen ſuum de ſtatu Reipub. *fabellam* vocat. Ergo & ad diſcrimen dicere ſoliti ſcriptores *fictam fabulam*, pro apologo, & fabella Poëtæ, vt Tullius pro Muræna. Propert. eleg. III lib. III & *commentitiam fabulam*. Tullius II de Diuin.

MIRVM QVOD FORET OMNIBVS.

QVIA mirum hoc omnibus, ideo & fabuloſum ſiue celebratum ſermonibus ſiue fabellis hominum. Horatianæ autem huic adclamationi ſimilis Ciceroniana in Bruto, *quod veriſimile dixiſſet*, &c. Dionyſius Lambinus deleri voluit, ſed caue faxis, nam eſſe debet. *Quod veriſimile vix eſſet.* Nam & Tullius lib. eodem dixerat. *Quod mirabile eſſet*, vt nunc Flaccus. *Mirum quod foret.*

V.

ADIECTIS BRITANNIS IMPERIO.

QVOMODO adiectis imperio Britannis obſecro? Nam Quinctus ipſe quidem Epoda VII *intactum Britannum vocauit*, & bene quidem *intactum*. De Britannia enim necdum vllus Horatij ſæculo triumphus. Primus ex ea Claudius triumphauit. Suetonius Claudij c. XVII. C. Tacitus in Agricola. Quomodo igitur ſecamus hunc nodum? Si quid mei iudicij eſt, ſcripſit hãc Flaccus cantilenam Auguſto ad bellum Britannicum proficiſcenti. De qua profectione, & molitione belli Britannici Dio lib. XLIX ὡρμημένου δὲ αὐτοῦ, nempe Αὐγούστου, καὶ ἐς τὴν Βρεττανίαν, κατὰ τὸν τοῦ πατρὸς ζῆλον, στρατεῦσαι, καὶ ἤδη καὶ ἐς τὴν Γαλατίαν μετὰ τὸν χειμῶνα, ἐν ᾧ ὅτε Ἀντώνιος τὸ δεύτερον καὶ Λούκιος Λίβων ὑπάτευον προκεχειρηκότος. τῶν τε νεοαλώτων τινὲς καὶ Δαλμάται σὺν αὐτοῖς ἐπανέστησαν. *Aggrediente autem & in Britanniam, ad patris ſui exemplum, ſuſcipere arma, & in Galliam progreſſo quoque iam, poſt hiemem illam quà Antonius iterum & L. Libo Coſs. fuêre, aliqui pronuper domiti cumque his Dalmatæ inſurrexerunt*, &c. Voluit ergo

Britannis arma inferre Auguſtus, ſed à Pannonijs & Dalmatis tetardatus eſt. Ergo & nunc Horatius tanquam de futura, non autem parta iam victoria canens ait, *diuus habebitur*, &c. Poſtquam Britannos ac Perſas Auguſtus imperio adiecerit, præſens nobis Deus erit.

GRAVIBVSQ. PERSIS.

GRAVIS armaturæ, Cataphtactis. Propert. eleg. x. lib. III.

SI NON PERIRET INMISERABILIS.

LEGO ἐρωτητικῶς, ſiue interrogatoriè. *Si non periret inmiſerabilis captiua pubes?* & accipio κατ' προκατάληψιν ſiue dictum anticipatione. Nam quaſi obijceretur, conſilio illo Reguli perditam eſſe iuuentutem Romanā quæ capta bello à Pœnis, Poëta, quid ais tu, inquit. Si non periret miſerabilis captiua illa pubes: Immo dic pubes inmiſerabilis, ſiue indigna cuius miſereamur. Tum reguli perſonam inducit militum illorum ignauiam accuſantis. *Signa ego*, &c. Eaq; Reguli declamatio eſt vſq; ad verſum. *Fertur pudicæ*, &c. Nam inde rurſus Poëtæ ſermo.

CVRAT REPONI VIRTVS.

OVIDIVS lib. XIII in Oratione Vlyxis.

Amiſſámq; mea virtutem voce repoſco,

Errore librarij repoſco ibi malè pro, repono. Atque ita rectiùs quam vt alij correxêre, *refundo. Vt virtutem addere* apud Salluſtium in concione C. Marij in Iugurth. & adlocutione Catilinæ ad milites in Catilinario, ſic *virtutem reponere*.

SI PVGNAT.

PERGIT Atilius argumentari à ſimili vt cerua ſic miles ille, &c.

FERTVR PVDICÆ CONIVGIS OSCVLVM.

DIO legatione IX. Καὶ οὔτε τὴν γυναῖκα ἐς λόγους ἐδέξατο, οὔτε ἐς τὴν πόλιν καθάπερ ἐκβληθεὶς, ἐσῆλθεν, &c. *At neque vxori ſuæ loqui voluit, neque intrare vrbem, quaſi exſul eſſet.* Silius lib. VI.

---Iubet & veſtros, & coniugis vnâ

Arcere amplexus---Coniux autem illa M. Atilij Reguli, *Martia*. Silij loco anted. Nartat & Suidas in Ῥήγουλος. Item alij.

PARVOSQ. NATOS.

SILIVS lib. eodem.

ATQVI SCIEBAT, QVÆ SIBI BARBARVS TORTOR PARARET.

VALERIVS c. I lib. I. *Non ignarus ad quam crudeles, quamq; etiam meritò ſibi infeſtos Deos reuerteretur*, &c. Qui locus mala Criticorum manu tentatus eſt, nam correxêre alij *infeſtos hoſtes*, *alij infeſtos eos*, qui & negant idoneam hic de Dijs mentionem eſſe. Immo enim nihil idoneius. Dij Carthaginenſium tutelares, vt Hercules, Saturnus, alij, *Regulo infeſti*, quippe à quo ciuitas eorum oppugnata. Iidem & Dij *crudeles* quia victimis humanis ſiue τῇ ἀνθρωποθυσίᾳ gaudentes. De Hercule Punico ſic Plinius c. V lib. XXXV. De Saturno plurimi, vt Plato Minoe, Diodor. lib. XX. Q. Curtius lib. IV. Tertyllian. Apologet. c. IX. Lactant. c. XXI lib. I. Euſebius Præpar. Euág.

A lib. IV. Eodem & Q. Ennij verſus ille ex annali VII ſpectat apud Feſtum & Marcellum in *Puellus*, qui ſic legendus.

Nam Pœni ſoliti ſos ſacrificare puellos.

VI.

ET PACORI MANVS.

DIO lib. XLIIX. & ſequente.

MOTVS IONICOS.

EXPLICO ad Perſij Sat. V.

DE TENERO MEDITATVR VNGVI.

B ATeneris annis. Sic *teneri anni*. L. Senecæ epiſtola vt alij numerant I C. vt ego C. vbi diſſerens de breui ſpatio vitæ, ſubiungit. *Ex hoc quantum lacrumæ, quantum ſolicitudines occupant*, &c. & mox, *quantum teneri, aut rudes, aut inutiles anni*. Reſcribillauére Critici, *quantum tenent aut rudes, aut inutiles anni*. At Seneca diſcernere voluit, teneros annos infantiæ, rudes pueritiæ, inutiles ſenectutis.

SEV VOCAT INSTITOR, SEV NAVIS HISPANÆ MAGISTER.

SIc & carmine ad Canidiam oppoſuit nautas & inſtitores, *Amata nautis multum & inſtitoribus*. Quemadmodum & in iure ciuili identidem

C oppoſitus inſtitor, magiſtro nauis ſiue exercitori, quia ſolitæ inter ſe comparari actiones, inſtitoria & exercitoria.

BOBVS FATIGATIS.

BVBVS Priſcian c. XXVI lib. VII.

VII.

THYNA MERCE BEATVM.

THYNÆ merces vt anuli Thyniei, cultelli, & eiuſdem ſortis aliæ. Sic *anelli, quos Thynica lima perpoliuit*, in næniola de morte Quincti

D noſtri apud Iſidorum c. XSXII lib. XIX. Cultelli autem vt loco Terentij Varronis ex Satyris apud Marcellum in *Culter, Cutelli à Bithynia*. Locus autem ille Menippi Romani vulgo ſic habet. *Noctu cultro coquinari ſe traiecit. Nondum enim mihi inuenti erant cultelli empeſtati è Bithynia.* Correxêre aliqui. *Noctu c. c. ſ. t. N. e. i. e. c. importati è Bithynia*, &c. Propius ad Terentij manum fuerit. *Noctu cultro coquinari ſe traiecit. Nondum enim ibi inuenti erant cultelli impeſti è Bithynia.* Satyricè Menippus ille, *impeſti*, pro importati. Exoticæ merces inmittuntur, quaſi pecudes in lætam ſegetem. Quod pecori paſcua, id mercibus illis forum & mercatus L. Feſtus *Impeſcere*. Etiam C. Mæcenatis verſiculos illos μυροβρεχεῖς tentauêre iam aliqui neq; tamen alijs puto interclusêre Muſicum hoc iter.

iter. Tentate & mihi animus, & quidem ita reſecerim. A

Lugens te mea vita nec ſmaragdos,
Beryllos neque Flacce per nitentes,
Nec mi candida margarita quæro,
Nec quos Thynica lima perpoliuit
Anellos, nec Iaſpios lapillos.---

Bene *candida margarita*. Nam & *alba* dixere pro margaritis. Suidas Ἄλβα οἱ μάργαροι. Etiam fungi ex Bithynia L. Plinius c. XXIII lib. XXII.

HISTORIAS MONET.

FORTE', *hiſtorias mouet*. *Mouet*, profert ex hiſtoria fabulari ſiue μυθιστορεῖα. *Mouet* ſcil. nō mouendas. Sic *præcepta mouere*, Ouidius III Nequitiæ. *Quid iuuat ambages præceptáque parua mouere.* *Et mouere cātus*. Æneide X. *Mouere carmen ore* Ouid. lib. XIV. Et, *Sollennes voce mouere preces* VI Faſtor. Error autem natus librarijs ex adfinitate verbi vtriuſq; *monere*, & *mouere*, ex qua & paragrammatiſmus Ouidij Ponti eleg. XI lib. IV.

Intempeſtiuè qui monet, illa mouet.

IIX.

MARTII KALENDIS.

EXPLICO ad Odam IV lib. I.

CORTICEM AOSTRICTVM PICE.

SIC *vincla cado*, Tibull. eleg. I lib. II.

AMPHORÆ FVMVM BIBERE INSTITVTÆ.

GALENVS lib. I de antidotis. Iun. Columella c. VI lib. I vbi leuiculæ in verbis eius mendæ, vt *earum* pro *adeum*, pro *amoueantur*, *admoueantur*. Ariſtoteles Meteorolog. c. X lib. IV. Hinc Tibullus eleg. I lib. II.

Nunc mihi fumoſos veteris proferte Falernos
Conſulis, & Chio ſoluite vincla cado. Accipe ἀπὸ κοινοῦ. Proferte mihi falernos cados, & ſoluite vincla Chio cado. Peccant qui corrigunt.

Nunc mihi nunc fumos veteris proferte Falernos
Conſulis, &c.

Neque inficias tamen eo, fumos Latinè accipi vt Græcè οἴνους καπνίας, ſed in locum illum A. Albij Tibulli conuenire nego, vt neque hoc Quin- D ctí loco fumus eſt οἶνος καπνίας, quemadmodum ijdem voluêre, non eſt, ſed planè fumus quem & amphora & vinum ipſum per amphoram imbibit, quod coqui fumo dixit Martialis epigr. XXCI lib. III.--*cocta fumis muſta Maſſilianus*. Hinc Tibullo *fumoſi cadi*. Item Ouidio V Faſtor. & *fumea vina* Martiali epigr. CXXIII lib. III. & *fumi* pro vinis coctis fumo. Idem epigr. CXIIX lib. vlt.

SVME CYATHOS AMICI SOSPITIS CENTVM.

EX ritu illo perpotationis de quo dixi ad Odam XXVII lib. I.

ET VIGILES LVCERNAS.

NOTISSIMVS ritus non ad candelas vt hodie ſed Lychnos ſiue lucernas cœnitādi.

A PERFER IN LVCEM.

NEPOTINVS hic ritus ſiue aſoticus Græcorum & Quiritium in lucem bibendi, ſiue perpotandi, ſiue pergræcandi à veſpera in lucem ſequētem. Plautus Menæchm. Sc. III. *Inde vſque ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus.* Noſter Oda XXI. ſeq.

Viuæq; producent lucernæ
Dum rediens fuget aſtra Phœbus.

Propert. eleg. VI lib. IV.

Sic noctem patera, ſic ducam carmine donec
Inijciat radios in mea vina dies.

Tibullus eleg. I lib. I.

Illam ſæpe ferunt conuiuia ducere Baccho
Dum rota Luciferi prouocet orta diem.

B Claudian. lib. II in Eutropium--*Producere cœnas In lucem*---Plutarchus dixit ἐν οἴνῳ διάγειν εἰς ὄρθρον *In vino agere noctem vſque in mane diei ſequentis*. In Catone Vticenſi, vbi ritus ille & Catonis quam libet ſicci, ſobrij, ſeueri. Iulio Polluci eſt διατέμψαι τὴν νύκτα εἰς τὸ πρὸς ἥλιον. *Tranſigere noctem vſque in lucem*, peruigilio nempe & certamine poculorum. Sic & illud acceperis Flacci noſtri epiſt. XIX.

Hoc ſimul edixit, non ceſſauêre Poëtæ
Nocturno certare mero, putere diurno.

Mero, nempe *certare* in lucem. Capiendus enim Flaccus ibi de bibionum παννυχισμῷ, ſiue peruigilio, ſiue certamine ducendi noctem peruigilem ac pergræcandi. Commemorat hunc potato- C rij certaminis ritum interpres Ariſtophanis in Equites. Εἰώθασι, inquit, ἐν τοῖς συμποσίοις ἁμιλλᾶσθαι περὶ ἀγρυπνίας, καὶ ὁ διαγρυπνήσας μέχρι τῆς ἕω ἐλάμβανε τὸν πυραμοῦντα. *Soliti in conuiuijs certare de peruigilio & inſomnia, quiq; peruigilauiſſet in lucem, præmium accipiebat placentam.* Sic & Iulius Pollux de conuiuijs agens c. XIX lib. VII. τοῖς μέν τοι, inqoit, διαπαννυχίσασιν ἆθλα ἦν σησαμοῦς καὶ πυραμοῦς, πέμματα διὰ μέλιτος ἑφθά, &c. *His qui peruigilaſſent præmia erant placenta ex ſeſamo, & placenta ex tritico, item bellaria incocta melle*, &c. Ex eodem ritu Iuuenalis Sat. XIV. --- *Cantus pernoctantis paraſiti.*

D

IX.

PERSARVM VIGVI REGE BEATIOR.

VT Plauti Curcul. Se. III amator ille. *Sua ſibi habeant regna reges* vt Lactantius recte legit c. XII lib. V. Malè ibi prænotata Planeſij perſona, eſſe debet Phædromi. Nec enim tam illa amicæ decora καύχησις quam amatori eſt. Sic Paris Ouidianus epiſt. Helenæ. *Præpoſui regnis ego te.* Phædromus ipſe Plauti mox,

Siquidem hercle mihi regnum detur, numquam id potius perſequar.

SIDERE PVLCHRIOR.

SIc Albinouanus *ſidereus*. Ouidio Ponti eleg. xvi lib. iv. Et *Diadumenus puer ſidereus & cæleſtis*, apud Æl. Lamprid.

LEVIOR CORTICE.

CORTICEM dicere ſolitus pro ſubere, vt Oda huius libri iix. *Corticem adſtrictum pice.* Et Sat. iv lib. i. *Nabis ſine cortice.* M. Cato c. cxx. *In amphoram muſtum indito, & corticem oppicato.* Contraq; *ſuber* pro cortice quouis vt Perſij Sat. i.---*Ramale vetus vegrandi ſubere coctum*, Gloſſæ. *Suber.* φελλὸς, δρῦς. Et φελλὸς *Cortex, ſuber.* Item *Cortex*, φλοιὸς, φελλὸς.

X.

PORRECTVM ANTE FORES.

RITVS amatorius, quo excluſi ante fores amicæ cubitare ſoliti. Magiſter nequitiæ lib. ii in præceptis ſuis.

Frigidus inq; vda ſæpe iacebis humo. Et,

Clauſa tibi fuerit promiſſa ianua nocte

Perfer & immunda ponere corpus humo.---Et iii Nequitiæ

Ante fores iaceant, crudelis ianua clament, &c. Et Remedij lib. ii.

Nec latus in duro limine pone tuum. Et eleg. ix. lib. i.--- Amor. Deniq; paſſim hoc ille magiſter qui vt Rhetor Seneca inquit Controuerſ. vii lib. iii *ſeculum ſuum amatorijs non artib. tantum, ſed ſententijs impleuit.* Ariſtænetus epiſt. xx. lib. i. χαμαιπετεῖς κοιμήσεις ἐπὶ θύραις ποιεῖσθαι. *Humicubationes facere ante fores.* Etiã Propert. eleg. xiii. lib. ii. eleg. xvi. lib. i. Et noſter Epodo xi. Fabius ſiue quiqui eſt, Declam. xv. Meleager Anthologiæ lib. vii.

Νὺξ μακρὴ, καὶ χεῖμα, μέσον δ' ἐπὶ πλειάδα δύνει,

Κ' ἀγὼ παρ προθύροις νίσσομαι ὑόμενος, Puro Meleagri manus fuit κείσομαι, & interpretor.

Nox longa eſt, & hiems, mediámque ad Pleiada vertit,

Aſt ego ab imbre madens, hic iaceo ante fores.

Non pro ſuo nomine Vincentius neſcio quis interpretatus,

Nox longa, & hiems, mediam poſt Pleiada occidit, ſcil. Fidecula. Nihil ἐπὶ δυύει illud ad fideculam, Meleager ad noctẽ referri vult, & intelligi chronographicè mediam noctem eſſe, & noctem verti cum Pleiade in occaſum, vt de nocte & arcto ſiue Vrſa Theocritus Idyll. xxii.

Ἆμος δὲ τρέφεται μεσονύκτιον ἐς δύσιν ἄρκτος.

Vertit in occaſum medio iam limite noctis Vrſa.

NEMVS INTER PVLCHRA SITVM TECTA.

VT epiſt. x.

Nempe inter varias nutritur ſilua columnas.

Luxus nempe Romanus nemorum delicias in

A ipſis ædium tectis, columnis circumſepta marmoreis excogitauit M. Seneca Controuerſ. v. lib. v. *Alunt in ſummis culminibus mentita nemora, & nauigabilium piſcinarum freta.* L. Seneca epiſt. cxxii. *Non viuunt contra naturam qui pomaria in ſummis turribus ſerunt? Quorum ſilua in tectis domorum ac faſtigiis nutant, inde ortu radicibus, quo improbe cacumina egiſſent?* Tibullus eleg. iii. lib. iii. Rutilius Numatianus Itinerarij lib. i. Hinc Ciceronianũ illud epiſt. i. lib. iii. ad Q. Fratrem. *Nunc domus ſuppeditat mihi hortorum amœnitatem*, &c. Belliſſimus itaq; Romæ veteris adſpectus illic, deorſum vrbanæ, ſurſum ſilueſtris, & quaſi coronatæ ſiluis. Puto ab anguſtijs vrbis & arearum, hæc ingenia, hæ machinæ.

B PVRO NVMINE IVPITER.

AERE ſiue cælo puro, vt Oda xxxiv. lib. i. *Per purum*, &c. Et Oda ſequente xxix. *Sole puro.* Iupiter eſt aër ſiue cælum, huius numina multa, nempe quot mutationes aëris. *Numen purum* ſiue ſerenum, *numen pluuium, numen frigidum*, &c. Miror fuiſſe qui non modio aut trimodio, ſed horreo verborum, diſſererent *numine*, an *lumine, nomine* an *limine* rectius eſſet.

NE CVRRENTE RETRO FVNIS EAT ROTA.

EXCLAMATIONES doctiſſimi Turnebi Aduerſ. c. xxiv. lib. xxii. *Verſus obſcuriſſimus* & c. ix. lib. xxvii. *Verſus nocte tenebroſior.* Tum pergit

C indagari de curru circenſi, & equo funali. Sed profecto ita eſt ſuis ſæpè acuminibus ſe compungit ſubtilitas. Quinctus autem noſter ἀφελῶς & ἀπεσίργως intelligi voluit currum retrocedentem ſiue ceſſim euntem, ſiue retroeuntem. Rotam pro curru accipi tropicè nota res. Ouid. *Si rota defuerit, tu pede carpe viam.* Tibullus eleg. ix. lib. i. *Dum rota Luciferi prouocet orta diem.* Eſt itaque mens Poëtæ. Superbite noli ne Veneris, ſuperbientes peroſæ, currus amatores tibi aduectans à te retrocedat. Curru ſiue rota retrocedente, it ſimiliter ſiue retroit quoq; funis ſiue equus funalis. *Funis* pro equo funali. Auſonius epitaphio equi *Phoſphori.* Sic enim melius quam vulgo eſt *Prosphori*,

Pegaſus hinc dexter currat tibi, læuus Arion

Funis eat, quartum det tibi Caſtor equum.

D Tu Phoſpore & Cyllarus ſitis iugales, Pegaſus & Arion ſint vobis funales ſiue σειραφόροι ſiue παρήοροι. Sic l. ii. §. In cliuo D. ad l. Aquill. mulas plauſtri ceſſim euntis, *onere ipſo retrahi.*

NEC TINCTVS VIOLA PALLOR AMANTIVM.

PALLOR luteus ac flaueſcens. Nemeſianus Ecloga ii.

Pallidior buxo, violaq; ſimillimus erro, Magnitudine ſcil. amoris. Tibullus eleg. iix. lib. i.

Parce precor tenero, non illi ſontica cauſſa eſt,

Sed nimius luteo corpora tingit amor. Peccant qui reponunt. *Sed nimius luto.* Luteo Tibullus dixit pro pallore luteo σιτοχρωτικός. Sic Epoda x. *Pallor luteus.*

XI.

XI.

TVQ. TESTVDO, RESONARE, &c.

SAPPHO apud Hermogenē lib. II. de Ideis. Ἄγε χέλυ διά μοι λέγε, φωνάεσσα δὲ γίνεο. Euſtathius profert aliter. Ἄγε μοι δῖα χέλυ φωνάεσσα γίνοιο.

XII.

NEQ. DVLCI MALA VINO LAVERE. B

SERVIVS ad Æneid. x.

EQVES IPSO MELIOR, &c.

ALIVS horum verſuum ordo in membranis pleriſq; Primus nēmpe ille. *Simul vnctos*, II *Eques ipſo*, III *Neque pugno*, Vtra, inquis, ſeries melior? Quotidiana. Etenim poſt decurſionem campeſtrem vtramq; nempe equeſtrem ac pedeſtrem, & poſt luctam, ſequebatur natatio in Tiberi ſudoris abluendi cauſa. Veget. c. x. lib. I. de re milit. Poſt hanc in Tiberi natationem ſubiungit deinde Lyriſtes noſter venationem, quæ campi non eſt. C

XIII.

DVLCI DIGNE MERO, NON SINE FLORIBVS.

VTRVM vino & corollis floreis? an vino coronato? Libare nempe ſoliti de vino coronato, ſiue de poculo quod ante coronaſſent. Seruius ad Æneide I. *Antiqui*, inquit, *coronabant pocula, & ſic libabant*, &c. Sic Æneide III. Anchiſes libaturus--- *Magnum cratera corona*

Induit,--- Hoc merum coronatum Papinio Thebaide IIX.------ *vbique ſacers reſonant Pæanes vbique*

Serta, coronatumque merum----- vbi Lactantius interpres, *Secundum Homerum dixit, qui ait. Crateras in quibus vinum eſt coronant. Virgilius, Crateras magnos ſtatuunt & vina coronant*, &c. Exeidit Græcus Homeri verſus ex Iliade IX. D

κοῦροι μὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο. Sic Tibullus eleg. v. lib. II.-- *Coronatus ſtabit & ipſe calix*, coronatus nempe ad libationem.

XIV.

MORTE VENALEM.

IN membranis pleriſq; *Marte venalem*. Rectè, Non enim *morte* ſua illam Hiſpanienſem vi- A ctoriam Cęſar emit ſed Marte ſiue pugna & contentione belli.

IVSTIS OPERATA DIVIS.

MEMBRANIS iiſdem melius. *Iuſtis operata ſacris.*

MALÈ OMINATIS VERBIS.

IISDEM membranis rectiùs, *Malè nominatis. Malè nominata verba*, quæ nuncupari ſiue nominari nefas, vt Odyſſ. XIX.---κακοΐλιον, οὐκ ὀνομαστὴν. Et in teſtamento vetere Porcelli. *Et nec nominando coco, do, lego*, &c. *Verba*, itaq; *malè nominata* οὐκ ὀνομαστά, οὐκ ἄξια μνήμης, οὐδ' ἄξια κλήσεως Sic prologo Captiuorum Plautinæ. *Neque ſpurcidici inſunt verſus, immemorabiles*, &c. *Immemorabiles* οὐκ ἄξιοι μνήμης, οὐκ ὀνομαστοί.

B FALLERE TESTA.

CARISIVS lib. I.

XV.

MATVRO PROPIOR DESINE FVNERI, &c.

P. Syrus eleganter. *Anus cum ludit, morti delicias facit.*

C

XVI.

SI NON ACRISIVM.

MALÈ apud Lactant. ad Thebaid. VI eſt. *Sed non*, &c. neq; rectè, *Miſiſſet*, pro, *Riſiſſent.*

ET PERRVMPERE AMAT SAXA.

APVLEIVS lib. IX *Auro ſolent adamantinæ etiam perfringi fores.*

CRESCENTEM SEQVITVR.

ARISTOT. c. VI. lib. de Repub. Εἰς ἄπειρον ἡ ἐπιθυμία. *Cupiditas infinita eſt.* Et c. VI lib. II. ἡ πονηρία ἄπληστον. *Improbitas expleri nequit.* Eleganterq; idem c. VI. lib. I.

D Auaris pecuniam eſſe τέλος non autem πέρας. τέλος eis pecunia, quia hunc finem petunt, πέρας autem eis non eſt pecunia, quoniam adpetunt ſemper vlterius.

MAIORVMQ. FAMES.

PLINIVS c. III lib. XXXIII. *Neque iam auaritia, ſed fames auri.*

CONTEMTÆ DOMINVS SPLENDIDIOR REI.

TOLLVNT Lyriſtæ noſtro acumen ſuum qui mutant. *Contracta*, &c.--- Dixit. *Nil cupientium, nudus caſtra peto.* At inquiet aliquis huic nudo. Ergo nihil poſſidebis, nullius rei dominus eris. Immo enim reſpondet Lyriſta. Illa ipſa poſſidebo, quæ non habeo, quæ contemſi, Ὀξυμώρως vt Gnato ille Terentianus in Eunucho.

Omnia habeo, neque quicquam habeo, &c. Quincti A noſtri ſenſus non malè ad ſanctiſſimi Pauli formulam conuenit, cuius notum illud ex c. VI epiſt. II ad Corinthios. ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες. *Vt nihil habentes & omnia poſſidentes.* Διὰ χειρῶν πένης, παμπλούσιος.

QVICQVID ARAT NON PIGER APPVLVS.

MELIùs membranæ, *Impiger Appulus*. Mutauēte quibus metus ne verſus tueret.

MAGNAS INTER OPES INOPS.

L. Seneca epiſt. LXXIV. *Occurrent, (quod genus egeſtatis grauiſſimum eſt) in diuitijs inopes.*

LÆSTRYGONIA AMPHORA.

SYMMACHVS epiſt. XXIII lib. IIX. *Formiano ſinu, quæ ciuitas quondam Læſtrygonum populo eſt* B. *habitata.* Plin. c. V lib. III. Læſtrygones verò Leontini. Iſacius in Lycophronem.

CONTRACTO MELIVS.

EPICVRVS apud L. Senecam epiſt. XXI. *Si vis Pythoclea diuitem facere, non pecunia adijciendum, ſed cupiditatibus detrahendum*, &c. Græcè hoc idem ex Epicuro apud Stobæum Sermone XXXIX. Εἰ βούλει πλούσιον τινα ποιῆσαι, μὴ χρημάτων προσετίθει, τῆς δὲ ἐπιθυμίας ἀφαίρει. Et ſermone eodem. Ἐπίκουρος ἐρωτηθεὶς, πῶς ἄν τις πλουτήσειεν, οὐ τοῖς οὖσι προστιθεὶς ἔφη, τῆς δὲ χρείας τὰ πολλὰ περιτέμνων. *Epicurus interrogatus, quo pacto quis diteſceret? Non pecuniæ ſuæ*, inquit, *adponens aliquid, ſed multa de rebus neceſſarijs* C *amputans.* Similiter & eodem Sermone Socrates, & Sermone LIII Plato. Neque Ariſtoteles diſſimiliter, c. IV lib. I ad Theodecten.

QVOD SATIS EST.

QVOD *ſatis eſt*, pro quoad, ſiue in quantum.

XVII.

ET PORCO BIMESTRI.

LIBABANT Genio merum vt Deo natali, porcum verò immolabant ei vt Lari familiari ſiue Grundili, vt Oda XXIII, ſequente. Sat. D III lib. II. Dixi ad Perſij Sat. II.

XIIX.

NYMPHARVM AMATOR.

HINC Nymphæ *blandæ*, Propert. eleg. IV lib. IV. *Faciles* Virgilij Ecloga I.

VACAT OTIOSO CVM BOVE PAGVS.

VT Ouid. I Faſtor. *Pagus agat feſtum*, &c. Ridiculè aliqui, *cum boue pardus*.

PEPVLISSE FOSSOR TER PEDE TERRAM.

OVID. VI Faſtor.

Hi ludunt, hos ſomnus habet: pars brachia nectit,
Et viridem celeri ter pede pulſat humum. Ipſe Oda I lib. IV---*Pede candido, In morem Salium ter quatiunt humum.* Lucret. lib. V pingens ruſticam ſaltationem.

Atque extra numerum procedere membra mouentes,
Duriter, & duro terram pede pellere matrem.

XIX.

QVIS AQVAM TEMPERET IGNIBVS.

ACCIPIVNT de temperatione balnei, verius acceperis de temperatione thermopolij. Itaque iunxit Chium cadum, & aquæ temperamentum, ad caldi nempe potionem. Vtramque nempe & balnei & thermopolij temperationem rectè Plautus iunxit Rudente Sc. XI.

Aedepol Neptune es balneator frigidus,
Cum veſtimentis poſteaquam abs te abij algeo,
Ne thermopolium quidem ille vllum inſtruit,
Ita ſalſam prabet potionem & frigidam. Legere oportet.

Nec themopolium quidem vllus inſtruis,
C *Ita ſalſam præbes potionem & frigidam*, &c.
Etiam nullus ſiue non inſtruis thermopolium, &c. De thermopolio dixi ad Perſij Sat. III.

DA LVNÆ PROPERE NOVÆ.

EXPLICO ad Odam IV lib. I. Kalendæ feſti dies Oda XXIII ſequente.

DA PVER AVGVRIS MVRENÆ.

AD Odam XXVII lib. I.

NVOIS IVNCTA SORORIBVS.

MEMBRANÆ, *Nudis vincta ſororibus*. Meliùs. vinculum enim ſiue nodus Gratiarum eſt Oda XXI ſequente.

XX.

PRÆDA MAIOR.

PRÆDA *maior*, præda diuina, vt *vis maior* vis diuina θεοῦ βία, in iure ciuili, Ouidius lib. IX agens de Hercule diuinato ſiue in cælum recepto. *Maiorq; videri cæpit*--Sic Æneid. II.--*Et nota maior imago*, id eſt, diuina. Itaq; Iuuenalis explicans Sat. XIII--*Tua*, inquit, *ſacra & maior imago Humana* Ouidius VI. Faſtor.

Vix illam ſubito poſſes cognoſcere, tanto
Sanctior, & tanto quam modo maior erat. Papinius Thebaide IIX.--*Maiorq; chelyn mihi tendit Apollo*, id eſt, ſolito diuinior. Ridiculè Lactantius interpretatus, *furioſior*.

XXI.

XXI.

QVOCVNQ. LECTVM NOMINE MASSICVM.

QVOCVNQ. *nomine*, cuiuſcunq; Conſulis nomine. Notiſſimus ritus vini Cados nominibus Conſulum inſcriptos, vt de anno conſtaret quo vinum illud expreſſum & diffuſum, vt epiſt. v. *vina bibes iterum Tauro diffuſa*--id eſt, diffuſa T. Statilio Tauro iterum Cos. Et Epoda xv. *Tu vina Torquato moue Conſule preſſa meo.* Hinc ita L. Seneca epiſt. cxiv. *Tot Conſulum regionumq; vina.* Et Martiali epigr. lxxiix lib. vii. *Vinum Conſulare.* Et *Bibuli Conſulis amphora* Oda xxiix. ſequente. Et apud Petroniũ. *Amphora cum Pittacijs & titulo.* Galenus lib. i. de Antidotis ἔχω γε τοι τῶν οἴνων τῶν φαλερίνων ἑκάστου τὴν ἡλικίαν ἀναγνώσκων ἐπιγεγραμμένην τοῖς κεραμίοις, &c. *Ego itaque cuiuſq; vini Falerni ætatem legens inſcriptam teſtis*, &c.

DESCENDE.

DE amphoræ deſcenſu patebit ex narratione de famarijs. Iunij Columellæ c. vi lib. i. quem adtigi locum in Odam huius lib. iix.

NARRATVR ET PRISCI CATONIS, &c.

PRISCI *Catonis*, Vticenſis, qui priſcus non ſæculo ſed vita & moribus. Hunc vino non indelectatum liquet L. Senecæ c. xv lib. r de tranquillitate. *Cato*, inquit, *vino laxabat animum curis publicis fatigatum*, &c. Et mox. *Catoni ebrietas obiecta eſt. At facilius efficiet, quiſquis obiecerit, hoc crimen honeſtum, quam turpem Catonem*, &c. *Ebrietas obiecta eſt* nempe à C. Cæſare in Anticatone vbi *deſcripſit eos quibus obuius Cato fuerat, cum caput ebrij retexiſſent, erubuiſſe, deinde adiecit. Putares non ab illis Catonem, ſed illos à Catone deprehenſos.* Plinius epiſt. xii lib. iii. Eos à quibus deprehenſus Cato intellige officia antelucana ſiue ſalutatores matutinos. Itaque deprehenſus Cato ebrius & mane reuertens à totius noctis perpotatione, ſiue Bacchi certamine illo de quo dixi ad Odam iix. Vanus itaq; non eſt Plutarchus in vita eius narrans, ſolitum Catonem πολλάκις ἐν οἴνῳ διάγειν εἰς ὄρθρον. *Certare poculis à veſpera in mane dies ſequentis.*

VIVÆQ. PRODVCENT LVCERNÆ.

VT, *conuiuia ducere Baccho.* Tibullus eleg. x. lib. i. Minutius Felix Octauio. *Conuiuium mero ducimus.* Propert. eleg. vi lib. iv. *Sic noctem patera, ſic ducam carmine.* Terent. Adelph.--*cyathos ſorbillans paullatim hunc producam diem.*

XXII.

VERRIS OBLIQVVM MEDITANTIS ICTVM.

SIc de apro Papinius Thebaide iix.
--*In latus iras Frangit*, &c.

XXIII.

POMIFERO GRAVE TEMPVS ANNO.

TRIPLEX annus olim. Vnus Solis, alter Lunæ, iii Horæ. Itaque Aratus annum Solis μέγαν ἐνιαυτὸν vocauit, vt & Maro Æneide. Minores enim anni Lunæ, & Horarum, vt Auctumni, Æſtatis, &c. Theo Alexandrinus in Arati Phœnomena. Sic *annus hibernus* Epoda ii. Hinc & abſciſè *Vernus*, pro anno Verno, vt Palladij de re ruſt. c. x lib. iii & notitia prouinciarũ. Quemadmodum hodieq; loquelariter in Italia.

INMVNIS ARAM SI TETIGIT MANVS.

ANXIVS Dionyſius Lambinus eſt, quæ ſit nunc Horatio *manus inmunis*, anne *manus, & nihil porrigens*, an vt Acro & Porphyrio expoſuere *immunis* pura ſiue inmunis à ſcelere, an *improba*. Atque poſtremum hoc ei placet, vnde & ſententiam elicit tam Quincto noſtro côuenientem hercule quam nebula ſerenitati. Inſcitia iuris grammatici tales pugnas pugnare ſolita. Nam ſcienti, ſolere articulum ſi pro etſi vſurpari, ſenſus Poëtæ in propatulo eſt. Phidile, etſi manus tua immunis ſiue nihil victimarum offerens tetigit aram: tamen mola ſalſa non minus placaueris Deos penates, quam hoſtia ſumtuoſa. Γνώμη Mola ſalſa eos litare, quibus victima non eſt, vt Antipater in Epigr. Ζεὺς μέγας ὢς ὀλίγῳ πειθόμενος λιβάνῳ.

Sæpe velut placant paruula thura Iouem Et Sophiſta Procopius epiſt. xvi. οὐδὲ γὰρ οἱ τοῖς θεοῖς λιβανωτὸν ἐπιθύοντες, πρὸς ἀξίαν τὴν χάριν πρὸς δὲ δύναμιν τῷ δεχεῖν εὐχόμενοι, ἐπιδείκνυνται. *Nam neque ij qui thura Dijs libant, gratiam illam vt parem & pro merito, ſed pro facultate ſua, & bonæ voluntatis indicium efferunt.* Si autem pro etſi creberrimum eſt. Afranius apud Marcell. in Supparum. *Puella non ſum, ſupparo ſi induta ſum*, pro, *etſi ſupparo*, Plaut. Captiu. Sc. iii. *Si nos ſolutos ſinas*, pro, *etſi nos*, &c. Terent. Adelph. *Si maximè fateatur, non eſt vtile*, &c. pro, Etſi maximè, &c. Cicero iii Legum. *Si nos tacemus*, pro, *etſi nos*, &c. Virgil. Ecloga iv. Si canimus ſiluas, pro, *etſi canimus.* Ouid. xiii. *Haud timeo, ſi iam nequeam defendere*, pro, *etſi nequeam.*

ET SALIENTE MICA.

OVID. iv. Faſtor.
Farra Deæ, micaq; licet ſalientis honorem
Detis.-----Sic & *crepacem molam* Mæcenas dixit apud L. Senecam epiſt. cxiv.

XXIV.

NITIDO ADVLTERO.

NITIDO, pulchro, vt nitor pro pulchritudine, vt dixi ad Odam iii. Fluctuant qui

Digitized by Google

interpretati, aut *comtum*, aut *bene curatum*, aut A vnguento delibutum.

AVT PRETIVM EST MORI.

AVT mors pœna eſt. Pretium dixit pro pœna & vltione ex græco τιμή. Nam τιμὴ vel ἔγκλημα, vel τιμωρία ἢ ἐκδίκησις vt identidem apud Homerum, Euſtathius ad Iliad. I. Fugit hoc illos qui opinati eodem ſignificatu pretij nomen eſſe epiſt. XVI cum ait — *Habes pretium, loris non vreris, aio.*

QVATENVS VIRTVTEM INCOLVMEM ODIMVS.

ODIMVS *virtutem incolumem.* Inuidemus eximia virtute viris dum viui & incolumes, mortuis autem frui vellemus, vt epiſt. ad Auguſtum *Vrit enim fulgore ſuo*, &c. Benè Salluſtius O- B rat. II de Repub. ordin. *Nam viuos interdum fortuna, ſæpe inuidia fatigat: vbi animus naturæ ceſſit, demtis obtrectatoribus, ipſa ſe virtus magis magiſq; extollit.* Iſocrates apud Stobæum Serm. CXI. πολλοὶ θανόντας ἀμείβουσι τοῖς τάφοις, οὓς τῷ φθόνῳ πρότερον ἤλγουν ζῶντας. *Multi mortuos tumulis honeſtant: quibus ante propter inuidiam fuerant moleſti.*

QVID VANÆ SINE MORIBVS, &c.

ARISTOTELES c. IIX lib. IV de Repub. οὐκ ἔστι δὲ εὐνομία, τὸ εὖ κεῖσθαι τοὺς νόμους, μὴ πείθεσθαι δέ. *Non bene legibus munita eſt ciuitas, vbi leges bonæ, ſed quibus nemo obtemperet.* Æſchines contra Timarchum. Ἐὰν κολάζητε τοὺς ἀδικοῦντας, ἔσονται ὑμῖν οἱ νόμοι καλοὶ καὶ κύριοι· ἐὰν δ' ἀφίητε, καλοὶ μέν, C κύριοι δ' οὐκ ἔτι: *Si punieritis iniurios, erunt vobis veſtræ leges & præclaræ & ratæ: ſin autem hos dimiſeritis, præclaræ tantum, ratæ non item.* Et Tiberius Imp. Prooemio Nouellæ ſuæ quæ inter Iuſtinianeas CLXI eſt. Οὐ τὸ νομοθετοῦν τὰ πρέποντα μόνον ἐστὶν ἀγαθὸν μέγιστον, ἀλλὰ καὶ τὸ τὰ θεσπισθέντα φυλάττειν ἀκριβῶς, καὶ πρὸς ἔργον ἄγειν, &c. *Non ſolum ferre leges vtiles, maximum ciuitatis bonum eſt, ſed & operam dare vt latæ leges accurate ſeruentur, & in vſu vigeant quotidiano*, &c. Benè & ille quiqui eſt apud Suidam. τὰ κυρωθέντα βεβαιούσθω τοῖς ἔργοις. *Quæ perlata ſunt, factis & moribus, firmentur.* In ἀμφισβητήσεις. D

PAVPERIES IVBET QVIDVIS ET FACERE ET PATI.

LVCIANVS lib. de mercenariis Philoſophis, πενία, inquit, πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν ἀναπείθουσα. *Paupertas perſuadens omnia facere & pati.* Plaut. Aſinaria Sc. X *Quid vis? egeſtas imperat*, Melius *Quiduis egeſt imperat.*

Parœmiacè autem illud ſic iungi ſolitum, *quiduis facere & pati.* Sic Demoſth. pro corona, Æſchinis matrem dictam eſſe Empuſam, ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν, *quod omnia & facere & pati ſolita.* Tullius in Piſonem. *Qui nihil ſibi vnquã nec facere nec pati turpe duxit.* Apuleius Apolog. II. *Ne matrimonium noſtrum coaleſceret, quiduis pati, quiduis facere paratum fuiſſe.* Et lib. IX. *Quiduis facere, quiduis pati paratus.*

VEL NOS IN CAPITOIVM.

CVIVSMODI hæc declamatio, *mittamus aurum in Capitolium?* Aiunt, mittamus in Capitolium eò referri quod matronæ olim mũdum ſuum ad neceſſitatem Reipub. contulêre in Capitolium. Alij quia theſauri olim ciuium in templis deponi ſoliti, ſiue ſacro commendari. Neutrum facit. De priore vel cæcus perſpexerit, de poſteriore patet, quia Flaccus abdicari vult aurum è vita, quod autem depoſitum ſacro, manet eius à quo ibi depoſitum. Dixeris. Tu ergo quid ſentis? Velle Quinctum vt omne aurum Ioui ceteriſq. Dijs immortalibus dedicetur, atq; ita ſacrum factum deſinat materies mali, ſiue incentiuum vitiorum eſſe. De auri in fanis dedicatione, & donarijs notiſſima res. Illod aotem ex Petronio pateſcit, nou priuos tantum pecuniam Ioui promittere & vouere, & dedicare ſolitos, ſed & publicè Senatum, *Ipſe*, inquit, *ſenatus recti bonuſq; præceptor mille pondo auri Capitolio promittere ſolet*, &c. Corrige *Capitolino*, vt & Sueton. Nerone c. XII *Barbam*, &c. *Capitolio conſecrauit*, &c. Melius. *Capitolino*, &c. Etiam principes Romanos, vt apud Sueton. Auguſtus c. XXX. *In cella Capitolini Iouis XVI millia pondo auri, gemmáſq; ac margaritas quingenties HS vna donatione contulit*, &c. Hinc Deorũ theſauri, vt *Theſaurus Iunonis Lacinia, theſaurus Proſerpinæ.* Valer. c. II lib. I. *Fauiſſa Capitolinæ.* A. Gellij c. X lib. II. Item aliorum apud alios. Eiuſmodi autem pecuniarum Dijs donationes magna ceremonia & pompa & plauſu populi fieri ſolitas indicio nunc Flaccus. Adiungit enim *Quo clamor vocat*, &c.

AVRVM ET INVTILE.

VT, *nequam aurum.* Lucilij apud Feſtum, Lucilij verſus eſt, *Nequam aurum eſt, auris quiduis vehementius ambit.* Corrigunt.

Nequam eſt, aurum auris quouis vehementius ambit

Tentamentum infelix, Nam Lucilius voluit.

Nequam aurum eſt aureis, quoduis vehementius ambit. Quodcunq; aurum copioſius ambit aureis, ſiue in aure geſtatum, vt inaures, ſiue ex pollicitatione, muneris & largitionis. Ambit aurem inauris, ambit aurem vox quoque pollicitantis aurum.

SVMMI MATERIAM MALI.

MELIÙS, *materiem*, Iuſtinus lib. III *Lycurgus aurum argentúmq; velut omnium ſcelerum materiam ſuſtulit.* Claudius Rutilius Itinerarij lib. II.

Materies vitijs aurum letale parandis.

GRÆCO TROCHO.

VT Sphæra ſiue pila græca, cui opponitur Italica, Cælij Aureliani tardar. paſſion. c. VI lib. III.

XXV.

QVO ME BACCHE.

HYMNVS Baccho, qualis Oda penult. lib. II.

Tvi

Digitized by Google

TVI PLENVM. A

IDEM Deus Baechus & Apollo L. Macrob. Saturn. c XIIX lib. I. Arnob. lib. III.

INDICTVM ORE ALIO.

VT epiſt. XIX---*Non alio dictum ere prius.*

XXVI.

VENERIS MARINÆ.

VT Oda XI lib. IV, *Menſem Veneris marinæ.*

TANGE CHLOEN.

TANGERE, lædere, Pomponius. *At ego ruſticatim tangam*, &c. Marcellus in *Ruſticatum*. Propert. eleg. V lib. III. *Et tu materno tacta dolore Thetis.* Tullius ſiue Bruti ſui. *Hic me dolor tangit.* Critici peccant corrigentes. *Hic me dolor angit.* Virgil. Æneide IX.---*Nec ſolos tangit Atridas Iſte dolor.*-- Et Æneide IV. B

Infelix Dido nunc te fata impia tangunt. Lege ἐρωτηματικῶς ſiue interrogatoriè, *tangunt?* Increpat ſe Dido ipſa interrogans. Nunc demum Dido te impia fata tangunt? id eſt mouent, ſiue angunt. *Tum decuit te rangi*, &c. tunç debuiſti ſentire fata tibi aduerſa eſſe, cum ſceptra dabas, &c. Sic Terent. Andr. Act. V Sc. III. *Modóne id demũ ſenſiſti Pamphile?* &c. Sic græci χαθάψαϑαι. D. Gregor. Nazianz. funebri laud. D. Baſilij χαθάψαϑαι ἁπαλῶς. *Tangere vrbanatim*, molliter. C

XXVII.

ANTE QVAM STANTES.

NVNQVAM *periculum ſine periculo vincitur.* Hic in mentem mihi nunc P. Syri verſus, notare incipienti traiectionem huiuſce ſtrophæ. Nam vereor ne non ſine periculo ſit obmutmurationis hoc periculũ. Pergo tamen. Dixit Quinctus. *Ego cui timebo prouidus auſpex?* vult intelligi. Impijs eueniant & terrori ſint mala itineris omina: ego cui talia omina timebo, anne tibi Galatea? Minimè, ſed ſis felix, &c. Seties itaque ad mentem Horatij erit. D

----Ego cui timebo
Prouidus auſpex?
Sis licet felix vbicunq; mauis,
Et memor noſtri Galatea viuas,
Teq; nec læuus vetet ire picus,
Nec vaga cornix,
Ante quàm ſtantes repetat paludes
Imbrium diuina auis imminentum,
Oſcinem coruum prece ſuſcitabo
Solis ab ortu, &c.

Aptiſſimè nexa vinctaq; omnia, *cornix, ante quàm diuina auis*, &c. Deinde, *ſuſcitabo*, &c. Precabor tibi felix corui auſpicium. Mox ἐπιδιορθῶν. *Sed vides*, &c.

A ET MEMOR NOSTRI GALATEA VIVAS.

FORMVLA valedictionis, vt Suetonij Auguſto c. LC. *Liuia noſtri coniugij memor viue ac vale.* Sic & apud Ouid. item alios.

TEQVE NEC LÆVVS VETET IRE PICVS.

PICVM & cornicem à læua vt aues arculas ſiue cliuias ponit. At Plautus apertè Aſinaria Sc. IV vtramq; auem admiſſiuam facit à læua.

Impetritum, inauguratum eſt, quouis admittunt aues,
Picus & cornix à læua eſt, coruus, parra, ab dextra
Conſuadent, &c.

B Ex antica itaq; linea ſiue diametro pugnant hi augures Plautus & Horatius. Dicam vt Nauctates Plautinus, *vtri adſim neſcio, rixam tamen vtpote eſt dirimam.* Horatio læuum picum eſſe reor, non præpetem & inuolantem à læua, ſed inauſpicatum & cliuium. Sæpe ita ſiniſtrum ſiue læuum pro inauſpicato, maxımè Poëtis. Virgilius Ecloga IX. *Ante ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix.* Bene Seruius pro infauſto accepit: malè Cælius Lactantius ad Thebaidem III & IIX pro felici & admiſſiuo. Ouid. epiſt. Phyllidis.

Cui mea virginitas auibus libata ſiniſtris. Sic Arnobij lib. I *Læuum augurium*, pro malo. Cõtra Papinius III Thebaide etiam dextras aues dixit pro C infauſtis--*dextriſq; profundum Alitibus prætexe diem*--. Nempe quoniam ſiniſtra felicia ſunt in auſpicio. Diſſerit ea de re Tullius II de Diuin. Cornicis autem à læua ratum auſpicium fuiſſe, auctor quoque Cicero I de Diuin.

OSCINEM CORVVM SVSCITABO.

CORVI hoc felix & admiſſiuum augurium rectè interpretes antiqui accepere: ἀποθύμιον Flacco eſt, quod in Aduerſarijs c. XXVI lib. VI voluêre intelligi augurium arculum & infelix. Nam Flaccus ait. Equidem precabor, ſiue inuocabo tibi corui augurium ab ortu cantantis, & feliciter denuntiãtis: ſed quid refert? nam vides vt mare turbetur? &c.

AB ORTV.

D AB *ortu*, inquiunt, *partes mundi auguribus Romanis læua*, vnde illi hoc? ex Varronis vt de Ling. Lat. ſcilicet, Feſto in *Poſticum*. Item alijs. Sed Pompeius ille idem admonet, *antiqua, poſtea q; rurſus diuidi in duas partes, orientem atque occidentem*, &c. Velle videtur Aquilonis & Auſtri partes quæ magis ad Orientem, attribui parti ſiniſtræ ſiue orienti, quæ magis ad Auſtrum, parti dextræ ſiue occidenti. Sic itaque coruus ab ortu fuerit quoque dexter, ortu nempe Auſtrali. Sed verius puto, Feſtum ſcripſiſſe, *rurſumq; diuiditur* nempe cælum: & Horatium velle, ab ortu Solis, felix corui augurium eſſe ſiue à læua mundi: ſed non à læua manu ſiue læua noſtra. Itaque Plaut. Aulul. Sc. XX dixit, à læua manu. Ille ritus in augurio impetrito. Itaque dixit Horatius,

Digitized by Google

prece ſuſcitabo: hic in augurio oblato. Duplicia itaque dextra & ſiniſtra in augurijs, ſollennia & augurij impetriri, quotidiana, & oblati. Neque enim puto cum repente offerretur auſpiciū, cæli ante regiones deſcribere potuêre, ſed manum ſuam reſpexêre, dextram & læuam. Diſſerit profluentiſſimè hoc Arnobius lib. IV dextra læuaq; *eſſe poſitionis & temporis, & prout noſtri corporis habuerit ſe ſitus, rerum ad circunſtantiam collocatus*, &c. A

ABSTINETO VIARVM.

PRISCIAN. c. II lib. IX.

BENE FERRE MAGNAM DISCE FORTVNAM.

VT *μέγαν ὄλβον χαταπέψαι* Pindarus Olympijs Oda I. Τ' *ἀγαθὰ χαλῶς φέρειν* Xenophon Pedæ lib. vlt. Sidonius epiſt. XVII lib. V. *Dies bonos male ferre*. Et *diſce*, inquit, Horatius, quia difficilius ſecunda ferre quam aduerſa, vt diſſerit Xenophon loco eodem, Et M. Cato in Oratione pro Rhodijs apud Aulum Gellium, c. III lib. VII. B

SECTVS ORBIS.

SECTVS *orbis*, Europa. Diuiditur enim Europa in Africam & Europam. Siue vt aliqui Geographi diuiſêre. Partes orbis terrarum duæ Aſia & Europa. Partes Europæ, Europa & Africa. Varro IV de Ling. Lat. c. II lib. I de re ruſt. Ex quo liquet partitionem illam eſſe ab Eratoſthene Placet eadem Geographo lib. XVII Lucanus lib. IX. C

Tertia pars rerum Libya, ſi credere fama
Cuncta velis, at ſi ventos cælumq; ſequaris
Pars erit Europæ--- &c. Saluſtius in Iugurth.

In diuiſione orbis terræ plerіq; in parte tertia Africam poſuêre: pauci tantummodo Aſiam & Europam eſſe, ſed Africam in Europa. Ex Saluſtio idem Paulus Oroſius c. II lib. I. Cuiuſmodi autem ſectio illa Europæ, bene D. Auguſtinus explicat c. XVII lib. XV de ciuit. Dei.

XXIIX.

MVNITÆQ. SAPIENTIÆ. D

MVNITÆ Ἐμφρούρῳ, Ἔμφρουροι, qui necdum vino victi vt apud Xenophontē Laconicis, vt ante iam obſeruatum doctiſſimis.

INCLINARE MERIDIEM.

INCLINARE nempe in veſperam, vt D. Lucæ c. vlt. *πρὸς ἑσπέραν ἐστί, καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέρα.*

NOX QVOQVE.

NOX Dea nempe, vt Oda huius libri XIX. *Da Noctis mediæ*. Apollonius Argonaut. lib. III. Νὺξ δ' ἵπποισιν ἔβαλλεν ἐπὶ ζυγά, vt Tibullus eleg. I lib. II.---*Iam nox iungit equos*. Paſſim & alijs Noctis Deæ mentio. Dies quoque Dea L. Iſacius in Lycophronem.

XXIX.

MVNDÆQ. COENÆ.

MVNDAM Horatio *cœnam* eſſe *lautam* malè interpretati ad Alexandrum Seuerum Lampridij. *Rectam* rectum fuerat. Et ſi negant, eſt qui docere paratus, vt cum Sat. II lib. I *mundam*, pro tecta dixit noſter hic. Triplex itaque cœna Lauta, Recta, Neceſſaria, Suidas Ἀναγκαία τράπεζα, ἡ εὐτελὴς καὶ πενιχρά. Nec melius locum Ælij Lampridij illum reſcripſere. Inquit Lampridius. *Medicus ſub eo*, nempe Alexandro, *vnus Palatinus ſalarium accepit: cæteri omnes qui vſque ad ſex fuerunt, annonas binas, aut ternas accipiebant, ita vt mundas ſingulas conſequeretur, alias alter*, &c. Corrigunt, *alias aliter*, &c. Peccant. Vult enim Lampridius, *ita vt mundas ſingulas conſequeretur vnus, alias alter.* Intelligi vult alternis, mundas eis datas. Qui repoſuêre, *aliter*, non attendêre inconſulto Priſciano dictum illud, *archiatri conſequeretur*. Sed rem ſcutica dignam, horribili ſectari flagello vetat Quinctus noſter. Nam audirem, Orbilius.

ET VRBI SOLLICITVS TIMES.

VT Oda IIX. *Mitte ciuiles ſuper vrbe curas*. Notiſſima hiſtoria de Mæcenate præfecto vrbi, ex Dione lib. XLIX. LV. Velleio lib. II L. Seneca epiſt. CXIV. C. Tacito annali VI.

PRVDENS FVTVRI.

PERITVS futuri. Ouid. epiſt. IX.

Deſtituor prudens artis, ab arte mea.

Iun. Columella c. XIIX lib. III. *Antiquitatis imprudens*, .i. imperitus.

DIXISSE, VIXI.

VIXI, vox contemnentis mortem, vt Æneide IV.

Vixi, & quem dederat, &c.

XXX.

EXEGI MONIMENTVM.

Περιέφρασε D. Hieronymus Epitaphio Paulæ. *Exegi monimentum ære perennius, quod nulla deſtruere poſſit vetuſtas*, &c.

SCANDET CVM TACITA VIRGINE PONTIFEX.

SACRA Idulia Romæ fuiſſe, & Idib. menſium ſacerdotes in Capitoliū adſcendere ſolitos ad ea ſacra facienda, notauêre in Aduerſarijs c. VII lib. XVII. c. XXXV lib. XX. Sed quid ſacra illa Idulia, & ſacerdotes illi ad Pontificem & & tacitam virginem? Ego ſi ariolari licet, ſuſpicer Pontificem maximum Angeronalibus cum virgine aliqua Veſtali in Capitolium adſcendiſſe, & ſacrum feciſſe Angeronæ in curia Hoſtilia,

quæ

quę in Capitolio. In curia ſacrũ fieri ſolere Ange- A
ronalibus Varro auctor v de Ling. Lat. Virginẽ
verò illam tacitam dictam eſſe reor, quod referret
ſpeciem Tacitæ illius Muſæ, quam vt inquit
Plutarchus in Numa, rex Numa ἰδίως καὶ διαφερόντως
ἐδίδαξε σέβεσθαι τοὺς Ῥωμαίους ταχίταν
προσαγορεύσας οἷον σιωπηλὴν ἢ ἐνεὰν *ſpeciatim & eximie colere docuit Romanos, Tacitam vocans,
quaſi gaudentem ſilentio & mutam.* Huius itaque
ſpecie ac nomine veſtalis Tacita, cum Pontifice
Angeronalibus ſcandens in Capitoliom, ad
Angeronæ ſacrum quæ & ipſa ſilentij Dea. B

Cur autem à tali facto Flaccus omen perpetuitatis
capere voluit, magis quàm alio? Forte an
quia pleriq; opinati, Angeronam tutelare vrbis
Romæ numen eſſe. Macrobius Saturnalibus c.
IX lib. III. vt autem illius numinis ſacra, ſic neque
ſuæ Muſæ ſacra vnquam intermoritura.

Dixi de Tacita Virgine veriſimilia, forte an
& vera: certiora ſi quis proferet, magiſque teſtata,
non iraſcar vt rabioſuli & maniaci Petrulli
qui contumeliam ſibi fieri putant, ſi quis critico
ſtilo ſcripta eorum tetigerit. Coniectioni quidem
huic meæ fauentia puto non deerit à cogitantibus
quæ tenebræ in ſilua, vbi tales feræ captantur.

AD LIBRVM ODARVM Q. HORATII FLACCI IV.

Oda I.

INTERMISSA VENVS DIV.

ADEATVR Venerem Poëta, neqoe tamen ad Venerem C
hæc Oda eſt, vt cenſet
plebecula, ſed Paullum Fabium
Maximum qui cum
Antonio Iulo Cos. fuit anno
vrbis IↃCCXLIII. Fabius
hic malè Fuluius apud Plutarchum,
lib. de loquacitate in narratione, de
arcano Auguſti conſilio per hunc eliminato. Dixerat
Auguſtus huic Fabio. Hic autem vxori ſuæ
Martiæ, illa Liuiæ. Liuiæ inde cum Auguſto iurgium.
Iratus Fabio ſalutatum venienti, &
Aue Cæſar dicenti, retulit Cæſar. *Vale Fabi*,
perinde vt ſi diceret, morere. Fabiom illum Maximum
fuiſſe non autem Fuluium teſtis locuples
C. Tacitus annali I. Plinius c. XLV lib. VII. In D
Martiæ autem illius comitatu olim vxor Ouidij,
ipſe Ponti eleg. III lib. I. Hinc, vt miſeri ad omnia
pauidi, etiã ſe Fabio cauſam mortis fuiſſe retur,
quaſi vxoris ſuæ contagione, Ponti eleg. VI
lib. IV.

Ad hunc itaque Fabium Maximum hæc cantilena
eſt ἀπολογητικὴ ſiue recuſatoria. Petit Fabius
à Poëta Odas amatorias, reſpondet Quinctus
ſexagenatium ſe iam eſſe, neqoe aptum militiæ
Veneris, Fabio illam magis conuenire, com
ait, *Tempeſtiuus in domo Pauli*, &c. Sed figuratè &
ἐσχηματισμένως interpoſuit perſonam Veneris.
Rectius itaque inſcriptio huius cantici fuerit.
Ad Paullum Fabium Maximum. Et hanc verò &
ſequentem Odam ſcripſiſſe vno fere tempore videtur,
nempe ad vtroſque Coss. Hanc ad Fabiũ,
illam ad Antonium.

PVRPVREIS ALBS OLORIBVS.

DE purpura Hermionica ſiue candida iam olim ad Perſium expediui. Sat. III.

POTENTIOR LARGIS MVNERIBVS ÆMVLI.

SIc *riuales impares* Epoda XI.

NARIBVS DVCES THVRA.

BIBES ἀμυσὶ, ἀπνευσὶ, vt dixi ad Odam XVII lib. I Ruſticius, eadẽ figura tamen Venantios Fortunatus Poëta Chriſtianus. *Vt ſimilis nullus nare bibatur odor*, Vrbanius noſter Oda XV lib. II. *Omnis copia narium*, vt ſi diceret, omnia quæ nares edere aut bibere poſſunt, ſiue quibus nares defruuntur.

PER AQVAS.

VT Tiberim, & Virginem, Ouid. III Nequitiæ. *Nec vos campus habet nec vos gelidiſſima Virgo, Nec Tuſcus placida deuehit amnis aqua.*

II.

PINDARVM QVISQVIS.

SIc *Pindarici fontis hauſtus*, difficiles Epiſt. III.

IVLE.

AD Iulum Antonium cum Paulo Maximo Cos. anno IↃCCXLIII hæc cantilena eſt.

Ineuntibus nempe Conſulatum, ſiue Conſulibus nouis hæc oda & ſuperior. Filius autem Iulus ille M. Antonij IIIviri & Fuluiæ, Dio lib. LI Ἰοῦλλος τῷ Ἀντωνίου τῆς τε Φουλβίας υἱῷ, &c. vbi rectè *Iulus*. At eidem malè *Julus* eſt lib. LIV & LV vt & Suetonij Claudio c. II & de Illuſtribus Grammat. c. XXI. Fruſtraq; trepidauêre in animaduerſionibus ſuis ad Tranquillum. *Julus* hic an *Julus* diceretur.

Benè in Commentario ad C. Taciti Annalem III notauere hunc *Julum* cognomento *Africanum* fuiſſe. Nam & hoc in nummis cognomento eſt Antonius hic, & apud Dionē indice Coſs. lib. LIV vbi Iulus hic Africanus, Fabius verò non item, vt neq; Faſtis Diodori & Caſſiodori. Quocirca & erroris manifeſtarij arguunt Tranquillum cui loco prædicto Fabius hic cognomento Africanus. Sed librariorum magis quàm Suetonij culpa. Suetonij manu ſcilicet fuiſſe *Julio Antonio Africano. Fabio Maximo* Coſs.

Sev per avdaces Dithvrambos.

Dithyrambi hymni in Bacchū, πρὸς Διόνυσον πολυστρόφους ὕμνους vocauit Iſacius in Lycophronem, *Multarum ſtropharum hymnos in Bacchum*. Sic fere & interpres Pindari ad Olympia Oda XIII. Benè autem *Dithyrambos audaces*, propter τὸ ὕψος, Galenus lib. I Therapeuticæ methodi τινὸς μελοποιοῦ κατὰ Πίνδαρον ἄσαντος ὑψηλῶς ἐν διθυράμβοις πάλαι τὸν Διόνυσον. *Quidam olim melicus cum ad exemplum Pindari dithyrambis ſuis Bacchum ſublimiter cantaſſet* ὕψος verò illud in licētia & audacia rerum ac verborum. Rerum quia dithyrambici, περὶ μετεώρων καὶ τῶν νεφελῶν λέγουσι πολλά. Suidas in Διθυραμβοδιδάσκαλοι id eſt de meteoris & nebulis multa loquuntur, &c. Verborum autem quia σύνθετοι eorum καὶ πολυπλόκοι λέξεις iuncta & cōtortuplicata verba. Interpres Ariſtophanis in Nebulas. Quemadmodum & Demetrius Phalereus lib. de interpt. iuncturam verbi audacem vocauit διθυραμβώδη διπλωσιν, *dithyrambicam duplicationem*. Et ille apud Suidam in Διθύραμβος. λόγου ἰδέα διθυραμβώδης καὶ φλεγμαίνουσα ποιητικοῖς ὀνόμασι. Hinc & Ciceroni III de Orat. *Licentior & diuitior dithyrambus*. Et Pindarus Olymp. Oda XIII. Dithyrambum βοηλάταν vocauit. Διὰ τὸ, inquit, interpres, ἐλαύνεσθαι αὐτὸν διὰ βοῆς καὶ λέγεσθαι. *Quod clamosè pronuncietur*. Nempe vt vocis contentio verborum altitudini reſpondeat. Ex hac Dithyrambi altitudine & audacia. Epicharmi verſus in Philoctete, Athenæi lib. XIV οὐκ ἔστι διθύραμβος ὅκχ᾽ ὕδωρ πίνῃ. *Non Dithyrambus eſt bonus, aquam bibens*. Cuius adagij vis non ſat perſpecta neque auctor agnitus in Prouerbiorum Oceano; vt neque mendam animaduerſa in Athenæum animaduertêre in Epicharmi Poëtæ verſu; Eſt enim malè οὐκ ἐστὶ διθύραμβος, οὐχ ὕδωρ πίνῃς pro ὅκχ᾽ ὕδωρ πίνῃς Specimen Dithyrambi eſt, cyclicum carmen apud Ariſtophanem Nebulis.

Propero equidem, tamen & illud carptim ad-
A ſperſero, eoſdem cyclicos & dithyrambicos fuiſſe Poëtas, eadem cyclia & dithyrambos. Teſtis Ariſtophanes Auibus & Nebulis. Iſacius in Lycophronem Interpres Pindari in Olympia, Oda XIII. Interpres Ariſtophanis in Nebulas & Aues. Dithyrambi verò illi ſiue cyclia illa canebantur ad Lyram. Iſacius loco prædicto. Lyra igitur cōmunis melicis vt Horatio & Dithyrambicis vt Pindaro: ſed differunt τῷ ὕψει, & audacia, de qua dixi, & propter quam Dithyrambi intentati aut infeliciter tentati Latinis, vt Flaccus ipſe indicio nunc eſt, & epiſt. III. Itaque Tullius præfatione ad orationes contrarias Æſchinis & Demoſthenis, agens de generibus Poëtarum. *Dithyrambici*, inquit, *quod magis tractatum eſt à Græcis*, &c.
B Sic enim rectè habebit locus ille, non vt alij voluêre, *Quod minus tractatum eſt à Latinis*, aut, *Quò magis eſt tractatum a Latinis*, &c.

Sunt quidem itaque Dithyrambici Poëtæ ijdē cyclici: at ne quis erret, non omnes cyclici Poëtæ quoque Dithyrambici. Nam aliqui etiam cyclici Epici, de quibus dicendi meta nobis in artem Poëticam.

Nvmerisq. fertvr lege solvtis.

Nvmeros *lege ſolutos*, Fabius hunc locum proferens c. IV lib. IX explicat numeros ſine rhythmis, & rhythmos, menſuras. Nam eodem ſignificatu dixit, *in menſuras cogere*, & *ad rhythmos adligare*. Dithyrambicorum cātica ſine rhythmis
C & menſuris fuiſſe teſtis Fabius loco eodem. *Grammaticos vt moleſtos* accuſans, *qui lyricorum quædam carmina in varias menſuras coegerunt*, &c. Lyricos nempe dithyrambicos intelligens, qui & ipſi Lyrici vt ante dixi. Sed Dithyrambos menſuris non caruiſſe patet Ariſtophanis Auibus. Meliùs ergo in Aduerſarijs c. IV lib. I numeros lege ſolutos, ſine ſtrophis intellexêre, Lyrici, vt Pindarus in hymnis ſuis, & Horatius, ſtropharum legi parent, Dithyrambici ſtrophas neglexêre, Dithyrambici quidem recentiores. Ariſtoteles Problemate XV lib. XIX. Et lib. III ad Theodecten.

Illi autem fruſtra ſunt, qui nunc Horatij *numeros lege ſolutos*, eoſdem arbitrati eum *innumeris numeris* apud Auſon. Propert. ad Nepotem.

Sev Deos.

D Distingvit Pindari lyrica à Dithyrambis.

Et centvm potiore signis mvnere.

Explicat benè in Miſcellaneis Brodæus c. XXIX lib. I ex hiſtoria quam profert interpres Pindari ad Nemea Oda V.

Levat avra cycnvm.

Poetæ μουσᾶν ὄρνιχες. *Aues Muſarū* Theocrit. Idyllio VII. Ita nunc Pindarus *cycnus*. Et Flaccus ipſe Oda vlt. lib. II mutatur in cygnum. Et Oda ſequente *cycni ſonus* pro cantu Poëtæ.

Apis Matinæ.

Etiam apicularum Poëtæ ſimiles, arte & induſtria.

Digitized by Google

induſtria. Sic apud Platonem in Ione, poëtæ mel A adferunt ὥσπερ αἱ μέλιτται, *tanquam apiculæ*. Interpretes Euripidi in Hippolyt. ἐοικέναι οἱ ποιηταὶ ταῖς ἰδίαις φύσεις μελίσσαις εἰκάζουσι. *Conuenienter Poëtæ ingenia ſua cum apiculis comparant.*

Forvmq. litibvs orbvm.

IVſtitivm, Albinouanus Conſolatione Liuiæ. *Iura ſilent*, id eſt, iuſtitiũ eſt. Et A. Gellius c. 1 lib. xx. *Iuſtitium*, inquit, *iuris quaſi interſtitio & quædam ceſſatio.*

III.

Nascentem placido lvmine videris.

ARiſtænetvs epiſt. xi lib. 1. Εὐμενέσιν ὄμμασιν ἐκείνην αἱ χάριτες εἶδον. *Gratiæ illam beneuolentibus oculis adſpexere.* Et epiſt. xiix. Μελισσάριον εὐμενέσιν ὀφθαλμοῖς εἶδεν ἡ τύχη. *Meliſſarium fortuna reſpexit oculis amicis.* Alciphro τοῖς εὐμενέσιν ὄμμασιν εἶδον ἐκείνην αἱ χάριτες. *Amiciſſimis oculis ſuis Gratiæ illam reſpexere.* Tibull. eleg. iv lib. ii.

Si modo me placido videat Nemeſis mea vultu,

Theocritus Idyll. ix--οὓς γὰρ ὁρῶσαι, videlicet Muſæ, Γαθεῦσαι, τοὺς δ' οὔτι ποτὼ δαλήσατο Κίρκα--*Nam cernere Muſæ. Quos gaudent, hos nulla poteſt obladere Circa.* Intelligi vult, quib⁹ ſemel Muſæ felices, propitiæ, hoc nullis deinde inlecebris ad voluptates, artéſq; cõtrarias auocari. Aliter ſcholiaſtes Græcus accipit, aliaſq; lectiones profert, ſed nõ ad mentẽ Poëtæ. Contra ille quiqui eſt apud Suidam in Επάυρασθαι φιλοσοφίαν, ὅτι γὰρ ταῦτα σε ἐχθίστη. *Fuge philoſophiam, inimicus enim ocius te adſpicit.*

Cvrrv Achaico.

IN Achaia ſiue vera ſincerâq; Græcia ſacri agones. Declarati victores in his agonibus, ſiue Hieronicæ, curru quaſi triumphali reuecti quiſq; in patrias ſuas. Hinc itaq; currus ille Quinctõ nunc *Achaicus*. Dixi quaſi triumphali. Nam currus ille iunctus quatuor equis candidis vt triumphantium Romæ. Sic Diodori Siculi lib. xiii. Exænetus Agrigentinus Hieronica inuchitur patriam ſuam Agrigentum ἐφ' ἅρματος, συνεπόμπευον δ' αὐτῷ χωρὶς τῶν ἄλλων συνωρίδες τριακόσιαι λευκῶν ἵππων πᾶσαι, παρ' αὐτῶν τῶν Ἀκραγαντίνων. *Ipſe in curru, Pompa vero et comites præter alios, bigæ curules trecentæ, candidis equis iunctæ*, &c. Si comitum eius bigæ cunctæ equis candidis, haud dubiè ipſe inuectus quadrigis albis, vt triumphantes Romæ τεθρίππῳ λευκοπώλῳ. Ita Suetonium cape ſis lector in Nerone c. xxv vbi de Nerone Hieronica reuerſo ex Achaia & intrante Neapolim, *Reuerſus*, inquit, *è Græcia Neapolim, quod in ea primum artem protulerat, albis equis introijt, disiecta parte muri, vt mos Hieronicarum eſt. Similis modo Antium, inde Albanum, inde Romam. Sed*

A *& Romam eo curru, quo Auguſtus olim triumphauerat*, &c. In Auguſti curru triumphali, Hieronicarum ὑπόδειγμα illud, nempe quia pares eius quidem acido iudicio Ἀ... Achaica illa, & triumphus Romanus. Græculorum quidem leuitatem ridens Tullius orat. pro Valerio, *Olympionicen eſſe*, inquit, *eſt apud Græcos prope maius & glorioſius, quam Romæ triumphaſſe*, &c. Similitérque Tuſcul. ii. Sic apud Plutarch. libro περὶ πολυπραγμοσύνης. Dioxippus Olympionices ἐφ' ἅρματος εἰσελαύνων, *curru inuehens.* Vitruuius Procemio lib. ix. *Nobilibus athletis qui Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemea viciſſent, Græcorum maiores ita magnos honores conſtituerunt, vti non modo in conuentu ſtantes cum palma & corona ferant laudes, ſed & cum reuertantur in ſuas ciuitates cum victoria, triumphantes quadrigis in mœnia & in patrias inuehantur, éq; republ.*

B *perpetua vita conſtitutis vectigalibus fruantur*, &c. Sæpe currus hic Achaicus in ſtilo Pindari, vt Olymp. Oda iv & paſſim, Tangit & Scholiaſtes Ariſtophanis ad Veſpas. Item Artemidorus Daldianus c. lix lib. i. Ἅρμα εἰσελαύνειν εἰς πόλιν, ἀγαθὸν ἀθλητῇ, ἱερονίκης γὰρ ἔσται. *Videri ſibi in ſomnis currum agitare in vrbem, athletæ bonum eſt, Hieronica enim fiet*, &c. Quoniam autem tetigi caput hoc Daldiani, locum eius antecedentem qui malè habet quaſi in tranſitu curo ecce. Nam vbi agit de ſimilitudine, nauis & equi ſic eſt. Ὅμοιος δὲ ἐστι καὶ πλοίῳ. Ἀλλὰ μὲν γὰρ, ἵππους καὶ ὁ ποιητὴς τὰς ναῦς, εἶπε. Lego emendatè. Ὅμοιος

C δὲ ἐστι καὶ πλοίῳ. Ἀλλὰ μὲν γὰρ. καὶ ἵππους δὲ ὁ ποιητὴς τὰς ναῦς εἶπε. Et interpretor. *Similis & nauigio eſt*, ſcilicet equus, *ſaltat enim, & Poëta quoque naues vocauit equos*, &c. Duplex argumentum cur naui equus ſimilis i. Quia vterq; ſalit, ii. Auctoritas Poëtæ.

IV.

Fortes creantvr fortibvs.

VT Ariſtoteles c. iv lib. i de Republ. ſuſpicionem eſſe naſci ἐξ ἀγαθῶν, ἀγαθοὺς

D *ex bonis bonos*. Theocritus de Dioſcuris

Αὐτοί τε κρατέοντε, καὶ ἐκ κρατέοντος ἐφύσαν

Tum fortes ipſi, tum a forti patre creati.

Vtcvmq. defecere mores.

AT quomodocunq; quocunq; genere vitij & corruptelæ, &c. Peccant qui interpretati. *Vbicumq;* aut *quandocunq;*.

Qvid debeas ô Roma Neronibvs.

NEronibvs, familiæ Neronum. Debitrix Roma Neronum familiæ propter victoriam, qua C. Claudius Nero Cos. cum M. Liuio Salinatore fregit Haſdrubalem. Albinouanus autem conſolatione Liuiæ duos Nerones commemorat, quorum virtus fregerit bella Pu-

Digitized by Google

nica. Sic enim ibi Nero Claudius Druſus Ger- A
manicus, Tiberij frater.

Hoc atauus monuere mei, proauiq; Nerones
Fregerunt ambo Punica bella duces.

Ambo. hi *duces Nerones.* Vnus C. Claudius Nero de quo dixi: alter Tib. Claudius Nero Cos. cum M. Seruilio, Pulice, Gemino, anno vrbis IↃLI quo anno finis factus bello Punico II.

TESTIS METAVRVM FLVMEN.

PRISCIANVS c. I lib. v.

POST HOC SECVNDIS.

HANC *mutationem in meliorem ſtatum Reipub.* vocat L. Valerius tribunus pl. apud T. Liuium lib. XXXIV.

FANA DEOS HABVERE RECTOS.

ÆQVOS Romanis intellexêre Aduerſaria, melius alij non euerſos. Scripſerat forte an Flaccus *tectos*, templis nempe ſartis tectis.

AB IPSO DVCIT OPES ANIMVMQVE FERRO.

L. Florus c. XVI lib. I. *Samnites populum cladibus ipſis animoſiorem.* Et c. V lib. III. *Sed animus malis augebatur.* Albinouanus Conſolatione Liuiæ, *Fortior vt poſſis cladibus eſſe tuis.* Quanquam non neſcius ſum, idioticè accipi aliter.

PER ACVTA BELLI.

ACVTA belli ſtratagemata, ſiue vaframenta belli eſſe aliqui voluêre, alij magna pericula belli: verius acceperis, pugnas. Bellum C hebes ſine prælio: acutum in prælijs, vt Ὀξὺς Ἄρης Iliade IIIV & XIIX vt ſi viceuerſa dixeris ἀμβλὺς Ἄρης pro bello ſine pugna. Explicat Euſtath. locis quæ dixi.

Acuta vero belli duplicia, duplex nempe pugnarum genus: vnum *aperto Marte*, alterum *ſuperuentibus* vt loquitur Vegetius. Poſterius hoc genus *ſubita belli* rectè L. Florus vocat. c. I lib. I.

V.

CVLPAM POENA PREMIT COMES.

TΙμωρία ἀδικίας ἀκόλουθος Plato V Legum.

CONDIT QVISQ. DIEM.

VT *condere ſoles* Maro Ecloga IX. Callimachus apud Laërt. Heraclito, ἥλιον κατάδυσεν.

ET ALTERIS TE MENSIS ADHIBET DEVM.

EX Sc^to nempe quo cautum ἐν τοῖς συσσιτίοις οὐχ ὅτι τοῖς κοινοῖς ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰδίοις, πάντας αὐτῷ σπένδειν. vt in conuiuijs, non publicis tantum, ſed & priuatis, omnes ei libarent. Dio lib. LI.

VI.

DIVE QVEM PROLES.

CARMEN hoc ſæculare eſt, vt oſtendi ad Odam XXXI lib. I.

NITVIS VICTVS.

LACTANTIVS interpretatus ad Thebaidem V.

MEIQ. POLLICIS ICTVM.

ICTVM pollicis mei tanquam & Poëtæ & chorodidaſcali, ad exemplum Lyricorū Græciæ, qui ijdem & Poëtæ & chorodidaſcali. Eaq; B de re interpres Pindari ad Olympia, Oda VI.

RITE CRESCENTEM FACE NOCTILVCAM.

MEMBRANÆ, *Rite creſcentem face noctiluca,* vt ſit. Eam quæ creſcit face noctiluca, nēpe, Lunam, Gloſſæ Nocticula. Ἐσχάτη νυκτοφάνουσα. L. *Noctiluca,* Leuinus apud Macrobiū Saturnalib. c. IIX lib. III. *Venerem igitur almum adorans, ſiue femina ſiue mas eſt; ita vti alma noctiluca eſt.* Eiuſdē Deę numina, Luna, Hecate, Venus. Sed nō eadē *noctiluca Venus* Leuini & *Venus noctuuigila* Plauti Curcul. Sc. III. Nā Venus ibi *Noctuuigila,* cui peruigilia celebrare ſiue peruigilare ſoliti amantes, neq; recte interpretati ad Varronē, noctuuigilam νυκτιλαμπῆ, magis fuerit *Noctuuigila* παννυχὶς, παννυχίζουσα. Neq; rectè Plauti loco C illo diuiſim legere *Noctu vigila,* vt in Aduerſ. c. IIX lib. II. Feſtus admonet *Noctilucam* Lucilio λυχνόφατον eſſe. Verum ſcripſerat forte Pompeius *Noctilucubam,* de qua voce Aurel. Caſſiodorus in Etymologijs.

NVPTA IAM DICES.

EXPLICO ad Odam XXI lib. I.

VII.

GRATIÆ NVDÆ.

D

SVIDAS. Αἱ χάριτες γυμναί, &c. *Gratiæ nudæ.* &c.

DAMNA TAMEN.

MANILIVS lib. II.

Et cum damna tuas imitantur Delia vires,

&c.

IIX.

DONAREM PATERAS.

HVIVSMODI principium L. Cenſorini libro de die Natali ad Q. Cærellium. Etiā Ouidij Ponti elegia IIX lib. III. videtur autem

eſſe

Digitized by Google

eſſe munus Saturnalitium, ſiue Oda miſſa Saturnalibus.

SOLLERS NVNC HOMINEM PONERE.

APVLEIVS Florida I. *Solus ante alios, cantus canere.* Scripſerat haud dubiè Madaurenſis. *Sollers ante alios cantus canere.*

PRETIVM DICERE MVNERI.

PRETIVM ſtatuere, vt dicere dotem, multam, legem, vt Ouid. XII. --*legem ſibi dixerat ipſe.* Idem & pretium facere.

CALABRÆ PIERIDES.

Q. Ennij Muſas *Calabras* vocat, velificans & ſuis, quæ & ipſæ Calabræ. Sic *Calabra lyra* Horatiana, Martiali epigr. XXXI lib. V.

B

IX.

IMPVNE LOLLI.

SCRIPSIT nempe canticũ hoc ad M. Lollium Maximum quo tempore Conſulatum inijt eum Q. Æmilio Lepido anno IↃCCXXXII. Itaque & Conſulis mentio hic, *Conſulq; non vnius anni*, &c. Idemq; hic Lollius ad quem epiſt. II & XIIX lib. I. Neque alius Lollius ad quem Pedo Albinouanus Epicedium ſcripſit Mæcenati, vbi alucinati, qui poſuere in commentarijs ſuis ſcriptum à Pedone illud carmẽ ad Maximum illum, ad quem & P. Ouidij elegiæ aliquæ in libris Põti, vt eleg. II lib. I. eleg. III lib. III. Atqui clarore clarius eſt, elegias Ouidij eſſe non ad Lolliũ ſed Fabium Maximum qui Cos. cum Iulo Antonio, C de quo dixi ad principium Odæ I libri huius.

ABSTINENS PECVNIÆ.

HÆc laus non tam debita Lollio quam vt Arnobij verbo dixerim, *laus incentiua.* Etenim vt Symmachus olim dixit. *Vt vera laus ornat, ita falſa caſtigat.* Apud Sidonium epiſt. X lib. IIX. Cæſarium Arelatenſem Homil. XXV. Non itaq; tam laus hæc Lollij quàm caſtigatio eſt, & conatus Poëtæ Lollium auertere volentis à ſtudio pecuniæ, cui deditus, ſi quis alius, fuit. Notauit hoc Velleius lib. II & hominem fuiſſe ait *in omnia pecuniæ quàm rectè faciendi cupidiorem.* Ergo & rapacitas eius nota in hiſtorijs cum rector comeſque Caij, qui filius Auguſti adoptione, Orientis prouincias compilauit, *interdictáq; amicitia à C. Cæſare Auguſti F. venenum bibit.* Plinius c. XXXV lib. IX. D Quanquam Velleius exitium illud M. Lollij non rapacitati Lollij ſed perfidiæ tribuit. Alius modi perfidiam eius tangit quoque Tiberius apud C. Tacitum Annali III.

X.

VENERIS MVNERIBVS POTENS.

VENVSTVS, ἐπαφρόδιτος in Gloſſis. Catullus Epithalamio Manlij--*Neque te Venus* A *neglegit*, pro, Venuſtus es. Tullius Verrina VII *Iſte autem homo Venerius, & adfluens omni lepore & venuſtate.*

INSPERATA PLVMA.

CANICIES, capilli albi inſtar plumarum Cycni. Ouid. Triſtium eleg. IIX lib. IV.

Iam mea Cycneas imitantur tempora plumas. Id eſt, ſeneſco, vt & nunc Flaccus de Ligurino intelligi vult ſeneſcente, non vt voluêre interpretes de tempore barbæ creſcentis. Intelligendus nempe qui Homero μεσαιπόλιος Iliad. V. vbi ſcholiaſtes, μεσαιπόλιος ὁ λεγόμενος σπαρτοπόλιος ᾧ διεσπαρμέναι εἰσὶν αἱ πολιαί, ὁ μεσῆλιξ. Sic σπαρτοπόλιος Iulio Polluci c. XXIX lib. IV.

XI.

QVA CRINES RELIGATA FVLGES.

INDICIO eſt nouantiquus interpres, qui cõmentatoris nomine venit, ab Horatij manu κατὰ συνίζησιν fuiſſe *fulgeas.*

AVET IMMOLATO SPARGIER AGNO.

RITVS adſpergendi aram victimæ ſanguine. De quo ritu notaui ad LXII. L. Tab. C. LXXVII.

NON TVÆ SORTIS IVVENEM.

IVVENAL. Sat. XII. *Ceteræ ſortis eiuſdem.* Item apud Symmachum, alios. Vltimæ ſortis apud L. Florum epitoma XIX & XLIX.

ATRÆ CVRÆ.

ATRÆ curæ, amoris aduerſi, vt candidæ amoris ſecundi ſiue dulcis.

XII.

DVLCE EST DESIPERE IN LOCO.

L. Seneca c. vlt. lib. I. de Tranquill. *Si Græco Poëtæ credimus, aliquando & inſanire iucũdum eſt,* &c. Tangit verſum illum, qui fluctuat in ſtilo Anacreontis θέλω θέλω μανῆναι. Circumſpectè Horatius addidit, *in loco.* In loco eſt, cum cauſa vt Oda VII lib. I. *Recepto dulce mihi furere eſt amico.* Quali reſtrictione & Anacreon σώφρονα λύσσην *ſobrium furorem* dixit. Et χαριέντως μανῆναι *Gratioſè inſanire.*

XIII.

FIS ANVS ET TAMEN, &c.

HVIVSMODI inſultatio Rufini epigr. οὐκ ἔλεγον προὔλεγον, Προδίκη, γηράσκομεν, &c. Et Epigr. οὗτος ὑπνώσσεις, &c. Anthol. lib. VII. Et illa incerti. ἡ τὸ πρὶν αὐχήσασα, &c. lib. VI.

PVLCHRIS EXCVBAT IN GENIS.

ASCLEPIADES ἧς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων ὁ γλυκὺς ἕζετ' ἔρως.
Cuius & in rugis dulcis amor cubuit.

ET ARTIVM GRATARVM FACIES.

CATVLLVS Epigr. XII--*Eſt enim leporum Diſertus puer, ac facetiarum* Puer diſertus leporibus ac facetijs. Facies gratis artibus, nempe amatorijs. Oda II lib. II. *Notus animi paterni.*

DILAPSAM IN CINERES FACEM.

VT Argentarius Rhetor de Cæſtio clamatore apud M. Senecam. Controuerſ. III lib. IX. *Quid putatis eſſe Caſtium, niſi Caſtij cinerem?*

B

XIV.

ET ARCES ALPIBVS IMPOSITAS.

VT epiſtola ad Auguſtum---*Et arces Montibus impoſitas.*

PLEIADVM CHORO.

PROPERT. Eleg. III lib. III.
Pleiadum ſpiſſo cur coit igne chorus?
Chorus nempe Pleiadum, *quia Pleiades choream ducere exiſtimantur* vt ait Hyginus Aſtronomicis lib. II c. de Tauro & Fabulis c. CXCII.

C

XV.

INCREPVIT LYRA.

OVID. VI Faſtor. *Adnuit Alcides, increpuitq; lyra.*

IANVM QVIRINI CLAVSIT.

TEMPLVM Iano conditum à Romulo. In membranis pleriſq; *Eanum Quirini. Eanus*, videlicet ſiue *Eanus* eſt *Ianus*. Tull. II de Nat. Deor. Macrobius Saturn. c. IX lib. I. Neque rationis eſt, corrigere, *Fanum Quirini.* Sic & Suetonius Auguſti c. XXII *Janum Quirinum* dixit.

Tertia verò Iani cluſura eſt hæc, ſiue Ianus III cluſus ab Auguſto eſt, poſt ſigna videlicet à Parthis reddita. De cluſura eadem accipiendus

D

A quoque Poëta epiſt. ad Auguſtum,
Clauſtraq; cuſtodem pacis cohibentia Janum.
Etenim ibi quoque mentio Parthorum anteceſſit.

Cluſum verò ter Ianum ab Auguſto Tranquillus notauit loco prædicto, & Tranquilli veſtigia premens Paulus Oroſius c. XX XXI XXII lib. VI. enumerans & tempora quibus primùm, iterùm, tertiò cluſus ab Auguſto Ianus. Primum poſt bellum Actiacum c. XX Deinde poſt Cantabricum bellum c. XXI Deniq. poſt victos Pannonios, Germanos, Boſporanus, & Parthorum accepta legatione c. XXII. Secutus in hac enumeratione videtur C Tacitum quem teſtem laudat

B c. III lib. VII. Sed pleriq; alij ſic agunt quaſi Auguſtus Ianum ſemel omnino cluſerit. Plutarchus in Numa. Et libro de Fortuna pop. Romani L. Florus c. vlt. lib. IV. At Dio lib. LIII etiam poſt Bellum Cantabricum Iani Gemini portas à victore Auguſto clauſas. At idem fine lib. LIV Senatuſc. quidem factum tunc vt Iani portæ clauderentur, neque cluſas tamen fuiſſe. In Faſtis quidem etiam mentio Iani Gemini quartùm ab Auguſto cluſi, conſulatu eius XI.

ET MISERAS INIMICAT VRBES.

GLOSSÆ *Inimico* ἐχθροποιῶ. Item ἐχθρὸν ποιῶ *Inimico.* Putant & Q. Ciceronem dixiſſe inimicari De petit. Conſul. ſed fruſtra putant. At vſus *inimicare.* Papinius Thebaide II. Et

C Sidonius epiſt. XIX lib. V. Et *Amicare*, A. Gellius c. XIV lib. V.

NOSQVE ET PROFESTIS.

MELIVS membranæ. *Noſq; profeſtis.*

MORE PATRVM.

RITVS enim ille Romæ antiquiſſimus de clarorum virorum laudibus canendi ad tibicinem aut lyram in epulis. De quo ritu commemoratum fuiſſe in originibus Catonis teſtis Cicero Tuſc. I & IV. Et in Bruto. Valerius c. I lib. II. Itaque & Quinctus noſter hymnos eiuſmodi, *ſolitas maiorum laudes* vocauit Oda XII lib. I.

LYDIS REMISTO CARMINE TIBIIS.

SIc Oda XII lib. I. iunxit lyram & tibiam, vt huius libri Oda IX dixit, *Miſtum tibijs carmen.*

D Sic tibiæ κιθαριστήριοι de quibus dixi ad Odam XII lib. I.

AD

AD Q. HORATII LIBRVM EPODON, QVOTIDIANA ET EMENDATÆ LECTIONES THEODORI MARCILII.

PAVLLÒ alienius inſtituti mei ratione fecero, cauſam quærens, eur *epoon* liber [B] hic inſcriptus à Quincto noſtro, oee enim commentaria molimur, ſed ſtrictim aliqua tangimus, tamen quia inexpeditum hactenus, quæram, & quidem adplauſu opinor lectoris *Flacco* amici, cui qui amicus oon eſt, næ ille in harum literarum militia & dilectu non *Valerius*, aur *Statorius*, ſed Flacus eſt. Volo aurẽ decurrere celeriter ſententiolas interpretum & oſtendere alienas à mente Poëtæ.

I. Cenſuere aliqui, vt io aduerſarijs c. xxxiix lib. xxiix Epodon huic libro inſcriptionem eſſe, quia libri Odarum iv ſint quaſi ſtrophe & antiſtrophe: hic autem quaſi Epodus. Sed hoc ſenſu liber hic *Epodus* magis quam *Epodon* diceretur. Deinde eſſet ſtrophe & antiſtrope duplex, epodus ſimplex, quod & ipſum diſconuenit. De triplici autem parte odarum ſtropha, antiſtropha, epo- [C] do, Hephæſtio Enchridio de metris. Marius Victorinus Grammaticæ lib. i. Galenus epilogo lib. xvii. de vſu partium, qui cum dixiſſet librum illum ceteris à ſe additum ὡς ἀγαθόν τινα ἐπῳδὸν, ſubiungit. Λέγω δὲ ἐπῳδὸν οὐ τὸν ἐπῳδαῖς χεώμενον Ἀλλὰ μὲν γὰρ ὡς ᾠδῇ τοῖς μελικοῖς ποιηταῖς, οὓς ἔνιοι λυρικοὺς ὀνομάζουσιν, ὥσπερ ςροφή τις ἐςὶ καὶ ἀντίςροφος, οὕτω καὶ τρίτος ἐπῳδὸς, ὃς ἱςάμενος παρὰ τῶν βωμῶν ᾖδον, ὥς φασιν, ὑμνοῦντες τοὺς θεούς. Labeculis adſperſus hic locus, quas eluo & lego, non Ἀλλὰ μὲν γὰρ ὡς, ſed Ἄλλος μὲν γάρ. Neque ὃς ἱςάμενος παρὰ τῶν, ſed ὃν ἱςάμενοι πρὸς τὸν βωμόν. Neque καὶ ἀντίςροφος, ſed, καὶ ἀντιςροφὴ, tum explico Latinè. *Dico autem epodum, non illum qui vtitur epodis ſiue incantamentis; Alius eſt apud Poëtas melicos qui & Lyrici à pleriſq; vocitantur, vt ſtropha, et* [D] *antiſtropha, ſic & tertius epodus, quem canere ſoliti ſtantes ad aram, vt aiunt & Dijs hymnum dicentes.*

II. Ex Galeni loco illo, ſententia illorum eſt qui opinati *Epodon* huic libro ἐπιγραφὴν eſſe, quia ſit tanquam Epodus hymnorum talium. Ex eoque hymnorum genere forte an Lucilij *Epodi hymni* apud Marcellum in *Eugium*.

III. Diomedis ratio eſt c. iv lib. iii opinantis hunc ita librum vocari quia epodi ſiue breuiculi, ſiue epodici, ſiue præciſi verſus in eo ſint ſubiecti longioribus, ſiue proodicis ſiue integris. [B] Nam breues illi verſus dicti epodi, vt longus verſus eſt.

Ibis Liburnis inter alta nauium, breuiculus ſiue epodus *Amice propugnacula*. Huiuſmodi epodos *clauſulas* quoque dixere. Iſidorus c. xxxiix lib. i. *Clauſulas*, inquit, *Lyrici adpellant, quaſi præciſos verſus integris ſubiectos, vt apud Horatium. Beatus ille qui procul negotijs*, deinde ſequitur præciſus. *Vt priſca gẽs mortalium*, &c. In Diomedis hanc quoq; ſententiam diſcedunt Aduerſaria c. vi lib. xxi. Sed & his remora illa ſiue remeligo eſt, quod & in Odarum libris epodi aliqui ſiue clauſula ſunt, vt Oda ii iv vii lib. i. Oda vii lib. iv quæ & epodorum exempla Marius Victorinus promit agens de verſibus proodicis & epodicis c. ii & iix lib. iii. Etiam Terentianus lib. de metris exemplum profert ex Oda vii lib. i. Nec verò in diſtrophis tantùm odis, ſed & tetraſtrophis epodi ſiue clauſulæ ſunt, vt in aſmate Alcaico ſiue Sapphico e- [C] podicus verſiculus eſt iv, nempe Glyconius, vt Oda vi lib. i quemadmodum Victorinus idem obſeruat locis antedictis. Omnes pænè igitur iv librorum Odæ epodicæ ſunt, exceptis videlicet monocolis odis pauciſſimis, qualis & in hoc Epodon libro eſt iambica illa monocolos in Canidiam. *Iam iam efficaci*, &c Pari ergo ratione & libri odarum iv & hic quinctus, omnes *Epodon* dicerentur.

Huiuſmodi fere ſunt rationes quibus inſcriptionem libri adgreſſi hactenus alij: nunc ne læua meliore quam dextra eſſe, & refellere aliena magis quàm noſtra ponere ſcire videamur, meam rationem ecce adpingo.

Ille, vt indigetatus à Pindaro eſt Pythijs, ψογερὸς Ἀρχίλοχος, βαρυλόγοις ἔχθεσι πιαινόμε- [D] νος. *Vituperо Archilochus, maledicis odijs pingueſcens*, ſcripſit olim librum *epodon* in Lycamben & filias, vt Marius Victorious teſtis c. xiv lib. iii. Item alij, Ad exemplum hoc Quinctus noſter hunc librum epodon inſcripſit, Archilochi libro illo geminum germanum. Vterq; detextus Iambicis trimetris proodicis, & dimetris epodicis. Cuiuſmodi Archilochium illud apud Hephæſtionem libro de metris.

πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε,
τίς σὰς παρήειρε φρένας;

Pater Lycambæ quale tibi hoc verbum excidit?
Mentem quis emouit tuam?

Vterq; liber ſcatẽs maledictis, de Archilocho patet: neque de Horatio obſcurum eſt. Omnes enim epodi eius excepto I XIII & XIV. maledici. Secundus quippe in Alfium feneratorem III in allium, IV in Menam, V in Canidiam, VI in Caſſium Seuerum poëtam laudib. Horatij obtrectantem, VII in bellum ciuile, IIX in anum χαραῦζαν, IX in M. Antonium, X in Mæuium malum & inuidum poëtam, XI in Amorem, XII in anum olentem & viroſam, XV in Neæram periuram puellam, XVI in bellum ciuile, XVII in Canidiam. Flaccus quidem noſter hoc amplius etiã titulo illo perſtringere voluiſſe videtur ἐπῳδὰς ſiue incantamenta & ſuſurros magicos Canidiæ. Nam ἐπῳδῶν illud eſt anceps ab ἐπῳδὸς, vel ἐπῳδή.

Volui finem hic facere, ſed cogit etiam nunc pergere dubitatio exiſtens de epodis verſiculis. Nam dixi epodos verſus eſſe quaſi præciſos integris ſubditos. Sed ſunt & alij epodi. Epodorum verſuum nempe genera duo, merum & mixtum. Meri epodi cum aſma totum verſiculis breuibus, detextum, vt Marius Victorinus tradit c. II lib. III. Hermogenes lib. II de Ideis c. de interſpiratione, Auſonius epiſt. I & XVII. Tales apud Anacreontem, L. Senecam, Auſonium, Boëtium alios; permixti epodi quales de quibus iam dictum eſt. Atque in hoc genere nunc Epodi Horatiani. Permixtorum quoque genera duo, Nam aut proodicus verſus prior, epodicus poſterior eſt, vt apud Horatium pleriq; omnes: aut viceuerſa prior epodicus eſt, proodicus poſterior, vt Horatij Oda III IIX XIII XIX XXXVI lib. I. Sed propriè quidem verſiculus breuior cum ſequitur, epodus nominatur ſiue epodicus, cum ſequitur προεπῳδικός. Marius Victorinus lib. IV agens de metris Horatianis, exemplúmq; proferens ex Oda III lib. I & προεπῳδικον Latinè vertens *antecantatiuum*.

Meros epodos Archilochus non vſurpauit primus ſed mixtos quemadmodum Victorinus idem oſtendit c. II lib. III neque rectè aliter cõtraq; eſt in Aduerſariis c. VI lib. XXI. Rationem quoque huius epodiſmi Victorinus idem capite illo explicat, verum ſubobſcurè, cui nunc nocti lucem inferre nobis operæ non eſt.

Epod. I.

IBIS LIBVRNIS.

HIc epodus huic libro eſt quaſi προσφώνησις, qua librum ſuum donat C. Mæcenati amico ſuo magno ſiue ὑπερ ἄγαν φίλῳ. Liburnas à Liburnis populis Dalmatiæ dictas Vegetius ait c. XXXIII lib. IV de re milit. & Appianus in Illyricis. Zoſimus autem hiſtor. nouæ lib. V à nomine dictas oppidi cuiuſdam in Italia, ſed nu-

A gas ille. Alia ecce pugna, Vegetius loco eodem Liburnarum vſus originem à prælio Actiaco repetit: Eutropius autem lib. II. *Quincto anno*, inquit, *belli Punici primum Romani in mari dimicauerunt, paratis nauibus roſtratis, quas Liburnas vocant*. Sed nullo negotio lis ea dirimitur. Intelligi enim vult *nauibus roſtratis*, *quas* nunc *Liburnas vocant*.

INTER ALTA NAVIVM PROPVGNACVLA.

FRVSTRA diſputauére longis logis, *alta* illa *propugnacula* nauium Octauiani, an M. Antonij. Poëta enim ipſe apertè oſtendit de nauibus Antonij ſiue hoſtilibus intelligi velle, cum ſubiungit, *Paratus ſubire periculum*, &c. Periculũ Caio non inter Octauiani, ſed inter Antonij propu-
B gnacula, quæ ξυλίνους πύργους ſiue *turres ligneas* Plutarchus vocauit in Antonio. Dio πύργους ὑψηλοὺς *turres excelſas* lib. L. Idemq; M. Antonij milites pugnauiſſe καθάπερ ἀπὸ τειχῶν *quaſi ex mœnibus*. Et L. Florus c. XI lib. IV de nauib. Antonij. *Turribus*, inquit, *atque tabulatis alleuatæ, caſtellorum & vrbium ſpecie*, &c. In Cæſaris quoque nauibus turres ſed humiliores. Etenim Liburnæ quoque turritæ, Vegetius c. XLIV lib. IV Plinius c. I lib. XXXII. Prudentius libro II aduerſus Symmach. Cuiuſmodi autem turres illæ nauium patet deſcriptione Cæſaris lib. I belli ciuilis. Et Appiani Lybica vbi turres nauium duæ, in prora nempe & puppi impoſitæ, & turres nauibus iun-
C ctis, vt patet Appiani hiſtoria eadem, & C. Taciti annali XV, Ammiani lib. XXI.

IMBELLIS AC FIRMVS PARVM.

MELIVS in membranis. *Imbellis ac firmus parum comes? Minore ſum futurus in metu*, &c.

VT ADSIDENS.

SIc *aſſæ nutrices*, quia puerulo adſident, aut vt Marcellus voluit, quia infanti ſemper adſint.

ARATRA NITANTVR MEIS.

BENE alij, *aratra nitantur mea*.

SVPERNI TVSCVLI.

SIGNANTER *ſuperni*. In cliuo Tuſculano villæ ſuperiores, mediæ, inferiores. Vt apud Cic.
D III de Legib. L. Lucullus in Tuſculano *duos ſe habere vicinos ſuperiorẽ equitẽ Rom. inferiorẽ libertinũ*, &c. Sic & Romæ propter colles, vicini ſuperiores, inferiores, l. IIX §. I. Si ſeru. vind. L. XXIV. de ſeruit. vrb. præd. l. I. de ſeruit. D. Optabilior autem locus ſuperior inferiore.

CIRCÆA TANGAT MOENIA.

CIRCÆA mœnia, Circæum, & fruſtra dubitauere, vt Acro Porphyrio, item alij, anne Tuſculum.

II.

BEATVS ILLE.

IOCVLARITER perſonam inducit Alfij feneratoris, declamitantis laudes vitæ ruſticæ, ſed ioci-

excipientis ſe mox ad præſepim fenoris ſui. Eſt itaq; inſectatio Alfij ſiue Epodus in Alfium.

ADVLTA VITIVM PROPAGINE.

VT *dracone*, de quo Plinius c. XXIII lib. XVII.

ALTAS POPVLOS.

FRVSTRA ſunt qui maluère *albas*. Altas Quinctus dixit vt Cyneas cum iocaretur in vinum auſterum, dixit, *Merito matrem eius pendere in tam alta cruce*. Plin. c. I lib. XIV. Hinc *vites ſublimes* Varroni c. IIX lib. I de re ruſt. Nec verò albæ ſed nigræ populi vitibus arbuſtiuis idoneæ Plin. c. XXIII lib. XVII.

INVTILESQVE.

HIc verſus cum epodo ſuo peruerſè à plebe anteponitur illi *Aut in reducta*, &c. Nam hic quidem ſequi d et. Ratio, quia res adſines arbores putare, & maritare vites, non autem paſcere.

FELICIORES INSERIT.

IVLIVS Firmicus c. X lib. IIX *Infecundis arboribus, fecundos inſerere ſurculos, Felices ramis*, fertiles. Plinius c. XXVI lib. XVI c. IX lib. XXIV. Macrob. Saturnalib. c. XX lib. III. Titus Liuius lib. V. *Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum*.

AVT IN REDVCTA VALLE.

VT Oda XVII lib. I vbi dictum de valle reducta.

PVRIS CONDIT AMPHORIS.

IVNI. Columella c. XV lib. IX.

AVT TONDET INFIRMAS OVES.

TONDET, vt vngat. M. Cato c. XCVI de re ruſt. Virgil. Georg. III. Iun. Columella c. V lib. VII. Caſſianus Baſſus Geoponicis lib. XIIX.

DECORVM MITIBVS POMIS CAPVT.

AVTVMNI nempe Dei effigies cum corona ex pomis, ſiue vt Propertius vocat *pomoſa* eleg. II lib. IV.

ET TE PATER SILVANE.

MARS Siluane, M. Cato c. XXCIII de re ruſt Propert. eleg. IV lib. IV. Sic itaque *Siluanus pater*, vt *Mars pater*.

TVTOR FINIVM.

QVIA *Deus agrorum*, Æneide IIX.

AT CVM TONANTIS.

TONANTIS vt vento, grandine, imbri, nimbus. Sed puto in ſtilo Quincti fuiſſe, *ſonantis*. Nimirum æſtas *annus tonans*, hiems, *annus ſonans*. Itaque ſequitur. *Imbres niuesq; comparat*. Sic *Sonans Aufidus* Oda IX lib. IV. *Albunea reſonans*, Oda VII lib. I.

ANNVS HIBERNVS IOVIS.

AERIS, vt Iliade II Διὸς μεγάλου ἐνιαυτός. Anni nempe mutationes in aëre.

TVRDIS EDACIBVS DOLOS.

TVRDORVM genus vnum ἰξοβόρον ſiue viſciuorum, Ariſtot. c. XX lib. IX hiſtoriæ animal. Aut ἰξοφάγος Athenæus lib. II. Aliud

A quoque genus ἐλαιοφυλλοφάγον Epicharmus apud eundem. Sed legendum ibi ἐλαιοφιλοφάγον. Sic Auſonius turdum vocauit, *populatorem oliuæ*.

PAVIDVMQ. LEPOREM.

APVLEIVS Florida I. *vel leporem meticuloſum*, Iul. Pollux c. XII lib. IX. Iſidor. c. I lib. XII. Varro apud Marcell. in *viſcum, lepuſculos timentes*.

ADVENAM GRVEM.

AVIVM, aliæ *aduenæ* ſiue *peregrinatrices*, vt grues, hirundines, ciconiæ, turdi: aliæ vernaculæ vt gallinæ, columbæ. Varro c. V lib. III de re ruſt. Plin. c. XXV lib. X. *Æſtiuas aues* T. Liuius dixit pro aduenis lib. V.

B QVAS AMOR CVRAS HABET.

ATTICE pro, Quis non malarum curarum, quas, &c. τίς οὐ κακίστων ἃς ἔρως ἀνίας ἔχει. Peccant legentes, *Quis non malorum*, &c.

IN PARTEM IVVET.

MINVS rectè alij vt in Aduerſar. c. XV lib. II. *In partem iuuans*. Tractatur enim hic locus totus διαλύτως.

AVT PERVSTA SOLIBVS.

FABIVS ſiue quis alius eſt Declamat. III. *Praedura priſcis moribus mater, frigoribus ac ſolibus peruſta*.

PERNICIS VXOR APPVLI.

C APPVLI vxorem ſolibus peruſtam dixit, quoniam Appulia ſole torretur, vnde & nomen Appuliæ deriuat Paulus Diaconus c. XI lib. II De geſtis Longobard. Effinxit autem vt potuit hunc locum Papinius Silua. I lib. V---

---velut Appula coniux
Agricolæ parci, vel ſole infecta Sabina,
Quæ videt emeriti iam proſpectantibus aſtris
Tempus adeſſe viri--- Dixi, *vt potuit*, Nec enim *Sole Sabina* conuenit, nec illud *emeriti*, &c.

SACRVM VETVSTIS.

CORRIGVNT, *ſacrum & vetuſtis*. Non oportuit: nam liquet Horatium voluiſſe διάλυτα.

DAPES INEMTAS.

D OLERA, vt ipſe mox recenſet *lapathum & maluas*. Sic olera, *dapes inemta* IV Georg. Et *inemta ruris dapes* Iun. Columella c. III lib. II de re ruſt.

SI QVOS EOIS.

FABIVS c. X lib. V. *Nec helopem noſtro mari, aut ſcarum ducas*.

DESCENDAT IN VENTREM MEVM.

DESCENDAT, quia venter olim dictus *profundum*. Plaut. Captiuis Sc. Aduorte. Capet in Ortograph.

NON ATTAGEN IONICVS.

OVID. Faſtor. -*Quem præbet Ionia diues*. Tetigit Horatij locum D. Hieronymus Epiſt. ad Saluinam. *Procul ſint à conuiuijs tuis phaſides aues, craſſi turtures, attagen Ionicus*. Sed Clemens Alexandr. Pædagogi c. I lib. II laudauit Ἀτταγὰς

Αἰγωπλίας. Nouis Romanis Attagen, *Tagenarius* A Suidas.

LECTA OLIVA.

EX *lege antiquiſſima oliuantium, Oliuam ne ſtringito neve verberato.* Plin. c. III lib. XV.

ET GRAVI MALVÆ SALVBRES CORPORI.

ETIAM λάπαθος, βοτάνη κενωτικὴ γαστρὸς Suidas in Ἀλαπάξαι. Rectè itaque lapathū & maluas iunxit Poëta.

VEL AGNA FESTIS CÆSA TERMINALIBVS.

OVID. II Faſtor.

Spargitur & caſo communis terminus agno,
Nec queritur lactens cum ſibi porca datur,
&c.

Eaque *hoſtia immaculata*, Siculo Flacco de condicionibus agror. At olim Terminus contentus frugum primitijs ac pulte, Dionyſius lib II Plutarchus in Romanicis Quæſt. XV.

VEL HOEDVS EREPTVS LVPO.

EO QVE in cibum ſuauior, Plutarch. Sympoſ. Problem. IX lib. II.

VOMEREM INVERSVM.

OVID. V Faſtor.

Tempus erat quo verſa iugo referuntur aratra. Suidas in Ἀναζεύξαι. Ἐπειδὰν, inquit, ἀπολυθῶσι τοῦ ἔργου, εἰώθασιν οἱ γεωργοὶ τῷ δυνατωτέρῳ ἐπιτιθέναι τὸν ζυγὸν καὶ τὰ σκεύη. *Cum ſoluti opere agricolæ, ſolutis ſortiori, ſe bouis, imponere iugum & vaſa.*

C

CIRCVM RENIDENTES LARES.

RITVS priſcus & ruſticus ante focum cœnitandi. Propert. eleg. V lib. III.

Viueret ante ſuos dulcis conuiua penates

Silius Italicus lib. VII--*Et ritu pauperis aui*
Ante focos menſæ---Virgil. Ecloga V.
--*Hilarans conuiuia Baccho, Ante focum*--

Iun. Columella c. I lib. XII. Villicum *conſueſcere* debere *ruſticos circa larem domini, focúmq; familiarem ſemper epulari.* Et apud Plin. c. I lib. XXXIII. Dominis & ſeruis olim, *omnis victus in promiſcuo.* At poſt ſucceſſère deliciarum fomenta triclinia.

Cur autem *renidentes lares*? An quia cerei, atque ſic nitentes? Iuuenalis Sat. XII.

D

Inde domum repetam, graciles vbi parua coronas,
Accipiunt fragili ſimulacra nitentia cera.

An quia ſic effigiati, quaſi ridentes? An quia delibuti vnguentis? Prudent. II aduerſ. Symmachum.

--*vnguentóq; lares humeſcere nigros.* An quia ſuſpenſæ Laribus res ſplendide & renidentes, vt bullæ?

QVÆRIT KALENDIS PONERE.

VSVRÆ menſtruæ. Vnde feneratores, *menſtrui exactores* L. D. Ambroſius c. III lib. de Tobia. Inde & ſtatus Licinij feneratoris nominatiſſimi in Gallia, perſuadĕtis eſſe anni menſes XIII. L. Dio lib. LIV.

III.

SENILE GVTTVR FREGERIT.

SIGNANTER ſenile. Ex priſca enim diſciplina *pene idem honor ſenibus qui magiſtratibus* l. V D. De iure iomun.

ALLIVM CICVTIS NOCENTIVS.

NOCENTIVS cicutis, veneno publico Athenis. Plin. c. XIII lib. XXV.

QVID HOC VENENI.

B CONTRA Galenus lib. XII Therapeut. methodi, allium eſſe τ̃ ἀγροίκων θηριακὴν *ruſticorum theriacam.* Sed venenum Flacco eſt, propter fetorem, calorem, δυσπεψίαν.

VIPERINVS CRVOR.

VT Oda IIX lib. I. *Viperinus ſanguis.* Sanies ſiue ἰχὼρ viperæ. Ariſtoteles in auditionibus mirandis. Ex eoq; Plinius c. penult. lib. XI. Fel etiam viperæ, venenum. Plin. c. VI lib. XXIX c. XXXVII lib. XI.

IV.

LVPIS ET AGNIS.

C

MIRVM & verum tamen Oppiani illud III de venatione etiam mortuis manere diſcordiam ouibus & lupis. Intenta enim pellibus ouinis obmuteſcere tympana, ſi pulſetur tympanum tectum pelle lupina. Tanti autem Flacco in Menam ſiue Menodotum Sex. Pompeij libertum paternum odij cauſa opinor, quod perfidus & transfuga, & ſuperbus, & ſuperfluens Dio lib. XLIIX. Appian. V bellor. ciuil. Velleius lib. II.

IBERICIS PERVSTE FVNIBVS.

VT *loris vris* epiſt. XVI.

SVPERBVS PECVNIA.

VT, *Falerni mille fundi iugeris.*

FORTVNA NON MVTAT GENVS.

D VT ſi diceret, quamuis à Cæſare aſſertus es in ingenuitatem, ſiue quamuis ingenuus factus ex libertino, & donatus iure anouli aurei & dignitate equeſtri, ſeruili tamen vt ante ingenio es. Suetonius Auguſti c. LXXIV. Appian. V bellor. ciuil. Dio lib. XLIIX.

METIENTE TE.

QVASI claui lati menſura.

SACRAM VIAM.

QVA itare ſolitus in Palatium. L. Aſcon. in orat. pro Scauro.

CVM BIS TER VLNARVM TOGA.

TOGA *menſura iuſta*, loquit Porphyrio, & Iſidor. c. XXIV lib. XIX. *Iuſta* intellige magnę. Magnæ autem laticlauiæ. Menas hic nempe tribunus militum laticlauius.

VT.

VT ORA VERTAT.

ATa vertat, vt indigno qui ſpectetur.

SECTVS FLAGELLIS HIC.

LEGERIS melius hunc verſum, ſequentéſque omnes interrogatoriè. Interrogationes hæ nempe ſunt indignantium.

TRIVMVIRALIBVS.

MENAS ſeruus, IIIvirorum ſectus flagellis. In fures enim ac ſeruos animaduerſio IIIvirorum capitalium. Aſcon. in Diuin. *Fures*, inquit, *ac ſeruos nequam apud Triumviros capitales ad columnam Meniam puniri ſolent*, &c. In ſeruos qui publicè deliquiſſent flagris animaduertere Triumviri ſi capital non eſſet, vt nunc & Plauti Amphitr. Sc. I. ſin capital eſſet, flagellatos agere ſoliti in crucem. Valerius c. IV lib. IIX. *C. Fannij ſeruus*, inquit, *Alexander, & à iudicibus damnatus, & à L. Calpurnio IIIviro in crucem actus eſt.* Hinc nominis delatio capitalis in ſeruos aut viles perſonas, ad treſviros apud Plautum. Aulul. Sc. XIII. Aſinar. Sc. II.

PRÆCONIS AD FASTIDIVM.

PRÆCONIS ſuperdicentis titulum ſiue elogium eaq; ſuperdictione ſiue clamatione ſiue prædicatione laſſi, & faſtidientis lõgitudinem supplicij & flagellationis. De quo ritu ſuperductionis ſiue adclamationis eſt l. Si duo §. vlt. D. De iureiur. l. XV C. Ex quibus cauſ. inf. irrog. Suetonij Domit. c. X, Lampridij Alexãdro, Spartiani Seuero, Trebellij Gallieno. Vetus ſcriptor in vita D. Apollinaris. *Vicarius dixit ad officium. Exſuite eum, & cadentes dicite Reſipiſce & immola Dijs.* Et apud Agathiam lib. IV dum in ſicarios animaduertitur ὁ κήρυξ τορόν τι μάλα βοᾷ, καὶ διαθρύπτων, καὶ παρεγγυᾷ, δεδιέναι τοὺς νόμους, καὶ φόνων ἀδίκων ἀπέχεσθαι. *Præco altum quiddam & aures excellens clamat, & monet, Metuere leges, & cædib. nefarijs abſtinere*, &c. Hinc & iuncti *gladij* & *elogia* Volcatio Gallicano in Auidio Caſſio. Idéq; ritus Græciæ olim vt apud Platonem XI legum. Arrianum III rerum Alexandri. Sic quiqui eſt ille in narratione de Piſiſtrati edicto apud Suidã in adagio Ἐν πεδίῳ, &c. Ἀργήσαντος δέ τινος, ἐκέλευσε δήσαντας αὐτὸν, διὰ τῆς ὁδοῦ μαστιγοῦν κηρύσσοντας. Ὁ δ᾽ ἀνὴρ κολασθεὶς ἀποθανεῖται ὅτι ὀλιγωρεῖ τοῦ γράμματος. *Deprehenſo autem ſorte vno, iuſsit vinctum eum per vias flagris cædi, & præconem adclamare. Hic homo flagris cæſus morietur, quia neglexit edictum*, &c. Lego enim non ὀλιγωρεῖ, ſed ὠλιγώρησε.

SENILIBVS IN PRIMIS.

IN primis ſubſellijs, quæ in gradibus amphitheatri. In gradibus nempe ſubſellia. Vitruuius c. VI lib. V. *Gradus*, inquit, *vbi ſubſellia componuntur*, &c. Malè in amphitheatris ſuis, vt c. XIII arbitrati ſubſellia & gradus non intereſſe. Minus propriè tamen ſubſellia & gradus idem, vt Martiali epigr. XIV & XXIIX lib. V nempe quia vt dixi ſubſellia in gradibus. Vitruuius ſubſellia quoque *ſellas* vocat c. III lib. V. Atque ita C. Theodoſ. rubrica *De vſu ſellarum.* At epigrammaticus diſtinguit *ſubſellia & ſellas*. Subſellia equitum facit, ſellas vulgi, epigr. XIV lib. V. Dixit autem Poeta eum ἐπιζήλως *in primis*, quia Menas hic tribunus militum. Tribunis ſubſellia in primis duobus gradibus de XIV, vt rectè Acro & Porphyrio. Et tangit Calpurnius Ecloga VII.

Mirantur in Amphitheatris ſuis vt c. XIII vnde tam multi Romæ Tribuni militares vt cõplerẽt ſubſellijs ſuis duos gradus. Atqui res proletaria illa, tribunorum militarium genera duo iam tum Octauiani temporibus & anteriùs quoque Romæ fuiſſe, *Athuoſos* nempe tribunos & *vacantes*. Hinc itaque multiplicatio. Sic tribunatus vacantes Tullij epiſt. IIX lib. VII ad Trebat. Suetonij Claudio c. XXV. Sic & Martiali Tribunatus vacans ſiue inſignia equeſtria ſine munere & cenſu epigr. LIII lib. III --*vidit me Roma Tribunum.* Negant hoc amphitheatra vt c. XIII, de tribunatu militari capiendum. Quid ita? Quia non fuerit Valerio illi cenſus equeſter. Atqui non neceſſarius ijs cenſus equeſter, qui tribuni vacantes. Indulgentia nempe illa Principis, vt & alia non multum diſpar, apud Suetonium Augusti c. XL.

OTHONE CONTEMTO.

QVID ergo, inquies, Flaccus probro vertit Menæ ſeſſionem illam in ſedilibus ſiue ſubſellijs primis, & Othonem ab eo cõtemni ait? Quia principis Octauiani indulgentia quidem permiſſum hoc Menæ ita ſedere, ſed contra legẽ Roſciam. Reſecans ad viuum, & reuocans ad formulam legis Roſciæ Flaccus, negat ius, libertino illi eſſe ita ſedendi, quia ſit libertinus. Roſcia verò lege ibi locum eſſe ingenuis tantum. Sed bonus huic Menodoro patronus Octauianus ipſe, qui ſedere ita iuſſit Menam Othone contemto, & cui poteſtas antiquandi legem Roſciam & vocandi libertinos in gradus equitum primos, ſiue equeſtria prima, & equum eis adtribuendi. Princeps quippe Cenſor equum dat publicum. Ouid. II Triſtium.

Illo quem dederas, prætereuntis equo.

V.

HERBASQ. QVAS AVT COLCHOS.

CORREXERE, *Herbáſq. quas Jolcos. Agnoſcit*, inquiunt, *Porphyrio.* Agnoſcit & alias lectiones ille neglegendas, in quo eſt hæc iſta genere. Flaccus amplificatoriè, venena Colchica & Iberica iungere voluit, vtraque remotiſſima, non autem Theſſalica quæ viciniora. Neq; ignobiliter ab Iolco intelligi venena Iolcia pro Theſſalicis. At identidem Colchica venena nominitat Quinctus tanquam celebratiſſima, propter Medeam Colchicam, vt & hoc epodo *flammas Colchicas* pro magicis. Et Epod. XVII *venena Colchica. Cales venenis officina Colchicis.* Et Oda XIII lib. II--

Digitized by Google

Ille venena Colchica & quicquid, &c. vbi membranæ. *Ille venena Colcha. Et quicquid*, &c. Principalitas pro deriuatiune, vt præmonui. Præterea non tam *gramina* quam *carmina* Theſſalica magis ſollennia. Itaq; & noſter mox, *vocem Theſſalam* dicturus. Subinde tamen & *venena Theſſala* dixit vt Oda xxvii lib. i. At, inquiunt, membranæ aliquæ ſic habent. Quid refert? Membranæ, O iſti, quaſi interdicta *quorum bonorum* ſunt, proſunt titulum probanti, ſiue rectè vtenti.

SPARGENS AVERNALES AQVAS.

NON, *ſimulatas* vt eſt in Aduerſar. c. xxii lib. xvi & c. ix lib. xiv ſed veras, ex lacu Auerno petitas. Neque facit contra nos Maro qui Æneide iv ait.

Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni. Nam Dido in Africa, longè à fonte Auerno, Canidia Neapoli, vbi lacus Auernus in proximo. Rectè Seruius ad locum illum Maronis. *Simulata exhiberi illa quæ non poßint vera præſtari.*

HORRET CAPILLIS VT MARINVS, ASPERIS ECHINVS.

IMITATVS Auſonius epiſt. xxit.

Horrens capillis vt marinus aſperis
Echinus, aut verſus mei.

INGEMENS LABORIBVS.

HEM, *ingeminans*, vt Plauti Pœnulo Sc. ii vbi hæc ingeminatio verberantis laborioſè. Cur autem vti ſoliti hac ingeminatione, ratio eadem quæ & canendi in labore, de qua Alexander Aphrodiſ. ſiue is Trallianus eſt. Problem. lxxiix lib. i.

DAPIS INEMORI SPECTACVLO.

HÆc dapis adpoſitio magica. Alia eſt expiatoria, cum his qui defoderentur viui, adponebatur cibus ne viderentur enecti fame. Ritus hic apud Sophoclem in Antigona, vbi & notatus à ſcholiaſte, & à plutarcho in Numa.

OTIOSA NEAPOLIS.

OVID. xv---*Et in otia natam Parthenopen* Silius principio lib. xii.

Nam molles vrbi ritus, atq; hoſpita Muſis
Otia, & exemtum curis grauioribus æuum.

Et antetiùs---*Mitis*

Parthenope, non diues opum, non ſpreta vigoris, &c: Mitis Parthenope, quomodo itaque *non ſpreta vigoris* ſiue non adſpernandi ſed experrecti vigoris, videlicet Martij? Licètne per S. P. Q. C? Quid ſi manu Silij fuit--*Non diues opum, non aſpera vigoris*, pro *non diues opum, non aſpra vigoris*. Vidêre in verſu *aſpera* non ſtare, nihil de conciſione cogitauêre, repoſuêre itaq; pro ſua ſapientia--*non ſpreta vigoris*, nolente Silio, cui Neapolis minimè Martia, ſed *mitis, mollis, otioſa, ſecura*. De otio Neapolitano etiam Virgilius ſine Georgicoe.

INRESECTVM CANIDIA RODENS POLLICEM.

RITV nempe iraſcentium, aut meditantiũ, aut vtroq; vt Perſij Sat. v---*Crudum Chæreſtratus vnguem adrodens.* Sic Petronius apud nouãtiquum Flacci commentatorem *Pollice vſque ad periculum roſo*, vt monſtraret, inquit furentem. Sic & Propert. Eleg. iv lib. ii *Et ſæpe immeritos corrumpas dentibus vngues*, &c. Et eleg. vlt. lib. iii. Signanter autem Flaccus *pollicem inreſectum*. Tales enim lupalarum illarum ſordes plerumq; non manus abluere non demere vngues, &c. Immo enim nutrire vngues ſolitæ ad ſcrobes ſacris ſuis effodiendas, vt Sat. iix lib. i. Videt Flaccus Canidiam, *ſcalpere vnguibus terram*, &c. Id eſt, ſcrobem ſacris ſuis effodere, vt hodieq; magi.

QVID DIXIT, AVT QVID TACVIT?

OΎξυμόρως, Quid tacitè dixit? murmure ſcil. magico, Murmurare ſoliti magi, & ſuſurrare. Apuleius Apologia i. *Magia*, inquit, *occulta non minus, quam tetra & horribilis, plerumq; noctibus vigilata, & tenebris abſtruſa, & arbitris ſolitaria, & carminibus murmurata*, &c. Sic *magicos ſuſurros* Iuſtinianus dixit §. Item lex Cornelia de ſicariis. Inſtitut. de public. iudic. Et Apuleius Mileſij lib. i. *Magico*, inquit, *ſuſurramine amnes reuerti*, &c. Et Achillis Tatij lib. ii. τὸ τῆς ἐπῳδῆς ψιθύρισμα. *Murmur carminis magici.*

LATRENT SVBVRRANÆ CANES.

SVBVRRA *clamoſa* Martial. epigr. xiix lib. xii.

NARDO PERVNCTVM, QVALE, &c.

EXPLICAT Priſcianus c. i lib. xvii. *Nardo perunctum tali, quali non perfectius*, &c. Quali ſcilicet, non perfectius aliquid, &c. Sed nihil neceſſe verborum quadrigis inuehi. Poëta enim quia *nardum* pro *nardino* dixit, rectiſſimè ſubiunxit, *quale non perfectius*. Eiuſmodi ἀνακόλουθα in paginis auctorum ἔζω χόνις Salluſtius Catilin. *Sed antea item cõiurauêre pauci contra Rempubl. in quib. Catilina fuit: de qua quam veriſsime potero dicam*, &c. *De qua*, vt ſi ante dixiſſet, coniurationem. Idem, *Interea ſeruitia repudiabat*. Cuius, &c. Vt ſi dixiſſet, *ſeruitium*, Item, *Abundantia earum rerum: quæ prima mortales ducunt* vt ſi fuiſſet, *eorum*. Quinctus noſter ipſe Oda xxxvii lib. i--*Daret vt catenis, Fatale monſtrum, quæ generoſius, perire quærens*, &c. vt ſi anteceſſiſſet *Cleopatra*. Crebérq; omnino in hoc genere ἀνακολουθίας Quinctus noſter vt dicendi aliquis locus, & in Sat. i lib. i. Tullius Præfat. ad orat. Æſchinis & Demoſth. *Oratorum genera eſſe dicuntur tanquam Poëtarum, Id ſecus eſt. Nam alterum eſt multiplex*, pro, altera res. Neque rectè in Aduerſ. c. xxiv lib. ii intellexêre Horatium Canidiæ nardino perunctum. Eſt enim perunctus nardino ille non Canidiæ quidem, ſed quo Canidia ſiue Gratidia ipſa, quantumuis vnguentaria (vt rectè Porphyrio) nullum elaborârit vnquam perfectius. Quale autem Atticè dixit, vt χρίσθητε νάρδῳ, ὅ,τι, &c. Sic & epodo xi ſequente Atticum eſt. *Sed incitat me pectus, & mamma putres, Equina quales vbera.* Id eſt, *Tales, qualia*, &c. omiſſo antecedente & relatione explente vicem vtriuſq;. Iliade xxii οἷα μ' ἔοργας.

CVM PALLA NOVAM NVPTAM.

PALLA ſiue peplo veſtiri ſolitæ in nuptijs. Græco

Græco ritu, vt Apollodori lib. I, ritu Romano tu- A nica recta & roga pura, Plinius c. XLIIX lib. IIX. Hinc palla pro nuptijs. Propert. eleg. IV lib. IV.

INDORMIT VNCTIS OMNIVM CVBILIBVS.

VT Catullus. *Et ille nunc ſuperbus & ſuperfluẽs, Perambulabit omnium cubilia.* Erit ἐμβασικοίτης. Vncta verò cubilia, lectuli delicatorum, ſiue vnguentis & odoribus imbuti, vt Catulli Epithal. Pelei--*lectulus exſpirans odores.* Et literis ſacris Prouerb. c. VII διέῤῥαγκα τὴν κοίτην μου κρόκῳ. *Adſperſi lectulum meum croco.*

SOLVTVS VENEFICÆ POTENTIORIS CARMINE,

SIc Oda XXVII lib. I. *Quæ ſaga, quis te ſoluere Theſſalis magus venenis poterit?* &c. Saga nempe, B aut magus poten: : r, inlecebris amicæ, quaſi veneficæ. Potentior ſit neceſſe eſt magus ſiue à dæmone potentiore initiatus, qui ſoluat, vt Porphytij loco quem profert D. Auguſtin. c. IX lib. IX de ciuit. Dei. Et Euſebius in librum VI Philoſtrati. Μείζονι, inquit, τάχ' ἴσως ἐξελήλακε δαίμονι. *Potentiors forte an expulit dæmone.* Et apud Prochorum c. XALIX dæmones inferiores mago parent, propter ſuperiores ſiue Principes.

NEC VOCATA MENS TVA.

NOn ea Horatij mente acceptum hoc in Aduerſar. c. IA lib. XIV. Non te Marſo carmine ad me reuocabo ego, ſed potione amatoria, ſiue amoris poculo, ſiue φίλτρῳ acerrimo. C At Quinctus noſter aliud intelligi voluit. Nempe hoc vnguentariam illam minari. Tali potione mentem tuam mihi obligabo, vt nullo Marſorum aut magorum cantu ſolui, ac remeare ad te libera poſſit.

MAIVS PARABO.

MAIVS quàm quæ tibi hactenus paraui, vt ante. *Non vſitatis potionibus,* &c. Eiuſmodi autem ſilo & vetus Poëta Tullij Tuſc. IV.

Maior mi moles, maius miſcendum malum.

MAIVS INFVNDAM.

IVVENAL. Sat. VI.

Cui totam tremuli frontem Cæſonia pulli
Infudit--

MAGNVM FAS NEFASQ. HVMANAM VICEM.

TALIONEM vitæ humanæ, videlicet vt fas præmium, nefas pœnam exſpectet. Hãc vicem ſiue talionem venena magica & ſuſurri, D vertere ſiue mutare non valent, atque efficere vt nefas inultum ſit. Ergo quia nefas eſt quod agitis, diris agam vos, ſiue merito veſtro ac iure vos deteſtabor. Sic Oda XXIIX. lib. I. *Debita iura vicéſq; ſuperbæ Te maneant ipſum*--id eſt, Talio. *Vicem* eſſe talionem oſtendi ad Legem XII. c. LXIIX. Malè in Aduerſ. c. X lib. XIV. *vicem humanam* interpretati, *pro hominibus.*

DIRA DETESTATIO NVLLA EXPIATVR VICTIMA.

DIRA, iuſta, quippe in vos quibus Dij irati propter nefas, quod tanquã fas vobis placet. Sic Oda XXIIX lib. I. *Teq; piacula nulla reſoluent.* Quid ita? quia imprecatio mea ſiue deteſtatio hęc iuſta. Non ſat εὐθὺ σκοποῦ in Aduerſ. c. I lib. XXVI. Sic & apud Catullum Epithalamio Pelei Ariadna in deteſtatione Theſei, Furias inuocans,

Quæ, inquit, *quoniam vera naſcuntur pectore ab imo,*
Vos nolite pati noſtrum vaneſcere luctum.

Quæ, nempe querelæ & preces.

PETAMQ. VVLTVS VMBRA CVRVIS VNGVIB.

OVID. in Ibin.

Inſequar & vultus oſſea forma tuos. Item
Et tendam gelidas vltor in ora manus.

ESQVILINÆ ALITES.

VVLTVRES in Eſquilijs quia ibi ſepulchreta olim Sat. IIX lib. I. Hinc & *Atra Eſquilia* Sat. VI lib. II. Sed ipſius Horatij tempore mutatum hoc Sat. IIA lib. I.

VI.

AVT ACER HOSTIS BVPALO.

SVIDAS in Ἱππῶναξ, Et apud Iſaacium in Lycophronem ὁ Ἱππῶναξ ἐν τῷ κατὰ Βουπάλου πρώτῳ Ἰάμβῳ. *Hipponax primo iambo contra Bupalum.* Idemq; aliàs non ſemel de Hipponacte & Bupalo.

INVLTVS VT FLEBO PVER?

OVID. IV Fabular.

Nil poterit Iuno niſi inultos flere dolores?

VII.

QVÒ QVÒ SCELESTI.

CIVES fratres, vt Oda XXXV lib. I. Scelestus autem eſt, fratrem iugulans. Sceleſti ergo ciues bello certantes. Ita bellum ciuile ſcelus vocauit Oda XXXV lib. I---*Et ſceleris pudet, fratrúmq;* hoc eſt, belli ciuilis, geſti inter ciues, qui quaſi fratres.

PARVMNE CAMPIS.

HIc locus refellit interpretes qui ſuſpicati hunc epodum eſſe deteſtationem belli ciuilis Philippenſis. Etenim de Philippenſi loquitur Poëta vt iam præterito, *campis* nempe figuratè accipiens bellum Philippenſe, quod pugnatum in campis Philippis. Neptunum vero ſiue mare, Siculum, bellum quod Siculo mari geſtum erat cũ Sex. Pompeio. Nunc itaque exſecratur bellum Actiacum, Octauiani & M. Antonij, Cuius quoque belli cantat victoriam, & ἐπινίκιον Epodo ſequente IA.

INVIDÆ CARTHAGINIS.

IMPERII *Romani æmula.* Velleius lib. I & II.

Digitized by Google

Plinius c. xi lib. xxxiii *Carthago illa*, inqoit, *terrarum æmula*. Puto ſcripſerat, *domina terrarum*. *Domina terrarum* ſc. Romæ. Sic & Pompon. Mela c. vii lib. i. A

SVPERBAS ARCES.

VT Æneide iv--*Sate Carthaginis arces*, &c. Hoc ita Poëticè, propter arcem Carthaginis Byrſam.

INTACTVS AVT BRITANNVS.

EXPLICO ad Odam v lib. iii.

SACRA CATENATVS VIA.

NAM per ſacram viam, & cliuum Capitolinũ acti triumphi, T. Liuius lib. xlv Propert. eleg. iii lib. iii.

NISI IN DISPAR, FERIS.

NIHIL moremur illos qoi repoſuêre--*Niſi in diſpar genus*, Aut, *Niſi in diſpares feras*. Aperiè Flaccus. Neq; hic lupis & leonibus feris mos, *niſi in diſpar*, nempe genus aut animal. B

AN RAPIT VIS ACRIOR.

VIs acrior, θεοῦ βία, *vis diuina*, *vis maior*, Res notiſſima ex iure ciuili. Perſuaſi olim bella itomitti à Dijs iratis vt in Oda vi lib. iii. Ergo & ſæculari carmine deprecati bellum, vt acta res in Odam xxi lib. i.

AN CVLPA.

VT Plaut. Menæchm. *Quod te vrget ſcelus?*

ET ORA PALLOR ALBVS INFICIT.

EX conſcientia delicti pallor. Hinc Catonis Cenſorij vox *Sibi placere adoleſcentulos*, *erubeſcentes magis quàm expalleſcentes*, Plutarch. in apophth. principom. Et lib. de pudore ruſtico. Rubor oempe pudoris, *pallor culpæ*. Et ſignanter dixit cum ἐπιτατικῶς pallor albus. Ex culpa enim *pallor albus*, ex amore *pallor luteus* de quo dixi in Odam x lib. iii. Item ex metu mortis propinquæ, vt Epodo x. C

ACERBA FATA.

QVÆ paullò ante, *vis acrior*. Sic *fatalis calamitas* Tullij Cæſar. ii. Nempe, à vi maiore calamitas, Sic *fatale damnum* L. Hoc ita D. De peric. & comm. rei vend.

SCELVSQ. FRATERNÆ NECIS.

ACERBA fata ſiue vltricia necis fraternæ, ſiue Remi à fratre interfecti L. D. Auguſtine. vi lib. iii. De ciuit. Dei.

IMMERENTIS REMI CRVOR.

SIc Tullius iii de Offic. Seruius ad Æneidẽ i & vi. D. Auguſtin. c. vi lib. iii. de ciuit. Dei. D

SACER NEPOTIBVS.

NEPOTVM ſiue poſteritatis ſanguine expiandus, ἐναγής. Sic ἄγιος Atticè pro μιαρός, μυσαρός. Iſacius in Lycophron, Etymologiſta, &c.

IIX.

ESTO BEATA.

Aμφιλάφης, *beata*, vel diues & felix, vel mortua vt Perſij Sat. iii--*Tandemq; beatulus alto Compoſitus lecto*, &c. Vbi acta res.

FVNVS ATQVE IMAGINES.

LACTANTIVS ad Thebaidem vi.

NEC SIT MARSTA.

PROPERT Lactantius ad Thebaidem iv & *Maritæ*, inquit, *dicuntur vxores maritis deditæ*.

INTER PVLVILLOS.

PVLVILLOS lectuli tricliniaris, Propert. eleg. ii lib. iii.

Vt cum in ſcamno iactetur ſæpe libellus.

Scamno oempe lectuli tricliniaris. Varro iv de Ling. Lat.

INLITERATI NVM MINVS.

VIs ad Veneris pugnam & libidinem excitare me, tanquam ſimilitudine ſtudiorum & literularum. Sed caſtum illud Satyrium eſt, oeqoe ἐρεθιστικὸν πρὸς ἀφροδίσια. Literis, non irritatur Venus, maximè autem literis Stoicis. Aliter in Aduerſar. c. x lib. xiv. Largiloquò hoc iam refellêre alij, neqoe ipſi tameo repoſuêre aliquid melius. Vnde, inqoies ſimilitodo illa ſtudiorum ſiue literarum huius aniculæ & Quincti noſtri? Vterq; Stoicus. Illa cum libellis ſuis Stoicis, Quinctus *veræ virtutis cuſtos rigidúſq; ſatelles*, id eſt, Stoicus epiſt. i ad Mæcenatem. Stoicus nempe Quinctus aut Epicureus arbitrariè.

IX.

SVB ALTA DOMO.

VT contra, *ſub paupere tecto*, epiſt. x.

NEPTVNIVS DVX.

SEx. Pompeius, qui, vt inquit, Appian. bellor. ciuil. lib. v Θαλάσσης καὶ Ποσειδῶνος υἱὸς ὑφίστατο καλεῖσθαι. *Salacia Neptuniq; filius nuncupari ſuſtinuit*. Et Dio lib. xliix non ſemel, qui & illud exprimit, Neptuni filium dici voluiſſe, quia pater eius Pompeius M. maris olim potitus imperio. Neque minus inſolens Agrippa nepos Auguſti ex Iulia qui & ipſe Neptunum ſe vocitauit. Dio lib. lv.

SPADONIBVT RVGOSIS.

VT Spadoni Petroniano, *rugæ malarum*. Et Ammiani lib. xiv. *Spadonum multitudo coloris oblurida*, *diſtorta lineamentorum compage deformis*. Quod de corporis totius diſtortione accipi poteſt, ſed & de rugis. Nam vt Ariſtoteles notauit Problem. vii Tomi xxiv. ἡ γὰρ ψις ῥυτίς ἐστι. *Diſtortio, eſt ruga*.

INTERQ. SIGNA MILITARIA.

DECLAMITAVIT hunc ſenſum Latinus Pacatus. Panegyr. Theodoſij. Et Propert. eleg. ix lib. iii.

TVRPE CONOPEVM.

SIc Propertius dixit *Fedum conopeum*. Gloſſis in Iuuenal. Sat. vi. Latinè eſt, *Culicare*, & dicitur eſſe, *linum tenuiſſimis maculis*. Quod ibi ſequitur,

tar, *nanctum* ex corruptela eſt, & ſcriptum ſcil. fuiſſe. *Nam Græcum eſt, quia Latinè*, &c. Tamen & re & nomine vſi Romani tanquam ſuis. Varro c. x lib. II de re ruſt. *Fœtas noſtras quæ in conſpectu iacent dies aliquot, eſſe enuncidas ac contemnendas*, &c. vrbanè *Fœtas* dixit pro puerperis quaſi ſcrophas.

AD HVNC VERTERVNT.

AD *hunc*, Romanum emancipatum feminæ, M. Antonium ſeruientem Cleopatræ, *Verterunt*, id eſt, contra eum verterunt, vt Æneide XII

Iret vt ad muros vrbiq; aduerteret agmen. Id eſt, *contra vrbem verteret*, vt rectè interpres Seruius.

AVREOS CVRRVS.

HINC Valerio c. I lib. I. *Fulgentiſſimus triumphalis currus.*

CVI SVPER CARTHAGINEM.

PROPERT. eleg. vlt. lib. IV

Sub quorum titulis Africa tonſa iacet.

Correxêre, *Africa tanta iacet.* Incorrectè, Nam dictum Atticè *tonſa*, Demades περὶ δωδεκαετίας. Απέκειρε γὰρ τὴν ἀκμὴν τῆς Σπάρτης ὁ Θηβαῖος. *Apex & flos Spartæ à Thebano detonſus eſt.* Himerius Eclogis. Τίς ἀπέκειρε δαίμων τῆς ἐμῆς ἑστίας τὸν χρυσοῦν βόστρυχον. *Quis genius malus familiæ meæ cincinnum detondit?* Tullius ex elogio Græco Epaminondæ IV Tuſcul.

Conſiliis noſtris laus eſt adtonſa Laconum.

Sic itaq; Propertio *Africa tonſa* κεκαρμένη.

AVT PETIT.

PVTO εὐεπιβόλως ego. Aut petet? Nam & ante dixit *Iturus.*

AVT FERTVR INCERTO MARI.

ET hic mendam eluo. Nam mihi tam liquet quàm illi Terentiano lucere hoc iam, Quincti noſtri manum fuiſſe.

Exercitatas aut petet Syrtes Noto, aut

Feretur incerto mari. Neque enim decernit Poëta quo fugiat Antonius: ſed coniectat fore vt fugiat, aut in Cretam, aut in Africam, aut mari vagetur, & piraticam factitet.

X.

MALA SOLVTA NAVIS EXIT ALITE.

PAPINIVS Thebaide III.--*Et te mala protinus ales*, &c. Vbi Lactantius interpres. *Mala*, inquit, *ales, malum augurium*, *Quotieſcunque enim ales Feminino genere dicitur, malum portendit augurium*, vt Horat. *Mala ſoluta nauis exit alite. Maſculino autem bonum demonſtrat*, vt Virgil.--*Namque volans fuluus Iouis ales in æthra.*

OLENTEM MÆVIVM.

NOTA *res olentem*, pro fetentem. Hinc & *olentica loca* Feſto & *oletare aquam*, pro facere olidam, Frontino de aquæductib.

NON VIRILIS EIVLATIO.

VT Epoda XVI--*Muliebris luctus.*

PRECES ET AVERSVM IOVEM.

VOLVIT Quinctus. *Preces ad auerſum Iouem.*

ET AGNA TEMPESTATIBVS.

RITVS hic ſacrificij à Græcis profluuius ad Romanos. Interpres Ariſtophanis in Ranas. Procellis quas typhones vocant ſolitos Athenis μέλανα ἄρνα σφαγιάζειν, ὅπως λήξῃ τὸ πνεῦμα. *Agnum nigrum immolare, vt ventus poneret.* Athenis *agnus*, quia virilis Deus, nempe ἄνεμος τυφῶν: Romæ agna, quia Tempeſtas Dea, ſiue ſequioris ſexus. Sic & apud L. Senecam c. VI lib. IV Natural. Quæſtion. Cleo Athenis *præpoſitos* χαλαζοφύλακας, *ſpeculatores futuræ grandinis. Hi cum ſignum dediſſent, adeſſe iam grandinem, pro ſe quiſq; alius agnum immolabat, alius pullum. Protinus autem illæ nubes alio declinabant, cum aliquid guſtaſſent ſanguinis*, &c. Sic agit L. Seneca quaſi agnus immolatus nubi, ſed verius eſt vento impulſori nubis, atq; ita *agnum* fuiſſe non *agnam.*

Vnde autem Romæ Dea Tempeſtas Ouidius explicat in Faſtis lib. VI.

Εὐτραπέλως verò Flaccus agnã vouet Tempeſtati non auertendi cauſa, vt adſolet, ſed vt inuitet eam, excitétq; in Mæuium.

XI.

HEV ME.

FVIT antiqua manu. *Heu mei. Heu mi. Heu mihi.*

DESINET IMPARIBVS CERTARE SVMMOTVS PVDOR.

NON erit mihi vt ante fuit, pudori, vinci à riuali potentiore, vt Oda I lib. IV. In aduerſariis c. XX lib. XIV aliud interpretamẽtum eſt. Non erit mihi pudori vt ante fuit, amare te imparem, id eſt, in amore non reſpondentem, ſiue paria non facientem, vt Epodo ſequente XV *Et quæret iratus parem.* Probabilis ſenſus ille magis quam verus. Nam Flaccum velle accipi de certatione ſua cum æmulis, patet ante cum dixit. *Contraq; lucrum, nil valere candidum Pauperis ingenium Querebar adplorans, tibi*, vt ſi diceret. Querebar me vinci à potentioribus æmulis, ſed pudore ſummoto deſinam certare potentioribus illis æmulis. Pudore, inquam, ſummoto, qui fomentum mihi fuit amoris, pudenti ſcil. deſinere prorationem, quaſi victo & impari. Hæc Poëtæ mens, nihilq; opus agere ambages, vt qui refellére iam olim ſenſum illum ex Aduerſariis, neque ipſi repoſuêre quod eſſet melius.

FEREBAR INCERTO PEDE, AD NON AMICOS, &c

DICTVM pariliter atque illud Tibulli eleg. V lib. II.

Iurabam quotiens rediturum ad limina nunquam:
Cum bene iurabam pes tamen ipſe redit.

Digitized by Google

Vt & Propert. Eleg. xvii lib. ii de amante agẽs. A

Vltro contemtus rogat, & peccaſſe fatetur
Laſus, & inuitus ipſe redit pedibus.

Meliùs--*Et inuitus ipſe redit pedibus.* Videlicet ipſe redire non vult ſiue inuitus redit, ſed pedes eum referunt. Tullius epiſt. xvi lib. xv ad Atticum. *Itaq; me referunt pedes in Tuſculanum.* Plinius epiſt. v lib. vii *Ad diætam tuam ipſi me, vt veriſsime dicitur, pedes ducunt.* Ariſtoph. Pace. Ἀλλ' ὑφ' ἡδονῆς οὐκ ἐμοῦ κινοῦντος, αὐτὰ τὰ σκέλη χορεύετον. *Sed præ voluptate, me non mouente, ipſi pedes tripudiant.*

QVIBVS LVMBOS ET INFREGI LATVS.

DE hoc ritu amantium eſt ad Odam x lib. iii.

XII.

NIGRIS DIGNISSIMA BARRIS.

NAM barri ſiue elephanti *forma truces, odore graues, mole terribiles,* Paullus Oroſius c. i lib. iv. Sic meliùs intellexeris, quàm eſt Aduerſar. c. xx lib. xiv de Barris Romanis.

NEC FIRMO IVVENI.

DONATVS in Hecyram Act. iv Sc. i.

NEQVE NARIS OBESÆ.

NON craſſo & hebeti, ἥκιστα αἰσθητικῇ καὶ νωθεῖ. Nam vt inquit Ariſtoteles Phyſiognom. c. vi οἱ τὴν ῥῖνα ἄκροθεν παχεῖαν ἔχοντες, ἀναίσθητοι. Ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ὗς. *Quibus naſus à ſummo craſſus eſt, ij ſtupidi. Refertur in ſues.* C

POLYPVS AN GRAVIS HIRCVS.

CONVENIENTER iunxit *polypum,* & *hircum,* Vtetq; morbus fetens, illem naribus, hic ſub alijs. Polypum vulgus & Poëtæ intelligere ſoliti ozænam qui narium morbus olens eſt. Actuarius methodi ſuæ c. iix lib. ii. At polypus quidem ipſe propriè dictus nõ olet. Sic Martialis capiendus epigr. xxxvii lib. xii. *Naſutum volo, nolo polypoſum,* videlicet quia olenticus eſt. At l. xii §. i. D. de Ædil. edicto Polypoſus vtroque genere accipi poteſt. Nam ſiue polypo propriè dicto ſiue ozæna laboret, *polypoſus* & *morboſus* eſt. D

NEC ILLI IAM MANET HVMIDA CRETA.

PETRONIVS, *Perfluebant per frontem ſudantis, acaciæ riui, & inter rugas malarum tantum erat cretæ, vt putares detectum parietem nimbo laborare,* &c. *Acaciæ riui,* qua delibutum caput ei tingendis capillis, ſiue vt fieret μελανόθριξ ſiue *atricapillus.* Gummi enim ex acacia fluens μελαίνει τὰς τρίχας *atrum capillitium facit.* Dioſcorides, c. cxxxiii lib. i. Neque tamen maxima illius in os defluentis acaciæ deformitas. Nam illud acaciæ gummi ὑαλίζον. διαυγές, *vitri inſtar & pellucens,* aut ſi deteriore ſit gradu, eſt λευκόν ſiue *candidum.*

Dioſcord. c eodem. Hoc primum: deinde autem male Petroniani omnes. *Perfluebant per frontem ſudantis acaciæ riui,* voluit Petronius ipſe, *Perfluebant per frontem ſubantis acaciæ riui,* &c. Benè de ſpadone vt de muliercula *ſubare.* Nam Eunuchi quaſi mulieres. Hinc Ariſtoteles Problem. xxix tomi x. Εὐνοῦχοι εἰς τὸ θῆλυ διαφθειρόμενοι μεταβάλλουσι, &c. Eunuchi in femellarum naturam & conditionem corrupti, mutant. Subare femellarum eſſe, res nota ex Pompeio Feſto in *Suillum.* Item alijs. Subatione embaſicœtæ illius linimentum illud capillitij liquefactum fluitare cœpit in faciem & cruſtam illam cretaceam diluere. Cretare ſoliti faciẽ ſiue creta incruſtare ad candorem, vt Martial. epigr. penult. lib. vi epigr. B xli lib. ii. Creta opinor non quauis ſed chia terra candicante, aut Selenuſia, coloris lactei. De his Plinius c. xvi lib. xxxv. *Chia terra candicans, vſus ad mulierum maximè cutem. Idem & Selenuſia. Lactei coloris eſt & hæc, & aqua dilui celerrima,* &c. Ac propriè quidem creta eſt cuius genera Plinius recenſet c. xvii lib. xxxv. Sed generatim vſurpauêre cretam pro quauis terra candente. Itaque in Gloſſis λευκόγεως. *Creta, Cretifodina.* Quemadmodum & in iure ciuili *cretam & cretifodinam* accipi veriſimile eſt.

TENTA CVBILIA TECTAQVE RVMPIT.

SATIN' ſanus hic locus? Eſſe quidem viſus manipulo interpretum, neque eſt tamen. Scripſerat Quinctus noſter διαλύτως. *Tenta, cubilia, tectaq; rumpit.* Tria rumpit mœcha illa. Tentum ſiue tentam ſiue conopeum, cubile ſiue fulmenta, & tectum ſiue pallia ſiue ſtragula. Hinc & poſtmodo noui Romani tentam ſiue tendam dixere Suidas. τένδα παρ' ἡμῖν οἰκία ἐκ λίνου *Tenda nobis domuncula ex lino.* Id autem eſſe conopeum dixi ad Epod. ix. Idemq; Suidas σκηνὴν interpretatus τένδας.

INACHIAM TER NOCTE POTES.

MARTIAL. epigr. xxxii lib. iii. Et xcix lib. xi.

ITERATÆ VELLERA LANÆ.

SIDONIVS epiſt. xiii lib. ix.

Rutilaſq; ferte blattas,
Recoquente quas aheno
Melibœa fucat vnda,
Opulentet vt meraco
Bibulum colore vellus.

Apertè Sidonio blatta recocta eſt purpura dibapha, Non ſat illi diligenter, quibus *blatta purpuræ genus exquiſitiſsima,* &c. In Flauij Vopiſci Aurelianum. Turbidè hoc illi. Dicere oportuit Blattam eſſe purpuram. Excellere inter blattas illam quæ dicitur *oxyblatta* l. i. C. Quæ res ven. non poſſ. vbi qui correxêre *oxebapta*, corrupêre. Oxyblatta excellens

Digitized by Google

lens blattæ genus. Cedrinus in Tiberio φολὰς στολισμοτὰς ἀπὸ βλαττίου ὀξέως. *Stolas rugoſas ſiue tabulatas, oxyblatteas.* Blattium ὀξὺ ſiue *acutum*, purpura ſc. fulgentiſſima, ſiue, quæ acumen & flos ipſe.

O EGO NON FELIX.

CARISIVS lib. II. Seruius in Donatum, Martianus Felix lib. III. c. de communibus ſyllabis legunt *O ego infelix*. Amplexati Critici lectionem illam quaſi ἔρμαιον. Sed voluit Quinctus noſter. O ego non felix, amplificatoriè intelligens, ô ego neutiquam, ſiue minime felix, ô ego infeliciſſima. Sic Maroni ἐνεργέστερον *non vnquam* eſt quam *nunquam*, *non vlla* quàm *nulla*. Neque recte Seruius ad II Georg. *non vllam* interpretatus eſt *nullam*. Ne- B gatio enim oratoria eſt vt Æneide VI---*Non vlla laborum. O virgo noua mi facies*, ---&c. Nulla ne minima quidem.

XIII.

IMBRES NIVESQ. DEDVCVNT IOVEM.

IVPITER enim ſiue aër in terras imbribus ac niuibus quaſi filum è colu deducitur. Filum deduci notares, Imbrium autem & niuium lapſantium in terram quaſi fila ſunt, quibus aër deducitur, ſiue vt verbo Lucretij dicam lib. II *filatim diſtrahitur.* Noo tetigêre mentem Poetæ noſtri Aduerſaria c. IX lib. IX.

XIV.

NON ELABORATVM AD PEDEM.

NON *elaboratum* inertem, neglegentem, & qui pro iambo ſæpe ſpondeus, vt in verſiculis quos laudaui ad Odam XIIX lib. I. Et in fragminibus operum eius alijs. Nihil ad Quinsti noſtri mentem hic legiones interpretum.

XV.

IN VERBA IVRABAS MEA.

HÆc coniuratio amantium. Plaut. Mercat. Sc. VI Alciphro epiſt. III lib. II. ὤμοσα πολλάκις σοι Γλυκέρα, μόνος μόνη. *Sæpe tibi Glycera iuraui, ſolus ſolι.*

NAM SI QVID IN FLACCO VIRI EST.

VRBANE inſit in nomine ſuo. Flaccus enim flaccidus. At vir, flaccus ſiue flacci- A dus non eſt. Flaccum pro flaccido dixêre olim. Varro. c. IX lib. II de re ruſt. Canes laudari *auriculis magnis & flaccis.*

ET QVÆRET IRATVS PAREM.

ALITER nunc parem, quam ſupra, *imparibus*. Epodo XI.

PYTHAGORÆ RENATI.

RENATI Pythagoræ vel propter παλιγγενεσίαν, vel quia ſimulanit ſe reuixiſſe, vt narrat interpres Sophoclis in Electram.

XVI.

SVIS ET IPSA ROMA VIRIBVS RVIT.

SVIS legionibus. Non diſſimili ſenſu de opibus Romanis Propert. eleg. X lib. III.

Frangitur ipſa ſuis Roma ſuperba bonis.

Ouid. I Faſtor.---*Et ipſa ſuas Roma timebat opes*. D. Auguſtin. c. XLV lib. XIIX De ciuit. Dei. Sic *Romana vires* Valerij c. I lib. I. *Maiore pæne Romanorum virorum parte*, &c. Benè in membranis. *Maiore Romanarum virium parte.*

PHOCÆORVM EXSECRATA CIVITAS.

C HERODOTVS lib. I. Callimachus apud interpretem Sophoclis in Antigonam.

Φωκαίων μέχρις κε μένῃ μέγας εἰν ἁλὶ μύδρος.

Donec in Oceano Phocenſis lamina candens Manſerit.

Neque Phoceorum tantum ſed & aliarum gentium talem ſacramenti ritum fuiſſe interpres ille ibi notauit. Teſtis ei Plutarchus in Ariſtide, ὁ δ' Ἀριστείδης ὥρκισε μὲν τοὺς Ἕλληνας, καὶ ὤμοσεν ὑπὲρ τῶν Ἀθηναίων, μύδρους ἐμβαλὼν, ἐπὶ ταῖς ἀραῖς εἰς τὴν θάλατταν. *Et Ariſtides ſacramento quidem adegit Græcos, & ipſe pro Athenienſibus iurauit, exſecrationibúſque factis, laminas ferri candentes proiecit in mare.* Tetigit hunc ritum D & Ariſtides Rhetor fine Panegyrici Romæ. Καὶ διδόντων τὴν ἀρχὴν τήν δε καὶ πόλιν τήνδε θάλλειν δι' αἰῶνος, καὶ μὴ παύσασθαι πρὶν ἂν μύδροι τε ὑπὲρ θαλάσσης πάζωσιν, &c. Deīq; ſc. Diui, *hoc imperium atque hanc ciuitatem æternum florere, neque florendi finem vllum facere donec lamina candentes ſuper mare.* Sed quid obſecro eſt illud πάζωσιν? Anne ſuper mare ceciderint? Nugale hoc quidem, Ariſtides ſcripſerat, παίζωσιν *luſitent. Donec lamina candentes ſuper mare luſitent*, videlicet tanquā piſces laſciuientes. Sic meliùs quàm alij νέωσιν ſiue *innatent*.

Non diſſimili autem exſecratione olim Heluetij migraturi mœniā ipſi ſua incendêre. *Hoc* inquit, L. Florus c. X lib. III *ſacramentum fuit, ne redirent.*

SIMVL IMIS SAXA RENARINT VADIS LEVATA.

ATQVI Phocenſium illud *μύδρον* ferrum fuiſſe, non ſaxum teſtis locuplex Herodotus, qui *μύδρον σιδήρεον* dixit. Alios itaque auctores, puto, Flaccus ſequitur, qui ſaxa tria ignita in mare à Phocenſib. proiecta ſcripſerint. quorum & Macedonium in Epigrammate ſuo lib. VII veſtigijs putauêre inſiſtere, ſic minurrientem.

ὤμοσα τὴν δυσέρωτα κόρην, τρισὶν ὤμοσα πέτραις,
μή ποτε μειλιχίοις ὄμμασιν ἐσιδέειν.

Dura puella tibi iuraui, triplice ſaxo
Iuraui, placido haud lumine te adſpiciam.

B *Poſtmodo*---Sed melius in ſcholio ſuo Græcus ille quiqui eſt tangit ritum triplici lapide firmandi ſacramentum. In ſcholio illo malè ψηφίσματι pro ψήφισμά τι. Item τήσεται pro κτήσεται.

EAMVS OMNIS EXSECRATA CIVITAS.

OMNIS ciuitas, hæc taliaq; exſecrata, ſiue poſt huiuſmodi exſecrationem, eamus, migremus. Vt Oda II lib. IV. *Non ſemel dicemus Io triumphe, Ciuitas omnis.*

ARVA, BEATA PETAMVS ARVA.

A Settorio, de ſeceſſu in Inſulas Fortunatas cogitante hoc in Aduerſarijs acceprum c. XXI lib. XIV non malè. Quid ſi tamen Iulius Cæſar Octauiani pater in mentem Poëtæ fuit, de

C quo fabella an hiſtoria eſt? quam refert Tzeizes in Heſiodum, agens de beatorum inſulis quæ in Oceano Britannico. τὸν δὲ, inquit, καὶ Γάϊον Ἰούλιον Καίσαρα εὐτυχέστατον ὄντα ἐν πολλοῖς καὶ τοῦ ὠκεανοῦ εὔρου τυχόντα διαπεραιωθῆναι φησὶ τριήρει μιᾷ, καὶ ἑκατὸν ἐπιβάταις, ἀρεσθέντα δὲ τῷ λίαν περικαλλεστάτῳ τῆς χώρας, ἐκεῖ θελῆσαι κατοικῆσαι, ἐξωσθῆναι δὲ ὑπὸ τῶν ἐκεῖσε καὶ ἄκοντα. Dico Latinè. *Non nemo etiam perhibet C. Iulium Cæſarem feliciſſimum in pleriſq, omnibus, & Oceani curſu proſpero vſum traieciſſe* in has inſulas *trireme vna, conuectoribus centum. Delectatum vero incredibili pulchritudine regionis, voluiſſe ibi habitare, ſed extruſum ab incolis, etiam inuitum & ingratijs.* Videri nempe vult fabella, delatum eò

D C. Cæſarem expeditione Britannica.

GREX AMICVS.

TENTAVERE aliqui. *Grex amictus.* Infeliciter. Quinctus enim ipſe reſpuit, cum ait, *ad mulctra.* Nam ſi fructus ibi ex capellis, etiam ex ouibus aliquis.

LEVIS CREPANTE LYMPHA PROSILIT PEDE.

HEBRAISMVM eſſe patet literis ſacris vt Regum c. XIIX lib. III φωνὴ τῶν ποδῶν τοῦ ὑετοῦ.

XVII.

IAM IAM EFFICACI.

HIc non tam epodus verſu eſt, quam mate-

A ria & argumento, quales puto aliqui olim & apud Archilochum.

ET VERECVNDVS COLOR RELIQVIT

PROPERT. eleg. IV lib. I.

Ingenuus color, & multis decus artibus--

--Meo & bono periculo ibi corrige. *Ingenuus color & mutis decus artubus*-----*Muti artus* non verborum lenocinio ſed decore ipſo & ſpecie ſe commendantes. Vitruuius Procæmio lib. VII. *Ingenuus color mouetur pudore.* Qualis autem Flacci noſtri, talis & apud Moſchum querimonia in Megara-- τὸ πρὶν δέ τοι οὐκ ἔτ' ἐρευθὸς Σώζετ' ἐπὶ ῥεθέεσσι--

---*Sed nec tibi purpura latis*
Sedet vtante genis.--

B VRGET DIEM NOX, ET DIES NOCTEM.

PHILO περὶ ἀρετῶν. φόβου διαδοχαὶ μεθ' ἡμέραν τε καὶ νύκτα τὴν ψυχὴν ἄνω καὶ κάτω κλινοῦσιν ὡς πρωΐας μὲν ἑσπέραν ἐπιπέρας δὲ ὄρθρον εὔχεσθαι. *Timoris vices interdiu noctuq; mentē ſurſum deorſum agitabūt, ita vt mane veſpera veſpere autem mane optetur*, &c. Imitatus locum ex Deutronomij c. XXIIX. Sic & L. Seneca epiſt. XXIV *Diē nox premit, dies noctem.* Tibull. eleg. IV lib. II.

Nunc & amara dies & noctis amarior vmbra eſt.

QVOD ME MANET STIPENDIVM?

PRETIVM pro pœna. Notaui explicans Odam XXIV lib. III. Præmium item pro pœ-

C na Catull. Epithalamio Pelei.

Talia qui reddis pro dulci præmia vita. Mortem ſc. pro vita. Salluſt. orat. II de Republ. ordin. *Diuerſa præmia bonos malóſque ſequi.* Virgil. Æneide II-- *Et præmia reddant Debita*-----i. pœnas. Recteq; ibi Seruius. *Præmia in bonis vel in malis dici.* Stipendium autem præmium ſiue pretium eſt militare. Sic ergo & ſtipendium pro pœna militis vt D. Paulli ad Romanos c. VI. τὰ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος *Stipendia peccati mors*, Id eſt, Pœna. Vt & nunc Horatius ipſe *ſtipendium* explica: pœnam. *Iuſſas cum fide pœnas luam.* Sic meliùs quam eſt in Aduerſarijs Stipendium *militia, ærumna, labor.* c. XXVII lib. XXX.

TV PVDICA TV PROBA.

D VT Catull. in Mœcham.

Pudica & proba, redde codicillos.

TVVSQ. VENTER PARTVMEIVS.

PARTVMEIVS vt *ſubmeius*, ex quo *ſubmeiulus* apud Marcell. Empit. c. XXVI.

ET ESQVILINI PONTIFEX VENEFICI.

IVRISDICTIONEM tibi quaſi Pontifex vindicans in veneficos, vt Rudente Sc. XXIX. *Tun' meo pontifex periurio es?* Pontificis tibi adrogas iuriſdictionem, & in periurium meum anquiris quaſi pontifex? Anquiſitio Pontificis de periurio, vt nempe ſacramento ſiue pecunia à litigatoribus depoſita in ſacro, is multaretur quem pronunciaſſet peieraſſe pontifex. Sic ergo & de veneficijs & carminibus magicis, anquirere, & ad Senatum referre, partes Pontificis: animad-

uertere

uertere autem officium Senatus. Periuria & ueneficia religionem & ceremonias tangunt. Eiuſmodi ergo lites pontificiæ. Pontifices enim δικάζουσι τὰς ἱερὰς δίκας ἁπάσας ἰδιώταις τε καὶ ἄρχουσι &c. *Diſceptant lites omnes de rebus ſacris, ſiue priuatorum lites illæ ſiue magiſtratuum.* Dionyſ. lib. II.

VECTABOR HVMERIS TVNC EGO INIMICVS EQVES.

VT de paupertate Theognis--τί ἐμοῖσι χαθημένη ὤμοις, &c.--*Humeris quid tu incubas noſtris.* Vectabor inquit Grat̄idia. Vectatio enim humeris doſſóve pœna faſtidij & ſuperbiæ, vt Aſinaria Sc. x.

Ne iſtuc nequicquam dixeris in me tam indignum dictum.

Vehes pol hodie me--Et mox--

Sic iſti ſolent ſuperbi ſubdomari.

MEÆQVE TERRA CEDET INSOLENTIÆ.

VIDELICET tanquam Deæ ſiue numini. Dijs veſtigium facientibus terra cedit, impar ſcilicet ponderi diuinitatis. Ouid. IV. Fabular. de Iunone terram premente.

--*Sacroq; á corpore preſſum*

Ingemuit limen. Et lib. I. Nequitiæ, de Baccho.

Deſilit, impoſito ceßit arena pedi. Sic Iliade v eſt de Minerua currum Diomedis inſcendente.

AN QVÆ MOVERE CEREAS IMAGINES.

QVIBVS cum cruciatu necentur homines vt Sat. IIX lib. I. Ouid. Epiſt. Hypſipylæ.

Deuouet abſentes, ſimulacráq; cerea fingit,

Et miſerum tenues in iecur vrget acus. Eiuſmodi cereæ imagines ad necem & cruciatum. *Hoc vitam inſontium magicis artibus labefactare.* l. VI C. de malef. & mathemat. Vbi Accurſius id fieri, pingendo imaginem ceræ. Corrige bono periculo. *Pungendo imaginem ceræ,* &c. Non pingebantur ſed pungebantur cereæ illæ imagines, vt Ouid. loco anted. *Et miſerum tenues in iecur vrget acus.* De huiuſmodi venefica imagine Nicetas in Manuele Comneno fine lib. VI narrans de Aarone quodam venefico. Ἁλίσκεται μαγείαις προσανέχων, καὶ προύκειτο χελώνης ἔκφορον μίμημα, εἶδον στέρον τῆς χέλυος ἀνθρωπόμορφον ἔχασμα πεπεδημένον ἄμφω τὼ πόδε, καὶ τὸ στέρνον ἐληλαμένον ἥλῳ διαμπερές. *Deprehenſus eſt magicis ſtudere, & prolata effigies quadam expreſſa teſtudinis, intraq; tectum illius teſtudinis ſpecie humana imago, vincta pede vtroq; pectúſque clauo transfixa,* &c. Εἶδον στέρον errore librarij pro εἶδον στέγους.

Aliæ imagines ceræ ad amorem vt Theocriti Idyll. II.

ὡς τοῦτον τὸν κηρὸν ἐγὼ σὺν δαίμονι τάκω.

Hanc vt ego ceram flamis liquefacio, fauente

Numine,--*Hanc ceram*, accipe imaginem Delphidis ceream. Ex Theocrito Maro Ecloga IIX.

Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit

Vno eodémq; igni, &c.--

A *Limus*, imago lutea, *cera*, imago cerea.

Imagines necinas pungere & transfigere ſoliti: amatorias vincire tribus licijs verſicolorijs antequàm liquefacerent, quaſi nectentes ſcil. animum & obligantes amore. Maro Ecloga eadẽ.

Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore

Licia circumdo: terq; hæc altaria circum

Effigiem duco.

Valerius quoque in Ciri.

Térq; nouena legat, triplici diſtincta colore

Fila.--Et Nemeſianus Ecloga IV

Hæc eadem nobis, quæ verſicoloria fila

Et mille ignotas Mycale circumtulit artes.

Poſterioris modi imaginum opifices Ioannes Sariſberienſis c. XI lib. I. Vultricolos nominari ait,

B ſiue vt alij legunt Vultiuolos. *Vultiuoli*, inquit, *ſunt qui adfectus hominum immutandos in molliori materia, cera forte vel limo, eorum quos peruertere nituntur effigies exprimunt,* &c. Meliùs forte. *Multiuoli*, quaſi cogentes multa, ſiue modo hoc modo illud velle, modo amare, modo odiſſe. Vt apud Fabium ſiue quiqui eſt. Declam. XIV de meretrice venefica, quæ pauperi amatoriam potionem dedit. *Si mehercle*, inquit, *repente nobis contingerent opes, iterum nos in ſui caritatem alia potione reuocaret*, &c.

DESIDERÍQ. TEMPERARE POCVLVM.

ΦΊλτρον, cui contrarium μίσητρον ſiue *odij poculum.* Origenes lib. VII Contra Celſum. Καὶ ἐκ τῶν καλουμένων δαίμονας ἐπὶ τοῖς ὀνομαζο-

C μένοις φίλτροις ἢ μισήτροις. *Ex his qui dæmones inuocant, ad ea quæ dicuntur philtra aut miſetra*, id eſt, amoris aut odij potiones. Et Declam. illa XIV. *Meretrix amatori ſuo pauperi dedit odij potionem.* Multum fruſtra illi qui negauére odij potiones ſiue μίσητρα fuiſſe, & illa de odij potione à Fabio ſiue quiqui eſt, fingi ſcholaſticè. Refellit hoc & Origenes vt dixi, & hiſtoria. Nam & herbæ nominantur quarum vſus in miſetris ſiue odij poculis, vt herba Promethea. Propert. eleg. XII lib. I.

Inuidiæ fuimus. Num me Deus obruit? an quæ

Lecta Prometheis diuidit herba iugis?

Et clamator ille quem dixi Declam. XIV in poculum odij congeſtum eſſe *omnium animalium furorem omnium ſerpentium rabiem.* Innuere videtur vt in philtro hippomanes: ſic in miſetro fel animalium

D miſceri.

PLOREM ARTIS IN TE NIHIL HABENTIS EXITVM?

BENE ſic in membranis & libris editionis antiquæ. Plauſtra tamen verborum effudêre aliqui, aliam quærentes lectionem. Planè quidem effudêre illi, inutiliter ſcilicet. Omnis heſitatio illa nata ex non perſpecta vi verbi *habere* Attica. Ἔχειν Atticis eſt *valere & poſſe.* Vt ἐξ οἵων ἔχω id eſt, quibus potero. Vt in formula. *Quibus ſitum poteroq;*. Et in literis ſacris vt Ioannis c. XIV Καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδέν *Et in me nõ habet quicquã*, id eſt poteſt. Sic ἔχω εἰπεῖν Habeo dicere. i. poſſum. Alia ſexcenta. Sic itaq; Plorem exitum artis in te nihil habentis? exitum artis quæ nihil cõtra te potuit? Exitum artis meæ irritum?

Digitized by Google

AD Q. HORATII FLACCI
CARMEN SÆCVLARE.

PHOEBE SILVARVMQ. POTENS DIANA:

VIAM ſtraui ad huius carminis intelligentiam notis in Odam XXI lib. I. Apollinem autem & Dianam carmine ſæculari ante alios inuocauêre, quoniam hi auctores Imperij Romani, vt infra. *Roma ſi veſtrum eſt opus*, &c. B

SIBYLLINI VERSVS MONVERE.

PROFERT hos verſus Zoſimus hiſtoriæ nouæ lib. II. Phlegon Trallianus in Mirandis.

VIRGINES LECTAS PVERÓSQ. CASTOS.

EXPLICANT puellas & pueros *patrimos ac matrimos*, quemadmodum & Sibylla ipſa nominauit ἀμφιθαλεῖς apud Zoſimum & Phlegõtem Trallianum. Patrimos ac matrimos Feſtus in *Flaminea* item Zoſimus interpretati, quibus vtérque parens ſuperſtes. Plenior definitio Seruij eſt ad I. Georg. intelligentis patrimos & matrimos *confarreatis*, vt Tacitus loquitur annali VI *parentibus genita*, ſiue patrimos & matrimos ex confarreatione, ſiue matrimonio Flaminis & Flaminiæ. Hi videlicet propriatim patrimi & matrimi. Eoque reſpectans Flaccus Oda VI lib. IV dixit. *Virginum primæ puerique claris patribus orti.*

DII QVIBVS.

QVOS ita recenſet Zoſimus. *Jupiter, Juno, Apollo, Latona, Diana, Parcæ, Lucina, Ceres, Orcus, Proſerpina.*

SEPTEM COLLES.

SIC & noua Roma ἑπτάλοφος. Nicetas in Alexio Manuele Tzetzes hiſtoria CCLXXIIX Chiliad. X.

ALIVSQ. ET IDEM.

ALIVS effectu, *idem* natura. Manilius lib. III–*Seq; ipſe dies alium; relinquit.* Ipſe ſpatio, alium mutatione fortunæ. Et ille quiqui eſt Carmine de Phœnice. D

Ipſa quidem ſed non eadem: quia & ipſa nec ipſa eſt.

ILITHYA LENIS APERIRE.

Προθυραία. *Janitrix vitæ*. Orpheus ſiue Onomacritus Hymno. I.

MATVROS PARTVS.

VT *maturum vterionus* Ouid. II Faſtor. *Et partus matureſcere* VII *nonnunquam, aut vt plerumque* IX *lunæ curſibus*, &c. Cicero II De Nat. Deor.

TVERE MATRES.

VNDE *Iuno Opigena*, Feſtus.

SEV GENITALIS.

ALII, Seu *Genialis*. Non malè. A *geno*, id eſt gigno *Genialis*, & *Genitalis*, vt elementa *genitalia*. Lucretij lib. I. Iidemq; *Geniales Dij*, apud Feſtum, qui peccat *Geniales* dictos putans *à gerendo*, Nam haud dubiè ſunt *à genendo*. *Iuno* itaque *Genialis eſt Iuno Natalis*.

SVPER IVGANDIS FEMINIS.

CVR feminis magis quam viris? Nimirum quia Sc^to^ illo cautum de feminis nominatim, vt quia plures ingenui eſſent quàm ingenuæ, fas eſſet ingenuis, exceptis tamen patricijs, ducere quoque libertinas. Dio lib. LIV ex eoq; Zonaras annali II. Quàm autem patuerit latè illud, *exceptis patritijs*, liquet l. Qui Senator De ritu nupt. l. Senatoris filium. De Senatorib. D. Peccant qui locum illum Dionis trahunt ad legem Iuliam Papiam. Papia enim lata ſeneſcente iam Auguſto anno vrbis IↃCCLXII. Dio lib. LVI. Sctum autem de quo dixi, factum Auguſto iuuene anno IↃCCXXXVI Dio ipſe loco anted. C

LEGE MARITA.

ANTE Sctum ſiue patrum decretum dixit, nunc legem, ſcilicet quia eadẽ de re prius oratio principis in Senatu, poſt deinde sctum, poſtremo lex ad populum. Idem ergo & Sctum de maritandis ordinibus, & lex Iulia de maritandis ordinibus. *Lex* itaque nunc *marita*, lex maritalis, ſi Porphyrio, fides. Sic Plauti Epid. Sc. Pleriq; *Pecunia marita*, pro *pecunia maritalis*. Sic enim legit Porphyrio. Sed alij *pecunia maritata* legunt, meliùs ad Plauti ſenſum & numerũ. Sic enim Plautus agit, quaſi duplex pecunia, cœlebs & maritata. Maritata quæ adiuncta vxori ſiue maritæ, vt *maritata vitis* vlmo adiuncta. Magis itaque eſt vt Horatius dixerit *legem maritam* figuratè, pro efficiente maritos. Vt ſi legem Iuliam de pudicitia, dixeris *legem pudicam*, pro efficiente pudicos. Maritam tamen pro maritali vſurpari paret. Propert. eleg. III lib. IV vbi *marita fides*, fides maritalis.

Peccant autem qui legem maritam accipiunt Papiam Poppæam, hæc enim lata poſteriùs carmine ſæculari annis XXVI. Iulia verò maritalis lata

lata eo ipſo anno quo & ludi ſub Auguſto ſæcu- A lates. Anno IↃCCXXXVI.

CERTVS VNOENOS.

BENS' ita eſſe, patet oraculo Sibyllæ ipſo, & auctoritate Cenſotini c. v de die natali,& fide hiſtotiæ.

ORBIS ET CANTVS REPERATQ. LVOOS.

PRIMVM ſacra fiebant, deinde carmen ſæculare canebatur, poſtremo ludi, idq; trina vice, Zoſimus lib. II hiſtor. nouæ.

TOTTOEMQ. ORATA NOCTE FREQVENTES.

VARRO apud Cenſorin. de die natali c. v Feſtus in *Sæculares ludi*. Zoſimus loco ptædicto. B

VOSQVE V'RACES CECINISSE.

VERACES ad canendum. Catull. Epith. Pelei.

Veridicos Parcæ cœperunt edere cantus.

QVOD SEMEL DICTVM EST.

FATVM. Nam quod Iupiter fatur id fatum eſt ſiue dictum, & quidem *ſemel dictum eſt*, id eſt ſine mutatione ſiue οὐ παλιναγρέτως vt Iliad. I. Tullius Cæſariana III. *Cum facile exorare Cæſar, tum ſemel exorari ſoles.* *Semel* id eſt, ita vt non mutes factum Ouid.----*Nulla reparabilis arte*

Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel. Sic & Græcè ἅπαξ dixêre vt Æſchines, epiſt. euius pricipium Σὺ μὲν, &c.

STAEILISQ. RERVM TERMINVS SERVET. C

MELIVS Seruius in Eclogam IV--*Stabiliſque rerum terminus heret*, vt Mato Æneide IV.

Et ſi fata Jouis poſcunt, hic terminus heret. Sic Horatius nune iam, *quod ſemel dictum eſt*, ſiue fatum, & *terminum herentem* iunxit. Quod Iupiter fatur, hoc fatum eſt, & terminus herens ſiue ſtabilis. Parcæ deinde fatum illud & terminum herentem, à Ioue ſcil. acceptum canunt, ſiue in notitiam hominum proferunt. Imperitis corrũpendi loci oceaſio fuit, metus ille quo veriti ne verſus non ſtaret, ita vt perſcriptus Flacci manu erat. *Terminus heret*, inſcientes miſelli ſpiritu ſequente longati antecedentem bteuem, vt Tibulli eleg. I lib. II. *Dux pecorũ hircus*. Et eleg. IV--*Infamis hic Deus eſſet amor.* Æneid. I. *Terga fatigamus haſta* Ecloga IX. *Seu mollis viola, ſeu languentis hyacinthi.* De more hoc Poëtico Soſipater lib. I. Seruius In Donatum. Ratio patet Priſciani e. III lib. t. Nempe aſpirationem eſſe digamma Æolicum, & pro litera conſonante accipi. D

FERTILIS FRVGVM.

FAMEM deprecatur.

SPICEA OONET CEREREM CORONA.

OVIO. lib. X *Primitias frugũ dant ſpicea ſerta ſuarũ.* Hinc Ceres inducirur cũ ſpicea corona, ſiue *ſpiſicera*, vt Tibulli eleg. I lib. I eleg. I lib. II. Ouid. IV Faſtor. Propert. eleg. II lib. IV. Sic Ceres σταχυοστέφανος in Epigrammate.

A Ἐκρέμασεν Δηοῖ τῇ σταχυοστεφάνῳ. Et Manilio *Spiſicera Ceres* lib. II Et Cæſiu Baſſo in Aratum.

ET AQVÆ SALVERES.

PESTEM deptecatut.

ET IOVIS AVRÆ.

NAM peſtis à cottupto aëte primùm, deinde & aqua. Lucret. lib. VI. Mato III Georg. Salluſtius apud Seruium ad locum illum Virgilij, Lucanus, itemalij.

CONOITO MITIS.

PROPERT & interpretatur Seruius ad verſum illum Æneid. III. *Corrupto cæli tractu*--

--Tettiam vetò nuuc cauſam peſtis adfert. Nempe tres ad ſummam cauſæ. Aët, aqua, Sol.

B SVPPLICES AVOI PVEROS APOLLO.

DIXIT principio Phœbe, nune Apollo, titu videlicet carminis ſæcularis antiqui vbi modo *Sol*, modo *Apollo*. Pomponius apud Feſtũ in *Solem. Eundem modo Solem modo Apollinem vocari ait. Tu es Apollo, vt in carmine Sæculari.*

SIOERVM REGINA.

SIC Luna *mater ſiderum* Apuleij lib. XI.

AVDI LVNA PVELLAS.

SEORSIM pueri Apollinem, puellæ Lunam voeant. Duo cnim chori vnus puerorum, altet puellarum in Carmine ſæculari. Atque ita fieri Sibylla præcipit apud Zoſimum & Phlegonta.

C ---χωρὶς δὲ κόραι χορὸν αὐταὶ ἔχοιεν
Καὶ χωρὶς παίδων ἄρσην στάχυς---
--*ſeorſimq; choros agitate puellæ*

Et ſeorſim ſpica pueri cantate virili. Pueris nempe conueniens Sol ſiue Apollo. *Nam Solis maſculum ſidus.* Plinius e. C. lib. II. *Lunæ femineũ & molle ſidus*, Idem c. CI lib. II. *Vt & Lunæ lucẽ femineam* dixit Apuleius, lib. XI. L. Spartianus in Caracalla.

ROMA SI VESTRVM EST OPVS.

APOLLO & Luna opifices Romæ quia otaculis eorum Æneas ductus in Italiam Virgil. Æneide VI.

ILLIÆ TVRMÆ.

ÆNESI ſiue *comites Æneæ*, Feſtus. Iliæ autem pro Ilienſes, vt *Ilia Manes*. Propett. eleg. XI lib. III.

D PER ARDENTEM SINE FRAVOE TROIAM.

AN *Troiam ſine fraude* id eſt, ſine damno *ardentem*, quia profuit ei petite? an *ſine fraude partis iuſſa mutare lares*. i. ſine damno, quia peruenit ad meliores? An ſine fraude & damno Æneæ, qui non læſus incendio? An vt Seruius explicat in I Æneid. *ſine proditione*? Priores interpretationes magis faciunt. Sequitut enim, *Daturus plura relictis*.

QVIQ. VOS EVBVS.

DEPRECATVR bellorum offenſiones.

IACENTEM LENIS IN HOSTEM.

CVIVSMODI tritiſſimum illud Æneide A vi. *Parcere ſubiectis*, &c.

ALBANAS SECVRES.

VT Propertij eleg. vi lib. iv. Octauianus, *mundi ſeruator ab Alba*.

TIMET.

REFER in Legationem Parthorum ad Auguſtum, de qua Geographus lib. vi. Dio lib. LIV. Sueton. Auguſti c. XXI. Paullus Oroſ. c. XXI lib. IV.

IAM SCYTHÆ.

ETIAM Scytharum Legatio ad Aug. Sueton. Auguſti c. XXI Horat. Oda XIV lib. IV.

ET INDI.

SIC & Indorum Legatio ad Auguſtum. Dio lib. LIV. Propert. eleg. VII lib. II. Geographus lib. XV Seruius ad Æneid. I. Sueton. Item B alij.

IAM FIDES.

AVREVM ſæculum fluere nunc ſub Auguſto.

BEATA PLENO COPIA CORNV.

COPIA Dea miniſtra Fortunæ L. Lactant. ad Thebaidem IV.

FVLGENTE ARCV.

VEL ſplendente, vel certo & feriente. Fulgere priſco ſignificatu ferire L. Seneca Natural. Quæſt. c. LVI lib. II. Feſtus.

SI ÆQVVS VIDET PALATINAS ARCES.

QVONIAM æquus videt, &c. Signanter C autem Palatinas arces hoc hymno dixit. Tertio enim ludorum ſæcularium die hic hymnus cantatus. Eoq; die canebatur hymnus ſæcularis in æde Apollinis Palatini Zoſimus lib. II.

ALTERVM IN LVSTRVM.

LVSTRVM, hoc verſu accepêre tempus quinquennij. Horatius accipi voluit alterum ſæculum. Ludis ſæcularibus fieri ſolita luſtratio, quam Zoſimus pingit lib. eodem. *Magnum* itaq; hoc *luſtrum* de quo nunc Flaccus. Item Valer. Martial. epigr. I lib. IV.

Hic colat ingenti redeuntia ſæcula luſtro.

MELIVSQ. SEMPER PROROGET ÆVVM.

VT in ſollenni formula cõdendi luſtri, cum rogarentur Dij *vt populi Rom. res meliores ampliore ſq; facerent* L. Valerius c. II lib. IV. Valerij locum tangit Claudius Iulianus Cos. in epiſtola ad Imperatores Pupienum & Balbinum apud Iul. Capitolinum in Maximo & Balbino.

Æuum autem Flaccus nunc ſæculum intelligi vult, vt Græcis ἀιὼν ſæculum Euſtath. ad Iliad. IV Iſidor. c. XXXIIX lib. V.

XV PRECES VIRORVM.

QVINDECIM-virorum ſiue Sibyllinorum ſacerdotum ſiue Sibylliſtarum preces accipe fieri ſolitas cum adirentur libri Sibyllini. Adibautur verò cum aliâs, tum & ludorum ſæcularium cauſa. Vnde illud principio huiuſce hymni.

Quo Sibyllini monuêre verſus.

Papinius Sylua III lib. IV.

Nec iam putribus euoluta chartis
Sollenni prece quindecim virorum,
Perluſtra mea dicta.--

HÆC IOVEM SENTIRE.

HÆC Iouem velle, ſiue hæc impetrata eſſe, vt Philipp. IX. *Senſiſſe maiores noſtros*, id eſt, voluiſſe.

AD Q. HORATII FLACCI
SATYRARVM LIB. I. QVOTIDIANA ET EMENDATÆ LECTIONES
Theodori Marcilij.

TITVLI cauſam & rationem expedire libri commentarij debent, quos equidem neqoe promiſi, neque promitto, ſtrictim tantum ζητήματα ponere aliqoa, & Flacco lucem dare volui, locis pleriſq; vbi crepuſculum hactenus centurijs interpretum, aut & nox intempeſta fuit, tamen quia & in operis huius titulo plerìq; omnes quaſi olim canthetius in porta impegêre, bonom factum putaui, non pati lectorem meum fruſtra eſſe cum multis.

Inſcipſêre aliqui opus hoc *Sermonum ſiue Satyrarum*. Inſcitè. Nam *Sermo* generalius nomen eſt quam Satyræ, Sermorum Q. Horatij genera duo, Satyræ & Epiſtolæ. Satyras ſuas & epiſtolas Quinctus noſter nominitare ſermones voluit, denuntians non tam poëmata illa eſſe quàm ſermones ſiue λόγους. In odis ſuis Horatius poëta eſt: in Satyris & epiſtolis ſermocinator. In Satyris lectori, in epiſtolis autem amicis ſuis ſermones ſerit. Ergo & in Sermonibus ſuis negat ſe Poëtam eſſe Sat. IV lib. I.

Dixeris ſermones ſoluta ſiue proſa oratione conſtant, Horatij autem Satyræ & epiſtolæ verſibus. Scire oportet, nihilominus rectè Sermones vocari. Nam verſus non facit poëma ſed imitatio, vt diſſerit ingenioſe Ariſtoteles cap. I & ſequentibus lib. de Poët. Satyræ itaque & epiſtolæ Horatij, ſermones ſunt ſcripti verſu: non autem Poëmata. Neqoe diſſimulat Quinctus ipſe. Satyras enim ſuas & epiſtolas *Muſam pedeſtrem* vocat Sat. VI lib. II. Muſa nempe illa, quia verſus canit: pedeſtris autem quia ſermones cantat non Poëmata. Pedeſtris itaq; Muſa in Satyris & epiſtolis facta comparatione cum Odarum libris. In his nempe & verſus & Poëſis. Itaque & dentidem ſe in Odis gloriatur Poëtam eſſe, vt Oda I. XXVI. XXXI. lib. I. Oda III & VI. lib. IV.

Inter Odas & Sermones quaſi medij ſunt epo- A di, ſimilitudine aliqua & odarum & ſermonum. Habent enim aliquid ſpiritus poëtici, quo ſermones carent.

Bene itaq; trimembris operũ partitio eſt, Ode, Epodi, Sermones. Carmen ſæculare oda eſt, ars poëtica epiſtola eſt. Grammatici nõ partiti ſunt, ſed diſcerpſêre. Horatius numerum ternariũ qui Gratiarum eſt quæſiſſe videtur, literiones ſenarium fecêre, quos tamen & Sidonios ſequitur, quàm ſcienter ipſe viderit. Etenim carmine ad Felicem ita recenſet.

Non quod per Satyras epiſtolarum
Sermonumq; ſales, nouumq; epodon
Libros carminis, ac Poeticam artem,
Phœbi laudibus & vaga Diana
B *Conſcriptis voluit ſonare Flaccus.* Quinquepartita facit Horatij opera. *Satyras, ſermones, Epodos, Odas, Artem Poeticam, Carmen ſæculare.*

Cur autem ita obſecro Sidonius---*epiſtolarum Sermonumq; ſales?* Anne tres illæ Sidonio partes. Satyræ, epiſtolæ, Sermones? Aliod voluit Phœbus ille. Nempe Flaccum & in epiſtolis ſuis Satyricum eſſe neque tamen ita vt epiſtolæ ſint Satyræ; & in Sermonibus ſiue Satyris ſalſum eſſe. Benè hoc comes Sidonius. Sed de fece haorit cum Sermonum nomen ad Satyras tanquam propriũ adſtringit. Nam, vt oſtendi, commune eſt. At benè *Sermonum ſales* dixit. Nam ſalſus videri, &
C vrbanitatem oſtentare Poëta voluit Sermonum nomine ipſo. Sermones, dicta ſunt ſiue dicteria, ſiue ſales. Vt Plauti Curcul. Sc. III *Sermonem ſerere* eſt, dicta dicere. Et in verſibus Cæcilij Plotio apud A. Gellium c. XXIII lib. II. Sic Varro apud Marcellum in *Poſcere*, *Plautum in ſermonibus excellere*, id eſt, *iocis & dictis*. Non ſat expeditè in Aduerſarijs eſt c. XX lib. XI. Eclogarum autem qua non indelectati aliqui, inſcriptio, purum putũ Grammaticæ plebis commentum eſt, nihilq; ad ſenſum, & acumen Horatij. Porphyrio qoidem etiã odas epodóſq; Eclogas vocat, vt Epodo VI *In hac*, inquit, *ecloga*, &c.

Google

Sat. I.

O FORTVNATI.

HIMERIVS Sophiſtes Prooemio de procraſtinatione, ὁ πλωτὴρ μακαρίζει γήπονον, καὶ τὸν ναυτίλον ἀρότης ηγεῖται πάλιν ἐυδαίμονα. Ταῦτα πάντα τοῦ κόσμου παίγνια. *Nauta prædicat beatum agricolam, arator contra felicem ait nautam. Hæc omnia nihil aliud quàm ludi & deliciæ ſæculi*, &c. Copioſeque diſſerit hunc ſenſum Maximus Tyrius Sermone v.

CITA MORS AVT VICTORIA LÆTA.

VT in vetere veriuerbio, & quaſi lege præliari. Μένοντα ἢ ἀποθανεῖν, ἢ νικᾷν. Manentem aut emori aut vincere. Minus recte in Adagiis ἢ μένοντα ἀποθανεῖν, &c. Oppoſiti nempe μένειν & φεύγειν. Manens & fugiens. Manens aut moritur, aut vincit, fugiens nec moritur, nec vincit. B

SI QVIS DEVS.

HÆc pæne verbatim Tyrius ille Serm. v. Diceres ei lectum Horatium. Καὶ εἴ τις, inquit, θεῶν ὥσπερ ἐν δράματι ὑποκριτὰς, ἀποδύσας ἕκαστον τοῦ παρόντος βίου καὶ σχήματος, μεταμφιέσοι τὸν τοῦ πλησίον, αὖθις αὖ οἱ αὐτοὶ ἐκεῖνοι ποθήσουσι μὲν τὰ πρότερα, ὀδύροιντο δὲ τὰ παρόντα. *At ſi quis Deorum quaſi hiſtriones fabula, quemque illorum exſuens ſua condicione vitæ & ornamentis, induat alienis, rurſus illi ipſi deſiderent vitam priorem, & præſentem deplorent.* C

OLIM DANT CRVSTVLA BLANDI DOCTORES.

VT *conſolari cruſtulo pueros*, apud L. Senecam epiſt. lc. Et apud Flauium Vopiſcū in Tacito. *Pueros, dulcibus & circulis inuitare.* Circulos accipe ſpiras dulciarii operis, Spirulas dixit Arnobius lib. II. De his ſpiris M. Cato c. LXXVII. de re ruſt. vbi quod eſt. *Inde tanquam reſtim tractes facito*, eſſe debet. *Inde tanquam reſtim tractas facito*, &c. *Tractas* intellige vt e. anted. *tracta*, Putauère critici *tractas* non dici, ſed tantùm *tracta*. Hinc exſcalpſere illud ineptum, *tractes facito*. Et quidē pol ſæpiculè illi hac inſcitia peccauère, vt & c. ſequente. *Scriblitam ſic facito. In balteo tractes caſeo, ad eundem modum facito, vti placentam ſine melle.* Voluit Cato. *In balteo tractas caſeo ad eundem modum facito*, &c. D

Sic *tracta lanea*. Varro apud Marcellum in *Tractim. Vt Venalem tuniculam poneret quotidie, vt videret, totum denique et iam ſuis manibus lanea tracta miniſtraſſet inſectori*, &c. Corrigunt, *vt vieret torum*. Meliùs, *vt videret torum*, id eſt proſpexerit, curarit. Vt Cicero epiſt. I lib. v ad Attic. *vt prandium nobis videret*, &c. & epiſt. XIV lib. penult. *Talaria videamus* Gloſſæ *Tractia* ἑλκύσματα, μηρύματα.

Qui neſciuère quid apud Vopiſcum circuli, dicent, opinor, differre circulum & ſpiram. Eſto differunt ſed Geometricè, populariter non item. A Ergo & Ouid. III. Fabular.--

--Immenſum ſpiris facientibus orbem.

PERFIDVS HIC CAVPO.

ETIAM de copiariis intelligi poſſe cenſent Aduerſaria c. III lib. XII. Ego non cenſeo. Nam artes Flaccus recenſere voluit quæſtuarias ſiue πορισμικάς. Einſmodi non eſt copiaria. Neque ars illa, ſed munus & miniſterium. Itaque Horatius Sat. v ſequente dixit--*Et Parochi quæ debent ligna ſalemque*. Et Acro ibi *publicos miniſtros* nominat. Et Marcellus Parochos, inquit, *officii genus eſſe*. Et l. vlt. §. Hi quoq. D. de muneribus & honorib. eſt, *Xenoparochos muneribus perſonalib. adſtringi*. Nec vero quemadmodum Aduerſaria poſuère Copiarii lucri ſui cauſa principes aut magiſtratus ſectari ſoliti. Lixæ lucripetæ ſunt: copiarii adſtricti muneri & officio ſuo.

HAVD IGNARA AC NON INCAVTA FVTVRI.

SIc formicæ *hiemis memores*. Virgil. Æneide v.

QVÆSITIS SAPIENS.

VTRVM meliùs *Quæſitis patiens*, vt Acro legit, & interpretatur *contenta*. An *Quæſitis ſapiens* vt legit Porphyrio, & intelligi vult, ſapientem quia tempori quæſiit? Pro *ſapiente dici* poteſt quod etiam Heſiodo formica eſt, ἴδρις hoc eſt vt interpretatur Tzetzes ἔμπειρος ſiue *perita*. Sed haud dubiè à Quincti noſtri manu eſt, *patiens*. Teſtis locuples in cauſa ſua ipſe ſibi Dixie enim, *Non vſquam prorepit*. Continet ſe in ſobterraneo ſuo regno ſiue mandra, & patiens ſine contenta ſiue αὐταρκὴς vtitur antequæſitis, nec curat alia quærere. Bonum factum, extrito ſapientis nomine, quod inſipienter, & Poëta inuitiſſimo hic ſedem poſuit, libris omnibus reponere. *Ante quæſitis patiens.*

QVEM SI COMMINVAS.

VT Sat. II lib. II. *In ſingula quem minuas pulmentaria neceſſe eſt*, &c.

AT NI ID FIT.

DILEMMATE arguit auaros, & theſauri defoſſores. Fruſtra, inquit, theſauros miramini. Nam ſi vtimini iam deſinit eſſe theſaurus: ſi non vtimini inutilis eſt. Et vrbane dixit, *Nihil habet præclari*, ἀμφίλογως. Nam intelligi poteſt. Nihil habet vtilitatis, ant, non ſplendet, vt Oda II lib. II. Theſauri nempe defoſſi ſplendor obſoleſcit.

RETICVLVM PANIS.

VT *annona retica* D. Auguſtin. c. XIII lib XIIX de ciuit. Dei. *Annonam*, inquit, *inter alia tormenta baiulaſſe militibus quæ dicitur retica, quoniam ad vectia deportatur*, &c. Sic Ariſtoph. Acarnan. κρόμμυα ἐν δικτύοις *Cæpa in reticulis*.

CVMARIS NOSTRIS TVA GRANARIA.

RECTE' oppoſita *cumeris*, *granaria*. Granaria diuitum, cumeræ tenuiorum. Granaria priuata: cumeræ publicæ. Diuitibus nempe ſuū cuique granarium: popello autem cumeræ in hor-

teis

teis publicis, ſiue cumeræ in horreis publicis, ad A cuſtodiam frumenti popularis ſiue diſtribuendi popello. Sic Feſtus capiendus in *Cumerum*, vbi ait, *cumerarum, quæ fiunt palmea vel ſpartea, ad vſum popularem*, &c. Fruſtra in Aduerſar. c. XIII lib. V Cumeras intellêre κωφίλας, quæ pauperibus domi.

A popularibus illis cumeris tractum puto vt qui vrbani eſſent cumeri dicerentur. Iſidor. in Gloſſis. *Cumerus, vrbanus*. Nempe quod vrbani ſiue pagani, non autem milites victitarent diſtributione frumenti de popularibus illis cumeris, ſiue frumenti cumerarij. Militum enim horrea & cumeræ in prouincijs. Frumenta vero ſic in cumeris horreorum propriè condita, vt *vetera condita* ſc. frumenta l. I. C. Theod. De condit. in pu- B bl. horr. Latiùs tamen quoq; ſubinde accepta vox *conditorum*, vt apud Iul. Capitoliu. in Gordiano iuniore.

PLENIOR VT SI QVOS DELECTET COPIA IVSTO.

ET ſono & ſenſu melior lectio io Aduerſarijs c. XXIII lib. XI. *Plenior vt ſi quos delectet Copia cornu.*

IVBEAS MISERVM ESSE LIBENTER.

Ἀκολούθως fuiſſet--- *Iubeas miſeram eſſe libenter. Miſeram* videlicet, *bonam* illam *partem* hominum quæ, *Nil ſatis eſt, inquit*. Sed Poeta vertit filum orationis vt ſi hominem dixiſſet, non *partem hominum*. Sic paullo ante. *Non tuus hoc capiet* C *venter plus*, vt ſi dixiſſet, centies non autem *millia centum*. Sic Oda XXXVII lib. I. Epodo V. Denique paſſiuitas, vt dixêre aliqui, ſiue ἠχαιότης hæc noſtro ſiue Poëtæ ſiue ſermocinatori eſt, Sententiam autem huiuſce loci Aduerſaria non expreſſere c. III lib. XII. Explicant. Iubeas illum *libenter iucundéq; ferre*. Poëta voluit, Tu quiqui es, libenter, ſiue lubens ac volens, iube miſerum eſſe, ſiue patere miſerum eſſe. Siue ne velis obſtare quin ſit miſer. Dicito. Per me eſto miſer. Siue me libente eſto miſer vt ad Piſones---*Sit ius liceátque perire poëtis*

Inuitum qui ſeruat idem facit occidenti. Et epiſt. XVII---*Reſer, & ſine viuat ineptus*. Sic itaque accipe, *iubeas libenter*, non autem, *libenter miſerum* D *eſſe*.

SACCIS INDORMIS INHIANS.

APVLEIVS Mileſijs lib. IV. *Pannoſus & ſordidus aureos folles incubabat*. Et Lucilij auarus apud Marcellum. *Cum bulga cœnat, dormit, lauit*.---Et Calomodius collybiſta apud Nicetam in Alexio Comneno lib. III. Ἀμέλει καὶ συγκαθεύδων τῷ φασκολίῳ.

LECTO TE ADFLIXIT.

MEMBRANÆ vt plurimùm. *Lecto te adfixit*. Vtrumq; probabile. Sed magis diuturnitas morbi exprimitur adfigendi verbo. Qui adfligitur mox & reſurgere poteſt: qui adfigitur manet.

AT SI COGNATOS.

A MELIVS. *Et ſi cognatos*. Nec enim ἐναντίωσις aliqua hic: ſed ἀπὸ κοινοῦ eſt. Et miraris ſi cognatos retinere velis amicos tibi & beniuolentes, &c. operam perdas, æquè, ac ſi quis aſellum, &c. Ergo & interrogatoriè meliùs, *parentem currere frenis*? Forte an autem & Flacci manus fuit.---*patientem currere frenis*?

DIVES VT METIRETVR NVMMOS.

PETRONIVS, vxor Trimalcionis *Fortunata, quæ nummos modio metitur*. Et apud Suidam Μεδίμνῳ τ' ἀργύριον ἀπομετρεῖν. Poſt illa autem Petronij verba ſequitur. *Nunc nec quid, nec quare in cœlum abijt, & Trimalcionis tapanta eſt*, &c. Voluit Petronius. *Nunc nec ſcit*, &c. Huic, *nec ſcit*, oppoſuit, *& ta panta eſt* vt ſi diceret *nec ſcit*, & ta- B men, &c.

CEDAT, VTI CONVIVA SATVR.

L. Seneca epiſt. LXI. *Vixi Lucili cariſſime quantum ſatis erat: mortem plenus exſpecto*. Plutarch. conſolatione Apollonij. Ἀλλὰ γὰρ ἐκεῖνος προαπεφοίτησε τοῦ θνητοῦ βίου, καθάπερ ἐκ τινος συμποσίου. *At ille quidem ex mortali hac vita tanquã ex aliquo conuiuio exceſſit*, &c. Atq; ita meliùs quàm ἐκ τοῦ Eleganter apud Stobæum Ariſtoteles Sermone CCLXXI. Ἐκ τοῦ βίου κράτιστόν ἐστιν ἐξελθεῖν, ὡς ἐκ συμποσίου, μήτε διψῶντα, μήτε μεθύοντα. *Ex vita diſcedere optimum eſt, tanquam ex conuiuio, neque ſitientem neque ebrium.*

C

II.

BALATRONES.

GLOSSÆ ἄσωτος *Baratro*. De Ambubaijs autem vetus iam, & plebeia cantio eſt.

QVINAS HIC CAPITI MERCEDES EXSICAT.

INTERPRETATVS V. C. Iacobus Cuiacius obſeru. XIIX lib. XXVII. Membranæ. *Quinas hic capiti mercedes exigit.*

SVB PATRIBVS DVRIS TIRONVM.

CVIVSMODI fraudis magiſter Macedo fenerator. Imperatore Claudio filijsfami- D liarum fenori dans pecunias in mortem patrum. Impune hoc licuit Horatij ſæculo, ſed vetitum Sc^to Macedoniano primùm ſub Claudio, iterum deinde & principe Veſpaſiano Sueton. Veſpaſ. c. IX.

AT IN SE PRO QVÆSTV SVMTVM FACIT.

MELIVS membranæ. *At ipſe*, ipſe nempe qui ſic exclamat. Proleptícè. Exclamat contra feneratores, at ipſe, &c. negans hoc Poëta ſubiungit. *Vix credere*, &c. *Pro quæſtu* autem *ſumtum facere*, vt Patrui Plautinæ Sc. II. *Non poteſt quæſtus conſiſtere ſi eum ſumtus ſuperat ſoror*. Et Catull. epigr. penult. in Mamurram qui poſſidet plurima, ſed *Nequicquam*. Quid ita? *Quia fructus ſumptibus exſuperat.*

HIC VIX CREDERE POSSIS.

IMMO enim culpabilis eſt ille, quem tu quaſi pro quæſtu ſumtus facientẽ laudas. Vix enim credere poſſis quam ſe laboribus, ærumnis; & parſimonia excruciet. Non minus, hercle quàm Terentianus ille *ἑαυτὸν τιμωρούμενος*.

MALTHINVS TVNICIS DEMISSIS AMBVLAT.

MIRI Satyricorũ morſus ſunt, vel Quinctus hic noſter qualis obſecro, qui ne Mecenati quidem dimidio animæ ſuæ parcit? Nam propius intuere, Mæcenatem haud dubiè petie hæc celox, vt rectè Acro & Porphyrio ſuſpicati. Mæcenas mutato hic nomine *Malthinus*. L. Seneca epiſt. cxiv. *Hunc eſſe qui ſolutis tunicis in vrbe ſemper inceſſerit?* Et mox. *Signum à diſcincto petebatur.* B Itẽ. *Comitatus eſt ſpadonibus duo, magis tamẽ viris quã ipſe.* Demiſſæ vero in talos tunicæ, mollitiei nota & deliciarum, vt de ſene luxurioſo apud Senecam Rhetorẽm Controuerſ. vii lib. ii. *Quod vnguento coma madet, quod laxior vſque in pedes tunica demittitur*, &c. Et Q. Fuſius Calenus in Oratione maledica apud Dionem lib. xlvi in oculos impingit Ciceroni *μέχρι τῶν σφυρῶν ἐσθῆτα*, *veſtem vſque in talos demiſſam*. Quod & Plinius notat apud Fabium c. vlt. lib. xi. Et Tullius ipſe Quinctio tribuno pl. pro Cluentio, *vſque in talos demiſſam purpuram obiectat*. Sed propriè quidem tunicarum ad talos demiſſio ſic notata, non autem togæ. Itaque & Fabius c. vlt. lib. xi. *Togam*, inquit, *veteres ad calceos vſque demittebant, vt Græci pallium*. Et C mirari ait notatum hoc à Plinio in Cicerone, *cum hoc amictus genus in ſtatuis eorum quoque qui poſt Ciceronem fuerunt, adpareat*, &c. Ergo & cum in Caracallis Antonini apud Spartianum, notatur & ſutura, & in talos demiſſio, veſtimentum fuiſſe accipe, non pro pænula aut toga, quemadmodum voluère nuperi, ſed pro tunica. Et caſſa illa obſeruatio eſt *μανδύην* ſemper intelligi pænulam. Oſtendere hoc mihi tam in procliui *quàm imber eſt cùm pluit*. Sed notas meas in Quinctum ἐξογκοῦσθαι nolo. Veſtigia itaque mea relegens, dico. *Malthini* nomine Mæcenatem peti. *Malthinus* ille à mollitie. *Maltas* ſcil. molles dixere olim. Marcellus *Maltas*, inquit, *veteres, molles adpellari voluerunt à Græco, quaſi μαλακούς* Lucil. lib. xxvii. D

Inſanum vocat quem maltam & feminam dici videt. Sic literio ille, *maltas* quaſi *μαλακούς*. Verius malthæ δικαίως à maltha illa de qua Iulius Pollux c. xiv lib. x. Plinius c. xxiv lib. xxxvi. Palladius rei ruſticæ c. xvii lib. i. Sic ergo & *Malthinus*, adſpiratè, non vt eſt vulgò, leniter, *Maltinus*. Gloſſæ. *Nebulo.* Μάλθων.

EST QVI.

ALIQVI libri--*Et quis*

Inguen ad obſcœnum ſubductis vſque facetus?

Quemadmodum & in Sateſberienſis Polycratico eſt c. xii lib. iix in veterib. quidem libris, nam editiones nuperæ mutauère. Quæ ſi lectio S. P. Q. C. placet, ἐσχηματισμένον fuerit, quale illud A Virgilij Ecloga iii--*Et quis fuit alter*

Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem?

QVARVM SVBSVTA TALOS TEGIT INSTITA VESTE.

CATVLLVS epith. Pelei---*veſtis*

Candida purpurea talos incinxerat ora. Elegans ſtolæ matronalis deſcriptio. Stola nempe veſtis candida limbo purpureo. Iſq; limbus, inſtita, vt rectè Acro. Et Lactant. ad Thebaidẽ vii *Inſtita*, inquit, *faſciola eſt, quæ imam veſtem ſuo pingit ornatu*. Neque Seruius diſſimiliter ad Æneidẽ ii proferens hunc locum, ſed paullo aliter, *Quarum ſubſtricta talos tegit inſtita veſte*. Quod mihi quidẽ magis ad Quincti noſtri ſaliuam videtur. Etſi enim ſtola ſubſuta eſt, quia inſtita ſubſuitur, ſiue ima parte adſuitur: concinnius tamen eſt, inſtita ſubſtringi ſiue ima parte ſtringi ſtolam.

Quoniam autem faſcia illa purpurea ſiue inſtita, ſtolæ pars inſignis & quaſi oculatior, ſolita quoque accipi ſignificatu ſtolæ ipſius. Ouid i. Nequitiæ.

Quæque tegit medios inſtita longa pedes. Quemadmodum Tibull. eleg. vi lib. i--*Impediat, nec ſtola longa pedes.* Quinctus ipſe mox. *Ad talos ſtola demiſſa. Inſtita longa* id eſt, ſtola. Gloſſæ ἐπενδύτης *Inſtata, Superaria.* Alibi, *Superalia* ἐπενδύτης. Stola itaque matronicia veſtis ſiue mulieris εὐγενοῦς purpurea illa, de qua Daldianus ille ὀνειροκρίτης ſiue *ſomniſolutor* c. lvi lib. i. Liberæ veſtem eſſe candidam, libertinæ nigram, ingenuæ purpuream. Purpuream videlicet candidam cum inſtita purpurea. Neque cum vulgo quaſi totam è purpura acceperis. Daldiani loco illo excidit poſtrema editione ταῖς δὲ μέλαινα, ἀπελευθέραις.

NISI OLENTI IN FORNICE STANTEM.

GLOSSÆ *Fornicaria*, πόρνη. ἀπὸ χαμαὶ ἐπὶ ἵστανται.

INQVIT SENTENTIA DIA CATONIS.

ETIAM dia ſententia Diogenis, apud Plutarch. lib. de inſtitutione pueritiæ. Neq; diſſimile Diogenicum illud narratum à monacho Caſſiano c. v Collat. xiii *Cuidam*, inquit, *in adulterij crimine puniendo vt ferunt, Diogenes ait.* τὸ δωρεὰν πωλούμενον, θανάτῳ μὴ ἀγόραζε. *Quod gratis venditur morte non emas.*

VTQVE ILLIS MVLTO CORRVPTA DOLORE VOLVPTAS.

BENE philoſophatur Quinctus ad formulam Epicuri, vetat mœchari non quia turpe, ſed quia plenum periculi. Sic enim & Epicurei non ſoliti mœchari non quia turpe, ſed quia mœchis remoræ & obices voluptatis, ſiue *κωλυτικὰ τῆς ἡδονῆς, φυλακαὶ, φυγαὶ, θάνατοι, κίνδυνοι*, &c. Itaque ſi demto periculo & moleſtia, & impedimento Epicureus mœchari poſſet, *καὶ μοιχεύοι διὰ τὴν ἡδονὴν, ſanè voluptatis gratia mœcharetur*. Origenes lib. vii contra Celſum.

ILLE FLAGELLIS CÆSVS.

VT C. Gallius apud Valerium c. i lib. vi.

HVNC

A

HVNC PERMINXERVNT CALONES.

VT Cn. Furium. Valerius c. eod. Inceptè hûc locum accepit uugo qoi ſcripſit de diſciplina ſcholarium c. VI, nomine Seuerini Boetij.

VT CVIDAM TSSTES OSMETERAT FERRVM.

VT Carboni Accieno, & Pontio Valerio c. eodem. Atque hæc quaſi talionis pœna in mœchos qualis & in raptores, Ægyptiorum lex apud Diodor. lib. I. Hioc iocus Valerij Martialis in maritos qui uates abſcindunt mœcho, epigr. XCIV lib. III. Et epigr. LXXIII lib. II vbi diurnat in menda locus ille hactenus.

Et ſi qui fuerant prius, requirunt, &c. pro *Et ſe qui fuerant prius, requirunt*, &c. Vultus ita truncati, ſe requirunt, non gnoſcunt, abeſſe ſentiunt, ſi- B ue ſe non eoſdem eſſe ſeotiuot qui prius fuerant, &c.

GALBA NEGABAT.

BENE hoc ita de Iuriſc^to· vt epiſt. XXI lib. VII ad famil. & ſæpe in iure ciuili.

IN MATRONA, ANCILLA, PECCESVE TOGATA?

PECCAT Aero meretricias togas pullas fuiſſe autumans. Pulla toga libertinarum fuit, quemadmodum præoſtendi ex Daldiaoi c. XVI lib. I meretricum anthina & Coa ſioe multiria & pelluceos, vt oora res quoque in triuijs. Tres itaq; gradus facit nunc Quinctus amoris, nempe in matronas, ancillas, & meretrices ſiue togatas. Quas obſecro ancillas? Libertinas. Li- C bertinæ quaſi ancillæ. Sic apud C. Tacitum annali XIV *Seruitia* pro libertis. Et Plinius epiſt. Môtani lib. IIX. Et C. Salluſtius in concione Lepidi *Peßimos ſeruorum* dixit, intelligens libertos. L. Sullæ. Sic libertini dicti *vernæ* l XV. D. De auro arg. leg. Et *ſeruili macula adſperſi* l. IX c. de lib. cauſa. Neque diſſimiliter Græcis. Nam Chryſippus Athenæi lib. VI. Δοῦλον genus facit, ſpecies οἰκέτην & ἀπελεύθερον. Vt tres hi gradus femellarum, matronæ, ancillæ ſiue libertinæ, & meretrices: item tres differentiæ veſtium, ſtola, toga pulla, & toga Coa florénſq;. Hæc toga, quia inſignis ad infamiam. Quinctus noſter non male lupulas illas togatas vocauit, quaſi toga differentes à matronis, & ancillis ſiue libertinis. Hinc ſequitur. ---*Apertè quod venale habet, oſtendit*--Item. *Cois tibi pane videre eſt, vt nudam.* D

HOC MISER VNO NOMINE DECEPTVS.

NOMINE Fauſtæ. *Fauſtam* illam ſibi fore ſperauit miſer, *infauſta* fuit. Scripſerat fortean Horatius. *Hoc miſer vno d. omine deceptus.*

SIT LICET HOC CHERINTE TVVM.

SIC Priſcianus lib. VI meliùs quàm alij, *tuo*.

HYPSÆA CÆCIOR ILLA.

MELIVS membranæ.--*Hypſæa cæcior ipſa.*

NI CATIA EST.

A

QVASI Epicurea, vt Sat. IV lib. II Epicureus Catius. Nam & matronæ de ſecta philoſophorum aliqua eſſe voluêre, vt Stoica Epodo IIX.

CINIFLONES, PARASITÆ.

SERVIVS ad Æneid. XII legit--*ciniflones, paraſiti.* Sed magis Horatianum illud, & inſignius *paraſitæ.* Nora res paraſiti noua paraſitæ.

Rectè iunxit ciniflones & paraſitas. Paraſiti plerúmq; calamiſtrorum quoq; mioiſtri, & qoaſi cinerariorum ſiue ciniflonum vicarij. Hinc aulæ quaſſæ cum cineribus in capita paraſitorum vt Plautinæ Curculionis Sc. VII & Captiuor Sc. II. Et in Amphitruone apud Marcellum in *Aula.* Et Athenæum lib. VI in carmine Axionici. *Aula* B ſcilicet in qoibus cineres tepefaciendis calamiſtris. Si quid peccaſſet in calamiſtratione paraſitus, ecce illi aula io caput. Gloſſæ *Ciniflo* γυναικῶν κοσμητής. *Ciniflo* ἐμπλέκτης. Maximè autem meretriculis ciniflooum vſus. Itaq; Soſipater lib. I. *Cinerarius* δοῦλος ἑταίρας, vt Plauti Curcul. Sc. X inter meretricia arma calamiſtet.

AD TALOS STOLA DEMISSA.

SIC *tunica demiſſa ad talos.* Varro Meleagris apud Marcellum in *Demiſſum. Cum etiam Thais Menandri tunicam demiſſam habeat ad talos.* Thais nēpe quaſi matrona. Menandro enim & Terentio etiam meretrices honeſtæ.

LAPOREM VANATOR, &c.

INTERROGANTI Horatio, *An tibi mauis*, &c. reſpondet amaſcus ille matronarum, *Le-* C *porem*, &c. Se venatoris ſimilem eſſe, &c.

IN NIVE SECTATVR.

MELIVS membranæ. *In niue ſectatur.*

POSITVM SIC TANGARE NOLIT.

PARATVM & facilem capi, non curat, tangere non vult. *Sic*, vt Græce ἄυτως, facilè, temerè. Interpres Terentij Andr. Act. I Sc. II. Sic Demoſth. Philipp. I πνεύσαντες ἄυτως vbi malè αὐτῶν. Sic & Homerus Iliade I. Item alij. Venator *leporem ſic poſitum*, facilem capi, præterit. Eiuſmodi ſunt lepores necdum anniculi. Hos prætermittere ſolitus venator. Xenophon lib. de venatione. τὰ μὲν οὖν λίαν νεογνὰ οἱ φιλοκυνηγέται ἀφιᾶσι τῇ θεῷ. *Tenellos itaq; Dianæ ſua dimittunt ſtudioſi venationis.* Νεογνὰ velle necdum D annicolos iotelligi, patet cum ſequitur, οἱ δὲ ἤδη ἔτειοι, &c. *At anniculi*, &c. νεογνοῖς videlicet opponit ἐτείους. Tales itaque ſiue ita in venatione poſitos dimittit venator, itaq; cantat, ſiue cantu reuocat canes. Cantus iotellige venatorios clamores, quales apud Xenophontem loco eodem, ad quos clamores iubet fieri à venatore τοὺς τόνους τῆς φωνῆς ὀξὺ, βαρὺ, μικρὸν, μέγα. *Vocis tonos acutum, grauem, paruum, magnum.* Cantus autem reoocantis caoes τοὔμπαλιν, τοὔμπαλιν ὦ κύνες, *Retrorſum, retrorſum ô canes.* Poſtquam ſic cantu reuocati canes, venator adponit ſiue pergit venari. Græcè vſurpauit, adponere pro pergere. Sic enim Græci προστιθέναι & προστίθεσθαι.

Creberrimum hoc in literis ſacris vt Pſalmo ix. A
ἵνα μὴ προσθῇ ἔτι τοῦ μεγαλαυχεῖν. *Ne adponat vltra gloriari*, id eſt pergat. Pſalmo LXXVI καὶ οὐ προσθήσει τοῦ εὐδοκῆσαι ἔτι; Et non adponet ſiue *perget vt complaceat?* Et LXXVII καὶ προσέθεντο ἔτι τοῦ ἁμαρτάνειν αὐτῷ. *Et adpoſuerunt adhuc ei peccare.* Et XXCIIX καὶ υἱὸς ἀνομίας οὐ προσθήσει τοῦ κακῶσαι αὐτόν. *Et filius iniquitatis non adponet nocere ei.* Denique omnibus pæne paginis hoc ita προστιθέναι pro pergere. Scio interpretationem aliam eſſe in Aduerſarijs c. XXIII lib. XI quæ ſi cui bella videtur, non veto eam ducere.

MEVS EST AMOR HVIC SIMILIS.

SIc ego, inquit mattonicius ille amator, eo ipſo quia difficilis captura eſt matronæ, venari eam delector; δυσπύγους illas & communes amicas eo ipſo prætereo, quia vt tenelli lepuſculi, captu faciles ſunt. Rectè amores cum lepore comparati. Lepus nempe οὕτω ἐπίχαρι θηρίον, ὥς τε οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν ἰδὼν ἰχνευόμενον, εὑρισκόμενον, μεταθεόμενον, ἁλισκόμενον, ἐπιλάθοιτ' ἂν εἴ του ἐρῴη, *tam venuſta fera eſt, vt nemo ſit qui cernens eam veſtigari, deprehendi, curſu agitari, capi, non obliuiſcatur cuiuſuis rei amatæ.* Xenophon lib. de venatione. Ergo & vt à Venere venuſtatem, ſic à lepore lepórem dixère, perſuaſi quoq; leporinæ eſitatione bellos & venuſtos fieri. Res notiſſima ex Martial. epigr. XXX lib. V. & altero epigrammate Græculi in Alexandrum Seuerum apud Lampridium. Cui princeps ille honeſtiſſimè & pro dignitate ſua reſpondit. C

Pulchrum quod putas eſſe veſtrum regem,
Vulgari miſerande de fabella:
Si verum putas eſſe non iraſcor.
Tantum tu comedas velim lepuſclos
Vt ſias animi malis repulſis
Pulcher, ne inuideas liuore mentis.

Animi cauſa verſum hoc meo ſtilo Græcè, & quanquam deletili ſpongiæ magis debetur quàm oculis eruditis, tamen vt breue ἐπεισόδιον adſcripſi.

Καλός σοι βασιλεὺς δοκεῖ γενέσθαι
ὡς ἐν μυθαρίῳ, τάλαν, βλακώδει;
Εἴ γ' οὕτως ἐτεὸν δοκεῖς, ἔχ' αὐτό
Νηποινεί· σύ γε πλεῖν λαγῷα ἔσθε,
Ὄφρ' ἐκτὸς κακιῶν ψυχῆς, γένοιο
Καλὸς, μὴ φθονέων κακοῖς φιλέχθρως.

Scio qui reddidère aliter, ſed eum alia in his requiro, tum quod meus non expreſſa principis, & quod lepuſculos λαγωοὺς dixère. Propius ad principis mentem fuiſſet λαγῴδια. Nam Latinè quidem lepus ex leporario, lepuſculus ex venatu, Varro c. III lib. III de re ruſt. Illud, *Si verum putas eſſe non iraſcor*, reddidere Κἂν δόξῃ σοι ἀληθὲς, οὐ μάλα μοι, non ad mentem Seueri hoc. Intelligi enim vult, Si non malitiâ ſed ſimplicitate animi ſic opinaris, facile fero, impune habeto. Nam ſtultitia tua tibi ſupplicio eſt. At quia malitioſè ita ponis, iubeo lepuſculos eſites, vt, &c.

NVM TIBI CVM FAVCES VRIT SITIS.

PRofert L. Seneca epiſt. CXIX. Deinde & ornare pergit. *Egregie itaque*, inquit, *Horatius negat ad ſitim pertinere, quo poculo aqua, aut quàm eleganti manu miniſtretur.*

METVAT DOTI DEPRENSA.

VEtvs hoc ius tota mulierem ob mores grauiores vt adulterium dote multari à viro. Sic Cato apud A. Gellium c. XXIII lib. X. Pater idem Valerij c. II lib. IIX exemplo C. Titinij. Et Plinij c. XIII lib. XIV. Et apud Plautum Sc. V. Neque aliter ſe habet ius nouum, vt l. IIX. §. virum. De repud. l. XXXVI Ad L. Iul. de adult. C. Similiterq; Leo A. Nouella XXXII. At me-
B dio iure pars doris retenta vt l. XLVII. Soluto matr. l. XI §. Socer. Ad l. Iuliam De adult. D. Vlpianus Regul. Tit. VI.

III.

IO BACCHE.

ADVERSARIA c. I lib. XIII *Io Bacchæ.* Sed vulgarij meliùs. Nec enim ſoliti bacchantes clamitare *Io Bacchæ*, ſed *Io Bacche.* Vnde & Bacchus cognomento Ἰόβακχος ἀπὸ τῆς βακχείας. Heſychius. Neque illi correctioni fa-
C cit locus ex Plauti Caſina Sc. XXIII. Nec enim vult ſenecio ille exclamare Io Bacchæ: ſed intelligi, *Bacchæ hercle vxor*, pallium mihi rapuêre aut diſcerpſêre. Neque ſyllaba mouerit. Excuſat μίμησις & formula. Immo enim virtus illa, & laus in carmine.

MODO SIT MIHI MENSA TRIPES.

MEnsa tripes vna, vt populi. Nam procerum quidè menſæ tripedes multæ Vult Tigellinus intelligi, ſe fortuna & victu populari contentum. Proceres multitudine tripedû menſarum circumfluere voluêre, vt de L. Seneca Dio narrauit in Nerone ὅτι, πεντακοσίους τρίποδας κεδρίνου ξύλου, ἐλεφαντόποδας, ἴσους καὶ ὁμοί-
D ους εἶχε, καὶ ἐπ' αὐτῶν εἱστιᾶτο, *quingentas è ligno cedrino menſas ei fuiſſe, pares inter ſe omnes ac ſimiles, ad quas conuiuaretur*, &c. Dio πεντακοσίους τρίποδας dixit. Interpres Latinus reddidit quingentos tripodas parum expreſſè, planiùs fuiſſet *menſas tripedes.* Sic enim & Græcis τρίποδες τράπεζαι vt Athenæi lib. II. Tamen etſi propriè quidem τράπεζαι menſæ τετράποδες, vnde iocus Ariſtophanis Athenæi loco eodem.—

--πόθεν ἐγὼ τρίπουν τράπεζαν λήψομαι; Et alter itê iocus Epicharmi. Cui autê bono inquies, tot menſæ? Patri cœnæ & paraſitis eius. Sæpe & vni deparco diuiti ſino fratribus cibicidis, vt Satyrici Aquinatis Sat. I.

Nam de tot pulchris, & latis orbibus, & tam
Antiquis, vna comedunt patrimonia menſa.

Nullus

Nullus iam paraſitus edit.--Et quis ferat iſtas luxuriæ ſordes?

Sic enim voluiſſe Iuuenalem, non vt hodie legitur, oſtendo ad Sat. vltimam libri ſequentis. Minus illi Satyrico Sinarum ritus hodieq; vigens, odioſus fuiſſet, quo vt quis honeſtior ita plures ei adpoſitæ menſæ.

Fruſtra in Aduerſarijs c. vi lib. xix interpretati menſam Tigellini tripedem, menſam mutilam & claudam vno pede qualis fere pauperum ſupellex. Nō optat ſibi Tigellinus menſam pauperis, aut mendicabuli, ſed mundam, ſiue rectā. Itaque ſequitur. *Concha ſalis puri.* Quemadmodū & Oda xvi mundi victus nota, *paternum ſplendens in menſa tenui ſalinum.* Præterea tali ſenſu menſam bipedem dixiſſet Quinctus noſter, quemadmodum Valerius Martialis epigr. xxxii lib. xii.

Ibat tripes grabatus, & bipes menſa.

TOGA QVÆ DEFENDERE FRIGVS.

DECLAMAT in hunc Poetæ locum L. Seneca epiſt. cxx.

PERVIDEAS LIPPVS OCVLIS INVNCTIS.

VRBANE, & παρ' ὑπόνοιαν, *lippus peruideas.* Lippus vix videt, minus peruidet. Gloſſæ *peruideo* λίαν ὁρῶ.

CVR IN AMICORVM VITIIS.

ITA Soſicrates apud Stobæum Serm. civ.

MINVS APTVS ACVTIS.

SIC meliùs quam diſtinguitur Aduerſar. c. III lib. xxi *minus aptus, acutis,* &c.

NARIB. HORVM HOMINVM.

HVIVS ſæculi hominum, vt apud Catullū epigr. ad Iuuentium. Q. Cicero de petit. Conſul. *Conſuetudine horum annorum.*

POLYPVS AGNÆ.

INTELLIGE de ozæna. Vt præmonui ad Epod. xii.

ET PVLLVM.

VT Suetonij Caio. c. xiii.

LABEONE INSANIOR.

SVETON. Auguſti c. LIV. Dio lib. LIV.

EXTRICATA AMARAS, &c.

CORRIGE, *extricat. Amaras Porrecto iugulo hiſtorias,* &c. Male ad Druſonem hæc retulêre interpretes vt Dionyſ. Lambinus, alij. Dixit Poeta. Amicum leuiter peccantem, acerbè fugis vt debitor Druſonem feneratorem, debitor nempe, qui vix Kalendis fenus aut ſortē alicunde extricare poteſt. Deinde pergit Quinctus enumerare, vti occœpit, vitia leuia clientulorum. Puta quod amicum magnum recitantem cliens æquè inuitus & ingratijs audit, vt ſi captiuus iugulandum ſe hoſti præbere cogeretur. Peccat hoc cliens. Nam vt eſt Sat. v lib. II Clientulus loquaci amico magno *ſubſtringere auriculam* debet. Veruntamen leuiculum hoc peccatum.

PORRECTO IVGVLO HISTORIAS.

AD recitationes pertinet, de quibus dixi ad Perſij Sat. I. aut & alias otioſè acceerſitas narrationes in cœna. Epictetus Arriani c. xxv lib. I. Ἐγὼ οὐ δύναμαι παρὰ τούτῳ δειπνεῖν, ἵν' αὐτοῦ ἀνέχωμαι καθ' ἡμέραν διηγουμένου, πῶς ἐν Μυσίᾳ ἐπολέμησε, &c. *Ego cœnitare apud hunc nequeo ne quotidie patiar eum narrantem, quo pacto in Myſia rem geſſerit,* &c.

COMMINXIT LECTVM POTVS.

SIGNANTER, *potus*, ne intelligeretur ſubmeiulus. Qui *preſſus ſomno, aut vino, aut pigritia in lecto vrinam facit* vitioſus non eſt: ſubmeiulus, vitioſus eſt, vt l. xiv §. IV D. De ædil. ed.

AVT POSITVM ANTE MEA.

AVT antepoſitum. Tibullus eleg. I lib. I.
Libatum agricolæ ponitur ante Deo.

IVRA INVENTA METV INIVSTI.

EX malis moribus bonæ leges. Æſchines cōtra Timarchum. Ἐκ γὰρ τοῦ πράττεσθαι τινὰ ὧν οὐ προσῆκεν, ἐκ τούτου τοὺς νόμους ἔθεντο οἱ παλαιοί. *Nam quod fierent aliqua quæ non oportebat; hinc priſci leges poſuêre.*

CANTOR TAMEN.

XENOPHON lib III Memoralium Socratis, ὁ κιθαρίζειν μαθὼν, καὶ ἐὰν μὴ κιθαρίζῃ, κιθαριστής ἐστι, &c. *Qui citharā canere doctus eſt, etſi non citharißat, ſiue cithara canit, tamen citharista eſt.*

SAPIENS OPERIS SIC OPTIMVS OMNIS EST OPIFEX, &c.

STOICORVM hoc decretum apud Laërt. Zenone. πάντα τε εὖ ποιεῖν τὸν σοφὸν, ὡς καὶ πάντα φαμὲν τὰ αὐλήματα εὖ αὐλεῖν τὸν Ἰσμηνίαν. *Recteq; omnia facere ſapientem, vt Iſmeniam dicimus rectè omnia canere ad tibiam,* &c. Idem & placitum Cynicis.

VELLVNT TIBI BARBAM.

SIC Dio Orat. περὶ τοῦ σχήματος. Cynici autem barbati. Dixi ad Perſij Sat. I.

QVOS TV NISI FVSTE.

TELO cynico. Cynici cum baculo, Laërtius Antiſthene, Herodianus Commodo, Auſonius epigr. LII Apuleius Florida IV. Lucianus identidem.

IV.

IN HORA SÆPE DVCENTOS.

SIMILITER hanc Lucilij poëticam, vt loquitur Suetonius *extemporalitatem* vituperat Sat. x ſeq. vt & alterius Poëticæ febris *carminationem*, vt Sidonius diceret, extemporaneam riſit Martial. epigr. xx lib. IIX.

Cum facias verſus nulla non luce ducentos.

CVM FLVERET LVTVLENTVS.

M. Seneca Proœmio IV Controuerſ. agens de Q. Haterio. *Cum torrentis more, magnus quidem ſed turbidus flueret.* Notat verò hanc Critici noſtri, ſiue Quincti cenſuram Fabius c. I lib. x.

ACCIPE IAM TABVLAS.

SIc meliùs quàm Aduerſaria voluêre c. IX lib. XV. *Accipiam tabulas*, &c. Accipiam, eſt cum mora: Accipe iam ſine mora, iam nunc. Cõuenienter hoc feſtinationi prouocantis.

VLTRO DELATIS CAPSIS ET IMAGINE.

QVAS ipſe vltro in bibliothecam Palatinam detulit, non autem ex decreto Senatus Critici, de quo dicendi meta nobis in Epiſtolam ad Piſones. Sic *L. Attius Poëta in Camœnarum æde ſtatuam ſibi poſuit*. Plin. c. V lib. XXXIV. Aliter Aduerſar. c. IX lib. XV.

AVT OB AVARITIAM.

MELIVS membranæ. Aut ab auaritia.

FOENVM HABET IN CORNV. B

NICETAS, εἰπὲ γὰρ, ἔςι οἱ χόρτοι ἐν τοῖς κέρασιν ἔχουσι.

A FVRNO REDEVNTES LACVQVE.

AB emtione panis & vini. A furno panis, vnde *Furnaria* Suetonij Vitellio c. XI. Vinũ à lacu ſiue cupa, Tullius in Piſonem. *Piſtor domi nullus, nulla cella. Panis & vinum à propola atque de cupa.* Vt *cupam* Cicero, ita Horatius *lacum*. Et intelligi vult Quinctus noſter. Geſtiet ſcire omnes etiam infimæ ſortis homines, popellum tunicatum, etiam ſeruos, vt per vias cantillent, quemadmodum hodieq; adſolet. Longe à Quincti ſenſu diſceſſere in Aduerſarijs c. XXIIX lib. XX. Et quia nobis in Ciceronem oculi coniecti, adpingere audebo & ſequens eius verbum, quia mendam ei, qua turpiter adſperſum eſt, abſtergere volo: Adiũgit. *Græci ſtipati quini in lectulis, ſæpè plures, ipſe ſolus, bibiturus qua eadem de ſolio miniſtrentur.* &c. Correxere. *Ipſe ſolus. Bibitur vſque eò dum de ſolio miniſtretur.* Caſſa illa verba ſunt. Scripſit Orator. *Ipſe ſolus. Bibitur vſq; eò, dum ſol ei monſtretur.* Ritus hic perpotantium ſiue pergræcantium, & poculis certantium, perſeuerare donec ſol diei ſequentis emergeret. Hunc itaq; & monſtrare ſoliti, quaſi qui finem peruigilij & pergræcationis adferret, moneretq; diſcedere cubitum. Narraui hunc ritum vberius, interpretatione Odæ IIX lib. III. C

Lacum autẽ non muſti, ſed vini Flaccus nunc intelligi vult, ſiue receptaculum & ciſternam vini, quemadmodum & Vlpianus accepit l. XXVII §. vlt. D. ad L. Aquill. Eadem *ciſterna vini* nominatur l. XXI §. Sed ſi de naui D. De furt. Nec mirum in lacus ſiue ciſternas infuſum vinum, in iiſque ſeruatum, nam & *naues* aliquæ *vinariæ*, in quas vinum effunderetur d. l. XXI §. Sed ſi de naui. D

Cuiuſmodi autem lacus illi vinarij & olearij pingit Suidas in λάκκος Et apud Xenophontem IV. Expeditionis Cyri eſt ἐν λάκκοις κονιατοῖς, &c.

INVENIAS ETIAM.

SOLVTO verſu poëmatis, verba tamen ipſa poëtica manent, vt in verſibus illis Ennij, A *tetra diſcordia, poſtes ferrati, portaq; belli.* Sic *Arma virumq; cano*, &c. Solue, tamen dictio erit poëtica, *cano virum, & arma*, &c. At non manet facies & venuſtas poëtica. Sic capiendus Plato apud Ariſtotelem c. IV lib. III ad Theodecten, qui poëmata inquit ἐοικέναι τοῖς ἄνευ κάλλους ὡραίοις. οἱ μὲν γὰρ ἀπανθήσαντες. τὰ δὲ διαλυθέντα οὐχ ὅμοια φαίνεται. *ſimilia eſſe florentibus ætate neq; pulchris. Nam illi cum defloruêre: hæc cum ſoluta fuerint, ſibi diſſimilia videntur*, &c. Quemadmodum & Iſocrates Encomio Euagoræ.

SVAVE LOCVS RESONAT.

ACCIPE de recitatione in balneo, de qua dictum mihi olim ad Perſij Sat. I. Etiam L. Seneca tangit epiſt. LV.

INANES HOC IVVAT.

KΕνεγκεφάλους, Iuuenal. Sat. XV. *Tam vani capitis*. Gloſſæ ibi, *Inanis capitis* κενεγκράνιος. Lege *inanis capitis*. Sic *vacuus vertex*, Oda XIIX. lib. I.

PRÆTER EVM QVI PRÆBET, AQVAM.

LEGERE aliqui, *Præter eum qui præbet, aqua.* Nempe, adſpergere quauis aqua, ſiue quouis ioco, & ſale, præter eum qui præbet, id eſt, conuiuatorem. Alij hoc repudiauère, & ratio eis, quia inſolens dictio abſciſè, *præbere*, pro cœnam dare. Sed Flaccus ex Græco Parochus, dixit, *eum qui præbet*: Parochus, præbitor, ſiue qui præbet. Et *parochum* pro cœnæ patre ſiue conuiuatore dixit Sat. IIX lib. II. Eodem quippe ibi ſignificatu *cœnæ pater* & *Parochus*.

SED TAMEN ADMIROR QVO PACTO.

SARISBARIENSIS, Polycratici c. XXIV lib. VII carpens illos qui ſpecie laudis vituperant, ſiue qui laudant, vt credibiliùs vituperent: *Tale*, inquit, *eſt illud Oratoris. Iulium Fortunatum fateor virum fortem, & quem conſtat ſtrenuè egiſſe quamplurima: quo tamen pacto iudicium repetundarum apud iudices iuſtes euaſerit, mirarer quidem, ſi vis eloquij eius mihi eſſet incognita.* Bene mox Satyræ illius Polycraticæ ſcriptor ſubiungit elogium ſuum, tali adclamatione. *Hoc nonne venenum eſt, & quodammodo ſpeciem boni operis, & vt ita dicam, virtutis vitam exſtinguit?* &c. Scilicet vt nunc Quinctus noſter. *Hic nigra ſuccus loliginis*, &c. Quis autem Orator ille tantus obſecro, vt eximiè ſit, & ſuo ſibi quaſi nomine, orator? Cicero hercle non eſt. Quiqui eſt, Satyrico certe illi orator fuit.

INSVEVIT PATER OPTIMVS HOC ME.

SIc membranæ & libri antiqui, neque cauſa fuit cur aliquis mutaret--*Inſueuit pater optimus hoc mi*. Nam & *inſueſcere* pro adſueſcere vſi pleriq; olim, vt Gloſſæ ἐθίζω *Adſueſco, Inſueſco, conſuefacio*. Et *hoc* pro *huc* vetere ſcriptura fuiſſe patet: inde factum, *hoc*, veteris nempe ſcripturæ inſcitia, quæ optimis auctorum ſcriptis peſſimè accipiendis fuit, eſt, erit. Sic Propert. eleg. vlt. lib. vlt.

In lapide

Digitized by Google

In lapide hoc uni nupta fuiſſe legat, pro *In lapide, hoic uni*, &c. *Hoic* autem pro *huic* olim ſcriptitatum teſtis Marius Victorinus lib. de Orthograph. Sic *Quoius* pro cuius fuiſſe olim, teſtis idem. Et *Quoi* pro cui, Fabius c. VII lib. I.

NONNE VIDES ALBI VT MALE VIVAT FILIVS?

VT Satyra II. Mæcenati ſuo, ita nunc Albio Tibullo verres hic dentis ſui obliquum ictum infligit. Ibi Mæcenatis mollitiem: hic Tibulli miſeram vitam ſiue paupertinam adrodit.

NABIS SINE CORTICE.

DIXI ad Odam IX lib. III.

INLVDO CHARTIS.

PRO *in chartis ludo*. Catullus ad Licinium Caluum,

Multum luſimus in meis tabellis. Sic epiſt. XIIX *propugnat nugis*, id eſt, pro nugis pugnat. Aliaque id genus quotidiana Flacco. Male in aliis eſt. *Includo chartis*. Aut *Incumbo chartis*.

NAM MVLTO PLVRES SVMVS.

VINETA cædit ſua Quinctus, & iocatur in Poëtas ſui temporis vt Ariſtarchus olim Theodectæ pater ἐπισκώπτων τὸ πλῆθος τῶν σοφιστῶν, ἔλεγε· πάλαι μὲν ἑπτὰ σοφιστὰς μόλις γενέσθαι, τότε δὲ μὴ ῥᾳδίως ἂν ἰδιώτας τοσούτους εὑρεθῆναι. *Multitudinem Sophiſtarum ridens, aiebat, olim quidem vix VII Sophiſtas exſtitiſſe: at tunc non facile totidem idiotas inueniri*, &c. Intelligi vult ſeptem ſapientes Græciæ.

V.

GRÆCORVM LONGE DOCTISSIMVS.

IN membranis *Græcorum lingua doctiſſimus*. Rectéq; ſic in Aduerſar. c. XXIX lib. I.

VENTRI INDICO BELLVM.

QVIA ſiccè lippientibus, qualis Horatius, biliosſus quippe, vinum nociuum. Manc, inquient medicorum filij. Nam Galenus in Aphoriſmum XXXI lib. VI ait curatam à ſe meraci potione lippitudinem ſiccam. Sed πρεσκοπὴ illa ibi, corpus illud non fuiſſe πληθωρικόν. At πληθωρικὸν corpus Quincti noſtri. Teſtis venter eius ὀγκωδέστερος, & proiectum aqualiculi, & corpus obeſulum. Nam ſic in vita eius perſcriptum eſt. Bilioſis autem, ſiccam lippitudinem moleſtam ſolere eſſe Galenus item auctor in Aphoriſm. XIII Tomi III.

MÆCENAS ATQVE COCCEIVS.

DE hac C. Mæcenatis, & Cocceij Neruæ legatione Appianus lib. V bellorum ciuiliũ, ex quo & de tempore ſcriptæ huius Satyræ conſtare poteſt.

PRÆTEXTAM ET LATVM CLAVVM.

A NOTISSIMA res prætextatos & laticlauios fuiſſe magiſtratus in municipijs & colonijs. Patet T. Liuij lib. XXXIV & paſſim. Neque prætextati ſolum & laticlauij, ſed & cum faſcibus, quemadmodum diſſerui olim ad Perſij Sat. I.

Peccatum in Aduerſarijs c. XXIX lib. I accipientibus hoc de Aufidio Luſco prætore Fundano, quaſi etiam tunc Romæ ſcriba iſſe. Immo enimuero ſcriba ille olim, at nunc Prætor municipalis. Itaque intellige *Præmia ſcribæ*, olim ſcribæ.

PRVNÆQ. BATILLVM.

TVLLIVS *foculum* vocat orat. pro domo. Marcell. Empir. *Supra batillum torrebis*. Item, *Deinde ſupra batillum candentem defundes & coques*.

B Gloſſæ *Vatilum* πυρέχιμιν. Item πυρεχμὶν vacillum. Lege πυρέχιμιν, *vatillum*. Vatillum ſiue Batillum prætori illi ad thuris libationem, vt & Romæ ſolitum in Senatu, & in iure, non autẽ quemadmodum quidem eſt in Aduerſarijs c. XXIX lib. I vt Prætori huic præferretur. In Senatu nempe ante conſultationem libatio thuris ac meri ad aram Dei in cuius templo Senatus haberetur. Sueton. Auguſti c. XXXV. Tiberij c. LXX. Dio lib. LIV. Eiuſmodi Athenis εἰσιτήρια, ipſo Senatus introitu ſupplicatio, ὥστε κατὰ γνώμην ἀπαντῆσαι τῶν πραγμάτων τὴν σκέψιν, *vt conſultatio de cauſis propoſitis feliciter eueniret*. Vlpian. in Demoſthenis contra Midiam. Eiuſmodi & ſupplicatio Prætoris ante iuriſdictionem.

C QVALES NEQVE.

AD Epod. V.

PAROCHI QVÆ DEBENT LIGNA SALEMQ.

AD Satyram I. Ad hos Parochos luſit & Plautus Aulular. Sc. XIII.

NAMQVE PILA LIPPIS INIMICVM.

PILÆ ludus propter agitationem lippis noxius, patet Ariſtotelis problem. II Tomi I. Et quia in pilæ ludo multum oculi laborant, vt apud Galenum c. V lib. IV. De Symptom. cauſ. Sic Cornel. Celſus c. II lib. I. Aſclepiadæ item alij.

D VNA FARRIS LIBRA.

EXPEDIVI ad legem XII c. XIIX.

EX VOTO IAMNE CATENAM DONASSET LARIBVS.

BVLLAS hic de pueritiæ bullis efflauêre interpretes. Haud dubiè Flaccus ritum tangit, vouendi & dedicandi catenas ſeruiles Laribus, quemadmodum & Saturno eas dedicari ſolitas Martialis Coquus teſtis epigramm. XXIX lib. III.

Has tum gemina compede dedicat catenas
Saturne, tibi Zoilus anulos priores.

Et vrenter obiectat Cicerrus ille huic Sarmento catenam, quaſi nunquam futuro καθαρῶς ἐλευθέρῳ. Non enim ciues Romani, non Latini Iuniani, ſed Deditiorum numero liberti, qui olim pœnæ cauſa vincti à dominis. Vlpian. Regul. Tit. II.

MACROS TVRDOS DVM VERSAT IN IGNI.

SIc *obuſtis turtures* Plauti Moſtell. Sc. I. Populari ſtilo ibi eſt.

Tu tibi iſtos habeas turtures, piſces, aues. Atq; ita & apud Seruium eſt ad Eclogam I. Sed libri veteres meliùs, vt editio Mediolanenſis.

Tibi obuſtos tu habeas turtures, piſces, aues.

Verſatio illa in igni & obuſtio, non aſſatio ad ignem. Sic Sat. IIX lib. II---*Tum pectore aduſto vitamus & merulas poni.*

TVM RAPERE.

VRBANE' & Satyricè. Prior eis cœnæ rapiendæ, poſterior flaroæ exſtinguendæ cogitatio.

QVOD VERSV DICERE NON EST.

VERSV hexametro nempe, quemadmo- B dum Lucilius verſu hexametro negauit dici poſſe *ſigillaria*. VII Satyrar. apud Porphyrionem.

VI.

NASO SVSPENDIS ADVNCO.

SVSPENDIS, non quemadmodum eſt in Aduerſarijs c. IX lib. I *quaſi in lance quadam*, ſed, quaſi vnco, & naſo Rhinocerotis. Itaque Perſius Sat. I. *Naribus vnco indulgere.*

QVI STVLTVS HONORES SÆPE DAT INDIGNIS.

---HONORVM, *Iudicium eſt craſſis.*--Lucilius lib. XXVI apud Marcellum in *Sumere.*

NIGRIS MEDIVM IMPEDIIT CRVS PEDIBVS

CALCEOS Senatorios ſumſit. Hi enim calcei nigri vt oſtendo in omiſſis ad Perſij Sat. v. Iidem medium crus impediuêre ſiue ad mediũ crus reuincti; ſiue ſupra ſuram, quaſi cothurni. Itaque rectè Acro in hanc Satyram Senatorum calceos plebeijs altiores fuiſſe. *Altiores* nempe ſupra ſuram adſtrictos. Sic & regum Albanorum primitùs, deinde & Imperatorum altiores calcei vt apud Dionem lib. XLIII. Iulium Cæſarem vſum τῇ ὑποδέσει ὑψηλῇ καὶ ἐρυθροχρόῳ *calceatura altiore & rubra.* Quod *altiore* hoc commune cum calceis patritijs, quod *rubra* hoc peculiare Cæſari ad exemplum, vt ait Dio, regum Albanorum, atque ita principibus deinde alijs. Locum Dionis emendaui ad Perſij Sat. v in omiſſis: ſed παρόραμα eſt, quod ſemel iterum, *fulmentato* ibi pro *altiore.*

Nouantiquus interpres Horatij ſiue commentator, ſiue quoquo nomine adpellari gaudet pelles nigras medium crus impedientes *Zangas* interpretatur, parum oportunè. Etenim *Zanchæ* calcei Parthici. Trebell. in Claudio. *Zanchas de noſtris Parthicis, paria tria.* Vſi & Imperatores no- A uæ Romæ Tzangijs, & pingit ea Georg. Codinus in officijs ὑποδήματα, inquit, ἃ καλοῦνται τζαγγία, ἔχοντα ἐκ πλαγίων κατὰ τὰς κνήμας, καὶ ἐπὶ τῶν ταρσῶν ἀετοὺς διὰ λίθων καὶ μαργάρων ἅ τινα καὶ φορεῖ ὁ βασιλεὺς, εἴς τε τοὺς περιπάτους, καὶ τὰς προσκυνήσεις. καὶ ὁ ταῦτα ποιῶν οὐ τζαγγάριος ἀλλὰ σκυτεὺς, ὡς οἱ ἕτεροι, ἀλλὰ τζαγγᾶς ὀνομάζεται. *Calceamenta quæ tzangia dicuntur quibus ad latera iuxta ſuras aquilæ ſunt, ex lapillis & margaritis intexta. His vtitur Imperator cũ deambulatum prodit, aut cum adoratur. Eiuſmodi tzangia qui facit non ſagmarius dicitur aut coriarius quemadmodum alij, ſed tzingas,* &c. Verum Tzetzes in hiſtorijs ſuis τζαγγάριον vocat.

QVO MORBO BARRVS.

T. Veturius Barrus Aſculanus, Plutarchus Romanicis Quæſt. XXCIII. Paullus Oroſius c. XV lib. V.

TVNE SYRI AVT DAMÆ AVT DIONYSI FILIVS.

PVTO, in L. Damaſippum Prætorem telum hoc, de quo Saluſtius I hiſtor. L. Florus Epit. XXCVI. Velleius lib. II. Valerius c. II lib. IX. Paullus Oroſius c. XX lib. V. Alij. Hi omnes Damaſippum vocant. Appianus lib. I bellor. ciuil. Brutum. Fuit nimirum Græculus hic ſuo ſibi nomine Damaſippus, ſed in familiam Iuniam ſe ipſe adoptans, factus L. Iunius Damaſippus Brutus. Horatius quidem ita obſcurum videri vult, terræq; filium, vt ne illud quidem ſat conſtet, Syrus ei, an Dama, an Dionyſius parer, vt ſi diceret, patre ſeruo natum, eoq; ipſo incerto. Ergo & ſe- C quitur. *Namq; eſt ille, pater quod erat meus,* id eſt, ſeruus.

CONCVRRANTQ. FORO TRIA FVNERA.

FVNERA indictiua duci ſolita in forum Romanum ſiue magnum. Dio lib. LVII πρὸς νεκρὸν διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐκφερόμενον. Apud eundem Nerone, corpus Britannici διὰ τῆς ἀγορᾶς ἄγεται *per forum ducitur.* Et Dionyſ. lib. IV. ritum fuiſſe regia funera ducendi διὰ τῆς ἀγορᾶς *per forum.* In forum ducta funera vt pro roſtris ibi propoſita laudarentur. Herodianus lib. IV agens de funere Imperatorio κατακομίζουσι, inquit, διὰ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ εἴς τε τὴν ἀρχαίαν ἀγορὰν προτιθέασι. *Deferunt per ſacram viam & in foro vetere collocant.* Sed ante funebrem laudationem cantari ſolita in foro nænia. Ouid. Ponti e- D leg. IIX lib. I.

Cui nos & lacrumas ſupremum in funere munus
Et dedimus medio ſcripta canenda foro,

id eſt næniam. Lucan. lib. IIX. *vt reſonent triſti cantu fora.*---ὑπόστασις ſiue ſtatio næniæ illius cauſâ in foro ad Græcoſtaſin. Plutarchus lib. de animal. ſollertia. Græcoſtaſis in foro magno ſiue Romano IIX regione vrbis. P. Victor. Et quidem vicina roſtris ea Græcoſtaſis. Varro IV de Ling. Lat. Plin. c. LX lib. VII. Hine itaque concurſus funerum in foro, & certamen cornicinum ac tubicinum, ſuperare volentium alij alios, altiuſq; inſtan-

Digitized by Google

inſtantium. Hinc pretia cornicinum ac tubicinum, & honores, & cenſus equeſter. Iuuenal. Sat. 2.

Quadringenta dedit Gracchus ſeſtertia, dotem
Cornicinis, ſiue hic recto cantauerat ære.

Nihil ad hanc Satyrici noſtri mentem hactènus centuriæ interpretum.

AC MALA LVSTRA.

MALA *luſtra*, quia & luſtra ferarum.

LÆVO SVSPENSI LOCVLOS.

IDEM epiſt. 1 lib. 1 vbi dicendi locus.

OCTONIS REFERENTES IDIB. ÆRA.

MERCEDEM menſtruam, ſiue mercedem octauo idus cuiúſque menſis. Bene Acro, ante idus dari ſolitas mercedes. Illud minus rectè, nummos intelligens octonos. Illi autem extra orbitam longiſſimè qui de vſurarum exactione interpretati.

HONESTOS FASCIBVS ET SELLIS.

PECCANT qui legêre *onuſtos*. Plautus Captiuis Sc. v *Honeſtiorem honore ſemper me fecit & facit*. Et Saluſtius Catilinario, *Sed quod non dignos homines honore honeſtos videbam.*

CVRTO MVLO.

VT *curto equo*. Propert. Eleg. 1 lib. IV. Hinc & ἡμίκαρχος pro mula. Nicetas in Andronico lib. II. χεντρίζων τὴν ἡμίκαρχον. Et in Alexio Comneno lib. I τὴν κόλουρον ἡμίονον.

LAGANIQ. CATINVM.

ALII libri meliùs *lachaniq; catinum*. Lachani nomine vſi pro Latino, ſæculo Auguſti. Suetonius Auguſti c. LXXXVII. *Ponit & adſiduè betizare pro languere, quod vulgo lachanizare dicitur*, &c. Nempe quod lachani nomen tritum eſſet, verbum quoq; inde fictum *lachanizare*. Lachanizare autem pro läguere, quia ægrotorum victus olera, vt Plauti Captiu. Sc. II. *Lachans* autem rectius conuenire nunc quàm lagani ſie perſpexeris *Lachana* ſiue olera pauperum, *lagana* deliciarum, quippe de genere ἰτρίων. Galenus lib. 1 de facultate alimentorum, & aliâs non ſemel. Haud dubie itaq; lachaniq; catinum dixit Quinctus noſter. Adde laganum aut panificij genus eſt, vt Athenæi lib. III, aut placentæ vt alijs, neutro modo catinus laganis conueniens. At, inquient, laganum pro olere idiotiſmus eſt. Sane, & hunc Flacci Muſa pedeſtris voluit. At Helenius Acro legit *laganiq; catinum* legit, ſed alia item multa legit, quæ multis boniſq; neglectui. Purpura illa quidem Helenij eſt, ſed non ſine pannis æui ſequioris.

ET LAPIS ALBVS.

DELFICA, inquit Porphyrio & cōmentator ille quiqui eſt, *quæ non magni pretij eſt*. Bene hoc illi de Satyrici noſtri Delfica non magni hanc pretij eſſe, ſed non item de alijs. Varia enim Delficarum pretia, vnde & illud, *non ſimplex Delfica*. Martiali epigr. LXVII lib. XII.

POCVLA DVO.

VINI vnum, alterum aquæ. Hinc patet A cur paria ſemper vaſa in Delficis vt notauit Agrætius.

ADSTAT ECHINVS VILIS.

MIRIFICA hic de echino commenti Acro, Porphyrio, & ſublingio vtriúſque commentator ille qui honeſtè vetus interpres pleriſq;. Quomodo illi inquies? Aut *vas ahenеum* eſſe in quo calices lauentur, aut *ampullam vitream*, aut *lignum cum vncinis*, in quo ſuſpendi calices poſſint. Denique quid non? Quidni autem & patinam echini adpoſuêre? Sed ſeriò quidem Satyricus longè aliud voluit. *Echinum vilem adſtare*, trapezophorum ſibi eſſe fictilem echinū à quo menſa ſua paupertina ſuſtentetur. Pinxit ante *delficam* ſuam ſiue *abacum* ſiue *repoſitorium*, ſiue B *miniſterium*, lapidem videlicet albū: ſequitur menſa ipſa, cui traphezophorus echinus vilis ſiue fictilis, cuiuſmodi & Martialis Poëtæ non diſſimilium theſaurorum, & diuitiarum domini, menſa epigr. XLIII lib. II.

Fulcitur teſta fagina menſa mihi. Poëtæ noſtri trapezophorus echini ſpecie ſiue hiſtricis, diuitū trapezophori ſpecie magnarum belluarum, vt pardi aut leonis ex ebore aut argento, Iuuenal. Sat. XI.

---Latos niſi ſuſtinet orbes
Grande ebur & magno ſublimis pardus hiatu,
Dentibus ex illis quos mittit porta Syenes.

De trapezophoris eburnis quoque identidem C Martialis, vt epigr. XLIII lib. II. epigr. XCI lib. XIV epigr. XXIII. lib. IX.

In delfica itaque Satyrici noſtri miniſterium pocula duo, & cyathus ad pocillationē: in menſa ipſa patera ad libationem: guttus ad vncturam ſiue vnctionem epularem. Rectéque & ordine, iunctæ res nunc, delfica menſa & trapezophorus vt & l. III §. 1. D. De ſupell. leg.

Benè itaq; nunc expedita res, quid echinus vilis Satyrico. Aduerſaria nihil adtulêre extra quàm *locum* Poëtæ hunc *de echino*, *ſpinoſiorem echino ipſo eſſe*.

Quid ſi autem & mantiſam adiunxero? Nempe adfectatam echini ſpeciem Satyrico in trapezophoro ſuo vt ſe ipſe echini ſiue erinacei ſimi- D lem innueret, quia tactu difficilis inſtar echini vndiq; ſpinis obſiti, quo & illud retuliſſe videri poteſt Sat. 1 lib. ſeq. *---Melius non tangere clamo*. Echinum pro hiſtrice accepiſſe videtur. Nam vere rectè Plinius c. XXXV lib. VIII. hiſtrix *erinaceorum genere eſt*.

OBEVNDVS MARSYA.

OBEVNDVM vadimonium ad Myrſiæ ſtatuam in foro vt recte Acro.

AVT EGO LECTO AVT SCRIPTO.

INTERPVNXERIS meliùs *---aut ego lecto Aut ſcripto quod me tacitum iuuet, Vngor oliuo*, &c. Poſtquam ſcripſero aut legero, quod me iuuet, vngor, &c. Peccauêre interpretes hactenus. Nam *lecto* illud & *ſcripto* quæ nomina ſunt, verba fecere vt eſſent. Rectéq; hoc iam peruiſum & alijs pleriſq;.

NON QVO PRAVVATIS LVCERNIS.

OLæ o lucernario & fetente vt Iuuenal. Sat. v. *Caulis olens laternam.* Vbi & oleum lucernatium ſiue laternarium illud ſic pingere pergit

---quod

Canna Micipſarum prora ſubuexit acuta,

Propter quod Romæ cum Bocchare nemo lauatur

propter fetorem olei. Sic Theophraſtus in charactériſmo ſiue nota δυχερείας. Ἐλαίῳ σαπρῷ ἐν βαλανείῳ χρῆσθαι. *Oleo in balneis vti fetente ac putido.* Δυχέρειαν vertêre *fœditatem.* Meliùs verſuri, *feritatem.* Pictura enim illa hominis quaſi efferati & ſine omni cultu corporis ciuili & humano. Tangit Theophraſtus ipſe cum ait. θηριωθῆναι, item μασχάλας θηριώδεις. Talis δυχέρεια B Iſocratis apud Polyb. legat. cxxii. ἥτε γὰρ ὄψις ἐκτόπως ἦν αὐτοῦ φοβερὰ καὶ θηριώδης, ὡς ἂν θρώπου πλεῖον ἐνιαυτοῦ μὴ τὸν ῥύπον, μὴ τοὺς ὄνυχας, μὴ τὰς τρίχας ἀφῃρημένου, &c. *Nam & adſpectus eius mirificè terribilis atq; efferatus erat, quippe hominis qui diutius anno neque ſordes corporis, neque vngues, neque capillos demſiſſet,* &c. Sequitur deinde ex quo intellexeris cur illa δυχέρεια, nēpe ὥς τε τὸν θεασάμενον πρὸς πᾶν ζῶον ἑτοιμότερον ἂν προσελθεῖν, ἢ πρὸς ἐκεῖνον. *Ita vt talem eum videns aliquis, ad quamuis feram adpropinquaret faciliùs, quàm ad illum.* Sic itaque Iſocrates ille δυχερὴς ad quem accedere, quem tractare nemo vellet, quaſi δυχείριςς.

C At inquies θηριότης feritas eſt? Quid ni autem. Sed duplex feritas notahilis, vna ſoliuaga & ſæua eáq; magis θηριότης, altera cultu inciuili & ferino, auertens homines, eaque δυχέρεια.

INMVNVVS NATTA.

MELIVS, *nacca*, Oſtendi ad Perſij Sat. iii.

VII.

AVT SI DISPARIBVS.

INTER diſpares minus gliſcunt iræ capitales. D Benè Fabius Declamat. cccLXXIX. *Inimici ſunt ex pari,* &c.

IN IVS ACRES PROCVRRVNT.

PROCVRRVNT *in ius* quaſi in campum. Minus rectè alij *Cōcurrunt*, aut *occurrunt*. Procurſionē illam ſequitur deinde concurſio & conflictus, ſiue coitio in iure, cum actio intenditur. Hinc Cornuficij ad Herenn. lib. iv. *Primo cœtu condemnare*, id eſt, prima coitione, vt Terent. Phorm. Act. ii Sc. ii. *Prima coitio acerrima eſt.* Ne rectè in Aduerſar. c. xxv lib. xx. Illud, *primo cœtu condemnare*, interpretati, primo conuentu iudicum.

EXPRESSA ARBVSTO CONVICIA.

SVMTA quaſi mutuò, ex arbuſto, ſiue vite A arbuſtiua, figuratè hoc, pro ſumta à putatore vitis arbuſtiuæ ſiue ἀναδενδράδος. *Arbuſto* autē *ſalſo & multū fluenti* figuratè, pro putatore dicace & loquace.

DVRVS VINDEMIATOR.

QVOMODO conuicium in vindemiatorem eſt cucullus? Aut quis neſcit quàm longè à cuculi cantu vindemia? Ille verno eſt, hic autumno. Cuculus ſiue cucullus conuicium eſſe in putatores ſero neque ante cuculi cantum putantes vineam, patet Plinij c. xxvi lib. xiix. Ergo neque Aduerſaria feliciter expediuêre c. i lib. ii. Si coniectare licet, dixero vindemiatorem Flacco eſſe non eum qui ſolitus accipi, nempe τρυγητὴν, ſed vineæ putatorem ſiue κλαδευτὴν B ſiue καθαιρετὴν, cumq; dici à noſtro ſermocinatore vindemiatorem, non quia *vinum demit*, ſed quia *de vinea demit*, nempe ſarmenta. Vineæ putator ſuum ſibi nomen quia non habet, Flacco vindemiator eſt. Putatores autem & frondatores, aliarum quoque arborum. Aut generatim Flacco vindemiator ἀμπελουργός. Si quis exempla olim vindemiatoris tali ſignificatu adtulerit aut ſi quis auctumnale quoque ſiue vindemiale conuicium, *cuculus*, oſtenderit, pugnam pugnauerit.

IIX.

C OLIM TRVNCVS ERAM FICVLNVS.

VT Propert. eleg. ii lib. iv Vertumnus.

Stipes acernus eram—

MALVIT ESSE DEVM.

IOCVS qualis Protarchi apud Ariſtotelem c. vi lib. ii Phyſicor. εὐτυχεῖς εἶναι τοὺς λίθους ἐξ ὧν οἱ βωμοί, ὅτι τιμῶνται, οἱ δὲ ὁμόζυγες αὐτῶν καταπατοῦνται. *Beatos eſſe lapides è quibus aræ, quia religioſè coluntur*, cum alij, *hi gemini pedibus terantur.*

COMMVNE SEPVLCHRVM.

IN communi ſepulchreto etiam vſtrinæ, & culinæ, vnde atræ Eſquiliæ Sat. vi lib. ii. Vſtrinæ χαμαιτυπεῖα Artemid. c. xxc lib. i vbi ſic D vertêre quaſi non intereſſet χαμαιτυπεῖον & πορνεῖον ſiue lupanar. At intereſt, vtrobiq; ſcortilla. In vſtrinis ſiue χαμαιτυπείοις viliſſima, in lupanari minus vilia. In vſtrina mœchillium Rufa Bononienſis, apud Catullum.

Uxor Menenî, ſæpe quam in ſepulchretis

Vidiſtis, ipſo carpere e rogo cœnam.

Non modo vt mendica ſed & vt ſcortum Rufa illa in vſtrina, & culina. Ergo & Artemidorus loco prædicto, vt res differentes poſuit χαμαιτυπεῖα & πορνεῖα. In vſtrinis ſcorta cum vſtorum ſeruuli fece illa & in ſpem ac nidorem ſequentis mox culinæ. De vſtrinis & culinis Ariſtoph. Equitibus eiúſque interpretes. Virgil. Catalect. Paulus Sentent. Tit. xxiii lib. i. Feſtus. Aggenus vrbicus lib. de limitib. agror.

MILLE

MILLE PEDES IN FRONTE.

FRONS ſepulchri, latitudo quæ viam reſpicit. Sepulchra vt plurimum iuxta vias. Varro v de Ling. Lat. Iulius Frontinus de limitibus agror.

TRECENTOS IN AGRVM.

SEPVLCHRALIS loci longitudo in agrum quaqua verſus, vt inſcriptio vetus IN FRONTE LAT. PED. XX. DIGIT. II. IN AGR. LONG. PED. XX, &c.
Hoc itaque ſpacium loci ſepulchralis *in agro* dictum, aut *retro*, quia ſc. oppoſitum fronti vt in vetere inſcriptione Patauina.

CVM SAGANA MAIORE VLVLANTEM.

B PLERVMQ. vlulatus magicus, ante carmen ipſum. Sed interdũ & variæ voces, ſiue vt Papinius loquitur, *diſſona murmura*, quæ qualia ſint eidem depingit Thebaide IV.

SCALPERE TERRAM VNGVIBVS.

INTELLIGE, ſcrobem facere, qui magicus ritus vbique obuius, vt Apuleiaſini lib. I. *Deuotionibus ſepulchralibus in ſcrobem procuratis*. Lactant. ad Thebaidẽ IV. Inferis ſacra fieri, *ſcrobiculo facto*. Sic Homeri Odyſſea XI. Apollonij Argonaut. lib. III. Philoſtrati Apollonij lib. IIX. Porphyrij de antro Nympharum. Scholiaſtis in Eurip. Phœniſſas. Sed nuſquam hoc ita expreſſum vt nunc ab Horatio, de ſcrobe facta vnguibus.

ET FRAGILIS PEDIATIA.

EXPLICO ad Perſij Sat. I.

VTQ. LVPI BARBAM.

OFFVCIAS magicæ artis vide. Barba lupi veneficium, at *roſtrum lupi veneficijs reſiſtere* aiunt magi, Plinius c. X lib. XXIIX Atqui lupi barba, in roſtro.

ALTVM SAGANÆ CALIENDRVM.

GLOSSÆ *Caliendrum*, *κόσμιον κεφαλῆς*. Bene Acro & Porphyrio Caliendrum interpretati galericulum, ſiue capillamentum, ſiue φενάκην, ſiue emtitiæ & adulterinæ comæ ſuggeſtum. Itaq; perſtringi vtramq; à Flacco veneficam ſuo quamq; genere vitij, Canidiam vt eden- D tulam: Saganam vt *gibbam*. Sic Porphyrio. Sed quid Caliendrum ſiue capillamentum gibbo facit? *Iocatur*, inquit, *in has quaſi altera dentibus adpoſitis vti ſolita ſit: altera quod gibba fuerit, caliendrum hoc eſt galericulum habere conſuerit*, &c. Sed Porphyrio ſcripſerat, *altera quod glabra fuerit*, &c. Glabram pro calua dixit, vt Martial. epigr. XXIIX *Glabrariam*. Iocus nempe Valerij. Glabraria es ſiue calua, ſiue nudato pilis capite, ſed Lupercus tuus te planè conſtituet nudam, ſiue deſpoliatam. Apuleiaſini lib. I. *Cucurbita caluiorem*. Sed elegantior lectio Fulgentij *Cucurbita glabriorem*, Corrupête critici olim non putantes glabriorem rectè dici pro *caluiorem*. De ſene ibi ſermo.

A

IX.

IBAM FORTE.

CHARACTER ſiue nota eſt ſiue χαρακτηρισμὸς hominis ἀδολέσχου. Duplicem Theophraſtus characterem ſiue notam loquacitatis expreſſit, vnam ἀδολεσχίας, alteram λαλιᾶς. Ἀδόλεσχος narrator eſt odioſus: λάλος qui loquendi partes alijs præripit. Ille narratione perpetua, hic in colloquio eſt loquax. Patet Theophraſti deſcriptione cui ἀδολεσχία eſt διήγησις λόγων μακρῶν καὶ ἀπροβουλεύτων. *Narratio longorum & nihil ad rem ſermonum*. Sic enim ἀπροβουλεύτων, meliùs, quàm *inconſideratorum*, vt alij vertêre. Λαλιὰν verò eſſe præceptionem alieni ſermonis, patet cum illa apud Theophraſtum λάλου formula eſt ad eum qui cum loquitur, ὅτι οὐδὲν λέγει, καὶ ὅτι αὐτὸς πάντα οἶδε, &c. *Nihil dicis, omnia ego vt geſta, ſcio*, &c. Garrulus itaque hic quem Horatius pingit ἀδόλεσχος eſt. Nec enim prohibet Horatium loqui. Sed multa vtrique loquacium generi communia ſunt.

DOCTI SVMVS.

POETA ſum. Dico ad Satyram X. ſeq.

VT NVNC EST.

C ὩΣ τὸ νῦν τὸ εἶναι, ὡς τὸ νῦν ἔχει. Cicero paſſim. Fabius Declam. CCLXXIIX. *Filium, vt nunc res eſt, tuum*.

O TE BOLLANE CEREBRI FELICEM.

PLINIVS Procœmio lib. IV. *Beatum feliciẽmq; gratia* Ariſtoph. Auibus ὦ μακάριε τῆς τέχνης. Silius Italicus lib. XII.

Fumabat verſis incenſa Petilia tectis,
Infelix fidei——Intellige χάριν, ἕνεκα, nomine, cauſâ.

VSQVE TENEBO, PERSEQVAR.

MELIVS, *proſequar*. *Proſequar*, nempe, officij cauſa. Indicio Flaccus ipſe, nam ſequitur. *Quò nũc iter eſt tibi?* Sic apud Theophraſtũ charactere λαλιᾶς. Λάλος τοὺς ἀπιέναι φάσκοντας δεινὸς προπέμψαι, καὶ ἀποκαταστῆσαι εἰς τὴν οἰκίαν. *Loquax, ſciens eos qui ſe abire D iam aiunt proſequi, & domum deducere*, &c. Videri nolunt illi Aij Locutij, ſe officij cauſa proſequi, vt nunc verbuleius hic. *Proſequar*, inquit, ſed reapſe *perſecutio* illa non *proſecutio* eſt, neque officij cauſa eam ſuſcipiunt, ſed vt in miſeri illius auriculis commentari poſſint.

NIL OPVS EST TE CIRCVMAGI.

ΣΥΜΠΕΡΙΦΕΡΕΣΘΑΙ. Iuuenal Sat. IX. *Quò te circumagas*, &c.

TRANS TIBERIM LONGE CVBAT IS.

CVBAT ægrotus nempe vt epiſt. II lib. II.

——*cubat hic in colle Quirini,*
Hic extremo in Auentino, viſendus vterq;. Et Sat. III lib. II.

Mater ait pueri menſes iam quinq; cubantis. A

Ouid. epiſt. Acontij.--*Hæc cubat, ille valet.*

PROPE CÆSARIS HORTOS.

HORTOS nempe quos Cæſar populo reliquit teſtamento. Plutarch. lib. de fortuna Romanor. Ἐν τοῖς ὑπὸ Καίσαρος τῷ δήμῳ καταλειφθεῖσι κήποις. *In hortis populo relictis à Cæſare.* Sueton. Iulij c. xxCIII.

DEMITTO AVRICVLAS.

NON diſſimiliter Galenus principio lib. II περὶ σφυγμῶν. de medico ſene argumentis conuicto. Ἐπὶ τούτοις ὁ μὲν γέρων, ὥσπερ ὄνος ἔοικεν ἤδη τὰ ὦτα. *Hic dictis ſenex iam, vt aſellus auriculas commouebat.* D. Dorotheus Doctrina VII. Ἀκούσας ἐγὼ τοῦτο, ἔβαλον κάτω τὰ ὦτα μου. *Hæc audito, demiſi auriculas meas ego,* &c. Hoc B ſignata è dictum quidem à ſermocinatore noſtro & Galeno. Sed & vera interdum motio auricularũ. Etenim vt ait D. Auguſtinus c. xxxIV lib. IV. de ciuit. Dei. *Sunt qui & aures moueant, vel ſingulas, vel ambas ſimul.* Euſtathius ad Iliad. XI. Ἀνθρώπου μόνου ἴδιον μὴ κινεῖν τὰ ὦτα, εἰ καί τις τῶν τοῦ ὑστέρου γένους ἀνὴρ ἱερὸς ἱστόρηται θάτερον τοῖν ὠτίοιν ὑποκινεῖν. *Hominis ſolius proprium aures non mouere. Quanquam huius ſæculi ſacerdos quidam narratur alterutram auricularum ſolitus motare.* Notat & in Hercule Epicharmus. Nam de corbitante illo agens inquit, Σίζει δὲ τοῖς ῥινέσσι, κινεῖ δ' ὄυατα.

Naſoq; runcat, auriculáſq; commouet.

GARRVLVS HVNNC QVANDO CONSVMET CVNQ. C

THEOPHRASTVS charactere ἀδολέσχου. Παρασείσαντα χρὴ τοὺς τοιούτους τῶν ἀνθρώπων, καὶ διαράμενον ἀπαλλάττεσθαι· ὅστις ἀπύρετος βούλεται εἶναι. *Euiuſmodi homines prætercurrere oportet curſim, motiſq; ad celeritatem brachijs, & cum deteſtatione, tanquam mali ominis, ſiquidem febri carere velis.* Διαράμενον habent plebeij: ſed voluit puto mellitus ille morum pictor διαράμενον *deteſtantem, exſecrantem.* Librarioli manu vocalis quinta mutata in primam, quales in ſcriptis auctorum mendæ quotidianæ. Ergo neque guſtatum habuêre illius Leſbij tam dulcis qui propinauêre hactenus. Non eſt quotidianum διαράσθαι. Sanè ſed nequealia pleraq; in characteriſmis. De fugiendo autem ἀδολέσχῳ eleganti D exemplo eſt Ariſtoteles, cui cum talis narrator identidem hoc ingereret, οὐ θαυμαστὸν Ἀριστότελες; *Anne mirum hoc Ariſtoteles?* Vrbanè Philoſophus, οὐ τοῦτο, φησί, θαυμαστὸν, ἀλλ' εἴ τις πόδας ἔχων σὲ ὑπομένει. *Non hoc mirabile, ſed ſi quis pedes habens, te patitur,* Laërt. & Plutarch. de loquacitate.

AVT VALEO STARE.

SI aut patronus aut Iuriſconſultus idoneus ſum. *Stare* in iure aut iudicio dicuntur qui poſtulant pro ſe ipſi aut pro alio. Sic Demoſth. κατὰ Μειδίου. Ἐστάναι γὰρ ἐξέσται δήπουθεν αὐτῷ videlicet κρίνειν. *Stare nimirum ei fas erit,* nempe in iure. Sic *ſtandi in iudicio perſonam habere,* in iure ciuili.

PAVCORVM HOMINVM. A

PAVCORVM *hominum* vt Atticè πάνυ παύρων ἀνθρώπων. Soſipater lib. III ex illo Terentij, *perpaucorum hominum.*

HVNC HOMINEM VELLES SI TRADERE.

HVNC *hominem,* me, vt Plautus Bacchidibus. *Hunc hominem decet auro expendi,* id eſt, me. Sic Rudente Sc. xxv. *Minime iſtuc faciet noſter Dæmones,* pro minimè faciam ego. Et Curcul. Sc. IV--*Solus hic homo eſt qui ſciat diuinitus,* pro Solus ego ſum, &c.

ET EST QVI VINCI POSSIT.

BENE' aliqui. *Et eſt qui vinci poſſit.* Vult Mæcenas ſe vinci & quaſi expugnari officijs, & B ambiendo. Ex hoc itaque inſtituto difficiles habet aditus primos. Lingulacam illum hoc ita velle accipi patet cum ſubiungit machinas & ingenia Mæcenatis vincendi. *Corrumpam, non deſiſtam, quæram, occurram,* &c.

SIC ME SERVAVIT APOLLO.

VT Iliade xx.--τὸν δ' ἐξήρπαξεν Ἀπόλλων. Sed Venuſinus hic capiendus de Apolline cuius ſtatua eburna in foro Auguſti, eo ipſo in loco vbi ius dicebatur, vt patet C. Plinij c. LIII lib. VII. Hinc *Apollo* ille *iuriſperitus* Iuuenali Sat. I.

Sportula deinde forum, iuriſq; peritus Apollo.

Frequentes autem in foro Auguſti fuiſſe cogni- C tiones notare licet Suetonij Claudio c. xxxIII Et L. Senecæ Satyra Claudiana.

X.

NEMPE INCOMPOSITO PEDE.

D. Hieronymus ad Panmachium de errorib. Origenis Epiſt. LXV. *Mordetur & Lucilius quod incompoſito pede currat, & tamen ſales eius lepóſq; laudantur,* &c.

QVOD SALE MVLTO VRBEM DEFRICVIT.

D. Hieronymus, De vitando ſuſpecto contubernio epiſt. XLVII, *Vbi illa quondam con-* D *ſtantia, in qua multo ſale orbem defricans Lucilianum quidpiam retuliſti?* &c. Tullius Tiro apud A. Gellium c. III lib. VII. *Iniurijs atque imperioſis comminationibus confricare.*

RIDICVLVM ACRI MELIVS MAGNAS SECAT RES.

VT Sueton. Veſpaſ. c. xx. *Multa ioco transfigere.* Item *Cauillatione diluere & transferre ad ſales.* Sic Gorgias Leontinus apud Ariſtotelem ad Theodecten. Et A. Gell. c. XII lib. XII.

QVI NE PVTETIS, DIFFICILE ET MIRVM.

NE articulum adſeuerandi eſſe notat Priſcianus c. I lib. XVI. Exemplum profert de Terentij Andria. Act. V Sc. III.

Nunc

Nunc ne demum iſtud verbum in te incidit.
Longè aliter codices Terentij quos nunc terimus.

Eodem die iſtuc verbum verè in te accidit.
Mihi lectio illa Priſciani non quidem puta putáq; Terentij eſſe videtur manus, propior illi tamen quàm vulgaria eſt. Nam & interrogatoriè fuiſſe puto.

Nunc ne demum iſtud verbum verè in te incidit?
neque vt Priſcianus cenſuit ne ibi χατωμοτικὸν eſſe, ſed interrogatorium. Præterea factam eſſe à librariolis & criticis verſuum Terentij traiectionem quæ minimè conuenit. Sic enim vulgò nunc legitur.

Pa. *Me miſerum. Si. Modo ne id demum ſenſi Pamphile?*
Olim iſtuc, olim, cum ita animum induxti tuum
Quod cuperes, aliquo pacto efficiundum tibi
Eodem die iſtuc verbum vere in te incidit, &c. Si S. P. Q. C. volenti eſt, repono.

Pa. *Me miſerum. Si. Modo ne id demum ſenſti Pamphile?*
Nunc ne demum iſtuc verbum verè in te incidit?
Olim iſtuc, olim, cum ita animum induxti tuum
Quod cuperes aliquo pacto efficiundum tibi, &c.

Olim iſtuc, nempe *verbum verè in te incidit, olim cum*, &c. Interrogatio autem illa: *Nunc ne demum iſtuc*, &c. eiuſmodi qualis Æneid. IV.

Infelix Dido nunc te fata impia tangunt?
Tum decuit cum ſceptra dabas---&c.

Eoque ipſo item Maronis loco malè à Criticis omiſſa nota interrogatoria, vt præmonui ad Odam XXVI lib. III. Sed de ſemita in viam. Hoc quidem Horatij verſu *ne* interrogatorium eſſe nullus dubitaueris.

SERMO LINGUA CONCINNUS VTRAQVE.

CONCINNATVS συσκευασθεὶς ἐπὶ συμφώνῳ, δηλοποιηθείς.

CVM VERSVS FACIAS.

TV qui ſermonem vtráq; lingua cõcinnum, ſuauiorem eſſe ais, tu, inquam, cum etiam ipſe verſus facias, ſiue Poëta ſis, ſiue doctus ſis, & qui cum vt cum perito huiuſce rei agere poſſim, rogo te. Si cauſa pro amico tibi agenda eſſet in foro, aut iudicio, anne ſermone mixogræco vterere? Non faceres opinor ſi ſaperes. Atqui non minus diſconuenit Græcanicus ſermo in Poëmate Latino, quam in actione aliqua patroni Latina. Hoc argumentum à pari, deinde adſerere pergit à ſimili, *Atqui ego*, &c. Quod ligna in lucum ferre, hoc Græcos verſiculos ſcribere eſt. Apertiùs hoc ita quàm eſt in Aduerſar. c. XIX lib. XV aut apud Dionyſium Lambinum. Dixit autem Flaccus Poëtæ illi. Si cauſa tibi agenda eſſet. Actitabant enim & Poëtæ aliqui cauſas, vt Martial. epigr. XVII lib. IIX.

ATQVE EGO.

MELIVS, *Atqui ego.* Decoram tu illam tibi mixolatinitatem arbitrare? Atqui ne ſi prorſus Græca quidem faceres, decorum eſſet.

A Hoc ita ex comparatione maioris argumentum adſtruit teſtimonio diuino, nempe oraculo Quirini.

CVM SOMNIA VERA.

APOLLONIVS apud Philoſtratum lib. II οἱ γοῦν ἐξηγηταὶ τῶν ὄψεων, οὓς ὀνειροπόλους οἱ ποιηταὶ καλοῦσιν, οὐδ' ἂν ὑποκρίναιντο ὄψιν οὐδεμίαν, μὴ πρότερον ἐρόμενοι τὸν καιρόν, ἐν ᾧ εἶδεν. Ἂν μὲν γὰρ ἑῷος ᾖ, καὶ τοῦ περὶ τὸν ὄρθρον ὕπνου, ξυμβάλλονται αὐτὴν, ὡς ὑγιῶς μαντευομένης τῆς ψυχῆς, ἐπειδὰν ἀπορρύψηται τῶν οἴνων. *Itaq; coniectores quos ſomniſolutores vocant Poetæ, ne interpretari quidem dignentur ſomnium vllum, antequam percunctati de tempore quo ſomnium illud viſum. Si enim tempus antelucanum ſit, & ſomni*
B *matutini, conſectant ſomnium illud, quaſi anima tunc verum vidente, poſtquam depurata & abluta fuerit à vino & crapula.* Ouid. epiſt. Heronis.

Namq; ſub aurora, iam dormit ante lucerna,
Tempore quo cerni ſomnia vera ſolent.

Tertyllianus c. XXII De anima. *Certiora & collatiora ſomniari adfirmant, ſub extimis noctibus, quaſi iam emergente animarum vigore, prodacto ſopore*, &c. Sed Artemidorus Daldian. c. IIX lib. I non magni hanc temporis obſeruationem facit.

DVMQ. DIFFINGIT RHENI LVTEVM CAPVT.

SI eſſe velis quaſi ὁμότειχος Alpini peſſimi Poëtæ, & Græca factitare eo ipſo tempore.
C ſiue hoc ſæculo, nempe quo & Alpinus. *Diffingere* autem deſcribere, Gloſſæ, *Diffingit* deſcribit, Tangentes opinor hunc verſum Horatij. Peccant legentes *defingit*, vt in Aduerſar. c. XIX lib. XV. Et Dionyſij Lãbini commentaria. Signanter Quinctus noſter hoc, *diffingit. Diffingere*, eſt aliter fingere vt Oda XXXV lib. I Oda XXIX lib. III. Et oſtendi notis in Odam illam XXXV lib. I. A. ille Cornelius Alpinus in deſcriptione belli Germanici ac triumphi, Rhenum flumen luteo capite aut flauo pingebat, quali capite Rheni effigies transferri ſolita in ferculis triumphi. Rhenus in triumpho fictus capillitio flauo, gentis ſuæ colore ſcilicet. Sic Euphratis fluuij effigies capite redimito arundine. Trigidis effigies capillitio cæruleo. Naſo I Nequitiæ, triumphos Auguſti futuros, ſpei ſuæ acu pingens,

D *Hic eſt Euphrates præcinctus arundine frontem*
Cui coma dependet cærula Tigris erit.

Idemq; Ponti eleg. IV lib. III in pictura triumphi Germanici.

Squallidus immittat fracta ſub arundine crines
Rhenus, &c. Tangit & Papinios Silua. I lib. I. Sic itaq; Rhenus capite luteo in ferculo triumphi à Cornelio illo deſcripti, ſed Cornelius diſſinxit, ſiue rurſus finxit carmine ſuo caput Neque ſine Satyrico morſu hoc, *diſſinxit*. Nempe aut aliter finxit, aut & malè finxit, quod ante fictum benè, vt *cingere, diſcingere*, &c.

QVÆ NEC IN ÆDE SONENT.

EXPERGO ad Perſij Proœmium & Sat. I.

A Comis garrire libellos.

Comis, comicus Poëta, vt poſt paullo *comis Lucilius*. comicos. Itaque oppoſiti *comis Lucilius*, & *tragicus Attius*. Cicero in Limone agens de Terentio.

Quicquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

Quicquid come, pro, quiduis comicè. Comem Lucilium vocauit, quia Lucilius, quaſi Eupolis, Cratinus, Ariſtophanes

Mutatis tantum pedibus numeriſq; facetus,

Quemadmodum ipſe inquit. Sat. IV lib. I.

Quare autem Horatius comem pro comico? Quia comitas & vrbanitas præcipua laus comici poëtæ. C. Cæſar. de Terentio.

Lenibus atque vtinam ſcriptis adiuncta foret vis
Comica,---&c.

B Comicam vim Terentio deeſſe queritur hoc eſt vrbanitatem & ſales. Comica vi Plautus, puritate ſermonis Terentius excellit.

Vt nemo, Varius ducit.

Alii, *vt nemo Varius ducit*. Neutri rectè. Neque hilum meliùs alij. *Vt nemo Varius: ductu molle, atque facetum*, &c. Præſtare poſſe videor à Quincti ſtilo fuiſſe--*vt nemo Varius: ductum, molle, atque facetum*. Triplicem Virgilij Bucolicis & Georgicis laodem tribuit. *Ductum, molle, facetum*. Ductum ſubtilitate, molle ſtructura ſermonis, facetum vrbanitate. Ducta ſiue dedocta poëmata ſubtilia vt epiſt. ad Mæcenatem---*Et tenui deducta poëmata filo*. De poëmate ſiue carmine dedocto Macrob. Saturn. c. IV lib. VI. Seru. in Eclog. VI. Adringit & Fabius c. II lib. IIX. Sic itaque meliùs huic loco erit quàm eſt in Aduerſar. c. XI lib. XIIX C aut apud Diooyſ. Lambinum.

Melius quod scribere possem.

Melius *Varrone Atacino, atque quibuſdam alijs*. Meliùs, inquit, Satyram ſcripſi Varróne Atacino & quibuſdam alijs fruſtra expertis: ſed minor ſum inoentore Satyræ Lucilio.

Herentem capiti coronam detrahere.

Hoc egimus ad Prologum Perſij. Manlius in Coocione apud T. Liuium lib. XXXIIX *Coronam inſignem capiti detrahunt*.

Tu nihil in magno doctus reprehendis.

Tu quiqui es Poëta. Docti pro poëtis Horatio vt ante Sat. IX *Noris nos*, inquit, *docti ſumus*---hoc eſt Poëta ſum. Et epiſt. II lib. II. D

Scribimus indocti, doctiq; poëmata paſſim. Poëtæ & non poëtæ. Et fine huius Satyræ----*Doctos ego quos & amicos, Prudens prætereo.--*

Non ridet versus Enni gravitate minores?

Lavdat Seruius atque interpretatur ad illom Æneidis XI verſum--*Tum latè ferreus haſtis Horret ager*, &c. Opponit Horatius Lucilium & Q. Ennium vtrumq; Satyricum, Lucilium vellicare ſolitum Q. Ennij Satyras vt parum graues.

A Nosmet Lucili scripta legentes.

Tacite ſe Lucilij Eclogarium fatetur, & ἀποπμαλεύειν ex Lucilio.

Versiculos magis factos.

Tullius de Orat. *Oratio polita & facta quodammodo*, &c. Sic *tornatis verſus* epiſt. ad Piſones. Factos, faciem habentes vt ab opifice, perfectos.

Et euntes mollius?

Hæc ioterrogationis nota, inſcitiæ illos arguit, qui tenenta illa interpretari hunc locum adgreſſi. Dionyſius Lambinus morbi aliquid ſuſpicatus rectè, ſed neque medicinam facere potuit. Nam retinet interrogationem & corrigit. At ſi quis pedibus, &c. Iouoloere hoc B non euoluere eſt, quemadmodum ipſius interpretatio fidem facit. Horatius ita voluit.

Mollius, ac ſi quis pedibus quid claudere ſenis
Hoc tantum contentus, amet: ſcripſiſſe ducentos,
&c.

Quid vetat experiri anne poſſimus & ipſi fingere verſiculos magis factos & molliores, ac ſiue quàm ſi quis amet ſiue ſoleat, *aliquid ſex pedibus claudere* ſiue inligare, *hoc vno contentus*, quaſi alia re nolla opus habens ad laudem Satyræ, & amet ſiue ſoleat exſpuere ducentos verſus ante & totidem poſt cœnam, qualis *carminator*, Sidonij verbo dixerim, Caſſius Parmenſis. διαλύτως nempe illud *ſcripſiſſe*, & intellige ἀπὸ κοινοῦ *amet*.

Quale fuit Cassi.

C Cassio Parmenſi iniqoior Flaccus in gratiam Octauiani, cui hoſtis Caſſius ille vt Suetonij Auguſto c. IV.

Librisque ambustum propriis.

Liberis abolitis Sco. Namque hoc itelligi velle videtur, quia hoſtis Octauiani Caſſius ille vt dixi, & quia percoſſor Cæſaris. Velleioz lib. II. Videntur ſcil. opuſcula eius λυπηρολογίας καὶ ἀναισχυντογραφίας καὶ στασιολογίας βελέμνοις in Cæſarem patrem & filium armata fuiſſe, qualis epiſtola ex qua locus apud Suetoniom. Non dixit Qoioctus exuſtum ſed ambuſtum. Cuius libri exuruntur, is eodem igne quaſi amburitur etſi procul eſt, igoe ſcilicet infamiæ, & eiuſdem quaſi iocendij flama adflatur.

Fuerit Lucilius, inquam.

D Refert ſe ad iuſtitutum illud *Nil comis tragicus*. Et, *Non ridet*, &c.

Fuerit limatior idem, quam rudis, &c.

Longe à Satyrici noſtri mente Dionyſius Lambinus vt videre volenti eſt. Inquit Flaccus συγχωρητικῶς. Fuerit ſanè Lucilios comis & vrbanus, fuerit limatior quàm Q. Enniuz *rudis, & Græcis intacti carminis auctor*. *Carminis intacti Græcis*, Satyræ. Ennius Satyrarum libris laudatus identidem à Grammaticis vt Marcello, alijs.

Hic

Digitized by Google

Hic mihi forte aliquis, Quomodo inquiet Q. Ennius auctor Satyræ, cum Lucilius paullo ante dictus ſit inuentor? Mane, huc ibam. Q. Ennius auctor huiuſce carminis Latini, quia primus Lucilius inuentor, quia ſic gloriatus ipſe quaſi Q. Ennius rudis atque iners, ipſe autem primus in Satyræ ſcriptione artifex.

SÆPE CAPVT SCABERET.

MENIPPVS Romanus Marcopoli ſiue περὶ ἀρχῆς apud Marcellum in *Scapum. Mihiq; diutum ſtylo noſtro papyrino leuij ſcapos capitio, nouo partu Poëtico.* Pentheum diripuiſſe aiunt Bacchas, nugæ maximæ, prout hic locus distractus eſt. Tentemus tamen opem aliquam ferre. Scripſerat puto ille Satyricus. *Nihil dudum ſtilo noſtro, papiro inleui, ſcabens caput, nouo partu Poëtico.* Argute hoc Menippus ille. *Scabens caput, nouo partu poëtico.* ſcil. ludens, ad Mineruam è capite Iouis partu editam. Si quis huic pænè exanimi loco, melior Æſculapius venerit, vel in Varronis ei gratiam, plauſus eſto.

VIVOS ET RODERET VNGVES.

ACTA res in Epod. XVII.

ITERVM QVÆ DIGNA LEGI SINT SCRIPTVRVS.

TVLLIVS in Bruto. *Liuianæ fabulæ non ſatis dignæ quæ iterum legantur.* Itaque Poëta ſcripturus quæ iterum digna legi, eſt, Scripturus Poëſin qualis de qua noſter hic ad Piſones

Hæc placuit ſemel, hæc decies repetita placebit.

NAM SATIS EST EQVSTEM MIHI PLAVDERE.

HISTRIONES pleriq; omnes captare ſoliti plauſum ex XIV ordinibus ſiue equeſtribus, contemto plauſu caueæ ſummæ & imæ. Sic Plautus capiendus Captiuis prologo, ſiquidem prologus ille Plauti eſt, cum ait.

Vos qui poteſtis ope veſtra cenſeriet, &c. vt ſi diceret, vos quibus cenſus equeſter. Equites captati, quia & plurimi, & lucar ope ſiue ſtipe valentes iuuare.

AMBITIONE RELEGATA.

NON perſpexit Dionyſ. Lambinus interpretans *depoſito omni ſtudio tua gratia colligenda.* Nam eſt. Non ambitioſe, non oſtentatoriè, vt ad Piſones--Ambitioſa recidet

Ornamenta---Tullius epiſt. I lib. XV ad Atticum, *Ambitioſe orationem corrigere*, Fabius c. III lib. IIX *Ambitioſe numerum augere.*

I PVER.

PROPERT. eleg. XXI lib. III.

I puer & citus hæc aliqua propone columna, &c.

AD Q. HORATII FLACCI SATYRARVM LIB. II. QVOTIDIANA ET EMENDATÆ LECTIONES

Theodori Marcilij.

Satyr. I.

TER VNCTI TRANSNANTO TIBERIM.

BENE conueniens hoc reſponſum in perſona C. Trebatij Teſtæ, qui vt ait Tullius epiſt. X lib. VII ad famil. *Studioſiſſimus homo natandi*, &c. Decenter quoq; in Trebatij perſona Tullius tinnitum legalē expreſſit. *Transnanto, habento*, &c.

PATER OPTIME.

NAM ſenex iam tunc C. Trebatius, itaque & Ciceroni *vetulus* eſt epiſt. XVI lib. de eiuſdem.

SALTAT MILONIVS.

FORTE in Milonem hoc, in quem conuicium; *Saltator* apud Ciceronem pro Murena.

NOSTRVM MELIORIS VTROQ.

VT. de ſe ipſo poſt paullo *Infra Lucili cenſum ingeniumq;*, &c.

QVO FIT VT OMNIS.

QVEMADMODVM de Archilocho Critias apud Ælianum varijs c. XIII lib. X.

GRANDE MALVM TVRIVS.

LEGO, *Furius.* Accipiendum de L. Furio Prætore de quo Aſconius in Diuinat. vbi

narratio eadem de hoc Iſto Furio quæ & Acronis A
& Porphyrionis hoc loco.

VNDE NISI INTVS MONSTRATVM?

LVCRETIVS lib. v.

Sentit enim vim quiſq; ſuam qua poßit abuti,
Cornua nata prius vitulo, &c.

Sic & Minucius Felix Octauio. Item alij.

SEV MORS ATRIS CIRCVMVOLAT ALIS.

SIc Mortem volare, Papinius.

O PVER VT SIS VITALIS METVO.

O FILI, vt Trebatius, *pater*. Tangere videtur velle Homericum illud Iliade xix.

ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι, οἷ᾽ ἀγορεύεις B

Vitalis metuo ſis fili, qualia faris.

Thetis hoc ibi, filio Achilli.

ET MAIORVM NE QVIS AMICVS.

ATTICE pro, ne quis maior amicus, ſiue *μήτις τῶν ὑπερεχόντων φίλων*. Aliter neque rectè Dionyſ. Lambinus.

FRIGORE TE PERIAT.

IMITATVS Perſius Sat. i vt & quæ ſequuntur.

POPVLVMQVE TRIBVTIM.

POPVLVM per tribus, ſiue tribus ipſas. Hinc Perſius Sat. i.

SOLVENTVR RISV TABVLÆ.

TABVLÆ, ſubſellia, eaq; ipſa pro ijs qui in C ſubſellijs. Sic *riſu populum quatere* epiſt. ii lib. ii. Aliter alij, ſed minus ad mentem Satyrici.

II.

QVÆ VIRTVS ET QVANTA BONI.

RECTISSIME Acro Helenius legit. *Quæ virtus & quanta bonis ſit*, &c. & accipit. Qualis & quanta virtus ſit viris bonis, &c. Nam improbis quidem nihil ſatis eſt. Aliter accepit Dionyſ. Lambinus, ſed longè à recto.

ADCLINIS FALSIS ANIMVS.

BENE ita correctum magni Muſarum myſtæ Aduerſ. Adr. Turnebi c. xix lib. iii. Sic & Papinij Silua. iii lib. v *Ordior adclinis tumulo.* Corrige. *Ordior adclinis*, &c. D

FORIS EST PROMVS, &c.

MELIVS *Foris eſt promus? & atrum*
Defendens piſces hiemat mare? cum ſale panis, &c. Interrogatoriè ſcripſit hoc nempe Horatius.

VNDE PVTAS AVT QVI PARTVM?

DIXIT, *panis cum ſale ſtomachum leniet*, ſubiungit, vnde putas aut quomodo partum ſiue parari poſſe illum panem & ſalem quo ſic leniatur ſtomachus latrans? Subiectione reſpondet, partum labore. *Non in caro*, &c. Non tetigêre ſenſum, qui aliter.

TERGERE PALATVM GALLINA.

VT Perſius Sat. iii -- *plebeia radere beta.*

CARNE TAMEN.

SVSPICOR Satyrici noſtri manum fuiſſe.

Carne tamen (quamuis diſtat nihil hac magis illa)
Imparibus formis, &c. Patet tamen te imparibus formis carnis deceptum quod pauonis caro picta, plumis, gallinæ caro non item. Eſto ſane. Demus hoc tibi & gulæ tuæ. Quanquam illa impari plumarum forma, nihil diſtat magis ſiue excellit hæc pauonis caro, quam illa caro gallinæ.

Diſtare pro excellere vt Atticè διαφέρειν. Sic epiſtola vii.

Nec tamen ignorat quid diſtent æra lupinis id eſt quantum excellant.

VNDE DATVM SENTIS.

SEn vnde tibi datum, quod ſentis, &c. A naturáne an gula?

LVPVS HIC TIBERINVS IN ALTO.

IN *magno vel etiam maximo apud prodigos honore fuit etiam Tiberinus lupus, & omnino omnes ex hoc amne piſces. Quod equidem cur illis ita viſum ſit ignoro: fuiſſe autem & M. Varro oſtendit, qui enumerans quæ in quibus Italiæ partibus optima ad victum gignantur, piſci Tiberino palmam tribuit, his verbis in libro Rerum humanarum* xi. *Ad victum optima fert ager Campanus frumentum, Falernus vinum, Caſſinâs oleum, Tuſculanus ficũ, mel Tarentinus, piſcem Tiberis.* Macrob. Sat. c. xvi lib. iii ſiue vt aliqui numerauere c. xii lib. i.

CAPTVS HIET.

ADluſit Adagium, *Lupus hians*, & vrbanè ſic quaſi oppoſuit. Lupus terreſter hiat prædã captans: lupus autem priſcis captus hiat.

PONTES INTER IACTATVS.

SIGNANTER, *iactatus*. Hæc nempe cauſa cur adpeteretur à gumijs lupus ille. Iunius Columella c. xvi lib. xii. *Docta & erudita palata faſtidiũt fluuialem lupum, niſi quem Tiberis aduerſo torrente defatigarit*, &c. Ex defatigatione illa videlicet lupi fluuialis ſiue Tiberini caro tenerior. Hinc illa quaſi διαφορᾶς διαφορά. Fluuialem ſiue Tiberinum excellere marino, & Oſtienſi Tiberino, interpontanum. Altera item ratio gluttonibus illis & catillonibus cur interpontanum illum adpeterent piſcem, quia & ipſe lugurito & catillo, eoq; pinguior. Itaq; Lucilius *hunc piſcem quaſi liguritorem, catillonem adpellat, ſcilicet quia proxime ripas ſtercus inſectaretur.* Macrob. Saturn. c. xvi lib. iii.

LAVDAS INSANE TRILIBREM MVLLVM.

MVLLI bilibres in pretio vt Martial. epigr. xlv lib. ii epigr. l lib. xi. *Mulli enim rarò binas libras ſuperant*, Plinius c. xvii lib. ix. Ac ſi qui trilibres inuenti forte, hi in admiratione, vt hic mullus trilibris nunc laudatur. Si quis etiam tres libras excedens forte, in huius libras ſingulas, pretium ſingula milia. Vt Iuuenal. Sat. iv mullus vi librarum emtus vi milibus. Aſinius Celer conſularis Claudio principe mullum mercatus iix *millibus* Plinius c. eodem.

Sed

Digitized by Google

Sed Tertyll. c. penult. lib. de Pallio vt *millibus* A dixit. Corrigunt Plinium ex Tertylliano, magis eſt vt ex Plinio reſcribendus doctor ille Afer. Patet amplificatione Plinij quæ ſequitur. Sammonicus autem Serenus apud Macrob. Saturnal. c. xvi lib. iii illũ à Celere mullũ ait emtum vii *millibus*. Sed reuocandus opinor hic quoque ad ſummam C. Plinij.

Neque forte an ſatis pro vero etiam Macrobius emtum à Celere mullum cenſet bilibrem fuiſſe, propenſius eſt librarum iix fuiſſe. Singula nempe millia in libras ſingulas. Interdum tamen etiam ſuperatum hoc pretium, vt Suetonij c. xxxiv Tiberius *tres mullos, xxx millibus nummûm veniſſe, grauiter conqueſtus*, Sed & P. Octauius Tiberio principe *mullum iv pondo & ſelibra*, v millibus emit. B L. Seneca epiſt. xcv. Exceſſit Octauius ſolita precia numis quingentis.

PRÆSENTES AVSTRI.

VT Iuuenal. Sat. iv-----*velut vrgeat Auſter*.

NAM VILIBVS OVIS.

SAT. iii lib. i.-----*ab ouo vſque ad mala*.

HAC VRGET LVPVS, HAC CANIS, AIVNT.

ELEGANS Paroemia eſt. Paroemiam eſſe Flaccus ipſe arguit, notam prouerbij adponens, *aiunt*. C

Sed quamente illam vſurpat Quictus Paroemiam? Neque Acto Helenius, neque Porphyrio, neque Dionyſ. Lambinus, non plauſtra denique interpretum plena, lectori, qui quidem fungini generis non ſit, plenè ſatisfecerint. Explico ego. Lupus & canis in genere diuerſo perſimiles. Etenim lupus nihil aliud quàm canis ſilueſter. Plato in Sophiſta ϖρὸς ποιὲ κυνὶ λύκος, ἀγριώτατον ἡμερωτάτῳ. *Perſimilem eſſe cani lupum, maxime ferum animal, domeſtico maxime.* Socrates apud Stobæum Sermone lxiv οἱ λύκοι τοῖς κυσὶν ὅμοιοι. *Lupi canibus ſimiles.* Epictetus item apud Stobæum Sermone xxvii. Λύκος ὅμοιον κυνί. *Lupus cani ſimilis.* Euſebius præparat. Euangel. c. i lib. ii ὑπ' Αἰγυπτίων τοὺς λύκους τιμᾶσθαι, διὰ τὴν ϖρὸς τοὺς κύνας τῆς φύσεως ὁμοιότητα. *Ab Aegyptijs lupos coli propter naturarum ſimilitudinem ad canes.* D Origenes lib. ii contra Celſum. Καὶ ὥσπερ λύκος κυνὶ οὐχ ὁμογενής, κἂν δοκῇ ἔχειν τι ϖαραπλήσιον ἐν τῷ τοῦ σώματος σχήματι καὶ τῇ φωνῇ. *Et quemadmodum lupus eiuſdem generis cum cane non eſt, quanquam videtur ad ſimile aliquid habere, & ſpecie corporis, & vocis ſono.* Cicero Lucullo. *Vt ſi lupi canibus ſimiles, an eoſdem dices ad extremum?* Suidas Νυκτερινοὶ κύνες οἱ λύκοι. *Nocturni canes lupi.*

Sic ergo qui inter duo pericula ſimilia, dicti vrgeri hinc à lupo, inde à cane. Sic inter duo vitia ſimilia fluctuantem, hac vrget lupus, hac canis, vt nunc, *hac lupus hac canis*, eſt hinc luxus, inde ſordes. Argutéque & Satyricè, *lupum* dixit reſtrens lectorem cogitatione ad lupum interpontanum, & catillonem, gumiarum fratrem: *canem* dixit reflectens ſe à Auidienum *Canem* cognomento, non ſordidum hominem ſed ſordes ipſas.

SIMPLEX NÆVIVS.

Aπλοϊκός, εὐήθης.

VNCTAM AQVAM.

NON aquam manibus, ſed aquam poculis. Hæc ſtultitia Nænij.

STOMACHOQ. TVMVLTVM.

L. Seneca epiſt. ii. *Faſtidientis ſtomachi eſt multa deguſtare, quæ vbi varia ſunt & diuerſa, inquinant non alunt*, &c. Scripſerat haud dubiè λοιδορμάγδρος ille, *inquietant non alunt*. Inquietare frequẽs illi verbum, item alijs. Sic Plutarch. Sympoſiac. Problem. i lib. iv agens de ciborum varietate, τὸ πλῆθος, inquit, ἐστὶ τὸ ταράσσον καὶ φθεῖρον. *Copia eſt quæ turbat, & corrumpit.* Eadem ex Plutarcho Macrobius Saturn. c. iv & v lib. vii.

PALLIDVS.

PALLORE hydropico, quæ *lutea pellis* Perſio Sat. iii Et *albus languor* Flacco Oda ii lib. ii. Et *ſulfureus color*. Martiali epigr. xliix. lib. xii.

COENA DESVRGAT DVBIA.

GLOSSÆ *deſurgit* ἐφοδεύει, ὡς ὀρθριος, lego ἀφοδεύει. Malè ibi in notis ſuſpicati veterum illum tangi ex Horatij epiſt. ii lib. i.

Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones

Et gloſſographum legiſſe.

Vt iugulent homines deſurgunt nocte latrones.

Nihil hoc ad ſenſum gloſſographi. Deſurgere ille accipit pro ἀφοδεύειν, vt Scribonius Largus c. xxxvii. Marcell. Emp. c. xxiix. Sed alio nunc ſignificatu *deſurgere*, apud Horatium nempe *deſurgere cœna* pro de cœna ſurgere.

DIVINÆ PARTICVLAM AVRÆ.

L. Seneca epiſt. lvi *Ratio nihil aliud eſt, quàm in corpus humanum pars diuini ſpiritus merſa.*

QVAM INTEGRVM.

MAGNIFICVM procerib. Romanis adponere integra, ſordidum & paupertinũ, quaſi τεμαχίζειν ſiue concidere ſiue μινύλλειν. Sic itaque & totus aper adpoſitus, vt nunc, & Iuuenal. Sat. i Plinij c. xi lib. iix. Plutarchi Sympoſ. Quæſt. x lib. i, Suetonij Tiberio c. xxxiv. Et Gloſſis ad Iuuenal. Sat. i.

Sic & piſces quamuis magnos apoſuêre integros. Hinc illud Martialis Coqui epigr. lxxxi lib. penult.

Quàmuis lata gerat patella rhombum,
Rhombus latior eſt tamen patella.

Ergo & Montanus Senator apud Iuuenalem Sat. iv in Senatu illo Domitiani coquinario ſententiam rogatus de rhombo vegrandi, magnopere diſſuadet conciſionem eius & τεμαχισμόν---*Absit ab illo.*

Dedecus hoc--&c.

Hinc ergo & lances trutinævε in cõuiuijs quibus penderentur illi ita ſolidi piſces. Ammianus

Marcellin. l. xxix. ridēs delicias procerū ſub Va- A lētiniano. *Poſcuntur*, inquit, *etiam in conuiuijs aliquoties trutinæ, vt piſces adpoſiti ponderentur.*

Hinc & grandes illæ patinæ lancéſq; fictiles, & mazonomi, de quibus Plinius c. xi lib. xxxiii Dio Vitellio. Suetonius eodem c. xiii Tertyllianus c. vlt. lib. de Pallio. Sareſberienſis Polycratici c. vii lib. iix.

Hinc & ritus ille porci Troiani, de quo Macrob. Saturn. c. xiii lib. iii. Qualis & Athenæi principio lib. iv & c. vi lib. ix.

Sic autem & Indi adponunt ſolida apud Philoſtratum in Apollonio, Perſæ apud Herodotum & Athenæum.

Hos vtinam inter Heroas.

VOTVM ex Heſiodi lib. i. B

Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφελλον ἐγὼ πεμπτοῖσι μετεῖναι
Ἀνδράσιν, ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν, ἢ ἔπειτα γενέσθαι. Interpretor
O vtinam me non hæc ſæcula quincta viderent,
Poſtmodo ſed naſci potuiſſem, aut ante perire.

Imitatus & Valerius Cato in Diris,
Infelix ego qui non illo tempore natus
Quo facilis natura fuit.---

Divitiasq. habeo tribus amplas regibus.

SIc de C. Mario Plutarchus in vita eius, οἰκόν τε καὶ πλοῦτον ἀρκοῦντα βασιλείαις ὁμοῦ πολλαῖς κεκτημένος *Domum & diuitias multis regnis pares poſſidens.* C

Metato in agello.

REETA' in Aduerſar. c. i lib. xiii metatum agellum accepēre diuiſum & adſignatum, ſed & plenius videtur Flaccus intelligi voluiſſe ſepimento ſeptum, & cum villula. Vnde & poſtmodò ψιλλίζοντες Conſtantinopolitæ, item ſcriptores aliqui exteri *metatum* pro ædibus & hoſpitio dixēre, vt ſæpe Gregorius Turonēſis, alij. Sic & μίτατον Synagoga Iudæorum apud Nicetum in Iſacio Angelo & Alex. F.

Tum pensilis vva.

VVA ſuſpenſa vt ſeruetur veſca & viridis. Plinius c. i lib. xiv. *Durant alia per hiemem, penſili concamerata nodo*, &c. Malè ibi correxēre aliqui, *conglomerata*. Varro c. liix lib. i de re ruſt. D *vuas quas ſuſpendas, oportuniſſimas eſſe duracinas, & Ammeas, & Scantianas.* Sic Martial. epigr. xliv lib. s.

Non pyra quæ lenta pendent religata geniſta.

Cvm duplice ficv.

NIHIL ad rem de duplice ficu eſt in Aduerſarijs c. i lib. xiii, & in Cōmentarijs Dionyſij Lambini. Rectè quid ficus duplex Iunius Columella c. xv lib. xii. Ariſtoteles Problem. ix Tomi xxii vbi duplices ficus ἰσχάδες αἱ δίχα σχιζόμεναι. Inibi ratio quamobrem hæ caricæ dulciſſimæ.

Cvlpa certare magistra.

BELLVM pæne interneciuum Criticis de *culpa magiſtra* & *cuppa magiſtra*. Viueret Horatius, rideret albis dentibus, neq; aut culpā aut cupā ſibi vnquā in mentē fuiſſe reſponderet, ſed ruſticellos ſiue rullos ac petrones illos bibiſſe cupa magiſtra, id eſt vinum de lacu ſiue cupa, de qua dixi ad Satyrā iv lib. i. Tantū bibiſſe quantum cupa ſiue lacus pateretur, non præbens vinum vi cælla diuitis arbitratu, ſed pecuniæ. Diuiti cælla vinum præbet, magiſter leges in conuiuio dictat: rullo huic vinum de lacu ſiue cupa: eadémq; magiſtra ſinens & vetans potare. Sic meliùs quàm Aduerſarijs c. iii lib. xxx c. ix lib. vii.

Nvnc ager Vmbreni.

CVIVSMODI Epigramma Luciani

Ἀγρὸς Ἀχαιμενίδου γενόμην ποτὲ, νῦν δὲ Μενίππου B
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι ἐς ἕτερον.
Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχειν μέ ποτ' ᾤετο, καὶ πάλιν οὗτος
Οἴεται, εἰμὶ δ' ὅλως οὐδενὸς, ἀλλὰ τύχης.

Nuper agellus Achæmenidæ, nunc deinde Menippi,
Hunc quoq; mox mutabo, atque alium, atque alium.
Ille ratus nuper, nunc hic me retur habere,
At propriè nullus, Fors, niſi forte, tenet.

Qualis qualis, hæc mea verſio eſt. Eleganter L. Seneca epiſt. xxciix. *Non dominus iſto, ſed colonus intraſti*, &c. C

III.

Sic raro scribis.

SATYRA perſonis tractata Stoici Damaſippi & Horatij.

Scriptorvm qvæqve retexens

IN tabellis nempe, vt Ouidij lib. ix.

Incipit & dubitat, ſcribit damnatq; tabellas,
Et notat, & delet, mutat, culpatq; probatq;,

D &c. In tabellis nempe locus ſtili verſioni, & *ſcriptorum retextura*: in membranis non perinde. Nam hæ mundo aptiores. Ex tabellis aut ſchidis *recipitur in mundum* vt loquitur l. xvii de fide inſtrum, ſiue εἰς χάρτην καθαρὸν vt Nouel. xliv. c. ii ſiue *ad purum digeritur*, vt D. Hieronym. aduerſus Rufinum. Hoc itaq; vult Damaſippus. Incipis, texis, retexis, nihil in mundum refers, nihil perficis.

Cvlpantvr frvstra calami.

PERSIVS Sat. iii. *An tali ſtudeam calamo?*

Stipare Platona Menandro.

SIGNANTER nominauit Platonem ex huius enim Alcibiade poſteriore materia & ſeges huic Satyræ.

Habent

Habent autem vulgarij---*Stipare Platona Menandro?* A

Eupolin Archilochum, comites, &c. Melius fuerit

---Stipare Platona Menandro, Eupolin Archilochum? comites educere tantos? &c.

DONENT TONSORE.

STOICVS hic Damaſippus. Barbati autem Stoici Lucianus fine Hermotini. Item aliâs alij.

QVO ÆRE.

RECTE` Porphyrio accipit de Corinthiaeorum cupiditate. Siſyphum dixit Quinctus ἀναχεονισμῷ.

QVI SCALPTVM INFABRE`.

VT *commiſſum infabrè*, Pacuuius apud Marcellum.

VT LETHARGICVS HIC.

FLVMINE verborum inundatus hic locus à centurijs interpretum, neque tamen apertior & nitidior factus. Paucis expediriri potuit. Morbus meus in alium mutatus eſt, vt cum pleuritis aut cephalæa vertitur in morbum cardiacũ, aut cum lethargus vertitur in phrenitin & inſaniam. Phreniticus & inſanus quaſi *pugil fit & medicum vrget*, pugnis medicum ipſum ſi poteſt, contundit. Bene autem Satyricus noſter lethargum & Phrenitin oppoſuit, hi nempe morbi contrarij maximè. Cornelius Celſus c. xx lib. II.

SAPIENTEM PASCERE BARBAM.

Πωγωνοτροφεῖν vt *Cæſariem paſcere* Sidonius epiſt. IX lib. IX κομᾶν. Epiſt. XI lib. IV. *Et licet crinem barbámq, non paſceret*, κἂν μήτι κομῶν, μήτι πωγωνοτροφῶν.

Sapientem autem *barbam*, philoſophicam ſiue vt eleganter Arnobius lib. VI *Barbam boni ponderis & philoſophicæ denſitatis.*

CVM VELLEM MITTERE OPERTO ME CAPITE IN FLVMEN.

VT apud Liuium lib. IV in fame publica, multi ex plebe *capitibus obuolutis ſe in Tiberim præcipitauerant*, &c. Petronius, *Præligemus veſtibus capita, & nos in profundum mergamus.*

CAVDAM TRAHAT.

ETIAM ipſe inſanus, & quaſi caudam trahens derididiculo ſit. Bene Acro & Porphyrio, explicant. Aduerſaria non item c. VI lib. IX. Sic & Plancus apud Velleium lib. II *cæruleatus & nudus capitque redimitus arundine, & caudam trahens, genibus innixus Glaucum ſaltauit, in conuiuio Antonij.*

AMICA MATER.

NAM & aliqua inimica mater, nempe nouerca. Sic nouerca eſt *mater*, apud Æl. Spart. in Caracalla.

HONESTA SOROR.

NAM & aliqua ſoror inhoneſta, ſcilicet amica, vt Martial. epigr. IV lib. II. Minucius Felix in Octauio. Hinc Tibullus eleg. I lib. III,

A *Siue tibi coniux, ſiue futura ſoror.*

Et Auſonius Parentalib. epigr. XIX.

Et mihi inoffenſo nomine dicta ſoror.

Latiſſimus hic campus, ſed nunc eum decurrere operæ non eſt.

HIC RVPES MAXIMA: SERVA.

SERVA, φύλαξαι, vt apud Laërt. apophth. Diogenis πρὸς τὸν ἐντινάξαντα αὐτῷ τὴν δοκὸν, ἔπειτα εἰπόντα φύλαξαι, &c. *Baiulo qui trabem ei impegerat, deinde dixit. Serua,* &c. Et in alio eiuſdem πρὸς τὸν σείσαντα αὐτῷ δοκὸν, εἶτα εἰπόντα, φύλαξαι, πλήξας αὐτὸν τῇ βακτηρίᾳ, εἶπε, φύλαξαι. *Baiulo qui trabem vibrarat in eum forte, ac deinde. Serua, dixerat, percuſſit* ſcipione ſuo etiam ipſe, *& dixit, Serua*. Sic *Caue* in

B ioco Cenſorij Catonis apud Cic. II de Orat. *Cato percuſſus ab eo qui arcam ferebat, cum ille diceret, Caue*, &c.

MATER TE ADPELLO.

ACRO manes Polydori ait in Tragœdia illa Pacuuij veniſſe noctu ad ſororem & ſic locutos

Mater te adpello, ſurge ſoror, & ſepeli me.

Subdititius verſus ille & Pſeud-Acronis commentum. Verum illud *Mater te adpello*. Quemadmodum & apud Ciceronem, pro Sextio. Et Academ. II. At quod ſequitur *ſurge ſoror*, &c. puta puta illius nugonis παρεμβολὴ. verſus integer apud Ciceronem eſt Tuſc. I.

C SCRIBE DECEM A NERIO.

SCRIBE in tabulis expenſi. *Decem Nerio expenſa fero*, ſiue H S decies. Adde inſuper tabulas contractus centum, adde & alias mille catenas ſiue iuris vincula, tamen Proteus ille, ſiue trico ille nummarius, omnia effugiet, inueniet rimam aliquam. Sic de Græcis Polybius in deſcriptione Reip. Rom. *Si talentum eis creditum ſit vnum, etſi decem adhibiti antigrapharij, totidem ſigilla eſſet duplo tanto, tamen fidem ſeruare, inquit, neſciunt*; παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν ἐὰν τάλαντον μόνον πιστευθῶσιν, ἀντιγραφεῖς ἔχοντες δέκα, καὶ σφραγῖδας τοσαύτας, καὶ μάρτυρας διπλασίους οὐ δύνανται τηρεῖν τὴν πίστιν, &c.

ADDE CICVTÆ NODOSI.

D IVRISC^ti^, *nodoſi*, quia nodos nectunt formularum & ſtipulationum.

MALIS RIDENTEM ALIENIS.

EVSTATH. ad Homeri Odyſſ. xx. ſuo ſæculo fuiſſe ait prouerbium ξένοις γελᾶν παρειαῖς, *Peregrinis malis ridere*, pro, fingere riſum. Sic ἀλλοτρίοις ἐσθίειν γνάθμοις. *Alienis malis mandere*, qui inuiti edunt. Similitérq; dici poſſe *alienis auriculis audire, alienis oculis cernere, alienis pedibus ingredi, aliena facere manu.* De his qui audiunt, cernunt, ambulant, faciunt inuiti, & ingratijs. Sic ἐπὶ γνάθοις ἱππος apud Etymologiſtam, ὁ σκληρόστομος, οἷον ὁ ταῖς γνάθοις ὡς μὴ ἰδίοις χρώμενος.

VOS ORDINE ADITE.

NAM ordine ſoliti venire puerulli vt in Doſithei magiſtri Homilia II. ὡς δὲ τῷ ἐμῷ

τόπῳ παρῆλθον poſtquam meo loco acceſſiſſem. Item A ὄντως ἐςάθην ἕως οἱ παράγοντες ἀπέδωκαν *Ita ſteti, donec antecedentes reddiderunt.*

CREDO HOC STABERI PRVDENTEM ANIMVM VIDISSE.

SIc libri omnes, etiam membranæ. Dionyſius Lambinus libri nullius auctoritate, fretus ingenio ſuo fecit, *iuſſiſſe*. At iniuſſu Horatij hoc auſus ille. Nam Flacci quidem hic ſenſus eſt. Credo Staberium hoc vidiſſe ſiue prouidiſſe, ne de facto illo ſuo diſputarent heredes, & quærerent, prauè hoc an rectè voluerit teſtator. Quomodo id prouidit? adiecta in teſtamento conditione pœnali, qua omnem eis anſam dubitandi & iuriſperitos conſulendi præripuit. Omnino igitur illud Lambinianum *iuſſiſſe*, valere iubeo, B neque patior Flaccum reum eſſe ineptiarum & παλιλογίας, vt qui ſemel dixerit heredes iuſſos & quidem pœnaliter, ſiue ſub pœna, incidere ſummam ſepulchro: nunc iteret Staberium ita iuſſiſſe.

Quid autem eſt *prudenti animo videre*, an non prouidere? Et verò etiam *videre* ſine aliqua ἐπιθέσεως eſt prouidere. Tullius pro Pompeio. *Plus in Repub. vidiſtis*, hoc eſt, prouidiſtis. Terent. Hecyra Act. v. Sc. I *videndum eſt* id eſt, inquit Donatus, *prouidendum*, Et Phormione Act. I. Sc. IV. *Rectè ego mihi vidiſſem, vidiſſem*, inquit Donatus, *pro prouidiſſem vt cum dicimus, vide tibi, & videte vobis*, &c.

QVID ERGO SENSIT. C

ESTO rectè prouidit Staberius conditione illa pœnali teſtamentaria, ne vllum heredibus effugium eſſet, non inſcribendi ſummam illam ſepulchro: ſed quare obſecro tam cautè callidéq; & ſollicitè id prouidit?

QVOAD VIXIT, CREDIDIT INGENS PAVPERIEM VITIVM.

VT apud C. Tacitum annali XIV. *Marcellus Aſinius Pollio paupertatem præcipuum malorum credebat.*

SAPIENS ETIAM REX.

MEMBRANÆ *Sapiensne etiam Rex*, atq; ita Priſcianus legit c. I lib. XVI notans *ne* illud eſſe χασμωδικόν. Et quidem hæc ſincera lectio. Egi non diſſimilia & notis ad Sat. X lib. I.

QVID SIMILE ISTI GRÆCVS. D ARISTIPVS.

IDEM hoc de Thebano Cratere alij, vt & Cedrinus, item alij.

LITEM QVOD LITE RESOLVIT.

OὐδέποτΕ ἄπορον ἀπόρῳ λύεται, &c. *Dubium dubio non ſoluitur*. Iſidor. Pelus. epiſt. XCVII lib. II. Sic Fabius c. XII lib. V *Dubijs probari dubia qui poſſunt?*

ACRE POTET ACETVM.

NON quidem *acetum*, ὄξος, nam hoc condimento magis quam potui eſt: ſed vinum acre, & quaſi acetum vt Tiberius Cæſar vilium Surrentinū ſolitus nominitare *generoſum acetum*. C. Plinius c. VI lib. XIV. Sic Perſij Sat. IV *moriens acetum* vilium iam feci proximum & deficiens. Et A Horatius ante Sat. II --- *veteris non parcus aceti*. Sic acetum pro vappa Martial. epigr. LVII lib. XI. Et XLIIX. lib. XII *Vappa* ὀξίνης Gloſſæ. Contráq; Macrobio Saturnal. c. VI lib. VII acetum eſt, *vinum culpatum*.

NE TIBI DESIT?

HOc ingenium auaris, verentur ſemper, *ne deſit* Cornel. Celſus c. XIIX lib. III. *Sicut in homine prædiuite famem timente accidit, cui ſubinde falſæ hereditates nunciabantur*, &c. Inſanus quidem ille tunc, ſed nihilo ſanior ante cum ſanus putaretur.

POPVLVM SI CÆDERE SAXIS.

VT de inſano Plauti Captiu. Sc. IX.

Iam illic hic nos inſectabit lapidibus.

MALÈ TVTÆ MENTIS.

CONTRA, *Sartam mentem* Plautus Amphitruone Sc. XII. Malè ſo Aduerſ. *Sagam mentem*, c. X lib. XI.

ORESTES.

EX Platonis Alcibiade poſteriore.

OCTO ASSIBVS.

MELIVS Acro legit *Octuſſibus*.

INMOLET ÆQVIS HIC PORCVM LARIBVS?

PECCANT qui voluêre ſcriptum hoc interrogatoriè. Nam patet non eſſe interrogationem ex illo ſequente. *Nauiget Anticyram*.

IN CICERE.

EGI ad Perſij Sat. V.

INGENVVM LEONEM.

LEo nempe animal ἐλεύθερον, ἀνδρεῖον, εὐγενές, vulpecula & lupus γενναῖον, ἄγριον, ἐπίβουλον. Ariſtoteles c. I lib. I hiſtoriæ animalium. Et diſtinguit εὐγενὲς *quod boni generis*, γενναῖον *quod non degenerans*. Similiter c. XV lib. II ad Theodecten. Gloſſæ εὐγενὴς *Ingenuus*.

NIL VLTRA QVÆRO PLEBEIVS.

PECCANT aliqui lectores, *Nil vltra quære*, &c. Nam elegantet illud, *quæro*. Meticuloſi vox illa nempe. Ergo & Agamēno ipſe. Immo inquit, quære ſanè---- *Inulto dicere quæ ſentit permitto*, &c. Criticos itaque illos ſequere; Agamemno fiet Aiax.

ERGO CONSVLERE.

D FORMVLA eſt, conſultoris conſulentis Iuriſperitum, *Licet conſulere?* Tullius pro Murena vbi male abeſt interrogandi nota. Sic cum reus interrogauiſſet, Iuriſperitus *licet*, aiebat, *ne Conſule*. Tangit nunc Horatius, item Ouidius V Faſtor. verſu illo in fabula Floræ.

Si liceat dixi, dixit at illa, licet.

PVSAM AVT PVSILLAM.

REcTÈ hoc ita in membranis. Gloſſæ παρθένος *Puſa*. Hinc itaq; ὑποκοριςμὸς *Puſilla*. Eſt itaq; *Puſam aut Puſillam adpellet*, &c. *Virginem aut virginulam vocet* παρθένον ἢ παρθενίσκαιον. Non oportuit reſcribere *Pupam aut pupillam*, neq; *Ruſam aut Ruſillam*, neque *Ruſam aut Ruſillam*. Sed omnium minime *Putam* aut Putillam. Nam hoc quidem illi putidiſſimè.

INTER-

INTERDICTO HVIC OMNE ADIMAT IVS PRÆTOR.

TANGERE velle videtur. L. Lucullum de de quo in viris inluſtribus Victoris c. LXXIV.

HVNC CIRCVMTONVIT BELLONA.

HIC æquè inſanus ac Bellonarij, ſiue ſacerdotes Bellonæ. Hi enim Bellouarij, vt ſæpe apud Iul. Firmicum. Sic Gloſſæ veteres ad Iuuenal. Sat. VI. Gloſſæ Philoxeni *Bellonarij* οἱ θεοφορούμενοι. Cuiuſmodi autem furor ille Bellonariorum res protrita eſt.

TVSCI TVRBA IMPIA VICI.

PLAVTVS Curcul. Sc. IIX.

In Tuſco vico ibi ſunt homines qui ipſi ſeſe venditant.

Hinc illud Ciſtellar. Sc. VI. *Tuſco modo indignè dotem quærere corpore.* Tuſcus autem vicus ille quemadmodum tradit Dionyſius fine lib. V inter Palatium & Capitolium. Hinc & *collis Capitolini alumna*, pro communi amica, Martiali epigr. XXI lib. XII. Vbi & cum de Marcella ſic ait, *Palatia te dicent eſſe ſuam*, vxorem Tuſcam intellige, non vt acceepere muſtei interpretes, educatum in ipſa principis aula. Multinomiæ igitur illæ poſcinummiæ, Tuſcæ, Capitolinæ, Palatinæ, Suburanæ, Summœnianæ, &c. In Tuſco autem vico δωσονίζους illas etiam rectè locauit Acro in hanc Satyr.

B

CVM VELABRO.

PLAVTINÆ Curcul. Sc. eadem.

In velabro vel piſtorem, vel lanium vel haruſpicem

C

Vel qui vorſant, vel qui ipſi alijs ſubuertendos præbeant.

Sic enim lego, & interpretor, qui vorſant, nautas, qui ſe ſubuertendos præbent, vectores. Sic meliùs quàm Aduerſar. c. VII lib. XI.

FILIVS ÆSOPI.

NARRAVIT rem C. Plinius c. XXXV lib. IX. Tertyllianus c. V lib. de Pallio.

LVSCINIAS SOLITI PRANDERE.

NON diſſimiliter de Æſopo hiſtrione Plinius c. LI lib. X. Tertyll. loco citato.

QVORSVM ABEANT, SANI?

MELIVS. Quorſum abeunt? Sanin'? cretaan, &c. In quorum partes illi pertinēt, ſanorúmne an inſanorum, bonorum ſiue creta notatorum, an improborum ſiue qui notati carbone?

D

LVDERE PAR IMPAR.

SVETONIVS Auguſti c. LXX *Inter cœnam vel talis, vel par impar ludere.* Hoc παίζειν ἄρτια ἢ περισσά. Aut ζυγὰ ἢ ἄζυγα παίζειν, & verbo vno ἀρτιάζειν Ariſtoteles c. V lib. III ad Theodecten. Scholiaſtes Ariſtophanis in Plutum. Iulius Pollux c. VII lib. IIX. Horatius ludere par impar nucibus intelligi vult, quemadmodum & Suetonius. Et quidem crebet ſic nucib. ſoliti ἀρτιάζειν. Ouid.

Eſt etiam par ſit numerus qui dicat an impar,
Vt diuinatas auferat augur opes.

Sed & talis ἀρτιασμὸς ille vt Platonis Lyſide &

A

Iulij Pollucis loco anted. Et *fabis*, & *nucibus Græcis* & *nummis* Pollux c. eodem.

EQVITARE IN ARVNDINE LONGA.

HOC ἱππάδας ὀχέειν Homeri Odyſſea I.

MVTATVS POLEMO.

VALERIVS c. vlt. lib. VI. Laërtius; Polæmone. Plinius c. III lib. XXI. D. Ambroſius lib. de Elia c. XII.

FOCALIA.

DE his acta res mihi ad Perſij Sat. I.

EX COLLO FVRTIM CARPSISSE CORONAS.

VERBO Cæcilij *decollaſſe*. Decollare de collo deponere, Marcellus.

B

HELLADE PERCVSSA MARIVS.

SIC de Octauio Sagitta & Pontia, C. Tacitus annali XIII.

QVIDDAM MAGNVM ADDENS.

MELIVS. *Quidnam magnum? addens.*

LONGOS IMITARIS.

HERODIANVS lib. IV de Caracalla, Μικρὸς ὢν μεγίστους ἐμιμεῖτο.

HOC EST OLEVM ADDE CAMINO.

TVLLIVS Hortenſio. *Ad iuuenilem libidinem copia voluptatum gliſcit illa, vt ignis oleo.*

TENSAS DAMASIPPE TVIS TE.

TVIS, finibus.

C

IV.

VNDE ET QVO CATIVS?

FABIVS c. I lib. X.

PONERE SIGNA NOVIS PRÆCEPTIS.

SIGNA, notas memoriales, ſiue ad memoriam vt IV ad Herenn. Sic L. Senecæ epiſt. VI. *Imponere notas*, nempe ad inuentionem. Hinc itaque ſequitur. *Siue eſt natura hoc ſiue artis.* Laudans vt valentem memoria & natura & arte.

CALLOSA.

TENERA duritie, vt in callo aprugno.

D

IRRIGVO NIHIL EST ELVTIVS HORTO.

HORTO irriguo nihil elutius ad caules. Siccus enim his ager conuenit: oleribus alijs ortus irriguus idoneus eſt. Ad caules quod adtinet inrigare hortū eſt eluere ſiue inundare. Ἀρδεύειν eſt κατακλύζειν. Neque legendum *elucius*, ex obſeruatione XII lib. XIIX. *Eluere* eſt κατακλύζειν, vt Ciceroni eluuiones terrarum. Gloſſæ, Eluit ὑποκλύζει. Sed ita ibi ſcriptum. *Elluit* ὑποκλύζει, κερδαίνει. Turbationem puto eſſe verbi *eluit*, *alluit*. *Eluit* ὑποκλύζει: *Alluit* κερδαίνει. Ex iure adluuionis natum puto *adluere* pro lucrari. Adluuio enim eſt quaſi *incrementum latens*, & lucrum oblatum, & quaſi ἕρμαιον ac donum fluminis.

Mendoſe. A

MAſſica enim aptiora mulſo, Martial. epigr. xiii lib. iv.

Tam bene rara ſuo miſcentur cinnama nardo
Maſſica Theſeis tam bene vina fauis.

Avfidivs.

M. Aufidius Lurco. plinius c. xx lib. x. Tertyllian. e. penult. lib. de Pallio.

Leni præcordia mvlso
prolveris melivs.

HInc illud Pollionis Romuli apud Pliniũ c. xxiv lib. xxii. *Intus mulſo, foris oleo.*

Hæc autem promulſis ſiue antecœna, ſiue aoticœnium ſiue guſtacio ſiue guſtus. A mulſi potione cœnam exorſos tritiſſima res, illud extricare operæpretium, qua mente Plutarchus B dixerit Sympoſ. Problem. ix lib. iix οἰνόμελι ſæculo ſuo in vſu quotidiano eſſe, & olim non fuiſſe, πολλὰ γὰρ, inquit, τῶν ἀγεύστων καὶ ἀβρώτων πρότερον, ἥδιστα νῦν γέγονεν, ὥσπερ οἰνόμελι καὶ μήτρα. *Multa quæ olim guſtatus & eſui non fuêre, nunc facta iucundiſſima, vt œnomeli & vulua*, &c. Gloſſæ οἰνόμελι *mulſum*. Item. *Mulſum* οἰνόμελι Iulius Pollux c. ii lib. vi. Μελίκρατον, inquit, τὸ νῦν οἰνόμελι. Quid ergo eſt, ante Plutarchi ſæculum mulſi vſus non fuit? Negat quanquã huiuſmodi rerũ ſcientiſſimus Hieronymus Mercurialis Varijs c. xvii lib. ii ſibi liquere, neq; decidit hanc rem ſiue litem. Ego, ſi quid mei iudicij eſt cenſeo œnomeli Plutarcho eſſe non μελί- C κρατον ſiue mulſum ex vino ac melle: ſed propriè vinum melitites, ex muſto & melle, de quo Plinius c. ix lib. xiv, oſtendens mulſum & melitites eo diſtare, quod, vt dixi, mulſum ex vino ac melle, melitites ex muſto melle. Hoc œnomelum Iſidorus vocat c iii lib. xx atq; eſſe ait *muſtum melle admixtum, vehementer agitatum atq; commotum*, &c. Eiuſmodi œnomeli vſurpatũ olim nõ fuiſſe patet Plinij c. xxiv lib. xxii. *Saculo*, inquit, *iam fieri non arbitror hoc genus, inflationibus obnoxium.* Vt ſi diceret, A multis ſæculis inuſitatum illud. Ergo & ſequitur. *Solebat tamen inueteratum alui cauſa dari in febre*, Ergo minus frequens Plutarchi & Plinij ſæculo melitites quàm olim, vſurpatum tamen: at olim nullo vſo, extra quam fortè in febribus, & alijs pleriſque morbis quos recenſet D Plinius.

Aliter autem Vlpianus œnomeli accipit pro *vino* nempe *dulciſſimo* l. ix. De tritico leg. Intelligi vult œnomeli eſſe vinum ſuopte ingenio, aut coctura dulce, neque vlla mellis admixtione, vt melimela poma dulcia. Hoc Iulio Polluci γλεῦκος c. ii lib. vi. Triplex itaque œnomeli eſt, mulſum, melitites, & vinum dulciſſimum.

Dixêre autem ad diſcrimen *mulſum vinum* vt Marcellus Empiricus c. xxii idemq; *Conditum* Cælio Aureliano Tardarum paſſionum c. i lib. v. Nam & *mulſa aqua* erat vt Marcelli Empirici c. xx & xxii.

Mitvlvs et viles, &c.

Q. Serenus Sammoniceus profert & legit. *Mugilis, & viles pellent obſtantia concha.* Haud dubiè Quincti manus illa. Nam viles conchas cum dixit intelligi voluit, *mitulos*. Fidem facit M. Cato c. clix de re ruſt. qui & ipſe alui deiectionem docens, iunxit *mitulos*, & *piſcem capitonem*.

Et lapathi brevis herba.

LApathi herba, & medicamen eſt & olus, vt Epodo ii. Et notum Lucilij carmen. *O Lapathe vt iactere neceſſe eſt, cognitu cuſſis*, &c. Cic. ii de finibus. Hinc & Menippus ille Romanus Modiò apud Marcellum in *Lapathum*. *Hanc eandem voluptatem tacitulus taxim conſequi lapathio & ptiſana poſſum.*

Ac Lucilio quidem Horatioq; lapathum laudatum vt pauperum epulæ, ideo e gumiæ quidem abſtinuêre vt nunc Catius hic gluto. Nec mirum Si enim C. Plinio fides c. vlt. lib. xix *vſus lapathi cum ptiſana tantum in cibis leniorem gratioremq; ſaporem praſtat*. M. Varronis locus ille rectè ſanus eſt, exulceráuêre, qui ſe medicos ibi ſiue ſeruatores profeſſi.

Lvbrica conchylia.

LVbrica ventrem lubricantia ſiue deducentia Docet enim optimè ventrem laxari conchis ſed plenilunio lectis, tunc enim eſſe plenas, eóq; & plus facultatis habere. Atque ita rectè συναφὲς quod ſequitur. Sed non omne, &c. Sic meliùs quàm Aduerſar. c. xxi lib. xxi. *Lubrica conchylia*, leuia.

Implent Lvnæ.

PLinivs c. xx lib. ii. Lucilius apud A. Gellium c. vii lib. xx.

Luna alit oſtrea, & implet echinos, muribus fibras,
Et pecui addit--

Tangit & Ariſtoteles de partib. animal. c. v lib. v.

Sed non omne mare est.

CAtivs hic Carillo ventris laxationi ſiue lubricationi, & gulæ ſimul cauet. Ventri conchylijs: gulæ conchylijs plenis & generoſis. Plenis pleniluñio, generoſis & ſapidis, alijs ex alio mari quæſitis.

Molle Tarentvm.

VT, imbelle Tarentum epiſt. vii.

Leporis sectabitvr
armos.

PLavtvs Aſtraba Quaſi lupus ab armis valeo, &c. Puto fuiſſe *Quaſi lepus ab armis valeo*, &c. apud Marcellum & Feſtum. Sic Satyra iv ſeq. *Et leporum auulſos, vt multò ſuauius armos.*

Massica.

GAleno & Athenæo, *Marſica*.

Qvin omnia malit.

QVin ſtomachus alia omnia ex popinis malit quàm lactucas. Dionyſ. Lambinus longè à ſenſu Quincti. *Immundis* autem *popinis* perpetuo epitheto dixit; vt *nigram* popinam Valerius Martialis epigramm. lx lib. vii.

Vennvcvla convenit ollis.

Ivn.

IVN. Cnlumella c. II lib. III c. XLIII lib. XII. Etiam Plinius c. I lib. XIV. *Alia in ſua tantum cõtmentur anima, ollu fictilibus, & inſuper dolijs incluſa*, &c. Et *Precia vuæ ollu vtiliſſima*. M. Cat. c. CLXIII *Vuas in dolijs*, &c. Et c. VII. *In eodem*, inquit, *fundo ſuum quidquid conſeri oportet, arbuſtoq; vitem copulari. Amineum minuſculum, & maiuſculum, & Apicium. Hæ in ollis, ollæ in vinaceis condantur*, &c. Oſtendit M. Varro c. LIIX lib. I de re ruſt. ſcriptũ à Catone, *vuam Amineam minuſculam & maiuſculam & Apiciam, hæ in ollis*, &c. *Hæ* antiquè dictum pro *hæ*, vt ſæpe apud Comicos.

RECTIVS ALBANVM FVMO, &c.

PLINIVS c. I lib. XIV. *Alijs vuis gratiam qui & vinis fumus adfert fabrilis*, &c. Huiuſmodi ergo vuæ fabriles ſiue Fabriciæ, vt Theodorus Priſcianus vocauit c. XIII lib. II.

TEN' LAPIDES VARIOS LVTVLENTA RADERE PALMA?

BONO periculo & mea fide reſcripſeris *planta*. Varios lapides intelligi vult aſarotum, ſiue paiumentum ex cruſtis varij ſiue verſicolorij marmoris. Eleganter eiuſmodi pauimentum Papinius in Tiburtino Manlij Silua III lib. I penicillo ſuo pingit.

Dum vagor adſpectu, viſuſq; per omnia duco,
Calcabam nec opinus opes, Nam ſplendor ab alto
Deſluus, & nitidum referentes aëra teſta
Monſtrauêre ſolum, varias ibi picta per artes
Gaudet humus, ſuberántq; nouis aſarota figuris

Expauere gradus---Nec minùs bellè C. Plinius expreſſit c. XXV lib. XXXVI. *Soſus Pergami ſtrauit aſarotum paruis cruſtulis, varijs coloribus, & effigie diuerſarum columbarum nobile*, &c. Aſarotum ergo teſſellatum pauimentum & marmoris varij cruſtulis expreſſas habẽs cum aliarum rerum effigies, tom & reijcularum, neque ſolitum verri, ſed ſpongijs effingi, proptereáq; ſcobe conſtratum ne lutulẽtis ſpurcaretur plantis ſiue pedibus. Hinc itaq; huius gumiæ Catij indignatio.

Ten' lapides, &c.----Hinc & indignatio eiuſdẽ, ſumtus non fieri in ſcobem ad munditiam aſaroti. De ſcobe alia in Aduerſarijs c. XXIV lib. I ſed longe alia quàm Satyricus voluit. Somnia illi vidêre, quibus viſum repoœre. *Ten' lapides Parios*, &c. Illi autem qui ex planta palmam fecêre cuius veruecum generis obſecro?

Præterea autem & mala Papinium manu tetigêre qui cum eſſet----*referentes aëra teſta*, maluêre---*referentes aëra teſta*. Papinius argutè intelligi vult duplicem illi Tiburtino lucem fuiſſe, de lacunari vnam aureo ſiue ab alto: de ſplendore teſtarum ex marmore vario alteram. Sic dupliel luce perfuſum pauimentum illud aſarotum ſpectari potuiſſe. Signanter quoque Papinius. *Expauêre gradus*. Expauit calcans effigies illas & marmor, &c.

TEN' TYRIAS DARE CIRCVM INLOTA TORALIA VESTAS?

TYRIAS veſtes accipe lectuli tricliniaris ſtragula purpurea, Valerius Citi.

Nec Libys Aſſyrio ſternetur lectulus oſtro.

Varro Quinquatrib. *In eborato lecto, ac purpureo operto toro*. Plato comicus Athenæi lib. II ἐν κλίναις ἐλεφαντόποσι; καὶ στρώμασι πορφυροβάπτοις κατακλυντοι, &c. *In lectulis pedibus eburnis, & ſtragulis purpureis iacent*. Catullus ſiue quis alius eſt epith. Pelei de puluinari--*Indo quod dente politum, Tincta tegit roſeo conchylis purpura fuco*. Horatius Satyra VI ſequente. Ad huiuſmodi ſtragulæ veſtis cuſtodiã circumdatum ſiue amiectum ſiue circumiectum ad fulmenta toral linteum, vt id ſordes cœuitantium exciperet, purpura incolumi. Ergo & toral eiuſmodi ſolitum elui, quod ni fieret purpuram ſpurcabat ſordibus, & nares odore. Hoc fieri nunc cautus hic Catius vetat. Sic epiſt. V Flaccus ſe idoneum ait procurare *ne turpe toral*, ſiue ne iolotum & ſpurcum. His ita decurſis liquet non perſpectam Satyrici mentem Aduerſarijs c. I lib. XXIV. In Gloſſis Philoxeni Torale περικλίνιον vt & colloquijs Doſithei magiſtri. Dixeris & περικλίνιον vt Ariſtophanes ἐπικλίντρον dixit apud Iulium Pollucem c. VI lib. X. Sic meliùs quàm alij legêre, περικλινιον.

Quod ergo ſtragularũ toralia illa munimenta eſſent, mirifico luxu apud Æliũ Lampridium notabilis Alagabalus, qui *primus omnium priuatorum, toros aureis toralibus texit*. Pretioſiùs illi toral quam cuiuis alij ſtragulà. Non peruidêre Lampridij mentem pronoper qui notauêre locum illum, ſed videbunt magis alibi & venient cum ea quam pollicentur *exquiſita* ſua *diligentia*. Melius omni exquiſitiſſima illa diligentia vnum Iſidori verbum, c. XXVI lib. XIX. *Toralia longa perpetuaq; mappa à toro dicta*, &c. Nihil aliud ſcil. toralia quàm mappę quibus circumdati lectuli tricliniares ad ſtragularum vt dixi, cuſtodiam. Er go & ſequens illud Satyrici hinc planum.

Obliti, quanto curam ſumtúmq; minorem
Hæc habeant,—&c. Minor cura & ſumtus in ſcobe quam aſaroto, in toralibus quàm purpureis ſtragulis. In his itaq; minutis negligentia, venialis nõ eſt: at in aſaroto ipſo in purpureis ſtragulis ſi quid peccatũ facilis venia. Nã paupertatis ea culpa magis quàm pigritiæ. Minus rectè in Gloſſis στρωμνὴ. *Torus, Sternum, Toral, Stratum*, quaſi hæc nihil intereſſent.

ANDE VVLTVM HABITVMQ. HOMINIS.

L. Seneca epiſt. XXXIV. *Conſpectus & præſentia & conuerſatio aliquid habet viuæ voluptatis*, &c.

V.

O NVLLI QVICQVAM MENTITA.

Αψευδὴς καὶ ἀληθὴς Heſiod. Theogonia
Νηρέα τ' ἀψευδῆ καὶ ἀληθέα.-Et Proteus
--Γέρων ἅλιος νημερτὴς Odyſſ. IV.

SIVE ALIQVID PRIVVM.

PROPRIVM, *priuatum*. Sic agmina interpretum, ſed planè ablegmina illa. Quinctus *priuum* intelligi voluit quo is qui mittit, ſe ipſe priuauit, ſiue genium ſuum defraudauit. Hæc vis priui paret in deriuatione, verbo nempe priuare pro facere carere Næuius, Pedio apud Marcellũ. *Quot res vn hàc priuari pulchras quas vis ſolet.* Melius. *Quot tu res*, &c. Corippus autem lib. II. *Priuare* pro tollere de medio. *Priuentur cades*, &c.

FVNDVS HONORES.

RVRIS munera ſiue munuſcula, quibus nempe te fundus honorat ſiue honeſtat. Sic *ruris honores* C da XVII lib. I. Notiſſima res honor pro munere. Neque tamen videre hoc ſexcenta illa millia interpretum.

NE TAMEN ILLI TV COMES EXTERIOR.

EXTERIOR *comes* qui ad læuam. Quid ita? Ex medij hoc ſitu planũ fiet. Honeſtiſſimos locus medius ſiue inter duos, hoic proximus qui dexter itaq; dictus interior, tertius verò ſiniſter, itaq; exterior hic. Nam quis dubitet ſecundum eſſe interius tertio? Sic verbulo expeditum, quod tentatum fruſtra in Aduerſarijs c. XXIV lib. XIV. Et electis c. I lib. II. Hinc & illud Fabij lucem accipit Declam. CCLIIX *cedere lateris honorem*, pro læuum ire, cum alter latus dextrum tegat.

VT NE TEGAM SPVRCO DAMÆ LATVS?

SIc melius quàm *viſne*, Scriptor belli Alexandrini. *Rufilus latus Caſſij tegebat*, & Suetonius Claodij c. XXIV Claudius A. Plautio ouanti *latus texit*. Interpretatus hoc Eutropius, *læuus inceſſit*, quemadmodum rectè obſeruatum in Electis c. I lib. II. Idem & *Claudere latus* Iuuenal. Sat. III. *Diuitis vt ſerui cludit latus.*--Sed non adſentior Electis, tegere aut cludere latus ſemper fuiſſe ad læuum ire. Diſcrimine hîc opus. Si vnus comes, latus tegere ad læuam ire fuit, vt rectè interpretatus Suetonium Eutropius: ſin comites duo, tam dexter quam ſiniſter dicti latus tegere. Mamertinus Panegyriſta agens de Iuliano & Coss. nouis. *Itaq;*, inquit, *ſe comitem ſtatim præbet, & vtrum latus conſulatus prætextatis tectus incedit, non multum differens à magiſtratibus ſuis & colore veſtitus*, &c. Paruula hic menda quam eluo. *Itaque ſe comitem ſtatim præbet, & vtrum latus conſulibus prætextatis tectus incedit*, &c. *Vtrum latus*, pro vtrumque latus.

FORTEM HOC ANIMVM TOLERARE IVBEBO.

IMITATVM ex Odyſſ. XX ex qua & Ouidius Ponti eleg. VII lib. II.

Hoc quoq; Naſo feres, etenim peiora tuliſti.

Gallio pater apud Fabium Quinctil. c. II lib. IX. *Dura anime hodie, dura.*

QVINCTE PVTA AVT PVBLI.

EXPLICO ad Perſij Sat. V.

NE SIS IOCVS.

CATVLLVS in Mœcham.

Iocum me putat eſſe mœcha turpis. Propert. eleg. XIV lib. II.--*Sed me fallaci domina iam pudet eſſe iocum.*

INFANTES STATVAS.

PRISCIANVS fallitur adfereos quaſi ex Papinio c. XIIX lib. VII. Sed Priſcianus in membranis. In editis locus ille mutilus eſt & balbutiens de diſcrimine infantis & ἀλάλου. Rectè in membraois ita diſtinguit. Infantem aut eſſe νήπιον aut ἄλαλον. Sed longa eſſet totius loci adſcriptio. Similiter & in Gloſſis. Infans νήπιος, ἄλαλος. Nimirum, infans, puerculus, aut infans vt pecus aut ſtatua, nempe ἄλαλος. Marcellus litterio velle videtur etiam tertio ſenſu, rem eſſe infantem quam fari nefas. Quis vnquam hoc fando audiuit τὸ ἄῤῥητον eſſe infans? Sed fraus Marcello ibi facta eſt. Sic enim vulgus legit. *Et eſt quod aut dici non debeat, aut fari non poſſit*, Marcelli manus fuit. *Et eſt infandum quod dici non debeat: infans quod fari non poſſit.* Auctor & fundus huic emendationi auctor ille ipſe. Profert enim exempla non *infantis* ſed *infandi*.

SEV PINGVI TENTVS OMASO.

IOCVS in aqualiculum, Furij Bibaculi Poëtæ, qualis & Perſij Sat. I. in Caluum poëtam. Sic melius Acro quàm Aduerſaria c. XIX lib. II.

CONSPVIT.

INEPTA metaphora. Itaq; Horatius parodia ſua ridet Furij verſum illum *Iupiter hibernas*, &c. Fabius Quinctil. c. VI lib. IIX. Tangit autem perbellè Satyricus Furium illum quaſi frigidum Poëtam. Sicut & Ariſtophanes in Acarnanibus Theognin tragicum Poëtam frigidum riſit, hiemem ei & frigus adpingeos vt vati egelido. Scholiaſtes.

PLVRES ADNABVNT THYNNI.

SIc epiſt. I ad Mæcenatem.

Excipiántq; ſenes quos in viuaria mittant.

Iuuenalis Sat. XII de orbo ſene captato & capto---*Incluſus carcere naſſæ.*

PERRARÒ HÆC ALEA FALLIT.

VT contra L. Seoecæ epiſt. c. ſiue vt numerant alij IC. *Alea in damnum certior.*

QVID PRIMA SECVNDO CERA VELIT VERSV.

PRima cera primo verſu inſtitutio heredis nẽpe pupilli, prima cera ſecũdo verſu, ſubſtitutio popillaris. Hãc limis rapere iubet cæcos hic Argus. Cognita ſcil. ſubſtitutione pupillari, paratæ mox inſidiæ pupillo. Itaq; Iuſtinianus Inſtitutis §. Igitur. De pupill. ſubſt. *in partibus ſine tabulis inferioribus eam facere docet, ac proprio lino, propriáq; cera conſignare, & in priore parte, teſtamenti cauere, ne inferiores tabulæ viuo filio, & adhuc impubere aperiantur.* In tali ergo Iuſtinianeo teſtamẽto prima cera inſtitutionis & legatorum, altera ſubſtitutionis pupillaris. At Suetonij Nerone c. XVII *prima duæ ceræ*, cera inſtitutionis, & cera ſubſtitutionis. Peccant

Digitized by Google

eant qui corrigunt *imæ duæ ceræ.*

Peccant quoque animaduerſores in Suetonij Iulium c. xxciii *imam ceram* accipientes ceram ſubſtitutionis, atque hoc *certum ex IC^tor.* libris eſſe aiunt. Haud vidi magis. Imam cerã C. Tranquillus pro ima parte primæ ceræ dixit, ſiue ceræ inſtitutionis. Nam ecce rem. Inſtitutio in teſtamento illo Augusti multiplex ſiue multos heredum gradus habens Suetonij c. ci. Primo inſtitutionis gradu heredes Tiberius & Liuia ii gradu Tiberij filiu. Druſus, & Germanicus, eiuſq; liberi. iii Propinqui & amici complures. Sic & Cæſaris patris teſtamento Suetonij c. xxciii Primo gradu heres C. Octauius ſororis nepos. ii gradu. L. Pinarius & Q. Pedius item ſororum eius nepotes. iii gradu reliqui. Tertius hic inſtitutionis gradus ima cera, pars videlicet ima primæ ceræ, ſiue ceræ inſtitutionis Vtcunque Iuuenali Sat. iv *præcipua cera*, primus inſtitutionis gradus ſi plures ſint inſtitutionum gradus, aut cera inſtitutionis ſi comparetur ad ceram ſubſtitutionis

Fruſtra & illi qui l. xxxiv §. ii D. De vſufr. leg. Imam partem teſtamenti eſſe voluere, quæ ima cera Suetonio. Ima enim pars teſtamenti accipienda ibi clauſula poſt inſtitutionem, aut inſtitutionis gradus omnes, adiecta.

Ne illis quidem facta res qui Tullij iii Verrina *extremam ceram* eſſe notauere, quam Suetonius *imam* vocat. Extrema Ciceroni cera eſt in tabulis accepti & expenſi Alia teſtamenti ratio eſt.

Locum illum ex Suetonij Augusto animaduertentes correxêre Q. *Pedium ex quadrante reliquo. In ima cera C. Octauium etiam*, &c. Quaſi heres inſtitutus C. Octauius in prima cera, adoptatus in ima, & quaſi imam ceram Suetonius acceperit ceram ſubſtitutionis. Duplex ibi exorbitatio. Vna quoniam eiuſdem ceræ inſtitutio heredis & adoptio: altera quoniam vt prima ſiue inſtitutionis, ſic & ſecunda ſiue ſubſtitutionis cera triplex Prima ſiue ſumma, media, & ima ſiue vltima.

SOLVS MVLTISNE COHERES.

HAc nempe tunc cautione vſi videntur contra ſubſtitutorum inſidias, vt plures ſubſtituerent pupillariter. Sic enim difficilior conſpiratio multis, & minor cupiditas vni, quia minus lucrum neque magnopere dignum captatione. Hoc itaque Tireſias videndum eſſe ait captatori, ſiue heredipetæ.

RECOCTVS SCRIBA EX QVINQVEVIRO.

CORANVS qui ante ſcriba, deinde quinquevir, tum rurſus ſcriba, vt rectè Acro. Ἀμφιλόγως autem recoctum dixit Nam & mutationem illam exprimit, & τρίβω.

QVICQVID DICAM AVT ERIT AVT NON.

QVOD dicam euenturum erit, ſiue eueniet: quod dicam non fore, neque erit Siue adfirmaro ſiue negauero aliquid, vera illa adfirmatio vera negatio erit. Intelligi vult vetare ſequidē ſiue diuinare quid futuru, aut nõ futurũ ſed nõ

A quo tẽpore. Decorũ itaq; in vatis perſona Quinctus ſeruauit, nã vt rectè Ariſtoteles c. v lib. iii ad Theodecten οἱ χρησμολόγοι, οὐ προσορίζοντες, πότε. *Diuinaculi non adponunt, quo tempore.* Ratio ibi. Quia facilius dicere τὸ ὅτι ἔσται, ἢ τὸ πότε, *euenturum eſſe, quam quo tempore euenturum.* Hoc ita velle Satyricum patet Vlyxis petitione ſequente. *Quid tamen iſta velit*, &c. vt ſi diceret. Planius obſecro ediſſere hoc, & adpone quo tempore. Itaque exſequitur deinde, vates. *Tempore quo*, &c.

His ita decurſis patet non perſpectam huiuſce loci vim Seuerino Boetio lib. v de conſolat. Philoſophiæ Proſa iii vbi *ridiculum hoc Tireſiæ vaticinium* vocat, quaſi aut nullo aut inepto ſenſu pronuntiatum. Ne in Aduerſarijs quidem c. xix

B lib. ii de tenebris in lucem datus hic locus.

PVTASNE PERDVCI POTERIT.

SIc apud Sueton. Veſpaſiani c. xx *cum perducta*, &c. Erroris ibi manifeſtarius eſt qui corrigit, *producta*. Producit leno qui proſtituit populo: perducit autem perductor, qui ad vnum ducit. Leno turpes & infames producit: perductor autem ducit, vt quidem ipſæ videri volunt, honeſtas, vt nunc Vlyxes aquariolus perducens vxorem ſuam. Hinc itaq; lenones ac perductores iungi ſolent, quaſi gemini germani, vt Tullij iii Verrina. Vbi ea de re Aſconius; Tertylliani Apologet. c xliii.

DE SENE GVSTARIT.

C ÆSCHYLVS apud Plutarchum in Amatorio

Νέας γυναικὸς, οὔ με μὴ λάθῃ φλέγων
Ὀφθαλμὸς, ἥτις ἀνδρὸς ᾖ γεγευμένη.
Flamans iuuenculæ latere non poteſt
Me oculus, viro de quæ ſemel guſtauerit.

Hæc viri guſtatio, illa mulieris apud incertum, cuius illud Suidas profert.

Ἔρσης θηλείης ἰκμάδα γευόμενος
Roris deguſtans feminei laticem.

Quanquam Suidas de cicadis accipit. Legendus idem in Ἀλλήλαν Et Ἐγκάρτω.

TECVM PARTITA LVCVLLVM.

L. Seneca epiſt. v.

VLTRO NON ETIAM SILEAS.

D LEGO interrogatoriè. *Vltrò non etiam ſileas?* An non vltrò, lubens, volens ſileas, & ipſe pareas tibi, neque exſpectes dum ille difficilis & moroſus iubeat tacere?

STES CAPITE OBSTIPO.

DICO ad Perſij Sat. iii.

AVREM SVBSTRINGE LOQVACI.

GLOSSÆ Philoxeni, *Subſtringe, præbe.* Martial. epigr. xxv lib. xi. *Aurem dum tibi praſto garrienti.*

SVBLATIS MANIBVS.

SVBLATIS gaudio, eò dico, ne quis perſuadeat eſſe melius ita, ſublatis manibus vrge.

GAVDENTEM NVMMO TE ADDICERE.

LONGISSIME' illi deuij qui accepēre, *te nummo gaudentem.* A

VI.

VNDE HOMINES INSTITVVNT.

OVID. 1. Faſtor.---*Cur quamuis aliorum numina placem*
Iane, tibi primum tura merúmq; fero?
Sic Martial. epigr. IIX lib. IIX. L. Seruius ad I Æneid. verſu illo. *Cana fides--* &c.
Arnobius lib. IV. *Incipiamus ergo ſollenniter ab Iano & nos patre,* &c. B

ROMÆ SPONSOREM ME RAPIS.

VOLVIT Quinctus. *Romā ſponſorē me rapis?* libri alij omnes alijs lectionib' ineptiuēre, neq; interpretes de ſuo Amaltheç cornu promere aliquid potuēre quo Satyrici mens pateret. Hæc autem eſt, Mercurium orauit non incrementum pecuniolæ ſuæ, ſed incolumitatem: nunc Ianum patrem de genere & inſtituto vitæ pergit conſulere. Mihi, inquit, cordi vita ruſtica & ſolitaria, tu autem Iane pater quid conſulis? anne vt Romam rure recurram ad vadimonium? anne me Romam rapis ſiue celeriter occurrere iubes ſponſorem? Anne mihi auctor es vrbanæ vitæ potius C quàm ruſticæ? Refert Ianus. *Eia*, ſanè, iubeo, & ratio eſt. *Ne prior*, &c. Officioſum te eſſe volo in vrbe, non ruri otioſum & inertem.

NE PRIOR OFFICIO QVISQVAM RESPONDEAT, VRGES:

ITA qui legunt, ſe legere neque intellegere oſtendunt. Scripſit Satyricus----*Eia,*
Ne prior officio quiſquam reſpondeat, vrge.
Eia, ſanè, volo te vrbanum & officioſum eſſe in eoq; genere excellere, & vrgere officium. Alia in Aduerſarijs neque rectè c. XVII lib. XIII.

SIVE AQVILO RADIT TERRAS.

BENE Acro, *ſtringit.* Radere nempe Horatio eſt ſtringere ſiue perſtringere, vt Epodo XVI. Hæç autem Horatius, quaſi parere iam parans Iano.

INTERIORE GYRO. D

BREVIORE curſu, vt Cicero in Aratio carmine de Cynoſura.
Quæ curſu interiore breui conuertitur orbe,
Maro Æneide XI.
Eludit gyro interior, ſequiturq; ſequentem,
Gyro interior, breuiore circulo, Seruius.

POSTMODO QVOD MI OBSIT, LOCVTO.

ACCIPE de poſtulatione ſiue aduocatione. In aduocationibus *clarè, & certum* ſiue cum adſeueratione loqui mos, vt hodiéq;. Hæc itaq; mens Satyrici. Mihi locuto in aduocatione pro amico ea quibus alium, aliósve plures forte offendi, ab eaq; moleſtia repedanti, luctandum in turba, &c. Q. Cicero de petit. Conſul. *Eſſe etiam nonnullos tibi iratos ex ijs cauſis quas egiſti neceſſe eſt.* Item. *Quos læſiſti cum contra eos pro amico diceres*, &c. Patrocinijs nempe cauſarum amici, ſæpè & inimici parantur. Sic apud Ammu. Marcellin. lib. XXX p. 1821. Cauſidici, *rupta maledicendi ferocia, multos offendunt, quam tunc effutiunt cum commiſſarum ſibi cauſarum infirmitatem orationibus validis conuelare non poſſunt*, &c. L. rapta. Item, *rationibus.*

IMPROBVS VRGET.

ECCE alius impudens, vrget precibus iratis vt negocium ſuum Mæcenati commendem, ſiue ſuffragio meo apud Mæcenatem ei proſim.

IRATIS PRECIBVS.

QVASI amicitia & meritorum fiducia petens ſimul & iraſcens, quemadmodum Iupiter Ouidianus ad Solem lib. 1. Fabular.--*Precibúſq; minas regaliter addit.*

TV PVLSES.

HÆC improbi illius ſiue impudentis oratio. Si memor negocij mei recurris rure in vrbem ad Mæcenatem, propera quæſo, & pulſa, cubito pelle omnes obſtantes.

HOC IVVAT ET MELLI EST.

ELEGANTIùs membranæ. *Et iuuat & melli eſt.* Ad Mæcenatem recurrere inquit, mihi eſt μέλι λείχειν ſiue *mel lingere* vt Theocriti verbū eſt Idyll. IIX. Siue mella ac placenta frui vt locutus L. Seneca epiſt. LXIII. Sed, inquit Satyricus, hoc mel mihi plurimo felle temperatū eſt. Nam ſimul ac ventum eſt Eſquilias ſiue in itinere meo ad Mæcenatem. Mæcenas nempe in hortis ſuis Eſquilinis.

AT SIMVL ATRAS VENTVM EST ESQVILIAS.

CVM primum vrbi & hortis Mæcenatis adpropinquaui. Horti Mæcenatis extramurani. Teſtis Philo Herēnius legatione ad Caium, agens de hortis Mæcenatis & Lamiæ πλησίον δέ, inquit, ἐισὶν ἀλλήλων τε καὶ τῆς πόλεως, &c. *Vicini ſunt & alter alteri, & vterq; vrbi*, &c. Qui pote hoc? inquies. Nam Eſquilinū collem Seruius Tullius rex vrbi iam olim adiunxerat, vt teſtes multi boniq; Geographus lib. V. Dionyſius lib. III. T. Liuius, Plinius, Eutropius, alij. Bene hoc ego concilio. Collem Eſquilinum vrbi Seruius rex addidit ſiue colle Eſquilino auxit pomœrium, ſed campus Eſquilinus tamen extramuranus etiam Caij Caligulæ temporibus, in eoque campo Mæcenatis horti. Ergo & negociorum atque vrbis pertæſus Tiberius, *è Carinis ac Pompeiana domo, Eſquilias in hortos Mæcenatianos transmigrauit, totúmq; ſe ad quietem contulit.* Suetonius c. XV. Eadē viſione & Mæcenas plurimum in hortis ſuis.

Cur autem atræ Eſquiliæ oſtendi ad Epodū V. Et Satyr. IIX lib. I.

AD PVTEAL.

NARRAVI ad Perſium Sat. IV. Adde Feſtum in *Scribonianum.*

FRIGORA MORDENT.

MARTIAL. epigr. XIV lib. IIX ne, *mordeat tenerum*

tenerum fertur aura nemus, id eſt Aquilo, Auſonius Ecloga XIV.

Ver erat, & blando mordentia frigora ſenſu.

FABA PYTHAGORÆ COGNATA.

SOROR, Intelligi autem vult conchen.

O NOCTES COENÆQ. DEUM.

NOCTES cœnæq; diuinæ, non minus iucundæ noctes & cœnæ quàm illæ Iouis. Nã & cubilia Dijs in cælo vt Iliade I & in cœna eis nectar & ambroſia. Hoc Quinctus voluit, non illa quæ ſunt in Aduerſarijs c. XVII lib. XIII. c. XVII lib. XVII.

VERNASQ. PROCACES.

NOTA vernarum procacitas, & dicacitas in dominos etiam ipſos qui quidem etiam delectati vernilitate illa. L. Seneca c. XI lib. II de Tranquill. *Eadem*, inquit, *cauſa eſt, cur nos mancipiorum vrbanitas in dominos contumelioſa delectet*, &c. Idem c. I. lib. de prouid. *Cogita filiorum* nos modeſtia delectari, vernularum licentia, &c. Tangit & Martialis hunc ritum epigr. LXII lib. I epigr. III lib. X. Tibullus eleg. V lib. I. Sic & Arnobius lib. IV iunxit *puerulos & procaces*.

LEGIBUS INSANIS.

EGI ad Satyram huius lib. II.

RUSTICUS URBANUM MUREM.

NARRAVIT hanc olim fabellam Bobrius apud Suidam in Ἑταιρεία.

Θέντο μετ' ἀλλήλοισιν ἑταιρείην μύς διώ
Οὐ χθαμαλὰ ζώοντες, ὁ μὲν κατ' νειὸν ἐρήμην
Ἐτρέφετ', ὃς δὲ δόμοισιν ἐν ἀφνειῶν τρέφετ' ἀνδρῶν.

Viuere coniuncti voluêre olim duo mures,
Vita diſsimiles: alter nam viuere ſuetus
Rure: alter procerum tectis nutritus in amplis.

CUM PATER IPSE DOMUS.

PATERFAMILIAS, οἰκοδεσπότης.

VII.

QUÒD SIT SATIS.

QUÒD *ſatis*, quoad ſatis.

UT VITALE PUTES.

ITA vt vereri non debeas ne propter nimiam indolem tibi ſim μινυνθάδιος ſiue non vitalis. Qui eximia indole virtutis aut ingenij, ij plerũq; vita breui & non vitales. Ceſtius de Alfio Flauio apud M. Senecam Controuerſ. I lib. I. *Tam immature magnum ingenium, non eſſe vitale.* Bene hunc ita locum accipit Dionyſ. Lambinus. Minus rectè illi qui commenti de morbo & auaritia.

CUM TRIBUS ANNELLIS.

DELICATORUM multi in digitis anuli. L. Seneca Natural. Quæſt. c. penult. lib. VII. *Exornamus anulis digitos, in omni articulo gemma diſponitur.* Signanter autem *tribus* dixit. Tres nempe digiti læuæ manus, annulis dicati. Anularis. Index, Auricularis. Plinius c. I lib. XXXIII Ateius Capito apud Macrobium c. XIII lib. VII. Horatij ſæculo tres anuli vitio verſi, olim autem plu-

A res vno. Iſidorus c. penult. lib. penult. *Apud veteres*, inquit, *vltra vnum anulum vti infame habitum viro. Gracchus in Mænium. Conſiderate Quirites ſiniſtram eius. En cuius auctoritatem ſequimini, qui propter mulierum cupiditatem, vt mulier eſt ornatus*, &c. Pergit mox Iſidorus adponere exemplum. *Craſſus*, inquit, *qui apud Parthos perijt in ſenectute duos habuit anulos cauſam præferens, quod pecunia ei immenſa creuiſſet. Multi etiam Romanorum pro grauitate anulum geſtare in digito abſtinuerunt.* Sic de anulo vno etiam Ateius Capito idem. *Apud veteres*, inquit, *nec plus anulorum habere quàm vnum licebat, nec cuiquam niſi libero*, &c.

MODO LÆVA INANI.

B LÆVA enim manus anulorum ſedes, cauſam reddit Ateius loco quem dixi. Tangit & Plinius c. I lib. XXXIII. Tertullianus c. vlt. de habitu muliebri.

IAM MALLET DOCTUS ATHENIS.

DOCTUS pro Philoſopho, vt apud Ciceronem I & III Legum. Paradoxo III pro Marcello. Malè in Aduerſarijs c. XVII lib. XIII eſt *doctor*.

MITTERET IN PHIMUM TALOS.

NARRO ad Perſij Sat. III.

AT VELUT USQUAM VINCTUS EAS.

QUINCTI puto manus fuit---*At velut vſquam in---Vitus eas---*

C Critici pingues pro ſua ſapientia reueriti ſectionem illam verbi, ac in duos verſus partitionem, quæ tamen Flacco pæne quotidiana eſt, fecêre, *vſquam vinctus*, quod tam Hercle conuenit, quam libertati vincula. Etenim Dauus ridens herum, Laudas, inquit, oluſcula tua, & ventrem quotidiani victus tibi eſſe ais, quaſi verò *vſquam* eas inuitus cum vocaris, ſiue quaſi vllam recuſes vocationem, ſiue quaſi ſolitus dicere. *Benigne*, aut *Facio gratiam*.

AUT AGITAVIT EQUUM.

KΕλητισμός Ariſtophani Veſpis. Idem poſt paullo. *Peccare ſupernè*. Aliter neq; rectè in Aduerſarijs c. XIIX lib. II.

IN AMBOS IUSTA POTESTAS.

D IUSTA iure ac legibus permiſſa. Iure antiquo quidẽ pleniſſima poteſtas maritis occidendi vxorẽ & mœchũ qualis qualis eſſet l. XX & XXII. §. vlt. D. Ad L. Iul. de adult. Ex iure Attico illud Quirites habuêre. Nam lege Draconis & Solonia ſic permiſſum, vt patet Apologia Lyſiæ Rhetoris pro Euphileto & tangitur l. XXIII §. I. D. Eod. Ratio eccilla iuris huiuſce Quiritium antiqui, quod iure illo materfamilias viro ſuo filiafamilias quemadmodum diſſerui ad I. XII c. XXVI. Duplici ergo ille iure occidebat, iure patris, iure viri. Sed nouo iure ciuili reſtrictum eſt ius viri, neq; permiſſa ei poteſtas cuiuſuis mœchi occidẽdi l. XXIV. §. I D. Eod. Ratio eſt d. l. XXII §. vlt.

Et ſignanter Flaccus *ambos* dixit. Nec enim alterum fas ſine altero, vt l. XXIII §. IV. D. eod. Et

apud parratorem legis Moſaicæ Tit. IV.

DVCERIS VT NERVIS ALIENIS MOBILE LIGNVM.

LIGNEI illi ipſi qui *lignũ* hic adpinxere Quinctio. Ille autem voluit, *ſignum*. Nec enim νευρόσπαστα ſiue νευροσπαστούμενα illa *ligna* ſed *ſigna* Antoninus Imperator vitæ ſuæ lib. VII Σιγιλλάρια, inquit, νευροσπαστούμενα L. A. Gellius c. I lib. XIV. Lucianus lib. de Syria Dea Interpr. Ariſtoph. ad Veſpas.

SIBIQ. IMPERIOSVS.

PLINIVS c. IIX lib. XXXIV. *Tiberius quanquam imperioſus ſui*.

QVI PECCAS MINVS ATQ. EGO?

MALE hic vulgarijs nota interrogatoria: eſſe debet

Qui peccas minus atq; ego, cum Fului Rutubaq;, &c. Ergo & ἐπιτετριμμένα acceptus hic locus à Dionyſio Lambino. Dauus hic intelligi vult. Tam tu peccas Quincte, in tabellas pretij magni inſaniens, quam ego in viles tabellas, in quibus gladiatorum pugnæ depictæ quemadmodũ Fuluij & Rutubæ. De his munerum gladiatoriorum picturis C. Plinius c. VII lib. XXXV.

Duplex autem gladiatorij muneris olim pictura, vna quæ poſt editionem ſolita proponi, de qua Plinius capiendus, & hic itẽ Satyrici locus. Atq; hi gladiatorũ libelli Ciceroni Philipp. II. Altera muneris gladiatorij pictura anterior editione, libellus ſæpe munerarius, vt Trebellius nominat in Claudio. Tria illa præcurrere ſolita ludis. Edictum denuncians diẽ muneris. Index continens quot paria gladiatorũ, qui ordo, qui ornatus. Libellus munerarius, habẽs gladiatorum imagines.

Nec verò in libellis tantũ ſed quoque ad parietes picturæ poſt editionem, neque gladiatorij ſolum muneris, ſed & alius modi ludorum liquet Vopiſci narratione in Carino.

Huiuſmodi picturis inhiare ſoliti ſerui potiſſimũ, quia locus eis vix vllus in ſpectaculis. Hinc vitiũ ſerui ſi ludos aſſiduè velit ſpectare, aut tabulas pictas ſtudioſe intueatur l. vlt. §. 1. de ædil. ed.

ACCEDES OPERA NONA AGRO SABINO.

COMMINATVR pœnam ergaſtuli.

IIX.

BEATI.

DIVITIS. Non ſine ironia, vt mox *Diuitias miſeras*.

VT ATTICA VIRGO CVM SACRIS CERERIS.

HÆC cõparatio inde quod vt ſacra in pompa, ſic fercula ſolita inferri altè ſublata. Hinc Homericum illud Odyſſea I.---παρέθηκεν ἀείρας; de quo male interpretes.

NOMENTANVS.

L. Seneca c. XI De vita beata.

PORREXERIT.

A Quincti manu haud dubie fuit, *porrexit*. Aliqui fulcire volentes verſum, fecère *por-*

A *rexerit*, aut *porrexerat*. Quali acumine & Oda XVI lib. III verſum mutauere, vt prænotaui. Neque huic tantum Venuſino Satyrico inflixère hãc illi ſecutim, ſed & Aquinati, & altius quidem. Sic enim Satyra illius prima nunc legitur.

Nam de tot pulchris & latis orbibus, & tam
Antiquis, vna comedunt patrimonia menſa.
Nullus iam paraſitus erit. Sed quis ferat iſtas
Luxuriæ ſordes? &c.---

Auſim præſtare Iuuenali placuiſſe.

Nullus iam paraſitus edit. Et quis ferat iſtas
Luxuriæ ſordes?---Illi ſoli comedunt, nullus iam paraſitus edit, nullum ſibi concœnam, nullum fratrem *cibicidam quærunt illi* μονοφαγίσται.

EXSVRDANT.

GLOSSÆ ἐκκωφῶ *Exſurdo*.

B INVERTVNT ALLIFANIS VINARIA TOTA.

VINARIA in Aduerſarijs c. XXXIV lib. XX interpretati lagenas. Item alij. Sed Acro Helenius, & Mixouetus interpretes, *œnophora*. Nonatiquus ille, *Inuertunt*, inquit, *vinaria, id eſt* οἰνοφόρα κατὰ κεφαλῆς τρέπουσι *id eſt, vaſa vinaria in caput vertunt, ita vt ore terram tangerent*, &c. Scripſerat οἰνοφόρα, &c. Sic *in caput vertere*, œnophoris recte, non autẽ lagenis conueniens eſt. Lucili*

Vertitur œnophori fundus ſententia nobis.

Sed alio ſtilo in Aduerſarijs c. XXI lib. IV. c. XI lib. XVI. *Vinaria*, interpretati *cados*. Melius Gloſſæ οἰνοφορεῖον *vinarium*.

Sed cuiuſmodi œnophora illa? inquies. Multiplex quippe nomen hoc. Martiali lagena œno-
C phorum eſt, epigr. XXXIX lib. VI. Item Apuleiaſini lib. II. Paulo in Sẽtẽtijs Tit. VII lib. III œnophora ſiue œnophoria poculorum ſpecies. At œnophorus indubiè pocillator ſiue οἰνοχόος. Plinij c. IIX lib. XXXIV. Noſtra quid œnophorum quæſtio eſt, non quis œnophorus. Ego ſic partiendum hoc arbitror. Communiter vas omne quo miniſtratur vinum, *œnophorum* aut œnophorium, aut *vinarium* recte nominari: ſpeciatim vero id œnophorum eſſe quo vinum ex cadis depromtum, defunditur in lagenas, vt apud Ciceronem II de finibus. *Quibus vinum defuſum è pleno ſit œnophoro, vt ait Lucilius*, &c. Amphoras dixère & diotas. Gloſſæ *Diota*, ἀμφορεῖον. οἰνοφορεῖον. Oenophora illa verſa deinde, poſt vini defuſionem.

Dixeris ſed lagenarum mentionem facit quo-
D que Horatius. Sanè, quia ex œnophoris vinum in lagenas.

MVTAVERAT.

MELIÙS, *mutauerit*.

SVSPENSA AVLÆA.

SVSPENSA non ad parietes vt hodiè ſed deſuper vice cameræ vt Seruius planiſſimè ad Æneid. I. Sic obtentus, ſiue coronacio de qua dixi ad Odam XV lib. I.

BALATRONE SECVNDO.

BALATRONE quaſi vento irriſionis ſecundo, ſiue πλησιστίῳ, ſiue implente vela irriſionis. Aliter neq; rectè in Aduerſ. c. XXXIV lib. XX.

MAZONOMO PVERI MAGNO.

VARRO c. IV lib. III de re ruſt.

AD Q.

AD Q. HORATII FLACCI
EPISTOLARVM LIBROS QVOTIDIANA ET EMENDATÆ LECTIONES
Theodorij Marcilij.

cIↃ IↃCIII.

Lib. I. Epiſt. I.

SVMMA DICENDE CAMOENA.

VT MARO Ecloga IIX. *Æ te principium tibi deſinet* --Fabius c. XIX lib. V. *Primo ſummoq, loco ponenda*, id eſt, ptimo vltimoq; Rutilius Numatianus Itinerarij lib. I. A

Te canimus, ſemperq; ſinente
dum fata, canemus.

ITERVM ANTIQVO ME INCLVOERE LVOO.

RVDIARIVM *reuocare* dixit Suetonius Tiberij c. VII. Alio metaphorę genere minutriens hoc Sidonius Epiſt. XVII lib. VII. *Jubes me*, inquit, *iam diu deſides digitos mendabus officina veteris imponere*, &c. B

VEIANIVS.

SERVIVS ad Æneidem I. *Veranius.*

ARMIS HERCVLIS AD POSTEM FIXIS.

AD poſtem Herculis Sacelli quod in amphitheatto ſiue atena. Victruuius c VII lib. I. Sic & milites emeriti conſecrauêre atma vt Calputn. Declam. XV.

LATET ABOITVS AGRO.

DECLAMITAVIT hanc materiolam Ouidius Triſtium eleg. IIX lib. IV.

NE POPVLVM TOTIES EXORET.

EXORET miſſionem. Nihil ad Horatij mentem, qui corrigunt, *exornet.*

EXTREMA ARENA.

AMPHILOGIA *Extrema*, periculi maximi: aut *extrema Canea vltima*, vt adpellat Cicero Dial. de Seneĉt. ſiue *circulus amphitheatralis*, vt Amm. Marcellinus.

EST MIHI QVI.

PLVTARCHVS lib. ad principem idiotam Ἐντός ἐστιν ὁ φθεγγόμενος ἀεὶ καὶ διακελευόμενος. *Intus eſt, qui loquitur ſemper & admonet:* nempe ſua cuiq; mens & ratio. Tullius pro Archia. *Nunc inſidet quadam*, &c.

NE PECCET AO EXTREMVM.

OVIOIVS eleg. IIX lib. IV. Triſtium.

Ne cadat, & multas palmas inhoneſtet adeptas,
Languidus in pratis gramina carpit equus.

NVLLIVS ADDICTVS IVRARE IN VERBA MAGISTRI.

GLAOIATORES in magiſtri ſui ſiue doctoris verba iurabant. Sacramento eos fuiſſe obſtrictos laniſtæ ad patientiam videlicet, indicio eſt quod D. Cyprianus epiſt. CCCLI, inquit, *Laniſta gladiatores compellit armari, & ſubinde ſtimulans membra*, &c. Etiam Philoſophorum, Rhetorum, Grammaticorum diſcipuli ſoliti iutate in verba, ſiue ſacramento ſe obſtringere, cum primitus reciperentur in diſciplinam. Hinc illud l. I §. V D. De extraord. cognit. Doctores honorem ſiue honorarium petere in ingreſſu ſacramẽti. Sic & medicorum diſcipuli adacti ſacramento. Vnde Aurel. Caſſiodorus in Formula comitis Archiatrorum, de medicis agens. *In ipſis*, inquit, C *huius artis initijs quodam ſacerdotij genere ſacramento vos conſecrant. Doctoribus enim veſtris promittitis odiſſe nequitiam, & amare puritatem*, &c. Capiendum hoc de iureiurando Hippocratis, qui in libris eius ἱπποκράτους ὅρκος. Adacti ſacramento illo diſcipuli omnium Aſclepiadarum limine ipſo & ingreſſu. Dictoq; ſacramento, inſcribebantur matriculæ ſiue albo, ijq; tunc μαθηταὶ ξυγγεγραμμένοι τε καὶ ὡρκισμένοι. *Diſcipuli conſcripti & iura-*

ti, quemadmodū nominati iureiurando illo Hippocratis: At pueri elementarij non iurauêre, ſed ſine ſacramento adſcripti in matriculam, vt Doſithei magiſtri Homilia II puerculus intrans ludum ſiue antrum ἔγραψα, inquit, ἐμὸν ὄνομα. καὶ οὕτως ἐςάθην. *Scripſi meum nomen, & ita ſteti.* Nullius itaq; addictum ſe in verba magiſtri iurare Flaccus dixit, ad Philoſophorum diſcipulos iurantes cogitatione ſe referens, non quemadmodum eſt in Aduerſarijs c. XIX lib. XXX ad milites iurantes Imperatori ſuo aut principi. Nec enim magiſtrum illum opinor, dixeris, aut Horatium de militia cogitauiſſe, cum ageret de Philoſophia. A

MERSOR CIVILIBVS VNDIS.

HÆc ciuilia officia, vt l. II De reg. iur. l. XIIX §. Hæc omnia De munerib. & hon. D. Et apud Fabium Declamat. CCLXIIX. B

VIRTVTIS VERÆ CVSTOS.

CVSTODEM dixit quaſi *æditum* epiſt. ad Auguſtum.

RIGIDVSQ. SATELLES.

STOICI enim rigidi vt apud C. Tacitum annali XIV. *Stoici rigidi ac triſtes.*

OPVS DEBENTIBVS.

LIBERTIS debentibus operas. Operæ illæ *diurnum officium* l. 1 D. de oper. libert. Valde itaq; liberti cupiebant diem effluere ac breuiari. Opus liberti Flaccus populariter dixit. At in iure ciuili rectè rubrica. *De operis libertorum*, non autem *de operibus libertorum*. Fruſtra id tutari voluêre C ad Pauli ſententias Tit. vlt. lib. II & ad regulas Vlpiani Tit. XIX.

PVPILLIS QVOS DVRA PREMIT CVSTODIA MATRVM.

PVPILLI in matrum cuſtodia. Mater non tutrix ſed cuſtos pupilli L. Seneca conſolatione Marciæ c. XXIV. *Pupillus relictus ſub tutorum cura, vſque ad XIV annum fuit ſub matris cuſtodia*, &c. Sic & ſub auiæ cuſtodia, vt Veſpaſianus Suetonij c. I Educatus ſub paterna auia Tertylla. Huiuſmodi cuſtodiam ex iure antiquiſſimo trahit obſeruatio XXIIX lib. VI ſed verius eſt iuriſprudentiæ mediæ, per diſputationem fori. Nam apud T. Liuium lib. XLIX Duronia mater filij ſui Ebutij tutrix eſt. At iure Digeſtorum vt l. XXVI De teſtam. D tut. l. III §. Si duo De legit. tutor. D neque mater, neque auia tutelam gerere poteſt, Iure nouo & matri & auiæ tutela permittitur.

ÆQVE PAVPERIBVS PRODEST.

QVEMADMODVM Pythagoricus ille apud Stobæum Serm. CCLXXV agens de ſtudio ſapientiæ. Sermonem à ſe proponi ait, qui poſſit ὁπίσως ὠφελῆσαι νεανίσκους τε καὶ γέροντας *& iuuenes & ſenes iuuare.*

OCVLO CONTENDERE.

NIHILI correctio eſt legentium, *oculos contendere* Neque Lucretius eis facit lib. I cum ait— —*Homo mortalis tendere contra*

Eſt oculos auſus---Alia res, *oculo contendere*, alia *oculos contra tendere*. *Oculo contendere* eſt certare ſpatio videndi: *oculos contra tendere* eſt ἀντοφθαλμεῖν, ἀντιβλέπειν.

NEC QVIA DESPERES.

VT Epictetus Arriani c. II lib. I. Οὐδὲ γὰρ Μίλων ἔσομαι, καὶ ὅμως οὐκ ἀμελῶ τοῦ σώματος. *Milo non ero, neq; tamen corpus negligo.* Et Galenus lib. de morbis animi. *Quinquagenarius*, inquit, *ſum, neque tamen* εὐεξίαν *negligo*, ſiue curam valetudinis abijcio, *quanquam corporis habitudine, qualis Hercules fuit, nunquam ero*, καί τοι τὴν Ἡρακλέους εὐεξίαν οὐ δυνάμενος ἔχειν. Neque diſſimiliter lib. I. ὑγιείαν.

SVNT VERBA ET VOCES.

VERBA *& voces*, piacula. Itaq; ſequitur. *Sunt certa piacula*, Verrius, *Puto, inſanos per verba quadam incommodo liberare.*

NEMO ADEO FERVS EST.

ATTIVS apud Marcellum.

Nullum eſt ingenium tantum, neq; cor tam ferum,
Quod non labaſcatur lingua, miteſcat malo.

Sic Marcellus legit, ſed videtur Attius voluiſſe,

Quod non labaſcat lingua-----Nullius eſt tantum ingenium aut animus tam ferus, quod non labefactetur ſiue flectatur oratione, & malo ſiue pœna miteſcat. Orationem ſiue linguam refert ad ingenium: malum ſiue pœnam ad cor ferum.

SI MODO CVLTVRÆ.

BENE culturam dixit. Nam ὁ μὲν γεωργὸς τὴν γῆν: ὁ δὲ φιλόσοφος τὴν ψυχὴν ἐξημεροῖ. *Agricola terram, philoſophus mentem exuit feritate.* Tullius principio Tuſculanæ II. *Cultura animi Philoſophia eſt.*

VIRTVS EST VITIVM FVGERE.

FABIVS. III lib. IIX. *Prima virtus eſt vitio carere.* Reprehendit hanc virtutis definitionem. Lactantius c. V lib. VI ſed iniuriâ.

AD INDOS, PER MARE, &c.

MALE vulgarij--*ad Indos, Per mare pauperiem fugiens*--voluit Quinctus—*ad Indos per mare, pauperiem fugiens*, &c.

PER IGNES.

PER flamas & ardores Solis, Oda III lib. III. *Qua parte debacchentur ignes.* Virgil. I. Georg. de Zona æquinoctiali—*Et torrida ſemper ab igne.* Aut *per ignes*, incendia, vt Philoſtrat. epiſt. XLV. Δραμεῖν κέλευσον διὰ πυρός, οὐκ ἀπαιτοῦμαι. *Currere iube per ignem, non recuſo.*

QVIS CIRCVM PAGOS ET CIRCVM COMPITA PVGNAX.

II. Georg.-----*Pagos & compita circum.* Vbi Seruius *Per villas*, inquit, *& quadriuia.* Intelligi Flaccus voluit. Quis paganalibus & compitalibus ita pugnax, vt vincat. Soliti ruſtres ita pugnare, vt & carmine ruſtico certare in triuijs ſiue compitis, ſiue cōpitalibus. Virgilij Eclog. III.

MAGNA OLYMPIA.

LEGO interrogatoriè. *Magna olympia?*

SINE PVLVERE.

SINE *puluere*, Olympico. Expreſſiùs hoc ita magiſq; ad ſenſum Quincti, quàm eſt Aduerſarijs

uerſarijs c. xxvi lib. xxvi Sine puluere, *ſine labore, ſine curſu, ἀκονιτί.* A

VILIVS ARGENTVM EST AVRO VIRTVTIBVS AVRVM.

NON diſſimilis gradatio illa Ioannis Caſſiani c. III Collat. XXIII *Stannum eſſe vilius argento, argentum auro, aurum gemmis, gemmas margaritis, margarita ſanctitate.*

HOC IANVS SVMMVS AB IMO.

IANVS ſummus ab imo. Omnes Iani, ſiue Iani omnium vrbis regionum, qui ad ſummã vi & xxx. De his ecce P. Victor in Collectione vrbis, *Iani*, inquit, *quadrifrontes* XXXVI *per omnes regiones, marmoribus incruſtati & adornati inſignijs militaribus & ſignis. Duo pracipui ad arcum Fabianum ſuperior inferiorq;.* Cum itaq; per omnes vrbis regiones fuerint Iani, plana Quincti mens. *Hoc Janus ſummus ab imo perdocet.* Omnium vrbis regionum ſiue Romæ totius hæc auaritiæ & æruginis doctrina eſt. Ergo & ſequitur. *Hæc recinunt iuuenes dictata ſeneſq;.* Hæc vrbis totius doctrina eſt, hæc omnium ætatum diſciplina. Nempe, *O ciues, ciues*, &c. Nihil ad Horatij mentem illa quæ in Aduerſarijs c. xxvi lib. xxvi. c. x lib. vi. B

Satin' hoc de Ianis, an & hoc illis octoculis gratificari pergimus & docere quis *Janus medius.* Sat. III lib. II? Putauêre *Ianum medium* eſſe ſpaciũ medium inter duos illos Ianos qui ad Fabianum fornicem vt Aduerſaria locis antedictis. At verius eſt Ianum medium fuiſſe vicum illum totum ad cuius fines Iani duo. Vnus ſuperior, alter inferior, ſiue vt Sex. Rufus vocauit *Jani publici.* Eumque vicum nomine adfectum Iani medij quod in foro eſſet. Forum autem regio vrbis media vt nemo neſcit. Ianus itaq; ille medius, alij ſummi aut imi. His ita in luce poſitis, clarum eadem quorſum Ammianos Marcellin. lib. XXII X dixerit *Per Ianos & fora clamitare.* Nam perinde eſt vt ſi diceres per fora & vicos ac regiones vrbis. C

Patet nunc ergo iam vicum ad Fabianum fornicem fuiſſe Ianum medium. Atque ſic Ianum medium accipe Tullij II de Officijs. Et Philipp. VI vbi L. Antonius Iani medij patronus, nempe tanquam vici. Vicorum aliqui patroni vt in vita D. Clementis.

Etiam Porphyrionis elucus eccille ad epiſt. xx vico illi nomen fuiſſe Ianus, quod in eo vico Iani arcus. Neque felicius Acroni aleam cecidiſſe ad Sat. III lib. II qui multa de Iano medio commentus, extra oleas omnia. D

HÆC RECINVNT DICTATA.

DICTATA ἀναδιδόμενα & χαθημερινὰ in Gloſſis & in Homilijs Doſithei magiſtri *Ἀναλήμματα. Ἀποδοῦναι ἀναλήμματα. Reddere dictata.*

Dictata illa, ex auctoribus loca, quæ mandata memoriæ ſoliti reddere pueri, vt Homilijs ijſdem.

LÆVO SVSPENSI LOCVLOS TABVLAMQ. LACERTO.

VT de M. Philoſopho Imp. Sexti Philoſophi auditorium frequentâte Δέλτον ἐξαψάμενος ἐς διδασκαλεῖον φοιτᾷ, ὥσπερ οἱ παῖδες. *Tabulam ſuſpenſam geſtans commeat in ludum vt puerculi.* Marcellus *Bulga, ſacculus ad brachium pendens.* A

SEX SEPTEM MILIA.

PARVM rectè interpretati aliqui *Si quadringentis ſex deſunt ſeptem milia.* Melius διαλύτως. Si quadringentis milibus, *deſunt ſex, ſeptem milia* pro ſex aut ſeptem, vt & Tullius loquitur epiſt. VII lib. X ad Atticum, Terent. Enn. Act. II Sc. III vbi ſcriptum malè *ſex vel ſeptem.*

AT PVERI LVDENTES.

PVERI ludentes ludum regni puerilis ſiue βασιλίνδα, de quo Iul. Pollux lib. IX *Nempe cum ſortitò unus aliquis vt rex imperat, quid opus facto, alius quaſi miniſter omnia exſequitur.* In pilæ quoque ludo regni aliqua ſpecies pueris, cum victor, & qui nihil aut minimum in ludo pilæ ſiue ſphæromachia peccauiſſet, is *rex* haberetur, victus autem vocaretur *Aſinus.* Plato ſic tangit in Theæteto, Dio item Chryſoſt. orat IV de regno cuius locus ita legendus eſt, οὔτε γὰρ τῶν παίδων ὁ νικήσας, ὅταν παίζωσιν, ὡς αὐτοί φασι, βασιλέα, τῷ ὄντι βασιλεύς ἐστιν, &c. *Nec enim puerulorum ille qui eſt victor cum reges ludunt, vt ipſi loquuntur, reipſe rex eſt*, &c. B

REX ERIS AIVNT SI RECTE FACIES;

VIDENTVR hanc ludi puerilis formulam milites in triumpho Iulij Cæſaris tangere voluiſſe pa.odia verſam ioculari, cum vt Dio narrauit lib. XLIII ita canerent, εἰ μὲν καλῶς ποιήσῃς κολασθήσῃ ἂν δὲ κακῶς βασιλεύσεις. C

Plecteris ſi rectè faxis, ſi non faxis rex eris.

PRÆSENS HORTATVR ET OPTAT.

RESCRIPSERE in Aduerſarijs c. xxvi lib. xxvi.---*Præſens hortatur & aptat.* Sed illa reſcriptio ex non peruiſa eſt mente Horatij. Intelligi vult. Qui præſens hortatur conſilio, & optat votis. Hortari ad rationem refert: optare ad fortunam & euentum. Sic Ouidij lib. II fabular. Sol filium Phaëtontem hortatus, ad extremum ſubiungit ſe felicem ei optare à fortuna euentum.

OLIM QVOD VVLPES.

EX Lucilij Satyrarum xxx. D

Deducta d hunc voce leo. Cur tu ipſa venire
Non vis?---vulpecula reſpondet
Quid ſibi vult quare ſit, vt introuorſus, & ad te
Spectent, atque ferant veſtigia d omnia prorſus?

Sic enim lego verſus illos Eandem apud Philoſtratum Apollonij lib. VII fabellam Damis profert, & Æſopicam eſſe ait. Apollonius autem magis vulpeculę illi laudi eſſe ait potuiſſe, ſi & ingredi & exire ſalua potuiſſet.

BELLVA MVLTORVM ES CAPITVM.

VT Appio Clauſo apud Dionyſium lib. VI Δῆμος, τύραννις πολυκέφαλος.

SVNT QVI CRVSTIS ET POMIS.

CORRIGVNT, alij, *fruſtis & pomis*, alij *fructis & pomis.* Saturniæ lemæ illæ. Nam

etuſtas Quinctus intelligi voluit cruſtula vt Sa- A
tyr. 1 lib. 1.

EXCIPIANTQ. SENES.

TANQVAM piſces de multis optimos legāt. L. Seneca epiſt. LIIX *Digerere in literam ſenes orbes.*

NVLLVS IN ORBE SINVS
BAIIS PRÆLVCET.

RECTE Baias ſinum vocat. Eſt enim vt ait Dio lib. XLIIX. χωρίον τι μεταξὺ Μισηνοῦ καὶ Ποτιόλων μηνοειδὲς *Parua regio inter Miſenum & Puteolos curuata in lunæ ſpeciem.*

LACVS ET MARE.

AΓεώργα ποιά eſt, reſcribere velle. *Lacus & mare.* Nā vt ex Geographi deſcriptione lib. v & Dionis lib. XLIIX liquet, Horatius iun- B
gere lacum & mare voluit; quia per mare Tyrrheoum aditus in lacū Lucrinum aut Auernum, atque hinc porro Baiæ.

MVTAT COENACVLA LECTOS.

DIVITVM faſtidia & leuitas in rebus magnis: pauperū in paruis. Diues mutat cœnationes, pauper cœnacula. Notæ diuitum domus hibernæ atque æſtiuæ, cœnationes hibernæ, æſtiuæ, vt epiſt. Ciceronis 1 lib. III ad Q. Fratrem, Plutarchi Lucullo. Sic pauperculi quoq; adſectauēre cœnacula hiberna, æſtiua. Diues triclinia mutat, pauper grabatos ſiue ſcimpodia. Diuitum triclinia æſtiua & hiemalia, Gloſſæ, *Triclinium* τρίκλινον *Hiemale* χειμερινόν. *Æſtiuale* θερινόν.
Item Sigma hibernum, æſtiuum. Sidonius in Bur- C
go Leontij.

Mos erat hic dominis hibernum ſigma locare.

At Vitruuio c. VII lib. VI quadruplex tricliniorū genus. Hibernum, Vernum, Auctumnale, Æſtiuum.

Sed & maiores illæ diuitum delitiæ poſt æuū Horatij, anuli æſtiui & hiemales, vt Iuuenal. Sat. 1 Criſpinus. *Ventilat æſtiuum digitis ſudantibus aurum.* Vbi Gloſſæ veteres notant à Criſpino inuentum hoc tam delicatum diſcrimen. Sic *ſemeſtre aurum* Sat. VII Et *maiores pondera gemmæ* Sat. 1. Nempe quod æſtiui anuli leuiores, inuenti à Criſpino ſcil. cui per æſtatem moleſtæ, *maioris pondera gemmæ.*

Neque minores in Græcia olim deliciæ vbi duplex diuitibus argentum eſcarium ſiue menſale, æſtiuum & hiemale. Sic enim Alexis comi- D
cus Athenei lib. VI.

—Ἀλλὰ ταῦθ' ὅλως
πρὸς ἀλαζονείαν οὐ κακῶς πεποιημένα
ἦν, οἶδα δὲ κἀγὼ τινὰ πολίτην ἡμέτερον
πλουταλαζόνα ὃς δράχμας ἔχων
τὰ πάντ' ἀργυρώματ' ἐβόα καλῶν τὸν οἰκέ-
την
Ἕνα ὄντα καὶ μόνον, ὀνόμασι δὲ χρώμενον
ψαμμακοσίοις, παῖ στρομβιχίδη μὴ τῶν χει-
μερινῶν ἀργυρωμάτων
ἡμῖν παράθῃς ἀλλὰ τῶν θερινῶν.

Labeculis pleriſq; adſperſi à librarijs verſiculi, ſed eluere facile eſt. Fuiſſe ſcilicet.

—Ἀλλὰ ταῦθ' ὅλως
πρὸς ἀλαζονείαν οὐ κακῶς πεποιημένα ἦν,
Οἶδα δὲ κἀγὼ τινὰ πολίτην ἡμέτερον
πλουταλαζόνα, ὃς δράχμας μίας τὰ πάντ'
ἔχων
Ἀργυρώματ' ἐβόα καλῶν τὸν οἰκέτην
Ἕν' ὄντα καὶ μόνον, ὀνόμασι δὲ χρώμενος
ψαμμακοσίοις. παῖ στρομβιχίδη, μὴ χειμε-
ρινῶν
Νῦν παράθῃς ἀλλὰ θερινῶν ἀργυρωμάτων.

Dico & Latinè, deterius quàm Græca illa ſunt, an nego? expreſſum tamen ad ſententiam.

---*Sed omnia hæc*
Ad gloriam illi cogitata non male.
Sed noui ego & de ciuibus quendam meis
Fastigloſum. Vix vnius drachmæ illi erant
Argentea omnia. Seruulum ſed enim vocans
Vnum atq; ſolum, millibus ſed nominum
Vtens: Ades Strombichida non argentea
Hiberna nunc adpone, ſed æſtiualia.

Animaduerſiones in Athenæum c. III lib. VI tentauēre locum illum, ſed ne fruſtra, verentur. Non temere hoc veritæ illæ.

Illæ vero non leuiculæ tantum ſed & ridiculæ diuitum mutationes, ſummiq; faſtidij, cum ex triclinijs ſuis & cœnationibus ſplendidis ac regijs migrarent paulisper in ſeruulorum ſuorum cællulas, ex inopia illa & victu ſeruili ſordido aliquam captātes variationis voluptatem vt apud
L. Senecam epiſt. XIIX & CXIX, Et Conſolat. Heluiæ c. XII. Tangit & Iulius Baſſus apud M. Senecam Controuerſ. VI lib. VII.

Variauēre autem diuites illi cœnationes ſuas, pauperculi cœnacula ſua. Cœnationes diuitum vt L. Senecæ epiſt. XC & epiſt. LXXIIX cœnacula pauperum. Cœnationes ædium parte inferiore, cœnacula ſuperiore. Moleſtus in hæc itaque adſcenſus, proptereáq; à diuitibus locari ſolita vt apud Plutarchum in Sulla. Feſtus, *Cœnacula ad quæ ſcalis adſcenditur.* Io his itaq; cœnaculis regna pauperum. Sic Lucilius apud Marcellum in *Deſubito.*

Quamuis deſubito trinis deducere ſcalis

nempe vxorculam clientis de cœnaculo tertio, ſiue deſub tegulis Prudent. lib. 1 contra Symmachum

Omnia qui celſa ſcandit cœnacula vulgus.

Et de paupereulo Iuuenal. Sat. III---*Tabulata tibi iam tertia fumant.* Vltra illud tertium tabulatum ſiue cœnaculum, nihil reliquum habitationis. Itaque ſubiungit Satyricus ille.

Vltimus ardebit quem tegula ſola tuetur
A pluuia---&c. Sic apud Sueton de inluſtr. Gramm. c. XIV Cato grammaticus habitans ſub tegulis. Tertyllianus aduerſus Valentinianos. *Illic etiam Valentinianorum Deus ad ſummas tegulas habitat.* Hoc itaque tribus ſcalis habitare Lucilio vt dictum, & Martiali epigr. vlt. lib. 1. Eiuſmodi cœnacula mercedis ſiue penſionis paruæ vt Plutarchi loco anted.

IN Æ-

Digitized by Google

INÆQVALI TONSORE.

AB ioæquali tonſore, ſiue tondente inæqualiter. Aut figuratè, *tonſore* pro tonſura vt epiſt. XIX *textor* pro textura. Peccat qui textore ibi corrigit *ceſquore*. Quinctus enim tangere voluit texturam domeſticam.

SI FORTE SVBVCVLA PEXÆ TRITA SVBEST TVNICÆ.

VT Martial. epigr. XXIIX lib. IIX.

O quantos riſus pariter ſpectata mouebit,
Trita Palatina noſtra lacerna toga

Membranæ, *Comta Palatina*, &c. Lacernam ſuam tritam comi ſiue ornari, toga Parthenij candida & noua ridiculum.

VEL SI TOGA DISSIDET IMPAR.

IMPAR, non rotunda neque aptè cæſa. Fabius c. vlt. lib. XI Aut breuior tunica.

DIRVIT, ÆDIFICAT.

SIc Geographus lib. V ciues Romæ καταβάλλειν καὶ οἰκοδομεῖν πρὸς τὰς ἐπιθυμίας, ἕτερα ἐξ ἑτέρων *Diruere, adificare pro libidine, alia ex alijs.* Fabius Declam. CCCXXXVII *Subinde diruere, ſubinde mutare iuuat, & aliquid ſcilicet experimentis adijcere.*

INSANIRE SOLLENNIA.

PLINIVS c. I lib. XXIIX *Magi mira inſaniunt.* Albinouanus Conſolatione Liuiæ *Iuuita repugnare.* L. Seneca epiſt. CXXII *Solita peccare.*

VNO MINOR EST IOVE.

C HOc tāquam Stoicum dogma poſuit. Stoici ſapientem Ioui parem faciunt, vt Chryſippus apud Plutarch. lib. de repugn. Stoicis, & lib. de notit. commun. Item Sextus apud L. Senecam epiſt. LXXIII. Sed idem quoque dogma Epicureorum eſt, vt apud Ælian. Var. c. XIII lib. IV Stobæum Serm. XXXIX L. Senecam epiſt. XXV.

II.

MAXIME LOLLI.

DE Lollio Maximo narraui in Odam IX lib. IV.

PLENIÙS AC MELIÙS.

MEMBRANÆ. *Planius ac melius.* Et quidem planiùs ac meliùs. Ratio eccilla. Dixit *planius* ridens ſubtiles Stoicorum & Academicorum pari implicitas obſcuritate nugas: dixit melius, magis βιωφελῶς.

FABVLA QVÀ, &c.

FABVLA, ſtructura rerum poëtica, μῦθος, σύνθεσις τῶν πραγμάτων. Ariſtoteles c. VI de Poëtica.

GRÆCIA BARBARIÆ COLLISA.

PETRONIVS. *Aliaquis mille cauſa nos quotidie colludēt.* Correxere aliqui & apud Vopiſcū in Caro. *Plus enim timetur de incertis moribus pricipis, maximè in ea Rep. qua recentibus cōfeſſa vulneribus Valeria-*

A *ni captiuitatē, Gallieni luxuriā, XXX etiā prope tyrānorum colliſionibus cæſa mēbra, bello ciuili ſibimet eā vindicantiū perpeſſa mœruerit,* &c. Sed quotidiani libri. XXX *etiā prope tyrannorum cæſa ciuilium membra ſibimet vindicantium perpeſſa meruerit,* &c. Quæ puta & puta Vopiſci manus & mens. Quippe intelligi vult. Inſuper etiam XXX tyrannorum luxuriam cæſa Reipub. *membra*, ſiue abſciſas de corpore imperij prouincias ſibi vindicantium, funeſtam Reip. fuiſſe. *Ciuilium* Græculè dixit τῶν πολιτικῶν pro τῆς πολιτείας, ſiue pro *rerum ciuilium*, quibus contrariæ res priuæ. Neque rectiùs illud *Plus enim timetur de incertis moribus principis*, ſuppleuêre *quam ſperatur.* Negat Vopiſcus grata ſibi acceptaq; talia ſupplementa eſſe, & patet ſerie ipſa dictionis.

B INTER PELIDEN ET INTER ATRIDEM.

EIVSDEM modi tinnimentum Sat. VII lib. I. Sic Attici ἀνὰ μέσον καὶ ἀνὰ μέσον, &c. Tullius Paradoxo I. *Vt nihil inter te atq; inter quadrupedem aliquid putes intereſſe?* Sed membranæ. *Vt nihil inter te & quadrupedem aliquam putes intereſſe?* Sic in Tullij ſtilo fuiſſe, videtur.

MVLTORVM PROVIDVS VRBES.

EX Homerica voce πολύτροπος Sed Liuius Andronicus apud A. Gellium c. IX lib. XIIX magis ad vim verbi Græci *verſutum* dixiſſe videri poteſt. Etenim & Homerus ipſe poſt paullò explicans qui πολύτροπος, dixit ἐπίστροφος ἀνθρώπων, *dextrè inter homines verſans.*

ET MORES HOMINVM INSPEXIT.

AVREL. Caſſiodor. epiſt. XXXIX lib. I.

SIRENVM VOCES.

RES ſiue lis Grammatica A. Gellij c. VI lib. XIV. *Cuiuſmodi Homerus dicat in Vlyxis domo* οἰρῆνας. Relege, *in Vlyxis tomo*, Vlyxis tomus Odyſſea, vt ſi *Achillis tomum* dixeris pro Iliade.

QVÆ SI BIBISSET.

ATQVI bibit. Vlyxes enim ipſe Odyſſ. XI de Circea potione, inquit.

Αὐτὰρ ἐπεὶ δῶκεν τε καὶ ἔκπιον —
Tum mihi ſorbendum porrexit, ego impiger hauſi.

Quo iure Flaccus ergo negat bibiſſe? Bibit, ſed
D non vt ſocij ſtoltè & cupidè, neque perpeſſus virga Circes magica ſe contingi, quod ſocij non cauerant. Sapiens carpit quidem voluptates, ſed honeſtas & ſine periculo virgæ magicæ, bellotos facientis homines, atque expectantis vt locutus Alcidamas, apud Fulgentium. Aut & ex Ariſtippi ſententia voluptates populares delibat ſapiens ſed leuiter vt Nilum canes in Ægypto: cupida vero & ſtulta plebecola voluptatibus inmergit ſe nec emergit.

IN MEDIOS DORMIRE DIES.

IN prandij horam, ſiue quinctam vt Perſij Sat. III.

— Quinctā dum linea tangitur vmbra

id eſt, dum inſtet hora prandij. Auſonius Ephemeride.

Soſia prandendum eſt, quartam iam totus in horam
Sol calet, ad quinctam flectitur vmbra notam.

Hæc prandij hora qootidiana, quincta ſiue meridianæ proxima: ſed delicíæ & alias prandij horas feecére, vt Caio ſeptimam apud Sueton. c. LIIX id eſt vnam à meridie. Verius apud Ioſephum eſt IX ſiue à meridie tertia, Originum c. I lib. XIX. Qui arbitrari reſcribendum ex Traoquillo Ioſephũ, vel iuſſère ſua vtrũq; frui ἑβδόμῃ, lineæ aut malè aot oihil ſigoãres ſont. Series enim narrationis Ioſephi palam fecit rectiùs legi περὶ τὴν ἐνάτην ὥραν, quam ἑβδόμην, corrigendúmq; ex Ioſepho Suetoniom. Patet enim longiſſimam Caij moram in ſpectaculis fuiſſe, & ſole inclinante properauiſſe cooiuratos ne dies otioſus effluerET.

Cvrres hydropicvs.

CVRRERE hydropicis vtile. Cotnel. Celſus c. XXI lib. III in hydropici curatione, *Multum*, ioqoit, *ambulandum, currendum aliquando eſt*, &c. Correre nolunt delicati, qoia comes deliciarum pigritia. Proptereáq; Celſus ibidem de hoe genere morbi, *facilius in ſeruis eum quam in liberis tolli*, &c. Nempe quia curſus ſeruis quotidianus, ingenuis inſolens, vt Plautinæ Patrui Sc. V & Lamprid. io Alex. Seuero, & proprietas comica, *ſerui currentes*, Terentij Prologo Heautont. Fruſtra itaque in Aduerſar. c. XXVII lib. XXVI heſitauere, *cures* meliùs an *curres* legeretur. Neqoe alij rectè ioterpretati hactenus.

Dimidivm facti.

IMITATVS Auſonius Technopægnio
Incipe, quicquid agas pro toto & primo operis pars.

Pacantvr vomere silvæ.

MALE hic τελεία στιγμή. Nam debuit ioterpungi. Pacantor vomere ſiluæ: *Quod ſatis eſt*, &c. Quærimus, inquit, argentum, liberos, prædia: atqui non plorima poſſidere, ſed ſua ſorte contentum eſſe beatos facit.

Pacari autem vomere ſiluas dixit eo ſe referens, quod ager vbi ſilua excisa, fertiliſſimus plerúmq; eſt, vt Virgilij I Georg. Ionij Columellæ c. II lib. II Plinij c. IV lib. XVII. Plerúmq; dixi, nec enim ita ſemper eſt vt notat Plinius & Columella locis prædictis.

Sincervm est nisi vas.

SINCERVM vas non malè imbotum, ſed purè lotum & bene olens. Siguãter autem Flaccus *ſincerum* dixit, iunxitq; *aceſſere*. Ante vini diffuſionem aliqoi cum dolia picareot, ceram ſoliti admiſcere pici. Mendoſè. Nam in dolijs ita picatis aceſcere ſolita vina. Plinios c. XX lib. XIV *Ceram* inquit, *accipientibus vaſis compertum eſt vina aceſcere.* Sic & Didymus Geopon. lib. VI τινὲς δὲ συμβουλεύουσι, μήτε ὅλως ἐμβάλλειν τοῦ κηροῦ εἰς τὴν πίσσαν, στρυφνότερον δὲ τὸν οἶνον γίνεσθαι, ὡς ῥᾳδίως εἰς ὀξύτητα μεταβάλλειν. *Aliqui*, inquit, *ſuadent, prorſus non immiſcere pici ceram. Fieri enim vinum auſterius & facile aceſcere*, &c. Lego στρυφνότερον γὰρ, &c. Ceram autem ſolitos pletóſq; cum pi-

A ce miſcere patet narratione Didymi loco prædicto. Tangit & Pamphilus ibi lib. eodem c. de vini educatione. Bene itaq; Horatius oi vas ſiue dolium ſincerum hoc eſt, ſioe cera ſit, vioum, inquit aceſcere. Sincerum dictum tanquam ſine cera. Interpres Terentij in Eunuchum. Soliti & pocula iocerare odoris eauſa, vt Theocriti Idyll. I.

--- κισσύβιον κεκλυσμένον ἁδέϊ καρῷ
- *Cyſsibium ſuauolens dulcedine cera.*

Sicvli tyranni.

PLENA tyrannorum Sicilia olim. Dionyſ. lib. VII. τύραννοι κατὰ πόλεις ἦσαν. *Tyranni oppidatim ſiue ſinguli oppidis erant.* Et Iuſtin. lib. IV *Singulæ ciuitates in tyrannorum imperium conceſſerant quorum nulla terra feracior fuit.* Ex eoq; Paullus O-
B roſius c. XIV lib. II *Sicilia nutrix tyrannorum.*

Odio invlto.

Ὁ μείζων θυμὸς, ἀπὸ μείζονος ἀσθενείας. Διὸ καὶ γυναῖκες ἀνδρῶν ὀργιλώτεραι. *Ira maior, à maiore imbecillitate animi. Itaque & mulicrculæ iracundiores quàm viri.*

Qvo semel est imbvta.

SOLITI imbuere dolia odoribos ante vini diffuſionem. Eaq; de re M. Cato de re ruſt. c. CVII Plioius c. XXI lib. XIV Geoponica lib. VI c. *De doliorum iunctionibus.* Et lib. VII c. Quemadmodom ſuaueolens ac dulce vinum fiat D. Petrus Chryſol. Serm. XXXII *Sicut vtres pellium ab omni ſqualore purgantur, & lineamentis liniuntur odoratis,*
C *vt ſaporem vini poſſint inuiolabilem cuſtodire*, &c. Lege, *linimentis.*

Qvod si cessas avt strenvvs anteis.

INTELLIGI vult ſe mediocritate ſapientiæ aliqua contentum ac ſtodij, nec Theopompi ſimilem eſſe velle oec Ephori, aut neq; Chabriæ neque Iphicratis, de quibus Themiſtius Euphrades Orat. III.

III.

Ivli Flore.

D IVLIVS aut præoomen Flori, aut nomen ſit neceſſe eſt, at nuſquam repereris Iulium prænomen eſſe. Nomen aotem Iulij Floro eſſe nequit. Nam Flori gentis non Iuliæ ſed Aquileæ, vt numi veteres fidem faciunt, & Dio principio lib. LI. Ἀκύλιος, inquit, Φλῶρος πατήρ τε καὶ παῖς. *Aquilius Florus pater & filius* Haud dubiè itaque manus Quincti noſtri foit, *Luci Flore quibus*, &c.

Florus autem hic Satyrarum ſcriptor, inquit Porphyrio. At Horatio & Poëta nunc & oratoe eſt. idémq; opinor L. Florus triumvir mooetalis, ſiue IIIVir A. A. A. F. F. tempore Aoguſti, vt extat in nomis. Idémq; L. Florus ad quem epiſtola poſterior lib. II.

Vicinas tvrres.

SIc Muſæus ille quiqui eſt Seſtum & Abydũ vocauit

vocauit γείτονας πόληας *vrbes vicinas*, in amoribus Herooisac Leandri. Eaq; de re Geograph. lib. xiii Euſtathius in Dionyſium. Et *turres* Quinctus dixit quia in vtroque oppido turris, vt Muſæi carmine eod. A

QVID STVDIOSA COHORS.

COHORTEM Tiberij Prætoriam, *ſtudioſam* vocauit quod multi in cohorte illa Tiberij ſiue comitatu, literarum ſtudioſi, vt Florus hic rhetor & poëta, item Titius, Celſus poëtæ, alij.

PINDARICI FONTIS HAVSTVS.

ACCIPE de imitatione Pindari vt recte nouantiquus interpres, non de interpretatione Pindari Latina, vt Porphyrio.

TRAGICA AMPVLLATVR IN ARTE.

QVI de diſciplina ſcholarium ſcripſit, & imperitè Boëtius putatur, *Parum modeſtis*, inquit, *ſermonibus ampullari*.

QVID MIHI CELSVS AGIT.

CELSVS nempe *Albinouanus* ad quem epiſtola eſt IIX. Cuius quidem epiſtolæ IIX ſcriptio nata videtur ex hoc iſto epiſtolæ huiuſce loco. Iratus enim Celſus Horatio, à quo carpitur nunc quaſi βιβλιαίγιοθος, & alienorum poëmatum ſublingio. Iratum autem ſibi Horatius Celſum epiſt. IIX obliquè vt moroſum & curari nolentem arguit.

Hic itaque Pedo Celſus Albioouanus cuius extat conſolatio Liuiæ A. Male *Celſum* vertêre in *Caium*. Putant eiuſdem eſſe Epicedium Mæcenati, mihi eſſe non videtur, & rationes multæ ſunt. C

Neque obſtat ſublimitas Pedonis, quam rhetor Seneca laudauit Suaſor. I. Nam heroum illud carmen, conſolatio elegiacum. Neque contra Ouidius facit Pedonem *ſidereum* vocans Ponti eleg. XVI lib. IV. Nam ſidereus ille ſpiritus Albinouani & declamatoria vis atque copia in heroo quidem eius carmine vt dixi magis eminet: tamen & in Liuiæ conſolatione, veſtigia eius.

MOVEAT CORNICVLA RISVM.

QVALIS & Phædri fabella de Graculo & Pauo c. III vbi male, *immiſcuit ſe*, pro *immiſcet ſe*, & *fugántq; roſtris*, pro, *figúntq; roſtris* vt & c. II. D

Qui diſſolutos mores vt compeſceret. Voluit Phædrus ille---*ijs compeſceret*. Inibi, *Clamore magno regem petierunt à Ioue*. Phædri manus fuit. *Clamore magno regem à Ioue petiuerunt*. Item---*vosquoque ciues ait*. Melius. *Vos etiam ciues ait*. Et c. I. *Ante hos ſex menſes, ait, maledixiſti mihi*. Phædrus *ait*, non exprimi ſed intelligi voluit. Et c. IV.

Aliámq; prædam ab alio ferri putans.

M. literam ſæpe non elidi nota res, ſed Phædrus puto maluit. *Aliamq; prædam ab alio ferri deputans*. *Deputans* valde putans vt Plauto item alijs. Sed vlterius nunc Phædro dare operam, nobis operæ non eſt.

SEV LINGVAM CAVSIS ACVIS.

TVLLIVS Bruto. *Linguam acuere exercitatione dicendi*.

SEV CONDIS AMABILE CARMEN.

CARMEN odas. Lyriſta enim hic L. Florus. Itaque ad eum epiſt. II lib. II ait, *Carmine tu gaudes*--

ET RESCINDITVR.

MALÈ hic pleriſque omnibus libris nota interrogatoria.

INDIGNI FRATERNVM RVMPERE FEDVS.

HINC ſuſpicati hunc L. Munacium Plancum L. Flori fratrem fuiſſe. Sed Flaccus fraternũ fœdus dixit opinor, vinculum amicitiæ B non minus arctum quàm fraternum eſt, ſiue amicitiam quaſi fraternam, vt l. LIIX D. De hered. inſt. *Qui frater non eſt, ſi fraterna caritate diligitur, rectè cum nomine ſuo ſub adpellatione fratris, heres inſtituitur*, &c. Fabius Declam. CCCXXI. *Quotiens blandiri volumus his, qui eſſe amici videntur, nulla procedere adulatio vltra poteſt, quàm vt fratres vocemus*. Sic epigram. III lib. I c. ἐς κόλακας.

IV.

ALBI CANDIDE IVDEX.

LVDERE videtur ad nomen Albij. Dixi nomen, Tibullo enim ita nomen, prænomen vero Aulus conſtanter in membranis.

Iudicem A. Tibullum vocauit, quia & Albius hic in Senatu critico, cuiuſmodi iudex Metius epiſt. ad Piſones,---*in Metij deſcendat iudicis aures*. Et Tarpa Sat. X lib. I.--*Certantia iudice Tarpa*. De Senatu autem Critico dicendi meta in epiſtolam ad Piſones.

SERMONVM NOSTRORVM.

SERMO, communis adpellatio Satyris Quincti & epiſtolis, quemadmodum ad principiũ Satyrarum oſtendi. Hinc ipſe in epiſt. ad Auguſtum,

Si longo ſermone morer tua tempora Cæſar.

DI TIBI DIVITIAS DEDERANT.

MELIùs Acro. *Di tibi diuitias dederunt*,---&c. Nam voluit Quinctus de Tibulli diuitijs loqui vt necdum plane mortuis. Vt autem hic *dederunt* verſum in *dederant*, ſic & Tibulli eleg. V lib. II. *Hæc fuerant olim*---meliùs membranæ. *Hæc fuerunt olim*, &c. Et Lucretij lib. V Et Æneide III vbi *conſtiterant* malè pro *conſtiterunt*. Paſſim denique ſic ab imperitis accepti poëtæ.

ET CVI GRATIA, FAMA, &c.

REPONO, *Et qui*, &c. Nihil apertius quã Quincti manum eſſe *Et qui*, pro, *Et vt*, Quî pro vt accipi ſæpe interpres Terentij notauit, vt in Prologum Andriæ & Act. II Sc. I. Sic & non ſemel Cicero vt epiſt. IIX lib. V ad famil. Item aliâs.

Digitized by Google

OMNEM CREDE DIEM TIBI DILVXISSE SVPREMVM. A

RESCRIBIT Antonius Muretus Varijs c. penult. lib. xv.

Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.

Sed quare diſplicet, *dilucere diem*? An ne quia *illucere diem* ſolens dicere Tullius. Atqui & dilucere diem dixiſſe aliquos indicio illud in Gloſſis *Dilucidum* ὄρθρος. Dilucere pro latè, aut valdè lucere, vt apud T. Liuium lib. III.

Vt autem Flaccus nunc, ita & Muſonius apud Stobæum Serm. I Οὐκ ἔστι τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν καλῶς βιῶναι, μὴ προτιθέμενον αὐτὴν ὡς ἐσχάτην βιῶσαι. Dixeris Latinè. *Non poteſt dies præſens exigi honeſtè, ni proponamus extremum illum nobis agi.* B

QVÆ NON SPERABITVR HORA.

ATTICE *hora* pro tempore, Aſcon. in III. Verrin.

ME PINGVEM ET NITIDVM.

BENE ſuo ſibi penicillo pingit ſe Quinctus noſter, obeſulus enim fuit, & pingui aqualiculo & ventre ὀγκωδέστερος, vt in vita eius notauère.

EPICVRI DE GREGE PORCVM.

VT L. Piſo *ex hara Epicuri*, apud Ciceronem in Piſoniana, Et de grege ſe Quinctus dixit, nam Epicuro *amicorum greges*, Tullius I de finibus.

V.

OLVS OMNE.

ETIAM *durum olus, & betam plebeiam* vt apud Perſ. Sat. III quib. cõtrarij cauliculi de quib. acta res in Perſium.

TORQVATE.

HVNC L. Torquatum cenſent illum eſſe quo Cos. natus Horatius. Euge, ſic mortuum vocat Quinctus ſcilicet. Ego de Q. Nonio Aſprenate Torquato intelligi malim qui ex kalend. Iul. Cos. cum L. Manlio, anno IↃCCXLVII. Conſules nempe illi ſuffecti. Vnde autem Aſprenati illi & poſteris eius Torquati cognomentum Suetonius narrauit Auguſti c XLIII. Q hic Torquatus in Faſtis, Suetonio C. eſt, ſed ſolita prænominum, opinor deprauatione. Itaq; & in pleriſque libris Suetonij Sex. non C. Torquatus eſt. D

Quomodo inquies Aſprenas ille in Troiæ ludicro puer, & poſt paullò cos.? Pueri in ludo illo grandes, de his & Nonius ille, & ætatis gratia ei facta, cos. deinde, vt & conſulatu Auguſtus claudicationem eius compenſaret. Forte an & adfinitate aliqua iunctus Auguſto C. Sueton. c. LVI *Cum*, inquit, *Aſprenas Nonius arctius ei iunctus*, &c.

Forte an autem hic & L. ille Aſprenas qui Procos. Africæ apud C. Tacitum Annali I. Et qui A M. Senecæ modò L. modò P. Aſprenas. Nam & patronus hic Aſprenas nunc Horatio.

PALVETRES INTER MINTVRNAS.

DE hoc vino Geographus lib. V.

ARCESSE VEL IMPERIVM FER.

MELIùs alij, *Accerſe* Ludit autem ad imperia conuiuiorum.

CRAS NATO CÆSARE.

RECTE Porphyrio. *Dies*, inquit, *Cæſaris natalem ſignificat* Nouantiquus interpres parũ rectè accepit de natali Auguſti. Huius enim natalitia IX kal. Octobr ſiue die Septembr. XXIII qui ſane dies æſtiuus, & nox æſtiua non eſt. Illum autem diem Auguſto natalitium eſſe patet fide Kalendarij Romani. At C. Iulij natalis IV Id. Iul. ſiue Iulij menſis die XII. Macrob. Saturn. c. XII lib. I. Dio principio lib. XLIV, alij. Hæc itaque *nox æſtiua.* B

Volo autem data occaſione mantiſam addere, & pro Manlio cauſam dicere, qui erroris manifeſtarij reus factus, quia Romæ ſiue vrbis natalem lib. IV ſigno libræ menſiq; Septembri adſcripſerit. Ait enim,

Heſperiam ſua libra tenet, qua condita Roma.

Atqui non neſcius Manilius vrbis natalem eſſe XI kalend. Maij, ſed voluit in gratiam Auguſti paraſiticè videri natalem vrbis verum eſſe ſigno libræ & Septembri menſe, quia ſic natus Auguſtus IX kal. Octobr. Cum Octauio naſcente, natam eſſe Romam. Etiam ἐπιφέρεται Manilius acceptus lib. II vbi de ſpica virginis ſcribit C

- - In Auguſti felix quæ fulſerit ortum. Negant virginem ſidus natalitium eſſe Auguſti. Quid opus quæſo Manlio batuere os? Nam rectè pingit adſpectum capricorni ad virginem, quæ capricorno adfulſit in Auguſti gratiam, quo ſidere natum ait Suetonius c. XCIV.

Mane, inquies. Quomodo natus Octauius ſigno Libræ, atque idem ſigno Capricorni? Aiunt capricornum σπόριμον ζώδιον à Suetonio intelligi non ἀποκύησιν ſiue conceptum Capricorni ſidere, natum ſigno libræ.

Atqui Veſpaſianus item capricorni ſidere numum percuſſit. Anne & huic σπόριμον ζώδιον Capricornus? Forte an aliqua Suetonij exerratio hic, neque Capricorni ſidus natalitium ſibi eſſe declarare Octauianus voluit, ſed imperium ſibi promitti. Nam ſi Iulio Materno λαμπροτάτων λήψεως ἱερῶν fides aliqua c. XXIIX lib. IIX *prima capricorni pars ſi in horoſcopo fuerit inuenta, regem faciet ac principem, & cui maxima conferuntur inſignia poteſtatis*, &c. Hoc itaque & Octauianus & Fl. Veſpaſianus iconio illo induere voluère. D

QVO MIHI FORTVNA.

REPOSVERE aliqui *Quo mihi fortunas* Malim. *Quo mihi fortunas?* Sic vetus ſcriptura, pro *fortuna*. Quo. Quorſum ſiue ad quem finem, &c.

PARCVS ADSIDET INSANO.

QVEMADMODVM Antiphanes apud Stobæum Serm. CCXXXIX, Λύπη μανίας ὁμότοιχος εἶναι

Digitized by Google

ἄυτῃ δοκεῖ. *Triſtitia inſania contubernalis videtur.*

QVEM NON FECERE DISERTVM?

CALICES fecundi fecundum ſiue diſertum faciunt, qualem? Poëtam, ſiue poëtati cogunt inter pocula, qui tunc Romæ ritus frequẽs vt epiſt. Auguſti, & Perſij Sat. 1, Catolli epigr. ad Licinium Caluum. Item alijs. Poëtæ autem dicti *facundi* vt Martial. epigr. xxiix lib. iix. Et *diſerti*, vt Eumolpus *diſertiſſimus Poëtarum* apud Petronium.

NE SORDIDA MAPPA CORRVGET NARES.

NOTAT Fabius tanquam ab Horatio dictum neotericè, *corrugare nares*.

BRVTVM TIBI SEPTIMIVMQ.

SEPTIMIVS quidem hic, de quo eſt ad epiſt. III. Brutum vero *Frutam* aliqui fecere, cur nõ & Sabinum vertêre in *Sabinam*? Sed ſerio quidem. Conuiuiom puto oon leocinium Quinctus inſtituit.

LOCVS EST ET PLVRIBVS VMBRIS.

SIc ſolẽtes facere in formola vocationis, dare, ſi vellent, copiam & vmbras ducendi. Plutarch. Sympoſ. Problem. VI lib. VII. Διὸ χαλῶν μὲ ἑτέρους ἔδωκά ποτε σκιάς, *Quocirca*, inquit, *cum vocarem mihi conuiuas, dedi aliquando vmbras*, id eſt, veniam ducendi vmbras. Quanquam & ſine venia illa duxêre vmbras. Suidas in Apicio ex vetere ſcriptore pingente gumiæ illius epulum ὑπάτω δὲ, inquit, ἦσαν Ἰουνίους Βλαῖσος καὶ Λεύκιος: ὁ τοίνυν Βλαῖσος ἐπὶ τὴν θοίνην κληθεὶς, εἶτ' ἐφολκίδα ἄκλητον ἐπάγεται Ασκώνιον παιδίαν. Ἔθος γὰρ καὶ ἐπικλήτους οἷονεὶ σκιὰς ἑαυτοῖς παρακαλεῖν τινάς. Emenda. Ασκώνιον Πεδιανόν, quod peccatum quoque in Ασκώνιος nempe Ασκώνιος παιδία pro Ασκώνιος πεδιανός, & pro ἐπικλήτους lego ἀκλήτους. Latinè autem erit. *Coſs. erant Iunius Blaſus & Lucius. Ac Blaſus quidem ad epulum vocatus quaſi lembum adtraxit inuitatum ſiue non vocatum Aſconium Pedianum. Mos enim erat his qui vocati eſſent, etiam non vocatos, quaſi vmbras ſibi aduocare aliquas*, &c.

TV QVOTVS ESSE VELIS, RESCRIBE.

NAM & numerus vmbrarum præfiniebatur L. Plutarchos Problem. antedicto.

ATRIA SERVANTEM CLIENTEM.

ATRIA quaſi caſtra & ſtationes clientum & ſalutatorum. Hinc L. Seneca epiſt. XIX. *Errat qui amicum in atrio quærit.* Eidemq; *frequens atrium* epiſt. LXXVII.

VI.

ÆRAQ. ET ARTES SVSPICE.

ARTES, artificum opera vt epiſt. ad Auguſt.-- *Artes diuitiaq; peregrina*-- Item, *videre artes* pro ſpectare ſiue θεάσασθαι. Tullius epiſt. XII lib. V ad famil. *Sed quod illorum artem cum ipſis, tum etiam ſibi gloriæ fore putabat*. Meliùs membranæ. *Sed quod illorum artes*, &c.

GAVDE QVOD SPECTANT.

VT Themiſtocles apud Ælian. Var. c. XL III lib. XIII.

INDIGNVM, QVOD SIT PEIORIBVS ORTVS.

MALE accepêre librarij & συρφετὸς interpretum. Legendus locus

Ne plus frumenti dotalibus emetat agris
Mucius. Indignum, quod ſit peioribus ortus,
Hic tibi ſit potius quam tu mirabilis illi

B Vulgatij nollo ſenſu.

Ne plus frumenti dotalibus emetat agris,
Mucius, indignum, quod ſit peioribus ortus
Hic tibi ſit potius, &c. Ironicè Quinctus exclamat. Indignum facinus, ſi Mucius ille plebeios & ignobilis & de fece Romuli, tibi ſit potius admirationi, quàm, &c.

VIRTVTEM VERBA PVTAS VT LVCVM LIGNA?

MALE' plebeij omnes interrogatoriè. Eſſe debet ſine interrogatione. Intelligi vult Quinctus. Sed tu virtutem eſſe putas verba, ſiue de virtute loqui, ſiue virum bonum eſſe qui qui loquitur vt *Piſo ille Frugi, etſi viuit vt Galloniu*s quẽadmodum Tullius dixit II de finibus. Tota in huC iuſmodi verbuleios Iuuenalis Satyra II eſt. Tu, inquit Flaccus, ſic putas, ergo neque vlli rei magis quam auaritiæ incumbis quæ tibi nutricula ſit deliciarum & voluptatum. *Caue ne portus*, &c.

Eſto inquies locus hic interrogatiooi oon eſt, ſed quo ſenſu Quinctus hoc *virtutem verba putare vt lucum ligna*, dixit? Bene interrogas quiquies, egoq; intactum hoc miror & præteritũ hactenus legionibus interpretum. At Quinctus perarguete. Tu, inquit, troſſule Romane cenſes in virtute nihil aliud ſanctitatis & religionis ioeſſe, quam verba ſancta & honeſta, vt ſi quis in luco nihil ineſſe aliud dixerit quàm ligna; at ineſt quoque luco ſanctitas & religio. Nam lucus ſiue ἄλσος eſt τόπος συνδενδρος, ὕδωρ ἔχων, καὶ θεοῖς ἀφιερωμένος. *Lucus ſilueſter fontem habens & Dijs conſecratus*. Scholiaſtes Homeri ad Iliad. II & Euſtathius in Odyſſ. X. Itaque & Seruius admooet Matoni nunquam lucum eſſe ſine cooſecratiooe. *Vbicunque*, inquit, *lucum ponit, ſequitur & conſecratio, & religio.* Ad Æneid. I, III, VII. Hioc *luci conſecrati* Cæſari VI belli Gallici. Tacito in Germania. Valerio c. II lib. I. Et verò etiam fana plerũmq; in lucis. Sic fanum Æſculapij in lucò, Valerij c. II lib. I. Gloſſæ, Ἱερὸν τὸ ἐν ἄλσει *Fanum*. Dicamus nonc iam itaque mentem Horatij. Vt in luco, inquit, non tantum ligna, ſed & religio & ſanctitas: ſic virtutis noo tantum eſt honeſta oratio, ſed & ſanctitas morum ac vitæ. Tu autem pepo, ligna in luco vides, religionem oon vides, in ſtudio virtutis verba honeſta vides, morum vitæq; ſanctitatem prætervides.

Digitized by Google

Et qvæ pars qvadret acervvm.

Tvllivs, Verrina III *Seſtertia quadrare.* Aſconius, *Solida*, inquit, *facere.*

Et genvs et formam.

Sophocles apud Plutarchum lib. de audiend. Poëmatis agens de Pluto ſiue diuitiarum numine.

> καὶ γὰρ δυσειδὲς σῶμα καὶ δυσώνυμον,
> Γλώσσῃ σοφὸν τίθησιν εὔμορφόν τ' ἰδεῖν. Lego
> ----καὶ δυσώνυμον γλώσσῃ, σοφὸν---- &c.

Et interpretor

> *Nam turpe corpus, & quod ligna nuncupet*
> *Jnuſta, perfectum & nitens ſpecie facit.*

Σοφὸν reddidi *perfectum*, Patet ratio ex Ariſtotele.

Regina, pecvnia.

Pecvnia Dea. Deæ nempe reginę & dominæ vt Petronio, *Domina Venus.* Flacco, Venus *regina Gnidi Paphiq.* Et *Regina tenens Cyprum.* Et *Regina Calliope.* Et Luna, *regina ſiderum.* Sic itaque *Pecunia regina* ſiue Dea. Pecuniam Romanis Deam fuiſſe teſtis Arnobius lib. IV D. Auguſtinus c. XXI & XXIIX lib. IV c. III & XI lib. VII de ciuit. Dei. Etiam Iuuenal. Sat. I fatetur Pecuniam Deam eſſe nullum tamen hactenus ei templum ædificatum Romæ. Reprehenſus ibi Iuuenalis, ſed laudari debuit in Aduerſar. c. XX lib. XI. Non it inficias Satyricus ille Deam fuiſſe, templum ei fuiſſe negat. Verè hoc ille. Nullum enim fuit.

Decorat Svadela.

Glossæ *Suadela* πειθώ· ἡ θεός. Item πειθώ *Suadela.*

Cappadocvm rex.

Ariobarzanem Cappadociæ regem videtur tangere velle, de quo Tullius epiſt. I lib. VI ad Atticum. *Nihil illo regno ſpoliatius, nihil rege egentius,* &c. Quater nempe rex ille regno expulſus, totieſque reſtitutus. Appianus in Mithridatica. Dio lib. XXXV. Plutarch. in Lucullo, Iuſtinus lib. XXXIIX. Hinc itaq; ſpoliatio illa regni, & regis egeſtas.

Ne fveris hic tv.

Tv troſſule qui omnia in pecunia ponis, ſi Cappadociæ regnum tibi offerretur acceptare nolles, quoniam etſi πολυάνθρωπον illud regnum, tamen ἀνάργυρον, ſiue vt Herodoti verbo ex lib. IIX dicam ἀσθενὲς χρήμασι. Illos nihil moror qui trimodia verborum offuſa, non lucem aliquam Flacco ſed noctem fecère. Ac neque in Aduerſarijs peruiſa Horatij mens c. IIX lib. XXII c. XVI lib. XXVI c. VII lib. XXX.

Et cogat trans pondera dextram.

Cogat ciues largitionibus corrumpere, modo hunc modo illum. Cogat non vi ſed monitione.

Trans pondera dextram porrigit, qui publica pondera largitione ſua excedit. Quæ publica pondera, Feſtus tradit in *Publica pondera*, puta, vt *quadrantal vini* ſiue amphora *ſit pondo XXC, congius vi-*
A *ni X pondo*, &c. Sic enim apud Feſtum lego. *Vti quadrantal vini XXC pondo ſiet, congius vini X pondo. Jn ſex ſextarijs congius ſiet, in duodequinquaginta ſextarijs quadrantal ſiet vini*, &c. Sic itaque lex Silia publicis ponderibus modum præfiniuit vetitiq; magiſtratus minora aut maiora facere. At petitores ambitioſi duplicata fraude & largiri ſoliti vinũ, oleum, aliáq; id genus: & largiri ponderibus auctis. Puta, vt quadrantal vini ſiue amphoram largirentur non quæ pondo XXC eſſet vini oleíue, ſed centum aut amplius, ſic tamen vt amphoræ nomine fraus velaretur. Sic apud C. Plinium c. XIII lib. XXXV. *Q. Coponius ambitus damnatus, quia vini amphoram dediſſet dono eo cuius ſuffragij latio erat.* Tales autem vulgo ſiue paſſim ſiue viritim fieri ſolitas
B largitiones non mirum, quippe & prandia vulgo data ſiue popellum, prandijs acceptum indicio Tullius pro Murena. Calpurnia enim id lege vetitum ait. Nec vetitum eſſet niſi ante vſurpatum. Atque inibi diuergium illud, Calpurnia lege vetita eſſe prandia non quæ *ſingulis* darentur, ſed quę *vniuerſis.*

Eſto, inquies, ſed illæ vini olei largitiones, in ijſq; dexterarum trans pondera porrectiones, obſoletæ multis iam ſæculis. Sane, ſed Poëta nomine retẽto etſi re mutata, etiam de nummaria non vinaria aut olearia largitione, *trans pondera porrigere dextram* eleganter vſurpauit. Hæc itaq; germaniſſima Quincti mens, opinor, quam ſi tamen alia propiore tanquam iure agnationis vicerit,
C meam iacere, vel Quincti cauſa cui factum volo, facilè patiar. At illæ quidem quæ in mentem hactenus alijs fuère, non vereor ne gradu propiore ſint, vt illa in Aduerſarijs c. IIX lib. XXII, eademque nouantiqui interpretis. *Trans plauſtra & ſarraca onuſta grandibus ſaxis & magnis trabibus, manum tranſmittere ad prenſationem.* Nec vero illa propior Dionyſ. Lambini interpretantis, *trans pondera dextram porrigere*, prenſare ſiue δεξιάζεσθαι. Nec enim id vbi cardo rei eſt tetigit, nempe quid, *trans pondera.*

Cærite cera digni.

Nota res qui Cærite cera dignus. Gloſſæ autem etiam Cærites dixère pro tabellis cenſorijs. *Cerites* Δέλτοι ἐν αἷς ἐγγραφὰς ἀποτίθενται.
D Tabulæ in quibus cenſum deſcriptum reponũt. Scripſerat puto Philoxenus ille quiqui eſt ἀπογραφὰς Ἀπογραφὴ *cenſus*, apud Ioſephũ Originum c. I lib. XLIX. Theophilum Inſtitutis §. vlt. De Libertinis, Suidam, alios. Cærites itaq; Gloſſis, tabulæ cenſuales omnes, non eæ ſolum in quas relati plebeij notati à Cenſoribus infamia, quemadmodum Pedianus accipit in Diuinationem, item alij. Sed Pediani A. Gellij, Acronis, Porphyrionis ratio verior, neque omnes tabulæ cenſuales, *cærites.*

Si non, his vtere mecvm.

Vt Iſocrates ad Nicoclem. Χρῶ τοῖς εἰρημένοις, ἢ ζήτει βελτίω τούτων. *Utere his quæ dixi, aut quære his meliora.* Iſidorus Peluſiota, epiſt. XCV

xcv lib. III. Καὶ τοῦτο μὲν παρ' ἡμῶν. Εἰ δέ τις A ἔχει βέλτιον λέγειν, καὶ ἀκουέσθω. *Hæc à me ſunto. Si quis autem habet aliquid melius dicere. Dicito ſanè & audimus.*

VII.

QVAM MIHI DAS ÆGRO.

VT Iuno Carnutenſis epiſt. CXLII. *Paterna diſcretione date veniam manifeſta pericula metuenti quam daretis eadem pericula ſubeunti.*

DESIGNATOREM.

DESIGNATOR pompam & ludos funeris regens ac loca vt popularia & eque- B ſtria oſtendens ac diſponens. Expreſſit has deſignatoris partes bene prologus Parrui Plautinæ.

Neu deſignator præteriens obambulet
Neu ſeſſum ducat, dum hiſtrio in ſcæna ſiet.

Ecce obambulare per theatri gradus & orcheſtrã, & ſeſſum ducere, partes deſignatoris, ſed antequam exorſus hiſtrio fabulam. Accenſum Tullius dicere viſus II legum, vbi concedit domino funeris indictiui vti accenſo & lictoribus, vt & nunc Horatius deſignatori dat lictores. Interpres Terentij in Adelph. Act. I Sc. II *Deſignatores*, inquit, *qui ludis funebribus præſunt*, &c. Ergo & L. Seneca c. XXX lib. VI de benefic. iunxit deſignatores, & *Libitinarios*. Tertyllian. c. X. De ſpectacul. *Duobus inquinatiſſimis arbitris, funerum & ſacrorum, deſigna-* C *tore & aruſpice.* Deſignare oſtendere eſt. Gloſſæ *Deſigna* ἐπίδειξον, *Deſignator* ἀποδείκτης. Hinc deſignator loca deſignans in ſpectaculis ſiue oſtendens.

Ac propriè quidem ludis funebribus deſignatores, ſed vſurpari quoque in ludis alijs, vt l. VI §. II. D. De his qui not. infam. vbi deſignatores βραβευταί, quia in ludis omnibus certamina. Itaque his præfectos bene βραβευτὰς dixêre, vt & ludorum locum Agonium olim à nomine ἀγῶνος ſine certaminis. Sic enim meliùs quàm Feſtus, *Agonium* quia ſine angulis. Certauêre in theatricis, vt hiſtriones, Poëtæ: in amphitheatricis vt gladiatores, beſtiarij, &c.

Suſpicati aliqui ficus primæ nunc à Flacco D mentionem fieri, quod ficus character & inſigne quo deſignator in pompa funebri agnoſceretur: virga vero ei nota in ludis. Fidem huic commento facere voluêre ex epodo XVI vbi *pulla ficus. Pulla*, inquiunt, *funera, vt & ficus arbor funebris.* Cantherinum hoc quidem hercle ſomnium. Quinctus enim noſter ibi inſulas fortunatas pingens, haud dubiè nihil de funere aut deſignatore cogitauit, ſed pullam ficum pro matura dixit ἀφελῶς, vt rectè omnes interpretes. Et quidem διακριτικῶς pullam dixit, quia & albæ ſunt aliquæ.

Ae neque illud ſatis pro vetò, deſignatores in ludis inſigni virgæ agnitos, dicere oportuit in funebribus ludis pro inſigni eis togam pullam, & lictores ſagulis atris fuiſſe: in ceteris, togam præ- A textam ipſis, & lictoribus ſagula punicea. Sed longiſſimi ſermonis telam ordiremur, quam detexere nunc ſat bella occaſio non eſt.

Rectè quidem deſignatores ſeparaueré à locarijs. Deſignatores demonſtrare loca, locarios autem locare popello ſerius venienti, & locare paruo lucello, idq; locarium dici potuit, à lucari nempe differens. Sic Varroni IV de Ling. Lat. Locarium quod pro loco ſtabuli datur aut tabernæ.

NON INVISA FERES.

INTELLIGI vult apophoreta. Iſidor. c. IV lib. vlt. *apophoretam eſſe aut lancem planam à ferendis pomis, aut id genus alijs nominatam*, &c. Nempe quod poma & pira pro apophoretis. Apophore- B ta Flaccum intelligi velle & illud indicio--*veſcere ſodes.* Etenim hoc verbum conuiuij. Ex conuiuijs autem ſolita referri apophoreta. Itaq; Martial. in Apophoretorum libro.

Præmia conuiua det ſua quiſq; ſuo. D. Ambroſ. Exhort. ad virgines. *Qui ad conuiuium magnum inuitantur apophoreta ſecum reportare conſueuerunt.* Et in epiſt. ad Romanos. *Ad quod omnes inuitati apophoreta duplicia conſequuntur.* Diptycha & apophoreta Symmachus iungere ſolens, vt epiſt. XXX & XXC lib. II. epiſt. LIV lib. V epiſt. CX lib. IX. Item aliàs. Bono diſcrimine. Diptycha dari ſolita vt ſpectatori, apophoreta vt conuiuæ: Diptycha vt in his notaturi quæ vellent, ſiue quæ notare viſa in ſpe- C ctaculis: apophoreta autem ad epulum. Itaque munerarij ſiue editores ſoliti mittere vtraque. De Diptychis patet l. I. C. Theod. De expenſ. ludor.

Sed priſco quidem ritu Romano apophoreta propriè Saturnalitia munera vt Sueton. Veſpaſ. c. XIX.

HÆC SEGES INGRATOS TVLIT.

NON expreſſêre hic mentem Horatij agmina interpretum. Quinctus intelligi voluit. Quia pleriq; omnes largiuntur, non tam ea quibus amicum ſubleuent, quam quibus ipſi carere facile poſſint aut volunt, idcirco & multos exiſtere ingratos ſiue opinantes, vt res eſt, talibus munificis nullo ſe beneficij & gratiarum vinculo eſſe obligatos. Eleganter hoc Iſocrates τὰς χά- D ριτας ἀχαρίστως χαρίζεσθαι.

QVID DISTENT ÆRA LVPINIS.

VERI nummi ludicris & comicis quantum præſtent. Lupini ſoliti nummorum eſſe vicarij. Nempe lupini ſigno impreſſo eius qui lupinis numerationem faciebat. Hi lupini pro nummis accepti, ea lege vt veri deinde lupinis redditis acciperentur. Aleonib. plerúmq; pecunia præſentaria deſtitutis, ſic lupini ſuccidanei. Sic capiendum illud l. I. C. De aleatorib. *Si quis ſub ſpecie alearum victus ſit lupinis, vel alia quauis materia, ceſſet etiam aduerſus eum omnis exactio.* Intelligi vult Iuſtinianus, ſi in alea lupini pro nũmis dati ſint, pro quib. deinde veri acciperentur, victori qui lupinos accepit nullam eſſe debere actionem qua veros petat. Pœnam ſc. princeps hanc eſſe vult

alconi. Sic & lupini *aurum comicum* Plautinę Patrui Sc. vi.

DIGNVM PRÆSTABO ME ETIAM PRO LAVDE MERENTIS.

LAVDEM dixit pro beneficio & munere. Moneo quia neque Acro, neque poſt Acronem Dionyſ. Lambinus, aut alij ſatis fidi hac in parte Quincto fuêre interpretes.

Laudem pro munere & liberalitate accipi, puto non viſum iri neotericum nimis & inſolens. Nam & honorem ita dixêre Latini quemadmodum & Græci τιμὴν, vt oſtendi ad Satyram v lib. ii. Et quidem etiam ἀρετὴν Attici eo ſignificatu dixêre vt Pericles in funebri laudatione apud Thucydidem lib. ii. τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων, &c. id eſt, vt rectè interpres Græcus τὴν εὐεργεσίαν ſiue beneficium. Honor nempe & laus pro munere, quia munus laudis & honoris cauſa datur. Virtus pro munere quia virtutis ergo datur, ſiquidem rectè datur. Nam virij quidem vt libidinis & id genus contrariarum virtutum gratia quæ dantur, neque *dona* neque *bona* ſunt, neque *beneficia*, ſed veneficia. Et quia virtutis cauſa donans, etiam virtutis mirator eſt, ſiue quia ex virtutis admiratione proficiſcitur eiuſmodi liberalitas, iccirco Attici ἐπιθαυμάζειν τινὰ dixere pro munerari aliquem Ariſtophanes Nebulis

χρὴ γὰρ ἐπιθαυμάζειν τι τὸν διδάσκαλον
Nam par magiſtrum eſt non nihil mirarier.

Id eſt, aliqua re munerari. Sic & honor pro ſucceſſione, item alij honores eiuſmodi.

Sic itaque laude pro munere accepta Quincti perſpicitur mens. Nempe. Vir bonus & ſapiens dat non proijcit, dat amicis vtilia, non autem proiectitia, vt Calaber hoſpes pyra. Non dare hoc ſed proijcere eſt. Item vir bonus & ſapiens dat cum dilectu eorum quibus dat. Nempe largitur dignis ſiue gratis, & tamen his ipſis liberaliter, non profuſè, non prodigè, neque aureos quaſi lupinos effundens. Debent igitur accipere volentes gratos ſe & liberalitate dignos præſtare. Qualem & ego me præſtabo inquit.

QVOD SI ME NOLES.

DIGNVM præſtabo me laude ſiue liberalitate tua Mæcenas, & officio non deero, ſic tamen vt libertas mihi ſalua ſit, neque cogar eadem lege officia tibi præſtare, qua tibi olim præſtiti *ætate florente*, &c.

REPSERAT IN CVMERAM FRVMENTI.

FORTE an & hanc de Lucilij penu ſabellam Quinctus noſter in ſuam vi ſolitus congeſſit Nam Lucilij lib. v apud Nonium in *Minutum* verſus eſt

Dic quam cogitat vis tre minutum
Per commiſſuras rimarum noctis nigrore?

Foiſſe puto ----*Dic quanam cogat vis tre minutum*
Per commiſſuras rimarum noctis nigrore?

Verba opinor muſtelæ ad vulpeculam, dum per
A commiſſuras rimarum, tentat cumeram intepere.

REX QVE PATERQVE AVDISTI CORAM.

CLIENTVLI enim & ſalutatores patronum ſuum adpellare ſoliti regem. Sic Iun. Columella Proœmio lib. i. Salutatorem regi oppoſuit. Et Valerius Martial. epigr. xiix lib. ii & epigr. xl lib. iv vbi regnum pro patronatu. Tertyllianus aduerſus Marcionem c. xxii lib. ii *Si clienti diuiti aut regi*, &c. Patrem autem dicere ſoliti blandè pro patrono. Patronus enim clienti quaſi pater eſt A. Gellius c. iii lib. iv Lactant. c. iii lib. iv Seru. ad Æneid. vi.

ADRASVM QVENDAM.

B LIBERTINVM. Libertini calui ſiue adraſi. Nemde vt libertinarum nota olim roga pulla quemadmodum oſtendi ad Sat. ii lib. i, ſic libertinorum inſigne quod calui ſiue adraſi eſſent. Sic Petronij Trimalcio libertinæ ſuæ conditionis ſiue libertinitatis memor, *pallio coccineo ad raſum incluſerat caput*. Sic apud Ciceronem pro Roſcio Comœdo C. Fannius Chærea *capite & ſupercilijs ſemper eſt raſis Capite* vt libertinus, *ſupercilijs* vt mollis. Pauperes liberti adraſi tantum: beati autem & deliciantes capite plerumque palliolato vt Demetrius Pompeij libertus apud Plutarchum in Catone Vticenſi. Neque infame caluitium hoc libertis, ſed honeſtum quippe libertatis index. Soliti enim adradi cum manumitterentur, quæ protrita hiſtoria eſt. Poſtmodo itaque vt tunc manumiſſionis, ſic deinceps libertinitatis nota
C caluitium ſiue adraſum caput. Nota nempe qua differrent ab ingenuis. Siue raſura illa interſtitionem faciebat libertinitatis & ingenuitatis.

Eſto, inquies, caluitio differentes libertini ab ingenuis, à ſeruis autem qua nota diſcreti? Namque & hi raſi ritu ſiue Romano ſiue Attico. Ariſtoph. Auibus ita interrogans.

Ἔπειτα δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις;
Itane comam tu ſeruus exiſtens alis?

Vbi interpres ἦν δὲ τῶν ἐλευθέρων τὸ κομᾶν. Ingenuis tantum fas comam alere. Multifariam hoc diuidi oceeſſe. Nam ſerui plerumque, nò prorſus calui ſiue raſi, ſed aut ſeruiliter tonſi, aut raſi ſeruiliter. De tonſu ſeruili mentio Amphitruonis Plautinæ vbi Soſiæ ſerui *pinſus* ſiue tonſura.

Cuiuſmodi verò tonſus ille, ſiue tonſura ſer-
D uilis? κουρὰ περιτροχάλη quemadmodum Iulius Pollux vocauit c. i lib. ii. Sed Pollucis haud dubiè manus περιτροχάλη. Sic κείρεσθαι περιτρόχαλα tonderi in orbem Zonaras Annali ii qui & apertè ſeruilem eiuſmodi tonſuram fuiſſe indicio eſt. Nam ex L. Valerij tribunipl. Legem Oppiam diſſuadentis oratione & M. Catonem refellentis ſuaſorem legis, locum ſic profert.
Σὺ δ' ὦ Κάτων εἰ ἄχθῃ τῷ κόσμῳ τῶν γυναικῶν, καὶ βούλῃ φιλόσοφόν τι ποιῆσαι καὶ μεγαλοπρεπὲς, ἀπόκειραι αὐτὰς περιτρόχαλα, καὶ χιτωνίσκους καὶ ἐξωμίδας ἔνδυσον, καὶ νὴ Δία συγκαὶ ὅπλιζον, ἐφ' ἵππους τε ἀνάβιβαζον,

καὶ

Digitized by Google

A χαὶ εἰ δοκεῖ σοὶ χαὶ ἐς τὴν Ἰβηρίαν ἀπάγαγε, ὅπως τε χαὶ τῶν ἐκκλησιῶν κοινωνῶσιν ἡμῖν, χαὶ δεῦρο αὐτὰς ἐσφρώμεθα, Καὶ ὁ μὲ Οὐαλέριος ταῦτα ἐπισκώπτων εἶπεν. Labeculæ in his aliquæ, ſed eluo ecce, vt quod eſt ὅπως τε χαὶ τῶν ἐκκλησιῶν, &c. Lego μήπως τε χαὶ, &c. Planiſſima enim hæc tribuni mens. Si vult Cato, abducito ſecum mulierculas noſtras in Hiſpaniam pro ſeruis, intereſſe concionibus noſtris, & in forum deſcendere nequibunt, quod ille ſtomachans eas facere dixit, &c. Etenim Cato ſuadens legem Oppiam acerbè illud in matronas dixerat, quod & in eius concione apud T. Liuium lib. xxxiv. *Nos, ſi Dijs placet, iam Rempubl. eas capeſſere patimur, & foro quoque & concionibus, & comitijs immiſceri,* &c. Et pro illo nihili verbo ἐσφρώμεθα, repono B ἐσαγώμεθα. His itaque deterſis, interpretor. *Tu autem Cato, ſi indignaris mulierculis mundum muliebrem eſſe, & philoſophum hic facimus & magnificum facere vis, circum eas tunde in orbem & tuniculis eas & exomidibus indue, atque ſi Dijs placet, armare quoq; eas memento & reſcribere ad equos, & in Hiſpaniam tecum ducere, ne concionum hic nobiſcum participes ſint, neve huc*, in forum comitium, & roſtra, *eas introducamus*, &c. Hic ſeruiles notæ κείρεσθαι περιτρόχαλα *tonderi in orbem*, ſiue rotundè, & *tunicula & exomides*. Tunicas & exomidas ſeruiles fuiſſe veſtes vt libertinorum togas pullas, alia, nobis dicendi meta, de ſeruili tonſu, pergo etiam nunc paucula.

C Κουρὰ περιτροχαλάτη ſiue orbicularis tonſura duplex fieri poteſt, vna vertice capitis raſo ſiue caluo & inferiore capillo circum integro; aut parte raſa inferiore, ſiue calua, & vertice capillato. Prioris modi tonſura eccleſiaſtica eſt, cui à D. Petro initium, qui in coronæ dominicæ memoriam ſic caluus eſſe voluit: alterius modi tonſus Simonis magi fuit, Simonis Petri tonſuræ ex *antica linea* ſiue diametro contrarius. Vtriúſque tonſuræ hiſtoriam Beda Preſbyter hiſtoriæ Anglorum Eccleſiaſticæ c. xxiii lib. v exſequitur, & oſtendit cur illa optabilis, hæc fugienda ſit. Simoniaca eiuſmodi tonſura etiam ſeruulorum Romæ, à quibus eam mutuatus magus ille. Rectè ſanè riteq; vt ſe non filium regni & cæleſtis coronæ ſperatorem, ſed ſui domini Satanæ ſeruum D ipſe teſtaretur imprudens.

Eiuſmodi tonſuræ & gentibus barbaris pleriſque. Nam ſic Arabes apud Herodotum lib. iii κείρονται περιτρόχαλα περιξυροῦντες τοὺς κροτάφους. *Tondentur quaſi orbiculatè, circum capitis tempus vtrumq; radentes.* Et Iudæi apud Euſebium Demonſtrat. Euangel. lib. ix in verſibus Chœrili,

Αὐχμαλέοι, κεφαλὰς τροχοκουράδες—
Squallentis capite, & tonſo orbiculariter.

Alia ſeruis pœnæ tonſura vt in ergaſtulis & piſtrino, & opere publico ac metallo. Nam his pars vna capitis raſa, ſiue hi capite ſemiraſo, vt Apuleiaſini lib. ix in piſtrino ſerui, *capillum ſemiraſi*, & *vſtor ſemiraſus* epigr. Catulli. Et Artemidori Daldiani c. xxii lib. i ὁπότερον δ' ἂν τῆς κεφαλῆς ψιλὸν ἔχῃ τις, οὐκ ὢν εὐσυνείδητος, κατακριθήσεται τινὶ εἰς ἔργον δημόσιον καταδίκην. *Qualis quaſi autem capitis parte raſus aliquis, criminis ſibi conſcius, condemnabitur pœna operis publici.* Ὁπότερον accipe τὸ δεξιὸν, χαὶ τὸ εὐώνυμον. *Dextrum latus & lævum*, vt teſtis ſibi Artemidorus ipſe. Illud autem οὐκ ὢν εὐσυνείδητος ridiculè verſum Latinè hactenus. *Vt non probè cognoſci queat* Patet nunc ergo iam quis ſeruulorum Romæ tonſus; at cum manumitterentur adraſi toto capite ſiue planè calui eoque deinde tonſu diſcreti libertini ab ingenuis vt dixi.

B Ad ſummam ſeruilis tonſura triplex. Seruorum in familia tonſus orbicularis, ſeruorum pœnæ dimidiatus; libertinorum verò caluitium. Sic tonſui caluitium oppoſuit Plautus Amphitruonis Sc. i.

CVTELLO PROPRIOS PVRGANTEM LENITER VNGVES.

SIGNANTER dictum, *proprios*. Hanc enim vt perſonæ vili ac tenui notam adpoſuit. Etenim qui honeſtiores ij tõſoris opera in vnguibus demendis vſi vt Plauti Aululariæ Sc vi

Quin ipſi pridem tonſor vngues demſerat,
Collegit, omnia abſtulit præſegmina.

A. Tibullus eleg. ix lib. i.

Quid fuco ſplendente comas ornare? quid vngues
Artificis docta ſubſecuiſſe manu? Et apud Valerium c. ii lib. iii. Porcia Bruti cum ſe tonſorio C cultello ipſa volens læſiſſet, *Brutus eam obiurgare cœpit; quod tonſoris præripuiſſet officium.* Commemorauit & Plutarch. in Bruto. Eiuſmodi tonſoris officium eſt ὀνυχίζειν Artemidori c. xxiii lib. i quod ridiculè interpretari *vnguibus conſcalpere*. Hinc & *pravè ſectus vnguis* epiſt. i imperite nempe ſectus à tonſore.

GAVDENTEM PARVISQVE SODALIBVS.

MELIVS. *Gaudentem, paruiſq;*, &c. Ἀπὸ κοινοῦ enim, gaudentem ad omnia illa refertur, *properare loco, ceſſare, quærere, vti ſodalibus, lare certo, ludis, campo.* Contra neque rectè aliqui voluére vt Dionyſ. Lambinus.

ET POST DECISA NEGOCIA.

D VT Suetonius Veſpaſiani c. xxi.

TVNICATO POPELLO.

SERVVLIS & plebeculæ paupertinæ. Tunicati propriè ſerui vt Plautinæ Amphitruonis Sc. i Soſia ſeruus *tunicis conſutis aduenit*. Et Apuleiaſini lib. ix *Serui tunicati*, & *Tunica ſeruilis* apud Iuſtinum lib. xix Serui lege tunicati, libertini & ingenui togati; pullis libertini, albis ingenui. At tenuitate fortunæ & egeſtate, libertinorum etiam aliqui, etiam ingenui pleriq, ſiue plebeculæ pars plera in tunicis Iuuenal. Sat. iii

Pars magna Italiæ eſt, ſi verum admittimus, in qua
Nemo togam ſumit niſi mortuus— Et auctor Dialogi de Oratoribus. *Vulgus*, inquit, *imperitum & tunicatus hic populus*. Sic & ruſtres tunicati vt Ciceronis Agrar. ii Et Martial. epigr. li lib. x. *Tu-*

meſta quies, ruri. Et *toga feriata*, ruti. Plinij epiſt. III lib. VII.

Remora verò eccilla hîc. Libertinos pullis togis amicio ego. Sane vt & libertinas togis pullis ad Sat. II lib. I Sed inquies, Olympio libertus Plauti Caſina Sc. IX. *At candidatus cedit hic maſtigia.* Puto Plauti ſtilo fuiſſe *Ha canditatus*, &c. Sane candidatus ibi libertus ille ſed vt ſponſus non vt libertus. Itaque Sc. XVI ſequente, idem

---cum corona candidè

Veſtitus, laute exornatúſq; obambulat. Coronatus ibi Olympio, candidatus, lautus, exornatus non vt libertus ſed vt ſponſus. Ecce autem aliud telum à Tertylliani manu c. LVII De reſurrect. carnis. *Si famulum*, inquit, *tuum libertate mutaueris, & veſtu alba nitore, & aurei anuli honore, & patroni nomine ac tribu menſáq; honoratur.* Hic inquies liberti toga candida ſanè vt liberti, non vt ſponſi eſt. Facile hoc vt Maro diceret, telum exeo. Candidati liberti manumiſſionis ſuæ feſto die ceteris non item, vt neque menſæ herilis ſemper deinde participes.

Multiplex libertinis manumiſſionis die choragium: caluitium, pileus candidus, Toga candida, Calcei, corona. De his ad Perſiū dixi Sat. V vbi de Pruſia Bithyniæ rege notans ex Polybij legat. XCVII ex fide Fuluij Vrſini ſcriptum malè καὶ χαλίγας vetus lectio erat καὶ χαλλικίους, nempe pro χαλκίους id eſt, *calceos* male tranſcriptum à Fuluio χαλίγας. Alia item liberti ornamenta aureus anulus, nomen patroni, & tribus & menſa. Item alia. Horum aliqua perpetua libertis, aliqua nouis tantum. Ac Horatij quidem ſæculo ſeruata illa ſic legitimè: poſteritas deinde magis magiſq; neglexit.

INMORITVR STVDIIS.

CASSIVS Parmenſis Orpheo---*Nocturno exſomnis oliuo*

Inmoritur.--- L. Seneca epiſt. II *Certis ingenijs inmorari & innutriri oportet.* Membranæ. *Certis ingenijs inmorari & inmoriri oportet*, ἕρμαιον fortè hoc antiquarijs fuerit, mihi conuenire non videtur in ſtilum L. Senecæ qui caſcarum vocum amantiſſimus non eſt, vt A. Gellij c. II lib. XII. Mihi L. Seneca παρεγχαμματίζειν aliter voluiſſe videtur, nempe *Certis ingenijs inmorari & inmori oportet*, vt Fabij Quinctiliani pater c. III lib. IX Non exigo *vt inmoriaris legationi, inmorare.*

QVI SIMVL ADSPEXIT.

CORREXERE aliqui hoc. *Qui ſemel adſpexit.* Bene habentem locum emplaſtrari non oportuit, meliùs tamen illi quàm Dionyſ. Lambinus qui magnopere interpretat', magniſq; ambagibus nihil egit. Quinctus intelligi voluit. *Qui ſimul adſpexit*, pro, Similiter qui adſpexit. Eſt enim quaſi fabellæ hoius de Vulteio ἐπιμύθιον. Vulteius ille maturè ſe in nidum ſoum recepit, ſimul ſiue ſimiliter qui ſiue quiqui ſiue quicunque adſpexit mutationem in peius *maturè redeat*, &c. *Simul*, pro ſimiliter vt ſimultè Plautinè Pſeudoli Sc. III vt Marcellus legit, ſiue vt in noſtris eſt, *ſimulter.* Vſus nempe Quinctus primigenio, cuius eadem vis quæ deriuati ſimulter.

METIRI SE QVEMQ.

PINDARVS Pythijs Oda II χρὴ δὲ κατ' αὐτὸν αἰεὶ παντὸς ὁρᾶν μέτρον.

IIX.

SIC NOS TE CELSE.

AD epiſt. II.

IX.

PROPIORIS AMICI.

AMICI primæ admiſſionis, vt apud L. Senecam c. XXXIII lib. VI de Beneficijs c. X lib. I de Clement. *Cohors prima interioris admiſſionis.* Libri nempe proceribus Romanis, quibus inſcripta nomina amicorum. Sic *libri amicorum* L. Senecæ de benefic. c. XXXIII lib. VI. In ijs libris digeſtæ amicorum quaſi claſſes L. Senecæ loco eodem. *Quid? iſtos tu libros quos vix nomenclatorum complectitur aut memoria aut manus, amicorum exiſtimas eſſe? Non ſunt iſti amici qui agmine magno ianuam pulſant, qui in primas & ſecundas admiſſiones digeruntur*, &c. In libro itaque ſiue albo amicorum alij primi ſiue propiores, ſiue primæ admiſſionis amici, alij ſecundi ſiue remotiores, ſiue ſecundæ admiſſionis. Principium huiuſce deſcriptionis amicorum L. Seneca c. XXXIV lib. eiuſdem refert ad tribunos pl. C. Gracchum & Liuium Druſum. Hos nempe *inſtituiſſe ſegregare* amicorum *turbam & alios in ſecretum recipere, alios cum pluribus, alios cum vniuerſis.* Tres itaq; hi amicorum gradus fecêre, primos qui *in ſecretum recepti*, ſecundos, *qui cum pluribus*, tertios, *qui cum vniuerſis.* Vt Lampridij Alexandro tres amicorum claſſes, amici *primi loci ſecundi loci*, & *inferiores.* Regiam verò amicorum illam deſcriptionem eſſe L. Seneca idem notauit lib. eiuſdem c. XXX *Conſuetudo*, inquit, *iſta vetus eſt regibus, regéſq; ſimulantibus, populum amicorum deſcribere.* De libro itaq; ſiue albo amicorum accipe illud hac epiſtola poſtremum. *Scribe tui gregis*, &c. *Scribe*, amicorum libro inſcribe.

FRONTIS AD VRBANÆ DESCENDI PRÆMIA.

FRONS *vrbana* pro fronte ſcurræ. Scurræ propriè vrbani Plaut. Trinum. Sc. Lares.

Vrbanus adſiduus cives, quos ſcurras vocant. Sueton. Veſpaſ. c. XX *Quidam vrbanorum*, id eſt, ſcurrarum. Sic & Horat. epiſt. XV iunxit *vrbanum* & *ſcurram vagum.* Scurræ verò impudentes. Sic itaque vrbana ſiue ſcurrilis frons pro perfricta & impudente.

X.

Adnvimvs pariter vetvli notiq. colvmbi.

Correxere aliqui vt Dionyſ. Lambinus.

Adnuimus pariter vetulis notiſq; columbis

Neutiquam ſic Quinctus voluit, ſed *vetuli notiq; columbi.* Patet eum ſequitur. *Tu nidum ſeruas*-- Perſtat nempe in metaphora columborum. Et veteres columbos notoſq; dixit eò reſpiciens quod in columbarijs aliqui tales, qui notitia & vetuſtate B inſignes, & ceteris quaſi duces & paleutriæ.

Quod autem aiunt *pariter columbis* eſſe Atticè, vt ὁμοίως ταῖς περιστεραῖς, oſtendere non potuère. Lucretij quidem locus ex lib. VI quem laudant eis minime facit. Eſt enim--*Sic fulgorem quoque cernimus ante.*

Quam tonitrum accipimus, pariter qui mittitur igni. Pariter ibi eſt non ὁμοίως ſiue ſimiliter, ſed ὁμοῦ ſiue ſimul, ſiue vnà cum igni.

Vsvere natvræ convenienter.

Ζῆν ὁμολογουμένως τῇ φύσει. Laërt. in Zenone.

Ponendæq. domo.

C Vt Heſiodus οἶκον μὲν πρώτιστα. Puto veterè ſcriptura fuiſſe. *ponendaq; domus*, pro *domus.* Hinc deinde librarijs *domo.* Et ſi neque diſconueniens illud domo eadem ratione qua & ſecundus caſus *domus.*

Solem acvtvm.

Vt hymnis Homeri ὀξὺς ἠέλιος.

Rvmpere plvmbvm.

Plvmbeas aquæductuum fiſtulas L. Vitruuius c. VII lib. IIX. Palladius c. XI lib. IX de re ruſt. Iulius Frontinus de aquæduct.

Nempe inter varias.

Rvrestrem vitam vrbana potiorem eſſe arguit eo ipſo quod in vrbe ſiluas expetunt, & proſpectum in agros. De ſiluis vrbanis tectorum narrata res ad Odam X lib. I.

Natvram expellas fvrca.

Non ineleganter Nicetas in Andronico lib. I. Ξύλον ἐπικλινὲς βίᾳ, πρὸς τὴν περιστροφὴν ἐξ ἀνάγκης ἐπανελθεῖν ἀνεῖσθαι. *Lignum vi flexum, ſi remittitur, in priorem ſpeciem redit.* Similiter L. Seneca epiſt. XI.

Nescit Aqvinatem.

Aqvinatem purpuram fictitiam, ſiue adulterinam, oppoſuit Tyriæ quæ natiua & germana eſt. De factitia & vera purpura Vitruuius c. XIII & ſeq. lib. VII.

Cervvs eqvvm pvgna melior.

Refert Cono in narrationibus ſuis apud Photium Bibliothecæ p. 231.

A Vt calcevs olim.

In contrarium Ariſtippus apud Stobæū Sermone XXXX οὐχ ὥσπερ ὑπόδημα τὸ μεῖζον ἄχρηστον καὶ ἡ πλειόνων κτῆσις. Τοῖς μὲν γὰρ ἐν τῇ χρήσει τὸ περιττὸν ἐμποδίζει· τῇ δὲ καὶ ὅλῃ χρῆσθαι κατὰ καιρὸς ἔξεστι, καὶ μέρει. Lego τοῦ μὲν γὰρ. Item καὶ μέρει. Et interpretor. *Non quemadmodum calceus pede maior: ſic plurium, quam opus eſt, rerum poſſeſſio; inutilis eſt. Illum enim quod nimium eſt, impedit: hac autem vel tota vti frui licet, vel in parte.* Sed eum Horatio Epictetus facit in Enchiridio, & Plutarchus lib. de tranquillitate animi.

Tortvm digna seqvi potivs qvam dvcere fvnem.

B Virtvs eſſe præſultrix debet ſiue chorum aut funem ducere: pecuoia in choro eſſe, aut funem ſequi. In ſacris interdum Romæ ſaltationes ad reſtim, cuius principium qui tenet funem ducit, ſiue quemadmodum ferè Ariſtophanes loquitur Nebulis, κόρδακα ἑλκύει, poſt hunc alij tenentes funem, ſequuntur funem, ductum ſcil. à præſultore illo. Eiuſmodi apud T. Liuium ſaltatio lib. XXVII. *Et per manus*, inquit, *reſte data, virgines ſonum vocis pulſu pedum modulantes inceſſerunt.* Fuit & epularis, comica & Satyrica ſaltatio Athenis ad funem, κόρδαξ nempe, de quo Demoſthenes Olynthiaca II. Interpres Ariſtophanis in Nebulas. Theophraſtus in Notis c. περὶ ἀπονοίας ſiue *de amentia.* Iul. Pollux lib. IV. C Arrianus in rebus Indicis, item alij.

Excepto qvod non simvl esses.

Vt M. Cicero epiſt. XIX lib. II ad Q. Fratrem. *Ego me in Cumano & Pompeiano, præterquam quod ſine te, ceterū ſatis cōmode oblectabā.* Alciphro epiſt. penult. lib. I. οἷον ἡμῖν ἐγένετο συμπόσιον, ὅσων χαρίτων πλῆρες; ᾠδαί, σκώμματα, πότος ἐς ἀλεκτρυόνων ᾠδάς, μύρα, στέφανοι, τραγήματα, ὑπόσκιος ποῖ δαφναις ἦς ἡ κατάκλισις, ἓν μόνον ἡμῖν ἔλειπε, σύ. *Quale, ô Dij, nobis ſympoſium, quàm Gratijs omnibus adfluens; cantilena, dicteria; pergræcatio vſque in gallicantum, unguenta, corolla, bellaria, accubatio ſub opaca laurorum fronde. Unum defuit nobis, tu ſcilicet.*

D

XI.

Neptvnvm fvrentem.

Qvod *mare magnum* Lucret. dixit lib. II Salluſtius in Iugurtha. *Mare magnum eſſe, & ſæuire ventis*, &c. *Magnum*, tumidum.

Campestre nivalibvs arvis.

D. Auguſtinus c. XVII lib. XIV de ciuit. Dei *Campeſtria*, inquit, id eſt, *ſuccinctoria genitalium.* Et mox. *Porrò campeſtria Latinum quidem verbum eſt, & ex eo dictum, quod iuuenes qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant. Vnde qui ita ſuc-*

cincti ſunt campeſtratos vulgus adpellat, &c. Neq; diſ- A ſimiliter Iſidor. c. XXII lib. XIX. Idemq; vocari ait *perizomatum*. Ex Græco nempe περίζωμα. *Campeſtre* περίζωμα, Suidas, Philoſtratus Apollonij lib. IV.

CÆLVM NON ANIMVM MVTANT.

PYTHAGORAS apud Stobæum Serm. XXV τόπων μεταβολαὶ οὔτε φρόνησιν διδάσκουσιν, οὔτε ἀφροσύνην ἀφαιροῦνται. *Locorum mutationes, neque prudentiam docent, neque imprudentiam tollunt*. Idem Bianti adtribuit Meliſſa. Rectè L. Seneca præcipit epiſt. XXIIX *Animum mutare debes non cælum*. Multa Dio Chryſoſt. orat. de ſeceſſu.

QVI TRANS MARE CVRRVNT.

HINC Gloſſæ, *Tranſmare* πέραν θαλάσσης, B διὰ πόντου. *Trans mare*, in Aſiam. *Res tranſmarina*, Aſiaticæ. Cæſar lib. VI. Tullius Verrina vlt.

XII.

QVOS COLLIGIS ICCI.

ITA, vt oſtendi ad Odam XXIX lib. I.

SIC VIVES PROTINVS VT TE.

SI paruo contentus & beatus eſſe potes, viues C protinus ſiue porrò deinceps ſemper, vt ſi te, ſiue æquè beatus ac ſi te, &c. Vt te, pro, vt ſi te. Hæc non obſeruata ἐλλείψις, cauſſa loci hactenus nõ intellecti. Longis logis Dionyſ. Lãbinus & ſuam, & Mureti ſententiam expoſuit, ſed nihil tantis ambagibus actum. Protenus autem eſt porro & longè, notiſſima res Grammaticorum filijs. Si, articulum eleganter ſæpe omitti teſtes multi boniq; Catullus epigr. X.

Vter tam bene, quàm mihi pararim, pro, quam ſi. Ouid. VI Faſtor.

Huic aliquis iuuenum dixiſſet amantia verba

Reddebat tales protinus illa ſonos, pro, ſi dixiſſe Profert eiuſmodi multa Priſcianus c. III lib. XIIX.

QVÆ MARE COMPESCANT CAVSÆ.

PROPERT. eleg. III lib. III.

Curue ſuos fines altum non exeat æquor. Aliter de problemate hoc Theologi, aliter aſtrologi, aliter phyſici.

QVI TEMPERET ANNVM.

TEMPERET horis IV. Ipſe Oda XII lib. I de Ioue.

Qui mare qui terras, variiſq; mundum Temperat horis. Propert. eleg. eadem. *Curplenus & in partes quatuor annus eat*. Itaque has τροπικὰς ὥρας vocauêre. Tzetzes in Theogoniam.

RERVM CONCORDIA DISCORS.

LACTANT. c. X lib. II. *Diſcordi concordia mundum conſtare*. Et Manil. lib. I. *Sitq; hæc concordia diſcors*. Duplex mundi ſiue rerum diſcors concordia vna ſub luna, ex frigidis calidis, humidis ſiccis: altera ſuperior conuerſio ſigniferi, & orbis octaui. Hinc Heracliti illud συνᾷδον καὶ διᾷδον. Apuleius lib. de mundo.

XIII.

SI VALIDVS SI LÆTVS ERIT.

SIC Tullius epiſt. XVI lib. XI ad famil. Et Byblis apud Ouid. lib. IX.

LAMAS.

FESTVS in *Lacuna*, Aero, Gloſſæ *Lamæ* πηλώδεις τόποι.

VT CVM PILEOLO.

PILEOLO, nempe cœnatorio ſiue tricliniari. Vetus interpres. *Hæc*, inquit, *apud antiquos conſuetudo veteranorum erat, pileum portare cum calceis*. Vide quam vetus interpres ille non ſeparãs ſoleas à calceis. Veteranos vſurpauit rectè pro ſenioribus. Neque enim placet corrigi, *veteratorum*. Intelligi vult ſenibus magis quàm ceteris opus hoc ritu. Non dubius autẽ ritus ille ad cœnã itandi cum pileolo, tribulibos maximè, ne reuertentes à cœna ſub dio eſſent nudis capitibus multa iam nocte. At diuitibus lecticæ clauſæ. Nihil itaque his opus pileolo. Sic patet cur inſignitus à Flacco, tribulis pileolo.

CONVIVA TRIBVLIS.

TRIBVS trifariam dicitur, ſic & tribulis. Primum tribules qui tribus eiuſdem, ſiue contribules. Sic Romani omnes tribules quia ex tribu aliqua, vt tribules Ciceronis, qoi ex tribu Cornelia. Deinde tribules, plebei omnes, ſiue qui nec patricij nec equites. Sic Papinius IV Siluarum, equiti & patribus oppoſuit tribos.

Moribus atque ſuis gaudent turmaq; tribuſq;

Purpureiq; patres---*Turma* ſcilicet equitum, *tribus* plebis, & *patres* Senatus. Similiter L. Florus c. VI lib. II recenſet *Senatum, equitem, tribus*. Denique tribules infima plebis pars & nullius claſſis D ſiue qui non in claſſe aliqua ſed tribu rãtum, quales proletarij & capite cenſi, turba forenſis, plebes vrbana. Tribules itaq; ciues ſed nullo cenſu, & pauperes. Hinc ſæpe contemtim tribules Poëtis vt nunc Horatio, & Martiali epigr. L. & LIIX lib. IX. Sic populo Rom. tribus opoſuit Suetonius Auguſti c. CI. Et Martial. epigr. XV lib. IIX ſic oumerat. *Senatum, Equitem, Populum, Tribus*.

Manilius autem fine lib. vlt. aliquos & infra infimos, ſiue tribulibus inferiores poote. Enumerat enim *Senatum, Equitem, Populum, vulgus, Turbam ſine nomine*.

Præcipuumq;, inquit, *patres retinent, & proximum equeſter*

Ordo locum, populũmque equiti populõq; ſubire

Vulgus iners, videas etiam ſine nomine turbam.

Non

Non ſatis aduertêre hic animum qui ſcripſere Animaduerſiones in Suetonium c. illo et. Nam putauête turbam ſine nomine Manilio eſſe tribus. Fugit eos ratio. Nam tribules ſine claſſe illi quidem, ſine cenſu, at non ſine nomine, quippe ciues & ingenui. Turbam ſine nomine intelligi Manilius voluit ſeruos & libertinos. Etenim nullum his nomen, ſed domini ſui nomine ſerui, patroni nomine libertini inſigniti. Hinc ſerui *Marcipores*, *Lucipores*, *Publipores*, *Quinctipores* dominis ſuis gentiles ſiue cognomines. Plinius c. I lib. XXXIII. Fabius c. IV lib. I. Priſcian. lib. VI. Rectéq; Theophilus §. Seruus etiam alienus. Inſtit. De hered. inſtit. Seruum ex domini perſona χαρακτηρίζεσθαι. Et in funebri laudatione Valentiniani A quæ putatur D. Ambroſij eſt. *Charactere domini inſcribi ſeruulos*. Et de libertinis notiſſima res in patroni ſui nomen eos tranſire. Hinc Tertyllianus c. LVII de reſurrect. carnis. *Famulum qui libertate mutatus ſit, patroni nomine honorari*.

XIV.

Villice silvarum.

BONO diſcrimine adiungit *ſiluarum & agelli*. Duo enim villicorum genera, villici rureſtres, cuiuſmodi villicus hic, & villici vrbani vt Valerij Martialis epigr. XXXII lib. XII. Neſciuere hoc etiam nuperrimi Poëtæ illius interpretes. Nam ait Poëta.

Quid quæris ædes, villicóſq; derides
Habitare gratis ô Vacerra cum poſſis? *Quæris ædes*, *ruri*, inquiunt, *villam*. Immo enimuero, *Quæris ædes*, in vrbe cœnacula. Villici in vrbe, inſularij, Gloſſæ, *villicus*, οἰκονόμος, ἐνοικολόγος, καὶ ὁ κατ' ἀγρὸν οἰκονομῶν. Villicorum ibi ecce genus triplex. Villicus diſpenſator, ſiue œconomus in vrbe: villicus inſularius conclauia elocans & cœnacula, & mercedes exigens: & villicus qui ruri ſiue rureſter. Sic vrbani villici apud Iuuenalem Sat. II vbi villici officium, ſarta tecta inſularum cœnacula habere.

Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam
Magna parte ſui. Nam ſic labentibus obſtat
Villicus, & veteris rimæ contexit hiatum,
Securos pendente iubet dormire ruina. Villici ergo in vrbe *inſularij*, ſiue *domnædij* ſiue *cœnacularij*. Gloſſæ *Domnadius*, *& Cœnacularius*, σταθμοῦχος. Item σταθμοῦχος, ὁ τὰ ἐνοίκια τῆς οἰκίας συνάγων. *Cœnacularius*. Alij ab his *diuerſitores*, nempe qui hoſpites in cœnaculis inſularum accipiunt. Itaque apud Petronium, ſub procuratore inſulæ, diuerſitores & inſularij.

Hinc & illa perſpicua res cur Iuuenalis Sat. IV Pegaſum ſub Domitiano vrbi præfectum, *villicum vrbis* vocarit, nempe quaſi Roma Domitiani villa ſiue inſula, & præfectus inſularius, ſiue villicus. Rectéq; ſic Gloſſæ veteres, minus rectè

A obſeruatio XXXVII lib. X.

Qvinq. bonos solitvm Bariam dimittere patres.

FACETE, villico ſuo non eſſe cauſam faſtidiendi villam. Quippe honeſtam illi hanc præfecturam eſſe, conſtantem focis quinq; & totidem patribus bonis, id eſt, quinq; contubernijs. Siue ſub imperio illius villici eſſe quinq; ſeruos qui ſint patres, ſiue quorum cuiq; contubernalis ſua & nati. *Bonos patres* dixit, quaſi dicere cupiens patresfamilias, ſed quia id in ſeruos non conuenit, *bonos patres* dixit. Seruus bonus pater eſſe poteſt, paterfamilias non item. Hos bonos quinque patres villa dimittit ſiue variè mittit, ſiue modò hunc, modo illum mittit. Bariam, B videlicet nundinis, venalia eò deferentes quæ viſum villico, aut emta referentes. Hinc Horatio illi *vernæ procaces* Sat. VI lib. II ex his nempe contubernijs, quorum magiſter & imperator villicus hic. Non iniucunda ſtultitia eſt narrantium hic de quinque Senatoribus, & quaſi patribus conſcriptis, qui ex Horatij agello Bariam venientes, de ſumma Sabinorum Republ. deliberent.

Terræ gravis.

AMBIGVE, *Terræ grauis* propter ſaltum: aut, Terræ grauis, quia inutilis, Vt apud Suidam parœmia γῆς βάρος.

Et tamen vrges.

HANC quaſi προθεραπείαν adpoſuit, ne villi- C ci accuſare negligentiam videatur ac pigritiam. Deſideras quidem tu, inquit, vrbem, tamen non negligis opus tuum ruſticum. Et tamen hic quoq; mimicè illud & ambiguè,

Iampridem non tacta ligonibus arua. Intacta enim vel condicione temporis accipere licet, vel negligentia villici.

Obliqvo ocvlo mea commoda limat.

OBLIQVVS inuidiæ oculus. Itaque apud Ouidium in fabellis lib. II ipſa Inuidia Dea inducitur--*obliquo lumine cernens*, Et ille Petronij Encolpius, *Obliquis*, inquit, *trucibúſq; oculis ſpectabam*, &c. *Obliquis*, nempe vt inuidens; *trucibus*, vt iraſcens. Hinc *ſtrabonem fieri*, pro inuidere Lu- D cilius eleganter lib. XXVII.

Nulli me inuidere, neque ſtrabonem fieri ſæpius
Delicijs me iſtorum---Quanquam illud ibi ſtrabonem fieri, etiam ad libidinem trahi poteſt.

XV.

Qvod cælvm Vala.

HIC in pleriſque libris *Numenius Vala*: in alijs *Cn. Vmonius Vaala*.

Sed eqvi frenato est avris in ore.

LVDERE voluiſſe videtur ad *aureas* & *oreas* de quibus Feſtus in *Aureax*.

Generoſvm et lsne.

Vinvm *generoſum & lene* tranſmarinum & vetus, tranſmatini maxima tunc gratia, Plinius c. xiv lib. xiv. *Tanta*, in quit, *vino Græco gratia erat*, &c. Idémq;. *Sic quoque*, inquit, *poſtea diu tranſmarina in auctoritate fuerunt, & ad auos vſque noſtros*, Hæc itaq; germaniſſima Quincti mens. Ad mare cum veni, puta Veliam sut Salernum, vinum requiro tranſmarioum cuius copia ibi, oris nempe maritimis. *Nam*, inquit, *vina nihil moror illius oræ*. Nolo enim vappas Velinas aut Salernitanas. Et inſuper vt *lene* ſit requiro, id eſt vetus. Nugas egêre qui plauſtris verborum effuſis nihil aliud iotelligi voluêre *generoſum & lene*, quàm *vinum vetuſtote*, vt Plautus loquitur, *edentulum*. Plautus ipſe ibi monitor eis potuit eſſe, & ſibi *edentu-* B *lum vinum* eſſe *lene* tantum, & Horatio generoſum ac lene eſſe, trãſmarinum ac vetus. Sic enim Patrui ſuæ Sc. vii.

Vbi tu Leucadio, Lesbio, Thaſio, Coo,
Vetuſtate vino edentulo ætatem inriges, &c.

Duas itaque notas vino concupito ſibi, porcellus hic Epicuri quemadmodum ipſe in ſe iocatus ólim, adpoſuit. Vnam, vt *generoſum* ſiue Græcum ac tranſmarinum ſit, alteram vt *lene* ſiue vt Plautus dixit *vetuſtate edentulum*, id eſt vt Plinius loquitur *ſine ſaporis acumine* c. xx lib. xiv ſiue non mordax & pungens, quod *picans vinum* hodie in Gallis & Italia. Prior nota vini patriam, poſterior ætatem exprimit ·, quemadmodum & Plautus loco anted. Pœnuli ſuæ, notam vtrámque adpo- C ſuit.

Menivs.

Hic io pleriſq; membranis interſtitio facta, & quaſi alterius epiſtolæ principium : ſed nata illa ſectio ex non perſpecta meote Horatij. Non perſpexêre quemadmodum quæ nunc ſequuntur, apta oexáq; cum antegreſſis. Ergo diſcerpſêre. Nec verò ſat expreſſêre interpretes qua occaſione delatus eò Quinctus eſt, vt ſe Menij ſimilem faceret. Huiuſmodi autem eſt. Scripſerat Vmonio Vaalæ ſuo qualem vitam & victum colere vellet, Veliæ aut Salerni. Nempe requiro, inquit, *vinum generoſum ac lene & amicam Lucanam, & lepuſculos, & apros*, & piſces, & echinos, deniq; *pinguis*, ioquit, ac *Phaax* viuere volo. Diceret forte Vaala. M. Apicij tu quidem aut L. Lucilli & gumiarum vitam viuere vis: at prædicare ſolitus, D te paucis contentum. Nam pleni hac profeſſione libelli tui. Reſpondet Quinctus non malè. Et Stoicus ego, & Epicureus; & frugi, & gumia ſum. Stoicus & frugi, cum res mihi aeciſa & tenuis: Epicureus & gumia cum abundo. Qoemadmodum & epiſt. i ad Mæceo. profeſſus ſe modo virtutis rigidæ ſiue Stoicæ ſatellitem eſſe, modo in Ariſtippi caſtris militare, *tentantis maiora, ferè præſentibus æquus*, vt epiſt. xvii.

Non qvi certvm præsepe teneret.

Scvrrarvm genera duo. Vnum eorum qui certi ſiue quib. vnum præſepe, ſiue vnius A regis culina: alterum eorum qui vagi ſiue quib. præſepia multa, ſiue multorum regum culinæ, ſiue qui modo huic modo illi regi fiatres cibicidæ. Poſterioris modi Menius hic, & ille apud Martial. epigr. xlv. lib. v

Quem maior rapuit canem culina. Item Selius eiuſdem epigr. xiv lib. ii. Alijq; laudicœni & buccones apud Valetium plurimi. Prioris modi cœnipeta Curculio. Plautinus Sc. v qui

Tormentis non retineri potuit ferreo,
Quin reciperet ſe huc eſum ad præſepim ſuam.

Melius libri aotiqua fide.

Quin reciperet ſe huc ceſſim ad præſepiam ſuam.

Atque ſic Nonius profert in *Præſepia*. *Ceſſim* nempe *recipere* ſe, eſt rurſum ſiue retro ſe recipere ſiue redire, vt l. lii §. In cliuo, *ceſſim ire*, & l. xliii §. i D. Ad L. Aquil. *Ceſſim ire*. Martianus Felix lib. i *ceſſim recurſitare*. Et lib. iix *Ceſſim abire*. Fruſtra conati aliqui tutari plebeiam Plauri lectionem, quia Plautus idem Menehmis & Sticho dixerit eſum vocare. Nam ibi quidem illud rectè conueniens: & huic loco diſconuenit.

Præſepe autem ſiue præſepis, ſiue præſepia ſiue præſepium, pro menſa regis alentis paraſitum, vt & Græci φάτνην dixêre. Epictetus Arriani c. xxvi lib. i Ælianus de animalibus c. vii lib. ix, Menander apud Athenæum. Item alij.

Inpransvs non qvi civem dignosceret hoste.

Peccavere largiter minorum maiorum- C q; gentium interpretes. Inpranſum accepêre non pranſum & ieiunum, atqui pranſum & ſatullum capere oportuit. Probè ſaburratus Menius ille ſcurra, omnes adlatrare ſolitus, æquè ciues atque hoſtes ſiue peregrinos. Saturi paraſiti, ſiue vt Plautinè dixeris Saturiones, feri atque indomiti ſuot: ieiuni autem atque eſurioοes, manſuetiſſimi. Sic Ergaſilus ille paraſitus Captiuis Plaoti Sc. i de ſuis tubuteinatorum ſiue degulatorum centurijs,

Prolatis, inquit, *rebus paraſiti venatici*
Sumus, quando res redierunt moloſsici
Odioſiciq; multum & incomodiſtici.

Rebus prolatis eſuriales feriæ ſunt paraſitis, itaq; tunc canes ſunt venâtici neque lattant: cum res rediêre, cumq; rebus paraſitica ſaturitas, tum moloſſici, id eſt, latratores ſunt & mordaces. D Quemadmodum & Diogenes interrogatus ποταπὸς εἴη κύων. Qualis canis eſſet. πεινῶν ἔφη μελιταῖος, χορτασθεὶς δὲ μολοττικός. *Famens*, inquit, *Melitæus ſum, ſatur autem Moloſsicus*

Inpranſus autem probè probéq; pranſus, vt *incoctum, inpotens, inmedicatum, inpromiſcuus, inſegnis* & id genus alia *in* articulo augente ſignificatum, vt oſtendi ad Perſij. Satyr. ii.

Patinas coenabat omasi vilis, et agnini.

Bene in Aduerſarijs *agnina*, atque ita in membranis eſt: minus autem rectè in Aduerſarijs *tabulas cœnabat*, &c. c. xix lib. ii c. xxvi lib. v c. xxiii lib. xiix.

Vsntres

Googl

VENTRES LAMNA CANDENTE NEPOTVM VRENDOS.

SVPPLICIO nempe ſeruili. Seruis enim glutonibus & ligurire ſolitis, inurebant domini ventrem. Galenus lib. VI de placitis Hippocr. & Platonis. Ε'ιώθασι καὶ νῦν ποιεῖν οἱ τοὺς ἁμαρτάνοντας οἰκέτας καταδικάζοντες, τῶν μὲν ἀποδιδρασκόντων τὰ σκέλη καίοντές τε καὶ κατασχάζοντες καὶ παίοντες· τῶν δὲ κλεπτόντων τὰς χεῖρας, ὥσπερ καὶ τῶν γαστριμάργων τὴν γαστέρα, καὶ τῶν φλυαρούντων τὴν γλῶτταν, &c. *Solitis & hunc etiā facere, cum ſeruos delinquentes puniunt. Nam fugitiuorum crura inurunt & ſcarificant & verberant: eorum autem qui clepſerint manus, vt & glutonum ventrem, & blateronum linguam.* Sic itaque nunc voratrinæ hic magiſter Menius, ventres comedonibus ac gumijs ferrò candente inurendos, vt ſeruis manſucis & ligurientibus fieri ſolitum.

CORRECTVS, MENIVS IDEM.

MELIVS membranæ, vt & alij notauêre. *Diceret vrendos. Correptus Beſtius idem.* Vt Sat. III lib. II

---correptus voce magiſtri. Beſtium autem pro Menio dixit, homine belluto, & voratrina ſua & ruburcinatione beſtias ſuperante, & vorante

----tribus vrſis quod ſatis eſſet.

VERTERAT IN FVMVM ET CINERES.

NAM hæ bonorum comeſtorum reliquiæ, & veſtigia in culinis, fumus, fuligo, & cineres, vt Apuleij Apologia I *cinis, fumus, auium, plumæ, fuligo parietum. Idq;*, inquit, *ſe ait Craſſus à cæde, à fumo, & auium plumis comperiſſe.* Legeris bono periculo. *Idque ſe ait Craſſus à cinere & fumo & plumis auium comperiſſe.* Ex corruptela vocis *cinere* factum cæde, mox verò etiam in pleriſq; libris *cede*. Sic & mox indicia illa, *auium pinnæ* & parietes fuligine deformati.

SI QVI COMEDVNT BONA.

FESTVS. *Comedum*, inquit, *bona ſua conſumentem antiqui dixerunt. Comedo comedonis qui, vt ſupra, bona ſua conſumit.* Vno itaque nomine qui bona ſua comedit, *comedus* ſiue *comedo*.

Comedere autem *bona*, pro conſumere & decoquere vt Tullij epiſt. XX. lib. IX ad famil. & pro Sextio. Nonius apud Marcellum in *Comeſt*.

Ædepol paternam qui comeſt pecuniam, vt & Menander apud Athenæum γῆν κατὰ φαγεῖν. Et Catullus in Cæſarem---*deuorare patrimonia*.

NIMIRVM HIC EGO SVM.

HINC ſatis liquet, mimicè Beſtium paullo ante dictum pro Menio, Comparat nēpe ſe Menio. vnum vni.

FVNDATA PECVNIA VILLIS.

VT *fundata opes.* Ciceroni pro Rabirio Poſt. Et *fundamenta rerum.* pro membris pecuniæ. Manilius lib. II. Hinc & fundi nomen ipſum.

A

XVI.

ALIVM SAPIENTE BONOQ. BEATVM.

PRO beatiorem Cariſius lib. IV.

TENE MAGIS SALVVM.

HORATII eſſe hos verſus, nō alterius Poëtæ, ſtilus ipſe arguit. Sed finxit eos Flaccus quaſi ſub perſona Poëtæ alicuius blandientis Auguſto.

RESPONDESNE TVO DIC SODES NOMINE.

B MALE accepêre manipuli interpretum. Flaccus intelligi vult, reſpōdéſne tuo nomini? Talis es qualis diceris nempe ſapiens & emendatus. *Nomine* pro nomini vt *carmine* pro carmini, Propert. eleg. vlt. lib. II *Cupidine* pro cupidini, *corpore* pro corpori Æneide X. *Soſpite* pro ſoſpiti Æneide XI. Aliaque id genus Poëtis plurima.

NISI MENDOSVM ET MENDACEM.

GLOSSÆ ψεύστης *Mendax, mendoſus.*

TV NIHIL ADMITTES IN TE.

CONTRA te, ſiue conſcientiam tuam, vt
C *ſibi committere* L. Seneca epiſt. III. *Tu quidem ita viue vt nihil tibi committas, niſi quod committere etiam inimico tuo poſſis, &c.* *Tibi*, intellige conſcientiæ tuæ. Peccauêre aliqui corrigentes, *vt nihil committas.*

FORMIDINE POENÆ.

QVI ſeruilis metus. Clemens Alexandrin. Pædagogi c. IX lib. I. Διττὸν τὸ εἶδος τοῦ φόβου, τὸ μὲν μετὰ αἰδοῦς, ᾧ χρῶνται πολῖται μὲν πρὸς ἡγεμόνας ἀγαθοὺς, καὶ ἡμεῖς πρὸς τὸν θεὸν, καθάπερ οἱ παῖδες οἱ σώφρονες πρὸς τοὺς πατέρας· τὸ δὲ ἕτερον μετὰ μίσους γίνεται, ᾧ δοῦλοι πρὸς δεσπότας κέχρηνται χαλεπούς. *Duo genera timoris ſunt. Vnum cui pudor iunctus, quo timore ciues principem metuunt bonum, &*
D *nos Deum metuimus, & boni liberi parentes: Alterum cui comes odium, quo ſerui adfecti aduerſus dominos aſperos.*

MISCEBIS SACRA PROFANIS.

SACRA & profana nullo diſcrimine rapies ac violabis C. Saluſtius orat. II de Rep. ordin. *Auaritia diuina cum humanis permiſcet.*

DAMNVM EST.

EX Accurſio reſcripſêre aliqui

Eſt damnum leuius, ſed non facinus tamen: eſto.

Aſperum hoc minimeq; Horatianum, ac neque ſenſu idoneum ſatis, contraq; fidem ſcripturæ veteris & nouæ. Nam & in membranis eſt.

Damnum eſt non facinus mihi pacto leuius iſto.

Mutauêre qui ſcriptū reperêre *leuius*, veriti ruinā carminis. Alijs alia viſio. Nempe parum Latinè

dictum facinus lenius, nam dicere oportere facinus leoius. Vtraq; ratio ſipula leuior. De priore paret: poſteriorem refellit, quod vt facinus atrox bene Latinè ſic & facinus lene vſurpatur, vt *tormentum lene* Oda xxi lib. iii.

IN TRIVIIS FIXVM CVM SE DEMITTIT OB ASSEM.

HINC illud Perſij Sat. v.

Inq; luto fixum poſſis tranſcendere nummum.

Vbi Cornutus. *Solent*, inquit, *pueri, vt ridendi cauſam habeant aſſem in ſilice plumbatum infigere, vt qui viderint ſe ad colligendum inclinent, nec tamen poſſint auellere, quo facto pueri etiam adclamare ſolent. Etiam*, ibi vox mimica puerorum & ironica. *Etiam* abſtulit vt alij aote, qui fruſtra fuêre.

XVII.

PERSONAM VTRAMQ.

PLVTARCH. lib. i de fortuna & virtute Alex. Ἀρίστιππον θαυμάζουσι τὸν Σωκρατικὸν, ὅτι καὶ τρίβωνι λιτῷ, καὶ Μιλησίᾳ χλαμύδι χρώμενος, δι' ἀμφοτέρων ἐτήρει τὸ εὔσχημον. *Aequis Ariſtippum Socraticum mirantur, quod & tenui pallio, & Mileſia chlamyde vtens, in vtroq; tuebatur perſonam ſuam.*

SINE VIVAT INEPTVS.

GLOSSÆ Ἀνόητος. *Ineptus, mente captus*, Et μωρὸς, *ineptus*. Et Priſcian. c. vi lib. xiii.

PRINCIPIBVS PLACVISSE VIRIS.

GRAVISSIMI *principis iudicium, in minoribus etiam rebus conſequi, pulchrum eſt.* Plinius epiſt. iix lib. iv.

SVMASNE PVDENTER, AN RAPIAS.

QVEMADMODVM argutè Iulianus Cæſar agentes in rebus tetigit Ammiani Marcellini xvi *Eos rapere ſcire, non accipere.*

SÆPE PERISCELIDEM RAPTAM SIBI FLENTIS.

VT Ouidius i. Neqoitiæ

Quid cum mendaci damno mæſtiſſima plorat,
Elapſuſq; caua fingitur aure lapis?

FRACTO CRVRE PLANVM.

VETEREM de plano hanc fabellam fuiſſe, indicio Tullius Philipp. xiii qui ludens ad eam ita iocatus in T. Plancum. *Illud tamen verum quod in hoc Planco prouerbij loco dici ſolet, perire eum non poſſe niſi ei crura fracta eſſent, fracta ſunt & viuit.* Recte ſanum arbitrati hunc locum, ſed vitioſus eſt. Curatu autem facilis. Nempe. *Illud tamen verúmne quod in hoc Plano prouerbij loco dici ſolet, perire eum non poſſe niſi crura ei fracta eſſent? Fracta ſunt & viuit*, &c. Arguto paragrammate pro Planco Planum dixit, & fabellam huios plani tetigit de quo nunc Flaccus, & Planco illi crura fracta obiecit, oam

A & fracta ei crura vt narrat Tullius Philipp. xi.

Huiuſmodi autem dare fruſtrationes ſolitos planos, qualis hæc nunc iam plaui Horatiani, liquet Atheuæi lib. xiv.

PER SANCTVM OSIRIM.

CVR planus hic Oſirim iurat? Quia videri vult ab Oſiride irato inmiſſum ſibi hoc crurifragium. Iſis & Oſiris Dij exotici Romanis in magna religiooe habiti vt acriter punientes. De Iſide dixi ad Perſij Sat. v. De Oſiride indicio nunc Flaccus, & Iuuenal. Sat. vi

---Et tenui popano corruptus Oſiris, &c. Cognata numina & puniendi atrocitate gemina Iſis & Oſiris ſiue Serapis. Itaque Martianus Felix lib. ii. *Iſæum Serapin vocat*

B *----Et Iſæum*

Te Serapin Nilus Memphis veneratur Oſirin.

Malè ibi correxêre *Lycæum*. Iſæum Capella dicere voluit fratrem Iſidis. Sol oempe ſiue Phœbus ſiue Serapis, ſiue Oſiris frater Lunæ ſiue Dianæ, ſiue Iſidis. Nec refert ſyllabam repugnare quæ longa eſt iu Iſide. Nā & Serapin corripit Martianus ille, quā lōgare debuit, ſummáq; omniuo illius Afri in ſyllabis nou libertas ſed licentia eſt. Malè idem verſus apud Lactantium profertur ad i Thebaid. & laudatur ex Martiale, quæ librariorum culpa.

C

XIIX.

ET IMI DERISOR LECTI.

IMVM lectum accepere infimum triclinij lectulum. Sic quidem rectè *imus lectus* Sat. vlt. lib. ii. At hic verius imus lectus quod imum ſubſellium Plautinæ Stichi Sc. vi. Deriſores ſiue paraſiti in ſcamnis ſiue ſubſellijs lectulorum, vt paraſitus Gelaſimus Plauti loco antedicto, ſubſellium oppoſuit lecto, neque lectum ſibi conuenire ait, ſed ſubſellium.

Haud poſtulo equidem me d in lecto accumbere
Scis tu me d eſſe imi ſubſellij virum.

Correxêre aliqui, *medio in lecto*. Nou hoc ibi agitur medio lecto an ſommo an imo laudicœnus

D ille accipiendus, ſed an omnino accipiendus, lecto aut ſubſellio, & diſtinguit rex eius Epignomus neque hic neque illic locum ei fore, quia ſummates accubituri, inter quosne in tnſubſellio quidem ſiue ſcamno ſiue ad pedes honeſtè ridicularius ille. Amici ſecundi in imo lecto accubuére vt Horat. Sat. vlt. lib. i-- *Imi conuiuæ lecti*: at deriſores ſiue paraſiti in ſubſellijs, quæ & ipſa *imi lecti*, id eſt, lectulorum partes infimæ. Sic *in imo lecto adſidere*, Suetonius Auguſti c. lxiv dixit quod Claudij c. xxxii *ad fulcra lectorum veſci.*

Hoc primom. Alterum eſt, vlcus lectionis--*Et imi deriſor lecti*, pro, *vt imi deriſor lecti*. Duo hic amicorum genera opponit, vnum aſperitate peccans, & quaſi cynicum: alterum adſentatoriū & blanditijs

Digitized by Google

ditijs peccans & ſimile deriſori imi lecti, ſiue ſubſellij qui tegem ſuum ſiue diuitē metuit, vt puer magiſtrum. Paraſitos autem ſiue deriſores in ſubſellijs ſiue ad pedes regis ſui ſolitos ſedere indicio eſt Cos. Pomponius Secundus qui in epulo Caij, ἐνεφόρει τῶν σιτίων παρὰ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ καθήμενος, καὶ ἐπικύπτων συνεχῶς αὐτοὺς κατεφίλει. *Epulis explebat ſe ad pedes Caij ſedens, & inclinans identidem oſculabatur eos.* Ad pedes Caij Pomponius ille, nempe tanquam paraſitus ad pedes regis ſui. In his ſubſellijs ſubinde & liberi parui eius qui pater cœnæ, item concœnatum eius, nullis nempe adhibitis paraſitis. Atque hoc C. Suetonij Claudij Auguſto c. XXXII *ad fulera lectorum veſci.* De ſubſellijs autem ſiue ſcamnis lectorum Varro Terentius IV de Ling. Lat. Ex eoq; Iſidor. c. XI lib. XX. Mentio & Propert. eleg. II lib. III. Atque ita Xenophontis lib. II memoralium. τὰ ὑποβάθρα ταῖς κλίναις. Scamna eius modi ad lectulos tricliniares propter celſitatem lectulorum, propter quam & in Euangelio D. Lucæ c. VII mulier peccatrix domini ſeruatoris pedes à tergo in exteriore triclinij circulo ſtans, & paululum modo capite inclinante, rigat lacrimis & capillis exterget, non autem vt populariter pingitur ante dominum genibus nixa ſiue ingeniculans. Quemadmodum ingenioſè non Æſculapij tantum & Apollinis, ſed & Mercurij & Suadæ alumnus Hieronymus Mercurialis demonſtrauit c. XI lib. I artis Gymnaſticæ. Scamna illa nempe anteriore lectulorum parte: ad concœnarum autem pedes, adpropinquandi via exteriùs. Dixi *mulier peccatrix.* Nam eſt controuerſiæ & litigij plena res, Anne Lazari hæc ſoror Maria Magdalena. Pleni libri controuerſantium eadē re apud quos & nomenclatura veterum de quæſtione illa ſententiarum. Obliuius illis vetus ſcriptor D. Macarius Homilia XII qui exſertè peccatores recenſens in Euangelio memoratos, ſic numerat *Mariam, Zacchæum, & mulierem peccatricem.*

Hoc ergo iam alterum. Tertium, deriſores pro paraſitis, quia ijdem fere & *adriſores* regū ſuorum & *adroſores, & deriſores.* Vrbane L. Seneca epiſt. XXXVII. *Satellius*, inquit, *Quadratus ſtultorum diuitum adroſor & quod ſequitur adriſor, & quod duobus his adiunctum eſt deriſor.* Aliquæ membranæ. Satellius haud dubiè rectè. Nomen illud Quadrato ex arte quam factitabat nempe tuburcinatoria. A ſatur *ſatullus* & *ſatullius* nomen fratri cibicidæ belle conueniens, quale & Plautinum Saturio in Perſa. Eodēq; nomine & Comœdia Plauti apud Feſtum in *Catilinam.* Sic & Saturius à *saturo* Sueton. Domit. c. XVII. Hoc inſuper quaſi mantiſa eſto. Videri & ordinem & quaſi gradus artis Paraſiticæ turbatos, & Lucij manum fuiſſe. *Satullius Quadratus, ſtultorum diuitum adriſor, & quod ſequitur adroſor*, &c. Nam hi tanquam gradus artis illius degulatoriæ. Adridere, adrodere, deridere. Adrident primùm diuiti, adriſio viam ſtruit ad menſam & adroſionem, ex adroſione deinde & ſaturitate deriſio. Sic ad epiſt. XV Paraſiti e-

A ſuriones Melitæi catelli: Saturiones autem canes Moloſſici. Sic autem & *deriſores* pro paraſitis & laudicœnis Plauti Captiu. Sc. I & Horatij at e.

BRVNDISIVM NVMICI MELIVS VIA DVCAT.

RESCRIBVNT Aduerſaria c. XXI lib. I. *Minuci*, & ratio illis quia in Numicio longatur penultimā. Sed nota res quantum in ſyllabis regnum Poëticum. Quid quod idem ſcopulus in Minucio qui in Numicio? Quid quod intereſt Numicus & Numicius? Nec leuis in Numicia via conſenſus librorum Flacci, Tullij, aliorum eſt. Mentio eiuſdem & apud Geographum lib. VI qui agens de itinerib. Roma Brundiſium ὁδοὶ, inquit, δύο δ' εἰσὶ μία μὲν ἡμιονικὴ διὰ πευκε-
B τίων, &c. Et mox ἡ δὲ ἡ Ἀππία λεγομένη, &c. Vetere interpretes Latini. *Sunt autem duæ viæ, vna qua muli ire poſſunt*, &c. Atque ipſi hanc penicilli ſui lineam eſſe fatentur ἡμιονική, nam fuiſſe ἡ μονικὴν. Sane mulariter illi ἡμιονικὴν ſiue mularem fecēre. Quaſi verò aliqua mulorum via publica vſquam ſit, fuerit, quæ non & equis & vehiculis pateat. Qui Strabonem nouiſſimi recenſuēre, quanquam copijs πολλογραφιῶν freti, tamen illud ἡμιονικὴ retinuēre, & Latinam illam, *quâ muli ire poſſunt.* At ego repono ecce, μία μὲν ἡ Νομικία. *Vna quidem Numicia*, &c.

ET VNGIT.

VNGI intellige vnctius & lautius viuere,
C non vt interpretati populariter, vnguento vngi largiore. Iunxit Horatius cultum & victum.

MIHI CONTENDERE NOLI.

SIC editiones Dionyſij Lambini ſed triuialiter: atticè & Horatianè libri alij & membranæ.

--- mea (contendere noli) Stultitiam patiuntur opes.

Hoc illud M. Æmilij Lepidi apud Salluſtium eſt, ex Demoſthene an Thucydide? *Secundæ res mirè ſunt vitijs obtentui.*

ARCTA TOGA.

ARCTA toga trifariam accipi poteſt. Senatoria, equeſtris, plebeia. Senatoria vt Suetonij Auguſto c. LXXIII *Togis neque reſtrictis neque*
D *fuſis*, &c. Equeſtris cui contraria *laxa* vt Tibulli equitis toga eleg. III lib. II.

Heu miſerum laxa quid iuuat ire toga. Plebeia arcta vt clientuli anteambulonis ſiue antipedis. Eiuſmodi togulæ, & togatuli ſæpe apud Martialem. Senatoria nunc Lollij.

LENIBVS IMPERIIS.

SIC *blandum imperium* Auſonij Procemio ad Gratianum A. Et apud D. Hilarium Arelatenſ. epiſc. oratione funebri S. Honorati.

ET INHVMANÆ SENIVM DEPONE CAMOENÆ.

SENIVM interpretati odium, tædium, moleſtiam: verius dixiſſent ſenectutis accelerationem ex contentione φιλομουσίας, & λογοφιλίας. Eleganter Apuleius Apologia I. *Continuatio literati laboris omnem gratiam corpore deterget,*

habitudinem tenuat, ſuccum exſorbet, colorem obliterat, A *vigorem debilitat.* Et Æneas Sophiſtes epiſt. XIX. Χαλεπὸν περὶ τοὺς λόγους φιλοπονεῖν, καὶ τὸ σῶμα καλὸν διασώζειν. *Difficilis cauſa eſt literarum ſtudijs pertinaciter deditum eſſe, & corporis decorem ac ſpeciem tueri.* Sic *pallor ſomnúsq;* ex Poëtica, Perſij Sat. I.

Inhumanam verò *Camœnam* dixit ſolitudinis adpetentem.

Solitudo ἀπάνθρωπος & humanitati contraria eſt. Eleganter Tullius de ſoliuago Metello epiſt. XV lib. I ad Attic. *Metellus non homo, ſed litus atque aër & ſolitudo mera.* Sapienter de αὐτάρκεις huiuſmodi & μονώταις (Peripatetici magiſtri verba audis) ſapienter inquam ille Lycei rex c. II lib. I de Republ. Aliquos eſſe μὴ δυναμένους κοινωνεῖν ſiue *non aptos ſocietati*, eóſque θηρία eſſe: aliquos μηδὲν δεομένους δι' αὐτάρκειαν, *non egentes ſocietate, quoniam ipſi ſufficientes ſibi, hos eſſe* θεούς. B

ACNE TE RETRAHAS.

CATVLLVS epigr. in Alfenum, ſiue Pompeium. *Idem nunc retrahis te,* &c.

VTROQ. POLLICE LAVDABIT.

IMPENSISSIME' laudabit, quemadmodũ *vtraque manu promittere,* impenſiſſimè promittere. Notaui ad ſpectacula Martialis epigr. XX.

ET SEMEL EMISSVM.

PRVDENS illud Menandri apud Stobæum Serm. CXXXIII.

οὔτ' ἐκ χερὸς μεθέντα καρτερὸν λίθον
ῥᾷον κατασχεῖν, οὔτ' ἀπὸ γλώσσης λόγον C
Neque ex manu miſſus lapis facilè poteſt,
Neque ſermo quem lingua edidit, retineri.

QVEM CVI COMMENDES.

TVLLIVS Philipp. XIII *Adfirmare de altero difficile eſt.* Homo enim ὀυ φαῦλον ζῷον, ἀλλ' εὐμετάβολον. *Animal non malum ſed mutabile.* Vt Plato ſiue quis alius eſt de mathematico Helicone ſcripſit olim ad Dionyſium.

ETIAM ATQVE ETIAM ADSPICE.

VT Macetum rex ille Xenocrati olim per epiſtolam iuſſit ἐπιμελέστερον ἐξετάζειν D οὓς συνίστησι. *Diligentius videre, quales commendaret* Plutarch. περὶ δυσωπίας.

NE MOX INCVTIANT.

VT incuſſere olim Xenocrati philoſopho de quo narratum Plutarchi libro eodem.

QVID TE TIBI REDDAT AMICVM.

QVID efficiat vt deſinas te odiſſe, tibi diſplicere.

ÆQVVM MI ANIMVM IPSE PARABO.

TVLLIVS III de Nat. Deor. *Iudicium hoc omnium mortalium eſt, fortunam à Deo petendam: à ſe ipſo ſumendam eſſe ſapientiam.*

XIX.

QVÆ SCRIBVNTVR AQVÆ POTORIBVS.

Y'δωρ δὲ πίνων, καλὸν οὐ τέκοις ἔπος. *Aquam bibens, pulchrum poema non parit.* Profert Suidas & partem eſſe ait epigrammatis quod ſcripſerat Aſclepiades, vt aliqui voluére: vt alij Theætetes. Sed contra ſententiam illam declamat Eubulus Athenæi lib. II.

VT MALE SANOS.

VT, tanquam. Peccant qui interpretati *poſtquam.* Mens eſt. Liber Poëtas vt inſanos adſcripſit, &c.

ADSCRIPSIT LIBER.

NOTAVI ad Odam XVII lib. II.

ENNIVS IPSE PATER.

PROPERT. eleg. II lib. III *Pater Ennius.* Gloſſæ, *Ennipater* Ἔννιος πατήρ. Puto fuiſſe. Ἔννιε πάτερ.

HOC SIMVL EDIXIT.

ANXIE' quæſitum Dionyſio Lambino, alijs, hactenus, quis Prætor ille Poëticus hoc qui edixerit, ſiue propoſuerit bibonium edictum, Cratinúſne an Liber pater, an vero Ennius pater. Sic itaq; in triuio illi, non de triuio inter- C pretes. Atqui haud dubiè Cratinus Prætor ille *maduſa.* Et tamen cauſa iuſta illis mentibus Horatianis dubitandi fuit. Nam verſuum traiectione librarij glaucomam eis obiecère. Quæ autem nunc eſt ſeries, eam librarij fecère: at Quinctus voluerat qui nunc decimus verſus eſt, quinctum eſſe, atq; ita diſponi,

---vt malè ſanos
Adſcripſit Liber Satyris Fauniſq; poëtas,
Hoc ſimul edixit, non ceſſauére Poëtæ
Nocturno certare mero, putere diurno.
Vina fere dulces oluerunt mane Camœnæ,
Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus.
Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma
Proſiluit dicenda. Forum putealq; Libonis
Mandabo ſiccis, adimam cantare ſeueris.

Hæc omnia inquit Flaccus poëtarum præcepta, hæ tam inluſtres biboniorum ſententiæ, profectę ex illius merobibi & multibibi Prætoris Cratini edicto. Nam poſt illa pergræcationes Poëticæ, & laudari cœptus Homerus vt vini bria, & Q. Ennius vt non poëtis magis quam potis adnumerandus, & factũ denergiũ illud cauſidicos ſiccos: Poëtas madidè madentes vino eſſe debere. Ipſiſſima Horatij hæc manus & mens, hanc lucem primus in his tenebris extuli ego, longè aliter quam obtrectatores & Palikani mei, qui fumum dare ſoliti ex magna oſtentatione fulgoris.

Non mirum autem huius Poëtici & Bibonij fori Prætorem Cratinum creatum à Flacco, nam bipedum vinoſiſſimus ille, atque ita probè pro-

beque

béq; onuſtam celocem agere ſolitus, vt lectuli ſui A pelles lanatas permeieret. Balbutiuit hoc Acro vt potuit, & tamen huic eius infantiæ librarij quoque de ſuo ſtribliginem adſperſêre. Sic enim habent. *Qui Cratinus tantæ vinolentiæ fuit vt ſolitus fuerit ſupra pelles recumberê, in quas comedere conſueuerunt.* Voluit Acro eſſe. *Qui Cratinus tantæ vinolentiæ fuit, vt ſolitus fuerit ſupra pelles recumbere, in quas immeiere conſueuerat.* Verè hoc Acro. Sic enim & Ariſtophanes Equitib. riſit Κρατίνου κῴδια. *Cratini pelles lanatas*, vbi Scholiaſtes ὡς ἐνουρητὴν, inquit, καὶ μέθυσον διαβάλλει τὸν κρατῖνον. *Vt ſubmeiulum, & ebriolum ſugillat Cratinum.* Et alia ibi, quorum longa hic adſcriptio.

QVID? SI QVIS VVLTV TORVO FERVS. B

RECTE' iam atque ordine deinceps omnia. Ineptias, inquit, Poetarum vide, non minus ridicolè Poeticam laudem ex bibacitate captantium, ac ſi *quis vultu toruo ferus*, &c.

BIBERENT EXANGVE CVMINVM.

VT diſcipuli Porcij Latronis. Sic enim Plinius c. XIV lib. XX. *Ferunt Porcij Latronis clari inter magiſtros dicendi, adſectatores* cumini potione, *ſimilitudinem coloris ſtudijs contracti imitatos.*

IMPENSIS COENARVM.

PROPRIA', impenſis cœnarum. Impenſa verbum coquinarium pro condimentis & ciborum lenocinio cum cibis quoque ipſis, Arnobius lib. VII. *Quid cum pulsibus Deo eſt, quid cum libis, quid diuerſis cum fratibus confectionis iure multiplices, atque impenſarum varietate conditis?* &c. Nihili verbum ibi *fratibus*. Itaque correxêre aliqui, *fracibus* vel *fratribus*, & dubitanter *fartibus*. At hoc C quidem adſcuetare oportuit. Similiter impenſæ nomen identidem apud M. Apicium vt c. II lib. IV. *Indes impenſam præſcriptam.* Item. *Atque ita impenſam ſupraſcriptam mittes.* His aliiſque locis *impenſa* nō vt arbitrati aliqui *fartura*, ſed omnia quibus condiuntur cibi. Hinc & illud codem, *tot trullas impenſæ adijcies.* Et, *Sic eam impenſam mittes.* Et c. IIX lib. IIX *Impenſa in leporem* pro condimento. Et c. IV lib. IX *ita vt coire impenſa poſſint.* Bene itaq; impenſa ſiue impenſas cœnatum dixit Quinctus Nec enim tam cibi quam impenſæ gumijs cœnam faciunt.

NOBILIVM SCRIPTORVM AVDITOR ET VLTOR. D

DEFINITIO Critici κατ' ἔπαινον. Criticus nobiles ſcriptores audit & vlciſcitur. Et quidem vlciſcitur multifariam. Vel cum poëtas plumbeos qui alienis ingenijs aurum ſurripiunt, plagij arguit, eorúmq; non tam συμπλώματα quam κλοπὰς quaſi corniculæ colores in riſum ac mimum vertit; vel cum ipſorum quoq; παροράματα obſeruat, vel cum mutes eis opicos defendit. Peccant qui *vltorem*, *laudatorem* accepêre: magis qui pro *vltore*, *actorem* repoſuêre: maxime qui ſic interpretati: Horatium neq; auditorem nobilium ſcriptorum recitātium eſſe velle, neque mutua eos ſuorum poëmatum recitatione vlciſci. Hoccine vt conueniens Horatianæ menti? citius aqua flamis.

GRAMMATICAS AMBIRE TRIBVS.

GRAMMATICI Romanâ Poëtis ambiti, ſiue Grammaticos ſibi conciliare Poëtæ ſoliti, quia nouorum Poëtarum Poetæ quaſi nutritij, vt Suetonij de inluſtrib. Grammat. c. XIX XXI XXIII.

XX.

ET SCIS IN BREVE TE COGI.

NON legitetum, Porphyrio: *Complicari & contrahi.* Dionyſ. Lambinus. Sed Quinctus noſter intelligi voluit. Cum lector iam tædulus eſſe incipit, ac ſatur lectione, tum in breue ſiue anguſtias cogeris, periculum ſcil. ἀποδοκιμασίας & ἀπώσεως. Nouitas tibi pro muro erit pauliſper, & ſaliuam mouebit lectori: ſatietas periculo erit. *In breue cogi* dixit vt Terent. Heauront. Act. IV Sc. II. *In anguſtum cogi.* Sic enim Syrus ibi.

Ita hac re in anguſtum oppido nunc mea coguntur copiæ.

COLLAGAM LEPIDVM QVO DVXIT LOLLIVS ANNO.

DVXIT M. Lollius ſibi collegam Q. Lepidum. Principio enim anni M. Lollius ſolus Cos. diu poſt tandem creatus quoq; cos. Q. Aimilius Lepidus, & quidem adiutus opinor à M. Lollio. Sic itaq; Lollius hunc ſibi collegam quaſi duxit & adſciuit. Narrauit rem Dio lib. LIV. Quanquam & turpiculus forte an latet ſenſus, vt anguis in herba quem ſatius non tangere.

Digitized by Google

AD Q. HORATII FLACCI
EPISTOLARVM LIBRVM II. QVOTIDIANA ET EMENDATÆ LECTIONES
Theodorij Marcilij.

CVM TOT SVSTINEAS.

AVGVSTO petenti vt rerum à ſe geſtarum ſcriptionem ſuſciperet, Flaccus hac epiſtola excuſat duplici argumento, rei Poëticæ difficultate, & imbecillitate virium ingenij ſui. Difficultatis autem illius occaſione data, excurrit in reprehenſionem populi Romani, male de re Poëtica iudicantis, & Poëtarum ipſorum peccata quoq; tangit. A

ET TANTA NEGOCIA SOLVS.

C. Suetonius in vita Q. Horatij proferens hunc locum legit, *& tanta pericula*. Sed verius illud, *& tanta negocia*. Nam pericula belli propria & armorum, negocia belli & pacis com- B
munia. Vult autem Flaccus vtráſq; Auguſti laudes, pacis belliq; attingere.

MORIBVS ORNES, LEGIBVS EMENDES.

RESPICIT, opinor, Conſulatum Auguſti ſextum, quo is *morum legumq; regimen perpetuum recepit*. Suetonius c. XXVII.

VRIT ENIM FVLGORE SVO.

FABIVS Declam. CCCXXIIX. *Res inter initia vrunt: at liuor mora ſoluitur.*

PRÆSENTI TIBI.

SERVIVS ad principium I Georg. Sueton. c. LIX & ſeq. Blanditur autem Cæſari ambiguitate nominis. *Præſenti*. Nam Dij *præſentes*. C

MATVROS LARGIMVR HONORES.

ETIAM *maturos* ambiguè, vel acceleratos, vel iam nunc tibi maturos & debitos. Tangit autem SCtum de honoribus Octauiani quod commemorat Dio lib. LI.

IVRANDASQ. ARAS.

CVR aram tenentes iurarent Theo Alexandrinus obſeruat in Arati Phænomena: Nēpe quod Dij omnes ſuper θυτήριον ſiue aram aduerſus Titanos coniurauerint, & quia ignem quaſi veritatis ſuæ teſtem ſibi faciant ita iurantes. Τῇ inquit; χειρὶ ἐφάπτονται, δεικνύντες εὐγνωμοσύνης μαρτύριον τὸ πῦρ. *Manu tangunt*, videlicet aram, *teſtem æquitatis ſuæ facientes ſibi ignem*, &c. Quod Theoni θυτήριον hoc in vetere ſphæra βωμὸς ſiue altar.

TVVM PER NOMEN.

VOLVIT Quinctus, *tuum per numen*. Auguſtus nempe Deus factus SC^to de quo dixi. Ergo & Deum Poëtæ vocant vt Maro Ecloga I & V Propert. eleg. III lib. III. Eleg. vlt. lib. IV Albinouanus conſolatione Liuiæ. *Numinis* verò in nomen mutatio etiam aliâs moleſta in Poëtis vt Tibulli eleg. V lib. II. *Roma tuum nomen.*--Meliùs. *Roma tuum numen*--Et in Suetonio vt Caij c. XXIV. *Per nomen Druſillæ deieceraunt*. Eſſe debuit. Per numen Druſillæ, &c. Nam de Druſillæ diuinatione ſiue ἀποθεώσει conſtat ex hiſtoria Dionis. Viceuerſa & *nominis* ſubinde mutatio in *numen*, vt Æneide IV--*Magnum & memorabile numen*, Voluit Maro eſſe--*Magnum & memorabile nomen*. Tu, inquit, Iuno, & puer tuus refertis egregiã laudem, ſpolia ampla, & nomen magnum ac memorabile. At numen quidem Cupidinis haud contemſiſſet, ſæpe vim eius experta. Accedit & Priſciani auctoritas. Nam c. IIX lib. XIIX. Ἐνεγκὼν, inquit, ὄνομα *Attici dicunt* pro ἔχων, deinde profert illud Æneidis IV.

Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla refertis
Tuq; puerq; tuus--Adſcripſerat haud dubiè Priſcianus quod hodie deeſt--*magnum & memorabile nomen*. Nam oſtendere voluit *nomen referre* dictum ibi eſſe vt Atticè ἐνεγκεῖν ὄνομα.

PONIMVS.

PONIMVS, Romani. Intelligi vult Romæ aras Auguſto fuiſſe, quod & P. Ouidius innuere velle videtur I Faſtor.

Cæſaris arma canant alij, nos Cæſaris aras.

Sed C. Suetonius Auguſti c. LII & Dio vllam Auguſto fuiſſe, negant. Immo enim vetitas Romæ fuiſſe aiunt, at permiſſas in prouincijs. Sic enim

Digitized by Google

enim Dio lib. LI τοῖς δὲ δὴ ξένοις, Ἕλληνας σφᾶς A ἐπικαλέσας ἑαυτῷ τινὰ τοῖς μὲν Ἀσιανοῖς ἐν Περγάμῳ, τοῖς δὲ Βιθυνοῖς ἐν Νικομηδείᾳ τεμενίσαι ἐπέτρεψε. *Exteris autem, Græcos eos nominans, aliqua ſibi ſacrare loca permiſit, Aſiaticis Pergami, Bithynis Nicomediæ.* Idemq; lib. LIV commemorat eum ara ei reduci quæ in curia ipſa poneretur Sc^to^ decreta eſſet, noluiſſe recipere. Hanc ego rem ſiue litem ſic iudicari poſſe opinor. Vetuiſſe Auguſtum ſibi aras poni, tamẽ vetari & impediri prorſus non potuiſſe quin fieret. Aras quidem priuatas ei fuiſſe teſtis Ouidius Ponti eleg. I lib. III eleg. V lib. I. Virgilius Ecloga I.---*Illius aram*, &c.

NIL ORITVRVM ALIAS NIL ORTVM TALE. B

SIGNANTER dixit *oriturum*, quaſi non naſcens homo ille ex homine, ſed tanquam ſidus inluceſcens, ſiue vt D. Auguſtinus loquitur c. III lib. VII De ciuit. Dei, tanquam Deus ſidereus.

QVAS BIS QVINQVE VIRI SANXERVNT.

XVIRI ſanxerunt, ex Græcia verò & alijs ciuitatibus II. viri eas Romam attulêre, non autem ob miſſi XVIRI vt exſtat Pomponius l. II §. Exactis. De orig. iuris.

FEDERA REGVM VEL GABIIS.

NON quidem cum Gabijs vt interpretes item alij: ſed fedus ictum Gabijs Tarquinio Superbo cum ciuibus captis. C Captis nempe Gabijs in vrbe ipſa cum ciuibus victis Tarquinius fedus ferijt. Narrat copioſe rem Dionyſius lib. IV. Hoc itaq; Flaccus nunc exprimere volens dixit *Gabijs*, duplex fedus recenſens vnum in vrbe ipſa Gabijs capta percuſſum: alterum vero quod cum T. Tatio Sabinorum rege inijt Romulus. De Gabino illo federe Feſtus. *Clypeum*, inquit, *antiqui ob rotunditatem, etiam corium bouis adpellarunt, in quo fedus Gabiorum cum Romanis fuerat deſcriptum*, &c. Scripſerat Feſtus, *in quo fedus Gabinorum.* Hinc illud marginale commentum in libris Feſti. *Sabinorum.* De Gabino illo federe Feſtum accipiendum liquet narratione Dionyſij lib. IV qui de illius federis clypeo ſic agit. Τούτων ἐστὶ τῶν ὁρκίων μνημεῖον ἐν Ῥώμῃ κείμενον ἐν ἱερῷ D Διὸς πιστίου, ὃν Ῥωμαῖοι Σάγκτον καλοῦσιν, ἀσπὶς ξυλίνη βύρσῃ βοείᾳ περίτονος, τοῦ σφαγιασθέντος ἐπὶ τῶν ὁρκίων τότε βοός, γράμμασιν ἀρχαϊκοῖς ἐπιγεγραμμένη τὰς γενομένας αὐτοῖς ὁμολογίας. *Atque huiuſce federis memoriale eſt Romæ dedicatum in templo Iouis Piſtij ſiue Fidij quem Romani Sancum vocitant. Nempe clypeus corio tectus bouis illius, quem ſacrificauêre cum fedus illud ſancirent, in eoque clypeo literis antiquis leges inſcriptæ illius federis.*

VEL CVM RIGIDIS ÆQVATA SABINIS.

ÆQVATA non tam ad Gabinum fedus refert, quàm ad Sabinum. Etenim propriè inter pares bello *æquum* fedus, inter victores victóſq; *iniquum*, inter eos qui nunquam hoſtes, *ſociale*, quemadmodum Menippus Antiochi legatus diſtinguit apud T. Liuium lib. XXXIV. Ex *æquo* federe amici, ex *iniquo* ſtipendiarij, ex *ſociali*, ſocij. Perinde itaq; eſt vt ſi dixiſſet Quinctus federa vel icta Gabijs: vel æquata cum Sabinis. Cũ T. quidem Tatio Sabinorum rege fedus æquũ Dionyſius ita commemorat lib. II. Βασιλέας μὲν εἶναι Ῥωμαίων Ῥωμύλον καὶ Τάτιον, ἰσοψήφους ὄντας, καὶ τιμὰς καρπουμένους τὰς ἴσας. *Vt reges Romanorum Romulus & Tatius ſient, paribus ſententiarum momentis: & honoribus æquis fruentes.* Paullo ſecius de æquo federe Proculus l. VII D. De captiu. Nempe federatum populum aut vectigalem eſſe aut liberum. Liberum aut æquo federe, aut iniquo eſſe. Sed iniquum fedus aliter accipit quam T. Liuij Menippus ille.

PONTIFICVM LIBROS.

HINC expreſſum illud Fabij c. II lib. IIX *Obſcuritas*, inquit, *fit etiam verbis ab vſu remotis, vt ſi commentarios quis pontificum & vetuſtiſſima federa, & exoletos ſcrutatus auctores.*

ANNOSA VOLVMINA VATVM.

VT Marciorum fratrum, Begoes nymphæ Attij Nauij, & Publij. De his Tullius lib. de Diuin. T. Liuius lib. XXV Seruius ad Æneid. V Macrobius Saturn. c. XVII lib. I. De Nauio & Porphyrio.

ALBANO MVSAS IN MONTE LOCVTAS.

VRIANE ac mimicè Muſas locat in monte Albano, tangens Albani ſermonis ruſticitatem, cui teſtis Maro qui vt notat Seruius in Eclog. VI. *Albanorum regum geſta* ſcribere exorſus *omiſit, nominum aſperitate deterritus.* Nec male Acro tangi à Quincto Numæ regis cum Egeria nympha colloquia in monte Albano. Egeriam autem de Muſis vnam fuiſſe Dionyſius notauit lib. II Plutarch. in Numa. Hæc meliora quàm in Aduerſarijs c. XXIV lib XXVI.

SI QVIA GRÆCORVM.

ADſſimili. Non vt Græcorum, inquit, ita & Latinorum ſcripta antiquiſſima etiam optima. Sed contra Quinctum hic Tullius venit. Nam is pro Licinio Poëta ſcripta eius laudans, *ea*, inquit, *ſic vide probari vt ad veterum ſcriptorum laudem peruenirent.* Sic & Prologo Plauti Caſinæ laudatur vinum vetus, & veteris Poëtæ fabula. Omnino quidem Horatius inuidet antiquis & obſtrigillandi cauſa næuos eorum videt, laudes præteruidet. Qualis item L. Seneca. quem aceto ſuo dextrè perfudit A. Gellius c. II lib. XII.

ANTIQVISSIMA SCRIPTA VEL OPTIMA.

NE hoc quidem ἀληθινῶς verum. Nec enim meliores Homero qui ante Homerum.

EXCLVDAT IVRGIA FINIS.

NON ſub vulgi hoc ſed Poëtæ perſona dictum.

EST VETVS.

HÆc iam ſub vulgi perſona definitio. A

DEMO VNVM, DEMO ETIAM VNVM.

M. Cicero in Lucullo, *Sorita dicuntur cum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur.* Notaui ad Perſij Sat. v.

ENNIVS ET SAPIENS.

ENNIVS Quincto noſtro *ſapiens, fortis*, alter *Homerus* ironiâ. Sapiens quia de triplici corde gloriatus. A. Gellius c. XVII lib. XVII Perſius Sat. VI. & ſapientiæ ſuæ laudi velitatus Annali XII apud A. Gellium c. IV lib. XII. Fortis quia militauit, Tullius pro Licinio Poëta, Tuſcul. I Claudianus Procemio III de laudib. Stilicon. Symmach. epiſt. XIV lib. I. Alter Homerus propter ſomnia illa de quib. dixi, ad Perſij Sat. VI. B

VT CRITICI DICVNT.

AVT Grammatici: aut critici illi quos Auguſtus inſtituit cenſores libris qui bibliotheca Palatina digni, qui indigni. In quo numero & Quinctus ipſe epiſt. XIX lib. I epiſt. II lib. II. Et in arte. Eiuſmodi & olim Ægypti rex Prolemæus ſuæ bibliothecæ inſtituerat criticos ſiue iudices, quemadmodum ex Galeni liquet libro aduerſus, contra Hippocratis aphoriſmos dicta.

LEVITER CVRARE.

NON curare vt Patrui Plautinæ Sc. VII. *Quanquam bene volumus leuiter lenonibus.* C

NÆVIVS.

RESCRIPSERE aliqui, *Nonius.* Sed quis fundus huic nouitati pertuſus. Elegâter autem ille. *Cùs rationis ratio non exſtat, ei rationi ratio non eſt credere.*

IN MANIBVS NON EST, ET MENTIBVS HERET.

SIMILI paragrammate in Arte ſua---*Quem vult manus & mens.* Et Valerius c. II lib. VII *Vt non ſolum manus, ſed etiam mentes puras habere vellemus.* Arnobius lib. III *Deuotas enim mentes, & manus protendimus ſupplices.*

In manibus verò id eſſe dicitur quod præſens eſt, ſiue adeſt. Cæſar II belli Gallici. *In manibus noſtris hoſtes.* Tullius in Bruto. *Sed ecce in manibus C. Gracchus.* Sic Atticè ἐν χερσί. Viceuerſa, *in manibus non eſt*, quod abeſt. Sic itaque D Næuius *non eſt in manibus*, non eſt huius ſæculi & iam libri eius rari inuentu: & tamen *heret mentibus*, tenetur memoriter vt recens, admiratione videlicet antiquitatis. Interpres ita Quinctus noſter ipſe ſibi cum ſequitur---*adeo ſanctum eſt vetus omne Poëma.*

SICVLI EPICHARMI.

SIGNANTER *Siculi*, cum aculeo in Plautum quaſi cuius *Siculæ nugæ*, & *Siculi logi*, & ματαιολογίαι, quas notat Donatus interpres Terentij. Sed vt iam præmonui fuſca Horatio mens in iudicio de antiquis.

VINCERE CÆCILIVS GRAVITATE.

VT apud Soſipatrum lib. II. Varro Terent. lib. V de Ling. Lat. Cæcilio tribuit τὰ πάθη.

TERENTIVS ARTE.

PROBERE hoc teſtimonium Quincti Donatus in Hecyrâ Act. I Sc. II Act. V Sc. II diſſerens laudem artis conuenire Terentio. Artem verò diſpoſitionem fabulæ eſſe & οἰκονομίαν.

LIVI SCRIPTORIS AB ÆVO.

NAM hic primus Romæ Poëta, Tullius initio I Tuſcul. De Senectute, in Bruto Fabius c. II lib. X A. Gellius c. XXI lib. XVII Valerius c. IV lib. II Diomedes c. IV lib. III Sueton. de inluſtr. Grammat. Seru. ad Æneidem X Donatus in Terent.

INTERDVM VVLGVS RECTVM VIDET.

B DISSERIT hoc vt omnia intelligenter philoſophiæ pater Ariſtoteles Politicis c. XI. lib. III. Διὸ κρίνουσιν ἄμεινον οἱ πολλοὶ καὶ τὰ τῆς Μουσικῆς ἔργα, καὶ τὰ τῶν ποιητῶν. &c. *Quocirca & vulgus iudicat melius de operibus Muſicis & Poëticis*, &c.

TOTVM DVCIT VENDITQ. POËMA.

INlaudata in pleriſq; libris lectio, *Totum laudat venditq; poëma.* Laudauere tamen eam aliqui, non peruidentes ſcil. quid *ducere & vendere.* Eſt autem vrbanè dictum, ducit venditq; quaſi nouitios mango, Fabius Declam. CCCXL. *Mango nouitium puerum per publica roſtra ducit prætextatum.* C Malè ſcriptum ibi, *per publica roſtra secis.* At potuere illas verbi ineptias pellere Fabio ipſo iuuante, Sequitur enim. *Si talem illum ad iudices perduxiſſem.* Soliti à mangonibus duci nouitiorum greges ornati ad pompam & ſpeciem, atque ita productos vendere. Sic itaq; nunc ducere ac vendere Poëma Quinctus dixit, ducere nempe ſiue producere in ſcænam, ædilibus autem vendere. Et arguté intelligi vult, duci ac vendi poëma vetus quaſi nouum, vt ſi veterator, duceretur venderetur pro nouitio, vnde locus redhibitoriæ l. XXXVII D. De ædil. ed.

SEV HONOREM ET PRÆMIA POSCI.

HONOREM vt Poëticas imagines in bibliotheca Palatina. Præmia in theatro, ab ædile aut Prætore emente fabulam. Dico D inferius. *Geſtit enim nummum in loculos demittere.*

RECTE NECNE PERAMBVLET ATTÆ FABVLA.

IOCVS ambiguus in pedes fabulæ vt oneratæ ſpondeis, & nomen Attæ de quo Feſtus.

CROCVM FLORESQ.

DE ſparſione theatrica dixi ad ſpectacula Martialis.

QVÆ GRAVIS ÆSOPVS.

FABIVS c. III lib. XI *Roſcius citatior, Æſopus grauior.* Malè interpres Terentij Donatus in prologum Hecyræ proferens hunc Quincti verſum, intellexit grauem anctoritate. Paret enim grauem. Æſopum Horatio nunc eſſe grauitate tragica, & actione acri ac vehementiſsime, *Nempe* de qua Tullius II de Orat. I de Diuin. IV Tuſcul.

DOCTVS

Doctvs Roscivs.

Doctvs arte geſtum agendi, Feſtus in *Roſcij* Plutarch. in Cic. Valerius c. vi lib. iix. Macrob. Saturn. c. xiv lib. iii.

Nisi qvod placvit, sibi.

QVæ imperitorum labes. Nihil probare, niſi quod ipſis placuit, ſiue quod rectò ipſi putent, vt Terentij Adelph. Act. i. Sc. ii & Aemilij Probi præfatione. D. Auguſtin. c. iii lib. xxi de ciuit. Dei. *Quod experti*, inquit, *non ſunt, nequaquam eſſe poſſe arbitrantur.*

Senes perdenda fateri.

QVemadmodvm & elegantiarum Arbiter Petronius *Quod quiſq; perperam diſcit, in ſenectute confiteri non vult.* In alteram partẽ Tullius i de finib. *Quæ pueri non didiciſſe turpe eſt, putant vſque ad Senectutem diſcenda*, &c.

Saliare Nvmæ carmen.

SAliaris carminis genus duplex. Vnum in Deos vniuerſos eaq; propriè axaméta: alterum in Deos ſingulos, eaq; carmina à ſuo ſibi Deo cuiq; nomen vt verſus Ianualij, Iunonij, Mineruij. Feſtus in *Axamenta, Axamenta dicebantur carmina Saliaria quæ à Salijs ſacerdotibus componebantur in vniuerſos homines. Nam in Deos ſingulos verſus facti*, &c. Malè adſcriptum ibi *homines*. Etenim accipiendum in *vniuerſos*, nempe Deos.

Saliares autem verſos, Saturnij. Seruius ad i Georg. hic infra *Numerus Saturnius.*

C Numæ autem Saliare carmen quia rex ille inſtituit ſollenne hoc carmen. Ouid. iii Faſtor. Fabius c. x lib. i. Et ἱεροπρεπῶς *Numa carmen ſaliare*, nam & alia Saliorum ſiue Saliaria carmina quæ ipſi poſt Salij compoſuêre. Feſtus loco prædicto.

Qvod mecvm ignorat.

FAbivs c. vi lib. i *Saliorum carmina vix ſacerdotibus ſuis intellecta*, &c.

Novitas invisa.

NOvitas noui poëmatis condicio quaſi noui hominis. Nã & hæc nouitas vt apud Saluſt. in Iugurtha. Tullij Philipp. ix Q. Fratris de petit. conſul. C. Taciti annali. xiv.

Nvnc tibicinibvs.

D **T**Ibicines tragœdis oppoſuit. Nam tibicines comœdias intelligi vult. Actitatæ videlicet comœdiæ ad tibias vt patet inſcriptionib. fabularum Terentij. Eaq; de re Diomedes c. iv lib. iii. Setu. ad Æneid. ix. Donatus Prolegom. Terentij.

Svb nvtrice pvella.

THeocritvs Idyll. xxiv.---παῖδα ὀψίγονον, γαλαθηνὸν ὑπὸ τροφῷ, &c.

Nominibvs certis.

COntra *incertis nominibus* l. i D. Ad Macedonian *Pecuniam incertis nominibus credere.*

A Certa nomina cum cauſa titulóſve expenſi adſcriptus eſt in tabellis: incerta cum adſcripta non eſt, quia turpis & cui latebra opus, qualia nomina Macedo faciebat. Duplex itaq; hoc iam genus nominum, certum & incertum. Addete tertium licet, *Falſum*. Falſa nomina cum expenſo titulus falſo adſcriptus. Poteſt & quartum fieri, nempe *Fallax*, vt cum adſcribitur cauſa generaliter nimis & indiſtinctè. Vt Ciceronis Verrina iii ſcribit C. Verres titulum expenſi. *Se pecuniam ſtipendio, frumento, legatu dediſſe.*

Maiores avdire.

B **R**Itvs Romanus dandi ſe in diſciplinam ſenib. & honoratis. Sic M. Antonius in diſciplinam Ciceroni ſe dedit Philipp. ii. Tullius ipſe M. Piſoni. Aſconius in Piſonianam. Et clamator ille qui quaſi Saluſtius contra Ciceronem L. A. Gellius c. xv lib ii. Plinius epiſt. xiv lib. iix. Valerius c. i lib. ii. Ouid. v Faſtor.

Patresq. sevrri.

VRbane' vocanit patres ſeueros in epolis poëtantes, & potantes & coronatos. De ritu in epulis poëtandi acta res ad Perſij Sat. i.

Tractant fabrilia fabri.

EVripides apud Plutarchum in Politicis Τέκτων γὰρ ὢν ἔπρασσες οὐ ξυλουργικά. *Faber auſus es tractare non fabrilia.*

Promittvnt medici.

TAngit medicorum gloriationes quales Plauti Menæhm. Sc. xv & ſeq. Vbi medicus--*Mea ego id promitto fide*. Et apud interpretem Terentij Hæcyræ Act. iii Sc. v *Medicus de iam mortuo dicit. Ego ſi illum curarem viueret.* Sic ἰατρῶν ἀλαζονείαν, *medicorum gloriam* Euphranor dixit.

Vivit siliqvis.

SIliqvis, faba, Iun. Columella c. x lib. ii. *Iſtam ſiliquam*, &c. Sic Sat. vi lib. ii Quincti deliciæ, faba. Atq; ita meliùs quam Aduerſarijs c. xxiv lib. xxvi.

Os pveri tenervm Poëta figvrat.

FAbivs, c. iii lib. xi. *Cum in quadam libri parte puerorum os formarem.*

Et invidiæ corrector.

MAle' adgreſſi mutare, *correptor.*

Spe finis opera ferentem.

SPe meſſis quietis, otij, Salluſtius orat. i de Repub. ordin. *Laborem ſpe otij ſuſtentant.*

Cvm sociis operum et pveris.

CVm familia ſiue ſeruis & liberis. Pueri pro liberis Atticè vt Oda xii lib. i. Seruius ad Æneid. ii.

Tellvram porco.

VOlvere, *porca*. Quid ita? Quia inquiũt, Tellus Dea eſt. Deabus vero conuenientes victimæ feminæ. Eſto. Sed & porcum ſequiore ſexu dicere Quinctus potuit. Nam & hanc pot-

cum dixête L. Peſtus in *Recto fronte*. A

SILVANVM LACTE PIABANT.

TIBVLLVS eleg. v lib. II.

Lacte madens illic ſuberat Pan ilicis vmbra. Idē Pan & Siluanus. Gloſſæ, *Siluanus*. πὰν, θεὸς ὑλαῖος Item πὰν ὁ δαίμων. *Incubus*, *Siluanus*. Lactis libatio Siluano meſſium ferijs. Porcus eidem piaculum futentis, vt Iooenal. Sat. VI. Vvarum ei primitiæ vindemialibos. Epodo II. Adore, larido, vino ei ſacrificium pro bubus, M. Cato c. XXCIII de re ruſt. Sic meliùs quam Aduerſar. c. XXIV lib. XXVI.

FLORIBVS ET VINO GENIVM.

EXPLICO ad Perſij Sat. II.

Flores veto nunc ſertos intellige qoemadmodum de Genio Tibullus eleg. IIX lib. I. B

Et capite & collo mollia ſerta gerat. Eleg. II. lib. II.

Cui decorent ſanctas florea ſerta comas. Vbi membranæ, *mollia ſerta*.

MEMOREM BREVIS ÆVI.

GENIVS menot breuis æui, qui genialiter viuere præcipit, & meminiſſe quam ſit vita breuis, nempe vt eius numini litemus dum vita ſuppetit. Sic ad Genij curationem hottantes ſoliti præcipere. *Memento quàm ſit ætas breuis*. Lucretios lib III--*Breuis eſt hic fructus homullis*. Plautus Phaſmate Sc. Meliùs. *Vita quàm ſit breuis, ſimul cogita*. Horat. ipſe Sat. VI lib. II: *Viue, memor quam ſis æui breuis* Trimalcio Petronianos.

Ergo viuamus dum licet eſſe benè. Loſit dilogia C Dum licet eſſe in vita, aot edere. Peccant qui mutauêre--*Dum licet, eſtq; benè*. Peecant & Horatiani loci interpretatione Adoerſaria c. XXIV lib. XXVI.

FESCENNINA LICENTIA.

VERSVS Saturnij fuêre & rhythmici. Seruius ad II Geotg.

VERSIBVS ALTERNIS.

CARMINE amœbæo quod propter ruſticum. Seruius ad Eclog. III.

LIBERTASQVE.

INTERPRETATVS Seruius ad II Geotg.

QVIN ETIAM LEX.

EXPLICO ad legem XII Tabulat. c. LXVI.

GRÆCIA CAPTA FERVM VICTOREM CEPIT.

SIMILI patagrammate & ὀξυμωρίᾳ. Plautus Captiois Sc. Quo illum.

Satin' ne me illi hodie ſceleſti capti, ceperunt dolo;

T. Liuius lib. XXXIV in concione M. Catonis Cos. *Ne illa magis res nos ceperint quàm nos illas*. L. Seneca c. XIV de vita beata. *Voluptates capta cepere*.

NVMERVS SATVRNIVS.

VERSVS Saturnij de quibus Varro VI de Ling. Lat. Aſconius in Verrinam II. Seru. ad I Georg. Terentian. lib. de metris. Seruius in Centimetro.

MANSERVNT VESTIGIA RVRIS.

A RVSTICITATIS Satutniorum verſuom veſtigia in tabulis triumphalibus. Fortunatianus lib. de mettis. Aut quod verius eſt, turis veſtigia in oculis Quincti noſtri, numeri Plauti aliorúmq; comicoru igoaui. Sic enim poſt paullo ipſe--*Adſpice Plautus*, --&c.

ET POST PVNICA BELLA.

SED ante Punicum bellum tertiom Romæ attem Muſicam viguiſſe notar A. Gellius c. XXI lib. VII.

SOPHOCLES ET THESPIS ET ÆSCHVLVS.

APTE` conuenientérq; hos iunxit. Nam Theſpis tragœdiæ iouentor, Æſchylus expolitor, Sophocles deinde ſummus tragœdiæ artifex ſiue τραγικώτατος. Flaccus ipſe teſtis in Arte. Præterea ptimam dramatis perſonam Theſpis inuenit, alteram Æſchylus, tertiam Sophocles. Sic tres illi Poëtæ tribus perſonis tragœdiam expleuêre. Laërtius in Platone. B

ADSPICE PLAVTVS.

DRAMATICOS Latinos non ſat eſſe limatos exemplis docet Plauti & Doſſenni, quorum neuter ſat in perſooarum decoro accuratus. Plautum peccare in adoleſcentulorum amantium, lenum, lenonum perſonis. Etenim multæ apod eum μωρολογίαι vt loqoitur interpres Terentij, multa inania: Doſſennom eſſe nimium in exprimenda Paraſitorū edacitate, nempe com faſtidio ſpectantis & tædio. In qoo ſi quis cenſuram & notam Quincti noſtri iuſtam tueri velit, ne ego pignus cum eo deponere non auſim. C

QVAM NON ADSTRICTO.

QVAM negligente & diſcincto ſtilo comico, vt contra Auſonius in Protreptico ad nepotem Flacei verba effingens, de Tetentio.--*Et adſtricto percurres pulpita ſocco*.

GESTIT ENIM NVMMVM IN LOCVLOS DEMITTERE.

ATTIVS apud Diomedem c. IV lib. III *Datum ineſt aurum? exſultat planipes*. Accipe de numis & auro ædilium aut Prætorum ad ludos ſuos ementium à Poëtis fabulas. Ouid. Triſtium --*Pœna eſt lucroſa Poëtis*.

Tantaq; non paruo crimina Prætor emit:

D L. Donatus io vita P. Terentij.

POST HOC SECVRVS.

CONTENTVS vendidiſſe fabolam, non curat ſtet in ſcæna an cadat. Curam illam hiſtrioni relinquit. Hiſtriones arte geſtum agendi, & lenocinijs ſuis, etiam peſſimas fabularum plauſibiles faciebant. Eaq; in re admodum ſolliciti illi. Poëta ſecurè & in vtramq; aurem dormiente. Videre licet prologo Hecyræ. Hinc Fabius c. III lib. II *Viliſſimus*, ioquit, *etiam Poëtis ſcænici actores impetrant aures, vt quibus nullus eſt in bibliotheca locus, ſit etiam frequens in theatro*.

CADAT AN STET FABVLA.

STARE *fabula dicitur cum placet*. Donatus in Prolog. Hecyræ. Cadit cum diſplicet. Ariſtoteles lib. de Poëtica ἐκπίπτειν τὰς τραγῳδίας. *Excidere*

cidere tragœdias.

RECTO TALO.

EGI ad Perſium Sat. v.

SI ME PALMA NEGATA MACRVM.

NON diſſimiliter Dio Chryſoſtomus orat. de regno IV.

SI DISCORDET.

POST ſeparationem equitis & plebis factam lege Roſcia, crebræ inter plebem & equitem ſeditiones theatricæ, vt Sat. x lib. I.

MEDIA INTER CARMINA POSCVNT.

EGI ad ſpectacula Martialis epigr. xx.

AD INCERTOS OCVLOS.

INCERTI oculi, quia mobiles ac vagi, & co- B gitationem distrahentes. Quocirca & *pruden-tiores qui cæci nati quàm qui muti & ſurdi.* Ariſtoteles c. I lib. De ſenſu & ſenſili. Alia in hunc locum in Aduerſarijs c. xxv lib. xxvI ſed alia.

GAVDIA VANA.

DE qua Tullius vanitate, epiſt. I lib. vII ad Marium.

AVLÆA PREMVNTVR.

AVLÆA *premi* dixit vt Iuuenal. Sat. vI *Au-laa recondita ceſſare*, intelligẽs ceſſare hiſtriones. Sic enim & Quinctus noſter nunc, *Aulæa premi* ſiue recondi, pro hiſtriones pauſam facere. Sic meliùs quàm Aduerſarijs c. xxv lib. xxvI.

EQVITVM TVRMÆ.

CICERO epiſt. eadem ad Marium.

CAPTIVVM EBVR.

CAPTARVM vrbium ac gentium ſimolacra ex ebore, vt in triumpho Cæſaris apud Fabium c. III lib. vI.

CAPTIVA CORINTHVS.

SIGNA & vaſa Corinthia, ſiue ex ære Corinthio.

SIVE ELEPHAS ALBVS.

QVI rarus inuentu, itaque magnæ in ſpectaculis admirationi, non Romanis tantũ ſed Indis quoque ipſis, vbi elephantorum patria. Ælianus de animalib. c. xLvI lib. III. Regib. nempe Indorum ipſis deliciæ elephanti albi. Etiam belli, regibus eis præmium albus elephas, vt in hiſtoria Sinarum.

MIMO SPECTACVLA PLVRA.

PANTOMIMO. Nã huius *multifaria imitatio*, vt loquitur Aurel. Caſſiodorus epiſt. II lib. IV. Vt & *ſaturum* eius *geſtum* Manilius lib. v quia omni geſtuum genere quaſi expletus & ſatur pantomimi geſtus. Elegans Maniliana illa pantomimi deſcriptio.

Externus tamen aptus erit nunc voce poëtis,
Nunc ſaturo geſtu, referétq; adfatibus ora.
Et ſua dicendo faciet, ſolúſq; per omnes
Ibit perſonas, & turbam reddet in vno, &c.

Malè ibi *Externus* pro, *externus*. Pantomimus operam dabit Poëtis exterius nempe ad populum in Scæna. Poëta quaſi intus canit: Pantomimus exterius. Hunc pluratiuum ſiue ſaturum Panto- A mimi geſtum eleganter pingit quoque Tatianus orat. pro barbaris. Tertyllian. c. x De ſpectac. Zoſimus hiſtoriæ nouæ lib. I. Aurel. Caſſiodor. loco prædicto.

Nimio riſu digni qui dubitauêre anne melior in pleriſque libris lectio---*nimio ſpectacula riſu.*

LANA TARENTINO, &c.

MELIÙS, *lana Tarentino*, &c. Egi ad Perſij Sat. I.

Et cur *Tarentino colore*, egi ad Perſij Sat. II.

PER EXTENTVM FVNEM IRE.

L. Seneca epiſt. xxcvI. *Ambulare per funem.* Et c. xIII lib. de ira. *Per intentos funes ire.* Ioann. Caſſianus c. Ix Collat. xxIII. *Per extentas ſublime lineas, ſuſpenſo ferri inceſſu.*

MEVM QVI PECTVS INANITER ANGIT.

PECTVS *inaniter angere*, & *falſis terroribus implere* & ad magum & ad funerepũ referri poteſt. Nam etiam funerepi ſpectaculum delectat ſimul & angit, ac timere cogit. Apuleius Florida I. *Si funerepus, timueris.*

ET MODO ME THEBIS.

FACIT vt eo ipſo verſari loco mihi videar, vbi ſcænam ſuam ipſe fingit. Scænam poetæ variè ponunt vt Prolog. Amphitr. Captiu. Et Menæhm. Apuleius Florida IV. *Vt Poëta varias ſolent in theatro ciuitates ſubſtituere.*

MVLTA QVIDEM.

C SVSPENSVM ex illo. *Sed tamen eſt operæpretium, &c.*

TENVI DEDVCTA POEMATA FILO.

SERVIVS ad Eclog. vI. Macrob. Saturn. c. IV lib. vI. Sic Propert. eleg. I. lib. III. *Carmen tenuare.*

QVALES ÆDITVOS VIRTVS HABEAT.

VIRTVS Auguſti tãquam Dea, Huius Deæ templum memoria, Æditui ſiue cuſtodes templi, Poetæ laudes huic Deæ canentes quaſi examenta & hymnos.

GRATVS ALEXANDRO.

ACCIPIENDVM [illegible]. Gratus quidem Alexandro Chœrilus: ſed quia poriores non habuit, vt res eſt, vt autem Flaccus D videri vult, quia de Poetarum ingenijs exiſtimare non potuit.

ILLE CHOERILVS.

SIGNANTER, *ille*. Nempe, ineptiſſimus Poetarum, vt & in arte---*Chœrilus ille.*

Quem bis terq; bonum, cum riſu miror---Et Ariſtoteles Topicis c. II lib. IIx Chœrilum vt peſſimum oppoſuit Homero vt optimo. Atque ſic Acro & Porphyrio in Artem Horatij.

Cauſa non fuit Aduerſarijs c. Ix lib. xIx hac in re diſputandi, & in Horatium velitandi, quaſi qui Chœrilo iniquior ſit. Nam Chœrilum poetam vt Eumolpum Petronianum fuiſſe, *non humilimi ſpiritus.* Atqui ſcire operæpretium, Chœrilum

illum de quo dixi ablegmen Poëticum fuiſſe: alios autem quoque Chœrilos alijs quam Alexandri temporibus extitiſſe Poëtas non malos, vt illum de quo Ioſephus contra Appionem lib. 1. Et Euſebius Præparat. Euangel. c. 1 lib. ix. Et ille de quo Athenæus lib. iix. Et Suidas in χοιρίλος. Et alius Spartiates Poeta Chœrillus qui perpetuus Lyſandri comes, Plutarchus in Lyſandro. Alius & Chœrillus tragicus Poeta de quo Suidas. Et notemus perfuſoriè licet, differre nomen Chœrilli vt Plutarchi & Suidæ locis prædictis, à nomine Chœrili quo nunc vſus Horatius & in arte. Item alij locis prædictis. Suidas quidem apertè ſeparat. A

VERSIBVS RETVLIT ACCEPTOS PHILIPPOS. B

CVIVSMODI & Athenienſium liberalitas in huic Chœrillo pæne cognomine Poetam alium antiquiorem Chœrillum Epicum, qui Athenienſium de Xerxe victoriam deſcripſerat, ἐφ' οὗ ποιήματος, inquit Suidas, κατ' στίχον στατῆρα χρυσοῦν ἔλαβε, &c. *in verſu ſingulos ſtaterem aureum accepit*. Videtur Alexander hanc illius Reipubl. liberalitatem in Chœrilo ſuo imitari voluiſſe.

LABEMQ. REMITTVNT.

REMITTERE pro emittere. Iun. Columella c. xx lib. xii. *Nam in tellura ærugine remittunt ahenea*, videlicet, vaſa. Et c. vi lib. 1. *Lapillos & glebulas per tritturam ferè terrena remittit area*. Sic *remiſcere* pro commiſcere, in arte Poet. vbi hac de re Acro. C

FERE SCRIPTORES.

PRo. Sic fere ſcriptores, quemadmodum epiſt. ſeq. *vt alter* pro *ſic vt alter*. Et in arte, *Adſentatores iubet*, &c. pro *Sic adſentatores iubet*, &c. Catullus Epithal. Pelei *Troiugenum infeſto*, pro, *Sic Troiugenum*, &c.

IDEM REX ILLE.

Προλήψις. Atqui de alijs artibus rex ille non malè exiſtimauit: ſane, inquit, ſed Boeotico in Poeſi ingenio fuit Demus hoc Quincto. Sed ille rex magnus, qui, quantus æſtimator Poetarum fuerit argumento ipſe ſibi admiratione Homeri tanta, quantam omnes ſciunt.

PRODIGVS EMIT.

ATQVI benè Ariſtoteles c. 1 lib. iv ad Nicomach. reges nunquam eſſe ἀσώτους ſiue *prodigos*. D

AVT ALIVS LYSIPPO.

PRÆTERMISIT Pyrgotelem ſcalpendi artificem qui & ipſe comprehenſus edicto illo vt rectè Plinius c. xxxvii lib. vii & Sophiſtices Latinæ delicium Apuleius Florida 1. Prætermiſere tamen & alij, vt Cicero epiſt. xii lib. v ad famil. Valerius c. xi lib. iix. Plinius c. xxxvii lib. vii. Plutarchus lib. de fortuna Alexandri, Himerius Sophiſtes proœmio ad Ampelium. παρέργα vero & illud Apulei pro Lyſippo ſubijcientis Polycletum.

DVCERET ÆRA.

A CORRVPÊRE qui correxêre---*cuderet æra*. Rectè Plinius & Apuleius quemadmodum & Flaccus nunc vſi ea in re verbo ducendi.

FORTIS ALEXANDRI VVLTVM SIMVLANTIA.

SIGNANTER dictum, *fortis*. Nam Lyſippus effingere ſcius Alexandri τὸ ἀρρενωπὸν καὶ λεοντῶδες, *maſculum obtutum & leoninum*. Et ſolitus συνεκφέρειν τῇ μορφῇ τὴν ἀρετὴν, *cum forma dignitate virtutem exprimere*, vnà. Plutarchus lib. ii de fortuna & virtute Alexandri. Hinc & Lyſippi *animoſa ſigna*. Propertij eleg. vii lib. iii quod ne rectè interpretati alij.

BOEOTVM IN CRASSO.

B OLEVM in auriculas Auguſti. Ingenium Alexandri præ illo Auguſti Boeoticū eſſe.

AT NEQVE.

DISSIMILE oppoſitum illi quod anteceſſit---*ſcriptores carmine fœdo Splendida facta linunt*.

CLAVSTRAQ. COHIBENTIA IANVM.

ACTA res ad Odam xv lib. iv. Bene autem Ouidius 1 Faſtor. clauſum ibi Ianū ipſum à ſe ipſo. Naſonis verſum ſic lege.

Pace fores obdo ne qua diſcedere poſſim. Hac de re Seruius ad Æneid. 1 Expreſſit vero hinc illud Paullus Oroſius c. xxi lib. vi *belli portas clauſtro cohiberi*.

C CVSTODEM PACIS.

IANVM Patulcium & Cluſium Ouid. 1 Faſtor. Plutarch. de fortuna Roman. Macrobius Saturnalib. c. ix lib. 1.

SEDVLITAS.

VINICIVS Rhetor apud M. Senecā Controuerſ. v lib. vii *Nihil eſt inamabilius quàm diligens ſtultitia*.

DISCIT ENIM CITIVS.

TVLLIVS 1 de Orat. *Nihil eſt tam inſigne, nec tam ad diuturnitatem memoriæ ſtabile, quàm id in quo aliquid offenderis*.

Epiſtola II.

D TALOS A VERTICE PVLCHER AD IMOS.

PLAVTVS Epidico

Vſq; ab vnguiculo ad capillum ſummum eſt feſtiuiſſima.

Sic Plutarchus lib. de virtute Alex. ἐξ ἄκρας κεφαλῆς ἄχρι ποδῶν. *A ſummo vertice vſque ad pedes*. Contra D. Ambroſius ii de offic. *A veſtigio pedis vſque ad verticem*.

AD NVTVS APTVS HERILES.

TVLLIVS Paradoxo v. *Nutum locupletis orbi ſenis obſeruare*. Epictetus Arriani c. xxvi lib. iii πρὸς τοῦ κυρίου νεῦμα καὶ κίνημα ζῶντες *Ad domini nutum ac motum viuentes*.

ARGIL.

ARGILLA QVIVIS IMITABERIS VDA.

EGi ad Perſij Sat. v.

QVINETIAM CANET INDOCTVM SED DVLCE BIBENTI.

PRiscarvm deliciarum ritus habere vernas etiam pocula non ſine cantico miniſtrantes, vt in tricœnio Trimalcionis Petroniani Encolpius. *Puerum*, inquit, *popoſci, paraſitiſimus puer non minus me acido cantico excepit.* Summarum, ioquies, deliciarum hoc. Sed paſſæ Romanorom opes ſtultitiam illam. Trimalcionis quidem illius familia tota in triclinio cantatrix, *vt pantomimorum*, inquit Petronius, *non patrisfamiliæ triclinium crederes.* .

VBI PLENIVS ÆQVO LAVDAT.

MOs vetus qui hodieq; laudandi merces. Lucilius apud A. Gellium c. xiv lib. III.

Quidni? & ſcuta quidem vt vendas ſcrutaria' laudat

Præfractam ſtrigilem, ſoleam improbu' dimidiatam.

Sic ergo & mango laudare ſolitus venales. Sed laudati venalis à venalitio ſiue mangone poteſt bifariam, ſiue duplex eiuſmodi laudatio eſt. Nuda vna & ſine ſtipulatione, altera cum ſtipulatione. Nuda vt ſi more faciendi mercatorio dixerit mango, ſeruum frugi, probum, dicto audientem eſſe: cum ſtipulatione, vt ſi promiſerit conſtantem, aut laborioſum, vt vigilacem, aut peculij accumulatorem eſſe. Prior laus illa tralatitia eſt: poſterior huius, aut illius ſerui eſt peculiaris & propria. Ex poſteriore itaq; locus actioni redhibitoriæ, ex priore non item. Sic capienda lex xix & l. xix. Vtraq; principio D. De ædil. ed.

Alia diuiſio eſt l. xxxvii. D. De dolo. Nuda ſiue abſq; ſtipulatione venalium laudatio eſt duplex. Nam aut more mercatorio, aut decipiendi cauſa laudauit. Priore modo neque redhibitoriæ, neque de dolo actioni locus eſt: altero autem redhibitoriæ non eſt locus ſed de dolo. Hoc intelligi lex vult cum ait, *non naſci aduerſus dictum promiſſumve actionem ſed de dolo malo.* Quid ita? Quia ſtipulatio nulla ibi. *Dictum promiſſumve* diſtinguit l. xix §. 1. D. De ædil. ed.

Taogit hanc venalium laudationem Romanicam Indus ille apud Philoſtratum Apollonij lib. III. Τοῦτο δὲ καὶ τοὺς τῶν ἀνδραπόδων καπήλους ἀκούω ἐκεῖ πράττειν. Εἰ γὰρ ἀφίκοιντο κατάγοντες ὑμῖν ἀνδράποδα καρικὰ, καὶ ἤθος αὐτῶν ἑρμηνεύοιεν ὑμῖν, ἔπαινον ποιοῦνται τῶν ἀνδραπόδων, τὸ μὴ κλέπτειν αὐτά. *Hoc & mangones ibi facere audio. Nam ſi aduenerint ducentes vobis mancipia ex Caria, & mores vobis eorum explicent, ſic eos laudare inſtituunt, fures non eſſe,* &c.

VENALES MERCES.

PRopriè dixit, *venales.* Serui enim quos venalitius ſiue maogo ducit, ij propriè *venales* Fabius c. II lib. IIX. Itaq; L. Seneca c. XIII de benefic. iunxit *mangonem & venalem.* Et A Suetonius lib. de claris rhetoribus, *venalitios ſiue mangones, & gregem* venalium.

Sed merces Quinctus dixit populariter. Nam ex iuris quidem auctorum formula ſerui mercis adpellatione non veniunt l. CCVII De verb. ſignific.

RES VRGET ME NVLLA.

PErgit Horatianus mango laudare veoalem ſuum, & diſſimulat ſibi vendito eſſe opus. Capot hoc mangonij vnum. Eadémq; & emtorum ars, diſſimulare ſibi empro eſſe opus vt Plauti Perſa Sc. Setin'

SEMEL HIC PECCAVIT.

ΑΝδράποδόν τις ὠνούμενος εἴ ποτε ἀπέδρα σκοπεῖ. *Emturus mancipium, ſcrutatur anne aliquando fugerit* Dio Chryſoſt. orat. Rhodiaca. Nec B enim ſoliti velle emere fugitiuos, & ædilitio edicto vetiti mangones diſſimulare ſi fugitiuus ſeruus eſt l. 1. §. 1. D. De ædil. ed. Vulpio itaq; hic mango aperit quidem poeri vitium hoc ſed ita vt opetiat & velet.

ET VT FIT LATVIT.

PEccavit ſemel neſcio quid, & lora metuens latuit. Qui metuens latuit ſeruus, aut latuit vt fugeret, atq; ita fugitiuus eſt, aut latuie tantum vt iram domini declinaret, hic fugitiuus non eſt l. XVII. §. IV D. Eod. Cautus catus venalicius hic poſterioris modi videri vult fugam eſſe quam hic puer fugit, quanquam re ac veritate prioris modi eſſet. Itaq; ſequitur, *Prudens emiſſi vitioſum,* &c. *Semel* autem dixit mango hic ſignaoter. Nam *ſemel eſt, vicinum ad panè nunquam.* Aſco- C nius in II Verrin.

METVENS HABENÆ PENDENTIS IN SCALIS.

SCalis adpenſa lora vt in promptu eſſent cum cædendi ſerui pendentes in ſcalis. Sic Plauti Trucul. Sc. XIV. *Regitans ego vos verberans pendentes ſimul.* Et Amphitruone Sc. 1.

Noctem item vnam verberatus quam pependi perpetem. Moſtell. Sc. vlt. *Verberibus cadere lutum pendens,* &c. Terent. Eonucho. *Tu iam pendebis,* &c. Eiuſmodi, & κλίμαξ Ranis Ariſtophanis. Ἐν κλίμακι δήσας, κρεμάσας, &c. *Reuinciens ſcaliſq; pendentem,* &c. Defioit κλίμακα Suidas, ὄργανον βασανιστικόν, &c. *Inſtrumentum tortorum,* &c. Cum autem ait Quinctus, *metuens habenæ,* ſatis arguie non vincula intelligi velle vt eſt Aduerſarijs c. IIX lib. XXI. ſed lora. Nam hæc quidem metuenda D ſeruis maximè. Quia quemadmodum Plautus iocatur Aſinariæ Sc. I Hi--*viuos homines mortui incurſant boues.*

DES NVMMOS.

POeta hoc iam ipſe loquitur, noo quemadmodum cenſent, mango.

EXCEPTA NIHIL SI TE FVGA LÆDAT.

TAnta, inquit Horatius, poeti laudatio, tibi ſaliuam mouerit, vt emere & nomerate velis, ſi noo deterreare illa, quod fugitiuos eſt, exceptione. Venalitij excipere ſoliti aliqua man-

cipiorum vitia, ne poſt emtori actio eſſet redhi- A
bitoria. Tullius 1 De officijs. *In mancipio vendendo ea vitia dicenda ſunt, quæ niſi dixeris redhibeatur mancipium iure ciuili*, &c. Itaq; *in lege* venditionis *alij plura, alij pauciora excipiunt*. Varro c. 11 lib. 11 de re ruſtica. Sic ædiles edicto ſuo cauere l. 1 §. 1 D. De ædil. ed.

POENÆ SECVRVS.

NON curans actionem redhibitoriam, quæ ceu pœna eſt, mangoni qui ementem non fecit certiorem de mancipij vitio.

PRVDENS EMISTI VITIOSVM.

ERGO neq; locus redhibitoriæ. Nam datur emtori neſcienti ſeruom fugitiuum, aut alio modo vitioſum l. 1. C. De ædil. act.

DICTA TIBI EST LEX.

B DICTA tibi eſt lex à Venalicio ſiue venaliciario. *Lex* nempe, *mancipij* vt eſt apud Ciceronem 1 de Orat. Accepiſti legem ſiue condicionem quam tibi mango dixit, tulit.

DIXI ME PIGRVM.

COMPARATIONEM facit L. Floti cum emtore, ſui autem ipſios eom mangone, & cũ mancipio. Ego, inquit, tibi *me dixi pigrum*, ſiue pigritiam meam quaſi vitium ſerui tibi indicaui, ergo eam accuſare non potes, & quaſi redhibitoria experiri: tamen inſequeris, & quaſi redhibitoria certare vis.

C TALIBVS OFFICIIS PROPE MANCVM.

VT Iuuenal. de ſeipſo Sat. III.

---Atq; ideo nulli comes exeo, tanquam
Mancus, & exſtinctæ corpus non vtile dextræ.

Mancus autem quoq; ſeruus vitioſus eſt. Ergo & hic locus redhibitoriæ, niſi exceptum eſt. Cui digitus abeſt, is morboſus eſt l. x D. De ædil. edicto, magis ergo cui manus abeſt, aut etiam cui imbecilla neque vtilis l. XII D. eod.

EXSPECTATA CARMINA.

ODAS vt infra

I nunc & verſus tecum meditare canoros.

LVCVLLI MILES.

SIC de Antigoni regis milite Plutarchus in Pelopida. Miles hic ſtrenuus quãdiu valetudinarius, regis antè libertatecuraq; refectus, ignauiorem ipſam potuit facere ignaoiã. Mitanti regi D
cauſamq; roganti ὦ βασιλεῦ, inquit, σύ με πεποίηκας ἀτολμότερον, ἀπαλλάξας ἐκείνων τῶν κακῶν δι' ἃ τοῦ ζῆν ὠλιγώρουν. *Tute me ô rex ignauiorem feciſti liberans me ijs malis, propter quæ vilis mihi vita erat.*

COLLECTA VIATICA PERDIDERAT.

VIATICVM militare vt Suetonij Iulio c. LXIIX. Vt autẽ hæ tales & id genus aliæ militarium viaticorum iacturæ cauerentur, receptus ille militaris ritus viatica omnium ad ſigna in caſtris deponendi, de quo ritu Vegetius c. xx lib. 11 Suetonius Domitiani c. VII. D. Ignatius epiſtola ad Polycarpum has pecunias τὰ δεπόσιτα vocat.

IAIVNIS DENTIBVS ACER.

LVPI dentib. validi. Ipſe Sat. 1. lib. II.

A DONIS ORNATVR HONESTIS.

DONA illa *honeſta*, vt corona muralis, ſiue vt Dionys. vocauit lib. XI ςέφανος πολιορκητικός, de qua A. Gellius c. VI lib. V. Zonaras annali 11. Qood autẽ Zonaræ loco illo ſequitur poſt mentionem muralis coronæ factã, id de caſtrenſi accipiendũ corona. Neq; rectè aliorſum trahit Carolus Sigonius c. x lib. 11 De antiquo iure prouinc. Et vero etiam interptes Zonaræ.

ςέφανος πολιορκητικός, libet enim hoc quaſi παρεκβάλλειν pauliſper, nomen eſt commune *obſidionalis* & *muralis* coronæ. Non habent Græci quo dicant muralẽ propriè. Ergo & Ammianus Marcellinus Græcus homo, tinnitu gentis ſuæ *obſidionales coronas* pro *muralibus* dixit lib. XXIV. Hic tam
B neotericus helleniſmus non peruiſus admirationem expreſſit pleriſq;.

POST HÆC ILLE CATVS.

ACCEPERS interpretes tanquã à milite dicta, ſed ſunt Poëtæ, militis huiuſce vulpionis reſponſo quaſi præcinentis. Acceptis, inqoit, donis & iam ditatus perurbanè vulpio ille, quãuis non in vrbe ſed ruri natus, reſpondit Prætori. *Ibit, ibit eo quo vis*, &c. Milites plerũmq; ex agris.

ROMÆ NVTRIRI.

SAT. VI lib. 1.

ATQ. INTER SILVAS ACADEMI.

EVPOLIS apud Laërtium Platone.

C *Ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ,*
Vmbraculorum in ſpatijs Academi Dei.

TVLIT ÆSTVS IN ARMA.

ODA VII lib. II.

RVDAM.

PÆNE *tironem*. Tribunus quidem militum illis caſtris Quinctus vt Sat. VI lib. 1 ſed tamen pæne adhuc tiro, vt Tullij VI de Republ. P. Scipio tribunus, *pæne miles*.

SED QVOD NON DESIT HABENTEM.

QVÒD ſiue quoad ſiue quantum ſatis eſt, videtur innuere velle redditum ſibi ab Octauiano patrimonium, atq; ita intellexiſſe Sidonius Panegyrico Maioriani.

Et tibi Flacce acies Bruti Caſſiq; ſecuto
Carminis eſt auctor qui ſuit & veniæ.

QVÆ POTERVNT SATIS EXPVRGARE CICVTÆ.

D PAVPERTAS me poëtam fecit, at ſi exuta iam paupertate poëtari pergam, amens ſim. Qui paupertatem fugiens verſus facit, eſt χρηματιςὴς atq; induſtrius, qui non aliter facit verſus, quàm vt ingenium ſuum Poeticũ faciat, ſiue quia Poetico furore, œſtróq; percitus eſt, adſidet inſano σωφρόνως τῇ μανίᾳ ἐκεινοσί. Qualis Petronij Eumolpus, quales & ipſe Poetas Quinctus in arte ſua pingit pleróſq;.

Corrigunt autem aliqui *ſicuia*. Sed non nanci reſcriptio illa. Neq; ſat rectè interpretati Aduerſarijs c. IIX lib. XXI. Horatius intelligi vult plurima cicuta eſſe opus ad Poetici ardoris refrigerationem. Refrigeratio illa, quaſi expurgatio. Perurbanè luſit. Inſanis elleborum eſſe opus: P[illegible] cicutam. Dico ad Perſij Sat. V.

Nec

Digitized by Google

Nec vero cicuta vt arbitrati pleriq; purum A putum venenum eſt, ſed copia cicutæ. Plinius c. xiii lib. xxxv.

CARMINE TV GAVDES.

CARMINE, Odis vt epiſt. ad Florum iii. *---Seu condis amabile carmen.* Et hac epiſt. *Verba lyræ motura ſonum*, &c. Item. *Carmina compone, hic elegos.* Vbi carmina eſſe odas patet cũ ſequitur. *Diſcedo Alcæus puncto illius.* Alcæo lyriſtæ *carmina*: vt Mimnermo elegiaco elegos rectè tribuit, vtrobique male nonnulli, *carmina* verſus heroos intellexêre.

ILLE BIONEIS SERMONIBVS, ET SALE NIGRO.

BIONEI ſermones Satyræ, quemadmodum rectè illud Muſarum & Phœbi *χαριτωσὺν φίλα*. Hadrianus Turnebus c. iix. lib. xxi.

Sed quæramus deinde cur Satyræ Bionei ſermones? Quia, inquiunt. Bio ille Boryſthenites olim Philoſophus inſigni dicacitate. Sed obſecro quid philoſopho cum Satyra? Aut cur à Bione homine dicace magis Satyras indigetare Bioneos ſermones voluit Quinctus noſter, quàm alio, cum alij extiterint ſexcenti facile Bione illo dicaciores, & ſalibus nigris adfluentiores? *Hac itaque non ſucceſſit, alia adgrediendum via.* Satyræ Bionei ſermones à Bione poëta Satyrico, de quo Laërtius in Bione. Quo pacto, inquies, Bio Satyricus apud Laërtium? Nec enim Bio Satyricus ibi vllus, ſed Bio quidam Tarſicus Poeta. *Βίων ποιητὴς τραγῳδίας τῶν ταρσικῶν λεγομένων. Bio tragicus Poeta, ex ijs qui Tarſici nominantur.* Aduerſaria c. iix lib. xxi reſcripſêre *θαρσικῶν* ſiue tharſicorum. Tragicorum videlicet genus fuiſſe vnũ quod à conuiciandi audacia tharſicum diceretur. At mihi tam liquet quàm meridie ipſo, hoc iam lucere, Diogenis manu ſcriptum fuiſſe, *τῶν Σατυρικῶν λεγομένων, ex eorum genere qui Satyrici nominantur*, quemadmodum & iam olim notaui ad Perſij Sat. i.

Bene hoc inquies, à Bione Satyrico, Satyræ Bionei ſermones: ſed quo pacto eſſe tragicus idẽ poeta & Satyricus poteſt? Hoc itaque paulo altius repetitis principijs explico.

Tragœdia eſt duplex. Tragœdia mera, ſiue generis nomine Tragœdia: & tragœdia mixta, ſiue tragœdia Satyrica. Tragœdia mera eſt in qua perſonæ tantum tragicæ, vt tragœdiæ quæ nunc teruntur Æſchyli, Eurypidi, Sophoclis, aliorum: tragœdia mixta ſiue Satyrica, in qua perſonæ partim tragicæ, partim Satyricæ, cuiuſmodi Sophoclis tragœdia quam laudat interpres Apollonij ad lib. i Argonaut. nempe Sophoclem *ἐν κωφοῖς Σατύροις in Satyris ſurdis* ſiue tragœdiam Sophoclis. *Surdos Satyros.* Hoc genus tragœdiæ inuentum eſt quemadmodum Horatius tradit in arte ſua, vt tragicarum perſonarum ſeueritas Satyrorũ riſo, procacia, & dicacitate dilueretur. hinc ergo & apud Victruuiũ c. iix lib. v ſcæna triplex ponitur, Tragica, Comica, & Satyrica. Satyricã vult intelligi tragœdiæ mixtæ ſiue Satyricę, ſiue ſcænã tragicoſatyricã, ſiue Satyricotragicã.

A Atq; hæc illa quæ *Σατυρικὰ δράματα* Origenes vocauit lib. vii cotra Celſum. *Τὰ Σατυρικὰ*, inquit, *δράματα ἐμποιεῖ γέλωτας Satyrica fabula riſum mouent.* Ergo & tragœdiæ Satyræq; adfinitatẽ Iſacius dirimes prolegomenis ſuis in Lycophrone, ita differre ait, *ὅτι ἡ μὲν τραγῳδία θρήνους μόνον ἔχει καὶ οἰμωγάς· ἡ δὲ Σατυρικὴ συγκιρνᾷ τοῖς ὀλοφύρσεσιν ἱλαρότητα, καὶ ἀπὸ δακρύων εἰς χαρὰν καταντᾷν* ſolet, *quod tragœdia lamentationes tantum & fletus habet: Satyrica vero, hilaritate miſcet comploraciones, & à lacrimis deflectere ſoluta in gaudiũ*, &c. Inter tragicã itaq; & Comicã ſcænam quaſi media Satyrica eſt, & vtriq; adfinis. Nã & cõplorationes habet vt tragœdia, & hilaritatẽ vt Comœdia.

VARIO PALATO.

B VT ſi placentam hic tepidam, ille frigidam, alius calentẽ velit. Eleganter hoc Bio apud Dionẽ. Chryſoſtom. orat. i de gloria. Forte an hoc tangere Flaccus voluit, cumq; illa varietate placentæ, comparare partes & quaſi membra operis ſui quæ ipſe paullo ante enumerauit, Carmina ſiue Odas, iambos ſiue epodos, & ſermones Bioneos ſiue Satyras & epiſtolas.

INTERVALLA HVMANE COMMODA.

HVMANE *ἀνθρωπίνως*, ioco dictũ intellige, & accipe inhumanè ſiue non humanè, ſiue nõ ad vires humanas, ſiue nõ mediocriter. Sic epiſtola M. Cælij ad Ciceronem x lib. iix *Paullus porro non humane de prouincia loquitur*, &c.

Inhumana illa interualla & longiſſima, quia C ſponſum ibant ad Marſyam iix regione vrbis, recitationes audituri in bibliothecam Apollinis Palatini xvi regione, collis autem Quirinalis vi, Auentinus xiii regione.

VERVM PVRÆ SVNT PLATEÆ.

RIDEO qui relegunt, *Rerũ pura*, &c. Sic autẽ *ædes pura* Plauti Trucul. Sc. ix Et *loca pura* Varroo. iv de Ling. Lat. *cãpus purus* Virgil. xii. T. Liuij lib. xxiv. *Locus purus* l. ii §. D. De religioſ.

FESTINAT CALIDVS.

NON diſſimilis impeditarum Romæ viarũ deſcriptio L. Senecæ c. vi lib. i de Clemẽt. Iuuenal. Sat. iii Plauti Captiu. Sc. Quanto. & Curcul. Sc. Date viam.

HAC RABIOSA FVGIT CANIS.

D SIGNANTER dictum *fugit*, inter canis enim rabioſæ notas & illa eſt *ἀλόγως τρέχειν, temere currere.* Galenus ſiue quiqui eſt qui de theriaca ſcripſit ad Piſonem.

CONTRACTA VESTIGIA.

SIC meliùs quam aliqui voluêre *intacta*, aut *cunctata.* Contracta ſiue anguſta vatum veſtigia, propter anguſtum & difficilem montis Heliconis adſcenſum, & non facillimam Græcorum Poëtarum imitationem. Sic *æquora contracta* Oda i lib. iii, & *contracta paupertas* epiſt. v.

INSENVITQ. LIBRIS ET CVRIS.

ALIA interpunctio eſt Obſeruat. xiix lib. xii--*Inſenuitq; libris, & curis ſtatua taciturnius exit.* Sed vulgaria melior eſt. Fallit obſeruatio cẽſens curas nõ pertinere ad ſtudia diſciplinarũ

NN

Digitized by Google

Quid enim eſt illud M. Tullij I de inuent. Cum A
cura & diligentia ſcribere? Et illud Horatij epiſt.
XIIX *Senium ſubhumana Camœnæ.*

STATVA TACITVRNIVS EXIT.

TANGIT ſumma ingenia, quæ in concionibus aut iudicijs obmutuêre vt Plato apud Laërtium in Socrate, & Ælianum Var. c. XII lib. IIX. Demoſthenes & Theophraſtus apud Ælianum loco anted. Sic & poſt Quincti noſtri tempora de Sophiſtis Herode Attico & Heraclide Lycio apud Philoſtratum.

CARMINA COMPONO, HIC ELEGOS.

CARMINA, odas. Peccant qui epica intellexête, vt iam aliâs præmonui.

CÆLATVMQ. NOVEM MVSIS OPVS. B

SIc Dioys. lib. περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος, dixit, Iſocratis, & Platonis γλυφεῦσι καὶ τορευταῖς ἐοικότας λόγους, *quaſi de cælo & torno, ſiue rebus cælatis & tornatis ſimiles orationes.*

QVANTO CVM FASTV.

DE faſtu hoc & molimine recitantium diſſerui ad Perſij Sat. I.

VACVAM ROMANIS VATIBVS ÆDEM.

EXPLICO ad Perſij Sat. I.

QVID FERAT.

VARRO apud Marcell. in Ignoſcite

Adeſte, & à me quæ feram cognoſcite,

Male ibi Marcellus, *ignoſcite.*

NECTAT CORONAM.

DIco ad Proœmium Pers.ij.

CÆDIMVR, ET TOTIDEM.

NAM qui audierant in recitabulis, etiam ipſi poſtea illud exigere ſoliti officiū. Hinc Plinius epiſt. XIII lib. I. *Vt in ceteris rebus ita in audiendi officio perit gratia, ſi repoſcatur* Epictetus Arriani c. XVII lib. II. Ἀναγνῶ σοι ἀδελφὲ καὶ σὺ ἐμοί; *Vis tibi recitem frater, & tu mihi?*

DISCEDO ALCÆVS PVNCTO ILLIVS.

MVTVA ſcilicet muli. Sic Arriani loco anted. Epictetus, θαυμαστῶς ἄνθρωπε γράφεις, καὶ σὺ μεγάλως εἰς τὸν Ξενοφῶντος χαρακτῆρα· σὺ εἰς τὸν Πλάτωνος, καὶ σὺ εἰς τὸν Ἀντισθένους; εἶτ' ἀλλήλοις ὀνείρους διηγησάμενοι πάλιν ἐπὶ ταῦτα ἐπανέρχεσθε. D *Mirifice tu mi homo ſcribis: & verò tu magnifice characterem ac ſtilum exprimis Xenophontis: tu verò illum Platonis: & tu Antiſthenis. Atque ita narratis mutuo ſomnijs, deinde rurſus ad ſtudia illa reuertimini.*

Alcæum verò ſe diſcedere Quinctus ait, quoniam Alcæus excellens in lyricis, vnde aureum ei plectrum Quinctus ipſe tribuit Oda XIII lib. II, & Fabius c. I lib. X. *Alcæus*, inquit, *in parte operis, aureo plectro meritò donatur.* Et Athenæo lib. XIV Alcæus, ποιητὴς εἴ τις ἄλλος μουσικώτατος. *Poëta ſi quis alius in Muſicis excellens.* Et Atilio Fortunatiano lib. de metris. *Alcæus homo in muſicis exercitatiſſimus.* Deinde quia Alcæi tanquā æmulus atq; interpres Quinctus, quemadmodū ipſe profitetur epiſt. XIX.

Hunc ego non alio dictum prius ore, Latinis
Vulgaui fidicen--- Hinc itaq; & Sidonius non male epiſt. XI lib. IIX Quincti cum Alcæo comparationem fecit. *Alcæo*, inquit, *potior lyriſtes ipſo.*

QVIS NISI CALLIMACHVS.

FORTE an Propertium hæc celox petit. Namq; is identidem Callimachi æmulum ſe profeſſus, vt eleg. I & VII lib. III. eleg. I & XXI lib. II eleg. I lib. IV.

Callimachus autem hic diſcedit, quia is *princeps elegiæ habitus.* Fabius c. I lib. X.

FIT MIMNERMVS.

HIc ſuperior viſus pleriſque Callimacho, quia ſoni grandioris. Callimachum quidem ipſe mirator eius Propertius el. I lib. II vocauit, *pectoris anguſti Poëtam*, & eiuſdem lib. eleg. XXI *non inflatum.* Et eleg. VII lib. III Callimachi *libellos* dixit quaſi tenues.

ET OPTIVO COGNOMINE CRESCIT.

VRBANE; vt ſit quaſi nomine adoptiuo *Propertius Callimachus Mimnermus.* Adoptati creſcebant nomine patris adoptiui, qui ritus notiſſimus ex Dionis lib. XLVI & LV & Appiani III bellor. ciuil. Tullij II Legum.

Et quidem eò vrbanior hic iocus, quod ſe ipſe quaſi adoptat in familiam Mimnermi, qualis C. Staieni adoptio apud Cic. Bruto, de qua commemoraui ad Perſij Sat. II.

Optiuo autem pro adoptiuo, quemadmodum
C Iuſtini lib. XXXIX in concione Mithridatis. *Sed optiuo teſtamento.* Sic enim libri veteres, non quemadmodum vulgarij, *adoptiuo.* Sic *ordium* pro exordio Lucret. lib. II *Rupiſſe* pro corrupiſſe l. Si ſeruus §. Rupiſſe D. Ad L. Aquil. L. Feſtus in *Miniſcitur*, & *Mentum.*

Vulgo nomen optiuum, expoſuêre optatum.

CVM TABVLIS.

TANGIT tabulas cenſorias, de quib. notiſſima hiſtoria eſt.

ET VERSANTVR ADHVC INTRA PENETRALIA VESTÆ.

ADLVSISSE hunc locum videtur Auienus Feſtus in deſcriptione oræ maritimæ.

Neq; ſat ſit iſtud, ni ſciam te litteras
Hiantibúſq; faucibus Veſtarum abdita
Hauſiſſe ſemper--- id eſt arcana & quaſi penetralia librorum. Horatio autem verba in penetralibus Veſtæ adhuc verſantia, quæ necdum edita. Scrinium Poëtæ, quaſi penetrale Veſtæ, neutrum fas inſpectare. Nō illud quia iuris priuati eſt: non hoc quia Dij vindices vt in hiſtoria L. Metelli Pontificis Max. apud Dionyſ. lib. II T. Liuium lib. XIX Valer. c. V lib. I. Plutarchū Parallelis c XVII

OBSCVRATA DIV.

LAVS Poëtica eſt, obliuia retrahere. Tullius III de orat. Fabius c. III lib. IIX Macrob. Saturn. c. IX lib. VII.

CATONIBVS ATQ. CETHEGIS.

HOs nominat, quia & oratores, & antiquiſſimi, & pænè coæui ſiue ſuppares. L. Cicero in Bruto.

VT

VT QVI NVNC SATYRVM. A

VT pantomimus ſaltans. Poëta bonus nihil ſoſcipiet inuita Minerua, neque ringetur & genio ingenioq; ſuo pugnabit, ſed ludet, ſinc non minori facilitate in poëſi verſabitur, ac pantomimus in ſcæna, & in omnium perſonarũ imitatione ac geſtu. Patet hic ſenſus cum ſequitur *Pratulorum*, &c. Non ſat expreſſim Aduerſar. c. IIX lib. XXI.

MOVETVR.

MOVERI ſaltare. Notaui ad Perſij Sat. v.

FVIT HAVD IGNOBILIS ARGIS.

NON diſſimilis de Thraſyllo Aïxoneo narratio Æliani Var. c. XXV lib. IV.

PVTEVM PATENTEM.

SPECVM. Alij putei iuges Tullij I de Diuin. B

SIGNO LÆSO LAGENÆ.

GLOSSÆ veteres legunt. *Lacanæ*. & *ſigno læſo* accipiunt *læſa virginitate*. Marcellus. *Signatam integram virginem vetuſtas voluit dicere. Lucilius* lib. XXIX.

Primam Chryſicum negat ſignatam reddere. Corrigunt. Primam *Chryſa cum*--- Magis eſt, vt fuerit. *Primum Chryſeida negat*, &c. Nonnus Dionyſiacis lib. II.

Λυσαμένη δ' ἄψαυστον ἑῆς σφραγῖδα κορείης

Poſtquam intacta ſuæ ſignacula virginitatis

Soluit.--- C

Sed volgaria onoc lectio melior, Lagenæ. Nam ſigno virginis læſo iraſci non eſt iracundi, ſed *lagenæ ſigno*.

ELLEBORE MERACO.

VERATRO nigro ſiue melampodio. Patet Dioſcoridis c. CLI lib. IV. Pliuij c. V lib. XXV. Et ſignanter dixit *meraco*, nam ita plos virium habet. Dari autem ſolitum quoque dilutum, vt locis anted.

CVI SIC EXTORTA VOLVPTAS.

CVIVSMODI querimonia Thraſylai, Athenæi lib. XII & Æliaoi Var. c. XX lib. IV. Et alterius inſani poſt curationem apud Fabium Quinctil. Declam. CCLVI.

NIMIRVM SAPERE.

MALIM delirus poëta eſſe quàm boons & ringi. Nam luſus eſſe debet poëtica. Sed D ſapere malim, ſiue bene viuere & philoſophari, quam aut delirus aut bonus Poëta eſſe.

AC NON VERBA SEQVI.

VERBA Græcorum Poetarum ſectari imitatione, ſiue ex odis Græcis exprimere Latinas.

MANCIPAT VSVS.

MANCIPATIO fit propriè nexu: at vſucapio eſt quaſi mancipatio quædam. Quia vt mancipatione ſic vſucapione res adquiritur L. Vlpian. Reg. Tit. XIX Tullius Topicis.

QVI TE PASCIT AGER TVVS EST.

CAPTIOSE hoc. Non enim ager ille tuus, ſed fructus quem ex agro illo emeris, tuus eſt.

SVB NOCTEM.

A QVIA id cœnæ tempus.

CALEFACTAT AHENVM.

CARNIBVS coquendis. At heroicis temporibus ahena calefieri ſolita corporum lotioni Seru. ad Æneidẽ I. Nec enim vſi heroes carnibus elixis. Ouid. lib. XII Philo Herennius lib. de ſomnijs. Contra tamen diſſerit Athenæus lib. I.

TANQVAM SIT PROPRIVM CVIQVAM.

MEMBRANÆ. *Tanquam ſit proprium quidquam.*

QVID VICI PROSVNT.

PORPHYRIO, quemadmodum & alij iam notauêre, legit. *Quod vites proſunt*. Quam Horatij manum eſſe arguit, quod conocoienter vinum & frumentũ iunxit, vites intelligẽs vini reditum, & horrea frumenti. Quanquam horrea item aliqua vinaria vt l. VII D. De inſtr. vel inſtrum. leg. B Non diſſimiliter Oda III lib. I iunxit *vineas* & *fundum*.

CVR ALTER FRATRVM.

TANGIT Mitionem ac Demeam ex Terentij Adelphis, vt & Cicero dial. de ſenectute, vbi quod eſt, *quanta in altero duritas*, meliùs Marcellus legit *diritas*, in *Dirum*. & io *Diritas*.

HERODIS PALMETIS PINGVIBVS.

TANGIT palmetum cuius apud Geographum pictura eſt lib. XVI. Agens de planicie Hierichontis ἐνταῦθα δ' ἐστιν, inquit, ὁ φοινικὼν μεμιγμένην ἔχων ἄλλην ὕλην ἥμερον καὶ εὔκαρπον, πλεονάζων δὲ τῷ φοίνικι, ἐπὶ μῆκος C σταδίων ἑκατὸν, διάρρυτος ἅπας καὶ μεστὸς κατοικιῶν. ἔστι δ' αὐτοῦ καὶ βασίλειον, καὶ ὁ τοῦ βαλσάμου παράδεισος. *Eſt ibi palmetum, habens quidem & alias felices atq; hortenſes arbores, ſed palmam plurimam. Longitudine eſt ſtadiorum centum, & aquis totum irriguum, & villis frequens. Eſt quoq; regia ibi, & hortus balſami*, &c. Rectè itaq; Horatio palmetum illud Herodis, quia Herodis ibi regia. Rectè & palmetum illud *pingue*, quia vt inquit Geographus ex palmeto illo & horto balſami, μεγάλη ἡ πρόσοδος *magnus eſt reditus*. Hinc itaque perſpicua iam res, quare vt rem magnam Horatius poſuerit, palmeto illi ex quo tantum vectigal, ocium præferri.

GENIVS MORTALIS IN VNVMQVODQ. CAPVT.

NAM arbitrati Genios & naſci & interire D cum his quorum Genij eſſent. Cenſorinus c. I de die natali. Ammian. Marcellinus lib. XXI.

VVLTV MVTABILIS.

TOT Genij eſſe mutationes, quot & vultus in homine.

ALBVS ET ATER.

GENII enim alij boni, alij mali. Cenſorin. loco antecd. Plutarch. lib. de interitu orac. Et lib. de Iſide. Et in Bruto. Seruius ad Æneid. VI. Menander autem apud Clement. Alex. Strom. lib. V negat vllum eſſe genium malum.---κακὸν γὰρ δαίμον' οὐ νομιστέον--- *Malum Genium eſſe nullus dixerit*. Refellit hoc Plutarchus lib. de trãquill. animi.

VTAR ET EX MODICO.

SECVTVS filũ huiuſce loci totũ Perſi. Sat. VI.

SIMPLEX HILARISQ. NEPOTI.

VARIAS INDVCERE PLVMAS.

A DISTINCTO melior-- *Et varias inducere plumas. Vndiq; collatis membris--*

DESINAT IN PISCEM.

CVIVSMODI ſtatua Eurynomes apud Pauſaniam in Arcadicis.

AVDENDI POTESTAS.

SIC ποιητικὴ ἐξουσία Geographi lib. I Et Ouidij eleg. XI lib. III Amor.-- *Fœcunda licentia vatum.* Plinius epiſt. XXXIII lib. IX. *Quid poëtæ cum fide?* Et Prudentij lib. II contra Symmachum. *Ius Poëtarum.* Lucianus in Apologia imaginum. Ἀνευθύνους εἶναι ποιητὰς καὶ γραφέας. *In eo nec vocari nec ire poetas & pictores.* Et in Hermotimo ποιηταὶ καὶ γραφεῖς ἐλεύθεροι *Poetæ & pictores liberi.*

SED NON VT PLACIDIS.

B POSTA diſcedens à veſtigijs naturæ, meraq; portenta pingens, libertatis ſuæ telo ſe defendit: ſed Criticus noſter hoc ita ſi augit. Magnam Poetis licentiam eſſe hactenus tamen, vt à naturę veſtigijs non diſcedant. Hoc & Victruuius præceptum pictoribus dedit c. v lib. VII *Pictura,* inquit, *imago eſt eius quod eſt, ſeu poteſt eſſe.* Atq; ita ſolitos pingendi artifices olim. *Sed nunc,* inquit, *pinguntur tectorijs monſtra potius, quàm ex rebus finitis imagines certæ.* Deinde cuiuſmodi monſtra illa declamare pergit quæ longum eſſet adponere.

ET MAGNA PROFESSIS.

SIC magna profiteri Cicero I de orat. & I Legum Ouid. v Faſtor.

PVRPVREVS PANNVS.

EXPLICAT Sidonius epiſt. ad Leontium. *Sed potius,* inquit, *vt Lyricus Flaccus in artis Poëticæ volumine præcepit, multis iiſdemq; purpureis locorum communium pannus ſemel inchoatas materias detenter extendit,* &c.

Locos communes accipe digreſſiones, vt fluminum montiumve deſcriptiones, aliaq; id genus ornamenta poematis. Sic enim Seruius ad Æneid. x proferens hunc Critici locum, purpureos pannos interpretatus *deſcriptiones per ἔκβασιν ſiue digreſſionem.* Quas Seruius ἐκβάσεις ſiue digreſſiones vocauit Ariſtoteli ſunt ἐπεισόδια vt c. XII & XVII lib. de Poët. ἐκβολὰς λόγου Thucydides dixit, ex eoq; Tullius epiſt. I lib. VII ad Att. Tango ad Perſij Sat. I.

CVM LVCVS ET ARA DIANÆ.

LVCEM huic loco & luco dedi ad Perſij Sat. I. Atq; ita melius quàm eſt Aduerſar. c. IV lib. v omnes generatim hic lucos Dianæ intelligi poſſe. Omnis quidem lucus Dianæ ſacer, vt Seruius notauit ad III Georg. Lactantius ad Thebaid. IV. Sed propriatim Flaccus intelligi voluit lucum Dianę Aricinæ. Nam id Romanis propriè nemus Geograph. lib. v. Item alij quos nominani ad Perſium. Atque hinc rex Nemorenſis. In huiuſce nemoris deſcriptione crebri Poetæ Romani, vt & Ouidius pingit III Faſtor.

ET PROPERANTIS AQVÆ.

FONTIS Egeriæ quem loco antedicto pingit Ouid. Tãgit & Iuuenal. Sat. III T. Liuius lib. I.

A PER AMOENOS AGROS.

PER agros vallis Aricinæ.

AVT FLVMEN RHENVM.

CVIVS crebræ Poetarum picturæ cantantium victorias Auguſti Germanicas & triũphos. Item Germanici. De his Sueton. Auguſti c. XXI Claudij c. I. Dio lib. LIV. Geographus lib. VI qui ætate ſua Romanos in Germania pugnare ait, καί που ἤδη, inquit, θριάμβοις κεκοσμήκασιν ἀπ' αὐτῶν τὴν πατρίδα. Id eſt. *Et verò iam triumphis ex ea pleriſque ornauêre patriam,* &c. Hinc Sat. x lib. I Alpinus, *diffingens Rheni luteum caput.* Et illud Ouidij Ponti eleg. IV lib. III.

Alter enim de te Rhene triumphus adeſt. Item
Squallidus immittat fracta ſub arundine crines
B *Rhenus,* &c.---

AVT PLVVIVS ARCVS.

HVIVS item crebræ Poëtis deſcriptiones, quoniam Iris nuncia Deorum, & perſona in Poematis frequens.

ET FORTASSE.

MELIVS. *At fortaſſe.*

CVPRESSVM.

CVPRESSVS in his quæ parerga pictores voeant, cuiuſmodi paruulæ naues longæ Apellis apud Plinium c. x lib. XXXV. Freqnẽns autem parergum cupreſſus in picturis venationum L. Plioius idem c. XXXIII lib. XVI vbi male, *claſſes* pro *caſſes.*

SCIS SIMVLARE.

C SCRIPSIT forte an Flaccus *ſimilare.* Literiones verbi ſimulare diſcrimen ſuſtulêre. *Simulare* eſt falſam, *ſimilare* verã rei ſimilitudinem, ſiue ſpeciem exprimere. Frõto. *Qui ſimulat,* inquit, *probare vult, quod non eſt.* Et Marcellus. *Simulare, fingere ſcire quæ neſcias.* Seruius. *Simulamus, quod non ſumus.* Ita fictæ ſpeciei verbum eſſe omnes fatentur, *ſimulare,* veræ ſimilitudinis vocabulum extruſêre, ſimplex quidem, at iunctum manet, *adſimilare.* Gloſſæ *Aſſimilatio* ἀφομοίωσις. Duplex nẽpe iunctũ eſt Adſimilare in vero: adſimilare in falſo, cur nõ eadẽ differitas ſimpliciũ, ſimilare & ſimulare?

FRACTIS ENATIBVS QVI PINGITVR.

NARRAVI hunc ritum ad Perſij Sat. I.

AMPHORA COEPIT INSTITVI.

ΠΑρέφρασε hunc locum D. Hieronymus epiſt. ad Lætam de inſtitut. filiæ. *Lapſus,* inquit,
D *panè ſum ad aliam materiam, & currente rota, dũ Vrceum facere cogito, amphoram finxit manus,* &c. Inuertit Quincti ordinem, & Vrceum priorem facit. At ſeruauit ordinem Sidonius epiſt. XVI lib. IX. *Ne ſi epilogis muſicis opus profanum clauſerimus, ſecundum regulas Flacci, vbi amphora cœpit inſtitui vrceus potius exiſſe videatur.*

Amphorã verò deſinere ſiue exire in vrceũ eſt quod ante dixit. *Serpentes auibus geminare, & tigribus agnos.* Diſcedere à veſtigijs naturæ, & rerũ ſeriẽ turbare, & coherentia diſiungere, copulare pugnantia. Amphoræ quadrantales fuêre Feſtus in *Quadrantal:* Vrcei autem magis rotundi vt orcæ, vnde & nomen eis. De orcarũ figura Feſtus. Amphoræ item maiores vrceis.

BREVIS ESSE LABORO.

FABIVS c. II lib. IV *Nimium corripientes omnia ſequitur obſcuritas.* Et c. III lib. IIX *βραχυλογίας male imitantes ſequitur obſcuritas.* Paullus Oroſius Procemio lib. III *Semper eſt obſcura breuitas.*

SECTANTEM LEVIA.

VERSVS leues ac nitentes, quales Nero ſectatus, quem Perſius ridet Sat. I.

NERVI DEFICIVNT.

VT apud Cornificium lib. IV ad Herenn. Genus dicendi *ſine neruis & articulis.*

TVRGET.

VT *oratio turgens & inflata*, IV ad Herenn.

DELPHINVM SILVIS ADPINGIT.

RVFFINVS in epigramm. Authologiæ lib. VII.

Βοσκήσει δελφῖνας ὁ δενδροκόμης Ἐρύμανθος
Καὶ πολιὸν πόντου κῦμα θοὰς ἐλάφους.

Per iuga frondoſi ludet delphin Erymanthi
Ceruus & incanis fluctibus in pelagi.

FABER IMVS.

PROPERT auctor Polycratici & legit, *faber vnus*, Prologo lib. VI. Sed meliùs, *imus.* Æmilius autem ludus IIX regione vrbis. P. Victor in vrbis topographia.

SPECTANDVM NIGRIS OCVLIS.

ODA XXXII lib. I *Et Lycum nigris oculis, nigroq; Crine decorum.* Oculi nigri Romanis placuêre, vt Plauti Patruo Sc. XIV. *Mulier ſpecie venuſta, ore paruo, atque oculis pernigris.* Et Catullus epigr. XLI puellam pingens deformem.

Salue, inquit, *nec minimo puella naſo*
Nec bello pede, nec nigris ocellis. At Propert. laudat.

Et caput & digitos & lumina nigra puella. Eleg. IX lib. II. Contraq; Lucretius lib. IV inter deformes puellas numerat cæſiam, & Terentius Heautont. Act. V Sc. vlt. Nec minus & Græcis nigri ocelli in delicijs. Itaq; ſoliti arte facere nigricantes. Vnde Perictyone Pythagoria vetat apud Stobæum Sermone CLXXIII μελαίνειν τὰς ὀφρύας τε καὶ ὀφθαλμούς. *Nigra facere ſupercilia & oculos.* Vbi & eiuſdem modi præceptum Naumachij.

Μηδὲ μέλαινε τεοῖσιν ὑπὸ βλεφάροισιν ὀπωπάς
Nec ſub palpebris fuligine lumina tinge.

Sic & cæſios Græci oculos vituperauêre vt Venus oculos Mineruæ apud Lucian. in Dearum iudicio.

NIGROQ. CAPILLO.

ETIAM nigri capilli in delicijs vt Horatij Oda XXXII lib. I. Idem epiſt. VII laudat -- *nigros anguſta fronte capillos.* Eadē Græcis mens. Nam ſic Anacreon laudat puellæ ſuæ τρίχας, ἁπαλάς τε καὶ μελαίνας *capillos, teneroſq; nigrantéſq;.* Et Philoſtratus in deſcriptione Panthiæ adpoſuit χαίτην μέλαιναν, *crinem nigrum.*

Sed vtraq; gens etiam capillitio flauo delecta-

A ta. Sic *flauus Ariadnæ vertex* apud Catullum epithalamio Pelei. Et *flauus Didonis vertice crinis* Æneide IV. Et Cynthiæ apud Propert. eleg. II lib. I *Fulua coma eſt*--

At Seruius ad Æneidem IV explicans illud

---*Nondum illi flauos Proſerpina crines*, flauos, inquit, à Poëta Didoni crines adpingi tanquam mœchæ ſiue amicæ, non autem matronæ. Sed fruſtra Seruius ille ibi. Nec enim flauus capillus mœcharum proprius & vituperationi ſemper, ſed flauus arte ſiue inmedicatus, ſiue rutilatus ac tinctus. Sic intelligendæ flaui capillitij vituperationes Ouidij eleg. XIV lib. I Amor. Horatij Oda V lib. I Oda IV lib. II & identidem apud alios. Apertè Propertius eleg. XIII lib. II.

B *Turpis Romano Belgicus ore color.*

Belgicæ & Germanicæ puellæ pleræq; omnes flauis capillis vt Biſſula Auſonij, Romanæ & Atticæ nigris.

CVI LECTA POTENTER ERIT RES.

POTANTER, plane pleneq; vt in illo Aurelij Caſſiodori c. V de diuinis lectionibus. *Secundus liber Salomonis qui adpellatur Eccleſiaſtes à beato Hieronymo potenter expoſitus eſt.*

ORDINIS HÆC VIRTVS ERIT ET VENVS.

VIRTVS & Venus ordinis eſt οἰκονομία, cum ordinem naturæ, loci, aut temporis, ordine prudentiæ & conſilij mutamus. In quo ex-

C cellunt Poëtæ. Vt P. Virgilij Æneidis primus liber debuit eſſe tertius, & ſecundus qui eſt liber, eſſe primus. Sic & Homeri exemplo Quinctus nunc declarauit ordinis virtutem ac venerem, vnde & Parœmiacè Tullius epiſt. XIII lib. I ad Attic. ὕστερον πρότερον Ὁμηρικῶς. Sic Philo Herennius lib. de ſomnijs τάξιν.i. ordinem, & οἰκονομίαν ſiue diſpenſationem diſtinguit, & Tullius I de Orat. Officium Rhetoris eſſe ait *inuenta non ſolum ordine ſed etiam momento quodam atq; iudicio diſpenſare atq; diſponere.* L. Fabius c. III lib. III.

HOC AMET HOC SPERNAT.

LAVDAT hunc locum Seruius non ſemel ad Æneid. IV. Tetigit & ad II Geor. Quibus ex locis perſpexeris Quincti præceptū hoc bifariam

D accipi poſſe, nēpe aut vt Poëta ſeruet οἰκονομίαν: aut vt interponat quoq; iudicium ſuum, & bona laudet, vituperet contraria.

PROMISSI CARMINIS.

VT Epodo XIV, aut vt eſt Aduerſarijs c. XXXI lib. IX.

IN VERBIS SERENDIS.

POSTÆ officium eſt verba ſerere & nouare. Tullius II Legum *Fingere nomina vice poëta.* Varro IIX de Ling. Lat. Eſſe *boni poëtæ nouis verbi declinationibus conſuetudine ſubrigere aures populi.* Sic item Tullius in Orat. perf. tribuit Poëtis *licentiā faciendorum iungendorúmq; verborum.*

CINCTVTIS NON EXAVDITA CETHEGIS.

CVR

CVR Cethegos hic nominet acta res ad e-
piſt. 11 lib. 11. A

Cinctutos autem Cothegos accipe nō vt Aduerſar. c. 1x & xv1 lib. x1x c. xxx1 lib. 1x ſubligaculo ſiue campeſtri ſuccinctos tanquam Lupercos, ſed vt recte Porphyrio *cinctos tunica infra pectus aptata*, &c. Hæc tunica *limus*, vt Æneide vlt. *Velatı limo*, vbi Seruius. *Limus*, inquit, *eſt veſtis quæ ab vmbilico vſque ad pedes teguntur pudenda poparum, hæc autem veſtis habet in extremo ſui purpuram limam, id eſt flexuoſam vnde & nomen accepit. Nam limum dicimus obliquum*, &c. Sic apud A Gellium c. 111 lib. x11 lictorum limus ſiue licium quo cincti miniſtrabant. Et Iſidor. c. xxx111 lib. x1x. *Limus*, inquit, *eſt cinctus quem publici habent ſerui. Et dictus limus quia tranſuerſas habet purpuras, id eſt, limas*, &c. B Sic enim Iſidori loco illo eſſe debet. Atq; is rectius ibi *cinctum* dixit, quàm e. propen. lib. xv *cingulum*. Apertè idem c. xx11 lib. x1x *Limus eſt veſtis, quæ ab vmbilico vſque ad pedes producitur*, &c. Sic itaque *popa ſuccinctis* apud Propert. eleg. 111 lib. 1v Sueton. Caij c. xxx11. Et *agones ſuccincti* ſiue victimatores Ouidij 1 Faſtor. Et Plutarchi Aimilio. Aliter ſuccincti Luperci, nēpe campeſtri, de quo dixi ad epiſt. x1. Ita *ſuccincti Luperci* Papinij v Siluar. Epicedio in patrem & *cinctuti Luperci* Ouidij v Faſtor. & ὑπεζωσμένοι τὴν αἰδῶ ταῖς δοραῖς τῶν τεθυμένων. *Succincti pudenda pellibus victimarum* Dionyſij lib. 1. Duplex itaq; *cinctutorum* ſiue *ſuccinctorum* genus: conſectariè & duo genera *nudorum*. C Nudi in limo vt Cethegi. Sic enim nudos Cethegos Lucanus dixit lib. v1. Alij nudi in ſubligaculo ſiue campeſtri ſiue ſubligari vt Luperci. Sic *nudi Luperci* Ouidij 11 Faſtor. Et Tullij Philipp. 11 Et apud Feſtum in *Crepos*, Prudent. Coronis Hymno x Et γυμνοὶ ἐν περιζώμασι *Nudi in Campeſtribus* Plutarchi Romanicis Quæſt. lxx11x Et in Romulo. Cethegi nudi parte corporis tota ſuperiore ſiue ab vmbilico ad verticem: Luperci nudi corpore toto præterquam medio ſiue pudendis. Sic nudi & copones aliqui laſciui, & horum exemplo Nero, quem Philoſtratus Apollonij lib. 1v pingens habitu coponis διάζωμα, inquit, ἔχων γυμνὸς, ὥσπερ τῶν καπήλων οἱ ἀσελγέστατοι *Campeſtri ſuccinctus, vt coponum luxurioſiſſimi, ſiue ganearij maximè*. D

IVNCTVRA CALLIDA.

IMITATVS Perſius Sat. v--*Iuncturâ callidus acri*. Sed Perſius de Iunctura in oratione ſiue in verbis coniunctis accipit Flaccus de iunctura in verbis ſingulis, ſiue ſimplicibus. De orationis iunctura Flaccus infra.---*Tantum ſeries iuncturaq; pollet*.

NOTVM NOVVM.

ΠΑραγγελμα.

GRÆCO FONTE CADANT.

QVEMADMODVM de Græco fonte verba Linguam Latinam influant Seruius notauit hunc verſum laudans ad illum Æneidis v1

---*Quin protinus omnia*

Perlegerent oculis--Nempe ita exemplum adponit. Quia Græcis & pingere & ſcribere eſt γράψαι, dici & Latinè perlegere picturam videlicet quaſi γραφὴν ſiue ſcripturam, &c. Sed de verbis ex Græco fonte profluuijs aliter etiam Fabius c. v lib 1 & Tullius Proœmio 111 de finibus. Nempe Græca vſurpati ſi Latina deſint, vt in nominibus artium, herbarum, morborum & id genus alijs.

HABEBVNT FIDEM.

AVCTORITATEM habebunt ſiue recipientur. Cognatæ res auctoritas & fides. Itaque iungere ſolitus hæc Cicero. Ex auctoritate ſcil. fides. Sed fidei nomen verſui aptius, quàm auctoritatis.

INVIDEOR.

VRBANE agens de nouatione verborum Poëtica neotericè dixit *inuideor*. Licenter hoc ita dictum à Flacco Priſcianus notauit c. v11 lib. x11x.

PROCVDERE NOMEN.

SIC melius quàm *producere*. Procudere videlicet nomen quaſi nummum ſiue vt Themiſtius Euphrades loquitur orat. 1v τὸ ὄνομα ὥσπερ νόμισμα, vt & Dio Chryſoſtomus in Olympiaca verbum obſoletum & obliuium ab Homero ſæpe vſurpari ὥσπερ νόμισμα ἀρχαῖον ἐκ θησαυροῦ ποθὲν ἀδεσπότου *tanquam nummum antiquum ex theſauro cuius dominus non exſtet*. Et Galenus lib. 11 de differ. pulſuum dialectum eſſe quaſi νόμισμα Et Lucianus in Lexiphane. τὸ νόμισμα τῆς φωνῆς. Fabius c. v1 lib. 1. *Vtendumq; planè ſermone vt nummo cui publica forma eſt*, &c. Hunc Curius Fortunat. locum expreſſit lib. 111. *Vir*, inquit, *perfectiſſimus dixit. Verbis vtendum eſt vt nummis publica moneta ſignatis* Plutarchus lib. de interitu oraculor. Ἀμοιβῇ γὰρ ἔοικε νομίσματος ἡ τοῦ λόγου χρεία, &c. *Permutationi nummorum adſimilis eſt tritura ſermonis*, &c. Idemq; in Lycurgo oppoſuit σιδηροῦν νόμισμα *Ferri nummum* & λόγου νόμισμα *Nummum ſermonis*.

SIGNATVM PRÆSENTE NOTA.

ATTICE, *procudere ſignatum nomen*. Intelligi vult, procudendo ſignare. De quo genere dixi ad Perſij Sat. 1.

Notam verò dixit quam *monetam* vocant vt D Curius Fortunat. loco anted. Et Iuuenal. Sat. v11.

---*Nec qui*

Communi feriat carmen triuiale moneta. Gloſſæ. *Cuſionis* τῆς μονήτης Vlpianus autem l. xxv11 §. vlt. De auro arg. leg *Formam* vt & Fabius c. v1 lib. 1, Ariſtoteli character eſt Politicis c. v1 lib. 1. Ariſtophani Pluto eſt κόμμα. Neque rectè Græcus interpres κόμμα interpretatus νόμισμα. At inſtrumentum ipſum cudendi & ſignandi nummos eſt εἰκόνιον ſiue *Iconium* vt in hiſtoria Antonini Florentini, & in ſermone populari. Idem & *moneta*. Macrob. c. v1 lib. 1 ad Somn. Scip. *Verum ſemine ſemel intra formandi hominis monetam locato*, &c. Conſtantinus Tit. x1v lib. v1 §. 1v. Μονῆτα δὲ καλεῖται, τὸ ἀρχέτυπον σφραγιστήριον, ἢ

βουλευτήριον. Melius Μονῆται δὲ, &c. vt in A gloſſis.

SIVE RECEPTVS TERRA NEPTVNVS.

DE portu hoc Iulio Sueton. Auguſti c. XVI Dio lib. XLIIX. Geographus lib. V Seruius ad II Georg.

STERILISVE DIV PALVS.

PALVS Pontina quam prorſus ſiccatam Auguſti opera, interpretes Acro & Porphyrio tradunt. Tangit & Fabius c. IIX lib. III. Sed neque patri neque filio Cæſari opus illud planè perfectum, argumento Plinius c. IV lib. XXVI. Nam magorum inania promiſſa & omnipotentiam fanaticam ridens, operæpretium facturos ait ſi paludes Pontinas ſiccarint. Nam gloriari B magos *Æthiopide herba amnes & ſtagna ſiccari*, &c. *Siccentur*, inquit, *hodie Æthiopide Pontinæ paludes, tantumq; agri ſuburbanæ reddatur Italiæ*, &c. Melius, *tantumq; agri ſuburbani*, &c.

Ante Cæſares autem factum quoq; iam olim de ſiccatione huiuſce paludis SCtum. & data prouincia illa P. Cornelio Cethego Cos. anno V. IↃLXXII. T. Liuius lib. XLVI.

Poëticus itaque palpus ille, prorſus à Cæſare filio ſiccatas paludes Pontinas. Partem quidem huiuſce operis aliquam eis debitam pater Iuuenal. Sat. III vbi paludes hæ latrocinijs infeſtæ, videlicet in partibus iam ſiccatis.

APTAQ. REMIS.

MEMBRANÆ Horatij veteres, item Priſciani C

---ſterilisq; palus, aptatq; remis. Quæ forte an vera ſinceraq; lectio eſt. Neque credibile quod Grammatici diſputant vt Priſcian. lib. VI. Seru. ad Æneid. IV licentia poëtica & συστολῇ longam corripi. Minus quod Alciatus Parerg. c. IV lib. IX palus hic enunciari μονοσυλλάβως.

SEV CVRSVM MVTAVIT AMNIS.

TIBERIS identidem ſolitus vertere ſe, vnde & nomen ei *Vertumnus*. Egi ad Odam II lib. I.

NEDVM SERMONVM.

SERMONES, vocabula. Quæ ſc. ante *vocabula*, nunc *ſermones*. Sic Rheminius Palæmo in arte ſua. Verbum ſumi *pro, quouis ſermone* id eſt, D vocabulo. Seruius ad Æneid. III *Scelerare, ſermonem eſſe Plautinum* id eſt, vocabulū frequens in ſtilo Plauti. Et ad Æneid. VI. *Vnde ruunt totidem voces--voces* interpretatus *ſermones*. Et ibidem. *Stare, ſermonem eſſe polyſemum* id eſt, vocabulum multa ſignificans. Et in Æneid. IX. *Vno tantum*, inquit, *ſermone mutato*, id eſt vocabulo. Et in Æneid. *Agmen*, inquit, *ſermo polyſemus*.

QVÆ NVNC CECIDERE CADENTQVE.

LVCRET. lib. III.

Nec minus ergo d ante hæc quàm cecidere, cadentq;.

VSVS, QVEM PENES ARBITRIVM EST.

A. Gellius c. XIII lib. XII *Conſuetudo cum omnium domina rerum, tum maximè verborum eſt.* Et ipſi Horatio epiſt. II lib. II *vocabulorum genitor vſus.*

QVO SCRIBI POSSENT NVMERO.

INTERPRETATVS eſt Victorinus Grammat. lib. I c. De metris.

QVERIMONIA PRIMVM.

QVERIMONIA lugubris, ſiue de mortuo, ſiue nænia. Proclus in Chreſtomathia. Ἐλέγεια, inquit, ἁρμόζει τοῖς κατοιχομένοις. *Elegia conuenit mortuis* Et interpres Apollonij ad II Argonaut. Τοῖς ἐλεγείοις ἐν τοῖς ἐπιταφίοις ἐχρῶντο οἱ παλαιοί. *Elegijs vſi antiqui in epitaphijs.* Diomedes c. IV lib. III Elegia dicta, inquit ἀπὸ τὸ εὖ λέγειν τοὺς τεθνεῶτας id eſt, *à benedicendo ſiue laudandis mortuis. Fere enim defunctorum laudes hoc carmine comprehendebant*, &c. Marius Victorinus lib III Grammat. *Elegiacum*, inquit, *dictum ex eo quod mærori rebuſq; triſtibus modus eorum aptior eſſe videatur*, &c. Terentian. lib. de metris.

Hos elegos dixêre, ſolet quod clauſula talis
Triſtibus, vt tradunt, aptior eſſe modis.

Sed neque Horatius nunc, neque ceteri cauſam expoſuêre huius conuenientiæ. Equidem eſſe puto, quia vt lugentium animi debiles atque infracti & quaſi claudi: ſic elegiæ numerus fractus C & claudus. Itaque Ouidius Elegiam Deam pinxit claudicantem eleg. I lib. III Amor.

Et puto pes illi longior alter erat. Et de Diua eadem Papin. Silua II lib. I *Alternum fractura pedē*--Male ibi in vulgarijs omnibus *factura*. *Fractura pedem alternum*, id eſt verſum alternū. Pes pro verſu quemadmodum Tullij epiſt. XI lib. XVI ad Attic. Alia item Etymologiſtæ ratio in ἔλεγος. Nempe in elegia pentametrum ab Hexametro deficit, vt mortuis deficit vita.

VERSIBVS IMPARITER IVNCTIS.

VT apud Ciceron. pro Archia. *Epigramma alternis verſibus longiuſculis.* Impariter vero illud *figuratum* à Quincto, Terentius Scaurus notauit apud Soſipatrum lib. II.

Elegia interdum mera ſine hexametris vt in D Ælij Lampridij Diadumeno: ſed vt plurimum mixta longo & breui quæ ἡρωελέγεια Zonaræ annali III id eſt Heroica elegia. Elegidium illud in Commodum Antoninum huiuſmodi eſt.

Commodus Herculeum nomen habere cupit,
Antoninorum non putat eſſe bonum,
Expers humani iuris & imperij:
Sperans quinetiam clarius eſſe Deum,
Quam ſi ſit princeps nominis egregij
Non erit iſte Deus, nec tamen vllus homo.

Hæc aliqui Græca fecêre

Κληθῆναι γλίχεται Κόμμοδος Ἡρακλέης,
Οὐδ᾽ Ἀντωνίνων ϛέργει ἔχειν ὄνομα.

Μηδ

Μηδὲ βροτῶν ἰδὼς τεῦμα μηδ᾽ ἀνάκων,
Μᾶλλον δ᾽ αἱρεῖται κλῆσιν ἔχειν θείκλεῦ,
Ἡ κρατερός τε κλύων παμβασιλεύς τ᾽ ἀγαθῆς.
Ἔςαι δ᾽ οὐδέτερον γ᾽, οὐ θεὸς οὐδὲ ἀνήρ.

In primo illud Κόμμοδος Ηρακλέης ambiguum eſt: verſu ſequente pater ὄνομα hic ſecundo verſu eiſe quod haud dubiè Græcus in primo eſſe voluit: tertio peccatum in malè reddito impetij nomine. Poëta Græcus iotelligi voluit Commodũ illum Antoninum & iuris imperitum eſſe, & artis imperatoriæ, non autem legom humanarum, & diualium ſiue principalium. IV non expreſſum verbum *ſperare*, neque illud *clarum*. V Longè longéq. diſceſſum à veſtigio Latini Poëtæ. VI non redditum planè illud *nec vllus homo*. Quid ſi meos, adpinxero? Non alienum puto arte poëtica fuerit, certare ita poëſi pauxillulum.

Τ᾽ ὄνομ᾽ ἔχειν μέμαεν Κόμμοδος Ηρακλέους,
Κἀν Ἀντωνίνων εὐτελὲς ὡς, ἀπεθεῖ,
τῶν τε νόμων ἀδαής, τῆς τ᾽ ἄρ ἀναξτορείης:
Πλέω θεὸς ἐκπροφανεὶς ἤλπισε κλεινότερον,
Ἢ βασιλεὺς κληθεὶς χρηςὸς ἐπώνυμον.
Οὐ θεὸς ἐσεῖται δ᾽ οὐδὲ τις οὗτος ἀνήρ.

VOTI SENTENTIA COMPOS.

ELEGIA primum vt dixi apta querimoniæ funebri, deinde & amatoriæ. Sic *elegos miſerabiles* Oda XXXIII lib. I Et *elegeis flebile carmen* Ouidij epiſt. Sapphonis. Paullatim deinde fluxit quoque ad res lætas.

EXIGVOS ELEGOS.

EXIGVOS quia curti pede vno, quemadmodnm & Ouidius exiguos modos dixit lib. VI Faſtor.

Auſe per exiguos magna referre modos id eſt, elegos. Et eleg. I lib. I Amor. elegos verſus breues vocauit, vt hexametros longos.

Ergo ades & longis verſibus adde breues.

Et eleg. I lib. III Amor. de elegia Dea.

Et puto pes illi longior alter erat.

Sic heroi verſus longi Ennio apud Ciceron. II Legum. A. Gell. c. XV lib. XIIX.

QVIS EMISERIT AVCTOR.

TERENTIANVS lib. de metris aliquos cenſeri ait auctorem eſſe Callinoum, ſed ipſe decidere non audet. Suidas in ἐλεγεῖον Theoclem. Naxium auctorem facit. Marius Victorinus lib. III nonnullis placere Callinoum Epheſium auctorem eſſe: alijs Archilochum: alijs Colophonium quendam. *Super quorum*, inquit, *opinione apud Grammaticos magnos diſſenſio eſt* Eadem Iſidorus c. XXXIIX lib. I Colophonium vero illom quendam aliqui Terpandrum fecêre.

ET ADHVC SVB IVDICE LIS EST.

ISIDORVS loco anted.

ARCHILOCHVM PROPRIO IAMBO.

A SIc & Ouidius in Ibin Archilochum inuentorem Iambici carminis fecit. Alij mulierem nomine Iamben, vt auctor Etymologiſta. Legere licet Dromedem c. II lib. III Euſtath. in Odyſſ. XI.

HVNC PEDEM.

PEDEM vel Iambum, vel verſum Iambicũ. Pes enim pro verſu vt ante dixi.

ALTERNIS APTVM SERMONIBVS.

ARISTOT. c. IV lib. de Poët. Μάλιςα γὰρ λεκτικὸν τῶν μέτρων, τὸ ἰαμβεῖον ἐςί, &c. *Omnium metrorum ſermoni populari aptiſſimum eſt Iambicum*, &c. Diſſerit hoc idem c. I & IIX lib. III ad Theodecten. Tullius in Orat. perf. Fabius
B c. IV lib. IX.

ET POPVLARES VINCENTEM STREPITVS.

CLAMORES theatri, de quibus eſt in epiſt. ad Auguſt. Vincit iambus clamores illos hiſtrionum voce, maxima videlicet contentione pronunciantium. Sic Dio Chryſoſt. orat. IV de regno. Hiſtriones ὀξὺ καὶ καὶ διάτονον βοᾶν *Acute & intente clamare*. Lucianus io Anacharſide. Tragœdos μεγάλα κρίζειν *magnum vociferari*. Comœdos ἧττον βοᾶν *remiſſius clamare*. Et apud Philoſtrat. Apollonij lib. V tragœdus γεγωνὸν φθέγγεται *clamosè pronunciat*.

ET NATVM REBVS AGENDIS.

C ACTIONI ſcænicæ, ſiue geſtibus hiſtrionis.

VICES, COLORES.

VICES materiæ & inuentionis: colores elocutionis.

POETA SALVTOR.

VT *Poeta ſalue*, &c. apud Marcell. in *medullicius*.

VERSIBVS TRAGICIS RES COMICA.

HINc illud Plaotinæ Patrui Sc. VI. *Indoctior quàm in tragœdia comici*.

VOCEM COMOEDIA TOLLIT.

EXPLICAT Donatus in Adelph. Act. V Sc. III.

D CVM PAVPER ET EXSVL VTERQVE.

VVLGARII---*cum pauper & exſul vterque*. Corrige---*cum pauper & exſul: vterq; Proijcit ampullas*, &c. Iterum dico. Plebeij malè. Nam neq, Telephus exſul in peregrinatione Theſſalica ſed pauper, neque Peleus pauper, ſed exſul in tragœdiis. De ſua mendicitate Telephus ipſe apud Ennium in Telepho.

Regnum reliqui ſeptus mendici ſtola. Marcellus in *Stola* Idem apud Euripidem Thelepbo ſic incipie concionari.

Μή μοι φθονήσητ᾽ ἄνδρες ἑλλήνων ἄκροι
Εἰ πτωχὸς ὢν τέτληκ᾽ ἐν ἐσθλοῖσι λέγειν.
Ne mi inuidete principes Græcia viri
Mendicans inter optimates ſi loquor.

Narrauit interpres Ariſtophanis in Acarnanes,

Digitized by Google

& in Nebulas, Et Suidas in Τήλεφος. De Pelei autē caſilio Antonius Liberalis in metamorphoſi, Ouid. lib. XI.--*Magnetas adit vagus exſul*, &c. Vult itaq; Quinctus, Telephus cum mendicus, & Peleus cum exſul inducitur, quanquam perſonæ ſont tragicæ, ſiue in tragœdia loquuntur, tamen pedeſtri ſiue humili ſermone veuntur, & ampullas proijciunt, ſiue abſtinent à verbis ampullatis, ſufflatis, ſeſquipedalibus id eſt tragicis. Longiſſimè à Poetæ ſenſu deuij, qui aliter. A

PROIICIT AMPVLLAS.

VVLT intelligi. Abijcit ampollas, non vt aliqui arbitrati, vtitur ampullis. Noo quia nō latine dictum proijcere ampullas pro vti ampullis. Sic enim *proijcere mentionem* Siſenna apud Marcellum. *Proijcere verba* L. Seneca epiſt. a. *Verba iacere* Propert. eleg. vlt. lib. IV. *Iacere iocos* T. Liuius lib. V. *Iacere voces* Lucret. lib. V. ἀπορρίπτειν ἔπος Herodot. lib. VI. Ἔπος ἐκβάλλειν Homerus Iliade XIIX. B

Sed quia menti Poëtæ diſconuenit. Poëta intelligi vult quod Appianus in Punicis verè diait, οὐ γὰρ καιρὸς ἐν συμφοραῖς σεμνολογίας. *Non eſt in calamitatione glorationis locus.*

PVLCHRA, DVLCIA POEMATA.

PVLCHRA elocutione: dulcia motu. Nam pulchrum quaſi πολυχρόνιον, Terent. Scaur. in Ortogr. Elocutio autem quaſi verſicoloria eſt. At dulcem orationem fieri motu tradit Ariſtoteles c. a1 lib. 1 ad Theodecten. Plutarch. lib. de audiendis Poetis Et Sympoſiac. Problem. a lib. V Tullius Dial. de partit. C

ITA FLENTIBVS ADSVNT HVMANI VVLTVS.

MELIùs --*ita flentibus adflent*, &c. In membranis eſt, *adflant*, veræ lectionis veſtigio apertiſſimo. Sic, Patrui Plautinæ Sc. aIV--*vt adflet, quo illud geſtu faciat facilius.* Et Perſæ Sc. III.

Sed longè ab Athenis eſſe ſe gnatam autumet,

Et vt adfleat, cum ea memoret---Adflere nempe ad ea quæ dicas flere fidei faciendæ cauſa. Sic adlacrumare Apuleij lib. X. *Prorumpit in audaciam, & vbertim adlacrumans*, &c. Aut adflere, ad aliquem flere vt flentibus adflete, ad flentes flere.

FORMAT ANIM.

PATRAIT ex Fabij c. III lib. XI Plutarchi lib. de audiēd. Poëmat. Et Sympoſiac. Problem. s lib. V. D

AD OMNAM FORTVNARVM HABITVM.

HABITVS fortunæ intelligi vult motationes fortunæ, propter quas aut lætamur, vt in rebus ſecuodis, aut triſtamur vt in aduerſis, aut iraſcimor vt io cootumelijs, &c. Sic habitom Albioouanus dixit Conſolatione Liuiæ.

Quid ſi non habitu ſic ſe geſſiſſet in omni,

Vt ſua non eſſent inuidioſa bona?

In omoi ſcilicet habitu fortunæ, priuato & Auguſto ſiue Auguſtali & imperatorio.

INTERPRETA LINGVA.

LINGVA *interpres animi.* Lactant. c. XIIX lib. VI Tullius I Legum. *Interpreſq; eſt mentis oratio.* Prudentius hymno D. Romani. Lingua.

Interpres animi, enuntiatrix ſenſuum. Nemeſius c. I de nat. hom. ἡ ἔναρθρος διάλεκτος, ἐξάγγελος τῶν κατὰ νοῦν κινημάτων. *Articulatus ſermo, interpres motionum animi.*

DAVVSNE LOQVATVR ERÓSNE.

SIC editum à Dionyſ. Lambino, quaſi notet Flaccus diſcrimen ſerui nequam, vt Daoi: & ſerui frugi vt Eroris. Sed parum inluſtris & ampla differitas illa, quippe in genere eodem, ſeruili nempe. At Quinctus ætates, ac genera ipſa vitæ & patrias opponit, vt ſenes, iuuenes: matronas, meretrices, mercatores, agricolas: Colchos, Aſſyrios: Thebanos, Argiuos. Ad hoc exemplum itaqoe non ſeruos ſeruis, ſed ſeruos ingenois oppoſuiſſet. Alij vt Eraſmus in Prouerb. *Tireſia cæcior*, legêre *Diueſne loquatur an Irus.* Sed ita ſi voluiſſet Quinctus ſcripſiſſee haud dubiè *Crœſus ne loquatur an Irus.* Deniq; nullum in membranis aut codicib. antiquis, eiuſmodi lectionis veſtigium vſquam. In membranis nonnullis eſt--*Diuuſne loquatur an heros*, quæ lectio pleriſq; admodum riſit, quia & poſt paullo Quinctus varietate ſimili dixerit.

Ne quicunq; Deus, quicunq; adhibebitur heros. Sed lōgè multumq; intereſt. Nam hoc quidē de Deo & heroe dictū ſine diſcrimiñe, pro perſona videlicet tragica: at nuoc, ſiue præcepto artis Poeticę XI vt aliâs artificium huiuſce artis tāqoam in tabella proponens, docebo, Quinctus differentias quæ comœdiam tragœdiámq; ſimul tangant notare voluit. Sic itaque lectio quæ trita eſt, eadem optima

---*Dauúſne loquatur an heros.* Intelligi vult. Intererit multū comica perſooa loqoatur an tragica. Dauum videlicet pro quauis comica perſona vſorpauit, quia frequeos Daui perſona in comœdijs. Itaq; & Sat. V lib. II--*Dauus*, inqoit, *ſis comicus*-- Quemadmodum & Sedulios initio lib. I Getam pro quauis perſona comica dixit.

---*Tragicóne boatu Ridiculóue Geta.* Iam heroum eſſe perſonas tragicas nemo neſcit. Atq; ita Perſius Sat. I *Heroas ſenſus* diai intelligens tragœdias.

Eſt quoq; ſuper alia lectio--*Dauúſne loquatur herúſne.* Sed oeqoe hanc recipio. Primom quia non poteſt differeotia illa cōplecti vtrumq; drama, comœdiam & tragœdiam. Deinde qoia conſtantiſſimè in omnibus membranis perſcriptum eſt nomen herois. Sic itaq; ounc iam lectionem huiuſce loci probe cōſtituiſſe mihi videor, quam ſi quis tamen alijs argumētorum machinis & ingeoijs conuellere potuerit, volenti mihi erit.

CVLTORNA VIRANTIS AGELLI.

AGRICOLA. Nempe oppoſuit mercatorem & agricolam vt Sat. I lib. I oppoſuit mercatorem, agricolam, ioriſperitum. Nec verò vt eſt in Aduerſ. c. IX lib. XIX olitorem Quin-

Quinctus nominare voluit, quia genus hoc vitæ viliſſimum: ſed mercatorem & agricolam opponere, vt diſtantés longiſſimè. Sic vetus Poeta apud Soſipatrum lib. I Cyclopem *Ætneum cultorem* vocauit, quaſi Ætnæ montis agricolam.

AVT FAMAM SEQVERE.

XII hoc præceptum artis Poeticæ de quo plenius aliâs diſſerendi locus, nunc quidē hoc breue dicam, de duplice hic perſonarum genere agi, vno quod ſumitur ex Iliade Odyſſeáve Homeri, altero autem quod nouum Poëta comicus aut tragicus fingit. In priori genere famam ſequi oportet, hoc eſt talea induci has perſonas quales Homerus inducit. Famam dixit pro fabellis Homeri. Sic Martial. in Spectaculis.

Quicquid fama canit, donat arena tibi, pro Quicquid in fabulis. In poſteriori genere videndum Poëtæ vt ſibi conſtet, puta, ne modo vt iracundum aliquem modo vt lenem inducat. De priori genere eſt illud. *Scriptor honoratum*, &c. De poſteriori autem. *Si quid inexpertum.*

SI FORTE REPONIS ACHILLEM.

HOMERICÆ perſonæ reponuntur, quia poſuit eas iam ipſe ante Homerus: at nouæ perſonæ ponuntur. Sic Iuuenal. Sat. I.

Semper ego auditor tantum nunquamve reponam.

Reponā ex Homero alióve Poeta vetere, vt Cordus ille ſiue Codrus poeta ineptus repoſuit Theſeum tragœdiam. Minus rectè in Aduerſ. c. IIX lib. XX reponam ibi eſſe *vleiſcar*. Neq; melius alij *reddam*, alij *reijciam*.

SIT MEDEA FEROX.

SIc enim & nomine ipſo eſt μηδεῖα quaſi μηδὲν δέος (ἔχουσα) *nihil timens*. Terentian. lib. de metris.

TRISTIS ORESTES.

SIc Maroni Æneide IV--*Scænis agitatus Oreſtes*. Male ibi ſcriptum *ſcænis*. Dixit Poeta *ſcæuus* vt Æneide III---*Et ſcelerum furijs agitatus Oreſtes*. Scæuas autem ſiue res ſcæuas ſic vſurpari notiſſima res.

SERVETVR AD IMVM.

PRINCEPS hac laude Homerus, de qua ſic Origenes lib. VII contra Celſum Ὅμηρος ἐν πολλοῖς θαυμάζεται τηρήσας τὰ τῶν ἡρώων πρόσωπα ὁποῖα αὐτὰ ὑπέθετο ἀπ' ἀρχῆς. &. Homerus præter cæteros admirationi eſt, quia herorum perſonas tales ſeruauit, quales induxit à principio, vt Neſtoris perſonā, aut Diomedis, aut Agamemnonis aut Telemachi, aut Penelopes aut ceterorum.

PROPRIE COMMVNIA DICERE.

PERSONAS Homericas ſic inducere & tractare, vt iam poetæ illius tractantis videantur eſſe, non autem illius à quo ſumtæ ſunt Homeri. Hoc vero non facilimum eſt.

ILIACVM CARMEN.

ILIACVM *carmen*. Homericum, ſiue Ilias & Odyſſea. In actus enim deducitur, non Ilias tantum, ſed & Odyſſea. Ilias quidem propriè car-

A men Iliacum, ſed & Odyſſea quoque tanquam carmen Iliacum, quippe tangens identidem res Iliacas. Perſuaſi autem vulgo ex Iliade tragicas, ex Odyſſea comicas perſonas peti, vt cenſet qui ſcripſit vitam Donati. Sed Ariſtot. c. IV lib. de poetica, tragicas perſonas tam ex Odyſſea ſumi quàm ex Iliade, comicas autem ex Margite.

PVBLICA MATERIES PRIVATI IVRIS ERIT.

DIXIT magnum eſſe ac difficile communia dicere propriè, pergit expedire quemadmodum hoc quanquam difficile tamen fieri poſſit.

Eadem autem Horatio *communia & publica: propria & priuata*. At in iure ciuili longè ac multum differunt, quàm cupreſſum hic adpingere non

B placet.

Carminis Homerici ſiue Iliadis & Odyſſeæ materies publica eſt, quia vt inquit Symmachus epiſt. XXV lib. I *Cum ſemel à te carmen profectum eſt, ius omne perdidiſti, oratio publicata, res libera eſt* L. Seneca epiſt. IIX. *Poteſt fieri vt me interroges quare tam multa ab Epicuro bene dicta referam potius quàm noſtrorum? Quid eſt tamen quare tu iſtas Epicuri voces putes eſſe, non publicas?* Sic & noſter epiſt. III oppoſuit *priuatas opes ſcriptis quæ recepit Palatinus Apollo.*

Peccant Aduerſar. c. IX. lib. XIX cum autumant, publicam materiem Horatio eſſe quæ intacta ſit ſiue inexperta.

VILEM PATVLVMQ. ORBEM.

QVIS Horatio vilis patulúſq; orbis, pugnauêre ſine miſſione centuriæ interpretum,

C ſed quaſi andabatę. Solus Porphyrio aliquid quaſi per nebulam vidit. Nam, *in eos dicit*, inquit, *qui ad finem Iliada Homeri ſcripſerunt. Ideo & patulum orbem dixit.* Scripſerat puto quiqui Porphyrio ille. *In eos dicit qui à principio ad finem Iliada Homeri deſcripſerunt*, &c. Atq; ita vetus ille quem vocant interpres legiſſe videtur. Et verò Flaccus ipſe ita interpres ſibi. Nam poſt paullò cyclicum Poëtā ſic ordientem facit.

Fortunam Priami cantabo & nobile bellum.

Satis arguens cyclum ſiue orbem intelligi velle ineptam Homerici carminis imitationem quæ tanta pleriſq; Cyclicis Poetis vt non ſolum pannos centuculis ſuis ex Homero adſuerent, ſed tota eius palla ſe tegerent Iliadáſq; & Odyſſeas exſcriberent. Sic enim Poetas cyclicos pingit Pollianus Epigrammaticus Anthologiæ lib. II c. In

D Poetas, vbi Cyclicos illos λωποδύτας ἀλλοτρίων ἐπέων vocat id eſt *fures alienorum verſuum*. Et iam audentes quoque ita ſcribere Μῆνιν ἄειδε θεά. Id eſt, Homerum exſcribere ipſum, ne verbi quidem aliqua mutatione. Sequebatur hanc quaſi vara vibiam, συρφετὸς & ineptiæ fabularum anilium puta (Polliani verbis dicam)--ἐκ ποταμῶν χλωρὰς χελιδόνας.

Ex fluuijs virides ſcandere hirundinulas. Stultiſſima fabella de fluuio hirundines procreante virides. Tale inquit Pollianus, ſi quid vnquam ſcripſero ego, γινώσκω ζῆλος θεῖ' ὀνομάσαι. *Piam*

ſimilis, non hirundini virenti, ſed *vegrandibus auriculis beluæ*, aſino ſcilicet. Malè ioterpretati χελων- ἐγ χελιδόνια herbas, *maiorem & minorem hirundinariam*. Nil mirum itaq; ſi talis orbis ſiue circulus Horatio *vilis & patulus* eſt. *Vilis* enim fabellia, *patulus* reſcriptione Homeri. Voluêre nec valuêre dicere quis Quincto noſtro *vilis patulúſq;* orbis, necanimadoertere diſcrimen neceſſarium in Athenæum c. III lib. VII. Nec enim quiuis κύκλος ἐπικὸς etiam patulus & vilis. Duplea orbis epicus eſt, vnus antiquus: alter nouus. Vetus ille à chao exorſus in Vlyxis in patriam reditum deſinit vt Proclus notauit in Chreſtomathia: nouũ principium ab ortu belli Troiani aut Thebani. Prioris modi epicus orbis cuius principium Horatios ponit. *Fortunam Priami*, &c. Item Thebais Antimachi. Vterque non tam ipſo genere quàm Poëtarum vitijs patulus ac vilis. Vterq; tamen patulus ac vilis comparatione ad κύκλον ἐπικὸν Homeri. Quis tandem ille? inquies, œconomia illa Homerica de qua ante Horatius. *Ordinis hæc virtus erit & Venus*, &c. Exorſus enim Iliadem Poëta oon à coniuratione & profectione principum Græciæ ad Troiam, ſed à iurgio Achillis & Agamemnonis. Et Odyſſeam ab inſula Calypſonis, non autem Vlyxis à Troia diſceſſu. A medio itaq; ad principium, à principio rurſus in medium, orbis epicus Homeri eſt, atque is laudatiſſimus. De hoc circulo apud Ariſtotelem c. 12 lib. 1 de repreh. Sophiſtar. captio eſt huiuſmodi, ὅτι Ὁμήρου ποίησις σχῆμα, διὰ τοῦ κύκλου. *Homeri poeſim eſſe figuram, propter circulum*. Puta, ſi argumentêre, Circulus figura eſt, Homeri poema eſt circulus, Homeri itaque poema figura eſt. Quam & c. 12 lib 1 de Demonſtr. cauillam attigit, vt ſi quis captioſè interroget ἆρα γε πᾶς κύκλος σχῆμα, τί δὲ, καὶ ἔπη κύκλος; *Anne omnis circulus figura eſt? Anne autem poema eſt circulus?* Sed hoc quidem Philoponus rectè admonet vel de circulari epigrammate poſſe intelligi, quale epitaphium Midæ regis apud Platonem, vel de poemate quod dictum propriè circulus.

A

B

C

Sic itaq; circulos epicos diuidere ſatius fuiſſet quam Iſidorum vellicare, quaſi qui lib. VI epicum cyclum videri voluerit nomen ſuum traxiſſe à cyclo paſchali. Nihil eiuſmodi ne per ſomnium quidem Iſidoro in mentem vnquam fuit; ſed intelligi vult vt à ſimplici ordine annorum cyclus paſchalis, ſic à ſimplici ſerie verſuum & materiæ, cyclica poemata vocari. Quid obſecro veriùs, aut vbi minus illi exclamationi animaduerſoriæ locus. *Quàm ineptum eſt*, &c. Non deducit alterum ab altero cyclum Iſidorus, ſed confert vtrumq; in vna re tertia, ſimplicitate oempe illa de qua diai.

D

VT SCRIPTOR CYCLICVS.

STASIMVM paruæ Iliadis auctorem notari putauêre, ſed repugnat principium ipſum huiuſce Iliadis, nec enim ſufflatum eſt, quale hoc à Quincto nunc poſitum. Fortunam Priami, &c. Staſimus nempe modicè ac ſummiſſè orſus.

Ἴλιον ἀείδω καὶ Δαρδανίην ἐΰπωλον
Arces Iliacas cano, Dardaniámq; nitentem.

Præterea poſt paullo index Horatius ipſe, reprehendi à ſe principium paruæ Iliadis, non tanquã ſufflatum ſed vt longè repetitum. Sic eoim præcipit. *Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo* &c.

TANTO HIATV.

EXORSO tragico & ſufflato. Reſpicit ad tragœdorum hiatum de quo memini narrare ad Perſij Sat. v.

RIDICVLVS MVS.

TRACTAT huiuſce numeri artificium Fabius c. III lib. IIX. Seruius ad IV Georg. & Æneide IIX Adiungere licet Hermogenem ſine lib. 1 de Ideis.

CAPTÆ TROIÆ.

CAPTÆ ab Vlyxe. Sic epiſt. II lib. 1 *Qui domitor Troiæ*, &c. Et Odyſſ. t. ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε Plaut. Bacchid. Sc. Atridæ. Pſeud. Sc. XVI Ouid. am.

NON FVMVM EX FVLGORE.

TANGIT ſigna belli fumum diurnum, fulgorem, nocturnum. De his Veget. c. V lib. III.

AB INTERITV MELEAGRI.

LONGE repetitum principium, qualia & Papinius vituperat Thebaide I. Beoe autem qui notari monuêre Antimachum.

GEMINO ORDITVR AB OVO.

VT Cypriacorum ſiue paruæ Iliadis auctor Staſimus, ſiue vt alij nominauêre Taraſimus.

SIC VERIS FALSA REMISCET.

INSERIT fabulas. Hinc *fabula inſerta* Seru. ad II Georg.

AVLÆA MANENTIS.

DONEC remoueantur, & vt Iuuenal. loquitur Sat. VI *ceſſent*. Propriè verò in tragœdija aulæa: in comœdijs ſiparia. Apuleiaſini lib. I *Oro te aulæum tragicum dimoueto, & ſiparium ſcænicum complicato*.

SIGNAT HVMVM.

PAPINIVS Thebaide IV---*Puerum tenero ſignantem gramina greſſu*. Vbi profert hunc locum & ioterpretatur Lactantius.

GELIDA TIMIDEQ.

VT Pacuuius Hermiona apud Marcell. in *Spiſſum*.

AVT AGITVR.

FRVSTRA conatus interpretari hunc locum Diomedes c. IV lib. III. Quomodo autem ille fruſtra, longoa ſermo eſſet, nobis vero iam meta in oculis.

NEC CORAM POPVLO.

EXPLICO ad Perſij Sat. v.

DIGNVS VINDICE NODVS.

ARISTOTELES c. XV De poetica. Seruius ad Æneidem I & IX. Sic nodos Apuleius Florida III dixit, agena de comico Philemone. *Argumenta*, inquit, *lepidè inflexa, ac nodos lucidè riplicatos*.

Digitized by Google

plicatos. Vulgarij *aenatos* ſiue *agnatos.* Sed melius A *nodo.* Sic & Ariſtoteles c. XIIX de poet. dixit δέσεις & πλοκὰς, iiſq; oppoſuit λύσεις. Simul autem luſit Horatius ad nexum & vindicem obærati.

NEC QVARTA PERSONA.

EXPLICAT Diomedes c. IV lib. III. Lucem quoq; præferre poteſt Iulius Pollux c. XV lib. IV.

ACTORIS PARTES.

ACTORIS ſiue perſonæ alicuius, vt in Sophoclis Aiace chorus defendit partes Aiacis. Item Tecmeſſæ & Teucri. Apud eundem in Electra, chorus fauet Electræ. Et Oedipode tyranno, chorus fauet regi. Sic Horatius ipſe infra de chori officio.

Ille bonis faueátq;,--&c.

B Sed in Aduerſarijs eſt c. IX lib. XIX *Auctoris partes.* Cui lectioni facit Platonius qui per chorum inquit poetas ὑπὲρ ἑαυτῶν ſolitos ἀπολογήσασθαι, &c. *ſeipſos defendere.* Et interpres Euripidi in Medeā. *Chorum in Poëtæ perſona iuſtũ & æquũ defendere.* Probabilis itaq; lectio vtraque *actoris* & *auctoris*: ſed vtra vera? Equidem *actoris* puto. Nam chorus in Sophocle artis præcepta ſequitur: Horatio autem ſcopus & viſio nõ neotericos ſed artis præcepta edere. Haud dubie itaq; exprimere voluit officium chori qualem Sophocles, quemadmodum & Ariſtoteles c. XIX de Poetica, præcepit chori officium eſſe concertare non vt apud Euripidem, ſed vt apud Sophoclem.

C Bene itaque nunc auctoris. Aliàs autem ſæpe actoris nomen pro auctore, vt Terentij Prologo Phormionis. Et in iure ciuili vt l. VII C. Mandati. Et id genus aliæ librariorum mendæ ex adfinitate vtriuſq; vocabuli ex qua luſit D. Auguſtinus c. XIV lib. II de ciuit. Dei. *Qua ratione infamentur actores, honorentur auctores.* Apuleius Florida I *Ex rebus actis & auctis.*

OFFICIVMQ. VIRILE DEFENDAT.

OFFICIVM virile defendere, propugnare pro iuſtitia. Interpres Euripidi in Phœniſſas. Ἀεὶ ὁ χορὸς παῤῥησιαζόμενος τοῦ δικαίου προΐσταται. *Semper chorus libere loquitur, & æquitati propugnat,* &c. Hoc autem officium viri fortis. Sic melius quàm in Aduerſarijs c. XI lib. XIX *Officium virile defendere,* eſſe dicere. Poëtam pro D virili parte functum officio: aut quàm apud Dionyſ. Lambin. *Officium virile defendere.* Vnius hiſtrionis ſuſtinere perſonā. Mihi rectè facit, quod ſubiungit Horatius ipſe de chori officio agens.

TIBIA, TVBÆQ. ÆMVLA.

ΠΑρέχγλαιμα vt Apulei Florida I. *Vna tibia vicit vna tuba.* Propert. eleg. IV lib. II.

Tibia funeſtâ triſtior illa tuba.

INDOCTVS QVID ENIM SAPERET.

QVAMDIV populus Romanus rudis artium ac voluptatum exoticarum, & patrũ, equitum, plebis in ſpectaculis nullo adhuc diſcrimine, nil mirum ſi tibia & omnis ſcænæ adparatus tenuis: at creſcente imperio & luxu, non mirum ſi & ſcęnæ adparatus creuit. Aliter neque ad mentem Poëtæ in Aduerſar. c. IX. lib. XIX.

De promiſcuis omnium in cauea ſellis olim, Tullius orat. de haruſp. reſp. T. Liuius lib. XXXIV Valerius c. IV lib. II. Aſcon. in Cornelianam.

ET LVXVRIAM ADDIDIT ARTI.

PLINIVS de tibijs c. XXXVI lib. XVI *Poſtquam varietas acceſſit & cantus quoq; luxuria.*

TRAXITQ. VESTEM.

SYRMA. Iulius Pollux c. XIV lib. VII. Σύρμα τραγικὸν φόρημα ἐπισυρόμενον.

FIDIBVS SEVERIS.

VT Ciceronis II Legum, *Antiqua muſica ſeueritas.*

FACVNDIA PRÆCEPS.

PRÆCEPS inſtar fluminis aut torrentis, vt Oda II lib. IV.

Immenſúſq; ruit profundo Pindarus ore: Et Sat. VII lib. I *Ruebat flumen vt hibernum,* &c. Minus rectè in Aduerſar. c. IX lib. XIX *Præceps,* audax & temeraria.

SORTILEGIS NON DISCREPVIT SENTENTIA DELPHIS.

CHORI ſententiæ non minus certæ fuêre quam oracula Delphici Apollinis. Itaque ſententiæ generales & βιωφελεῖς olim dictæ oracula, vt *oracula* Catonis apud Iun. Columel. c. I lib. II de re ruſt. Plinium c. XIX lib. XIIX Et rationem reddit lib. eiuſdem c. IV *Cur,* inquit, *non videantur oracula à certiſſimo Deo maximéq; veridico, C vſu profecta?*

Malè in Aduerſar. c. IX lib. XIX & apud Dionyſ. Lamb. intellexere ſententias ita obſcuras, atque olim dictio fuit Apollinis. Atqui apud Euripidem, Sophoclem, alios, ſententiæ perſpicuæ.

OB HIRCVM.

VT Tibull. eleg. I lib. II *Memorabile munus, Dux pecoris hircus.*

MOX ETIAM SATYROS NVDAVIT.

CVR Satyros iunxit tragœdiæ oſtendi ad epiſt. II lib. II. Legit autem Diomedes c. XIX lib. III *ornauit.*

IOCVM TENTAVIT.

ETIAM hoc apertũ ex his quæ dixi ad epiſt. poſteriorem lib. II.

GRATA NOVITATE MORANDVS.

D SIC meliùs quàm Diomedes c. IV lib. III legit *--grata nouitate mouendus.*

FVNCTVSQ. SACRIS.

PATET in epiſt. ad Auguſtum, & Diomedis c. IV lib. III, & prolegomenis Donati ad Terentium.

RISORES SATYROS.

DIXI ad Perſij Sat. I.

IN OBSCVRAS TABERNAS.

FIGVRATE` tabernas dixit, pro fabulis tabernarijs De his Diomedes c. IV lib. II & Prolegomena Terentij.

NVBES ET INANIA.

Τὰ γὰρ μηδενὸς ἄξια καπνοὺς, καὶ σκιὰς,

ὁμιλάζομεν. *Nam res nihili ſumus, & umbras & nebulas dicimus.* Interpr. Ariſtoph. in Nebulas. Sed Horatius & nihili res ſimul & ſufflatas exprimere voluit. A

MATRONA MOVERI IVSSA.

PROPERT. eleg. II lib. II.

Aut cum Dulichias Pallas ſpatiatur ad aras.

Iuſſa autem decreto pontificum vt T. Liuij lib. XXVII.

NON EGO INORNATA.

SATYRÆ ſermonem ruſtico ſublimiorem eſſe debere, tragico humiliorem, vt Satyri ſiue Sileni terreſtribus ſuperiores, Dijs & heroibus inferiores.

NEC SIC ENITAR.

PERGIT nunc Satyricam elocutionem diſtinguere à comica. Illam eſſe terreſtrem, hanc vrbanam & Atticam. In Satyra enim perſonæ terreſtres nempe Satyri Dij ruſtici: in comœdia perſonæ vrbanæ id eſt ciues. Sic itaq; notis adpoſitis tres elocutiones differre oſtendit, Satyricam, Tragicam, Comicam. B

EMVNCTO SIMONE.

IVLIVS Pollux lib. II Comicum verbum eſſe ἀπομύξασθαι τὸ ἐπὶ κέρδει ἐξαπατᾶν *Emungere, fallere aliquem vt lucrere.*

VT SIBI QVIVIS SPERET IDEM.

HÆC nota eloquentiæ ſummiſſæ ſiue adtenuatæ & quaſi deductæ. Tullius orat. perf. *Orationis ſubtilitas imitabilis illa quidem videtur exiſtimanti, ſed nihil eſt experienti minus.* Neque diſſimiliter Fabius c. II lib. IV c. I lib. II. Et Iſocrates in Panathenaico. Plutarchus in Lyſia. C

FRICTI CICERIS EMTOR.

EGENS ac ieiuna plebecula. Nam huic cibus eiuſmodi. Peccauêre qui arbitrati idem eſſe *frictum cicer*, quod *madidum cicer eſt* Martiali epigr. XLII lib. I.

Vendit qui madidum cicer coronæ. Et quod *tepidum cicer* lib. eiuſdem epigra. CIV.

Aſſe cicer tepidum conſtat & aſſe Venus.

Sed madidum cicer elixum eſt: frictum cicer aridum eſt. Hinc Cruciſalus ille Plautinus Sc. *Inſanum*, ſignificare volens ſe facturum vt herus ſuus exhauſtus numis, ſiccus, aridus, exſuccus, exſanguis ſit.

---Verſabo, inquit, *ego illum hodie ſi viuo probè* D
Tam frictum ego illum reddam quàm frictum eſt cicer.

Gloſſæ τρωγάλια *Cicer frictum*, lege τρωγάλια, &c. Caſſianus c. I Collat. IIX. *Deinde*, inquit, *adpoſuit ſalem, oliuas ternas. Quibus poſthac ſuperintulit caniſtrum habens cicer frictum quod illi trogalia vocant, ex quibus quina tantum ſumſimus grana, mixaria bina, caricas ſingulas*, &c. Ecce in caniſtro frictum illud cicer, quo pacto igitur madidum? Et notemus ex collatione illa, etiam Latinè vſurpatam populariter vocem *trogalia* pro fricto cicere. Sic & Perſij Sat. V.

--Cicer ingere largè
Rixanti populo, &c. Cicer illud haud dubie frictum eſt.

ET NVCES.

NVCES etiam frictæ, vt frictas nuces Plautus dixit Patrui Sc. I. Sic & Athenæus lib. II nuces aut elixari aut frigi oſtendit. Ἀλλά, inquit, χρὴ τὰ μὲν ἕψειν τὰ δὲ φρύγειν. Et Plinius c. XXII lib. XV *nuces auellanas torreri ait.* Et Feſtus in *Nuces*. Spargi ſolitas Cerealib. *nuces vſtas.*

PEE CITVS.

NOTAVI ad Odam XVI lib. I.

NOMEN IAMBEIS.

CÆCVTIVERE hoc loco interpretes omnes. Intelligi vult Poëta trimetros dictos Iambicos quia ex meris Iambis ſunt. Herous dactylicus nominari aut ſpõdaicus non debet, quia meris dactylis aut ſpondeis conſtare non poteſt, ex lege carminis. At ex meris Iambis verſus optimus, atque tales Iambici omnes à principio fuêre. Atque hic Iambicus eſt de quo mox Flaccus, *Primus ad extremum ſimilis ſibi*, &c.

CVM SENOS REDDERET ICTVS.

VT *pollicis ictus* Oda VI lib. IV Sed ictus muſicus trifariam accipi poteſt. Primùm vt quiſq; pes vnius ictus ſit, quemadmodum Flaccus nunc in trimetro ſiue ſenario eſſe ait *ſenos ictus*. Deinde vt in quoque pede ictus duo ſint, vt Terentianus lib. de pedib. *Ictibus quia fit duobus*, &c. Eadémq; Diomedes c. II lib. III. Hi duo ictus ſunt ἄρσις & θέσις ſiue vt Victorinus loquitur Grammat. lib. III c. de trimetro verſu, *ſublatio & poſitio*. Poſtremo vt in quoq; ictu ſint duo pedes, ſiue vnum metrum, ſiue vna dipodia, ſiue vna ſυζυγία. Sic in Senario ſiue trimetro ſunt tres ictus, Terentianus.

Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur. Et Fabius c. IV lib IX *Sex*, inquit, *pedes tres percuſſiones habent.* Priſcian. lib. de metris. *Quoniam*, inquit, *ter feritur hic verſus, tréſq; dipodias habet, ſiue tres pedes duplices trimeter dicitur ſiue ternarius*, &c. Et Victorinus lib. III Grammat. Trimetrum vocari, *quia iugatis per dipodiam binis pedibus, ſic feritur.* Et mox. *Feritur dimeter dipodijs tribus, hinc à numero percuſſionum trimetrum Græci dixerunt.* Sit itaq; Sat. X lib. I-- *Pollio regum.*

Facta canit pede ter percuſſo--hoc eſt trimetris.

NON ITA PRIDEM.

LVX huic loco erit ex Terentiano lib. de metris, Victorino lib. III Grammaticæ.

SPONDEOS STABILES.

VT *Spondei lentipedes* Auſonij epiſt. XXI.

NOBILIBVS TRIMETRIS.

NOBILIBVS, notis.

MAGNO CVM PONDERE.

ADVERSARIA c. IX lib. XIX. *Magna*, inquiunt, *grauitate ac dignitate.* Haud vidi magis. Nam Horatius quidem pondus intelligi vult ſpondeos frequentes, quibus ceu pondere grauantur trimetri.

IN SCÆNAM MISSOS VERSVS.

SIC vulgarij omnes, ſed voluit Poëta. *In ſcænam miſſos verſus.*

NON

NON QVIVIS VIDET.

ANTE hunc verſum excidiſſe ille videtur quem ex Horatio Seruius próſert ad Æneidem v.

Nec tantá in metris venia conceditur vti.

TVTVS ET INTRA SPEM VENIÆ CAVTVS.

EXPLICO ad ſpectacula Martial. epigr. x. Morboſus autem hic locus totus in vulgarijs ab ioterpunctiooe. Sic enim eſt

---an omnes
Viſuros peccata putem mea, tutus & intra
Spem veniæ cautus?---Liſe debet
---an omnes
Viſuros peccata putem mea? Tutus & intra
Spem veniæ cautus, vitaui denią; culpam
Non laudem merui.----Adclamatoriè. Etiam, ioquit, cum tutus ſartúſq; tectus, & intra ſpem veniæ cautus fuero, necdum tamen laudem merui, ſed culpam vitaui. Non eſt magna laus Poëtica non peccare in pedibus ac verſu. *Culpam* dixit ἀτέθηκεν.

AT NOSTRI PROAVI.

CORREXERE aliqui *At veſtri proaui.* Nihil neceſſe eſt. Nam Horatio quanquam libertino patre nato, tamen vt ciui & equiti & tribuno militum fas dicere, *noſtri proaui.* Sic L. Seneca quanquam Iberici generis, tamen epiſt. I *noſtris*, inquit, *maioribus* Sic Oda xv lib. iv. *More patrum canemus.*

PLAVTINOS NVMEROS ET SALES.

ARTIS Poëticæ laudem ex Græcis petendam eſſe potius, quàm Latinis. Atque hoc Plauti exemplo declarat, qoi quanquam popolo Romano valde in delicijs fuerit, tamen neq; numeris neque ſalibus ſiue vrbanitate excellit. Non numeris quia trimetri eius graues ſpondeis: non ſalibos quia hi ſcurriles plerúmq; ac vt inquit interpres Terentij Donatus μωρολογίαι. In vtroq; Plautus belliſſimè defendi poteſt. In numeris, quia laudi eſt in trimetris iambos corrumpere. Tereotianus.

Sed qui pedeſtres fabulas ſocco premunt
Vt quæ loquuntur ſumta de vita putes,
Vitiant iambos tractibus ſpondaicis,
Et in ſecundo & ceteris æquè locis.
Fideq; ſectæ diam procurant fabulis,
In metra peccant arte, non inſcitia.

Et Victorinus lib. III A comicis dedita opera, inquit, iambos vitiari, *quò & canor tragicus paullulum in fabulis comprimatur, & rurſus à conſuetudine ſoluti ſermonis ſtilus comicus erigatur.*

In ſalibus quoq; facilè Plauti patrociniom eſt. Nec enim ſcurrilis Plautus extra quàm in ſeruulorum & paraſitorum perſoois, vbi decora vernilitas. Deinde autem huic critico noſtro, non mioori auctoritate arbitrum opponimus M. Ciceronem I de offic. Laudat enim Plautom vt excellentem *genere iocandi elegante, vrbano, ingenioſo, faceto, quale in Atticorum vetere comœdia.* Laudauit & M. Varro, qoi & quantus Muſarum antiſtes?

A Plauti ſales apod A. Gellium c. III lib. III. Et apud Marcell. in *Poſcere.* Laudauére & alij vt Macrob. Saturnal. c. I lib. II Sidonius comes Carmine XXIII qui & græcis hac laude ſuperiorē facit.

Et te tempore qui ſatis ſeuero
Graios Plaute ſales lepore tranſis. Qoid contra hanc priocipom artis Muſicæ manum, vous Horatius? Tamen & D. Hieronymus apol. in Rufinum, *Plautinum ſalem*, pro ſcurrili dixit, & Donatus in Terentium *Plautinas nugas*, & Plauti μωρολογίας. Sed illi pietas, huic Terētius in oculis.

DICITVR THESPIS INVENISSE.

DICITVR, non enim extra cootrouerſiam eſt. L. Laërtius in Platone. Suidas in Theſpide, Diomedes c. IV lib. III Prolegomena in
B Terentium. Sed Plutarchus in Solooe. Theſpidi etiam ipſe tribuit hanc inueotiooem.

ET PLAVSTRIS VEXISSE.

NEc enim ſcripſit tantum Theſpis ſed actitaoit quoq;. Plutarchus in Solone.

QVÆ CANERENT AGERENTQ.

QVÆ caneret chorus, quæq; ageret hiſtrio. Chorus caneret hiſtrione quieſcēte, hiſtrio ageret choro quieſcēte. Hiſtrio inueotus à Theſpide primùm vt chorus interquieſceret. Principio enim à choro tantū actitatæ tragœdiæ. Laërtius in Platone.

PERVNCTI FECIBVS ORA.

PROLEGOMENA in Ariſtophanem, & in Terentium. Picti quoq; minio ſiue cinnabari vt
C Tibulli eleg. I lib. II. Sed veriùs eſt Tibullum Poeticè ἀ·ατρυγίζειν & pro fece vini rubri miniū dixiſſe. Nam minium quidem poſterius Theſpidis ſæculo inuentū. Plinius c. VII lib. XXXIII Euſtathius ad Iliad. II. At Suidas in Theſpide, Theſpin ait peruuoctum fuiſſe ψιμυθίῳ Pſimmythij nomine intelligens, opinor fucum rubrum, qui Latinis purpuriſſum & robrica, vt Plauti Trucul. Sc. v. Phaſmate Sc. Iampridem.

Ruber color tragœdia conuenieos qoia Bacchicus eſt. Miniatæ ſcilicet Bacchi effigies vt apud Pauſan. Achaicis & Arcadicis.

PERSONÆ PALLÆQ. HONESTÆ.

POTEST accipi & pallæ hooeſtæ & perſooæ honeſtæ. Perſooæ honeſtæ comparatiooe ad
D feces, aut honeſtæ bene effigiatæ ad ſimilitudinē eorum qui raxarentor in comœdijs, de qoo ritu Suidas in ἐξεσχισμένος. Pallæ autem honeſtæ quia Liberi patris ea veſtis, oempe σύρμα. Solinos c. XV Eadem & Apollinis, Tibull. eleg. IV lib. III Ouid. lib. XI Palla itaq; citharœdorum veſtis, vt Orphei Æocide VI Arioois apud Ouid. II Faſtor. & generatim citharœdorum lib. IV ad Herēn. Citharœdi enim tutela Apollinis. Palla item tragica. Nā tragœdi tutela Liberi patris. Sic itaq; *ſyrma longum*, pro palla tragica Martialis epigr. IVC lib. XII. Et *ſyrma inſanum* epigr. XLIX lib. IV. Conueniens autem palla tragœdis, tanquam diuina veſtis ad Deorum & heroum perſonas, vt tangit Philoſtratus Apollonij lib. VI.

REPERTOR ÆSCHYLVS.

PERSONÆ inuentorem Æſchylum item alij fecêre, vt Suidas in Æſchylo. Sed Ariſtoteles c. v lib. de poët. ignorati ait perſonæ inuentorem. Romæ primum perſona vſum Roſciũ Diomedes notauit c. iv lib. iii. A

Pallæ inuentorem Æſchylum facit quoq; Philoſtratus in Gorgia, & lib. vi Apollonij, & Athenæus lib. i.

NITIQ. COTHVRNO.

HOc inuentum Æſchylo etiam Philoſtratus tribuit in Gorgia, & Suidas in Æſchylo.

LEX EST ACCEPTA.

EIVSMODI legem à quodam Antimacho latam Athenis, nempe *μὴ δεῖν κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος ne quis nominatim taxaretur in comœdia*, narrat interpres Ariſtophanis in Acarnan. B

LIMÆ LABOR.

OVIDIVS Ponti eleg. vlt. lib. iii.

QVI PVRGOR BILEM.

SIc meliùs quàm vt correxêre aliqui. *Qui purgo bilem*. Purgor ſcil. à medico. Sat. i.i lib. ii *Purgatus morbi*.

Bilem autem dixit vrbanè tangens & ſuam bilem de qua eſt epiſt. xx, & bilem Poëticam de qua Petronius.

FVNGAR VICE COTIS.

IMITATVM ex dicto Iſocratis quod commemorat Plutarchus in vita eius: ſed Stobæus Serm. cxxix tribuit Ariſtoteli. Sex. vero Empir. dictum hoc refellit, Aduerſus mathematicos c. xiix. C

NIL SCRIBENS IPSE.

PATEBIT ex his quæ diſſerui ad Satyrarum principium. Nil ſcribere ſcilicet Horatium, quia poemata nõ ſcribit ſed ſermones. *Nihil*, nullum poema epicum, aut dramaticum.

SPECIOSA LOCIS.

TVENTVR hanc aliqui lectionem, ſed verior eſt, *Speciosa iocis*, hoc eſt vrbana & iocoſa. Vrbanitatis & iocorum ſtudioſus Horatius, eámq; adfectauit laudem. Sic autem aliás quoq; in menda eſt *locis* vt Ouid. i Faſtor.

—*Et humanis numina mixta locis*. Rectiùs, *iocis*.

NVLLIVS VENERIS.

QVo pacto, inquies, fabula ſpecioſa iocis eſt, ſi eadem nullius Veneris? Dico. Veneris nomine intelligi nunc à Quincto non feſtiuitatem & τὸ ἐπίχαρι in iocis, ſed in elocutione & ordine. In fabella iocum eſſe ſatis, in poemate ſerio, etiam *Venere* eſſe opus ſiue elocutione & œconomia, & *pondere*, nempe ſententiarum, & *arte* ſcil. poetica. D

VALDIVS OBLECTAT POPVLVM.

QVEMADMODVM Ariſtoteles c. xx lib. ii ad Theodect. ἐισὶ δὲ οἱ λόγοι δημηγορικοὶ *Fabella concionibus apta*.

PRÆTER LAVDEM, NVLLIVS AVARIS.

Q. Curtius lib. ix *Auarus gloria, & inſatiabilis cupido fama*.

ORE ROTVNDO.

SIc ςόμα ςρογγύλον Ariſtophanes de Euripide apud Plutarch. lib. de audiend. Poëm.

EV, REM POTERIS.

EV pro Euge. Sæpe autem heu articulus mendæ nidum in vocabulo eu fecit, vt Terentij Eunucho Act. i Sc. ii *Eu noſter. Laudo*. Male vulgarij. *Heu noſter*, &c. Petronius. *Complosit*, inquit, *Trimalcio manus; & Heu, inquit, ergo viuit*. Melius *Eu, inquit*, &c. Intelligi vult. Bonum factum, quia viuit, vt nunc occaſio ſit ei moriendi, & vt funus ei nunc fiat. L. Agræt. in Ortogr.

ÆRVGO.

SIc *rubigo* apud L. Senecam epiſt. vii.

NEC QVODCVNQ. VOLET.

SERVIVS profert atq; interpretatur ad Æneid. xi.

PVERVM EXTRAHIT ALVO.

SIMILE aliquid Ariſtotel. c. v lib. vii ad Nicom. Clem. Alexandr. in Protreptico.

CENTVRIÆ SENIORVM.

REFER ad diſtributionem claſſium in centurias ſeniorum & iuniorum.

CELSI RHAMNES.

CENTVRIÆ xiix equitum additæ primæ claſſi Dionyſ. lib. i. T. Liuius.

QVI MISCVIT VTILE DVLCI.

AGATHIAS principio lib. iii τὸ θέλγειν ξὺν τῷ ὠφελίμῳ ἀπολαμβάνειν.

OMNE TVLIT PVNCTVM.

ACCIPE non vt Porphyrio de tabellis ſuffragiorum in iudicijs, ſed in comitijs. In tabellis iudiciorum, literæ, in tabellis comitiorum puncta. Feſtus in *ſuffragator*.

SOSIIS.

Σωσίοις vt apud Plutarch. in Parall.

SVNT DELICTA TAMEN.

Παροράματα, παραπτώματα.

NEC SEMPER FERIET.

LAVDAVIT atque interpretatus eſt Seruius ad Æneid. xi.

QVODCVNQ. MINABITVR.

SIc Probus quoq; legit in Artium inſtitutis c. iix. Sic locutus quoq; noſter Sat. iii lib. ii—*Multa & præclara minantis* Exponit Seruius ad Æneid. ii *Promittentis*. Et epiſt. iix—*Multa & pulchra minantem*. Sic itaq; nunc, *Quodcunq; minabitur artem*. Quodcunq; promittet. Aliqui libri tamen, & Seruius ad Æneid. vii legunt. *Quocunq; minabitur*. Quod ſententia quidem pati poteſt. Nam ſic Æneide i—*Geminiq; minantur In cælum ſcopuli*, id eſt, tendunt. Sed prius illud placentius, quia & magis Horatianum eſt.

PAVCIS MACVLIS.

BENE hoc Dionyſ. Longin. περὶ ὕψους.

OBERRAT EADEM.

AD eandem errat Feſtus.

DORMITAT HOMERVS.

ADTINGIT tanquam ſpecie adagij Fabius c. i lib. x D. Hieronymus epiſt. ad Pammachium de erroribus Orig.

NON

Digitized by Google

NON HOMINES NON DII.

EGi ad principium artis huius.

ET CRASSVM VNGVENTVM.

POſtmodo tamen craſſum quoq; vnguentum in delicijs. L. Plinius c. III lib. XIII.

SARDO CVM MELLE PAPAVER.

PLinius c. ttx lib. XIX *Papaueris*, inquit *ſatiui cum tria genera ſint. Primum eſt candidum, cuius ſemen toſtum in ſecunda menſa cum melle apud antiquos dabatur*, &c. Et Dioſcorides c. LXVI lib. IV Μήκων, inquit, τῇ ἡμέρᾳ σὺν μέλιτι ἀντὶ σησάμης χρῶνται. *Papauere hortenſi cum melle pro ſeſamo vtuntur*, &c. Hinc & Petronius. *Sed mellitos verborum globulos, & omnia dicta factaq; quaſi papauere & ſeſamo ſparſa*, &c. Tangit ergo nunc illum ſecundæ menſæ ritum Quinctus, & abſurdum fore ait, ſi toſtum papaueris albi ſemen adponatur, cum ſardo melle quod amariſſimum eſt.

B

RISVM TOLLANT CORONÆ.

VT contra epiſt. XIIX---*Sciſ quo clamore coronæ*.

NONVMQ. PREMATVR IN ANNVM.

PRoferr ſpecie adagij Fabius epiſt. ad Tryphonem. Legête aliqui *decimumq;*, &c. L. Plutarch. principio περὶ ἀοργησίας.

DETERRVIT ORPHEVS.

ARiſtophanes in Ranis, Diodorus lib. IV. Suidas in θρησκεύω.

DARE IVRA MARITIS.

VIro & vxori, marito & maritæ vt l. III § II D. De donat. inter vir. & vx. Gloſſæ *Marita* γύμφη.

C

NE FORTE PVDORI.

NEmpe vt olim cum Poëtæ dicti graſſatores, Cato apud A. Gellium c. II lib. XI. L. & Tullius Procemio Tuſcul. I *Graſſatores* autem adulatores L. Feſtus.

MVSA LYRÆ SOLLERS.

LYra vſi omnes Poëtæ, ſed maximè Lyrici. Narraui ad Odam XXXII lib. I.

ET CONIVRAT AMICE.

REfert ad coniurationes amantium de quibus dixi ad Epod. V.

ADSENTATORES.

PRo, ſic adſentatores. Dixi ad epiſt. ad Auguſt. Similiter infra. *Veſanum tetigiſſe timent*, &c. Pro, *Sic veſanum*, &c.

SEV QVID DONARE.

Προσφωνεῖν τινι Catull. *Cui dono hunc*, &c. Horatius ad Auguſt. *Ne rubeam pingui donatus munere*. Sic libri ac προσφωνήσεις munera. Tullius Procem. Parad. Et orat. perf.

MAGNIS VRGERE CVLVLLIS.

EXplico ad Perſij Sat. I.

SI CARMINA CONDES.

A

MAle vulgo interpunctus locus. Eſt enim

An ſit amicitia dignus, ſi carmina condes, &c.

Eſſe debet,

An ſit amicitia dignus. Si carmina condes,

Nunquam, &c. Videlic. pro, *Sic tu ſi carmina condes*, &c. Vt reges ſoliti explorare quos in amicitiam recepturi: ſic poëta explorare debet quos carmini ſuo iudices adhibiturus, ſiue criticos, ne non tam iudices ſint & amici quam adriſores, adroſores, deriſores.

TRANSVERSO CALAMO SIGNVM.

TAngit notam veruculi ſine ὀβελοῦ, qualem Epiphanius pingit lib. de ponderib. Iſidor. c. XX. lib. I Legend. item Euſtath. ad Iliad. I. Sic & ceteris verſiculis alia poëta Innuere criticorum ſigna ſiue notas tangere videtur, ſed omnia exſequi longum eſſet.

VT MALA QVEM SCABIES.

STvoſi poëtici cacoethes cum mala ſcabie aliiſque morbis comparat qui contagione ſua nocent. Ita hunc locum accipiens perurbanè Auſonius præfatione Ternarij ſiue Gryphi, *Hunc locum*, inquit, *de ternario numero illo noſtra illa Poëtica ſcabies cœpit exſcalpere. Cuius morbi quoniam facile contagium eſt, vtinam ad te quoq; prurigo commigret*. Sic & Fulgent. Mytholog. lib. I *Poëticæ pruriginis dulcedinem dixit*.

AVT MORBVS REGIVS.

ACro ſiue quiqui ille eſt, io triuio eſt, & aut *dæmoniacum* morbum, aut *comitialem*, aut *arquatum* poſſe intelligi ait. De morbo dæmoniaco ſiue caduco ſiue lunatico hic locus haud dubiè non eſt. Arquatum autem ſiue icterum, morbum regium vocari nota res. Videntur itaq; perſuaſi Romani huius etiam morbi contagionem fuiſſe aliquam.

AVT FANATICVS ERROR.

QValis eorum, qui, vt inquit Vlpianus l. I. §. pen. de Ædil. ed. *circa fana bacchantur, & quaſi dementes reſponſa reddunt*, &c. Horum genera multa vt Galli Cybeles, Bacchantes, Bellonarij, &c. Ac ne hi quidem ſine contagione.

ET IRACVNDA DIANA.

D

QVi morbus caducus, ſiue comitialis. Nam hic Dianæ ſiue Lunæ adſignator. Artemidorus c. XII lib. I Cynocephali ſpecie in ſomnis morbum ſacrum ſiue caducum denunciari ait, quia Lunæ ſacra beſtia illa, φασὶ δὲ, inquit, καὶ τὴν νόσον ταύτην οἱ παλαιοὶ, ἀνακεῖσθαι τῇ σελήνῃ. *Aiunt autem veteres morbum quoq; illum adſignari Lunæ*. Iſidor. c. VII lib. IV agens de caducis. *Hos*, inquit, *vulgus lunaticos vocat, quod per lunæ curſum comitetur eos inſania dæmonum. Eadem & lar*natio. *Ipſe eſt & morbus comitialis id eſt maior & diuinus, quo caduci tenentur*. Puto melius fuerit, *maior & diuinus*. Bene iunxit, maiorem & diuinum. Magna enim Græci vocare ſoliti ἱερά. Interpres Apollonij ad I Argonaut. Τὰ μεγάλα, πάντα

ἃ δὴ εὐφήμως ἱερὰ καὶ καλά φασιν. Id eſt, *Morbos meteſſ fortuniſ cauſa, ſacros & bonos vocant*. Cornel Celſus c. XXIII lib. III *Morbus*, inquit, *qui comitialis vel maior nominatur*. Caducos autem eſſe lunaticos Iſidorus etiam lib. IX tradit. *Caducus*, inquit, *lunaticus, eo quod certo tempore lunæ patiatur*. Sic & Iul. Firmicus c. I lib. IV iunxit *caducos* & *lunaticos*, aut vt eoſdem, aut vt non multum differentes. Et planiſſimè lunaticum pro caduco pingit D. Gregorius Turonenſ. c. IIX lib. II De miraculis D. Martini, eundemq; facit morbum *lunaticum, epilepticum, caducum*.

Ouidius vero Ponti eleg. I lib. I etiam vaticinatores, ſiue hariolos Dianæ adſcribit.

Scimus ab imperio fieri nil tale Dianæ
Vnde tamen viuat vaticinator habet.

Caduci autem morbi contagionem eſſe patet Plinij c. IV lib. XXIIX *Deſpuimus*, inquit, *comitiales morbos*, hoc eſt, *contagia regerimus*. Et c. XXIII lib. X *Comitialem*, inquit, *morbum deſpui ſuetum*. Et Plauti Captiu. Sc. Quo illum. hic morbus eſt *ille qui ſputatur*. L. Plutarch. Sympoſ. Problem. VII lib. V. Hinc & comitia ſolui ſolita cum caderet aliquis, qua de re Serenus Sāmonicus, item alij.

AGITANT PVERI INCAVTIQ. SEQVVNTVR.

SIc enim pueri ſoliti. Artemidorus c. XLII lib. III καὶ παῖδες τοῖς μαινομένοις ἀκολουθοῦσι *Pueri ſequuntur inſanos*. Dio Chryſoſt. orat. in Cælenis ὅταν ἀνθρώπῳ μὴ σωφρονοῦντι παιδάρια ἀκολουθῇ, &c. *Cum hominem non ſanum pueruli ſectantur*.

VERSVS RVCTATVR.

MElius eſſe ructare quam ructari diſſerit Verrius apud Feſtum in *Ructare*. Ciceronem tamen Philipp. II *ructaretur* dixiſſe ait. Sed nuſquam id verbum hodie Philipp. II Puto autem vbi nunc eſt, *cui ructare turpe eſſet*, in Verrij libris fuiſſe, *cui ſi ructaretur turpe eſſet*.

ET ERRAT.

ERRARE pro furere, ſequitur itaq; *Certe furit*. Sic error pro inſania epiſt. ad Auguſt. Sat. III lib. II epiſt. II lib. II.

LONGVM CLAMET.

VT Iliade III μακρὸν ἄϋσεν.

DEVS HABERI DVM CVPIT EMPEDOCLES.

TANGERE forte an hoc Vlpianus voluit vbi ait, *iactatione quoſdam Philoſophos* mori velle l. VI § VII D. De iniuſto rup. Sic aliqui correxêre, nempe *iactatione*, ſed melius Piſani, *iactationis*, intelligitur nempe, cauſâ.

ARDENTEM FRIGIDVS.

FRIGIDVS ſenex annum agens CIX, vel *frigidus* ineptus, quemadmodum iocatus Lucianus in Peregrinum Philoſophum.

Hæc paucula carptim de ſententijs artis Poëticæ pleriſq; libaui; artis autem huiuſce artificium ipſum explicare lõgum fuiſſet. Onuſta quidem quaſi mulus aliquis Marianus ſarcinis, ita interpretum hactenus commẽtarijs & commentis, magis quàm honeſta eſt, & ſine induſtriola noſtra non facilimè artem huiuſce artis perſpiciam fore ſi glorier, non iniuria forte an fecero. Sed neque operæ mihi nunc, neque ad plebeculæ ſaliuam operæpretium eſt, neque notis pauculis & quaſi per indicem hæc ars nota fieri poteſt. Illos quidem hoc ſæculo, qui cenſere auſi hanc artem ſine arte ſcriptam eſſe, Catullus ſi reuiuiſcens audiat non arbitror temperaturum quin exclamet.

O ſæclum inſipiens & infacetum. Sed pauci quidem illi præ ſapientibus & corculis quibus hanc in delicijs artem eſſe, & aureum ingenij Horatiani partum videri ſcio. In quorum & te lector beniuole caſtris eſſe opinor, & in omni Muſarum totiúſq; adeo vitæ militia felicem & florentem eſſe voueo.

In prætermiſsis hæc paucula.

P. IV col. II. verſu XXI poſt χαχρυφάλω, adiunge Marcian. Felix lib. I. *Barbito aurataque chelis*.

P. ead. col. I verſu XLVI illi, *de inluſtrib. Gramm.* iungo. Sed propriè quidem *docta frontes* Poëtæ Lyrici vt Martial. epigr. IXC lib. XII *docta Camœna*. Longum eſſet cauſam adponere.

P. V c. II v. XLV vbi eſt, *vel ſatiati*, &c. Iungo. Idem epiſt. III lib. I ad Q. Fratr. *Veruntamen*, inquit, *precor, vt his infinitis noſtris malis contenti ſint*.

P. IIX v. LVI vbi eſt, *vt domini Saturnalibus*, adpono. Eademq; prior Macrobio Solinus c. III.

P. ead. c. II. verſu IV vbi eſt, *& puella*. Addo. Et Iuuenal. Sat. IX in cupientem videri γυναικομανῆ.

Munera femineis tractas ſecreta Kalendis.

P. IX c. II v. XV vbi, γλαφυρῶ. interpono.

SIMPLEX MVNDITIIS.

EXPLICO ad epiſt. II lib. II.

P. XXVII c. II. ver. XXXI vbi eſt, *ianua rixa*, &c. Adſcribo. Propert. eleg. VII lib. IV *Et mea nocturnis trita feneſtra dolis*. Ouid. lib. II Nequitiæ. *Det quoq; furtiuas alta feneſtra vias*. Martial. epigr. LXII lib. XI *Suburana feneſtra*.

P. LIII c. I. ver. XXI vbi eſt, *illa monet*, adpono. Sic Phædri prologo, *quod riſum mouet*, &c. *Vitam conſilio monet*.

P. LIV c. I ver. XV vbi *cubitare ſoliti*. prætermiſſum. Fabius ſiue quiqui ille Declam. XV *Nec exclusus ante lupanarium fores poſterum diem peruigil amator exſpecto*.

P. LXII c. I. ver. XX vbi eſt, *Fabio Maximo Coss.* præteritum. Et tamen Caſſiodorus quoq; Fabium Africanum poſuit. *Iulus*, inquit, *Antonius & Africanus Fabius*. Sed fuit opinor. *Iulus Antonius Africanus & Fabius*. Quemadmodũ & poſterior editio Dionis indicẽ vbi Coss. deprauauit, lib. LIV. Nam rectè in libris Roberti Stephani eſt Iulus Africanus, non autem Fabius Africanus.

P. LXXV

P. LXXV c. I. ver. XVII poſt, *triumphalis currus*, omiſſum. Et apud Eutropium lib. IV Paulli Æmilij triumphantis *currus aureus*.

P. XCI c. I. verſ. II vbi eſt, *In lapide, hoic vni*, &c. adpono Plauti locum ex Aulular. Sc. IV *Hoc indicium fecit*. meliùs, *Hoc indicium fecit*.

P. CXXV c. I verſ. XVI deleo illa. *Et pro illo nihili verbo* ἀσφραγώμεθα *repone* εἰσαγώμεθα.

P. CXLIV c. I verſ. XVI poſt, *Tullij I de Diuin*. adde, Puteus & pro ergaſtulo vt Plauti Aulul. Sc. VII.

Τέλος θεωρῶν, οἶδα τὴν χάριν θεῷ
Finem videns, ago gratias grates Deo.

Extraict du Priuilege du Roy.

HENRY par la grace de Dien Roy de France & de Nauarre, A noz amez & feaux Conſeillers les gens tenans noz Cours de Parlemens, Preuoſt de Paris, Bailly de Ronën, Seneſchaux de Lyon, Tholoſe, Bordeaux & Poictou & leurs Lieutenans, Et à tous noz autres Iuſticiers & Officiers qu'il appartiendra, Salu: Barthelemy Macé Libraire iuré en noſtre vniuerſité de Paris. Nous a faict rémonſtrer qu'il a recouuert vn liure intitulé *Q. Horatius Flaccus, ex fide atq; authoritate complurium librorum manuſcriptorum, opera Dionyſij Lambini Monſtroliensis emendatus, & cum diuerſis exemplaribus antiquis cōparatus, & ab eodem ante paulo quàm e vita decederet recognitus, atq; mendis omnibus perpurgatus, diluciduſq; quam alijs editionibus, commentarijs auctus, atq; amplificatis, illuſtratus. Acceſſerunt huic poſtrema editioni, Adriani Turnebi Philoſophia & græcarum literarum Regij profeſſoris, & interpretis Commentarij. Inſuper & Theodorij Marcilij profeſſoris eloquentiæ Regij in opera eiuſdem Poëtæ, Quotidiana & emendatæ lectiones.* Lequel liure il deſireroit volōtiers imprimer & mettre en lumiere: Mais d'autant qu'il luy couſte ja de grands fraiz & couſtera encores, tant pour la coppie que pour l'impreſſion d'iceluy liure: il doute & craint qu'apres auoir expoſé & mis en vente iceluy liure, qu'autres Imprimeurs & Libraires de Paris, Lyon, Rouën, ou autres villes de ceſtuy noſtre Royaume le vouluſſent ſemblablement imprimer, ou ſuſcitaſſent les Imprimeurs de Geneue ou autres eſtrangers à ce faire, & par ce moyen fruſtrer ledit expoſant de ſes fraiz & miſes, & rendre ſes peines, diligence & trauail inutiles, & luy faire receuoir perte & dommage, pour à quoy remedier & à fin que ledit Macé trauaille pour le bien public, ayant fourny à ce qui eſtoit neceſſaire pour aduancer ledit labeur & recouurir ladite copie, ſe reſſente du fruict de ſon labeur. Nous a tres-humblement requis luy permettre faire imprimer ledit liure, & interdire à tous Libraires & Imprimeurs d'imprimer ou faire imprimer tant dehors que dedans ceſtuy noſtre Royaume, ny ſuſciter ſemblablemēt aucuns, eſtrangers à ce faire. NOVS à ces cauſes, deſirant la promotion & aduancemēt de la choſe publique en noſtre Royaume, & ne voulant permettre que ledit ſuppliant ſoit fruſtré de ſes fraiz, peines & trauail, vous mandons & enjoignons par ces preſentes, que vous ayez à permettre cōme nous permettons audit Macé, qu'il puiſſe luy ſeul imprimer ou faire imprimer, vendre ou diſtribuer ledit liure ſelon l'ordre & methode deſdits Lambin, Turnebe & Marcille en telle forme & characteres que bon luy ſemblera, faiſant tres-expreſſes inhibitions & deffenſes à tous Imprimeurs, Libraires tant de Paris que de Lyon, Rouën, & eſtrangers de quelque nation qu'ils puiſſent eſtre, traficans en noſtre Royaume, pays & terre de noſtre obeyſſance & Seigneurie, & autres perſonnes de quelque eſtat & condition qu'ils ſoient de les imprimer, ou faire imprimer, vendre ny debiter, contrefaire ny alterer, ſoient par extraicts ou abregé l'ordre & methode deſdits Lambin, Turnebe, & Marcille ſans le congé & expres conſentement dudit Macé, ny meſme ſuſciter les Geneuois ou autres eſtrangers à ce faire durant le temps de dix ans, à conter du iour que ledit liure ſera acheué d'imprimer, ſur peine de quatre cens eſcus d'amende, laquelle moitié nous appartiendra, & l'autre moitié audit ſuppliant, & ſur peine auſſi de confiſcation des exemplaires qui ſeront faits ou imprimez par autres, & ſans le conſentement dudit Macé, meſme ſi aucuns Imprimeurs ou Libraires de noſtre Royaume, ou eſtrangers traficans en icelle, ou autre perſonne de quelque eſtat qu'il ſoit eſt trouué ſaiſi d'aucun exemplaire dudit liure, autre que de ceux qui ſeront imprimez par ledit expoſant. Voulons & nous plaiſt qu'il ſoit procedé contre luy particulierement, & qu'il ſoit condamné en pareille amende que s'il l'auoit imprimé ou fait imprimer. De ce faire vous donnons pouuoir, authorité, Commiſſion & commandement ſpecial, & de proceder à l'encontre de ceux qui contreuiendront par toutes voyes deuës & accouſtumées, & par les peines ſuſdites, nonobſtant oppoſitions ou appellations quelconques: pour leſquelles ſans preiudice d'icelles ne voulons eſtre differé. Et pour ce que de ces preſentes ledit expoſant pourroit auoir affaire en pluſieurs & diuers endroicts: NOVS voulons qu'au vidimus d'icelle fait ſoux le ſeel Royal, ou par l'vn de noz amez & feaux Conſeillers, Notaires & Secretaire foy ſoit adiouſtée comme au preſent original. Et ſi voulons & mandons, que mettant par bref le contenu du preſent Priuilege au commencement ou à la fin de chacun deſdits Liures, que cela ait forme de ſignification, tout ainſi que ſi l'original eſtoit particulierement ſignifié à chacun, & que cela ſoit de tel effect & vertu, comme ſi leſdictes lettres leur auoient expreſſément & particulierement eſté monſtrées & ſignifiées, car tel eſt noſtre plaiſir: Donné à Paris le 17. iour de Decembre 1603. & de noſtre Regne le quatorzieſme.

De par le Roy en ſon Conſeil, Signé SYMON.
Et ſeellé du grand ſeel de Cire iaulne.

Leſdictes lettres patentes du Roy ont eſté enterinées & verifiées en la Cour de Parlement pour iouyr par le ſuppliant du contenu en icelles, le 17. de Decembre 1603.

Signé VOYSIN,

Et auſſi au Chaſtelet de Paris le 9. de Feurier 1604. ſigné MIRON, & le IAY.

Digitized by Google

Index rerum & verborum obſeruatione & cognitione

DIGNIORVM, QVÆ COMMENTARIIS Dionyſ. Lambini in omnes Q. Horatij Flacci Odas, continentur: in quo prior numerus paginam, poſterior columnam, & littera locum indicat.

ABigere curas 32.1.b.c
abſtinetio irarum, & ſimil. 245.2.h
accumbere & recubare qui differant 86.1.a.b
accuſatores cum anſeribus, & canibus comparati 330.2.c
achæmenium vnguentum 170.1.c
achelous omnium Græciæ fluuiorum maximus 302.1.a
achelous pro quibuſlibet fluuiis, qui imbribus augentur, & pro aqua vſurpari ſolet 301.1.a.b
ἀχερωίς, populus arbor ſic vocata 37.1.c.d
acheruns, fluuius infernus 16.1.c.d
acheruntia, oppidum in Lucania 182.1.d
acheruſia pallus 16.1.c
achilles Theſſalus 128.1.b
achilles Thetidis filius, 349.2.b
achilles à matre editus μινυνθάδιος 154.2.a
achillis ſtomachus implacabilis 26.1.a
achilli fatale fuit, ad Troiam mori 350.1.c
achilles inuulnerabilis, occiſus à Paride 73.2.c
achillis & Agamemnonis animæ apud inferos vnà colloquentes 276.1.a
acris.i.ſonorus 44.2.b
acroceraunia 16.2.b
acuere linguam, acuere animos in 11.2.b.c
acuta belli 271.1.b
ad plenum 64.1.b
adamantina tunica 29.2.d
adorea, quid ſit 289.2.d
aduerſus, & auerſus quid inter ſe diſtent 336.1.d
aduerſæ res ſe domant, & docent, quid opus eſt facto 246.1.c.d
adulatio propriè canum eſt 164.1.b
adulter quis, & vnde dicatur 215.1.c
adytum quid 60.1.c
Æacidæ qui, & quot fuerint 222.1.d
Æacus apud inferos ius dicit 145.1.a
ædilitas quid 4.2.a
ægeum mare cur ſic appellatum 152.1.c
ægis, Iouis clypeus 184.2.b
ægrimonia 350.2.c
Æliæ gentis multæ familiæ 219.2.b
æmulari cum quarto caſu iunctum, imitari ſignificat 259.1.b
aënea iuga, aënea turris, & ſimil. 200.2.b
æneas caſtus 270.1.b
æneas, Romanorum pater 73.2.c
æquora ventis aſpera 24.1.c
æquus animus 124.2.c.d
aër denſus.i.nubes 133.d
æra.i.ſigna ærea 282.2.b
æſtifer 151.1.b
æſtuoſum fretum 133.1.b
æſtus marinus 133.1.b
æſula, oppidum Tiburi propinquum 249.1.d
ætas annorum triginta ſpatium continet 108.2.b
ætas carpitur 43.1.c
ætas currit 57.1.c
ætatem defendere 63.1.a
æternare 300.2.b
ætna ignis vomit globos 20.2.d
ætna niuoſa, per totum annum niuis acutæ nutrix 366.2.d.
ætnæ ardentis bella, & perelegans deſcriptio 366.2.c
agamemnō à Conoo in brachio vulneratus. 287.1.c.d
agere animam. 294.2.a.b
agens tempus amicum 145.2.b
agyeus, cur apollo ſic appellatus. 277.1.c
aheneus murus. 157.1.a
africa frumenti fertiliſſima. 5.1.d
africus, ventus proteruus. 358.2.a
africus, ventus crebet procellis. 340.1.b
αἰγιτὸς.i.aquila, cur à Græcis ſic vocata. 266.2.b
albanus populus Romam tranſlatus. 375.2.d
albicare. 17.2.d
albinea Nympha, eſt Sibylla Italica. 30.1.d
alcæus, & poëta, & vir militaris & bellicoſus fuit. 99.1.c
alcmæon cùm matrem occidiſſet, in furorem incidit. 215.2.c
aleæ periculoſæ plenum opus tractas, prouerbialiter dictum. 118.2.a
alexander magnus vnguento præſtantiſſimo, vinoque fragrantiſſimo ſolum aſpergere ſolebat 149.2.b.c
alexandrea, & alexandria: vt antiochéa, & antiochía 303.1.a
alga herba 220.1.a
algidum, mons, & vrbs eiuſdem nominis 231.2.d
alite ſecunda, bonis auibus 358.2.a
allaborare 116.2.c
allium, cibus eſt ruſticis, & meſſoribus non iniucundus 317.2.b
allobrox nouis rebus infidelis 305.2.b

Digitized by Google

altus.i.egregius 183.2.b
alumnus ſemper eum ſignificat, qui alitur 349.2.a.b
amabile carmen 85.1.a
Amaltheæ capræ cornu, prouerbiom 64.1.a
amata eurarum, & ſimil. 119.1.b.207.1.c
amarities 87.1.a
amare eam, quæ aſpernatur amãtem, dutiſſimom eſt ſeruitutis genus. 101.1.d.2.a
amare, me potiri, res omnium duriſſima, 86.2.d
amat.i.ſolet 215.2.b
amant.i.ſolent 333.2.c
amans eo, quòd potiatur, beatus dici poteſt: quòd ſeruiat autem, & quòd ſemper ſolicitus ſit, perit, & miſer eſt 86.2.c
amantium pallor violacei coloris particeps 202.2.b
amatorum baſia, qualia 51.2.d
Amazones, fabuloſæ mulieres 267.1.b.c
amens animi 75.1.d
amentia nihil grauius, & moleſtius 98.2.a
ames quid 313.1.c
amicitiæ munus vt expletum ſit, multi ſalis modij ſunt edendi 152.2.a
amicus omnis amicum fugit pauperem. 236.2.a
amici ficti deſcriptio 107.2.d
amœnus, quaſi ad ſe amandum alliciens 182.1.a
amor, grauis morbus 51.2.c
amor cæcus 68.2.d
amor & felle & melle eſt fœcundiſſimus 87.1.a
amor torret eum.i.vrit 200.1.d
amor muliebris quouis vento mobilior, incertior, ac fallacior 24.2.b
amor flagrans 80.2.c
amor improbus, puer iniuſtiſſimus 100.2.d
amor ſenilis, turpe 325.2.a
amoris ſedes, iecur 256.2.a
amoris fomenta, & pabula, quæ 343.1.d
amoris indicia 50.2.d
amoris inæqualitas vnde naſcitur 101.1.d
amoris quinque gradus 52.1.b
in Amore nihil valere genus, ſapientiam, nec mores: ſolámque pecuniam ſpectari 342.2.d
in Amore hæc omnia inſunt vitia, iniuriæ, ſuſpiciones, &c. 86.2.d
in Amore naufragi, & calamitoſi qui ſint 101.1.d
amor dapis.i.fames 267.1.a
Amphiaraus augur hiatu terræ aſſumptus 215.2.d
amphiarai domus funditus extincta, atque eorſa 216.1.c
amphora, quod genus vaſis 36.2.c
amphora Læſtrygonia 218.2.b
amphora Romana quantum continebat 212.1.b
amyſtis, quod genus poculi 111.1.c
anacreon antiquior Pindaro 351.2.d
anacreontis poeſis tota eſt amatoria 64.2.b
anacreontis ſtatua habitu hominis ebrij 64.2.b
ancilium quid, & vnde dictum 187.1.d
Ἀνδρικὸς 12.1.d
andromeda, Cephei & Caſſiopeæ filia 249.2.c
angiportus 81.1.d
anguſta pauperies 171.1.b.c
anguſta viarum, & ſimil. 119.1.a.296.2.a
anhelitus ſublimis 58.2.d
anienis fluuij deſcriptio 30.1.c
anima.i.vita 47.1.d
animæ ventorum 17.2.d
animæ Thraciæ.i. venti Thracij 249.1.a
animoſus infans 182.2.b
animoſi Parthi 71.1.a
animus ab anima dictus
animi mares 171.2.c
animi ſub vulpe latentes 329.1.d
animorum peſtes 236.1.c.d
animum reddere 62.2.a
annibal parentibus deteſtatus 7.1.c
annus prònus 277.2.d
annus formoſiſſimus 313.1.c
annus hibernus 313.1.c
anni venientes multa ferunt commoda ſecum, multa recedentes adimunt 130.1.b
anni affluentes 291.2.d
antennæ velatæ 360.2.d
authermus ſculptor 331.1.d
autimachus poëta, mortua ſibi vxore Lyda, ſcripſit elegiam ad ſui conſolationem 89.1.d
antiochus, res Syriæ 193.1.b
ἀπάνθρωπος 76.1.c
apellæ Iudæi 162.1.d
aper Marſus 7.2.c
apex quid, & vnde dicatur 228.1.a.b
apices regum 228.1.b
apium viuax 279.1.d
apium ad cibos admittere, nefas 91.1.a.b
apium, herba logubris, & funebris 291.1.a.b
apollo ac Diana in Delo ex Latona nati 74.1.a.b
apollo Latous.i. Latonæ filius 74.1.a
apollo cur χρυσάωρ dictus 74.1.b
apollo cur λόξος appellatus 32.1.a
apollo, Phœbus, & Sol, idem eſt 73.2.b
apollo cur appellatur Pythius 60.1.d.2.a
apollo Grynæus 375.1.b
apollo ἀλεξίκακος 74.1.c
apollo augur æquus 376.1.a
apollo iratus, peſtem & calamitatem immittit 74.1.d
apollo non ſemper tendit arcum 139.2.a
apollo ſemper Troianis fauit 73.2.c
apollinis etymon 374.2.d
aprilis menſis vnde ſic vocatus 291.2.b
apullicum mare 234.a
aqua ſacra 6.2.b
aquarum diuina natura 8.1.a
aquila, rex auium, & cur à Græcis αἰετὸς vocatur 266.2.c
aquilam in auium cur ſibi adoptauit Iupiter 266.2.c
aquilæ feroces columbam non progenerant imbellem 57.1.c
aquilo quis ventus 15.2.d
aquilo impotens 195.1.b
aquilones, incolæ Thraciæ 201.1.d
aquoſus hydrops 111.2.a
arabia εὐδαίμων 95.1.a
ararim Parthus bibet, &c. 358.2.c
araxes fluuius vnde ſcaturiginem capit 138.1.c.d
arbiter.i.dominus 16.b.c
arbiter bibendi 22.2.b
arcadia frumenti ferax 296.1.a
archilochum proprio rabies armauit iambo 331.1.c
archytas Tarentinus ita fuit philoſophus, & geometra, vt à reip. adminiſtratione tamen non abſtinuerit 59.1.a
arctos duæ ad polum Arcticum 83.2.c
arcti metuentes æquore tingi 219.2.d

Digitized by Google

Arcturus, ſignum cæleſte omnium accetrimum 169.1.d
ardor ciuium 175.2.b
ardor.i.amot 344.2.a.b
arduum nihil eſt mortalibus 16.1.d
arena vaga 91.2.b
arena bibula 183.1.b
arenæ arentes 183.1.b
argentum nihil habet nitoris, niſi vſu moderato 119.2.c
argentearum haſtarũ conflictus omnia vincit 216.2.a
argentum vrbes euettit, & viros è ſuis ſedibus exturbat, &c. 215.2.a
Ariadnæ hiſtotia, ſeu fabula 163.1.b.c
ariſtæ, pro annis 42.2.b
Ariſtoteles an animorum immortalitatem crediderit, adhuc ſub iudice lis eſt 252.2.d
arma militis, ſunt eius membra 336.1.b
arma abiicere in acie, flagitium inſigne 188.2.c
arua beata 359.2.b
aſpicit vt ſcorpius 263.2.a
aſſiduus.i.longus, diuturnus 131.2.b
aſſum vitulinum 6.2.a
aſtrologi Babylonij reprehenſi, & confutati 42.1.d
Aſtrorum vires 157.2.b.c
ἀσυχία φιλεῖ τὸ συμπόσιον ſilentium conuiuio carum eſt 85.2.c
aſymbolum 297.1.b
arauus quis, & vnde dicatur 2.1.c
ἀταύρωτος.i.puella intacta, & incorrupta 347.1.a
Οὐκ ἀτεὶ 182.2.b
Athenæ, Palladis vrbs 291.a
Atlas cœlum ſuſtinet 38.2.d
Attagen quæ, & qualis auis 315.1.c
Attalicæ conditiones 3.1.d
Attalus quis fuie 5.2.a
Attica adiudicata Mineruæ 29.1.c
auara templa 152.2.c
auarus acceſſione pecuniæ non ſatiatur 121.1.d
auari harpagonibus, harpyis, ac Tantalis ſimilibus 218.1.c
auari quibus afficiuntur apud inferos pœnis 161.2.a
auaris argento nullus color 119.2.b.c
auaris nautis mare eſt exitio 5.2.d
auctor.i.progenitor 12.1.d
Auctumnus pomifer, fruges effundit 231.1.d.22.a.270.1.b
Auctumnus grauis 148.2.a
audax perpeti 283.1.d
audax prœliis 45.1.d
Auerni fontis ſimulati latices 324.1.a
auerſa inſulæ, & ſimil. 271.2.a
aufidus, Apuliæ fluuius 253.1.c
aufidus tauriformis 250.2.c
Augures vt auguria captabant 223.1.d.2.a
augurium qui captabant orientem ſolem ſpectabant 242.2.b
auguſtus Mercurius 12.2.a
auguſtus vniuerſo dominabatur orbi
auguſtus cum Hercule comparatus 211.1.c
auia itinerum 296.2.d
auidus pugnæ 184.2.c
auis afra 315.1.c
aui mala 56.1.d
aues diuinæ, & oſcines quæ ſint 241.1.c
aues Eſquilinæ 328.2.b
auitus fundus 48.1.b
aula quid ſit 276.2.d
aura fallax 24.2.b
aura rumoris 273.1.d
aura popularis 173.1.d
auræ iouia 374.2.c
aurea copia pleno cornu 64.1.c
aurea mulier 24.2.a.b
auriga, cæleſte ſidus 195.1.b
auribus bibere 234.1.c
aures acutæ 261.2.d.162.1.a
aures tutæ 87.1.c
aurem purgatam perſonare 64.1.a
auritæ quercus 283.1.c
aurora roſeis digitis 70.2.d
aurum, omnium malorum materia 236.2.c
aurum quando in vſu eſſe cœpit 178.2.c
auro nihil pulcrius, aut amabilius 24.2.b
auro aſellus onuſtus quaſlibet vrbes expugnare poteſt 216.1.c
auſpex prouidus 31.2.d
auſpicatò quidquam agere 31.2.d
auſpiciorum magiſtratus apud Romanos 31.2.d
auſter humidus 340.2.b
auſter, arbiter Adriæ 175.2.c
auſtri fallaces 189.2.d

B

BAca, gemma, & lapillus 333.2.c
Bacchans ventus 81.2.a
Bacchus, Semeles filius 148.1.a
Bacchus, deus inuerecundus 343.1.a
Bacchus, dator lætitiæ 162.2.c
Bacchus capillatus, ac deorum maximus 215.1.a
Bacchus Tyoneus, à tyone matre dictus 238.2.c
Bacchus Lenæus cur dictus 238.2.b
Bacchus cur Euuius vocatus 68.1.c
Bacchus, cerberus inſons appellatus 162.1.c
& cur coguomento taurus dictus 164.1.d
Bacchus mulierum bacchantium, & iuuenum nudorum exercitu Indos deuicit 164.1.c
Bacchus eſt metuendus, quia offenſus concitat mentes 162.2.c
Bacchus confundit cum Marte prœlia 65.1.c
Bacchus flectit flumina retro 163.2.d
Bacchi currum cur tigres trahere finguntur 176.2.d
Baccho cur cornu tribuunt poëtæ 194.1.d
Baccho æterna iuuenta 279.2.b
Baccho madidi curarum onera leuãt 32.1.c
Bacchi cognomina ibi legito 238.2.b.c
Bactra 249.2.d
Baiæ liquidæ 262.2.c
Balanus quid ſit 249.1.d
Balba ſenectus 92.1.d
Bantini ſaltus 182.2.a.180.2.c
Barathrum abruptum 133.1.c.
Barbatæ hominis partes murium & ſoricum vrina illita imberbes effici poſſunt 289.2.b
Battus 238.2.b
baſiare 51.2.d
baſſaræ, ſeu baſſarides, & bacchę, bacchi ſacerdotes 142.2.c
baſſareus, bacchi cognomen, & cur 68.2.b
bathyllus, delitiæ fuit Anacreontis 351.2.d
bauium qui non odit, amet tua carmina, &ç. 339.2.c
beatus vulnere
beatus eſſe is nequit, qui timet 169.1.a
beatus.i.opulentus 95.1.a
beatus ex omni parte nullus 154.2.a
beata pleno copia cornu 64.1.b
bebrice, Danaidum vna, virum ſuum ſeruauit 205.8.d
bellerophon vnde id accepit nominis 195.1.d.2.a

bellerophum chimæram interfecit, & duo Pegaſo vectus 88.1.a.108.1.c
bellerophontis & Pegaſi fabula 191.1.a
belluoſus Oceanus 303.1.a
bellum, ludus Martis, & fortunæ 118.1c.101.2.c
bellum importunum 270.1.c
bellum lachrymoſum 74.1.c
bellum ſeruile 211.1.c
belli geminæ portæ 101.1.a
bella, Martis deliciæ, & oblectamenta
bella furiis conflari 91.1.a.b
bella ciuilia ex peccandi licentia manare 235.2.b
bella ciuilia à diis immiſſa ob fratricidium Romuli 332.1.c
bella deteſtata matribus 7.1.c
bellorum quantæ calamitates 180.1.a.b
benignè ac liberaliter 64.1.c
benignè facere 64.1.c
benignitas, beneficentia 647.b.c
benigniùs, liberaliùs, largiùs 36.2.b
benignus.i.copioſus, affluens, & abundans 369.1.c
benigna ingenij vena 64.1.b
benigno cornu.i.pleno 64.1.b
benignæ dapis 64.1.d
Berecinthium cornu 68.2.c.d
bibere nonies in conuiuio debet poëta, ſi inſanire volet 229.1.a
bibere vetant eum Gratiæ, qui à rixis & conuiuiis abhorret, plus quàm treis vini cyathos 223.2.a
bibit aure vulgus 257.1.b
bibendi leges 22.2.b
Bibulus conſul 247.2.b
bidentes quæ, & cur ita dicantur 231.2.a
biformis vates Horatius 165.2.b
bimaris 28.2.b
bimeſtris 220.1.c
Biremis 252.1.a
bitumen nigrum 337.1.b
blanduſia, vrbs in Sabinis 209.1.a
Bocchus, rex Mauritaniæ 262.1.c
bonus vir audet aduerſam fortunam excipere & ſubire, neque tamen ægrè fert caſum ſuum aduerſum 154.1.d
boni viri munus & officium 139.2.c
boni ex bonis naſcuntur 267.2.c
bonorum humanorũ genera quatuor 98.1.d
bona verba dicere, & loqui 168.1.b.c
bona dea 60.1.c
bos arator, βοῦς ἀροτὴρ 272.2.d
boues intactæ quæ ſint 337.1.a
boſporus, non boſphorus 144.2.c
boſporus inſaniens 180.2.d.183.1.b
breoci populi 300.2.d.1.a
briareus centimanus
britanni ab orbe diuiſi 108.2.a
bromius bacchus cur ita cognominatus 138.2.d
brutus, a, um, quid ſit 130.2.a
bruta tellus 184.1.a
bupalus ſculptor 331.1.c

G

Cacus ferox viribus 57.2.a
cadmus, rex Thebarum, & Semelæ pater 70.1.c
caduceus, ſeu potiùs caruceus 41.1.d
caducus 144.2.a
caducum fulmen 158.1.d
cadus quantum continebat 212.1.b.2.a
cadum vertere 249.1.c
cæcias quis ventus 15.2.d
cædes ex peccandi licentia fieri 235.2.a.b
cælebs quis 197.2.c
cælum, ſeu cælus, primus totius mundi imperium obtinuit qui & terram duxit vxorem 157.1.d
cælum ex lapidibus conſtare & aliquando collapſurum quidam exiſtimarunt 175.2.d
cœlum ipſum ſtultitiã petimus 56.1.d
cæmentum 234.1.a
cæmenta quæ, & vnde ſic dicta 170.1.a
cęſare cæſo quæ in cælo apparuerunt portenta 48.2.a
cæſpes viuus 71.1.b
calamiſtratam habere comam turpe 47.1.c
calamitates agricolis prouidendæ 169.2.c
calendæ Martiæ cur fæmineæ vocatæ 197.2.a
calendæ olim erant ipſo nouæ lunæ die 223.1.b
calenum vinum 97.2.c
callida reſonare.i.quæ reſonare nouit 204.2.a
callida reſonare teſtudo, & ſimil. 283.1.d
callidum condere 40.1.b
calliſto in vrſam mutata, & inter aſtra relata 83.2.c.d
calpar, quid ſit 273.2.c.d
camillus exul, conſul creatus, & quanta eius virtus & integritas 47.2.c
camœnæ minaces 186.1.d
caniculæ atrox hora 209.2.a
caniculæ vitandus æſtus 94.2.b
canidia venefica 317.2.c
canidiæ crines viperis implicati 313.2.a
canis paſtorum amans, vis amica paſtoribus 330.2.c
canum fidelitas, ſagacitas, & alacritas 7.2.b
canum fida cuſtodia amánſque dominorum adulatio 164.2.b.c
canis Laconicus, ſeu Lacedæmonius, vel Amiclæus 330.1.d
canis anguinea 4.1.a
canes Moloſſi 330.2.d
cane multa.i.multis canibus 313.1.c
canis ieiunæ ſaliua ad amatorium cõficiendum poculum vtilis 323.2.d
Canis.i.maledicus 330.1.c
canit indoctum 77.1.b
canities arida 140.1.a
canities moroſa 37.2.a
cantaber bellicoſus 83.2.d
cantilenæ quo recentiores, eo placent magis 36.2.c
caper Baccho immolari ſolebat 340.2.c
capilli nitidi 138.2.c
capilli vncti 95.1.c
capitolium, Iouis erat ſedes 187.2.d
Capricornus, ſignum Zodiaci, cur tyrannus appellatus 157.2.c.d
captare iucundius eſt, quàm capere 313.2.c
captare frigus, & vmbras 210.1.c
caput nitidum 132.2.b
caput carum, caput lepidum caput ridiculum 79.1.a
caput veteres eſſe ſacrum exiſtimabãt 135.2.b
capitis acceptiones variæ 6.2.b
carmen 73.2.a
carmen ſæculare cur ita dictum 372.2.c
carmina cælo poſſunt deducere lunã 324.2.c
carmina Sabella. 366.1.b.c
carpere diem, carpere penſum, carpere obliuiones, & ſimil. 43.1.a.b
carpere iter 156.2.d
carpere ſoporem 355.2.c

carpere.

Digitized by Google

Index.

carpere. i. obſcurare, & imminuere 288.1.a
Carthago à Scipione funditus euerſa 337.1.c
Caſtor natus immortalis, ſuam tamẽ immortalitatem fratri Polluci communicauit 46.1.b.c
Caſtor & Pollux cur nauigantiom ſeruatores, & liberatores habiti 176.1.d
cateruæ victrices 179.1.d
Catonis animus atrox 47.1.b
Catonis nobile lethum 119.1.c
catus, ſolers, & conſideratus 39.2.a
catus iaculari, & ſimil. 283.1.d
caucaſeæ volucres 17.1.a
cauda pennata 164.2.b
cauponari bellum 208.
cecropius. i. Athenienſis 118.2.c
celer voluere menſeis. i. celer in voluendis menſibus 277.2.c
celer excipere, & ſimil. 283.1.d
celerare gradum 17.2.b
cenas ſuas totam noctem producebãt antiqui 228.1.c
cenſura 4.1.b
cenſus quid 151.1.b
Centauri plus nimio poti, Lapitharũ vxoribus vim inferre conantes, cæſi ſunt 67.2.d
centiceps bellua 145.2.b
cẽtimani Cottus, Briareus, & Gyges 157.1.a.b
ceraunium, quæ menſura 212.1.b
κέρας ἀμαλθείας, prouerbium 64.2,a
ceraunia 16.2.b
Cerberus ex Typhone & Chimæra genitus 87.2.d
Cerberus nefandus, & crudelis Orci canis, voce ferrea, quinquaginta capitibus præditus, impudens, & validus 145.2.b.c
Cerberus triceps 22.1.b
Cerberi os trilingue 164.2.b
Cerberus tria inhians tenet ora 145.
Cerberus centiceps 145.2.b
Cerberus ingens latratu trifauci 64.1.a
Cerberus inferorum canis ad ſuperos per Herculem protractus 18.1.b
Cerberi deſcriptio 4.1.a
cerea brachia 50.2.a
Ceres εὐσίφανος 374.2 c
certare mero, certare ioco 234.2.a
certare com dandi caſu 5.2.d 6.2
cerui timidi, ac fugaces 582.d
cerui, luporum præda 270 1.a
Cetera fuluus 259.1.a. cetera nullius pretij hom. Cetera lætus, Cetera Grayus, cetera ſanctiſſimus, & ſimil. 262.1.b.c
Charon, Orci ſatelles, & miniſter 161.1.c
Charontis triſtis ampla cymba 126.2.d
Charibdis voraginis deſcriptio 87.1.d
chelys & lyra, idem 40.1.d
chimæra triformis 87.1.d
chimæra ignem ſpirans 157.1c
chimæra flammas ore vomebat 88.1.b
Chiron doctor ac magiſter præſtantiſſimus 349.1.c. aluit & erudijt Achillem 349.2.a
chlamides in vſu tempore belli 337.2.a
ciborium, quod genus vaſis 133.2.c
cibi faſtidia labor extundit 151.2.d
ciborum condimeotum, ſal ibid.
cicada, animal, aridiſſimum, ſicciſſimum, canorum, & garrulum 154.2.b
cicadæ quærulæ arbuſta rũpunt cantu 313.1.a
cichorea 98.1.c
cicuta frigore necat 317.2 2
cimis doloſus, prouerbialiter dictum 118,2 b
circe vitrea 247.2.c
circe carminibus magicis ſocios mutauit Vliſſis in belluas 314.2.d
circumgemit vrſus ouile 360.1.a
circumlitus 364.
circumuagus Oceanus 92 2.d
cithara imbellis 57.2.d
citrea menſa 257.1.a
citrus, arbor odorata, ex qua citra mala 257.1.a
clam vxorem 273.2.a
clarus pòſt genitis 235.2.c
claro, as, at 263.1.b
claui adamantini 234.1.b
clauos trabales figere, prouerbium: & & quis ſit clauus trabalis 106.2. c
Cleopatra quo genere mortis periit 114.2.c.d
clienta, cliens 160.1.a
clitor fluuius, cuius piſces ſunt vocales 264.2.a
cliuus ſacer 261.1.a.b
clypeum abijcere, turpe 232.2.c
Cnoſſus, vrbs magna, in qua regnauit Minos 90.1.a
Coæ veſtes 298.2.d
Cocytus fluuius infernus, ater, triſtis & horribilis 148.2.a.b
codrus pro patria & ſuis, non timidus mori 289.1.a.122.1.d
κοινὸς Ἑρμῆς. i. communis mercurius prouerbium 41.1.d
collata, congeſta, & comportata 182.2. b
colliocre puluere crines 57.2.c.d
colonus, quis propriè 148.1.d
color verecundus 35.2.c
colubri, vel colubre 63.1.c
columbæ molles. i. imbelles 114.2.a
columbæ Veneri ſacræ 119.2.d.247.
columba lignea, quæ vocabat 89.1.c
columen. i. præſidiom, robur 156 2. b
columeo rerum 156.1 a
columen imperii 106.1.d
colus mineruam decet 213.2.c
coma in antiquitus alebãt pueri molles 130.1.c
comæ. i. frondes 263.2.d
comburere diem 273.2.a
cometa in morte cæſaris 48.2.a
comiſſor ſeu comaſſor, aris: & comiſſatio, vel comaſſatio: non comeſſor aris non comeſſatio, vt putat vulgus 156.1.b.
commodus donarem, & ſimil. 82 2.a.b
compoſita hora 37.2.c
concani Calabriæ populi 183.1,b
concha, genus vaſis 134.1.a
conchyliũ nomen generale, & omnia teſtacea complectens 314.2.d
concilium quid 272.1.c.d
condere diem 273.1.d
conflata iniuria 63.1.b
coniurata rũpere 56.2.a
conopẽum, velum ad culices excludendos comparatum 336.1.c
conopeom cur turpe eſſe cenſetur 336.2.c
conſiliare 177.1.a.b
conſilium, mens, & ingenium, maxima & præſtantiſſima homiois pars 252.2.c
conſilia libera 344.2.a
conſtiterũt flumina acuto gelu 36.2.a
conſolatio quibus ex rebus comparanda 89.1.d
conſul perpetuus quis dicatur 288.1.d
conſulum nomina ſcribebãtur in amphoris. i. in vini vaſis 226.2.c
conſultus ſapientiæ 102.2.c
contriſtare 22.1.2
conuiuio ſilentium carum eſt 65.2.c
in Conuiuiis roſæ & vnguenta 111.2.a
copia pleno cornu 376.1.2

Copia faſtidioſa 149.1.d
cor vietum 346. 1.a
cor turgere triſtibus iris 50. 2.d
cordatus homo 39. 2.a
cordax, mollis & laſciuæ ſalutationis genus 164. 1 c
Cornelius Tacitus, optimus Latinitatis auctor 246. 1.b c
cornix vaga 240. 1.c
cornicum ætas quanta 299.2.a
cornu Berecinthium 257. 1.b
coronæ in conuiuiis quid ſignificabãt 290.2.c.
corona populea, lætitiæ & victoriæ ſignum 31.1.c d
coronæ ederaceæ. 29. 1 d
coronare vina apud Virgilium, reliquóſque poetas, quid ſit 290.2.c
corripere gradum 17. 2.b
cortex aſtrictus pice 198. 1.b
coruſcus 103. 1. b
coruſca fulmina 10.1.d
coruus dexter, boni: læuus, mali omnis ſignum 242. 2 b
corybantes qui fuerint 60.2.b
corybãtia ſacra, in quibus frater trucidabatur à fratribus 291. 1.a b
corybantium more furere, & inſanire 60. 2.d
cos cruenta 136.1.c
cotiſon, rex Getarum 198. 2.d
κοττάβια, quæ erant munera 149.2.d
Cottus centimanus 157. 1.b
cotyttia ſacra, quæ & qualia 330.2.d
Cragus, mons, & oppidum in Lycia 74.1. a
Craſſus, vir cetera ſanctiſſimus, immuniſque voluptatibus 292.1.c
cratera, ræ, 211.1. c
credulus 24.2.a
cremides nymphæ 7.2.d
crepare per tranſlationem 67.2.a
creſſus, a, um 110.2. c d
creta centũ nobilis vrbibus 244.1.a
crete centũ potens oppidis 240. 1,a
criminoſus 60.1.a
crines calido ferro vibrati q. turpes 47.2.c.
crocina tunica 256.1.a
crocodili fimus ad quid vtilis 349.2.a
cruda marito 204.2.d
cubans mons, id eſt, leuiter decliuis 63.2.d
cubile heſperium, id eſt, ſolis occaſus 305.1.d
cululli, qui 97.2.d.98.1.a
culpæ inexpiabiles 92.2.a
cuncta terrarum, & ſimil. 119.1.a. 47.16.289.2.c
Cũnus, teterrima belli cauſa 286.2.c
cupiditatis ſitis numquam expletur, ſatiatur 217.1.b
Cupido, amoris & cupiditatis auctor 153.1.c
Cupido, deus potentiſſimus 351.2.c
Cupido, puer ales 27.2.c
cupido, puer feruidus 96.1.c
cupido quo parente ſatus 66.2.a b
cupido ſordidus quis 153.1.b
cupido ſæuus 101.2. c
cupidinis faces nemini ſunt inauditi 200. 1. d
cupido duos arcus intendere ſolet, & quos 136.1.b c
cupidinum ſæua mater 101.2.a b
cupidinis ex adiunctis, & effectis deſcriptio 87. 1.a
Cupido, pro cupiditate, ſemper apud Horatium generis eſt maſculini 219.1. 2 b
cupreſſi cur funebres appellatæ 149.1.d.323.2 b.364.1.a
cura ſagax 271.1.b
curæ atræ 32. 1. b
curæ edaces 32.1b
curæ mordaces 67.1d
curæ in locupletũ, & potentium crebriores, & moleſtiores eſſe ſolent 152. 2.b
curarum fomenta 343.1.d
curetes 60. 2. b
curioſus 369.2.c
Curius maluit aurũ habentibus imperare, quàm aurum habere 47.2.c
curtere i. currebat 317.1.b
currere, i. nauigare, & curſus id eſt nauigatio 93.1.d
currus aurei, qui fuerint 359.2 d
curtæ quid ſemper abeſt rei 217.1.c
cyathi, tres amoris 223.1.a b
Cybele, deorum mater 224.1b
cyclades, inſulæ in Ægeo mari quas Virgilius ſparſas appellat, & cur vocentur cyclades 54.2.a
cyclopum officina 21.1.a
cycnus, canorus ales 166.1.b
cycni cùm in omni vita, tũ maximè mortis tempore muſici, & canori 164.2 c
cycni in tutela ſunt Apollinis 165.2.d
cycnus, pro vate, & poeta 260.2.b
cycni purpurei 255.2.c.d
cymbala in ſacris cybeles 68.2.c
cynoſura 83.2.c
cynthus, mons deli, vnde Appollo cynthius, & Diana cinthia vocantur 247.2.c

D

DÆdala tecta 261.1.
dædala lingua, dædala tellus, & ſimil. 17.2 c.d
dædalus, faber præſtantiſſimus, ædificandarum nauium rationem primus inuenit 17.2.c
damæ timidi 11.2.c
damoclis aſſentatoris hiſtoria 168. 2.d
Danæ, Achriſii filia, à Ioue in aurum conuerſo, compreſſa, Perſeum peperit 214. 2.c.d
Danaæ fabula ſignificat, nullam eſſe fœminam vſque adeò pudicã, quæ auro expugnari non poſſit 215. 1.b
Danai genus infame 222.2.a
Danaidum fabula, ſeu hiſtoria 205 2.d.206.1.a
dapes Siculæ 169.1.a
dare ludum alicui 20.7.1.h
dare manus, quid ſit 363.1.a
dare nomen 283.3 a
dare vela 93.2.a
debere ludibrium, debere riſum 54. 1.b.c
December tertius .i. annus tertius, ſeu hiems tertia 342. 1.c
decipitur laborem, & decipitur laborum 146.1.a
decor 140.2 a
decus dulce, decus grande 156.2.d
dedecorare 268.1.a
defunctus bello, &c. 239.2.a
Deiphobus à Merione in brachio vulneratus 287.1.b
deiphobus acer graueis excipit ictus pro pudicis cõiugibus, atque pueris 57.1.d
deliberata morte ferocior 115.1.a
delphi ſortilegi 28.2.d
demittere aures 145.2.a
Democritus Abderites Phyſicus, cur & quo pacto aciem ſibi oculorum effodit 123.2.c
Demoſthenes ita erat imbecillo oculorum acie, vt auri ſplendore præſtingeretur. 122.2.a
dens ater, niger & putridus 333.1.a
dentes luridi 248.2.b
depræliare 39.2.d
deproperare 134.2.a
dereptus 188.2.d
deripere 37 2.d.38.1.a
deſine mollium querelarum, & ſimil. 245.2.b
deſtinare quid 133.1.d
dextera rubẽte 10.1.d
deuius, a, um 141.1.d
dêuium ſcortum 93.1.c
deuocare 363.1.c
deuotus.id. exſecrabilis 182.2.d

Digitized by Google

deuotus.i promiſſus, ſeu obligatus ex voto 2,1.2.a
Deus vocatus,& non vocatus aderit, Apollinis oraculum 161.2.b
Deo hoc negatum eſt, facta, infecta reddere poſſe 251.1.c
ſine Deo nullus eſt hominum 98. 1.c
Deorum à veteribus confictorum varia genera 106.1.b.
Dij octo duodecim diis priores habiti 296.1.a
Deorum cultor parcus 101. 2.c
Diis non eſt amicum. id eſt diis non placet 256.2.a
Non ſine Diis 182.2.b
Dij ex hominibus fiebant 176. 1.a
Dij nautarum tutelares, qui 53.2.d
διάκτορες καὶ ὀλάκτορες 39.2.c
Diagondas Thebanus ſacra nocturna lege perpetua ſuſtulit 325.
Diana ſic dicta, quia noctu quaſi diē efficiat 228.2.d
Diana montium & nemorum cuſtos 228.2.d.
Diana ſiluarum potens 373.1a
Diana anniuaga 228.2.d
Diana, Hecatem, & proſerpina, idem eſt & luna. 230.1.b c.73.2.b
Diana Lochia. & Ilithyia cur dicta 217.1.ab.2.b
Diana genitalis, 372.1.a
Diana cur dicitur, certa 46.1.a
Diana maturandorum, & procurandorum partuum prouinciam nacta 217.2.a.b
Dianæ oratria 230.1.c
Dianæ ſub tutela ſunt puellæ puerique integri 277.2.a
Dibaphum 155.1.c
Dicam inſigne, id eſt non dicam res vulgares 238.1.b
Dicenda, tacenda locutus 325.1.a
Dicitur nihil hodie, quin priùs dictum ſit 279.2.a
Dictatura quæ dignitas 4.1.b
dictynna luna 373.2.b
dido minatur ſe mortuam Æneam perſecuturam 327.2.d
dies, ſolis filius 144.2.b
dies ad vmbilicum eſt, dimidiatus mortuus 247.1.d
dies ſolidus 6.1.c.174.1.a
dies in promeridianum tēpus inclinatus 247.1.d
dies clarus 374.1.a
dies truditur die 160.1.c
Dieſpiter.i.dies pater: diei & lucis pater 23.1.b
differre.id eſt diſſipare 340.1.
diſtingere, & ſtingere, contraria ſunt 251.1.d
diffundere comas ventis 141. 2.b
Dijouis 174.1.d
diluuies 250.2.c
diluuium vniuerſum ad hominum impietatem omnino delendam 10.2.d
Dindymene Cybele, Rhea 60. 1.d
Diogenis apophtegma perelegans de menſis frugalibus, & ſūptuoſis 153.1.a.b
Diomedes Venerem, & Martē vulnerauit, Pandarum interfecit, & Æneæ cepit equos, &c. 27 1.b
Diomedes à Pallade deus immortalis factus 27.1.b
Dionæum antrum 119.2.b.c
diona, mater Veneris 119 2.
Dionyſus. i. Bacchus, cur thauro ſimilis 64.1.d.2.a
Dionyſius, quaſi dans vinum 238. 2.c.d
diota, quod genus vaſis 36.2.c
dirce fons Thebanus 260. 2.b
dirus, quis propriè dicatur 193. 1.b
diſcinctus id eſt diſſolutus, luxurioſus, & intemperans 309. 2.b
diſcus quid, & vnde dictus 35. 1.a.b
diſsilire 366.c
diſſociabilis 16.2.c
diſſoluere frigus 22.1.b
diſtenta vbera lacte 314.2.a
dithyrambus cur, & vnde ſic dictus Bacchus 238.2.d
diuerſa montium 296.2.c
diues artium 283.1.a
diuites auari in magnis opibus pauperes, & in Oceani medio gurgite ſitibundi 218.1.c
diuitiæ olim in boum armentis, & pecudum gregibus erant poſitę 164.2.d
diuitiæ improbæ 233.2.d
diuitiæ operoſiores 170.1.d
ſub Diuum rapere 68.2.c
docilis modorum 275.1.a. 277.2.d
docta modos 143.2.d
doctus ſermones 198.1.b
dolium dulce 314.2.a
dolia fictilia 72.1.c
dolium Pandóræ malorum plenum 107.1.d
doloſi ferre iugum, & ſimil. 108, 1.a.b
dormire longum, immenſum, æternúmque ſoporem 279.1.d
δωροδοκία 88.2.a
dubia tempora, dubij caſus. res dubiæ 288 2.b c
ducere curam 204.1.b
ducere Liberum id eſt bibere 65. 1.a
dumeta horrida ſiluarum 246. 2.d
duonem 103.1.b
durare.i.perferre 53.2.d
duritas 190.2.d
durus componere verſus, & ſimil 106.1.a.283.2.a
durus.i.inexorabilis 257.2.b
δυσέρως id eſt in amore calamitoſus 101.1.d
δυσώνυμος 211.2.b

E

EBrietatis effecta 237.2.a.b.238.2.b.c.d
ebrij multa ſibi videre videntur, quæ re vera non vident 161. 2.d.162.1.a
ebur indicum 97.2.b
ecceillam 160.1.b
echinorum duo genera, & eorum hiſtoria naturalis 324.1.a
edentulus 340.2.a.b
edera tenax, & errans 111.2.d
edera laſciua, & ambitioſa 345. 2.b
ederæ mira virtus in mammis nimis pendulis contrahendis, & pudendo muliebri nimis patenti conſtringendo 388.1.c.d
ederæ doctorum capitum præmia 7.2.c
Edoni, Thraciæ populi 133.2.d
educere in aſtra 260.2.a
efflare animam 294.2.a.b
egit viſere id eſt vt viſeret 11. 1.b
egregius animi 75.1.d
ει Græca diphthongus, ferè ſemper à Latinis vertitur in, i, aut in, e, longa 336.1.c
eiulatio, & eiulatus 340.2.a
elaboratus ſopor 169.1.b
eloquentiæ vis, & vtilitas 39.1.b
eliſiorum camporum deſcriptio 145.1.a

Digitized by Google

emancipati duobus modis intelliguntur 336.1.a
emancipatos id eſt poteſtati permiſſus,& in manum alterius datus 335.2.d336.1.a
enceladus 184.2.b
eneruare 333.1.a
ennius calaber fuit 284.1.a
enſis Noricus 363.2.b
ἑωσφόρος, ἕσπερος, ſeu φωσφόρος, ſtella Veneris 137.1.d
Ἐπιποταμιδὴ nimphæ 7.2.d
ἐποδὸς quid per totum 306.
equæ quo potiſſimùm tempore libidine furiant 81.2.c.d
equo Troiano qui & quot Græcorum principes incluſi 276.1.e
Erigone cur Arheois, anniuerſarijs honoribus affecta 210.1.a
Erimanthus, fluuius, & oppidum 74.1.a
Eripere oſculum 143.1.d
erraot greges,errant boues 312.2.a
Erycina Venus 12.1.e
Eryſicthon quo ſanguine natus 295.1.b
eſt.1.edit 87.2.b
eſculentum 76.2.b
Eterocles omnium primus ſacrificauit Gratijs 20.2.a
Eteſiæ venti æſtate ſpirant 294.1.a
Euiades 238.1.b
Euius curas diſſipat edaces 32.1.b
Eumenidum angues 323.2.a
Eumenidum furiarum deſcriptio 145.2.d
Euoe, vox mulierum bacchantium, vnde dicta 162.2.c
Eurus ventus niger 24.1.d 339.2.d
Eurus petulans,& poteruus 83.2.e
Eurus nimbos agit 166.1.a
Eurymedon ad inferos cur detruſus 17.1.b
exæqoat nos victoria cælo 225.2.d
exanimare,& exanimari 207.1.c 156.1.d
examen.de apibus propriè dicitur 108.1.d
examen iuuenum 95.1.a
excitare mortuos ab inferis 369.2.c
excubare 298.2.b
excubiæ diuûm æternæ 187.2.e
exercere.i.colere 312.1.a
exiget otium 305.1.d
exilis domus 22.1.c.d
eximere curas 211.2.c
expedire animum metu 76.1.d
expedire ſe ex laqueis: expedire ſalutem,& ſimil. 76.1.d
expeditò.i.expeditè 35.1.b
expes 359.1.b
explicare frontem 249.2.a
exporrigere frontem 249.2.b
exſomnis 238.1.e
exſucta medulla 324.1.c
exolium,non exſilium,dicendum eſt, & vnde dicatur exſul, & exulium 153.2.a126.2.d
extrema finium,& ſimil. 119.1.a
extricatus 189.2.b.e
exulçim 204.1.a
εὐγένεια 218.1.d
εὐφυΐα 268.1.d
εὐσέβεια 208.2.b
εὔζωνος,ſtrenuus& expeditus ad aliquid faciendum 309.2.e

F

Fabricius quàm fidelis, & integer dux belli fuerit 47.2.a 47.2.b
facere ſacra 168.1.e
facere&operari, pro ſacrificandi verbo vſurpant Latini 211.1.d
facinoroſi miſcent,& peruertunt fas & nefas 327.2.e.d
fœmina vrit videndo id eſt dum videtur 34.1.b
fallere curam 146.1.e
fallere fidem 188.d
fallebar ſermonis 146.1.b
fallere, id eſt,latere 41.1.a. 41.1.b
fames integra 6.d
fame nihil miſerius 74.1.e
famoſus hoc nomen in vitio locum habet 177.2.d
famoſus hoſpes 213.2.a
famoſi labores.i.Venerei 213.2.a
fanaticus error 362.
far pium 232.2.b
faſces ſuperbi 47.1.a
faſti memores 300.2.a
faſtos euoluere mundi 299.1.b
faſtidioſus 249.1.d.2.a
fata fera 56.2.a
fauere linguis 158.1.b
fauna nympha 219.2.d
fauoalia anniuerſaria 221.1.c
faunus, Aboriginum rex, ex Marte prognatus, & à Romanis ſacrificiis,& carminibus cultus 21.1.d
faunus, deus terrenus, ſeu infernus 221.1.a
faunius deus iraeundus 221.1.a
Fauni,Latinorum dij 21.2.a
Fanno ſacrificabant Romani vere ineunte, & nonis Decembribus 221.1.a
Faunorum voces exauditas fuiſſe 21.2.a
Fauonius quis ventus 294.1.a
Fauonij candidi 194.2.c
Fauonij ſuauiter ſpirantes 359.2.e
Fauonij,veris comites 294.1.e.d
fax mutua.i.amor mutuus 200.1.d
faces nuptiales 296.1.b
fel bilioſum 50.2.e
felix eerebri 75.1.d
ferentum,oppidum 182.2.a
ferociter planè reſpondit 57.1.c
ferox in laude plerunque ponitur 268.1.b
ferox viribus 57.2.a
ferox bello 57.1.c
fertilis frugum 374.2.b
feruentes rotæ 3.1.d
feruidus florente iuuenta 213.1.a
feruo,vis,vit,feruere 207.1.b
feſtus in pratis vacat 221.1.c
fibrenus fluuius,qui in Lirem præcipitans,eum gelidiorem facit 220.1.a
ficta rerum 296.2.e
fides,iuſtitiæ ſoror 78.2.c
fides pellucidior vitro 69.1.a
fides incorrupta 79.2.b
fides cana:albo rara fides 107.1.b.107.2.b
fides prodiga 69.1.a
fidem qui fallit,iuſtus nullo modo dicendus 79.2.b
figere modum incontinentiæ 213.1.d
fila atra trium ſororum 37.1.b.e
fingere.i.reddere, efficere 263.2.d
fiogere carmina.i.facere 260.2.d
fingi artibus.i.inſtrui, imbui 192.2.a.b.39.2.a
finis deſtinata,finis reddita, &c. 367.1.d
firmus paſcere 283.2.a289.1.b
fiſtulam inuenit Pan 157.1.b
flagitium quid 189.1.c
flamma virens 362.1.c.367.1.e
flammæ furentes 367.1.b
flaua coma 24.1.b
flebilia carmina 137.1.b
flectere equum 196.2.b
floriferi ſaltus 260.2.e
fluctifragum littus 42.2.e
flumina retrò flectit Bacchus 163.2.d

fluuij auriferi quinque ex Plinin 354.
2.b.c
fluuij ignei 367.1.a
focus Veſtæ ſacer 314.1.c
fontes,vini,lactis,& mellis 163.
1.a
fontes ſurſum eunt,prouerbium 95.
1.d
fnrma, ſeo pulchritudo cum flnribus
comparara 289.2.c
fnrmare quemquam præceptis,& bonis moribus 39.1.d
formidolnſus 325.1.d.157.2.c
fors dictum 60.1.a
forſan,prn,fors 92.1.a
fnrſit,& forſet 92.1.a
fortis contemnere hountes 283.
2.a
fortes creantur fortibus 267.2.c
fortior ſpernere aurum, & ſimil. 283.
2.a
fnrtuna rapax 228.1.b
fnrtuna,Iouis liberatoris filia, vrbiũ
ſeruatrix,& qualia eius npera 2n5.
2.c
fnrtunam ſecundam moderatè ferre,
non eſt cuiuſlibet 245.2.c
fortunatus labnrum 75.1.d
fotum inſanum 312.1.b
fragmen 25n.2.a
frãgere gnttur,frangere ceruicem 317.
1.d.144.1.d
fremens, vſitatum equorum epithetum 336.2.a
frigus amabile 21n.1.b
frumentum terram amat nigram 296.
1.a
fruticetum 76.2.b
fugax temporum ſeries 252.2.b
fulgo,gis,git,fúlgere 207.1.b
fulguritum 139.1.c
fulmina vnde gignuntur 1n3.
1.c
fulmina ſummos feriunt montes 139.
1.b
fumnſus 198.1.d
fundus mendax, qui agricolæ ſpem
fallit 359.2.d
funeratus 198.1.a
futere furorem 224.1.2.b
furens libidine 51.2.c
furfures quibus remediis abſtergeri
pnſſint 346.2.a
furiarum crines, angues erant, &c.
145.2.d
furiare 81.2.d
furor arma miniſtrat 305.1.d
furor ciuilis.i.bellum ciuile 3n5.
1.d
furiis bella conflari 91.1.a
furuus, a, um, & quæ ab eo deriuantur 144.2.d
fuſus à Minerna inuentus 213.2.c
futura ſcire velle,ſtultum eſt 37.
1.a

G

GAleſus,Calabriæ fluuius 13n.
2.d
Gallus,Rhndani pntor 166.1.d
Ganges,fluuius aurifer 354.2.c
Ganymedes à Inue aquilæ ſpecie raptus 266.2.c
Garganus,mnns Apuliæ 137.1.b
gaudere gaudium,& ſimil. 251.
2.a
Gaza,nnmen Perſicum, ærarium ſignificans 95.1.b
Gazæ Arabum beatæ 233.2.d
Gazæ,id eſt,immenſæ diuitiæ 152.
1.d
Geloni, pnpuli in Scythia Europea
166. 1.c
Gelnni pharetrati 183.2.a
Genauni pnpuli 30n.2.d
Genius,deus eſt, qui vim obtinet rerum gerendarum, hoc eſt,gignendarum 22n.1.c
Genio potcus immnlabatur 220.
1.c
Genium vino piare 220.1.c
Geryntes amplus, triceps, tricorpnr,
ac tergeminus, ab Hercule interfectus,& eiuſdem deſcriptin 147.2.d.
148.1.a
geſtire quid propriè 296.2.c.129.
2.c
Getæ ἀνίστοι, ἄθεοι, & ἱππημολγοι 234.1.d
γῆ ἄπιστος, fundus infidelis qui non
reſpondet vntis agricnlæ 169.2.a.b
Gigantes,terræ filij γηγενεῖς 142.2.b
Gigantes à Bacchn deuicti, leonina
indutn pelle 164.1.b
Gigantes opprimuntur Ætna 185.
2.a
Gigantum cohnrs θεόμαχος 164.
1.b
Glaciat Iupiter niueis 201.2.a
Glacies iners 137.1.2.b
Glans preſſa quid 249.1.c
Glans vnguentaria 244.1.c
gliſcit furor
glubere 81.1.c
Gorgn ſui ipſius aſpectu homines in
lapides vertebat 214.2.d
ex Gnrgonis capite amputato equus
exilit Pegaſus 87.2.d
Græcia barbariæ lento colliſa duello
335.2.c
Græcorum tria genera 315.1.c.d
Græcorum incontinentiæ monumẽtum 352.2.d
grande certamen. 225.1.b
grande decus 136.2.b
gratiam ab antiquis appellatam eſſe,
mulieris cnnceſsionem 20.1.b
gratias Veneri ſacras eſſe 2n.1.b
gratiæ,Veneris comites 96.2.a
gratiæ,Veneris & Liberi filiæ 20.1.b
D.Heſiodus tamen vult eas Iouis
& Eurynnmæ 20.1.d
grariarum numerus, & nomina 2n.
1.c
Gratiæ ſine fuco eſſe debent 95.2.a
gratiæ vt effingi ac pingi ſoleant 96.
2.a.b
gratiæ cnnnexæ & colligatæ pingebantur 228.1.b
gratiæ cur nudæ fingebantur 224.
1.a
gratiarum Znnæ ſnlutæ 96.1.d
gratiarum primum templum à quo
cnnſtructum 18.1.d
grauatus equitem,& ſimil. 292.
2.c
graueſcit ærumna 344.2.b
grauida & prægnans quid diſcrepant
219.2.b
grauis annis 75.1.d
grex turpium 113.2.a
grues aduenæ 313.2.b
Gyas centimanus 157.1.a.b
Gyges,pueri formoſi nomen 13n.1.b
Gyræa vada 34n.1.d

H

HAbere exitum 370.2.d
habilis.i.cnnueniens 224.1.c
hœdilia 63.1.d
hœdis orientibus ſæuit mare 169.
2.a
Hæmus,mons Thraciæ 44.2.d
Haliatticus,pater Crœſi 219.1.c
Harmoniæ tria genera 335.1.c
Hebe,pubertatis dea 96.2.c
Hebe,Inuis & Iunnnis filia, Herculiſque duris perfuncti labnris vxor
284.2.c
Hebe candidis talis.ſeu calcaneis 7n.
2.d
Hebrus,Thraciæ fluuius 82.1.c
238.1.c
Hebrus hiemis ſodalis 221.1.
b.c
Hecatæ,triuia triformis, ac tergemina 223.1.b.c

Hector ferox 57.1.c
Hector ab Aiace grauiter vulneratus 287.1.b
Helena Paridis hoſpita 178.1.a
Helena vt à Paride rapta 56.1.b
Helenæ lucida ſidera 284.2.d
ἑλικὴ Helice 83.2.c
Hercules Alcmenæ filius 215.1.a
Hercules impiger, vagus, & efficax 284.2.d.176.2.a
Hercules, Eunomo à ſe non ſponte interfecto, voluntario ſe exſulio multauit 366.2.c
Hercules cur ad inferos deſcendiſſe dicitur 176.1.d
Hercules venenata tunica periit 318.2 b
Hercules, ærumnis grauiſſimis exantlatis, in cælum vocatus eſt 211.1.c
Hermes, elocutionis deus 38 2.c
Hermeſianax, elegorum ſcriptor 20.2.a
Heſperia duplex 110.2.a
Heſperia.i.Italia 191.2.d
Hiems acris 278.2.b
Hiems ignaua colono 279.1.c
Hiemes, pro annis 59.1.a.42.2.b
Hiemi nigra immolabatur pecus 340.2.c
Hiemes informes 24.1.d
Hiera inſula 20.2.d
Hippolyta, Hippolyti filia, ac de eiuſdem impudicitia 195.2.d
Hippolytus cur dicitur pudicus 281.1 a
Hippolytus ab equis diſtractus 281.2.a
Hipponax poeta, & iamborum ſcriptor, &c. 331.1.e
Hipponactis ſepulcrum horrendum 331.1.d
Hipponus.i.Bellerophon 195.1.d
Hircus, naſorum peſtis 150.2.c.d
Hirci vxores, id eſt, capellæ 63.1.c
Hirundo, Pandionis filia 204.2.d
Hirundo, veris nuntia, Ityn filium, à ſe in odium Terei viri ſui interfectum, gemit 294.2.d
hirundo vna non facit ver
hiſpidus 137.1.a
Homerus quandoque dormitat 256.2.d
homerus vini laudibus arguitur fuiſſe vinoſus 57.2.b
homines primi eloquentia ad humanum cultum coacti 39.1.b
hominum varia ſunt ingenia 198.2.a. b
homines huiuſce temporis, breuioris ſunt ſtaturæ, quàm ſuperiores fuerint 193.2.d
hominis deſcriptio ex quorundam Ethnicorum ſententia 279.2.d.280.1.2
honores tergemini 3.2.c.d
honorum gradus apud Romanos, quot 3.1.c.d
honores à populo delati, incerti, breues & fluxi ſunt: at virtuti honores debiti, certi & ſtabiles permanent 171.2.d
hora compoſita 37.2.c
hora fugiens 252.2.b
horæ. id eſt. quatuor anni partes 45.2.c
horatius, poeta biformis 165.1.d
horatius tribunus fuit militum 182.2.d
hornus, na, num 231.1.c
horna vina, id eſt, vnius anni 314.a a
horna fruge 220.1.d
hornotinum frumentum 231.1.c
horridulus 51.2.d
hoſtia mactata lenior, prouerbium 71.1.d
hyades cur in ſtellas verſæ 16.1.a
hydaſpes fluuius, cur dicatur fabuloſus 76.1.e
hydra, Chimæræ ſoror. 87.2.d
hydra ἐννακέφαλος, ſecundum Alcæum: πέντηκοντακέφαλος, ſecundum Simonidem 270.1.d
hydriades nymphæ 7.2.d
hydrops, quis morbus 121.2.a
hyleus centaurus 142.2.b
hymetriæ trabes 140.2.a
hyperborei, qui 166.1.b
hypermneſtra, Danaydum vna, virũ ſuum ſeruauit 205.2.d

I

IAnus Quirinus 304.2.a
Iani porta biforis 304.2.c
Iapix, quis ventus 15.1.d
Iapyx albus 240.1.d
Icarus, ſolis propinquitate alis liquefactis, in mare ſubiectum decidit, vnde mare Icarium 6.1.a
Icarus cur Athenis, honoribus anniuerſariis affectus 210.1.a
Ida mons aquoſus cur dictus 226.1.a
Idoneus dare 283.2.a
Idus quid, & à quo deriuetur 291.2. d
Idibus exigebantur nomina 316.1.d
Iecur, libidinis, non iræ ſedes 50.a.c
Ignis auidus 184.1.c
Ignis perpetuus fouebatur in Veſtæ focis 152.2.c.d
Ignis inextinguibilis 187.2.c.d
Ignes medij, id eſt, mediç prœlij flammæ 301.2.d
Ilia, Numitoris filia, & Romuli mater 200.1.b
ilices trementes 243.2.b.340.1.c
ἡλιοκαυςος. ſole aduſtus 314.1.c
Ilios, eſt vrbs ipſa: Ilion, arx eiuſdem vrbis 287.1.a
Ilithyiæ ſtatua 229.1.d
Ilius, a, um, Troianus, a, um 375.1.b
Illachrymabilis ἄκλαςος 287.1.d
Illachrymabilis Pluto 147.2.a
Illiteratus 332.2.c
Imago vocis recinit 41.2.b
Imago iocoſa, id eſt, Echo 72.2.a
Imago vana quid ſit 244.1.b.80.1.a
Imbellis, ἀπόλεμος, ἄναλκις 308.2.c
Imbellis muſa 26.2.bc
Imber edax 2,2.1.c
Imberbis 140.2.a
Immerens, qui nihil commeruit 144.2.a
Immerentes.i. immeriti, nihil commeriti 330.2.b
Immeritus, i. immerens, non meritus 191.2.b
Immerita veſtis 65.2.b
Immeriti mori, id eſt, qui non meruerunt mori, & ſimil. 73.2.b
Immeritò 191.2.b
Immetata iugera. i. nullis diſtincta metis 234.2.b
Imminere, quid propriè 17.2.d.20.2.a
Immiſerabilis 188.2.c
Immunis manus. i. inanis, & vacua 231.1.c
Impacatus 166.1.c
Imperioſius æquor 53.2.d
Imperij Romani perpetuitatem cæremoniis, & religione, & ſacrorum ritu maximè continebatur, quibus neglectis, maximis calamitatibus affectum fuit 191.2.c
Impermiſſa gaudia 191.1.d
Impiger vexare 300.1.a.301.2.d.283.1.d
Impiorum apud inferos ſupplicia 22.1,a.b

Implacidus 301.1.a
Importunus, a, um, quid propriè ſit 298.1.b.218.2.d
Impotens ſperare 283.1.d
Impotens.i.iratus 113.2.d
Impotens Aquilo. i.vehementer ſæuiens 152.2.a
Impube corpus 323.1.d.2.a
Imputata vinea 356.2.d
Inachus, Argiuorum rex 126.1.c
Inachus, Argiuus fluuius 222.1.c
Inæquales procellæ 137.1.a
Inarata tellus, 359.2.c
Inaudax 225.1.d
Inaudita verba 374.1.a
Incerta fortunæ, incerta caſuum, & ſimil. 271.2.a.296.2.c
Indefletus 364.1.b
Indocilis mercator 6.1.a
Indocilis pauperiem pati 130.2.b
Indoctus ferre iugum 140.1.d
Indoctus pilæ, trochi, diſcique 237.1.c
Indoles vnde dicta 267.2.e
Indormit vnctis cabilibus 322.1.b.c 316.1.d.2.a
Iners.i.ignauus 190.1.d
Iners.i.immobilis 184.1.a
Inertia mollis 351.2.b
Infector, tinctor 155.1.c
Inferiæ 119.1.d
Infidus 369.1.c
Infletus 364.1.b
Ingenium 160.1.b
Ingens bellum 57.2.a
Ingluuies Tartarea 218.1.c
Inhoſpitalis, 308.2.c
Iniicere manus quid ſit propriè 65.1.d
Inimico, as, at. 305.2.a
Iniquare 305.2.a
Iniquum litus
Iniquus.i.iratus 12.2.c
Iniuſſus, ſpontaneus 360.1.b
Innans.i.influens 219.2.d
Innumerabilis 252.1.c
Inops magnas inter opes 218.1.b
Inquinare 391.1.a
Inſcius laborum 266.2.d
Inſepultus 364.1.b
Inſerere pyros 312.2.b
Inſerere aliquem ſtellis.i.immortalitati commendare 238.1.a
Inſititia pyra 238.2.a
Inſolabiliter dolet 156.2.e
Inſolens belli, inſolens malarum artium 21.2.b
Inſtitor quis dicatur 192.2.d
Inſulæ diuites, ſeu fortunatæ 284.2.a
Inſulæ Vulcaniæ 20.2.d
Integer vitæ, integer animi, integer mentis, integer æui 751.1.d
Intercondere 134.1.d
Intercurare 134.1.d
Intererrare 360.2.a
Interluonum 136.1.b
Interlunium 71.2.c.136.1.b
Intermenſtruum 81.2.c
Interſtrepere 134.1.d
Inuerecundus 345.1.a
Inuidendi poſtes, aula inuidenda 139.1.b
Inuidiam extingunt rerum ſecundarum præſtantiæ, & fulgores 165.2.e
Inuiolatus.i.incolumis, & ſaluus 183.2.a b
Io triumphe, vox militum imperatorem triumphantem proſequentiũ 336.2.c
Iolcos, vrbs Theſſaliæ 323.2.c.d
ἱπτομανεῖν, & ἱπτομανία 81.2.d
Ira eſt principium inſaniæ 101.1.b
Ira hominibus magnorum malorum cauſas afferre ſolet 101.1.b
Ira potentior conſiliis 101.1.b
Iram in felle habere ſedem 50.2.c.d
Iracundus naturâ, ſi paullò largiùs bibat, iracundiam ſuam ſtatim habet in promtu 466.2.b
Iracunda mens facilè efferueſcit in ira 101.1.c
Iratus neque enſeis, neque vllum periculum, nec vllum cruciatum extimeſcit 101.1.b
Iratum mare 200.2.d
Irrepertus 178.2.c
Irreſectus 325.1.a
Irritare, quid propriè ſignificet 250.2.d.251.1.a
Iſter fluuius vnde manat 303.1.d
Italia, Heſperia, Auſonia, & Saturnia vocata 119.1.d
Iter ſupremum carpere, quid 156.2.d
Iter eſt mihi Cumas, & ſimil. 190.2.d
Iterare curſum, iterare voces 321.1.c
Iterare mella 163.1.a
Iudæi appellæ. 162.1.d
Iudex corruptus verum examinat malê 207.1.c
Iuga aënea 209.2.b
Iugulata reſpublica 53.1.b
Iulium ſidus 48.1.a
Iuno Lucina cur dicta 229.2.c
Iuno & Pallas implacabili odio Troianos proſequebantur 177.1.a.b
Iuuo cur matrona dicta 184.2.c
Iupiter à duabus vrſis educatus 63.2.d
Iupiter capite grauidus, Mineruã peperit 29.1.a
Iupiter, nubium congregator 70.2.d
Iupiter in aurum conuerſus, cum Danae rem habuit 214.2.c
Ioui nihil ſecundum 45.2.c
Iouis manubiæ tres 10.2.a
Ioui vim afferimus, vt aſſiduè fulmẽ habeat in manibus 16.2.a
Ioue non probante 11.2.a
Iupiter humidus Auſtris 7.1.d
Iupiter frigidus, fulminans, altitonãs 113.1.b
Iupiter metuendus vuis maturis. 7.1.d
Iouem deducunt imbres & niues 348.1.b.c
ſub ioue frigido 7.1.c
Iupiter planeta, proſper, & ſalutaris 138.2.a
Iupiter malus vrgee 7.1.c
Iupiter incolumis. i. capitolium incolume 187.2.d
Iurare in verba, ſermo militaris 353.2.a
Iuratus, actionem ſignificat 354.1.d
Iuſiurandum amatorum ad deorum non peruenit aures 135.1.d
Iuſtitia, & omnia retrò vertuntur, prouerbium 95.1.d
Iuſtitiam Mercurius Iouis mandato hominibus impertit, & quando 61.1 c.d
Iuuare interdum prodeſſe ſignificat 314.2.c.d
Iuuenci.i.adoleſcentes 136.1.b
Iuuenta, pro iuuenibus 375.1.d
Iuuentas, iuuentæ dea, Iouis & Iunonis filia 96.2.c

L

Labella mordere 51.2.d
Labentes.i.dubitantes 190.2.c
Labor extundit cibi faſtidia 152.2.d
Labor effuſus 123.1.a
Laborat trepidare, & ſimil. 78.1.c
Laborioſus 360.2.d
Labra mouet metuens audiri, & ſimil. 121.1.b
Lacedæmonij libenter pugnantes, mortem oppetebant 30.1.a

Lacedæmonos ſæpe ad necem ſuos verberibus cædebant pueros 29.2.d
lacrymoſa funera 35.1.c
lacteus humor.i.lac 314.2.a
lacunar 159.2.a
lætus in præſens animus 250.1.b
læuis iuuentas.i.imberbis 140.2.a
læuia ſaxa 63.2.d
lamentabilis 81.2.b
lamus, Neptuni filius 219.2.c
laomedon deos fraudauit pacta mercede 177.1.c
lapathum herba, quam rumicem latini vocant 315.1.d
lapis Phrygius quis 170.1.b
lapithæ ſæui mero domiti periere 142.2.b
laquear 159.2.a
laqueata tecta 152.2.b.c
lar deus familiaris eſt, & familiam ſignificat 220.1.c
lari immolabatur porcus 220.1.c
larium in puppi nauis 53.2.d
largus donare 283.1.2.296.2.c
lariſſa ciuitas à quo condita, & nominata 30.1.b
lataga 150.1.a
later abditus 183.2.c
latices Lyæos bibere 32.1.b
latona, dearum quarta 73.2.d
latona læta fluuiis & nemorum coma 73.2.d
latrones infeſti 215.1.c
lauo, is, it, ſemper ferè inflexionis tertiæ apud Horatium 126.1.a
laurus non numeratur in arboribus vmbriferis 150.2.d
laurus, arbor felix 71.1.c
lauro coronabantur victores, ac triumphaturi 211.1.c
laurus Apollini ſacra 82.1.c
laurus delphica 28.2.d
laxo arcu 245.2.b
lecti diſcubitorij 86.2.b
lenæa, Bacchi feſta 238.2.b.c
lenire.i.lenibat, & ſimil. 327.1.b
lenis aperire, & ſimil. 283.1.d
lentus.i.ductilis 353.2.b
Leo aſper tactu.i.miles ſæuus 171.2.a
leones iracundi maximè 171.2.a
lepus pauidus 5.2.d
lepores auriti 45.1.c.d
lerna, quis locus 270.1.d
lethi neceſſitas 17.2.a
leuis ſomnus 313.1.b
Lex
leges bibendi 22.2.c
leges ſine moribus nihil reipublicæ proſunt 236.1.b
λεύκη, populus arbor 31.1.c
liber, inuerecundus deus, arcana promit loco 69.1.b
liber verax condita aperit præcordia 226.2.b.c
libido rerum omnium diſcrimen ac delectum tollit 68.1.d
libido noua i.inaudita 358.2.c
libido maſcula 324.2.b
libitinam vitabit.i.mortem effugiet, & immortalis erit: Libitina enim dea eſt funerum 252.2.c
liburnæ naues 307.2.a
liburni qui populi 115.1.b
libya frumenti fertiliſſima 5.1.d
lictor conſularis quis 152.2.d
limina dura 344.1.d
lingua amatorum ſilentio inter verba cadit 50.2.b
lingua dædala 17.2.c
linguam cauſis acuit 11.2.c
lintea.i.vela 294.1.a
liquare vina 42.2.d
liris, campaniæ fluuius 97.2.b
Liris fluuius, qui in Minturnas influit 219.2.d
littora ſpumantia 368.2.c
lituus, quod buccinæ genus 119.1.a
lituus, auguratus inſigne 7.1.b
litui ſtrepunt 7.1.a
λόγιος, epithetum Mercurij 39.1.d
λογοδαίδαλος. 17.2.d
loquax teſtudo 204.2.a
loquens dulce 75.1.c
loqui verba 286.1.a
lubricus aſpici.i.lubricus ad aſpiciendum 70.2.a.b
luceria, oppidum Apuliæ 213.2.c
lucernæ vigiles 198.2.a.85.1.c
lucernæ viuæ 228.1.d
lucrinus lacus 150.2.a.b
luctans Icariis 5.2.d
lucidum fulgentes oculi 77.1.c
ludere ludum, & ſimil. 251.2.a
ludere ludum inſolentem 283.1.d
ludibrium debes ventis 54.1.b
ludus fortunæ, & ludus Martis, id eſt, bellum 118.1.c
lumbifragus 251.1.a
Luna, ſiderum regina bicornis, μηνοειδής 375.1.a
Luna menſtruum ſpacium conficit. 73.2.b
luna 28. diebus curſum ſuum conficit 245.2.c.d
luna noua quæ ſit 223.1.b
lunæ varij vultus 140.2.b.c
Luna imminente 17.2.d
Lunæ vim maximè ſentimus 279.1.c
lunæ nouæ interire pergunt 160.1.d
lunæ celeres damna reparant cæleſtia 160.1.d
lunæ ſilentium, & luna ſilente. 136.1.a
Luna cur à mulieribus implorabatur 325.1.a.b
Luna pariendi facilitatem & felicitatem mulieribus affert 229.2.b
lunam deripere cælo 324.2.c.369.2.c
lunam Theſſalico deducere rhombo 363.2.a
lupatus 341.d
luridus, a, um, vnde dictum 298.2.b
luridus.i.pallidus 185.1.d
luſcinia Itylum filium ſuum lugee 295.1.b. Procne in Luſciniam mutata 295.1.c
lutea vela 256.1.a
lux.i.vita 91.1.a
lyæo dulci ſoluere curas 32.1.b
lycæus, mons in Sabinis 63.1.a
lycamben ſocerum Archilochus ad ſuſpendium ſuis verſibus adegit 331.1.b
lycaon fera factus propter impietatẽ 176.1.a
lice meretrix 298.1.d
Lycoris mons 10.2.c
lycurgus cur à Ioue oculis, & vita priuatus 163.2.c
lympha fugax 125.2.b
Lymphæ loquaces 210.2.c
lymphati 114.1.b
lyram inuenit Apollo, vel Mercurius 257.1.b.204.2.a
λύρα, quaſi λύτρα, quòd ea ſe redemerit Mercurius 40.1.d
lyricis verſibus res non conuenire graues 142.1.d
lyſidas, puer mollis, & impudicus 22.2.d
lyſidicus.i. qui omnia iura ſoluit 338.1.b

M.

MAchina, quid 17.2.d
madere vino 227.1.a
madet Socraticis ſermonibus 199.1.b
mæcenatis ortus, ſeu horoſcopus 68.1.a
mæcenas ab Etruſcis regibus oriundus 249.1.b
mænades, Bacchi ſacerdotes 213.2.b.c
mænades, ferarum nutrices 164.1.a

mæuius,

Mæuius poëta ineptus, & odioſus 339.2.c
magiſtratus,Romæ erant annoi 288 1.d
Maia,Atlantis filia, & Mercurij mater 38.2.c
maiot Neronum, maior iuuenum 301.1 b
male pro,valde 38.1.a.b
maledici cum canibus comparati 330 2.c
malignè laudare 155.1.d
malignus,id eſt,illiberalis 155.1.d
malorum colluuio erupit ex Pandoræ dolio 107.1.d
malos pœna comprehendet 174.2.b
maluæ corpori ſalubres 315 1.d
mammæ mulierum nimis pendulæ, vt contrahi poſſint,& virginalibus mãmulis ſimiles reddi 333.1.d
mandit humum cruentam. i. occubuit 132 2.d
mannus.i.equus minor 242.1.b
manus puræ 368.1.d
manibus incœlum ſublatis,deos orabant veteres 230.2.d
manus dare,quid 363.1.a
manus auidæ 180.2.d
manus heredum auidæ 116.1.b.c
Martellus quinquies conſul, ab Annibalis equitatu cæſus 40.1.c
Marcus Atil.vide in verbo, Regulus 47.1.b.c
mare tumultuoſum 251.2.d
mare arduum eſt cautio nautis 91 1.b
Mareotis palus in Ægypto 114.1.c
Marica nympha 219.2.d
Marinus,ſeu roſmarinus 231.2.b
Marmor Luculleum 291.1.c
Mars gradiuus 111.1.a
Mars lacrymoſus 74.1 c
Mars,μιαιφόνος,βροτολοιγὸς & αἱματόεις 148.2.a
Martis ſtella malefica, & inclemens 157.2 c
Marſus aper 7.2.c
Maſſilia à Phocæis condita 357 2 d
mater Cærula 350.2.a
Matinus,mons in Calabria 260 2.d
Matrona bellantis tyranni 171.2.a
maturare necem, maturare fugam 195.2.c
Maturare,id eſt,properare 195.2 a
maturitas ætatis 64.1.a
maturior.i. celerior 156.1.c
maturus æui 75.1.d
maturus animi,maturus æui 75 1.d
matuta viro 78.1.d
Mauri vultu & aſpectu acres 12 1.d
Mauri,iaculatores optimi 75.2.b
Medéa ferox 37.1.d
Medea per aëra vecta in theda anguibus 318.1.d
Medicorum crebræ ibi ſunt officina, vbi morborum eſt multitudo 291 1.d.2.a
mediocritas aurea 139 a.b
mediocritate nihil melius,& optabilius 24.2.a.b
medus ptobtium fluuij nomen 158 1.c
melior.i.fortior,valentior 58.2.b
Mena pirata 320.1.d
mendax fundus 169.2.a
mens,maxima & præſtantiſsima hominis pars 252.2.d
mens prouida 187.2.a
mente nihil melius 98.2.a
mentis perturbationes etiam ſapientem à recta via deducunt 61.1.b
mentis miſeri tumultus 152.2.b
mens noua 238.1.a
menſa tripes 153.1.a
menſæ Syracuſæ 169.1.a
menſis etymon 229.1.a
menſes ptooi 277.2.d
Mercator impiger 236.2.b
mercator indocilis pauperiem pati, 6.1.a
mercuriales.i.ingenioſi,vt ſunt poëtæ 158.1.d
Mercurius & Apollo fratres ὁμοπάτριοι. 40.1.d
Mercurius deorum interpres 39.1.c
Mercurius orationis deus 38 2.c
Mercurius cur, πόμπαιος,ψυχοπομπὸς & χρυσόρραπις appellatur 41.1.c
Mercurius cur χρυσόρραπις dictus 74.1.b
Mercurius incredibili furandi ſtudio deditus 40.1.c
meretrices per capras ſignificari 43 2.b
merſus profundo 270. 2.c
metatus terminatus
Metaurus,flumen in Vmbria 268 2.b
metiri ſe quemque ſuo modulo 183 2.b
metretes,quæ & qualis menſura 212 1.b
metuens rixarum , metuens viri.&c. 223.2.d.224.1.a
metuit culpari,& ſimil. 121 1.a.b
metus deorum , pro cultu, pietate & religione, 108.2.b
mica ſaliens 232.2.c
militabitur bellum 309 1.d
militaris diſciplina noſtri temporis quid à priſtina differt 336. 1.b
milites,qui hoſti ſeſe tradiderunt,redimere , eſt turpitudinem damno cumulare 189.1.d
militum ruſticorum maſcula proles 193.1.b
milite multo.i.multis militibus 313 1.c
minari cum accuſandi caſu 91 2.d
minax vnda 46 a.d
Minerua intacta 29.1.b
Mineruæ opera,& inuenta 207.1.d 208.1.a
minor capitis 109.2.b
Minos cum Ioue ſermones habere ſolebat 90.1.a
Minos,iudex apud inferos 281.1.a
Minos quæſitor vrnam mouet 126 1.d
Minois fabula 126.2.b
mite ſolum 67.1.c
mitia poma 312.2.c
Mitylene,vel Mitylenæ
mobilis animus,& ſimil. 3.2.b.c
modi.i. verſus 119.2.d
Modulatus.i.ſonis temperatus 99 1.b.c
mœchilia 63 1.d
mœcus magnus mulierum 101. 1.c
Mœonium carmen 25.2.c
moles regiæ.i.ædificia ſumptuoſa 150 a.a
mollis.i.imbellis. 114.2.a
Monæſis,Partorum & Perſarum rex 191.2.d
monſtra natantia 16.a.a
monumentum quid 252.1.d
morari conuiuas,oteum,& ſimil. 244 2.b
mordet,i.alluit 97.2.c
mordaces curæ 67.1.d
momordit humum ore. i. procubuit 132.2.d
mores aurei.i.antiqui,& probi 260. 1.d
Mori, maximum malorum medica-

mentum 161.2.b
morimur ſimiliter omnes 90.2.c
moroſa canities 37.2.a
mors dearum ſola muneribus nō delectatur 147.1.d.2.a
mortis definitio 161.2.a
mors, ſomnus longus 206.1.d
mors immortalis 200 2.a
mors pallida, omnibus æqua 21 2.c
mors manet omnes 90. 2.b
morſiunculæ 51. 2.d
mortuis nihil reliquum eſt, quod ſperent 107.2.a
mortuorum corpora veteres cremabant, cineréſque in vrnis conſeruabant 155.2.d
motus ciuicus.i.bellum ciuile 117 2.d
μυσόλυπτοι 314.1.c
mulctra, vel mulctrum 360.1.b
muliebriter 114.1.c
mulier aurea 24.2.a.b
mulieris amor quouis vēto mobilior incertior, & fallacior 24.2.b
mulier rectè olet, vbi nihil olet 346 1.b
mulier quando nubilis 78.1.d
mulieres quo medicamento virgines apparere poſſint 333.1.c.d
mulieres Theſſalæ veneficæ 323 2.d
multum facilis 81.1.a
mundi pars dextra, &c. 142.2.b
mundi partes: quædam habitabiles quædam non 239.1.d
munerari.i.donare 312.2.c
munus imbutum 322.1.b
munera terræ, munera maris, munera nauium, & munera peregrina 217.1.a
Murena augur 223.1.d
murex quid 155.1.c
murus aheneus 157.1.a
Muſæ quot 147.2.c
de Muſarum numero opiniones variæ 181.2.b
muſa cœlo beat 126.1.b
muſa procax iocis 180.1.c
muſæ ſuam in cœlo habent ſedem, vt filiæ Iouis: inde olympiades appellatæ 181.2.a
mycenæ πολύχρυσοι 26.2.c
Mygdones populi vbi habitant 219 1.b
Mygdonia, pars Macedoniæ 143.1.c
Myrrheus color 212.2.c
Myrtea corona 21.1.c
Myrtetum 150.2.c
Myrtoon mare vnde dictum 5.2.b
Myrtus in conuiuiis 80.1.b
Myrtus cur felix 71.1.c
Myrtus ſacra Veneri 80.1.b
Myrti gratiſſimus odor, & ad diſcutiendum vini vaporem vtiliſſimus 116.2.c
μύζω & ἀμυστίζω 111.1.c

N

NÆniæ Ceæ munera 119.1.a.b
Nænia, carmen funebre 248 1.b.166.2.a
Naïades Nymphæ 238.2.a
Naiades, Iouis filiæ 8.1.b
Nardum Achæmenium 170.1.c
nare ſine cortice 200.2.c
nares acutæ, & nares obeſæ quid oſtendunt, ac præſagiunt 345.2.c
naſorum peſtis 339.2.d
Naſturtum, ſolus Perſarum cibus 116 1.b
Nauci non eſt homo 289.1.c
nauis maxima melior eſt, quàm paruum remigium 252.1.a
naues à dædalo primùm ædificatæ 17.2.c
naues turritæ 307.2.d.308.1.a
nauium munera.i. merces peregrinæ 217.1.a
naues æratæ 153.2.b.c
nauium dij præſides 53.2.d
nauta pauidus 5.2.d
nautis auaris mare eſt exitio 5.2.d
nebula.i.vetula 213.2.a
neceſſitas, Parcarum mater 106.2.b
neceſſitas aliud, aliud Parca, aliud fatum 168.2.b
neceſſitas ſæua 101.2.c
neceſſitas aduerſus improbos nullâ gratiâ inflecti poteſt, neque mutari 17.2.a.b
neceſsitas tarda 17.2.a
nefaſtus dies 144.1.b
νίμεσις 320.1.a
nepos.i.profuſus & perditus homo 309.2.d
Neptunus, terræ concuſſor, & glauca cæſarie 71.1.a
Neptunus maris obtinet imperium 24.2.d
Neptunus hibernus. i. mare tempeſtatibus concitatum 368.2.c.
Nereus, Ponti filius, Thetidis pater, ac deus marinus: à mendacio alienus, & verax 56.1.c.d 275.2.c
neſcia repulſæ virtus 172.2.d
neſcius fari.i.neſcius fandi 277.1.c
neſcit tangere.i.nequit 210.1.
nidus, pro domo 182.1.
nigræ ouium, & ſimil. 41.1.
nilus arator, & agricultor 378.2
nilus vnde ſcaturit 303.1.
nilus quotannis exundat, & quandiu 178.2.a.
Nilo nullus ſimilis fluuius 178.2.a
nimio docilior, nimio plus 100 2.b
Niobe in ſaxum verſa propter impietatem 376.1.
Niobes filij, quot, & qui 275.1.a.b
Nireus, omnium Græcorum, Achille excepto, pulcherrimus 215.2.
nitidus.i.pinguis 22. 1.c
niues capitis .i.canities, cani 29 2.c.
niueus videri, λευκὸς ἰδέσθαι 26. 1.b
nobilis ſuperare, & ſimil. 106 1.a
noctiluca, νυκτολαμπὴς 277.2.b
noctiuagus 55.2.b
Norici populi vbi degunt 369.2.b
Notus ventus albus, λευκόνοτος 30 2.a
notus rapidus 91.2.d
notus vdus 340.2.b
Nouendiales pulueres, nouēdiale ſacrum, nouendiales ludi, &c. 378 1.c
nouerca priuignis inimica 323 1.c
nox ſomnum largitur laborioſis 231 1.b
nox diem, ac dies noctem vrget 138 2.d
nox vna manet omnes 90.1.b
nox perpetua vna dormienda 279 1.c.d
noctis ſilentia, & nocte ſilenti 336 1.a
nocte prima. i. prima noctis parte .196.2.c.
noctis ſtatua quo pacto à veteribus depingi ſolebat 79.2.a
nox.i.mors 22.1.a
nudus remigio, nudus agris, nudus nummis, & ſimil. 53.2.c
Numa treis & quadraginta regnauit annos 47.1.a
numentia fera 26.2.d
Numantiam Africanus Scipio deleuit 142.1.d
Numidæ Latinis, Nomades Græcis 206.2.a.b

nuntius & nuntia 39.2.c
nux ornabat menſas cum duplice ficu 273.2.b
nymphæ, fontium præſides 8.1.b
nympharum genera diuerſa 7.2.b
nympharum, ex Theocrito definitio 8.1.a
Nyſa, mons Thraciæ, & mulieris nomen, Bacchi nutricis 238.2.c

O

OBire mortem, obire diem ſuum 165.2.d
obliqua tumuli, & ſimil. 27.1.d
obliuioſi ſenes 133.2.a
obliuiones liuidas carpere 4.1.b
obſcurum diſcrimen 289.2.a
obſecrandi mos antiquus 362 1.a
obſeri mores malos 68.2.c
obſtinátus, obſirmatus 204.2.b
occidit ſpes omnis 27.1.a
oceanus belluoſus 303.2.a
oceanus circumuagus 359 2.a.
odoratus, participium ſine origine verbi 5.2.d
odorati capillos 240.2.d
odores, liquidi, qui ſint 24.1.b
οἷος ἀνθρώποις διόπτρα 343.1.b.
oliua omnibus frondibus anteponēda 29.2.b
oliua cur felix 71.1.c
oliua palladis propria 29.1.b
oliua Palladi ſacra 82.1.c
olinerum 150.2.d
olores purpurei 255.2.d
olympicus puluis 2.1.d
olympicum certamen à quo primùm inſtitutum 2.2.a
omen quid propriè ſit 241.1.d
ominatio 168.1.c
onyches, teſtæ conchiliorum 174.2.a
onyx quot vſurpatur acceptionibus 296.1.d.2.a
opaca domorum 296.2.d
operari propriè, eſt opus facere 221.1.d
operari & facere pro ſacrificandi verbo, vſurpant Latini 211.1.d
operoſus, i. elaboratus, & laborioſus 260.2.d
operoſiores diuitiæ 170.2.d
opes Mygdoniæ 219.1.b.c
opimus. i. amplus, & magnificus 270 1.b
opus, vrbs Locridis 86.2.c
ora nauium. i. roſtratæ naues 319 2.a
orbis. i. ſæculum 373.2.d
orcus rapax 161.1.b
orcus non exorabilis auro 147.1.a
orcus non auro capitur 161.1.d
orcus luridus 185.1.d
orcum morari quid ſit 244.c.b
orco inuidet. i. à morte vindicat 260 2.b
ordinare agmina, ordinare arbuſta 363.2.c.
ordinare annos 292.1.a
oricus, portus, & oppidum in Epiro 195.1.a
Orion ex vrinis deorum procreatus, vnde hoc nomen ſortitus 79.2.d
Orion, aſtrum infelix, & formidoloſum 242.2.c
Orion, Dianæ tentator 185.1.d
Orionis occaſus denuntiat ingenteis & horribileis fluctus 241.1.b
ornatus tempora pampino 238 1.d
ὄρνιθι αἰσίῳ, bonis auibus 56.2.a
ornus 137.1.b
orpheus quercus canoris fidibus ducebat 79.2.d
Orpheum fuiſſe magum, ideo feras, & arbores, quoquò vellet, duxiſſe, quibuſdam vocibus & carminibus 45.1.b
oſcines aues quæ, & quales 242 1.c.d
oſcula amatorum, qualia 52.1.b
oſcula fragrantia 101.2.b
otium quot modis vſurpatur 152.1.b

P

PAcorus, Parthorum regis filius 191.2.d
pacta merces 177.1.c
Pactolus, Lydiæ fluuius, ad Sardianos auri ramenta ex monte Tmolo deferens, &c. 354.2.b
Padus, fluuius aurifer 354.2.c
Pæan. i. Apllo, & cur 239.2.a
παῖς ſignificat filium, & puerum 46 1.a
πολυχρυσία 90.1.b
Palinurus, Lucaniæ promontorium 183.1.a
Pallas omnium proxima Ioui 46 2.c
Pallas pulchrorum operum ſciētiam bonam mentem, prudentiam, & bonitatem docuit 208.1.a
Palladi & Marti rei militaris partes attributæ 57.1.a
Palladis ſtatua qualis 56.2.c
pallidior inaurata ſtatua 340.2.a
pallor albus inficit ora 332 1.c
pallor luteus 340.2.a
paludes ſtantes 240.1.c.242.1.c
palumbes fabuloſæ 182.1.b
Pan, deus paſtorum, & inuentor fiſtulæ 63.2.c
Pan, deus iracundus 221.1.b
Pan cur deus Arcadiæ dictus 296 1.a.b
Pana in octo diis numerari 296.1.a
Pan vt pingi ſolitus 296.1.a
Pan vnde genitus, cur ſic vocatus, ac de magni Panis morte hiſtoria mirabilis 296.1.a
Panærius philoſophus Stoicus 95.2.a
Pandóra, eiúſque dolium malorum innumerabilium plenum 107.1.d
Parca non cernitur 90.2.c
Parcam nemo effugere poteſt 90 2.c.
Parcæ, neceſſitatis filię 106.2.b.c
Parcæ tres, noctis filiæ, & earum officia & munera 125.2.d
Parcæ ſtabili fatorum numine concordes 374.1.b
Parcæ veraces 374.1.a
Parcæ poëticam tribuunt facultatem 155.1.d
Parcus deorum cultor 102.2.c
Paris cur paſtor appellatus 56.1.b
Paris cum Menelao duello decertans à Venere ſubductus, & iam penè victus, liberatus 57.1.b
Paridis ſors prior è galea exitit 127 2.a
Parnaſſus mons omniom altiſsimus 10.2.
Parra, auis mali ominis, & eius hiſtoria naturalis 241.1.a.b
partes. i. munus: tralatio à partibos hiſtrionum 11.2.d
Parthus animoſus 51.1.a
Parthis mendacior 51.1.a
parturneius venter 368.1.d
parturit imbreis notus 30.2.d
paſſeres cur Veneris currum trahere dicuntur 126.2.a
Patara, vrbs Lyciæ 185.1.a
Patera quid, & vnde dicta 282.1.d
in Patientia ſumma ponebatur apud Lacedæmonios virtus 30.1.b
patiens vocari Cæſaris vltor, & ſimil. 12.2.a.245.2.c
patria omnes eſt complexa caritates 171.2.d
pro Patria pugnare, optimom eſt au-

ſpieium:& pro ea mori, pulchrum 171.2.c.d
pro Patria mori, dulce & decorum eſt 289.1 a
patria lingua 207.1.e
patrum qui contineantur appellatione 300.1.d.2.a
pauidus nauta, pauida cerua, pauidus lepus, &c. 5.2.d
pauimentum ſuperbum 47.1.a
Paulus Æmil. animæ, & vitæ ſuæ prodigus 47.1.d
pauperies proba 251.2.c
paupertas, morbus ſæuus 48.1.a
paupertas ſæua 101.2.b
paupertas vitæ corruptrix 236.2.a.
paupertatem, quàm diuitias maiori laudi fuiſſe 178.2.d
paupertatem duram qui callet pati, beatus 178.2.d
paupertatis magnum opprobrium 236.1.d
paupertas maledicti loco obiicienda nemini 288.2.d
peccata metu pœnæ coercenda 236.1.b.c
pecuniæ cur Græcis χρήματα dicantur 237.1.a
pecunia quid poteſt 215.1.d
pecunia olim reges erant tenues & infirmi, non ſolùm populus 155.1.a
pecuniam rebus humanis peſtem afferre, atque interitum 342.2.d
pecuniæ comites, augendi cupiditas, & amittendi metus 217.1.a.b
pecuniam contemnunt pauci 217.1.b
pecuniæ improbæ creſcunt 217.1.c
pecuniam creſcentem duo moleſtiſſima ſequuntur mala 217.1.a
pecunias mortuorum viui cõſumunt 149.2.b
pedeſtres hiſtoriæ, quæ 142.2.c
Pegaſus ales 210.1.c
Pegaſus, equus alatus, Meduſæ filius 87.2.d
Pegaſi & Bellerophontis fabula 292.1.d.2.a
pelignum frigus 221.2.e
Peligni populi 222.2.d
pellex quæ propriè ſit 202.2.c.d
pellitæ oues 131.1.a
Pelopis ſæua domus 180.1.c.d
Penates, dij familiares, qui domi colebantur 353.1.d
pendulus 245.1.c
penetrale frigus 134.1.d
penetralia 144.1.d
penna ſolui metuens. 219.2.c.d
Pentheus, Thebarum rex, a mulieribus Baccho ſacrificantibus diſcerptus fuit. 28.2.c
perambulabis aſtra ſidus. 367.2.b
perculſus amore. 341.2.c
perculſæ mentes ſtupent. 341.2.c
perennius ære 252.1.d
perfluctuare 134.1.d
periculum dulce 285.1.a
periuria ridet amantum Iupiter, & ventos irrita ferre iubet 136.1.b
permingere 129.1.d
permolere vxores alienas 129.1.d
pernix relinquere 285.2.a
perprimere 359.1.e
perſæ graues 11.2.e
perſarum deliciæ 116.1.b
præſens Danaæ & Ionis, in aurum conuerſi filius 214.2.d
perſonare aurem, æquora, &c. 64.1.a
pertica impia 151.1.c
pertinax ludere, & ſimil. 106.1.2.251.2.2.283.1.d
peruicax 365.1.d
phædra primum Veneri templum conſecrauit Athænis, & cur 281.2.a
Phaëthontis fabula 292.1.b.e
Phalanthus cur Herculeus vocatus 131.1.b.c
pharetratus 166.1.c
φεύγειν, exſulare 153.2.b
Philide puella 231.1.c
Philippus auro Græciam ſubegit, & plureis vrbeis auro, quàm vi & ferro cepit 216.1.c.d
φιλομειδὴς Venus 12.1.c
Philomela qua ſtirpe ſata in luſciniam mutata 295.1.c
Philyra quid 116.2.c
Phlegeton, fluuius infernus 148.2.b
Phocæ, quæ, & qualia animalia 11.1.a
Phœbo æterna iuuenta 279.2.b
Phoroneus, Argiuorum rex, homines fuſos ac diſperſos, in vnum locum coëgit, & in communitatem, & ſocietatem ciuilem redegit 222.1.c
Phraates, Parthorum rex 122.1.b
Phryne meretrix, ac de eadem hiſtoria pulchella, ac lepida 352.1.c.d
Phrine natione Theſpiaca 352.2.e
Phthia, Achilis patria 275.2.c
φτινὰς ὥρα 247.2.a
φθινόπωρος, auctumnus 231.1.d
φυγάς, id eſt, exſul 153.2.a
φυγὴ, id eſt, exſulium 145.1.b
picturatus 141.1 a
Picus Martius auis 241.1.c
picus Martius, Græcis δρυοκολά-πτης 24.1.a
pietatis quot genera 92.2.c
piget ferre laborem ſcribendi 283.2.a
Pimplea muſa 84.1.a
Pindarus verbis eſt grandis, & elatus: ſententiis vber & copioſus 259.1 c.d
Pindarus longè ſe ab Iunio tollit 160.2 c
Pindarus immenſus ore ruit profundo 129.1.d
Pindarus cum Cycno, & ape calabra comparatus 160.2.c
in Pindari laudes oda 258.1.c.d
Pindus, mons Arcadiæ, & fluuius 40.1.c
pinnatus cupido 27.1.d
pinſebant terrã genibus.i. procubuerunt 133.1.a
pinus pontica 24.1.a
Pirithous cur ad inferos deſcendiſſe dicitur 176.1.d
pirithous Proſerpinam rapere tentans, à Cerbero diſcerptus 186.1.b
Piſces omnes muti, præter ſcarum, & fluuiatilem porcum 264.2.a
piſcium genus vniuersè eſt ἄφωνον, id eſt, mutum 264.2.b
piſcis magnus, ἰχθὺς μέγας. prouerbium 264.1.b
Platanus, arbor cælebs 273.2.a.b
pleiades cur in ſtellas mutatę 16.1.a.b
Pleiades Atlantis filię, nunc ſtellæ in Tauri cauda locatæ, quas Vergilias nominant Latini, & quarum ortus eſt pluuius, &c. 301.2.a
plorat aquam 20.1.d
Ploratus, mortis, & funeris comes 221.1.b c
Plus nimio 103.2.b
pluto, ἀκλαύστος, ἀδάκρυτος, & ἀμειδήτης 147.2.a.b c
plutonia domus exilis 22.1.c.d
pluuiæ agricolis prouidendæ 169.2.c
poculum deſiderij.i. amoris 324.1.d
pocula amoris tria 212.1.d.213.1.a
pocula in conuiuio quinque, vnum bonæ valetudinis, alterum amoris & voluptatis, tertium ſomni, quartum petulantiæ & contumeliæ, quintum clamoris 213.2.d
poculum primum Grais, horis, & Baccho tribuebatur, ſecundum Veneri & Baccho: tertium contumeliæ ac Dauniæ 213.2.d

pocula

pocula quædam oeceſſiratis, quædam Veoeris & amoris, quædam rixæ & pognæ, & quædam ſomni 226.2.b
podex turpis, hiulcus, patens, & hians inter aridas nateis 332.2.a
pœna iniuſtitiæ comes 174.2.a
pœna ſera tacitis venit pedibus 174.a.b
pœoa tarda quid 174.2.a
pœoiter conuiuiorum 342.1.d
poetæ ἱερχοιδδι vocati 287.2.a
poetæ, muſarum ſacerdotes 168.1.d
poetæ ſub torela Mercurij, ideò cceteris ſunt ingeoioſiores 158.1.d
poeta moſis dedirus, muſarúmque amore perculſus, nouies bibet, ſi inſanire volet. 223.2.a
poetæ cur appellantur Cycni 165.2.d
poetæ oumine quodam diuino afflati 61.2.a
poetæ, vates, ebrij, & amantes, multa ſibi videre videntur, quæ ie vera non vident 162.1.a
poetas ſanos excludit Helicone Democritus 44.2.c
πόλεμος πολύδακρυς, vel δακρύοεις 74.1.c
πολιοχος 106.1.a
pollio, tragœdiarum & hiſtoriarum ſcriptor 118.1.b
pollux geminus 252.1.a
πολυδάκρυτος 147.2.c
polyhimnia vode dicta 8.1.d
polypus, narium morbus, &c. 345.2.d
pomaria riuis mobilibos 3.2.c
pomifer auctunnus 279.1.b
ponere veſtem, ponere perſonam 16.2.a
ponere ſub pede, ſeu ſub pedibus, quid ſit 225.2.c.d
ponere, id eſt, fingere, & facere 283.2.a
pontifex maximus, iudex atque arbiter rerum diuinarum, humaoarúmque 369.1.a
pontus vitreus 259 1.c
pontus belluis ſcatens 240.1.d
poplites i. iuuenes ignaui 172.2.b
populo, as, ar 189.1.b
populus, arbor vidoa 273.2.a
popolus alba, candida, & alta 312.1.d.2.a
gopulus arbor cur acherois appellata 31.1.c.d
populea corona, lætitiæ & victoriæ ſignum 31.1.c.d
populus Herculi ſacra. 82.1.c
porca æuida 220.1.d
porca nihil natura genuit fæcundius 220.1.d
porcus Genio, & Lari immolabatur 220.1.d
porphyrio booes Herculis abigens, ab Apolline ſagittis confixus 184.2.a
poſtmodò 92.1.b
poſtuma arbitra bibendi 22.2.b.c
potens Cypri, poteos tempeſtatis, & ſimil. 14.2.d.15.1.a
potens lyræ 26.2.c
potens maris 24.2.d
porens ſiluarum 373.1.a
potens ſui 251.1.b
præcidanea porca & agna 92.2.b
præcordia quæ propriè dicantur 317.2.b
prægeſtire. i. vehementer cupere 129.2.c
præpetes pennæ 17.2.c
præſens diuus, & ſimil. 187.2.b
præſidij nomen tranſlatè poſitum 2.1.d.
præſtans animi 75.1 d
præteruolare 359.1.d
prætexta vtebantur poeti ad aoqum vſque decimum quartum 323.1.b
preces Thyeſteæ 327.1.d
prenſus 152.1.c
pretium pro mercede & præmio veteres vſurpabant 215.1.d
princeps. i. primus 219.2.d.253.2.a
probroſus 190.2.a
procnes fabula 295.1.b.c
procyon, ſidus cœleſte 210.1.a
prodiga fides 69.1.a
prodigus animæ & vitæ ſuæ 47.1.d.
prodocere in 144.1.c
prœti hiſtoria 195.1.d.2.a
profeſti dies 305.2.c
prometheus prooidus & ſagax, ſapientiam artificialem à Mioerua, ignem à Vulcano ſuffuratus eſt, etcur 61.1.c
prometheus ignem à Ioue occultatum ſubduxit, hominibúſque diſtribuit: & quid inde ſecutum eſt 17.1.a.b
prometheus caucaſo affixus quid ſignificat 369.1.d
promorat, id eſt, promouerat 85.1.b
pronus Orion. i. occidens 243.1.b
propago 312.1.c
properet pecuniam 233.2.d.237.2.a
proprietas & vſus fructus quî differunt 217.2.d
prorogare in 376.1.b
proſerpina ab Orco rapta 173.2.d
proſerpioa vxor Orci, vitæ & mortis arbitra 144.2.d
proſerpina, Hecate, ac Diana, eadem 230.1.b
proſerpina imperioſa 53.2.d
proſerpina ſæua nullum fugit caput 144 2.d
proſpectare 312.2.a
proſpera frugum 277.2.c
proterua froote 130.1.b
proreruitas 255.1.b
proteus, phocarum Neptuni cuſtos 11.1.a
protinus. i. porroreous, ac deinceps 178.1.b
proximus huic, & ſimil. 45.2.c.d
prudens rerum 288.1.a
pſilothum 346.2.a
pubertas vt à iuriſconſultis conſideratur 78.1.d
pudicitia mulierum expugnatur auro 215.1.b
pudicus quis propriè dicatur 281.1.c.d
pudorem Mercurius Iouis mandato hominibus impertit, & cur 61.1.c.d
puella quando nobilis 187.1.a
puer, pro filio interdum vſurpari ſoler 277.2.b
puerales. i. Copido 207.2.c
pugna iuuenum & puellarum rarò eſt cruenta 27.1.c.d
pugnata bella, pugnata pugna, & ſimil. 222.2.a
pulcher dies 268.2.c
pullus, la, lum, oiger, gra, grum 360.1.a
puluinaria deorum 113.1.b.c.
puppis, pars poſterior nauis 336.2.b
pupula, κόρη, oculorum acies 324.2.b
purgata auris 64.1.a
purpurea vela 255.2.d
purus ſceleris, purus iniuſtitiæ 75.1.d
putare, eſt purum facere 312.2.b
potere mero 257.1.c
πῦρ ἄσβεστον 187.2.c
pyrrha, Epimethei et paodoræ filia, ac Deucalionis vxor 10.2.c
pyrrhus, Epirotarum rex 193.1.a
pythagoras quibus parentibus natus,

Digitized by Google

quoque pacto metempſychoſin probabar 90.1.b
Pythagoras cùm in Geometria quiddam noui inueniſſet, muſis bouem immolauit 232.2.b
Pythagorei non ſolum deorum voces, ſed etiam hominũ, quæ omina vocant, obſeruarunt 241.1.d
Pythius & Pythia vnde ſic dicta 60.1.d.2.a

Q

QVà i. qua parte 300.2.b
Quadrantal 36.2.e
quadrimum vinum 36.2.e
quæris ſcire, & ſimil. 42.1.c
quæſtura 4.1.a.b
qualus. i. Calathus: ex quo quaſilus 207.2 b
quandoque, id eſt, quandocumque 261.1.a
quaſſata muri, & ſimil. 271.2.a
quatere terram quid ſit 257.1.c
quercus hominum primorum ſolabatur famem 229.2.e
quercus auritæ 283.1.c
queri cum accuſandi caſu 50.2.d
queror infidum 245.2.a
querulus 313.1.a
queſtus participium cum quarto caſu iunctum 323.1.c.d
quieſcunt curæ hauſto vino 32.1.b
quirites 300.2.a
quondam.i. interdum 139.1.a

R

ῥαβδοῦχος, quis dicebatur 152.2.a
rabies ciuica 233.2.a
rabies indomita.i. libido 346.1.d
radiatum lumen 348.2.a
radios inuenit Minerua 213.2.c
rapere ſub diuum 68.2.c
raptim 191.1.d
rara viarum 296.2.d
rauus & rauiſtellus 241.2.c
recens.i. numquam ſeneſcens, ſemper incolumis 252.2.d
recinere 241.1.c.d
recludere 173.2.a
rectum animi ſeruat 268.1.b.c
recubare & accumbere quid differant 86.1.b
recumbere quid propriè 176.2.b
reddere. i. recitare quæ didicerimus 292.2.d.293.1.a
redemptor quis dicatur 170.1.a
redimicula 255.2.a
redonare 132.1.d
reducere ſomnum 169.1.b
reducta vallis 64.2.a
refrenare licentiam 305.1.a
regna triſtia.i. inferorum ſedes 184.1.a.b
regnata rura 309.1.d
regnauit populorum, & ſimil. 253.1.d
regulus ad ſupplicium redire maluit, quàm fidem hoſti datam fallere 188.1.c
regulus reſectis palpebris illigatus in machina vigilando necatus 47.1.b
reguli mens prouida 187.2.d
relcui omnia dolia 72.1.c.d
religare comam 34.1.b
religione neglecta, imperium Romanum maximis fuiſſe calamitatibus affectum 191.2.e
remugire 340.2.b
remus immeritò à fratre Romulo peremptus 332.1.c
renidet.i. hilaritatem præ ſe fert 159.1.e
renouare bellum 189.2.d
repenſus.i. redemtus 189.1.b
reperire exitum 370.1.d
repulſa ſordida 172.2.d
reſignare, quid proprie ſignificet 251.2.b
reſponſare cupidinibus 179.2.a
reſurgere 167.1.a
retrorſum vela dare 93.2.a
reuincere manus in tergum, vel à tergo vel poſt tergum
rex verus quis propriè ſit 283.1.d
reges ſuberbi perculſi membra timore 341.2.c
regum munera aduerſis oculis intuebatur Demoſthenes 122.2.a.b
rex bibendi 22.2.b
rhadamanthus ius dicit apud inferos 145.1.a
rhenus bicornis 302.1.d
rhodope, mons Thraciæ 238.1.d
rhodus cur clara dicitur 28.1.e
rhœcus, gigas, & centaurus 184.2.b
rhœti populi 266.2.b
rhœtorum pectora in mortem non horrentia 301.1.c.d
rhombus, ψῆττα 314.2.d
rhombus magicus, quid 163.1.d.363.2.a
ridens dulce 75.1.c
ridens perfidum 245.2.a
ridet argento domus 268.2.d
Ridiculus obſorbere placentas 283.2.a
ripæ trementes 340.1.0
riui lactis vberes 163.1.a
rixæ vino vltra modum progrediuntur 51.2.c
robuſtæ fores 215.1.b
roma, vrbium caput, & princeps 6.2.c
roma ferox 173.1.c
romani orti ab Ænea 73.2.c
romula gens 375.2.a
romulus, Martis filius, Romæ conditor 12.1.d
romulus ſeptem & triginta regnauit annos 46.1.d
roſa ſera 116.2.c
roſea ceruix 50.2.a
rotare 291.2.a
rotæ feruidæ, & rotæ ferueutes 18
rubente dextera 10.1.d
rubeta adhiberi ſolebat à veneficis ad amatoria pocula 323.2.e
rubigo ſterilis 231.1.e
rudens, funis nauticus 339.2.a
rudis agminum 171.2.a
rudis equo 237.1.b
ruinæ dementes 163.2.b
rumpere coniurata 56.2.a
rumpere nuptias 56.2.b
rumpere pectore vocem, & queſtus 327.1.b.e
rupilius rex, homo purulentus, & fugiendus 188.1.b
ruſſa vela 255.2.d

S

SAbella carmina 366.1.b
Sacer, cra. crum, quid propriè ſit 222.2.a.b
Sacer. i. pernicioſus, & execrabilis 332.1.d
Sacris ſint ora fauentia 168.1.e
à Sacris arceantur profani 168.1.a
Sacra nocturna è media Græcia ſublata 325.1.d
Sacramentum perfidum 156.1.b
Sæculare carmen cur ita dictum 372.2.e
Sæculum quot continet annos 373.2.d.372.a.c.d
Sæuus magiſter, ſæua neceſſitas, ſæua paupertas, & ſimil. 101.1.b

Saga,

Saga,& ſagire 87.2.c
Sagana veoefica 324.1.a
Sagax,acutus,& perſpicax 130.1.c
Sagaces curæ 271.1.b
Sagitta quot acceptionibus à bonis auctoribus vſurpatur 242.1.a
Sagum¦ purpureum tempore belli 337.2.a
Sal, ciborum coodimentum 152.2.c.d
Sal eſt omnium primum, quæ apponuntur in menſa 152.2.d
Salamis à quo coodita, & nominata 31.1.b
Salicetum 76.2.b
Salinorum appoſitu menſas ſacras faciebant veteres 152.2.c
Salinum quid 152.2.d
Saliorum mos 111.1.a
Saliua ieiunæ canis ad philtrum conficiendum vtilis 323.2.d
Solona, Dalmatiæ ciuitas 118.2.d
Salum.i.fluctus, & agitatio maris, à verbo σαλεύειν.i.agitare,concutere 368.2.c
Sanguis deorum 245.2.a
Sanus mentis, & ſanus animi 75.1.d
Sapientia inſipiens.i. Epicuréa, aut Cyrenaica 102.2.c.d
Sapientiam ſapientibus interdum inutilem eſſe 19.1.a
Sappho Lesbia fuit 277.2.b
Sappho maſcula 34.1.b
Sappho expers gratiæ 20.1.b.
Sappho politiſſimos, & eruditiſſimos lyricos ſcripſit verſus 286.2.a
Sappho quid ſuis deſcripſit verſibus 286.2.a.b
Sardanapali epitaphium 280.2.b
Saturnalia cur muliebria vocata 197.2.a
Saturni ſtella frigida 157.2.d
Saturni ſtella malefica, & inclemens 157.2.c.d
Saturnus in Capricorno grauiſſimas excitat pluuias 158.2.d
Satyrides inſulæ 162.2.a
Satyri vnde dicti & nominati 162.2.a
Satyri, auditores Bacchi 162.2.b
Satyri Capripedes 162.1.d
Satyrus laſciuus 101.1.a
Satyrorum profuſa libido 162.2.a
Saucius vento, ſaucius rixis, & ſimil. 53.2.c
Scari piſces 315.1.a
Scaurorum nobilis & clara virtus 47.1.c
Sciens equum flectere 196.2.b
Sciens pugnæ, ſciens citharæ 200.1.d
nec Scire fas eſt omnia 267.1.d
Scopas, ſtatuarum fictor 283.1.a
ſcriberis Vario.i.à Vario,& ſimil 25.2.c
Scriptorum chorus omnis amat nemus,fugit vrbes,& ſecreta petit loca 238.1.a
Scyllæ voraginis deſcriptio 87.1 d
Scyrus,ex Cycladibus vna 35.1.d
Scythæ campeſtres 234.1.d
Scythæ domos vagas trahunt plauſtris 106.1.c.d
Scytharum vita, & mores 234.2.a.b
Secunda tempora 288.1.a
ſecundas res moderatè ferre, non eſt cuiuſlibet 245.2.d
Secures. i. præturæ, conſulatus, & magiſtratus 173.1.c
Sedulus.i.ſedulò 116.2.c.d
Segetes feraces 97.2.b
ſegnes ſoluere nodum,& ſimil. 283.1.d
ſemele, Cadmi filia 70.1.c
ſenectus arida 140.2.a
ſenectus Galbę 92.1.d
ſenectus tranquilla 375.1.d
ſenectutis propria 154.2.c
ſenectutis ex adiunctis. deſcriptio 140.2.a
ſenteotiæ generales noſtris animis ſunt innatæ 279.2.a
ſepultura, primus pietatis genus, eiuſdémque ceremoniæ 92.2.c
ſermonis vis,& vtilitas 39.1.a
ſerpens, mali ominis ſignum 242.2.b
ſerus redeas.i.ſerò redeas 12.2.b
ſerus.i.ſerò 57.2.c
ſeroſus 365.2.a
ſeuerum vinum falernum 86.2.c
ſibyllæ mentem ab Apolline concitatam fuiſſe 60.1.c
ſibyllinorum librorum auctoritas 373.1.a.b
ſic, particulæ, loquendi modi 14.2.b.c
ſicambry, Germaniæ populi, qui hodie Gheldrenſes appellantur 261.1.c
ſicambri cæde gaudent. 261.1.c
ſiccare calices 97.2.d
ſiccus.i.ſobrius 67.1.c
ſignorum Zodiaci duodecim temperies,& vires 157.2.b.c
ſilentium ſacrum, quid 145.1.c
ſiluanus lacte piatur 120.1.b
ſimois, Troiæ fluuius 350.1.c
ſimplex munditijs 24.1.b
ſimooidei carminis virtus mirifica 119.2.b
ſimul.i ſimulatque 36.2.d
ſimulacra dædali ambulantia 17.2.d
ſinus maris, quid ſit 24.2.d
ſirius, quod ſidus 210.1.a
ſiſyphus quibus apud inferos plectitur ſuppliciis 148.2.d
ſithonij populi 239.2.c
ſiticuloſus 318.2.b
ſocratica domus 96.1.c
ſol Oceano ſubeſt 174.1.b
ſol maculoſus, imbreis, pallidus grandinem, cæruleus pluuiam, ruber Euros, lucidus ſerenitatem denuntiat 272.2.a
ſol montium mutat vmbras & iuga demit bobus fatigatis, id eſt, occidit 191.2.a
ſol à viris, Luna à mulieribus implorabatur 325.1.b
ſoleoi curru vehi 193.1.d
ſol annum metitur 73.2.b
ſol almus dictus, quòd alat & foueat omnia 373.1.c
ſol niger 194.2.c
ſoles candidi 194.2.c
ſoles occidere,& redire poſſunt 279.1.c
ſolida mens 175.2.c
ſolidus dies 6.1.c
ſollennis quid propriè ſit,& vnde dicatur 291.2.c.d
ſollers quis, & vnde dicatur 283.1.b
ſollers lyræ 127.1.d
ſollers ponere, id eſt, ſollers io ponendo 283.1.b
ſolſtitium 210.1.b.c
ſoluere corde metum 76.1.d
ſoluere curas dulci Lyæo 32.1.b
ſoluere è pectore curas 76.1.d
ſoluere nodum 226.1.d.228.1.b
ſoluere metum, ſoluere curas 338.1.b
ſolutus operum 219.2.b.220.2.a
σωματοποιΐα, & σωματοποίησις 152.2.c
ſommoſſes 139.1.d
ſomnus agreſtium lenis 169.1.b.c
ſomnus facilis, & ſomnus lenis 140.2.b
ſomnus χάλκεος, è quo expergiſcitur nemo.i.mors. 140.2.b
ſomnus longus. i.mors 79.1.d
ſomnus ferreus 160.2.c

Index.

ſonipes ferox ſpumantia frena mandit 57.2.a
ſono,nis,nit,ſonere 207.1.b
ſoni cœlorum ſeptem 295.2.d
ſopor elaboratus 169.1.b
ſopor immenſus & æternus 279.1.d
ſopor perpetuus.i.mors 138.2.d
ſoracte,mons in Sabinis, vel in Faliſcis 36.1.d.2.a
ſortitò 319.2.b
ſoſpes curſus 375.1.b
ſoſpitare 296.1.a
ſpadones 336.1.b
ſpartacum bellum cur ſic dictum 212.1.c
ſperare,viuorum eſt, mortuis autem nihil reliquum eſt, quod ſperent 107.2.a
ſpes occidit omnis 271.1.a
ſpes auara 291.1.d
ſpes & fides, aduerſæ fortunæ comites aſſiduæ 107.2.a
ſpes ſola dea in terris cum hominibus manſit 107.2.a
ſpirat tragicum ſatis 299.1.c
ſpirabat amores 299.1.c
ſpirantes naribus ignem 299.1.c
ſpumantia frena 57.2.a
ſpumeus amnis 250.2.b
ſtagnum à ſtando, quòd in eo aqua ſtet 242.1.c
ſtagnum quid propriè 150.2.a
ſtellarum principalium vires 157.2.b.c
ſtellatus enſis 141.1.a
ſteſichori poëtæ ſtatua qualis 186.1.d
ſtomachum facere 61.2.b
ſtratonica, Antiochi nouerca & amica 51.1.b
ſtultitia cœlum ipſum petimus 16.1.d
ſtupiditas 103.2.b
ſtyx quis fluuius 103.1.b
ſuada, gratiarum vna 20.2.a
ſuauiolum dulci dulcius ambroſia 143.1.a
ſuauium 318.2.c
ſub.i.paulò antè 314.1.d
ſub dio 129.1.c
ſub hæc,id eſt,paulò pòſt 327.1.b
ſub ipſum funus.i. paulò antè funus, & ſimil. 160.1.d
ſubacta nondum puella 129.1.a.b
ſubare 346.2.b
ſubita belli,& ſimil. 271.1.d
ſubita rerum 296.2.c
ſublimis 8.2.a
ſuboles,non ſoboles, ſcribendum, & proferendum eſt 209.1.d
ſubſidere.i.ſuccumbere 358.2.d
ſuſurri lenes 37.2.b
ſubtemen quid ſit 350.1.d
ſubura,quis Romæ locus 325.2.b
ſumere ſuperbiam 253.2.b
ſumes celebrare 44.2.b
ſummus.i. vltimus 247.2.d
ſuperi deorum,& ſimil. 41.1.d.2.a
ſuperſtes quid ſit, & vnde dicatur 328.2.d
ſuperſtes patriæ 375.1.d
ſuperuacuum manat de pectore pleno 166.2.b
ſupplicia exquiſita 190.2.c
ſupremum iret,& ſupremum tempus 45.1.d.45.2.a
ſuræ teretes 128.1.d
ſurdior ſcopulis 196.1.c
ſurpere 299.1.c
ſurripere ſuauium 143.1.d
ſymbola 297.1.d
σύνθεω, σὺχ ἄθει 182.2.b
ſyrtes quot, & earum deſcriptio, & etymologia 75.1.c.d
ſyrtes æſtuoſæ 97.2.b

T

Tabellæ, id eſt, epiſtolæ, & litteræ 345.2.b
tabularia populi 312.1.b
tacitus,actionem ſignificat 354.1.d
tænarus,vrbs Laconica 103.2.d
tanagra,vrbs Bœotiæ 91.1.d
tanais,ſcythicus amnis 183.1.a
tanais fluuius diſcors, Aſiam ab Europa diſterminans 249.2.d.250.1.a
tangere ſolum mento,turpe 276.1.a
tantalus,Pelopis filius, deorum conuiua 89.1.c
tantalus quibus afficitur apud inferos pœnis 161.2.a.221.b
ob tantali ſcelus eluuionem in mundum vniuerſum immiſſam fuiſſe 10.2.c
tarentum à Palantho Lacedæmonio conditum 190.2.d
tarentum imbelle 182.2.c
tauriformis 250.2.c
taurus ſignificat etiam validum, firmúmque iuuenem: & obſcænum viri membrum 346.1.d.347.2.a
taurus doloſus, ænigmaticè dictum 118.2.b
tauri niuei in monte immolabantur Albano, & non alij 231.2.b
tauri ignem ſpirantes 270.2.b
ταυρῶν 347.1.a
telegonus parricida, Vlyſſis filius 64.2.c
telephus, Miſorum rex, qua cuſpide ſenſerat vulnus, hac ipſa ſenſit opem 363.2.b
Telephus, qui rex antè fuerat, exſulauit & mendicauit 363.2.b
tellus bruta 103.2.a
tellus dædala 17.1.c
telluri immolabatur porca, & cur 220.1.c
tempe,quid 28.2.d
tempeſtates turbulentæ, fœdæ, & informes 24.1.c.d
tempeſtiuius.i. opportunius 285.1.c
tempeſtiua puella.i.viri potens 224.1.d
templa auara 152.2.c
tempus perſe rebus omnibus affert interitum 193.a b.c
tempus præteritum numquam reuertitur 279.1.c
tenax propoſiti 175.2.b
tendere ſagittas 95.1.c
ſpicula tendere cornu 95.1.c
tendens in agros. i. iter habens in agros 190.2.d
tantat iter 173.2.b
tepunt virgines 23.1.a
ter & amplius felix 52.1.b
ter,numerus perfectus,& μυστηριώδης 93.1.d
tergemini honores,qui 3.2.c
tergeminum caput 3.2.c
termes quid ſit 360.1.a
terminalia feſta 315.1.a
terminus deus 315.1.a
terra, magna deûm mater, matérque ferarum, & noſtri genitrix corporis vna 374.2.c
terra,diei noctiſque effectrix 182.1.c
terra mutat viceis 278.2.c
terra iners 45.2.c
terræ filij qui propriè vocentur apud poëtas 142.2.b
terrificus 60.2.b.c
teſta Græca quid 72.1.c
teſtudo loquax 204.1.a.b
Teucer, Aiacis frater 31.1.a
Teucer, Græcorum iaculator optimus bonúſque miles 286.a.d
θάνατος πανυλγής 287.2.a
θάνατος ἀθάνατος 281.1.a
Thebæ Echieniæ 270.2.b

Theſeus

theſeus cut ad infetos deſcendiſſe dicitur 176.1.d
theſſali venefici mentem adimebaor, & reſtituebant 87.2.c
thraces vinoſi & vinolenti 111.2.2
thracia ventorum officina, atque domicilium 81.1.d.2.a.254 1.a.b
thyades, Bacchi ſacerdotes 213.2.b.c
thyades peruicaces 162.2 d
thyeſtea execratio 327.1.d.2.a
thyna.i. Bithynia 194.2.d
thyonæus, epithetum Bacchi, & cur 65.1.c
thyone, Bacchi mater 238.1.a
thyrſus, virga, & haſta Bacchica 162.2.d
tiberis flauus 126.1.b
tiberis ab Etroria fluit 72.2.a
tibiæ vbi primùm repertæ, 505.2.c
tibiam inueuit Marſyas 257.1.b
tibiarum vſus vbi primùm inuenius 305.2.c
tibias cùm inflaſſet Minetua, continuò reiecit, vt omnium organorum muſicorum deterrimas 305.2.c
Tibur à quo conditum & nominatum 30.1.d
tibor ſopinum 182.1.c
tibur vdum 260.2 d
tigris, Armeniæ fluuius, à celeritate nomen traxit 30:.1.d
tigrin Germania bibet, &c. 358.2.c
timidus mori, timidus perite 222.1.d.289.1.a
tindaridæ qui 284 2.d
tireſias vates 284.2.c
titanes fulmine ſublati 168.2.a
tithonus, Auroræ coniunx 89.1.c
tithonum longa minuit ſenectus 90.1.a
tithonius in cicadam verſus 154.2.c
tityus humi iacens ad nouem terræ iugera porrigebatur 185.2.b
tityi iecur à vultute depaſtum, perpetuò renaſcitut 82.1.a
Tityus, quòd Latonæ ſtuprum inferre conatus ſit, quibus plectitur pœnis 185.2.a.b
tityus quis fuerit, & vnde, & quomodo genitus 148.1.b
rollere ad aſtra 260.2.a
tollere cachinnum, hinnitum, clamorem, &c 155.1.a.b
tollere honoribus 5.1.c
tollere luctum 340.2.a.356.1.c
tonitrua vnde fiunt 103.1.c
tottus vino & ira 227.2.a
ttabales claui 234.1.b
trabs Cypria i. nauis 5.2.b
tragœdiarum Athenienſes ſcriptores 118.2.c
trahere ruinam 276.1.a
trahere.i. nere 159.2.d
tranſmutare 251.2 a
tremulus cantus, qualis eſt ſenum, et vetularum 298...a
τρέω 119 1.c
tribuuatus, quæ dignitas 4.2.d
triceps Cerberus 4.1.a
triſauci latratu Cerberus ingens 64.1.a
trilingue os 164.2.b.c
tripodes, præmia fortium 282.2.c
triumphatus. i. per triumphum ductus 178.1.d
trochi nomen, & ludus ipſe, Græca ſunt 237 1.b
troiæ Cinthius auctor 179. .d
troiæ muri à Neptuno & Apolline iuſſu Iouis exſtructi 177.1.c
troiani exſules, & patria profugi 178.1.d
troianis, qui dij propitij fuete, & qui Græcis 178.1.a
troilus, Priami filius 138.1.a
tumultuoſum mare 169.1.d
tumultus vnde dictus 169.1.d.
turbidum lætator 162.2.c
turdus, κίχλας 313.1.d
turdi edaces 313.1.d
rurdorum tria genera 313.1.d
turgidum mare 16.2.a
turpis ad animum refertut 187.1.c
turris aenea 200.2.b
turtur gemit 313.1.a
tus cur felix 71.1.c
tus ſemper adhibetur in ſacrificiis 110.1.d
tutus à latronibus 215.1.c
tympana in ſacris Cybeles 68.2.c
typho, tartari ac terræ filius, in cœlo regnare volens, fulmine ab Ioue deturbarus 184.1.d
typhoeus Cilix multorum capitum 185.1.b
tyrannos pro natalitio ſigno habere capricornum 157.2.d
tyrrhena regum progenies 2.1.c

V

VAcuum nemus, ἄλσος ἔρημον. 238.2.a
vacuus. i. infrequens 16.1.b
vacuus, id eſt, otioſus, feriatus 99.1.b
vada cæca 16.2.d
vada.i. mariæ 16.2.d
vafer 195.1.d
vagor expeditis curis 76.1.c
vagus animi 75.1.d
valere, eſt rerum humanarum optimum 98.1.d
vana rerum 266.2.0
vectare 369.2.c
vena venefica 324.1.a
vena benigna 160.1.b
venafrum, oppidum in Campania 190.2.d
venatio, opus ſolenne, vtile famæ, vitæ, & membris 237.1.c
venena Theſſalica à ſcriptoribus celebrata 323.2 d
venefici fas violant 327.2.a.b. vertunt fas & neſas 327.2.d
venena Calchica 144.2.a
veneiari. i. precari 375.2.a
ventoſa æquora 169.2.a
ventus iniurioſus 362.1.c
venti pluuij 63.1.b
ventorum dioerſæ proprietates 30.2.b.c
venti cur dicuntur nigri 24.c.d
ventus popularis 173.1.d
venus, hominum diuúmque genitrix 305.2.d
venus φιλομειδὴς 12.1.a
venus, vxor Vvlcani 21.1.b
venus perfidum ridens 77.1.b
venus, dux chori 20.1.a
venus marina 239.b.291.2.b
venus ex mari nata 15.1.b
venus dulcē curis miſcet amaritiem 87.1.a
venus aurea, quam Delphis dedicauit Phtyne meretrix 352.1.d
venus ab omni ſtudio rerum bellicarum remota & aliena 56.1.d
veous Cypri potens 259.2.c
venus cor Cypris dicatut 70.2.c
venus à diomede vulnerata 133.1.a.b
veneris opus cruentum 136.1.c
veneris currum trahunt cycni 255.2.c.248.1.a
veneris currum trahere dicuntur paſſeres, & cut 182.1.b
veneris quæ & qualia ſint munera, ſeu officia 57.1.a
venus. i. talorum iactus venereus 134.b 2.a.b
ver aſſiduum 131.2.b
veris deſcriptio 17.1.c
vera viæ. & ſimil. 271.2.a
verbena quid propriè ſit 291.1.b
verbenæ cur felices appellatæ 71.1.c
verba inaudita 374.1.d

Digitized by Google

verecundus color 365.2.c
veritas nuda 78.2.c.79.2.b
veritatis oratio ſimplex eſſe debet 79.2.c
verres cum Eriphyla comparatus 215.2.d
verſa acies retro 182.2.d
verſibus humilibus res magnas & graueis perſequi, periculoſum 304.2.a
vetius Anacreontici 64.2.b
vertere cadum 249.1.c
veſpertini temporis formulæ 193.1.b
veſpertinus.i.veſperi 57.2.c
veſta foci cuſtos, & præſes 11.1.d
veſtales, intactæ & incoruptæ virgines 11.2.d
veſtales virgines ſacris publicis intereſſe ſolebant 253.1.a
veſtes coæ 298.2.d
via ſacra 319.2.d
viatica multis ærumnis collecta 2.2.c
vices ſuperbæ 99.1.c
victrices cateruæ 179.1.d
viduare, ſpoliare 137.1.b
viduus.i.ſpoliatus 40.2.b
victus 346.1.b
vilia rerum 296.2.c
vindelici populi 267.1.b
vindex quis, & vnde dictus 288.1.e
vinum commendat vetuſtas, non itẽ cantilenas 36.2.c
vinum in conuiuiis in humum fundi ſolebat 149.2.b.c
vino nullum lenius, ſeu mitius tormentum inueniri poteſt 227.1.d
vinum verax condita aperit præcordia 226.2.b.c
vinum arcana promouet loco, id eſt, pectore 85.1.b
vinum, malorum, laborum, ac dolorum medicamentum 133.2.b
vinum, cum varia ſint hominum ingenia, ad illam, accommodatur, & commutatur varietatem 226.2.b
vinum pauperem efficit audacem & pugnacem, ac certandi cupidum 228.1.a
vinum ſapientium cogitationes, & conſilia recondita aperit 227.2.b
vinum modo homines ad arma concitat, modò etiam mitigat immites 164.1.c.d
vinum qui immoderatè biberunt, nihil verentur 343.1.b
vinum immodicè potum omnes examimo curas abigit 67.2.c
vinum pellit curas 358.1.b
vinum hominibus dioptra eſt inſtar 345.1.b
vina Torquato conſule preſſa, &c. 226.2.a
vinum languens 218.2.c
vinum languidum 226.2.d
vinum amoris 212.2.d
vinum excubum 247.2.c
vinum calenum vnde ſic dictum 72.2.a.b
vinum chium 222.2.b
vinum Lesbium innocens 65.1.a
vinum Maſſicum 226.2.d
vina coronare apud poëtas, quid ſit 290.2.c
vinum guſtare, fœminis, & matronis Romanis erat nefas 213.2.c
violens, id eſt, violentus 253.1.b
virga horrida, quæ 80.1.b
virgatus 141.1.a
virgo quando nubilis 78.1.d
virgo matura 191.1.c
virginitas amiſſa quo remedio recuperatur 335.1.d
virgines in iuuenes ſunt acres 27.2.c.d
Viridomarus, Gallorum inſubrium dux, victus à Claud. Marcello 48.1.c
viri & vxoris ſocietas, ariſtocraticæ ſimilis 135.1.b
virtus à viro 354.1.a
virtus eſt vna altiſſimis defixa radicibus, &c. 5.2.a.b
virtus cœlum aperit præſtantibus viris 173.2.a
virtute quod geſtum eſt, ſilentio non tegendum 287.2.d
virtus ardua 233.2.b
virtus occulto creſcit 48.1.b
virtus repulſæ neſcia 172.2.d
virtutis honores certi, atque ſtabiles 173.1.b
vis alia fori, alia triclinij 228.1.d
vis expers conſilij 185.1.2
vis temperata 185.1.c
vita breuis 21.2.d
vitæ ſumma breuis 280.1.d
vitalia rerum 296.2.c
vites falernæ 72.2.c
vitis lenta 353.2.b
vitrea fama 64.2.d
vitrea toga 63.1.
vitrea.i.formoſa 64.2.
vitreum mare 64.2.c
vitulinum aſſum 6.2.
vituli marini 11.1
viuere in diem 25.1.
viueſcere 238.1.a
viuitur paruo bene 152.2.c
vlceroſus 81.1.d
vlmus, arbor vidua 273.2.1
vlyſſes ventos in vtrem concluſit 15.1.c
vlyſſis errores longi 26.1.b
vlyſſei, quatuor effertur ſyllabarum, ab antiquo recto, Vlyſſeus 360.2.d.361.1.a
vltra fas trepidat 250.1.b
vltra.i.futurum 154.1.a.b
ad Vmbilicum adducere, quid ſit 351.2.c
vncus quid ſit 107.1.a.b
vnguentum Achæmenium 170.1.c
vno quid à lictore differt 152.2.b
vocatus leuare 78.1.c
volgiuagus mos 71.2.1.a
volitant.i.nauigant 272.2.d
volubilis 45.1.c
vox blanda digitos habet 334.1.b.c
vox Theſſala 324.2.b.c
voces Marſæ 326.2.d
vocis recinit, & reſultat 44.1.b
voces ſacræ 363.1.c
vrgendi verbi formulæ variæ 160.2.a.b
vrna capax omne mouet nomen 126.1.d
vrna omnium verſatur 90.2.b
vrſæ dux ad polum Arcticum 83.2.c.d
vſtica, mons in Sabinis 65.2.d
vſus fructus quid à proprietate diſtet 217.2.b
vt.i.quàm 238.1.d
vtcunque, quoties, vel quandocumque 368.2.a
vtcumque.i.vbicumque 268.1.d.63.2.a
vtilis aſpirare, vtilis adeſſe 283.2.a
vua penſilis 273.2.d
vua, pro vino 72.1.b
vuidus 163.2.d.174.1.a
vulcanus, faber Iouis 20.2.d
vulcanum è Iunone ſine gratiis natum eſſe 10.1.b
vulcani officinam in Ætna fuiſſe 20.2.d

Vulgus profanus 168.1.a
Vultu ambiguo 130.2.d
Vultu toruo 190.2.b
Vxor dotata regit virum 200.1. c.d
Vxorem diſparem vites 292.2. c.d
Vxore pudica nihil melius parari poteſt 314.1.b
in Vxore quærenda ſpectari debent genus,& parentum virtus 233. 1.c
Vxorius 11.2.a

X

XAnthus, Troiæ fluuius 277. 1.b

Y

ὑδροφόβοι 114.1.c
ὕπνοι νήγρετος, νήδυμος 79.1.d.2.a

Z

ZEphyris frigora miteſcunt 278. 2.d
Zephyrus pennatus 20.1.a
Zephyrus quis ventus, & vnde ſpirat 294.1.a.b
Zephyris alba immolabatur pecus 340.2.c
Zethum 366.1.c
Zodiacus, ac de eiuſdem ſignis 157. 2.b.c
Zonæ gratiarum ſolutæ 96.1.c
Zonæ quinque tenent cælum, & earum temperies, atque deſcriptio 76.2.d
Zonam ſoluere, quid 96.1.d

FINIS TABVLÆ.

Digitized by Google

Index rerum & verborum obſeruatione digniorum, quæ *DIONY. LAMBINI IN OMNES Q. HORATII Flacci Satyras & Epiſtolas commentariis continentur: cuius quidem prior numerus paginam, poſterior verò columnam indicat.*

A

A Poero paruulo 59.1.c
à roſtris frigidus 209.2.c
ab ouo ad mala 36.1.c
Abderitarum morbus, 401.1.a
addita rerum 229.1.a
abire in hominum ora 263.1.d
abligurrire, auidè multa conſumere, 42.1,d.2.a
abnormis 120.2.c
abrotonum 8.2.d
abſinthia tætra quo pacto facilius propinantur 10.2.c
abſtemius poſitorum 305.1.d
abſtraxe 70.2.b
Academia, quis locus 394.1.b
Academicorum princeps Plato 243 1.d
Academici veteres & noui qui diſcrepant 394.1.b
Academici nulli rei aſſentiebantur, 243.1.d
acceptilatio quid, & vnde dicatur 382 1.c
acceptum referre 381.1.b
accipenſer, piſcis olim in delicijs habitus 130.2.a
accipere æquis animis 444.1.d
acclinis 127.1.a
accredere 327.1.b
acerbæ curæ 210.1.c
aceruus, a, um 131.2.d
acetum pro iracundia 91.1.c.d
ἀχάριςτος, populus 184.2.d
Achilles cum Otionis cane comparatur 90.2.a
ἄχυμος, ſaporis expers 316.1.d.2.a
acidus, a, um, vnde dictum 397.1.a
in Acie nouaculæ ſtat 104.2.b
Ἀκολασία, 138.1.a
ἀκόλαςτος 220.2.a
Ἄκοσμος 39.2.b
ἀκρατής, 293.2.a
acratophorum 424.2 b
Actia victoria velox 342.1.a
actores comœdi ac tragœdi 371.2.d
acutus morbus quis dicatur 160.1.b
addere mentem 393.2.c
adigere arbitrum, adigere iuſiurandum 338.1.a
adimam cantare 363.1.c
admiratio, eſt philoſophiæ principiũ 274.1.a.b
adoptare quid ſit 279.1.b
Ador, quid, & eius etymon 212.2.c
adulterorum pœna 25.1.b
adulteri, ante Paridem, alij fuere 44.1.c
aduocatos ab actoribus, & patronis multùm differre 208.2.a
Ædiles, qui mancipia vendebant 302 2.b.c
æditus 381.2.b.c
Ægæum mare cur ita dictum 301 2.d
æneus vt ſtes 120.1.a
æquale nil homini 36.2.b
æquimanus 209.1.d
æquus animos moderatus 349.2.c
æquus, id eſt, facilis, placidus 167 a.b
ærugo per tralationem 449.1.b
æs à quo primùm conflatum 151. 1.d
æris, & lupini diſcrimen nouit vir bonus 285.1.a
Æſculapius Epidauri colebatur deus ſanctus, ſalutis dator, valetudinum peſſimarum propulſator 371.2.d 38.1 a
Æſculapius tantus fuit medicus, vt omnes ſanaret ægros 245.1.b
Æſon ex ſene adoleſcens factus 195. 1.a
Æſopus, tragediarum actor, Ciceronis amicus, & familiaris 371.2.a
æſtifer ignis 322.1.c
æſtus vitalis 195.1.d
æſtus, ciuilis motus 394.1.c
ætas virilis 437.1.d
ætas laſciua.i.adoleſcentia 406.1.c
ætatis ferreæ deſcriptio 43.2.a
affatim edi, bibi, luſi 31.1.a
Afflicta virtus, afflicta nauis 134 1 a
affligere quid propriè 15.2.b
affligendi verbi variæ loquendi formulæ 133 a.c.d
afore, afui, & afuturum: non abfore, abſui, abſuturum 58.2.a
Afranius, poeta Latinus, & Romanus, cum Menandro comparandus 370.1.b
Africa frumenti ferax, ac frumentoſa 156. 1.a
Agamemnon ab vxore & Ægiſto cæſus 16.2.c
ἄγαμος, ἀνυμφίαιος, inupta 374. 2.a.b
agere ſilentium, agere ſtatariam 377 2.c
agere.i.agitare 159 1.a
agilis, πρακτικός, 243.2.c
ἀγύτης 36.2.b
agreſtis, indoctus 376.1.a
ἀγύρτης, 22.1.d
aheneus murus 247.2.c
Aiax vno Achille inferior iacet inſepultus, qui toties Græcos in maximas anguſtias redactos ſeruauit 162.2.d
Aiacis vmbram Vlyſſes apud inferos vidit ſolus 162.2.d
Aij Locutij 160.2.d
αἴθοψ, 352.2.d
Albana vua 185.1.b
Albani vnde dicti 284.2.a
Albani cur Latini dicti 284 1.a
albatus 131.2.a
Albucius, homo inſigniter auarus, ac ſordidus 132.1.
Albius Tibullus, elegorum ſcriptor 268.1.a
albus.i.bonus 128.2.c
albus.i.pallidus 128.2.c
albi & candidi, deorum filij eſſe dicuntur 39.2.b
albis equis, albis quadrigis 89. 1.d
Alcibiades proiectus, & inhumatus, ab amica palleo tectus 244.1.c
Alcinous, rex Phæacum, vnus è Penelopæ procis 257.2.d

Digitized by Google

alea nudat 373.2.a
alea vetita legibus 127.2.b
aleatores calidi 194.2.a
alec, quid ſit 185.1.b.c
Alexander edicto vetuit, ne quis ſe præter Apellem pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra 322 2.d
Alga 191.1.b
aliena ſaluris 165.2.c
alienus veri, alienus vero, alienus à vero 165.2.c
ἅλις δρυός, ſatis quercus, vim habet prouerbij 43.1.d
alius vero, alius à vero 165. 2.c
hoc Alius, id eſt, alius ab hoc 165 1.d
aliud à libertate, id eſt, diuerſum, atque diſcrepans 165.1.e
aliud vero, & aliud à verò, Latinis eſt vſitatum 165.1.d
allex 185.1.c
allium cicuta nocentius 230.2.e
alta mens, vt alta mẽte repoſtum iud. Parid 456.1.b
alterna, id eſt, alternatim 99.2.b
altus ſomnus, νήδυμος 157.1.d
am, in compoſitione valet, circum 104.2.d
amabiliter 375.1.d
Amaltheæ capræ cornu 13.1.b
amare miſere, perdite 100.1.c
amarus ſermo 89.1.c
amara curarum, & ſimil. 236. 1.d
ἀμάρτημα 448.1.b
amator & amicus qui differant 245. 2.a
amator in mediis frigoribus lèporem ſectatur 29.1.c
amator cum puero comparatur 169 1.d
ambitio mala 206.2.a
Ambubaiarum collegia 22. 1.b
amentia eum verſet 168.1.d
amica mater 154. 1.b
amicitia & lis, rerum principia, ſecundum Empedoclem 307 1.a.b
amicitiæ quot genera ab Ariſtotele conſtituta 211. 2.c
amicus verus minimè præſentem laudare debet 198. 1.b
amicus laude, vt hamo capitur 198 1.a
amico nihil amicius 68.1.a
amici ſunt optima, & pulcherrima vitæ ſupellex 437.2.a
vbi Amici, ibi ſunt opes 68 1.a
amicus inferior quis ſit 292 2.d
amicorum vitia extenuenda, nominibúſque leuioribus appellanda 40. 2.a
amicos retinere & ſeruare 16 1.a
amœnus, amabilis 311.2.b
amor, morbus tæter 242.2.d
amor cur dicitur cæcus 39. 2.d
amor hirudini ſimilis 57. 1.b
amoris fomenta, & amoris pabula, 264.2.a
amore deuinctus, ſeruitutem ſeruit 257.1.a
amorem fallere 227.2.a
amore ſeneſcit habendi 398. 1.c
Amphion lyræ ſuæ cantu commouit lapides, qui ſponte ſua Thebas accurrerunt, ex quibus vrbem cinxit muris 452 2.d
amphora, quod genus vaſis 419 2.d
ampulla 263.1.d
ampullas proijcere, id eſt, magna loqui 427.1.d
ampullari 427.1.d
amteſtari 104.2.c
amyſtis 424.2.b
anytus ſophyſta, vnus ex Socratis accuſatoribus 179.1.b
ἄνανδρος 88.2.c
anapæſtus pes 56.1.a
Anaxagoras, ob philoſophiæ ſtudiũ ſuos deſeruit agros 306 1.a
Anaxander, poeta comicus, cur ſuas perpolitas, & elegantes comœdias thuri mandauit 385. 1.a
ἀνδρεῖος, 294.2.d
angulus per tralationem 312.1.a
angulus vnde dicatur 312. 1.a
anguſta viarum & ſimil. 331. 1.a.b
animæ, id eſt, homines 67. 2.d.
animas cruore mortuorum ab inferis excitari 95 1.c
animæ etymon 212.2.d
animalibus quibuſcumque ſua à natura dantur arma 120 1.a
animans, id eſt, viuus 119 1.c
animoſus 373.2.c
animus, pars animi concupiſcens 26. 2.b
animi affectuum indicia quo modo colligi poſſunt 344.1.c
animus ingens in anguſto corpore 11 1.d
animus, id eſt, vis, & acrimonia 355 1.d
animi mares 453.2.b
animi cultura, eſt philoſophia 245. 2.b
animi perturbationes quatuor 274. 2.d
animus ſupinus 220.2.c
animus antiquus 220.1.c
animus immortalis 212.2.d
animo laborare 311.1.a
animo vitioſo nihil calamitoſius, & miſerius 149.1.c
Anibal campanis deliciis fractus 259 2.c
annulus equeſtris 222.1.d
annuli vtra manu geſtari ſoliti, & in quibus digitis 219 1.a.b
annuli initio ferrei fuere 219. 1.b
anni venientes, qui dicantur 438. 1.a
anni recurrentes 375.1.d
anni principium à Iano ducitur 206 2.d
ἀντιπάγγελτος. 190.1.d
Antiphates, rex Læſtrygonum 435. 1.d
Antiqui ſemper in laude ponuntur à ſcriptoribus 210. 1.c
antiſophiſtæ 370. 2.e
Anticyra optimi fertilis ellebori 155 2.d
Anxur, oppidum Volſcorum, quod nunc Taracina vocatur 66. 2.d
Auxurum oppidum vnde ductum 2.a
ἄοσμον, odoris expers 184.2.b
Apella 72.2.a
Appellæ cur vocentur Iudæi 104. 1.c
aper calydonius 341.1.b
ἀφοδεύειν, ſecedere ad exonerandam

randam aluum 133.1.c
ἄφρων 268.1.d
Apollo palatinus 264.1.b
Apollo delicatus 264.1.b
Apollo ἀποτροπαῖος,& ἀλεξίκακος 105.1.b
apotheca quid 191.1.a
apponere cuſtodes alicui 53.2.c
ἀποσφογγίσματα 424.2.c
apri ſedentibus defendunc 120.1.a
apricus quid,& vnde dicatur 437.1.a
ἀψίκορος 372.2.b
aquarius extremo irrorat anno 11.2.a
aquilarum hiſtoria naturalis 37.2.c
Aquilo ventus 208.1.c
Arabum gazæ 286.1.d
arbores alſitæ,quæ ſine 402.2.b
arbuſcula mulier mima 113 1.a
arcedere,arferre,aruenire 270.1.a
archaici lecti 213 2 c
archeſtratus, ὀψοδαίδαλος, id eſt, obſoniorum optimus artifex 59.1:c.d
ἀρχὴ ἥμισυ παντός 259.1.a
Archilochus natione Parius 355.1.d
Archilochus iambici carminis inuctor 426.1.c
Archilochus ad maledicendum egregie promptus,ac paratus 119.2.b
Archilochus iambis Lycambē ſocerum ſuum ad ſuſpendium adegit 355.2.a
Archilochi vulpes 324.2.d
arcio 270.1.c
arctus,ad rem attentus,& parcus 212 1.b
ardua ceruix 28.1.a
argento omnia poſtponas 15.2.d
argentum fugitiuum 227.2.a
arguitur laudibus vini 252.2.c
arguta meretrix 58.1.a
argutus,aſtutus, ſolers 313.2.b
Ariſtarchus,caſtigator,& iudex ſeuerus alienorum ſcriptorum : fuit & grammaticus clariſſimus , qui & Homeri verſus emendauit 455 2.c
Ariſtides iuſticia & paupertatis patientia mirabilis 149.1.d
Ariſtipus, Socratis diſcipulus fuit, à quo Cyrenaica diſciplina fluxit, 33.2.b
ἄριστον prandium 85.2.c
arma primorum hominum qualia 43.2.a
armariola græca 513 2.a
arquatus 455.2.d
arridere,probare,placere 113.1.d
Arrius,homo ſumptuoſus, & luxurioſus 156.1.d
arrogantia,morbus campanus 69.2.c
ars à natura profecta , niſi naturam moueat ac delectet,nihil egiſſe videtur 157.1.c
ars omnis incerta eſt,& in coniectura poſita 192.1.c
artem , quam quiſque didicit , exerceat 314.1.a
articularis morbus 206.2.a
arx quid 206.1d
as quid,& quanti valeat 593.2 a
ἀσχήμων 331.2.a
aſcribere in numerum 352 2.a
aſellus iniquæ mentis 309.1.d
aſellum,id eſt,indocilem,docere 16 1.a
aſellum in campo docere,prouerbialiter dicitur 309 1.d
aſſentatio loquax 60.2.a
ἄσημος,ignobilis,obſcurus 77 2 b
aſino narrare fabulam 379 2.b.c
aſinus auis,prouerbium explicatum 16.1.a.b
ἄσωτος 55 2.b
aſoti inſaniunt 167.1.a
ἀσωτότερος 23.1.d
aſper,laborioſus,durus 212.1.b
aſpergere falſis dictis , aſpergere maculis 57.1.c
aſymbolus 255.2.c
Atabulus, ventus Apuliam infeſtam reddens 70.2.a
ater,id eſt,malus 404 2.b
Athenis tenue cælum:ex quo acutiores putantur Attici 303.1.d
Atomi 383 2.b
atratus 131.2.a
Atrati Libitinarij miniſtri 284.1.b
Atris,pro Afris 237.1.b
auaritia & luxuria,duo vitia maximè inter ſe pugnantia 17.1.a
auaritiam , inſaniam eſſe maximam 255.2.d
auaritia feruet 373.2.a
auarus nihil refert vtrum habeat, an non habeat 260.1.b.c
auarus nihil à captiuo differt 313 1.a
auarus numquam ſe ſatis beatum putat 17.2 b
auarus vt Chremes 17.1.d
auaris nullus argenti color 156.2.d
auaro deeſt ſemper aliquid 260.1.b.c
auarus laudis 378.1.a
auari deſcriptio 11.2.c
auctius,amplius,cumulatius 205 1.d
auctoramentum 222.2.c
auctorari 222.2.c
auctoratus 325.1.a
Auctumnus grauis 284.1.a
audiſti rex , id eſt, appellatus es rex 286.1 d
audire male,audire bene 286.2.a
audita minus , afficiunt animos , quā viſa 438.2.c
aues omnes cibum nactæ lætitiam ſuam cantu, aut voce ſignificant 333 1.d
Auentinus collis vnde ſic vocatus 397.1.c
auertere alicui ſomnum 66.1.c.d
Auguſtus cum Libero,Caſtore, Polluce,Hercule.& Romulo comparatus 366.2.c
Audienus , homo odoris tam tetterrimi,vt eum nemo perferre poſſet 158.1.a
Auidienus, canis & lupus appellatus 131.2.d
auidus conuiua,auidus nauta 60 1.b
auidus futuri 437.2.d
Aufidus,rapidus,Apuliæ fluuius 13.1.c
aulæa,id eſt,vela picta 235.1.d
aures patientiſſimæ 245.2.b
aures demiſſæ quid in iumentis indicant 100.2.d
aures patulæ non fideliter retinent

commiſſa. 340.1.a
auris perpurgata 241.2.b
aurem perſonare 242.2.e
aurem ſubſtringere 199.1.a
auriculam opponere 155.2.b
aurora candida 104.1.a.b
auſter validus, acer, vehemens, & ſæuus 301.2.c
auſter plumbeus 206.2.a
auſter δυσώδης, 206.2.b
auſter putrefacit 131.2.b
auſtro flante teneriores efficiuntur carnes 131.2.b
auſtro flante complures in morbum incidunt 206.2.b.c
auſtri, venti inſalubres, & peſtilẽtes 130.1.b
autumare 153.2.a
auxilium ficulnum, i. inane, nulliuſque momenti. 93.1.a

B

BAca.i.vnio, margarita 167 2.d
Bacchius & Bithus, nobiles, gladiatores 90.1.e
Bacchus, deus inuerecundus 57.1.e
Bacchus, veritatis amator, & ſimplex 57.2.e
Balanus 424.2.b
Balatrones qui, & vnde dicti 22 1.d
Balatrone ſecundo 236.1.d
baratrba χειροποιητὰ quæ fuerint, 310.1.d
barathrum macelli. i. homo helluo, qui vorat quæcũque in macellum veniunt, & quid ſit barathrum, & quis locus Athenis, 318 1.c.d
barba maiore & promiſſa cur Philoſophi in publicum prodibant 152 a.b
Batium, oppidum Appuliæ 72.1.d
Barrus luxurioſè viuendo ad egeſtatem redactus 59.1.b
Batillium, quod genus vaſis 67.2.b
beatus ille, qui procul negotiis 429 2.b
beatus.i.opulentus 297.1.c
Bellona, bellorum dea 166.2.d
Bellona, ſoror Martis, ſuis ſacerdotibus, bonam adimebat mentem 166. 2.d
belli tætra diſcordia 55.2.d
Belli poſtes ferrati 55.2.d
bellum inexperto dulce 341.1.c
belli cauſæ, ante Helenã, fuere mulieres 44.1.c
Belithronem qui appellati 31.2.d
bellua multorum capitum 184.2.d
βέμβηξ, quid ſit 451.2.c
Bene eſt 233.1.a
Bene eſt nobis, & ſimil. 136.2.d
beneuentum, quod oppidum, & cur ita vocatum 70.1.e
bene viuere 319.2.2.b
benigne dicis, benigne reſpondes 288 1.a
benignè, largè, copioſè 322.1.d
benignus.i.beneficus, & liberalis 22. 2.b
benignus vini, & ſomni 247.2.d
benignus.i.bonus 25.2.b
bibaculus poëta ſatyricè ab Horatio reprehenſus 193.1.d
bibendi leges 137.1.b
bibit amorem longum 261.2.a
bibulus, bibax 312.2.d
bibuli potores, hæc duo cohærent 343.2.b
Biclinium 186.2.a
bidental, quis locus 457.1.a
biforis ianua 213.2.d
bilibre cornu 131.1.c.d
bilis, maſcula 396.1.d
bilis atra, ſplendida 154.1.a
bilis atra frigida eſt 457.1.a
Bionei ſermones 396.2.d
blandus prece docta 374.2.b
blaterare 221.2.b
bœotia ſus, prouerbium in homines hebetes 383.2.a
Bœotij pingues, craſſi, & hebetes, & cur 313.1.d
Bohilla, oppidum in Italia, vnde ſic dictum 284.1.b
Baiæ, vrbs Campaniæ, aquis calidis nobilitata 249.1.d
βωμολόχος.i.ſcurra, vt ab vrbano differt 54.2.e
bonus & ſapiens idem 372.1.e
bonum ſummum variè à variis philoſophis acceptum 243.2.d
quid ſit ſummum bonum 212. 2.d
bonorum finis 297.1.a.b
bona nulla priuata natura 45. 1.e
bona à malis, natura, non vtilitate diſtingui 45.1.c
bona dea 242.2.d
boni ex Ariſtotele definitio 211. 2.d
bos piger cur ita vocetur 313.2.d
boues aratores 314.1.a.290.2.c
breuitas in quo potiſſimum conſiſtit 108.2.c.d.420.1.c.d.449.1.d
Brumæ deſcriptio 208.1.d
Brunduſium, oppidum in Calabria, 333.1.d
Bruti comites, ſtellæ ſalubres appellati 90.1.d
buccas inflare 347.1.a
bullam pueri, togam virilem ſumpturi, cõſecrabant Penatibus 69.2.d

C

CAbarni, Cereris ſacerdotes 96. 1.a
cacata charta 376.1.b
cachinnum tollere 451.2.d
χαχόποις, pedibus vitioſis 27.2.a
cadentia verba 337.1.d
cadmus lictor quidam Romæ fuit, 79.2.c
cæcior Hypſæa 28.1.a
cæcuba vina 183.1.d.252.1.c
cæcus, viæ, dux prouerbium 319 1.d
cælla quid 93.2.d
χάλα, 313.2.a
Calaber piris vult onerare, prouerbium 284.2.c.d
Calendæ triſtes 42.2.e
Calendæ celeres 208.1.d
calet per tralationem 155.2.c
calidus. i. auidus, & laborioſus 397. 2.a
Caliendrium 97.1.a
χαλλιπλόκαμος 109.1.c
χαλλίπυγος, 28.1.d
χαλλίσφυρος 109.1.c
Calones. 25.1.c.83.1.a.221.1.e 313.2.a
Caluitur ſomnus 71.1 a
Calydon, ciuitas in Atolia, 341. 1.b
Camblorardalis 379.1.d
camera 169.2.b
caminus & focus qui differant 302. 1.b
non Caminus ſurdis 379.2.b
campana ſupellex 84.2.e
campana trulla 159.1.d
campanus morbus 69.1.d
Campani, qui anteà Oſci dicebantur ore impuro ſunt habiti, vnde nomẽ Obſcenus, a, um 69.1.d
campeſtre, quod ſubligaculi genus 302.2.a
Cancer incedit prouerſus 121.2.a
candidiores, id eſt integriores 68. 1.a
candidum ingenium 68.1.a
candidi ſoles 104.2.a
Canephori virginea 232.1.a
canet indoctum, id eſt indoctè 392.1.c

canicula,ſigoum cæleſte rabioſum 85 1.d
canicula calotem amplificat ſulis 90 1.d.2.a
Canidia,mulier veneſira 93.1.a
canidia,furia vocata 96.2.b
canis lattatus lemures fugat 96 1.c
canis omnium animalium rabie infeſtiſſimum 397.2.d
canis à corio,prouerbium 197.1.d
canes immolabantur Hecatæ 96. à.c
canes inferni 96.1.b
cantabrica bella 341.2.a
cantor quis dicendns 46.2.b
cantorum mores, & conſuetudo 22 2.a
canuſius,oppidum 161.1.a
canuſij panis 71.2.c
canuſiuorum more loqui 109 2.c
capillatus 276.2.a
capillus paſſus,prolixus 95.1.a.b
capilli erecti,metum ſignificaot 346 2.c
capilli nitidi 312.2.c
capilli odorati 222.2.a
capadoces,naturâ ſerui 276.2.c.d
cappadocum rex.i.mango 276.2.c.d
capras ſcotta ſignificare 271.2.c
capreoli 182.2.c
carptare riſum 56.2.c.d
captatur cum piſce comparatus 193. 2.c
captatores hereditatum 190.1 c
captatorum deſcriptio 249.1.a
caput,pars nobiliſſima corporis 246 1.a
capot quibus in ceremoniis operiebant, & in quibus velabant veteres, 152.2.d 153.1.a
capot lutcum 110.1.b
caput retum.i.totius rei pars maxima 332.2.d
caput carum, κεφαλὴν φίλην 198 2.a
cabut oſculari 348.1.a
caput mouere 344.2.b
caput percutere,mœrorem ſignificat 344.1.d
caricæ Atticæ 29.1.c
carmen ἐπιτροπαῖον 379.2.b
carmen Iliacum 431.2.a
carmen molle,atque facetum. i. elegans,& pollitum 111.1.b
carmē Mæonium. i.Homericum,& Heroicum 110.2.c
carmen.i.excantatio 72.1.d
carmina,quæ molli tramite currunt, 111.2.c
carmina lunam poſſunt deducere cælo 244.2.d
carmina mereutur æternitatem, & aliis pariunt 294.2.a
carminum pedes varij,& eorum menſura 56.1.a
carpere iter 72.1.b
carpere viam 212.2.c.d
Carthago impia à Scipione poſteriore deleta 121.2.a
caſſa nuce non emerim 192.2.d
Caſſandræ vaticinium de Franconis caſibus 434.1.a
caſſum.i.inane,& vacuum 142.2.d
Caſtur & Clytemneſtra ex ouo nati 436.1.d.2.a
Caſtor gaudet equis 118.2.c
καταπλήξις 99.2.c
καταπυγών 319.2.a
καθάρματα piacula 245.1.d
catus,prudens,ſolers 393.2.c
cauda ſalax.i.penis turgens 25 1.d
caudam trahere,prouerbium 153 2.c.d
caupones,ſeu copones,maligni, & perfidi 11.1.a
cautus,diligens,prudens,& conſideratus 80.2.a
cautus intra ſpem veniæ,& ſimil. 445 1.c
cedrus cur mortuorum vita vocetur, 449.1.c
celebrare iter, 296.2.c
celerem iratci,Græcum loqoendi genus 359.2.a
cena dubia quid 133.1.c
cena terreſtris,& cena ſine ſanguine, quæ ſit 307.2.c
cenæ Platonicæ non ſolum in præſenti,ſed etiam poſtero die iucundæ 133.1.c
cenæ Rumanorum veterum quales, 85.2.b.c
cenæ,noctéſque deum 210.2.d
cenacula mutare 250.1.a
cenat patinas 318.2.b
cenſus,quid 451.2.d
centautus magna 23.1.d
centimaous 414 2.c
centuriæ ſeruorum 449 2.c
κενόδοξος 56.2.b
κεφαληγερέτης Pericles cognominatus 52.2.b
cera prima,media,& vltima, quid in teſtamento 194.2.b
cera,ceritis 299.1.d
cerati parietes,qui fuerint 148.1.c
κεράτιον,quis& qualis fructus 374 1.c
κέρδος; lucrum, appellatum quaſi κέαρ ἥδον,id eſt,cor delectans 330 2.a.b
κέρκος,penis 25.1.d
cerebroſus 66.2.a
Ceres,i.Luna 306.2.a
cernis acutum,ὀξυδερκεῖς 33.2.c
cerritus 170.1.b
certare blanditia 57.1.c
cerui ſe fuga defendunt 120.1.a
cerui facęta fabula 208.2 b.c
ceruix ardua 27.2.d
cetaria quæ ſint 193.2.d
Chærintus,puer formoſus,mullis, & impudirus fuit 27.1.2.b
χαλαζοκοπία, 295.1.a
χαλεπὸν χορίου κύνα γεῦσαι, prouerbium 197.2.a
Cherilus poëta malus, Alexandro Magno gratus 450.2.a
χεντρίζειν,quid 402.2.b
χηνοβοσκοί,anſerum paſtores 230.2.b
Chios,inſula in mari Ionio 301. 1.a
chiragra & podagra, articulurum morbi 219.2.a
Chryſippi porticus,quid ſit. 153.1.d
cibi penuria languētia letho dat membra 130.1.d
cibi tenuis commoda,& immoderati incommoda 132.2.d
cibum labor antecedit 127.1.c
cibum quoties die capiebant veteres, 85.2.c
ciboria 210.1.c
cibyratica negotia 276.1.b
in cicere,atque faba 161.2.c
cicertus 69.2.c
cicuta iuriſconſultus 255.1.b
cicuta ſurdidiſſimus, auariſſimus, & cumini ſector 161.1.b
cinex.i. homo fœtidus, immundus, & maledicus 113.1.a
cinctus altè 131.2.c
cinifiones qui ſint 28.2.d
Circe,Solis & Perſæ filia,& eius pocula 256.1.d
Circe virga ſua percuſſos Vlyſſis ſocios,& epoto pharmacu, ſtatim in ſues conuertit 256 1.d
circes mythologia 256.2.d
circuli paralleli 208.1.d
cirrum toros dare 185.1.d
circumponere 185.1.d
circus fallax cur dicatur 83.2.d
in circo ſpatiari 161.2.d
circumtonuit, i. attonitum reddit 166.2.d

Digitized by Google

citharœdus 450.1.d
clatri 457.1.b
clauis vnde dicta 358.1.c
clauus latus, quid ſit 79.1.a.67.2.b
clauus latus, & clauus anguſtus 219 1.c
Clemẽs Teuerinus, & Romanarum antiquitatum ſtudioſiſſimus 58.1.a
χλιδαῖος, & χειδαιός 301.2.c
clitellas impingere, prouerbialiter dictum 309.1.c
cliuus 309.1.9
clodius quam inuiſus populo fuerit. 154.1.d.2.a
Clodius, Æſopus, Clodij, æſopi tragœdi filius, luxurioſus nepos 167 1.a.d
clunes pulchræ 27.2.d
cluſium, oppidum Etruriæ 135.2.d
Clytemneſtra Tyndaridarum cur dicitur fortiſſima 16.2.c
Clytemneſtra Agamemnonẽ virum inſidiis interfecit 16.2.d
Cocceius Nerua iuriſconſultus 67 1.a
coccum 213.1.c
cochlea 183.2.d
cognitor, quis 163.1.c
colaphum incutere 10.2.c
κόλαξ. 336.2.b
Colophon, vrbs in Ionia 301.1.b
colorem mutare, id eſt, expalleſcere 324.2.a
colores Tyrij, 275.1.c
color vitæ.i.vitæ inſtitutum, & vitæ genus. 331.1.d
columbarum amor mutuus 260 296.1.c
columbatim labra labris conſerere 1.c
colyria, quæ medicamenta 67.1.a.b
comam intonſam ſcindere, quid 344 1.d
comedim 127.2.b
comedo, onis, & comedus, di. 319 1.c
comicam orationem, merum ſermonem eſſe, oon poema 55.2.2
comis εὐτράπελος, 256.1.a
comis.i.facetus, ſuauis 58.1.a
comis erat nomen inferioris amici. 292.2.d
comiter, facerè, comicè 110.1.d
κωμῳδεῖν, σκώπτειν, iocando maledicere 379.1.d
comœdia vetus quamobrem ſublata 8.1.c
comœdia priſca qualis, 51.2.c
comœdiæ veteris poetæ qui fuerint, 52.2.b.49.1.c
comœdiam tragœdia eſſe posteriorẽ, 448.1.c.d
χῶμος, quis & qualis deus, 110.2.d
commune duobus accipi modis 431 1.a
communia primis temporibus omnia fuere 453.1.d
compede niuali vinctus 263.1.c
compilare, quid 15.1.c
compitalia, dies feſti laribus attributi 17.2.a
componere lites 255.2.b
componere rogam 155.2.c
compreſsis labiis 61.1.c
concedere, ignoſcere 61.1.b
concedere, ire, venire, ac tranſire 61 1.d
conceptum, pro conſentione, & concordia 322 2.a
concha generale nomen 181.1.c
concha ſalis 36.2.c
Conchylia generoſa 181.1.d
concinnos, lepidus, amœnos 40.1.c
concludere verſum quid 55.1.b
concordia diſcors inter elemẽta mũdi 306.2.b
concredere, πιστεύειν, committere 209.1.b
concuſſa mentem 171.2 d
condita pectoris 57.2.c
condo, & compono 145.1.c
cooſluxet 70.2.b
congrecem 127.2 b
conſcientia mordeti 324.1.d
conſcire nihil ſibi 247.2.d
conſilium bonum capere cuilibet nõ eſt 63.2.b
conſtanter, pertinaciter 218.2 b
cooſuetudo quid in vtramque partẽ valeat 39.1.b
conſulcare frontem 344.2.d
conſultus iuris 398 2.a
conſumſe 70.2.b
contendere oculo 244.2.a
contriſtat 11.2.a
conuertere ſtudia 457.1 d
conuiuę nec loquaces, nec muti eſſe debent 269.1.c
conuiuæ lecti 234.1.c
conuiuarum numerus 296.1.b
conuiuij magiſtri, vel regij officium, 211.1.c
copia aurea.i.opulentiſſima 308.1.d
copia cornu plenior, quid ſit 13.1.b
copia pleoo beata cornu 308.1.d
cor pro mente ſæpe ſumitur, 257 a.b
cor pro ſtomacho 151.2.d
coranus ex ſcriba quinqueuiratum adeptus, & ſcriba iterum factus, 194.2.d
cotinthus captiua, quid ſit 376.1.b
coronæ quo primum repertæ 326.1.c
corpus ſine pectore.i.excorps 188.1.c
corrugare nareis 271.1.b
corycæi ſpeculatores, & exploratores 189.2 d
cothurni.i.tragœdiæ 426.1.b
cotytia 192.1.a
cratinus poëta 52.2.b
credebat, committebat 118.2.d
crepare.i.loqui 444.1.c
cribrata tela 250.1.d
crimina.i.criminationes, ἐγκλήματα 41.1.a
criſpinus, Stoicus philoſophus 18 1.b
in Cruce paſcere coruos 525.1.a
cruentare 71.2.b
cruſtula, & cruſtum, quid 10.2.b
cruſtulum.i.placenta 183.1.b
cubital. 169.1.a
culices, κώνωπες, quod inſectorũ genus 65.1.c
culpa nulla palleſcere 147.2.c
ſub Cultro linquit 104.2.b
cultura 245.2.b
culullis vrgere. 455.1.c
cumera, quod genus vaſis 10.1.c
cuoina dea, puerorum cunis addita, à pueris faſcinum arcebat 149.2.d
cuminum cur exangue dicitur 354 2.a.b
cunnus ἰσάρα 24.2.c
cunnus albus.i.matrona, & mulier in genua 24.2.c
cunnus ante Helenam fuit teterrima belli cauſa 44.1.d
cupiditas inops 348.2.c
cupiditas inanis eſurienti 30.1.b
cupiditates amputandæ 29.2.c
cupiditarum quot genera 15.1.b
Cupido, maſculini, vel fœminini generis 13.1.d
cupiennius quis 24.2.c
cuppa magiſtra, quæ & qualis 177 1.b
cura cur appellatur inuida 207.1.d
curas acerbas gubernare 110.1.c
curarum fomenta 260.2.a
curarum obliuia hautire 210 2.a
curæ atræ 208.1.b
curare pelliculam 193.1.b
curioſi complures mali 151.1.b
currunt.i.nauigant 11.1.b
curſus.i.nauigatio 11.1.b
curtatus capillos 250.1.c
curtus, curtatus, cui cauda eſt, decurtata 83.1.a

curti qui dicantur 104.1.c
curuat,implet,onerat. 182.2.b
cuſtos incorruptiſſimus. 59.1.d
cybeles ſacerdotes eiurati. 50.2.a
cybeles ſacerdotes Gallæ vocabantur,& cur 96.1.a
cyclicus ſcriptor. 432.2.b
cyclôpa ſaltare,quid ſit. 400.2.b
cyclops excæcatus ab Vlyſſe 69.1.d
cyclopum fabula 436.1.b
cycnus dircæus 263.2.c
χυμινοπρίστης 354.1.b
cyrenaici philoſophi ſummum bonum in voluptate poſuerunt 244.1.a
cyrus omnium ſuorum militum nomina memoria tenebat 278.1.a.b

D

DActylus pes 56.1.a
δαμονησυκτεραί, qui 405.2.d
dama,ſeruile nomen 199.2.d
damaſippus Mercurialis dictus,& cur 151.2.b.c
dapſilis lectus 313.2.a
dare ſermonem 132.1.b
dare riſus 195.1.c
dare iura 453.1.d
dare verba incautè 37.1.c
dare nomen,dare cognomen 153.2.a
darius turbidam aquam bibens, negauit ſe vnquam bibiſſe iucundius 128.2.b
dauus,proprium ſerui nomeo 428.2.c
dauus ego cupio te paucis conuenire, ſic loquuntur Latini, cùm quidpiam liquidius affirmare volunt. 217.2 d
dauúſque loqoatur an ſenex 428.2.b
dauus & heros 428.2.b
dauus Terentianus 198.1.a
dauos ſubdolos, mendaces, fallaces, dominóque ſuſpectos eſſe 429.1.c
de monoſyllaba vim auget verbi in compoſitione 171.1.a
de medio potare dic 258.1.b
de luce media 290.2.c
de meridie 290.2.c
de nocte vigilare 290.2.e
de nocte ſurgit 208.1.a
de nocte media 208.1.a
de nocte.i.ſtatim poſt noctem 258.1.b
deamare. 163.2.c
debitor cum Proteo comparatus 155.1.c
decies centena ſeſtertia 37.1.a
deciſa negotia 287.2.d
decoctores ſepulcris,& ſepulturis carebant 93.2.c.d
deducere in actus.i.in ſcenam 431.2.b
deducere vocem,& ſimil. 381.1.d
deducere lanam, linum, poëmata 117.1.c
haud mihi Deero.i. omnem adhibebo diligentiam 103.1.b.c
deficient te venæ 159.2.b
defingit,deformat, inuenuſtè deſcribit 110.1.b
defodere,quid ſit 11.2.e
δεῖπνος, prandium 85.2.c
δεισιδαιμονία, ſuperſtitio 171.1.c
deiunctus bos 312.1.c
delaſſare 10.1.d
delitigare 263.2.c
delphica menſa 84.1.d
demiſſus homo,quis 40.2.c
democritus, luminibus amiſſis, ob philoſophiæ ſtudium, rem familiarem neglexit, agróſque deſeruit 305.2.b.c
democritus ad ineptias vulgi, & inaneis curas ridendas maximè propenſus 379.1.c
demouet a lucro 11.2.b
demutaſſit 137.1.c
denarius 293.1.a
denarrare 10.d
denormare 205.2.d
dentium crepitus quid ſignificat 347.1.c
depellere tela 56.2.c
depellere ſomnum 66.1.d
deponere morbum 24.2.b
deponere ſpem.i.deſperare 192.1.c
depoſitus pudor 294.2.c
depygis 28.1.d
deſeuire.valde ſæuire 263.1.c
deſerere ſocuio,quid 327.1.a
deſiderari,abeſſe 283.2.c
deſidia animos lactat, & corrumpit 150.1 b
deſidia Sireni ſimilis 150.1.b
deſignator quis dicatur 281.2.c
deuerſorium 316.1.a
deus vt orandus 326.1.a
deum ex machina adhibere 439.2.c.d
diis inimicus 157.2.d
diis iratis natus eſt, & ſimil. 148.1.c
deos omnium cuſtodum eſſe maximos 73.1.a
deos.i. mæcenatem , Agrippam, & Auguſtum 209.2.d
dii ἀποτρόπαιοι. 374.2 b
dexter.i.opportunus,æquus, amicus, & propitius 153.1.b
dextram porrigere 278.2.c
dextrum tempus.i.opportunum 118.1.c a
diana iracunda, quid ſit 456.1.a
διαπλάσματα 24.1.
dicenda,tacenda, ῥητά, ἄῤῥητα 188.2.a
dicere nomen 291.1.a
dicere minori,id eſt, minori conſiliũ dare 373.1.d
dictare nomina 278.1.d
dictata reddere 278.1.d.337.2.a
didit.i.diuidit 132.2.a
dies anni longiores, medij,& breuiores vt fiunt 208.1.d 2.a
dies ſinguli in duodecim horas inæquales diuiduntur 101.1.a.187.1.b
in diem & horam 209.2.b
dies niualis 208.2.a
dies Quinquatrus, quis 405.1.c
dic,antiquum,pro diei 43.1.a
differtus leporum,ac facetiarum 65.2. b
differtus.i.frequentiſſimus 279.1.c
differtum oautis 65.2.b
differt in æuum longum, memoriæ prodit 263.1.d
diffiſſio 122.2.a
digito minimo prouocare, prouerbium 53.2.b
digna atque indigna relatu 288.2.a
digner 398.2.a
dignus ſermone,quid ſit 147.2.d.148.1 a
diludia 356.2.c
διϊαμβοι 170.1.c
diodorus perditus, patrimonium ſuũ pilam reddidit 22.2.c
diogenes Cynicus mordax 330.2.c
diogenis ſaccus oihil habet æmulatione aut admiratione dignum 331.2.b
dionyſium in mare mergere , quid 252.2.b.c
diota 424.2.b
diritas 23.2.a.
dirumpi dolore, & iracundia 47.1.a
diſcendi ſtudium Sireum cantibus ſignificari 150.1.b
diſcinctus,& præcinctus 65.2.c
diſcincta tunica, veſtis, diſcinctus animus 31.1.d
diſconuenit inter me,& te 311.2.a
diſcus 127.1.d

diues opis,αὐτάρκης 26.2.b
diues agris, diues nummis, & ſimil. 393.2.b
diuiduus,diuiſos 333.1.b.c
diuiſſe 161.1.a
diuitias multi deſpiciunt, qoos virtus, cultúſque tenuis delectat 131.1.b
dioitiæ principum in quos vſus referendæ 11.1.c
diuitiarum incommoda 301.1.d
docilis praoi 130.2 d
doctiſſimus Græcorum linguæ 65.1.d
docta dulceis modos 65.2.a
doctus ſermones vtriuſque linguæ 65.2.a
doctus iter 311.2.a
dolat,verberat 66.2.b
domeſticus otior.i. domi ſom otioſus 220.2.c
dominantia oomina,quæ 443.2.a
domus primùm ponenda 297.1.b
domo vniuſcuiuſque oihil ſanctius 291.1.b
dotmire in lucem, eſt hominũ inertium, & otioſorum 339.2.c
δόρπος 85.2.c
dotales agri 275 2.a
draconum genus oculatiſſimum : & vnde dicatur draco 37.2.d
dracones apud Epidaurum manſueti 37.2.d
draco Epidaurus cur Romam aduectus 37.2.d
δράματα 426.2.a
dromcus pancratij victoriam primos eſt conſecutus 246.2.c
druſot quis,& qualis fuerit 42.2.b.c
ducere epos, ducere lineam, ducere lanam,ducere filum 111 1.a
ducere pocula 211.1.a
ducere liberum 211.1.a
ducere ſomnos 211.1.a
ducere ſoccos nectaris 211 1.a
ducere ſpiritum,ducere animam 211.1.a
ducere curam 312.1.b
ducere obliuia vitæ, id eſt,potare 211.1.a
duellum quid ſit 255.1.c.d
dulcia in bilem vertuntor 133.1.b
duo,pro,duos 161.2.a
duomim antiquè dictum, pro, bonum 255.1.d
dupondius 293.1.a
durare actiuè, & neutraliter accipitur 59.1.d
duritas 23.2.a
durier 341.2.c
durus,ſæuus,pertinax,petuicax 89.1.b
duri patres qui dicantur 23.2.a
durus,laboris perfereos 327.1.b
durus,nimis in agendo negotio occupatus 291.1.a
durum ingenium 57.2.c
durus componere verſus, & ſimil. 53.1.c
dura tempora, difficilia ac turbulenta 364.1.b c
δυσωπία,pudor malus,& vitioſus 314.1.a
δύσκολος 437.2.d

E

E Plauſtro loqui, prouerbium 446.1.b
ebrietatis effecta 270.2.b
ebrij cùm vnum cernunt, multa ſe videre putanr,& cur 118.2.b
ebur captiuum 379.1.b
ebur curule 279.1.b
ἑκατόγχειρ 424.2.c
echinus,quod genus vaſis 84.2.b
echinos marinus 255.1.c
echinorum duo genera, & eorum hiſtoria naturalis 181.2.a
ecloga quid 8.1.a
ecquis 221.1.b
edeta victix 264.1.d
edicere quid ſit 167.1.a.b
edim,is,it 256.2.c
editiot viribus.i.robuſtior 44.1.d
educere in aſtra, efferre in cælum, id eſt, maximopere laudare 296.2.b.c
edulcare vitam 210.1.c
effundere verſus lutulentos 111.1.c
effutire verſus 356.2.c
eges cuſtodis 59.1.c
egregius animi,& ſimil. 100.2.b
εἰρωνευόμενος 319.2.d
elegans quis propriè 290.1.c
elementa quatuor, rerum prima principia, ſecundum Empedoclem 306.2.d
elementa locum nacta ſunt ſuæ natutæ proprium 306.1.d
elementis vt me ſoler 10.2.d
eliminare 271.1.c
elinguis monitio 60.2.a
elleborus ioſaniæ cotandæ perutilis 155.2.d
elleboroſus 170 1.c
eloquentia non in conuinio, ſed in foro ſpectari debet 269.1.d
eloquentia olim odioſa, tanquam blandorum ſermonum ſocia, fallacium cogitationum plena, opprobrium maleficum 164.1.a.b
eloquium inſolitum 442.2.b
emicuit,excelluit 371.1.a
emouit culpas,emouit morbum 151.2.d
emunctæ naris homo 53.1.b
endo pauimento 109.1.b
ennius cur pater appellatur 352.2.d
enoius animam Homeri in corpus ſuum immigraſſe ſomniauit 369.2.a
ennius vinolentus ſe ad ſcribendum conferebat 353.2.c.d
ἔννοια,notio 424.2.c
ἔπεα πτερόεντα 341.1.d
ephemeris 424.2.b
ephippiom quid ſit 313.2.b
epicharmus, poeta comicus Siculus 370.1.c
epicurei ſe à rep. negotiis remouebant,& in locis amœnis viuebant 268.1.b
epicurus,ſapiens inſanus 73.1.b
epicuros quibus in rebus ſummum ponebat bonum 267.1.d
epicuri de grege porcus 267.1.d
epiſtola vt à ſermone, & ſatyra differt 8.1.a.b
epiſtolæ & ſermonis differentia 55.1.c
epitoma 424.2.b
ἐπῳδαί 244.2.d
epos quod genus carminis 110.2.c
epulæ Lacedæmoniorum quibus rebus condiebantur 128.1.b
epulæ ſine fine petitæ inamareſcunt 130.1.d
epularum ſumtuoſarum incommoda 132.2.d
equitare in arundine longa 168.1.c
equitatio ante cibum 127.1.d
equotutium 71.2.b.c
equus pulcher qualis 27.2.d
equus vt me portet, alat rex, prooerbium 331.1.a
equi μάγνητες,ſeu μόνυχοι 18.1.b
equi albi celeritate præſtare putabantur 89.1.d
ereptemus.i erepſiſſemus 70.2.c
ἕρμαιον,pro lucro inſperato 151.2.b
eros ſeruus cur à Ciceroue domino ſuo libertate donatus 429.1.b.c
erro 191.2.c
eruca,herba 130.1.d
erucæ virides 235.1.a.b
eruum,ὄροβος 214.1.b
ἐσχάρα,cunnus 24.2.c

ſede.

Digitized by Google

eſſeda 85.1.a
eſt.i.abſumit,tabefacit 158.2.c
nihil tanti, Eſt,& ſimil. 447.2. b.c
ἐσία 399.2.c
expectorare 268.1.d
euander qui nam fuit 42. 2.d
euerriculum 167.2.c
euouchi cur 96.2.b
eurus aquoſos 208.1.d
eurylochus,ex ſociorum Vlyſſis vnus, io ſuem non conuerſus, vt cæteri, & cur 256.2.a
εὐφράτειν 113.1.d
εὐδοξία,bona fama 135.1.d
εὐετηρία, annus frugibus abundans 374.2.c
εὐήτωρ 352.2.d
εὐφυΐα 454.1.d
εὐπόριστος,parabilis 30.1.c
εὐσέβεια 172.1.b
εὐθυμία 302.2.b
εὐτράπελος 318.1.a
εὐξύνετοι 65.2.c
exte 212.1.a
exanimare. i. conturbare, exterrere 60.1.b
exanimis,& exanimatus 213.2.d
excipere verba 222.1.a
excipere pericula 222.1.a
excitare afflictum.i.recreare 15.1.c.d
excludit auribus omnem ſuauitatem 148.1.d
exemplar vitæ,morúmque 448.2.b
ἐξεπιτηδὲς ἐκ προνοίας, data opera, de induſtria 56.2.c
exercitatio quam habeat vim 354.2.d
exercitationis quatuor genera 127. 1.d
exilis domus 277.1.d
explex 443.1.a
expedire nomen 41.2 d
expellere furca, prouerbium 298.1.d
experiens,vſu peritus 332.2.b
explicare frontem 271.1.c
exſpes 409.2.d
extinxem 70.2.c
extructus, cumulatus, completus 213.1.c
exſul patriæ 311.1.c
exſulum ὀστράκων decennale apud athenienſes 149.1.d
exurdant, hebetant, obtundunt 234. 1.b

F

FAba Pythagoræ cognata 84. 1.a
à Fabis cur Pythagoras abſtinere voluerit 210.2.b
faba in æreo vaſcolo ſeruata certo temporis ſpatio,in ſanguinem vertitur 210.2.a
in Faba,atque cicere 161.2.c
Fabricius pons, hodie Iudaicus nominatur 151.2.d
Fabulam aliquem fieri, quid ſit 309. 1.d
Fabulæ ſatyricæ à quo inuentæ 443. 1.a
Facere nomina 23.1.d
ne longum faciam. i. vt paucis expediam 120.2.c
Facere verſus 227.2.b
Facere pilam,quid 22.2.c
Facere rem 277.2.a
Facere inſidias 37.1.c
Facere proprium. i. ſibi vendicare 330.1.a
Facetus.i.facetè & comiter 279.1.b
Facientia mecum. i. quæ me adiuuãt 395.1.c
facies quid, & quibus de rebus dicatur 27.1.c
Facinoroſus 325.2.c
Factus verſus, facta oratio 111. 2.c
Fæcibus peruncti,qui 446.1.a.b
Fæcula 185.1.c
Fænum habet in cornu, prouerbium in homines acreis 54.1.d.2.a
Fallere.i.leuare,lenire 227.2.a
Fallere alicui ſpem 70.1.d
Famæ ſuæ conſulendum 135.1.c
Fanaticus error 456.1.a
Fari,puerorum proprium 233.2.b
Fartores qui ſint 167.1.d
Faſces quare Conſulibus & Prætoribus olim præferebantur 83.2.c
Faſcinatio quomodo fiat 313.1.b
Faſcinum vt arcebatur à pueris 149. 2.d
Faſtidia ſuperba 380.2.d
Faſtidire ſomnum,lacus, riuos, vitiũ, &c. 30.1.b
Faunos, virorum Mercurialium cuſtos 206.1.c
Febris quartanæ depellendæ pharmacon, & remedium mirabile 171.2.a
Febris quartana neminem iugulat,vt ait Celſus 171.2.b.c
Felix cerebri,& ſimil. 100.1.b
Felix qui patriis æuum tranſegit in aruis 429.2.b
Femoris percuſſio,index doloris 345. 2.c
Ferentinum, oppidum Hernicorum in frequens, & incelebre 330. 1.b
Feriæ conceptiuæ 288.2.c
Feriæ Latinæ 288.1.c
Ferire frigore 15.2.a
Ferox,vehemens,animoſus 430.2.a
Ferrati belli poſtes 55.2.d
Ferratile genus 227.2.b
Ferre fortunam 293.2.b
Ferre fecundas partes 102.2.b
Feruor ætatis 429.2.a.b
Ferula cædere 45.2.b
Ferus,pro equo vſurpatur 69.1.b
Ferus.i.vitioſus 245.2.a
ferus.i.indoctus 375.2.d
Feſcennina locutio procax 375.1.d
Feſti dies multarum nationum ex Athenæo 218.2.a
Feſtinare & properare differunt 17. 2.d
Fictis rectum.i.ob res fictas 236.1.d
Ficulni homines 93.1.b
Ficulnum auxilium. i. auxilium inane, nulliuſque momenti 93.1.a
Ficulna mens, & ſententia 93.1.a
Ficos.i. Priapus è ficu dolatus 96. 2.c
Ficus,lignum fragile,& infirmum,& nullam ad rem vtile 93.1.a
Fidenæ, oppidum, quod non admodum aberat Roma 301. 1.d
Fides pluris eſt, quàm pecunia ac diuitiæ 247.2.a.b
Fides ſpectata tempore duro, vt aurum ſpectatur in ignibus 242. 1.b
Fide,antiquum pro fidei 43.1.a
Fides.i.verſus lyrici 426.2.a
Firmus paſcere,genus loquendi Græcum 333.1.a
flagrat in famia,inuidia 60.1.a
flagrat rumore malo.i.malè audit 70 1.a
flebilis 430.2.c
floit lutulentum 53.1.c.d
flumen calidum de pectore vomit.i. moribundus eſt 121.1.c.d
flumen litterarum 55.1.c
Focalia 169.1.a
Fodere latus,quid 278.1.d
Fons aquæ perennis 295.1.c
Fores cæcæ 271.2.d
formare.i.erudire 448.1.b
format præceptis pectus amicis 59. 2.b
formicatum prudentia, cura, ac diligentia 21.1.c.d
fornix,proſtibulum,ganeum 311.2.c
fornix,quis locus 24.1 d

fors 206.1.a
fortiter petire 153.1.c
fortitudo in rebus terribilibus, & fiduciam afferentibus verſatur 317. 2. b
fortuna & fors quî differant 6.2.c
fortunæ filius 209.2.c
forum veſpertinum, & forum matutinum 83.2.b
fractus membra, & ſimil. 9.2.b
frenare aquarum curſus glacie 263.c. c.d
frigidus à roſtris 209.2.c
frigore ſaxa rumpi 263.1.c,d
frontis nubecula 343.2.d
frontem exporrigere 344.2.c
frontem explicare 344.2.c
frontem ferire 344.2.c
frontem perfricare 344.2.c
frumentum veteres non ſolum metiri, ſed etiam pendere ſolebant 70.1.c
fugitiuus.i. ſeruus 191.2.c
fugitiua obliuio, argentum fugitiuũ 227.2.a
fulca 193.2 a
fundi, vrbs in via Appia ſita 67. 1. c
furca, & furcilla 297.2.d
furciferi qui dicebantur 223.2.a
furiæ, cur Eumenides vocatæ 101. 2. a
furibundus 297.1.c
furioſi in curatione ſunt agnatorum 166.2.b
furnus quid 54.2.d
fuſtis, quod genus pœnæ 375 2.b

G

GAbij, oppidum fuit Roma diſtans circiter centum ſtadia 3..1.1.d
gallina, gladiatoris nomen 209.1.c
gallonius, obſoniorum gurges 130. 1. d
garganus, mons Apuliæ 379. 2. c
gargilius quis fuerit 279.1.c
garruli, arrogantes, inepti, ac moleſti 101.2 d
garrulus vltrò 197.2.d
garus 234.2.c
gaudere alicui 292.2.c
gauſape, & gauſapia 131. 2. d
gemina confidentia, gemina memoria 26..1.a
genialis lectus 249.2.b
genialis hiems 374.2.c.d
genius, deorum filius, hominúmque parens 4..4.1.c
genius, deus, qui rerum gignendarum vim obtinet 404.1.c
genius ex ſententia Platonis, cum homine naſcitur, atque occidit, & cetera de Genio illic lege 404.1.c
Genius cur memor vocatus 375. 1. c
genius diurno vino placatur 404. 1. c
genio ſiniſtro, &c. 148.2.b
genium quiſque ſuum bonum, & malum habet 404.1.d
genium floribus & vino piabant 213. 1. b
genius Bruti, cui ſe conſpiciendum obtulit, &c. 404.2.c
genibus minor, id eſt, ſupplex 308. 1. c
γέροντος γνόντα, prouerbium 157. 1. d
geſtiet, cupiet 54.2.d
gladiatores, Thraces dicti 209.1.c
gladiatores liberati, rude donabantur 242.1.c
gladiatores ſamnites 399.1.a
glans, hominum primorum victus: ex quo illud, ἄλις δρυός 43.1.d
glandes & fruges differunt 322. 1.d
glaucus arma aurea ſua cũ æris Diomedis permutauit 90.1.b
glomer, & glomus 309.2.b.c
gloſſemata 345.1.b
glyco quis, & qualis fuerit 244. 2 c
gnatia vel Egnatia, oppidum 72. 1.d
γνῶθι σεαυτὸν 292.2.c
gracchulus plumis alienis amictus, tandem nudatus 164.1.c
græcari.i. Græcos ludos ludere 127. 2. b
græcari. i. intemperantibus bibere 127.2.b
grandia damna 208. 2.c
graſſare.i. iter facere 198.1 c
gratia.i. lepos, venuſtas 416.1.a
gratulandi mos antiquus 347.2.d
grauis ſol. 179 2.c
χρηματιστής 161.1.d
grundules Lares 160.2.d
grus aduena 29.1.d
gubernare curas acerbas ſenſibus 210. 1. c
guttus 84.2.a
gygis fabula 325 2.b
gyrum interius 208.1.d

H

HAbenæ, lora, quibus ſerui vinciebantur, &c. 392.2.a
habere palam 27.1.c
harpyiæ quot, & quales fuere 129. 2.d
harpyiis gula digna 129.2.d
haurire curarum obliuia 210.1. d.1.a
hecate, vmbrarum maniúmque domina, atque arbitra: ob id χθονία.i. terreſtris, appellata 56.1.a
hecate et Iphigenia, idem 165.1.a
hecates triuiæ comitatus, 96.1.b
hecatæ canes immolabantur 96.1.b
hecate cuius filia, vbi, à quo, & quemadmodum nutrita 95.2.d
Helena & Pollux ex ouo nati 436. 2. a
helicon, mons Bœotiæ, muſis conſecratus: in quo Heſiodus factus eſt poeta 381.1.a
Hercules cur μελάμπυγος dictus 57 1. a
hercules lucris inſperatis præeſt 206. 2. a
herculi gladiatores arma conſecrabant 69.2.c
hercule æquo 206.2.a
heres heredi ſuccedit, vt vnda vndæ 403.2.a
herifugi 296.2.d
herodes, rex Syriæ 404.1.b
heros quid ſignificat 428.2.b
heſiodus terræ culturam, & fructuum tempora docuit 451.2.a
hyemes informes 102.2.c
hilla, diminutiuum ab hira 184.1.a.b
hinc illæ lacrymæ, prouerbiũ 356.1.d
hircus cubat in alis 24.1.b
hirſuta frons 69.1.d
hirtum.i. rude & impolitum 264.1.b
homerus cur admirabilis dicatur 448 1. c
homerus dormitat interdum 111.2.b
homerus vinolentus ſe ad ſcribendũ conferebat 353.2.c
homo perpaucorum hominũ 102.2.a
homo factus ad vnguem 67.1.b
homines & feræ quid inter ſe differant 45.1.a
homines primi orationis & rationis erant expertes 166.2.c
homines ficulni.i. nullius pretij, nullíuſque momenti 93.1.a
hominis perbella, ac perelegans deſcriptio 121.1.2.b

honore

honore falſo qui delectatur, leuis & vanus eſt, & mendax 329.2.a
hora mobilis 138.1.b
horatius erat ſtatura corporis parua 171.1.b
horatius lippitudine laborabat 68.2.a
horatius vbi literis operam dedit 394.1.a
horatius quam philoſophorum familiam ſecutus 243 2.b
horatius, lyricorum poetarum princeps 7.1.c.d
horatius, poeta biformis 7.2.a
horna vina 212.2.c
horridus homo grandi macie 31.1 c
hyarbitas nimium contendendo, & clamando dirupit ſe 354.1.c
hybridæ, animalia ex diuerſo genera nata 88.2.b
hymettus, mons in Attica, mellis fertiliſſimus 128.1.c
hypſæa cæcior 28.1.c

I

Iacis in me, mihi obiicis 56.2.c
Iambici trimetri qui ſint 444.2.d
Iambus citus, & celer 444.2.a
Iambos quis primùm inuenit 355 2.a 426.1.c
Ianiculus, quis Romæ locus 100.1.d
Ianua quid, & vnde dicta 31.1.a
Ianuarius menſis à Iano nuncupatus 206 2 d
Ianus in ſacrificando princeps 206.2.d
Ianus qua de cauſa bifrons appellatus 316.1.d
Ianum apud quoſdam bifrontem apud alios quadrifrontem fuiſſe 206.2.d
Ianum quidam mūdum, annum, alij, & ſolem eſſe prodidere nonnulli 206.1.d.2c 7.1.a
Ianus ſummus, medius, & imus, quæ quondam Romæ loca 151.1.a
Ianus cur patet fluuius, & mons vocatus 326.1.b
à Iano diei, & anni principium ducitur 206.2.c
Iano omne principium dicarum eſt 31.1.b
Ianus. i. Iani templum, vel Iani ſtatua 358.1.b
Iaſon ex ſene, iuuenis factus 338.2 a
iecur, ſedes libidinis 103.2.c
Ieiunium in Iouis honorem olim indictum 171.2.a.b
Ignis ſacer è cœlo demiſſus, in Iudæorum ſacrificiis 72.1.a
Ignotus, ἄτιμος, ignobilis, obſcurus 77.2.b
Ilia ducat. i. ſpiritum ducat ægrè, ilia trahat 242.2.d
Iligna glans 182.2.b
Ille. i. aliquis 221.1.c
Illutus, non dilutus 235.1.c
Imagines veneficarum mulierum, aliæ laneæ, aliæ Ceteæ 93.2.b
Immane vitium 185.1.d
Immerſabilis 255.2. d
Immortalitate maius à diis nihil peti poteſt 170.2.b
Impar. i. inconſtans 37.1.a
Impiger, pro, impigrè 246.1.c
Imptanſus 127.1.b
Importunus, qui numquam conquieſcit 404.1.b
Improbus, aſſiduus & cupidus 299.1.a
Improbè negat, & pertinaciter 288.1.b
Imprudens. i. inſciens 61.1 c
Impubes libripens eſſe non poteſt, neque anteſtari 104.2.d
Impunitior 226.2.b
Imus. i. extremus 391.2.c
In diem & horam 209.2.b
Inamareſcere 226.2.b
Inane abſcindere ſoldo 30.1.a
Incerniculum 185.1.d
Incorruptiſſimus cuſtos 59.1.d
Incuſtare 40.2.b
Incudi reddere 455.2.c
Incultè viuere 287.2.d
Incutere bellum 311.2.c.d
Incutere colaphum 10.2.c
Incutere in pectus amorem 311.2.c.d
Incutere plagam, dolorem, timorem, deſiderium, &c. 341.2.b
Indignus rumpere 265.1.a
Indignus. i. qui eget 135.2.d
Indoctum canet. i. indoctè 392.1.c
Inducere, decipere 27.2.c
Ineptus quid apud Latinos 40.1.b
Iners, ignauus 88.2.c
Inexpertus 431.1.d
Infabrè, cuius contrarium, affabrè 151.1.d
Infamia falſa qui commouetur, & exterretur, leuis eſt, & vanus 324.2.a.b
Infans pudor 80.2.d
In Inferis omnia atra, triſtia, & horribilia 120.2.c
Infidum ingenium 59.2.d
Inflare buccas 10.2.a
Ingenium pingue 206.1.c
Ingens animus 11.1.d
Ingenuus quis dicatur 77.2.c
Inhians. i. cupiens 14.2.d
Inhians congeſtis ſaccis 11.1.c
Inhoſpita ſaxa, ἄξενα 311.1.a
Inicere timorem 263.1.a
Iniuriam inferre, deterius eſſe, quàm accipere, & iniuria vnde dicta 44.2.c
Iniurioſus 325.2.c
Innumerabiliter 250.1.b
Ino cur Leucothea vocata 430.2.d
Inops magnas inter opes 348.2.c
Inſania ab atra bile naſcitur 401.2.a
Inſania iracundiæ flos 361.1.a
Inſanire errorem, inſanire ſtultitiam 154.2.c
Inſcitia, inſcientia 138.1.b
Inſcitia veri cæcum agit 138.1.b
Inſeneſcete libris 398.1.c
Inſeruire honoribus 437.2.a
Inſidiator. i. hereditatum captator 192.1.c
Inſolabiliter 311.2.d
Inſolitum eloquium 442.2.b
Inſtillare per tralationem 291.2.b
Inſueuit. i. aſſueſecit 58.2.b
Integer mentis 154.2.d
Intercidit effluxit è memoria 179.2.c
Intermundia 414.2.c
Interpellare, id eſt, interloqui 85.2.a
Inreſtabilis 261.1.b
Intonſus 290.2.d
Introrſum turpis 121.2.a
Inuidet nemo inertibus, miſeris, & ignauis 367.1.c
Inuidia ſemper forteis inuadit viros 149.2.b
Inuidia iis, qui inuident, damnoſa, pernicioſa, & peſtifera 149.2.b
Inuidiam ſibi conflat, qui virtute, aut arte aliqua cæteris omnibus, qui eandem artem, ac virtutem colūt, antecellit 367.1.b.c
Inuidiam locum habere in rebus alterius ſecundis & fortuitis 80.1.c
Inuidia maceratem, qui inuidet 260.1.d
Inuidiam opes, & res valde ſecundæ, paruam habent 149.2.b
Inuidiam placat, qui virtutem relinquit 367.1.c
menrula collo puerorum appendebatur, ad Inuidiam auertendam 149.2.c.d

Digitized by Google

Iolaus fabula mira 338.1.d
Io cur vaga dicta 431.1.c
Io Bacche, Io triumphe: & quid ſignificet hæc vox, Io, 36.1.d
Ioui Latiali immolabantur tauri 283.2.b
Iphigenia & Hecate, idem eſt 165.1.a
Iphigenia ad immolandum adiudicata, quomodo liberata 164.1.d
ἰπνὸς, furnus 301.2.c
ἱππόδαμος, 261.1.d
ἵππος με φέρει βασιλεὺς τρέφει, prouerbium 331.1.a
irâ nihil inſaniæ ſimilius 228.2.b
iræ ſedes eſt cor 346.2.c
iram in auribus hominum habitare, dictum antiquum 135.1.d
iracundi citò iraſci deſinunt. 359.1.a
iratus venter 128.2.a
ire viam 261.1.c
irriguus ſomnus 117.2.a
irritabilis 359.2.b
Iſaici coniectores 83.2.a
ἰσοῤῥοπία 42.1.b
Iudæi cur appellati curti, recutiti, & verpi vocentur 104.1.c
Iudæi admodum creduli, & ſuperſtitioſi 72.2.a
Iudæos cur poëtis confert Horatius & cur 63.1.d
iudicium intelligens 224.2.c
iudicat æquo Ioue 393.1.c
iudices, legum cuſtodes 123.1.b
iudicium publicum, & iudicium priuatum 305.2.d
Iunoni Deorum matri porca ſacrificabatur 375.1 b
Iunonium incedere 59.2.b
iurare in verba &c. 243.2.c
iuriſconſulti domum, totius ciuitatis oraculum eſſe 372.2.d
iuriſconſultorum foribus, hoc inſcriptum erat, licet conſulere 373.1.a
iuris ortus à natura repetendus 45.1.a
iuris duo genera: vnum quod ex oleo alterum &c. 284.2.a
iuris natura & vtilitas 43.1.c
iura iniuſti metu inuenta 44.1.d
iura quãdo primum deſcripta 43.2.d
iuſiurandum quibus delatum erat, ij ad aram iurabant 367.2.b
iuſtitia in Ariſtide nihil præſtantius 149.1.d
iuſtitiæ & iuris deſcriptio 49.1.a
iuſtum, aut iniuſtum natura nihil. 491.1.b
iuuenati 444 1.b
iuuenta florens 439.2.a
iuuenũ curæ, quæ & quales 426.2.a.b
Ixion cur rotæ arctiſſimis vinculis aſtrictus, 431.1 a

L

Abeone inſanior 422.2.b
Laberius, mimorum ſcriptor facetiſſimus, ac maledicentiſſimus, 108.1.b.c
labor cibum antecedit 127.1.d
labore prouocanda fames 128.2.a
ſine Labore nihil fortunatum eſt, 103.2.d
Laboribus dij omnia vendunt 103.2.d
laboratæ veſtes 186.2 a
laboro ſcire 263.1.c
labra mordere 347.1.a
Lacerna 222.2.a
Lachanum 84.1.a
Lachani catinus 210.2.d
laciniosus 224.2.c
lacrymoſa pugna 70.2.d
lacrymoſa poemata 184.1.d
lactuca cenas claudere ſolebat 168.1.a
Lacus quot modis vſurpatur 74.2.d
lacus propriè quid ſit 249.2.a
Læuinus quis fuit, & cur ita vocatus, 77 2.c
læuus. i. ſtultus 447.1.d
Laganum, quod genus panis 84 2.c
Lagois, lepus & genus piſcis 128.2.d
lambere rectum 70.2.a
Lamiæ pranſæ 449.2.b
lamina candens, quod genus fuit cruciatus 318.2.c.d
Lapathum 181.1.b,c
lapis albus. i. menſa ex albo marmore, menſa Delphica 84.1.d
lapides, uiuci, & virides. i. vniones, & ſmaragdi 27.1.a
laqueata tecta 208 2.d
lar. certus. i. domicilium certum 287.2.d
lares familiares 291.1 b
lares cur dicebantur Grundules 160.2.c
Laribus inſani ſacrificare iubebãtur, 160.2 c
largus pecuniæ 147.2.d
laruæ a laribus dictæ 160.1.c
laruæ nocturnæ 405.2 d
larua ei non eſt opus, prouerbialiter, dictum 69.2.b
laruatus. i. furioſus atque inſanus, 160.2.c
laruati, cerriti, & maleſani 170.1.b
Laſanum 83.1.c
λάθε βιώσας, hæc ſententia à Plutarcho refellitur 330.1.c.
later abditus 242.1.d
latrare naturam 305.1.c
latrat mihi ſtomachus 131.2.a
latrator canis 131.2.c
latus clauus quid ſit 67.1.b.68.2.d
Latus fodere 278.1.d
lauari quadrante 56.2.a
laudare vtroque pollice, quid ſit 342.1.b
laudat abſentem nemo, qui non amet 169.1.a
Lauerna, dea furum, vnde Lauerniones. i. fures 306.2.c
Laurens 182.2.b
Laurentum oppidum Latij 182.2.b
laus eſt hamus ad capiẽdum amicum efficaciſſimus 156 1.a
Laude, vt vino, modice vtendum eſt, 195 1.b
Laxus male. i. valde 38.2.b
Lebedus, oppidum Ioniæ deſertum, atque infrequens 301.1.c.d
lecti conuiuæ 134.1.c
lecti diſcubitorij antiquorum, 172.1.c.185.1.d.213.2.c
lectus Genialis 249.2.b
Leda duo peperit oua, ex quibus Caſtor, Helena pollux, & Clytemneſtra nati ſunt 436.1.d
legiuncula 38.2.b
Lemures, qui ſint 405.2.d
Leones morſu ſe defendunt 120.1.a
Leonis cæleſtis momenta 297.1.c
Leporaria 249.1.b
Lepos, ſaltatoris cuiuſdam nomen 211.2.a
lepus pauidus 29.1.d
Lepus omnium animalium præda naſcitur 183.1.a
Lepus ſuperfætat, aliud educãs, aliud in vtero pilis veſtitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens parit 183.1.a
Leporis armos reliquis partibus eſſe ſuauiores 183.1.a
Leſbos, inſula non longe à Troade, in qua eſt mitylene 301.1.a
lethargus quis morbus, à Latinis, veternus 152.1.c
Leucothea dea vnde, & cur ſic vocata 410.2.d
leges quando primum condi cœpere 43 2.d
leges ex malis moribus natæ 366.2.a.b
leges ex vtilitate profectæ 44.1.b
leges cur dicantur ſanctæ 122.2.c

lege

lege quondam ligneis tabulis, deinde æreis incidi 453.2.a b
leges draconis non atramēto, ſed ſanguine ſcriptæ 45.2.a
legum vis, & vtilitas 43.1.c
lexes 109.1.b
libelli accuſatorij 56.1.c
libentini 160.2.d
liber quis ex Stoicorum ſententia 224.2.b
liber aperit condita præcordia veras 170.2.b
Libet, id eſt, ſol 306.2.b
liberalis, quid à prodigo differt 185.1.c
liberalitas in pecuniæ donatione, & acceptione verſatur 317.2.b
libertas in vitium excidit 375.1.a
libertas Decembris, quæ 28.1.d
libido damnoſa 373.2.a
libidinoſi belluis incautiores 223.1.c
libitinarij miniſtri atrati 280.1.b
librarius ſcriptor 450.1.d
libum 296.2.d
λήκυθοι 263.2.d
ligurrire 42.1.d
λιγυρὸς, ſuauis 42.2.a
limare à lima, non à limis oculis dictum 313.1.b
limatus, limatior 112.1.c
linea vltima, quid 328.1.a
linere ſplēdida facta, id eſt, ipſa conquinare 382.2.a
linquit ſub cultro 204.2.b
linter 341.2.d
λιπόδερμος, verpus 72.2.a
lippus inunctis oculis 37.2.b
lippi cur vt plurimùm loquaces 84.2.b
liquidiſſima cæli tempeſtas 72.1.d
λισπόπυγες 28.1.d
liuius Andronicus poëta 370.1.d
locupletes qui ſint 276.2.d
locuples frugibus, locuples mācipiis. 374.2.b
logos vendere 332.1.d
loligo, anteà voligo 58.1.c
longarenus adulter 26.1.c
longe doctiſſimus 65.1.d
longus ſpe 437.2.c
loquax nihil habet negotij ſerij 100.2.c
loquacis hominis deſcriptio 100.1.a
loqui è plauſtro, prouerbium 446.1.a.b
lucilius equeſtri familia natus 122.1.c
ucilius doctus, & perurbanus 53.1.a
Lucilius fluit lutulentum 53.1.c.d
lucillius, ſatyrarum inuentor 7.1.d
lucilius in componendis verſibus, duriuſculus 108.1.b
lucrum cor delectat 350.1.b
lucrum in omnibus rebus ſpectare, non eſt optimum 350.1.b
lucri bonus odor ex re qualibet 350.1.b
lucro omnes ferè capiuntur 350.1.b
lucro faciendo omnis delectatur homo 350.1.c
lucta mala ſemper damnoſa 350.1.b
lucrum κέρδος 150.2.a
luctuoſa virtus 134.1.a
luculli chlamides 277.1.a
ludere ludum 154.2.c
ludere teſte lucerna 222.1.a
ludibrium debes ventis 396.1.a
ludiæra. i. carmina lyrica 242.2.d
ludus pilæ ante cibum 127.1.d
ludus, remiſſio, & animorum oblectatio 454.1.c
ludi Græci, qui 127.2.c
ſub Lumina prima. i. paulò ante veſperam, & ſolis occaſum 221.1.a
lupini & æris differentiam nouit vir bonus 285.1.a
lupus, animal edaciſſimum, & voraciſſimum 151.1.d
lupus vehemens. i. acer aduerſarius 393.2.a
lupus inſtat à tergo 151.1.c
lupus, quis & qualis piſcis 129.1.d
luſcinia 168.1.b
luſtra mala, hoc eſt, ganea 81.1.b
luſtrari verbum vnde natum 81.1.c
luteſcit terra 193.2.a
luteum caput 110.1.b
lutulenti verſus 111.1.c.d
in luto hæres 220.1.c
lux, pro vita 367.1.c
luxus 70.2.b
luxuria priuata 431.1.c.d
luxuriæ incommoda 132.2.d
luxurioſi inſaniunt 168.1.a
luxurioſi hominis propria 135.2.b
luxurioſorum cupiditates non eſſe naturales 129.1.b
lycon rhetor, vnus ex Socratis accuſatoribus 129.2.c
lymphatus, a, um 333.2.b
lynceus quanta oculorum acie fuiſſe traditur 28.1.b.244.2.b
lyta cur dicatur mendax 70.1.d

M

MAcellum vnde dictum 167.2.a
macte virtute. i. magis aucte 24.1.d.2.a
mactus, verbum pontificale 24.2.a
mæcenas ab Etruriæ regibus prognatus 77.1.d.2.a
mæuius, luxurioſus & faceciſſimus ſcurra 37.1.b.c
μάγυρος, à quo macellum dictum 169.2.a
magiſter. i. ἱπποδάμος, qui domat equos 261.1.c
magiſtratus quando primùm inter homines creatus 44.1.c
magnum narras 103.1.a
malè alicui velle 155.2.a
male ſanus, inſanus 352.2.a
male tutæ mentis 159.1.a
male. i. parum 38.2.b
male natus 34.2.c.d
male, pro, valde 38.2.b
male ſalſus. i. nimium ſalſus 103.2.c
maleuentum, quod oppidum, & cur nunc Beneuentum appellatum 70.2.c.d
maligne laudare 65.2.c
maligne. i. parce, exigue 380.1.a
malignus. i. parcus 147.2.d
malorum hominum duo genera 220.1.d
malus. i. profuſus, ac diſſolutus 23.1.a
mamurra quis, & qualis fuerit 67.2.c.d
manare cum accuſ. caſu 455.1.b
manare mella, genus loquendi tariuſculum 356.2.a
mancipare 402.1.d
mancipia vt, & per quos vendebātur 392.2.c
manculus, inutilis 393.1.a
mancus, debilis, et fractus 225.1.a
mandare honorem, mandare magiſtratum 78.2.d
mandela, pagus in Sabinis 350.2.a
mane illo die 171.2.a
mancis lacte, melle, & ſanguine delectari 95.1.c
mangones qui propriè ſint 392.2.a
mania, Larum mater 160.2.c
manicæ 327.2.b.c
mantica quid 85.1.a
mantile 271.1.b
manus auidæ 270.2.a
manus tollere, geſtus eſt admirantiū, vel lætantium, vel precantium 347.1.c
manum ad os ponere quid ſignificat 339.2.c
manibus illotis Iouinon libandum, 170.2.a

Digitized by Google

mappa quid,& vnde dicta 271.1.b
marcentem. i. languentem, cibo & potione confertum 183.2.b
mares animi 453.2.b
à Mari occupatus locus, non eſt maris ſed aquæ 306.1.d
maritus,& marita 453 2.a
marſyæ ſtatua in foro cur poſita 84.2.d
maſculorum appellatione continentur & fœminæ 56.2.c
maſſica vina, maſſica pocula 283.1.b
matricidas à furiis agitari 158.2.b.c
matrona vallo circumdata 28.2.c
matronæ nullum membrum aſpicere licet 28.2.b
matronarum veſtitus,qualis 24.1.c.28.2.c
maturè,quàm primùm 291.2.a
maturus æui 154.2.d
maturus ſenex 429.2.a
mazonomon,quod genus vaſis 256.2.a
medeam non fuiſſe veneficam, ſed eruditam & ſapientem fœminam 195.1.a
medietas 424.2.c
mediocritas, eſt quodam modo virtutis ſummum 275.1.b
mediocritas aurea 308.1.d
μέγαρον 214.1.a
metat eódem. i. cum eadem rem habeat 222.1.c
meiere in religioſo loco,nefas 457.1.a
μελάμπυγος,fugiendus 56.2.d
μελάνδρυς 58.1.b
μελαναύλοι 274.2.c.d
melicerta cur Palæmon vocatus 311.1.d
μελίχρως 39.2.b
melimela,mala mellei ſaporis 233.2.d
μελίφρων 352.2.d
melli eſt mihi 208.1.a.b
mella poetica 455 1.b
mella Hymettia 128.1.c
memoria gemina 296.1.a
memoria qui ſumma valuerint 278.1.a
μεμψίμοιρος 438.1.a
mendici qui dicantur 22.1.d
mendici qua in ciuitate ſunt, in ea & fures,& ſacrilegi latitant 394.2.a
Menenia gens fuit Romæ fœcunda, quæ ſignificabat ſtultos: quia ſtultorum maxima multitudo 171.1.c.d
μενήνιος quia 176.2.c
Menia columna, & Meniana ædificia 171.1.c.d.2.a
Menenij cur dicuntur ſtulti 171.1.c.d
Mens & animus qui differant 311.2 d
Mente recepta 399.1.d
Menſa cara 181.2.d.182.1.a
Menſes Iudæorum cum Lunæ curſu congruunt 104. 1.a
Meotuia vnde dicta 71.1.a
Meonium carmen i.Homericum, & Heroicum 110.1.c
Mercator & negotiator differunt 89.1.a
Mercator impiger currit ad Indos, &c. 11.1.b
Mercatores ciuitatis ſont ſerui 327.1.b
Merces.i.vſura 42.2.c
Mercuriale nomē,pro, Mercurij nomen 151.2.c
Mercurius omnium poetarum tutor 206.1.c.d
Mercurius facundus, nepos Atlantis 205.1.d
Mercurius lucria inſperatis præeſt 206.1 b
Mercurius non ex quouis ligno:prouerbium 151.2.a
Merenda veterum qualis 85.2.b
Meretrices aſſidue poſcūt, vnde proaces dictæ 211.1.b
Meretrices breuioribus, quàm matronæ,vtebantur veſtibus 28.2.c
Meiæ.i.cunnus meretricis 27.1.b
μικρόψυχος 23.1.a
Microtrogos 131.1.a
Mille pucilarum 173.2.c
Mille ouium. i. mille oues,& ſimil. 163.2.c.d
Miletus, vrbs Aſiæ, in qua optimæ lanæ naſcebantur, ac tingebantur 331 1.a
Minermus 280.1.a
Mineruam artibus omnibus præeſſe 452 1.a
Minerua craſſa ſapiens 120.2.d
Minerua pinguis.i. ingenium pingue 384.2.d
Minerua inuita nihil dices, faciéſve 148 2 b.452.1.a
Mineruæ virgo cædebatur vitula 375.1.a
Minans,promittens 28.2.c.292.2.d.30 2.c
Minos Rex quamuis clementiſſimus & iuſtiſſimus, tamen quòd odium tragicorum poetarū ſubierit, clementiæ iuſtitiæque ſuæ fructu caruit 119.2.a
Minos quæſitor vrnam mouet 119.2.b
Minturnæ oppidum Campaniæ 236.2.a
Minocia via 338.2.c
Minuere curas 294.1.a
Minus atque,pro,minus quàm 225.2.a
Mirmillones cur Galli dicti 209.1.c
Miſenum,Baiarum portus 181.2.b
Miſti,miſiſti 70.2.b
Mitulus 180.2.d.181.1.a
Mnemoſynem poëtæ initio orationis inuocant 69.1.a
Moderati,cum dandi caſu 260.2.b
Mœchari quid propriè 25.2.a
Mœchus 223.2.d
Mola ſalſa quid 164.2.c
Molle carmen.i.elegans 111.1.b
Molles homines orationis offenduntur libertate 192.2.c
Molli tramite carmina currunt 111.2.c.d
Mollire laborem 127.2.d
Monimenta,ſeu monumēta ſecundū viam ponebantur,& cur 94.2.c
monitio elinguis & muta 60.1.a
Morandos,a,um 447.1.b
Morari quid ſit:& eiuſdem verbi formulæ 53.2.a
Morari.i.hærere 225.1.a
Morbus articularis aquis ſulfuratis leuatur 316.1.1
morbus acutus quis dicatur 160.2.a
morbus lateralis 275.2.d
morbus Campanus 69.2.a
Morderi conſcientia 324.1.c
mors alata,& alis prædita 120.2.c
mors vltima,quæ 318.1.a
mortui cur felices vocati 101.2.a
mouere riſum 264.1.c
mula in voragine tenaci 220.2.c
mulier cum equo cōparata 27.2.a.b
mulier aſtutiſſima 28.2.d
mulier quantum afferat mali 249.2. c
mulieres cur ἀξύφωνοι 96.2.b
mulieres admodū inſulſæ, et inuenuſtæ,ſine munditia et ſumtu 268.2.e
mulieres ante Helenam, cauſæ belli fuere 44.1.c
mulieris formoſæ deſcriptio 28.1 d
mullus,piſcis 129.2.a
mundus, etiam ex Epicuri ſententia creatus 18.1.c
mundus victus,&c 268.2.c

Mutia 184.1.c
murus aheneus 247.2.c
muſa pedeſtris, quæ 206.1.d
muſa cur proeax appellata 211. 1.b
muſa lecythia 264.1.b
muſas poetæ initio orationis inuocant 69.1.a
muſæus morborum remedia, & vaticinia docuit 452.1.a
muſcus 296.1.d
muſici à Diogene ſcitè reprehenſi 401.2 b
muſici quondam erant iidem & ſapientes, & eloquentes 453.1.e
mutila fronte 69.1.e
muto penis 26.2.b
mutum ἄλογον 43.1.d
mutum pecus.i.homines primi, orationis et rationis expertes 166.2.c
muta monitio 60.2.b
μυροπῶλαι 21.1.d
myrtetum 135.1.d
mytulus, quid 181.1.a

N

NÆnia quid 184.1.2
Næuius, homo ineptè, & ſtultè ſumtuoſus 132.1.e
næuij ſcripta non teruntur manibus hominum 369.2.c
nate ſine cortice, prouerbium 59.2.b
nares acutæ ſunt ſagaciores: obtuſæ & obeſæ ad odorandum ineptiores 38.1.e
naribus vti 356.2.b
narium flexio, irridentium geſtus 356.2.b
naſiedenus hyſtoria 238.1.a
naſo ſuſpendis adunco ignotos 235.2.b. c
naſuta mulier non laudatur 28.1.a
natat.i.inſtabilis eſt 218.1.c
natans, ὥσπερ δὲ ὕδ' ἀσφαλής 220.2.b
natæ ſtatna, & quis fuerit iſte natta 85.1.b.c
natura repugnante nihil agendum 452.1.a
natura ſi expellatur furca, vſque recurret 297.2.d
naufragi tabulam Neptuno conſecrabant 69 2.c
nauitet 244.1.d
nectaris ducere ſuccos 210.2.a
nefarius quis propriè & vnde dicatur 439.2.a
negotia Cibyratica 276.1.b
nequam & frugi, ſunt contraria 226.1.a
nequities 138.1.a
nicias ciuies nominatim appellabat 278.1.a
nidus.i.domicilium vrbanum 296.1.d
niger ſol 104.2.a
nigri morum improbitate fugiendi 57.1.a
nigri aſpectum virilem præ ſe ferunt 39.2 a
nigro turbine 57.1.a
νιλὴς 429.2.d
nilo deterius 69.2.d
nimium patienter 445.2.b
nitidus per tranſlationem 267.1.c
nitor domus copiam, ac diuitias indicat 191.1.c
niualis dies 208.2.a
nix Lucana 167.2 b
nocturni, pro noctu, et ſimil. 213.1.c
noctes, cenæque deûm 210.2.d
noctеſcunt omnia tenebris 193.2.a
nodoſa podagra 101.1.d
nomen quot modis à Latinis vſurpari ſolet 23.1.d.2.a
nomina qui primus rebus impoſuit, quis & qualis fuit 43.2.a b
nomina rerum immutata ac peruerſa per homines imbecillos 44.1.c
nomina rerum expreſſit vtilitas 43.2.c
nomina mala fugiebant Romani & cur 70.1.e.d
nominibus tribus ingenui appellabantur Romani 192.2 b
nomina denominantia, quę 343.2.b
nomen dicere, nomen ponere 291.1.a.b
nomen expedire 42.2.d
nomen procudere. 179.2.a
nomentanus, Mæcenatis vmbra 72.1.a
Nomentanus, luxurioſus & profuſus nepos, & vnde ita cognominatus 16.1.d
nomiſma vnde dictum, & quid ſit 382.2.a
nota Opimiana, & Auiciana 279.2 a
nouaculæ in acie ſtat 0...b
noui homines qui propriè dicantur 78.1.a
nouitas rerum vetuſtatem extrudit 415 2.a
Nouius, litigator improbiſſimus, & fœnerator impudētiſſimus 84.2.d
nox, pro morte 367 1.c
nudus agris 162.1.a
nugæ canoræ 356.2.a
nugæ.i.verſus 100.1.a
numerabilis.i.paucus 441.2.c
numeroſum quibus ex rebus conſtet 441.2.d
extra Numerum facere, & in Numerum procedere, quid ſit 341.2.b
nummatus 276.2.a
nummus à quo primùm cuſus 326.1.d
nummus ſeſtertius 288.2.d.289.1.a
νυμφόληπτος 176.1.c

O

OBiicere crimen 56.2.c
Oblimare, conſumere & perdere 26.1.a
obliuio fugitiua 227.1.a
obliuio longa potare 210.1.d
obſcænus, a, um, vnde ductũ, & quid ſignificet 69.1 a
obſcura lingua 56.2.b
obſtipum, obſtitum 198.1 b
octauius poeta 113.1.b
octuſſis 159 2 d
oculi cur fideles appellati 439.1.c
oculi incerti, qui dicantur 37 . b
oculi in terram defixi, ſtuporem ſignificant 345.2.b
oculi nimis arguti 34..1.d
oculi Lyncei 28.1 a
oculiſſimum.i.cariſſimum 192.2.d
oculorum acies obtunditur luxu 127.1.a
oda quo pacto à Satyra, & Ecloga diſſidet ·8.1.b
odorati capilli 184.2.d.185.1.a
odoratus, imbutus odore 222.2.a
offendet ſolido 121.1.d
olet hircum 24.1.b
olet vnguenta de meo 14.1.b
oleum venafrum 185.1.a
oleum addere camino: & oleum in incendium, prouerbia 173.2.d
olympionicarum vita, pro beatiſſima habita 246.2.a
ὁμοφωνία 312.a b
ὀνοματοθέτης 43.2.b
ὀνομάτουργος ſic dictus eſt is, qui primus nomina fabricatus eſt 43.2 b
ὄνος ὄνεις, ὄνος κέλης, prouerbium 26.1.b 101.1 b
ὄνω τις ἔλεγε μῦθον, ὁ δὲ τὰ ὦτα ἐκίνει, prouerbium explicatum 379.2.c
opaca domorum, & ſimil. 230.1.d
opella, diminutiuum ab opera. 84.1.c
operæpretium eſt, quid ſit 14.2.d
operto capite, ἐγκεκαλυμμένος 152.2 d

oppido inuitus 37.1.c
oppidum quid, & vnde dictum 44.1.a.b
opis dines 26.2.b
ὀψιμαθὴς 109.1.d
ὀψοδαίδαλος, obſoniorum optimus artifex 319.1.c.d
opuleſcere 193.2.b
opus, i. negotium 312.2.a
quanto eſt Opus, vel quantum eſt opus 13.1.c
oraturi manus lauabant antiqui 170.2.a
orbilius, magiſter Horatij, plagoſus cognominatus 370.2.c
orca Byzantia 184.2.c
orcus nihil miſeratur 403.2.c
orcus ab antiquis cur Vrgus, & Summanus eſt appellatus 403.2.c
orci ſatelles non exorabilis auro 403.2.c
ordinarius ſeruus quis 224.1.b.c
ornare moribus 366.2.a
ὄροβον 214.1.b
orpheus, ſacer deorum interpres, homines à victu fœdo deterruit 43.2.d
orpheus myſteria demonſtrauit, & cædibus abſtinere docuit 452.2.a
orpheus citharæ cantu Sirenum vocem auertit, ne ab Argonautis audiretur 256.1.d
oryza quid 159.2.c
oſci, omnium Italiæ populorum peſſimè audiebant 69.1.a
oſcula decerpere 296.1.c
oſiris aratrum primus fecit 333.2.d
ὀστρακόδερμα 181.1.d
oſtrea 128.2.c
otioſus ab animo 235.2.c
oua longa & acuta fœminam, rotunda & obtuſa, marem excludunt 180.1.c
oxylapathum 181.1.c

P

PActolus, fluuius auri ramentis nobilitatus 305.2.2.b
Pæti qui dicantur 40.1.a.
παιδεμαθὴς 109.1.d
παιδοτροφία 131.2.a
Palæſtritæ vngebantur 368.2.a
Palare, vagari 153.2.b
Palla, quod genus veſtis 24.1.c
παλλάδιον, parua Pallas 39.2.c
Pallere. i. timere 204.1.b
Pallet argenti & pecuniarum amore 155.2.c
Palleſcere culpa 247.2.c
Paluit fraudes 263.2.b
Pallida mors 213.1.a
Palliolatus, a, vm 30.1.a
Palma, ſcopa ex palma 1.a
Palmetum 404.1.a
Paludatus 296.2.c
Palumbes ſine clune 29.1.b.c
Palus. i. penis, & mentula 93.2.b
πανάρετος 329.2.c
Panchreſtum medicamentum 424.2.b
Panda, pacis dea, cur ſic vocata 441.1.d
Pangere poëmata 340.1.b.c
Panis Canuſij 71.2.c
Pantalabus ſcurra, rem familiarem in cinerem vertit 94.1.a
Patabilis εὐπόριστος, εὐάλωτος 30.1.c
Paralleli circuli 208.1.d
Parcus temporis 147.2.d
Parij verſus 355.1.c
παρὰ πάν δίλον 24.1.c
Parochi qui dicebantur 57.2.a
Parochorum munus 68.2.c
Parthi omnium hominum mendaciſſimi 373.2.c
Parthi equites, quia ex equis pugnabant 117.2.b
paruus malè. i. valde 38.2.b
Paſcere in cruce coruos 325.1.a
Paſcere nummos alienos, quid 338.2.c
Paſſer, piſcis 233.2.c
Paſtillus quod genus panis 24.1.a
Patella 269.1.a
Pater iure ciuili, id eſt, adoptione 36.1.c
Patris officium erga filios 60.1.a
Pateris ſapiens, pro, pateris te ſapientem 323.1.d
Patiar haberi, patiens vocari 270.2.a
Patiens vocari Cæſaris vltor, pro, patiens ſe vocari Cæſaris vltorem 323.1.d
Pauimentum ſuperbum 157.2.c
Pauimenta Pœnica 186.1.c
Paullula ancilla 333.2.a
Pauonum natura 129.1.b
Pauonis definitio 274. .c
Pauper argenti 159.1.d
Pauperare 193.1.a
Paupertimus bonorum 15.1.d
Pauperum mobilitas 250.1.a
Pauperies domus, immunda 405.1.d
Pauperies proba 17.2.c
Paupertas quas & quantas habeat commoditates 190.2.a
quæ & qualis Paupertas non eſt vitio vertenda 156.2.b
paupertas flagitioſa ac pia docet 353.2.a. 394.2.b
paupertas improbos, & ignauos homines ad maleficium ſtimulat 394.2.b
paupertatis patientiam in Ariſtide nihil admirabilius 149.1.d
paupertatis pudor 339.1.b
pauſias, pictor inſignis 225.1.c
peccas minus, atque ego, pro, quàm ego 225.1.d
peccat ſupernè 223.1.c
peccata noſtra in poſteriore tunica reponimus: in anteriore, aliena 172.1.b
peccata omnia eſſe paria, ex Stoicorum ſententia 421.1.c
pecten, piſcis 181.2.b
pecudes lanigeræ 268.1.b
pecunia quid poteſt 276.1.d
pecunia planè hominibus eſt amentia 16.1.d
pecunia maximam vim habet rerum humanarum 156.2.c
pecuniam creſcentem ſequitur cura 186.1.b. 402.1.a
pedes carminum varij, & eorum menſura 55.2.d. 56.1.a
pedibus claudere ſenis 118.2.d
pedibus trahere, quid ſit 348.1.b
pedibus terram percutere, quid ſignificet 348.1.b
πειθὼ, ſuada 424.2.c
pelias ex ſene adoleſcens factus 195.1.a
pelliculam curare 197.1.b
peloris, oſtrei genus 181.1.d
penimata 10.2.b
penates à penu dicti 291.1.b
penates à quoque domi colebantur 191.1.d
pendis magni 186.2.d
penelope magno venalis eſt 197.1.b
penelopæ pudicitiam omnes ſcriptores prædicant, Homerum ſecuti 196.2.a
penelopam domo eiectam ab Vlyſſe 196.2.c
pentheus cur dilaceratus à Thebanis mulieribus bacchantibus 172.1.d
penula, qualis veſtis 301.2.d
penus, oris, neutrum: & hæc penus nus 327.1.c
penus quid 291.1.b
perambulet crocum & flores, quid ſit 371.1.d
perbenignè 283.1.a

per-

Digitized by Google

perdeſpuit vxorem 24.2.c
perduint 210.1.a
peremnis 316.1.d
pergere,perſeuerare 17.1.a
pergræcari 127.2.b
pericles κεφαληγερέτης dictus 52.2.b
peripatetici vnde dicti 394.1.b
peripateticorum princeps Ariſtoteles 243.1.d
peripetaſmata 424.1.b
περιπλόμενος ἐνιαυτὸς, annus recurrens 375.1.d
perire fortiter 153.1.e
periſcelis ornamentum cruris 333.2.a
περίζωοι 311.1 d
permolere.i.corrumpere, adulterare 24.2.c
perſerphone nigram denunciat horã 200.1.a
perſonare ſaxa, & aurem 242.1.c
perſonatus pater 55.1.c.d
pertica impia 136.1 a.b
perturbationes animi quatuor 274.2.d
peruerſitas 422.2.a
peruidere, περιβλέπειν 37.2.a
perunctus fæcibus,quis 446.1.a
petorrita,vehicula Gallica 83.1.a
petronia, amnis in Tiberim profluẽs 316.1.d
petulantia vnde dicta 211.1.b
πευζέτης,quis morbus 101.2.e
pexatus 250.1.d
πεζὸς λόγος 209.2 a
phæaces voluptarij & luxuriæ dediti 280.1.b
phædra quando Hippolyti flagrabat amore 244.2.d.245.1 a
phalaris grammaticus 455.2.c
ἀγία 455.2.d
φαντασία,viſio 424.2.c
phaon ex ſene, iuuenis factus 338.1.d
pharmacopolæ,olim turpes,& inhoneſti 22.1.c
pheraulas ex paupere diues à Cyro factus, deſiderio priſtinæ conditionis tenebatur 290.2.d.291.1.a
philippus eloquentia, & grauitate florentiſſimus 287.1.b
φιλοσοφεῖν μᾶν 151.1.c
philoſophia à quibus primùm inuenta 452.2.b
philoſophiæ principium 274.1.b
philoſophiæ ſtudium,ſacrum eſt 245.1.d
philoſophi cur barba maiore, & longiore capillo in publicum prodibãt 152.2.b
philoſophi mentem alis eſſe præditã 306.1.b
philoſophorum familiæ plures 243.1.d
φιλοτιμία 245.1.d
φιλοτιμία 206.2.d
phinus,quod genus vaſis 219.2.c
phraates, Parthorum, & Perſarum rex, Romanorum imperio parere voluit 308.1.b.c
φρέαρ 208.2.b
pia mater.i.cui debetur pietas 339.1.c
pierides Calabræ 383.2.d
piger ſcribendi ferre laborẽ & ſimil. 53.1.c
pila velox 127.2.c
pilæ ludus laboris adfert obliuionem 127.2.c
pilæ ludus lippis, & crudis inimicus 68.2.a
Pilæ ludus ante cibum 127.1.c.d
Pilam facere, prouerbium in profuſos 22.2.c
Pilentum 379.1.a.83.1.a
pingue ingenium 206.1.c
Pinnophylax 183.2.d
Piſcis liberus 234.2.c
Piſcibus Romanorum menſæ lautiores erant,quàm carnibus 137.1.a
Pituitæ effecta, & incommoda 133.1.b
placabilis 359.2.a.b
Plagæ Ætolæ 341.1.b
Plagoſus 370.2 c
Planus,vox eſt Græca,fallacem ſignificans 333.2.b.c
πλάσιξ 42.1.b
Plato, Ariſtonis filios, & eiuſdem de animi immortaluate ſententia 212.2.d
plebs ventoſa 293.2.a
Plebs,pro.plebeius 247.2.b
Præter Plorare.i. præter ploratum 195.2.d
Ploſtellum, puſillum plauſtrum 168.1.c
Plus nimio 298.2.a
Plus æquo laboris 258.1.a
Pocula aeria, & potores acres, qui 211.1.d
Pocula ſemper pari nomero in menſa Delphica ponebantur 84.1.d
Podagra contundit articulos 263.1 a
Podagra quis morbus 219.2.a
Podagra tarda,& nodoſa 101.2.d
Podagra vt ſanatur 259.2.a
ποδάγρας,& ποδαγρῶδεις 23.2.d
Poemata lacrymoſa 184.1.d
Poeſis eſt pictura 450.2.d
Poeſis nihil aliud eſt, quàm imitatio 448.2.a
Poetæ primi iidem erant ſapientes, & eloquentes 43.2.d
Poetæ,ex Platone,ſimiles pictoribus 450.2.c
Poetis atque pictoribus æqua poteſtas 419.1.d
Poetæ aut prodeſſe,vel delectare volunt 449.1.d
Poetæ omnes ſub Mercurij tutela 206.1.c.d
Poeta diues cum præcone comparatus 454.2.c
Poeta malè natus non eſſe debet 382.1.b
Poetarom licentiæ liberæ 399.2.d
Poetæ cum apibus comparari ſolent 264.1.d
Poetæ canebant, & agebant ſua poemata 446.1.a
Poetæ coronabantur hedera 264.1.d, 2.a
Poetarum multitudinem notat Horatius 61.1.c
Poetas offendere, moleſtum ac dorum eſt exemplar 119.2.a
Poeta vtrùm natura, an arte valeat 447.1.b.c
Poetam in Muſæ tripode ſedentem, mentis compotem non eſſe 447.1.b
Poetas diuino afflari ſpiritu 55.1.d
Pollucibiliter 127.2.b
Pollux,pugil clariſſimus 118.2.c.d
Pollux & Helena ex ouo orti 436.2.a
πολυκέφαλον θηρίον,populus
Polycrates adeò fortunatus erat, vt nihil ei accideret,quod nollet 149.2.d
Polydorus,Priami filios, à Polymneſtore auri pulſo cupiditate,interfectus 154.1.c
Polyphemo Vlyſſes oculum effodit 69.1.d
Polyphemi fabula 436.1.b
πολυπράγμων 151.1.c
Polypus 40.1.a
Pondera,pro Pyramides, & ſumtooſa ſepulcra 278.2.b

ponere leges, πρθέναι νόμους 44.1.c
ponere nomen alicui 153.1.d
ponere ſigna 291.1.b
popina 311.2.c
popinones qui ſint 221.2.a
populus leuis, & mutabilis 373.2.a
populus πολυκέφαλος, ἀχάριστος, ἀψίκορος, ὠμὸς, βάσκανος, ἀπαίδευτος 184.2.d
populus, bellua multorum capitum 184.2.d
porcina vulua in cibis laudatiſſima 139.1.c
porcius, vmbra Mæcenatis 72.1.a
porcus ab inſanis immolabatur 160.2.b
porrus de Epicuri grege 267.1.d
porrectus membra ſtratus 212.2.b
poſticum quid 271.2.d
potare cupa magiſtra 211.1.c
potores bibuli 343.2.b
potens muſa lyræ 454.1.c.d
prætcanus 359.1.c
præceps morbos 171.2.b
præcidere belli cauſas 255.1.a
præcinctus, εὐζωνότερος, ſtrenuus 65.2.c
præconis munus quale fuerit 82.1.b
prælambens, prægustens 213.2.b
prænomina ingenuorum Romanorum propria 191.2.b
præſentia quam vim habeat 184.1.d
præſtinguere oculos, nón præſtringere nec perſtringere diceudum eſt 367.1.d
præſumere, προλαμβάνειν 134.2.d. 235.1.a
prætetagere 316.1.b
prætexta, inſigne magiſtratuum 67.2.a
prætoris munus 250.2.c.d
prætoris municipalis munus 67.2.b
præuerti quid 39.1.b
prandia qualia olim fuere 85.2.b
precati, optare 350.1.a
precor à diis 205.2.b
preces Deo gratæ, quales 326.2.a
prendo, prehendo 70.1.a
preſſare 103.2.b
priapus, deus hortorum custos 93.1.a
priapus agris, hortiſque custodiendis præponebatur 93.1.d
priapus telis duobus terrebat fures, nempe falce & pene 93.2.a
priapum & Bacchum, eumdem eſſe 93.1.c d
Priapus ficulnus 96.1.e
principium, dimidium facti 259.1.a
principia rerum ſecundum Empedoclem, quæ 306.2.d
primus, a, um, 250.1.b
prima triremis 191.1.c
priuatum & proprium nihil primis temporibus fuit 458.1.d
pro, in compoſitione, quid ſignificat 11.1.a.b
προαγωγεὺς 190.2.a
procaces meretrices ab aſſidue poſcendo dicta 211.2.b
procari 211.1.b
procacitas 211.1.b
procedere in numerum quid 341.2.c
procraxe 70.2.b
procudere nomen 179.1.d
procurrere 90.1.d
prodigialiter 420.2.c
prodigus herbæ 286.2.d
prodigus & liberalis quo differunt 285.1.a
prodigi in curatione ſunt agnatorum 166.2.b
produxe, & ſimil. 261.1.b
proegmena 424.1.b
proferre nomen 294.2.e
profeſtus dies, profeſta lux, profeſtæ luces 156.2.b
profuſi hominis propria 153.2.b
prognati ſemet, qui 81.2.b
proluere prolurus 66.1.d
prolutus multa vappa 180.2.d. 17.2.a
promere in ſcenam 439.1.d
promere iura clienti 372.2.d
promiſſe 161.1.a
promus quid, & vnde dictus 128.1.c
properare cum accuſandi caſu 264.2.a
properare & feſtinare differunt 17.2.d
propius medullis 298.1.c
proprium quid ſit 402.2.c
propria fixa, ſtabilia, perpetua 205.1.d
propugnat nugis 11.2 b
prouiium frumentum.i. reconditum 350.2.b
prorepit, foras repit 11.1 a
proſerpina. vitæ & mortis arbitra 200.1.d
proſtare.i. venalem exponi 358.1.b
proſtibulum neutr. gener. & proſtibula fœmin. gener. differunt 358.1.b
proſtrata virtus 134.1.a
proteus, pro debitore 155.1.c
protei mutabilis fabula 249.2.d
prooerſus incedit, vt cancer 121.2.a
prouiſere 288 2.d
prouocare minimo digito, prouerbiũ 53.2.b
pſeudothyrum 424.2.b
ptiſana quid, & ad quid vtilis 159.2.c
puberibus ad annos 25. tutor datur 166.2 a
publicani vnde dicti 248.2.d
publicum quid ſit 431.2.b
pudicus quis propriè dicatur 323.2.d
pudor infans 80.2.d
pudor malus, & vitioſus 323.2.a
pudor malus vrget, & afficit 153.1.c
pudor depoſitus 294.2.c
puerorum appellatione etiam ſerui intelliguntur 66.1.a
pueri quo pacto alliciendi, vt diſcere velint 10.2.c
pueri magni, qui dicuntur 81.2.a
puer abſtinuit Veoere, & Baccho, &c. 454.2.a
à Puero paruulo 59.1.c
pugnare doloſè 37.1.c
pugnare pugnam 313.1.b
pugnata bella 323.1.b
pulcra, planè difficilia 103.2.a
pulcrè bene, rectè, quid ſit 455.1.b
pulcre tibi fuerit. i. iucunde vixeris 233.1.a
pulcre eſt tibi, & ſimil. 136.2.d
pulla.i nigra 95.1.a
pulla toga 131.2.c
pullus, quaſi paruulus 49.1.a
pulmenta, & pulmentaria 341.1.e
pulmenta laboribus emta 128.2.b
pulmentaria quærere 128.2.a
pulpita 356.1.d
puls 128.2.b
pumex 358.1.b
puppas nupturæ virgines, Veneri cõſecrabant 69.2.d
pupus idem eſt, quod puer: vnde pupulus, & pupillus 166.1.d
purgatus morbi 447.2.a
cum Purpura Tyria, aut Sidooia certare, quid ſit 298.1.a
purpurare 193.2.a
purus vitio 166.1.c
pus veneuum. i. ingenium improbũ 88.2.a
puteal quid ſit 208.2.b
puteal Libonis 353.1.b
putida, odioſa, moleſta. abſurda 220.1.b

putreſcit.i. iacet inſepultus 163.1.c
pyga,πυγὴ 31.1.a
πυγίζειν,verbum obſcænum 28. 2.a
pyrgus quid 219.2.b
pythagoras in latrones incidere maluit, quàm per agrum fabis obſitū, eos euadere 210.2.c
Pythagoræ faba cognata 210.2.a
Pytagoras cur à fabis abſtinuerit, & alios abſtinere voluerit 210. 2.a.b
Pythagoram non comediſſe animalium carnes, & cur 210.2.d
Pythagorei cur voce ſummiſſa Deum deprecabantur 306.2.a
Pythia qui ludi, & vnde ſic dicti 454 1.b

Q

QVa, aliqua via 206.1.a
Quà, id eſt, qua ratione 25 2.a
Quadrare, per tralationem 276. 1.d
quadrata rotundis mutare 250. 2.a
quadrigæ albæ quid 86.1.d
quam diu victuri ſumus incertum 27.1.a
quartanæ, febris ſanandæ modus facilis & mirus 171.1.a
quartanam febrem neminem iugulare ait cornelius celſus 171.2.b.c
quatinus i. quoniam 13 2.a
quercetum 404.1.a
querimoniæ triſtes 166.2 d
querulus, 438.1.a
querula rana 66.1.c
quid enim? quid nī? & harum formularum vſus 9.2.c.d
quid rerum 100.1.b
quinquatrus dies 405.1.c.d
quirinalis collis vnde ſic appellatus 356.1.a
quiritim 372.1.c
quò. i. ad quam rem: vel, ad quē vſum 15.1.a
quod, pro, aliquod 119.1.b.c
quondam, aliquando 342.1.b

R

RAbies, morbus caninus 397. 2.d
ranæ loquaces 312.1.d
rancidus 135.1.a
rapere, neceſſitatem ſignificat 208. 1.a.b
rapere in ius 104.2.d.105.1.a
ῥαφανιδοῦν 25.1.c
rara viarum, & ſimil. 129.1.a
rates à quo primùm inuentæ 326.1.d
ratio mala. i. turpitudo, iniuria, &c. 105.2.a
raucus male. i. valde 38 2.r
recreare, ἀναζωπυρεῖν 245.2.c
recreabis, renouabis 283.1.d
rectum animi 164.2.c
recumbere. i. accumbere 268.2.d
reddere dictata 337.2.a
Redemptor, qui opus faciendum cōduxit 397.2.b
refectus, recreatus 401.2.a
regnata rura 323. 1.b
religata crines 171.2.d
remori fontes 187.1.a
repetere memoria 179.2.c
repotia 131.1.d
repræſentare, quid proprie 354.1.b
reptare 268.1.b
repulſa cur turpis 245.2.d
res alienas non curare, & ſuas agere, iuſtitiam eſſe 251.1.b
reſcribere, reddere per argentarij codicem 355.2.c
reſigno, reſtituo 286.1.b
reſignare teſtamenta quid ſit 284.1.c
reſponſare. i. obſiſtere 224.2.d
reſtinguere 367.1.d
retexere telam 147.2.c.d
reticulum, ſacculi genus 12.1.b.
reuinctus manus 378.2.d
rex non eſt dicendus, qui ſe nec ſuos regere poteſt 46.2.a
rex etiam is appellatur, qui paraſitos, & viros alit honeſtos 331.1.d
rex conuiuij 211.1.c
rex pro amico 331.2.b
rex, pro, fortunatiſſimus, & beatiſſimus 247.2.c
reges dicuntur multis vrgere culullis 28.1.d
regum amici. i. homines glorioſi 298 2.b
Rhadamanthus continens, & æquus 158.2.c
rhamnes celſi 449.2.c
rheda 209.1.b
Rhetoris proprium 108.2.c
rhombus, piſcis, 110.2.c
ridere labris, ſignificat riſum ſimulatum 347.1.a
riſus opportunus interdum plus valet, quam vis, ſeueritas, & acrimonia 108.2.d
ῥητὰ, ἄῤῥητα, dicēda, tacēda, 288.2.a
rixari de lana caprina 337.2.d
rodere, verbum muribus potiùs, quàm hominibus conueni. 5,31, 2.a
rodere, carpere, clanculum infectare, 80.1.c
rodit, obſcure lædit 52.2.c
Roma, vrbium princeps 280.2.d
Romani maſcula virtute præditi 184 2.b
roralia 186.1.a
Roſcius ſolus videbatur dignus, qui in ſcena ſpectaretur: Ciceronis familiaris 371.2.b
Roſcius cùm adhuc in cunis eſſet, portento ſerpentis demonſtratus fore clariſsimus 371.2.c
rotundare 279.2.a
rotundæ figuræ deſcriptio 224.2 c.d
rotundus homo politus, cultus & perfectus 224.2.d
ruam, id eſt, eruam, effodiam, & comparem 194.1.c
rubra canicula 163.1.d
rubi oppidum Campaniæ, à quo rubea, ſeu rubia virga 72.1.b
ructatur verſus 456.1.b
rudis 242.1.c
rufa, & rufilla 166.1.d
rumex herba 181.1.b
rumore ſecundo 236.2.a
rumpere ſileſia 210.1.b
rumpi clamore 47.1.a
rumpi inuidia 173 1.c
Rupilius cognomento Rex, præturā gerens, ab Auguſto, Anton. & Lepido proſcriptus 88.2.a
ruſus ire. i. redire 286.1.a
ruſticus rure 220.2.c
rutilus lupus famoſis verſibus confixus 121.2.b

S

SAbbata Iudæis religioſiſsima 104.1.a
ſabbata triceſima, quæ ſint 103.2.d
ſacer. i. execrandus 161.2.c
ſacra miſcere profanis 325.2.d
ſacrificia Iudæorum igne cælitus delapſo perficiebantur 72.2.b
Sæuus, χαλεπός 131.2.c
Sagana mulier venefica 93.1.a
ſagana furia vocata 96.2.b
ſagæ mulieres venenis animos hominum immutant 49.2.d
ſaganæ duæ fuere 95.1.b
ſagax rerum 442.2.b
ſaliaria carmina 372.1.a
ſalicetum, ſeu ſalictum 404.1.a
ſalicipium 347.1.a
ſalis puri concha: & cur ſal dicitur

purus 36.2.c.d
ſaltare cyclopa,quid ſit 69.2.a.b
ſalutare homines nominatim, quid ſigoificat 278.1.a
ſalutaodi mos antiquus 347.2.c
ſalutandi formulæ 292.2.c
Samos,inſula io mari Ionio 301.1.a
ſanguis ſalſus 163.1.c
ſanus proprie refertur ad corpus 283.2.d
ſapiens. i. cui palatum ſapit magis, quàm,cor 182.2.d
ſapiens vno eſt minor Ioue,rex atque regum 46 1.d.2.a
ſapientes omnes, ſumme beatos eſſe 43.1.b
ſapientes monus 136.2.a
ſapientem odi,qui ſibi noo ſapit 224.1.a
ſapientia ioſaniens Epicuri 73.1.b
ſapientiſſimus quis dicitur 329.2.c
ſappho cur maſcula vocata 355.2.a
ſardis,vrbs totius Lydiæ princeps, & reliquarum vrbium munitiſsima,&c. 301.1.a
ſarmentus ſcurra, ingenti corporis ſtatura fuit, idemque edaciſsimus, 70.1.a
ſaturnalia feſta quo anni tẽpore agitabantur 218.1.d
ſaturnalia optimus dierum 218.2.a
ſatyra tota eſt Latina 112.2.a
ſatyræ nomen Latini poematis proprium 7.2.d.oeque à Græcis arceſſitam 8.1.c
ſatyram quis inueoit 7.1.d
ſatyra,vt ab oda,& epiſtola diſcrepat, 8.1.b
ſatyræ cur ſermones appellantur 55 1.c
ſatyra veteris comœdiæ locum occupauit 52.2.d.53.1.a
ſatyræ leges 117.1.b
ſatyricæ fabulæ,a quo iouentæ 443.1.a
ſcaber 290.2.d
ſcaberet.i.torqueretur,& ſudaret 112.2.b
in ſcalis pendere 392.2.a
ſcalpere,fodere 95.1.b
ſcalpra quid,& vode dicta 157.1.d
ſcammigenum genus 131.2.d.132.1.a
ſcatus 128.2.d
ſceua.i.lux foreoſis 121.2.c
Sceua,homo luxurioſus,& perditus, 120.2.b
σκιαγραφία 450.2.d
ſciendi voloptatem Sirenum caotibus ſignificari 150.1.b
ſcipiada,id eſt,Scipio 118.1.a.b
ſcipiades,belli fulmen 122.2.d
Scipio Africanus poſterior carthaginem deleuit 121.2.a
ſcirpea inducitor ratis 59.2.d
ſcriberis vario fortis, & ſimiles ſexcentę locutiones 84.1.c
ſcribunt docti &indocti 374.1.a
ſcribæ acceptiones 292.2.d
ſcriptor cydicus 432.2.b
Scruta 288.1.c
ſcurra vt ab vrbano differt 54.2.c
Scurræ carebant ſepulchris,& ſepulturis 93.2.c
ſcorræ alienarum menſarum inſidiator 318.1.a
ſcurræ infidi 336.2.d
ſcurrari 330.2.d
ſcutatus Gallicus, eſcu de France, 4.1.a.b
ſcutica,lorum σκύτος 45.2.b
ſcylla,ac de eadem fabula explicata, 435.2.d
σκυτεὺς,cerdo 45.2.b
ſecat.i.terminat 109.1.a
ſecurus,non ſolicitus 183.1.b
ſecurus pœoæ,ſecurus amorũ 392.2.d
ſedilia 441.2.c
ſedulus.i.officioſus 70.1.d
ſedulus quis proprie dicatur 309 1.a
ſegnes.i.deprauati homines 285.1.b
ſelibram farris in dies dato 70.1.c
σιλλιοόλητος 256.1.a
ſemeſus,a,um 212.2.a.b
Sempronius Rufus cur prætorius dictus 130.2.d
ſenatores appellantur patres 324.2.c
ſeneſcere,tabeſcere 290.1.d
ſenex maiorus 429.1.a
de Sene guſtarit:prouerbium 197.1.d
ſenes libitinarij 206.2.d
ſeniorum centuriæ 449.2.c
ſenium.i.odium,& io ſuauitas ſenilis 341.1.a
ſententia ficulnea.i.nullius momenti 93.1.a
ſentire,cogitare,& iudicare 350.2.a
ſepiæ atramenti ſe defendunt eſſuſione 120.1.a
ſepulcrum omnium rerum commune terra 94.1.a
ſepulcra pauperum apud Ethnicos, 94.2.b
ſepulcrorum alia fuiſſe familiaria,alia hereditaria 94.2.a
ſepulcra cur ſecundum viam pooebantur 94.2.c
ſepulcris carebant ſcurræ ac decoctores 93.2.c
ſeria dicta,quaſi ſine riſu 10.2.d
ſeria frontis.i.ſeria frons 137.2.c
ſermo pedeſtris.i.comicus 426.2.d
ſermouis & epiſtolæ diſcrimen 55.1.c
ſermonedignus,qoid ſit 147.2.d 148.1.a
ſermones per humum repentes, qui 420.2.b
ſermones alterni.i.dialogi 426.1.d
ſermoues vbi, & quando habendi 269.1.c.d
ſeroſa fons 69.1.d
ſerpens Epidaurios cur ita dicatur 37 2.d
ſerpentes inferni 56.1.b.c
ſeruire famæ,ſeruire rumori 78.1.b
ſeruiet æternum, qui paruo neſciet vti 299.1.a
ſerum.i ſerò 221.1.a
ſeruus fugitiuus quis 296.2.d
ſerui à ſeruando dicti 327.1.b
ſerui prænominibus carebant 192 2.c
ſerui vt vendebantur, & qoæ in eorum venditione ſpectabantur 392 2.c
ſerui venales 12.1.b
ſerui ſepulcris carebãt priuatis 81.2.c
ſeruorum alij ordinarij, alij vicarij, 227.1.b.c
ſerui nomenclatores qui fuerint 277 2.c
io ſeruos olim domiois vitæ & necis fuit poteſtas 218.1.b
ſeruos accipere ſolitos eſſe in ſingulos menſes,quaternos modios frumenti 70.1.b
ſeruum pecus 354.2.d
ſeſquimodius 161.2.c.d
ſeſquipedalia verba 157.1.b
ſeſtertius nummus 288.2.d
ſeſtertium mille ſeſtertios nummos valet 289.1.c
ſeueritudo 344.2.d
ſex ſeptem,pro,ſex,vel ſeptem 247 1,d
ſi,pro,an 264.2.c
ſi,tempus,non conditiooem, ſignificans 280.1.a
ſibillare,& ſibilus 13.2.b
ſibyllini libri 171.2.b

ficare

Index.

ſiccare calices 211.1.c
Sicilia cur triquetra dicta 210.1.a.b
ſicuia,ſeu ſicyia 399.2.c
ſiccus ſobrius 170.2.a
ſigyllum,à ſigno diminutum 403.2.c
ſignum.i.ſimulacrum,ſeu imago 151.2.b
ſigna i nomina, & vocabula rerum, 179.1.d
ſilencium,non in conuiuio,ſed in cubiculo eſſe debet 269.1.c
Silenus,alumni dei famulus 52.2.a
Sileni,Baccbi miniſtri 443.2.d 444.1.a
ſiliqua quis & qualis fructus 374.1.c
Siluanus lacte piabatur 213.1 b
ſimilis deo os,& humeros 9.2.b
ſimius.i.ineptus imitator 109 1.a
ſimplex quis propriè 40.1.c
ſimul,ſtatim vt 394.1.b.c
ſimul i.ſimulac 196.2.b
ſimulare virum bonum 37.1.c
ſingultim loqui,quid 80.2.c
ſinueſſa quod oppidum 67.2.d
ſiren improba vetanda 256.1.c
ſirenum cantus quid ſignificat 150.1.b
ſiſenna 89.1.d
ſiſer,herba 131.2 c
ſiſyphus abortiuus 40.1.b
ſiſyphus vafer 151.1.c
ſiſypho ſcientia antecellit 556.2.c
σμικρολογεῖν 291.1 a
Smyrna,vrbs in Ionia 301.1.b
ſocci.i.comœdiæ 426.1.c
Socrates nihil vnquam ſcripſit 448.1.c
Socratis tres accuſatores 179.1.b
Socratica domus,quæ 243.2.a
Socraticæ chartæ 448.1.c
Sacraticam domũ mutare loricis iberis,quid 227.1.a
ſodes,ſi audes 102.1.c.d
ſodes,vox blandientis 284.2.c
ſol grauis 104.2.a
ſol niger 104.2.a
ſol ſupremus 269 1 b
ſoles.i.aprica loca 359 2.a
ſolarium 287.3 d
ſolenne,vſitatum 372.2.c
ſolenne opus 341.1.c
ſollēnia,pro,ſolenniter 250.2.b
ſolidum.i integrum 166.2.c
ſollers lyræ muſa 454.1.c
Solonis furor 153.1.c
ſomnia virorum meliorum eſſe meliora 71.1.d
ſomnus exercitatio ſuauis 128.1.b
ſomnus ſequitur cibum 117.2.d
ſomnus facilis,ſomnus ſalubris 297 1.d
ſomnus agreſtium virorum lenis 301 b
ſomnus irriguus 117.2.a
ſoniturum vſitatius, quàm ſonaturum 55.1.d
ſophiſma 414.2.b
σοφὸς μόνος πλούσιος 135.2.d
ſordidatus 152.2.b
ſorites 424.2.b
ſors qoid propriè 8u.2 b
ſortes.i.oracula 454.1.b
ſucij qui,& quales 449.2 d
ſparſus humerus odoratis capillis 184.2.d 185.1.a
ſpe longus 437.2.c
ſpecioſus pelle decora 121.2.a
ſpectatus,cognitus 242.1.b
ſpectata virtus,ſpectata fides, ſpectata nobilitas 242 1.b
σφάλλειν πολλοῖς τὴν οὐσίαν, prouerbium in nepotes 22.2 c
σφετερίζειν,ſibi proprium facere 330 1.a
ſpinæ animi,id eſt,curæ, & angores 311.2.c
ſpirans Martem,ignem,magnum ſpirans,& ſimil. 376.2.a
ſpirat tragicum 112.2.d
ſpirantia mollius æra 383.1.c
ſpiritus,φρόνημα, 172.2.b
ſpiſſus.i.frequens,creber 356.2.a
ſplendida bilis atra 153.1.b
ſquilla 183.2 b
ſtabant.i.placebant, & probabantur 109.1.a
ſtans pede in vno.i. breuiſſimo tempore 53.1.c
ſtas animo 166.1.b
ſtate in iudicio,ſeu in iure 102.1.c
ſtatariam agere 377.2.c
ſtatua Marſyæ in foro cur poſita 84 2.d
ſtatuæ non ſunt animorum ſimulacra,ſed corporum 381.2.d
ſtatuæ qua ex materia primùm fiebāt 151.1.d
ſtatua taciturnior 398 1.d
ſtillabit ex oculis rorem 356.2.b
ſtinguo,vnde extinctus 367.1.d
ſtipare 148.2.d
ſtipator,δορύφορος 47.1.b
Stoicorum ſententia 241.2.a
Stoicorum princeps Zeno 243.2.a
ſtoicorum decreta non vera 47.1.a
ſtoicos carpit Horatius 46.2.c
ſtola,quod genus veſtis 24.1.c
ſtolata fœmina,id eſt, matrona 26.2.b
ſtolatus Vlyſſes 18.2.d
ſtomachus ieiunus raró vulgaria temnit 129.2.c.d
ſtragula veſtis à blattis ac tineis curroſa 137 2.c
ſtratus membra 212.2.c
ſtridere cuius proprium 236.1.c
ſtrigilis 220.1.a
ſtruices 213.1.d
ſtudium immoderatum obtundit ingenium potiùs,quàm acuit 398.1.c
ſtultitiæ duo genera admodum diſſimilia 154.1.a
ſtultus quis 37.1.d
ſtultorum infinita ſunt genera, τῶν ἠλιθίων ἄπειρα γενέθλα 153.2.b
ſtupet attonitus 54.1.c
ſuada,& ſuadela 276.2.a
ſub tempus, paulò ante tempus, vel circiter tempus 322.2.d
ſublimes verſus 418.1.a
ſublimis anhelitus 456.1.b
ſublimis ferox 437.1.c
ſubrepti 70.2.c
ſubſcribere 313.1.d
ſubtemina ducere 301.1.d
ſuccinctus hoſpes 83.1.b
ſudare ante cibum,ſalubre 128.2.a
ſuffecius ex ſene iuuenis factus 194 1.b
ſulfura.i aquæ ſulfuratæ 316.1.a
ſumit ſcribere 263.1.d
ſupellex campana 84.2.c
ſuper.i.prætereà 393.2.c
ſuper his 451.1 b
ſuper Priamo,de Priamo 393.2.c
ſupera,pro,ſupra 233.2.a
ſuperat.i.ſupereſt 135.2.a
ſuperbia,morbus campanus 96.1.a
ſuperbiæ decent ſecundas fortunas 339.2 a
ſupercilium remittere 344.2.b
ſupercilio demere nubem 343.2.b
ſuperſtitio,δεισιδαιμονία 171.1.c
ſuperuacua in ſcribendo vitanda 449 2 a
ſupinor naſum 221.1.d
ſuploſit pedem in iudicio 81.1.a
ſupremus.i.vltimus 267.1.b
ſurdior ſcopulis Icari 37.2.b
ſurdo narrare fabulam 379.2.b
ſurdis ſuadere 379.2.b
ſurpite me morti 170.2.c
ſurrentina vina 183.1.d
ſurrentum oppidum in Campania, 333.1.d

ſurrexe 104.2.b
ſus Bœotia,prouerbium in homines hebetes 383.2.a
ſuſpanſus 235.1.d
ſuſpendete adunco naſo, id eſt, detidere 77.2.b
ſuſpenſi loculos 247.1.c
συμμύων muſſans 61.1.c
ſymphonia diſcors 312.2.b

T

TAbulæ votiuæ, quæ & quales 119.1.a
tabulæ ceritum 279.1.d
tænia 168.2.d
tætra diſcordia belli 55.2.d
tætet morbus,tætra libido 24.2.b
Tanaïs,quidan. ſpado 17.2.a
Tantalus quis fuit,cur ad tartara detruſus,& quò illic plectitur ſupplicio 14.1.b
Tantalus ſiti enectus 290.2.c
tarda podagra 101.2.d
Tarentum,vrbs amœna,& admodũ, pacata 3:2.2.a
Tarentum,aliàs Satureïa 80.2.d
Tarquinius nec ſe nec ſuos regere potuit,rex itaque non fuit 46.2.a
Tarquinio apicem ab aquila impoſitum fuiſſe 367.2.c
tauri Ioui Latiali immolati 288.2.b
tauros imptobat Æſopus, quòd in humeris cornua non habeat 120.1.d
tauri ſe cornibus tuentur 120.1.a
tauri formis, ταυρίμορφος 424.2.c
telluri propter eius fœcũditatem, & fertilitatem,porca grauida immolabatur 375.1.a.253.1.c
tempeſtatem antiqui, pro tempore poſuere 72.1.b
tenebræ,pro morte 367.1.c
tentare fortunam,rem:ac tentate gratiam regum,&c. 454.1.c
tentign.i,ardentiſſima libido 30.1.c
tepidum tectum 148.2.c
ter,numerus perfectus 245.1.d
ter,quaterque.i.ſæpius 224.1.b
teres ex ſeipſo totus.i.totus ex ſe pendens 224.2.c
teretes aures 224.2.c
terra omni parens, eadémque omniũ rerum commune ſepulcrum 94 1.a
teſca loca,inculta deſerta 311.2.a
teſſerulæ 109.1.b
teſta recens diu ſeruat odorem, quo primùm imbuitur 261.2.b
teſta matina 235.1.a
teſtamen ti veterum per æs & libram &c. 402.1.c
teſtamenta vt olim fiebant 194 2.c
θάμβος. 264.2.c
Thebæ àquibus ſeptem portis,ac turribus munitæ 455.1.b
Thebis cælum craſſum: itaque pingues Thæbani,valentes& hebetes 383 1.d
Theodorus illius annuli fuit opifex, quo tantopere delectabatur Polycrares 151.1 d
Theonius deus,prouerbium 342.2.d
Theopompus,vir clarus Athenis, & princeps ciuitatis 153.1.d
Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς prouerbium 397 2.c
Theſpis quis poëta 445.2.d
Theſſalus,prantis filius 66.2.c
thraca 263.1.c
Thrax,ſeu Threx,nomẽ quorundans gladiatorum commune 209.1.a
Thyeſteæ preces 208.1.a
Thynni.i.ſenes ſine liberis 193 2.c
Tibullus Epicureus 268.1.a
Tiburs 83 1.b
Tigellius, muſicus & cantor clarus Horario tamen inuiſus,& cur 22.1.a
Tigellius nequiſſimus 48.1.b
πλμὸς ῥαφανίδως 25.1.c
Timagenes quis fuerit 354.1.c
timere à 11.1.d
tireſias cum Vlyſſe apud inferos verba facit 195.2.c
tiſiphone,furiarum vna cur ſic vocata 96.1.b
togatæ mulieres,id eſt,meretrices 26 1.a.b
tolerabilis 451.1.c
tollere querelas 304.2.c
tollere periculum 124.1.a
tollere riſum,i.cachinnari 451.2.d
tollere ad aſtra i.maximopere laudare 296.2.b.c
tonſa cute 337.1.b
tonſor in æqua'is 250.1.c
tonſorum genus planè loquax,& garrulum 88.2.c
tonſorum in officinis otioſi & loquaces homines conuenire ſolent 287 1.d
toral,ſeu torale 271.1.a
toteuma 424.2.b
tornati verſus 455.2.a
tranquillatis rebus 349.2.c
Traſius,homo profuſus,& ſumptuoſus,idémque egens 135.2.a
Trebatius,iuriſconſultus clariſſimus 117.1.c
treuiti capitales 89.2.c
Tribrachus pes 56.1.a
tributus populus.i.plebs infima 121.2.b
Τρικέφαλος. 424.2.c
triclinium 186.1.a
trimus,puer trium annorum 168.2.b
triſtis Iliems 263.1.c
triſtis.i.iratus 73.1.c
triuics, oppidum in Campaniæ finibus 70.2.c
triuiis natus 444.1.b
τροχίσκοι. 24.1 a
trochus quid ſit 451.2.c
trocho Græco ludete 127.2.d
Troia,commune ſepulcrum Europæ Aſiæque 94.1.a
trulla campana 159.1.d
trutina quid,& vnde dicta 42.1.a
τρυγη 445.1.a
tuceta, 259.1.a
tumens animus eſt in vitio 166.1.c
tunicas duas vnumquéque noſtrum ferre, vnam à tergo alteram à fronte,& quorſum 172.1.b
tunicatus 288.1.c
tundere curam 312.1.b
turba impia quid 167.1.c
Turbo gladiator, fuit breui corporis ſtatura, ſed animoſus, & pugnax 172.2.b
turdo nihil melius 319.1.c d
tus,non thus,ſcribi debet 385.1.b
tuſſis 101.2.a
tutæ mentis 159.1.a
tutus à,vel ab 119.1.d.214.1.b
tyndaridæ propriæ qui dicantur 16 2.c
τυφλὸς ὁδηγός,id eſt, cæcus,vir dux,
tyrannicida 424 2.c
Tyrtæi poëmata numeroſe mouẽtur 453.2.c

V

VAcuna dea 299.2.d
Vaquum quid ſit 355.1.a.b
vadari.i in ius vocare 102.1a.b
Vades qui proprie dicantur 10.1.b
vagus mercator 429.2.o
Valdius 294.2.a

valeat

valeat,vox eſt contemnentis 378.1.a
validus mente 293.1.b
valua vnde dicta 213.1.b
vana rerum,& ſimil. 331.1.b
vannere 24.2.c
vaporare 322.1.c
vappam,id eſt,hominem omnia protuo dentem:& proprie quid ſit vappa 17.2.a.23.1.a.64.1.d
vetes ambigna loquuntur 195.1.d
vbertim lacrymari 333.a.d
vecors,ex cors,ſtultus,quaſi mali cordis 190.1.d
veianus,gladiatoris nomen 242.1.c
vemens,vehemens 70.1.a
vena diues 454 1.d
venafrum oleum 185.1.a
venatio ante cibum 127.1.d
venator libenter ſectatur in niue leporem 29.2.b
venditare,quid proprie 271.1.b
venditio in teſtamentis antiquorum adumbrata 402.1.c
veneficæ,furiæ vocatæ 96.2.b
venerari.i. orare & precari 137.1.d
venerata Ceres.i.orata 137.1.d
venire in hominum ſermonem 263.1.d.2.a
venturus in ora.i. omnium ſermone celebrabitur 263.1.d
venter latrans,venter iratus 128 1.d
ventre nihil impudentius,nec improbius 131.2.b
ventoſa plebs, ventoſum ingenium, 356.1 b
ventum imitari 522.2.d
venuncula vua 185.1.b
Venus χαλλίπυγος, 28.1.d
Venus incerta hominum ætate prima 44.1.d
Venus damnoſa 373.1.a
Venus.i.venuſtas,lepos 423.1.c
vepallidus,veſanus,& vegrandis 31.1.b
veſtes Babilonicæ 187.1.d
veratrum 160.1.d
verbum ſemel emiſſum,irreuocabile volat 358.1.d
verba foliis arborum ſimilia, quia noua cudere licet 425.1.c
verba cadentia 337.1.d
verba & voces.i.carmina 244.2.d
verba volatilia 342.1.d
verbis præſentibus vtendum 415.1.c
vereor,vt cædas,& vereor ne cædas, quid differunt 45.2.d
veri inſcitia cæcum agit 138.1.b
veritas ab inimicis audienda 60.2.a
vernæ vnde dicti 211.1.b
vernaliter 213.2.a
vermiculata emblemata 186 1.c
verpus 72.2.a
verpi cur appellantur Iudæi 104 1.c
verrere æquor 167.2.c
verſuram ſolues 220.2 c
verſus impariter iuncti, id eſt, elegi 416.1.b
verſum concludere quid 55.1.b
verſus ſenarij,trimetri nominati 444 2.d
verſus euntes molliter 111.2.c
verſus magis facti.i.elaborati 111.2.c
verſus Iambi à quo primùm inuenti 355.1.d.2.a
verſus Iambici trimetri qui ſint 444 2.d
verſus Samnij,qui fuerint 376.1.b
verſus vt ſint boni, quales eſſe debēt 52.2.d
vertere terram 11.1.a
vertereſtilum,quid ſit 114.2.c
vertunnus,quis deus 338.1.a
vertunnus cuipiam iratus 219.1.d
Vertunno irato natus 219.1.d
veſpertinus,pro,veſperi,& ſimil. 83.1.b.275.1.d
veſtem trahere.prouerbium 154 1.a
veſtes arte laboratæ 185.1.c
veſtes Tyriæ 186.1.b.c
veternus 293.1.c
veternoſus 159.1.a
vetuſtas extruditur à rerum nouitate 415.2.a
via vitæ.i.vitę inſtitutum,vitæ genua 311.1.d
viatica 333.1.d
vicarius quis dicatur 224.1.b
vicinus bonus quàm vtilis:& contrà malus quàm incōmodus 401 1.b
victoria velox 342.1.a
victus tenuis commoda,& immoderati incommoda 132.1.d
vicus Tuſcus vnde ſic appellatus [illegible] 1.c
vilia rerum,& ſimil. [illegible]
viliſſima rerum [illegible]
vigilas de nocte [illegible]
vigilat nocteis ad ipſum manè 60.2.a
vinctus,inuitus 220.2.d
vincti comas,helleniſmus eſt 373.2.a
vincula mercenaria
vindex quis proprie dicitur 440.1.c
vindicta,virga,qua prætor ſeruum liberabat 224.1.b
vinea locus in quo in ſunt vites 182.2.c
vinetum 381.1.a.b
vinitores & vindemiatores cur viatores de via conuiciari ſolebant, 91.1.b
vin'tu,pro vis tu? 212.2.c
vinum defatigatis magnas amplificat vireis 352.2.d
vinum vetus laudabile, non ita carmen nouum 368.1.a
vinum Italicum quinquenne 234.2.d
vinum Maſsicum 183.1.b
vinum Veietanum.i.peſsimum 159.1.d
vini potu malorum inducitur obliuio 210.1.c
vini ſupra modum hauſti effecta 270.2.b
vino putere 354.1.a
vino hominis cognoſcitur mens 57.2.d
vino hominum ingenia explorantur, 304.1.a
vino corrumpitur animus, 127.1.b.c
vina quibus eſt aqua maris eſt miſta ſalubetrima. 252.2.b
vina cæcuba 232.1.d
vina horna 212.2.c
Virgines canephori,quæ 232 1.a.b
viridia vnda 193.2.c
viritim metiri 161.2.c
virtus quid ſit, & quod virtutis ſit proprium 245.2.b
virtus fixa, ſtabilis eſt: pecunias autem alias alius habet 138.1.c
virtus vulnere vireſcit 193.2.a
virtus heroica, humana virtute potior,ſuperior,ac diuinior 233.1.b
virtus belli domique ſpectata 359 1.c
virtutes morales cur ἠθικαὶ à Græcis dicantur 391.b

Digitized by Google

viſa magis afficiunt animos, quàm audita 438.2.c
viſcatis manibus 45.2.a
viſcum 101.1.c
vita humana conuiuio epulis variis, referto ſimilis 18.1.c
vitæ cœlibis incommoda 244.2.c
vitæ ſolicitæ obliuia docere 210.1.c.210.2.a
vitale æuum 121.1.b.c
vitalis æſtus 193.1.d
vitia alia ſanabilia alia inſanabilia, 82.2.c
vitreus.i.fragilis 166.2.d
vitta, inſigne pudoris 24.1.c
vittetæ veſtes 29.1.a
vioaria quæ ſint 249.2.b
viuo & regno.i.beatiſsimè viuo 296.a a
viuere naturæ conoenienter 297.1.a
viuere ſibi, quid 350.2.b
viuere parce, quanta ſit vtilitas 299.2.a
viuere paruo, quæ & quanta virtus 123.2.b.c
vlmus vitium marita 322.1 a
vlubræ 302.2.b
vlyſſes patiens & laborioſus 193.a.b
vlyſſes quantopere doloſus, & aſtutus fuerit, & eius acta paucis collecta, 190.b.c
vlyſſes, ne Sirenum caperetur cantibus vinciri ſe iuſſit 150.1.c.d
Vlyſſes apud inferos Aiacis vmbram vidit ſolus 163.1.a
Vlyſſes ad inferos deſcenſurus, quibus ceremoniis eſt vſus 95.1.c
Vlyſſem ſibi quiſque proponere debet ad imitandum 255.2.c
Vlyſſis ſocij in ſues conoerſi 256.2.a
Vlyſsis eloquentia non æqua, neque iuſta 164.1.a
Vmbræ conuiuarum, quæ fuerint 271 2.c
vmbræ mortuorum ἠζύφωτοι 96.2.b
Vmidius: Vuidios 96.2.a
vncta patrimonia 454.2.d
vnctius, delicatius 319.1.d
vnde, & quò 179.1.b
vnde nihil lapidem 227.2.a
vndeoctoginta 157.2.c
ad Vnguem factus homo 371.1.a
vngues ad viuum vſque rodere 112.2.c
vngueotarij, qui ſint propriè 22.1.c.d
vngui.i.vngi 404.1.a
vnio 27.1.a
vnus multorum, & vnus è multis 104.1.d
vnus egregie præter ceteros 104.1.d
volgiuagus mos 43.1.d
volitare per ora virum 263.2.d
voſubilis 259.1.c
voluptas omnis corporis dolore emitur ſubſequente 259.2.d
voluptas animos permulcet, lactat, & corrumpit 150.1.b
vomit calidum de pectore flumeo. i. moribundus eſt 121.1.d
Voraous fur caurus ac ſubtilis 96.2.a
vrbes quando primùm condi cœpere 44.1.b
vrguere 185.1.b
vrguor, vrgueris 47.1.a
vri, cædi 325.1.a
vrna diuioa quæ fuerit 101.2.b
vſurarum rationes variæ 23.1.b
vti maioribus. i. aduerſus maiores ſe gerere, 329.2.c
Vtica, vrbs in Africa 358 2.b.c
vua albana 185.1.b
vueſcere 211.1.d
vulgum 154 2.c
vulpes dolo ſeipſum tuetur 120.1.a
vulpes Archilochi 324.2.d
vulpis & leonis fabula 184.2.b.c
vulpis ægrotantis fabula 184.2.c
vulua ſuilla in cibis laudatiſsima 3.9 1.c.d
vxor creandis quæritor pueris 131.1.d
vxor pudica, & commoda, magnum, bonum 244.2.c
vxoris vitium aut tollendum, aut ferendum 249.2.c

Y

ὑδροποτης, 352.1.a
ὕπνος νήδυμος, & νήγρετος 117.1.d
ὑπόλιαστος, 28.1.d

Z

Zeno, Polemonis auditor, & Socraticæ diſciplinæ auctor 43.1.c
Zelus & Amphion gemini fratres Thebanos extruxerunt muros, & quomodo 452.1.c
Zetus admodum alienus à muſica & a philoſophia 340.2.b.c.d
ζωδιακός, 208.2 a
Zonam perdidit: prouerbium in hominem pecunia exhauſtum 393 2.d
ζυγόμαχος 264.2.d

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google